Digitized by Google

6
1-d
28

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
1 K
5

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

H

11-E-43

6-1.d.28

Digitized by Google

Digitized by Google

6.-1.d.53.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



CHRISTIANUS STOCKIUS
Ampl. Philos. Ord. in Acad. Ien. Adscriptus
Hic VIR Scripturæ reserat Secreta Sacrata
Sicque refert FLACII GLASSIADA que decus.
Ita Viro celeberrimo, fabricata linguæ
Sanctæ clave, magnorum Theologorum vota
ex aſſe implenti, adplaudebat
Iesaias Weiſſenborn, Th. D. et Prof. P.
Conſiliarius Saxo Iſen. Ecles. itemque
Paſtor in academia Ienenſi

C. Fritzſche. sc. Lips.

Digitized by Google

CHRISTIANI STOCKII
CLAVIS
LINGVÆ SANCTÆ
ADITVM APERIENS,

VOCVM RADICES JVXTA ORDINEM
ALPHABETHICVM EXHIBENS,

QVÆ DEPERDITÆ VISÆ SVNT, EX
LINGVA CHALDAICA, SYRIACA, SAMARITANA,
ARABICA ET ÆTHIOPICA RESTITVENS,

VOCVM SIGNIFICATIONES TVM GENERALES, TVM SPECIALES ORDINE CONCINNO
EXHIBENS,

TAM TIRONVM, QVAM HOMILETICES ET
EXEGESEOS CVLTORVM STVDIIS APPRIME INSERVIENS
AC
SVBINDE CONCORDANTIARVM VICEM
SVPPLENS,

CVM INDICE VOCVM,
CVI ACCEDIT

BREVE DICTIONARIVM CHALDÆO-
RABBINICVM.

BIBL. SOC. IESV COLL. ROM.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUEL

IENÆ,
APVD IOH. FELICEM BIELCKIVM,
M DCC XVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

GVIL. ERNESTO,

DVCI SAXONIÆ, JVLIÆ, CLIVIÆ AC MONTIVM, ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ, LANDGRAVIO THVRINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, COMITI PRINCIPALI DIGNITATE HENNEBERGICO, COMITI DE MARCA ET RAVENSBERG, DOMINO IN RAVENSTEIN.

PRINCIPI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

SERENISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

JOH. GVILIELMO,

DVCI SAXONIÆ, JVLIÆ, CLIVIÆ, MONTIVM, ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ, LANDGRAVIO THVRINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, COMITI PRINCIPALI DIGNITATE HENNEBERGICO, COMITI MARCÆ, RAVENSBERGÆ, SAYNÆ ET WITTGENSTEINII, DYNASTÆ RAVENSTEINII.

PRINCIPI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

Digitized by Google

SERENISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

ERNESTO LVDO-VICO,

DVCI SAXONIÆ, JVLIÆ, CLIVIÆ AC MONTIVM, ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, COMITI MARCÆ ET RAVENSBERGÆ DOMINO RAVENSTEINII, S. CÆSAREÆ MAJESTATIS SVMMO REI TORMENTARIÆ PRÆFECTO, ET S. ROM. IMPERII MILITIÆ DVCI LOCVM TENENTI.

PRINCIPI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

FRIDERICO,

DVCI SAXONIÆ, JVLIÆ, CLIVIÆ, MONTIVM, ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ, LANDGRAVIO THVRINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, COMITI PRINCIPALI DIGNITATE HENNEBERGICO, COMITI MARCÆ, RAVENSBERGÆ ET TONNÆ, DOMINO RAVENSTEINII.

PRINCIPI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

Digitized by Google

SERENISSIMIS
ACADEMIÆ JENENSIS
NVTRITORIBVS
MAXIMIS,
CLEMENTISSIMIS
AC
GRATIOSISSIMIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

SERENISSIMI PRINCIPES,

DOMINI CLEMENTISSIMI.

ROMA

SI virtutum ſplendor, quô radiant, qui DEI vices in his ſuſtinent terris, ad devoti cultûs genus efficaciſſimâ quadam vi trahere pariter atque allicere conſuevit; nulla Veſtros, CELSISSIMI PRINCIPES, animos miratio ſubibit, ſi ego, cui obſequii gloria relicta eſt, aliquod ſubmiſſæ pietatis monumentum moliar, cum micantiſſimum Veſtrarum Virtutum Lumen, ceu aliorum, ita & meam feriat mentem, demiſſamque jubeat venerationem, Quotus

enim

enim quisque eſt, quem fugiat, quanto ſinceræ pietatis ſtudio Veſtra flagrent pectora. Clariſſimis id loquitur pignoribus indefeſſa & nunquam ſatis deprædicanda cura, quam pro veræ ac puræ religionis conſervatione in Veſtris, quà patent, terris, nunquam non gerere conſueviſtis. Juſtitiæ intemeratæ zelus, quô ardetis toti, lucidiſſimum Heſperi ſidus fulgore non adæquat tantum, ſed ſuperat quoque & excedit longiſſimè. Humanitatis omnibus obviæ jubar, quod os vultusque copioſiſſimè ſpargunt, inſtar ſolis amœniſſimi reficit omnes, quibus Vos demiſſô contuendi vultu copia fieri poteſt. Bonarum Literarum amor, quô Veſtra inflammata pectora ſunt, velut ex cœlo radians fulgur in cunctorum oculos mentesque incurrit, & exteris indies illuſtrior redditur. Celebrent & ad ſidera usque evehant annalium Conditores eximium favorem, quô Alexandri Magni, Julii Cæſares, Auguſti Octaviani, Alexandri Severi, Caroli Magni, ERNESTI Pii, aliique literarum ſtudia proſecuti fuerunt; Sane in Vobis quoque, SERENISSIMI PRINCIPES, ſera habebit poſteritas quàm abundatiſſimè, quod hoc nomine laudet, cedroque & marmori inſcribat ſollicitè. Illuſtre, quod Jenæ eſt, Atheneum, eximiâ Veſtra Munificentiâ, curâ atque tutelâ, viget & floret inconcuſſum, ut multis Academiis, quæ per Germaniam ſunt, palmam faciat dubiam. Cum ergò in celeberrima hac Muſarum ſede, quam Veſtra fovet atque tuetur cura verè paterna, per viginti & trium annorum ſpatium Muſarum ſacris vacare, aliosque pro ingenii Viribus docere contigerit, pietas efflagitat atque imperat, ut aliquod

grati pectoris & demiſſi cultûs pignus, ad Veſtros, CELSISSIMI PRINCIPES, devolvam pedes. Sereno ergo, hoc eſt Vobis propriô, ſuſcipite Vultu *hanc ſanctæ Linguæ Clavem*, qua Scripturæ ſacræ ſecreta recludere allaboro. Suſcipite, CLEMENTISSIMI PRINCIPES, chartaceum munus, quod Sereniſſimis Veſtris Nominibus ſubjectiſſimi ſervi dat, dicat & conſecrat pietas, meaque ſtudia, quæ Academiæ deſtinavi, Veſtrâ proſequimini gratiâ. Cæterum ſummum, quod in cœlis Numen eſt, ſupplex veneror, ut CELSISSIMI PRINCIPES, DOMINI MEI GRATIOSISSIMI, vivatis ex voto, vivatis Pyliam ſenectam, vivatis ſine offenſa corporis animique, vivatis fortunæ cornu abundanti copioſè macti, vivatis æternum beati. Scribeb. Jenæ, d. 14. Octobr. 1716.

VESTRORUM SERENISSIMORUM

NOMINUM

Cultor devotiſſimus, ſubjectiſſimus,

CHRISTIANUS STOCK,

Ph. M. & ejusd. Fac. in Ac. Jen. Adj.

BENE-

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI

Salutem & Officia.

ILiada poſt Homerum ſcribere, &, quod à Viris celeberrimis abundè actum, denuò agere videri potero, quando hanc linguæ ſanctæ clavem erudito offero orbi. Ecquis enim ignorat edecumatæ eruditionis labores, quos Viri judicii acumine,& eximiæ cognitionis laude illuſtres, ſanctæ linguæ ſtudium promoturi, jam pridem in lucem ediderunt publicam. Poſt divi Hieronymi ætatem inter Chriſtianos, in hac arena primus deſudavit Johannes Reuchlinus, J.U.D. famigeratisſimus, Maximiliani Imperatoris ac Eberhardi I. Würtebergenſis Ducis Conſiliarius & totius Sueviæ Triumvir, anno poſt Chriſtum natum 1506. Lexicon Ebraicum in ſtudioſæ pubis uſum typis exſcribendum curavit. Hunc excepit Santes Pagninus, Lucenſis, Ordinis Prædicatorum, Theol. Prof. qui non ſolum ſacri codicis textum Ebraicum, vel ipſo Megalandro Luthero judice, incredibili ſtudio & diligentia inimitabili in latinum transtulit idioma; ſed Lexicon etiam, quod theſaurum ſanctæ linguæ vocavit, in uſum ſtudioſæ juventæ concinnavit, unde ſignificationes vocum, quibus ſacer

gaudet

Googl

gaudet textus, hauriri poſſent. Sed cum Pagnini labor ſacræ linguæ Cultorum votis vix ſatisfacere videretur, Johannes Mercerus, Ant. Cevallerius & Bon. Corn. Bertramus eundem augere, & eruditis illuſtrare animadverſionibus non infelici tentarunt conatu. Rabbinorum, qui emunctioris fuerunt naris, cogitata & interpretationes inſtar flosculorum interſperſa conſpiciuntur, ut, qui iſtorum deſtituitur monumentis, inde videat, quæ ipſorum circa hujus vel iſtius vocis ſignificationem mens fuerit. Aſt cum Joh. Fœrſtero S. S. Theologiæ D. & Ling. Ebr. in Acad. Wittebergenſi Profeſſori optimè merito, nugæ viderentur, quæ Ebræorum meditati ſunt Magiſtri, inde aliud compoſuit Dictionarium, *non*, ut ſcribit, *ex Rabbinorum commentis, nec noſtratium Doctorum ſtulta imitatione deſcriptum, ſed ex ipſis Theſauris Bibliorum, & eorundem accurata locorum collatione depromtum.* Utut verò hic B. Fœrſteri labor ſuâ non defraudandus ſit laude, non tamen omne ferre punctum videtur iis, qui curatius Rabbinorum evolverunt ſcripta, & cum ſacris ea contenderunt literis. Poſt Fœrſterum non infimæ ſortis Lexicon edidit Joh. Avenarius, Egranus, Theolog. D. & ſacrorum Antiſtes Numburgenſis, in quo omnium vocum, quæ Biblia Sacra habent, proprias ac certas ſignificationes dare annisus eſt. Huic ſucceſſit תבת נח *Arca Noæ*, ſeu Theſaurus linguæ ſanctæ Marci Marini Brixiani, Venetiis excuſus, in quô non ſolum vocum Ebr. ſignificationes recenſentur, & ſcripturæ loca copiosè ſubjiciuntur, ſed nomina quoque propria immiſcentur. Superiori ſeculo plures Viri eruditione Ebraicâ

cele-

celeberrimi in componendis Lexicis, quæ haberent, quæ in prioribus deſiderari videbantur, omnem locarunt operam. Memoraſſe ſufficiat Joh. Buxtorffii Lexicon Ebraico-Chaldaicum, complectens voces tàm primas, quàm derivatas, quæ in ſacris Bibliis Hebræa & ex parte Chaldæa linguâ ſcriptis extant; Lexicon & Commentarium ſermonis Hebraici & Chaldaici à Jo. Coccejo Th. in Acad. Lugduno-Batava Prof. editum, cui cel. Th. D. & Prof. J.H. Majus eruditiſſimas Animadv. & ſupplementa ſubjunxit; Robertſonii Theſaurum Linguæ S. plane reſeratum, pleneque explicatum, ſeu concordantiale Lexicon Hebræo-Latino-Biblicum, in quô Lexica omnia Hebraica hucusq; edita methodicè, ſuccinctè & ſynopticè exhibentur; Joh. Guſſetii Commentarium, quo Buxtorffii Lexicon illuſtrare alloboravit; Heinrici Opitii, Theologi dum viveret famigeratiſſimi, Lexicon Ebraicum, in quo vocum analyſes dedit. Taceo Lexica Harmonica Schindleri Ling. Ebr. in Acad. witteberg. & Helmſtad. Profeſſoris, & Joh. Heinrici Hottingeri, Theol. D. & Prof. Heidelbergenſis. Supervacanea ergò & vanam nominis gloriolam affectans ſiniſtrè judicantibus videbitur opera, quæ hujus generis negotio in tanta Lexicorum copia impenditur. Sed ſcias, B. Lector, hunc fœtum non peperiſſe ſcribendi pruriginem, quâ non infrequenter eruditorum agitatur turba; non Virorum eruditione clarorum opera vituperandi ſtudium, quô jam abripiuntur complures, neſcio quam eruditionis gloriolam affectaturi; non inclareſcendi cupido, qua flagrant multi, quanti, quanti ſunt; ſed pium affectum gloriam Divini Numinis promovendi, & ſtudiis

diis

Digitized by Google

diis linguæ Ebraicæ & exegeſeos ſacræ Cultorum, quantum per ingenii parvitatem fieri licuit, ſtrenuè inſerviendi. Hac fini non ſolum adducta deprehendes, quæ Tironum juvare poterunt ſtudium, ſed etiam, quæ aliorum explere poterunt deſideria. Radices deperditas ex filiabus ſollicitè inveſtigavi, generatim quid vox ſignificet, quoad fieri potuit, delineavi, ſpeciales ſignificationes ordine ſubjunxi, & exemplorum copiâ ex ſacro codice confirmavi. Ne verò viderer mihi ſoli ſapere, Virorum eximiæ eruditionis & exaſciati judicii famâ celeberrimorum opera adii. Quæ Flacius, Glasſius, Seb. Schmidius, Druſius, Guſſetius, Coccejus, Majus, Robertſon, Danzius, Præceptor ætatem venerandus, & complures alii eruditè & accurratè commentati ſunt, ſollicitè conſului, ac tandem locis, ubi vox aliqua deprehenditur, quantum fieri potuit, discusſis, ſingulas ſignificationes ordine digesſi. Inde hanc enatam vides clavem, quæ linguæ ſanctæ ſecreta aperit. Equidem hominibus delicati & faſtidioſi judicii, quæ nil probant, quod demorſos ungues & ſubducta ſupercilia non ſapit; vel quos omnia carpendi libido invaſit, me ſatisfacturum deſpero; ſpero tamen illis, qui facilius linguam ſanctam addiſcere, & ex umbone ſacro textus ſacros rudi populo explanare molientur, non prorſus inutilem navaſſe operam. Si quæ mendæ irrepſerunt, non tàm mihi, quàm ultimæ Typothetarum attentioni, quam effugerunt, eas tribuas. Interim B.L. meo qualicunque conatu fruere, & quàm felicisſimè vive!

אבב

אָבַב Radix hæc in lingua Ebraica non eſt in uſu; apud Chaldæos autem occurrit in Pael, notans: *Produxit fructum præcocem*, qui adhuc *viridis* eſt. Unde generatim ſignificare videtur: *viridis eſt*.

אָבִיב m. *Spica viridis, matureſcens; ſpica cum calamo.*

הַשְּׂעֹרָה אָבִיב *Hordeum erat ſpica matureſcens; ſpica cum calamo.* Exod. 9, 32. אָבִיב קָלוּי בָּאֵשׁ *ſpica viridis, quæ toſta eſt igne.* Lev. 2. 14. Alias eſt nomen *menſis*, qui noſtro *Martio* reſpondet, & ſic dictus cenſetur, quod hoc menſe fruges in culmum ſurgebant, ut ſummas ariſtas protruderent. Aliquot enim ſeptimanis poſt demum meſſis ſequebatur. Hoc menſe Iſraelitæ ex Ægypto egreſſi ſunt, Exod. 13. 4. Eodem menſe Paſchatis celebratio inſtituta fuit, Exod. 13, 4. c. 23. 15. c. 34. 18. Deut. 16. 1.

אֵב m. *Viror.* Bis ſaltem legitur. Cum ſuff. בְּאִבּוֹ *In virore* ſuo Job. 8, 12. Plur. in Statu Conſtr. אִבֵּי הַנָּחַל *virores vallis.* Cant. 6, 10.

אָבַד *Periit, interiit.* זִכְרוֹ־אָבַד מִנִּי־אֶרֶץ *Memoria ejus periit ex terra,* i. e. *certo delebitur.* Job. 18, 17. Ponitur enim Præteritum pro Futuro ad indicandam certitudinem. Part. אוֹבֵד *periens, perditus.* גּוֹי אוֹבַד עֵצוֹת *Gens perdita conſiliis*, i. e. *gens, cui conſilia perierunt, irrita & vana facta ſunt.* Devt. 32, 28. אֲרַמִּי אוֹבֵד אָבִי *Syrus periens erat Pater meus*, i. e. *Jacobus, Pater meus, qui non ſolum matre Syra natus eſt, ſed etiam diu Syriam incoluit, uxores Syras duxit, liberosque ferme omnes in Syria procreavit, fuit periens,* i. e. *in miſerrimum detruſus fuit ſtatum, adeò ad incitas redactus, ut pereunti ſimilis videretur.* Devt. 26, 5. Infin. אָבֹד תֹּאבֵדוּן *Pereundo peribitis*, i. e. *certò peribitis.* Devt. 4, 26. עַד־אֲבֹד הַנִּשְׁאָרִים *Usque ad perire* i. e. *donec pereant reliqui.* Devt. 7, 20. בְּיוֹם אָבְדָם *In die perire eos*, i. c. *in die, quo pereunt.* Obad. 1, 12. Fut. יֹאבַד *Peribit.* Job. 3, 3. Piel. אִבֵּד vel אִבַּד *Perire fecit*, i. e. *perdidit.* Jer. 21, 54. Infin. אַבֵּד תְּאַבְּדוּן *Perdendo perdetis*, i. e. *penitus perdetis.* Devt. 12, 2. לְאַבְּדָם *Ad perdendum eos.* Eſth. 3. 9. Hiphil. הֶאֱבִיד *Perire fecit, Perdidit.* Num. 24, 19. וְהַאֲבַדְתִּי *Et perdam.* Lev. 23, 30. Fut. אוֹבִדָה *perdam.* Jer. 46. 8. pro אַאֲבִידָה Cum ה Paragogico. & prima radicali אֲ & fulcro per Syncopen conciſis, pro (-) autem ſub Præfo mativo (ו) adhibito; perinde ut אֹסִפְךָ *Perdam, auferam.* 1. Sam. 15. 6. vid. D. Danzii, Præceptoris

ris

ris mei ad extremum vitæ halitum usque venerandi Literator c. 8. §. 56. II. Obſ. 2. β.

1.) Generatim notat *perire*, ſive *revera*, ſive *ſaltem ex noſtra, aliorumve opinione.* 2.) Speciatim I.) in Kal notat α) *interitui expoſitum vel proximum eſſe, pereunti ſimilem factum eſſe, in miſerrimum ſtatum detruſum & ad incitas redactum eſſe*; Num. 21, 29. Devt. 26, 5. Job. 29, 13. c. 31, 19. Pſal. 119, 176. Eccl. 7, 15. Jeſ. 29, 13. Jer. 48, 36. c. 50, 6. β) *infelicem exitum habere.* Ita *perire* dicitur *via impiorum* i. e. *infelicem exitum habere.* Pſal. 1, 6. conf. Devt. 32, 6. γ) *Ceſſare*, vel ut res alicubi non amplius ſit, Jeſ. 29, 14. Jer. 18, 18. Vel, ut res oblivioni tradatur. Job. 3, 3. c. 18, 17. Pſal. 9, 7. Pſal. 41, 6. δ) *Amitti*; periiſſe enim putantur, quæ amittuntur. Ita legitur Devt. 22, 3. 1. Sam. 9, 3. 20. Thren. 3, 18. Ezech. 34, 4. 16. ε) *Evaneſcere*; quæ enim evaneſcunt, pereunt. Job. 6, 18. Eccl. 5, 13. c. 9, 6. conf. Jon. 4, 10. ζ) *Irritum eſſe* vel *fieri, fruſtrari.* Ita dicitur de irritis cogitationibus Pſal. 146, 4. de irrita ſpe & expectatione Job. 8, 13. Pſalm. 9, 19. Prov. 10, 28. cap. 11, 7. Ezech. 19, 5. c. 37, 11. de irrito deſiderio Pſalm. 112, 10. de irrito refugio Job. 11, 20. Pſal. 142, 5. Jer. 25, 35. Amos 2, 14. item, de irrita viſione Ezech. 12, 22. η) *Mori*; quia vita hæc perit, quando homo moritur. Eſth. 4, 16. Job. 4, 7. Pſalm. 49, 11. Jeſ. 57, 1. Jer. 6, 31. 2. Mich. 4, 9. θ) Extremè vaſtari, Jer. 9, 12. ι) *Totaliter excindi, penitus interire.* Ita dicitur de *homine* Devt. 4, 26. c. 7, 20. c. 8, 19. 20. c. 11, 17. c. 28, 20. 22. c. 30, 18. Joſ. 23, 13. 16. Jud. 5, 31. Job. 4, 9. 20. c. 20, 7. Pſal. 37, 20. Prov. 11, 10. c. 28, 28. Jer. 10, 15. c. 27. 10. 15. c. 40, 15. Jon. 1, 6. Zach. 9, 5. de *familia* hominis impii 2. Reg. 9, 8. item de gentium *idolis* Jer. 10, 11. c. 51, 18. κ) *Penitus ſecundum ſubſtantiam aboleri & in nihilum redigi.* Pſalm. 102, 27. λ) *Dirui, deſtrui* vel *confringi.* Ita dicitur de domo diruenda Am. 3, 15. & de vaſe fracto, Pſalm. 31, 13. II.) In Piel notat α) *perdere, corrumpere, depravare*, Eccl. 7, 7. c. 9, 8. vel *detrimento eſſe*, Prov. 1, 32. β) *Amittere*, Prov. 73, 3. γ) *Funditus vaſtare*, Devt. 12, 2, Zeph. 2, 13. δ) *Penitus deſtruere & evertere*, e. g. *idola*, Num. 33, 52. 2. Reg. 19, 18. Jeſ. 37, 19. eorumque excelſa 2. Reg. 21, 3. Ezech. 6, 3. item vectes portarum, Thren. 2, 9. ε) *Penitus excindere, extirpare, delere*, e. g. *gentem* Job. 12, 23. Jer. 12, 17. Principem Tyri Ezech. 28, 16. hoſtes Dei Pſalm. 21, 11. nomen idolorum Devt. 12, 13. item *Occidere*, homines, Eſth. 3, 9. c. 4, 7. c. 8, 5. c. 9, 24. Pſalm. 119, 95. conf. Jer. 15, 7. equos 2. Reg. 13, 7. III.) In Hiphil notat α) *extremè vaſtare* terram vel regionem 2. Reg. 24, 2. Zeph. 2, 5. β) *Tollere, auferre, abrogare.* Jer. 25, 10. Obad. 1, 8. γ) *Irritum reddere, fruſtare*, e. g. *ſpem hominis*, Job. 14, 19. δ) *Excindere, delere, extirpare penitus*, e. g. *idola* Ezech. 30, 13. idolorum cultores 2. Reg. 10, 19. Sabbathi profanatores, Lev. 23, 30. gentes, Devt. 8, 20. Jer. 18, 7. gentium Reges, Devt. 7, 24. Jer. 49, 38. incolas urbis, Num. 24, 19. hoſtes piorum, Pſal. 143, 12.

אֹבֵד m. *Interitus, Perditio*; Formæ שֶׁרֶק *vitis generoſa.* Aliis teſte Buxtorffio eſt Part in Kal. עֲדֵי אֹבֵד *usque ad interitum* abiit. Num. 24, 20. 24.

אֲבֵדָה f. *Res perdita, amiſſa, ablata.* Exod. 22, 8. Lev. 5, 22. 23. In Statu Conſtr. אֲבֵדַת אָחִיךָ *Res amiſſa fratris tui.* Devt. 22, 3. Sæpius non occurrit.

אֲבַדּוֹן m. *Perditio, interitus.* Quinquies in Scriptura legitur, deſignans α) *pœnam infernalem*, per quam anima & corpus perditur, Job. 31, 12. β) *Infernum* ſeu *locum æterni interitus*, ubi finaliter increduli omnem felicitatem & ſalutem deperditam deplorant, ſempiternos luentes cruciatus, absque ulla emergendi ſpe. Job. 26, 6. c. 28, 22. Pſalm. 88, 12. Prov. 27, 20. In N. T. Apoc. 9, 11. Angelus Abyſſi vocatur Ἀβαδδών.

אֲבַדֹּה f. *Perditio.* Semel legitur Prov. 27, 20. deſignans *infernum ſeu locum æternæ perditionis.*

אַבְדָן m. *Interitus, Perditio.* Semel legitur Eſth. 9, 5.

אָבְדַן m. *Interitus, Perditio.* Tantum occurrit Eſth. 8, 6. in Statu Conſtr. וְאֵיכָכָה אוּכַל וְרָאִיתִי בְּאָבְדַן מוֹלַדְתִּי *Et quomodo ſuſtineam, ut videam interitum cognationis meæ?*

אָבָה *Voluit, Expetiit, Appetiit, Concupivit; Pater fuit, Patrem ſe præbuit, nutrivit, educavit* apud Arabes. וְלֹא אָבָה לִשְׁמוֹעַ בְּקֹלָהּ *Sed noluit obtemperare voci ejus.* 2. Sam. 13, 14. לֹא אָבוּ לַעֲצָתִי *Non voluerunt*, i. e. *repudiarunt conſilium meum.* Prov. 1, 30. וְלֹא אָבוּא Et non voluerunt. Jeſ. 28, 12. א eſt *Proſtheticum.* Fut. תֹאבֶה לוֹ *Non acquieſces illi.* Devt. 13, 9. Sed Prov. 1, 10. eſt אַל תֹּבֵא prima radicali per Syncopen conciſa, & tertia rad. ה in א mutata. Conf. D. Danzii Liter. §. 49. II. Obſ. ult. & §. 56. I. Obſ. 3.

1.) Generatim deſignat *propenſionem in aliquid.* 2.) Speciatim α) eſt *velle, expetere, concupiſcere*, quia, qui aliquid vult, expetit & concupiſcit, propenſione in illud fertur atque tendit. Jeſ. 1, 19. אִם תֹּאבוּ וּשְׁמַעְתֶּם *Si volueritis atque audiveritis*, i. e. *ſi volueritis audire, obtemperare.* β) Præter locum citatum ubivis in Scriptura combinatur cum particulis לֹא *non*, אַל *ne*, aut alia *negationem* inferente. Inde idem eſt ac *nolle, renuere, repudiare* &c. connotata oppoſitione vel diſerta, vel tacita ad voluntatem diverſam ſive noſtram, ſive aliorum. Ita 1.) tribuitur *Deo*, eſtque α) Symbolum *infinitæ ipſius bonitatis, miſericordiæ atque longanimitatis*, qua peccatores non vult perdere, quorum perditionem juſtitia exigebat, & ſecundum tenorem comminationum ſuarum videbatur *velle.* 2. Reg. 8, 9. c. 13, 23. 2. Chron. 21, 7. β) Eſt ſymbolum *graviſſimæ ipſius iræ & juſtitiæ ultricis*, qua non vult peccatoribus facinora condonare, quorum condonationem alias ipſius gratia exigit. 2. Reg. 24, 4. 2) Tribuitur *hominibus.* His autem tributum notat *a*) *ſimpliciter aliquid nolle* Gen. 24, 5. 8. Jud. 19, 10. 1. Sam. 31, 4. *b*) eſt *renuere, repudiare*, connotato adverſante immorigerorum animo, ubi aliorum monita vel con-

filia nec audiuntur, nec obſervantur. Jud. 20, 13. Pſal. 81, 12. Prov. 1, 25. 30. Jeſ. 30, 9. 15. c. 42, 24. Ezech. 3, 7 *c) Non dare adſenſum vel conſenſum*; non ſinere voluntatem ſuam expugnari, ut eligatur vel agatur, quod alter vult, ſed ſe inſtar muri ahenei contra eum obfirmare, ac ſe inexpugnabilem præſtare. Devt. 13, 8. vel 9. 1. Reg. 20, 8. Prov. 1, 10.

אָב m. *Pater*, ſic dictus, *tùm*, quod propenſa in liberos eſt voluntate, &, quod ejus eſt officii, eos nutrit atque educat; tùm, quod ejus voluntati voluntas liberorum ex ordine naturæ, ex propenſione, veneratione & gratitudine ſvaviter ſe accommodare debet. In Statu Conſtr. eſt אַב & אֲבִי. Ut אַב הֲמוֹן גּוֹיִם נְתַתִּיךָ *Patrem multitudinis gentium*, i. e. *multarum gentium conſtituite*. Gen. 17, 5. אֲבִי יִצְחָק *Pater Iſaaci*. Gen. 32, 9. Cum Suff. אֱלֹהֵי אָבִי *Deus Patris mei*. Gen. 31, 42. אָבִינוּ *Pater noſter*. Gen. 31, 29. יַעֲזָב־אִישׁ אֶת־אָבִיו *Deſeret vir Patrem ſuum*. Gen. 2, 24. אָבִיהָ *Pater ejus* F. Gen. 29, 12. אֲבִיהֶם *Pater eorum*. Gen. 42, 35. Plur. אָבוֹת *Patres, Majores*. Exod. 12, 3. In Statu Conſtr. אֲבוֹת אֲבוֹתֶיךָ *Patres Patrum tuorum*. Exod. 10, 6. אֲבוֹתֵינוּ *Patres noſtri*. Neh. 9, 16. אֲבוֹתֶיךָ *Patres tui*. Gen. 15, 15. אֲבוֹתֵיהֶם *Patres ipſorum*. 1. Chron. 4, 38. Sed Jer. 9, 16. eſt cum Suff. ſingularium אֲבוֹתָם *Patres ipſorum*.

1.) Generatim notat *Patrem*. 2.) Speciatim *α) propriè* denotat *Genitorem*, à quo quis proximè & immediate prognatus eſt. Ita dicitur tum de *homine*, qui ſobolem genuit, Gen. 2, 24. c. 9. 23. c. 11, 28. c. 19, 31. c. 22, 7. c. 24, 7, 23. 38. c. 26, 3. 15. 18. 24. c. 27, 6. 9. 10. 11. 12. 14, 18. 19. 22. 26. 30. 31. 32. 34. 38. 39. 41. &c. tum de *Deo Patre*, qui de ſua ſubſtantia ab æterno genuit filium ſibi *ὁμοούσιον*. Pſalm. 89, 27. Conf. 2. Sam. 7, 14. β) Tropicè 1.) per *Synecdochen* transfertur ad eos, à quibus aliquis mediatè prognatus eſt, denotans tum *avum*, Gen. 28, 13. c. 31, 42. 2. Sam. 9, 7. tum *proavum*, Num. 18, 12. tum *abavum*, 1. Reg. 11, 14. imò *quoscunque majores*, in linea adſcendente, etiam remotiores, Gen. 46, 34. Exod. 3, 13. 15. 16. c. 4, 5. c. 10, 6. c. 13, 5. 11. c. 20, 5. c. 34, 7. Devt. 1, 8. 11. 21. 35. c. 4, 1. 31. 37. c. 5, 3. 9. Joſ. 1, 6. c. 5, 6. c. 18, 3. c. 21, 43. 44. c. 22, 28. c. 24, 2. 1. Sam. 12, 6. 7. c. 10, 35. c. 12, 18. 1. Chron. 5, 25. c. 6, 19. c. 12, 17. Pſal. 22, 5. 39. Jer. 2, 5. c. 3, 18. 25. c. 7, 7. 14. 22. 25. 26. c. 9, 14. 16. c. 11, 4. 5. 7. 10. &c. 2.) per *Metaphorum* tribuitur α) *Deo* in ordine ad *homines* ratione creationis, adoptionis, paterni favoris, curæ & protectionis. Jer. 63, 16. Jer. 31, 9. Mal. 1, 6. c. 2, 10. conf. Pſalm. 68, 6. ubi ſpeciatim *Meſſias* dicitur *Pater orphanorum*, quia eos paterno affectu, cura & protectione proſequitur. β) *Primo alicujus rei autori & inventori*, habito reſpectu ad genituræ & productionis opus. Gen. 4, 20. 21. Job. 38, 28. γ) *Regi* vel *Principi*, quia ſubditos ſuos regere & protegere tenetur, uti Pater ſuos liberos. 1. Sam. 24, 11. Jeſ. 22, 21. δ) *Doctori* vel *Præceptori*, quia, ſicut Pater liberos educare & nutrire tenetur, ita ſuos diſcipulos virtutum & bonarum artium nutrimento nutrire & educare debet.

Jud.

Jud. 17, 10. 1. Sam. 10, 12. 2. Reg. 2, 12. ε) *Evergeta & Nutritori* ob paternum affectum, benevolentiam & beneficia erga filios. Gen. 45, 8. Job. 29, 16. ζ) *Ei, cujus mores & actiones imitamur*, prout filii ſe ad Patris ſui mores & actiones conformare & componere ſolent. Ez. 16, 3. 45. 3.) Per *Catachreſin* tribuitur *ſtatua lignea*, quam idololatræ colebant. Jer. 2, 27.

אוֹב m. *Uter*, à *volendo* vel *expetendo*. Sic dictus, quia, ſi vacuus eſt, vult quaſi & expetit ventum aut liquorem, quo expletus intumeſcat, & formam ſibi competentem referat, cum flacceſcens ſpeciem utris non habeat. Plur. אוֹבוֹת *Utres*. כְּאוֹבוֹת חֲדָשִׁים *ſicut utres novi*. Job. 32, 19.

אוֹב m. *Pytho*, à rad. אָבָה *voluit, expetiit*. Sic vocatur, quod vatidico ſpiritu inflari cupit & expetit, ut tali aura repletus interrogantibus reſponſa iterum ſufflet; vel à voce אוֹב *venter* ſic dictus, quia juxta Aben Eſram, ex tumido ventre, quaſi utre, oracula depromebat. Unde Pythones, referente Plutarcho, dicebantur ἐγγαστρίμυθοι, quia è ventre ſermones depromere ſolebant. Si conjungitur cum בַּעַל, vel בַּעֲלַת verti poteſt: *habens utrem*, vel *corpus*, utris inſtar, mali Dæmonis afflatu turgidum. In ſingulari abſolutè legitur Lev. 20, 27. Devt. 18, 11. 1. Reg. 21, 7. 2. Chron. 33, 6. Jeſ. 29, 4. cum בעלת 1. Sam. 28, 7. 8. In Plurali אוֹבוֹת *Pythones, Pythoniſſæ*. Lev. 19, 31. c. 20, 6. 1. Sam. 28, 3. 10. 2. Reg. 23, 24. Jeſ. 8, 18. c. 19, 3.

אֵבֶה m. *Voluntas, deſiderium*. Semel legitur Job. 9, 26. חָלְפוּ עִם־אֳנִיּוֹת אֵבֶה *Præterierunt cum navibus deſiderii*, i. e. *celerrimis*, quæ juxta R. Levi ſic dicuntur, *quia in iis homines ſui deſiderii cito compotes fiunt, perveniendo velociter, quò volunt ac deſiderant*. Deſignari videntur *tales naves*, quæ Germanis dicuntur: Jagſchiffe. Aſt Chaldæus reddit: *naves rebus pretioſis onuſtæ*.

אָבִי *Ah! Oſi!* Particula voti & deſiderii indicativa. Job. 34, 36. Sed aliis eſt nomen אַב cum Suff. denotans *deſiderium, voluntatem*, ut ſit ſenſus: *Voluntas mea, deſiderium meum eſt, ut Jobus probetur*. Quia verò אַב nuſpiam in Scriptura *deſiderium* ſignificat, inde Seb. Schmidio notat *Patrem*, non quidem, *generationis*; ſed *ſenem*, qui ratione ætatis & prudentis experientiæ Pater ipſius eſſe poterat.

אֲבִיגַיִל f. *Abigail*; Compoſitum eſt ex אָב *Pater*, & גּוּל *exultare*, notans *exultationem Patris*. Eſt verò nomen proprium *uxoris Nabalis*, prudentiæ & formæ laude celebris, 1. Sam. 25, 3. quam David, Nabale mortuo, uxorem duxit 1. Sam. 25, 40.

אֲבִיגַל f. *Abigal*; eſt nomen proprium ejuſdem cum præcedente originis & ſignificationis, quo ſoror Zerujæ inſignita fuit. 2. Sam. 17, 25.

אֲבִיָּה *Abia*; conflatum dicitur ex אָב *Pater*, & יָהּ *Dominus*, ut idem ſit ac *Pater eſt Dominus*. Eſt verò nomen proprium imponi ſolitum tàm *maribus*, 1. Sam. 8, 2. 3. 1. Reg. 14, 1. 1. Chron. 7, 8. quàm *fœminis*. 2. Chron. 2, 24. 25.

אֶבְיוֹן m. *Egenus, Pauper*; ſic dictus, quod velit & expetat ad vitæ ſuſten-

ſuſtentationem neceſſaria. Cum Suff. אֶבְיוֹנְךָ *Egenus tuus.* Devt. 16, 11. Plur. אֶבְיוֹנִים *Egeni.* Job. 24. 4. In Statu Conſtr. אֶבְיוֹנֵי עַמֶּךָ *Pauperes populi tui.* Exod. 23, 11. אֶבְיוֹנֶיהָ אַשְׂבִּיעַ לָחֶם *Egenos ejus ſaturabor pane,* Pſalm. 132, 15.

1.) *Generatim* notat *indigum*, qui voluntate & deſiderio *propendet* in aliorum opem, qualicunque præſtandam ratione. 2.) Speciatim α) *propriè* notat *pauperem* & *egenum*, qui non habet, unde vivat, & ideò, quæ ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria ſunt, ab aliis expetere neceſſum habet, Exod. 23, 11. Devt. 15, 7. 9. 11. Eſth. 9, 22. Job. 29, 16. c. 30, 35. c. 31, 19. Pſalm. 49, 3. Pſalm. 112, 9. Prov. 31, 20. Ezech. 16, 49. Conf. 15, 4. Job. 24, 4. ubi dicitur de *talibus egenis*, qui ſtipem oſtiatim, vel in via quærere coguntur. β) *Tropicè* 1.) per *Synecdochen* notat *quemvis afflictum* qui præſidio humano deſtitutus eſt, & ideò Dei demiſſe expetit auxilium. Job. 5, 15. c. 24, 14. Pſalm. 9, 19. Pſalm. 12, 6. Pſalm. 35, 10. Pſalm. 74. 21. Pſalm. 82, 4. Pſalm. 140, 13. Prov. 14, 31. c. 30, 14. c. 31, 9. Jeſ. 25, 4. Jer. 2, 34. c. 22, 16. Ezech. 18, 12. c. 22. 29. 2.) per *Metonymiam* notat tùm *hominem vilem & humilem*, qui eſt infimæ ſortis & conditionis, qui eſt ignobilis & in imo loco ſitus, 1. Sam. 2, 8. Pſal. 113, 7. Pſal. 107, 41. Jeſ. 32, 7. Jer. 5, 28. Am. 4, 1. tùm *egenorum facultates, etſi admodum exiguas.* Am. 8, 6. 3.) per *Metaphoram* deſignat *pauperes ſpiritu*, ſeu *pauperes ſpirituales*, qui bonis ſpiritualibus deſtituti, nullo operum merito nixi, ex contrito corde, graviſſimæ divinæ iræ metu perculſi, vera fide Chriſtum ejusque meritum amplexi, bona cæleſtia expetunt atque deſiderant. Pſalm. 69, 34. Pſalm. 70, 6. Pſalm. 72, 4. 12. Pſal. 86, 1. Jeſ. 29, 19. c. 41, 17. γ) *Chriſto tributum* indigitat *ejus ſtatum exinanitionis*, in quo paupertatem profundiſſimam & afflictiones graviſſimas hominum redimendorum cauſa ſuſtinuit. Pſalm. 40, 18. Pſalm. 109, 16. 22. 31.

אֲבִיּוֹנָה f. *Appetitus, appetendi facultas.* Saltem extat Eccleſ. 12, 5. וְתָפֵר אֲבִיּוֹנָה *Et deſinet appetitus.* **Es vergehet den Alten alle Luſt und** Appetit.

אֲבוֹי *Heu, Ohe.* Interjectio obſtupeſcentis ob eventum malum, quem bonum aliquis voluit atque expetiit. Semel legitur Prov. 20, 29. Quidam cenſent eſſe nomen ab אֶבְיוֹן deductum, ſignificans *paupertatem*, ita, ut d. l. indigitetur *paupertas, indubia temulentiæ pediſſequa.* Confer. R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi in d. l. & R. D. Kimchi in Lib. Rad.

אֲבִיחַיִל m. *Abichail;* nomen propr. conflatum ex אָב *Pater*, & חַיִל *Strenuitas, Virtus*, ut deſignet *Patrem ſtrenuitatis* vel *virtutis*, i. e. *ſtrenuum, virtutis ſtudioſum.* Eſt vero α) nomen *Patris* Zurielis. Num. 3, 35. β) *Patris* Eſtheræ, Eſth. 2, 5.

אֲבִיהוּד *Abihuth;* nomen propr. compoſitum ex אָב *Pater* & הוֹד *Honor, Gloria*, vt notet *Patris laudem*, vel gloriam Patris. 1. Chron. 8, 3.

אֲבִימֶלֶךְ *Abimelech.* Eſt nomen proprium, contextum ex אָב & מֶלֶךְ ut notet: *Pater eſt Rex.* Fuit autem α) nomen *Filii Gideonis*, ex pellice nati. Jud. 8, 31. β) Regum Philiſtæorum, Gen. 26, 8. Pſ. 34, 1.

אַבְנֵר m. *Abner*, nomen proprium, ex אָב *Pater*, & נֵר *Lucerna*, *lumen*, compoſitum, ut idem ſit ac *lucerna* Patris, niſi malis dicere, quod, quia Patre *Ner* prognatus fuit, idem ſit ac Pater eſt *Ner*. Fuit ſupremus belli Dux ſub Imperio Saulis 1. Sam. 14, 50. Dicitur quoque אֲבִינֵר 1. Sam. 14, 51. 2. Sam. 2, 8.

אַבְרָם m. *Abram*, ex אָב *Pater*, & רָם *Altus, Excelſus*, ut notet *Patrem excelſum*. Fuit primum Patriarchæ Abrahami nomen. Gen. 12, 31. cap. 17, 1.

אַבְרָהָם m. *Abraham*; eſt nomen proprium, conflatum ex אָב *Pater*, & הָמוֹן *Multitudo*, notans *Patrem multitudinis*, ceu ipſe Deus illud interpretatur, Gen. 17, 5. ſignificatione רָם neglecta; unde ר ſervire videtur. Hoc autem nomen Deus Patriarchæ impoſuit, quando circumciſionis ſacramento initiandus fuit.

אַבְשָׁלוֹם m. *Abſchalom*; eſt nomen proprium, *Filii Davidis*, compoſitum ex אָב *Pater*, & שָׁלוֹם notans *Patrem pacis*; ſed nomen non reſpondit omini, cum fuerit fratricida, 1. Sam. 13, 28. imperium affectans, à Patre ſubditos averterit, eumque, vitiatis Pellicibus, bello perſecutus ſit, & à Joabo lanceis perfoſſus miſere in quercu perierit. 1. Sam 15, 2. &ſeqq. c. 16, 21. 22. c. 18, 9. 14.

אבח *Permiſit, poteſtatem dedit*, apud Æthiopes. Inde Ludovicus de Dieu deducit

אִבְחַת f. *Acies, Mucro*. Semel occurrit in Statu Conſtr. אִבְחַת חֶרֶב *Mucro gladii*, Ezech. 21, 20. Alii *ſtrepitum* reddunt.

אֲבַטִּחִים m. pl. Pepones vide in בטח.

אָבַךְ *Elevavit*. In Kal non legitur. In Hithpael ſemel occurrit Futurum. Jeſ. 9, 17. וַיִּתְאַבְּכוּ *Et elevent ſe*.

אָבַל *Luxit, in luctu fuit*. Fut. f. תֶּאֱבַל *Lugebit*. Job. 34, 22. Hiphil הֶאֱבִיל *Lugere fecit*. Thren. 2, 8. וַיַּאֲבֶל *Unde lugere fecit*. Hithpael. הִתְאַבֵּל *Luxit acerbè; Luctum ſimulavit*, vel *ſe lugentem finxit*. Imper. הִתְאַבְּלִי *Simula luctum, te lugentem finge*. 2. Sam. 14, 2.

1.) Generatim *lugere* ſignificat. 2.) Speciatim α) *propriè* eſt *hominum*, qui ob rei gratæ amiſſionem, vel alterius mali prementis gravitatem acerbè lugent, dolore atque triſtitia toti ſuffuſi. Ita in Kal non occurrit, ſed ſaltem in Hithpael uſu receptum eſt, indigitans 1) *luctum verum*, eumque *acerbiſſimum*, qualis eſt vel ex *caſu mortis*, Gen. 37, 24. 2. Sam. 13, 37. c. 19, 2. 1. Chron. 7, 22. 2. Chron. 35, 24. vel *aliam ob cauſam*, ut Iſraelitarum ob Dei iram & comminationes, Num. 14, 39. Exod. 33, 4. Ob verba legis comminatoria, Neh. 8, 9. Ob ſtragem divinitus factam. 1. Sam. 6, 19. *Samuelis* ob rejectionem Saulis 1. Sam. 15, 35. c. 16, 1. Danielis ob infortunium gentis ſuæ publicum. Dan. 10, 2. 2.) *Simulatum*, 2. Sam. 14, 1. β) *Impropriè* transfertur ad *res inanimatas*, ut ſunt *regiones, urbes, munitiones, agri, fruges* &c. quæ ſi inculta, devaſtata, in ſitu ac ſqualore jacent, *lugere* dicuntur. Unde *lugere* idem eſt ac *deva-*

ſtatum eſſe, poſito per Metonymiam *effectu* pro cauſa. Ita dicitur de *terra devaſtata* & lugubrem quaſi veſtem induente. Jeſ. 24, 4. cap. 33, 9. Jer. 4, 28. c. 12, 4. c. 23, 10. Joel. 1, 10. Hoſ. 4, 3. de *muſto* Jeſ. 24, 7. de *munitionibus dirutis*. Thren. 2, 8.

אָבֵל m. *Lugens*. Gen. 37, 35. In Statu Conſtr. כַּאֲבֶל־אֵם *Sicut lugens matrem*. Pſalm. 35, 14. Plur. אֲבֵלִים *Lugentes*. Job. 29, 25. In Statu Conſtr. לַאֲבֵלֵי צִיּוֹן *Lugentibus Zion*. Jeſ. 61, 3. Fœm. אֲבֵלוֹת *Lugentes*. Thren. 1, 4.

1.) Generatim notat *lugentem*. 2.) Speciatim α) *propriè* eſt *hominum*, qui lugent *ob rei alicujus charæ amiſſionem*, e. g. *ob mortem matris*, Pſalm. 35, 14. *filii*, Gen. 37, 35. vel *ob aliud malum*, quod graviter premit, e. g. *ob graviorem afflictionem*, Job. 29, 25. vel peccatorum iræque divinæ gravitatem, ut lugent verè pœnitentes. Jeſ. 57, 18. c. 61, 2. β) *Impropriè* transfertur ad *res inanimatas*, quæ ſi devaſtatæ & deſertæ jacent, *lugentes* dicuntur, poſito per Metonymiam effectu pro cauſa. Thren. 1, 4.

אָבֵל *Abel*, eſt nomen proprium, α) *loci*, à *luctu* ſic denominati, Gen. 50, 11. quod Ægyptii ſeptem dies ibi Jacobum luxerunt. β) *Lapidis magni*, apud quem luctum fecerunt, 1. Sam. 6, 18. vid. Kimchi. γ) *Quarundam urbium*, np. 1.) *urbis* in agris tribus Naphtali ſitæ, 2. Sam. 20, 14. quam Clericus eandem contendit eſſe cum *Beth Maacha*, & conſentientes habet Tremellium & celeb. Hillerum in Onomaſt. Sed *vi copulæ* Sebaſt. Schmidius duas diſtinctas facit urbes. 2.) Urbis in terra Ammonitarum ſitæ, quæ ob vitium copiam & nobilitatem dicta fuit אָבֵל כְּרָמִים Jud. 11, 33. vid. Clericus in h. l. 3.) *Urbis*, quæ *Abel Mechola* ſeu *chorearum* dicta fuit, medio inter Jordanem & Sichem itinere ſita, Prophetæque Eliſæ patria. 1. Reg. 4, 12. c. 19, 16. Conf. Hotting. in Præfat. Etymolog. Orient. ubi memorat, quosdam hanc vocem vertere *planitiem, campum*, Jud. 7, 22. c. 11, 33. inter quos eſt B. Lutherus. Hujus rei rationem deducit ex lingua Arabica, in qua אבל inter alia notat *gramen longum evaſit*, quod in campis illis fieri ſolet. *Talem* ergo ipſi *locum* ſignificat, *qui eſt ſpatioſus & fœcundus*, *pratum*, eine Haide, eine Wieſe.

אֵבֶל m. *Luctus*. יְמֵי אֵבֶל *Dies luctus*. Gen. 27, 41. אֵבֶל יָחִיד *Luctus unigeniti*, i. e. *ſuper unigenito*. Deſignatur *luctus graviſſimus*. Jer. 6, 26. Cum Suff. אֶבְלָם *Luctus eorum*. Jer. 31, 13.

1.) Generatim notat *luctum*. 2.) Speciatim notat *luctum gravem* α) ob *defunctos*. Gen. 27, 41. c. 50, 10. 11. Devt. 34, 8. Eccl. 7, 2. 4. Jer. 6, 26. Ezech. 24, 17. Am. 8, 11. β) *Ob peccata* à verè pœnitentibus editum. Jeſ. 61, 3. γ) *Ob graviores calamitates tùm publicas*, Eſth. 4, 3. c. 9, 22. Thren. 5, 15. Mich. 1, 8. *tùm privatas*. Job. 30, 31.

אֲבָל Cenſetur eſſe particula α) adſeverativa, *omnino, profectò, certè*, Gen. 17, 18. c. 42, 21. β) adverſativa, *ſed, aſt, verum*. Dan. 10, 7. γ) continuativa, *cæterum*. Dan. 10, 21. Sed verius Guſſetius ſtatuit, non eſſe parti-

Digitized by Google

particulam adſeverativam, quia copulat; nec adverſativam, quia nec tollit, nec impugnat id, quod eam præcedit; ſed eſſe *copulativam ſententiarum*, non ſolarum dictionum, valens *interea*.

אוּבָל m. *Fluvius, aquaductus.* vide in יבל.

אֲבַן *Lapis factus eſt; in lapidem converſus fuit*, apud Æthiopes.

אֶבֶן f. *Lapis.* אֶבֶן שְׁלֵמָה *Lapis integer.* 1. Reg. 6, 7. וַיִּרְגְּמוּהוּ אֶבֶן *Et lapidarunt eum lapide.* 2. Chron. 24, 21. Plur. אֲבָנִים *Lapides.* Gen. 31, 46. In ſtatu conſtr. אַבְנֵי אֵשׁ *Lapides ignis*, Ezech. 26, 14. cum Suff. אֲבָנַיִךְ *Lapides tui.* Ez. 26, 12.

1.) Generatim notat *lapidem quemcunque.* 2.) Speciatim α) *proprie* notat *lapides* tum *vulgares*, Gen. 31, 46. 2. Chron. 24, 21. ex quibus ſtruitur altare, Exod. 20, 25. fiunt tabulæ legis, Exod. 34, 1. 4. crematur calx, Jeſ. 27, 9. liquatur ferrum, Devt. 8, 9. tum *pretioſos*, Exod. 25, 7. 9. c. 28, 12. c. 39, 14. Ezech. 10, 1. Dan. 11, 38. β) *Improprie* 1) per *Metonymiam* notat *omne id, quod ex lapide factum eſt*, e. g. *vas lapideum* Exod. 7, 19. *idolum*, Jer. 2, 25. c. 3, 9. *pondus libræ*, tum, quia in bilancibus majoribus pondera plerumque ſunt lapidea, tum, quia plebeji ſæpe ponderibus lapideis utuntur, Devt. 25, 12. 2. Sam. 14, 26. Prov. 20, 10. item *pondus perpendiculi lapideum* à filo pendens, Jeſ. 34, 11. Zach. 4, 10. quod per *Catachreſin* transfertur etiam ad *pondus perpendiculi ſtanneum* vel *plumbeum* Zach. 5, 8. 2) *Metaphorice* deſignat a) *Chriſtum*, cui velut lapidi pretioſo domus Eccleſiæ innititur, Pſalm. 118, 22. Jeſ. 28, 16. Zach. 3, 9. & Jeſ. 8, 14. dicitur *lapis offendiculi*, quia multi in ipſum impingunt & labuntur. b) *Homines Principes*, qui inſtar firmiſſimorum lapidum alios ſuffulciunt atque ſuſtentant. Gen. 49, 24. c) Eſt ſymbolum tum *ingentis ſtuporis* cordis, *divinitus immiſſi*, 1. Sam. 25, 37. tum *duritiei cordis & ſtatus peccati ante converſionem.* Ezech. 11, 19. c. 36, 26. d) Tribuitur *grandini majori* Joſ. 10, 11. Conf. Jeſ. 30, 30.

אֶבֶן בֹּהַן *Eben-bohan*; nomen proprium vrbis in tribu Ruben ſitæ, Joſ. 15, 6. In deſcriptione finium tribus Benjaminis idem nomen occurrit. Joſ. 18, 17.

אֲבָנָה f. *Abana*; nomen propr. fluvii regionis Damaſcenæ, qui, ut quidam volunt, poſtea dictus ſit *Orontes* & *Pharphar.* Vid. Clericus in 2. Reg. 5, 6.

אֶבֶן הָעֵזֶר *Eben-haeſer.* Notat *lapidem auxilii*, quem Samuel ob victoriam in Philiſtæos obtentam ſic vocavit, 1. Sam. 7, 12. Ejusdem quidem nominis quoque mentio facta fuit 1. Sam. 4, 1. ſed per anticipationem. Unde bene ad h. l. R. David Kimchi monet, *dixiſſe hoc ſcriptorem*, quia, quum hoc cum Philiſtæis fieret prælium, non extitit lapis auxilii, ſed offenſionis. Vid. Seb. Schmidius in h. l. Et celeberr. Clericus ita ad d. l. commentatur. Ad *Eben-Ezerum*, i. e. *ad locum, qui aliquot annis poſtea dictus eſt: lapis auxilii.*

אַבְנֵט m. *Baltcus*, vide infra in בנט.

Digitized by Google

אָבַס *Saginavit ad præſepe.* Legitur ſaltem bis in Part.Paul שׁוֹר אָבוּס *Bos ſaginatus*, Prov.15, 17. Plur. אֲבוּסִים *Saginati.* 1. Reg. 4, 23. vel 1. Reg. 5, 3.

אֵבוּס m. *Præſepe*, quaſi *ſaginarium* dictum. Ter legitur Job.39, 12. Prov.14, 4. Jeſ.1, 3. Guſſetio notat *aream*, in qua trituratur, quia locis ſcripturæ melius congruere videtur. Huc facere cenſet radicem בּוּס *calcare*, cum radices ex radicibus prognatæ dentur.

מַאֲבוּסִים m. pl. *Horrea;* in quibus reconduntur & triturantur fruges, quæ ad ſaginationem faciunt. Semel legitur Jer. 50, 26. ſed Metaphorice, deſignans *urbes & munitiones* terræ Babylonicæ, in quas Babylonii quidem ſe recepturi erant, ſed fruſtra, quia hoſtes *eas* aperire & inſtar triturantium eos ad trituram ſternere & perdere debebant. Conf Seb. Schmid. in h. l.

אֶבֶץ *Ebez;* nomen propr. urbis in tribu Iſaſchar ſitæ, Joſ.19, 20.

אָבָק m. *Pulvis.* In ſtatu conſtr. אֲבַק רַגְלָיו *Pulvis pedum ejus.* Nah.1, 3. cum Suff. אֲבָקָם *Pulvis eorum.* Ez. 26, 10.

1.) Generatim notat *pulverem.* 2.) Speciatim α) *proprie* notat *pulverem pertenuem*, qui excitatur aut ſpargitur ſurſum, differtque à voce עָפָר, quæ *pulverem craſſiorem* ſignificat. Ita Exod. 9, 9. dicitur de *pulvere pertenui* ex favilla fornacis nato, & Nah. 1, 3. legitur de pulvere pedibus excitato. β) *Improprie* 1.) Metonymice notat *ſiccitatem ſummam*, quæ pulveris cauſa eſt. Devt. 28, 24. 2.) Metaphorice eſt ſymbolum tum *ingentis multitudinis* Jeſ.29, 5. tum miſeræ & abjectæ *conditionis*, Jeſ. 5, 24.

אֲבָקָה f. *Pulvis.* Semel legitur de aromate contuſo in ſtatu conſtr. אַבְקַת רוֹכֵל *Pulvis aromatarii.* Cant. 3, 6.

נֶאֱבַק *In arenam deſcendit; Luctatus eſt.* Ratio etymi eſt non ſolum, quia veteres in pulvere & arena luctabantur, ſed etiam, quia luctando pulvis concitabatur. Unde apud Virgilium eſt: *Fulva luctantur arena.* Et R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi hanc explicaturus vocem ſcribit: העלו אבק ברגליהם בהתחזקם זה עם זה *Concitabant pulverem pedibus ſuis, cum unus alterum amplexaretur.* Bis ſaltem legitur. Fut. וַיֵּאָבֵק אִישׁ עִמּוֹ *Tum vero luctabatur vir cum eo.* Gen.32, 24. Inſin. בְּהֵאָבְקוֹ *inter luctandum cum ipſo.* Gen. 32, 26.

אָבַר *Volavit* apud Chaldæos; apud Rabbinos in Piel אִבֵּר *Roboravit, obfirmavit.* Apud Jobum c.39, 29. legitur in Fut. Hiphil יַאֲבֶר *Volabit*, quod Bochartus exponit: *plumeſcet.*

אָבִיר m. *Robuſtus, Fortis.* Saltem legitur in Statu Conſtr. אֲבִיר, & ubivis locorum de *Deo* adhibetur, qui κατ' ἐξοχὴν *robuſtus* & *fortis* dicitur, quia infinito eſt robore atque fortitudine. Occurrit autem Gen. 49, 24. Pſalm. 132, 2. 5. Jeſ. 1, 24. c. 49, 26. c. 60, 16.

Digitized by Google

אַבִּיר m. *Validus, Robuſtus, Fortis.* Cum Præf. כַּאבִּיר *Ut Robuſtus, Potens.* Jeſ. 10, 13. pro כְּאַבִּיר, Schevate per Syriaſmum remoto & (ָ) in ejus locum tranſlato. Plur. אַבִּירִים *Robuſti.* Job. 24, 22. In Statu Conſtr. אַבִּירֵי לֵב *Robuſti corde.* Jeſ. 46, 12. Cum ſuff. אַבִּירָי *Robuſti mei.* Thren. 1, 15.

1.) Generatim *validum & robuſtum ſignificat.* 2.) Speciatim α) *validos viribus & robore.* Ita dicitur 1.) *de hominibus*, qui viribus & robore pollent, Jer. 46, 15. Thren. 1, 15. 2.) *de brutis robuſtis & prævalidis*, e. g. *de equis generoſis*, Jud. 5, 22. Jer. 8, 16. c. 47, 3. c. 50. 11. & de *tauris robuſtis & validis*, Pſalm. 50, 13. per Metaphoram Pſalm. 22, 13. Pſalm. 68, 13. *hoſtes Chriſti & Eccleſiæ*, magna potentia & viribus pollentes, e. g. Reges, Principes, Primates &c. deſignantibus. Conf. Jeſ. 34, 7. β) Voce à potentia ad poteſtatem tranſlata, notat *Principem, Præfectum, Optimatem, Primatem* &c. 1. Sam. 21, 7. Huc refert Geierus illud Pſal. 78, 25. לֶחֶם אַבִּירִים *Panis Principum, Magnatum*, i. e. *qui Principes & Magnates decet*, herrlich Fürſten-Brod / Fürſten-Speiſe. Græci quidem, Chaldæus, Syrus, Arabs, R. Salomo, Coccejus & Feſſelius per אַבִּירִים intelligunt *Angelos*; ſed hæc interpretatio Geiero non arridet, quia אַבִּיר nunquam de *Angelis* dicitur. Pfeifferus in Dub. Vex. non male arbitratur *Manna* dici panem fortium, *tum* à facultate nutriendi, *tum* à delicato ſapore. γ) Metaphorice junctum voci לֵב *cor*, notat tum *elatum atque ſuperbum*, Pſalm. 76, 6. tum *obſtinatum*, qui in cordis duritie perſeverat Jeſ. 46, 12.

אֵבֶר m. *Ala*; ſic dicta ab אבר *Robuſtus fuit, volavit*, quia non ſolum aves alis *volant*, ſed etiam earum *vis & robur* in alis deprehenditur. Ter legitur α) de *ala columbæ* Pſalm. 55, 7. β) de *ala aquilæ* Jeſ. 40, 31. Ezech. 17, 3.

אֶבְרָה f. *Ala*; ratio etymi eſt eadem, quæ præcedentis אֵבֶר cum Suff. עַל־אֶבְרָתוֹ *Super ala ſua.* Job. 39, 16. Plur. cum ſuff. אֶבְרוֹתֶיהָ *Alæ ejus.* Pſalm. 68, 14.

1.) Generatim notat *alam.* 2.) Speciatim α) *proprie* notat *alam avis.* Job. 39, 16. β) *Metaphorice* deſignat *DEI favorem, curam atque protectionem.* Devt. 32, 11. Pſalm. 91, 4.

בִּירָה f. *Caſtellum*; à *robore* ſic dictum, pro אֲבִירָה *robuſta*, א per Aphæreſin ablato.

1.) Generatim notat *robuſtam.* 2.) Speciatim α) dicitur de *Palatiis & caſtellis regiis.* 1. Chron. 29, 1. Neh. 1, 1. Eſth. 1, 2. 5. c. 2, 3. 5. 8. c. 3, 15. c. 8, 14. c. 9, 6. β) de *templo Hieroſolymitano*, quod inſtar robuſti palatii erat, 1. Chron. 29, 1. Neh. 2, 8.

בִּירָנִיּוֹת f. pl. *Caſtella*, à *robore* nomen habentia. 2. Chron. 17, 12. c. 27, 4. Singularis foret בִּירָנִית *Caſtellum.*

Digitized by Google

אַגְמוֹן m. *Stagnum; Juncus; Ahenum;*

1.) Generatim quidem *ſtagnum* ſignificat. Sed 2.) ſpeciatim α) *proprie* notat *Collectionem aquarum confluentium*, quæ in uno loco ſtant. Ita hanc vocem Aben-Eſra capit Jobi. 41, 11. quia ex ſtagnis fumus vel vapor copioſe adſcendit. β) *Improprie* 1.) per *Metonymiam* ſignificat, *juncum*, qui in ſtagnis creſcere ſolet, poſito continente pro contento, Jeſ. 58, 5. 2.) per *Metaphoram* notat a) *Ahenum*, quod inſtar *Stagni* aquam capit. Ita quidam capiunt illud Job. 41, 11. Vid. R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi & Seb. Schmid. in Comment. Sed Dn. Majus ex Arabica lingva notionem *ardoris* petit, priorem ſignificationem fictam eſſe cenſens. b) *Hamum inſtar junci incurvum & aduncum*, quo in ſtagno piſces capi ſolent. Job. 40, 21. Vid. Mercerus. c) *Infimæ ſortis & conditionis hominem.* Jeſ. 9, 14. c. 19, 15.

אַגָּן m. *Crater.* Fœrſterus derivat à גנן, quod circumſeptus ſit *corona.* Ter legitur. Cantic. 7, 3. אַגַּן הַסַּהַר *Crater rotunditatis*, i. e. *rotundus.* Plur. אַגָּנוֹת *Crateres*, Exod. 24, 6. Jeſ. 22, 24.

אגף Radix inuſitata. Inde eſt

אֲגַפִּים m. pl. *Alæ. Proprie* quidem notat *alas avis;* ſed per Metaphoram deſignat *turmas equitum*, quæ, ut Gellius Noct. Att. l. 16. c. 4. & Vegetius l. 2. de re milit, c. 2. ſcribunt, ita dictæ fuerunt, quod circum legiones dextera ſiniſtraque tanquam alæ in avium corporibus locabantur. In ſolo Ezechiele legitur, deſignans turmas, vel victas, vel proxime vincendas. Ez. 12. 14. c. 17, 21. c. 38, 6. 9. 22.

אָגַר *Collegit, Congeſſit, Comportavit.* Ter legitur α) de *iis*, quæ formica tempore meſſis congerit. Prov. 6, 8. אָגְרָה β) In Part. אוֹגֵר de *iis*, quæ homo prudens & diligens tempore meſſis colligit atque comportat. Prov. 10, 5. γ) Fut. תֶּאֱגֹר de *iis*, qui uvas tempore vindemiæ colligunt. Devt. 28, 39.

אָגוּר m. *Agur;* nomen proprium Viri ſapientis, filii Jake, Prov. 30, 1. *Collectum* ſignificat. Quis autem Agur fuerit, ignoratur. Kimchi in Præf. in Hoſeam ſcribit, *unumquemque, cujus nomen ſimul cum nomine Patris memoratur in Prophetiis, fuiſſe Prophetam aut Prophetæ filium.* Sed an hæc huc quadrent, judicent alii.

אִגֶּרֶת f. *Epiſtola*, ſic dicta, quod in eam multæ literæ & dictiones, imo variæ res comportantur. Eſth. 9, 29. Neh. 2, 8. c. 6, 5. Plur. אִגְּרוֹת *Epiſtolæ.* 2. Chron. 30, 1. Neh. 2, 7. 9. c. 6, 16. Cum Suff. אִגְּרוֹתֵיהֶם *Epiſtolas ſuas.* Neh. 6, 17.

אֲגוֹרַת f. *Nummulus.* Vide in גרר.

אֲגַרְטָל m. *Pelvis*, juxta Aben-Eſram ſic dicta, quod in ea colligatur ſangvis. Bis legitur in Plurali in Statu Conſtr. אֲגַרְטְלֵי זָהָב אֲגַרְטְלֵי כֶסֶף *Pelves auri*, i. e. *aureæ; pelves argenti*, i. e. *argenteæ.* Eſr. 1, 9.

אָרַב

אָרַב *Doluit, cruciatus eſt.* In Kal non legitur. In Hiphil הֶאֱרִיב *Dolore affecit, cruciavit.* Occurrit ſaltem Infinitivus לַאֲרִיב *Ad cruciandum.* 1. Sam. 2, 33. pro לְהַאֲרִיב, *Præformativo* ה ob Præfix. ל per Aphæreſin ablato.

אָדַם *Pulcher fuit, Nituit; Rubuit, Ruber vel rufus fuit.* אָדְמוּ עֶצֶם מִפְּנִינִים *Rubuerunt oſſa præ margaritis.* Thren. 4, 7. Ita interpretatur Seb. Schmidius; ſed Bochartus reddit: *Lucidiores corpore erant præ margaritis.* Pual Part. מְאָדָּם *Rubefactus.* Nah. 2, 3. pro מְאֻדָּם, (ֻ) cum (ָ) Chatuph alternante. Plur. אֵילִים מְאָדָּמִים *Arietes rufi.* Exod. 39, 34. Hiphil הֶאְדִּים *Rubeſecit;* & intranſitive, admodum *rubicundus fuit.* Fut. אִם־יַאְדִּימוּ Si admodum rubicunda fuerint. Jeſ. 1, 18. Hithpael Fut. כִּי־יִתְאַדָּם *Quod rubrum ſit.* Prov. 23, 31.

1.) Generatim celeb. *Majo* notat *pulchrum & formoſum eſſe*, quod probat tum ex Lingva Ebraica, tum ex Lingva Arabica & Æthiopica in Diſſertatione Philologico-Theologica pag. 269. & ſeqq. Et Bochartus in Hieroz. P. II. lib. 5. c. 6. p. 688. & ſeqq. ex Arabica Lingva *candendi* vel *nitendi* ſignificationem ei attribuit, & æque ac Latinum *rutilare* ſumi poſſe cenſet, quod ſæpe nihil quicquam, quam *ſplendere* eſt; cum etiam *à Poëtis purpurea vocentur, quæ eximii candoris ſunt, ut nix & cygni; quia utrique colori, candido ſcilicet & purpureo hoc commune eſt, ut admixti luminis multum habeant.* Sed Coccejus & Guſſetius pro ſignificatione *rubendi* pugnant. Si quid dicendum, dixerim, generatim quidem ſignificare *formoſum & pulchrum eſſe;* ſed, quia, quæ ſvaviter *rubent*, à vulgo *pulchra* judicantur, inde 2.) ſpecialiter *α) proprie* notare *rubere, rubicundum eſſe*, etſi *rubor* pro captu materiæ ſubjectæ ſubinde ſit temperatus. Ita dicitur de *vino* Prov. 23, 31. de *clypeis* rubefactis ex cæde hoſtium Nah. 2, 3. de *arietibus* Exod. 25, 5. c. 26, 14. c. 35, 7. 23. c. 39, 34. Sed Thren. 4, 7. *nitendi & candendi* ſignificatio locum habere poteſt. β) *Metaphorice* transfertur ad *peccata* Jeſ. 1, 18. reſpiciturque ad *ſangvines*, quorum v. 15. mentio fit, & per quos non tantum metonymice *homicidia*, ſed etiam per Synecdochen *quævis alia magna & enormia peccata* innuuntur. Prout ergo *ſangvis* temere effuſus homicidam fœde contaminat & reum facit: ita quoque peccata hominem fœde contaminant, coram Deo abominabilem reddunt, & pœnæ tam temporalis, quam æternæ reum faciunt.

אָדָם m. *Homo;* Juxta Joſephum l. 1. antiqv. c. 2. ſic dictus, *ἐπιδείπες ἀπὸ τῆς πυῤῥᾶς γῆς Φυραθείσης ἐγεγόνει*, quia ex humo rubra macerata factus eſt, vel juxta alios, quia עָפָר מִן־הָאֲדָמָה *Pulvis è terra factus eſt.* J. Ludolphus in Hiſtor. Æthiopica lib. 1. c. 15. n. 17. contendit, hominem ſic dici non à *rubedine*, ſed ab *abſoluta perfectaque elegantia ac pulchritudine;* nec male; quia אדם generatim ſignificat *pulchrum & formoſum eſſe*, Deusque hominem conſiderat ad imaginem

ſibi

ſibi ſimillimam, quæ importabat complexum plurium perfectionum &c.

1.) Generatim notat *hominem*, ſive ſit *mas*, ſive ſit *fœmina*, ceu videre eſt Gen. 9, 5. Lev. 7, 21. c. 16, 12. Exod. 14, 15. c. 9, 19. c. 33, 20. Lev. 5, 3. 4. c. 6, 3. c. 13. 2. 9. c. 16, 17. c. 18, 5. c. 22, 5. c. 24, 20. 21. Num. 8, 17. c. 19, 11. 13. 14. 16. Devt. 5, 24. c. 8, 3. 1. Sam. 15, 29. c. 16, 7. 1. Reg. 8, 38. 46. 2. Reg. 7, 10. c. 19, 18. 2. Chron. 6, 29. 36. c. 32, 19. Neh. 2, 10. c. 9, 29. Job. 5, 7. c. 11, 12. c. 14, 1. 10. c. 20, 29. c. 21, 4. c. 27, 13. c. 28, 28. c. 33, 17. 23. c. 34, 11. 30. c. 38, 26. Pſalm. 32, 2. Pſalm. 84, 13. Pſalm. 104, 23. Pſalm. 116, 11. Pſalm 135, 8. &c. 2.) Speciatim α) *ſua natura* conſtituit *proprium primi hominis, Adam* 1. Chron. 1, 1. β) *Metonymice* deſignat *alios* quoque *homines*, perinde ut *Iſrael* accipitur pro *Iſraelitis*, pro quo tropo evolvendo adhibetur בֶּן־אָדָם *filius Adami*, nomine בֵּן *filius* per Synecdochen ſumto pro *quovis poſtero*. Vid. Dn. D. Danzii Interpr. §. 57. ed. 2. Sed ſic ſumtum I.) *Collective* deſignat tam *marem*, quam *fœminam*, *tum ob ſpecificam naturæ identitatem*, ut indigitetur, fœminas æque ac mares homines eſſe, *tum* ut noverint conjuges, ſe inſtar unius eſſe hominis. Gen. 1, 26. 27. Huc refert *Feſſelius* in adverſar. lib. 6. c. 4. p. 30. quando combinatur cum voce בֵּן Num. 23, 19. Devt. 32, 8. 1. Reg. 8, 39. 2. Chron. 6, 30. Job. 25, 6. Pſalm. 11, 4. Pſalm. 12, 2. 9. Pſalm. 14, 2. Pſalm. 21, 11. Pſalm. 31, 20. Pſalm. 45, 3. Pſalm. 53, 3. Pſalm. 89, 48. Pſal. 90, 3. Pſalm. 107, 8. 15. 21. 33. Pſalm. 115, 16. Pſalm. 146, 3. Prov. 8, 4. 31. c. 15, 11 Jeſ. 51, 12. c. 52, 14. c. 56, 2. Jer. 32, 19. c. 49, 8. 33. c. 50, 40. c. 51, 43. Ezech. 2, 1. 3. 6. 8. &c. quia in dictis locis intelliguntur *homines, qui communi naturæ ordine ex mare & fœmina, nimirum patre & matre progeniti ſunt*. Sed conf. n. β) 2.) *Totum genus humanum*. Gen. 6, 1. c. 8, 21. 2. Sam. 23, 3. 2. Chron. 6, 18. Job. 7, 20. c. 20, 4. Jeſ. 44, 11. c. 45, 12. Jer. 27, 5. Zach. 9, 1. II.) *Synecdochice* dicitur a) de *homine infimæ & abjectæ conditionis*, idque fere, ſi opponitur voci אִישׁ *Virum nobilem & illuſtrem* deſignanti, Pſal. 22, 7. Pſal. 82, 7. Jeſ. 2, 9. 11. 17. c. 5, 15. b) de *homine improbo & incredulo*, Gen. 6, 2. 4. c. 11, 5. 1. Sam. 26, 19. Pſal. 17, 4. Pſal. 57, 5. Pſal. 58, 2. Pſal. 140, 2. Jeſ. 43, 4. c) de *homine fragili, imbecilli, & novercantis fortunæ injuriis expoſito*. Jud. 16, 7. 11. Pſal. 39, 6 12. Pſal. 56, 11. Pſal. 56, 12. Pſal. 118, 6. 8. Pſ. 144, 3. Jeſ. 31, 3. Ezech 28, 2. 9. d) de *homine pio ac renato*, Prov. 28, 12. 28. Confer. Pſalm. 36, 8. III.) *Diſtributive ſumitur & univerſaliter*; & a) quidem ſine particula negante præmiſſa aut poſtpoſita idem eſt ac *unusquisque, quilibet, ſinguli*. אַשְׁרֵי־אָדָם *Beatitudines hominis* i. e. *beatus unusquisque*. Pſalm. 32, 2. Ita quoque Pſalm. 58, 12. b) Cum particula negante præmiſſa aut poſtpoſita valet *nullus, nemo*. וְאָדָם לֹא זָכַר אֶת־הָאִישׁ *Et homo non*, i. e. *nemo* vel *nullus hominum recordatur viri iſtius*. Eccl. 9, 15. Conf. Gen. 2, 5. Exod. 30, 32. Job. 32, 21. Eccl. 7, 21. IV.) *Indefinite* ſumitur, notans, *aliquis, quidam, ullus*. אָדָם כִּי יַקְרִיב

Digitized by Google

יַקְרִיב מִכֶּם קָרְבָּן לַיהוָה *Homo ſi offeret ex vobis*, h.e. *ſi quis veſtrum obtulerit oblationem Domino.* Sic quoque accipitur. Pſalm. 105, 14. Eccl. 2, 21.

אָדֹם m. *Rubicundus.* 1.) Generatim *formoſum* notat. 2.) Speciatim *rubicundum* ita α) dicitur de *loco rubicundo*, qui *rubedine* adeo refertus eſt, ut ſine rubedine inde non detur exitus. Jeſ. 63, 1. Vid. Seb. Schmid. in h. l. Glaſſius in Rhet. S. Tract. 1. c. 12 p. 372. cenſet ibi per Metaphoram notare *quosvis Eccleſiæ hoſtes*, quod Idumæi quondam fuerint Judæorum hoſtes infenſiſſimi. β) Eſt *Eſavi* cognomen, ei inditum, tum, quod, cum naſceretur, *rufus* in lucem prodiret, tum, quod cum *edulio ruſo* à fratre Jacobo oblato, jus primogenituræ permutaret. Gen. 25, 25. 30. 34. Inde γ) Metonymice ſumitur 1.) pro *Eſavi poſteris*, montanæ regionis Seir incolis, Iſraelitis verſus meridiem vicinis. Gen. 36, 9. 43. Exod. 15, 15. Num. 20, 14. 18. 20. 21. c. 34, 3. Joſ. 15, 1. 21. Jud. 11, 17. 1. Sam. 14, 47. 2. Sam. 8, 14. 1. Reg. 11, 15. 2. Reg. 3, 8. 9. 12. 26. c. 8, 20. 21. c. 14, 7. 10. 1. Chron. 1, 51. c. 18, 11. 12. 13. 2. Chron. 21, 9. c. 25, 14. 19. 20. Pſalm. 60, 2. Pſ. 83, 7. Jer. 9, 26. c. 25, 21. c. 27. 3. c. 40, 11. c. 49, 7. 20. Qui hæreditario odio in Iſraelitas flagrabant, de quo conſule Num. 20, 17. 18. Pſ. 137, 7. Ezech. 35, 5. 11. Am. 1, 6. 11. ob quam cauſam per Synecdochen & Metaphoram pro *hoſtibus Eccleſiæ graviſſimis* ponuntur Jeſ. 34, 5. 6. Jer. 49, 16. 19. Obad. 1, 3. 2.) pro *Idumæorum terra & regione*, & quidem fere fœmininè. Gen. 36, 32. 2. Sam. 8, 14. 1. Reg. 11, 14. 15. 16. c. 22, 48. 2. Reg. 3, 20. Pſ. 60, 10. 11. Pſ. 108, 10. 11. Pſ. 137, 7. Jeſ. 11, 14. Jer. 49, 17. 22. Ez. 25, 13. c. 35, 15.

אָדֹם m. *Lucidus*, juxta Bochartum & Majum; *Ruber, Rufus.* דּוֹדִי צַח וְאָדוֹם *Amicus meus nitidus & ruber* Cant. 5, 10. Fœm. פָּרָה אֲדֻמָּה *Vacca rubra.* Num. 19, 2. Plur. מַיִם אֲדֻמִּים כַּדָּם: *Aquæ erant rubræ inſtar ſangvinis.* 2. Reg. 3, 22.

1.) Generatim & vi originis Majo & Bocharto notat *formoſum & lucidum.* 2.) Speciatim ſignificat *rubrum, rubicundum.* Ita dicitur non ſolum de *equo* Zach. 1, 8. c. 5, 2. *vacca.* Num. 19, 2. *aqua* 2. Reg 3, 22. *edulio* Gen. 25, 30. ſed etiam tribuitur *Chriſto* Cant. 5, 10. *tum* ob ipſius humanitatem, *tum* ob ipſius ſangvinem, quem pro hominibus redimendis effudit; item de ejus veſtimento Jeſ. 63, 2. ad deſignandam *cruentam victoriam*, quam moriendo, ſuumque ſangvinem effundendo ab hoſtibus reportavit.

אֹדֶם m. *Rubinus*; nomen gemmæ à *rubore* ſic dictæ, juxta Buxtorffium & alios. Sed Braunius de veſtitu Ebræorum ex cognatione *ſoni adamantem* eſſe conjicit, à *ſummo ſplendore & lucidiſſimis radiis ſic* dictum. Aſt judice Guſſetio locum non habet. Memoratur Exod. 28, 17. c. 39, 10. Ez. 28, 13.

אֲדָמָה f. *Terra*; *Humus*, quæ à rubedine ſic dicta vulgo cenſetur. Sed cel. J. Ludolfus in Hiſtor. Æthiop. lib. 1. c. 15. à pulchritudine abſo-

abſolutâ eam dictam monſtrat. In Statu Conſtr. אַדְמַת יִשְׂרָאֵל *Terra Iſraelis.* Ez. 11, 16. Cum Suff. אַדְמָתִי *Terra mea.* Job. 31, 38. אַדְמַתְכֶם *Terra veſtra.* Jeſ. 1, 7.

1.) Generatim notat *terram.* 2.) Speciatim *α*) *propriè* notat *terram*, quæ *tenacior, fertilior & ad culturam aptior.* Unde differt à voce אֶרֶץ, quæ eſt latioris ſignificationis, deſignans omne id, quod dicitur *terra*, conſtans agris, deſertis, arenis, ſylvis, rupibus, mineris &c. Ita legitur Gen. 2, 6. c. 3, 17. 18. 23. c. 4, 2. 3. 10. *β*) *Impropriè* 1) per Synecdochen notat *a*) *certam terræ partem, regionem vel ditionem.* Gen. 2, 9. c. 4, 14. Ita tribuitur *terræ* Canaan, quam Deus Iſraelitis promiſit & dedit, Gen. 28, 15. Exod. 20, 12. Lev. 20, 24. Num. 11, 12. c. 32, 11. Devt. 4, 40. c. 5, 16. c. 7, 13. c. 11, 9. 21. c. 12, 19. c. 21, 1. 23. c. 25, 15. c. 26, 15. c. 28, 11. 21. 63. c. 29, 28. c. 30, 18. 20. c. 31, 13 20. c. 32, 43. 47. Joſ. 23, 13. 15. 1. Reg. 8, 34. &c. regioni *Midian*, Exod. 3. 5. *Aſſyriorum*, Am. 7, 17. *Moabitarum*, Jeſ. 15, 9. *Chaldæorum*, Pſalm. 137, 4. *Ægyptiorum*, Exod. 8, 21. Dan. 11, 9. *Samariæ* Am. 7, 11. 17. c. 9, 8. 2) *Totum terræ orbem*, Gen. 4, 11. c. 6, 1. c. 7, 4. 23. c. 8, 8. 13. 21. c. 9, 2. c. 12, 3. c. 28, 14. Exod. 32, 12. Num. 12, 3. c. 16, 30. 31. Devt. 4, 10. 18. c. 6, 15. c. 7, 6. 1. Sam. 20, 15. 31. 2. Sam. 14, 7. Pſalm. 83, 11. Pſalm. 104, 30. Jeſ. 23, 17. c. 24, 11. Jer. 8, 2. Dan. 12, 2. 3) *Agrum* ſeu *terræ partem*, quæ colitur & frugibus conſeritur, Gen. 4, 2. 12. c. 47, 18. 19. 20. 22. 23. Exod. 23, 19. c. 34, 26. Prov. 12, 11. c. 28, 19. Jeſ. 28, 24. c. 30, 23. 24. Zach. 13, 5. 4) *Pulverem tenuem*, capiti inſperſum, in *ſignum luctus & doloris*, 1. Sam. 4, 12. 2. Sam. 15, 32. Neh. 9, 1. II) per *Metonymiam* notat *a*) *terræ incolas*, Joel. 2, 21. *b*) *terræ proventum*, Jeſ. 1, 7. *c*) *agriculturam* 2. Chron. 26, 10.

אֲדָמָה f. *Adama*, nomen propr. urbis tribus Naphthali, ad lacus Geneſareth ſeptentrionem ſitæ Joſ. 19, 36. quam eandem eſſe putat Feſſelius in Adverſ. lib. 6. c. 3. p. 25. cum אָדָם Joſ. 3, 16. ſed Clericus in Joſ. 3, 16. contrarium ſtatuit, ſcribens: *Cavendum, ne hanc fuiſſe putemus Adamam, Tribus Nephtalis, de qua c. 19, 36. Cum hæc Adama fuerit ad meridiem lacus Geneſarethici, infra quem aquæ ſteterunt; Nephtalitica vero ad ejusdem lacus ſeptentrionem, ubi ejus tribus agri fuerunt.*

אַדְמָה f. *Adma;* nomen propr. Urbis, in regione Sodomæ ſitæ, Gen. 10, 19. quæ ob peccatorum gravitatem & copiam unà cum aliis incendio abſumta fuit. Devt. 29, 22. Hoſ. 11, 9.

אֲדָמִי m. *Adami;* nomen proprium Urbis in tribu Naphtali. Joſ. 19, 33.

אֲדֹמִי m. *Idumæus, Edomita;* nomen gentile, Devt. 23, 8. 1. Sam. 21, 7. 1. Reg. 10, 14. Plur. אֲדֹמִיִּים *Edomitæ.* 1. Reg. 11, 17. ſed 2. Chron. 28, 17. eſt אֲדֹמִים.

אֲדֻמִּים pl. *Adummim.* Joſ. 15, 7. nomen *loci* in ſorte tribus Judæ juxta Hieronymum, vel potius juxta Clericum in tribu Benjaminis, per

quam tranſeundum fuit iis, qui Hieroſolyma Jerichuntem ibant; ſic dicti à *ſanguinibus*, qui illic crebro à latronibus fundebantur. Vid. Hieronym. de loc. Ebr. Conf. Cler. in Joſ. 15, 7.

אַדְמֹנִי m. *Rufus, Rubicundus.* Ter legitur, nim. de *Eſavo*, qui rufus, h. e. pilo frequenti eoque rufo denſiſſimus naſcebatur. Gen. 25, 25. & de *Davide* 1. Sam. 16, 12. c. 17, 43.

אֲדַמְדָּם m. *Subrubidus; nonnihil rubicundus;* duæ poſteriores radicales geminatæ diminuunt ſignificationem, quam in aliis augent. Vid. Danzii Int. §. 92. Sed ſecus ſentit Bochartus in Hieroz. P. II. lib. 5. c. 4. p. 689. ubi ei *intendendi* ſignificationem tribuit, & *maximè lucidum* interpretatur. Legitur de *macula lepræ*. Lev. 13, 42. 49. Fœm. אֲדַמְדֶּמֶת Lev. 13, 19. 24 43. Plur. אֲדַמְדַּמּוֹת Lev. 14, 37. Amplius non legitur.

דָּם m. *Sanguis*, à *rubore* ſic dictus; א per Aphæreſin ablato. Vid. Danzii Lit. §. 55. אַל־תִּשְׁפְּכוּ דָם *Ne effundatis ſanguinem.* Gen. 37, 22. שָׁפְכוּ דָם נָקִי *Effuderunt ſanguinem innocentem.* Joel. 4, 19. נְגֹאֲלוּ בַּדָּם *Polluti ſunt ſanguine.* Thren. 4, 14. In Statu Conſtr. דַּם חֲלָלִים *Sanguis confoſſorum.* Num. 23, 24. Cum Suff. וְהֵשִׁיב יְהוָֹה אֶת־דָּמוֹ עַל־רֹאשׁוֹ *Et rejiciat Dominus ſanguinem ejus ſuper caput ejus.* 1. Reg. 2, 32. Plur. חֲתַן דָּמִים *Sponſus ſanguinum.* i. e. *Sanguine te redimere & retinere cogor*, juxta Vatabl. Ex. 4, 25. אִישׁ הַדָּמִים *Vir ſanguinum.* 2. Sam. 16, 7. In Statu Conſtr. קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים *Vox ſanguinum fratris tui clamant*, i. e. *clamat.* Gen. 4, 10. Duorum enim Subſtantivorum invicem conſtructorum interdum poſterius verbum regit, cum deberet prius. Simile deprehenditur Job. 15, 20. Cum Suff. דָּמָיו *Sanguines ejus.* Hoſ. 12, 15.

1) Generatim notat *ſanguinem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *rubrum corporis liquorem*, qui reliquorum ejus liquorum, imò totius vitæ fons eſt, & ex tribus partibus, nempe ex ſero aqueo, particulis fibroſis & globulis rubris conſtare dicitur. Ita dicitur 1) de ſanguine *hominis* Gen. 9, 6. Exod. 4, 15. 2) de ſanguine *bruti*, Gen. 37, 31. Exod. 12, 7. 13. cujus eſus prohibetur Gen. 9, 4. Lev. 17. 10. 11. 12. β) *Impropriè* 1) per Metonymiam deſignat *a*) *hominem ſanguinis effundendi cupidum.* Jeſ. 33, 15. qui alias dicitur אִישׁ דָּמִים *Vir ſanguinum*, qui non ſolum ſanguinis effundendi cupidus eſt, ſed etiam jam varias cædes patravit. 2. Sam. 16, 7. Pſalm. 5, 7. Pſalm. 26, 9. Pſalm. 55, 24. Pſalm. 59, 3. Pſalm. 139, 19. Prov. 29, 10. *b*) *Cædem & occiſionem hominis*, quia utplurimum *ſanguis effunditur*, quando homo occiditur. Gen. 37, 26. Num. 35, 27. 33. Lev. 19, 16. Joſ. 20, 3. 1. Sam. 26, 20. 2. Sam. 3, 27. 2. Chron. 24, 25. Pſal. 106, 38. Jer. 2, 24. Ezech. 28, 23. Hoſ. 4, 2. & inde amplius per Synecdochen præter *cædem*, etiam *oppreſſionem, & alia graviora ſcelera in damnum proximi tendentia*, imò ipſas quoque *libidines.* Jeſ. 1, 15. c. 4, 4. c. 59, 3. Conf. Hab. 2, 12. Mich. 3, 10. ubi dicitur de *miſerorum oppreſſione & læſione*,

ſione, imò *mortem* ſimpliciter, Pſalm. 30, 10. Pſalm. 72, 14. *c*) *Reatum ex ſanguine injuſte effuſo contractum*, ſeu *reatum de cæde patratam*, Devt. 19, 10. c. 22, 8. Pſal. 51, 16. Inde *ſanguinem alicujus quærere*, Gen. 9, 5. c. 42, 22. *alicui reddere*, 2. Sam. 16, 8. *viſitare*, Hoſ. 1, 4. *eſt reatum cædis punire.* Similiter *ſanguinem eſſe ſuper aliquem, vel caput alicujus*, notat *exitii ſui reum & cauſam eſſe, pœnamque ſui peccati luere*. Lev. 20, 9. 2. Sam. 1, 16. 1. Reg. 2, 37. Ezech. 33, 4. 5. *d*) *Homicidii judicium & pœnam.* Ita *eſſe alicui ſanguinem*, idem valet, ac *eſſe alicui judicium homicidii, l. pœnæ homicidii obnoxium eſſe*. Exod. 22, 2. 3. II) Per Synecdochen *a*) *generis* pro *ſpecie*, dicitur tum de ſanguine menſtruo, Lev. 20, 18. tum de ſanguine ex puerperis fluente, Lev. 12, 4. *b*) *partu* pro toto, nótat totum hominem, eumque innocentem, 1. Sam. 19, 5. Pſal. 94, 21. Prov. 1, 11. III) Per *Metaphoram* transfertur 1) ad *id, quod rubedine ſanguineum colorem* refert, e. g. ad *vinum*, Gen. 49, 11. Devt. 32, 14. 2) Quia per Metonymiam denotat *cædem & occiſionem*, inde ulterius per Metaphoram deſignat *ſpiritualem mortem & æternum exitium*. Ez. 3, 18. cap. 33, 18.

אָדַן Radix Ebræis inuſitata; ſed quantum ex conjugatis colligere licet, ſignificaſſe videtur *fulcivit, ſuſtentavit.* Apud Arabes occurrit in ſignificatione *permittendi, concedendi.*

אֶדֶן m. *Baſis, Stylobates*, à *fulciendo* & *ſuſtentando* ſic dicta. David de pomis ita interpretatur יָתוֹר וּמוֹשַׁב הָעַמּוּד *Fundamentum & ſedes columnæ.* Plur. אֲדָנִים *Baſes.* Exod. 26, 19. 21. c. 36, 26. 30. c. 38, 17. 31. In Statu Conſtr. אַדְנֵי כֶסֶף *Baſes argenti*, i. e. *argenteæ.* Exod. 26, 19. 32. c. 36, 24. 36. אַדְנֵי נְחֹשֶׁת *Baſes æris*, i. e. *aneæ.* Exod. 26, 37. Cum Suff. אֲדָנָיו *Baſes ejus*, Exod. 39, 33. אַדְנֵיהֶם *Baſes eorum.* Ex. 26, 21.

אָדוֹן m. *Dominus*, quaſi *ſuſtentator & columen* dictus. שָׂמוֹ אָדוֹן לְבֵיתוֹ *Poſuit eum Dominum domui ſuæ.* Pſalm. 105, 21. In Statu Conſtr. אֲדוֹן כָּל־הָאָרֶץ *Dominus univerſæ terræ.* Joſ. 3, 11. 13. Cum Suff. אֲדֹנִי *Mi Domine!* Gen. 23, 6. בֵּן־לַאדֹנִי *Filium Domino meo* peperit. Gen. 24, 36. Plur. אֲדֹנִים *Domini.* 1. Reg. 22, 17. בְּיַד אֲדֹנִים קָשֶׁה In manum Dominorum, i. e. *Domini duri.* Jeſ. 19, 4. Dicitur enim in Plurali ſæpe de uno ſaltem individuo, non ſecus, ac ſi una talis perſona æquipolleret pluribus aliis; unde etiam Adjectivum ſæpius cohæret in ſingulari. וַיְהִי בְּבֵית אֲדֹנָיו הַמִּצְרִי *Et fuit in ædibus Dominorum ſuorum*, i. e. *Domini ſui Ægyptii.* Gen. 39, 2. אֲשֶׁר שְׁלָחוֹ מֶלֶךְ אַשּׁוּר אֲדֹנָיו *Quem miſit Rex Aſſyriæ Domini*, i. e. *Dominus ejus.* 2. Reg. 19, 4. In Statu Conſtr. אֲדֹנֵי יוֹסֵף *Domini*, i. e. *Dominus Joſephi.* Gen. 39, 20. Cum Suff. וַאדֹנֵינוּ דָוִד *Et Dominus noſtri*, i. e. *Dominus noſter David.* 1. Reg. 1, 11.

1) Generatim notat *Dominum.* 2) Speciatim *a*) tribuitur *Deo*, qui eſt baſis ac fundamentum rerum omnium, ſuſtentans omnia, à nemine autem ſuſtentatur; & quidem vel 1) ὀυσιωδῶς & *eſſentialiter*, prout omni-

bus tribus ſacroſanctæ Trinitatis perſonis commune eſt, tum *abſolute*, Pſalm. 12, 5. Pſalm. 114, 7. Mal. 1, 6. tum cum *addito*, e. g. cum ה Articuli, excellentiam ipſius ac eminentiam indigitante, Exod. 23, 17. c. 34, 23. Jeſ. 1, 24. c. 3, 1. c. 10, 16. 33. Cum *ſubjecto* univerſalitatem inferente, Joſ. 3, 11. 13. Pſal. 97, 5. Mich. 4, 13. Zach. 4, 14. c. 6, 5. cum *alio ex nominibus Divinis*. Exod. 23, 17. c. 34, 23. Joſ. 3, 13. Pſalm. 114, 7. Pſalm. 135, 5. Jeſ. 1, 24. c. 3, 1. c. 16, 33. c. 19, 4. Huc refer, quando geminatur, Devt. 10, 17. Pſalm. 136, 3. vel *ei alia* attribuuntur, quæ nemini, niſi ſummo atque æterno Deo convenire queunt. Neh. 8, 10. Pſal. 135, 5. Pſal. 147, 5. 2) ὑποςατικῶς & *perſonaliter*, *Filio Dei*, Angelo increato. Joſ. 5, 14. Jud. 6, 13. Pſalm. 45, 12. Pſalm. 110, 2. Dan. 10, 16. 17. 19. c. 12, 8. Zach. 1, 9. c. 4, 5. 13. c. 6, 4. Mal. 3, 1. β) tribuitur *Angelis*, Gen. 19, 2. quod, judice Buxtorffio, *viri* eſſe putarentur. γ) *Hominibus*, vel *honoris cauſa*, vel *ratione juris*, *Dominii atque poſſeſſionis*. Scilicet 1) *honoris cauſa* tribuitur *hominibus*. Gen. 23, 6. 11. 15. c. 24, 18. c. 32, 4. 5. 18. c. 33, 7. 13. 14. 15. c. 42, 10. c. 43, 20. c. 44, 7. 9. 16. 18. 19. 20. 22. 24. 33. c. 47, 18. 28. Exod. 32, 22. Jud. 4, 18. Ruth. 2, 13. 1. Sam. 1, 15. 26. c. 25, 24. 2. Sam. 1, 10. c. 3, 21. 1. Reg. 17, 7. c. 20, 4. 9. 2. Reg. 2, 19. c. 4, 16. 28. c. 8, 12. 2) Ratione *juris*, *dominii atque poſſeſſionis* tribuitur *hominibus* a) *in genere*, Devt. 10, 17. Pſalm. 136, 3. *b*) peculiariter 1) *Magiſtratui politico*, qui reipublicæ columen eſſe debet, clientesque, prout decet, ſuſtinere tenetur. Num. 11, 28. c. 32, 25. 27. c. 36, 2. 1. Sam. 22, 12. c. 26, 15. 16. 17. 18. 19. c. 16, 16. c. 24, 7. 9. 11. c. 29, 4. 8. 10. 2. Sam. 2, 5. 7. c. 4, 8. c. 10, 3. c. 11, 9. 13. c. 12, 8. c. 13, 32. 33. c. 14, 9. 12. 15. 17. 19. 20. 22. c. 15, 15. 21. c. 16, 4. 9. c. 18, 31. 32. c. 19, 19. 20. 26. 27. 28. 30. 35. 37. c. 20, 6. c. 24, 3. 21. 22. 1. Reg. 1, 2. 11. 13. 17. 18. 20. 21. 24. 27. 31. 33. 36. 37. 43. 47. c. 2, 38. c. 3, 17. 26. c. 11, 23. c. 12. 27. c. 18, 8. 10. 11. 13. 14. 2. Reg. 5, 1. 18. c. 6, 12. 22. 23. 26. 32. c. 8, 5. 14. c. 10, 2. 3. 6. 9. c. 9, 7. 11. 31. c. 18, 23. 24. 27. c. 19, 6. 4. 1. Chron. 12, 19. c. 21, 3. 23. 2. Chron. 13, 6. c. 18, 16. Jeſ. 36, 8. 9. 12. &c. 2) *Præfecto* ſive *regionis* ſive *domus*. Gen. 42, 30. 33. c. 45, 8. 9. Pſalm. 105, 10. 3) *Patrifamilias*, qui familiæ ſeu domus fulcrum eſſe, eamque ſuſtentare debet. Gen. 24, 9. 12. 14. 27. 35. 36. 37. 39. 42. 44. 48. 49. 51. c. 39, 2. 3. 7. 8. 16. 19. 20. c. 40, 7. c. 44, 5. 8. Exod. 21, 4. 5. 6. 8. 32. Devt. 23, 15. 2. Sam. 9, 9. 10. 11. Prov. 25, 13. Jeſ. 24, 2. 4) *Marito*, qui Dominus & columen uxoris eſt. Gen. 18, 12. Jud. 19, 26. 27. 1. Reg. 1, 17. 18. 20. 21. 31. 5) *Patri*, qui liberorum fulcrum eſt. Gen. 31, 35. 6) *Doctori* ſeu *Præceptori*, qui diſcipulorum ſuſtentaculum eſt. 2. Reg. 2, 3. 5. 16. c. 6, 5. 7) *Poſſeſſori alicujus rei*. 1. Reg. 16, 24. 8) *Duci exercitus*. 2. Sam. 11, 11.

אֲדֹנָי m. *Adonai*. Eſt nomen *Soli Deo* proprium, conflatum ex אָדוֹן *Dominus*, & ex הֹוֶה *ens*, à rad. הָיָה *fuit*, *extitit*. Proinde notat *Dominum vel Suſtentatorem*, *baſin ac columen cujuscunque entis in hoc univerſo exiſtentis*. Vid. Dn. D. Danzii Præfat. eruditiſſ. Paradigm. Nom. & Verb.

præ-

præmiſſam, nec non in ipſis Parad. p. 55. R. D. Kimchi & Guſſetius in Comment. Lingu. Hebr. *nomen plurale eſſe putant*, ſed opinionem eorum refutatam vide ibidem. Adhibetur autem in Scriptura α) ὀυσιωδῶς & *eſſentialiter*, prout omnibus tribus perſonis commune eſt, vel abſolute Exod. 34, 9. Num. 14, 17. Joſ. 7, 8. 1. Reg. 3, 10. 15. c. 22, 6. 2. Reg. 7, 6. c. 19, 23. Ezech. 18, 25. 29. c. 21, 9. c. 33, 17. 20. Am. 5, 16. Esdr. 10, 3. Neh. 1, 11. c. 4, 14. Job. 28, 28. Thren. 1, 14. c. 2, 1. 2. 5. 7. 18 19. 20. c. 3, 31. 36. 37. 58. Dan. 1, 2. vel cum addita voce יְהוִֹה Gen. 15, 2. Devt. 3, 23. c. 9, 26. Jer. 1, 6. c. 2, 19. 22. c. 4, 10. c. 7, 20. c. 14, 13. c. 32, 17. 25. c. 46, 10. β) ὑποστατικῶς & *perſonaliter*, 1) *Filio Dei*, ſeu *Meſſiæ*, Gen. 18, 3. 7. 30. 31. 32. Exod. 4, 10. 13. Jud. 6, 15. Pſalm. 68, 12. Dan. 9, 17. 2) *Spiritui S.* Jeſ. 6, 8. conf. Act. 28, 25.

אֲדֹנִי־בֶזֶק m. *Adonibeſek*, nomen proprium Regis Beſeki, notans *Dominum Beſeki*, quem forte Parens ita boni ominis cauſa nominavit, quod ſperaret, eum poſt ſe Dominum ſeu Regem Beſeki futurum, ſibique ſucceſſurum. Aſt Serarius putat, fuiſſe nomen omnibus Regibus Beſeki commune. Crudelis & ſuperbus fuit; quod inde patet, quod 70. Regibus devictis pollices manuum pedumque conciderit, & inſtar canum ſub menſa ſua rejectamenta colligere coegerit. Sed ab Iſraelitis devictus idem ſupplicii genus expertus eſt. Jud. 1, 5.

אֲדֹנִיָּה m. *Adonia*; nomen proprium, α) filii Davidis ex Hagith ſuſcepti, 2. Sam. 3, 4. qui affectavit regnum, 1. Reg. 1, 5. & Abiſchagæ matrimonium à Salomone per Bathſebam expetiit, ſed ideò occiſus fuit. 1. Reg. 1, 13. 16. β) *Cujusdam ex capitibus populi*, Neh. 10, 17. Compoſitum eſt ex אָדוֹן *Dominus* & יָהּ ut idem ſit, ac *Dominus* eſt *Jah*.

אֲדֹנִיָּהוּ m. *Adonijahu*, eſt nomen proprium filii Davidis ex Hagith ipſi nati, qui etiam dicitur אֲדֹנִיָּה 1. Reg. 1, 7. 8. Vide præcedentia. Celeb. Dn. Hillero idem eſt, ac *Dominus eſt, qui erit*.

אֲדֹנִי־צֶדֶק *Adonizedek*; nomen proprium Regis Hieroſolymæ ab Iſraelitis occiſi, Joſ. 10, 1. compoſitum ex אָדוֹן *Dominus*, & צֶדֶק *Juſtitia*; unde notat *Dominum juſtitiæ*.

אֲדֹנִיקָם m. *Adonikam*; nomen propr. Judæi, cujus nepotes 666. ex captivitate Babylonica in Judæam reverſi ſunt, Eſr. 2, 13. Compoſitum ex אָדוֹן *Dominus*, & קוּם *ſurgere*, ut idem ſit, ac *Dominus ſurrexit*.

אֲדֹנִירָם m. *Adoniram*, nomen proprium Viri, quem Salomo tributis exigendis præpoſuerat. 1. Reg. 4, 9. Compoſitum eſt ex אָדוֹן *Dominus*, & רוּם *altum, excelſum eſſe*, ut idem ſit, ac *Dominus eſt excelſus*.

אָדַר *Amplus, Validus, Robuſtus, Ingens, Excellens, Magnificus fuit*. Sed in Kal non occurrit. Bis legitur in Niphal Part. נֶאְדָּר *Magnificus, Magnum ſe oſtendens*. Exod. 15, 11. Sed verſu 6. eſt cum י Paragogico יְמִינְךָ יְהוָה נֶאְדָּרִי בַּכֹּחַ *Dextera tua, Domine, magnifica eſt robore*. Semel occurrit in Hiphil Fut. יַאְדִּיר *Magnificabit, magnifica faciet*. Jeſ. 42, 21.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

אַדִּיר m. *Amplus, Validus, Ingens, Valde magnus, Magnificus, Excellens, Præſtans.* מַה־אַדִּיר שִׁמְךָ *Quam amplum, magnificum eſt nomen tuum?* Pſalm. 8, 2. Plur. בְּסֵפֶל אַדִּירִים *In Simpulo magnificorum*, cujusmodi magnificis in uſu eſt, quando bibunt. Jud. 5, 25. In Statu Conſtr. אַדִּירֵי הַצֹּאן *Magnifici, Duces gregis.* Jer. 25, 34.

1) Generatim notat *omne id, quod vel præſtantia & magnificentia, vel robore inſigne eſt.* 2) Speciatim α) *primariò* dicitur de *Deo*, cui prærogativa *roboris* ac *magnificentiæ* præ omnibus creaturis atque fictitiis Diis competit, Pſalm. 76, 5. Pſalm. 93, 4. Jeſ. 33, 21. *ejusque nomine*, Pſal. 8, 2. 10. atque *Meſſia.* Jer. 30, 21. Vid. Seb. Schmid. in h. l. β) Secundariò *creaturis*, quibus quædam dignitas, eminentia atque robur ineſſe deprehenditur, & quidem 1) *Angelo* percuſſori copiarum Regis Aſſyriæ, Jeſ. 10, 34. 2) *Hominibus*, & quidem *tum* integris gentibus robore inſignibus, Ezech. 32, 18. *tum* Regibus, Pſalm. 136, 18. *aliisque Principibus & Magnatibus regni*, 2. Chron. 23, 20. Jer. 25, 34. 35. 36. Nah. 3, 18. Conf. Jer. 14, 3. ubi intelliguntur *viri principes, magnæ auctoritatis & divitiarum amplarum.* Sed Pſalm. 16, 3. dicitur de *piis* coram Deo glorioſis, gloriâ tandem cœli ornandis; *tum* rebus aliis, e. g. cedris proceris, Ezech. 17, 23. aquis impetuoſis. Exod. 15, 10. Pſalm. 93, 5.

אֶדֶר m. *Ingens magnitudo*, Zach. 11, 13. Metonymice *Toga, Tunica*, quæ decoris causâ geſtatur, Mich. 2, 8. Sæpius non legitur.

אַדֶּרֶת f. *Magnificentia, Magnitudo eximia; Toga.* Cum Suffixo אַדַּרְתָּם *Magnificentia ipſorum.* Zach. 11, 3. כְּאַדֶּרֶת שֵׂעָר *Sicut tunica pili*, i. e. *piloſa.* Gen. 25, 25.

1) Generatim *inſigne quid* refert. 2) Speciatim α) *propriè* notat *magnificentiam & præſtantiam, magnitudinem eximiam.* Ita dicitur de vite prægrandi, Ezech. 17, 8. β) Metonymicè notat 1) *id, quod magnificentiam affert*, vel *habet.* Zach. 11, 3. ubi Druſius intelligit *Judæam*, terram elegantem, quam Judæi cum decore incolebant; alii *templum*, quod magnificentiâ illuſtre erat; alii *frequentiam populi*, in qua Principum decus atque magnificentia ſita eſt; alii *auctoritatem & dignitatem ſacerdotalem*, qua *Paſtores*, h. e. ſacerdotes gaudebant. Vid. Druſ. in h. l. & Joh. Schmidium. 2) *Togam* vel *pallium*, decoris gratiâ geſtari ſolitum, inprimis à *perſonis illuſtrioribus.* Joſ. 7, 21. 24. Jon. 3, 6. Catachreſticè autem etiam *vilius*, eo, quod eſſet *veſtis exterior*, quadantenus reſpondens *togæ* vel *pallio*, in quo viri illuſtres & magnifici ſuæ magnificentiæ & opulentiæ indicia oſtentare conſueverunt. Gen. 25, 25. 1. Reg. 19, 13. 19. 2. Reg. 2, 8. 13. 14. Zach. 13, 4. Sæpius non legitur.

אֲדָר m. *Adar*, nomen menſis, noſtro Februario reſpondentis, cujus dies decimus tertius Judæis eſt feſtivus, quod ad mortem deſtinati Dei gratia & ope ſalvati fuerunt. Eſth. 9, 1.

אַדָּר *Addar*, nomen proprium α) *nepotis* Benjamin. 1. Chron. 8, 3. β) *Urbis*, in tractu, qui ſorte tribui Judæ obtigit, ſitæ, Joſ. 15, 3.

אֲדֹרַיִם *Adorajim*, nomen proprium Urbis in tribu Judæ ſitæ, quam Rehabeam ædificiis ornavit & munivit. 2. Chron. 11. 9.

אֲדַרְכֹּן m. *Drachma, nummus.* Aben-Eſra reddit *denarium.* Bis ſaltem legitur in Plurali אֲדַרְכֹּנִים *Drachmæ.* 1. Chron. 29, 7. Eſr. 8, 27.

אֲדֹרָם m. *Adoram*, nomen proprium Viri, quem David exigendis tributis præfecerat, 2. Sam. 20, 24. Notat *valde eximium.*

אַדְרַמֶּלֶךְ m. *Adrammelech.* Fuit nomen proprium α) *filii* Senacheribi, Aſſyriorum Regis, qui Patrem, Deo ſuo Niſrocho cultum præſtantem, trucidavit. 2. Reg. 17, 31. β) *Idoli*, formam equi referentis, ceu R. Salomo & D. Kimchi ex Talmude referunt.

אֶדְרֶעִי m. *Edrei*, nomen proprium provinciæ, ditionis *Og*, Regis Baſanis, Devt. 1, 4. Joſ. 13, 12.

אָהַב & אָהֵב *Amavit, Dilexit.* Cum (–) ſub ſecunda radicali occurrit Gen. 37, 3. 4. cum (··) autem Gen. 27, 9. 14. Cum Suff. אֲהֵבְךָ *diligit te.* Devt. 15, 16. אֲהֵבוֹ *Diligit eum.* 2. Sam. 13, 15. Part. אֹהֵב *Amans.* Devt. 10, 18. Fœm. אֹהֶבֶת Gen. 25, 28. Sed Hoſ. 10, 11. eſt cum י Paragogico אֹהַבְתִּי *Amans, quæ amat.* Part. Paul. אָהוּב *dilectus.* Neh. 13, 26. Inf. אֱהֹב *Amare.* Eccl. 3, 8. לְאַהֲבָה *Ad amandum*, cum ה Paragogico. Devt. 10, 16. Imper. אֱהַב *Ama.* Hoſ. 3, 1. Fut. וָאֹהַב *Nihilominus dilexi.* Mal. 1, 2. Sed Prov. 8, 17. dicitur אֹהַב pro אֶאֱהַב, prima radicali cum (∵) per Syncopen conciſa, & (∵) ſub א Præformativo in (··) mutato. Niphal נֶאֱהַב *Amatus, dilectus eſt.* Part. הַנֶּאֱהָבִים *Dilecti.* 2. Sam. 1, 23. Piel Part. מְאַהֲבַי *Amici mei.* Hoſ. 2, 5.

I) Generatim indigitat *propenſionem voluntatis erga objectum gratum.* 2) Speciatim in Kal α) proprie notat *amare*, deſignatque ejusmodi *voluntatis in objectum gratum propenſionem, qua iſtud concupiſcimus, nobis uniri deſideramus, eique bene cupimus.* Ita dicitur I) de *impenſiſſima Dei in homines propenſione*, qua eos amans proſequitur, variis beneficiis, velut amoris ſui ardentiſſimi teſſeris mactat, & æternam ipſorum ſalutem promovere cupit; e. g. *erga Iſraelitas*, Devt. 4, 37. c. 10, 15. Jer. 31. 3. *juſtum*, Prov. 15, 9. Pſalm. 146, 8. *Salomonem*, 2. Sam. 12, 24. *Jacobum* præ Eſavo variis prærogativis temporalibus, nobilitate poſteritatis, jure primogenituræ, celebritate hæreditatis, & Meſſiæ ex ipſius poſteritate nativitate ornatum, Mal. 1, 2. Conf. Prov. 8, 17. ubi dicitur de *amore Sapientiæ hypoſtaticæ* erga ſui amatores. II) de *amore hominis* α) erga *Deum* ſincerô, quô homo in Deo omnis felicitatis & beatitudinis fonte, delectationem quærit, cum eo arctius uniri cupit, & in id totus incumbit, ne voluntati ſui conditoris & conſervatoris reluctetur. Exod. 20, 6. Devt. 5, 10. c. 7, 9. c. 10, 12. c. 11, 13. 22. c. 13, 3. c. 19, 9. c. 30, 6. 16. 20. Joſ. 22, 5. c. 23, 11. Jud. 5, 31. 1. Reg. 3, 3. Neh. 1, 5. Pſalm. 31, 24. Pſalm. 97, 10. Pſalm. 145, 20. Dan. 9, 4. Conf. Pſalm. 119, 32. Jeſ. 56, 6. ubi legitur de amore *nominis divini.* β.) erga *hominem*, eoque 1) *licito*, quo ſincere & impenſe eum proſequitur, omnia grata ei præſtare cupiens. Scilicet de

ſincero amore a) *hominis* erga *proximum*, Lev. 19, 18. ſpeciatim *peregrinum*, Devt. 10, 18. 19. Lev. 19, 34. b) *Regis* erga miniſtrum, 1. Sam. 16, 21. c) *Sponſi* erga Sponſam, Gen. 28, 18. vel *ſponſæ* erga ſponſum, 1. Sam. 18, 20. Conf. Cant. 1, 7. c. 3, 1. 3. 4. ubi deſignat *impenſiſſimam ſponſæ myſticæ* erga ſponſum Chriſtum *propenſionem*, qua eum amans, in ipſo ſuæ felicitatis fonte, unice delectatur, cum eo arctius uniri cupit, atque, quæ ipſi grata ſunt, præſtare allobarat. d) *Conjugis* erga conjugem, Gen. 24, 67. c. 29, 30. 32. Devt. 21, 15. 1. Sam. 1, 5. 2. Chron. 31, 21. Eſth. 2, 17. e) *Patris* erga filium, Gen. 25, 28. c. 37, 3. 4. c. 44, 20. f) *Amici* erga amicum, 1. Sam. 18, 1. 3. c. 30, 17. g) *Servi* erga herum, Devt. 15, 16. 2) *Illicito*, Salomonis erga exteras mulieres, 1. Reg. 11, 1. Amnonis erga ſororem, 2. Sam. 13, 1. 15. β) *Improprie* & per Metonymiam notat *actiones*, quæ amorem conſequuntur, vel etiam comitantur. Ita 1) notat *deſiderare*, *optare* &c. Pſalm. 34, 13. Eccl. 5, 9. 2) *Omni ſtudio in aliquid incumbere*, vel *aliquid ſectari*, e. g. *bonum*, Am. 5, 15. juſtum judicium, Pſalm. 33, 5. Pſalm. 99, 4. veritatem & pacem, Zach. 8, 19. Sapientiam, Prov. 29, 3. mundiciem cordis, Prov. 22, 11. malum, Mich. 3, 2. vinolentiam, Prov. 21, 17. injuriam & violentiam, Pſalm. 11, 5. conf. Hoſ. 12, 7. 3) *Impenſe delectari, & reſici aliqua re*, e. g. verbo DEI, Pſalm. 119, 47. 48. 97. 113. 119. 127. 159. 163. 165. *cupediis*, Gen. 27, 4. 9. 14. mendaciis Pſeudo-Prophetarum, Jer. 5, 31. idololatria, Am. 4, 5. Conf. Prov. 20, 13. Jeſ. 56, 10. ubi deſignat oblectationem ex *intempeſtivo ſomno*. 4) *Proſpicere*. Prov. 19. 8. II) In Piel, cujus ſolum *Participium* legitur, notat quidem etiam voluntatis propenſionem in objectum gratum, quod in deliciis habemus, & cum quo uniri arctius deſideramus, ſed diverſimode. Scilicet α) capitur in *bonam partem*, deſignans *eum*, qui alterum ſincere diligit, & corripit. Zach. 13, 6. β) In vitio ponitur, notans *amaſios*, qui fornicationis cauſa procantur; & per Metaphoram transfertur tum *ad gentium idola*, quorum cultum vanum & ſuperſtitioſum relicta vera & avita religione ſectabantur Judæi; tum ad *confœderatos populos*, cum quibus contra Dei præceptum fœdera pangebant, & ab iis auxilia expetentes & expectantes adulterium ſpirituale committebant, iis autem viciſſim nihil magis curæ erat, quam ut *populum Dei* à vero Deo averſum, ad ſe ſuosque Deos amandum, pellicerent. Ezech. 16, 33. 36. c. 23, 5. 9. Hoſ. 2, 5. 7. 10. 12. 13. Thren. 1, 19. Ita juxta Kimchium, Abarbanelem, Piſcatorem & Sanctium Jer. 22, 20. 22. notat *confœderatas gentes*, *Aſſyrios & Ægyptios*, à quibus Judæi auxilia expetebant & ſperabant. Sed Seb. Schmidio diſplicet, quia, quæ ibi dicuntur, in eos non quadrant. Unde per eos intelligit, *qui magnificis ædibus delectabantur*, ſcil. *Principes & divites*, qui tales domos ſibi extruere poterant.

אֹהֵב m. *Amicus; Fautor*; eſt Participium nominaſcens. 1. Reg. 5, 15. Plur. אֹהֲבִים *Amici*. Cum Suffixo אֹהֲבַי *Amici mei*. Pſalm.

Pſalm. 38, 12. אֹהֲבֶיךָ *Amici tui.* Jer. 20, 4. 6. אֹהֲבָיו *Amicis ſuis.* Eſth. 5, 10. 14. c. 6, 13.

אֲהָבִים m. pl. *Amores.* אַיֶּלֶת אֲהָבִים *Cerva amorum*, i. e. *amabiliſſima, longe dilectiſſima.* Prov. 5, 18. אֶפְרַיִם הִתְנוּ אֲהָבִים *Ephraim mercede meretricia conducit amores*, i. e. *amaſios.* Hoſ. 8, 9. Sed Prov. 7, 18. eſt אֳהָבִים *Amores.* Sæpius non legitur.

אַהֲבָה f. *Amor, Dilectio.* לְבַקֵּשׁ אַהֲבָה *Ad quærendum amorem.* Jer. 2, 33. In Statu Conſtr. אַהֲבַת נַפְשׁוֹ אֲהֵבוֹ *Dilectione animæ ſuæ*, i. e. *impenſiſſima amabat eum.* 1. Sam. 20, 17. Cum Suff. אַהֲבָתִי *Amor meus*, Pſalm. 109, 4. בְּאַהֲבָתוֹ אוֹתוֹ כְּנַפְשׁוֹ *Propter amorem ſuum*, i. e. *propterea, quod amaret eum ſicut animam ſuam.* 1. Sam. 18, 3. Nomen enim verbale loco Infinitivi adhibetur; unde etiam poſt ſe regit caſum verbi ſui. Ita quoque adhibetur, Gen. 29, 20. בְּאַהֲבָתוֹ אֹתָהּ *In amore ejus*, q. d. *in amare eam*, h. e. *eo quod amaret eam.*

1) Generatim notat *amorem.* 2) Speciatim *α*) proprie notat *impenſam voluntatis in objectum gratum propenſionem*, quod quis in deliciis habet, & arctius cum eo uniri cupit. Ita dicitur *α*) de *intenſiſſimo Dei erga homines amore*, Devt. 7, 8. 2. Chron. 2, 10. c. 9, 8. Eccl. 9, 1. Jer. 31, 3. Hoſ. 3, 1. Zeph. 3, 17. β) de ſincero amore Meſſiæ erga Judæos, Pſalm. 109, 4. 5. Jeſ. 63, 9. Conf. Cant. 2, 4. c. 8, 6. ubi deſignat *ardentiſſimum amorem ſponſi cœleſtis* erga ſuam ſponſam, Eccleſiam. γ) de *impenſiſſimo amore ſponſæ Chriſti*, quo erga eum tota flagrat, cum eo arctius uniri anxie deſiderat, ipſo unice delectatur, & in ipſius amplexibus & vivere & mori cupit. Cant. 2, 5. c. 5, 8. δ) de *vehementi amore hominis erga hominem* 1) *licito*, ſcil. erga proximum, Prov. 10, 12. ſpeciatim *ſponſi* erga ſponſum, Gen. 29, 20. *caſtæ conjugis* erga conjugem, 2. Sam. 1, 26. Prov. 5, 19. *amici* erga amicum 1. Sam. 20, 17. 2. Sam. 1, 26. 2) *Illicito & inceſtuoſo.* 2. Sam. 13, 15. *ε*) Improprie per Metonymiam notat 1) *rei alicujus ſectationem.* Mich. 6, 8. 2) *id, quod amatur*, ſive *rem amatam.* Jer. 2, 33. Sive *perſonam*, quæ impenſe diligitur, e. g. *ſponſam Chriſti.* Cant. 2, 7. c. 3, 5. c. 7, 7. c. 8, 4.

אֹהַד m. *Obad*, nomen proprium Filii Simeonis. Gen. 46, 10.

אֵהוּד m. *Ehud*, eſt nomen proprium Judicis Iſraelitarum, qui Eglone Moabitarum Rege interemto, libertatem iis reſtituit. Jud. 4, 15. 16. & ſeqq. Conflatum putatur ex אֵי Ubi & הוֹד *gloria*, ut idem ſit ac, *Ubi eſt gloria?*

אֲהָהּ *Ah! eheu!* Interjectio *α*) *dolentis* Jud. 6, 22. Joel. 1, 15. pro quo per Aphæreſin Ezech. 30, 2. legitur הָהּ. β) *approbantis*, *jai* Jer. 4, 10. Vid. Seb. Schmid. in h. l.

אֱהִי *Ubi?* quaſi pro אַיֵּה per Metatheſin. Hoſ. 13, 10. LXX. reddunt: πῦ.

אָהַל *Tentorium fixit, movit, tetendit, expandit.* Quater ſaltem legitur. Fut. וַיֶּאֱהַל *Et movit, tetendit tentoria.* Gen. 13, 12. 18. Hiphil

Fut. יַאֲהִיל *Tentorium figet.* Job. 25, 5. pro quo Jeſ. 13, 20. dicitur יַהֵל prima radicali א cum (ֲ) per Syncopen conciſâ, & (ַ) cum (ֵ) permutato.

אֹהֶל m. *Tentorium.* אֹהֶל יְשָׁרִים יַפְרִיחַ *Tentorium* rectorum florebit. Prov. 14, 11. Cum ה Locali הָאֹהֱלָה *In tentorium.* Gen. 18, 6. Cum Suff. אָהֳלִי *Tentorium meum.* Job. 29, 4. אָגוּרָה בְאָהָלְךָ Manebo *in tentorio tuo.* Pſalm. 61, 5. Plur. אֹהָלִים *Tentoria,* Gen. 25, 27. Job. 12, 6. Jud. 8, 11. pro אֳהָלִים, (ֹ) cum (ֳ) alternante. In Statu Conſtr. אָהֳלֵי אֱדוֹם *Tentoria Edomi.* Pſalm. 73, 7. Cum Suff. אֹהָלֶיךָ *Tentoria tua.* Num. 24, 5. שׁוּבוּ אֶל־אָהֳלֵיכֶם Redite *ad tentoria veſtra.* Joſ. 22, 8.

1) Generatim notat *tentorium.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *habitaculum transportabile*, quod expanſis velis ſeu cortinis figi, extendi, & huc illucve transferri poteſt. Ita adhibetur Gen. 4, 19. c. 9, 21. c. 18, 1. 2. 6. 9. 10. c. 25, 27. c. 26, 25. c. 31, 25. 33. 34. c. 33, 19. c. 35, 21. &c. κατ' ἐξοχὴν deſignat *Tabernaculum portatile cultui divino ſacrum*, Exod. 33, 7. quod dicebatur אֹהֶל מוֹעֵד *Tabernaculum conventus.* Exod. 28, 44. c. 29, 4. c. 30, 16. 20. 26. c. 31, 7. c. 33, 7. c. 35, 21. c. 38, 30. c. 39, 32. c. 40, 2. 6. 29. 30. 32. 34. 35. Lev. 1, 3. c. 4, 4. 5. 7. 16. 18. item אֹהֶל הָעֵדֻת *Tentorium teſtimonii,* quia teſtimoniorum ac fœderis ſui declaratione Deus ibi Iſraelitis patefiebat, Num. 9, 15. β) *Impropriè* 1) per *Metonymiam* continentis notat *eos, qui in tentoriis habitant.* Gen. 13, 5. 2 Chron. 14, 15. Job. 5, 24. c. 8, 22. c. 22, 23. c. 29, 4. Pſalm. 78, 67. Pſalm. 83. 6. 7. Prov. 14, 11. 2) per Synecdochen *totius* pro *parte* notat *cortinas tentorii* vel *pannos ſuper lignis expandendos.* Exod. 26, 7. c. 35, 11. c. 36, 14. c. 40, 19. 3) per Catachreſin adhibetur ad ſignificandum quodvis *domicilium fixum* ſeu *domum*, ubi aliquis habitat, Jud. 20, 8. 1. Sam. 17, 54. Pſalm. 52, 7. Pſalm. 91, 10. Jer. 4, 20. & inde porro *ipſam urbem*, Joſ. 22, 4. 6. 7. 8. 2. Sam. 18, 17. c. 19, 9. c. 20, 1. 22. 1. Reg. 12, 16. Mal. 2, 12. Conf. Jer. 10, 20. Thren. 2, 4. ubi deſignat *Jeruſalem*, imò *totam regionem.* Devt. 33, 18. Pſalm. 78, 51. 4) per *Metaphoram* notat 1) *ſolis manſionem*, Pſalm. 19, 5. 2) *Favorem, curam, ac protectionem*, quia, quos homines in ſua tentoria recipiunt ac domos, eos curant, alunt, fovent ac tuentur. Pſalm. 27, 4. 5. Pſalm. 61, 5. 3) *Eccleſiam Dei*, cujus tentorium V. T. typus fuit, & in qua, velut in domo ſua, habitat Deus. Gen. 9, 27. Pſalm. 15, 1. Jeſ. 33, 20. c. 54, 2.

אֲהָלִים m. pl. Num. 24, 6. Prov. 7, 17. Fœm. אֲהָלוֹת Pſal. 45, 9. Cant. 4, 14. Quæ harum vocum ſit ſignificatio, neque Judæis, neque Chriſtianis ſatis conſtat. Kimchio in Lib. Rad. eſt nomen *aromatis*, quod in Lingua Arabica dicitur *Sandal.* Inde Buxtorffius reddit, *Santalos, arbores præſtantiſſimas, quarum ligna ſiccam aut fructus odoris grati ſunt. Arbores* eſſe, ſatis patet ex Num. 24, 6. ſed quales, in quæſtione eſt. Convenientior videtur ſignificatio *Aloës*, tum *ratione nominis*, quod cum

cum אֲהָלִים æque facile convenit, ac *cinnamomum* cum Ebræo קִנָּמוֹן, & *Myrrha* cum Ebræo מֹר; tum *ratione rei*, cum plus ad ſuffitum faciat atque *Sandalum*. Notatu digna ſunt, quæ ſcribit Iſidor. l. 17. Orig. c. 8. Aloë in Arabia & India gignitur, arbor odoris ſuaviſſimi atque ſummi. Denique lignum ejus vice thymiamatum adoletur in altaribus &c. Vid. Geier. in Prov. 7, 17. Hunc ſi excipias locum, in reliquis Metaphoricè adhibetur, & quidem Num. 24, 6. deſignans *famam Iſraelitarum*, quæ inſtar fragrantiſſimi odoris longe lateque ſe diffudit. Pſalm. 45, 9. cum *myrrha & caſia*, innuens *Meſſiæ obedientiam, paſſionem, mortem & ſepulturam*, quibus Patri cœleſti factus eſt odor ſuaviſſimus. Cant. 4, 13. vel 14. Indigitans ſponſæ Chriſti patientiam, quæ in adverſis ſuaviſſimum emittit odorem. Conf. Feſſel. Adv. Sacr. lib. 8. c. 7. p. 296. & Paul. Schutt. in Cant. 4, 14.

אָהֳלָה f. *Obola*; vel juxta alios *Abola*, eſt nomen fictitium *mulieris* Samariam, vel decem tribus à templo Dei ſeparatas deſignantis, Ezech. 23, 4. Sic vocatur, quod tabernaculum eſſet in ipſa *ſed non Dei*; quia enim in ea vituli colebantur, Deus ibi tabernaculum ſuum non habebat. Vid. Kimchi in h. l.

אָהֳלִיבָה f. *Oboliba*, nomen fictitium mulieris, Hieroſolymam vel regnum Judæ indigitantis. Ezech. 23, 4. Idem eſt ac, *tentorium meum eſt in ea*. Ita vero dicitur, quod DEUS ibi habebat ſanctuarium cultui ſuo dicatum.

אָהֳלִיאָב m. *Oholiab*, nomen propr. filii *Abiſamachi*; notans *tentorium Patris*. Exod. 31, 6. Fuit artifex præſtantiſſimus.

אוֹ Particula, ſuſtinens vices conjunctionis α) copulativæ, *&* Lev. 4, 23. 28. Num. 15, 6. β) Disjunctivæ *aut, vel, ſive*, Exod. 21, 31. Devt. 13, 2. γ) Adverſativæ *ſed, aſt*, Exod. 21, 36. Lev. 13, 16. δ) Conditionalis *ſi*, Lev. 26, 41. 1. Sam. 20, 10. Jeſ. 27, 5.

אוֹב m. *Uter*; *Pythoн, Pythoniſſa*, vide in אָבָה *voluit* pag. 5.

אוּר *Circuire* apud Æthiopes; *inflectere* apud Arabes. Inde apud Ebræos.

אוּר m. *Torris, Titio*, quem ignis combuſtione *circumire* cœperat; *Proprie* quidem notat *lignum ardens*, quod ab igne removetur, ne amplius ardeat. Sed ita non occurrit. Metaphorice ter legitur, α) tanquam Symbolum *divinæ liberationis* ex malis, velut ex igne. Amos. 4, 11. Zach. 3, 2. β) tanquam teſſera *contemtus*, ob ignis lucisque privationem. Jeſ. 7, 4. ubi Rezin Rex Syriæ & Pekach, filius Remaljæ domui Davidis interitum minantes, dicuntur titiones fumigantes, quia erant ut titiones, qui fumant quidem, ſed adurere nequeunt.

אוֹרוֹת f. pl. *Cauſæ*; *Negotia*; *Modi*. Semper ſibi præmiſſam habet particulam עַל *Ob*, *Propter*, *De*. עַל־כָּל־אוֹרוֹת אֲשֶׁר נִאֲפָה *Propter omnes modos, quibus mæchata eſt*. Jer. 3, 8. עַל־אוֹרוֹת בְּנוֹ *Ob negotium filii ſui*. Gen. 21, 11. Subinde tamen ſola particula עַל verti poteſt,

Digitized by Google

poteſt, ſignificatione vocis אוּרות neglecta. עַל־אוּרות הַבְּאֵר *Ob cauſas putei*, i. e. *ob puteum*. Gen. 21, 25. Præterea occurrit Gen. 26, 32. Exod. 18, 8. Num. 12, 1. c. 13, 28. Jud. 6, 7. Joſ. 14, 6. 2. Sam. 13, 16.

אָוָה *Concupivit, Deſideravit, Expetiit*. נַפְשִׁי אִוִּיתִיךָ *Animâ meâ deſideravi te*. Jeſ. 26, 9. Fut. כַּאֲשֶׁר תְּאַוֶּה נַפְשֶׁךָ *Sicut deſiderat anima tua*. 1. Sam. 2, 16. Hithpael הִתְאַוָּה *Concupivit, deſideravit*. Prov. 21, 26. Fut. וְאַל־תִּתְאַוֶּה בֵּית רֵעֶךָ *Et ne concupiſcas domum proximi tui*. Devt. 5, 18. Sed Prov. 23, 3. 6. eſt תִּתְאָו, *Concupiſces*, ה per Apocopen reſecto, & (-) ſub א in (-) mutato. יִתְאַוֶּה *Concupiſcet*. Eccl. 6, 20. Sed Pſalm. 45, 12. dicitur יִתְאָו, itidem ה per Apocopen reſecto, & (-) ſub א in (-) mutato.

1) Generatim deſignat *motum & propenſionem voluntatis in aliquod objectum gratum*, ut eo potiatur & fruatur. Unde 2) ſpeciatim *α*) proprie eſt aliquid *appetere, concupiſcere, deſiderare, appetere*. Ita adhibetur tum in Piel, tum in Hithpael. In Piel quidem tribuitur 1) *Deo*, aliquid volenti. Job. 23, 13. Pſalm. 132. 13. 2) *homini*, qui pie Deum deſiderat, Jeſ. 26, 9. appetit cibum. Devt. 12, 20. c. 14, 26. 1. Sam. 2, 16. illicite anhelat malum. Conf. 2. Sam. 3, 21. 1. Reg. 11, 37. ubi adhibetur de licito imperantis deſiderio. In Hithpael autem uſurpatur vel *ſimpliciter* pro *concupiſcere*, ut Devt. 5, 21. ubi omnis omninò prava concupiſcentia vetatur; vel cum emphaſi *continuationis vel vehementiæ*, ut valeat *fervide, vehementer ac continuo aliquam rem gratam expetere & deſiderare*; uti ignavus jugiter & valde expetit varia bona, Prov. 13, 4. avarus fervide & conſtanter anhelat copiam divitiarum, Prov. 21, 26. Iſraelitæ ardenter appetebant carnes, Num. 11, 4. 34. David impenſe concupiſcebat aquam, 2. Sam. 23, 13. 1. Chron. 11, 7. alius continuo & fervide expetit Regum & Magnatum epulas, Prov. 23, 3. 6. vel malorum converſationem, Prov. 24, 1. *β*) Metonymice notat *aliqua re ſuaviter delectari*, Pſalm. 45, 12. Pſalm. 132, 14.

אַוָּה f. *Concupiſcentia, Deſiderium*. אַוַּת נַפְשׁוֹ *Deſiderium animæ ſuæ*. Devt. 18, 6. Cum Suff. אַוָּתִי *Deſiderium meum*. Hoſ. 10, 10.

1) Generatim notat *concupiſcentiam vel deſiderium*. 2) Speciatim *α*) propriè notat *motum* vel *propenſionem voluntatis in aliquam rem gratam*. Ita tribuitur 1) *Deo*, volenti improbos caſtigare. Hoſ. 10, 10. 2) *Homini* appetenti cibum, Devt. 12, 15. 20. 21. *tendenti* ad locum, ut ibi commoretur, Devt. 18, 6. Conf. Jer. 2, 24. ubi de ardenti deſiderio, quo filia Zion in idolorum cultum ferebatur, occurrit. *β*) Metonymice notat *rem deſideratam*. 1. Sam. 23, 20.

תַּאֲוָה f. *Concupiſcentia, Deſiderium*. מַאֲכַל תַּאֲוָה *Cibus deſiderii*, i. e. *deſiderabilis*, quem quis deſiderat, & quo delectatur. Job. 33, 20. וְכִי תַאֲוָה הוּא לָעֵינַיִם *Et quod deſiderium*, i. e. *valde deſiderabilis eſſet oculis*. Gen. 3, 6. In Statu Conſtr. עַל־תַּאֲוַת נַפְשׁוֹ *De concu-*

piſcen-

piſcentia animæ ſuæ. Pſalm. 10, 3. Cum Suff. תַּאֲוָתִי *Deſiderium meum.* Pſalm. 38, 10.

1) Generatim notat *concupiſcentiam* vel *deſiderium.* 2) Speciatim α) proprie denotat motum voluntatis ad rem gratam habendum eaque fruendum. Ita dicitur de *licito deſiderio* piorum, Prov. 11, 23. de *fervido & intempeſtivo appetitu* carnis in Iſraelitis, Num. 11, 4. 34. de *carnali appetitu* gloriæ propriæ & deliciarum mundanarum, Prov. 18, 1. de deſiderio fervido liberationis divinæ, Pſalm. 38, 10. β) *Metonymice* 1) poſito abſtracto pro concreto idem eſt ac *valde deſiderabilis, concupiſcibilis.* Gen. 3, 6. Job. 33, 20. 2) Deſignat deſiderii expletionem, Pſalm. 10, 3. & hinc *ipſam rem, quæ fervide deſideratur,* Pſalm. 21, 3. Pſalm. 78, 29. 30. Pſalm. 112, 10. Prov. 10, 24. c. 13, 12. Jeſ. 26, 8. Conf. Ezech. 24, 16. ubi deſiderium oculi eſt *uxor adamata* Prophetæ.

מַאֲוַיִּים m. pl. *Deſideria.* Saltem legitur in Statu Conſtr. Pſalm. 104, 8. מַאֲוַיֵּי רָשָׁע *Deſideria impii.*

נָאֲוָה *Decora eſt;* item נָאווּ *decoræ ſunt;* נָאוָה *decet,* vide infra in נָאָה *pulchrum, decorum eſt; convenit, decet.*

אֹחַ m. In Singulari non occurrit; in Plurali autem eſt אֹחִים *Aves ferales, animalia terribilia.* Buxt. Mire Interpretes tam Judæi, quam Chriſtiani in explanatione hujus vocis variant. LXX. Interpretes ſubſtituerunt vocem ἦχος, forte reſpicientes ad vocem אָח. His accedit Bochartus in Hieroz. P. 1. lib. 3. c. 15. p. 865. quando ſcribit: *Ego plane aliter ſentio, nempe* אחים *non eſſe feræ ſpeciem, ſed voces, clamores, rugitus, ferarum ululatus, quibus deſerta perſonant.* Sed non probatur Coccejo; unde ſcribit: *Ut* צִיִּים *à* צִיָּה, *ita* אֹחִים *ab* אָח *dicta putem animalia gannientia, ululantia, rugientia, & injucundas atque infauſtas voces ſonantia.*

אוֹי *Væ, heu;* Eſt particula α) *lamentantis & conquerentis* de ingente periculorum & malorum cumulo, adeò, ut dolor non amplius tacito comprimi poſſit pectore, ſed per os ejulans erumpat. 1. Sam. 4, 7. 8. Jeſ. 3, 11. c. 6, 5. c. 24, 15. Jer. 4, 31. c. 6, 4. c. 15, 10. c. 45, 3. Thren. 4, 38. β) *Comminantis* vel *imprecantis,* ubi malum alteri prædicitur vel vovetur. Num. 21, 30. Jer. 13, 26. Dicitur & אוֹיָה *Væ,* Pſalm. 120, 5.

אוּל *Deſcivit, defecit,* apud Arabes.

אוּלַי vel אֻלַי *Forte; Fortaſſis;* Eſt particula α) *dubitantis,* 1. Reg. 18, 5. β) *Metuentis.* Gen. 24, 5. c. 27, 12. Job. 1, 5. γ) Bene *ſperantis* vel *confidentis.* Gen. 16, 2. Joſ. 14, 12. 1. Sam. 14, 6. 2. Reg. 19, 4. Amos. 5, 15. Thren. 3, 29. δ) *Optantis* rem ſperatam, Exod. 32, 30. 2. Reg. 16, 12. ε) *Illudentis.* 1. Reg. 18, 27. Jeſ. 47. 14.

אוּל m. *Robur,* juxta Aben-Eſram, qui per כֹּחַ declarat. Saltem extat, Pſalm. 73, 4.

אוּלָם *Certe, Profecto; Sed.* Vide infra in אלם.

אֱוִיל

אֱוִיל m. *Stultus*, ab Arabum أَوَلَ *defecit, deſcivit*, ſic dictus, quod deficit à rectæ rationis uſu & legis divinæ via. Job. 5, 3. Sed Zach. 11, 15. eſt אֱוִלִי. Plur. אֱוִילִים *Stulti*. Pſalm. 107, 17.

1) Generatim notat *deſciſcentem* ſive à rationis uſu, ſive à legis divinæ tramite &c. 2) Speciatim *α*) notat *ſtultum, inſipientem, imperitum, & ſimplicem*, qui ſubinde temerarius eſt, ſine conſilio vult, agit & facit &c. Prov. 10, 8. 10. 14. c. 11, 29. c. 12, 15. c. 14, 3. c. 17, 28. c. 20, 3. c. 27, 22. c. 29, 9. Jeſ. 1, 9. 11. Conf. Jeſ. 35, 8. ubi notat *ſimpliciſſimum*. *β* *Iracundum*, qui iræ æſtu percitus à rectæ rationis uſu deficit. Prov. 12, 16. c. 27, 3. *γ*) *Furioſum*, qui à ſanæ rationis uſu recedit. Prov. 7, 22. *δ*) *Impium*, qui nullam facti rationem habet, exoptatum rerum ſucceſſum ſperat, monita bona contemnit, & à legis divinæ via deficiens, in vanis ſuis cupiditatibus pertinaciter ſe oblectat, ad mala patranda quidem ſapiens eſt, ad bona vero facienda plane ſtupidus & brutus. Job. 5, 3. Pſalm. 107, 17. Prov. 1, 7. c. 10, 21. c. 14, 9. c. 15, 5. Jer. 4, 22.

אִוֶּלֶת f. *Stultitia*. קְצַר־אַפַּיִם יַעֲשֶׂה אִוֶּלֶת *Brevis irâ* i. e. *qui cito iraſcitur, facit ſtultitiam*. Prov. 14, 17. Cum Suff. אִוַּלְתִּי *Stultitia mea*. Pſalm. 38, 6. כְּאִוַּלְתּוֹ *Secundum ſtultitiam ſuam*. Prov. 26, 4.

1) Generatim denotat *quemvis defectum* ſive *mentis* ſive *voluntatis*. 2) Speciatim *α*) *proprie* notat *ſtultitiam & vecordiam*. Prov. 12, 23. c. 13, 16. c. 14, 24. 29. *β*) *Improprie* 1) *Metaphorice* notat *ſtupiditatem ac incogitantiam impiorum*, qua neglecto ſanæ rationis dictamine & verbi divini tramite, vanis ſuis cupiditatibus indulgent, ad bona æterna ac animæ plane ſtupidi ſunt, ad terrena autem & ſcelera ſatis callidi. Pſal. 38, 7. Conf. Pſalm. 69, 6. ubi denotat *ſtultitiam peccatorum* Meſſiæ patienti imputatam. 2) *Metonymice* notat 1) *Stultiloquium* ſeu *nugas*. Prov. 15, 2. 14. c. 26, 4 5. 2) *Factum ſtolidum*, quod à Viro prudente alienum eſſe debet, Prov. 14, 17. 3) *Stultitiæ conſequens*, nempe *probrum, dedecus*. Prov. 14, 18. c. 18, 13. 4) *Stolidum hominem*, qui temerarius eſt, ſine conſilio vult & operatur, exoptatum rerum ſucceſſum ſperat, quævis monita bona ſpernit, ſuis pravis cupiditatibus indulget, ad terrena & ſcelera callidus, ad bona autem animæ ac cœli plane ſtupidus exiſtit, Prov. 24, 9. Conf. Prov. 14, 1. ubi deſignat *fœminam ſtolidam*, quæ ſuis operatur cupiditatibus, curat libidinem oculorum, ſectatur faſtum &c..

נוֹאַל *Stulte egit* vide in יאל.

און *Dolere, Dolore affici; Cum dolore gemere, lugere*. Ejuſdem ſignificationis eſt cum אָנַן. Part. און *Lugens*, ad formam אור *Lucens*. Prov. 4, 18. Inde pluralis לֶחֶם אוֹנִים *Panis lugentium*. Hoſ. 9, 4. Hithpael הִתְאוֹנֵן *Doluit, Mœſtus fuit, præ doloris gravitate queſtus fuit, planxit, murmuravit*. Part. כְּמִתְאֹנְנִים *Sicut queribundi*. Num. 11, 1. Inverſum נ juxta R. Bechai f. 161. c. 3. l. 16. deſtructionem mundi, ejuſque devaſtationem indigitat, cum נ vocem נפילה i. e. ruinam denotet. Conf.

Dn.

Dn. D. Danz. Lit. §. 1. pag. 4. Fut. יִתְאוֹנֵן *Quiritabitur.* Thren. 3, 39.

אוֹן m. *Dolor, Luctus; Vires, Robur, Potentia,* forte ſic dicta, quod inde aliis dolor pariatur; *Opes,* quæ ſic dicuntur, quod multas moleſtias & dolores, ſi acquiri debent, comites habeant. מָצָאתִי אוֹן לִי *Inveni mihi opes.* Hoſ. 12, 8. בֶּן־אוֹנִי *Filius doloris mei.* Ita nominabat Rahel filium ſuum ſecundum, quem inter exquiſitiſſimos dolores pariebat; qui vero deinde à Patre dicebatur בִּנְיָמִין h. e. *filius dexteræ.* Gen. 35, 18. וְאוֹנוֹ *Et robur ejus.* Job. 40, 11. Plur. אוֹנִים *Vires.* Jeſ. 40, 26.

1) Generatim notat *dolorem,* ſive ſit *corporis,* ſive ſit *animi.* 2) Speciatim *α*) *proprie* notat *dolorem gravem corporis,* qualis eſt fœminarum difficili partu laborantium, Gen. 35, 18. *β*) *Improprie* 1) per *Metaphoram* notat *gravem dolorem animi,* ſeu *luctum magnum.* Devt. 26, 14. 2) *Metonymice* deſignat *id, quod ſæpe dolorem parit,* vel *ſaltem comitem habet.* Inde transfertur ad *facultates* ſive *naturales,* ſive *fortunæ,* quod illæ infirmis ſæpe dolorem pariunt, ſi iis robuſtiores adverſus eos utuntur; harum autem acquiſitionem dolor, & ſolicitudo ſubinde comitantur; Niſi cum aliis malis ſtatuere און eſſe quaſi הון, א & ה alternantibus, notans *id, quod ſufficiens ac ſatis eſt.* In hac autem acceptione deſignat 1) *Robur, vires, potentiam, affluentiam virium naturalium.* Ita a) κατ' ἐξοχὴν deſignat *robur & potentiam Dei,* qua ſtellas dirigit Jeſ. 40, 26. b) *robur & vires creaturarum,* e. g. *hominis,* tum in genere, Job. 18, 12. Jeſ. 40, 29. tum ſpeciatim in *generatione,* Gen. 49, 3. Devt. 21, 17. Pſalm. 78, 51. Pſalm. 105, 35. unde teſte R. Abra, *filius* vocatur און; in *certando,* Hoſ. 12, 4. in *motu,* Job. 18, 7. it. *Behemothi* in umbilico, Job. 40, 11. 2) *Opes & divitias,* Job. 20, 10. Hoſ. 12, 8. Huc refert B. Lutherus Job. 18, 12. Sed Seb. Schmidius mavult interpretari *robur,* idque de *robuſtiſſimis corporis partibus,* quæ ſerius, quam partes infirmiores debilitantur.

אֹן *On;* nomen loci in Ægypto, Gen. 41, 45. LXX. Interpretes reddunt ἡλίȣ πόλις.

אָוֶן m. *Moleſtia; Iniquitas; Vanitas; Idolum.* Fœrſterus deducit ab אָוָה *concupivit,* ut notet *corruptionem naturæ, concupiſcentiam pravam, conatum & carnale ſtudium, quo quis affectus eſt, aliisque dolorem & vim infert, vel ipſe afficitur.* Fœrſtero accedit Guſſetius in Commentario Ling. Ebr. Sed quia inter nomina, quæ à quieſcentibus tertiâ radicali ה deſcendunt, nullum hujus formæ exemplum occurrit, non male Buxtorffius deducit à radice און, *Doluit, Mœſtus fuit, queſtus eſt,* quia omnia, quibus tribuuntur, vel *dolorem includunt,* vel *dolorem & querelas* pediſſequas habent. פֹּעֲלֵי אָוֶן *Operantes iniquitatem.* Job. 34, 22. Pſalm. 5, 6. הוֹי חֹשְׁבֵי אָוֶן *Væ meditantibus iniquitatem.* Mich. 2, 1. הוֹי הַחֹקְקִים חִקְקֵי־אָוֶן *Væ ſtatuentibus ſtatuta iniquitatis,* i. e. *iniqua.* Jeſ. 10, 1. In Statu Conſtr. אוֹנוֹ *Iniquitas ejus.* Job. 21, 19. מַחְשְׁבוֹת אוֹנֵךְ *Cogitationes iniquitatis tuæ.* Jer. 14, 14.

1) Gene-

1) Generatim notat, *quicquid tandem dolorem & querelas parit.* 2) Speciatim α) notat *vanitatem*, quæ denique ſui ſectatoribus dolorem affert graviſſimum, & querelas excutit varias. Job. 15, 35. Pſalm. 7, 15. Jeſ. 59, 4. ubi *parere vanitatem* idem eſt, ac *in caſſum laborare, nihil omni conatu & labore proficere.* β) Significat *iniquitatem & peccatum*, quod tandem ſequitur dolor & querela. Ita dicitur 1) de *peccato originis* ſeu *connata prava concupiſcentia*, Pſalm. 119, 133. Jeſ. 59, 6. 7. 2) de *peccatis actualibus* ſive commiſſionis ſive omiſſionis, imo omnis generis flagitiis Job. 4, 8. c. 11, 11. c. 36, 10. Pſalm. 36, 5. Pſalm. 56, 8. Pſalm. 66, 18. Pſalm. 94, 23. Huc refer, quando peccatores dicuntur פֹּעֲלֵי אָוֶן *Operatores iniquitatis.* Per tales enim intelliguntur præfracte impii, qui pravis ſuis libidinibus indulgentes, neglecto conſcientiæ rectæ & legis divinæ dictamine, omnis generis peccata & flagitia ſectantur, non ſecus, ac ſi ejusmodi maleficiorum opificio emancipati eſſent. Ita legitur Job. 34, 8. 22. Pſalm. 5, 6. Pſalm. 6, 9. Pſalm. 14, 4. Pſalm. 28, 3. Pſalm. 36, 12. Pſalm. 59, 3. Pſalm. 64, 3. Pſalm. 92, 8. 10. Pſalm. 94, 4. 16. Pſalm. 101, 8. Pſalm. 125, 5. Pſalm. 141, 4. 9. Prov. 10, 29. c. 21, 15. c. 30, 20. Jeſ. 31, 2. Hoſ. 6, 8. Apud Matth. 7, 23. dicuntur ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. *Peculiariter* dicitur de *Idololatria*, Num. 23, 21. 1. Sam. 15, 23. Jer. 4, 14. 15. Hoſ. 12, 12. de *apoſtaſia* & *hypocriſi*, Jeſ. 1, 13. de *calumnia*, Pſalm. 41, 7. Jeſ. 58, 9. de *mendacio*, Pſalm. 36, 4. 7. Ezech. 24, 12. 3) Per Metonymiam notat *pœnam*, quæ peccatum ſequitur, & peccatori dolorem & querelas parit, ut eſt ærumna, calamitas &c. Job. 5, 6. Pſalm. 90, 10. Prov. 22, 8. γ) Notat *Idolum*, non ſolum, quod eſt objectum iniquitatis, ſed etiam, quod eſt vanitas; res nihili, nulla facultate juvandi vel nocendi prædita, nulloque cultu vel honore digna, quæ tandem ſui cultoribus graviſſimos dolores & querelas parit. Jeſ. 41, 29. c. 66, 3. Inde בֵּית אָוֶן *Domum idoli* deſignat. Hoſ. 4, 15.

תְּאֻנִים m. pl. *Moleſtiæ*; Saltem legitur Ez. 24, 12.

אוץ *Feſtinare; Urgere; Arctum, Anguſtum eſſe.* אַצְתִּי *Feſtinavi* Jer. 17, 16. Part. אָץ *Feſtinans, Feſtinus.* Prov. 21, 5. Hiphil הֵאִיץ *Feſtinavit, urſit.* Fut. אַל־תָּאִיצוּ לְנַחֲמֵנִי *Ne feſtinetis ad conſolandum me.* Jeſ. 22, 4.

1) Generatim importat *accelerationem*, quacunque ſe exerat ratione. Unde 2) ſpeciatim α) *intranſitive* ſumitur, notans *feſtinare*, diciturque 1) de *hominibus*, qui *vel* ex incogitantia, *vel* ex compaſſione animi, *vel* cupiditate rei alicujus acti, *vel* timore ac odio perculſi, actiones ſuas præcipitant & ſæpe intransverſum rapiuntur. Inde tribuitur homini in ſermonibus ſuis præcipiti, re non ſatis conſideratâ, Prov. 29, 20. Mœſtum conſolari volenti, Jeſ. 22, 4. diteſcere cupienti, Prov. 28, 20. inconſiderate rem aggredienti & impatienter ad finem properanti, Prov. 21, 5. c. 19, 2. Conf. Jer. 17, 16. ubi Propheta negat, ſe feſtinaſſe, ut non paſceret poſt Dominum, h. e. ſe ab affectibus metus & odii, aut cordis

malitia

malitia non ita abreptum fuiſſe, ut quicquam proferret, quod Dominus non mandaſſet, Vid. Seb. Schmid. in h. l. 2) de *Sole*, non feſtinante occidere, Joſ. 10, 13. β) Tranſitivè ſumitur, notans *feſtinare facere*, i. e. *urgere, inſtare*, ut aliquis abitum maturet, Gen. 19, 15. vel operetur, Exod. 5, 13. Inde γ) ſignificare putatur *arctum, anguſtum eſſe*, quia arcta urgent & premunt. Joſ. 10, 13. Sed Guſſetio & hîc *feſtinandi* probatur ſignificatio, ut ſenſus ſit: *Feſtinat tibi mons Ephraim, & ſeſe ſine mora in manus tuas tradet.* Sæpius non legitur.

אוֹר *Lucere, Illuceſcere*; Præt. אוֹר *Illuxit*; *Illuminatus eſt*, ad formam verbi perfecti קָטוֹן, pro (-) ſub ſecunda radicali וֹ adhibito, Gen. 44, 3. הַבֹּקֶר אוֹר *Mane illuxit.* אֹרוּ עֵינַי *Illuminati ſunt oculi mei*, 1. Sam. 14, 29. Imper. אוֹרִי *Illuminare*, Jeſ. 60, 1. Niphal נָאוֹר *Lucidus, Illuſtris factus eſt, Illuxit.* Infin. לֵאוֹר *Ad illuſtrari*; i. e. *ut illuſtretur*, Job. 33, 30. pro לְהֵאוֹר, per Aphæreſin Præformativo ה ob Præfixum ל ablato. Fut. וַיֵּאוֹר *Et illuxit*, 2. Sam. 2, 32. Hiphil הֵאִיר *Lucere fecit, Lucidum reddidit, Illuminavit, Illuſtravit, Accendit; Lucem dedit.* Item *Luxit.* הֵאִירוּ בְרָקִים תֵּבֵל *Illuſtrarunt* fulgura orbem, Pſalm. 77, 19. הָאָרֶץ הֵאִירָה מִכְּבֹדוֹ *Terra luxit*, vel *illuſtrata eſt* à gloria ejus, Ezech. 43, 2. Infin. לְהָאִיר עַל־הָאָרֶץ *Ad dandum lucem* ſuper terram. Gen. 1, 15. Fut. תָּאִיר נֵרִי *Illuminas* lucernam meam, Pſalm. 18, 29. Part. מֵאִיר עֵינֵי *Illuminat* oculos meos, Prov. 29, 13. Fœm. in Statu Conſtr. מְאִירַת עֵינָיִם *Illuminans* oculos. Pſ. 19, 9.

1) Generatim *lucendi* notionem obtinet, etſi pro diverſitate Conjugationum diverſimodè. 2) Speciatim α) in Kal, ubi ſexies legitur, notat 1) *illuceſcere*, tribuiturque *tempori matutino*, Gen. 44, 3. *auroræ*, 1. Sam. 29, 10. *Soli*, Prov. 4, 18. 2) *Illuminari*, tribuiturque tum *oculis*, qui præ fame & laſſitudine caligantes, vigorem ſuum recipiebant, 1. Sam. 14, 27. 29. tùm *Eccleſiæ*, quæ jubetur, ut patiatur tenebras disjici, Jeſ. 60, 1. β) In Niphal notat *lucidum fieri* vel *illuſtrari, luce frui*. Ita ter ſaltem occurrit, ſcil. de *ortu diei*, 2. Sam. 2, 32. de *Deo*, cujus gloria ex copia miraculorum inſtar lucis micantiſſimæ effulgebat, totumque ferè terrarum orbem pervadebat, Pſalm. 76, 5. & tandem de *fidelibus*, qui fruuntur vel participes fiunt lucis gratiâ Dei in hoc ſeculo mactatæ, & vitæ æternæ ſpem habentis, Job. 33, 30. γ) In Hiphil 1) tranſitivum eſt, notans α) propriè *lucere facere, lucidum reddere, illuſtrare, illuminare, lucem dare.* Ita dicitur de *fulguribus* terram illuſtrantibus, Pſalm. 77, 19. Pſalm. 97, 4. de igne noctem lucidam reddente, Pſalm. 105, 39. de columna nubis viam illuminante, Neh. 9, 12. 19. β) Impropriè 1) per Metalepſin eſt *accendere, incendere*, Jeſ. 27, 11. Mal. 1, 10. 2) per Metaphoram א) transfertur ad *illuminationem mentis ſpiritualem*, & idem eſt ac *informare, intellectum & cognitionem præbere.* Ita Pſalm. 19, 9. Pſalm. 119, 130. *Verbum Dei* dicitur *illuminare oculos mentis*, præbendo intellectum & cognitionem tàm divinæ voluntatis, quàm noſtræ corruptæ condi-

Digitized by Google

tionis. Et Eccl. 8, 1. *ſapientia* dicitur *illuminare facies hominis*, i. e. ipſi in hac caliginoſa omnium rerum inſcitia veluti facem præferre, ad diſcernendum verum à falſo, bonum à malo, commodum à noxio, ad pericula evitanda & bona obtinenda. ב) ad deſignandam *lætitiam & conſolationem*, ut idem ſit ac *exhilarare, erigere* &c. Eſr. 9, 8. Pſal. 13, 4. Prov. 18, 29. conf. Pſalm. 18, 29. ubi *illuſtratio lucernæ* deſignat *novarum virium collationem, auxilii præſtationem, corduque mæſti exhilarationem*; prout è contrario lucernæ extinctio eſt ſymbolum *ingruentium calamitatum*, Job. 21, 17. Prov. 12, 9. c. 20, 20. Huc refer, quando *Deus* dicitur vel rogatur *lucere facere vultum ſuum ſuper aliquem*; indigitatur enim *favor Dei*, ipſo opere multisque beneficiis tàm corporalibus quam ſpiritualibus demonſtratus, homines *exhilarans*, Num. 6, 25. 26. Pſalm. 31, 17. Pſalm. 67. 2. Pſalm. 80, 4. 8. Dan. 9, 17. II) Intranſitivum eſt, notans *ſplendere, lucere*, Gen. 1, 15. Exod. 13, 21. Jeſ. 60, 19. *Lucidum eſſe*, Pſalm. 139, 12.

אוֹר m. *Lux, luminare.* אוֹר הַבֹּקֶר *Lux matuta*. Jud. 16, 2. אוֹר פָּנִים *Lux facierum*, i. e. *facies ſerena, ſigna favoris atque benevolentiæ oſtendens*, Pſalm. 44, 4. כּוֹכְבֵי אוֹר *Stellæ lucis*, Pſalm. 148, 3. Cum Suff. אוֹרִי *Lux mea*, Pſalm. 27, 1. Plur. אוֹרִים גְּדֹלִים *Luminaria magna*, Pſalm. 136, 7.

1) Generatim notat *lucem quamcunque*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *lucem phyſicè talem*, quæ opponitur *tenebris*. Gen 1, 3. 4 5. 18 Exod. 10, 23. Job. 38, 19. β) *Impropriè* א) per *Metonymiam* Adjuncti pro Subjecto deſignat 1) *Solem*, qui lucis quaſi fons & ſcaturigo eſt, Job. 22, 28. c. 31, 26. c. 36, 32. c. 37, 21. Pſalm. 37, 6. Prov. 4, 18. Eccl. 12, 2. Jeſ. 5, 30. c. 18, 4. Hab. 3, 4. Conf. Pſalm. 136, 7. ubi *ſol* & *luna* per luminaria magna deſignantur. β) *Diem*, qui luce gaudet, Job. 17, 12. c. 26, 11. Jeſ. 45, 7. γ) *Pluviam pellucidam*, Jeſ. 18, 4. δ) *Tempus matutinum*, quô lux oritur, Jud. 19, 26. Neh. 8, 3. Job. 24, 14. Interdum in hac ſignificatione junctam habet vocem בֹּקֶר Jud. 16, 2. 1. Sam. 14, 36. c. 25, 34. 36. 2. Sam. 17, 22. 2. Reg. 7, 9. ב) Per *Metaphoram* a) notat *vitam*, quia viventes hac luce fruuntur, Job. 3, 20. Inde David Pſalm. 56, 14. dicitur *ambulare in luce viventium*, i. e. vivere, vita ſcilicet tàm corporali, quam ſpirituali, quæ in Deo eſt. b) Significat *quamcunque felicitatem & proſperitatem, nec non gaudium inde exortum*, Job. 18, 5. 6. c. 22. 28. c. 30, 26. c. 38, 15. Pſalm. 97, 11. Pſalm. 112, 4. Prov. 13, 9. Jeſ. 45, 7. c. 58, 8. 10. c. 59, 9. Thren. 3, 2. Am. 5, 18. 20, Conf. Job. 33, 28. ubi denotat felicitatem tàm hujus, quàm futuri ſeculi. c) *Manifeſtum rerum ſtatum* innuit, Zeph. 3, 5. מִשְׁפָּטוֹ יִתֵּן לָאוֹר *Judicium ſuum dabit in lucem*, i. e. *manifeſtabit*. Vid. Job. 12, 22. c. 28, 11. Pſalm. 139, 11. Hoſ. 6, 5. d) Eſt nota *favoris ac benevolentiæ*, Pſalm. 4, 7. Pſalm. 44, 4. Prov. 16, 15. e) Denotat *libertatem*, quæ captivo recuperatur, Mich. 7, 9. vel etiam *ſalutare conſilium*, Job. 12, 25. f) *Dictamen conſcientiæ* à lumine rationis

nis & à lege divina informatæ, ut ea fiant, quæ à luce non abhorrent, Job. 24, 13. g) Tribuitur *Deo*, ratione *operationis*, qua hominem illuminat, & miſeriarum tenebras diſpellit, Pſalm. 27, 1. Speciatim *Chriſto*, tùm ratione *eſſentiæ divinæ*, quæ eſt ſimpliciſſima, uti lux eſt qualitas ſimplex ab omni concretione immunis; tùm *ratione officii, operationum & beneficiorum*, Jeſ. 9, 2. c. 10, 17. c. 42, 6. c. 49, 6. Jeſ. 60, 1. 19. 20. h) Dicitur de *verbo Dei*, quod caliginoſam hominis mentem illuminat, & viam ſalutis monſtrat, Pſalm. 36, 10. Pſalm. 119, 105. Prov. 6, 23. Jeſ. 5, 20. Huc Feſſelius refert Pſalm. 43, 3. Sed Geiero h. l. notat *Dei favorem, auxilium & exhilarationem*; & R. Salomo de *Meſſia* interpretatur ex Pſalm. 132, 17. i) *Salutarem Dei & Meſſiæ cognitionem* notat. Pſalm. 89, 16. Jeſ. 2, 5.

אוֹר m. *Fluvius*; eſt pro יְאוֹר, literâ י per Aphæreſin ablatâ; vide infra in יְאוֹר.

אוֹרָה f. *Lux; Lumen.* Quater ſaltem legitur, bis in Singulari, & bis in Plurali; ſed in diverſa ſignificatione. Nimirum in *Singulari* notat *lucem*, prout Eſth. 8, 16. per Metaphoram eſt Symbolum *illuſtris proſperitatis & gaudii inde exorti*; & Pſalm. 139, 12. notat *manifeſtum rerum ſtatum.* In Plurali autem 2. Reg. 4, 39. Jeſ. 26, 19. אוֹרוֹת *Olera* ſunt, juxta Talmudiſtas in Joma f. 18. ſic dicta, quod virore ſuo oculos illuſtrare cenſentur. Vid. R. Salom. ben Melech in Michlal Jophi in 2. Reg. 4, 39.

אוּר m. *Lux; Ignis; Focus*; בָּאוּר תִּבְעִר *Igne combures.* Ezech. 5, 2. Plur. אוּרִים *Luces*, Exod. 28, 30.

1) Generatim *lucem* notat. 2) Speciatim α) exprimit *aliquam revelationis divinæ ſpeciem*, quâ Deus per Sacerdotem ſummum pectorali indutum reſponſa dabat. Tunc autem adhibetur vel *abſolute* 1. Sam. 28, 6. vel addita voce תֻּמִּים. Hoc ſi fit, ut Exod. 28, 30. אֶת־הָאוּרִים וְאֶת־הַתֻּמִּים *ſonat luces* (vel illuminationes) *& perfectiones*, i. e. *illuminationes perfectionum*, copula ו omiſſa, & poſteriori Subſtantivô in Genitivum mutatô; vel *illuminationes perfectas*, poſteriori ſubinde Subſtantivô adjectivè ſumtô. Etſi enim de אוּרִים & תֻּמִּים variæ circumferantur ſententiæ, propriè tamen non niſi *luces & perfectiones* innuunt, non ſolum ob gemmarum ſplendorem, ſed etiam ob illuminationem conſulentis & perfectam deciſionem quæſtionum. *Nullum enim*, ait Dn. D. Danzius in Interpret. Ebr. p. 328. *dubium eſt, quia illuminatio hæc perfecta Sacerdotem eâ inſtructum in reſponſis ſuis reddiderit infallibilem, cum ad eum ablegentur omnes tanquam oraculum certiſſimum, quotquot in quacunque causâ, rei difficultate preſſi, firmum expectabant conſilium.* Devt. 17, 8. & ſeqq. Quæ verò de nomine יְהוָה, vel ipſis vocibus אוּרִים וְתֻמִּים, aut imagunculis duabus concavitati pectoralis inditis, Talmudiſtæ atque Spencerus referunt; nec non de gemmis, aut mediâ iſtarum, adamante, lucentibus, vel literis ordine ad voces ſignificati-

vas conſtituendas prominentibus; atque voce cœlitus delapsâ, vel à ſupra memoratis imagunculis formatâ recenſentur; partim incerta ſunt, partim fabuloſa, partim ridicula, partim impoſſibilia. Præter loca citata de Oraculo hoc vide Lev. 8, 8. Num. 27, 21. Devt. 33, 8. Eſr. 2, 63. Neh. 7, 65. De אוּרִים וְתֻמִּים peculiari libro egit Joh. Spencerus, quem in compendium redegit Carpzovius in Animadverſ. ad Schickardi jus reg. p. 32. & ſuo ſtipavit judicio p. 44. Conferri meretur diſſertatio Joh. Buxtorff. & Sebaſt. Schmidii; vide quoque, Pfeiff. Dub. Vex. Cent. 1. l. c. ad Exod. 28, 30. β) Metonymicè notat a) *ignem*, qui lucem præbet, Jeſ. 44, 16. c. 47. 14. Ezech. 5, 2. b) *Focum*, in quo ignis lucet, Jeſ. 31, 9. c. 50, 11. γ) Metaphoricè deſignat *tribulationes & ærumnas*, quibus pii ut aurum per ignem probantur, Jeſ. 24, 15.

אוּר *Ur.* Eſt nomen proprium urbis cujusdam Chaldæorum, Gen. 11, 31. Neh. 9, 7. quam ſic dictam putant ab *igne ſacro ibi aſſervato*, quem Chaldæi coluerunt; prout *Heliopolis* à cultu *ſolis* dicta perhibetur. De hac urbe vid. Bocharti Phaleg. lib. 1. c. 10. p. 43. & lib. 2. c. 6. p. 87.

אֲוֵרוֹת & אֲרָיוֹת Vide inferius in Radice ארה

מָאוֹר m. *Lumen; Luminare.* In Statu Conſtr. לִמְאוֹר פָּנֶיךָ *In lucem facierum tuarum*, Pſal. 90, 8. Plur. מְאֹרִים *Luminaria.* כָּל־מְאוֹרֵי אוֹר בַּשָּׁמַיִם *Omnia luminaria lucis in cœlo*, h. e. *lucida*, Ezech. 32, 8. Fœm. מְאֹרוֹת *Luminaria*, Gen. 1, 16.

1) Generatim notat *lumen.* 2) Speciarim α) *propriè* notat *lucem* phyſicè talem, Prov. 15, 30. β) *Impropriè* 1) per *Metonymiam* notat *luminare*, quod lucem habet & præbet, ſeu *corpus luminoſum & ſplendidum*, ein lichtgebendes Geſtirn. Ita dicitur de *aſtris*, Gen. 1, 14. 15. de *ſole* ac *lunâ* ſimul, Gen. 1, 16. de lunâ, Pſalm. 74, 16. 2) Per *Metaphoram* 1) deſignat *manifeſtum alicujus rei ſtatum*, Pſalm. 90, 8. 2) *Gratiam ac benevolentiam*; Huc refert Feſſelius, Prov. 15, 30. *lumen oculorum* exponens de *facie ſerenâ, gratioſâ ac hilari.* Sed hæc expoſitio huic loco non adeo videtur conveniens, quia *inter objectum viſibile*, quale eſt *lux* propriè dicta, & inter objectum audibile, quod eſt *nuncium bonum*, inſtituitur collatio.

מְאוּרָה f. *Spelunca, Caverna*, ſic dicta, quia ad *lucem* aperta eſt, vel quod per eam *lumen* ingrediatur. Semel legitur in Statu Conſtr. עַל־מְאוּרַת צִפְעוֹנִי *Super ſpelunca baſiliſci*, Jeſ. 11, 8.

אוֹת c. *Signum.* זֹאת אוֹת הַבְּרִית *Hoc eſt ſignum fœderis*, Gen. 9, 12. 17. Plur. אוֹתוֹת *Signa*, Devt. 6, 22. Cum Suffixo וְהִרְבֵּיתִי אֶת־אֹתֹתַי Ut multiplicem *ſigna mea*, Exod. 7, 3. וּמֵאוֹתוֹת הַשָּׁמַיִם אַל־תֵּחָתּוּ *Et à ſignis cœlorum ne conſternemini*, Jer. 10, 2.

1) Generatim notat *ſignum*, prout eſt *nota* vel *indicium*, unde aliquid cognoſci & intelligi poteſt. 2) Speciatim α) notat *ſignum prognoſticum*, quod eventum futurum indigitat, Gen. 24, 14. 1. Sam. 2, 34. c. 14, 10. Jeſ. 20, 3. Jer. 44, 29. Ezech. 4, 3. β) *Signum demonſtrativum*, quod rem

Digitiz… Goc

rem certificat & confirmat, Jud. 6, 17. 1. Sam. 10, 7. 9. Pſalm. 86, 17. γ) *Signum commonefaciens*; quod rem cognitam in memoriam revocat, ejusque notitiam conſervat, Gen. 9, 12. 13. 17. Exod. 13, 9. Devt. 6, 8. c. 11, 18. Joſ. 4, 6. δ) *Signum memorativum & avocatorium*, quô aliquid alicui ita in memoriam rovocatur, ut ſimul ab aliquâ actione, vel re avocetur, Gen. 4, 15. Num. 16, 38. c. 17, 10. ε) *Signum miraculoſum & ſtupendum*, quod non niſi virtute divinâ produci poteſt. Ita legitur de miraculis Moſis, Exod. 4, 8. 17. 28. 30. c. 8, 23. c. 10, 1. 2. Num. 14, 11. 22. Devt. 11, 3. de miraculis Dei, Pſalm. 65, 9. Pſalm. 78, 43. de miraculosâ conceptione & nativitate Chriſti, Jeſ. 7, 11. 14. de ſolis miraculosâ retroceſſione, Jeſ. 38, 7. 22. ζ) *Signum ſtupendum*, quod falſus Propheta ſtabiliendi erroris causâ patrat, & ad credendum proponit, Devt. 13, 2. 3. Jeſ. 44, 20. η) *Vexillum militare*, & quidem *minorum copiarum*, prout è contrario דֶּגֶל eſt majorum copiarum, ſed determinatarum. Vid. Guſſet. in Comment. f. 23. Conf. Feſſel. lib. 5. Adverſ. Sacr. c. 7.

אָז *Tunc*; Futuris junctum, ea ſæpe in Perfecta, vel Imperfecta convertit. אָז יְדַבֵּר *Tunc locutus eſt*, Joſ. 10, 12. אָז יַעֲלֶה *Tunc adſcendebat*, 2. Reg. 12, 18. Exprimit autem α) *Adverbia temporis*, nempe *Tunc*, Devt. 4, 41. Zeph. 3, 9. Exod. 15, 1. Joſ. 1, 8. c. 8, 30. c. 10, 12. 2. Reg. 12, 17. Pſalm. 96, 12. Prov. 2, 9. Jeſ. 35, 5. 6. c. 60, 5. Jer. 22, 22. c. 31, 13. *Quum, Poſtquam*, Jud. 5, 11. *Mox, Statim*, Devt. 29, 19. 1. Sam. 20, 12. Prov. 20, 4. β) Conjunctiones 1) cauſales *nam, enim*, Jud. 5, 13. Pſalm. 89, 20. Pſalm. 119, 6. 2) Illativas, *ideo, propterea*, 1. Reg. 9, 11. Pſalm. 2, 5. Pſalm. 40, 8. Pſalm. 56. 10. Jer. 22, 15. 16. Mich. 3, 4. 3) Copulativas, *&, atque*, Exod. 15, 15. Joſ. 22, 31. Jeſ. 41, 1. 4) Adverſativas, *ſed, tamen*, Job. 9, 31. Pſalm. 126, 2. Mal. 3, 16. γ) Cum Præpoſitione conſtructum ſignificationem nominalem *temporis priſtini* ſeu *præteriti* obtinet. מֵאָז הַבֹּקֶר *A tempore matutino*, Ruth. 2, 7. מֵאָז אַפֶּךָ *A tempore iræ tuæ*, Pſalm. 76, 8. וּמִן־אָז חָדַלְנוּ לְקַטֵּר *Sed ex quo tempore ceſſavimus facere ſuffitum*, Jer. 44, 18. Conf. Exod. 5, 23. c. 4, 10. Joſ. 14, 10. Job. 35, 12. Quandoque tamen cum מ conſtructum in *adverbium temporis præteriti* abit, notans, *jam, jam tum, jam olim, pridem*; bereits/ ſchon/ ſchon damals/ *antiquitus*, für dieſem/ von Alters/ von langer Zeit. מֵאָז הִגַּדְתִּי *Pridem, jam olim indicavi*, Jeſ. 48, 3. Conf. 2. Sam. 15, 32. Prov. 8, 22. Jeſ. 44, 8. c. 45, 21. c. 48, 3. 5. 7. Hanc verò ſignificationem *olim* vel *jam, jam tum, pridem*, etiam frequentiſſimè obtinet ſine Præfixo מ Exod. 15, 15. Joſ. 14, 11. c. 22, 31. Jud. 5, 19. 2. Sam. 2, 27. c. 5, 27. Job. 3, 13. Pſalm. 89, 20. Pſalm. 40, 8. Hoſ. 2, 9. Conf. D. Danz. Int. §. 101.

אָזַב *Fluxit aqua*; item *hirſutus, intonſus fuit* apud Arabes. Inde apud Ebræos eſt.

אֵזוֹב m. *Hyſſopus*. LXX. Ὕσσωπος. R. S. ben Melech in Michlal Jophi tradit eſſe *herbam*, quæ Arabicè dicitur צעתר, græcè verò ὀρίγα-

νος, ſeptemque habet ſpecies. Levinus Lemnius in Herb. biblic. *Adiantum* eſſe arbitratur. Piſcator & Feſſelius in Adverſ. Sacr. lib. 5. c. 10. *libanotidem* ſeu *roſmarinum* eſſe cenſent. Fruticulum humilem ſive arbuſculæ ſpeciem eſſe, firmatur ex 1. Reg. 4, 33. Sed Bochartus in Hieroz. P. I. lib. 2. c. 50. n. 30. p. 587. & ſeqq. *Hyſſopum* eſſe cenſet, præter alias rationes urgens 1) vix credibile eſſe, LXX. Interpretes, qui אֵזוֹב conſtanter vertunt ὕσσωπον, falli potuiſſe, qvia, cùm ſacras literas in Græcum idioma transferrent, adhuc Judæorum durabat reſpublica, in quâ אֵזוֹב τοῦ quotidianus erat uſus in adſpergendis & repurgandis iis, quæ per אֵזוֹב adſpergi & repurgari lex juſſerat. 2) Quia aliàs Paulus 1. Cor. 14, 18. in errore tàm craſſo non ſecutus eſſet. 3) Quia Joſephus, cujus auctoritas, cum Sacerdos fuerit unus è primis, & in hoc miniſterio conſenuerit, non contemnenda eſt, ſuffragium fert. Vide plura l. c. Occurrit autem hæc vox decies, Exod. 12, 22. Lev. 14, 4. 6. 21. 49. 52. Num. 19, 6. 18. 1. Reg. 4, 33. Pſalm. 51, 9.

אָזַל *Ivit, Abiit, Digreſſus eſt.* אָזְלַת יָד *Abiit manus*, Devt. 32, 36. pro אָזְלָה Afformativô Ebræô cum Afformativô Chaldæorum ת- permutatô. Fut. תֵּזְלִי *Abibis*, Jer. 2, 36. א per Syncopen conciſô. Pual Part. מְאֻזָּל *Abire factus*, Ezech. 27, 19.

1) Generatim notat *ire.* 2) Speciatim α) *propriè* dicit *motum è loco in locum*, poteſtque nunc reddi *porrò ire*, προέρχεσθαι, fortgehen/ ceu colligi poteſt ex Jer. 2, 36. nunc verti *abire, diſcedere, digredi*, weggehen/ Prov. 20, 14. Conf. Ezech. 27, 19. ubi Participium Pual innuit *frequentiam migrationis, & conſuetudinem Græcorum*, qui huc illucve lucri causâ diſcurſitare ſolebant. Figuratè *abeundi* ſignificatio tribuitur *aquis* è mari fluentibus, Job. 14, 11. β) Metaphoricè dicit *defectum & ceſſationem rei*, ut idem ſit ac *deficere, ceſſare.* Ita dicitur de ceſſatione & defectu virium & roboris Iſraelitarum, Devt. 32, 36. & panis, 1. Sam. 9, 7. Sæpius non legitur.

אֶזֶל m. *Itio, Abitio.* Semel legitur 1. Sam. 20, 19. הָאֶבֶן הָאָזֶל *Lapis itionis*, ſeu *Itineris Index*; Cenſetur ſignum fuiſſe iter facientibus. Sed aliis eſt nomen proprium; nec inepte.

אֹזֶן f. *Auris.* וַיהוָה גָּלָה אֶת־אֹזֶן שְׁמוּאֵל Dominus autem revelaverat *auri* Samuelis, 1. Sam. 9, 15. Cum Suff. אָזְנוֹ *Auris ejus*, Jeſ. 33, 15. Dual. אָזְנַיִם *Aures*, Devt. 29, 3. In Statu Conſtr. בְּאָזְנֵי עַם *In auribus populi*, Gen. 23, 13.

1) Generatim notat *aurem.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *organum auditus*, ſive ſit *hominis*, Exod. 21, 6. c. 29, 20. Lev. 8, 23. c. 14, 14. 17. 24. 25. 28. ſive *bruti*, e. g. canis, Prov. 26, 17. aſpidis, Pſalm. 58, 5. β) *Impropriè* I.) per *Metaphoram* ad *mentem* transfertur, 1) ſignificans *mentis attentionem*, &, ſi ad *verbum Dei* refertur, fidelem ejus applicationem, Pſalm. 45, 11. Pſalm. 49, 5. Pſalm. 78, 1. Jeſ. 55, 3. Sed quando

aures

aures dicuntur *aggravari vel occludi*, indigitatur *animi induratio & cordis contumacia*, Jeſ. 6, 10, Zach. 7, 11. 2) Notans *mentis & intellectus judicium*, Job. 12, 11. Job. 34, 3. Huc refer, quando per ἀνθρωποπάθειαν *Deo* tribuitur. Tunc enim *a*) in genere innuit *infinitam ipſius cognitionem*, quâ omnia accuratiſſimè novit, quæ in his terris geruntur, Num. 11, 18. c. 14, 28. 1. Sam. 8, 21. 1. Chron. 28, 8. Jeſ. 22, 14. *b*) Speciatim indigitat א) *cognitionem benignam*, quâ cognoſcit, exaudit & ratas habet preces piorum, 2. Sam. 22, 7. 2. Chron. 6, 40. c. 7, 15. Pſalm. 10, 17. Pſalm. 18, 1. Pſalm. 31, 3. Pſalm. 55, 2. Pſalm. 71, 2. Pſalm. 130, 1. Hinc *inclinare aurem* eſt *preces piorum exaudire, & exaudiendo opem ferre*, 2. Reg. 19, 16. Pſalm. 17, 6. Pſalm. 86, 1. Pſalm. 88, 3. Pſalm. 102, 3. Pſalm. 116, 2. Jeſ. 37, 17. Dan. 9, 18. ב) *Cognitionem*, quâ Deus accuratè peccata hominum cognoſcit, eaque graviſſimè punit & ulciſcitur, Num. 11, 1. Jeſ. 5, 9. II.) Per Metonymiam denotat *a*) *auditum*, ſeu *potentiam audiendi*, Pſalm. 94, 9. Prov. 20, 12. *b*) *Famam & rumorem ſparſum*, qui auribus percipitur, 2. Sam. 22, 45. Job. 42, 6. Pſalm. 18, 45. III.) Synecdochicè accipitur pro *homine audiente*, Job. 13, 1. c. 29, 11. Prov. 15, 31. c. 18, 15. c. 25, 12. Ez. 24, 26.

אָזַן *Attendit.* Semel legitur in Piel Eccl. 12, 9. Sed frequentius occurrit in Hiphil הֶאֱזִין *Attendit, auribus percepit, auribus arrectis attendit; aures præbuit, advertit.* Conſtruitur vel abſolute, vel intercedentibus particulis ל, אֶל, עַל, עַד, אֵלַי. וְהַאֲזִין *Et aurem advertit ad me*, Pſalm. 77, 2. וְהַאֲזַנְתָּ לְמִצְוֹתָיו *Et attendes* præceptis ejus, Exod. 15, 26. Fut. אָזִין עַל־תְּבוּנֹתֵיכֶם *Attendi* ad intelligentias veſtras, Job. 32, 11. ubi אָזִין eſt pro אַאֲזִין per Syncopen א cum punctô ſubjectô eliſô, & (-) ſub Præformativô in (ᵀ) mutatô: Job. 32, 11. Imper. cum ה Paragogicô הַאֲזִינָה יְהוָה תְּפִלָּתִי *Auribus percipe*, Domine, preces meas, Pſalm. 86, 6. Part. שֶׁקֶר מֵזִין עַל־לְשׁוֹן הַוֹּת Mendax *præbet aures linguæ* pravitatum, i.e. pravitates loquenti, Prov. 17, 4. ubi מֵזִין eſt pro מַאֲזִין, ex מְאַזִּין per alternationem; א per Syncopen conciſô, cum ſubſtratô punctô, & (ַ) ſub Præformativo in (ֵ) mutatô.

1) Generatim obtinet *audiendi* notionem, non quacunque ratione, ſed cum attentione. 2) Speciatim *α*) *propriè* eſt *auribus percipere, aures ad aliquid advertere, ut percipiatur.* Sed pro diverſitate conjugationum diverſimodè. Scilicet in Piel *vagum* eſt, notans *aures ſuas huc illucve vertere & circumferre, ut percipiantur, quæ dicuntur.* Ita ſemel legitur Eccl. 12, 9. In Hiphil autem non eſt *vagum*, ſed reſpicit aliquid particulare, quod auribus percipiendum, Gen. 4, 22. Job. 33, 1. c. 34, 16. c. 37, 14. Jeſ. 32, 9. *β*) *Impropriè* 1) per *Metaphoram* deſignat *a*) *mentis intelligentiam*, ut idem ſic ac *intelligere*, Jeſ. 64, 4. Conf. 1. Cor. 2, 9. *b*) *Mentis approbationem & obſequium*, ut valeat *cum auditu dictis fidem adhibere & obſequi*, Exod. 15, 26. 2. Chron. 24, 19. Neh. 9, 30. Prov. 17, 4. Jeſ. 1, 10. c. 51, 4. Sic ad mentem ſubinde refertur, cum ei præcedit

Digitized by Google

שמע, ut conjunctim notet *corde & auribus ſimul percipere*, Jud. 5, 3. Job. 34, 2. Jer. 13, 15. Joel. 1, 2. 2) per *ἀνθρωποπάθειαν* *Deo* tributum, idem eſt ac *benigniſſimè exaudire*, innuens *Dei erga pios benevolentiam, & opem*, quam anxiè expetunt, Job. 9, 16. Pſalm. 5, 2. Pſalm. 17, 1. Pſalm. 39, 13. Pſalm. 54, 4. Pſalm. 55, 2. Pſalm. 77, 2, Pſalm. 86, 6, Pſalm. 140, 7. Pſalm. 141, 1. Pſalm. 143, 1. 3) Per *προσωποποιίαν* Devt. 32, 1. tribuitur *cœlis*, & Jeſ. 1, 2. *terra*, ad evincendam abominandamque infidelium & improborum malitiam, contumaciam & ingratitudinem.

מֹאזְנַיִם m. D. *Lances; Trutina, Statera.* Ratio etymi eſt, quod lances *patulas aures* referant, ad rei gravis pondus examinandum. מֹאזְנֵי צֶדֶק *Lances, Juſtitiæ*, i. e. *juſtæ*. Lev. 19, 36. מֹאזְנֵי מִרְמָה *Lances doli*, i. e. *doloſæ*. Hoſ. 12, 7.

1) Generatim notat *bilancem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *lances*, quibus rei pondus examinatur & cognoſcitur, Jer. 32, 10. Ezech. 5, 1. Dicitur de *lancibus juſtis*, Lev. 19, 36. Prov. 16, 11. Ezech. 45, 10. & *falſis*, Prov. 11, 1. c 20, 23. Am. 8, 5. Mich. 6, 11. β) Metaphoricè transfertur 1) ad *exactum rei examen & conſiderationem*, Job. 6. 2. c. 31, 6. Pſalm. 62, 10. 2) ad *omnipotentiæ divinæ teſſeram & univerſi hujus ſuſtentationis facilitatem*, Jeſ. 40, 12.

אזִקִּים p. m. *Catenæ, Compedes*, vide in Rad. זקק

אזר *Cinxit, Accinxit; Cinctus, Accinctus eſt, Accinxit ſe.* וְנִכְשָׁלִים אָזְרוּ חָיִל *Et impulſi accinguntur robore*, 1. Sam. 2, 4. Imper. אֱזָר־נָא כְגֶבֶר חֲלָצֶיךָ *Accinge, quæſo, ſicut vir lumbos tuos*, Job. 38, 3. Niphal נֶאְזַר *Cinctus, Accinctus eſt.* Part. נֶאְזָר בִּגְבוּרָה *Accinctus eſt potentia*, Pſalm. 65, 7. Piel אזר *Cinxit, Accinxit.* Fut. אֲאַזֶּרְךָ *Accingam te*, Jeſ. 45, 8. וַתְּאַזְּרֵנִי חַיִל *Et accinxiſti me robore*, Pſalm. 18, 40. Sed 2. Sam. 22, 40. eſt וַתַּזְרֵנִי, per Syncopen primâ radicali concisâ. Hithpael הִתְאַזֵּר *Cinxit, Accinxit ſe.* עֹז הִתְאַזָּר *Robur, quo accinxit ſe*, Pſalm. 93, 1. ubi (··) cum (ᐨ) alternat ob accentum.

1) Generatim notat *cingere*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *veſtes cingulô circa lumbos adſtringere, ne diffluant, ut expeditior fiat inceſſus & operatio*, 2. Reg. 1, 8. β) *Impropriè* 1) *Synecdochicè eſt armari, armare ſe*, Jeſ. 8, 9. 2) *Metaphoricè* transfertur a) ad *copioſam calamitatum immiſſionem*, quæ inſtar cinguli hominem cingunt undiquaque & circumdant, Job. 30, 18 b) ad *copioſam rei collationem & largitionem*, quæ velut cingulum hominem ambit, e. g. gaudii, Pſalm. 30, 11. roboris, 2. Sam. 22, 40. Pſalm. 18, 33. 40. c) ad *roboris promtiſſimam uſurpationem & fortitudinis exhibitionem*, quia lumbis, in quibus virium & roboris ſedes collocatur, cinctis, homo ad actiones fortiter & ſtrenuè expediendas promtus eſt. Ita dicitur de Meſſia, Pſ. 65, 7. Pſ. 93, 1. qui *robore accinctus* dicitur ad officii actiones & opera perficienda. d) ad *rei appropriationem & arctam conjunctionem*; prout homini arctè cingulum

ad-

by Google

adjungitur, ut velut unum cum eô ſit, Jeſ. 50, 11. *e) ad feliciſſimum rerum ſucceſſum*, Jeſ. 45, 5. 3) *Metonymicè*, non excluſâ Metaphorâ, *lumbos accingere* notat, *ſe ad opus aliquod parare & ſiſtere*, vel *ad munus aliquod exequendum promtum atque paratum eſſe*; quia iter ſuſcepturi ſolebant lumbos accingere, atque ſic ad iter ſe parare. Job. 38, 3. c. 40, 2. Jer. 1, 17. Sæpius non legitur.

אֵזוֹר m. *Cingulum.* וַיֶּאְסוֹר אֵזוֹר בְּמָתְנֵיהֶם *Et ligat cingulum circa lumbos eorum*, Job. 12, 18. נִפְתַּח אֵזוֹר חֲלָצָיו *Solutum eſt cingulum lumborum ejus*, Jeſ. 5, 27. אֵזוֹר פִּשְׁתִּים *Cingulum lini*, i. e. *linteum*, Jer. 13, 1. אֵזוֹר עוֹר *Cingulum pellis*, i. e. *pelliceum* 2. Reg. 1, 8.

1) Generatim notat *cingulum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *ligamen latius intra pectus lumbos præcingens*, veſteſque adſtringens, ne diffluant, ut expeditior ſit inceſſus, 2. Reg. 1, 8. Jer. 13, 1. 2. 4. 6. 7. 10. 11. Conf. Jeſ. 5, 27. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *officii fidelem alacremque expeditionem*, Jeſ. 11, 5. 2) *abitum in captivitatem aut ſaltem è regno ciectionem.* Job. 12, 18. vid. Sebaſt. Schmid. in h. l.

אָח *Ah; Eheu;* eſt particula *gementis ac dolentis*, Ezech. 6, 11. c. 21, 20. Sed הֶאָח *Euge*, eſt particula *lætantis & geſtientis*, Pſalm. 35, 21. 25. Jeſ. 44, 16. Ezech. 25, 3.

אֹחִים m. pl. *Aves feriles* &c. vide ſupra in אוח.

אָחַד *Unum eſſe dixit*, in 2. Conjug. apud Arabes. Apud Ebræos Hithpael ſaltem occurrit, in Imperativo הִתְאַחֲדִי *Unito te, aduna te*, Ezech. 21, 16.

אֶחָד vel אַחַד m. *Unus; Quidam; Primus.* יוֹם אֶחָד *Dies primus*, Gen. 1, 5. כְּאַחַד מִמֶּנּוּ *Sicut unus ex nobis*, Gen. 3, 22. כְּאַחַד הָאָדָם *Ut aliquis hominum*, Jud. 16, 7. 11. Per Aphæreſin dicitur חַד Ezech. 33, 30. & per Apocopen אַח Ezech. 28, 10. Fœm. אַחַת *Una; quædam* &c. litera ד per Syncopen conciſâ. שָׂפָה אֶחָת *Labium unum*, Gen. 11, 1. Plur. וּדְבָרִים אֲחָדִים *Et verba eadem*, Gen. 11, 1.

1) Significat *unus*, Gen. 4. 22. c. 11, 34. c. 16, 22. 2) Idem eſt ac *unicus*, Exod. 33, 5. Devt. 17, 6. Joſ. 17, 14. 17. c. 22, 20. 1. Reg. 4, 19. 1. Chron. 29, 1. 2. Chron. 32, 12. Eccl. 4, 11. Jeſ. 51, 2. Ezech. 33, 24. c. 34, 23. c. 37, 24. Mal. 2. 10. 3) Valet *ſolus*, Gen. 19, 9. Jud. 21, 8. Job. 23, 13. Eccl. 4, 10. 4) Exprimit numerale ordinale *Primus*, Gen. 1, 5. c. 2, 11. c. 8, 5. 13. Exod. 12, 18. c. 40, 2. 17. Lev. 23, 24. Num. 1, 1. 18. c. 29, 1. c. 33, 38. Devt. 1, 3. c. 24, 5. Job. 42, 18. Ezech. 26, 1. c. 29, 17. c. 31, 1. c. 32, 1. c. 45, 18. Dan. 1, 21. Hagg. 1, 1. c. 2, 1. 5) Si repetitur α) quandoque exprimit numeralia *primus, ſecundus, tertius*, 1. Sam. 10, 3. c. 13, 17. β) Maximè duplicatum ſumitur diſtributive, notans *unus, alter*, Exod. 17, 12. c. 18, 3. c. 25. 19. 33. c. 26, 19. 21. 26. c. 36, 24. 26. c. 37, 8, 19. Lev, 5, 7. c. 12, 8. c. 14, 22. 31. c. 15, 15, 30. c. 16, 8. Num. 6, 14. c. 8, 12. Jud. 16, 29. 1. Sam. 10, 3. c. 14, 4. 5. 40. 2. Sam. 12, 1. c. 14, 5. 1. Reg. 12, 29. c. 18, 6. 23. 2.

 Chron.

Digitized by Google

Chron. 3, 17. Ezech. 33, 30. c. 37, 17. c. 40, 44. 49. c. 41, 11. Dan. 12, 5. Zach. 4, 3. Item *unusquisque*, *quilibet*, *ſinguli*, Num. 13, 3. c. 17, 6. c. 34, 18. 6) Indefinite ſumitur pro *quidam*, *aliquis*, Gen. 21, 15. c. 22, 2. c. 26, 10. c. 27. 44. c. 42, 16. 19. 27. c. 29, 3. Lev. 13, 2. c. 25, 48. &c. 7) Idem eſt ac *unitus*, *conjunctus*, Gen. 2, 24. c. 11, 6. Exod. 26, 6. c. 36, 13. 18. Ezech. 37, 17. 8) Significat *idem*, Gen. 11, 1. c. 40, 5. c. 41, 11. 25. 26. Lev. 22, 28. 9) Notat *eximium*, *præcipuum*, *ſummum*, *inſignem*, 2. Sam. 13, 13. Pſalm. 27, 4. 10) Denotat *priorem & primogenitum*, Gen. 10, 25. c 44, 28. Exod. 18, 3. c. 29, 40. 11) Multitudini oppoſitum ſignificat *paucos*, Gen. 27, 44. c. 29, 20. 12) Exprimit *adverbia* α) congregandi *ſimul*, *unà*, *pariter*, *conjunctim*, *congregatim*, 2. Chron. 5, 13. Eſdr. 6, 20. Eccl. 11, 6. Jeſ. 65, 25. Jer. 10, 8. β) Numeri *ſemel*, Num. 1, 41. 2. Reg. 6, 10. Pſalm. 62, 12. Prov. 28, 18. & tunc quandoque apponitur פַּעַם *Vice*, Joſ. 6. 3.

אָחָה *Conjunxit*, *conſociavit*, *conſuit*; *Reſarcivit* apud Chaldæos. Inde

אָח f. **Der Camin-Heert**; forte ſic dictus, quod in eo ligna comburenda conjungantur & conſocientur. Ter tantum legitur, Jer. 36, 21. 23.

אָח m. *Frater*; à *conjunctione* ſeu *conſociatione* ſic dictus. הֲיֵשׁ לָכֶם אָח *Num eſt vobis frater?* Gen. 43, 7. In Statu Conſtr. אֲחִי יוֹסֵף *Frater Joſephi*, Gen. 42, 4. Cum Suff. אָחִי *Frater meus*, Gen. 4, 9. אָחִיךָ *Frater tuus*, Gen. 4, 9. אֲחִיהֶם *Frater ipſorum*, Job. 1, 13. Plur. אַחִים *Fratres*, (-) ſub א per alternationem cum (-) permutato, Gen. 13, 8. In Statu Conſtr. אֲחֵי דִינָה *Fratres Dinæ*, Gen. 34, 25. Cum Suff. אַחַי *Fratres mei*, Gen. 19, 7. אַחֶיךָ *Fratres tui*, Gen. 37, 12. אֲחֵיכֶם *Fratres veſtri*, Devt. 1, 16. אֶחָיו *Fratres ejus*, Gen. 38, 11. (-) pro (-) per alternationem poſito.

1) Generatim & vi originis notat *conjunctum*. 2) Speciatim α) notat *fratrem*. Ita verò tribuitur 1) *fratribus germanis*, qui eodem Patre & eâdem matre prognati ſunt, Gen. 4, 2. 8. 9. 10. 11. c. 10, 21. 2. Sam. 3, 30. 1. Chron. 1, 19. 2. Chron. 11, 23. Job. 1, 13. 18. 2) *Fratribus agnatis*, qui eodem quidem Patre, ſed diverſis matribus geniti ſunt, Gen. 42, 15. 16. 20. 34. c. 43, 3. 4. 5. 6. 12. 28. c. 44, 23. 26. 33. Jud. 6, 5. 56. 3) *Fratribus uterinis*, qui ex unâ quidem matre, ſed ex diverſis Patribus editi ſunt, Jud. 8, 19. β) Per Synecdochen *ſpeciei* ſignificat *cognatos & conſanguineos*, tum *proximos*, Jud. 9, 1. Gen. 24, 27. c. 31, 23. 25. 32. 37. Lev. 25, 48. Devt. 2, 4. 8. 1. Chron. 7, 5. c. 9, 6. Jeſ. 3, 6. tum *conſobrinos*, qui ex duobus fratribus vel ſororibus, vel fratre ac ſorore nati ſunt, **Geſchwiſter Kinder**, 2. Sam. 20, 9. 1. Chron. 23, 22. *Filium fratris* vel *ſororis*, Gen. 14, 14. 16. c. 24. 48. c. 29, 12. *Patrueles* ac *matrueles*, Gen. 13, 8. contribules, Num. 8, 26. ubi *ſacerdotes* vocantur *fratres*, qui erant Levitarum tribules. Ita quoque adhibetur, Lev. 21, 10. Num. 16, 10. 1. Chron. 24, 31. γ) Notat *gentilem ex ea gente oriundum*, Exod. 2, 11. c. 4, 18. Lev. 25, 25. 35. 36 46. 47.

Digitized by Google

47. Num, 20, 3. c. 25, 6. c. 32, 6. &c. ubi Iſraelitæ vocantur *fratres.* δ) Denotat *ſocium* ſeu *participem ejus religionis, fratrem ſpiritualem,* einen Glaubens-Bruder/ Glaubens-Genoſſen/ Pſalm. 22, 23. Pſalm. 122, 8. Pſalm. 133, 1. Jeſ. 66, 20. c. 31, 34. Hoſ. 2, 1. c. 13, 15. Mich. 5, 3. ε) Notat *conjunctum* alteri 1) *conjunctione humanitatis,* quâ quilibet homo nomine fratris venit, Gen. 9, 5. Lev. 19, 17. 2) *Conjunctione ſocietatis,* quâ per fratres *ſocii* intelliguntur, Neh. 4, 23. c. 5, 10. 14. Prov. 18, 9. Jeſ. 41, 6. Ezech. 33, 3. c. 38, 21. 3) *conjunctione vicinitatis,* quâ nomine *fratrum* veniunt *vicini,* Exod. 10, 23. Jer. 12, 6. 4) *conjunctione amicitiæ,* quâ *amici* fratres appellantur, 2. Sam. 1, 26. 1. Reg. 20, 32. 33. Neh. 4, 2. c. 7, 2. Job. 6, 15. 5) *conjunctione collegii,* quâ *collegæ dicuntur* fratres, 1. Chron. 25, 7. c. 26, 12. 2. Chron. 5, 12. ζ) Per *Metaphoram* pro *ſimili* ponitur, prout fratres ex iisdem prognati Parentibus ſibi invicem reſpondent, Job. 30, 29. Prov. 18, 9. Et præcedente אִישׁ *conſociationem & conjunctionem unius ad alterum exprimit,* Exod. 25, 20. Job. 4, 8. Joel. 2, 8. Jer. 23, 35. c. 25, 26.

אָחוֹת f. *Soror.* אָחוֹת יָפָה *Soror pulchra,* 2. Sam. 13, 1. In Statu Conſtr. אֲחוֹת לָבָן *Soror Labanis,* Gen. 25, 20. Cum Suff. אֲחוֹתִי *Soror mea,* Gen. 12, 13. אֲחֹתֵנוּ *Soror noſtra,* Gen. 24, 50. Plur. אֲחוֹת & אֲחָיוֹת *Sorores.* Cum Suff. אַחְיוֹתַי *Sorores meæ,* Joſ. 20, 13. וְלַאֲחוֹתֵיכֶם *Et ſororibus veſtris,* Hoſ. 2, 1.

1) Generatim & vi originis notat *conjunctam.* 2) *Speciatim* α) notat *ſororem* naturâ talem; Ita tribuitur 1) *ſorori germanæ,* quæ eundem Patrem, & eandem matrem habet. Gen. 4, 22. c. 24, 30. c. 28, 9. c. 30, 1. 8. c. 34, 31. c. 36, 3. 2) *Agnatæ* quæ ex eodem quidem Patre, ſed non ex eadem matre nata fuit, Gen. 34, 13. 14. 2. Sam. 13, 2. 5. 6. 11. Lev. 18, 9. 11. c. 20, 17. Devt. 27, 22. 3) *Uterinæ,* quæ ex eadem quidem matre, ſed non ex eodem Patre eſt, Lev. 18, 9. 11. c. 20. 17. Devt. 27. 22. β) Per Synecdochen *ſpeciei,* ſignificat *propinquam & conſanguineam,* Gen. 24, 59. 60. Job. 42, 11. Jer. 22, 8. ſpecialiſſimè *fratris filiam,* Gen. 12, 13. 19. c. 20, 2. 5. 12. item *filiam Patruelis,* Gen. 26, 7. 9. γ) *Gentilem,* ex eadem gente oriundam. Num. 25, 18. δ) *Metaphoricè* deſignat *ſimilem,* quæ alterius mores, opera & religionem ſectatur, Jer. 3, 7. 8. Ezech. 16, 45. 46. 48. 49. 51. 52. 56. Et præcedente voce אִשָּׁה *uxor, exprimit conſociationem & conjunctionem unius rei ad alteram,* Exod. 26, 3. חֲמֵשׁ הַיְרִיעֹת תִּהְיֶיןָ חֹבְרֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ Quinque cortinæ erunt conſociatæ, *uxor ad ſororem ſuam,* i. e. *una ad alteram.* Ita quoque Exod. 26, 5. 6. 17. Ezech. 1, 9. 23. c. 3, 13.

אַחֲוָה f. *Fraternitas.* Semel legitur Zach. 11, 14.

אָחוּ m. *Ulva,* vel potius *gramen majuſculum,* quod in locis paludoſis & aquoſis ultrò creſcere ſolet. Legitur ſaltem Gen. 41, 3. 18. Job. 8, 11.

אָחַז *Cepit, Apprehendit; Tenuit; Hæſit.* Cum Suff. אֲחָזַנִי *Apprehendit me,* 2. Sam. 1, 9. אֲחַזְתִּיו וְלֹא אַרְפֶּנּוּ *Prehendi eum, nec miſſum faciam eum,* Cant, 3, 2. Infin. לֶאֱחֹז *Ad prehendendum.* Job. 38, 13.

13. Fut. וָאֹחֵז *Et apprehendi*, pro וָאֶאֱחֹז, Primâ radicali א per Syncopen conciſâ, Jud. 20, 6. תֹּאחֵז *Retinebis*, Eccl. 7, 18. quod imitatur formam verborum Perfectorum. Part. אֹחֵז רֹמַח וְצִנָּה *Tenens* haſtam & clypeum, 2. Chron. 25, 6. Interdum conſtruitur cum ב וְיָדוֹ אֹחֶזֶת בַּעֲקֵב עֵשָׂו *Ita, ut manus ejus prehenderet calcem Eſavi*, Gen. 25, 26. Part. Paul אָחוּז *Deprehenſus*, Num. 31, 30. אֲחֻזֵי חֶרֶב *Accincti gladio*, Cant. 3, 8. Niphal נֶאֱחַז & נֹאחַז *Captus*, *Prehenſus*, *Detentus fuit*; *Poſſeſſor conſtitutus vel factus fuit*; *Hæreditatem accepit*. וְנֹאחֲזוּ *Et hæreditatem accipient*, Num. 32, 30. Part. נֶאֱחַז *Detentus*, Gen. 22, 13. שֶׁנֶּאֱחָזִים בִּמְצוֹדָה רָעָה *Qui capiuntur reti malo*, Eccl. 9, 12. Fut. וַיֵּאָחֲזוּ *Et poſſeſſores facti ſunt*, *poſſeſſionem acquiſiverunt*, Gen. 47, 27. Imperat. וְהֵאָחֲזוּ בָהּ *Et poſſeſſionem capite in ea*, Gen. 34, 10.

1) Generatim infert notionem *prehendendi*, quacunque id fiat ratione. 2) *Speciatim* α) notat *capere reti* vel *laqueo*. Ita dicitur de captura *vulpium*, Cant. 2, 15. piſcium & avium, Eccl. 9, 12. β) *Apprehendere aliquid*, vel *manu*, ut barbam, 2. Sam. 20, 9. Parvulum, Pſalm. 137, 9. januam, Jud. 12, 6. vel *mente*, ut idem ſit ac *cognoſcere*, *adſequi*, Eccl. 2, 3. vel *contiguitate & adjunctura*, ut idem ſit ac *adhærere*, *cohærere*, 1. Reg. 6, 6. 10. 2. Chron. 9, 18. Ezech. 41, 8. vel *alia ratione*. Ita per Metaphoram *Deo* tribuitur, 1) quando hominem affligit, Job. 16, 12. 2) quando pium in tentatione nutantem & lapſui proximum illæſum conſervat, & per aſpera quævis providè ducit, Pſalm. 73, 23. ſic tropicè Job. 38, 13. alæ terræ apprehendi dicuntur, ut inde excutiantur impii, prout mappæ ab extremitatibus apprehendi ſolent, vt reliquiæ menſæ inutiles aut aliæ ſordes excutiantur. γ) *Comprehendere aliquem*, 1) *firmiter*, ne elabatur. Ita *Deus* dicitur comprehendere hominem, Pſalm. 139, 10. *Philiſtæi* Simſonem, Jud. 16, 21. & Davidem, Pſalm. 56, 1. Conf. Jud. 12, 6. 2. Sam. 4, 10. 2) *celeriter & ineluctabiliter*, ut quaſi conſtrictus teneatur. Ita hominem corripere dicitur *tremor*, Exod. 15, 15. conf. Pſalm. 48, 7. *dies afflictionis*, Job. 30, 18. *dolor*, Jeſ. 21, 3. Jer. 13, 21. c. 49. 24. Sed Job. 18, 20. per Hypallagen *ſeniores* dicuntur apprehendere horrorem, pro: *Horror corripuit & comprehendit ſeniores*. δ) *Deprehendi ſorte*, Num. 31, 30. 47. 1. Chron. 24. 6. ε) *Excipere rem pallio*, quam aliquis porrigit, Ruth. 3, 15. ζ) *Apprehenſum firmiter tenere*, e. g. calcem alterius, Gen. 25, 26. haſtam & clypeum, 2. Chron. 25, 6. arcam, 2. Sam. 6, 6. 1. Chron. 13, 9. viam i. e. vivendi rationem, actiones & opera, Job. 17, 9. η) *Poſſidere*, *Poſſeſſorem fieri*, *poſſeſſionem alicujus rei acquirere*, *capere*. Gen. 34, 10. c. 47. 27. Num. 32, 30. Joſ. 22, 9. 19.

אֲחֻזָּה f. *Poſſeſſio*. תְּנָה לָנוּ אֲחֻזָּה Da nobis *poſſeſſionem*, Num. 27, 4. In Statu Conſtr. אֲחֻזַּת עוֹלָם *Poſſeſſio æternitatis*, i. e. *æterna*, *perpetua*, Lev. 25, 34. Cum Suff. אֲחֻזַּתְכֶם *Poſſeſſio veſtra*, Lev. 14, 34. אֲחֻזָּתוֹ *Poſſeſſio ejus*, Lev. 25, 33.

1) Ge-

1) Generatim notat *Poſſeſſionem*, & latius patet, quam נַחֲלָה quia notat *illud, quod dominii & proprietatis jure tenetur*; aſt נַחֲלָה deſignat *id, quod jure hæreditatis obtinetur*. *Speciatim* α) notat *rem, quæ jure dominii tenetur*, Gen. 23, 4. Lev. 25, 25. 27. 28. 45. Pſalm. 2, 8. β) *Rem*, quæ in ſortitione obtinetur, Ezech. 44, 28.

אֲחִימַעַץ m. *Achimaaz*; nomen proprium α) *Soceri* Regis Saulis 1. Sam. 14, 51. β) *Filii* Zadoki, Sacerdotis, 2. Sam. 15, 27. γ) *Generi* Salomonis, ejusque in tribu Naphtali præfecti, 1. Reg. 4, 14. Celeb. Dn. Hillero idem eſt ac *unus eſt robur ſive fortitudo*.

אֲחִימֶלֶךְ m. *Achimelech*; nomen proprium filii Sacerdotis Abjatharis, 2. Sam. 8, 16. Dn. Hillero notat: *unus eſt Rex*, ſcil. Deus.

אֲחִינָדָב m. *Achinadabh*; nomen proprium Præſidis Salomonis 1. Reg. 4, 13.

אֲחִינֹעַם f. *Achinoam*; nomen proprium α) *uxoris* Saulis, 1. Sam. 14, 50. β) *Conjugis* Davidis, 1. Sam. 25, 43. Dn. Hillero idem eſt, ac *unius Dei eſt amœnitas*.

אֲחִיסָמָךְ m. *Achiſamach*; nomen proprium Patris *Ocholiabi*, ex tribu Dan oriundi, Viri ingenio præſtantiſſimi, Exod. 31, 6. Laudato Hillero ſignificat, *unus Deus fulcivit*.

אַחֲלַי & אַחֲלֵי *Oſi, Utinam*, eſt particula *precantis & optantis*. Vid. R. Sal ben Melech in Michlal Jophi in 2. Reg. 5, 3. qui eam ideò deducit à radice חלה, quæ in Piel ſignificat *precatus eſt*. Bis tantum legitur, 2. Reg. 5, 3. Pſalm. 119, 5.

אָחַר *Tardavit, Moratus eſt, Moram fecit*. Fut. וָאֵחַר *Et commoratus ſum*, Gen. 32. 4. pro וָאֶאְחַר, literâ א cum punctô ſubſtratô per Syncopen conciſâ, (ֶ) ſub Præformativô in (ַ) mutato, & ob Gutturalem ח, cholem cum (ַ) permutato. Piel אֵחַר *Tardavit, Diſtulit; Detinuit*. אֵחֲרוּ *Tardauerunt*, Jud. 5, 28. pro אִחֲרוּ ad formam מֵאֲנוּ, per alternationem, ut mollior eſſet pronunciatio, (ִ) ſub א in (ֵ) & (ֲ) ſub ח in (ֱ) mutato. Fut. אַל־תְּאַחַר *Ne tardes*, Pſalm. 40, 18. In Hiphil Fut. וַיּוֹחֶר *Sed moratus eſt*, א more verborum פא in ו mutato, quod quieſcit in Cholem. Et ita quidem juxta Maſorethas, 2. Sam. 20, 5. Secundum literas autem legeres וַיִּיחַר, literis א & י alternantibus.

1) Generatim juxta quosdam *poſteriorandi* notionem obtinet. 2) *Speciatim* a) notat *aliquid differre in poſterum, de die in diem*, ut Exod. 22, 29. Devt. 23, 21. Eccl. 5, 3. in quibus locis negatio contrarium affirmatum cum emphaſi indigitat, ut ſenſus ſit: *Promtô hilarique animô præſta*. &c. Conf. Devt. 7, 10. b) Significat *morari, moras nectere, cunctari, tardare* &c. verziehen/ ſäumen/ verweilen etwas zu thun/ über die Zeit auſſenbleiben. Ita in Piel legitur de *inceſſibus* curruum Siſeræ morantibus, Jud. 5. 28. de *Deo*, qui rogatur, ne tardet opem ferre afflictis, Pſalm. 40, 18. Pſalm. 70, 6. Dan. 9, 19. de *Sichemo*, Dinæ amore capto, qui non tardabat circumciſionem ſuſcipere, Gen. 34, 19. Conf. Hab. 2, 3.

In

Digitized by Google

In Hiphil autem ſemel legitur, & quidem ſaltem ex mente Maſorethарum, de Amaſâ ultra tempus ſtatutum morante, 2. Sam. 20,5 *c*) *Morari, Commorari alicubi diu.* Sich irgends wo lange aufhalten. Ita dicitur de *Jacobo*, qui diu apud Labanem commoratus erat, Gen. 32,5. & de *compotatoribus*, qui diu commorantur apud vinum, ac ægre rurſus inde diſcedunt, Prov. 23, 30. Jeſ. 5,11. *d*) Significat *detinere, retardare aliquem*, einen aufhalten/ Gen. 24, 56. *e*) Notat *prolongare*. Ita adhibetur de iis, qui laboribus intenti ſesſiones prolongant, ad ultimam usque veſperam ſeramve noctem, ita, ut, licet tempus *quieſcendi* inſtet, non tamen quietem capiant, & à loboribus ceſſent, Pſalm. 127, 2.

אַחַר, אַחֲרֵי *Poſt*, Cum Suff. אַחֲרַי *Poſt me*, Gen. 24, 5. אַחֲרֶיךָ *Poſt te*, 1. Reg. 3, 13. אַחֲרָיו *Poſt eum*, Gen. 17, 19. אַחֲרֵיהֶם *Poſt eos*, Gen. 48, 10.

1) Exprimit *particulas*, & quidem *α*) Præpoſitionem *poſt*, ſi conſtruitur cum Nominibus aut Pronominibus, deſignans 1) *locum*, Gen. 19, 6. 17. c. 13, 13. Exod. 14, 10. 17. 23. 28. c. 15, 20. Num. 3, 23. c. 25, 8. Devt. 20, 21. c. 25, 18. Joſ. 8, 20. Jud. 3, 22. c. 20, 40. Ruth. 1, 15. 2) *Tempus*, Gen. 9, 28. c. 10, 1. c. 11, 1. c. 22, 1. 20. c. 25, 11. c. 26, 18. c. 39, 7. c. 40, 1. c. 41, 3. 6. 19. 23. 27. c. 48, 1. Joſ. 10, 14. 3) *Scopum terminumque proſecutionis*, Gen. 37, 17. Ruth. 3, 10. Job. 39, 8. Zach. 2, 12. Hoſ. 2, 7. *β*) Verbis junctum exprimit *Adverbia* temporis *poſtquam*, Lev. 14, 43. Num. 6, 19. Job. 21, 3. c. 42, 7. Jer. 40, 1. *poſtea*, Gen. 10, 18. c. 18, 5. c. 22, 13. c. 24, 55. c. 30, 21. c. 33, 7. c. 38, 30. Exod. 5, 1. Lev. 14, 19. c. 15, 28. c. 22, 7. Num. 5, 26. c. 6, 20. II) Sæpius, maximè, ſi cum Præpoſitione aliquâ conſtruitur, ſignificationem nominalem induit, notans *α*) *tergum*, ſine Præpoſitione, Exod. 33, 8. Num. 25, 8. Jud. 20, 45. 2. Reg. 25, 5. 1. Chron. 10, 2. cum Præpoſitione, אֶל 2. Sam. 5, 23. 2. Reg. 9, 18. cum Præpoſitione, אֶל 2. Sam. 5, 23. 2. Reg. 9. 18. cum Præpoſitione מִן ejusque decurtato מ Exod. 14, 19. 2. Sam. 7, 8. c. 10, 9. Pſ. 78, 21. Jeſ 59, 13. *β*) *Poſterius, partem poſteriorem* vel *poſticam*, 2. Sam. 2, 23. c. 7. 8. 2. Reg. 9, 18. Neh. 13, 19. Ezech. 41, 15.

אַחֵר m. *Alius ; Alter.* זֶרַע אַחֵר *Semen aliud*, Gen. 4, 25. לֹא יִטְּעוּ וְאַחֵר יֹאכֵל *Non plantabant, & alius comedet*, Jeſ. 65, 23. Plur. אֲחֵרִים *Alii*, Gen. 8, 10. Fœm. אַחֶרֶת *Alia, Altera* מְגִלָּה אַחֶרֶת *Liber alius*, Jer. 36. 28. Plur. אֲחֵרוֹת *Aliæ*, Gen. 29, 27.

1) Generatim videtur notare *eum, qui poſt primum vel priorem eſt*, quacunque poſterioritatis ratione. Inde 2) ſpeciatim *α*) idem eſt ac *alius*, Gen. 4, 25. c. 26, 22. c. 41, 3. 19. Lev. 6, 11. Num. 14, 24. c. 23, 27. Devt. 20, 5. 6. 7. 1. Sam. 17, 30. c. 21, 9. 2. Sam. 18, 20. 26. Job. 31, 8. c. 34, 24 *β*) *Alter*, Gen. 43, 13. Num. 23, 13. c. 36, 9. Devt. 24, 2. 2. Sam. 13, 16. 1. Reg. 3, 22. c. 7, 8. 2. Reg. 1, 11. 1. Chron. 2, 26. 2. Chron. 3, 11. 12. c. 32. 5. Prov. 25, 9. Jer. 3, 1. *γ*) Notat *Exterum, Extraneum, Peregrinum*, Gen. 29, 19. Devt. 28, 30. 32. Jud. 11, 2. Prov. 5, 9. Jeſ. 65. 22. Jer. 22, 26. *δ*) Significat *id, quod tempore eſt poſterius*,

rius, quod ſequitur, Gen. 17, 21. 2. Reg. 6, 29 Joel. 1, 3. ε) Denotat *eum, qui naturâ non eſt Deus,*. Pſalm. 16, 4 Jeſ. 42, 8. c. 48, 11. In qua ſignificatione ſæpiſſimè combinatur vel cum voce אֵל, ut Exod. 34, 14. vel cum voce אֱלֹהִים, ut Exod. 20, 3. c. 23, 13. Devt. 5, 7. c. 6, 14. c. 7, 4. c. 8, 19. c. 11, 16. c. 13, 3. 14. c. 17, 3. c. 18, 20. c. 28, 14. &c. ζ) Notat *novum*, quod eſt poſt *vetus, prius.* Ita Jeſ. 65, 15. שֵׁם אַחֵר *Nomen aliud*, eſt *nomen novum*; prout è contrario חָדָשׁ *novus* quandoquè idem eſt ac *alius*, ut Exod. 1, 8. מֶלֶךְ חָדָשׁ *Rex novus* idem eſt ac *Rex alius*, interprete Stephano, Act. 7, 18. η) Notat *adulterum*, Job. 31, 10.

אָחוֹר m. *Poſterius Poſterum; Retrò, Retrorſum.* נְסוֹגִים אָחוֹר *Recedentes retrorſum*, Jer. 46, 5. מֵאָחוֹר *A poſteriori*, Jeſ. 9, 12. Plur. in Statu Conſtr. עַל־אֲחֹרֵי הַמִּשְׁכָּן *Super poſterioribus habitaculi*, Exod. 12, 26. וְכָל־אֲחֹרֵיהֶם בָּיְתָה *Ita ut omnia poſteriora eorum eſſent verſus domum* i. e. *introrſum*, 1. Reg. 7, 25.

1) Generatim notat *poſterius*, quacuncque poſterioritatis ratione, capiturque nunc nominaliter, nunc adverbialiter &c. 2) Speciatim I) in ſignificatione nominali notat *partem poſteriorem* ſeu *poſticam*, anteriori, quæ voce פָּנִים indigitatur, oppoſitam. Ita tribuitur α) *homini*, indigitans nunc ejus *tergum*, Ezech. 8, 1. 6. nunc ipſius *nates*, Pſalm. 78, 66. β) *Bobus aneis* mare fuſum ſuſtinentibus, 1. Reg. 7, 25. 2. Chron. 4, 4. γ) *Ædificio* ſeu *ſtructuræ*, Exod. 26, 12. δ) *Plagæ cœli occidentali*, ſeu *occidenti*; Job. 23, 8. Jeſ. 9, 11. prout קֶדֶם notat *orientem.* ε) *Tempori*, לְאָחוֹר *In poſterum*, insfünfftige Jeſ. 41, 23. c. 42, 23. ζ) *Deo*, cujus *poſteriora*, interprete Vatablo, *deſignant manifeſta & viſibilia ipſius opera*, Exod. 33, 22. Eodem interpretatur modo Lippom, quando ſcribit: *Poſteriora ejus dicuntur manifeſta & viſibilia opera Dei. Unde & vulgus cognitionem ab effectibus vocat cognitionem à poſteriori.* Et mox: *Quod igitur facies Dei non videtur & poſteriora videntur, hoc indicare voluit, quod ipſa divina eſſentia conſpici à nobis viatoribus non poteſt, divinæ autem providentiæ effectus in creaturis, qui ſunt propriè viæ Domini, quoniam effectus omnis causâ eſt poſterior, videri poſſunt* Onkelos reddidit יָת דִּבַתְרַי h. e. Hiſc. exponente, *lucem & ſplendorem, qui adhuc ſplendebit, quum tranſiero.* Teſte Feſſelio Lib. 7. Adv. ſacr. c. 6. p. 199. quidam exponunt de *Chriſto*, cujus *faciem* ſeu *priora*, h. e. *divinam naturam* Moſes non poterat videre; vidit tamen *ejus poſteriora*; h. e. *eum carne indutum*, in monte Thabor Luc. 9, 30. 31. II) Adverbiaſcit vel ſine, vel cum Præpoſitione, notans *retrò, retrorſum*, Gen. 49, 17. פָּנִים וְאָחוֹר *Antrorſum & retrorſum*, 1. Chron. 19, 10. 2. Chron. 13, 14. Conf. 2. Sam. 10, 9. Sed in hac ſignificatione pro diverſitate conſtructionis & contextus varia connotat. Scilicet ſi jungitur הָיָה *fuit* & יָלַךְ *ivit*, deſignat *turpiſſimam per idololatriam aliaque gravia peccata à Deo defectionem*, Jer. 7, 24. c. 15, 6. Iunctum τῷ שׁוּב *reverti*, & הֵשִׁיב *reverti fecit, reduxit*, notat 1) *ignominioſam fugam*, Pſal. 9, 4. Pſal. 44, 11. Pſalm.

Digitized by Google

11. Pſalm. 56, 10. 2) *Pudorem ingentem*, Jeſ. 44, 25. Thren. 1, 8. 3) *denegationem auxilii*, Thren. 2, 3. cum סוג *ſe avertere*, נָסוֹג *ſe avertit, retroactus* eſt, innuit α) *fugam* Jer. 46, 5. β) *pudorem*, Jeſ. 42, 17. γ) *Fruſtrationem & impeditionem conatuum ignominioſam*, Pſalm. 35, 4. Pſalm. 40, 15. Pſalm. 70, 3. Pſalm. 129, 5. δ) *Defectionem à Deo ejusque vero cultu*, Pſalm. 44, 19. Jer. 38, 22. Cum זור *Abalienare ſe*, indicat *apoſtaſiam & defectionem à Deo*, Jeſ. 1, 4. Cum כָּשַׁל *cecidit*, notat graves *calamitates, imò ipſum exitium*, Jeſ. 28, 13.

אַחֲרוֹן m. *Poſterior, Poſtremus.* אֲנִי רִאשׁוֹן וַאֲנִי אַחֲרוֹן *Ego ſum primus, & ego ſum noviſſimus*, Jeſ. 44, 6. עַד־הַיָּם אַחֲרוֹן *Usque ad mare poſtremum*, Devt. 11, 24. Plur. אַחֲרֹנִים *Poſteriores, Poſtremi*, Gen. 33, 2. Fœm. אַחֲרֹנָה *Poſterior*, בָּאַחֲרֹנָה *In poſtremo* h. e. *poſtea*, Devt. 13, 10. לָאַחֲרֹנָה *Poſtremò*, Devt. 2, 31.

1) Generatim notat *id, quod poſt primum*, vel *poſt aliud eſt*, quacunque poſterioritatis ratione 2) Speciatim α) notat *poſteriorem, poſterius*, ordine ſecundum in relatione ad primum, Gen. 33, 2. Exod. 4, 8. Devt. 24, 3. Ruth. 3, 2. Eccl. 1, 11. Jer. 50, 17. Hagg. 2, 10. β) *Extremum, Poſtremum, ultimum, noviſſimum*; ſcil. ubi proponitur multitudo rerum vel individuorum ſimul, tunc in ea אַחֲרוֹן deſignat *ultimum poſt omnia alia.* Vid. Guſſet. in Comment. Ling. Ebr. Ita tribuitur *generationi* ſeu *ætati*, Pſalm. 48, 14. Pſalm. 78, 4. 6. Pſalm. 102, 19. *hominibus poſt omnes alios ſtantibus*, Gen. 33, 2. vel *incedentibus*, 1. Sam. 29, 2. *noviſſimis rebus* Salomonis, 2. Chron. 9, 29 Rehabeami, 2. Chron. 12, 15. *Deo*, qui abſolutè noviſſimè exiſtit, Jeſ. 44, 6. c. 48, 12. *Meſſiæ*, Job. 19, 25. ubi dicitur *poſtremus*, non ſolum, quod in poſtremis diebus ſit compariturus; ſed etiam, quod hoſtibus victis & proſtratis, in pulvere ſeu arena poſtremus ſtaturus ſit, more victorum; metaphorâ petitâ ab athletis ſive luctantibus, ſive pugnantibus. γ) Notat *ſequens*, ſeu *id, quod ſequitur*, Prov. 31, 25. Jeſ. 30, 8. δ) ſignificat *poſteros*, Job. 18, 20. Eccl. 4, 16. ε) Denotat *occidentale*, ſeu *id, quod verſus occidentem eſt*, Devt. 11, 24. c. 34, 2. Joel. 2, 20. Zach. 14, 8.

אֲחֹרַנִּית f. *Retro, retrorſum.* וַיֵּלְכוּ אֲחֹרַנִּית *Iveruntque retrorſum*, Gen. 9, 23. וּפְנֵיהֶם אֲחֹרַנִּית *Et facies eorum erant retro*, i. e. *averſæ*, ibid. Præterea legitur 1. Sam. 4, 18. 1. Reg. 18, 37. 2. Reg. 20, 10. 21. Jeſ. 38, 8.

אַחֲרִית f. *Poſteritas, Poſterius, Poſtremum; Extremitas; Finis, Ultimum.* עַד־אַחֲרִית שָׁנָה *Usque ad finem anni*, Devt. 11, 12. בְּאַחֲרִית יָם *In extremitate maris*, Pſalm. 139, 9. Cum Suff. אַחֲרִיתִי *Poſtremum meum*, Num. 23, 10. אַחֲרִיתוֹ *Poſteritas ejus*, Pſalm. 109, 13.

1) Generatim notat *id, quod eſt poſt aliud*, quocunque poſterioritatis genere. 2) Speciatim α) notat *poſtremitatem* ſeu *ultimam partem durationis* vel *temporis*, connotata totalitate, cujus ultima pars dicitur. Ita deſignat 1) *finem anni*, Devt. 11, 12. 2) *Poſteriorem vitæ partem*, Job. 42, 12.

42, 12. Prov. 5, 11. *ſtatumque poſteriorem*, & res in eo poſſeſſas, Job. 8, 7. prout רֵאשִׁית denotat priorem vitæ partem, Job. 42, 12. Conf. Prov. 19. 20. ubi notat *poſteriorem vitæ adultioris partem*, quæ opponitur vanis juventæ diebus. 3) *Finem vitæ* ſeu *mortem*, Num. 23, 10. Prov. 14, 12. 4) *Eventum atque exitum alicujus rei*, Prov. 5, 4. c. 14, 13. c. 23. 32. c. 29, 21. Eccl. 10, 13. Jeſ. 41, 22. c. 46, 10. Jer. 12, 4. 5) *Ultima mundi tempora*, Dan. 8, 19. 6) *Tempora Meſſiæ*, quæ אַחֲרִית הַיָּמִים *ultimum dierum* dicuntur, Jeſ. 2, 2. Jer. 23, 20. c. 30, 24. c. 48, 47. c. 49, 39. Mich. 4, 1. כל אחרית הימים הוא המשיח *Omne ultimum dierum deſignat tempus Meſſiæ*, inquit R. D. Kimchi ad Jeſ. 2, 2. Ita quoque R. S. ben Melech in Michlal Jophi ad d. l. Conſentit Gerundinenſis, & poſt eum Menaſſes ben Jſrael de Reſurr. L. 3, c. 3. 7) *Totum durationis Politiæ Judaicæ tempus usque* ad ipſius excidium, Gen. 49, 1. β) Denotat *extremitatem loci*, Pſalm. 139, 9. γ) Significat *Poſteritatem hominis*, ſeu *poſteros*, qui ipsô mortuô adhuc ſuperſtites ſunt, Pſalm. 109, 13. Jer. 31, 17. Ezech. 23, 25. Dan. 11, 4. Am. 4, 2. c. 9, 1. δ) Deſignat *homines viles & poſtremæ conditionis ac ſortis*, Ezech. 23, 25. Huc refert B. Lutherus illud Jer. 50, 12. Sed Seb. Schmidius per *extremitatem gentium* ibi intelligit *ultima Chaldæarum gentium tempora & finem*. ε) Significat *præmium* vel *pœnam* in relatione ad antecedentem virtutem ac vitium vel peccatum. De *præmio*, quod virtutis ſtudium ſequitur, legitur Prov. 23, 18. c. 24, 14. 20. Huc quidam etiam referunt illud Pſal. 37, 37. De *pœna* autem, quæ vitia & peccata ſequitur, adhibetur Pſalm. 37, 38. Thren. 1, 9.

אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים m. pl. *Satrapæ*, Eſth. 3, 12. c. 8, 9. c. 9, 3. Eſr. 8, 36. Nomen *officii*, quod, ſi Kimchium audimus, conflatum eſt ex אחש, quod ipſi גדול *magnum* ſignificat, & ex דָּרֵי פָּנִים *manentes in facie Regis*, ita, ut hac voce deſignentur *tales miniſtri*, qui in conſpectu Regis degunt & manent. Sed hæc Hottingero lib. 1. Smegm. c. 5. p. 76. non probantur; proinde nomen in Perſia natum eſſe credit, conflatum ex אחש, quod *dignitatem* ſeu *majeſtatem* notat, & ex דרבאן, quod *januam* ſignificat, ita, ut hac voce deſignentur *cuſtodes portæ*, *majeſtatis janitores*, qui faciem Regis contuentur, Eſt. 6, 1. 14. unde orta eſt vox *Satrapa*. Pfeifferus autem in Dub. Vex. Cent. 4. p. m. 895. deducit ex אחש *Præcellentia*, & שתרב *Sitrab* Satrapa, quæ vox antiqua & genuinè Perſica, ut deſignet *Archiſatrapas*.

אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ m. *Ahasverus*; nomen non tàm proprium, quàm commune Regum Perſarum & Medorum; impoſitum quippe *Cambyſi*, Esdr. 4, 6. Vid. Joh. Clericus in h. l. & Joſeph. Antiqv. Jud. lib. 11. c. 2. *Artaxerxi Longimano*, Eſtheræ marito, Vid. Dionyſ. Petav. Op. de Doctr. Temporum lib. 15, 27. Joh. Clericus in Eſth. 1. Joſeph Kimchi cenſet compoſitum eſſe ex אחש, quod ipſi *magnum* ſignificat, & ראש *caput*, ut idem ſit ac *magnum caput*, ſive *magnus Princeps*. Cui accedit Pe-

 rerius

rerius atque Vatablus. Sed meritò creditur Perſicum eſſe, notans *majeſtate præditum & in ſumma dignitate conſtitutum.*

אֲחַשְׁתְּרָנִים m. pl. *Dromades, Curſores Regii*, Eſth. 8, 10. 14. Ita Junius & alii. Targum, Aben Eſra, R. D. Kimchi & R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi compoſitum eſſe cenſent ex אחש *magnus*, & תרין *duo*, ut deſignentur *animalia è duabus ſpeciebus conflata*, nimirum *muli*. Caſtello notat *camelos regios*, cum ſit compoſitum ex אחש *pretioſus, regius*, & שתר *camelus*. Raſchi reddit *veloces camelos*, procul dubio reſpiciens ad rad. חוש *feſtinare*. B. Pfeifferus in Dub. Vex. Cent. III. p. m. 556. meritò ſtatuit eſſe *vocem Perſicam*; conflatam ex אחש *magnus*, & אשתר *mulus*, ita, ut hac voce deſignentur *muli majores, præſtantiores*. Cui adſtipulatur Bochartus in Hieroz. P. I. lib. 2. c. 21. p. 236.

אָטָד m. *Rhamnus*. Species *ſpinæ*, quæ ſummè aculeata. Vid. R. S. ben Melech in Michlal Jophi ad Gen. 50. Inprimis verò notatur ut apta ad ignem ardentiſſimum tàm concipiendum, quàm emittendum, Jud. 9, 14. 15. Pſalm. 58, 10. Hoc nomine inſignita legitur *area*, ubi filii Iſrael & Ægyptii Jacobum mortuum acerbè luxerunt, quæ ſic dicta dicitur, quod ſpinis cincta fuerit. Vid. R. Levi. cui conſentit R. Salomo, inquiens: מוקף אטרים היא *Circumdata erat ſpinis*, Gen. 50, 10. 11.

אָטַט *Sonum edidit venter*, apud Arabes.

אַט m. *Submiſſio, Lenitas, Tarditas, Commoditas*, & adverbialiter, *lentè, leniter, ſenſim, ſubmiſsè.* וַיְהַלֵּךְ אַט Et inceſſit *in lenitate*, i. e. *lentè*, 1. Reg. 21, 27. לְאַט *In lenitate* i. e. *leniter*, 2. Sam. 18, 8. Jeſ. 5. 6. Cum Suff. לְאִטִּי *Iuxta tarditatem meam, pro commoditate mea*, Gen. 33, 14.

אִטִּים m. pl. *Præſtigiatores*; Deſignantur tales homunciones, qui, neſcio, quæ arcana muſſitant, & ex *ventre* quaſi depromunt. Semel legitur, Jeſ. 19, 3.

אָטַם *Clauſit, Obturavit*, Part. אֹטֵם אָזְנוֹ *Obturans ſuam aurem*, Prov. 21, 13. Part. Paul חַלּוֹנֵי שְׁקֻפִים אֲטֻמִים *Feneſtras proſpectuum datas contractorum*, juxta Seb. Schmid. Iuxta Chaldæum fuerunt extrorſum latæ, introrſum autem anguſtæ; ſecundum Talmudiſtas autem introrſum latæ, extrorſum autem anguſtæ. Forte factæ ſunt ut noſtrorum templorum feneſtræ, quæ in medio ſunt anguſtæ, introrſum verò & extrorſum latæ, 1. Reg. 6, 4. Hiphil Fut. יַאְטֵם אָזְנוֹ *Obturat aurem ſuam*, Pſalm. 55, 5.

1) Generatim *claudendi* notionem obtinet. 2) Speciatim *α*) dicitur de *concluſione labiorum*, ne inde vel per incogitantiam, vel per affectuum impetum exeat verbum, cujus pœnitere poſſit loquentem, Prov. 17, 28. *β*) de *obturatione aurium*, ne ſonus eas intret. Ita tribuitur *aſpidi*, ne audiat vocem incantantis, unam ad terram deprimendo, alteram autem caudâ obturando, Pſalm. 58, 5. *Immiſericordi*, qui afflicti & pauperis ejulatus & preces flebiles audire non vult, Prov. 21, 13. *pio*, qui a ſanguinariis conſiliis alienus eſt, Jeſ. 33, 15. *γ*) de *feneſtris* in medio anguſtis,

guſtis, 1. Reg. 6, 4. Vide ſupra dicta. Conf. Ezech. 40, 16. c. 41, 16. 26. Sæpius non legitur.

אטן Radix inuſitata. Inde eſt

אֵטוּן m. *Funis, Filum*; Metonymicè, *linteum ex filis factum.* Semel legitur Metonymicè, Prov. 7, 16. de *inſtrato* ex filis craſſioribus lini Ægyptiaci alioquin pretioſiſſimi contexto.

אָטַר *Clauſit; Circumdedit; Flexit, Incurvavit* apud Arabes. Semel legitur in Futuro וְאַל־תֶּאְטַר עָלַי בְּאֵר פִּיהָ *Nec claudat* ſuper me fovea os ſuum, Pſalm. 69. 16.

אִטֵּר m. *Præcluſus, Contractus; Incurvatus* ex ſignificatione Arabica. Legitur ſaltem, Jud. 3, 15. c. 20, 16. אִטֵּר יַד יְמִינוֹ *Clauſus vel incurvatus manu dextera ſua.* Qui hîc dicitur אִטֵּר, eum Targum vocat גְּמִיר *impeditum manu dextera ſua*, ſeu *talem*, qui manu ſua dextera non poterat uti, ſed ſaltem ſiniſtrâ.

אִי m. *Inſula.* Veram radicem, unde hoc nomen deſcendit, ſe deprehendiſſe putat celeb. Majus in Arab. lingua, ubi أوي nomen verbale occurrit, & verbum in *commorandi* ſignificatione. Hinc inſula dicetur אִי, quia populus aliquis eò commigravit, ibique ſedem fixit, q. d. *manſio, ſedes alicujus gentis.* יֹשְׁבֵי אִי *Incolæ inſulæ*, Jeſ. 23. 2. Plur. אִיִּים *Inſulæ*, Pſalm. 97. 1. Sed Ezech. 26, 18. eſt הָאִיִּן *inſulæ*, more Chaldæorum, & י per Syncopen conciſô. In Statu Conſtr. אִיֵּי הַיָּם *Inſulæ maris.* Jeſ. 24, 14.

1) Generatim & vi etymi, notat *manſionem* ſeu *ſedem*, ubi aliquis *commorari* poteſt. 2) Speciatim α) *propriè* notat *inſulam*, ſeu *ejusmodi territorium*, quod vel undique, vel maximam partem mari vel fluvio ambitur, ſedemque & manſionem præſtat omnis generis animantibus, ut ibi commorari queant. Ita dicitur de *inſulis* tàm in genere, Jeſ. 40, 15. quàm in ſpecie de *inſulis* Judææ vicinis, tùm Græciæ, Jer. 2, 11. tùm aliis, Jer. 25, 22. iisque remotioribus ab ea, Jer. 31, 10. β) *Impropriè* 1) per *Metaphoram* deſignat *locum ſiccum & aridum*, Jeſ. 42, 15. 2) per *Metonymiam* continentis notat *a*) *inſulanos*, ſeu *inſularum incolas*, Pſalm. 97, 1. Speciatim *eos*, qui inſulas maris mediterranei incolebant, Jeſ. 41, 1. 5. c. 42, 4. c. 51, 5. *b*) *Animalia* in deſertis & vaſtis locis gregatim coeuntia, alternisque clamoribus ſibi reſpondentia, Jeſ. 13, 22. c. 34, 14. Jer. 50, 39. per quæ Chaldæus intelligit חתולין *feles*; LXX. ὀνοκενταύρους *Onocentauros*; Hieronymus *ululas & Faunos ficarios*; alii teſte Buxtorffio *ferales aves & animantia terrifica*; R. Abarbanel R. Salomon & R. D. Kimchi *beſtias*, quæ in locis vaſtis degunt. Bochartus in Hieroz. P. I. lib. 3. c. 12. intelligit *Thoes*, qui Arabicè vocantur أوي *avvi.*

אִי Eſt particula α) *negantis*, notans *non*, 1. Sam. 4, 21. Job. 22, 30. β) *comminantis*, notans *væ*, Eccl. 4, 10. c. 10, 16. Vide infra אִין.

אָיַב *Inimicatus, infenſus eſt, hoſtiliter egit, perſecutus eſt.* Conſtruitur cum Accuſativo. וְאָיַבְתִּי אֹיְבֶיךָ Tunc *inimicum agam* erga inimicos tuos, Exod. 23, 22. Participium nominaſcens אֹיֵב *inimicus*, qui alteri infeſtus eſt, eumque hoſtiliter perſequitur, Exod. 15, 9. Cum Suff. אֹיִבְךָ *Inimicus tuus*, Exod. 23, 4. Fœm. אֹיֶבֶת *Inimica.* Cum Suff. אֹיַבְתִּי *Inimica mea*, Mich. 7, 5. 10. Plur. אֹיְבִים *Inimici*, Pſalm. 127, 5. In Statu Conſtr. אֹיְבֵי דָוִד *Inimici Davidis*, 1. Sam. 20, 15.

1) Generatim notat *infenſum eſſe*, connotatô ſubinde affectu lædendi & deſtruendi. 2) Speciatim *α*) *homini* tributum notat *hoſtem*, qui alteri infenſus eſt, ut infenſi animi ſigna & documenta haud obſcura edat. Ita tribuitur homini *tùm* in ordine ad alium hominem, *tùm* in ordine ad Deum. Priori modo dicitur tàm de *hoſte publico*, Exod. 23, 22. Lev. 26, 25. Devt. 33, 27. Jud. 2, 14. 18. c 3, 28. 1. Sam. 12, 11. 1. Reg. 8, 33. 46. 2. Chron. 26, 24. 36. quàm de *hoſte privato*, 1. Sam. 19, 17. Job. 27, 7. Poſteriori autem ratione, 1) *hoſtes Dei* dicuntur, qui Deum oderunt, ejus verbum impiè ſpernunt, ei malitioſè repugnant, ipſius gloriam ac cultum impediunt, &c. 2. Sam. 12, 14. Pſalm. 37, 20. Pſalm. 83, 3. Pſalm. 92. 10. 2) *hoſtes Dei* vocantur, qui, cum vis ei hoſtilis inferri nequeat, Dei populum ac cultores hoſtiliter perſequuntur, Num. 10, 35. Jud. 5, 31. 1. Sam. 30, 26. Pſalm. 89, 11. 52. Sed Pſalm. 45, 6. Pſalm. 110, 2. *Meſſiæ hoſtes* dicuntur Diabolus & tota infernalium Spirituum colluvies cum morte, peccato, Antichriſto, hæreticis, Eccleſiæ perſecutoribus, &c. *β*) *Deo* tribuitur, qui infenſus eſt homini, quando juſta irâ percitus, graviter punit atque deſtruit, Exod. 23, 22. Thren. 2, 5. Conf. Jeſ. 63, 10.

אִיּוֹב m. *Jobus;* nomen proprium viri piiſſimi, notans *Zelotem*, qui inimicitiam ſeu zelum pro Deo exercet, oſor eſt impiorum &c. Job. 1, 1. 8.

אֵיבָה f. *Inimicitia*, Gen. 3, 15. differt à שִׂנְאָה *odium;* hoc enim *averſationem & fugam*, illud autem *nocendi & deſtruendi cupiditatem* deſignat. וְאִם בְּאֵיבָה הִכָּהוּ *Aut ſi in inimicitia percuſſerit eum*, Num. 35, 21. בְּלֹא אֵיבָה *Citra inimicitiam*, Num. 35, 22. In Statu Conſtr. אֵיבַת עוֹלָם *Inimicitia æternitatis* i. e. *æterna*, Ezech. 25, 15. c. 35, 5. Sæpius non legitur.

אֵיד m. *Vapor; Exitium;* Refertur ad Arabum آدَ *Moleſtus, gravis, durus fuit;* quia tàm *vapor*, quam *exitium* moleſtiam faceſſit aliis. וְאֵיד יַעֲלֶה מִן־הָאָרֶץ Tum *vaporem* adſcendere fecit *Deus ex terra*, Gen. 2, 6. וְאֵידְכֶם כְּסוּפָה יֶאֱתֶה *Et exitium veſtrum inſtar procellæ veniet.* Prov. 1, 27. קָרוֹב יוֹם אֵידָם *Propinquus eſt dies exitii eorum*, Devt. 32, 35.

1) Generatim vi originis ex Arabiſmo petitæ notat, *quicquid alteri grave, moleſtum atque durum eſt.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *vaporem*, qui è terrâ adſcendit & nubem efficit, Gen. 2, 6. Job. 36, 26. *β*)

Meta-

Metaphoricè ſignificat *calamitatem, exitium, interitum*, non ſolum, quod calamitas & exitium moleſta ſint hominibus, ſed etiam *partim*, quia, ſicut vapor caliginem offundit, ita calamitas & exitium caliginem quaſi afflictis inducunt; *partim*, quia ſicut vapores quidam roſcidam compluitionem efficiunt, quæ frugibus valde nocet: Ita & calamitates hominibus non parum nocere videntur; partim quia, quæ evaporant, in nihilum quaſi abeunt, Devt. 32, 35. 2. Sam. 22, 19. Job. 18, 12. c. 30, 12. c. 31, 3. 25. Pſalm. 18, 19. Prov. 1, 27. c. 6, 15. Jer. 18, 17. c. 46, 21. c. 49, 8. 32. Ezech. 35, 5. Obad. 1, 13.

אָיָה Radix inuſitata. Inde

אַיָּה f. *Pica*; avis impura, Lev. 11, 14. Devt. 14, 13. Job. 28, 7. Bocharto Hieroz. P. II. lib. 2. c. 8. p. 193. eſt eadem avis, quæ Arabum اليويو *Aljuju*, à *clamore* ſic dicta. *Nam*, ait, *ut aquilarum eſt clangere, milvorum jugere vel lipire, accipitrum pipire & crocitare corvorum: Ita bujus avis proprium eſt* يايا *jaja*, ſecundum Arabes, & clamor ipſe dicitur الياياء *Aljaja.*

אַיֵּה *Ubi*, Gen. 18, 9. Cum Suff. אַיֶּכָּה *Ubi tu es?* Gen. 3, 9. אַיּוֹ *Ubi ille eſt?* Exod. 2. 20. אַיָּם *Ubi illi?* Jeſ. 19, 12. *Ubicunque*, Job. 15, 23. α) Eſt particula *deſiderantis & voventis*, Gen. 38, 21. Jud. 6, 13. 2. Reg. 2, 14. Job. 15, 23. Pſalm. 89, 50. Jeſ. 63. 18. Jer. 2, 8. Thren. 2, 12. β) *Exprobrantis & inſultantis*, Jud. 9, 38. Pſalm. 79, 10. Pſalm. 115, 2. Jer. 17, 15. Joel. 2, 17. Mich. 7, 10. Nah. 2, 11. γ) *Negantis* præſentiam perſonæ vel rei, Job. 17, 15. Jeſ. 51, 13. Zach. 1, 5. Mal. 1, 6. c. 2, 17.

אֵי *Ubi?* Gen. 4, 9. I) ſolitariè poſitum exprimit α) Adverbium loci *ubi?* Gen. 4, 9. Devt. 32, 36. 1. Sam. 26, 17. Eccl. 2, 3. β) Adverbium negandi, *non*, Prov. 31, 4. γ) Adverbium qualitatis, *quomodo*, Jer. 5, 7. II) Junctum α) explanativo כֹּה *ſic, ita*, exprimit Interrogativum loci *ubi?* 2. Reg. 6, 13. β) Locali פֹּה *hic, huc*, notat Interrogativum de loco *ubinam?* 1. Sam. 19, 22. Job. 38, 4. γ) Appoſitum Demonſtrativo זֶה vel exprimit Latinorum *nam*, ut *ubinam?* 1. Sam. 9, 18. Job. 28, 12. c. 38, 19. Jeſ. 50, 1. c. 66, 1. *quinam, quanam, quodnam*, 1. Reg. 13, 12. 2. Reg. 3, 8. 2. Chron. 18, 24. Job. 38, 19. Eccl. 11, 6. Jer. 6, 16. vel idem eſt ac *quo? quorſum?* 1. Reg. 22, 24. Si interſeratur מ, ut ſit אֵי מִזֶּה ſignificat 1) *unde? ex quo loco?* Gen. 16, 8. 2. Sam. 1, 3. Job. 2, 2. 2) ex *quonam? quanam?* 1. Sam. 30, 13. 2. Sam. 1, 13. c. 15, 2. Job. 1, 8. Conf. Dn. D. Danzii Interpres §. 161.

אֵיךְ *Quomodo?* Ex Suffixo ךְ & particula אֵי natum. 1) Interrogativum qualitatis exprimit, & habet α) vim negandi, ut Gen. 44, 34. אֵיךְ אֶעֱלֶה *Quomodo adſcendam?* i. e. *non adſcendam.* Ita quoque adhibetur, Gen. 39, 9. c. 44, 8. c. 6, 12. Joſ. 9, 7. 1. Sam. 16, 2. 2. Sam. 2, 22. c. 12, 18. 2. Reg. 10, 4. Pſalm. 137, 4. Jeſ. 20, 6. c. 48, 11. Hoſ. 11, 8. β) *Vim increpandi & expoſtulandi*, Gen. 26, 9. Jud. 16, 15.

 2. Sam.

Digitized by Google

2. Sam. 1, 14. Pſalm. 11, 1. Jeſ. 19, 11. Jer. 2, 21. 23. c. 8, 8. c. 48, 14. c. 49, 25. γ) *Vim admirandi*, Pſalm. 73, 19. Prov. 5, 12. Jeſ. 14, 12. Jer. 50, 23. c. 51, 41, Obad. 1, 5. 6. Zeph. 2, 15. δ) Vim *deplorandi & lamentandi*, 2. Sam. 1, 19. 25. 27. Jer. 9, 19. c. 48, 17. 39. Thr. 2, 1. c. 4, 1. 2. Ezech. 26, 17. ε) Vim *adſerendi & confirmandi*, Jer. 3, 19. 2) non-interrogativum, Ruth. 3, 18. Jud. 20, 3.

אֵיכָה ex אֵי & כֹה conflatum, conſtituit I) interrogativum qualitatis *quomodo?* obtinens α) *vim negandi*, Devt. 1, 12. c. 7, 17. Pſalm. 73, 11. β) *vim admirandi*, Jeſ. 1, 22. Jer. 48, 17. Thren. 1, 1. c. 2, 1. γ) *vim expoſtulandi*, Jer. 8, 8. II) Interrogativum loci, *ubi?* Cant. 1, 7.

אֵיכָכָה ex אֵי & כָּכָה cum ה Paragogico factum, conſtituit Interrogativum qualitatis *quomodo?* & interdum habet vim negandi, Eſth. 8, 6. & expoſtulandi, Cant. 5, 3.

אֱיָל Radix inuſitata; ſi in uſu unquam fuit, haud dubiè *potentiæ, roboris ac vigoris* notionem obtinuit, prout ex conjugatis colligere licet.

אֱיָל m. *Robur.* Semel legitur, Pſalm. 88, 5.

אֱיָלוּת f. *Robur.* Tantum extat Pſalm. 22, 20. ubi Meſſias ad Deum dicit: אֱיָלוּתִי *Robur meum.*

אַיִל m. *Aries;* ovium maſculus, ſic dictus à *robore*, ut opponeretur *agno*, qui Græcis dicitur ἀμνὸς, quaſi ἄνεμος *ſine viribus.* In Statu Conſtr. אֵיל אָשָׁם *Aries reatus*, Lev. 19, 21. Plur. אֵילִים *Arietes*, Exod. 25, 5.

1) Generatim notat *id, quod robore gaudet.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *arietem*, ovium maſculum, robore valentem, Gen. 22, 13. Lev. 5, 15. 18. 25. Num. 7, 15. 21. 27. 33. 39. &c. β) Metaphoricè notat 1) *Principem* vel *Ducem populi*, potentia & robore illuſtrem, qui eſt inſtar arietis oves ducentis, Exod. 15, 15. 2. Reg. 24, 15. Ezech. 31, 11. 2) *Prominentiam in janua* cornuum arietis æmulam; vel ut Guſſetius exponit, *id, quod extra muri perpendiculum excurrit*, quo ſuperliminare munitur, amplificatur & coronatur. Vulgo reddunt *Superliminare, Frontiſpicium.* Ita adhibetur, 1. Reg. 6, 31. Ezech. 40, 9. 10. 14. 16. 24. 26. 31. 34. c. 41, 3. 3) Eſt Symbolum imperii Medorum & Perſarum, Dan. 7, 8.

אֵיל m. *Planicies.* Semel legitur, Gen. 14, 6. עַד־אֵיל פָּארָן *Usque ad planitiem Paran.* Targ. מֵישַׁר פָּארָן.

אֵלוֹן m. *Planities;* Guſſetio autem & aliis potius *quercetum* denotat, ob affinitatem, quæ ipſi intercedit cum ariete & cervo; quippe ut querni rami, ſic horum cornua nodoſa, diſtorta, aſpera, ſimulque robuſta ſunt. Onkelos reddit מֵישַׁר *Planitiem*, Gen. 12, 6. Jud. 9, 6. 37. 1. Sam. 10, 3. Plur. In Statu Conſtr. אֵצֶל אֵלוֹנֵי מוֹרֶה *Apud querceta More*, Devt. 11, 30. בְּאֵלֹנֵי מַמְרֵא *In quercetis Mamre;* Iuxta Onke-

Digitized by Google

Onkeloſum בְּמֵישְׁרֵי מַמְרֵא *In planitiebus Mamre*, Gen. 13, 18. c. 14, 13. c. 18, 1.

אֵלָה f. *Quercus*, à robore ſic dicta. תִּהְיוּ כְּאֵלָה נֹבֶלֶת עָלֶיהָ *Eritis ſicut quercus marceſcens quoad folia*, Jeſ. 1, 30. תָּלוּי בָּאֵלָה *Suſpenſus in quercu*, 2. Sam. 18, 10. Plur. אֵלִים *Quercus*, Jeſ. 61, 3. *Quercem*, Jeſ. 1, 29.

1) Propriè *α*) in Singulari notat *quercum*, arborem *robore* inſignem, ramisque implexam, Gen. 35, 4. Jud. 6, 11. 19. 1. Sam. 17, 2. 19. 2. Sam. 18, 9. 14. Jeſ. 4, 30. c. 6, 13. Ezech. 6, 13. *β*) In Plurali notat *copiam quercuum* ſeu *quercetum*, ubi colebantur Idola, Jeſ. 1, 29. 2) *Metaphoricè* eſt ſymbolum *piorum*, quos inſtar quercuum juſtitia promiſſionum divinarum, Chriſtique juſtitia imputata educat & corroborat, & qui poſtea juſtitiæ propriæ fructus proferre incipiunt, Jeſ. 61, 3. Conf. Seb. Schmid. in h. l.

אַלָּה f. *Quercus*. Semel legitur, Joſ. 24, 26.

אַלּוֹן m. *Quercus*, à *robore* nomen trahens, Gen. 35, 8. Jeſ. 6, 13. c. 44, 14. Hoſ. 4, 13. Plur. אַלֹּנִים *Quercus*, Ezech. 27, 6. Am. 2, 9. In Statu Conſtr. אַלֹּנֵי הַבָּשָׁן *Quercus Baſanis*, Jeſ. 2, 13. Zach. 11, 2. quæ erant robuſtiſſimæ.

אַיָּל m. *Cervus*, à robore & vigore corporis ſic dictus. כְּאַיָּל תַּעֲרֹג *Sicut cervus vociferatur*, Pſalm. 42, 2. Plur. אַיָּלִים *Cervi*, Thren. 1. 6.

1) Propriè notat *cervum*, animal ſylveſtre, robuſtum, velox & timidum, quod comedere licebat, Devt. 12, 15. c. 14, 5. c. 15, 22. 2) Per Metaphoram eſt *α*) Symbolum *timidorum & fugam capientium*, Thren. 1, 6. *β*) *Celeritatis & agilitatis* tum in *claudis* ſanatis, Jeſ. 35, 6. tùm in *ſponſo cœleſti*, in exequendis iis, quæ ſunt ſui decreti, in ferenda ope &c. Cant. 2, 9. 17. c. 8, 13.

אַיָּלָה & אַיֶּלֶת f. *Cerva*. אַיֶּלֶת אֲהָבִים *Cerva amorum* i. e. *amabiliſſima*, Prov. 5, 19. Plur. אַיָּלוֹת *Cervæ*, Job. 39. 1. In Statu Conſtr. אַיְלוֹת הַשָּׂדֶה *Cervæ agri*, Cant. 2, 7.

1) Propriè notat *cervam*, animal ſylveſtre ſequioris ſexus, amabilitate, agilitate & velocitate inſigne, Job. 39, 1. Pſalm. 29, 9. Jer. 14, 5. 2) Metaphoricè tribuitur *α*) *Meſſiæ*, *tùm* ratione amabilitatis & manſuetudinis, *tùm* ratione paſſionis & perſecutionis, *tum* ratione infirmitatis voluntariæ, Pſalm. 22, 1. *β*) *uxori amabili*; prout cervæ in pilis, imò toto corporis filo aliquid habent, quod mirè placet, Prov. 5, 19. Conf. Bochart. in Hieroz. P. I. lib. 3. c. 18. *γ*) Quia eſt mira cervarum agilitas & velocitas, quâ etiam ad alta montium juga per ſcopulos, & ſalebras enituntur; hinc cerva eſt ſymbolum *agilitatis & velocitatis*, vel ad declinandos calamitatum & periculorum impetus, Hab. 3, 18. vel, ad felices rerum ſucceſſus obtinendos, 2. Sam. 22, 34. Pſalm. 18, 34. Huc referunt illud, Gen. 49, 21. ubi Naphthali dicitur *cerva emiſſa*, ad *promtitudinem & velocitatem ejus* in rebus feliciter gerendis deſignandam, col-

lato, Jud. 4, 10. c. 5. Sed Bocharto in Hieroz. P. I. lib. 3. c. 18. horum verborum ſenſus valde obſcurus videtur. Unde alia ſubſternit puncta & ita reddit: *Naphthali eſt ut arbor ſurculoſa, edens ramos pulchritudinis* i. e *egregios & ſpecioſos*; cum arbor dicatur אֵלָה vel אֵילָה inſertô *Jod*. Cum arbore autem eum comparari poſſe, cenſet α) ob *fœcunditatem*, Num. 1, 41. 42. β) ob *ſortem ipſi tributam*, Devt. 33, 23.

אֵל m. *Fortis, Robuſtus*; & ſubſtantivè, *Robur, Poteſtas, Facultas; Deus*; eliſâ media radicali *Jod*. בְּיַד אֵל גּוֹיִם In manum *fortisſimi* gentium, Ezech. 31, 11. לְאֵל יָדֶךָ *In facultate manus tuæ*, Prov. 3, 27. Plur. אֵלִים & אֵילִים *Fortes, Potentes; Dii*. אֵל אֵלִים *Deus Deorum*, Dan. 11, 36. בְּנֵי אֵלִים *Filii fortium*, i. e. *fortes, potentes*, Pſal. 29, 1. In Statu Conſtr. אֵילֵי הָאָרֶץ *Fortes, potentes terræ*, Ezech. 17, 13. אֵלֵי גִבּוֹרִים *Fortes potentium*, i. e, *fortisſimi*, Ezech. 32, 21.

1) Generatim *robuſtum* ſignificat, tàm abſtractivè, quàm concretivè. 2) Speciatim α) abſtractivè notat *robur, poteſtatem, facultatem*, ſi poſt ſe habet vocem יָד *manus*, Prov. 3, 27. Huc referunt, Gen. 31, 29. Devt. 28, 32. Neh. 5, 4. Mich. 7, 1. Vid. Merceri & Pagnini, nec non Buxt. Lexicon. Conf. Munſt. in Mich. 2, 1. Druſius in l. c. Sed Seb. Schmidio, in Tract. de Circumciſ. p. 9. in locis citatis אֵל notat *Deum*, quia inde nil incommodi reſultat, imò linguæ genio convenientius eſt, & ſenſum reddit optimum. Inde illud, Gen. 31, 29. יֶשׁ־לְאֵל יָדִי Ita vertit: *Et pro Deo*, h. e. *tanquam Deus aliquis manus mea*, i. e. *manus mea poteſt tanquam Deus aliquis optimè facere*. Ita verò hyperbolica erit locutio. β) Concretivè notat *fortem, potentem*. Ita tribuitur 1) *Homini*, qui robore ac fortitudine inſignis eſt, Job. 41, 17. Pſalm. 29, 1. Pſalm. 89, 7. Ezech. 17, 13. c. 32. 21. 2) *Deo*, qui infinitô robore ac potentiâ eſt; ſed in hac ſignificatione Seb. Schmidius l. c. cum aliis *potius* decurtatum putat ex אֱלֹהַּ quia nunquam cum *Jod* ſcribitur; nec rectè verti *fortem, potentem Deum* contendit, cum in uſu biblicô non ut epitheton divinum, ſed ut *nomen ipſius naturæ* adhibeatur, ut Pſalm. 22, 1. & alibi ſua habeat epitheta, ceu ex ſequentibus patebit. In *Dei* autem ſignificatione uſurpatur nunc propriè, nunc impropriè. *Propriè* adhibetur α) ὑσιωδῶς de *Deo trinunô*, & quidem vel abſolutè ſine ה emphatico & epithetis, Exod. 15, 2. Num. 10, 29. c. 12, 13. c. 16, 22. c. 23, 19. 22. 23. c. 24, 4. 8. Devt. 32, 4. 21. c. 33, 26. 2. Sam. 22, 32. Neh. 9, 31. Job. 5, 8. Pſalm. 5, 5. Pſalm. 7, 12. Pſalm. 10, 11. 12. Pſalm. 17, 7. Pſalm. 18, 3. Pſalm. 77, 10. Pſalm. 89, 8. Pſalm. 90, 2. Pſalm. 94, 1. Jeſ. 40, 18. c. 46, 9. Jer. 51, 56. Hoſ. 11, 9. c. 12, 1. Mich. 7, 18. Zach. 7, 2. Mal. 1, 9. c. 2, 10. vel cum præmiſsô ה emphatico, 2. Sam. 22, 31. 33. 48. Neh. 1, 5. Pſalm. 18, 31. 33. 48. Pſalm. 77, 5. Pſalm. 85, 9. vel cum epithetis אֵל גִּבּוֹר *Deus fortis*, Devt. 10, 17. Jeſ. 10, 21. Jer. 32, 18. אֵל שַׁדַּי *Deus omnipotens*, Gen. 17, 1. c. 28, 3. c. 43, 13. Ezech. 10, 5. אֵל גָּדוֹל *Deus magnus*, Devt. 7, 21. c. 10, 17. Neh. 9, 32. Dan. 9, 4. אֵל כַּבִּיר *Deus potens*, Job.

Job. 36, 5. אֵל עֶלְיוֹן *Deus excelſus*, Gen. 14, 18. 19. 20. 22. *b*) ὑποστατικῶς ſeu perſonaliter de *Patre*, Pſalm. 16, 1. Pſalm. 22, 2. 11. Pſalm. 31, 6. Pſalm. 89, 27. de *Filio*, Gen. 16, 13. c. 35, 1. c. 46, 3. c. 49, 25, Pſalm. 68, 20. 21. Pſalm. 95, 3. Jeſ. 7, 14. c. 8, 8. 10. c. 9, 6. c. 12, 2. c. 43, 10. 12. c. 45, 15. 21. 22. *c*) de *Patre & Filio*, à quibus procedit Spiritus S. Job. 33, 4. *d*) de *Patre & Spiritu Sancto*, de quibus Filius Dei prædicat, quod ſint *Deus miſericors* &c. Exod. 34, 6. Conf. Bibl. Erneſtina. *Impropriè* tribuitur *a*) *Idolis*, Exod. 32, 12. c. 34. 14. Pſalm. 44, 21. Pſalm. 81, 10. Jeſ. 44, 10. 15, 17. c. 45, 20. c. 46, 6. c. 57, 5. Vid. Sebaſt. Schmid. in h. l. *b*) *Magiſtratui*, Dan. 11, 36. Tandem *Superlativi* ſignificationem inducit, ſi epitheti locô aliis nominibus jungitur; non tamen ſignificatione cauſali & primariâ neglectâ. Ita הַרְרֵי אֵל *Montes Dei*, ſunt montes *maximi & celſiſſimi à Deô conditi*, Pſalm, 36, 7 אַרְזֵי אֵל *Cedri Dei*, ſunt cedri *celſiſſimæ à Deo factæ*, Pſalm. 80, 11.

אֵילוֹן m. *Elon*; Sonat *robur & robuſtum*. Eſt nomen proprium *α*) *Soceri Eſavi*, Gen. 26, 34. c. 36, 2. *β*) *Judicis Iſraelitarum*, Jud. 12, 1. *γ*) *Urbis* in tribu Dan ſitæ, Joſ. 19, 43.

אֵילַת f. *Elath*; notat *robuſtam*; eſt nomen proprium *urbis*, prope littus maris rubri in Idumæorum regione ſitæ, Devt. 2, 7. Dicitur quoque אֵילוֹת 1. Reg. 9, 26. Judæis ceſſit, 2. Reg. 14, 22. à Rezino autem Idumæis reſtituitur, 2. Reg. 16, 5.

אֵיַם *Fumum excitavit* apud Arabes; ſed apud Talmudiſtas in Pael notat *terruit*, *terrorem incuſſit*. Vid. Sota fol. 7. in Miſchna, it. Sanhedrin fol. 37. 1. in Miſchna.

אָיֹם m. *Terribilis*, *terrificus*; *Formidabilis*. Ita ſemel dicitur de gente Chaldæorum, terræ Judaicæ bellum inferente, Hab. 1, 7. Fœm. אֲיֻמָּה Bis adhibetur de *Sponsâ*, *Eccleſiâ*, Cant. 64, 10. quæ *formidabilis* eſt Diabolo ejusque organis, quibus reſiſtit precibus, fide, conſtantiâ. Quiſtorpius in h. l.

אֵימָה f. *Terror*, *Formido*, Job. 39, 20. In Statu Conſtr. אֵימַת מֶלֶךְ *Terror Regis*, Prov. 20, 2. Cum Suff. אֵימָתִי *Terror meus*, Exod. 23, 27. Cum ה intenſivô אֵימָתָה *Terror maximus*, Exod. 15, 16. Plur. אֵימוֹת *Terrores*, Pſalm. 55, 5. Maſc. אֵימִים *Terrores*; *Gigantes*. אֵימֶיךָ *Terrores tui*. Pſalm. 88, 16.

1) Generatim notat *terrorem*, ſive intranſitivè & paſſivè, ſive efficienter & activè. Unde 2) ſpeciatim *α*) *propriè* notat *terrorem paſſivè* ſeu *terribilitatem*, & quidem *graviorem*, qualis eſt ob bellum, Devt. 32, 25. ob ſomnium portentoſum, Gen. 15, 12. ob mortem, Pſalm. 55, 5. ob potentiam divinam, Exod. 15, 16. *β*) *Metonymicè* notat *id, quod terrorem efficit*. Ita deſignat 1) *majeſtatem & poteſtatem Dei*, quæ terrorem incutere valent, Job. 13, 21. c. 33, 7. 2) *Gigantes*, quorum adſpectus homines terret, Gen. 14, 5. Devt. 2, 11. Job. 20, 25. 3) *Idola*, quæ terrorem potius, quàm tranquillitatem animi ſuis cultoribus afferunt, Jer. 50, 38.

אַיִן & conſtructè אֵין 1) exprimit voculas negativas *non*, Gen. 30, 1. Exod. 17, 7. 1. Sam. 9, 4. 2. Reg. 2, 10. Pſalm. 10, 4. Prov. 5, 17. c. 6, 7. Jeſ. 40, 28. c. 43, 12. *Parum*, Job. 35, 15. Pſalm. 73, 2. *Sine, absque*, Exod. 21, 11. Num. 20, 19. Devt. 32, 4. Thren. 5, 3. 2) Nominis ſignificationem ſuſtinet, α) in Statu abſoluto אַיִן notans *nemo*, Lev. 26, 37. Jud. 4, 20 Jeſ. 45, 21. Hoſ. 13, 4. *nullus*, Num. 20, 5. 2. Reg. 19, 3. Prov. 17, 16. c. 25, 17. Eccl. 3, 19. Jeſ. 37, 3. *nihil*, Pſalm. 39, 6. Prov. 13, 4. c. 20, 4. Jeſ. 40, 17. 23. c. 41, 11. 12. Mich. 7, 2. Hagg. 2, 3. β) In Statu Conſtructo ſeu regimine אֵין 1) ſine Præpoſitione idem eſt ac *nemo*, Gen. 41, 8. Exod. 8, 6. c. 22, 10. Lev. 26, 6. 17. 36. Devt. 22, 27. c. 28, 26. c. 32, 38. Ruth. 4, 4. Joſ. 6, 1. 1. Sam. 26, 13. 2. Sam. 7, 22. Jeſ. 22, 22. c. 41, 26. 28. *nullus*, Gen. 47, 13. Devt. 4, 39. Jud. 18, 7. 28. 1. Sam. 17, 50. 1. Reg. 8, 60. c. 18, 26. 29. 2. Reg. 4, 31. Eccl. 9, 6. *nihil*, Exod. 22, 2. Num. 11, 6. 1. Sam. 20, 21. 2. Sam. 12, 3. c. 19, 7. Eccl. 3, 14. Pſal. 19, 7. Prov. 13, 7. 2) Cum Præpoſitione idem eſt ac *defectus, carentia*, Prov. 8, 24. c. 11, 14. c. 14, 4. c. 15, 22. c. 26, 20. Jeſ. 5, 9. c. 6, 11. c. 50, 2. c. 57, 1. Jer. 7, 32. Ezech. 33, 28. c. 38, 11. *nullitas*, 2. Chron. 36, 16. Eſr. 9, 15. *negatio*, 2. Chron. 20, 25. Mal. 2, 13. *nihil*, 2. Chron. 36, 16. 3) Infinitivo præmiſſum, conſtituit Gerundium Latinorum in *dum*, עָלָיו אֵין לְהוֹסִיף *Ei nihil addendum eſt*, Eccl. 3, 14. Conf. Ruth. 4, 4. Pſalm. 32, 9. 4) אַיִן in forma Status abſoluti cum מ præmiſſô plerumque abit in interrogativum *unde? ex quô loco?* Jud. 17, 9. c. 19, 17. aſt Jeſ. 41, 24. מֵאַיִן notat *ex nihilô*. 5) Suffixum appoſitum determinat numerum ac perſonam verbi ſubſtantivi, ſed latinè omitti debet, Devt. 1, 42. אֵינֶנִּי *non ſum*, Prov. 12, 7. וְאֵינָם *Et non ſunt*.

אִין *Non*. Semel occurrit, 1. Sam. 21, 9. cum ו interrogativè ſumendo, וְאִין *Annon eſt?* Inde juxta Buxtorffium per Apocopen natum eſt אִי *non*, 1. Sam. 4, 21. Job. 22, 30. de quo vide ſupra dicta pag. 51.

אֵיפָה f. *Epha*, menſurarum fere omnium communiſſima, quæ tantum continet in aridis, quantum בַּת *batus* in liquidis. אֵיפָה וְאֵיפָה *Epha & Epha*, i. e. *diverſa Epha*, Devt. 25, 14. Prov. 20, 10. Subſtantivum enim in eodem caſu interpoſitâ copulâ ו repetitum notat *diverſitatem* ſeu *varietatem*. אֵיפָה שְׁלֵמָה וָצֶדֶק *Epha perfecta & juſtitia*, i. e. juſta, Devt. 25, 15. In Statu Conſtr. אֵיפַת צֶדֶק *Epha juſtitiæ*, i. e. *juſta*, Ez. 45, 10.

אֵיפֹה, אֵיפֹא & אֵיפוֹ vide infra in פֹּה.

אִיָּר m. *Aijar*, eſt ſecundus Ebræorum menſis, qui noſtro *Aprili* reſpondet.

אִישׁ m. *Vir*; Schindlerus deducit à radice אוש, quam coincidere dicit cum אָשַׁשׁ *firmus, robuſtus fuit*, ut, ſicut latinè *vir* ab animi & corporis viribus dicitur, ita apud Ebræos à robore & fortitudine denominetur. Cui deductioni robur addere videtur verbum in Hithpael הִתְאֹשַׁשׁ

Virum

Virum, i.e. *fortem ſe præſtitit*, cujus Imperativus legitur Jeſ. 46, 8. הִתְאֹשָׁשׁוּ *Viros*, i.e. *fortes vos præſtate.* אִישׁ דָּמִים *Vir ſanguinum*, i.e. *ſanguinolentus*, Pſalm. 5, 7. Cum Suff. אִישִׁי *Vir meus*, Gen. 29, 32. אִישֵׁךְ *Vir tuus*, Gen. 3, 17. Plural. אִישִׁים *Viri*, Pſalm. 141, 4. Aliàs amat adſcititium אֲנָשִׁים, quod vide in אֱנָשׁ.

1) Generatim notat *virum.* 2.) Speciatim α) in oppoſitione ad אִשָּׁה notat *ſexum*, ut idem ſit ac *mas*, ein Männlein/ tùm in *homine*, Gen. 2, 23. c. 7, 2. tum *in reliquis animantibus*, Gen. 7, 2. β) in relatione ad *Conjugem* notat *Maritum*, Gen. 3, 6. 16. c. 20, 7. c. 29, 32. c. 30, 15. 20. 1. Sam. 1, 8. 23. c. 4, 19. 2. Sam. 11, 26. c. 14, 7. Num. 5, 17. 19. 20. Jud. 14, 15. Ruth. 2, 11. 2. Reg. 4, 19. 26. γ) in oppoſitione ad נַעַר *puer*, ſignificat *hominem virilis ætatis*, Gen. 4, 23. 1. Sam. 2, 33. δ) Relatum ad præcedens aliquod Subſtantivum, in oppoſitione ad אָח *Frater*, רֵעַ *Amicus*, עָמִית *Proximus*, innuit vel *conſociationem unius hominis ad alterum*, vel *unius rei ſimilis ad ſimilem conjunctionem & applicationem*, & elegantius latinè reddi poteſt *unus* vel *alter*, vocum autem oppoſitarum quælibet *alius*, vel *alter.* וַיֹּאמְרוּ אִישׁ אֶל־רֵעֵהוּ *Et dixerunt vir ad amicum ſuum*, i.e. *unus ad alterum*, Gen. 11, 3. אִישׁ בַּעֲמִיתוֹ *Vir cum proximo ſuo*, i.e. *unus cum altero*, Lev. 19, 11. Ita Gen. 26, 31. אִישׁ לְאָחִיו *Vir fratri ſuo*, i.e. *unus alteri*, & Exod. 25, 20. וּפְנֵיהֶם אִישׁ אֶל־אָחִיו *Et facies eorum* (Cherubim) ſint *viri verſus fratrem ſuum*, i.e. *unius verſus alterum.* ε) Conſtructum 1) cum nomine אֱלֹהִים deſignat *perſonam à Deo ad aliquod negotium gerendum ablegatam, & peculiariter ad iſtud obeundum ab eo inſtructam.* Ita dicitur de *Prophetis*, qui divinitus mittebantur ad verbum Domini annunciandum & docendum, 1. Sam. 2, 27. c. 9, 6. 1. Reg. 12, 22. c. 13, 14. c. 17, 18. 24. 2. Reg. 1, 9. 10. 11. 12. 13. Jer. 35, 4. imò etiam de *Angelo Domini*, non quidem *creato*, ut Piſcator & Serarius volunt, ſed *increato*, nempe *Filiô Dei*, Jud. 13, 6. 8. 2) Cum aliis, in relatione *accidentis*, connotat *habitum* vel *diſpoſitionem in Subjectô*, conſtituitque concreta denominativa ac poſſeſſiva; ut אִישׁ דְּבָרִים *Vir verborum*, i.e. *eloquens*, *facundus*, Exod. 4, 10. אִישׁ מִלְחָמָה *Vir belli*, i.e. *bellicoſus*, Exod. 15, 3. 1. Sam. 16, 18. c. 17, 33. 2. Sam. 17, 8. אִישׁ מָוֶת *Vir mortis*, i.e. *mortis reus*, 1. Reg. 2, 26. conf. 2. Sam. 19, 29. אִישׁ הָאֲדָמָה *Vir terræ*, i.e. *agricola*, *agriculturæ deditus*, Gen. 9, 20. אִישׁ תּוֹכָחוֹת *Vir correptionum*, i.e. *ſæpe correptus*, Prov. 29, 1. אִישׁ מַכְאֹבוֹת *Vir dolorum*, i.e. doloribus graviſſimis affectus, Jeſ. 53, 3. Vide præterea 1. Sam. 16, 18. c. 31, 12. 1. Chron. 18, 10. Pſalm. 5, 7. Pſalm. 140, 12. Prov. 11, 17. Jer. 15, 10. Jeſ. 57, 1. ζ) Connotat *robur*, *virtutem & prudentiam ſexui maſculino convenientem*, ut hac voce deſignetur, qui *virili animo ac robore præditus*, *ſtrenuus*, *magnanimus*, *eximius*, *magnus & celebris eſt*, 1. Sam. 4, 9. c. 26, 15. Pſalm. 49, 3. 1. Reg. 2, 2. Prov. 30, 2. Jeſ. 2, 9. conf. Jer. 5, 1. ubi אִישׁ Davidi Kimchio notat *virum bonum &*

egre-

Digitized by Google

egregium, Abarbaneli *cordatum*, Chaldæo *virum, cui ſunt bona opera.* *η*) Synecdochicè connotat *naturam ſine diſtinctione ſexus*, ut idem ſit ac *quivis homo*, tàm mas, quàm fœmina, Exod. 11, 7. c. 19, 13. Job. 2, 4. c. 5, 17. Pſalm. 1, 1. Pſalm. 32, 1. Pſalm. 39, 7. Pſalm. 112, 1. Jer. 17, 5. 7. Joel. 2, 7. In quâ ſignificatione aliàs diſtributivè capi dicitur pro *unusquisque, quilibet*, Gen. 10, 5. c. 40, 5. Lev. 20, 2. quæ diſtributiva ſignificatio quoque locum invenit, ſi repetitur, ut Eſth. 1, 8. כִּרְצוֹן אִישׁ וָאִישׁ *Secundum voluntatem viri & viri*, i. e. *uniuscujusque*. Quandoque tamen etiam *indefinitè* ſumitur pro *aliquis, quispiam, quidam*, Gen. 45, 1. Exod. 2, 1. 1. Sam. 24, 20. Prov. 6, 27. 28. Eccl. 6, 3. Am. 5, 18.

אִשָּׁה f. *Fœmina, Mulier*; ab אִישׁ *vir*, eò quod de viro ſumta eſt, Gen. 2, 23. Forma conſtructa eſt אֵשֶׁת, quæ etiam adhibetur, quando Suffixa recipere debet. In אִשָּׁה autem שׁ dageſchatur ob defectum Jod. Vid. Merc. & Schindl. in Lex. אֵשֶׁת נֹחַ *Uxor Noachi*, Gen. 7, 13. Cum Suff. אִשְׁתִּי *Uxor mea*, Gen. 20, 11. Plural. אִשּׁוֹת *Mulieres, Uxores*. אִשּׁוֹת הַזִּמָּה *Uxores facinoris*, i. e. *facinoroſæ, ſceleſtæ*, Ezech. 23, 44. Sed נָשִׁים mulieres, eſt ex אֲנָשִׁים, per Aphæreſin א ablató. Vid. cel. Danz. Literat. §. 55.

1) Generatim notat *fœminam*. 2) Speciatim *α*) denotat *ſexum* in oppoſitione ad *marem*, ut idem ſit ac *fœmella*, ein Weiblein. Ita dicitur tùm de *homine*, Gen. 2, 23. tùm de *brutis*, Gen. 7, 2. *β*) In relatione ad *maritum* ſignificat *uxorem*, Gen. 2, 24. c. 7, 13. c. 11, 29. c. 12, 17. c. 16, 1. 3. c. 20, 7. 18. c. 24, 15. 36. c. 36, 10. 12. 13. 14. 17. 18. c. 38, 9. 12. c. 39, 7. 8. c. 46, 20. Prov. 5, 18. &c. Teſte Buxtorffiô Hebræi notant, in אִישׁ & אִשָּׁה contineri nomen *Dei* יָהּ, quod ſit ſymbolum *gratioſæ Dei præſentiæ*, ſi maritus & uxor ſecundum Dei præcepta vivant; ſin verô à Dei præceptis recedant, etiam Deum ab ipſis recedere, ut utriusque nomen, excluſô יה, maneat אֵשׁ *ignis*. *γ*) Conſtructum cum aliis, in relatione *accidentis*, notat *habitum, diſpoſitionem* vel *adjuncta*, conſtituitque concreta denominativa ac poſſeſſiva, ut אֵשֶׁת חֵן *Mulier gratiæ*, i. e. *gratioſa*, Prov. 11, 16. אֵשֶׁת כְּסִילוּת *Mulier ſtultitiæ*, i. e. *ſtulta*, Prov. 2, 16. c. 9, 13. Conf. Prov. 6, 24. Ezech. 23, 44. Hoſ. 1, 4. *δ*) Relatum ad antecedens aliquod in oppoſitione ad אָחוֹת *Soror*, רְעוּת *Socia*, deſignat vel *unius hominis ad alterum conſociationem*, vel *unius rei ſimilis ad ſimilem conjunctionem*, poteſtque verti *una* vel *altera*, vocum verò oppoſitarum quælibet reddi poteſt *alia* vel *altera* אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ *Mulier ad ſororem ſuam*, i. e. *una ad alteram*, Exod. 26, 3. תֹּאכַלְנָה אִשָּׁה אֶת־בְּשַׂר רְעוּתָהּ *Comedent mulier carnem ſocia ſua*, i. e. *una comedet carnem alterius*, Zach. 11, 9. Conf. Jeſ. 34, 16. *ε*) Accipitur diſtributivè pro *unaquaque, qualibet*, Jud. 21, 16. Exod. 3, 22. vel indefinitè pro *quædam, aliqua*, 1. Reg. 7, 14. *ζ*) Per προσωποιΐαν *mulier perfida & adultera* deſignat *gentem Judaicam*, quæ per idololatriam aliaque graviora peccata à Deo, marito ſuo defecerat, Jer. 3, 4. Hoſ. 2, 4.

אִישׁוֹן

אִישׁוֹן m. *Nigrum, Nigredo; Pupilla.* Vulgò cenſetur ſignificare *Pupillam*, deduciturque à voce אִישׁ *Vir,* quia imago viri vel hominis in oculo apparet intuenti. Sed forte non errabis, ſi deduxeris à radice inuſitatâ אשן *niger fuit*, ut ſit formæ קִיטוֹר. Inde generatim ſignificabit *nigredinem*, ſpeciatimque deſignabit α) *caliginem* ſive *nigredinem noctis*, Prov. 7, 9. c. 20, 20. β) *Pupillam oculi*, quam Chaldæus dicit בִּלְגּוּל דְּבִמְצִיעוּת עַיְנָא *Orbem*, qui eſt in medio oculi, Devt. 32, 10. Pſalm. 17, 8. Prov. 7, 2. In quibus locis phraſis: *cuſtodire aliquid ſicut pupillam oculi*, indigitat *ſolicitam alicujus rei vel perſonæ curam*, prout ſolicita eſt *oculi* cura, adeò, ut totum quandoque corpus negligatur, ne *oculo* aliquod malum aut periculum obtingat, Prov. 20, 20. eſt אֱישׁוֹן per alternationem (·) cum (∴) permutato.

אית Radix inuſitata; inde deducunt אֵיתָן *Vis, robur; robuſtus, validus, aſper, horridus*; ſed rectius referri cenſetur ad radicem אתן, quam vide infra.

אָכַךְ *Ferbuit, Attentus fuit*, apud Arabes. Inde eſt

אַךְ Quod vi etymi infert *id, quod probè & cum fervore attendendum*; abit in particulam, accipiendum α) *exceptivè*, ſignificans *tantummodo, ſaltem, præter, præterquam*, Gen. 9, 4. c. 18, 32. c. 27, 13. c. 34, 23. Exod. 12, 16. Lev. 27, 28. Num. 14, 9. 1. Reg. 22, 44. 2. Reg. 18, 20. Jer. 13, 1. Hoſ. 12, 12. &c. β) *Adſeverativè*, notans *certè, profectò, utique, omnino*, Jud. 20, 40. אַךְ נִגָּף נִגָּף *Certe omninò cæſus eſt.* Ita quoque adhibetur, Gen. 44, 28. Exod. 31, 13. Joſ. 22, 19. 1. Sam. 16, 6. c. 25, 21. 1 Reg. 22, 32. 2. Reg. 5, 7. Jeſ. 16, 7. c. 19, 11. c. 45, 24. &c. aliquando quidem *adſeverandi vim* habet, ſed non ſine labore & difficultate, ut idem ſit ac *vix, modò*, Gen. 27, 30. Jud. 7, 19. γ) *Adverſativè*, ſignificans *ſed, verum, aſt*, בַּת־אָבִי הִוא אַךְ לֹא בַת אִמִּי *Filia Patris mei eſt, ſed non filia matris meæ*, Gen. 20, 12. Ita quoque Exod. 12, 15. c. 21, 21. Lev. 11, 4. c. 21, 23. c. 23, 39. Devt. 14, 7. Jeſ. 43, 24. Jer. 10, 24. *Tamen, veruntamen*, Gen. 9, 4. c. 34, 15. 22. Lev. 11, 36. Num. 18, 3. 5. 15. 17. c. 31, 23. c. 36, 6. Devt. 12, 22. c. 14, 7. Joſ. 3, 4. 1. Sam. 12, 25. 2. Sam. 3, 13. 1. Reg. 11, 12. 39. 2. Reg. 12, 14. c. 13, 6. c. 23, 9. 26. δ) *Intenſivè*, notans *valde, plurimum, planè*, Devt. 16, 15. c. 28, 29. Job. 19, 3. Pſalm. 23, 6. Pſalm. 37, 18. Prov. 11, 23. Jeſ. 16, 7. Jer. 32, 30. Hoſ. 12, 12. ε) *Votivè*, ut valeat *utinam! oſi! ah!* Jud. 10, 15. 1. Sam. 1, 23. Hoſ. 4, 4. ζ) *Rationativè* pro *nam*, 2. Reg. 24, 3. Job. 16, 7. c. 35. 13. Pſalm. 39, 12. Pſalm. 68, 23. Pſalm. 73, 18. η) Eſt nota *digreſſionis & progreſſionis ad alia*, ubi reddi poteſt *cæterum*, Job. 33, 8.

אַכְזָר m. *Crudelis, Immanis*, Devt. 32, 33. Coccejo videtur dici quaſi אַךְ זָר *Penitus averſus*. Vid. ejus Lex. in זָר *alienus*. Buxtorffius autem refert ad radicem inuſitatam כזר, quam vide.

אָכַל *Edit, Comedit, Conſumſit*. Fœm. אָכְלָה *Comedit*, Num. 21, 29. Cum Suff. אֲכָלַתְהוּ *Comedit eum*, Ezech. 15, 5. וַאֲכָלָתַם

Qua

Quæ comedet, Jer. 5, 14. וְאָכַלְתָּ אֶת־עֵשֶׂב הַשָּׂדֶה *Et comedes herbam agri*, Gen. 3, 18. Inf. אֱכֹל *Comedere*, Gen. 2, 16. Item אֲכֹל Devt. 12, 23. & אֶכֹל Gen. 31, 54. Cum Suff. בְּיוֹם אֲכָלְךָ *In die comedere te*, i. e. *in die*, *quo comedes*. Gen. 2, 17. אַחֲרֵי אָכְלוֹ לֶחֶם *Poſt comediſſe eum*, i. e. *poſtquam comederat panem*, 1. Reg. 13, 23. Fut. אֹכַל *Comedam*, Gen. 22, 23. pro אֶאֱכֹל, per Syncopen אֱ conciſô, & (:) ſub א in Cholem mutatô, Cholem verò literæ כ in (-) tranſeunte. Niphal נֶאֱכַל *Comeſtus*, conſumtus eſt, Exod. 22, 6. Infin. הֵאָכֹל *Comedi*, Lev. 7, 18. pro הֵאָכֵל, Cholem cum (..) permutatô. Piel Fut. תְּאָכְלֵהוּ *Conſumet eum*, Job. 20, 26. pro תְּאַכְּלֵהוּ, ubi pro Dageſch Characteriſticô & prævió (-) adhibitum fuit (ָ) quod ob incrementum finale irregulariter in (:) mutatum fuit, ita, ut hoc ob aliud (:) ſequens in (ָ) Chatuph tranſierit. Pual אֻכַּל *Conſumtus fuit*, Exod. 3, 2. Hiphil הֶאֱכִיל *Edere fecit*, *Cibavit*. הֶאֱכַלְתִּי *Cibavi*, Exod. 16, 32. Sed cum ו converſivo eſt וְהַאֲכַלְתִּי *Et comedere faciam*, Jeſ. 49, 26. Part. מַאֲכִיל *Cibans*, Jer. 23, 15.

1) Generatim *edendi* notionem obtinet. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *adſumtionem cibi ad famis reſtinctionem*, *virium reſtitutionem*, *corporisque conſervationem & incrementum*. Ita 1) in Kal eſt *edere*, tribuiturque rebus animatis ore præditis, *tùm hominibus* comedentibus *panem*, Gen. 31, 54. c. 37, 25. Exod. 34, 28. Ruth. 2, 14. 1. Sam. 28, 20. c. 30, 12. 1. Reg 21, 4. Eſr. 10, 6. Jer. 52, 33. *Olera agri*, Gen. 3, 18. *carnem*, Lev. 7, 21. Exod. 12, 8. Devt. 28, 51. tùm *brutis*, ut *avibus*, Gen. 40, 19. *Inſectis*, Joel. 1, 4. *feræ rapaci*, Gen. 37, 20. 33. Hoſ. 2, 14. 2) In Niphal eſt *Edi*, *Comedi*, Gen. 6, 21. Exod. 12, 16. 46. c. 13, 3. 7. c. 21, 28. c. 29, 34. Lev. 7, 6. Devt. 14, 19. 3) In Hiphil eſt *fecit edere*, *cibavit*, Exod. 6, 32. Devt. 8, 16. Prov. 25, 21. Conf. Num. 11, 4. 18. *β*) Metaphoricè 1) ſignificat *abſumere*, *conſumere*, *perdere*, eò quod, quæ comeduntur, ſimul abſumuntur, conſumuntur &c. Ita tribuitur *zelo*, Pſalm. 69, 10. *igni*, Lev. 9, 24. c. 10, 2. Num. 16, 35. 1. Reg. 18, 38. Job. 1, 16. c. 22, 20. Jeſ. 29, 6. c. 30, 27. Ezech. 15, 4. Nah. 3, 13. Am. 1, 4. 10. 12. 14. &c. *gladio*, 2. Sam. 2, 26. c. 11, 25. c. 18, 8. Jeſ. 1, 20. c. 31, 8. Jer. 2, 30. c. 46, 10. 14. *hoſti*, terram, quam invaſit, penitus vaſtanti, incolasque vita & facultatibus privanti, Pſalm. 14, 4. Pſalm. 79, 7. Jer. 2, 3. c. 10, 25. 2) Idem eſt ac *frui*, *alicujus rei commodum capere*, prout ex iis, quæ comeduntur, commodum & delectatio capitur. Hæc fruitio & delectatio eſt vel *corporalis*, Gen. 45, 18. Pſalm. 128, 2. Jeſ. 1, 19. c. 3, 10. vel *ſpiritualis*, Prov. 9, 5. Jer. 15, 16.

אֹכֶל m. *Cibus*, Gen. 41, 35. Cum Suff. אָכְלָם *Cibus eorum*, Gen. 14, 11.

1) Generatim notat *id*, *quod comeditur*, ſive ad virium reſtitutionem corporisque incrementum, ſive ad voluptatem. 2) Speciatim *α*) *propriè* ſignificat *cibum*, prout eſt alimentum ſolidius, quod capitur & comedi-

editur 1) ad reſtinctionem famis, virium reſtaurationem, corporisque incrementum & conſervationem ſive ſit *hominis*, Job. 12, 11. Pſalm. 107, 18. Thren. 1, 19. ſive ſit *bruti*, Job. 9, 26. Pſalm. 104, 21. 2) Ad *voluptatem*, adeoque dicit *cibum delicatum*, Pſalm. 78, 18. 30. β) Metonymicè notat *id, ex quo cibus paratur & conficitur*, Gen. 41, 35. 48. c. 42, 7. 10. c. 43, 2. 4. 22.

אוֹכִיל m. *Cibus*; juxta Buxtorffium Hoſ. 11, 4. וְאַט אֵלָיו אוֹכִיל *Et præbebo ipſi cibum.* Sed aliis eſt verbum, quanquam à diverſis radicibus derivatum. *Guſſetio* eſt Futurum in Hiphil pro אַאֲכִיל primâ radicali א cum puncto ſubſtrato per Syncopen conciſâ, & (-) ſub Præformativo in (ו) mutato, ut in אוֹבִידָה *Perdam*, Jer. 46, 8. & in אוֹסִפְּךָ *Perdam, auferam*, 1. Sam. 15, 6. vid. Danz. Lit. §. 56. II. Obſ. 2. B. Unde Guſſetius locum cit. ita reddit: *Et leniter eum cibo præbito alam.* Seb. Schmidio quidem eſt verbum, ſed reducit ad radicem כור; unde l. c. ita interpretatur: *Et inclinabo me ad ipſum, ſuſtinebo.* Sæpius non legitur.

אָכְלָה f. *Cibus, Alimentum.* Ita à Guſſetio capitur, Num. 13, 32. אֶרֶץ אֹכֶלֶת יוֹשְׁבֶיהָ הִיא *Terra illa eſt alimentum habitatorum ſuorum*, i. e. *penus ciborum inexhauſta, plenè & ſine extranearum terrarum merciumve ſubſidio iis ad victum cuncta ſufficit.* Sed quia dicitur, quod exploratores terræ Canaan reduces facti, voluerint terram, per quam tranſiverant, diffamare, nil obſtat, quo minus ſit Participium, textusque ita reddatur: *Terra eſt comedens, conſumens habitatores ſuos.*

אֲכִילָה f. *Cibus.* Semel legitur 1. Reg. 19, 8.

מַאֲכָל m. *Cibus.* עֵץ מַאֲכָל *Arbor cibi*, i. e. *frugifera*, Jeſ. 47, 12. מַאֲכַל תַּאֲוָה *Cibus deſiderii*, i. e. *deſiderabilis*, quô quis delectari ſolet, Job. 33, 20. Cum Suff. מַאֲכַלְכֶם *Cibus veſter*, Dan. 1, 10.

1) Generatim notat *id, quod comeditur*, ſive ad vitæ conſervationem, ſive ad voluptatem. 2) Speciatim α) notat *cibum hominis*, tùm qualemcunque, Ezech. 4, 9. è farina, 1. Chron. 12, 40. ex arboribus, Lev. 19, 23. Devt. 20, 29. Neh. 9, 25. tùm *delicatum*, Job. 33, 20. cujus generis eſt *mel*, Jud. 14, 14. item *dapes Regum*, Gen. 40, 17. 1. Reg. 10, 5. 2. Chron. 9, 4. Dan. 1, 10. β) Denotat *cibum brutorum*, Pſalm. 79, 2. Prov. 6, 8. Conf. Devt. 28, 26. Jer. 7, 33. c. 16, 4. c. 19, 7. c. 34, 20. ubi *cadaver impiorum* datum dicitur avibus & beſtiis terræ in cibum.

מַאֲכֹלֶת f. *Cibus, Pabulum.* Bis legitur de pabulo ignis, Jeſ. 9, 4. 18.

מַכֹּלֶת f. *Cibus*, primâ radicali per Syncopen conciſâ, & per Dageſch forte compenſatâ. Semel occurrit, 1. Reg. 5, 11.

מַאֲכֶלֶת f. Culter, à *conſumendo* ſic dictus, Gen. 22, 6. 10. Jud. 19, 29. Plur. מַאֲכָלוֹת *Cultri.* Sæpius non legitur.

אָמֵן *Certè, Profectò*, vide in כון.

Digitized by Google

אָכַף *Curvavit, Incurvavit, Reflexit ſe.* Semel legitur Prov. 16, 26. de opifice verſus opus ſuum ſe incurvante.

אֶכֶף m. *Manus*, à *curvatura* ſic dicta. Semel occurrit cum Suff. אַכְפִּי *Manus mea*, Job. 33, 7. ubi deſignat potentiam, quæ gravis eſſe dicitur, quando aliquem ſic premit atque affligit, ut ſe erigere, aut quicquam facere nequeat. Seb. Schmid.

אָכַר *Terram fodit*, in Conjug. 5. apud Arabes. Inde

אִכָּר m. *Agricola*, cujus præcipuum munus eſt terram aratrô fodere & proſcindere, Jer. 51, 23. Am. 5, 16. Plur. אִכָּרִים *Agricolæ*, 2. Chron. 26, 10. Jer. 14, 4. c. 31, 24. Joel. 1, 11. Cum Suff. אִכָּרֵיכֶם *Agricolæ veſtri*, Jeſ. 61, 5. Sæpius non legitur.

אַל Quod à radice Arabibus recepta أَلَّ *citò ivit, tranſiit, in nihilum abiit*, 1) *propriè* & vi originis exprimit nomen, *nihil, nihilum, rem nihili* denotans, 1. Sam. 1, 21. c. 27, 16. 2. Sam. 13, 16. Job. 24, 25. 2) Suſtinet vicem particularum, *ne, non*, eſtque *α*) *prohibentis*, Gen. 19, 17. c. 22, 12. Exod. 3, 5. c. 12, 9. Ruth. 3, 14. 1. Sam. 26, 10. 1. Reg. 13, 22. Jeſ. 43, 6. Jer. 17, 21. β) *Dehortantis*, Gen. 15, 1. c. 19, 7. 8. c. 21, 12. c. 37, 22. c. 43, 23. 1. Sam. 2, 24. 2. Sam. 13, 20. Jeſ. 7, 4. Jer. 9, 3. γ) *Supplicantis* ſeu *deprecantis*, Gen. 18, 3. c. 24, 56. Exod. 20, 16. Num. 16, 15. Joſ. 10, 6. 1. Sam. 22, 15. 1. Reg. 8, 57. Job. 3, 4. 6. Pſalm. 6, 2. Pſalm. 51, 13. Pſalm. 140, 9. Pſalm. 143, 2. Prov. 30, 8. Jeſ. 64, 8. δ) *Imprecantis*, Gen. 49, 4. 2. Sam. 1, 21. Job. 3, 4. 6. ε) *Negantis*, quamvis rarius, 2. Reg. 6, 27.

אֵל *Iſti, iſtæ; Hi, hæ.* Pronomen Demonſtrativum Plurale, communis generis, 1. Chron. 20, 2. Cum ה Paragogico אֵלֶּה Gen. 6, 9. c. 10, 1. 5. 31. 32.

אֶל *Ad* &c. eſt à radice אָלָה, quæ Arabibus formaliter & propriè *acceſſit* ſignificat, ceu notat cl. Kœ:berus in Lex. Part. Inde *propriè* deſignat *acceſſionem, vicinitatem, terminum ad quem*; Sequente Makkeph, quod aufert tonum, eſt אֶל־; Pluralis foret אֱלִים, cujus ſtatus conſtructus eſt אֱלֵי, ut אֱלֵי מָיִם *Ad aquas*, Job. 29, 19. Admittit ſaltem Suffixa Pluralium, אֵלַי *ad me*, Gen. 4, 10. וַיֵּרָא אֵלָיו *Et apparebat ei*, Gen. 18, 1. אֵלֵינוּ *Ad nos*, Gen. 19, 5. אֲלֵיכֶם *Ad vos*, Gen. 19, 8. Exprimit autem particulam varii uſus. Nam I) ſi *Nominibus* aut *Pronominibus* præponitur, *α*) nexum ſaltem conſtituit, quo verbum ſuo cohæret caſui, latinè omittendum, ut נִגְלֵיתִי אֶל־בֵּית אָבִיךָ *Revelatus fui domui Patris tui*, 1. Sam. 2, 27. β) exprimit Præpoſitiones pro diverſitate contextus diverſas, nempe *ad*, Gen. 2, 19. 22. c. 4, 10. c. 19, 5. 8. Exod. 4, 18. Num. 13, 26. Devt. 17, 8. Joſ. 8, 23. 1. Sam. 1, 19. *Apud. Prope*, Gen. 24, 11. c. 40, 14. Lev. 4, 7. Joſ. 11, 5. 1. Sam. 5, 4. Jer. 2, 19. *Juxta*, Gen. 6, 16. Jer. 41, 12. *A, Ab*, Gen. 41, 57. Lev. 13, 7. 19. Job. 32, 21. Jer. 25, 26. *E, Ex*, 1. Reg. 8, 30. *Ante*, Lev. 8,

3. 4.

Digitized by Google

3.4.Joſ.10,18. 1.Reg.8,30.42. *Circa, Circum*, 1.Sam.26,16. 2.Sam.11,16. *Contra*, Gen. 4, 8. Exod. 14, 5. Num. 24, 10. c.32, 14. Joſ. 10, 6. *De*, Gen. 20, 2. 1.Sam. 1, 27. 2.Sam. 7, 19. 1.Reg. 16, 12. *Coram*, Gen. 12, 15. c. 30, 39. c. 42, 7. Num. 13, 30. 1.Sam. 26, 15. *Cum*, Gen. 18, 27. Exod. 26, 3. 6. Num. 25, 1. Joſ. 11. 19. 1. Sam. 14, 34. Ezech. 16, 29. *Unà cum*, Gen. 42, 28. Num. 14, 14. Thren. 3, 41. Ezech. 40, 28. *Erga*, 2. Sam. 3, 8. 1. Reg. 14, 13. 2. Chron. 16, 9. *Contra*, Gen. 4, 8. *In*, Gen. 3, 19. c. 8, 9. Exod. 12, 15. Lev. 1, 16. Num. 15, 2. Ruth. 1, 7. Jon. 1, 5. Zeph. 3, 9. *Extra*, Num. 17, 15. Devt. 22, 24. Joſ. 8, 29. *Inter*, Joſ. 13, 22. 1. Sam. 10, 22. Jer. 4, 3. *Intra*, Devt. 17, 5. Job. 31, 23. *Pro*, 1. Reg. 14, 5. Job. 13, 3. *Propter, Ob*, Gen. 37, 35. Jud. 21, 6. 1. Sam. 15, 35. 2. Sam. 1, 24. 1. Reg. 16, 13. Jeſ. 66, 5. *Per*, Num. 25, 8. Jer. 33, 4. Ezech. 46, 21. *Sub*, Gen. 3, 16. c. 4, 7. Eſth. 2, 14 *Super*, Gen. 42, 21. Lev. 9, 22. c. 14, 5. Num. 4, 19. c. 6, 26. 1. Sam. 2, 34. 1. Reg. 8, 7. Jer. 2, 3. Ezech. 12, 12. Am. 8, 2. *Supra*, 1. Reg. 10, 7. Ezech. 7, 26. *Usque ad*, Lev. 14, 38 Num. 11, 16. Devt. 21, 2. 1. Reg. 10, 19. *Verſus*, Exod. 25, 20. Joſ. 17, 7. 1. Reg. 7, 5. Ezech. 1, 10. Dan. 12, 7. II) Si jungatur verbis, exprimit conjunctiones cauſales, *quod, eò quod, propterea quod*, Infinitivô, cui præmittitur, in tempus finitum reſolutô, ut אֶל־הִלָּקַח *Propter capi*, i. e. *propterea, quod capta eſſet area*, 1. Sam. 4, 19. III) Inter eandem vocem repetitam, vel præcedente מִן ejusque decurtatô מ, vel ſine eô, notat diverſitatem, eamque vel α) *ſimplicem*, מֵאֹהֶל אֶל־אֹהֶל *A tentorio in tentorium*, i. e. *à tentorio uno in aliud*, Num. 12, 8. Conf. Gen. 32, 31. 1. Chron. 17, 5. vel β) cum incremento, יֵלְכוּ מֵחַיִל אֶל־חָיִל *Eunt à robore ad robur*, i. e. ſubinde novas induunt vires, ad continuandum id, quod ſemel laudabiliter ſuſceperunt, Pſalm. 84, 8. מֵרָעָה אֶל־רָעָה *A malo ad malum prodeunt*, i. e. *ſubinde pejores fiunt*, Jer. 9, 2. Ita quoque Pſalm. 144, 13. vel γ) cum *continuatione* temporis vel loci מֵעֵת אֶל־עֵת *A tempore ad tempus*, i. e. *continuò*, 1. Chron. 9, 25. מִיּוֹם אֶל־יוֹם *A die ad diem*, i. e. *quotidie*, Num. 30, 15. מִשַּׁעַר אֶל־שַׁעַר *A porta una ad aliam*, 1. Chron. 16, 20.

אֶלְגָּבִישׁ m. *Grando magna, immanis*. Kimchi reducit ad גָּבִישׁ, & duas eſſe voces contendit. Vid. Hottingeri Smegm. Orient. pag. 119. אַבְנֵי אֶלְגָּבִישׁ *Lapides immanis grandinis*, Ezech. 13, 11. 13. c. 38, 22. Sæpius non legitur.

אַלְגּוּם m. *Lignum thyinum*, cedri ſpecies nobiliſſima, quæ ex libano petebatur. Plur. אַלְגּוּמִּים 2. Chron. 9, 10. Sed 1. Reg. 10, 11. per Metatheſin dicitur אַלְמֻגִּים.

אָלָה *Acceſſit*, apud Arabes; *Juravit, Pejeravit, Execratus eſt; Ejulavit*. אָלִית *Execrata es*, ſcil. furem, Jud. 17, 2. Hiphil הֶאֱלָה *Adjuravit, adjuratione obſtrinxit*. Infin. לְהַאֲלֹתוֹ *Ut adjuratione eum obſtringat; vel execrari eum faciat*, 1. Reg. 8, 31. 2. Chron. 6. 22. Fut. וַיּוֹאֶל *Adjuravit tamen*, 1. Sam. 14, 24. pro וַיַּאֲלֶה per Apoco-

pen ה ablato, (ֲ) ſub א in (ֵ) & (ְ) ſub (י) in ו mutato. Sed Guſſetius reducit ad יָאַל *voluit*, locumque citatum ita vertit: Et voluit Saul cum populo (h. e. populusque ſimul hoc voluit) dicere: Maledictus vir, qui edet &c. dictum nempe hoc ex ore Saulis emiſſum tanquam dictantis ac Autoris, exceptum fuit de more à proximis, & ex iis ſucceſſivè ad alios ſparſum, repetitum fuit ab omnibus conſenſu voluntatis.

1) Generatim videtur notare *accedere*. 2) Speciatim α) in Kal notat *jurare*, quia jurantes ad Deum, accerrimum vindicem accedunt; modificatè *falsò jurare, pejerare*, Hoſ. 4, 2. & Metonymicè *execrari*, eò, quod juramentum cum execratione fieri ſolet, Jud. 17, 2. In Hiphil autem eſt *adjurare, juramento ad aliquid obſtringere*, 1. Reg. 8, 31. 2. Chron. 6, 22. β) Notat *ejulare*, quia ejulantes ad locum luctus accedere ſolent. Ita ſemel occurrit, Joel. 1, 8. Præterea non legitur.

אָלָה f. *Juramentum, Execratio.* תְּהִי אָלָה בֵּינוֹתֵינוּ *Sit juramentum inter nos*, Gen. 26, 28. Cum Suff. אָלָתִי *Juramentum ejus*, Ezech. 17, 10. תִּנָּקֶה מֵאָלָתִי *Abſolutus eris ab adjuratione mea*, Gen. 24, 41. Plur. אָלוֹת הַבְּרִית *Execrationes fœderis hujus*, Devt. 29, 20.

1) Generatim importat *acceſſionem* alicujus ad aliquid. 2) Speciatim α) notat *juramentum*, quô, invocato nomine divino, rem aliquam atteſtamur vel confirmamus. Juramentum enim dicit acceſſionem hominis ad Deum acerrimum vindicem. Gen. 26, 28. 1. Reg. 8, 31. 2. Chron. 6, 22. Ezech. 16, 59. c. 17, 18, Conf. Gen. 24, 41. ubi notat *adjurationem*, qua Abrahamus obſtringebat ſervum ſuum. β) Notat *execrationem, maledictionem, imprecationem*, quæ juramentis accedit, & annecti ſolet. Ita dicitur de *maledictione*, quæ ſuper transgreſſores legis proclamatur, Devt. 29, 19. 20. c. 30, 7. 2. Chron. 34, 24. Jeſ. 24, 6. Conf. Jer. 23, 10. de maledictione adulteræ, Num. 5, 21. 23. 27. de execratione profana, quæ audientem, ſi reticet, reum facit, Lev. 5, 1. Prov. 29, 24. & in improborum ore frequens eſt, Pſalm. 10, 7. Pſalm. 59, 13.

אַלְיָה f. *Cauda*, quaſi appendicem ad corpus animalis *accedentem* dicas. Quinquies legitur, Lev. 3, 9. c. 7, 3. c. 8, 25. c. 9, 19. Exod. 29, 22.

תַּאֲלָה m. *Maledictio, Execratio.* Tantum extat Thren. 3, 65.

אָלַהּ *Coluit, Veneratus eſt, Adoravit*, apud Arabes. Inde eſt

אֱלֹהַּ m. *Deus*, ſic dictus, quod *veneratione, cultu & adoratione* proſequendus ſit. Quamvis Coccejus malit deducere ab אָלָה *juravit*, ita, ut propriè notet eum, cujus eſt אָלָה h. e. cujus eſt execrationem pronunciare, atque ita obligare conſcientiam ad ſui quæſtionem ſub comminatione judicii. Cum Suff. eſt לֵאלֹהוֹ *Deo ſuo*, Hab. 1, 11. In Plurali eſt אֱלֹהִים Gen. 1, 1. In Statu Conſtr. אֱלֹהֵי הַשָּׁמַיִם *Deus cæli*, Gen. 24, 3. בֵּאלֹהִים *Per Deum*, Gen. 21, 23, (ֵ) ſub א per

Synco-

Syncopen conciſo, & (ִ) ſub ב in (ֶ) mutato. Cum Suff. אֱלֹהֵינוּ *Deus noſter*, 1. Reg. 18, 22.

1) Generatim & vi originis notat *σέβασμα*, h. e. *Numen venerabile* ſeu *adorandum*. 2) Speciatim *α*) *propriè & primariò* notat *Deum verum*, qui religioſè colendus & adorandus eſt, & quidem vel *ὀυσιωδῶς* & *eſſentialiter*, prout *Deum trinunum* indigitat. Ita אֱלוֹהַּ adhibetur, Devt. 32, 15. 17. Job. 3, 4. 23. c. 4, 9. c. 5, 17. c. 6, 8. 9. c. 9, 13. c. 10, 2. c. 11, 5. 6. 7. c. 12, 6. c. 15, 8. c. 16, 20. 21. c. 19, 6. 21. c. 22, 12. 26. c. 27, 8. 10. c. 29, 4. c. 31, 2. c. 33, 12. 26. c. 34, 12. Pſalm. 18, 32. c. 50, 22. Pſalm. 139, 19. Prov. 30, 5. & in Plurali אֱלֹהִים Gen. 1, 1. 27. c. 2, 2. 3. 4. 15. 19. c. 9, 6. &c. vel *ὑποςατικῶς* & perſonaliter, prout *Patrem* deſignat, Pſalm. 45, 8. *Filium*, Exod. 3, 6. ille enim hîc intelligitur, qui v. 2. vocatur Angelus Domini, Pſalm. 45, 7. 8. Pſalm. 47, 6. *Patrem & Filium*, à quibus procedit Spiritus Sanctus, Gen. 1, 2. Job. 27, 3. Vid. Sebaſt. Schmid. in h. l. *Spiritum S.* 2. Sam. 23, 3. conf. v. 2. Pſalm. 95, 7. 8. conf. Ebr. 3, 7. Unde nomen אֱלֹהִים, ſi ei jungitur Adjectivum, Pronomen, Participium vel verbum ſingulare cum eſſentiæ divinæ unitate manifeſtam Perſonarum divinarum pluralitatem infert, Gen. 1, 1. c. 2, 2. c. 3, 1. Exod. 20, 12. 17. Devt. 6, 10. &c. Sin verò de una ſaltem Trinitatis perſona in Plurali adhibetur, partitive accipiendum eſt. אָנֹכִי אֱלֹהֵי אָבִיךָ *Ego ſum Dii*, i. e. *aliqua perſona divina Patris tui*, Exod. 3, 6. Ita quoque Gen. 1, 26. c. 27, 29. *β*) *Secundariò & analogicè* propter aliquam ſimilitudinem & congruentiam cum *Deo vero* tribuitur 1) *Angelis*, qui creaturis cæteris dignitate excellentiores, Deique primarii Miniſtri ſunt, Pſalm. 8, 6. Pſalm. 97, 7. coll. Ebr. 1, 6. Pſalm. 148, 1. 2) *Hominibus* dignitate præſtantibus, Deique in terra vicariis, nempe *Magiſtratibus*, Exod. 21, 6. c. 22, 28. Pſalm. 82, 1. 6. Pſalm. 138, 1. Speciatim *Moſi*, qui Exod. 4, 26. Aaroni dicitur fuiſſe אֱלֹהִים i. e. Princeps ejus ac Magiſtratus, ipſi, quæ ad populum dicenda erant, præcipiens. Et Exod. 7, 1. dicitur Pharaoni אֱלֹהִים datus, ob divinam legationem, quam obibat, & magnifica opera, quæ Deus per ejus miniſterium coram Pharaone edebat. Item *Samueli*, 1. Sam. 28, 13. *γ*) Catachreſticè ob vanam & præpoſteram hominum opinionem *idolis*, quæ licet ſint אֱלִילִים *res nihili & inanes*, Lev. 19, 4. tamen ab idololatris pro Diis coluntur, & in locum Dei, qui eſt unus in eſſentia, & trinus in perſonis, perperam ſubſtituuntur, Exod. 20, 3. 20. c. 23, 24. c. 32, 1. 2. 3. Devt. 4, 28. c. 18, 20. c. 28, 14. 36. 64. c. 31, 18. 20. Joſ. 24, 20. Jud. 2, 12. 17. 19. c. 10, 13. &c. Hinc vocantur *Dii novi*, Jud. 5, 8. ex prava ſcil. idololatrarum opinione noviter introducti, *Dii fuſiles*, Lev. 19, 4. *δ*) Epitheti locô additum, deſignat *ſummum*, *maximum*, *vehementiſſimum*, *excellentiſſimum*, ita, ut interdum ſignificatio cauſalis & primaria non negligatur. Ita נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים *Luctationes Dei*, i. e. *vehementiſſimæ*, Deo nimirum auſpice & duce, Gen. 30, 8. חֶרְדַּת אֱלֹהִים *Trepi-*

Trepidatio Dei, i. e. *graviſſima*, à Deo Philiſtæis immiſſa, 1. Sam. 14, 15 נְשִׂיא אֱלֹהִים *Princeps Dei*, i. e. *à Deo excitatus & ideò excellens* Gen. 23, 6. Huc refert B. Pfeifferus in Theſ. Herm. c. 7. p. m. 319 illud Jonæ c. 3, 3. עִיר־גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים *Civitas magna Deo*, i. e *à Deo, qui incrementum dat urbibus, & regnis, ad iſtum gradum evecta.*

אֱלִי m. *Deus*, quod ex אֱלֹהַּ natum contendit Seb. Schmidius, vide ſupra in radice איל.

אֶלְחָנָן m. *Elchanan*; nomen proprium viri fortiſſimi 2. Sam. 21, 19 Compoſitum eſt ex אֵל *Deus*, & חָנַן *gratioſus*, ut idem ſit ac *Deus gratioſus fuit.*

אֵלִיָּה m. *Elias*; eſt nomen proprium α) *Propheta*, 2. Reg. 1, 3. qui etiam אֵלִיָּהוּ dicitur, 2. Reg. 1, 17. β) *Sacerdotis*, Esdr. 10, 20. Compoſitum eſt ex אֵל *fortis*, & יָהּ *Dominus*, ut ſignificet: *Fortis eſt Dominus.*

אֶלְיָדָע *Eljadba*; eſt nomen propr. Filii Davidis, 2. Sam. 5, 16. idem eſt ac *Deus novit.*

אֱלִימֶלֶךְ *Elimelech*; eſt nomen proprium viri, Ruth. 1, 2. compoſitum ex מֶלֶךְ *Rex*, & אֵל *Deus*, ut idem ſit, ac *Deus meus eſt Rex.*

אֱלִיפֶלֶט *Eliphelet*, eſt nomen propr. Filii Davidis, ſignificans, *Deus meus eſt effugium* vel *liberatio*, 2. Sam. 5, 16.

אֱלִישָׁמָע *Eliſchama*, nomen proprium Filii Davidis; notans *Deus meus exaudivit*, 2. Sam. 5, 16. Compoſitum enim eſt ex אֵל *Deus* & שָׁמַע *audivit, exaudivit.*

אֱלִישָׁע *Eliſcha*; Nomen proprium Prophetæ, 1. Reg. 19, 16. compoſitum ex אֵל *Deus*, & יֶשַׁע *ſalus*; unde idem eſt ac *Deus meus eſt ſalus.*

אִלּוּ *Si*, Eſth. 7, 4. Eccl. 6, 6. Conflatum cenſetur ex אִם & לוּ.

אָלַח In Kal inuſitatum eſt. Niphal נֶאֱלַח *Putidus* vel *fœtidus factus eſt.* Ter tantum legitur. נֶאֱלָחוּ *Putidi facti ſunt*, Pſalm. 14, 3 Pſalm. 53, 3 LXX. reddunt: ἠχρειώθησαν, *inutiles facti ſunt*, ſicut putrida arbor nullius uſus ac momenti eſt. Part. נֶאֱלָח *Fœtidus, in quo nil boni eſt.* Deſignatur corrupta hominis natura & peccatum originis, cum ſuo effectu, qui eſt hominem coram Deo putidum reddere Job. 15, 16.

אָלַל *Abiit, Citò tranſiit, In nihilum abiit*, apud Arabes. Inde

אֱלִיל m. *Nihilum, res vana ac nihili.* Ita ter legitur, Job. 13, 4 Jer. 14, 14. Zach. 11, 17. Item *idolum*, Jeſ. 10, 10. quod ſic dicitur, quia nihil eſt in mundo, 1. Cor. 8, 4. Plural. אֱלִילִים *Idola*; Quidam contendunt, אֱלִילִים idem eſſe ac אַל אֱלִים *non-Dii* Genebrardus inſtar diminutivi ab אֵל *Deus* deducti accipit pro *Deunculis* ſeu *Diis nullius poteſtatis ac roboris.* אֱלִילֵי כַסְפּוֹ *Idola argenti*

ſu

ſui, i. e. *argentea*, Jeſ. 2, 20. c. 31, 7. Præterea legitur, Lev. 19, 4. c. 26, 1. Jeſ. 19, 1. 3. Pſalm. 96, 5. Pſalm. 97, 7. Ezech. 30, 13. Hab. 2, 18.

אֱלוּל m. *Elul*, nomen menſis ſexti, Neh, 6, 19. qui partim in Auguſtum, partim in Septembrem noſtrum incidit.

אַלְלַי *Va*. R. M. Kimchi deducit à ילל, ut א ſit loco י. Unde ipſi eſt vox *ejulatus*. Legitur ſaltem Job. 10, 15. Mich. 7, 1.

אָלַם *Ligavit, Colligavit*. Sed in Kal non occurrit. Niphal נֶאֱלַם *Obmutuit*. וְנֶאֱלַמְתָּ *Et obmuteſces*, Ez. 3, 26. Fut. תֵּאָלַמְנָה שִׂפְתֵי־שָׁקֶר *Obmuteſcant labia mendacii*, i. e. *mendacia*, Pſalm. 31, 19. Piel אִלֵּם *Ligavit, Colligavit in faſciculum*. אֲנַחְנוּ מְאַלְּמִים אֲלֻמִּים Nos eramus *colligantes* manipulos, Gen. 37, 7.

1) Generatim notat *ligare, colligare*. 2) Speciatim *α*) eſt *colligare manipulos*. Ita ſemel occurrit in Piel Gen. 37, 7. *β*) Metaphoricè in Niphal eſt *obmuteſcere*, eò, quod, qui obmuteſcit, quaſi lingua ligatus eſt. In hoc ſignificatu legitur de obmuteſcentia *Meſſiæ patientis*, Pſal. 39, 3. 10. *hoſtium Meſſiæ*, Pſalm. 31, 19. *Ezechielis*, c. 3, 26. c. 24, 27. *Ovis*, quæ coram tonſore obmuteſcit. Jeſ. 53, 7.

אֵלֶם m. *Obmuteſcentia*, quâ lingua quaſi *ligata* eſt, ne verba faciat. Bis ſaltem legitur, Pſalm. 56, 1. Pſalm. 58, 2.

אִלֵּם m. *Mutus*, cui *ligata* eſt lingua, ut loqui nequeat, Exod. 4, 11. Plur. אִלְּמִים *Muti*, Jeſ. 56, 10.

1) Generatim & vi originis notat *ligatum*. 2) Speciatim notat *mutum*, cui lingua *ligata* eſt, vel videtur. Hinc *α*) dicitur de *homine*, qui linguæ vociſque uſu privatus eſt, Exod. 4, 11. Jeſ. 35, 6. conf. Matth. 4, 32. *β*) de *Idolis*, quæ omni loquendi facultate deſtituta ſunt, Hab. 2, 18. *γ*) de *eo*, cui quidem facultas loquendi non deeſt, parum tamen idoneus eſt, qui ſuam dicat & tueatur cauſam, Prov. 31, 8. *δ*) de *eo*, qui vel ob calamitatum copiam & gravitatem, vel, quòd alioqui non auditur, obmuteſcit, Pſalm. 38, 14. *ε*) de *Doctoribus mercenariis*, qui vel ob imperitiam, vel ob lucri ſpem, vel ob periculorum metum, veritatem reticent, nec improborum peccata & ſcelera decenter redarguunt, Jeſ. 56, 10. Sæpius non legitur.

אוּלָם m. *Porticus*; R. David in librô Radicum ait, quod ſit *domus* (ſeu locus & ædificium) ſicut יָצִיעַ *deambulatorium*, *vernaculè Gallerie*. Et in 1. Reg. 7, 6. Kimchi adſerit, אוּלָם הָעַמּוּדִים *Porticum columnarum* eſſe *locum portæ, cujus contignatio conſtructa ſit inſtar fornicis*. Unde *ligandi* ſignificationem participare, facilè patet, cùm deambulatoria & fornices variis ligaturis perfici ſoleant, 1. Reg. 6, 3. c. 7, 6. 7. 8. 12. 2. Chron. 8, 12. c. 29, 7. Ezech. 8, 16. c. 40, 39. 40. c. 41, 25. 26. Per alternationem eſt אֵלָם Ezech. 40, 39. 40. Plural. אֻלַמִּים *Porticus*, Dageſch forti ultimæ radicali impreſſo. in Statu Conſtr. אֻלַמֵּי הֶחָצֵר *Porticus atrii*, Ezech. 41, 15.

Digitized by Google

אֵילָם m. *Porticus.* In Singulari non legitur. Plur. אֵילַמִּים *Porticus*, Dageſch forti ultimæ radicali impreſſo. Cum Suff. אֵילַמָּו *Porticus ejus*, Ezech. 40, 22. 24. 26. 29. 31. 33. 34. 36. pro אֵילַמָּיו, litera י Suffixi per Syncopen conciſa. Fœm. אֻלָמּוֹת *Porticus*, Ezech. 40, 16. 30.

אוּלָם *Ligationem* vi etymi dicit; abit autem in *particulam*, quacunque ratione eam inferens, eſtque α) *adſertiva*, notans *certè*, *profectò*, *quin imò*, Num. 14, 21. Job. 13, 3. β) *adverſativa*, ſignificans *ſed*, *tamen*, *veruntamen*, Job. 2, 5. c. 5, 8.

אֲלֻמָּה f. *Manipulus*, *Faſciculus*, à *ligando*, vel *colligando* ſic dictus. Cum Suff. אֲלֻמָּתִי *Manipulus meus*, Gen. 37, 7. Plural. אֲלֻמּוֹת *Manipuli.* Cum Suff. אֲלֻמֹּתֵיכֶם *Manipuli veſtri*, Gen. 37, 7. נֹשֵׂא אֲלֻמֹּתָיו *Portans manipulos*, *mergetes ſuos*, Pſalm. 126, 7. M. אֲלֻמִּים *Manipuli*, Gen. 37, 7. Sæpius non legitur.

אַלְמָן m. *Viduus*, quem luctus ita *ligat*, ut obmuteſcat. Semel legitur, Jer. 51, 5. ubi Seb. Schmidius in Comment. potius *Filium* Patre orbum & deſtitutum notare autumat.

אַלְמָנָה f. *Vidua*; ſic dicta, quod velut luctus magnitudine & gravitate *colligata* obmuteſcat; vel, ſi Arabiſmum ſpectas, ubi אלם ſignificat *doluit*, *dolore affectus eſt*, *afflictus*, *paſſus fuit*, ſic vocata, quod ſit *fœmina dolens*, *afflicta*, *perſecutiones patiens.* אִשָּׁה אַלְמָנָה *Mulier vidua*, 2. Sam. 14, 5. 1. Reg. 11, 26. Plur. אַלְמָנוֹת *Viduæ.* Exod. 22, 23. Cum Suff. אַלְמְנֹתָיו *Viduæ ejus*, Job. 27, 15.

1) Generatim & vi etymi notat *ligatam*, quacunque ſe ratione ita habeat. 2) Speciatim α) notat *viduam*, mulierem marito orbam, quæ linguæ quaſi vinculo *ligata*, pro jure ſuo tuendo loqui nequit, ob luctus gravitatem obmuteſcit, & perſecutiones ab improbis patitur. Unde *viduæ cauſam agere* inter opera charitatis refertur, Jeſ. 1, 17. Cæterum ſic legitur, Gen. 38, 11. Lev. 21, 14. c. 22, 13. Num. 30, 10. 2. Sam. 14, 5. 1. Reg. 17, 9. 10. Pſalm. 109, 9. &c. β) Impropriè 1) per Metaphoram tribuitur *regioni* vel urbi, quæ Rege vel Principe, incolis atque civibus ſuis deſtituta orbitatem ſuam deplorat, Jeſ. 47, 8. conf. Thren. 1, 1. 2) Per Synecdochen *vidua & orphanus* notant *quosvis afflictos & ærumnoſos*, Exod. 22, 21. Devt. 10, 18. c. 27, 19. Prov. 23, 10.

אַלְמוֹן m. *Viduitas.* Legitur ſaltem Jeſ. 47, 9. & quidem Metaphoricè deſignans *Babyloniæ deſolationem.*

אַלְמְנוּת f. *Viduitas*, quæ α) *propriè* notat *ſtatum*, quô mulier, quæ maritata fuit, marito orba eſt, Gen. 38, 14. 19. 2. Sam. 20, 3. β) Metaphoricè tribuitur *Eccleſiæ*, graviſſimas patienti afflictiones, quarum tempore Meſſiæ oblitura erat, Jeſ. 54, 4.

אַלְמֹנִי *Almoni*; vox ficta, quâ vel *homo*, vel *locus* inſignitur, cujus proprium nomen reticemus, & reticendo quaſi ligamus, ne audiatur & per-

percipiatur. De *homine* legitur Ruth. 4, 1. de *loco* autem 1. Sam. 21, 2. 2. Reg. 6, 8.

אָלַף *Aſſuetus eſt, Didicit;* apud Arabes *Aſſuetus, familiaris, neceſſitudine & familiaritate conjunctus fuit, Copulatus eſt.* In Kal legitur ſaltem Fut. תֶּאֱלַף *Diſcas*, Prov. 22, 25. Piel אִלֵּף *Diſcere fecit, docuit.* Ter legitur. אֲאַלֶּפְךָ *Docebo te*, Job. 33, 33. יְאַלֵּף *Docebit*, Job. 15, 5. Part. מַלְּפֵנוּ *Docens nos*, Job. 35, 11. pro מְאַלְּפֵנוּ, per Syriasmum (-) in locum (:) translato, & א per Syncopen conciſo.

אַלּוּף m. *Dux; Bos.* Cum Suff. אַלּוּפִי *Dux meus*, Pſalm. 55, 14. Plur. אַלּוּפִים *Duces*, Jer. 13, 21. In Statu Conſtr. אַלּוּפֵי *Duces*, Gen. 36, 15. אַלּוּפֵיהֶם *Duces eorum*, Gen. 36, 19.

1) Generatim notat *Ducem*, vel *Ductorem*, qualiscunque ſit. 2) Speciatim *α*) *propriè* competit *homini*, qui moderamen affectuum alterius ita invaſit, vel invadere laborat, ut eum ſibi habeat morigerum. Ita deſignat 1) *Principem* vel *Ducem*, e. g. Idumæorum, Gen. 36, 15. & ſeqq. Judæorum, Zach. 12, 5. 6. conf. c. 9, 7. Mich. 7, 5. 2) *Amicum*, qui inter amicos velut Dux & Princeps eſt, cui fidimus, à quo pendemus, cujus conſiliis utimur & nitimur. Ita Lud. de dieu exponit illud Pſalm. 55, 14. 3) *Maritum*, qui Conjugis juventutem moderari tenetur. Prov. 2, 17. Huc referunt illud Jer. 3, 4. ubi gens Judaica *Deum* vocat *Ducem adoleſcentiæ ſuæ.* Aſt bene monet Seb. Schmidius, *Ductorem adoleſcentiæ* reſpicere *eductionem ex Ægypto, & ductum populi in deſerto.* *β*) *Metaphoricè* notat *bovem*, qui armenti *Dux* & *Ductor* eſt, jugum pati edoctus atque aſſuetus, Pſalm. 144, 14. Huc referunt R. D. Kimchi, Pagninus, Tremellius, Piſcator, Coccejus &c. illud Jer. 11, 19. vel ſubaudito ו, ſicut *agnus & bos*; vel repetito כ, *ſicut agnus, ſicut bos.* Sed Seb. Schmidio notat d. l. *ducem.* ut ſit *agnus dux gregis*; cel. Majo autem eſt adjectivum, כְּכֶבֶשׂ אַלּוּף notans *ovem manſuetam.*

אֶלֶף m. *Mille;* Marino Brixiano ſic dici videtur, quod numerus millenarius ſit Dux omnium inferiorum, eosque pleniſſimè in ſe contineat. כְּאֶלֶף אִישׁ וְאִשָּׁה *Circiter mille viri & fœminæ*, Jud. 9, 49. *Familia;* אַלְפִּי *Familia* mea, Jud. 6, 15. Dual. אַלְפַּיִם *Duo millia*, Exod. 38, 29. Plur. אֲלָפִים *Millia; Boves.* וְעֹשֶׂה חֶסֶד לַאֲלָפִים *Et faciens eſt miſericordiam in millia*, Exod. 20, 6. Cum Suff. אֲלָפֶיךָ *Boves tui*, Devt. 7, 13. In Statu Conſtr. כִּשְׁלֹשֶׁת אַלְפֵי אִישׁ *Circiter tria millia virorum*, Exod. 32, 28.

1) Generatim notat, *quicquid qualicunque ratione inſtar ducis eſt, & conjunctionem quandam importat.* 2) Speciatim *α*) exprimit *numerum millenarium*, qui reliquorum dux & princeps eſt, reddendum *mille; chilias*, Gen. 20, 16. Exod. 12, 36. Num. 1, 21. Jud. 5, 8. c. 7, 3. c. 8, 10. &c. Sed per Synecdochen *millia* deſignant *permultos*, Exod. 20, 6. c. 34, 7. Devt. 1, 11. 1. Sam. 18, 7. Pſalm. 119, 72. Pſalm. 84, 11. Pſalm. 91, 7. Ita *millium* vel *myriadum millia* denotant *numerum omnium maximum*, & im-

immenſum, Gen. 24, 60. Pſalm. 68, 18. Num. 10, 36. Conf. Dan. 7, 10. β) Notat *familiam*, ſeu *multitudinem* hominum ob ſanguinis *conjunctionem* ſibi invicem notorum, Jud. 6, 15. Mich. 5, 1. Vid. Coccej. Lex. & animadverſ. Maji ad illud. Conf. Cleric. in Jud. 6, 15. ubi ſcribit: *Chilias mea* אלפי *Alphi.* Hoc eſt, *familia & cognatio mea.* Nam diviſi erant Iſraelitæ in Chiliadas, ut conſtat ex Exod. 18, 21. Hinc Joſephus habet *φύλη.* γ) Notat *bovem*, qui armenti dux & ductor eſt. Ita verò legitur in Plurali, Devt. 7, 13. c. 28, 4. 18. 21. Pſalm. 8, 8. Prov. 14, 4. Jeſ. 30, 24.

הֶאֱלִיף *Milleſicavit; in millia ſe diffudit;* ab אֶלֶף *mille.* Saltem legitur Participium in Plur. F. Pſalm. 144, 13. מַאֲלִיפוֹת *In millia ſe diffundentes, creſcentes.*

אָלַץ *Coarctavit, moleſtè urſit.* Saltem legitur in Fut. וַתְּאַלְצֵהוּ *Et coarctavit, moleſte urſit eum,* Jud. 16, 16.

אָמַם *Poſuit, Propoſuit,* apud Arabes. Inde eſt

אֵם f. *Mater*, ſic dicta non ſolum, quod *ponit* & parit liberos, ſed etiam, quod plerumque bonæ aut malæ educationis fundamenta ab ea poni ſoleant. Cum Suff. אִמִּי *Mater mea*, Gen. 20, 12. אִמָּם *Mater eorum*, Hoſ. 2, 7. Plur. אִמּוֹת *Matres.* Cum Suff. אִמּוֹתֵינוּ *Matres noſtræ*, Thren. 4, 3.

1) Generatim notat *Matrem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *matrem, fœminam prolificam*, quæ ponit & excludit ſobolem, &c. Ita tribuitur tum *hominibus*, Exod. 2, 8. Jud. 5, 28. 2. Sam. 2, 17. 25. 1. Reg. 1, 11. c. 2, 13. 19. Job. 1, 21. Pſalm. 22, 10. &c. tum *brutis*, Devt. 22, 6. 7. β) *Impropriè* 1) per Synecdochen notat *aviam*, 1. Reg. 15, 10. 13. Hùc referunt, quod *Eva* dicitur mater omnium viventium, Gen. 3, 20. 2) Per *Metaphoram* tribuitur α) *primariæ alicujus gentis urbi*, quam Græci *metropolin* dicunt, quia ex eâ velut ex matre aliæ urbes quaſi natæ ſunt, quæ inſtar filiarum ei ſubjiciuntur, 2. Sam. 20, 19. β) *Reipublicæ Iſraeliticæ*, reſpectu duorum regnorum, Iſraelitici & Judaici, quæ ex eâ velut ex quadam matre prognata fuerunt, Ezech. 23, 2. γ) *Synagogæ Judaicæ*, quæ Deo inſtar matris filios filiasque ſpirituales gignere debebat, Jeſ. 50, 1. Hoſ. 2, 2. 5. δ) *Deboræ* reſpectu gubernationis, Jud. 5, 7. ε) *Viæ*, ita, ut *mater viæ*, ſit *bivium*, quia eſt principium, unde duæ diſtinctæ *viæ* naſcuntur, Ezech. 21, 21.

אִם *Si;* à radice Arabica אמם *poſuit, propoſuit;* vi ſuæ originis notat *poſitionem, propoſitionem, conditionem, quæſtionem*, Vid. Kœrb. Lex. Part. Abit autem in particulam, quæ pro varietate contextus varias ſignificationes obtinet. Nam I) exprimit *Conjunctiones*, easque α) conditionales, *ſi, quodſi*, Gen. 4, 7. Exod. 4, 8. 9. Lev. 25, 28. Num. 5, 28. Devt. 11, 13. Eccl. 4, 11. Cant. 5, 8. c. 8, 7. Jer. 4, 1. Ez. 20, 39. β) Cauſales, *quia, quandoquidem, quod*, Gen. 23, 13. Eſth. 6, 13. it. Ezech. 35, 6

ub.

ubi combinatur cum לֹא. γ) Conceſſivas, *etſi, quamvis, ſi vel maximè*, Num. 22, 18. Devt. 30, 4. Jud. 13, 16. Eccl. 10, 4. Jeſ. 1, 19. Jer. 14, 7. c. 15, 1. Am. 5, 22. δ) *Disjunctivas, ſive, ſive*; id quod fit, ſi in eadem ſententia repetitur. אִם־לְמָוֶת אִם־לְחַיִּים *Sive ad mortem, ſive ad vitam.* Ita quoque adhibetur, Exod. 19, 13. Lev. 3, 1. Devt. 18, 3. 1. Reg. 20, 18. Eccl. 5, 11. Jer. 42, 6. Ezech. 2, 7. II) *Adverbia*, & quidem α) Interrogandi, *an? num? utrum? annon?* אִם־אֶחְיֶה מֵחֳלִי *An revaleſcam ex morbo hoc?* 2. Reg. 1, 2. Conf. Gen. 17, 17. 2. Sam. 19, 36. Eſth. 4, 14. Jeſ. 27, 7. Jer. 3, 5. Ezech. 15, 3. Joel. 1, 2. c. 3, 9. Am. 6, 2. Mich. 2, 7. Hab. 3, 8. β) Adſeverandi, *certè, profectò, omninò*, אִם־תִּקְטֹל אֱלוֹהַּ רָשָׁע *Omninò occides, o Deus, improbum*, Pſalm. 139, 19. Vid. Gen. 47, 18. Job. 17, 16. c. 42, 8. Prov. 23, 16. Jeſ. 29, 16. γ) *Temporis*, tàm *determinati, Poſtquam*, Gen. 28, 19. Num. 21, 9. Jud. 6, 3. Job. 14, 14. Jeſ. 24, 13. quàm indeterminati, *dum, quando, quum*, Job. 22, 20. Pſalm. 59, 16. Prov. 3, 24. Mich. 5, 7. δ) Obſecrandi, *queſo, obſecro.* וְעַתָּה אִם־תִּשָּׂא חַטָּאתָם *Nunc ergo, obſecro, condona peccatum eorum*, Exod. 32, 32. Vid. Gen. 38, 17. 1. Chron. 4, 10. ε) Numeri *Quoties, quotiescunque.* אִם־בָּא אֶל־אֵשֶׁת אָחִיו Quoties *ingrediebatur* ad uxorem fratris ſui, Gen. 38, 9. Vid. Num. 36. 4. Job. 10, 14. Pſalm. 63, 7. Pſalm. 94, 18. III) In *juramentis aut gravioribus adſertionibus* α) ſi imprecationem malam fallenti immittendam omittit, niſi eam ſuppleas, אִם *negationem* infert, per *ut ne, quod non*, exprimendam; אִם־לֹא autem affirmationem involvit, per voculas *profectò, quod*, indigitandam. נִשְׁבַּעְתִּי בְאַפִּי אִם־יְבֹאוּן אֶל־מְנוּחָתִי Juravi in ira mea, *quod non* ingreſſuri ſint in requiem meam, Gen. 14, 23. c. 21, 23. 1. Sam. 24, 22. Jeſ. 22. 14. אִם־לֹא עַל־פָּנֶיךָ יְבָרְכֶךָּ *Profectò* in faciem execrabitur te, Job. 1, 11. Ita quoque Jer. 42, 5. β) Præcedente חַי vel חֵי *Quàm verè vivo* vel *vivit*, אִם idem eſt ac *tàm verè non*; וְחֵי נַפְשְׁךָ אִם־אֶעֱשֶׂה אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *Quam verè vivit* anima tua, *tàm verè* non faciam rem hanc, 1. Sam. 11, 11. vide 1. Sam. 14, 45. 1. Reg. 17, 12. 2. Reg. 2, 2. Jer. 38, 16. Ezech. 14, 19. חַי אָנִי נְאֻם־יְהוָה אִם־לֹא כַּאֲשֶׁר דִּבַּרְתֶּם בְּאָזְנָי כֵּן אֶעֱשֶׂה לָכֶם *Quàm verè vivo ego*, ait Dominus, *tàm verè*, ſicut dixiſtis in auribus meis, (me audiente) ſic faciam vobis, Num. 14, 28. Ita quoque adhibetur, Ezech. 17, 19. IV) *Extra juramenta & graviores adſertiones* אִם־לֹא exprimunt conjunctiones adverſativas, *ſed, verum, aſt*, ſi ſunt ante orationem præcedenti contrariam, Gen. 24. 38. Pſalm. 131, 2. Jer. 22, 6. γ) כִּי־אִם accipiuntur α) adverſativè, pro *ſed, aſt, verum*, Pſalm. 1, 2. 4. Pſalm. 4, 4. β) exceptivè, pro *niſi*, Gen. 28. 17. c. 32, 26. c. 39, 9. Eſth. 2, 14. Jeſ. 55, 10. c. 65, 6.

אוֹם m. *Natio* vel *Populus*, ſic dictus, quod vel ab unâ quaſi matre poſitus ſit, vel unâ lege poſitivâ ſeu ſtatuto comprehendatur. Occurrit ſaltem

Digitized by Google

tem in Plurali אמִים *Nationes*, Pſalm. 117, 1. & אֻמּוֹת Num. 25, 15. Cum Suff. לְאֻמֹּתָם *Iuxta nationes eorum*, Gen. 25, 16. Sæpius non legitur.

לְאֹם m. *Natio; Populus;* ל per Proſtheſin præmiſſô. וּלְאֹם מִלְאֹם יֶאֱמָץ *Sed populus præ populo prævalebit*, Gen. 25, 23. Cum Suff. וּלְאֻמִּי *Et natio mea*, Jeſ. 51, 4. Plur, לְאֻמִּים *Nationes*, Gen. 25, 23.

1) Generatim notat *quamcunque nationem* vel populum, Pſalm. 9, 9. Pſalm. 148, 11. Prov. 14, 34. 2) Speciatim deſignat α) *poſteritatem Jacobi & Eſavi*, Gen. 25, 23. β) *Iſraelitas tantum*, tàm ſecundum carnem, Pſalm. 2, 1. conf. Act. 4, 27. quàm ſecundum Spiritum, Jeſ. 51, 4. γ) *Gentes à proſapiâ & populo Dei alienas, ut* Cananæos, Gen. 27, 29. Pſalm. 44, 3. Pſalm. 105, 44. Ægyptios, Æthiopes & Sabæos, Jeſ. 43, 4. imò quaſcunqve alias ad Chriſtum convertendas gentes, Jeſ. 41, 1. c. 60, 2.

אַמָּה f. *Menſum; Cubitus; Poſtis.* In ſtatu Conſtr. בְּאַמַּת אִישׁ *In cubitô viri*, Devt. 3, 11. Dual. אַמָּתַיִם *Duo cubiti*, Exod 25, 10. c. 31. 1. Plur. אַמּוֹת *Cubiti*, Exod. 26, 16. *Poſtes*, Jeſ. 6, 4.

1) Generatim & vi originis *poſitionem* dicit, & infert, qualicunque ea fiat ratione. 2) Speciatim α) κατ' ἐξοχὴν notat *menſuram*, quâ rei quantitas ponitur & determinatur, Jer. 51, 13. β) *Cubitum*, tùm prout deſignat *brachii partem*, cui poſitæ firmiter innitimur & quâ rei longitudinem menſuramus, Devt. 3, 11. tùm prout denotat *ulnam*, quæ ponit *longitudinem*, quanta eſt à brachii flexu usque ad medii digiti extremitatem. Ita legitur in ſingulari, Gen. 6, 15. 16. c. 7, 20. Exod. 27, 12. 13. 14. 16. c. 38, 13. 14. 15. 18. Num. 35, 4. 1. Reg. 6, 2. 3. 16. 20. c. 7, 2. 6. 15. 31. 32. &c. In Duali, Exod. 25, 10. 17. c. 37, 1. 6. 10. 25. In Plurali, Exod. 26, 16. c. 27, 1. 18. c. 36, 15. c. 38, 1. 18. Devt. 3, 11. 1. Sam. 17, 4. 1. Reg. 6, 10. 23. 24. &c. γ) *Poſtes*, qui ſunt *poſitiones* januæ, quibus ſuperliminare imponitur. Ita ſemel legitur, Jeſ. 6, 4.

אָמָה f. *Ancilla;* quod Dn. Majus deducit ab Arabum אמא *Ancilla evaſit;* vel אמה *initô fœdere vel pactô addixit*, quia ancilla initô de certâ mercede obtinendâ pactô, laborem & fidem domino addicere ſolet, Gen. 25, 10. 13. Cum Suff. אֲמָתִי *Ancilla mea*, Gen. 30, 3, Plur. אֲמָהוֹת *Ancillæ*, Gen. 31, 33. Exod. 2, 6. 22. In Statu Conſtr. לְעֵינֵי אַמְהוֹת עֲבָדָיו In oculis *ancillarum* ſervorum ipſius, 2. Sam. 6, 20. Cum Suff. אַמְהֹתַי *Ancillæ meæ*, Job. 19, 15. אַמְהֹתֵיכֶם *Ancillæ veſtræ*, Devt. 12, 12.

אָמַל *Languidus eſt.* Occurrit ſaltem Particip. Paul F. מָה אֲמֻלָה לִבָּתֵךְ Quam *languidum* eſt cor tuum? Ezech. 16, 30. Pual אֻמְלַל *Languuit, Languidus, Debilis eſt, Languefactus eſt*, pro אֻמַּל, ut pro Dageſch forti Characteriſticô tertia raticalis geminata appareat וְאֻמְלַל כָּל־יוֹשֵׁב בָּהּ *& languefiet* omnis habitans in ea, Hoſ. 4. 3. שַׁדְמוֹת חֶשְׁבּוֹן אֻמְלָל Agri Chesbonis *langvuit*, i. e. *quilibet agrorum Chesbonis languidus factus eſt*, Jeſ. 16, 8. Conf. c. 24, 4.

1) Ge-

Digitized by Google

1) Generatim *virium defectum* importat, ſive *ex parte*, ſive *ex totô*. Unde 2) Speciatim *α*) eſt *languere, infirmari ex defectu ſpirituum, ſucci, aliarumve rerum.* Ita dicitur 1) de *hominibus* ex ſiti & fame langueſcentibus, Hoſ. 4, 3. de Judæis cordis longuorem in vero Dei cultu oſtendentibus, Ezech. 16, 30. de matribus ſobole privatis, quæ ipſis vires vigoremque largiri videbatur, 1. Sam. 2, 5. Jer. 15, 9. 2) de *plantis & arvis*, quæ vel nimio æſtu, vel frigore ingenti *viribus, vigore & ſuccô* privata languent, vel nullum ſui uſum amplius præbent, vel exiguum ſaltem proventum ſuppeditant. Ita languere dicitur *flos*, quando omni ſucco & vigore deſtituitur, Nah. 1, 4. *oleum*, quando exiguus ejus proventus eſt, Joel. 1, 10. *vitis*, quando nullas fert uvas, Jeſ. 24, 7. *ficus*, Joel. 1, 12. *arvum*, quando exſuccum nullum ſui præbet uſum, Jeſ. 16, 8. vel 17. *β*) Eſt *vaſtari, deſtrui, excindi, dirui.* Ita dicitur de *muris*, qui diruti deſtituuntur *viribus* ad ſtandum neceſſariis, Thren. 2, 8. de *portis*, pari ratione, Jer. 14, 2. de *terra*, cujus ſplendor deſtruitur, incolæ in calamitates ingentes incidunt, imò penitus excinduntur, Hoſ. 4, 3.

אֻמְלַל m. *Languidus*, ſucco viribusque deſtitutus, inſtar arborum vel arvorum, quæ vel nimio ſolis æſtu, vel frigoris vi, ſucco omni & viribus exhauriuntur, Pſalm. 6, 3.

אֻמְלָלִים m. pl. *Languidi, viribus exhauſti, infirmi.* Ita ſemel legitur, Neh. 3, 34. vel. c. 4, 2.

אָמַם, unde eſt אֵם *Mater*; אִם *ſi*; אַמָּה *Menſura, Cubitus*, vide ſuperius.

אָמַן *Nutrivit.* In Kal legitur ſaltem Participium & Infinitivus. Scil. P. *Benoni* אֹמֵן *Nutriens*, Eſth. 2, 7. F. אֹמֶנֶת *Nutrix*, Ruth. 4, 16. Part. Paul אֱמֻנִים *Nutriti*, Thren. 4, 5. Infin. בְּאָמְנָה *In nutriri eam*, i. e. *cum nutriretur*, Eſth. 2. 20. Niphal נֶאֱמַן *Verax, verus, certus, firmus, fidus, ſtabilis, confirmatus, geſtatus fuit.* וְנֶאְמַן בֵּיתְךָ *Et firma erit* domus tua, 2. Sam. 7, 16. Part. נֶאֱמָן *Fidus*, Jer. 42, 5. Fut. יֵאָמֵן דְּבָרְךָ *Confirmetur* verbum tuum, 2. Chron. 6, 16. תֵּאָמַנָה *Geſtabuntur*, Jeſ. 60, 4. pro quo, Jeſ. 66, 12. adhibetur תִּנָּשֵׂאוּ. Hiphil הֶאֱמִין *Credidit, Verum, Certum, firmum putavit, fidem adhibuit, Fiſus, Confiſus eſt.* Conſtruitur vel abſolutè, vel intervenientibus particulis, ב, ל, את. הֶאֱמִין אֶת לָהֶם *Credidit illis*, Gen. 45. 26. הֶאֱמִן בַּיהוָה *Credidit Domino*, Gen. 15, 6. Fut. לֹא אַאֲמִין *Non credam*, Job. 9, 16.

1) Generatim videtur inferre *firmum cujuscunque rei amplexum*, quacunque ſe habeat ratione. 2) Speciatim *α*) deſignat *arctum & firmum amplexum nutritii*, quo infantem vel alumnum ſibi concreditum arctè amplectitur, & in ſinu firmiter geſtat. Vid. Coccejus in Lex. Inde redditur *nutrire, educare, in ſinu geſtare.* In *Kal* leguntur ſaltem Participia, *a*) *Benoni*, notans *nutritorem, altorem, educatorem*, vel *nutricem, geſtatricem*, infantem vel alumnum arctè amplectentem, in ſinu firmiter geſtantem, curantem &c. De *illo* Legitur, Num. 11, 12. 2. Reg. 10, 1. 5.

10, 1. 5. Eſth. 2, 7. & Metaphoricè, Jeſ. 49, 23. ubi Reges dicuntur *nutritii Eccleſiæ.* De hâc verò occurrit, Ruth. 4, 16. 2. Sam. 4, 4. *b*) *Paul* ſignificans *nutritum, educatum,* Thren. 4, 5. In *Niphal* autem ſaltem occurrit, Jeſ. 60, 7. ubi idem eſt ac *in ſinu geſtari, à nutricibus apportari.* Conf. Seb. Schmid. in h. l. β) Importat *ejusmodi amplexum, quô aliquid firmum eſt, durat, alteri adhæret* &c. Hinc in Niphal *a*) ſignificat *firmum eſſe* ex mutuo partium complexu, vel alia ratione. Ita dicitur de *locô,* Jeſ. 22, 23. 25. *b*) *Stabile eſſe, in ſuo ſtatu conſiſtere, durare, perſeverare* &c. Ita dicitur 1) de *domo* ac *familiâ,* 1, Sam. 2, 35. c. 25, 28. 1. Reg. 1, 38. . Conf. 2. Sam. 7, 16. vbi quoque dicitur de *regnô.* 2) De *fœdere,* Pſalm. 89, 29. 3) De *incolumitate,* 2. Chron. 20, 20. Jeſ. 7, 9. 4) De *morbis* tenaciter inhærentibus, Devt. 28, 29. *c*) *Fidum* vel *fidelem eſſe;* Ita dicitur 1) de *Deô,* qui promiſſiones ſervat, nec fallere novit, Deut. 7, 9. Jeſ. 49. 7. Conf. Jer. 42, 5. 2) De *homine* mentis candidæ, fideique ſpectatæ, ſincerè alterum amante, eique conſtanter adhærente, &c. tùm in genere, Prov. 11, 13. tum in ſpecie de *Moſe,* Num. 12.7. *Samuele,* 1.Sam.2,35. *Davide,* 1.Sam.22,14. *Abrahamo,* Neh.9.8. de *teſtibus,* Pſalm.89,37. Jeſ.8, 2. de *legato* à præſcripto mittentis non diſcedente, Prov.25,13. Conf. Jeſ.1, 21.26. ubi *Hieroſolyma,* per Metonymiam ſuos incolas deſignans, dicitur *civitas fidelis,* fida, quando Deo, Regi & Sponſo ſuo adhærebat, fidem datam ſervabat; item de *theſaurariis,* qui concreditos ſibi theſauros fideliter cuſtodiunt, Neh.13,13. 3) De *vulneribus* h. e. *de increpationibus amicis,* quæ Metonymicè dicuntur fidelia vel fideles, quatenus ex corde ſincero & ingenio, quod non ſuum, ſed, quod eſt alterius, quærit, proficiſcuntur, & ad emendationem alterius tendunt, Prov. 27,6. 4) De *verbô Dei,* quod fidele atque indubitatum eſt ratione doctrinæ, promiſſionum atque comminationum, Pſ. 19, 8. Pſ.93, 5. 5) De *iride* velut teſte non fallente, Pſ. 89,37.38. *d*) *Verificari,* ita, ut veritas dicti cum facto ipſo appareat, Gen. 42, 20, 1. Reg. 8, 26. 2. Chron. 1, 9. c. 6, 17. γ) In *Hiphil* 1) idem eſt ac *credidit, fiſus eſt, dictis alterius fidem habuit, alterius verbis atque promiſſionibus acquievit atque innixus eſt; Certus atque perſuaſus fuit de aliquâ re in corde ſuo; aliquid pro certo atque indubitatô habuit.* Qui enim credit, firmo amplexu in objectum fertur. In determinandâ autem certâ ſignificatione, obſervanda eſt conſtructionis diverſitas. Scilicet ſi conſtruitur cum Accuſativo, vel jungitur verbo intercedente כִּי, vel Infinitivo nudo, vel cum ל præmiſſo, eſt *firmiter aliquid credere, pro certô ac verô aliquid habere, de aliquâ re certum ac perſuaſum eſſe,* ut Jud. 11, 20. *Sibon* dicitur non crediſſe, Iſraelitas terram ſuam tranſituros eſſe, ſed putavit firmiter, eos in ea ſedem fixuros. Ita quoque legitur, Job. 9, 16. Thren. 4, 12. In hac autem ſignificatione indigitat tam *fidem* ſeu *fiduciam,* quàm ejus *fundamentum, argumenta, rationes, perſuaſiones* &c. Job. 15, 22. c. 20, 31. Vid. Schmid. in ll. cc. Huc refer, Pſalm. 27, 13. Sin verò conſtruitur interveniente ל vel ב, notat

notat *alicui credere, fidem habere*, e. g. *homini* ejusque dictis, Gen. 45, 26. Exod. 4, 1. 8. c. 19, 9. 1. Reg. 10, 7. 2. Chron. 20, 20. *Deo, ejusque verbis*, ita, ut non ſolum *perſuaſionem*, ſed etiam *fiduciam atque ſpem* involvat, adeo, ut homo Dei promiſſis ac gratiæ acquieſcat atque innitatur, Gen. 15, 6. Exod. 14. v. ult. Pſalm. 106, 12. Pſalm. 119, 66. Jon. 3, 5. Conf. Jeſ. 28, 16. ubi notat *fidem juſtificantem* in Meſſiam. *Negative* adhibetur, Num. 20, 12. Devt. 9, 23. 2. Reg. 17, 14. Pſalm. 78, 22. 2) Notat *fidere*, Job. 4, 18. c. 15, 15. ubi Deus dicitur *non fidere in Angelis ſuis*, quod ſint juſti præ ipſo. 3) Per Metonymiam antecedentis pro conſequente eſt *curare*; qui enim rem credit, eam curat, Job. 39, 2.

אָמָּן m. *Artifex*, quaſi artis *nutritius* dictus, vel quaſi *firmus* in arte, juxta Buxtorff. Legitur ſaltem Cant. 7, 1.

אָמֵן m. *Veritas; Amen.* אֱלֹהֵי אָמֵן *Deus veritatis*, i. e. *verax*, Jeſ. 65, 16.

1) Generatim & vi originis notare videtur *id, quod firmiter amplectendum.* 2) Speciatim α) notat *veritatem*, quæ firmiter amplectenda. Bis legitur. Jeſ. 65, 16. ubi Deus dicitur. אֱלֹהֵי אָמֵן *Deus veritatis*, i. e. *verax in promiſſionibus olim de Chriſto & ejus beneficiis factis, & æternum implendis*. Vid. Seb. Schmid. β) Abit in particulam, notans, *ita, omninò, reverâ, certò* &c. eſtque 1) *affirmantis, approbantis & aſſentientis*, quam LXX. reddunt γένοιτο *firmum, ratum, verum eſto, quod dictum vel auditum eſt*, verè fiat, Devt. 27, 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 27. 1. Reg 1, 36. 1. Chron. 16, 36. Neh. 5, 13. 2) *voventis*, Jer. 28, 6. Geminatio hujus voculæ *adſeverationem* vel *vehementiam & ardorem voti intendit*, q. d. *Ah fiat! Ita fiat! Utique eveniat!* Num. 5, 22. Neh. 8, 6. Pſalm. 41, 14. Pſalm. 72. 19. Pſalm. 89, 52. Pſalm. 106, 48. Plura vide apud Glaſſ. in Gram. S. lib. 3. Tr. 5. p. 715. ſeqq.

אָמוֹן m. *Nutritius; Alumnus; Filius* in ſinu geſtatus, Prov. 8, 30. Legitur adhuc ſemel, Jer. 46, 25. Sed in determinanda ibi ſignificatione Interpretes variant. Chaldæo & Vulgato notat *tumultum*; R. Salomoni שַׂר *Principem*, & D. Kimchio מֶלֶךְ *Regem*. Omnium forte optimè dixeris, eſſe ſaltem partem nominis proprii Conditoris, qui deinde ab incolis tanquam Gentilibus in numerum Deorum relatus fuit; unde apud profanos eſt *Jupiter Ammonius*. Vid. Seb. Schmid. in l. c.

אֵמוּן *Fides, Fidelitas*, Devt. 32, 20. Plur אֱמוּנִים *Fidelitates*, Pſalm. 31, 24. *Fideles*, Pſalm. 12, 2.

1) Generatim *relationem amplexus & adhaſionis quacunque infert notione.* 2) Speciatim α) Subſtantivè notat 1) *fidem*, quâ homo fertur in Chriſtum, promiſſionesque divinas amplectitur, ſibi applicat, & velut iis, quibus deceptio ſubeſſe nequit, tenaciſſimè adhæret, Jeſ. 26, 2. 2) *fidelitatem*, qua quis tàm in verbis, quàm in factis candorem amplectitur, omnemque fucum, ſimulationem, hypocriſin atque deceptionem fugit. Ita *Deus* dicitur cuſtodire *fidelitates*, quia ab ipſo ipſiusque verbis longiſ-
ſimè

Digitized by Google

ſimè abeſt omnis fucus, ſimulatio atque deceptio, Pſalm. 31, 24. Similiter dicitur de *hominibus*, ſe pro conſcientiæ ratione tum erga Deum tum erga proximum fidos, candidos atque ingenuos gerentibus, ut de *legato*, Prov. 13, 17. de *teſte*, Prov. 14, 5. de *viro*, Prov. 20, 6. β) Adjectivè & in concreto notat *fideles*, 2. Sam. 20, 19. Conf. Pſalm. 12, 2.

אֹמֶן m. *Firmitas*; *Certitudo.* Semel legitur in Singulari, Jeſ. 25, 1. אֱמוּנָה אֹמֶן *Veritas (tua eſt) certitudo*, i. e. *certiſſima*. Plur. אֹמְנוֹת *Columnæ*, amplectentes & ſuſtinentes, quæ imponuntur. Semel legitur, 2. Reg. 18 16.

אֱמוּנָה f. *Firmitas*; *Veritas*; *Fides*; *Fidelitas* וַיְהִי יָדָיו אֱמוּנָה Ut manus ejus eſſent *firmitas*, i. e. *firma*, Exod. 17, 17. מִצְוֹתֶיךָ אֱמוּנָה Præcepta tua ſunt *fidelitas*, i. e. *fideliſſima*, Pſalm. 119, 86. In Statu Conſtr. אֱמוּנַת עִתֶּיךָ *Fides* temporum tuorum, Jeſ. 33, 6. Cum Suff. אֱמוּנָתוֹ *Fides ejus*, Pſalm. 100, 5. Sed 1. Sam. 26, 23. אֱמֻנָתוֹ per alternationem. Plur. אֱמוּנוֹת *Fidelitates*. אִישׁ אֱמוּנוֹת *Vir fidelitatum*, i. e. *maximè fidelis*, Prov. 28, 20.

1) Generatim Coccejo ſignificat *relationem ſuſtinentis & adhærentis*. 2) Speciatim α) ſignificat *firmitatem*, quâ res aliqua ſuſtinetur. Ita dicitur de *firmitate* manuum Moſis, quas Aaron & Hur ſuſtinebant, Exod. 17, 12. β) *Veritatem*, א) prout opponitur *falſitati & mendacio*. Ita tribuitur 1) *Deo*, prout mentiri neſcit, & conſtans eſt in dicendo vero, ſervandisque promiſſis, Pſalm. 40, 1. Pſalm. 88, 12. Pſalm. 89, 2. 3. 6. 15. 50. Pſalm. 92, 3. Pſalm. 119, 90. Pſalm. 143, 1. Thren. 3, 23. conf. Pſalm. 33, 4. ubi dicitur *omne opus ejus eſſe in veritate*, i. e. convenire cum ejus promiſſionibus & comminationibus. 2) *Dei verbo*, vel doctrinæ in eo contentæ, quia verum Deum, verumque Dei cultum docet hominem, eique veritatem & ingenuitatem ab omni mendacio & fuco alienam commendat, Pſalm. 119, 30. 86. 138. Dan. 8, 12. 3) *homini*, qui verba cum re convenientia loquitur, Prov. 12, 17. 22. ב) Prout opponitur *injuſtitia*, ita, ut deſignet juſtitiam *conſtantem & ſolidam*, quia, ut Flacius judicat, veritas & ſinceritas juſtitiæ fundamentum ſunt, ſicut è contrario injuſtitiæ exercendæ mendacia, fraudes, ſimulationes & diſſimulationes inſerviunt & adhibentur, Pſalm. 37, 3. Neh. 9, 33. γ) *Fidem*, prout deſignat 1) *fidem credentis juſtificantem & ſalvificam*, in charitate operoſam, quæ perſonam & opera Deo grata reddit & accepta, Glauben/ Jeſ. 33, 6, Jer. 5, 1. 3. 28. c. 9, 2. vel 3. Hoſ. 2, 22. Hab. 2, 4. 2) *fidelitatem atque ingenuitatem*, Treue/ tribuiturque tum *Deo*, prout promiſſa hominibus data ſanctè præſtat, Devt. 32, 4. Pſalm. 89, 25. Jeſ. 11, 5. & afflictorum ſalutem intendit, Pſalm. 119, 75. tum *homini*; qui ingenuitatem fuco carentem in ſermonibus, actionibus, & converſationibus ſectatur, Prov. 28, 20. & in concreditis fidum ſe præſtat, 2. Reg. 12, 16. c. 22, 7. 2. Chron. 34, 12. 3) *bonam conſcientiam*, 1. Chron. 9, 22. 2. Chron. 19, 9.

אֲמָנָה f. *Firmitas; Fœdus*, Neh. 9,38. vel c. 10,1. *Cura, Inſpectio, Decretum*, Neh. 11,23. Sed 2. Reg. 5,12. eſt nomen *fluvii*, & Cant. 4, 8. eſt nomen *montis*.

אָמְנָה f. *Veritas*; ſed adverbiaſcit, notans *verè, reverà*, nec niſi bis legitur, Gen. 20,12. Joſ. 7,20. Sed Eſth. 2. 20. idem eſſe videtur ac *cura, cuntela, educatio*, etiamſi ſpectari poſſit ut Infinitivus cum ה Paragogico.

אָמְנָם m. *Veritas*, eorum ſcil. quæ dicuntur, vel dicta ſunt, Ruth. 3,12. Job. 12,2. Sed ſæpius adverbiaſcit, notans *verè, reverà, certò*, adhibeturque in confirmatione alicujus rei ab omni dubio liberandæ, ut audiens eam firmo amplectatur adſenſu, 2. Reg. 19,17. Job. 9,2. c. 19,4. c. 34, 12. c. 36,4. Jeſ. 37,18. הַאֻמְנָם Cum ה interrogativo, & per alternationem vocalium (ָ katuph) & (ֻ) *num omnino? num revera?* legitur, Num. 22,36. 1. Reg. 8,27. 2. Chron. 6,18. Pſalm. 58,2.

אַמְנוֹן m. *Amnon*, nomen proprium filii Davidis, ab Abſalomo ob conſtupratam ſororem interemti, 2. Sam. 13,14. 28. Deſignat veracitatis & ſinceritatis ſtudioſum. Alium ejusdem nominis vide, Eſr. 2,57. Neh. 7,59.

אֱמֶת f. *Firmitas; Veritas; Fidelitas*; pro אֱמֶנֶת, per Syncopen litera נ concisâ, quæ accedente incremento finali reaſſumitur, & cum (ְ) quieſcente notata iterum tollitur, facta ejus compenſatione per Dageſch forte ſequenti literæ ת impreſſum. בַּאֲמִתֶּךָ *In veritate tua*, Pſalm. 54,7. עֵד אֱמֶת *Teſtis veritatis*, i. e. *verax*, Jer. 42,5.

1) Generatim eſt ejusdem cum אֱמוּנָה ſignificatus. 2) Speciatim α) notat *firmitatem, conſtantiam ac ſtabilitatem rei*. Ita Prov. 11,18. שֶׂכֶר אֱמֶת *Merces veritatis*, eſt *merces conſtans, firma, ſtabilis*. Et Jer. 14,13. שְׁלוֹם אֱמֶת *Pax veritatis* eſt *pax conſtans ac ſtabilis*. β) *Veritatem*, ſive referatur ad *rem ipſam*, ſive ad *ſermonem*. Inde deſignat 1) *Veritatem in eſſendo*, prout dicit convenientiam eſſentiæ *rei* ineſſe debitæ vel convenientiam *nominis* cum re. Ita 2. Chron. 15,3. Jer. 10,10. *Deus* dicitur *Deus veritatis*, i. e. *Deus verus, verè & naturâ talis*, in oppoſitione ad *Deos gentilium* λεγομένους, qui verè & naturâ Dii non ſunt. Huc referunt quidam, quando combinatur cum חֶסֶד *Benignitas*, ita ut חֶסֶד וֶאֱמֶת *Benignitas & veritas*, deſignet *benignitatem verè talem, verum, certam*, ו omiſsô, & poſteriori nomine in Genitivô enunciato, poſtea verò in Adjectivum mutato, Gen. 42,49. c. 47,29. 2. Sam. 2,6. c. 15,20. Joſ. 2,14. 2) *Veritatem in dicendo*, prout dicit convenientiam *ſermonis* cum *re*, ſive ore proferatur, ſive ſcripto exprimatur. Ita tribuitur 1) *Deo*, qui mentiri neſcit, fideliſque eſt in ſervandis promiſſis, & conſtans in implendis comminationibus, Pſalm. 30,10. Pſalm. 31,6. Pſal. 43,3. Pſalm. 57,11. Pſalm. 54,7. Pſalm. 71. 22. Pſalm. 91,4. Pſalm. 107, 11. Pſalm. 132,11. Pſalm. 146,6. Jeſ. 38,18. Conf. Exod. 34,6. Pſalm. 25,10. Pſalm. 40,11. Pſalm. 61,8. Pſalm. 68,5. Pſalm. 89,15. ubi combina-

Digitized by Google

binatur cum חֶסֶד *Benignitas.* b) *Dei verbo*, quod ab omni mendacio eſt alienum, & infallibilem veritatem continet, quæ homini ſalvando cognitu eſt neceſſaria, ejusque animum contra errores præmunire poteſt, Pſalm. 19, 10. Pſalm. 119, 43. 142. 151. 160. Conf. Mal. 2, 6. Neh. 9, 13. ubi *lex veritatis* eſt doctrina vera ac ſincera, nullis hominum commentis & traditionibus vitiata; Et Pſalm. 25, 5. Dan. 8, 12. ubi *veritas* Dei *verbum* denotat. c) *Homini, ejusque verbis*, 2. Chron. 9, 5. c. 18, 15. Jer. 9, 3. vel 4. Zach. 8, 16. ut *teſti*, rei veritati nil addenti, nihil detrahenti, Prov. 14, 25. Conf. Prov. 12, 19. ubi tribuitur *labiis*. 3) *Veritatem juſtitiæ*, qua quis juſtè agit & operatur. אִם־בֶּאֱמֶת וּבְתָמִים עֲשִׂיתֶם עִם־יְרֻבַּעַל *Si in veritate & integritate egiſtis cum Jerubbaal*, i. e. *juſtè & integrè*, Jud. 9, 15. 16. 19. Vid. Exod. 18, 21. Zach. 8, 16. Inde dicitur de *judicio juſtó*, quod ſine perſonarum reſpectu exercetur, Mich. 7, 9. Conf. Pſalm. 51, 8. ubi deſignat *juſtitiam & ſanctitatis in lege divina præceptæ ſtudium.* Hinc *in veritate ambulare dicuntur*, qui juſtitiæ & ſanctitatis ſtudium ſectantur, 1. Sam. 12, 24. 1. Reg. 2, 4. 2. Reg. 20, 3. Jeſ. 38, 3. Sed Pſalm. 26, 3. Pſalm. 86, 11. In *veritate Dei* ambulare dicitur, qui Dei verbo, in quo limites credendorum & agendorum accuratè præfiniti ſunt, convenienter vivit & operatur. Pſalm. 26, 3. Pſalm. 86, 11. γ) Denotat *candorem, ſinceritatem & conſtantiam dictorum & factorum omni dolo ac circumventione carentem*, 1. Sam. 12, 24. 1. Reg. 3, 6. Pſalm. 85, 11. Pſalm. 145, 18. Hoſ. 4, 1. Huc refert Coccejus, Jud. 9, 15. 16. 19. Sed, judice Seb. Schmidio, rectius refertur ad ſignificationem *juſtitiæ.* δ) Significat *rectitudinem*, e. g. *viæ*, Gen. 24, 48.

אָמַץ *Fortis, Robuſtus fuit; Corroboratus fuit.* אָמְצוּ מִמֶּנִּי *Robuſti ſunt præ me*, 2. Sam. 22, 18. Imper. אֱמָץ *Robuſtus eſto*, Joſ. 1, 6. חִזְקוּ וְאִמְצוּ *Robuſti & fortes eſtote*, Devt. 31, 6. Piel אִמֵּץ *Robuſtum fecit, Roboravit, Corroboravit, Firmavit, Obfirmavit.* וְאִמֵּץ אֶת־לְבָבוֹ *Et obfirmaverat* cor ipſius, Devt. 2, 30. Part. אִישׁ דַּעַת מְאַמֶּץ כֹּחַ *Vir ſcientiæ*, h. e. qui inſtructus eſt dextera rerum tàm ſcibilium, quàm agilium notitia, *corroborat vires*, Prov. 24, 5. Hiphil הֶאֱמִיץ *Firmavit, Corroboravit, Confirmavit, Obfirmavit*, ſed ferè intranſitivè capitur, pro *robuſtum eſſe, roborari, obfirmari.* Fut. וְיַאֲמֵץ לִבֶּךָ *Et confirmabit* cor tuum, Pſalm. 27, 14. Hithpael הִתְאַמֵּץ *Roboravit, Firmavit, Corroboravit ſe.* הִתְאַמֵּץ לַעֲלוֹת *Roboravit ſe, contentiſſimis viribus uſus eſt*, ut conſcenderet *currum*, 2. Chron. 12, 18. Part. מִתְאַמֶּצֶת *Roborans ſe*, Ruth. 1, 18.

1) Generatim notat *virium contentionem*, quanquam pro diverſitate conjugationum diverſimodè. 2) Speciatim α) in Kal notat *contentis viribus eſſe vel agere; Robuſtum, Fortem eſſe; Prævalere.* Ita transfertur 1) ad *corporis vires, externamque poteſtatem*, quibus alius alteri prævalet, Gen. 25, 23. ubi dicitur natio nationi prævalere; 2. Sam. 22, 18. Pſalm. 18, 18. Pſalm. 142, 7. ubi tribuitur hoſtibus Davidis; 2. Chron. 13, 18. ubi di-

Digitized by Google

dicitur de Judæis victoribus. 2) ad *animi ſtrenuitatem & fortitudinem*, in oppoſitione ad *animi mollitiem* ex timore *difficultatis*, *impedimenti* atque *periculi* ortam; In qua ſignificatione combinatur cum חזק, adhibeturque ſæpe in excitationibus *ad animi ſtrenuitatem & fortitudinem præſtandam* &c. Devt. 31, 6. 7. 23. Joſ. 1, 6. 7. 9. 18. c. 10, 25. 1. Chron. 22, 13. c. 28, 20. 2. Chron. 32, 7. Sæpius in Kal non occurrit. β) In Piel ſignificat *robuſtum* vel *durum reddere*, *firmare*, *roborare*, *corroborare*, opponiturque *diffluxui rerum liquabilium*, aut *ruinæ partium non firmiter cohærentium*, inditaque virtute privatarum &c. Unde non ſolum ad corpus animumque hominis, ſed etiam ad res alias transfertur; Scilicet ad deſignandam 1) corroborationem *genuum labaſcentium*, novarumque virium largitionem, Job. 4, 4. Jeſ. 35, 3. item firmationem brachii, Prov. 31, 17. 2) *Obfirmationem cordis*, alioquin fluxi & timidi, ad confidentiam, Devt. 2, 30. c. 3, 28. item *ejus indurationem* ad *malum*, 2. Chron. 36, 13. & *immiſericordiam* erga egenos, quorum miſereri oportebat, Devt. 15, 7. 3) *Firmationem nubium*, ne decidant, Prov. 8, 28. idoli in templo erecti, ne concidat, Jeſ. 44, 14. templi ruinoſi, ne corruat, 2. Chron. 24, 14. virium, Prov. 24, 5. Am. 2, 14. Nah. 2, 2. 4) *Confortationem regni & ſtatus*, contra adverſariorum inſultus & impetus, 2. Sam. 15, 12. 2. Chron. 11, 16. Pſalm. 89, 22. γ) In Hiphil ferè intranſitivè capitur, ſed cum emphaſi, ad *deſignandum animi ingens robur, & conſtantiam immobilem*, Pſalm. 27, 14. Pſ. 31, 25. δ) In Hithpael notat *ſe corroborare, & contentis viribus agere*, 1. Reg. 12, 18. 2. Chron. 10, 18. c. 13, 7. *ſe obfirmare ad aliquid*, Ruth. 1, 8. Sæpius non occurrit in Hithpael.

אַמִּיץ m. *Firmus, Robuſtus, Fortis, contentis viribus agens*; tribuitur α) *Deo*, qui infinitate roboris & virium eſt potentiſſimus atque fortiſſimus, Job. 9, 4. 19. Jeſ. 28, 2. β) *Homini*, qui contentis viribus agit, & fortem ſe gerit, Am. 2, 16. γ) *Conjurationi firmæ*, quæ magis, magisque invaluit, 2. Sam. 15, 12.

אָמוֹץ m. *Amotz*, nomen proprium Patris Jeſaiæ, deſignans *fortem, robuſtum*, Jeſ. 1, 1.

אֹמֶץ m. *Robur*. Saltem extat Job. 17, 9. יֹסִיף אֹמֶץ *Addet robur*, i. e. *magisque ſe confirmabit*.

אַמְצָה f. *Robur*; Saltem legitur, Zach. 12, 5.

אֲמֻצִּים m. pl. *Robuſti*, Zach. 6, 3. & per alternationem (ֻ) & (ַ) אֲמֻצִּים Zach. 6, 7. Rabbinis idem eſt ac חֲמֻצִים *tincti*, h. e. ut Coccejus interpretatur, *maculis rubris in albo conſperſi*. R. Sal. liberè fatetur, incertum eſſe, quid ll. cc. ſignificet vox אמצים.

מַאֲמַצִּים m. pl. *Robora*. Semel occurrit in Statu Conſtr. Job. 36, 19 מַאֲמַצֵּי כֹחַ *Robora virtutis* i. e. *maximæ vires & ingens robur*.

אָמַר *Dixit, Locutus eſt*. Conſtruitur intercedente ל, אל vel על; Quandoque etiam abſolutè ponitur. אָמַר לִי *Dixit* mihi, Gen. 20, 5. אָמַרְתִּי אֲלֵיכֶם *Dixi ad vos*, Exod. 23, 13. Infin. אֱמֹר *Dicere*, Exod. 21, 5.

10, 14. אָן הֲלַכְתֶּם *Quò*, vel *ad quem locum abiiſtis?* 2) Si conſtruitur cum Præpoſitione מ, ſignificans *ex quô loco? undenam?* מֵאָן גֵּחֲזִי *Ex quo loco?* vel *undenam Gehaſi?* 2. Reg. 5, 25. β) *Temporis*, ſi conſtruitur cum עַד, denotans *quando? quamdiu? quouſque?* עַד־אָן תְּמַלֶּל־אֵלֶּה *Quouſque quamdiu loqueris talia?* Job. 8, 2.

אָנָה cum ה locali, נ quandoque dageſchatô, ad compenſandam literam abjectam. 1) Semel poſitum, exprimit Adverbia α) *Loci, ubi?* Jeſ. 10, 3. *quo? quorſum?* tùm interrogativè, Gen. 37, 30. Devt. 1, 28. Jud. 19, 17. 2. Sam. 2, 1. 2. Reg. 6, 6. Cant. 6, 1. Jer. 15, 2. Ezech. 21, 21. Zach. 2, 6. c. 5, 10. conf. Pſalm. 139, 7. ubi negandi vim obtinet. Ita quoque 2. Sam. 13, 13. tùm non-interrogativè, Joſ. 2, 5. Neh. 2, 16. β) *Temporis*, ſi conſtruitur cum עַד, notans *quando?* Job. 18, 2. *quamdiu? quouſque?* Exod. 16, 28. Num. 14, 11. Joſ. 18, 3. Job. 19, 2. Pſalm. 13, 2. 3. Pſalm. 62, 4. Jer. 47, 6. Hab. 1, 2. γ) *Obſecrandi*, nempe *obſecro, quæſo*, Gen. 50, 17. Exod. 32, 31. 2. Reg. 20, 3. Jeſ. 38, 3. Jon. 1, 14. II) *Repetitum* in eadem ſententia ſine interrogatione, locorum diverſitatem innuit, ſignificans, *huc aut illuc.* לֹא הָלַךְ עַבְדְּךָ אָנֶה וָאָנָה *Non ivit ſervus* tuus *huc aut illuc*, 2. Reg. 5, 25. Ita quoque 1. Reg. 2, 36. 42.

אָנָה: *Mæſtus fuit; Luxit.* אָנוּ *Mæſti ſunt, mærent*, Jeſ. 3, 26. c. 19, 8. Piel אִנָּה *Tradidit, Obvium dedit, Objecit*, Exod. 21, 13. Pual אֻנָּה *Obtigit, Incurrit.* Fut. לֹא־יְאֻנֶּה לַצַּדִּיק כָּל־אָוֶן *Non obtinget juſto* ullum infortunium, niſi ſcil. illa permiſſio majorem, vel Dei gloriam, vel juſti hominis aliorumve commoditatem poſt ſe trahat, Prov. 12, 22. לֹא־תְאֻנֶּה אֵלֶיךָ רָעָה *Non incurret* in te malum, Pſalm. 91, 10. Hithpael הִתְאַנָּה *Occaſionem quæſivit.* Part. מִתְאַנֶּה *Occaſionem quærens*, 2. Reg. 5, 7.

1) Generatim non nemini videtur *notare miſeram, infelicem & funeſtam conditionem.* Inde 2) Speciatim α) in Kal eſt *mærere, lugere*, quia, qui mœrent ac lugent, miſeram atque infelicem conditionem ſentiunt ac patiuntur, Jeſ. 3, 26. c. 19, 8. β) In Piel ipſi notat *infeliciter obvenire fecit*, Exod. 23, 13. Unde in Pual notat *obvenire, obtingere, incurrere*, diciturque de eô, quô hominis conditio redditur infelix, miſera atque funeſta, Pſalm. 91, 10. Prov. 12, 21. γ) In Hithpael notat *occaſionem quærere* vel *captare*, alterius conditionem miſeram atque funeſtam reddendi, 2. Reg. 5, 7. Sæpius non legitur.

אֳנִי c. *Navis, Claſſis.* Guſſetio eſſe videtur ab אָן *quo?* quia ad omnia itinera, & omnia loca navis indeterminata, & *quò* vadat illa ſemper, ut ignarus quærere potes, & ipſa te, quò illam ire velis, rogare. Sed optimè deduci poteſt à R. אנה, non ſolum, quia *navis* remis impellitur, & per *naves* longè diſſiti ſibi invicem occurrunt; ſed etiam, quia navigantium miſera eſt conditio, *tum* ob victum, *tum* ob præſentiſſima pericula. Notat autem 1) *navem*, ædificium tranſitui maris accommodum, Jeſ. 33, 21. 2) Collectivè notat *Claſſem*, eine Flotte/ 1. Reg. 10, 22.

אֳנִיָּה f. *Navis.* Rationem etymi vide in אָנִי. Plural. אֳנִיּוֹת *Naves*, Gen. 49, 13. Notat autem *α*) *navem*, ædificium tranſitui maris aptum, Prov. 30, 19. Jon. 1, 3. 4. 5. β) Metonymicè *eos*, qui navibus vehuntur, Jeſ. 23, 1. 10. 14.

אֲנִיָּה & תַּאֲנִיָּה f. *Mœror*, ob miſeram & funeſtam conditionem, in quam aliquis detruſus eſt. Combinantur, Jeſ. 29, 2. & Thren. 2, 5. Amplius non leguntur.

תֹּאֲנָה f. *Occaſio*, funeſta, quâ miſera redditur alterius conditio. Semel legitur, Jud. 14, 4.

תַּאֲנָה f. *Occaſio* vel *Impetus.* Saltem extat Jer. 2, 24.

אָנַח In Kal non legitur. Niphal נֶאֱנַח *Gemuit, Ingemuit, gemebundus ſuſpiravit.* נֶאֱנָחוּ *Ingemiſcent*, Jeſ. 24, 7. Part. נֶאֱנָח *Ingemiſcens*, Ezech. 21, 12. Fœm. נֶאֱנָחָה Thren. 1, 8. וּבִמְרִירוּת תֵּאָנַח *Et cum amaritudine ingemiſce*, Ezech. 21, 12.

1) Generatim notat *graviter ingemiſcere* ob grave aliquod malum, *ſive* ſit præſens, *ſive* ſit futurum. 2) Speciatim *α*) tribuitur *hominibus* ex magno intimoque cordis dolore, graviter ingemiſcentibus ob gravia mala, quæ accidunt, e. g. ob graviſſimum ſervitium & onera immenſa, Exod. 2, 23. tyrannicum imperium impii, Prov. 29, 2. vaſtationem horrendam, Jeſ. 24, 7. Ezech. 21, 11. 12. Thren. 1, 4. 8. 11. 21. abominationes Judæorum ingentes, Ezech. 9, 4. β) *Beſtiæ famelicæ* ob defectum paſcui, Joel. 1, 18. Sæpius non legitur.

אֲנָחָה f. *Gemitus.* Cum Suff. אַנְחָתִי *Gemitus meus*, Pſalm. 102, 6. יָגַעְתִּי בְּאַנְחָתִי *Feſſus ſum in anhelitu meo*, Pſalm. 6, 7. Plur. אַנְחֹתַי *Gemitus mei*, Thren. 1, 22. Decies legitur; ubique autem deſignat *gemitum graviorem*, qui ex ingenti cordis dolore vel compreſſione enaſcitur, ita, ut præ tali cordis dolore aut mœrore reſpiratio difficilis reddatur, vel acceleretur, totumque corpus emacietur. Præter loca citata vide Job. 3, 23. c. 23, 2. Pſalm. 31. 11. Pſalm. 38, 10. Jeſ. 20, 2. c. 35. 10. c. 51, 11.

אֲנִי & in Pauſa אָנִי item אָנֹכִי c. *Ego.* Plur. אֲנַחְנוּ, & per Aphæreſin נַחְנוּ *Nos.* Includit ſignificationem verbi Subſtantivi, ſi Subſtantivis præmittitur; alias etiam pro ipſo verbo Subſtantivo ponitur. אֲנִי אֵל *Ego ſum Deus*, Gen. 17, 1. Ita quoque, Lev. 11, 44. 45. קָדוֹשׁ אָנִי *Sanctus ego*, i. e. *ſum*, Lev. 11, 45. עֵירוֹם אָנֹכִי *Nudus ego*, i. e. *ſum*, Gen. 3, 10. כֻּלָּנוּ בְּנֵי אִישׁ־אֶחָד נָחְנוּ כֵּנִים אֲנַחְנוּ Omnes nos filii viri unius *nos*, i. e. *ſumus*, honeſti *nos* i. e. *ſumus*, Gen. 42, 11.

אֲנָךְ m. *Perpendiculum.* Bis ſaltem legitur, Am. 7, 7. 8.

אָנַן *Mœſtus fuit*, *Luxit.* In Kal in ſacris non legitur. In Hithpael הִתְאוֹנֵן *Ex mœrore queſtus, quiritatus eſt.* Bis legitur. Fut. יִתְאוֹנֵן *Conqueritur*, Thren. 3, 39. Part. כְּמִתְאֹנְנִים *Sicut quiritantes*, Num. 11, 1. ubi Bechai f. 161. c. 3. l. 16. ex inverſo (deſtructionem mundi ejuſ-

אֵילָם m. *Porticus.* In Singulari non legitur. Plur. אֵילַמִּים *Porticus*, Dageſch forti ultimæ radicali impreſſo. Cum Suff. אֵילַמָּו *Porticus ejus*, Ezech. 40, 22. 24. 26. 29. 31. 33. 34. 36. pro אֵילַמָּיו, litera י Suffixi per Syncopen conciſa. Fœm. אֻלַמּוֹת *Porticus*, Ezech. 40, 16. 30.

אוּלָם *Ligationem* vi etymi dicit; abit autem in *particulam*, quacunque ratione eam inferens, eſtque α) *adſertiva*, notans *certè*, *profectò*, *quin imò*, Num. 14, 21. Job. 13, 3. β) *adverſativa*, ſignificans *ſed*, *tamen*, *veruntamen*, Job. 2, 5. c. 5, 8.

אֲלֻמָּה f. *Manipulus*, *Faſciculus*, à *ligando*, vel *colligando* ſic dictus. Cum Suff. אֲלֻמָּתִי *Manipulus meus*, Gen. 37, 7. Plural. אֲלֻמּוֹת *Manipuli.* Cum Suff. אֲלֻמֹּתֵיכֶם *Manipuli veſtri*, Gen. 37, 7. נֹשֵׂא אֲלֻמֹּתָיו *Portans manipulos*, *mergetes ſuos*, Pſalm. 126, 7. M. אֲלֻמִּים *Manipuli*, Gen. 37, 7. Sæpius non legitur.

אַלְמָן m. *Viduus*, quem luctus ita *ligat*, ut obmuteſcat. Semel legitur, Jer. 51, 5. ubi Seb. Schmidius in Comment. potius *Filium* Patre orbum & deſtitutum notare autumat.

אַלְמָנָה f. *Vidua*; ſic dicta, quod velut luctus magnitudine & gravitate *colligata* obmuteſcat; vel, ſi Arabiſmum ſpectas, ubi אלם ſignificat *doluit*, *dolore affectus eſt*, *afflictus*, *paſſus fuit*, ſic vocata, quod ſit *fœmina dolens*, *afflicta*, *perſecutiones patiens.* אִשָּׁה אַלְמָנָה *Mulier vidua*, 2. Sam. 14, 5. 1. Reg. 11, 26. Plur. אַלְמָנוֹת *Viduæ.* Exod. 22, 23. Cum Suff. אַלְמְנֹתָיו *Viduæ ejus*, Job. 27, 15.

1) Generatim & vi etymi notat *ligatam*, quacunque ſe ratione ita habeat. 2) Speciatim α) notat *viduam*, mulierem marito orbam, quæ linguæ quaſi vinculo *ligata*, pro jure ſuo tuendo loqui nequit, ob luctus gravitatem obmuteſcit, & perſecutiones ab improbis patitur. Unde *viduæ cauſam agere* inter opera charitatis refertur, Jeſ. 1, 17. Cæterum ſic legitur, Gen. 38, 11. Lev. 21, 14. c. 22, 13. Num. 30, 10. 2. Sam. 14, 5. 1. Reg. 17, 9. 10. Pſalm. 109, 9. &c. β) Impropriè 1) per Metaphoram tribuitur *regioni* vel urbi, quæ Rege vel Principe, incolis atque civibus ſuis deſtituta orbitatem ſuam deplorat, Jeſ. 47, 8. conf. Thren. 1, 1. 2) Per Synecdochen *viduæ & orphanus* notant *quosvis afflictos & ærumnoſos*, Exod. 22, 21. Devt. 10, 18. c. 27, 19. Prov. 23, 10.

אַלְמוֹן m. *Viduitas.* Legitur ſaltem Jeſ. 47, 9. & quidem Metaphoricè deſignans *Babyloniæ deſolationem.*

אַלְמְנוּת f. *Viduitas*, quæ α) *propriè* notat *ſtatum*, quô mulier, quæ maritata fuit, marito orba eſt, Gen. 38, 14. 19. 2. Sam. 20, 3. β) Metaphoricè tribuitur *Eccleſiæ*, graviſſimas patienti afflictiones, quarum tempore Meſſiæ oblitura erat, Jeſ. 54, 4.

אַלְמֹנִי *Almoni*; vox ficta, quâ vel *homo*, vel *locus* inſignitur, cujus proprium nomen reticemus, & reticendo quaſi ligamus, ne audiatur & per-

percipiatur. De *homine* legitur Ruth. 4, 1. de *loco* autem 1. Sam. 21, 2. 2. Reg. 6, 8.

אָלַף *Aſſuetus eſt, Didicit;* apud Arabes *Aſſuetus, familiaris, neceſſitudine & familiaritate conjunctus fuit, Copulatus eſt.* In Kal legitur ſaltem Fut. תֶּאֱלַף *Diſcas,* Prov. 22, 25. Piel אִלֵּף *Diſcere fecit, docuit.* Ter legitur. אֲאַלֶּפְךָ *Docebo te,* Job. 33, 33. יְאַלֵּף *Docebit,* Job. 15, 5. Part. מַלְּפֵנוּ *Docens nos,* Job. 35, 11. pro מְאַלְּפֵנוּ, per Syriaſmum (-) in locum (:) tranſlato, & א per Syncopen conciſo.

אַלּוּף m. *Dux; Bos.* Cum Suff. אַלּוּפִי *Dux meus,* Pſalm. 55, 14. Plur. אַלּוּפִים *Duces,* Jer. 13, 21. In Statu Conſtr. אַלּוּפֵי *Duces,* Gen. 36, 15. אַלּוּפֵיהֶם *Duces eorum,* Gen. 36, 19.

1) Generatim notat *Ducem,* vel *Ductorem,* qualiscunque ſit. 2) Speciatim α) *propriè* competit *homini,* qui moderamen affectuum alterius ita invaſit, vel invadere laborat, ut eum ſibi habeat morigerum. Ita deſignat 1) *Principem* vel *Ducem,* e. g. Idumæorum, Gen. 36, 15. & ſeqq. Judæorum, Zach. 12, 5. 6. conf. c. 9, 7. Mich. 7, 5. 2) *Amicum,* qui inter amicos velut Dux & Princeps eſt, cui fidimus, à quo pendemus, cujus conſiliis utimur & nitimur. Ita Lud. de dieu exponit illud Pſalm. 55, 14. 3) *Maritum,* qui Conjugis juventutem moderari tenetur. Prov. 2, 17. Huc referunt illud Jer. 3, 4. ubi gens Judaica *Deum* vocat *Ducem adoleſcentiæ ſuæ.* Aſt bene monet Seb. Schmidius, *Ductorem adoleſcentiæ* reſpicere *eductionem ex Ægypto, & ductum populi in deſerto.* β) *Metaphoricè* notat *bovem,* qui armenti *Dux* & *Ductor* eſt, jugum pati edoctus atque aſſuetus, Pſalm. 144, 14. Huc referunt R. D. Kimchi, Pagninus, Tremellius, Piſcator, Coccejus &c. illud Jer. 11, 19. vel ſubaudito ו, ſicut *agnus & bos;* vel repetito כ, *ſicut agnus, ſicut bos.* Sed Seb. Schmidio notat d. l. *ducem,* ut ſit *agnus dux gregis;* cel. Majo autem eſt adjectivum, כבבש אלוף notans *ovem manſuetam.*

אֶלֶף m. *Mille;* Marino Brixiano ſic dici videtur, quod numerus millenarius ſit Dux omnium inferiorum, eosque pleniſſimè in ſe contineat. כְּאֶלֶף אִישׁ וְאִשָּׁה *Circiter mille viri & fœminæ,* Jud. 9, 49. *Familia;* אַלְפִּי *Familia* mea, Jud. 6, 15. Dual. אַלְפַּיִם *Duo millia,* Exod. 38, 29. Plur. אֲלָפִים *Millia; Boves.* וְעֹשֶׂה חֶסֶד לַאֲלָפִים *Et faciens eſt miſericordiam in millia,* Exod. 20, 6. Cum Suff. אֲלָפֶיךָ *Boves tui,* Devt. 7, 13. In Statu Conſtr. כִּשְׁלֹשֶׁת אַלְפֵי אִישׁ *Circiter tria millia virorum,* Exod. 32, 28.

1) Generatim notat, *quicquid qualicunque ratione inſtar ducis eſt, & conjunctionem quandam importat.* 2) Speciatim α) exprimit *numerum millenarium,* qui reliquorum dux & princeps eſt, reddendum *mille; chilias,* Gen. 20, 16. Exod. 12, 36. Num. 1, 21. Jud. 5, 8. c. 7, 3. c. 8, 10. &c. Sed per Synecdochen *millia* deſignant *permultos,* Exod. 20, 6. c. 34, 7. Devt. 1, 11. 1. Sam. 18, 7. Pſalm. 119, 72. Pſalm. 84, 11. Pſalm. 91, 7. Ita *millium* vel *myriadum millia* denotant *numerum omnium maximum,* & im-

Digitized by Google

immenſum, Gen. 24, 60. Pſalm. 68, 18. Num. 10, 36. Conf. Dan. 7, 10. β) Notat *familiam*, ſeu *multitudinem* hominum ob ſanguinis *conjunctionem* ſibi invicem notorum, Jud. 6, 15. Mich. 5, 1. Vid. Coccej. Lex. & animadverſ. Maji ad illud. Conf. Cleric. in Jud. 6, 15. ubi ſcribit: *Chilias mea* אלפי *Alphi.* Hoc eſt, *familia & cognatio mea.* Nam diviſi erant Iſraelitæ in Chiliadas, ut conſtat ex Exod. 18, 21. Hinc Joſephus habet Φύλη. γ) Notat *bovem*, qui armenti dux & ductor eſt. Ita verò legitur in Plurali, Devt. 7, 13. c. 28, 4. 18. 21. Pſalm. 8, 8. Prov. 14, 4. Jeſ. 30, 24.

הֶאֱלִיף *Milleficavit; in millia ſe diffudit;* ab אֶלֶף *mille.* Saltem legitur Participium in Plur. F. Pſalm. 144, 13. מַאֲלִיפוֹת *In millia ſe diffundentes, creſcentes.*

אָלַץ *Coarctavit, moleſtè urſit.* Saltem legitur in Fut. וַתְּאַלְצֵהוּ *Et coarctavit, moleſte urſit eum,* Jud. 16, 16.

אָמַם *Poſuit, Propoſuit,* apud Arabes. Inde eſt

אֵם f. *Mater,* ſic dicta non ſolum, quod *ponit* & parit liberos, ſed etiam, quod plerumque bonæ aut malæ educationis fundamenta ab ea poni ſoleant. Cum Suff. אִמִּי *Mater mea,* Gen. 20, 12. אִמָּם *Mater eorum,* Hoſ. 2, 7. Plur. אִמּוֹת *Matres.* Cum Suff. אִמּוֹתֵינוּ *Matres noſtræ,* Thren. 4, 3.

1) Generatim notat *Matrem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *matrem, fœminam prolificam,* quæ ponit & excludit ſobolem, &c. Ita tribuitur tum *hominibus,* Exod. 2, 8. Jud. 5, 28. 2. Sam. 2, 17. 25. 1. Reg. 1, 11. c. 2, 13. 19. Job. 1, 21. Pſalm. 22, 10. &c. tum *brutis,* Devt. 22, 6. 7. β) *Impropriè* 1) per Synecdochen notat *aviam,* 1. Reg. 15, 10. 13. Hûc referunt, quod *Eva* dicitur mater omnium viventium, Gen. 3, 20. 2) Per *Metaphoram* tribuitur α) *primariæ alicujus gentis urbi,* quam Græci *metropolin* dicunt, quia ex eâ velut ex matre aliæ urbes quaſi natæ ſunt, quæ inſtar filiarum ei ſubjiciuntur, 2. Sam. 20, 19. β) *Reipublicæ Iſraeliticæ,* reſpectu duorum regnorum, Iſraelitici & Judaici, quæ ex eâ velut ex quadam matre prognata fuerunt, Ezech. 23, 2. γ) *Synagogæ Judaicæ,* quæ Deo inſtar matris filios filiasque ſpirituales gignere debebat, Jeſ. 50, 1. Hoſ. 2, 2. 5. δ) *Debora* reſpectu gubernationis, Jud. 5, 7. ε) *Via,* ita, ut *mater viæ,* ſit *bivium,* quia eſt principium, unde duæ diſtinctæ *viæ* naſcuntur, Ezech. 21, 21.

אִם *Si;* à radice Arabica אמם *poſuit, propoſuit;* vi ſuæ originis notat *poſitionem, propoſitionem, conditionem, quæſtionem,* Vid. Kœrb. Lex. Part. Abit autem in particulam, quæ pro varietate contextus varias ſignificationes obtinet. Nam I) exprimit *Conjunctiones,* easque α) conditionales, *ſi, quodſi,* Gen. 4, 7. Exod. 4, 8. 9. Lev. 25, 28. Num. 5, 28. Devt. 11, 13. Eccl. 4, 11. Cant. 5, 8. c. 8, 7. Jer. 4, 1. Ez. 20, 39. β) Cauſales, *quia, quandoquidem, quod,* Gen. 23, 13. Eſth. 6, 13. it. Ezech. 35, 6.

ubi

ubi combinatur cum לא. γ) Conceſſivas, *etſi, quamvis, ſi vel maximè*, Num. 22, 18. Devt. 30, 4. Jud. 13, 16. Eccl. 10, 4. Jeſ. 1, 19. Jer. 14, 7. c. 15, 1. Am. 5, 22. δ) *Disjunctivas, ſive, ſive*; id quod fit, ſi in eadem ſententia repetitur. אִם־לְמָוֶת אִם־לְחַיִּים *Sive ad mortem, ſive ad vitam.* Ita quoque adhibetur, Exod. 19, 13. Lev. 3, 1. Devt. 18, 3. 1. Reg. 20, 18. Eccl. 5, 11. Jer. 42, 6. Ezech. 2, 7. II) *Adverbia*, & quidem α) Interrogandi, *an? num? utrum? annon?* אִם־אֶחְיֶה מֵחֳלִי *An revaleſcam ex morbo hoc?* 2. Reg. 1, 2. Conf. Gen. 17, 17. 2. Sam. 19, 36. Eſth. 4, 14. Jeſ. 27, 7. Jer. 3, 5. Ezech. 15, 3. Joel. 1, 2. c. 3, 9. Am. 6, 2. Mich. 2, 7. Hab. 3, 8. β) Adſeverandi, *certè, profectò, omninò*, אִם־תִּקְטֹל אֱלוֹהַּ רָשָׁע *Omninò occides, o Deus, improbum*, Pſalm. 139, 19. Vid. Gen. 47, 18. Job. 17, 16. c. 42, 8. Prov. 23, 16. Jeſ. 29, 16. γ) *Temporis*, tàm *determinati, Poſtquam*, Gen. 28, 19. Num. 21, 9. Jud. 6, 3. Job. 14, 14. Jeſ. 24, 13. quàm indeterminati, *dum, quando, quum*, Job. 22, 20. Pſalm. 59, 16. Prov. 3, 24. Mich. 5, 7. δ) Obſecrandi, *quaſo, obſecro.* וְעַתָּה אִם־תִּשָּׂא חַטָּאתָם *Nunc ergo, obſecro, condona peccatum eorum*, Exod. 32, 32. Vid. Gen. 38, 17. 1. Chron. 4, 10. ε) Numeri *Quoties, quotiescunque.* אִם־בָּא אֶל־אֵשֶׁת אָחִיו Quoties *ingrediebatur* ad uxorem fratris ſui, Gen. 38, 9. Vid. Num. 36. 4. Job. 10, 14. Pſalm. 63, 7. Pſalm. 94, 18. III) In *juramentis aut gravioribus adſertionibus* α) ſi imprecationem malam fallenti immittendam omittit, niſi eam ſuppleas, אִם *negationem* infert, per *ut ne, quod non*, exprimendam; אִם־לֹא autem affirmationem involvit, per voculas *profectò, quod*, indigitandam. נִשְׁבַּעְתִּי בְאַפִּי אִם־יְבֹאוּן אֶל־מְנוּחָתִי Juravi in ira mea, *quod non* ingreſſuri ſint in requiem meam, Gen. 14, 23. c. 21, 23. 1. Sam. 24, 22. Jeſ. 22. 14. אִם־לֹא עַל־פָּנֶיךָ יְבָרֲכֶךָּ *Profectò* in faciem execrabitur te, Job. 1, 11. Ita quoque Jer. 42, 5. β) Præcedente וְחַי vel חַי *Quàm verè vivo* vel *vivit*, אִם idem eſt ac *tàm verè non*; אִם־לֹא autem notat *tàm verè.* וְחֵי נַפְשְׁךָ אִם־אֶעֱשֶׂה אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *Quam verè vivit* anima tua, *tàm verè* non faciam rem hanc, 1. Sam. 11, 11. vide 1. Sam. 14, 45. 1. Reg. 17, 12. 2. Reg. 2, 2. Jer. 38, 16. Ezech. 14, 19. חַי אָנִי נְאֻם־יְהוָה אִם־לֹא כַּאֲשֶׁר דִּבַּרְתֶּם בְּאָזְנָי כֵּן אֶעֱשֶׂה לָכֶם *Quàm verè vivo ego*, ait Dominus, *tàm verè*, ſicut dixiſtis in auribus meis, (me audiente) ſic faciam vobis, Num. 14, 28. Ita quoque adhibetur, Ezech. 17, 19. IV) *Extra juramenta & graviores adſertiones* אִם־לֹא exprimunt conjunctiones adverſativas, *ſed, verum, aſt*, ſi ſunt ante orationem præcedenti contrariam, Gen. 24. 38. Pſalm. 131, 2. Jer. 22, 6. γ) כִּי־אִם accipiuntur α) adverſativè, pro *ſed, aſt, verum*, Pſalm. 1, 2. 4. Pſalm. 4, 4. β) exceptivè, pro *niſi*, Gen. 28. 17. c. 32, 26. c. 39, 9. Eſth. 2, 14. Jeſ. 55, 10. c. 65, 6.

אוּם m. *Natio* vel *Populus*, ſic dictus, quod vel ab unâ quaſi matre poſitus ſit, vel unâ lege poſitivâ ſeu ſtatuto comprehendatur. Occurrit ſaltem

tem in Plurali אֻמִּים *Nationes*, Pſalm. 117, 1. & אֻמּוֹת Num. 25, 15. Cum Suff. לְאֻמֹּתָם *Iuxta nationes eorum*, Gen. 25, 16. Sæpius non legitur.

לְאֹם m. *Natio; Populus;* ל per Proſtheſin præmiſsô. וּלְאֹם מִלְאֹם יֶאֱמָץ *Sed populus præ populo prævalebit*, Gen. 25, 23. Cum Suff. וּלְאוּמִּי *Et natio mea*, Jeſ. 51, 4. Plur, לְאֻמִּים *Nationes*, Gen. 25, 23.

1) Generatim notat *quamcunque nationem* vel populum, Pſalm. 9, 9. Pſalm. 148, 11. Prov. 14, 34. 2) Speciatim deſignat α) *poſteritatem Jacobi & Eſavi*, Gen. 25, 23. β) *Iſraelitas tantum*, tàm ſecundum carnem, Pſalm. 2, 1. conf. Act. 4, 27. quàm ſecundum Spiritum, Jeſ. 51, 4. γ) *Gentes à proſapiâ & populo Dei alienas, ut* Cananæos, Gen. 27, 29. Pſalm. 44, 3. Pſalm. 105, 44. Ægyptios, Æthiopes & Sabæos, Jeſ. 43, 4. imò quaſcunqve alias ad Chriſtum convertendas gentes, Jeſ. 41, 1. c. 60, 2.

אַמָּה f. *Menſura; Cubitus; Poſtis.* In ſtatu Conſtr. בְּאַמַּת אִישׁ *In cubitô viri*, Devt. 3, 11. Dual. אַמָּתַיִם *Duo cubiti*, Exod 25, 10. c. 31. 1. Plur. אַמּוֹת *Cubiti*, Exod. 26, 16. *Poſtes*, Jeſ. 6, 4.

1) Generatim & vi originis *poſitionem* dicit, & infert, qualicunque ea fiat ratione. 2) Speciatim α) κατ' ἐξοχὴν notat *menſuram*, quâ rei quantitas ponitur & determinatur, Jer. 51, 13. β) *Cubitum*, tùm prout deſignat *brachii partem*, cui poſitæ firmiter innitimur & quâ rei longitudinem menſuramus, Devt. 3, 11. tùm prout denotat *ulnam*, quæ ponit *longitudinem*, quanta eſt à brachii flexu usque ad medii digiti extremitatem. Ita legitur in ſingulari, Gen. 6, 15. 16. c. 7, 20. Exod. 27, 12. 13. 14. 16. c. 38, 13. 14. 15. 18. Num. 35, 4. 1. Reg. 6, 2. 3. 16. 20. c. 7, 2. 6. 15. 31. 32. &c. In Duali, Exod. 25, 10. 17. c. 37, 1. 6. 10. 25. In Plurali, Exod. 26, 16. c. 27, 1. 18. c. 36, 15. c. 38, 1. 18. Devt. 3, 11. 1. Sam. 17, 4. 1. Reg. 6, 10. 23. 24. &c. γ) *Poſtes*, qui ſunt *poſitiones* januæ, quibus ſuperliminare imponitur. Ita ſemel legitur, Jeſ. 6, 4.

אָמָה f. *Ancilla;* quod Dn. Majus deducit ab Arabum אמא *Ancilla evaſit;* vel אמה *initô fœdere vel pactô addixit*, quia ancilla initô de certâ mercede obtinendâ pactô, laborem & fidem domino addicere ſolet, Gen. 25, 10. 13. Cum Suff. אֲמָתִי *Ancilla mea*, Gen. 30, 3. Plur. אֲמָהוֹת *Ancillæ*, Gen. 31, 33. Exod. 2, 6. 22. In Statu Conſtr. לְעֵינֵי אַמְהוֹת עֲבָדָיו In oculis *ancillarum* ſervorum ipſius, 2. Sam. 6, 20. Cum Suff. אַמְהֹתַי *Ancillæ meæ*, Job. 19, 15. אַמְהֹתֵיכֶם *Ancillæ veſtræ*, Devt. 12, 12.

אָמַל *Languidus eſt.* Occurrit ſaltem Particip. Paul F. מָה אֲמֻלָה לִבָּתֵךְ Quam *languidum* eſt cor tuum? Ezech. 16, 30. Pual אֻמְלַל *Languuit, Languidus, Debilis eſt, Languefactus eſt*, pro אֻמַּל, ut pro Dageſch forti Characteriſticô tertia raticalis geminata appareat וְאֻמְלַל כָּל־יוֹשֵׁב בָּהּ *& languefiet* omnis habitans in ea, Hoſ. 4. 3. שַׁדְמוֹת חֶשְׁבּוֹן אֻמְלָל Agri Chesbonis *langvuit*, i. e. *quilibet agrorum Chesbonis languidus factus eſt*, Jeſ. 16, 8. Conf. c. 24, 4.

1) Ge-

by Google

1) Generatim *virium defectum* importat, ſive *ex parte*, ſive *ex totô*. Unde 2) Speciatim *α*) eſt *languere, infirmari ex defectu ſpirituum, ſucci, aliarumve rerum.* Ita dicitur 1) de *hominibus* ex ſiti & fame langueſcentibus, Hoſ. 4, 3. de Judæis cordis longuorem in vero Dei cultu oſtendentibus, Ezech. 16, 30. de matribus ſobole privatis, quæ ipſis vires vigoremque largiri videbatur, 1. Sam. 2, 5. Jer. 15, 9. 2) de *plantis & arvis*, quæ vel nimio æſtu, vel frigore ingenti *viribus, vigore & ſuccô* privata languent, vel nullum ſui uſum amplius præbent, vel exiguum ſaltem proventum ſuppeditant. Ita languere dicitur *flos*, quando omni ſucco & vigore deſtituitur, Nah. 1, 4. *oleum*, quando exiguus ejus proventus eſt, Joel. 1, 10. *vitis*, quando nullas fert uvas, Jeſ. 24, 7. *ficus*, Joel. 1, 12. *arvum*, quando exſuccum nullum ſui præbet uſum, Jeſ. 16, 8. vel 17. *β*) Eſt *vaſtari, deſtrui, excindi, dirui.* Ita dicitur de *muris*, qui diruti deſtituuntur *viribus* ad ſtandum neceſſariis, Thren. 2, 8. de *portis*, pari ratione, Jer. 14, 2. de *terra*, cujus ſplendor deſtruitur, incolæ in calamitates ingentes incidunt, imò penitus excinduntur, Hoſ. 4, 3.

אֻמְלַל m. *Languidus*, ſucco viribusque deſtitutus, inſtar arborum vel arvorum, quæ vel nimio ſolis æſtu, vel frigoris vi, ſucco omni & viribus exhauriuntur, Pſalm. 6, 3.

אֲמֵלָלִים m. pl. *Languidi, viribus exhauſti, infirmi.* Ita ſemel legitur, Neh. 3, 34. vel. c. 4, 2.

אָמַם, unde eſt אֵם *Mater;* אִם *ſi;* אַמָּה *Menſura, Cubitus*, vide ſuperius.

אָמַן *Nutrivit.* In Kal legitur ſaltem Participium & Infinitivus. Scil. P. *Benoni* אֹמֵן *Nutriens*, Eſth. 2, 7. F. אֹמֶנֶת *Nutrix*, Ruth. 4, 16. Part. Paul אֱמוּנִים *Nutriti*, Thren. 4, 5. Infin. בְּאָמְנָה *In nutriri eam*, i. e. *cum nutriretur*, Eſth. 2. 20. Niphal נֶאֱמַן *Verax, verus, certus, firmus, fidus, ſtabilis, confirmatus, geſtatus fuit.* וְנֶאְמַן בֵּיתְךָ *Et firma erit* domus tua, 2. Sam. 7, 16. Part. נֶאֱמָן *Fidus*, Jer. 42, 5. Fut. יֵאָמֵן דְּבָרְךָ *Confirmetur* verbum tuum, 2. Chron. 6, 16. תֵּאָמַנָה *Geſtabuntur*, Jeſ. 60, 4. pro quo, Jeſ. 66, 12. adhibetur תִּנָּשֵׂאוּ. Hiphil הֶאֱמִין *Credidit, Verum, Certum, firmum putavit, fidem adhibuit, Fiſus, Confiſus eſt.* Conſtruitur vel abſolutè, vel intervenientibus particulis בְּ, לְ, אֶת. הֶאֱמִין אֶת לָהֶם *Credidit illis*, Gen. 45. 26. הֶאֱמִן בַּיהוָה *Credidit Domino*, Gen. 15, 6. Fut. לֹא אַאֲמִין *Non credam*, Job. 9, 16.

1) Generatim videtur inferre *firmum cujuscunque rei amplexum*, quacunque ſe habeat ratione. 2) Speciatim *α*) deſignat *arctum & firmum amplexum nutritii*, quo infantem vel alumnum ſibi concreditum arctè amplectitur, & in ſinu firmiter geſtat. Vid. Coccejus in Lex. Inde redditur *nutrire, educare, in ſinu geſtare.* In *Kal* leguntur ſaltem Participia, *a*) *Benoni*, notans *nutritorem, altorem, educatorem*, vel *nutricem, geſtatricem*, infantem vel alumnum arctè amplectentem, in ſinu firmiter geſtantem, curantem &c. De *illo* Legitur, Num. 11, 12. 2. Reg.

10, 1. 5.

10, 1. 5. Eſth. 2, 7. & Metaphoricè, Jeſ. 49, 23. ubi Reges dicuntur *nutritii Eccleſiæ*. De hâc verò occurrit, Ruth. 4, 16. 2. Sam. 4, 4. *b*) *Paul* ſignificans *nutritum, educatum*, Thren. 4, 5. In *Niphal* autem ſaltem occurrit, Jeſ. 60, 7. ubi idem eſt ac *in ſinu geſtari, à nutricibus apportari*. Conf. Seb. Schmid. in h. l. β) Importat *ejusmodi amplexum, quô aliquid firmum eſt, durat, alteri adhæret* &c. Hinc in Niphal *a*) ſignificat *firmum eſſe* ex mutuo partium complexu, vel alia ratione. Ita dicitur de *locó*, Jeſ. 22, 23. 25. *b*) *Stabile eſſe, in ſuo ſtatu conſiſtere, durare, perſeverare* &c. Ita dicitur 1) de *domo* ac *familia*, 1, Sam. 2, 35. c. 25, 28. 1. Reg. 1, 38. Conf. 2. Sam. 7, 16. vbi quoque dicitur de *regnô*. 2) De *fœdere*, Pſalm. 89, 29. 3) De *incolumitate*, 2. Chron. 20, 20. Jeſ. 7, 9. 4) De *morbis* tenaciter inhærentibus, Devt. 28, 29. *c*) *Fidum* vel *fidelem eſſe*; Ita dicitur 1) de *Deó*, qui promiſſiones ſervat, nec fallere novit, Deut. 7, 9. Jeſ. 49. 7. Conf. Jer. 42, 5. 2) De *homine* mentis candidæ, fideique ſpectatæ, ſincerè alterum amante, eique conſtanter adhærente, &c. tùm in genere, Prov. 11, 13. tum in ſpecie de *Moſe*, Num. 12. 7. *Samuele*, 1. Sam. 2, 35. *Davide*, 1. Sam. 22, 14. *Abrahamo*, Neh. 9. 8. de *teſtibus*, Pſalm. 89, 37. Jeſ. 8, 2. de *legato* â præſcripto mittentis non diſcedente, Prov. 25, 13. Conf. Jeſ. 1, 21. 26. ubi *Hieroſolyma*, per Metonymiam ſuos incolas deſignans, dicitur *civitas fidelis*, fida, quando Deo, Regi & Sponſo ſuo adhærebat, fidem datam ſervabat; item de *theſaurariis*, qui concreditos ſibi theſauros fideliter cuſtodiunt, Neh. 13, 13. 3) De *vulneribus* h. e. *de increpationibus amicis*, quæ Metonymicè dicuntur fidelia vel fideles, quatenus ex corde ſincero & ingenio, quod non ſuum, ſed, quod eſt alterius, quærit, proficiſcuntur, & ad emendationem alterius tendunt, Prov. 27, 6. 4) De *verbô Dei*, quod fidele atque indubitatum eſt ratione doctrinæ, promiſſionum atque comminationum, Pſ. 19, 8. Pſ. 93, 5. 5) De *iride* velut teſte non fallente, Pſ. 89, 37. 38. *d*) *Verificari*, ita, ut veritas dicti cum facto ipſo appareat, Gen. 42, 20, 1, Reg. 8, 26. 2. Chron. 1, 9. c. 6, 17. γ) In *Hiphil* 1) idem eſt ac *credidit, fiſus eſt, dictis alterius fidem habuit, alterius verbis atque promiſſionibus acquievit atque innixus eſt*; *Certus atque perſuaſus fuit de aliquâ re in corde ſuo; aliquid pro certo atque indubitatô habuit*. Qui enim credit, firmo amplexu in objectum fertur. In determinandâ autem certâ ſignificatione, obſervanda eſt conſtructionis diverſitas. Scilicet ſi conſtruitur cum Accuſativo, vel jungitur verbo intercedente כִּי, vel Infinitivo nudo, vel cum ל præmiſſo, eſt *firmiter aliquid credere, pro certô ac verô aliquid habere, de aliquâ re certum ac perſuaſum eſſe*, ut Jud. 11, 20. *Sihon* dicitur non credidiſſe, Iſraelitas terram ſuam tranſituros eſſe, ſed putavit firmiter, eos in ea ſedem fixuros. Ita quoque legitur, Job. 9, 16. Thren. 4, 12. In hac autem ſignificatione indigitat tam *fidem* ſeu *fiduciam*, quàm ejus *fundamentum, argumenta, rationes, perſuaſiones* &c. Job. 15, 22. c. 20, 31. Vid. Schmid. in ll. cc. Huc refer, Pſalm. 27, 13. Sin verò conſtruitur interveniente ל vel ב, notat

notat *alicui credere*, *fidem habere*, e. g. *homini* ejusque dictis, Gen. 45, 26. Exod. 4, 1. 8. c. 19, 9. 1. Reg. 10, 7. 2. Chron. 20, 20. *Deo*, *ejusque verbis*, ita, ut non ſolum *perſuaſionem*, ſed etiam *fiduciam atque ſpem* involvat, adeo, ut homo Dei promiſſis ac gratiæ acquieſcat atque innitatur, Gen. 15, 6. Exod. 14. v. ult. Pſalm. 106, 12. Pſalm. 119, 66. Jon. 3, 5. Conf. Jeſ. 28, 16. ubi notat *fidem juſtificantem* in Meſſiam. *Negative* adhibetur, Num. 20, 12. Devt. 9, 23. 2. Reg. 17, 14. Pſalm. 78, 22. 2) Notat *fidere*, Job. 4, 18. c. 15, 15. ubi Deus dicitur *non fidere in Angelis ſuis*, quod ſint juſti præ ipſo. 3) Per Metonymiam antecedentis pro conſequente eſt *curare*; qui enim rem credit, eam curat, Job. 39, 2.

אָמָּן m. *Artifex*, quaſi artis *nutritius* dictus, vel quaſi *firmus* in arte, juxta Buxtorff. Legitur ſaltem Cant. 7, 1.

אָמֵן m. *Veritas*; *Amen*. אֱלֹהֵי אָמֵן *Deus veritatis*, i. e. *verax*, Jeſ. 65, 16.

1) Generatim & vi originis notare videtur *id, quod firmiter amplectendum*. 2) Speciatim α) notat *veritatem*, quæ firmiter amplectenda. Bis legitur. Jeſ. 65, 16. ubi Deus dicitur. אֱלֹהֵי אָמֵן *Deus veritatis*, i. e. *verax in promiſſionibus olim de Chriſto & ejus beneficiis factis, & æternum implendis*. Vid. Seb. Schmid. β) Abit in particulam, notans, *ita, omninò, reverâ, certò* &c. eſtque 1) *affirmantis, approbantis & aſſentientis*, quam LXX. reddunt γένοιτο *firmum, ratum, verum eſto, quod dictum vel auditum eſt*, verè fiat, Devt. 27, 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 27. 1. Reg 1, 36. 1. Chron. 16, 36. Neh. 5, 13. 2) *voventis*, Jer. 28, 6. Geminatio hujus voculæ *adſeverationem* vel *vehementiam & ardorem voti intendit*, q. d. *Ah fiat! Ita fiat! Utique eveniat!* Num. 5, 22. Neh. 8, 6. Pſalm. 41, 14. Pſalm. 72. 19. Pſalm. 89, 52. Pſalm. 106, 48. Plura vide apud Glaſſ. in Gram. S. lib. 3. Tr. 5. p. 715. ſeqq.

אָמוֹן m. *Nutritius*; *Alumnus*; *Filius* in ſinu geſtatus, Prov. 8, 30. Legitur adhuc ſemel, Jer. 46, 25. Sed in determinanda ibi ſignificatione Interpretes variant. Chaldæo & Vulgato notat *tumultum*; R. Salomoni שַׂר *Principem*, & D. Kimchio מֶלֶךְ *Regem*. Omnium forte optimè dixeris, eſſe ſaltem partem nominis proprii Conditoris, qui deinde ab incolis tanquam Gentilibus in numerum Deorum relatus fuit; unde apud profanos eſt *Jupiter Ammonius*. Vid. Seb. Schmid. in l. c.

אֵמֻן *Fides*, *Fidelitas*, Devt. 32, 20. Plur אֱמוּנִים *Fidelitates*, Pſalm. 31, 24. *Fideles*, Pſalm. 12, 2.

1) Generatim *relationem amplexus & adhæſionis quacunque infert notione*. 2) Speciatim α) Subſtantivè notat 1) *fidem*, quâ homo fertur in Chriſtum, promiſſionesque divinas amplectitur, ſibi applicat, & velut iis, quibus deceptio ſubeſſe nequit, tenaciſſimè adhæret, Jeſ. 26, 2. 2) *fidelitatem*, qua quis tàm in verbis, quàm in factis candorem amplectitur, omnemque fucum, ſimulationem, hypocriſin atque deceptionem fugit. Ita *Deus* dicitur cuſtodire *fidelitates*, quia ab ipſo ipſiusque verbis longiſ-

ſimè

ſimè abeſt omnis fucus, ſimulatio atque deceptio, Pſalm. 31, 24. Similiter dicitur de *hominibus*, ſe pro conſcientiæ ratione tum erga Deum tum erga proximum fidos, candidos atque ingenuos gerentibus, ut de *legato*, Prov. 13, 17. de *teſte*, Prov. 14, 5. de *viro*, Prov. 20, 6. β) Adjectivè & in concreto notat *fideles*, 2. Sam. 20, 19. Conf. Pſalm. 12, 2.

אֹמֶן m. *Firmitas*; *Certitudo.* Semel legitur in Singulari, Jeſ. 52, 1. אֱמוּנָה אֹמֶן *Veritas (tua eſt) certitudo*, i. e. *certiſſima*. Plur. אֹמְנוֹת *Columnæ*, amplectentes & ſuſtinentes, quæ imponuntur. Semel legitur, 2. Reg. 18 16.

אֱמוּנָה f. *Firmitas*; *Veritas*; *Fides*; *Fidelitas* וַיְהִי יָדָיו אֱמוּנָה Ut manus ejus eſſent *firmitas*, i. e. *firmæ*, Exod. 17, 17. מִצְוֺתֶיךָ אֱמוּנָה Præcepta tua ſunt *fidelitas*, i. e. *fideliſſima*, Pſalm. 119, 86. In Statu Conſtr. אֱמוּנַת עִתֶּיךָ *Fides* temporum tuorum, Jeſ. 33, 6. Cum Suff. אֱמוּנָתוֹ *Fides ejus*, Pſalm. 100, 5. Sed 1. Sam. 26, 23. אֱמֻנָתוֹ per alternationem. Plur. אֱמוּנוֹת *Fidelitates*. אִישׁ אֱמוּנוֹת *Vir fidelitatum*, i. e. *maximè fidelis*, Prov. 28, 20.

1) Generatim Coccejo ſignificat *relationem ſuſtinentis & adhærentis*. 2) Speciatim α) ſignificat *firmitatem*, quâ res aliqua ſuſtinetur. Ita dicitur de *firmitate* manuum Moſis, quas Aaron & Hur ſuſtinebant, Exod. 17, 12. β) *Veritatem*, א) prout opponitur *falſitati & mendacio.* Ita tribuitur 1) *Deo*, prout mentiri neſcit, & conſtans eſt in dicendo vero, ſervandisque promiſſis, Pſalm. 40, 1. Pſalm. 88, 12. Pſalm. 89, 2. 3. 6. 15. 50. Pſalm. 92, 3. Pſalm. 119, 90. Pſalm. 143, 1. Thren. 3, 23. conf. Pſalm. 33, 4. ubi dicitur *omne opus ejus eſſe in veritate*, i. e. convenire cum ejus promiſſionibus & comminationibus. 2) *Dei verbo*, vel doctrinæ in eo contentæ, quia verum Deum, verumque Dei cultum docet hominem, eique veritatem & ingenuitatem ab omni mendacio & fuco alienam commendat, Pſalm. 119, 30. 86. 138. Dan. 8, 12. 3) *homini*, qui verba cum re convenientia loquitur, Prov. 12, 17. 22. ב) Prout opponitur *injuſtitiæ*, ita, ut deſignet juſtitiam *conſtantem & ſolidam*, quia, ut Flacius judicat, veritas & ſinceritas juſtitiæ fundamentum ſunt, ſicut è contrario injuſtitiæ exercendæ mendacia, fraudes, ſimulationes & diſſimulationes inſerviunt & adhibentur, Pſalm. 37, 3. Neh. 9, 33. γ) *Fidem*, prout deſignat 1) *fidem credentis juſtificantem & ſalvificam*, in charitate operoſam, quæ perſonam & opera Deo grata reddit & accepta, Glauben / Jeſ. 33, 6, Jer. 5, 1. 3. 28. c. 9, 2. vel 3. Hoſ. 2, 22. Hab. 2, 4. 2) *fidelitatem atque ingenuitatem*, Treue / tribuiturque tum *Deo*, prout promiſſa hominibus data ſanctè præſtat, Devt. 32, 4. Pſalm. 89, 25. Jeſ. 11, 5. & afflictorum ſalutem intendit, Pſalm. 119, 75. tum *homini*; qui ingenuitatem fuco carentem in ſermonibus, actionibus, & converſationibus ſectatur, Prov. 28, 20. & in concreditis fidum ſe præſtat, 2. Reg. 12, 16. c. 22, 7. 2. Chron. 34, 12. 3) *bonam conſcientiam*, 1. Chron. 9, 22. 2. Chron. 19, 9.

אֲמָנָה f. *Firmitas; Fœdus*, Neh. 9,38. vel c. 10,1. *Cum*, *Inſpectio*, *Decretum*, Neh. 11,23. Sed 2. Reg. 5,12. eſt nomen *fluvii*, & Cant. 4, 8. eſt nomen *montis*.

אָמְנָה f. *Veritas;* ſed adverbiaſcit, notans *verè*, *reverà*, nec niſi bis legitur, Gen. 20,12. Joſ. 7,20. Sed Eſth. 2.20. idem eſſe videtur ac *cura*, *tutela*, *educatio*, etiamſi ſpectari poſſit ut Infinitivus cum ה Paragogico.

אָמְנָם m. *Veritas*, eorum ſcil. quæ dicuntur, vel dicta ſunt, Ruth. 3,12. Job. 12,2. Sed ſæpius adverbiaſcit, notans *verè*, *reverà*, *certò*, adhibeturque in confirmatione alicujus rei ab omni dubio liberandæ, ut audiens eam firmo amplectatur adſenſu, 2. Reg. 19,17. Job. 9,2. c. 19,4. c. 34, 12. c. 36,4. Jeſ. 37,18. הַאֻמְנָם Cum ה interrogativo, & per alternationem vocalium (ָ katuph) & (ֻ) *num omnino? num revera?* legitur, Num. 22,36. 1. Reg. 8,27. 2. Chron. 6,18. Pſalm. 58,2.

אַמְנוֹן m. *Amnon*, nomen proprium filii Davidis, ab Abſalomo ob conſtupratam ſororem interemti, 2. Sam. 13,14. 28. Deſignat veracitatis & ſinceritatis ſtudioſum. Alium ejusdem nominis vide, Eſr. 2, 57. Neh. 7,59.

אֱמֶת f. *Firmitas; Veritas; Fidelitas;* pro אֱמֶנֶת, per Syncopen litera נ conciſâ, quæ accedente incremento finali reaſſumitur, & cum (ְ) quieſcente notata iterum tollitur, facta ejus compenſatione per Dageſch forte ſequenti literæ ת impreſſum. בַּאֲמִתֶּךָ *In veritate tua*, Pſalm. 54,7. עֵד אֱמֶת *Teſtis veritatis*, i. e. *verax*, Jer. 42,5.

1) Generatim eſt ejuſdem cum אֱמוּנָה ſignificatus. 2) Speciatim α) notat *firmitatem*, *conſtantiam ac ſtabilitatem rei*. Ita Prov. 11,18. שֶׂכֶר אֱמֶת *Merces veritatis*, eſt *merces conſtans*, *firma*, *ſtabilis*. Et Jer. 14,13. שְׁלוֹם אֱמֶת *Pax veritatis* eſt *pax conſtans ac ſtabilis*. β) *Veritatem*, ſive referatur ad *rem ipſam*, ſive ad *ſermonem*. Inde deſignat 1) *Veritatem in eſſendo*, prout dicit convenientiam eſſentiæ *rei* ineſſe debitæ vel convenientiam *nominis* cum re. Ita 2. Chron. 15,3. Jer. 10,10. *Deus* dicitur *Deus veritatis*, i. e. *Deus verus*, *verè & naturâ talis*, in oppoſitione ad *Deos gentilium* λεγομένες, qui verè & naturâ Dii non ſunt. Huc referunt quidam, quando combinatur cum חֶסֶד *Benignitas*, ita ut חֶסֶד וֶאֱמֶת *Benignitas & veritas*, deſignet *benignitatem verè talem*, *verum*, *certam*, ו omiſsô, & poſteriori nomine in Genitivô enunciato, poſtea verò in Adjectivum mutato, Gen. 42,49. c. 47,29. 2. Sam. 2,6. c. 15,20. Joſ. 2,14. 2) *Veritatem in dicendo*, prout dicit convenientiam *ſermonis* cum *re*, ſive ore proferatur, ſive ſcripto exprimatur. Ita tribuitur 1) *Deo*, qui mentiri neſcit, fideliſque eſt in ſervandis promiſſis, & conſtans in implendis comminationibus, Pſalm. 30,10. Pſalm. 31,6. Pſal. 43,3. Pſalm. 57,11. Pſalm. 54,7. Pſalm. 71. 22, Pſalm. 91,4. Pſalm. 107, 11. Pſalm. 132,11. Pſalm, 146,6. Jeſ. 38,18. Conf. Exod. 34,6. Pſalm. 25,10. Pſalm. 40,12. Pſalm. 61,8. Pſalm. 68,5. Pſalm. 89,15. ubi combina-

Digitized by Google

binatur cum חֶסֶד *Benignitas.* b) *Dei verbo*, quod ab omni mendacio eſt alienum, & infallibilem veritatem continet, quæ homini ſalvando cognitu eſt neceſſaria, ejusque animum contra errores præmunire poteſt, Pſalm. 19, 10. Pſalm. 119, 43. 142. 151. 160. Conf. Mal. 2, 6. Neh. 9, 13. ubi *lex veritatis* eſt doctrina vera ac ſincera, nullis hominum commentis & traditionibus vitiata; Et Pſalm. 25, 5. Dan. 8, 12. ubi *veritas* Dei *verbum* denotat. c) *Homini, ejusque verbis*, 2. Chron. 9, 5. c. 18, 15. Jer. 9, 3. vel 4. Zach. 8, 16. ut *teſti*, rei veritati nil addenti, nihil detrahenti, Prov. 14, 25. Conf. Prov. 12, 19. ubi tribuitur *labiis*. 3) *Veritatem juſtitiæ*, qua quis juſtè agit & operatur. אִם־בֶּאֱמֶת וּבְתָמִים עֲשִׂיתֶם עִם־יְרֻבַּעַל *Si in veritate & integritate egiſtis cum Jerubbaal*, i. e. *juſtè & integrè*, Jud. 9, 15. 16. 19. Vid. Exod. 18, 21. Zach. 8, 16. Inde dicitur de *judicio juſtó*, quod ſine perſonarum reſpectu exercetur, Mich. 7, 9. Conf. Pſalm. 51, 8. ubi deſignat *juſtitiam & ſanctitatis in lege divina præcepta ſtudium.* Hinc *in veritate ambulare dicuntur*, qui juſtitiæ & ſanctitatis ſtudium ſectantur, 1. Sam. 12, 24. 1. Reg. 2, 4. 2. Reg. 20, 3. Jeſ. 38, 3. Sed Pſalm. 26, 3. Pſalm. 86, 11. In *veritate Dei* ambulare dicitur, qui Dei verbo, in quo limites credendorum & agendorum accuratè præfiniti ſunt, convenienter vivit & operatur. Pſalm. 26, 3. Pſalm. 86, 11. γ) Denotat *candorem, ſinceritatem & conſtantiam dictorum & factorum omni dolo ac circumventione carentem*, 1. Sam. 12, 24. 1. Reg. 3, 6. Pſalm. 85, 11. Pſalm. 145, 18. Hoſ. 4, 1. Huc refert Coccejus, Jud. 9, 15. 16. 19. Sed, judice Seb. Schmidio, rectius refertur ad ſignificationem *juſtitiæ.* δ) Significat *rectitudinem*, e. g. *viæ*, Gen. 24, 48.

אָמֵץ *Fortis, Robuſtus fuit; Corroboratus fuit.* אָמְצוּ מִמֶּנִּי *Robuſti ſunt præ me*, 2. Sam. 22, 18. Imper. אֱמָץ *Robuſtus eſto*, Joſ. 1, 6. חִזְקוּ וְאִמְצוּ *Robuſti & fortes eſtote*, Devt. 31, 6. Piel אִמֵּץ *Robuſtum fecit, Roboravit, Corroboravit, Firmavit, Obfirmavit.* וְאִמֵּץ אֶת־לְבָבוֹ *Et obfirmaverat* cor ipſius, Devt. 2, 30. Part. אִישׁ דַּעַת מְאַמֶּץ כֹּחַ *Vir ſcientiæ*, h. e. qui inſtructus eſt dextera rerum tàm ſcibilium, quàm agilium notitia, *corroborat vires*, Prov. 24, 5. Hiphil הֶאֱמִיץ *Firmavit, Corroboravit, Confirmavit, Obfirmavit*, ſed ferè intranſitivè capitur, pro *robuſtum eſſe, roborari, obfirmari.* Fut. וְיַאֲמֵץ לִבֶּךָ *Et confirmabit* cor tuum, Pſalm. 27, 14. Hithpael הִתְאַמֵּץ *Roboravit, Firmavit, Corroboravit ſe.* הִתְאַמֵּץ לַעֲלוֹת *Roboravit ſe, contentiſſimis viribus uſus eſt*, ut conſcenderet *currum*, 2. Chron. 12, 18. Part. מִתְאַמֶּצֶת *Roborans ſe*, Ruth. 1, 18.

1) Generatim notat *virium contentionem*, quanquam pro diverſitate conjugationum diverſimodè. 2) Speciatim α) in Kal notat *contentis viribus eſſe vel agere; Robuſtum, Fortem eſſe; Prævalere.* Ita transfertur 1) ad *corporis vires, externamque poteſtatem*, quibus alius alteri prævalet, Gen. 25, 23. ubi dicitur natio nationi prævalere; 2. Sam. 22, 18. Pſalm. 18, 18. Pſalm. 142, 7. ubi tribuitur hoſtibus Davidis; 2. Chron. 13, 18. ubi di-

Digitized by Google

dicitur de Judæis victoribus. 2) ad *animi ſtrenuitatem & fortitudinem*, in oppoſitione ad *animi mollitiem* ex timore *difficultatis*, *impedimenti* atque *periculi* ortam; In qua ſignificatione combinatur cum חזק, adhibeturque ſæpe in excitationibus *ad animi ſtrenuitatem & fortitudinem præſtandam* &c. Devt. 31, 6. 7. 23. Joſ. 1, 6. 7. 9. 18. c. 10, 25. 1. Chron. 22, 13. c. 28, 20. 2. Chron. 32, 7. Sæpius in Kal non occurrit. β) In Piel ſignificat *robuſtum* vel *durum reddere*, *firmare*, *roborare*, *corroborare*, opponiturque *diffluxui rerum liquabilium*, aut *ruinæ partium non firmiter cohærentium*, inditaque virtute privatarum &c. Unde non ſolum ad corpus animumque hominis, ſed etiam ad res alias transfertur; Scilicet ad deſignandam 1) corroborationem *genuum labaſcentium*, novarumque virium largitionem, Job. 4, 4. Jeſ. 35, 3. item firmationem brachii, Prov. 31, 17. 2) *Obfirmationem cordis*, alioquin fluxi & timidi, ad confidentiam, Devt. 2, 30. c. 3, 28. item *ejus indurationem* ad *malum*, 2. Chron. 36, 13. & *immiſericordiam* erga egenos, quorum miſereri oportebat, Devt. 15, 7. 3) *Firmationem nubium*, ne decidant, Prov. 8, 28. idoli in templo erecti, ne concidat, Jeſ. 44, 14. templi ruinoſi, ne corruat, 2. Chron. 24, 14. virium, Prov. 24, 5. Am. 2, 14. Nah. 2, 2. 4) *Confortationem regni & ſtatus*, contra adverſariorum inſultus & impetus, 2. Sam. 15, 12. 2. Chron. 11, 16. Pſalm. 89, 22. γ) In Hiphil ferè intranſitivè capitur, ſed cum emphaſi, ad *deſignandum animi ingens robur*, & *conſtantiam immobilem*, Pſalm. 27, 14. Pſ. 31, 25. δ) In Hithpael notat *ſe corroborare*, & *contentis viribus agere*, 1. Reg. 12, 18. 2. Chron. 10, 18. c. 13, 7. *ſe obfirmare ad aliquid*, Ruth. 1, 8. Sæpius non occurrit in Hithpael.

אַמִּיץ m. *Firmus*, *Robuſtus*, *Fortis*, *contentis viribus agens*; tribuitur α) *Deo*, qui infinitate roboris & virium eſt potentiſſimus atque fortiſſimus, Job. 9, 4. 19. Jeſ. 28, 2. β) *Homini*, qui contentis viribus agit, & fortem ſe gerit, Am. 2, 16. γ) *Conjurationi firmæ*, quæ magis, magisque invaluit, 2. Sam. 15, 12.

אָמֹץ m. *Amotz*, nomen proprium Patris Jeſaiæ, deſignans *fortem*, *robuſtum*, Jeſ. 1, 1.

אֹמֶץ m. *Robur*. Saltem extat Job. 17, 9. יֹסִיף אֹמֶץ *Addet robur*, i. e. *magisque ſe confirmabit*.

אַמְצָה f. *Robur*; Saltem legitur, Zach. 12, 5.

אֲמֻצִּים m. pl. *Robuſti*, Zach. 6, 3. & per alternationem (ֻ) & (ַ) אֲמֻצִּים Zach. 6, 7. Rabbinis idem eſt ac חֲמֻצִים *tincti*, h. e. ut Coccejus interpretatur, *maculis rubris in albo conſperſi*. R. Sal. liberè fatetur, incertum eſſe, quid ll. cc. ſignificet vox אמצים.

מַאֲמַצִּים m. pl. *Robora*. Semel occurrit in Statu Conſtr. Job. 36, 19 מַאֲמַצֵּי כֹחַ *Robora virtutis* i. e. *maximæ vires & ingens robur*.

אָמַר *Dixit*, *Locutus eſt*. Conſtruitur intercedente ל, אֶל vel עַל; Quandoque etiam abſolutè ponitur. אָמַר לִי *Dixit* mihi, Gen. 20, 5. אָמַרְתִּי אֲלֵיכֶם *Dixi ad vos*, Exod. 23, 13. Infin. אָמֹר *Dicere*, Exod. 21, 5.

10, 14. אָן הֲלַכְתֶּם *Quò*, vel *ad quem locum abiiſtis?* 2) Si conſtruitur cum Præpoſitione מ, ſignificans *ex quô loco? undenam?* מֵאָן גֵּחֲזִי *Ex quo loco?* vel *undenam Gehaſi?* 2. Reg. 5, 25. β) *Temporis*, ſi conſtruitur cum עַד, denotans *quando? quamdiu? quousque?* עַד־אָן תְּמַלֶּל־אֵלֶּה *Quousque quamdiu loqueris talia?* Job. 8, 2.

אָנָה cum ה locali, נ quandoque dageſchatô, ad compenſandam literam abjectam. 1) Semel poſitum, exprimit Adverbia α) *Loci, ubi?* Jeſ. 10, 3. *quo? quorſum?* tùm interrogativè, Gen. 37, 30. Devt. 1, 28. Jud. 19, 17. 2. Sam. 2, 1. 2. Reg. 6, 6. Cant. 6, 1. Jer. 15, 2. Ezech. 21, 21. Zach. 2, 6. c. 5, 10. conf. Pſalm. 139, 7. ubi negandi vim obtinet. Ita quoque 2. Sam. 13, 13. tùm non-interrogativè, Joſ. 2, 5. Neh. 2, 16. β) *Temporis*, ſi conſtruitur cum עַד, notans *quando?* Job. 18, 2. *quamdiu? quousque?* Exod. 16, 28. Num. 14, 11. Joſ. 18, 3. Job. 19, 2. Pſalm. 13, 2. 3. Pſalm. 62, 4. Jer. 47, 6. Hab. 1, 2. γ) *Obſecrandi*, nempe *obſecro, quaſo*, Gen. 50, 17. Exod. 32, 31. 2. Reg. 20, 3. Jeſ. 38, 3. Jon. 1, 14. II) *Repetitum* in eadem ſententia ſine interrogatione, locorum diverſitatem innuit, ſignificans, *huc aut illuc.* לֹא הָלַךְ עַבְדְּךָ אָנָה וָאָנָה *Non ivit ſervus* tuus *huc aut illuc*, 2. Reg. 5, 25. Ita quoque 1. Reg. 2, 36. 42.

אָנָה. *Mæſtus fuit; Luxit.* אָנוּ *Mæſti ſunt, mœrent*, Jeſ. 3, 26. c. 19, 8. Piel אִנָּה *Tradidit, Obvium dedit, Objecit*, Exod. 21, 13. Pual אֻנָּה *Obtigit, Incurrit.* Fut. לֹא־יְאֻנֶּה לַצַּדִּיק כָּל־אָוֶן *Non obtinget juſto* ullum infortunium, niſi ſcil. illa permiſſio majorem, vel Dei gloriam, vel juſti hominis aliorumve commoditatem poſt ſe trahat, Prov. 12, 22. לֹא־תְאֻנֶּה אֵלֶיךָ רָעָה *Non incurret* in te malum, Pſalm. 91, 10. Hithpael הִתְאַנָּה *Occaſionem quæſivit.* Part. מִתְאַנֶּה *Occaſionem quærens*, 2. Reg. 5, 7.

1) Generatim non nemini videtur *notare miſeram, infelicem & funeſtam conditionem.* Inde 2) Speciatim α) in Kal eſt *mœrere, lugere*, quia, qui mœrent ac lugent, miſeram atque infelicem conditionem ſentiunt ac patiuntur, Jeſ. 3, 26. c. 19, 8. β) In Piel ipſi notat *infeliciter obvenire fecit*, Exod. 23, 13. Unde in Pual notat *obvenire, obtingere, incurrere*, diciturque de eô, quô hominis conditio redditur infelix, miſera atque funeſta, Pſalm. 91, 10. Prov. 12, 21. γ) In Hithpael notat *occaſionem quærere* vel *captare*, alterius conditionem miſeram atque funeſtam reddendi, 2. Reg. 5, 7. Sæpius non legitur.

אֳנִי c. *Navis, Claſſis.* Guſſetio eſſe videtur ab אָן *quo?* quia ad omnia itinera, & omnia loca navis indeterminata, & *quò* vadat illa ſemper, ut ignarus quærere potes, & ipſa te, quò illam ire velis, rogare. Sed optimè deduci poteſt à R. אנה, non ſolum, quia *navis* remis impellitur & per *naves* longè diſſiti ſibi invicem occurrunt; ſed etiam, quia navigantium miſera eſt conditio, *tum* ob victum, *tum* ob præſentiſſima pericula. Notat autem 1) *navem*, ædificium tranſitui maris accommodum, Jeſ. 33, 21. 2) Collectivè notat *Claſſem*, eine Flotte/ 1. Reg. 10, 22.

אֳנִיָּה f. *Navis.* Rationem etymi vide in אֳנִי. Plural. אֳנִיּוֹת *Naves*, Gen. 49, 13. Notat autem *α*) *navem*, ædificium tranſitui maris aptum, Prov. 30, 19. Jon. 1, 3. 4. 5. β) Metonymicè *eos*, qui navibus vehuntur, Jeſ. 23, 1. 10. 14.

אֲנִיָּה & תַּאֲנִיָּה f. *Mœror*, ob miſeram & funeſtam conditionem, in quam aliquis detruſus eſt. Combinantur, Jeſ. 29, 2. & Thren. 2, 5. Amplius non leguntur.

תֹּאֲנָה f. *Occaſio*, funeſta, quâ miſera redditur alterius conditio, Semel legitur, Jud. 14, 4.

תַּאֲנָה f. *Occaſio* vel *Impetus*. Saltem extat Jer. 2, 24.

אָנַח In Kal non legitur. Niphal נֶאֱנַח *Gemuit, Ingemuit, gemebundus ſuſpiravit.* נֶאֶנְחוּ *Ingemiſcent*, Jeſ. 24, 7. Part. נֶאֱנָח *Ingemiſcens*, Ezech. 21, 12. Fœm. נֶאֱנָחָה Thren. 1, 8. וּבִמְרִירוּת תֵּאָנַח *Et cum amaritudine ingemiſce*, Ezech. 21, 12.

1) Generatim notat *graviter ingemiſcere* ob grave aliquod malum, *ſive* ſit præſens, *ſive* ſit futurum. 2) Speciatim *α*) tribuitur *hominibus* ex magno intimoque cordis dolore, graviter ingemiſcentibus ob gravia mala, quæ accidunt, e. g. ob graviſſimum ſervitium & onera immenſa, Exod. 2, 23. tyrannicum imperium impii, Prov. 29, 2. vaſtationem horrendam, Jeſ. 24, 7. Ezech. 21, 11. 12. Thren. 1, 4. 8. 11. 21. abominationes Judæorum ingentes, Ezech. 9, 4. β) *Beſtiæ famelicæ* ob defectum paſcui, Joel. 1, 18. Sæpius non legitur.

אֲנָחָה f. *Gemitus.* Cum Suff. אַנְחָתִי *Gemitus meus*, Pſalm. 102, 6. יָגַעְתִּי בְּאַנְחָתִי *Feſſus ſum in anhelitu meo*, Pſalm. 6, 7. Plur. אַנְחֹתַי *Gemitus mei*, Thren. 1, 22. Decies legitur; ubique autem deſignat *gemitum graviorem*, qui ex ingenti cordis dolore vel compreſſione enaſcitur, ita, ut præ tali cordis dolore aut mœrore reſpiratio difficilis reddatur, vel acceleretur, totumque corpus emacietur. Præter loca citata vide Job. 3, 23. c. 23, 2. Pſalm. 31. 11. Pſalm. 38, 10. Jeſ. 20, 2. c. 35. 10. c. 51, 11.

אֲנִי & in Pauſa אָנִי item אָנֹכִי c. *Ego.* Plur. אֲנַחְנוּ, & per Aphæreſin נַחְנוּ *Nos.* Includit ſignificationem verbi Subſtantivi, ſi Subſtantivis præmittitur; alias etiam pro ipſo verbo Subſtantivo ponitur. אֲנִי אֵל *Ego ſum Deus*, Gen. 17, 1. Ita quoque, Lev. 11, 44. 45. קָדוֹשׁ אָנִי *Sanctus ego*, i. e. *ſum*, Lev. 11, 45. עֵירוֹם אָנֹכִי *Nudus ego*, i. e. *ſum*, Gen. 3, 10. כֻּלָּנוּ בְּנֵי אִישׁ־אֶחָד נָחְנוּ כֵּנִים אֲנַחְנוּ Omnes nos filii viri unius *nos*, i. e. *ſumus*, honeſti *nos* i. e. *ſumus*, Gen. 42, 11.

אֲנָךְ m. *Perpendiculum.* Bis ſaltem legitur, Am. 7, 7. 8.

אָנַן *Mœſtus fuit, Luxit.* In Kal in ſacris non legitur. In Hithpael הִתְאוֹנֵן *Ex mœrore queſtus, quiritatus eſt.* Bis legitur. Fut. יִתְאוֹנֵן *Conqueritur*, Thren. 3, 39. Part. כְּמִתְאוֹנְנִים *Sicut quiritantes*, Num. 11, 1. ubi Bechai f. 161, c. 3. l. 16. ex inverſo C deſtructionem mundi ejusque

אֵילָם m. *Porticus*. In Singulari non legitur. Plur. אֵילַמִּים *Porticus*, Dageſch forti ultimæ radicali impreſſo. Cum Suff. אֵילַמָּו *Porticus ejus*, Ezech. 40, 22. 24. 26. 29. 31. 33. 34. 36. pro אֵילַמָּיו, litera י Suffixi per Syncopen conciſa. Fœm. אֵלַמּוֹת *Porticus*, Ezech. 40, 16. 30.

אוּלָם *Ligationem* vi etymi dicit; abit autem in *particulam*, quacunque ratione eam inferens, eſtque α) *adſertiva*, notans *certè*, *profectò*, *quin imò*, Num. 14, 21. Job. 13, 3. β) *adverſativa*, ſignificans *ſed*, *tamen*, *veruntamen*, Job. 2, 5. c. 5, 8.

אֲלֻמָּה f. *Manipulus*, *Faſciculus*, à *ligando*, vel *colligando* ſic dictus. Cum Suff. אֲלֻמָּתִי *Manipulus meus*, Gen. 37, 7. Plural. אֲלֻמּוֹת *Manipuli*. Cum Suff. אֲלֻמֹּתֵיכֶם *Manipuli veſtri*, Gen. 37, 7. נֹשֵׂא אֲלֻמֹּתָיו *Portans manipulos*, *mergetes ſuos*, Pſalm. 126, 7. M. אֲלֻמִּים *Manipuli*, Gen. 37, 7. Sæpius non legitur.

אַלְמָן m. *Viduus*, quem luctus ita *ligat*, ut obmuteſcat. Semel legitur, Jer. 51, 5. ubi Seb. Schmidius in Comment. potius *Filium* Patre orbum & deſtitutum notare autumat.

אַלְמָנָה f. *Vidua*; ſic dicta, quod velut luctus magnitudine & gravitate *colligata* obmuteſcat; vel, ſi Arabiſmum ſpectas, ubi אלם ſignificat *doluit*, *dolore affectus eſt*, *afflictus*, *paſſus fuit*, ſic vocata, quod ſit *fœmina dolens*, *afflicta*, *perſecutiones patiens*. אִשָּׁה אַלְמָנָה *Mulier vidua*, 2. Sam. 14, 5. 1. Reg. 11, 26. Plur. אַלְמָנוֹת *Viduæ*. Exod. 22, 23. Cum Suff. אַלְמְנֹתָיו *Viduæ ejus*, Job. 27, 15.

1) Generatim & vi etymi notat *ligatum*, quacunque ſe ratione ita habeat. 2) Speciatim α) notat *viduam*, mulierem marito orbam, quæ linguæ quaſi vinculo *ligata*, pro jure ſuo tuendo loqui nequit, ob luctus gravitatem obmuteſcit, & perſecutiones ab improbis patitur. Unde *viduæ cauſam agere* inter opera charitatis refertur, Jeſ. 1, 17. Cæterum ſic legitur, Gen. 38, 11. Lev. 21, 14. c. 22, 13. Num. 30, 10. 2. Sam. 14, 5. 1. Reg. 17, 9. 10. Pſalm. 109, 9. &c. β) Impropriè 1) per Metaphoram tribuitur *regioni* vel urbi, quæ Rege vel Principe, incolis atque civibus ſuis deſtituta orbitatem ſuam deplorat, Jeſ. 47, 8. conf. Thren. 1, 1. 2) Per Synecdochen *vidua & orphanus* notant *quosvis afflictos & ærumnoſos*, Exod. 22, 21. Devt. 10, 18. c. 27, 19. Prov. 23, 10.

אַלְמוֹן m. *Viduitas*. Legitur ſaltem Jeſ. 47, 9. & quidem Metaphoricè deſignans *Babyloniæ deſolationem*.

אַלְמְנוּת f. *Viduitas*, quæ α) *propriè* notat *ſtatum*, quô mulier, quæ maritata fuit, marito orba eſt, Gen. 38, 14. 19. 2. Sam. 20, 3. β) Metaphoricè tribuitur *Eccleſiæ*, graviſſimas patienti afflictiones, quarum tempore Meſſiæ oblitura erat, Jeſ. 54, 4.

אַלְמֹנִי *Almoni*; vox ficta, quâ vel *homo*, vel *locus* inſignitur, cujus proprium nomen reticemus, & reticendo quaſi ligamus, ne audiatur & per-

Digitized by Google

percipiatur. De *homine* legitur Ruth. 4, 1. de *loco* autem 1. Sam. 21, 2. 2. Reg. 6, 8.

אָלַף *Aſſuetus eſt, Didicit*; apud Arabes *Aſſuetus, familiaris, neceſſitudine & familiaritate conjunctus fuit, Copulatus eſt.* In Kal legitur ſaltem Fut. תֶּאֱלַף *Diſcas*, Prov. 22, 25. Piel אִלֵּף *Diſcere fecit, docuit.* Ter legitur. אֲאַלֶּפְךָ *Docebo te*, Job. 33, 33. יְאַלֵּף *Docebit*, Job. 15, 5. Part. מַלְּפֵנוּ *Docens nos*, Job. 35, 11. pro מְאַלְּפֵנוּ, per Syriasmum (-) in locum (:) translato, & א per Syncopen conciſo.

אַלּוּף m. *Dux*; *Bos*. Cum Suff. אַלּוּפִי *Dux meus*, Pſalm. 55, 14. Plur. אַלּוּפִים *Duces*, Jer. 13, 21. In Statu Conſtr. אַלּוּפֵי *Duces*, Gen. 36, 15. אַלּוּפֵיהֶם *Duces eorum*, Gen. 36, 19.

1) Generatim notat *Ducem*, vel *Ductorem*, qualiscunque ſit. 2) Speciatim α) *propriè* competit *homini*, qui moderamen affectuum alterius ita invaſit, vel invadere laborat, ut eum ſibi habeat morigerum. Ita deſignat 1) *Principem* vel *Ducem*, e. g. Idumæorum, Gen. 36, 15. & ſeqq. Judæorum, Zach. 12, 5. 6. conf. c. 9, 7. Mich. 7, 5. 2) *Amicum*, qui inter amicos velut Dux & Princeps eſt, cui fidimus, à quo pendemus, cujus conſiliis utimur & nitimur. Ita Lud. de dieu exponit illud Pſalm. 55, 14. 3) *Maritum*, qui Conjugis juventutem moderari tenetur. Prov. 2, 17. Huc referunt illud Jer. 3, 4. ubi gens Judaica *Deum* vocat *Ducem adoleſcentiæ ſuæ.* Aſt bene monet Seb. Schmidius, *Ductorem adoleſcentiæ* reſpicere *eductionem ex Ægypto, & ductum populi in deſerto.* β) *Metaphoricè* notat *bovem*, qui armenti *Dux* & *Ductor* eſt, jugum pati edoctus atque aſſuetus, Pſalm. 144, 14. Huc referunt R. D. Kimchi, Pagninus, Tremellius, Piſcator, Coccejus &c. illud Jer. 11, 19. vel ſubaudito ו, ſicut *agnus & bos*; vel repetito כ, *ſicut agnus, ſicut bos.* Sed Seb. Schmidio notat d. l. *ducem*, ut ſit *agnus dux gregis*; cel. Majo autem eſt adjectivum, כּכֶבֶשׂ אלוף notans *ovem manſuetam.*

אֶלֶף m. *Mille*; Marino Brixiano ſic dici videtur, quod numerus millenarius ſit Dux omnium inferiorum, eosque pleniſſimè in ſe contineat. כְּאֶלֶף אִישׁ וְאִשָּׁה *Circiter mille viri & fœminæ*, Jud. 9, 49. *Familia*; אַלְפִּי *Familia* mea, Jud. 6, 15. Dual. אַלְפַּיִם *Duo millia*, Exod. 38, 29. Plur. אֲלָפִים *Millia*; *Boves*. וְעֹשֶׂה חֶסֶד לַאֲלָפִים *Et faciens eſt miſericordiam in millia*, Exod. 20, 6. Cum Suff. אֲלָפֶיךָ *Boves tui*, Devt. 7, 13. In Statu Conſtr. כִּשְׁלֹשֶׁת אַלְפֵי אִישׁ *Circiter tria millia virorum*, Exod. 32, 28.

1) Generatim notat, *quicquid qualicunque ratione inſtar ducis eſt, & conjunctionem quandam importat.* 2) Speciatim α) exprimit *numerum millenarium*, qui reliquorum dux & princeps eſt, reddendum *mille*; *chilias*, Gen. 20, 16. Exod. 12, 36. Num. 1, 21. Jud. 5, 8. c. 7, 3. c. 8, 10. &c. Sed per Synecdochen *millia* deſignant *permultos*, Exod. 20, 6. c. 34, 7. Devt. 1, 11. 1. Sam. 18, 7. Pſalm. 119, 72. Pſalm. 84, 11. Pſalm. 91, 7. Ita *millium* vel *myriadum millia* denotant *numerum omnium maximum*, & im-

Digitized by Google

immenſum, Gen. 24, 60. Pſalm. 68, 18. Num. 10, 36. Conf. Dan. 7, 10. β) Notat *familiam*, ſeu *multitudinem* hominum ob ſanguinis *conjunctionem* ſibi invicem notorum, Jud. 6, 15. Mich. 5, 1. Vid. Coccej. Lex. & animadverſ. Maji ad illud. Conf. Cleric. in Jud. 6, 15. ubi ſcribit: *Chilias mea* אַלְפִּי *Alphi.* Hoc eſt, *familia & cognatio mea.* Nam diviſi erant Iſraelitæ in Chiliadas, ut conſtat ex Exod. 18, 21. Hinc Joſephus habet Φύλη. γ) Notat *bovem*, qui armenti dux & ductor eſt. Ita verò legitur in Plurali, Devt. 7, 13. c. 28, 4. 18. 21. Pſalm. 8, 8. Prov. 14, 4. Jeſ. 30, 24.

הֶאֱלִיף *Milleficavit; in millia ſe diffudit;* ab אֶלֶף *mille.* Saltem legitur Participium in Plur. F. Pſalm. 144, 13. מַאֲלִיפוֹת *In millia ſe diffundentes, creſcentes.*

אָלַץ *Coarctavit, moleſtè urſit.* Saltem legitur in Fut. וַתְּאַלְצֵהוּ *Et coarctavit, moleſte urſit eum,* Jud. 16, 16.

אָמַם *Poſuit, Propoſuit,* apud Arabes. Inde eſt

אֵם f. *Mater,* ſic dicta non ſolum, quod *ponit* & parit liberos, ſed etiam, quod plerumque bonæ aut malæ educationis fundamenta ab ea poni ſoleant. Cum Suff. אִמִּי *Mater mea,* Gen. 20, 12. אִמָּם *Mater eorum,* Hoſ. 2, 7. Plur. אִמּוֹת *Matres.* Cum Suff. אִמּוֹתֵינוּ *Matres noſtræ,* Thren. 4, 3.

1) Generatim notat *Matrem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *matrem, fœminam prolificam,* quæ ponit & excludit ſololem, &c. Ita tribuitur tum *hominibus,* Exod. 2, 8. Jud. 5, 28. 2. Sam. 2, 17. 25. 1. Reg. 1, 11. c. 2, 13. 19. Job. 1, 21. Pſalm. 22, 10. &c. tum *brutis*, Devt. 22, 6. 7. β) *Impropriè* 1) per Synecdochen notat *aviam,* 1. Reg. 15, 10. 13. Hûc referunt, quod *Eva* dicitur mater omnium viventium, Gen. 3, 20. 2) Per *Metaphoram* tribuitur α) *primariæ alicujus gentis urbi,* quam Græci *metropolin* dicunt, quia ex eâ velut ex matre aliæ urbes quaſi natæ ſunt, quæ inſtar filiarum ei ſubjiciuntur, 2. Sam. 20, 19. β) *Reipublicæ Iſraelíticæ,* reſpectu duorum regnorum, Iſraelitici & Judaici, quæ ex eâ velut ex quadam matre prognata fuerunt, Ezech. 23, 2. γ) *Synagogæ Judaicæ,* quæ Deo inſtar matris filios filiasque ſpirituales gignere debebat, Jeſ. 50, 1. Hoſ. 2, 2. 5. δ) *Debora* reſpectu gubernationis, Jud. 5, 7. ε) *Viæ,* ita, ut *mater viæ,* ſit *bivium,* quia eſt principium, unde duæ diſtinctæ *viæ* naſcuntur, Ezech. 21, 21.

אִם *Si;* à radice Arabica אמם *poſuit, propoſuit;* vi ſuæ originis notat *poſitionem, propoſitionem, conditionem, quæſtionem,* Vid. Kœrb. Lex. Part. Abit autem in particulam, quæ pro varietate contextus varias ſignificationes obtinet. Nam I) exprimit *Conjunctiones*, easque α) conditionales, *ſi, quodſi,* Gen. 4, 7. Exod. 4, 8. 9. Lev. 25, 28. Num. 5, 28. Devt. 11, 13. Eccl. 4, 11. Cant. 5, 8. c. 8, 7. Jer. 4, 1. Ez. 20, 39. β) Cauſales, *quia, quandoquidem, quod,* Gen. 23, 13. Eſth. 6, 13. it. Ezech. 35, 6

ub

ubi combinatur cum לא. γ) Conceſſivas, *etſi, quamvis, ſi vel maxime*, Num. 22, 18. Devt. 30, 4. Jud. 13, 16. Eccl. 10, 4. Jeſ. 1, 19. Jer. 14, 7. c. 15, 1. Am. 5, 22. δ) *Disjunctivas, ſive, ſive*; id quod fit, ſi in eadem ſententia repetitur. אִם־לָמָוֶת אִם־לַחַיִּים *Sive ad mortem, ſive ad vitam.* Ita quoque adhibetur, Exod. 19, 13. Lev. 3, 1. Devt. 18, 3. 1. Reg. 20, 18. Eccl. 5, 11. Jer. 42, 6. Ezech. 2, 7. II) *Adverbia*, & quidem α) Interrogandi, *an? num? utrum? annon?* אִם־אֶחְיֶה מֵחֳלִי *An revaleſcam ex morbo hoc?* 2. Reg. 1, 2. Conf. Gen. 17, 17. 2. Sam. 19, 36. Eſth. 4, 14. Jeſ. 27, 7. Jer. 3, 5. Ezech. 15, 3. Joel. 1, 2. c. 3, 9. Am. 6, 2. Mich. 2, 7. Hab. 3, 8. β) Adſeverandi, *certè, profectò, omninò*, אִם־תִּקְטֹל אֱלוֹהַּ רָשָׁע *Omninò occides, o Deus, improbum*, Pſalm. 139, 19. Vid. Gen. 47, 18. Job. 17, 16. c. 42, 8. Prov. 23, 16. Jeſ. 29, 16. γ) *Temporis*, tàm *determinati, Poſtquam*, Gen. 28, 19. Num. 21, 9. Jud. 6, 3. Job. 14, 14. Jeſ. 24, 13. quàm indeterminati, *dum, quando, quum*, Job. 22, 20. Pſalm. 59, 16. Prov. 3, 24. Mich. 5, 7. δ) Obſecrandi, *quæſo, obſecro.* וְעַתָּה אִם־תִּשָּׂא חַטָּאתָם *Nunc ergo, obſecro, condona peccatum eorum*, Exod. 32, 32. Vid. Gen. 38, 17. 1. Chron. 4, 10. ε) Numeri *Quoties, quotieſcunque.* אִם־בָּא אֶל־אֵשֶׁת אָחִיו Quoties *ingrediebatur* ad uxorem fratris ſui, Gen. 38, 9. Vid. Num. 36. 4. Job. 10, 14. Pſalm. 63, 7. Pſalm. 94, 18. III) In *jurramentis aut gravioribus adſertionibus* α) ſi imprecationem malam fallenti immittendam omittit, niſi eam ſuppleas, אִם *negationem* infert, per *ut ne, quod non*, exprimendam; אִם־לֹא autem affirmationem involvit, per voculas *profectò, quod*, indigitandam. נִשְׁבַּעְתִּי בְאַפִּי אִם־יְבֹאוּן אֶל־מְנוּחָתִי Juravi in ira mea, *quod non* ingreſſuri ſint in requiem meam, Gen. 14, 23. c. 21, 23. 1. Sam. 24, 22. Jeſ. 22. 14. אִם־לֹא עַל־פָּנֶיךָ יְבָרְכֶךָּ *Profectò* in faciem execrabitur te, Job. 1, 11. Ita quoque Jer. 42, 5. β) Præcedente חַי vel חֵי *Quàm verè vivo* vel *vivit*, אִם idem eſt ac *tàm verè non*; וְחֵי נַפְשְׁךָ אִם־אֶעֱשֶׂה אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה אִם־לֹא autem notat *tàm verè.* *Quam verè vivit* anima tua, *tàm verè* non faciam rem hanc, 1. Sam. 11, 11. vide 1. Sam. 14, 45. 1. Reg. 17, 12. 2. Reg. 2, 2. Jer. 38, 16. Ezech. 14, 19. חַי אָנִי נְאֻם־יְהוָה אִם־לֹא כַּאֲשֶׁר דִּבַּרְתֶּם בְּאָזְנָי כֵּן אֶעֱשֶׂה לָכֶם *Quàm verè vivo ego*, ait Dominus, *tàm verè*, ſicut dixiſtis in auribus meis, (me audiente) ſic faciam vobis, Num. 14, 28. Ita quoque adhibetur, Ezech. 17, 19. IV) *Extra juramenta & graviores adſertiones* אִם־לֹא exprimunt conjunctiones adverſativas, *ſed, verum, aſt*, ſi ſunt ante orationem præcedenti contrariam, Gen. 24. 38. Pſalm. 131, 2. Jer. 22, 6. γ) כִּי־אִם accipiuntur α) adverſativè, pro *ſed, aſt, verum*, Pſalm. 1, 2. 4. Pſalm. 4, 4. β) exceptivè, pro *niſi*, Gen. 28. 17. c. 32, 26. c. 39, 9. Eſth. 2, 14. Jeſ. 55, 10. c. 65, 6.

אוֹם m. *Natio* vel *Populus*, ſic dictus, quod vel ab unâ quaſi matre poſitus ſit, vel unâ lege poſitivâ ſeu ſtatuto comprehendatur. Occurrit ſaltem

tem in Plurali אֻמִּים *Nationes*, Pſalm. 117, 1. & אֻמּוֹת Num. 25, 15. Cum Suff. לְאֻמֹּתָם *Iuxta nationes eorum*, Gen. 25, 16. Sæpius non legitur.

לְאֹם m. *Natio; Populus;* ל per Proſtheſin præmiſsô. וּלְאֹם מִלְאֹם יֶאֱמָץ *Sed populus præ populo prævalebit*, Gen. 25, 23. Cum Suff. וּלְאֻמִּי *Et natio mea*, Jeſ. 51, 4. Plur, לְאֻמִּים *Nationes*, Gen. 25, 23.

1) Generatim notat *quamcunque nationem* vel populum, Pſalm. 9, 9. Pſalm. 148, 11. Prov. 14, 34. 2) Speciatim deſignat α) *poſteritatem Jacobi & Eſavi*, Gen. 25, 23. β) *Iſraelitas tantum*, tàm ſecundum carnem, Pſalm. 2, 1. conf. Act. 4, 27. quàm ſecundum Spiritum, Jeſ. 51, 4. γ) *Gentes à proſapiâ & populo Dei alienas, ut* Cananæos, Gen. 27, 29. Pſalm. 44, 3. Pſalm. 105, 44. Ægyptios, Æthiopes & Sabæos, Jeſ. 43, 4. imò quaſcunqve alias ad Chriſtum convertendas gentes, Jeſ. 41, 1. c. 60, 2.

אַמָּה f. *Menſura; Cubitus; Poſtis.* In ſtatu Conſtr. בְּאַמַּת אִישׁ *In cubitô viri*, Devt. 3, 11. Dual. אַמָּתַיִם *Duo cubiti*, Exod 25, 10. c. 31. 1. Plur. אַמּוֹת *Cubiti*, Exod. 26, 16. *Poſtes*, Jeſ. 6, 4.

1) Generatim & vi originis *poſitionem* dicit, & infert, qualicunque ea fiat ratione. 2) Speciatim α) κατ' ἐξοχὴν notat *menſuram*, quâ rei quantitas ponitur & determinatur, Jer. 51, 13. β) *Cubitum*, tùm prout deſignat *brachii partem*, cui poſitæ firmiter innitimur & quâ rei longitudinem menſuramus, Devt. 3, 11. tùm prout denotat *ulnam*, quæ ponit *longitudinem*, quanta eſt à brachii flexu usque ad medii digiti extremitatem. Ita legitur in ſingulari, Gen. 6, 15. 16. c. 7, 20. Exod. 27, 12. 13. 14. 16. c. 38, 13. 14. 15. 18. Num. 35, 4. 1. Reg. 6, 2. 3. 16. 20. c. 7, 2. 6. 15. 31. 32. &c. In Duali, Exod. 25, 10. 17. c. 37, 1. 6. 10. 25. In Plurali, Exod. 26, 16. c. 27, 1. 18. c. 36, 15. c. 38, 1. 18. Devt. 3, 11. 1. Sam. 17, 4. 1. Reg. 6, 10. 23. 24. &c. γ) *Poſtes*, qui ſunt *poſitiones* januæ, quibus ſuperliminare imponitur. Ita ſemel legitur, Jeſ. 6, 4.

אָמָה f. *Ancilla;* quod Dn. Majus deducit ab Arabum אמא *Ancilla evaſit;* vel אמה *initô fœdere vel pactô addixit*, quia ancilla initô de certâ mercede obtinendâ pactô, laborem & fidem domino addicere ſolet, Gen. 25, 10. 13. Cum Suff. אֲמָתִי *Ancilla mea*, Gen. 30, 3, Plur. אֲמָהוֹת *Ancillæ*, Gen. 31, 33. Exod. 2, 6. 22. In Statu Conſtr. לְעֵינֵי אַמְהוֹת עֲבָדָיו In oculis *ancillarum* ſervorum ipſius, 2. Sam. 6, 20. Cum Suff. אַמְהֹתַי *Ancillæ meæ*, Job. 19, 15. אַמְהֹתֵיכֶם *Ancillæ veſtræ*, Devt. 12, 12.

אמל *Languidus eſt.* Occurrit ſaltem Particip. Paul F. מָה אֲמֻלָה לִבָּתֵךְ Quam *languidum* eſt cor tuum? Ezech. 16, 30. Pual אֻמְלַל *Languuit, Languidus, Debilis eſt, Languefactus eſt*, pro אֻמַּל, ut pro Dageſch forti Characteriſticô tertia raticalis geminata appareat וְאֻמְלַל כָּל־יוֹשֵׁב בָּהּ *& languefiet* omnis habitans in ea, Hoſ. 4. 3. שַׁדְמוֹת חֶשְׁבּוֹן אֻמְלָל Agri Chesbonis *langvuit*, i. e. *quilibet agrorum Chesbonis languidus factus eſt*, Jeſ. 16, 8. Conf. c. 24, 4.

1) Ge-

1) Generatim *virium defectum* importat, ſive *ex parte*, ſive *ex totô*. Unde 2) Speciatim *α*) eſt *languere*, *infirmari ex defectu ſpirituum*, *ſucci*, *aliarumve rerum*. Ita dicitur 1) de *hominibus* ex ſiti & fame langueſcentibus, Hoſ. 4, 3. de Judæis cordis longuorem in vero Dei cultu oſtendentibus, Ezech. 16, 30. de matribus ſobole privatis, quæ ipſis vires vigoremque largiri videbatur, 1. Sam. 2, 5. Jer. 15, 9. 2) de *plantis & arvis*, quæ vel nimio æſtu, vel frigore ingenti *viribus*, *vigore & ſuccô* privata languent, vel nullum ſui uſum amplius præbent, vel exiguum ſaltem proventum ſuppeditant. Ita languere dicitur *flos*, quando omni ſucco & vigore deſtituitur, Nah. 1, 4. *oleum*, quando exiguus ejus proventus eſt, Joel. 1, 10. *vitis*, quando nullas fert uvas, Jeſ. 24, 7. *ficus*, Joel. 1, 12. *arvum*, quando exſuccum nullum ſui præbet uſum, Jeſ. 16, 8. vel 17. *β*) Eſt *vaſtari*, *deſtrui*, *excindi*, *dirui*. Ita dicitur de *muris*, qui diruti deſtituuntur *viribus* ad ſtandum neceſſariis, Thren. 2, 8. de *portis*, pari ratione, Jer. 14, 2. de *terra*, cujus ſplendor deſtruitur, incolæ in calamitates ingentes incidunt, imò penitus excinduntur, Hoſ. 4, 3.

אֻמְלַל m. *Languidus*, ſucco viribusque deſtitutus, inſtar arborum vel arvorum, quæ vel nimio ſolis æſtu, vel frigoris vi, ſucco omni & viribus exhauriuntur, Pſalm. 6, 3.

אֲמֵלָלִים m. pl. *Languidi*, *viribus exhauſti*, *infirmi*. Ita ſemel legitur, Neh. 3, 34. vel. c. 4, 2.

אמם, unde eſt אֵם *Mater*; אִם *ſi*; אַמָּה *Menſura*, *Cubitus*, vide ſuperius.

אָמַן *Nutrivit*. In Kal legitur ſaltem Participium & Infinitivus. Scil. P. *Benoni* אֹמֵן *Nutriens*, Eſth. 2, 7. F. אֹמֶנֶת *Nutrix*, Ruth. 4, 16. Part. Paul אֱמֻנִים *Nutriti*, Thren. 4, 5. Infin. בְּאָמְנָה *In nutriri eam*, i. e. *cum nutriretur*, Eſth. 2. 20. Niphal נֶאֱמַן *Verax*, *verus*, *certus*, *firmus*, *fidus*, *ſtabilis*, *confirmatus*, *geſtatus fuit*. וְנֶאְמַן בֵּיתְךָ *Et firma erit* domus tua, 2. Sam. 7, 16. Part. נֶאֱמָן *Fidus*, Jer. 42, 5. Fut. יֵאָמֵן דְּבָרְךָ *Confirmetur* verbum tuum, 2. Chron. 6, 16. תֵּאָמַנָה *Geſtabuntur*, Jeſ. 60, 4. pro quo, Jeſ. 66, 12. adhibetur תִּנָּשֵׂאוּ. Hiphil הֶאֱמִין *Credidit*, *Verum*, *Certum*, *firmum putavit*, *fidem adhibuit*, *Fiſus*, *Confiſus eſt*. Conſtruitur vel abſolutè, vel intervenientibus particulis ב, ל, את. הֶאֱמִין את לָהֶם *Credidit illis*, Gen. 45. 26. הֶאֱמִן בַּיהוָה *Credidit Domino*, Gen. 15, 6. Fut. לֹא אַאֲמִין *Non credam*, Job. 9, 16.

1) Generatim videtur inferre *firmum cujuscunque rei amplexum*, quacunque ſe habeat ratione. 2) Speciatim *α*) deſignat *arctum & firmum amplexum nutritii*, quo infantem vel alumnum ſibi concreditum arctè amplectitur, & in ſinu firmiter geſtat. Vid. Coccejus in Lex. Inde redditur *nutrire*, *educare*, *in ſinu geſtare*. In *Kal* leguntur ſaltem Participia, *a*) *Benoni*, notans *nutritorem*, *altorem*, *educatorem*, vel *nutricem*, *geſtatricem*, infantem vel alumnum arctè amplectentem, in ſinu firmiter geſtantem, curantem &c. De *illo* Legitur, Num. 11, 12. 2. Reg. 10, 1. 5.

10, 1. 5. Eſth. 2, 7. & Metaphoricè, Jeſ. 49, 23. ubi Reges dicuntur *nutritii Eccleſiæ*. De hâc verò occurrit, Ruth. 4, 16. 2. Sam. 4, 4. *b*) *Paul* ſignificans *nutritum, educatum*, Thren. 4, 5. In *Niphal* autem ſaltem occurrit, Jeſ. 60, 7. ubi idem eſt ac *in ſinu geſtari, à nutricibus apportari*. Conf. Seb. Schmid. in h. l. β) Importat *ejusmodi amplexum, quò aliquid firmum eſt, durat, alteri adhæret* &c. Hinc in Niphal *a*) ſignificat *firmum eſſe* ex mutuo partium complexu, vel alia ratione. Ita dicitur de *locò*, Jeſ. 22, 23. 25. *b*) *Stabile eſſe, in ſuo ſtatu conſiſtere, durare, perſeverare* &c. Ita dicitur 1) de *domo* ac *familiâ*, 1, Sam. 2, 35. c. 25, 28. 1. Reg. 1, 38. Conf. 2. Sam. 7, 16. vbi quoque dicitur de *regnô*. 2) De *fœdere*, Pſalm. 89, 29. 3) De *incolumitate*, 2. Chron. 20, 20. Jeſ. 7, 9. 4) De *morbis* tenaciter inhærentibus, Devt. 28, 29. *c*) *Fidum* vel *fidelem eſſe*; Ita dicitur 1) de *Deô*, qui promiſſiones ſervat, nec fallere novit, Deut. 7, 9. Jeſ. 49. 7. Conf. Jer. 42, 5. 2) De *homine* mentis candidæ, fideique ſpectatæ, ſincerè alterum amante, eique conſtanter adhærente, &c. tùm in genere, Prov. 11, 13. tum in ſpecie de *Moſe*, Num. 12. 7. *Samuele*, 1. Sam. 2, 35. *Davide*, 1. Sam. 22, 14. *Abrahamo*, Neh. 9. 8. de *teſtibus*, Pſalm. 89, 37. Jeſ. 8, 2. de *legato* â præſcripto mittentis non diſcedente, Prov. 25, 13. Conf. Jeſ. 1, 21. 26. ubi *Hieroſolyma*, per Metonymiam ſuos incolas deſignans, dicitur *civitas fidelis*, fida, quando Deo, Regi & Sponſo ſuo adhærebat, fidem datam ſervabat; item de *theſaurariis*, qui concreditos ſibi theſauros fideliter cuſtodiunt, Neh. 13, 13. 3) De *vulneribus* h. e. *de increpationibus amicis*, quæ Metonymicè dicuntur fidelia vel fideles, quatenus ex corde ſincero & ingenio, quod non ſuum, ſed, quod eſt alterius, quærit, proficiſcuntur, & ad emendationem alterius tendunt, Prov. 27, 6. 4) De *verbô Dei*, quod fidele atque indubitatum eſt ratione doctrinæ, promiſſionum atque comminationum, Pſ. 19, 8. Pſ. 93, 5. 5) De *iride* velut teſte non fallente, Pſ. 89, 37. 38. *d*) *Verificari*, ita, ut veritas dicti cum facto ipſo appareat, Gen. 42, 20, 1, Reg. 8, 26. 2. Chron. 1, 9. c. 6, 17. γ) In *Hiphil* 1) idem eſt ac *credidit, fiſus eſt, dictis alterius fidem habuit, alterius verbis atque promiſſionibus acquievit atque innixus eſt*; *Certus atque perſuaſus fuit de aliquâ re in corde ſuo; aliquid pro certo atque indubitatô habuit*. Qui enim credit, firmo amplexu in objectum fertur. In determinandâ autem certâ ſignificatione, obſervanda eſt conſtructionis diverſitas. Scilicet ſi conſtruitur cum Accuſativo, vel jungitur verbo intercedente כִּי, vel Infinitivo nudo, vel cum ל præmiſſo, eſt *firmiter aliquid credere, pro certô ac verô aliquid habere, de aliquâ re certum ac perſuaſum eſſe*, ut Jud. 11, 20. *Sihon* dicitur non crediſſe, Iſraelitas terram ſuam tranſituros eſſe, ſed putavit firmiter, eos in ea ſedem fixuros. Ita quoque legitur, Job. 9, 16. Thren. 4, 12. In hac autem ſignificatione indigitat tam *fidem* ſeu *fiduciam*, quàm ejus *fundamentum, argumenta, rationes, perſuaſiones* &c. Job. 15, 22. c. 20, 31. Vid. Schmid. in ll. cc. Huc refer, Pſalm. 27, 13. Sin verò conſtruitur interveniente ל vel ב, notat

notat *alicui credere, ſidem habere*, e. g. *homini* ejusque dictis, Gen. 45, 26. Exod. 4, 1. 8. c. 19, 9. 1. Reg. 10, 7. 2. Chron. 20, 20. *Deo, ejusque verbis*, ita, ut non ſolum *perſuaſionem*, ſed etiam *fiduciam atque ſpem* involvat, adeo, ut homo Dei promiſſis ac gratiæ acquieſcat atque innitatur, Gen. 15, 6. Exod. 14. v. ult. Pſalm. 106, 12. Pſalm. 119, 66. Jon. 3, 5. Conf. Jeſ. 28, 16. ubi notat *fidem juſtificantem* in Meſſiam. *Negative* adhibetur, Num. 20, 12. Devt. 9, 23. 2. Reg. 17, 14. Pſalm. 78, 22. 2) Notat *fidere*, Job. 4, 18. c. 15, 15. ubi Deus dicitur *non fidere in Angelis ſuis*, quod ſint juſti præ ipſo. 3) Per Metonymiam antecedentis pro conſequente eſt *curare*; qui enim rem credit, eam curat, Job. 39, 2.

אָמָּן m. *Artifex*, quaſi artis *nutritius* dictus, vel quaſi *firmus* in arte, juxta Buxtorff. Legitur ſaltem Cant. 7, 1.

אָמֵן m. *Veritas; Amen.* אֱלֹהֵי אָמֵן *Deus veritatis*, i. e. *verax*, Jeſ. 65, 16.

1) Generatim & vi originis notare videtur *id, quod firmiter amplectendum.* 2) Speciatim α) notat *veritatem*, quæ firmiter amplectenda. Bis legitur. Jeſ. 65, 16. ubi Deus dicitur. אֱלֹהֵי אָמֵן *Deus veritatis*, i. e. *verax in promiſſionibus olim de Chriſto & ejus beneficiis factis, & æternum implendis*. Vid. Seb. Schmid. β) Abit in particulam, notans, *ita, omninò, reverâ, certò* &c. eſtque 1) *affirmantis, approbantis & aſſentientis*, quam LXX. reddunt γένοιτο *firmum, ratum, verum eſto, quod dictum vel auditum eſt*, verè fiat, Devt. 27, 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 27. 1. Reg 1, 36. 1. Chron. 16, 36. Neh. 5, 13. 2) *voventis*, Jer. 28, 6. Geminatio hujus voculæ *adſeverationem* vel *vehementiam & ardorem voti intendit*, q. d. *Ah fiat! Ita fiat! Utique eveniat!* Num. 5, 22. Neh. 8, 6. Pſalm. 41, 14. Pſalm. 72. 19. Pſalm. 89, 52. Pſalm. 106, 48. Plura vide apud Glaſſ. in Gram. S. lib. 3. Tr. 5. p. 715. ſeqq.

אָמוֹן m. *Nutritius; Alumnus; Filius* in ſinu geſtatus, Prov. 8, 30. Legitur adhuc ſemel, Jer. 46, 25. Sed in determinanda ibi ſignificatione Interpretes variant. Chaldæo & Vulgato notat *tumultum*; R. Salomoni שַׂר *Principem*, & D. Kimchio מֶלֶךְ *Regem*. Omnium forte optimè dixeris, eſſe ſaltem partem nominis proprii Conditoris, qui deinde ab incolis tanquam Gentilibus in numerum Deorum relatus fuit; unde apud profanos eſt *Jupiter Ammonius*. Vid. Seb. Schmid. in l. c.

אֵמוּן *Fides, Fidelitas*, Devt. 32, 20. Plur אֱמוּנִים *Fidelitates*, Pſalm. 31, 24. *Fideles*, Pſalm. 12, 2.

1) Generatim *relationem amplexus & adhæſionis quacunque infert ratione.* 2) Speciatim α) Subſtantivè notat 1) *fidem*, quâ homo fertur in Chriſtum, promiſſionesque divinas amplectitur, ſibi applicat, & velut iis, quibus deceptio ſubeſſe nequit, tenaciſſimè adhæret, Jeſ. 26, 2. 2) *fidelitatem*, qua quis tàm in verbis, quàm in factis candorem amplectitur, omnemque fucum, ſimulationem, hypocriſin atque deceptionem fugit. Ita *Deus* dicitur cuſtodire *fidelitates*, quia ab ipſo ipſiusque verbis longiſ-

ſimè

by Google

ſimè abeſt omnis fucus, ſimulatio atque deceptio, Pſalm. 31, 24. Similiter dicitur de *hominibus*, ſe pro conſcientiæ ratione tum erga Deum tum erga proximum fidos, candidos atque ingenuos gerentibus, ut de *legato*, Prov. 13, 17. de *teſte*, Prov. 14, 5. de *viro*, Prov. 20, 6. β) Adjectivè & in concreto notat *fideles*, 2. Sam. 20, 19. Conf. Pſalm. 12, 2.

אֹמֶן m. *Firmitas; Certitudo.* Semel legitur in Singulari, Jeſ. 52, 1. אֱמוּנָה אֹמֶן *Veritas (tua eſt) certitudo*, i. e. *certiſſima*. Plur. אֹמְנוֹת *Columnæ*, amplectentes & ſuſtinentes, quæ imponuntur. Semel legitur, 2. Reg. 18 16.

אֱמוּנָה f. *Firmitas; Veritas; Fides; Fidelitas* וַיְהִי יָדָיו אֱמוּנָה Ut manus ejus eſſent *firmitas*, i. e. *firmæ*, Exod. 17, 17. מִצְוֺתֶיךָ אֱמוּנָה Præcepta tua ſunt *fidelitas*, i. e. *fideliſſima*, Pſalm. 119, 86. In Statu Conſtr. אֱמוּנַת עִתֶּיךָ *Fides* temporum tuorum, Jeſ. 33, 6. Cum Suff. אֱמוּנָתוֹ *Fides ejus*, Pſalm. 100, 5. Sed 1. Sam. 26, 23. אֱמֻנָתוֹ per alternationem. Plur. אֱמוּנוֹת *Fidelitates*. אִישׁ אֱמוּנוֹת *Vir fidelitatum*, i. e. *maximè fidelis*, Prov. 28, 20.

1) Generatim Coccejo ſignificat *relationem ſuſtinentis & adhærentis*. 2) Speciatim α) ſignificat *firmitatem*, quâ res aliqua ſuſtinetur. Ita dicitur de *firmitate* manuum Moſis, quas Aaron & Hur ſuſtinebant, Exod. 17, 12. β) *Veritatem*, א) prout opponitur *falſitati & mendacio*. Ita tribuitur 1) *Deo*, prout mentiri neſcit, & conſtans eſt in dicendo vero, ſervandisque promiſſis, Pſalm. 40, 1. Pſalm. 88, 12. Pſalm. 89, 2. 3. 6. 15. 50. Pſalm. 92, 3. Pſalm. 119, 90. Pſalm. 143, 1. Thren. 3, 23. conf. Pſalm. 33, 4. ubi dicitur *omne opus ejus eſſe in veritate*, i. e. convenire cum ejus promiſſionibus & comminationibus. 2) *Dei verbo*, vel doctrinæ in eo contentæ, quia verum Deum, verumque Dei cultum docet hominem, eique veritatem & ingenuitatem ab omni mendacio & fuco alienam commendat, Pſalm. 119, 30. 86. 138. Dan. 8, 12. 3) *homini*, qui verba cum re convenientia loquitur, Prov. 12, 17. 22. ב) Prout opponitur *injuſtitiæ*, ita, ut deſignet juſtitiam *conſtantem & ſolidam*, quia, ut Flacius judicat, veritas & ſinceritas juſtitiæ fundamentum ſunt, ſicut è contrario injuſtitiæ exercendæ mendacia, fraudes, ſimulationes & diſſimulationes inſerviunt & adhibentur, Pſalm. 37, 3. Neh. 9, 33. γ) *Fidem*, prout deſignat 1) *fidem credentis juſtificantem & ſalvificam*, in charitate operoſam, quæ perſonam & opera Deo grata reddit & accepta, Glauben, Jeſ. 33, 6, Jer. 5, 1. 3. 28. c. 9, 2. vel 3. Hoſ. 2, 22. Hab. 2, 4. 2) *fidelitatem atque ingenuitatem*, Treue, tribuiturque tum *Deo*, prout promiſſa hominibus data ſanctè præſtat, Devt. 32, 4. Pſalm. 89, 25. Jeſ. 11, 5. & afflictorum ſalutem intendit, Pſalm. 119, 75. tum *homini*; qui ingenuitatem fuco carentem in ſermonibus, actionibus, & converſationibus ſectatur, Prov. 28, 20. & in concreditis fidum ſe præſtat, 2. Reg. 12, 16. c. 22, 7. 2. Chron. 34, 12. 3) *bonam conſcientiam*, 1. Chron. 9, 22. 2. Chron. 19, 9.

אַמָּנָה f. *Firmitas; Fœdus*, Neh. 9, 38. vel c. 10, 1. *Cura, Inſpectio, Decretum*, Neh. 11, 23. Sed 2. Reg. 5, 12. eſt nomen *fluvii*, & Cant. 4, 8. eſt nomen *montis*.

אָמְנָה f. *Veritas*; ſed adverbiaſcit, notans *verè, reverà*, nec niſi bis legitur, Gen. 20, 12. Joſ. 7, 20. Sed Eſth. 2. 20. idem eſſe videtur ac *cura, tutela, educatio*, etiamſi ſpectari poſſit ut Infinitivus cum ה Paragogico.

אָמְנָם m. *Veritas*, eorum ſcil. quæ dicuntur, vel dicta ſunt, Ruth. 3, 12. Job. 12, 2. Sed ſæpius adverbiaſcit, notans *verè, reverà, certò*, adhibeturque in confirmatione alicujus rei ab omni dubio liberandæ, ut audiens eam firmo amplectatur adſenſu, 2. Reg. 19, 17. Job. 9, 2. c. 19, 4. c. 34, 12. c. 36, 4. Jeſ. 37, 18. הַאֻמְנָם Cum ה interrogativo, & per alternationem vocalium (ֳ katuph) & (ֻ) *num omnino? num verum?* legitur, Num. 22, 36. 1. Reg. 8, 27. 2. Chron. 6, 18. Pſalm. 58, 2.

אַמְנוֹן m. *Amnon*, nomen proprium filii Davidis, ab Abſalomo ob conſtupratam ſororem interemti, 2. Sam. 13, 14. 28. Deſignat veracitatis & ſinceritatis ſtudioſum. Alium ejusdem nominis vide, Eſr. 2, 57. Neh. 7, 59.

אֱמֶת f. *Firmitas; Veritas; Fidelitas*; pro אֱמֶנֶת, per Syncopen litera נ conciſâ, quæ accedente incremento finali reaſſumitur, & cum (:) quieſcente notata iterum tollitur, facta ejus compenſatione per Dageſch forte ſequenti literæ ת impreſſum. בַּאֲמִתֶּךָ *In veritate tua*, Pſalm. 54, 7. עֵד אֱמֶת *Teſtis veritatis*, i. e. *verax*, Jer. 42, 5.

1) Generatim eſt ejusdem cum אֱמוּנָה ſignificatus. 2) Speciatim α) notat *firmitatem, conſtantiam ac ſtabilitatem rei*. Ita Prov. 11, 18. שֶׂכֶר אֱמֶת *Merces veritatis*, eſt *merces conſtans, firma, ſtabilis*. Et Jer. 14, 13. שְׁלוֹם אֱמֶת *Pax veritatis* eſt *pax conſtans ac ſtabilis*. β) *Veritatem*, ſive referatur ad *rem ipſam*, ſive ad *ſermonem*. Inde deſignat 1) *Veritatem in eſſendo*, prout dicit convenientiam eſſentiæ *rei* ineſſe debitæ vel convenientiam *nominis* cum re. Ita 2. Chron. 15, 3. Jer. 10, 10. *Deus* dicitur *Deus veritatis*, i. e. *Deus verus, verè & naturâ talis*, in oppoſitione ad *Deos gentilium* λεγομένες, qui verè & naturâ Dii non ſunt. Huc referunt quidam, quando combinatur cum חֶסֶד *Benignitas*, ita ut חֶסֶד וֶאֱמֶת *Benignitas & veritas*, deſignet *benignitatem verè talem, verum, certam*, ו omiſsô, & poſteriori nomine in Genitivô enunciato, poſtea verò in Adjectivum mutato, Gen. 42, 49. c. 47, 29. 2. Sam. 2, 6. c. 15, 20. Joſ. 2, 14. 2) *Veritatem in dicendo*, prout dicit convenientiam *ſermonis* cum *re*, ſive ore proferatur, ſive ſcripto exprimatur. Ita tribuitur 1) *Deo*, qui mentiri neſcit, fidelisque eſt in ſervandis promiſſis, & conſtans in implendis comminationibus, Pſalm. 30, 10. Pſalm. 31, 6. Pſal. 43, 3. Pſalm. 57, 11. Pſalm. 54, 7. Pſalm. 71. 22. Pſalm. 91, 4. Pſalm. 107, 11. Pſalm. 132, 11. Pſalm, 146, 6. Jeſ. 38, 18. Conf. Exod. 34, 6. Pſalm. 25, 10. Pſalm. 40, 12. Pſalm. 61, 8. Pſalm. 68, 5. Pſalm. 89, 15. ubi combina-

Digitized by Google

binatur cum חֶסֶד *Benignitas.* b) *Dei verbo*, quod ab omni mendacio eſt alienum, & infallibilem veritatem continet, quæ homini ſalvando cognitu eſt neceſſaria, ejusque animum contra errores præmunire poteſt, Pſalm. 19, 10. Pſalm. 119, 43. 142. 151. 160. Conf. Mal. 2, 6. Neh. 9, 13. ubi *lex veritatis* eſt doctrina vera ac ſincera, nullis hominum commentis & traditionibus vitiata; Et Pſalm. 25, 5. Dan. 8, 12. ubi *veritas* Dei *verbum* denotat. c) *Homini, ejusque verbis*, 2. Chron. 9, 5. c. 18, 15. Jer. 9, 3. vel 4. Zach. 8, 16. ut *teſti*, rei veritati nil addenti, nihil detrahenti, Prov. 14, 25. Conf. Prov. 12, 19. ubi tribuitur *labiis*. 3) *Veritatem juſtitiæ*, qua quis juſtè agit & operatur. אִם־בֶּאֱמֶת וּבְתָמִים עֲשִׂיתֶם עִם־יְרֻבַּעַל *Si in veritate & integritate egiſtis cum Jerubbaal*, i. e. *juſtè & integrè*, Jud. 9, 15. 16. 19. Vid. Exod. 18, 21. Zach. 8, 16. Inde dicitur de *judicio juſto*, quod ſine perſonarum reſpectu exercetur, Mich. 7, 9. Conf. Pſalm. 51, 8. ubi deſignat *juſtitiam & ſanctitatis in lege divina præceptæ ſtudium.* Hinc *in veritate ambulare dicuntur*, qui juſtitiæ & ſanctitatis ſtudium ſectantur, 1. Sam. 12, 24. 1. Reg. 2, 4. 2. Reg. 20, 3. Jeſ. 38, 3. Sed Pſalm. 26, 3. Pſalm. 86, 11. In *veritate Dei* ambulare dicitur, qui Dei verbo, in quo limites credendorum & agendorum accuratè præfiniti ſunt, convenienter vivit & operatur. Pſalm. 26, 3. Pſalm. 86, 11. γ) Denotat *candorem, ſinceritatem & conſtantiam dictorum & factorum omni dolo ac circumventione carentem*, 1. Sam. 12, 24. 1. Reg. 3, 6. Pſalm. 85, 11. Pſalm. 145, 18. Hoſ. 4, 1. Huc refert Coccejus, Jud. 9, 15. 16. 19. Sed, judice Seb. Schmidio, rectius refertur ad ſignificationem *juſtitiæ.* δ) Significat *rectitudinem*, e. g. *viæ*, Gen. 24, 48.

אָמֵץ *Fortis, Robuſtus fuit; Corroboratus fuit.* אָמְצוּ מִמֶּנִּי *Robuſti ſunt præ me*, 2. Sam. 22, 18. Imper. אֱמָץ *Robuſtus eſto*, Joſ. 1, 6. חִזְקוּ וְאִמְצוּ *Robuſti & fortes eſtote*, Devt. 31, 6. Piel אִמֵּץ *Robuſtum fecit, Roboravit, Corroboravit, Firmavit, Obſirmavit.* וְאִמֵּץ אֶת־לְבָבוֹ *Et obſirmaverat* cor ipſius, Devt. 2, 30. Part. אִישׁ דַּעַת מְאַמֶּץ כֹּחַ *Vir ſcientiæ*, h. e. qui inſtructus eſt dextera rerum tàm ſcibilium, quàm agilium notitia, *corroborat vires*, Prov. 24, 5. Hiphil הֶאֱמִיץ *Firmavit, Corroboravit, Confirmavit, Obſirmavit*, ſed ferè intranſitivè capitur, pro *robuſtum eſſe, roborari, obſirmari.* Fut. וְיַאֲמֵץ לִבֶּךָ *Et confirmabit* cor tuum, Pſalm. 27, 14. Hithpael הִתְאַמֵּץ *Roboravit, Firmavit, Corroboravit ſe.* הִתְאַמֵּץ לַעֲלוֹת *Roboravit ſe, contentiſſimis viribus uſus eſt*, ut conſcenderet *currum*, 2. Chron. 12, 18. Part. מִתְאַמֶּצֶת *Roborans ſe*, Ruth. 1, 18.

1) Generatim notat *virium contentionem*, quanquam pro diverſitate conjugationum diverſimodè. 2) Speciatim α) in Kal notat *contentis viribus eſſe vel agere; Robuſtum, Fortem eſſe; Prævalere.* Ita transfertur 1) ad *corporis vires, externamque poteſtatem*, quibus alius alteri prævalet, Gen. 25, 23. ubi dicitur natio nationi prævalere; 2. Sam. 22, 18. Pſalm. 18, 18. Pſalm. 142, 7. ubi tribuitur hoſtibus Davidis; 2. Chron. 13, 18. ubi di-

dicitur de Judæis victoribus. 2) ad *animi ſtrenuitatem & fortitudinem*, in oppoſitione ad *animi mollitiem* ex timore *difficultatis, impedimenti* atque *periculi* ortam; In qua ſignificatione combinatur cum חזק, adhibeturque ſæpe in excitationibus *ad animi ſtrenuitatem & fortitudinem præſtandam* &c. Devt. 31, 6. 7. 23. Joſ. 1, 6. 7. 9. 18. c. 10, 25. 1. Chron. 22, 13. c. 28, 20. 2. Chron. 32, 7. Sæpius in Kal non occurrit. β) In Piel ſignificat *robuſtum* vel *durum reddere, firmare, roborare, corroborare*, opponiturque *diffluxui rerum liquabilium*, aut *ruinæ partium non firmiter cohærentium*, inditaque virtute privatarum &c. Unde non ſolum ad corpus animumque hominis, ſed etiam ad res alias transfertur; Scilicet ad deſignandam 1) corroborationem *genuum labaſcentium*, novarumque virium largitionem, Job. 4, 4. Jeſ. 35, 3. item firmationem brachii, Prov. 31, 17. 2) *Obfirmationem cordis*, alioquin fluxi & timidi, ad confidentiam, Devt. 2, 30. c. 3, 28. item *ejus indurationem* ad *malum*, 2. Chron. 36, 13. & *immiſericordiam* erga egenos, quorum miſereri oportebat, Devt. 15, 7. 3) *Firmationem nubium*, ne decidant, Prov. 8, 28. idoli in templo erecti, ne concidat, Jeſ. 44, 14. templi ruinoſi, ne corruat, 2. Chron. 24, 14. virium, Prov. 24, 5. Am. 2, 14. Nah. 2, 2. 4) *Confortationem regni & ſtatus*, contra adverſariorum inſultus & impetus, 2. Sam. 15, 12. 2. Chron. 11, 16. Pſalm. 89, 22. γ) In Hiphil ferè intranſitivè capitur, ſed cum emphaſi, ad *deſignandum animi ingens robur, & conſtantiam immobilem*, Pſalm. 27, 14. Pſ. 31, 25. δ) In Hithpael notat *ſe corroborare, & contentis viribus agere*, 1. Reg. 12, 18. 2. Chron. 10, 18. c. 13, 7. *ſe obfirmare ad aliquid*, Ruth. 1, 8. Sæpius non occurrit in Hithpael.

אַמִּיץ m. *Firmus, Robuſtus, Fortis, contentis viribus agen.*; tribuitur α) *Deo*, qui infinitate roboris & virium eſt potentiſſimus atque fortiſſimus, Job. 9, 4. 19. Jeſ. 28, 2. β) *Homini*, qui contentis viribus agit, & fortem ſe gerit, Am. 2, 16. γ) *Conjurationi firmæ*, quæ magis, magisque invaluit, 2. Sam. 15, 12.

אָמֹץ m. *Amotz*, nomen proprium Patris Jeſaiæ, deſignans *fortem, robuſtum*, Jeſ. 1, 1.

אֹמֶץ m. *Robur*. Saltem extat Job. 17, 9. יֹסִיף אֹמֶץ *Addet robur*, i. e. *magisque ſe confirmabit*.

אַמְצָה f. *Robur*; Saltem legitur, Zach. 12, 5.

אֲמֻצִּים m. pl. *Robuſti*, Zach. 6, 3. & per alternationem (ּו) & (ַ) אֲמֻצִּים Zach. 6, 7. Rabbinis idem eſt ac חֲמֻצִּים *tincti*, h. e. ut Coccejus interpretatur, *maculis rubris in albo conſperſi*. R. Sal. liberè fatetur, incertum eſſe, quid ll. cc. ſignificet vox אמצים.

מַאֲמַצִּים m. pl. *Robora*. Semel occurrit in Statu Conſtr. Job. 36, 19 מַאֲמַצֵּי כֹחַ *Robora virtutis* i. e. *maximæ vires & ingens robur*.

אָמַר *Dixit, Locutus eſt*. Conſtruitur intercedente אֶל, לְ, vel עַל; Quandoque etiam abſolutè ponitur. אָמַר לִי *Dixit* mihi, Gen. 20, 5. אָמַרְתִּי אֲלֵיכֶם *Dixi ad vos*, Exod. 23, 13. Infin. אֱמֹר *Dicere*, Exod. 21, 5.

21, 5. Aſt Jobi 34, 18. eſt אֱמֹר & Ezech. 25, 8. אָמוֹר Cum Præf. בֶּאֱמֹר *In dicendo*, Devt. 4, 10. לֵאמֹר *Dicendo*, pro לֶאֱמֹר, Per Syncopen (ֱ) ſub א conciſô, & (ֶ) ſub ל in (ֵ) mutatô, Gen. 1, 22. בְּאָמְרִי *In dicere me*, i. e. *cum dixero*, Ezech. 3, 17. יַעַן אֲמָרְכֶם *Propter dicere vos*, i. e. *ideò, quod dicitis*, Jer. 23, 38. Fut. אֹמַר *Dicam*, Gen. 24, 14. pro אֶאֱמַר, ex אֶאֱמֹר, per Syncopen א conciſô. וַתֹּאמֶר *Et dixiſti*, Gen. 44, 21. יֹמְרוּךָ *Dicunt tibi*, Pſalm. 139, 20. pro יֹאמְרוּךָ, per Syncopen א ſublatô. Niphal נֶאֱמַר *Dictum fuit*, Dan. 8, 26. Fut. יֵאָמֵר *Dicitur*, Gen. 22, 14. Hiphil הֶאֱמִיר *Dicere fecit, Conteſtatus eſt*, Devt. 26, 17. 18. Hitphael הִתְאַמֵּר *Dictis ſe extulit, gloriatus eſt.* Fut. יִתְאַמְּרוּ *Dictis ſe efferent, gloriabuntur*, Pſalm. 94, 4. תִּתְיַמָּרוּ *Gloriabimini*, Jeſ. 61, 6. א cum י alternante.

1) Generatim notat *dicere*, importans tàm λόγον ἐνδιάθετον, quàm προφορικὸν, h. e. tàm internum mentis conceptum, ſeu cogitationem, quàm articulatum oris ſermonem. 2) Speciatim α) eſt *cogitare, meditari, in animo verſari.* Ita adhibetur 1) abſolute, וַיֹּאמֶר לְהַכּוֹת *Et dicebat percutere*, i. e. *cogitabat percutere*, 2. Sam. 21, 16. Ita quoque legitur, Gen. 26, 9. Exod. 2, 14. Num. 14, 10. Devt. 17, 14. 2. Chron. 28, 10. Pſalm. 13, 9. Jer. 5, 4. 2) cum voce לֵב, Pſalm. 10, 6. Pſalm. 11, 11, 13. Pſalm. 14, 1. Pſalm. 35, 25. Eccl. 2, 15. & לֵבָב Pſalm. 4, 5. β) *Decernere, Proponere*, Gen. 8, 21. Pſalm. 119, 57. *velle*, Num. 14, 10. γ) *Sonoris verbis cogitata efferre, loqui, dicere*, Gen. 18, 23. c. 21, 10. Pſalm. 91, 2. Pſalm. 94, 7. Pſalm. 116, 11. Pſalm. 124, 1. δ) In *mandatis* idem eſt ac *jubere*, אָמַר לְהָבִיא *Dixit* i. e. *juſſit adducere*, Eſth. 1, 17. Vide quoque Lev. 17, 12. 1. Reg. 11, 2. 1. Chron. 21, 17. Pſalm. 105, 31. 34. Jon. 2. 11. ε) *Addicere, Deputare, Adſignare*, וְלֶחֶם אָמַר לוֹ *Et panem dixit*, i. e. *addixit ei*, 1. Reg. 11, 18. ζ) In *Promiſſionibus* eſt *polliceri, promittere*, Devt. 6, 3. c. 26, 17. 1. Reg. 8, 13. 1. Chron. 27, 23. Jer. 3, 19. c. 28, 10. η) *Prædicare, in ore ferre, celebrare*, Pſalm. 29, 9. Pſalm. 40, 11. Pſalm. 145, 6. 11. Jeſ. 3, 10. θ) *Nominare, Vocare*, אֲשֶׁר יֹמְרוּךָ *Qui dicunt*, i. e. *nominant te*, Pſalm. 139, 20. Ita quoque adhibetur, Jeſ. 4, 3. c. 61, 6. c. 62, 4. ι) *Reſpondere*, Gen. 3, 2. c. 18, 9. c. 22, 1. Joſ. 24. 19, 21. Jer. 35, 6. κ) *Canere*, Exod. 15, 1. λ) *Gloriari*, idque in Hithpael, Pſalm. 64, 4. Jeſ. 16, 6.

אֹמֶר m. *Verbum, Dictum, Sermo.* גָּמַר אֹמֶר *Defecit verbum*, Pſalm. 77, 9. Cum Suff. אִמְרוֹ *Sermo ejus*, Job. 20, 29. Plur. אֲמָרִים *Verba, Dicta, Sermones*, Prov. 19, 7. אִמְרֵי פִי *Verba oris mei*, Devt. 32, 1. Cum Suff. שְׁמֹר אֲמָרַי *Cuſtodi, obſerva verba mea*, Prov. 7, 1. שֹׁמֵעַ אִמְרֵיכֶם *Audiens ſermones veſtros*, Jeſ. 41, 26.

1) Generatim notat *verbum* vel *dictum*, ſive ſit ἐνδιάθετον, ſeu mentis, ſive ſit προφορικὸν, ſeu oris. 2) Speciatim α) notat λόγον ἐνδιάθετον, deſignans 1) *Propoſitum*, quod in animô dicitur, Job. 20, 29. Vid. Seb. Schmid. 2) *Votum*, quod mente concipitur, Job. 22, 28. β) no-

β) notat λόγον προφορικὸν, ſeu *verbum, dictum & eloquium, quô animi ſenſa exprimuntur*, ſive ſit *Dei*, ſive *hominis*. *Deo* tributum denotat *declarationem mentis ac voluntatis divinæ*, Job. 6,10. c. 22,22. c. 23,12. nominatim *annunciationem lætorum, promiſſionem* gratiæ, Pſalm. 77, 9. *comminationem* iræ & vindictæ divinæ, Hoſ. 6, 5. conf. Num. 24, 4. 16. Joſ. 24, 27. ubi tàm lætorum & gratiæ annunciationem, quàm iræ & vindictæ divinæ comminationem complectitur. *Homini* autem tributum, denotat ipſius *ſermonem*, quem ore profert, eoque animi ſenſa exprimit, Job. 32, 12. 14. rectum, Job. 6, 25. impium contra Deum, Job. 34, 37. inſolentem, Job. 8, 2. abblandientem, Prov. 2,16. c. 7, 5. c. 19, 7. fraudulentum, Jeſ. 32, 7. preces ardentes complectentem, Pſalm. 5, 2. Pſalm. 17, 6. Pſalm. 54, 4. ad informationem aliorum tendentem, Prov. 2, 1. 5. c. 4, 5. 10. 20. c. 5, 7. c. 19, 27. γ) Metonymicè notat *res*, quas quis eloquitur, Job. 33, 3.

אִמְרָה f. *Verbum, Sermo, Dictum, Eloquium.* In Statu Conſt. אִמְרַת יְהֹוָה *Verbum Domini*, 2. Sam. 22, 31. Cum Suff. תִּזַּל כַּטַּל אִמְרָתִי Stillabit ſicut ros *verbum meum*, Devt. 32, 2. אִמְרָתוֹ *Sermonem ſuum*, Pſalm. 147, 15. item אֶמְרָתוֹ Thren. 2, 17. Plur. אֲמָרוֹת *Dicta, eloquia*, Pſalm. 12, 7. In Statu Conſtr. אִמְרוֹת יְהֹוָה *Verba Domini*, Pſalm. 12, 7.

1) Generatim notat *verbum* vel *ſermonem*, à quocunque, & de quacunque re proferatur. 2) Speciatim α) notat *verbum* vel *ſermonem hominis* de quacunque re loquentis, ut Lamechi, Gen. 4, 25. Moſis, Devt. 32, 2. Pythonis è terra muſſitantis, Jeſ. 29, 4. devotè precantis, Pſalm. 17, 6. β) *Dei revelatum*, vel in genere, Devt. 33, 9. Pſalm. 119, 40. 172. Prov. 30, 5. vel in ſpecie, verbum *informationis*, Pſalm. 119, 47. *mandati*, Pſalm. 147, 15. *Comminationis*, Jeſ. 5, 24. Thren. 2, 17. *Promiſſionis*, 2. Sam. 22, 31. Pſalm. 18, 31. Pſalm. 119, 38. 50. 103. 123. 170. Pſalm. 138, 2.

מַאֲמַר m. *Sermo, Edictum.* Ter occurrit, nempe Eſth. 1, 15. c. 2, 20. c. 9, 32.

אָמִיר m. *Ramus ſupremus*, Jeſ. 17, 6. 9. Ulterius non legitur. Guſſetius f. 80. ab אָמַר *dixit, locutus eſt*, deſcendere putat, quia per ramos arbor fit *loquax*, ventis agitantibus ſonum acutum edens, & cujus ſpeciei ſit ipſa, ſigno diſerto, & quaſi reipſa loquente, ad oculum declarans.

אֶמֶשׁ *Heri, nocte heſterna* vel *præterita.* Cl. Kœrberus in Lex. Part. deducit à מָשָׁה *Extraxit, Subtraxit*; unde Arabiſmo nixus propriè ſignificare putat *extractionem, ſubtractionem heſternæ lucis.* Saltem legitur, Gen. 19, 34. c. 31, 29. 42. 2. Reg. 9, 26. Job. 30, 3.

אָן *Quo?* &c. Cl. Kœrberus in Lex. Part. p. 21. deducit à R. אנן *præ luctu & gemitibus defecit*, it. *conſequenter latuit, obſcurus fuit.* Unde ipſi propriè denotat *defectum viæ* ſeu *exitum*, it. *rem* vel *locum latentem & incognitum.* Abit autem in particulam α) *Loci*, ſi ponitur 1) abſolutè ſine Præpoſitione, notans *quo? quorſum? ad quem locum?* 1. Sam. 10, 12.

Digitized by Google

10, 14. אָן הֲלַכְתֶּם *Quò*, vel *ad quem locum abiiſtis?* 2) Si conſtruitur cum Præpoſitione מ, ſignificans *ex quô loco? undenam?* מֵאַן גֵּחֲזִי *Ex quo loco?* vel *undenam Gehaſi?* 2. Reg. 5, 25. β) *Temporis*, ſi conſtruitur cum עַד, denotans *quando? quamdiu? quousque?* עַד־אָן תְּמַלֶּל־אֵלֶּה *Quousque quamdiu loqueris talia?* Job. 8, 2.

אָנָה cum ה locali, נ quandoque dageſchatô, ad compenſandam literam abjectam. 1) Semel poſitum, exprimit Adverbia α) *Loci, ubi?* Jeſ. 10, 3. *quo? quorſum?* tùm interrogativè, Gen. 37, 30. Devt. 1, 28. Jud. 19, 17. 2. Sam. 2, 1. 2. Reg. 6, 6. Cant. 6, 1. Jer. 15, 2. Ezech. 21, 21. Zach. 2, 6. c. 5, 10. conf. Pſalm. 139, 7. ubi negandi vim obtinet. Ita quoque 2. Sam. 13, 13. tùm non-interrogativè, Joſ. 2, 5. Neh. 2, 16. β) *Temporis*, ſi conſtruitur cum עַד, notans *quando?* Job. 18, 2. *quamdiu? quousque?* Exod. 16, 28. Num. 14, 11. Joſ. 18, 3. Job. 19, 2. Pſalm. 13, 2. 3. Pſalm. 62, 4. Jer. 47, 6. Hab. 1, 2. γ) *Obſecrandi*, nempe *obſecro, quæſo*, Gen. 50, 17. Exod. 32, 31. 2. Reg. 20, 3. Jeſ. 38, 3. Jon. 1, 14. II) *Repetitum* in eadem ſententia ſine interrogatione, locorum diverſitatem innuit, ſignificans, *huc aut illuc.* לֹא הָלַךְ עַבְדְּךָ אָנָה וָאָנָה *Non ivit ſervus* tuus *huc aut illuc*, 2. Reg. 5, 25. Ita quoque 1. Reg. 2, 36. 42.

אָנָה. *Mæſtus fuit; Luxit.* אָנוּ *Mæſti ſunt, mærent*, Jeſ. 3, 26. c. 19, 8. Piel אִנָּה *Tradidit, Obvium dedit, Objecit*, Exod. 21, 13. Pual אֻנָּה *Obtigit, Incurrit.* Fut. לֹא־יְאֻנֶּה לַצַּדִּיק כָּל־אָוֶן *Non obtinget juſto* ullum infortunium, niſi ſcil. illa permiſſio majorem, vel Dei gloriam, vel juſti hominis aliorumve commoditatem poſt ſe trahat, Prov. 12, 22. לֹא־תְאֻנֶּה אֵלֶיךָ רָעָה *Non incurret* in te malum, Pſalm. 91, 10. Hithpael הִתְאַנָּה *Occaſionem quæſivit.* Part. מִתְאַנֶּה *Occaſionem quærens*, 2. Reg. 5, 7.

1) Generatim non nemini videtur *notare miſeram, infelicem & funeſtam conditionem.* Inde 2) Speciatim α) in Kal eſt *mærere, lugere*, quia, qui mœrent ac lugent, miſeram atque infelicem conditionem ſentiunt ac patiuntur, Jeſ. 3, 26. c. 19, 8. β) In Piel ipſi notat *infeliciter obvenire fecit*, Exod. 23, 13. Unde in Pual notat *obvenire, obtingere, incurrere*, diciturque de eô, quô hominis conditio redditur infelix, miſera atque funeſta, Pſalm. 91, 10. Prov. 12, 21. γ) In Hithpael notat *occaſionem quærere* vel *captare*, alterius conditionem miſeram atque funeſtam reddendi, 2. Reg. 5, 7. Sæpius non legitur.

אֳנִי c. *Navis, Claſſis.* Guſſetio eſſe videtur ab אָן *quo?* quia ad omnia itinera, & omnia loca navis indeterminata, & *quò* vadat illa ſemper, ut ignarus quærere potes, & ipſa te, quò illam ire velis, rogare. Sed optimè deduci poteſt à R. אנה, non ſolum, quia *navis* remis impellitur, & per *naves* longè diſſiti ſibi invicem occurrunt; ſed etiam, quia navigantium miſera eſt conditio, *tum* ob victum, *tum* ob præſentiſſima pericula. Notat autem 1) *navem*, ædificium tranſitui maris accommodum, Jeſ. 33, 21. 2) Collectivè notat *Claſſem*, eine Flotte/ 1. Reg. 10, 22.

אֳנִיָּה f. *Navis.* Rationem etymi vide in אָנִי. Plural. אֳנִיּוֹת *Naves*, Gen. 49, 13. Notat autem α) *navem*, ædificium tranſitui maris aptum, Prov. 30, 19. Jon. 1, 3. 4. 5. β) Metonymicè *eos*, qui navibus vehuntur, Jeſ. 23, 1. 10. 14.

אֲנִיָּה & תַּאֲנִיָּה f. *Mœror*, ob miſeram & funeſtam conditionem, in quam aliquis detruſus eſt. Combinantur, Jeſ. 29, 2. & Thren. 2, 5. Amplius non leguntur.

תֹּאֲנָה f. *Occaſio*, funeſta, quâ miſera redditur alterius conditio. Semel legitur, Jud. 14, 4.

תַּאֲנָה f. *Occaſio* vel *Impetus.* Saltem extat Jer. 2, 24.

אָנַח In Kal non legitur. Niphal נֶאֱנַח *Gemuit, Ingemuit, gemebundus ſuſpiravit.* נֶאֶנְחוּ *Ingemiſcent*, Jeſ. 24, 7. Part. נֶאֱנָח *Ingemiſcens*, Ezech. 21, 12. Fœm. נֶאֱנָחָה Thren. 1, 8. וּבִמְרִירוּת תֵּאָנַח *Et cum amaritudine ingemiſce*, Ezech. 21, 12.

1) Generatim notat *graviter ingemiſcere* ob grave aliquod malum, *ſive* ſit præſens, *ſive* ſit futurum. 2) Speciatim α) tribuitur *hominibus* ex magno intimoque cordis dolore, graviter ingemiſcentibus ob gravia mala, quæ accidunt, e. g. ob graviſſimum ſervitium & onera immenſa, Exod. 2, 23. tyrannicum imperium impii, Prov. 29, 2. vaſtationem horrendam, Jeſ. 24, 7. Ezech. 21, 11. 12. Thren. 1, 4. 8. 11. 21. abominationes Judæorum ingentes, Ezech. 9, 4. β) *Beſtiæ famelicæ* ob defectum paſcui, Joel. 1, 18. Sæpius non legitur.

אֲנָחָה f. *Gemitus.* Cum Suff. אַנְחָתִי *Gemitus meus*, Pſalm. 102, 6. יָגַעְתִּי בְּאַנְחָתִי *Feſſus ſum in anhelitu meo*, Pſalm. 6, 7. Plur. אַנְחֹתַי *Gemitus mei*, Thren. 1, 22. Decies legitur; ubique autem deſignat *gemitum graviorem*, qui ex ingenti cordis dolore vel compreſſione enaſcitur, ita, ut præ tali cordis dolore aut mœrore reſpiratio difficilis reddatur, vel acceleretur, totumque corpus emacietur. Præter loca citata vide Job. 3, 23. c. 23, 2. Pſalm. 31. 11. Pſalm. 38, 10. Jeſ. 20, 2. c. 35. 10. c. 51, 11.

אֲנִי & in Pauſa אָנִי item אָנֹכִי c. *Ego.* Plur. אֲנַחְנוּ, & per Aphæreſin נַחְנוּ *Nos.* Includit ſignificationem verbi Subſtantivi, ſi Subſtantivis præmittitur; alias etiam pro ipſo verbo Subſtantivo ponitur. אֲנִי אֵל *Ego ſum Deus*, Gen. 17, 1. Ita quoque, Lev. 11, 44. 45. קָדוֹשׁ אָנִי *Sanctus ego*, i. e. *ſum*, Lev. 11, 45. עֵירוֹם אָנֹכִי *Nudus ego*, i. e. *ſum*, Gen. 3, 10. כֻּלָּנוּ בְּנֵי אִישׁ־אֶחָד נָחְנוּ כֵּנִים אֲנַחְנוּ Omnes nos filii viri unius *nos*, i. e. *ſumus*, honeſti *nos* i. e. *ſumus*, Gen. 42, 11.

אֲנָךְ m. *Perpendiculum.* Bis ſaltem legitur, Am. 7, 7. 8.

אָנַן *Mœſtus fuit, Luxit.* In Kal in ſacris non legitur. In Hithpael הִתְאוֹנֵן *Ex mœrore queſtus, quiritatus eſt.* Bis legitur. Fut. יִתְאוֹנֵן *Conqueritur*, Thren. 3, 39. Part. כְּמִתְאֹנְנִים *Sicut quiritantes*, Num. 11, 1. ubi Bechai f. 161, c. 3. l. 16. ex inverſo C deſtructionem mundi ejusque

que devaſtationem adſtruit, cum נ vocem נְפִילָה i. e. *ruinam* denotet. Vid. cel. Danz, lit. §. 1. p. 4. ed. 2.

און m. *Mæror, Luctus,* Devt. 26, 14. Gen. 35, 18. Plur. אוֹנִים *Lugentes,* Hoſ. 9, 4. Compenſatione literæ abjectæ per Dageſch forte neglectâ, niſi malis dicere, imitari hanc vocem formam Nominum à quieſcentibus *media* deſcendentium.

אָנַס *Coegit.* Saltem legitur Participium כּנֵס *Cogens,* Eſth. 1, 8.

אָנַף *Spiravit, naribus flavit;* Metonymicè *Iratus fuit,* quia iratus vehementius ſpirat, iramque narium flatu indicat. Conſtruitur vel abſolutè vel cum ב. אָנַפְתָּ בִּי *Iratus fuiſti mihi,* Jeſ. 12, 1. Fut. פֶּן־יֶאֱנַף *Ne iraſcatur,* Pſalm. 2, 12. Hithpael הִתְאַנֵּף *Irâ percitus fuit; Succenſuit; Iratum ſe exhibuit.* וַיהוָה הִתְאַנֶּף בִּי *Equidem Dominus ſuccenſuit mihi;* Devt. 4, 21. Saltem quater decies in Scripturâ legitur, ſed ubique de *Deô* peccatis offenſo. Unde ſeria & eſſentialis in Deô peccatorum averſatio colligitur, qua non ſolum peccata graviſſimè odit & deteſtatur, ſed etiam odium iſtud & averſationem pœnis graviſſimis manifeſtat. In *Kal* legitur, 1. Reg. 8, 46. 2. Chron. 6, 36. Eſr. 9, 14. Pſalm. 2, 12. Pſalm. 60, 3. Pſalm. 79, 5. Pſalm. 85, 6. Jeſ. 12, 1. In Hithpael autem occurrit, Devt. 1, 37. c. 4, 21. c. 9, 8. 20. 1. Reg. 11, 9. 2. Reg. 17, 18.

אַף m. *Naſus; Vultus; Ira;* pro אֶנֶף, per Syncopen נ conciſô, quod, incrementô finali accedente, compenſatur per Dageſch forte, literæ abjectam ſequenti imprimendum. עַד־שׁוּב אַף אָחִיךָ מִמְּךָ Donec recedat *ira fratris tui à te,* Gen. 27, 45. וְחָרָה אַף יְהוָה בָּכֶם Quomodo exardeſcet *ira* Domini contra vos, Devt. 7, 4. חֲרוֹן אַף *Ardor iræ,* i. e. *ardentiſſima ira,* Num. 45, 4. Jer. 4, 5. נִזְמֵי הָאָף Ornamenta *naſi,* Jeſ. 3, 21. אַל־בְּאַפְּךָ תוֹכִיחֵנִי Ne in *ira tua* corripe me, Pſalm. 6, 2. Dual. אַפַּיִם *Nares, Facies, Vultus; Ira.* וַיִּשְׁתַּחוּ אַפַּיִם אָרְצָה׃ Incurvavitque ſe *vultu* in terram, Gen. 19, 1. In Statu Conſtr. לְאַפֵּי דָוִד *Ante facies* Davidis, 1. Sam. 25, 23. רוּחַ אַפֵּינוּ Spiritus *narium noſtrarum,* Thren. 4, 20. וַיִּפֹּל לְאַפָּיו אַרְצָה Ceciditque *in facies* ſuas ſuper terram, 1. Sam. 20, 41.

1) Notat *naſum,* unde ſpiramus, & per crebram concitatamque ſpirationem iræ ſigna prodimus. In ſingulari, Num. 11, 20. Pſalm. 115, 6. Jeſ. 65, 5. In Duali *nares,* quæ geminæ ſunt, Gen. 2, 7. c. 7, 22. Thren. 4, 20. 2) *Vultum,* in quo ira adparet; In Singulari juxta R. Salomonem ſaltem legitur, Can. 7, 5. Frequentius autem occurrit in Duali, quod *vultus* propter *narium interſtitium* quaſi geminus adpareat. *Biſidam vultus ſpeciem* quidam dicit non invenuſtè. יִתֵּן מָנָה אַחַת אַפָּיִם Dabat portionem unam *vultu,* ſcil. triſti, 1. Sam. 1, 5. Præterea legitur Gen. 19, 1. c. 48, 12. 1. Sam. 20, 41. c. 24, 8. c. 25, 41. c. 28, 14. 1. Reg. 1, 31. 1. Chron. 21, 21. 2. Chron. 7, 3. c. 20, 18. Neh. 8, 6. 3) *Iram* tùm *hominis,* ſive ſit juſta & licita, Jud. 9, 30. 1. Sam. 11, 6. ſive injuſta & illicit

cita, Pſalm. 37, 8. Pſalm. 55, 4. tum *Dei*, prout deſignat *juſtiſſimam ejus ac infinitam contra peccata diſplicentiam*, & inde oriundam, *graviſſimam eorum vindictam*, Num. 11, 10. c. 25, 3. Devt. 6, 15. c. 7, 4. c. 11, 17. Joſ. 7, 1. Jud. 2, 14. 2. Reg. 13, 3. Jeſ. 5, 25. c. 9, 12. Hic notetur locutio אֶרֶךְ אַפַּיִם *longus irarum*, i. e. *tardus ad iram*, *longanimis*, langmüthig; cui opponitur locutio קְצַר אַפַּיִם *brevis irarum*, i. e. *iracundus*, *promtus ira*, Prov. 14, 17. Legitur autem prior locutio tàm de *Deo*, ad iram tardo & longanimi, Exod. 34, 6. Num. 14, 18. Neh. 9, 17. Pſalm. 86, 15. Pſalm. 103, 8. Pſalm. 145, 8. Joel. 2, 13. Jon. 4, 2. Neh. 1, 3. quàm de *homine*, Prov. 14, 29. c. 15, 18. c. 16, 32. c. 25, 15.

אֲנָפָה f. *Milvus*, ſic dictus juxta Aben Eſram, quod facile iraſcitur. Unde Talmudiſtæ exponunt דיה רגזנים *Vulturem iracundum*. Vid. Cod. Cholin, c. 3. p. 63. a. Refertur inter *aves impuras*, Lev. 11, 19. Devt. 14, 18.

אָנַק *Clamavit*; *Ejulavit* cum gemitu gravi. Quater enim legitur de *hominibus* ad necem ſauciis. Aſt in tali ſtatu vix aliud, quàm gemitus & ſuſpiria audiuntur. Fut. יֶאֱנֹק *Clamavit*, Jer. 51, 52. Infin. אֱנֹק *Clamare*, Ezech. 26, 15. Niphal Infin. הֵאָנֵק *Clamare*, Ezech. 24, 17. Part. וְהַנֶּאֱנָקִים *Clamantes*, *ejulantes*, Ezech. 9, 4.

אֲנָקָה f. *Clamor cum gemitu & fletu conjunctus*, Mal. 2, 13. In Statu Conſtr. אֶנְקַת אָסִיר *Clamor vincti*, Pſalm. 79, 11. Pſalm. 102, 21. מֵאֶנְקַת אֶבְיוֹנִים *Ob* clamorem *flebilem egenorum*, Pſalm. 12, 6. Sæpius non legitur.

אָנַשׁ *Æger*, *Infirmus*, *afflictus fuit*; *Societatem iniit* apud Arabes. Fut. וָאֲנוּשָׁה *Et ægritudine afficior*, Pſalm. 69, 21. pro וָאֶאֱנוּשָׁה Per Syncopen א conciſó, & (-) ſub Præformativo in (ָ) mutato. Part. Paul אָנוּשׁ *Æger*, ſed nominaſcit, vide ſeqv. Niphal Fut. וַיֵּאָנַשׁ *Et ægritudine affectus eſt*, 2. Sam. 12, 15. Sæpius non occurrit.

אָנוּשׁ m. *Æger valde*, *deſperatè æger vel morbidus*, *deſperatus*; Occurrit α) *propriè* de *morbis*, *doloribus & plagis*, deſperatam gravitatem habentibus, Jeſ. 17, 11. Jer. 15, 18. c. 30, 15. Mich. 1, 9. β) de *die calamitoſó*, Jer. 17, 16. & *pravis cordis cogitationibus*, Jer. 17, 9.

אֱנוֹשׁ m. *Homo*; vulgò ſic dictus putatur, quia poſt lapſum eſt *calamitoſus*, *fragilis*, *æger* &c. Pſalm. 9, 21. Jeſ. 31, 3. eique opponi cenſetur איש *magnatem & ſtrenuum* ſignificans. Sed quia hæc accidentalia ſunt homini, primariò à Creatore ipſius non intenta, nec apta ipſi in Statu primævo, quô tamen nominatus fuit dubio procul; convenientius derivari cenſet Dn. D. Danzius in Lit. ed. 2. p. 188. à R. אנש, quatenus idem ac Arabum أنس *Societatem iniit*, vel *coluit*, quia id omni homini, etiam in ſtatu primævo, conſtituto commune eſt; Socialis eſt quàm maximè perpetuò. Unde idem nomen primogenito Sethi impoſitum docet laudatiſſimus Dn. D. Danzius, quod eodem natus fuerit tempore, quo ſocietates publicæ, ſeu Eccleſiæ primum inſtitui cœperint. לְבַב אֱנוֹשׁ *Cor homi-*

Digitized by Google

hominis, Pſalm. 104, 16. Plur. אֲנָשִׁים *Homines, Viri.* (ו) In (ָ) & (ֵ) per alternationem in (ַ) mutatis, Gen. 24, 54. In Statu Conſtr. אַנְשֵׁי הַשֵּׁם *Viri nominis*, i. e. *celebres, famam nacti*, Gen. 6, 4. Cum Suff. אֲנָשֵׁינוּ *Homines noſtri*, Jer. 44, 18. אַנְשֵׁיהֶם *Viri ipſorum*, 2. Reg. 25, 23.

1) Generatim notat *hominem*, ſive eum ab *infirmitate & fragilitate mortiferâ*, ſeu à *ſtatu naturæ*, in mortem perpetuo progreſſu eoque immedicabili delabentis; ſive à *ſocialitate* ſic dictum putes, ſive ſit *mas*, ſive ſit *fœmina*, Job. 5, 17. c. 7, 17. c. 9, 2. c. 10, 5. c. 14, 19. c. 15, 14. c. 25, 4. c. 33, 26. Pſalm. 73, 5. Pſalm. 90, 3. Pſalm. 103, 15. Pſalm. 104, 16. Jeſ. 24, 6. c. 56, 2. 2) Speciatim α) in oppoſitione ad *fœminam* deſignat *ſexum*, ut idem ſit ac *mas, vir*, Gen. 6, 4. c. 13, 8. c. 14, 24. c. 17, 27. c. 43, 17, 18. c. 46, 32. 34. c. 47, 6. Exod. 18, 21. 25. β) in relatione ad *uxorem* notat *maritum*, Jer. 29, 6. Ezech. 16, 45. γ) In relatione *accidentis* cum aliis conſtructum conſtituit concreta denominativa ac poſſeſſiva, ut אַנְשֵׁי הַשֵּׁם *Viri nominis*, i. e. *clari, celebres*, Gen. 6, 4. אַנְשֵׁי בֵיתוֹ *Viri domus ejus, domeſtici ejus*, Gen. 17, 27. אַנְשֵׁי אֳנִיּוֹת *Viri navium*, i. e. *nautæ*, 1. Reg. 9, 27. אַנְשֵׁי הַמִּלְחָמָה *Viri belli*, i. e. *bellatores*, 1. Reg. 9, 22. Jer. 38, 5. c. 39, 4. c. 41, 3. 16. c. 49, 26. c. 50, 30. c. 52. 7. 25. Joel. 2, 9. אַנְשֵׁי דָמִים *Viri ſanguinum*, i. e. *ſanguinarii*, qui ſanguinem humanum ſitiunt, & ſine metu effundunt, Pſalm. 26, 9. Pſ. 55, 24. Pſ. 59. 3. Prov. 29, 10. Pſalm. 139, 19. אַנְשֵׁי בְרִית *Viri fœderis*, i. e. *confœderati*, Obad. 1, 7. אַנְשֵׁי בֵית לֶחֶם *Viri Bethlehemi*, i. e. *Bethlehemitæ*, Neh. 7, 26. δ) Tribuitur *Angelis*, tùm *increato*, ſeu Filio Dei, tùm *creatis*, Gen. 18, 2. & quidem creatis tantùm, Gen. 18, 22.

אָסָם m. *Horreum.* Bis legitur in Plurali cum Suff. אֲסָמֶיךָ *Horrea tua*, Devt. 28, 8. Prov. 3, 10.

אָסַן *Corrupta fuit aqua*, apud Arabes.

אָסוֹן m. *Damnum*, corruptionem inducens, Gen. 42, 4. 38. c. 44, 29. Rabbini per מָוֶת *mortem* interpretantur; ſed latius patere, liquet ex Exod. 21, 22. 23. ubi *dens, oculus, manus* deperdita dicitur אָסוֹן.

אָסַף *Collegit, Congregavit, Recepit.* אָסַף אֱלֹהִים אֶת־חֶרְפָּתִי *Collegit* Deus opprobrium meum, Gen. 30, 23. Fut. אֶאֱסֹף *Colligam*, Mich. 2, 12. Sed Mich. 4, 6. eſt אֹסְפָה *Recipiam*; cum ה Paragogico & prima radicali א, quæ in Cholem quieſcere jubebatur, per Syncopen conciſa. תֹּסֵף *Recipies*, Pſalm. 104, 29. prima radicali itidem per Syncopen ablata; aliàs eſt תֶּאֱסֹף. יַאַסְפֵנִי *Recipiet me*, Pſalm. 27, 10. Niphal נֶאֱסַף *Collectus, Aggregatus, Congregatus fuit*, Jeſ. 57. 1. Inf. הֵאָסֵף *Congregari*, Gen. 29, 7. Aſt 2. Sam. 17, 11. eſt הֵאָסֹף ſub ס (ֹ) cum Cholem permutato, perinde ut in הֶאָכֹל *Comedi*, Lev. 7, 18. Fut. יֵאָסֵף *Congregabitur*, Exod. 9, 19. Piel אִסֵּף *Collegit, Congregavit.* Legitur ſaltem Participium, מְאַסֵּף in quibusdam locis. Pual אֻסַּף *Collectus eſt*, וְאֻסַּף שְׁלַלְכֶם *Colligaturque ſpolium veſtrum*, Jeſ. 33, 4.

Hiphil

Hiphil הֶאֱסִיף *Collegit, Congregavit.* Fut. אָסֵף *Congregabo*, Zeph. 1, 2. pro אַאֲסִיף, prima radicali א cum (-:) per Syncopen conciſa, (-) ſub Præformativò in (ָ) & (ִי) per alternationem in (ֵ) mutato. Sed 1. Sam. 15, 6. eſt אֹסִפְךָ *Conſumam te.*

1) Generatim obtinet notionem *colligendi*, ſive res, quæ colliguntur, disjunctæ ſint & *diſperſæ*, ſive *conjunctæ, & unitæ*, ſive colligantur adſervandi & continendi causâ, ſive auferendi & perdendi gratia. 2) Speciatim *α*) deſignat *rerum diſperſarum* vel *disjunctarum collectionem*, Exod. 23, 10. Num. 11, 22. c. 21, 16. Pſalm. 27, 10. Pſalm. 50. 5. Eccl. 2, 26. Jeſ. 24, 22. Hoſ. 4. 3. *contractionem* aut *retractionem*, ut pedum Gen. 49, 30. manus, 1. Sam. 4, 15. vel *rerum ab aliis collectarum*, ad ſuos uſus receptionem, Pſalm. 39, 7. vel *congregatorum continentiam*, ne dilabantur, vel ne quis à tergô incommodet, prout ita dicitur de claudentibus agmen vel exercitum, Num. 10, 25. Joſ. 6, 9. 13. conf. Jeſ. 52. 12. c. 58, 8. ubi dicitur de *Deo*, ſuos potentiſſime contra impetus malorum tuente, defendente &c. Proinde pro diverſitate contextus reddi poteſt nunc *colligere, congregare*; nunc *contrahere, retrahere*; nunc *continere, claudere.* *β*) *Cujusvis rei reconditionem*, ut alicubi ſit; qualis reconditio eſt gladii in vaginâ, Jer. 47, 6. beſtiarum in ſpecubus, Pſalm. 104, 22. *γ*) *Rei à ſubjecto ablationem omnimodam*, ut idem ſit, ac rem congeſtam & in unum velut faſciculum collectam vel penitus auferre ac abolere, vel aliò ſaltem transportare. Qui enim aliquid auferre vult, illud congerit vel colligit in faſciculum, & ſic abſportat. Ita dicitur de omnimoda ablatione *opprobrii*, Gen. 30, 23. Jeſ. 4, 1. *vitæ*, Pſalm. 26, 9. Spiritus vitalis creaturarum, Pſalm. 104, 29. *gaudii & exultationis*, Jeſ. 16, 16. *pacis*, Jer. 16, 5. *lepræ*, ubi verti quoque poteſt *liberare*, 2. Reg. 5, 6. 7. 11. *indignationis*, Pſalm. 85, 5. Sed Jeſ. 57, 1. *Juſtus ob malum venturum colligi* dicitur, quando de medio & ex hac vita amotus, transportatur in æternam felicitatem & quietem. Conf. Num. 20, 26. *δ*) *Rei conſumtionem ac perditionem*, ut idem ſit, ac rem *abſumere, conſumere, perdere, excindere*, 1. Sam. 15, 6. Jer. 8. 13. Zeph. 1, 2. 3. *ε*) *Rei* vel *perſonæ ad communionem admiſſionem*, ubi idem eſt ac *recipere, excipere.* Ita legitur de receptione Davidis ad Deum, Pſalm, 27, 10. vagabundæ pecudis in ædes, Devt. 22, 2. homicidæ fugitivi in aſylum, Joſ. 20, 4. Levitæ viatoris in domum, Jud. 19, 15. Bathſebæ in regiam Davidis, 2. Sam. 11, 27. Non ineptè huc referunt, quando deſignat mortuorum compoſitionem & repoſitionem in ſepulchro, 2. Reg. 22, 20. Jer. 8, 2. c. 9, 21. c. 25, 33. Inde *congregari, congregari ad Patres ſuos* vel *ad populum ſuum, quoque moriendi* ſignificationem obtinent, quia, qui moritur, ſecundum animam conjungitur cum Patribus, cum quibus aut æterna lætitia & felicitate fruitur, aut cruciatus inferni ſuſtinet, Gen. 25, 8. 17. c. 35. 29. c. 49, 29. 33. Num. 27, 13. 2. Reg. 22, 20.

אָסָף m. *Aſaph*, collectionis notionem inferens; nomen proprium

α) Le-

α) Levitæ, ex familia Gerſonitarum oriundi, qui rei muſicæ probè peritus, à Davide eidem cum Hemane præfectus conſtitutus fuit, 1. Chron. 6, 31. c. 15, 19. c. 16, 5. Autor fuit variorum Pſalmorum, nempe Pſalm. 50. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. & 2. Chron. 29, 30. dicitur *videns*, ſeu *Propheta*. β) *Patris Joæ*, Hiſtoriographi Regis Ezechiæ, 2. Reg. 18, 18. γ) *Præpoſiti* ab Artaxerxe Rege nemoribus cædendis, Neh. 2, 8.

אֹסֶף m. *Collectio, Congregatio.* Ter legitur, nempe Jeſ. 33, 4. de *congregatione*, qua ſe bruchi congregant, & olera abſumunt, Mich. 7, 1. de *frugibus*, quæ poſt ſegetem demeſſam æſtate colligi ſolent; & Jeſ. 32, 10. ubi itidem de *collectione frugum* ſermo eſt.

אָסִיף m. *Collectio*, tempus comportationis frumenti aut fructuum. Bis legitur Exod. 23, 16. c. 34. 22.

אֲסֵפָה f. *Collectio, Congregatio.* Tantum extat Jeſ. 24, 22.

אֲסֻפִּים m. pl. *Collectæ pecuniarum*, quæ Levitis dabantur ab intrantibus; *Æraria*. Ter legitur 1. Chron. 26, 15. 17. Neh. 12, 25.

אֲסֻפּוֹת f. *Collectiones; Collectanea.* Tantum extat Eccl. 12, 11.

אֲסַפְסֻף m. *Collecta turba, Colluvies.* Occurrit ſaltem Num. 11, 4.

אָסַר *Ligavit, Vincivit, Obligavit.* אֲסָרָם *Ligavit, vincivit eos*, Job. 36, 13. Part. אֹסְרִי *Ligans*, Gen. 49, 11. cum Jod Paragogico, Part. Paul אָסוּר *Vinctus*, Gen. 40, 3. Plur. אֲסוּרִים *Vincti*, Gen. 39, 20. Sed Eccl. 4, 14. eſt הַסּוּרִים pro הָאֲסוּרִים, prima radicali א cum (ֲ) per Aphæreſin ablato. Infin. אֱסֹר *Vinciendo*, Jud. 15, 13. Sed Num. 30, 3. eſt לֶאְסֹר *Obligando.* Niphal נֶאְסַר *Ligatus, Vinctus fuit.* Fut. בַּמֶּה תֵּאָסֵר *Quo vinciri queas*, Jud. 16, 13. Pual אֻסַּר *Vinctus eſt.* אֻסְּרוּ *Vincti ſunt*, Jeſ. 22, 3.

1) Generatim notat *ligare*, quacunque id fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ligare funibus* vel *vinculis*, Jud. 16, 5. 7. 8. 11. 12. 13. 21. conf. Gen. 40, 5. c. 42, 16. 19. 24. 2. Reg. 17, 4. c. 23, 33. c. 25, 7. Jer. 39, 7. c. 40, 1. c. 52, 11. & in Compoſ. *alligare*, e. g. vaccas currui, 1. Sam. 6, 7. 10. *Currui* junctum, eſt *currum ligare & jungere*, anſpannen/ quod fit, funibus & catenis equos alligando, Gen. 42, 29. Exod. 14, 6. β) Metaphoricè *a*) tranſlatum ad *vota*, eſt *ſe obligare, obſtringere*, Num. 4, 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. *b*) ad *prælium*, idem eſt ac *incipere bellum, prælium*, 1. Reg. 20, 14. 2. Chron. 13, 3. *c*) ad *dominium*, eſt *continere auctoritate & imperio, ſeu legibus & mandatis conſtringere*, Pſalm. 105, 22. Huc refert Coccejus Job. 12, 18. *d*) *Implicare miſeria & malo*, unde homo ſe explicare nequit, Job. 36, 13. *e*) In Pual eſt *terreri, animo atque conſilio deſtitui*, Jeſ. 22, 3.

אָסִיר m. *Ligatus, Vinctus*, Pſalm. 120, 21. Plur. אֲסִירִים *Vincti*, Job. 3, 17. In Statu Conſtr. אֲסִירֵי הַמֶּלֶךְ *Vincti Regis*, Gen. 39, 20. Cum Suff. אֲסִירָיו *Vincti ejus*, Jeſ 14, 18.

1) Generatim notat *ligatum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *corporaliter vinctum, captivum, catenis ligatum, adſtrictum*, Gen. 39, 20. 22.

Pſalm.

Pſalm. 79, 11. Jeſ. 14, 17. β) Metaphoricè transfertur ad *ſpiritualiter vinctos & captivos*, qui peccati vinculis & Diaboli catenis conſtricti tenentur, Zach. 9, 11.

אַסִּיר m. *Ligatus*, *Vinctus*, *Captivus*, & quidem vel *corporaliter*, Jeſ. 10, 4. c. 24. 22. vel *ſpiritualiter* talis, Jeſ. 42, 7. Sæpius non legitur.

אֵסוּר m. *Ligamen*, *Vinculum*. Bis ſaltem legitur. בֵּית הָאֵסוּר *Domus vinculi*, i. e. *carcer*, ubi in vincula conjiciuntur, qui rei ſunt vel videntur, Jer. 37, 15. Plur. אֲסוּרִים *Ligamina*, *Vincula*. Cum Suff. אֲסוּרָיו *Vincula ejus*. Jud. 15, 14.

אֱסָר m. *Vinculum*; Plur. אֱסָרִים *Vincula*. Legitur ſaltem Num. 30, 5. 6. 8. 15. ſed ubivis de *vinculo morali*. Hinc Buxtorffio idem eſt ac *obligatio*; B. Lutherus reddit: Verbündniß.

אִסָּר m. *Vinculum*. Septies legitur Num. 30, 3. 4. 5. 11. 12. 13. 14. Sed ubique *vinculum morale* deſignat. Unde à Buxtorffio redditur *obligatio*, & à Luthero Verbündniß.

מָסֹרֶת f. *Vinculum*, pro מַאֲסֹרֶת, primâ radicali א per Syncopen extruſâ, & per (ָ) ſub מ compenſatâ. Legitur ſaltem Ezech. 20, 37.

אַף *Et*, *etiam* &c. cl. Kœrberus deducit a R. אָפָה *Coxit*, *Concoxit*, & per Metaph. *penſitavit*. Unde ipſi *propriè* denotat *rem probè concoquendam* ſeu *penitius penſitandam*. Alii referunt ad אָנַף, eò quod *animi impetum* denotet. Vid. Pagn. Lex. Variè autem adhibetur. Nam I) Solitariè poſitum, exprimit α) Conjunctiones 1) copulativas *&*, *etiam*; Scil. *&*, Num. 16, 14. 1. Sam. 2, 7. Jeſ. 26, 9. c. 33, 2. c. 41, 10. 26. Jeſ. 43, 7. Thren. 4, 15. *etiam*, Exod. 11, 13. 2. Sam. 10, 14. Neh. 2, 18. Job. 37, 11. Eccl. 2, 9. 2) Conceſſivas, *etſi*, *quamvis*, *quanquam*, Job. 19, 4. c. 36, 16. Pſalm. 95, 9. 3) Adverſativas, *ſed*, *tamen*, *veruntamen*, Job. 14, 3. Pſalm. 44, 10. Jeſ. 41, 26. 4) Cauſales, *nam*, *enim*, Job. 34, 12. 5) *Ordinis* & continuativam *præterea*, Devt. 1, 37. β) Adverbia adſerendi, *Certè*, *Profectò*, *Imò*, Num. 16, 14. Job. 15, 4. c. 37, 1. Job. 9, 2. Jeſ. 41, 10. γ) Sententiæ intenſioni inſervit, maximè, ſi ante Pronomina poſitum deprehenditur, reddendum *etiam*, *imò etiam*, *imò verò*, *quin etiam*, *quin imò*, *inquam*. גַּם אֶת־הַכֹּל יִקָּח *Imò* totum capiat, 2. Sam. 19, 31. Eſth. 5, 11. Pſalm. 58, 3. 2. Reg. 2, 14. Pſalm. 108, 2. Ezech. 33, 40. הוֹדַעְתִּיךָ הַיּוֹם אַף־אָתָּה Notum feci tibi hodie, *inquam*, tibi, Prov. 22, 19. 1. Sam. 24, 12. Prov. 23, 15. II) Cum ſequente כִּי combinatum α) in collatione rerum affirmativa, notat *quanto magis*. אַף־כִּי אָנֹכִי אֶעֱנֶנּוּ *Quanto magis*, ſi ego reſponderem ei. Ita quoque adhibetur, 1. Sam. 14, 29. 30. c. 23, 3. Job. 4, 19. Prov. 15, 11. c. 21, 27. β) In ſententia autem negativa valet *quanto minus*, ſed non ſemper. הִנֵּה הַשָּׁמַיִם וּשְׁמֵי הַשָּׁמַיִם לֹא יְכַלְכְּלוּךָ אַף כִּי־הַבַּיִת הַזֶּה אֲשֶׁר בָּנִיתִי Ecce cœli cœlorum te non comprehendent, quanto minus domus hæc, quam ædificavi. Sed aliter adhibetur, Gen. 3, 1. Neh. 9, 13. Vid. Dn. D. Danzii Interpres §. 180.

אֵפֶר

אָפַד *Amicivit, Accinxit, Superinduit, Operiendo adſtrinxit.* Bis legitur Exod. 29, 5. Lev. 8, 7.

אֵפֹד m. *Ephod, Amiculum, Humerale.* Hieronymus reddit: *Superhumerale*, LXX. autem ἐπωμίς. Spectat ad inveſtituram Sacerdotis, inprimis ſummi Pontificis, vide Exod. 28, 4. 5. 31. 40. 42. Lev. 8, 7. 8. Tribuitur tamen etiam Regibus, 2. Sam. 6, 14. 1. Chron. 15, 27. Formam ejus vide apud Braunium de Veſt. S. Part. l. 2. c. 6. §. 3. ſeqq. War faſt wie ein Rectors-Mäntelgen. R. Salomo Iſaacides in Exod. & Maimonides in Kele Hammikdaſch c. 8. §. 9. *Talarem* putat fuiſſe, minimum quoad tergum. Cui obſtat, quod hæc longitudo impediviſſet, quo minus color tunicæ exterioris conſpiceretur prorſus eximius, ſonusque tintinnabulorum audiretur diſtinctius. Hoſ. 3, 4. per אֵפוֹד deſignatur *Sacerdotium & Prophetia Sacerdotalis.* Conf. Braun. l. c.

אֲפֻדָּה f. *Amictus.* Ter legitur, Exod. 28, 8. c. 39, 5. Jeſ. 30, 22.

אַפֶּדֶן m. *Operimentum,* juxta R. Saadiam; *Palatium* juxta D. Kimchium, R. Nathanem in Concordantiis, & Lutherum. Semel legitur Dan. 11, 45. Cum Suff. אָהֳלֵי אַפַּדְנוֹ *Tentoria operimenti* vel *tabernaculi ſui.*

אָפָה *Coxit.* אָפָה לֶחֶם *Coxit panem,* Jeſ. 44, 15. אָפִיתִי עַל גֶּחָלָיו לֶחֶם *Coxi* ſuper prunis ejus panem, Jeſ. 44, 19. Fut. וַתֹּפֵהוּ *Et coxit eum,* 1. Sam. 28, 24. pro וַתֹּאפֵהוּ, prima radicali per Syncopen conciſâ, uti in תֹּבֵא *Voles,* pro תֹּאבֵא Prov. 1, 10. יֹאפוּ *Coquent,* Ezech. 46, 20. Imp. אֵפוּ *Coquite,* Exod. 16, 23. pro אֱפוּ, per alternationem (∵) cum (‥) permutato. Niphal Fut. תֵּאָפֶה *Coquitor,* Lev. 6, 10. תֵּאָפֶינָה Coquentur, Lev. 23, 14.

אֹפֶה m. *Coquus; Piſtor,* Gen. 40, 17. Plur. שַׂר הָאֹפִים *Princeps Piſtorum,* Gen. 40, 2. 16. 20. 22. c. 41, 10. Fœm. אֹפוֹת *Coqua,* 1. Sam. 8, 13.

מַאֲפֶה m. *Coctum.* Semel legitur Lev. 2, 4.

תֻּפִּינִים m. pl. *Coctura, Coctiones.* Semel legitur in Statu Conſtr. Lev. 6, 14. תֻּפִּינֵי

אֵפָה f. *Epha*, vide in אֵיפָה.

אָפַל *Occidit Sol,* apud Arabes. Inde eſt

אֹפֶל m. *Caligo;* Sol enim dum occidit, caligo oritur. Novies ſaltem legitur, & quidem in Singulari; α) *propriè* notans *caliginem craſſiorem & denſiorem,* quæ omnimodam lucis privationem infert, Job. 3, 6. c. 8, 3. Pſalm. 39, 16. β) *Impropriè* a) per Metaphoram deſignat 1) *mortem,* Job. 10, 22. eô modô, quô alias lux per Metaphoram deſignare ſolet *vitam.* Vide ſupra vocem אוֹר 2) *Hominis ſtatum ante converſionem*, ubi mens hominis eſt maximè obtenebrata, deſtituta luce cognitionis Dei, rerumque divinarum, Jeſ. 29, 18. 3) *Infelicitatem, calamitatem & mœſtitiam inde ortam*, Job. 23, 17. c. 30, 26. prout è contrario אוֹר notat *felicitatem, proſperitatem & inde natam lætitiam.* Vide

ſupra

ſupra vocem אור. *b*) per Metonymiam notat *loca obſcura, latebras caliginoſas*, Pſalm. 11, 2.

אֹפֶל m. *Caligo*, Am. 5,20. ubi per Metaphoram *triſtia & infelicia* deſignat. Aliis eſt Adjectivum, *caliginoſus*. Sæpius non occurrit.

אֲפֵלָה f. *Caligo*, Exod. 10,22. Cum Suff. אֲפֵלָתְךָ *Caligo tua*, Jeſ. 58,10. Plur. אֲפֵלוֹת *Caligines*, Jeſ. 59, 9.

1) Generatim *caliginem* notat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *caliginem denſiſſimam*, ubi omnia deſtituuntur luce, craſſisque involvuntur tenebris, Exod. 10,22. Prov. 7,9. β) Metaphoricè 1) deſignat *tenebras ignorantiæ, errorum & ſcelerum*, Prov. 4,19. Jeſ. 59,9. 2) *Infelicitatem, calamitatem & triſtitiam*, quia tenebris nil triſtius, prout è contrario luce nil eſt lætius, Jeſ. 8,22. c. 58,10. Joel. 2,2. Zeph. 1,15.

אֲפִילוֹת f. pl. *Obſcura*, i. e. *abdita*. Ita dicitur de frugibus, ſine ſpicis, Exod. 9,32. Sæpius non legitur.

מַאֲפֵל m. *Caligo*; Extat tantum, Joſ. 24,7. & deſignat *nubem*, quæ caliginem facit.

מַאְפֵּלְיָה m. *Caligo maxima, denſiſſima*. Conflatum eſt ex מַאֲפֵל *caligo*, & nomine divino יָהּ, quod ſignificationem intendit. Extat tantùm Jer. 2,31.

אֹפַן m. *Rota*. קוֹמַת הָאוֹפַן Altitudo *rotæ*, 1. Reg. 7,32. In Statu Conſtr. אֹפַן מַרְכְּבֹתָיו *Rota* curruum ejus, Exod. 14,25. Plur. אוֹפַנִּים *Rotæ*, 1. Reg. 7,32.36. In Statu Conſtr. אוֹפַנֵּי נְחֹשֶׁת *Rotæ æris*, i. e. *æneæ*, 1. Reg. 7,30. Cum Suff. אוֹפַנֵּיהֶם *Rotæ ipſorum*, Ezech. 10,12.

1) Generatim notat *rotam*. 2) Speciatim α) *propriè rotam*, qua volvitur currus, Exod. 14,25. Jeſ. 28,27. β) Metaphoricè deſignat *pœnam talionis*, Prov. 20,26. Sicut enim rota in circumvolutione ad idem revertitur: Ita quoque malum in ſuum redit Auctorem.

אֹפֶן m. *Rota*. Occurrit ſaltem in Duali cum Suff. אָפְנָיו Prov. 25,11. Metaphoricè deſignans *modum, rationem*. Unde דָּבָר דָּבֻר עַל־אָפְנָיו Aben-Eſræ notat *verbum* על הפנים הראויים *modis conſentaneis prolatum*.

אָפֵס *Eſſe deſiit, Defecit, Terminatus eſt, Finitus eſt*. Saltem tertia perſona in ſacris recepta eſt, legiturque α) de *conſumtione & defectu argenti*, Gen. 47,15.16. β) *de fine exactoris*, Jeſ. 14,4. *violenti*, Jeſ. 29,20. & *gratiæ divinæ*, quamvis negativè, Pſalm. 77,9.

אֶפֶס m. *Nihil, Defectus; Nemo, nullus; Niſi, Præterquam* &c. וְאֶפֶס כָּמֹנִי Et *nemo* eſt ſicut ego, Jeſ. 46,9. וְכָל־שָׂרֶיהָ יִהְיוּ אָפֶס Et omnes Principes ejus erunt *nihil*, Jeſ. 34,12. Plur. אַפְסִים *Fines, Termini*. In Statu Conſtr. אַפְסֵי אָרֶץ *Fines terræ*, 1. Sam. 2,10. Dual. אָפְסַיִם *Tali*, Ezech. 47,3. juxta Targum. R. Salomonem, Seb. Schmidium & alios. Vide R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi.

1) Gene-

Digitized by Google

1) Generatim *deſitionem*, qualicunque ratione, importat. 2) Speciatim *α*) *nominis* ſignificationem obtinet, notans 1) *rei finem ac terminum*, ut terræ, Devt. 33, 17. 1. Sam. 2, 10. Pſalm. 2, 8. Pſalm. 22, 28. Pſalm. 59, 14. Pſalm. 67, 8. Pſalm. 72, 8. Pſalm. 98, 3. Prov. 30, 4. Jeſ. 45, 22. c. 52, 10. Jer. 16, 19. Mich. 5, 4. Zach. 9, 10. 2) *rei defectum*, Job. 7, 6. Prov. 14, 28. c. 26, 20. Dan. 8, 25. Jeſ. 3, 5. 8. 3) *nihil, nihilum*, Jeſ. 34, 12. c. 41, 29. c. 52, 4. 4) Idem eſt ac *nemo*, Jeſ. 46, 9. Am. 6, 10. *nullus*, Jeſ. 45, 6. 5) Significat *talos*, qui ſunt extremitates pedum, Ezech. 47, 3. *β*) Abit in particulas 1) exceptivas *niſi*, Num. 13, 23. Jud. 4, 9. 2. Sam. 12, 14. *tantum, tantummodò*, Num. 23, 13. *præter*, Jeſ. 45, 6. c. 47, 8. 10. 2) Negativas *non, haud*, Devt. 32, 36. 2. Sam. 9, 3. 2. Reg. 14, 26. Jeſ. 54, 15. 3) Adverſativas, *attamen, tamen, veruntamen* &c. Num. 22, 35. Am. 9, 8.

אֶפַע m. *Nihil.* Extat tantum Jeſ. 41, 24. Kimchi interpretatur אֶפֶס, litera ע cum ס permutata. R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi exponit per מאין. Sed R. Moſi Kimchio idem eſt ac *vipera*. LXX. vertunt: πόθεν.

אֶפְעֶה f. *Vipera*, Job. 20, 16. Jeſ. 30, 6. c. 59, 5. Genus ſerpentis valde venenati. Hieronymus βασίλισκον aut regulum reddit; Chaldæus nunc תנינא *Draconem*, nunc חיון *Serpentem*, nunc חרמנין מפרחין *Volucres ſerpentes* interpretatur; Aquilæ idem eſt ac ἔχιδνα *vipera*, cui adſtipulatur Bochartus in Hieroz. P. II. lib. 3. c. 1. p. 130. nixus non ſolum verſione Arabica N. T. Matth. 7, 12. 34. c. 23, 33. Luc. 3, 7. Act. 28, 3. ſed etiam Avicennæ auctoritate. Sunt autem, qui referunt ad R. פָּעָה *Sibilavit*, ut ſit nomen auctum ab initio, deſignans *ſibilatricem*, vel *ſibilatorem*.

אָפַף *Circumdedit undique*; Quinquies legitur, & ubique notat *arctam & omnimodam concluſionem*, qua omnis demitur libertas, & occaſio elabendi Ita dicitur de *aquis undiquaque ambientibus*, Jon. 2, 6. אֲפָפוּנִי מַיִם *Circumdederunt* me aquæ; de *funibus*, qui malorum & infortuniorum Symbola ſunt, Davidem arcte conſtringentibus, Pſalm. 18, 5. Pſalm. 116, 30. conf. 2. Sam. 22, 5. de *malis* tùm *culpæ*, tùm *pœnæ* Meſſiam patientem undique circumdantibus, Pſalm. 40, 13.

אָפַק In Kal non legitur. Hithpael הִתְאַפֵּק *Corroboravit ſe; continuit ſe, ne faciat, quod velit, aut poſſit*. Coccejus deducit à nomine אָפִיק *alveus*, ita, ut prius ſit אָפִיק *alveus*, deinde autem הִתְאַפֵּק *continuit ſe*, ſicut alveus continet aquas, ne exundent. רַחֲמֶיךָ אֵלַי הִתְאַפָּקוּ *Miſerationes tuæ erga me ſe continuerunt*, Jeſ. 63, 15. Infin. וְלֹא יָכוֹל יוֹסֵף לְהִתְאַפֵּק Tum non potuit Joſeph *ſe continere*, Gen. 45, 1. Fut. וָאֶתְאַפַּק *Ideò corroboravi me, animum ſumſi*, 1. Sam. 13, 12.

1) Generatim *vim & robur* importat. Inde 2) Speciatim *α*) eſt *ſibi vim facere, ſe continere*, ne faciat, quod velit aut poſſit, connotato ſubinde affectu, quo commotus aliquis ſe continet, Gen. 43, 31. c. 45, 1.

Eſth. 5, 10. Jeſ. 63, 15. c. 64, 12. β) notat *ſe corroborare, vel compellere ad aliquid faciendum, animum ſumere*, 1. Sam. 13, 12. Sæpius non legitur.

אָפִיק m. *Robur; Robuſtus; Fortis; Alveus; Torrens; Rivus;* כַּאֲפִיק נְהָרִים *Sicut rivus (rapiditas) fluminum*, Job. 6, 15. Sæpius in Singulari non legitur. Plur. אֲפִיקִים *Fortes*, Job. 12, 21. In Statu Conſtr. אֲפִיקֵי מָגִנִּים *Robora clypeorum*, Job. 41, 7. Cum Suff. אֲפִיקֶיךָ *Rivi tui*, Ezech. 35, 8.

1) Generatim *vim* importat, quacunque ſe exerat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* notat *robur*, quo, ſi quid gaudet, alterius vis, atque impetus contineri atque pelli poteſt. Ita dicitur de *clypeo*, Job. 41, 6. de *ære*, Job. 40, 13. β) *Impropriè* per Metonymiam notat, *quicquid vi & robore quodam gaudet.* Inde notat 1) *hominem fortem & robuſtum*, Job. 12, 21. 2) *torrentem* vel *rivum*, qui cum vi & impetu fluit, Pſalm. 18, 16. Pſalm. 42, 2. Pſalm. 126, 4. Ezech. 32, 6. & per Metaphoram, Jeſ. 8, 7. transfertur ad *numeroſum Regis Aſſyriorum comitatum*, qui, ut torrens intumeſcendo exundat, campos adjacentes inundans & perdens: ita quoque nullo, etſi ſeveriſſimo Imperatoris interdictu contineri poteſt, ut recto ſemper tramite ſe contineat, ſed ſubinde tranſilit, & proximos quosque vaſtat. 3) Notat *alveum*, in quo torrens vel rivus decurrit, & continetur, ne evagetur extra limites, ſeu receptaculum aquarum, quas torrens devolvit, Job. 6, 15. Ezech. 6, 3. c. 35. 8. c. 36, 4. 5.

אֵפֶר m. *Cinis.* וְאָנֹכִי עָפָר וָאֵפֶר Cum ego tamen ſim pulvis & *cinis*, Gen. 18, 27. יוֹשֵׁב בְּתוֹךְ הָאֵפֶר *Sedens in medio cineris*, Job. 2, 8.

1) Generatim notat *cinerem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *pulverem*, in quem materia uſta redigitur, diciturque tum de cinere, qui fit ex *lignis*, Job. 2, 8. tum de cinere, qui fit ex *vacca combuſta*, Num. 19, 8. β) *Impropriè* per Metaphoram 1) eſt Symbolum *fragilitatis & vilitatis*, Gen. 18, 27. Job. 30, 19. 2) *levitatis atque inconſtantiæ;* facilè enim cinis diſſipatur & in ventum abit, Job. 13, 12. 3) *Calamitatis, afflictionis*, indeque ortæ *mœſtitiæ atque luctus*, Jeſ. 61, 3. Thren. 3, 16. Ezech. 28, 18. Mal. 4, 3. Solebant enim lugentes, mœrorem & luctum indicaturi, vel *cinerem ſuper caput ſpargere*, Joſ. 7, 6. 2. Sam. 13, 19. vel *cineri inſidere*, Job. 2, 8. c. 42, 6. Jon. 3, 6. vel ſe in cinere volvere, Jer. 6, 26. vel in cinere cubare, Jeſ. 58, 5. Vid. Geierus de luctu Ebræorum, c. 9. 4) *Vanitatis laborum*, Jeſ. 44, 20.

אֲפֵר m. *Cinis.* Bis legitur, 1. Reg. 20, 38. 41. R. Sal. ben Melech interpretatur per צָעִיף *Velamen*, deducitque ex פַּאֲרֵי הַמִּגְבָּעוֹת *Ornamenta tiararum*, Exod. 39, 28. Cui accedit R. David.

אוֹפִיר m. *Ophir;* eſt nomen propr. α) *Viri*, nempe alicujus filiorum Joktanis, Gen. 10, 29. β) *Terræ*, quæ ut aurifera in Scriptura celebratur, 1. Reg. 9, 28. c. 10, 11. 2. Chron. 8, 18. c. 9, 10. conf. Gen. 2, 11.

Vid.

Digitized by Google

Vid. Bochart. Geogr. Sacr. Lib. 2. c. 27. Inde Metonymicè ſumitur pro *auro ophirino*, quod *Obryzum*, corruptè pro *ophirizum*, dicitur, Job. 22, 24.

אֶפְרַיִם m. *Ephraim*; eſt nomen propr. filii Joſephi ſecundi, Gen. 41, 52. à R. פָּרָה *fœcundus fuit, fructum edidit*, ſignificatque *fructificationem binam*, ideò ei impoſitum, quod Deus Joſephum *fructificare fecerat* in Ægypto. A Jacobo, Joſephi Patre præpoſitus fuit Manaſſi, Gen. 48, 20. Metonymicè notat *Poſteros Ephraimi*, Pſalm. 80, 3.

אָצַל *Repoſuit, Reſervavit, Sepoſuit, Subtraxit.* הֲלֹא אָצַלְתָּ לִּי בְּרָכָה Nonne *reſervaſti* mihi benedictionem? Gen. 27, 36. וְאָצַלְתִּי מִן־הָרוּחַ *Et ſubtraham, ſumam* de Spiritu, Num. 11, 15. לֹא אָצַלְתִּי מֵהֶם *Non ſubtraxi, prohibui ab illis*, Eccl. 2, 10. Niphal נֶאֱצַל *Separatus, Sepoſitus, Retractus, Contractus eſt.* נֶאֱצַל מֵהַתַּחְתּוֹנוֹת *Contractius erat præ infimis*, Ezech. 42, 6. In Hiphil tantum legitur Futurum וַיָּאצֶל *Et repoſuit*, Num. 11, 25. pro וַיַּאֲצֵל per Syncopen (-:) ſub א conciſô, & (-) ſub Jod in (ָ) mutatô. Sæpius non legitur.

אָצַל m. *Azal*, eſt nomen proprium loci, *ſeparationem* involvens, Zach. 14, 5.

אָצֵל m. *Azel*, eſt nomen propr. Viri Benjamitæ, 1. Chron. 8, 36. Separatum deſignans.

אֵצֶל m. *Locus vicinus; Latus; Regio.* מֵאֶצְלִי *De latere meo*, 1. Reg. 3, 21. וַיֵּלֶךְ מֵאֶצְלוֹ Et abiit *à latere ejus*, 1. Reg. 20, 36. מֵאֶצְלָם *E regione ipſorum*, Ezech. 10, 16. Sæpe abit in particulam, notans *juxta, penes*, Gen. 39, 10. c. 41, 3. Lev. 1, 16. c. 6, 3. c. 10, 12. Devt. 16, 21. 1. Sam. 5, 2. Prov. 8, 30. Jeſ. 19, 19. *Propè* Jer. 41, 17. *apud* Dan. 10, 13. Neh. 4, 6. 12. *Ad*, Dan. 8, 7.

אַצִּיל m. *Ala; Axilla*; juxta Marc. Marinum Brixianum ſic dicta, quod ſub ea adſerventur multa. Semel legitur in ſingulari cum ה locali. אַצִּילָה *Ad axillam uſque*, Ezech. 4, 8. Plur. אַצִּילִים *Axillæ*. In Statu Conſtr. אַצִּלֵי יָדַי *Axillæ manuum mearum*, Ezech. 13, 18. Fœm. אַצִּילוֹת *Axillæ*, Jer. 33, 12. Sæpius non legitur.

אֲצִילִים m. pl. *Magnates, Optimates, Selecti*, ſic dicti, quod à reliqua hominum multitudine velut *ſepoſiti & ſeparati ſunt*. Bis legitur Exod. 24, 11. Jeſ. 41, 9.

אָצַר *Repoſuit, Recondidit, Theſaurum fecit, Collegit.* אֲשֶׁר אָצְרוּ אֲבוֹתֶיךָ *Quæ repoſuerunt Patres tui*, 2. Reg. 20, 17. Jeſ. 39, 6. Part. הָאוֹצְרִים חָמָס וָשֹׁד *Qui theſaurizant vim & vaſtationem*, Am. 3, 10. Niphal Fut. יֵאָצֵר *Reponetur in theſaurum*, Jeſ. 23, 18. Hiphil וָאוֹצְרָה עַל־אוֹצָרוֹת *Et theſaurarios conſtitui ſuper theſauros*, Neh. 13, 13. Sæpius non legitur.

Digitized by

אוֹצָר m. *Theſaurus.* אוֹצָר נֶחְמָד *Theſaurus deſiderabilis*, Prov. 21, 20. בֵּית הָאוֹצָר Domus *theſauri*, Mal. 3, 10. In Statu Conſtr. אוֹצַר יְהוָה *Theſaurus* Domini, Joſ. 6, 19. Plur. אוֹצָרוֹת *Theſauri*, Neh. 13, 13. In Statu Conſtr. לֹא יוֹעִילוּ אוֹצְרוֹת רֶשַׁע Non proſunt *theſauri impietatis*, Prov. 10, 2. Cum Suff. וְאֵין קֵצֶה לְאוֹצְרֹתָיו Et non eſt finis *theſauris ejus*, Jeſ. 2, 7.

1) Generatim & vi etymi notat *repoſitorium* vel *receptaculum*, ubi aliquid reponitur & adſervatur. 2) Speciatim α) *proprie* notat 1) *Theſaurum*, prout dicit *receptaculum* vel *locum*, ubi bona pretioſa in futuros uſus vel ſplendoris causâ reponuntur & adſervantur, 2. Chron. 32. 27. Ezech. 28, 4. Hoſ. 13, 15. 2) *Horreum*, ubi fruges demeſſæ reponuntur, Joel. 1, 17. 3) *Cellam*, ubi vinum, oleum &c. reponi ſolent, 2. Chron. 11, 11. 4) *Reconditorium cibi*, Mal. 3, 19. 5) *Hydrophylacium* ſeu *vaſtam terræ vomginem*, ubi ingens aquarum copia à Deo recondita adſervatur, Pſalm. 33, 7. 6) *Locum abſconditum*, in quo ventus generari, indeque prodire poteſt, Pſalm. 135, 7. Jer. 10, 13. c. 51, 16. β) *Impropriè* a) per *Metonymiam* continentis deſignat *rem, quæ in ejusmodi repoſitorio vel loco reconditur atque adſervatur*, vel in futuros uſus, vel ſplendoris causâ, 1. Reg. 14, 26. 2. Reg. 24, 13. Conf. Prov. 10, 2. ubi notat *opes immenſas*, ſed impiè acquiſitas, Prov. 21, 20. ubi denotat omnis generis bona ad victum & amictum uſusque alios adſervata, Jer. 15, 13. c. 49, 4. c. 50, 37. c. 51, 13. ubi ſignificat *omnis generis bona & opes*, ſive in auro & argento, ſive in terræ proventibus & pecoribus. b) *Metaphoricè* notat 1) *quarumvis rerum bonarum copiam & abundantiam*, Devt. 33, 16. Prov. 8, 21. Jeſ. 33, 6. 2) *Originem rei*, ut nivis & grandinis, Job. 38, 22. 3) *Deo* tributum deſignat vel *bonorum divinorum copiam*, Devt. 28, 12. vel *ultionis & iræ divinæ magnitudinem & gravitatem*, Devt. 32. 34. 35. Jer. 50, 25.

אַקּוֹ m. *Rupicapra*, Devt. 14, 5. à R. אקק juxta Buxtorffium; ſed Schindlerus putat, ejus radicem eſſe אקר, & Bochartus in Hieroz. P. I. l. 3. c. 19. deducit à R. אנק.

ארא Radix inuſitata; inde verò eſt

אֶרְאֶל m. *Robur, Validus, Prævalidus.* Semel legitur Jeſ. 33, 7. R. Sal. ben Melech in l. c. cum aliis Ebræis interpretatur מַלְאָךְ.

ארב *Proſpexit, Obſervavit, Inſidiatus eſt.* Conſtruitur vel nudè, vel cum ל, אֶל, עַל. וְאָרַב לוֹ *Et inſidiatus fuerit ei*, Devt. 19, 11. Part. אוֹרֵב *Inſidiator*, Joſ. 8, 2. הָכִינוּ הָאֹרְבִים *Parate inſidiatores*, Jer. 51, 12. Infin. דִּבְרֵי רְשָׁעִים אֱרָב־דָּם Verba impiorum *ſunt inſidiari* ſanguini, Prov. 12, 6. Fut. וַיֶּאֶרְבוּ עַל־שְׁכֶם *Et inſidiis ſe poſuerunt* contra Sichemum, Jud. 9, 34. Piel אִרֵב *Inſidiatus eſt*, Part. מְאָרְבִים *Inſidiatores*, Jud. 9, 25. Fut. in Hiphil וַיָּרֶב *Et inſidias poſuit*, 1. Sam. 15, 5. pro וַיַּאֲרֵב, per Syncopen א conciſo, & (-) ſub Præformativo י in (ָ) mutato. Sed Coccejus & Schindlerus cenſent

 eſſe

eſſe Fut. in Piel pro וַיְאָרֵב, literâ א itidem per Syncopen conciſâ, & (ָ) in locum (:) transmoto, (..) verò ſub ר ob tonum retractum in (∵) mutato.

1) Generatim notat *proſpicere & ſpeculari.* 2) Speciatim ſignificat *inſidiosè proſpicere & clam ſpeculari ad erumpendum ex inſidiis; clanculum deliteſcere & occaſionem captare aliquid promtè exequendi & damnum inferendi; Proſpectè inſidiari, inſidias ponere.* Ita in *Kal* legitur de raptoribus Virginum, Jud. 21, 20. de hoſtibus Davidis, Pſalm. 10, 9. Pſalm. 59, 4. de adultero, Job. 31, 9. de adultera, Prov. 7, 12. conf. Prov. 23, 28. de ſanguinariis, Prov. 1, 11. 18. c. 12, 6. Mich. 7, 2. de obſidentibus urbem, Joſ. 8, 2. 12. 14. Jud. 9, 32. 43. c. 10, 33. 36. In *Piel* de hoſtibus, 2. Chron. 20, 22. de prædonibus vias infeſtantibus, Jud. 9, 25. In Hiphil de aggreſſuris hoſtem, 1. Sam. 15, 5.

אֶרֶב m. *Inſidiæ*; bis legitur, α) de inſidiatione, Job. 38, 40. vel cap. 39, 2. β) de *loco inſidiarum*, ſeu *latibulo*, ex quo inſidiæ fiunt. Job 37, 8.

אַרְבֶּה n. *Locuſta*, vide in רָבָה.

מַאֲרָב m. *Inſidiæ.* Quinquies legitur, notans α) *Turmas inſidiantes*, 2. Chron. 13, 13. ubi bis extat. β) *Locum inſidiis aptum*, unde inſidiantes occaſionem incautos ſubitò & ex improviſo adoriendi, & aliquid feliciter contra eos gerendi expectant & aucupantur, Joſ. 8, 9. Jud. 9, 35. Pſalm. 10, 8.

אֲרֻבָּה f. *Foramen, Feneſtra*; unde *proſpicitur.* Plur. אֲרֻבּוֹת *Feneſtræ*, Gen. 7, 11.

1) Generatim notare videtur *foramen*, unde *proſpici* poteſt. 2) Speciatim deſignat *feneſtram*, unde *proſpicitur*; indeque transfertur ad *cataractas cœli*, ex quibus Deus quaſi *proſpiciens* hominibus vel bona porrigit, vel mala ex juſto judicio infert. Gen. 7, 11. c. 8, 2. 2. Reg. 7, 19. Jeſ. 26, 8. Mal. 3, 10. ad *cancellos* vel *foramina*, per quæ intrant exeuntque columbæ, Jeſ. 60, 8. ad *cavitatem oculorum*, unde radii viſivi veluti proſpicere videntur, Eccl. 12, 3. & Hoſ. 13, 3. ad *fumarium*, unde fumus quaſi proſpicit. Sæpius non legitur.

אָרְבּוֹת f. pl. *Inſidiæ.* Unde R. Sal. ben. Melech exponit Jeſ. 25, 11. *Per eos, qui inſidiantur ei.* R. Joſeph Kimchi interpretatur מַאֲרָב. Aliis notat *axillas.* Vid. R. Sal. ben Melech l. c. Seb. Schmidius reddit *obices.*

אָרַג *Texuit, Contexuit.* Part. מַעֲשֵׂה אוֹרֵג *Opus textoris*, Exod. 28, 32. c. 39, 27. Fut. אִם־תַּאַרְגִי אֶת־שֶׁבַע מַחְלְפוֹת רֹאשִׁי *Si texueris* ſeptem cincinnos capitis mei, Jud. 16, 13.

1) Generatim notat *texere.* Unde 2) non ſolum tribuitur *operi hominis*, ubi fila per ſtamen, ſeu trama per alia fila ſtabilia transmittitur, Exod. 28, 32. c. 35, 35. c. 39, 27. 2. Reg. 23, 7. Jeſ. 19, 9. c. 38, 12. Conf. Jud. 16, 13. ſed etiam *operi araneæ* applicatur Jeſ. 38, 12.

אֶרֶג

אֶרֶג m. *Textura;* הַיְתַד הָאֶרֶג Paxillus *texturæ*, i. e. *textorius* ſeu *liciatorium*, cui in fine tela affigitur, Jud. 16, 14. Item *radius textorius*, inſtar naviculæ confectus, quo ſubtegmen ſtamini medium inſeritur, & celerrimè ab unâ extremitate ad alteram transmittitur, Job. 7, 6. Sæpius non legitur.

אַרְגֹּב m. *Argob*, eſt nomen *α*) *regionis* Og, Regis Baſanis, trans Jordanem, quæ cecidit in ſortem dimidiæ tribus Manaſſis. Vid. Hieron. de loc. Ebr. & Euſeb. de iisd. Devt. 3, 4. 1. Reg. 4, 13. *β*) *Viri*, qui Phaceæ auxiliatus eſt in cæde Petachiæ, Regis Iſraelis, 2. Reg. 15, 22.

אַרְגְּוָן m. *Purpura*, 2. Chron. 2, 6. vide in אַרְגָּמָן.

אַרְגַּז m. *Arca, Ciſta*, 1. Sam. 6, 8. 11. 15.

אַרְגָּמָן m. *Purpura*, Exod. 28, 5. Num. 4, 3. Cant. 3, 10. Abrah. B. David in animadv. ad Maimon. *Hilcoth Kele Hammikd.* c. 8. ſect. 13. derivat ex ארג *texuit*, quia ex filis diverſorum colorum purpura *texta* fuit. Sed Braunius L. 1. de V. S. H. c. 14. §. 7. ab *infecturâ* potius, aut *colore*, quàm à textura nomen accepiſſe cenſet. Bochartus P. II. Hieroz. l. 5. c. 14. p. 736. ſcribit: אַרְגָּמָן, vel, quod idem eſt, אַרְגְּוָן *eſt rubra purpura; non ex conchylio facta, ſed ex illius cochleæ ſanie, quæ propriè purpura dicitur.* Et p. 740. arbitratur, utrumque deflexum eſſe ex ארמגון *aramgun* vel *aramgavan*, quaſi *Syrium dolorem* dicas. Ex ארמגון *arammgavan*, extrito vav, ut fit in quieſcentibus Ajin, factum *arammgan*, & literis trajectis ארגמן *argaman*. Rurſus ex eodem ארמגון *arammgavan* factum ארגון *argavan*, eliſô *mem* ex mediâ voce.

אָרָה *Cepit, Carpſit, Decerpſit, Diſcerpſit.* Bis legitur. אָרִיתִי *Decerpſi*, Cant. 5, 20. וְאָרוּהָ *Ut diſcerpant eam*, Pſalm. 80, 13.

אֲרִי m. *Leo*, à *dilacerando* vel *diſcerpendo* ſic dictus. Sed Bocharto in Hieroz. P. I. L. 3. c. 1. p. 715. eſt pro ראי à רָאָה *vidit*, ut leo ſic dicatur à *viſu*, quia leonis tota vis eſt in *oculis*. Plur. אֲרָיִים *Leones*, 1. Reg. 10, 20. אֲרָיוֹת Ezech. 19, 2. נָעֲרוּ כְּגוֹרֵי אֲרָיוֹת Rugitum edunt ut Catuli *leonum*, Jer. 51, 38.

1) Generatim notat *leonem*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *feram*, quadrupedum principem, robore & rapacitate inſignem; & quidem ex Ebræorum mente *leonem adultum*, ſed *juniorem mediæ ætatis* inter כפיר & שחל; aſt judice Bocharto l. c. eſt *nomen ſpeciei totius ſine ullo reſpectu ad ætatem, cum hoc ſolum leonis nomen ſemper* adhibeant ſacri ſcriptores in narrationibus hiſtoricis. *Propriè* legitur 1. Sam. 17, 34. 36. 37. 2. Sam. 23. 20. 1. Chron. 11, 22. Prov. 22, 13. c. 26. 13. *β*) Metaphoricè 1) deſignat *truculentos & immanes hoſtes*, Ezech. 19, 26. Jer. 50, 17. Nah. 2, 12. *rugitusque leonis* depingit *horrendam hoſtium & tyrannorum ſævitiem*, Prov. 28, 15. Jer. 51, 38. Zeph. 3, 3. 2) Transfertur ad *artefacta*, quæ *leonis* formam referunt, 1. Reg. 7, 29. 36. c. 10, 19. 2. Chron. 9, 18. 19.

אַרְיֵה m. *Leo*, à *diſcerpendo* ſic dictus; ſed Bocharto in Hieroz. P.I. lib.3. c.1. eſt à רָאָה *vidit*, quia eſt animal ὀξυδερκέςατον, ſeu *viſus acerrimi*. אַרְיֵה מַשְׁחִית *Leo* perditor, Jer. 2,30. כְּאַרְיֵה בְסֻכֹּה יֶאֱרֹב Sicut *leo* in latibulo ſuo inſidiatur, Pſalm. 10, 9. כְּאַרְיֵה יִשְׁאַג Sicut *leo* rugiet, Hoſ. 11,10.

1) Generatim notat *leonem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *regem beſtiarum*, robore, animoſitate & rapacitate inſignem, Jud. 14,5. 1. Sam. 17,10. 1. Reg. 13,14.25.28. c. 20, 36. β) *Impropriè* 1) per *Metaphoram* a) deſignat *hoſtes truculentos & ſævos*, Job. 4,10. Pſalm. 22,22. Jeſ. 35, 9. Jer. 4, 7. c. 5, 6. c. 49, 19. Nah. 2, 11. 12. b) *hominem animoſum, robuſtum ac fortem*, cui nemo facilè reſiſtere poteſt, Gen. 49, 9. Devt. 33, 22. c) tribuitur *Deo*, cujus robori nemo reſiſtere valet, quique maximè terret peccatores, Am. 3, 8. 2) per *Synecdochen* notat *quamvis immanem belluam*, Jeſ. 15, 9.

אֲרִיאֵל m. *Leo magnus, fortiſſimus*. Conflatum eſt ex אֲרִי *Leo* & אֵל *Deus* ad intendendam ſignificationem. Unde α) *propriè* notat *leonem magnum, robuſtum, fortem*, 2. Sam. 23, 20. β) *Metaphoricè* hoc nomine inſignitur 1) *altare holocauſtorum*, Ezech. 43, 15. 16. quia inſtar immanis *leonis* holocauſta igne perpetuò conſumebat. 2) *Urbs Hieroſolyma*, Jeſ. 29, 1. 2. vel potius *Juda cum Hieroſolyma propter Judam*, quod ad tribum Judæ ex parte pertinuit, cujus inſigne *leo* eſt, Gen. 49, 9. Unde juxta Seb. Schmidium dicitur *leo Dei*, h. e. ab ipſo Deo inter fratres conſtitutus *leo & Rex*.

אָרוֹן m. *Arca*, à capiendo ſic dicta; vide in R. ארן.

אֻרְוָה f. *Stabulum*; *Præſepe* à *capiendo* ſic dictum. Plur. אֻרְוֹת & in Statu Conſtr. אֻרְיוֹת, tertiâ radicali ה ibi in ו hîc in י mutatâ. Ter legitur; ſemel in Statu abſoluto, notans *ſtabula*, pro *omnis generis beſtiis*, 2. Chron. 32, 28. bis in Statu Conſtr. notans ὑποςάσια, Pferde-Stallungen/ 1. Reg. 4, 26. vel 1. Reg. 5, 6. 2. Chron. 9, 25.

אֲוֵרוֹת f. pl. *Præſepia*, à *capiendo* ſic dicta. Semel legitur 2. Chron. 32, 28. Videtur autem eſſe pro אֻרְוֹת per Metatheſin.

ארז *Firmus vel ſtabilis eſt*, radicibus in ſolum firmiter defixis, apud Arabes. Inde eſt

אֶרֶז m. *Cedrus*, à *firmitate* ſic dicta. לוּחַ אָרֶז׃ Tabula *cedri*, Cant. 8, 9. Plur. אֲרָזִים *Cedri*, 2. Sam. 5, 11. In Statu Conſtr. אַרְזֵי אֵל *Cedri Dei*, i. e. *celſiſſimæ*, Pſalm. 80, 11. Cum Suff. וְאֶכְרֹת קוֹמַת אֲרָזָיו Ubi excindam altitudinem *cedrorum ejus*, i. e. *altiſſimas ejus cedros*, 2. Reg. 19, 23.

1) Generatim notat *cedrum*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *cedrum arborem*, proceram, durabilem, bene radicatam, immarceſcibilem, frondoſam, odoratam, Num. 24, 6. 2. Reg. 19, 23. Pſalm. 29, 5. Pſalm. 104, 16. Jeſ. 37, 2. 4. β) *Impropriè* 1) per *Metaphoram* deſignat a) *piorum felicitatem*, Pſalm. 92, 13. conf. Num. 24, 6. b) *Impiorum florem*

florem atque potentiam, Ezech. 31, 2. 3. c) *Chriſtum*, Ezech. 17, 23. 2) per *Metonymiam materiæ* notat *tabulata cedrina*, 1. Reg. 6, 18. 1. Chron. 17, 1. Jer. 22, 15. Zeph. 2, 14.

אֲרֻזִים m. pl. *Cedrina, Cedrata*, Ezech. 27, 24.

אָרַח *Iter fecit*; notat *motûs* à termino ad terminum promotionem & directionem. Legitur ſaltem Jer. 34, 8.

אֹרֵחַ m. *Viator*, Jud. 19, 17. 2. Sam. 12, 4. Jer. 14, 8. Plur. אֹרְחִים *Viatores*, Jer. 9, 4. Sæpius non legitur.

אֹרַח f. *Via; Semita; Proceſſio; Iter.* אֹרַח כַּנָּשִׁים *Via juxta mulieres*, per Synchyſin pro כְּאֹרַח הַנָּשִׁים Juxta *viam* mulierum, Gen. 18, 11. בְּאֹרַח מִישֹׁר In *ſemita* rectitudinis, i.e. *recta & plana*. Pſalm. 27, 11. Cum Suff. אָרְחִי *Via mea*, Job. 19, 8. Plur. אֳרָחוֹת *Viæ, Semitæ*. אֳרָחוֹת עֲקַלְקַלּוֹת *Semitæ valde tortuoſæ*, Jud. 5, 6. In Satu Conſtr. אָרְחוֹת יֹשֶׁר *Viæ rectitudinis* i.e. *recta*, Prov. 2, 13. Cum Suff. אָרְחֹתָי *Via mea*. Job. 13, 27.

1) Generatim notat *viam*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſemitam*, quæ juxta Kircherum in Concord. & Marc. Marinum Brixianum in *arca Noæ* eſt *longa & protenſa, ſed non lata, quâ pedites migrare ſolent*, Gen. 49, 17. Jud. 5, 6. 7. Job. 6, 19. Jeſ. 33, 8. Conf. Job. 13, 27. c. 33, 11. ubi Piſcator quidem per *ſemitas* vel *vias* intelligit *actiones*; ſed Seb. Schmidius mavult intelligere *ſemitas* vel *vias in negotiis*, quando modò huc, modo illuc, noſtris negotiis & neceſſitatibus requirentibus, imus. β) *Impropriè*, 1) per *Metonymiam* a) notat *iter*, vel *proceſſionem*, quæ in viâ vel ſemitâ fit, Prov. 9, 15. b) *Via* vel *ſemita vitæ* eſt, quæ ad vitam ducit, Pſalm. 16, 11. Prov. 2, 19. c. 5, 6. c. 15, 24. 2) Per Metaphoram a) *homini* tributum notat *vivendi rationem, mores, ſtudium, conatus, & actiones*, Job. 8, 13. Pſalm. 17, 4. Pſalm. 119, 9. Prov. 1, 15. c. 2, 13. 15. c. 22, 25. Item *conſuetudinem*, Gen. 18, 11. Conf. Job. 22, 15. ubi *via* vel *ſemita ſeculi* deſignat *mentem & rationem vivendi* hominum peſſimorum & epicureorum; & Jeſ. 3, 12. indigitat *vivendi rationem* Judæis in verbo divino præſcriptam. b) *Deo* tributum notat tùm *Dei actiones modosque agendi* vel *proceſſus*, quibus circa pios ſuos verſari ſolet, Pſalm. 25, 10. tùm *ipſius doctrinam, legem & præcepta*, quibus ipſe veram, rectamque monſtrat ſemitam, quam homines calcare debent, Pſalm. 44, 19. Pſalm. 119, 15. 35. Jeſ. 2, 3. Mich. 4, 2.

אֹרְחָה f. *Comitatus; Turma* vel *Cohors commeantium*. In Statu Conſtr. אֹרְחַת יִשְׁמְעֵאלִים *Turma* Iſmaelitarum, Gen. 37, 25. Plur. אֹרְחוֹת *Turmæ commeantium*, Jeſ. 21, 13. Amplius non legitur.

אֲרֻחָה f. *Viaticum*, ſeu *cibus itineris causâ ſumtus*; quia verò vita noſtra *iter quoddam* eſt, inde quoque notat *cibum* ſimpliciter, ſine diſcrimine. Sexies ſaltem legitur, ſcil. α) de *viatico*, quod militiæ Dux Prophetæ Jeremiæ à ſe dimittendo dedit, Jer. 40, 5. β) de *victu tenui*,

Prov. 15, 17. γ) de *demenſo cibario* Joachimi, 2. Reg. 25, 30. Jer. 52, 34. ubi quater legitur.

אֻרְיוֹת f. pl. *Stabula, Præſepia*, vide in אֻרְוָה.

אַרְיוֹךְ m. *Arjoch*, nomen propr. α) *Regis*, Gen. 14, 1. β) *Præfecti* militiæ Regis Nebucadnezaris, Dan. 2, 14. Chytræo compoſitum eſſe videtur ex אַרְיֵה *leo*, & אָרֹךְ *longus*, ut idem ſit ac *leo longus*.

אָרַךְ *Longus eſt, Prolongatus, Prorogatus fuit; Protractus fuit.* כִּי אָרְכוּ לוֹ שָׁם הַיָּמִים *Cum prolongarentur, protraherentur ei* ibi dies, Gen. 26, 8. Fut. יַאַרְכוּ הַיָּמִים *Prolongabuntur* dies, Ezech. 12, 22. Hiphil הֶאֱרִיךְ *Prolongavit, Prorogavit*; & intranſitivè *longus fuit diutius manſit, duravit.* הֶאֱרִיךְ אַפּוֹ *Prorogat* iram ipſius, Prov. 19, 11. Fut. לְמַעַן יַאֲרִיךְ יָמִים Ut *prolonget* dies, Devt. 17, 20. Infin. בְּהַאֲרִיךְ הֶעָנָן עַל־הַמִּשְׁכָּן *In diutius manere, morari*, i. e. quando diutius *manebat, morabatur nubes ſuper habitaculo*, Num. 9, 22.

1) Generatim infert *longitudinem*, ſive *rei*, ſive *durationis & temporis*. 2) Speciatim α) dicit *longitudinem rei*, tùm intranſitivè, ut idem ſit ac *longum eſſe, prolongari*, uti in Kal dicitur de *ramis*, Ezech. 31, 5. & in Hiphil de *vectibus arcæ fœderis*, 1. Reg. 8, 8. 2. Chron. 5, 8. tùm tranſitivè, ut idem ſit ac *longum facere, prolongare*. Ita in Hiphil dicitur de prolongatione *funium*, Jeſ. 54, 2. *Linguæ*, irridendi cauſâ, Jeſ. 57, 4. *ſulci*, in ſymbolum *ſævitiæ exercitæ*, Pſalm. 129, 3. β) Deſignat *longitudinem durationis & temporis*, tùm tranſitivè, ut idem ſit ac *prolongare, prorogare*, vel etiam *differre*. Ita dicitur de *hominibus diu victuris*, Devt. 4, 26. 40. c. 11, 9. c. 30, 18. c. 32, 47. Joſ. 24, 31. Prov. 28, 16. Eccl. 8, 13. de *Meſſia* æternum duraturo, Jeſ. 53, 10. de *longanimi*, qui iram differt prolongat, retardat, refrenat, ejus initium in longum tempus differt, ut neque cor inflammetur, neque excandeſcentiæ effectus illicò emanent, Prov. 19, 11. Jeſ. 48, 9. de *affectu impatientiæ*, Job. 6, 11. ubi *prolongare animam*, eſt differre & prolongare affectum impatientiæ, i. e. *patientem eſſe, patienter agere*. Vid. Seb. Schmid. in h, l. tùm *intranſitivè*, ut *a*) idem ſit ac *prolongari, prorogari, protrahi*, in Kal Gen. 26, 8. Ezech. 12, 22. in Hiphil Exod. 20, 12. Devt. 5, 16. c. 6, 2. c. 25, 15. *b*) *durare*, Prov. 28, 2. Eccl. 7, 15, vel 16. *c*) *Morari, diutius manere*, Num. 9, 19. 22.

אֶרֶךְ m. *Longitudo; Longus; Tardus.* אֶרֶךְ אַפַּיִם *Tardus* ad iram, Exod. 34, 6. אֶרֶךְ הָאֵבֶר *Longa* pennas, Ezech. 17, 3.

1) Generatim deſignat *longum*, ſive ſit *rei*, ſive *durationis & temporis*, ſive in abſtracto, ſive in concreto. Unde 2) Speciatim α) in abſtracto dicit *longitudinem* vel *diuturnitatem*. Ita ſemel legitur, Jer. 15, 15. β) Notat *longum* in concreto, eſtque tum *rei*, quæ longitudinem habet, Ezech. 17, 3. tum *durationis & temporis*. Ita conſtruitur 1) cum voce אַפַּיִם *ira*, notatque *longanimem*, qui tardus eſt ad iram. Sic tribuitur a) *homini*, qui iram prorogat & cohibet, ne illicò in aſperiora verba vel furioſa opera erumpat, Prov. 14, 29. c. 15, 18. c. 16, 32. b) *Deo*, qui

no:

non præceps eſt ad iram, ad primam quamque indignandi occaſionem, nec illicò peccatoribus pœnas promeritas infligit, ſed multa in eos lenitate utitur, Nah. 1, 13. unde nunc ei apponitur רַב חֶסֶד *multus miſericordiâ*, Exod. 34, 6. Num. 14, 18. Neh. 9, 17. Pſalm. 86, 15. Pſalm. 103, 8. Joel. 2, 13. Jon. 4, 2. nunc גְּדָל חֶסֶד *magnus miſericordia*, Pſalm 145, 8. 2) cum voce רוּחַ *Spiritus*, Eccl. 7, 8. ubi *longus ſpiritu* dicitur, qui non eſt incitati animi, ſeu, qui non quavis oblata iraſcendi occaſione, ſive leviori, ſive graviori, iram animo concipit, ſubitoque eam in durius verbum vel furioſum opus prorumpere ſinit, ſed ebullientes cordis motus reprimit atque cohibet.

אֹרֶךְ m. *Longitudo.* אֹרֶךְ יָמִים *Longitudo* dierum, Prov. 3, 2. אֹרֶךְ הֶחָצֵר *Longitudo* atrii, Exod. 27, 18. Cum Suff. אָרְכּוֹ *Longitudo* ejus, Exod. 25, 10. כְּאָרְכָּן כֵּן רָחְבָּן *Sicut longitudo* earum, ita latitudo earum, Ezech. 42, 11.

1) Generatim notat *quamcunque longitudinem.* 2) Speciatim α) notat *longitudinem rei*, qualis eſt arcæ Noæ, Gen. 6, 15. atrii, Exod. 27, 18. aulæi, Exod. 26, 2. 8. c. 36, 9. 15. aſſeris, Exod. 26, 6. c. 36, 21. baſium, 1. Reg. 7, 27. portæ, Ezech. 40, 11. β) notat *longitudinem durationis* vel *temporis*, Pſalm. 21, 5. Pſalm. 23, 6. Pſalm, 91, 16. Pſalm. 93, 5. Prov. 3, 2. 16. Thren. 5, 20. ſed Devt. 30, 20. *Metonymicè* Deus dicitur *longitudo dierum Iſraelitarum*, prout iis dies vitæ prolongabat, ſeu longævitatem conferebat.

אֲרֻכָּה f. *Longum.* Bis legitur, α) de *menſum*, Job. 11, 9. β) de *bello* diu durante, 2. Sam. 3, 1.

אֲרוּכָה & per alternationem אֲרֻכָה f. *Sanitas*, ſic dicta, quod ſit *quadam vitæ prolongatio.* Sexies in Scriptura legitur, ſed ubique *Metaphoricè*, nimirum a) de *reſtauratione murorum* Hieroſolymitanorum, Neh. 4, 1. b) de *reſtauratione & corroboratione* templi, 2. Chron. 24, 13. c) de *liberatione ab adverſitatibus*, & de cujuscunque incolumitatis præſtatione, Jeſ. 58, 8. Jer. 8, 22. c. 30, 17. c. 33, 5.

אַרְכִּי m. *Arkæus*, nomen gentile, Joſ. 16, 2. 2. Sam. 15, 32.

אֲרָם *Aram*, eſt nomen a) *filii* quinti Semi, Gen. 10, 22. b) *nepotis* Nahoris, fratris Abrahami, Gen. 22, 21. c) *Viri* ex tribu Aſer oriundi, 1. Chron. 7, 34. d) *regionis*, quæ dicebatur *Aramia* vel *Syria*, & contingebat Arabiam verſus meridiem, Euphratem verſus Orientem, & mare mediterraneum verſus occidentem, Gen. 28, 2. 5. Num. 23, 7. Reg. 16, 7. Am. 9, 7. Hujus pars Tigri & Euphrate intercepta eſt Meſopotamia, Num. 22, 5. c. 23, 4. Vid. Hadr. Reland. Pal. lib. 1. c. 8. e) *Populi*, 2. Sam. 10, 11. 15. 2. Reg. 5, 2.

אֲרַמִּי & אֲרַמִּי m. *Aramæus, Syrus*; nomen gentile, Gen. 25, 20. c. 28, 5. c. 31, 24. Conf. Devt. 26, 5. ubi Jacob dicitur *Syrus deperditus* vel *periens*, cujus appellationis cauſam vide in R. אָבַד *Periit*. p. 1. Plur.

Google

אֲרַמִּים *Syri*, 2. Reg. 8, 28. Fœm. אֲרַמִּיָּה *Syra*, 1. Chron. 7, 14. Sed 2. Reg. 8, 28. 29. eſt רַמִּי prima pereunte. אֲרָמִית *Aramicè*, *Syriacè*, 2. Reg. 18, 26. Jeſ. 36, 11.

אַרְמוֹן c. *Palatium, Arx*, 1. Reg. 16, 18. Teſte Mercero ſunt, qui deducunt à רוּם *altum eſſe*, eò quod *palatium* ſit *altum*. הַרְמוֹנָה *In Palatium*, א & ה alternantibus, & in fine ה locali appoſito, Am. 4, 3. Plur. אַרְמְנוֹת *Palatia*, Jer. 17, 27. Cum Suff. אַרְמְנוֹתֵינוּ *Palatia noſtra*, Jer. 9, 20. בְּאַלְמְנוֹתָיו *In palatiis ejus viduatis*, quaſi ſit ex אַלְמוֹן Jeſ. 13, 22. Sed Aben-Eſra intelligit *viduas mulieres*, quem ſequitur Guſſetius in Comment. Ling. Ebr. & preſſius verbis inſiſtens ita reddit: *Et reſpondebit feræ viduis, id, quod viduis reſpondebit, feræ erunt.*

1) Generatim notat *domum magnificam* ſeu *palatium*, cujuscunque ſit, ceu patet ex 2. Chron. 36, 19. Jer. 6, 5. c. 9, 20. Thren. 2, 5. 7. Am. 2, 5. c. 3, 4. 2) Speciatim notat *palatium regium*, 1. Reg. 16, 18. 2. Reg. 15, 25. & Jer. 30, 18. Abarbaneli denotat *templum Dei*.

אָרוֹן m. *Arca*; juxta quosdam à R. אָרָה *cepit* ſic dicta, quod *capiat* vel *recipiat*, quæ in ea reponuntur. Alii deducunt à *nomine materiæ*, ex quâ facta, nempe à voce אֹרֶן *ornum* ſignificante. בָּאָרוֹן *In arca*, Devt. 10, 2. In Statu Conſtr. אֲרוֹן עֵדוּת *Arca* teſtimonii, Exod. 25, 22.

1) Generatim denotat *arcam*, in qua aliquid reponi & aſſervari poteſt. 2) Speciatim α) notat *arcam fœderis*, ex lectiſſimâ cedri ſpecie factam, & auro obductam, Exod. 25, 10. 11. in quâ aſſervabantur tabulæ legis, Devt. 10, 2. Dicitur alias *arca Dei* vel *Domini*, quia Cherubinis inſidens ſuper eâ gratioſè præſens erat, & inde conſulentibus reſponſa dabat. *Arca Dei* vocatur, 1. Sam. 3, 3. c. 4, 11. c. 5, 10. c. 6, 2. 19. c. 7, 1. c. 14, 19. 2. Sam. 6, 2. 3. 4. 6. 7. 11. 12. c. 19, 24. 1. Chron. 13, 3. 14. c. 16, 6. 2. Chron. 1, 4. *arca Domini* autem dicitur, Joſ. 4, 11. c. 6, 6. 11. 12. 13. c. 7, 6. 1. Sam. 4, 6. c. 5, 3. 4. c. 6, 1. 8. 11. 15. 18. 21. c. 7, 1. 2. Sam. 6, 9. 10. 11. 1. Reg. 2, 26. c. 8, 4. 1. Chron. 15, 2. 3. 14. c. 16, 4. dicitur quoque *arca teſtimonii*, Exod. 25, 22. c. 26, 33. 34. c. 30, 6. 26. c. 38, 35. c. 40, 3. 5. 21. Num. 4, 5. c. 7, 89. quia in eam ponebatur *teſtimonium* h. e. *tabulæ legis*, quæ Exod. 31, 18. c. 34, 29. dicuntur *tabulæ teſtimonii*; lex autem vocatur *teſtimonium*, quod Deus in ea voluntatem ſuam teſtatam fecit; item *arca roboris Dei*, 2. Chron. 6, 41. Pſalm. 132, 8. quoniam erat illuſtre ſymbolum *potentiæ divinæ*, quam Deus ſuper ea præſens contra Iſraelitarum hoſtes conſpicuam dabat & exercebat; nec non *arca ſanctitatis*, i. e. *ſancta*, 2. Chron. 35, 3. *tum* quia erat ſacra *Deo ſanctiſſimo*, qui ſuper ea gratioſè præſens erat, *tum* quia continebat *ſanctas Dei leges*. β) Notat *arcam feralem*, in qua exanime Joſephi corpus reponebatur, Gen. 50, 26. γ) Tribuitur *ciſtæ*, in quam pecunia pro reſtauratione & firmatione templi conjicienda erat, 2. Chron. 24. 8. 10. 11. 2. Reg. 12, 10. 11.

אֹרֶן m. *Ornus.* Saltem extat, Jeſ. 44, 14. Hieronymus tranſtulit *Pinum.*

אַרְנֶבֶת f. *Lepus,* Lev. 11, 6.

אַרְנֹן m. *Arnon*; Num. 21, 13. Fluvius Moabitidis, notans *Sonorum,* à R. רָנַן *ſonuit, cecinit.*

אֶרֶץ c. ſed f. Sæpius. *Terra.* Quidam, teſte Buxtorffio, deducunt à רצץ *terere,* quod ab incolis ſuis teratur & calcetur. Alii, teſte Fagio, derivant à רוץ *Currere*, propter ſphæricum illud corpus ſupernum, quod perpetuo curſu terram jugiter ambit. Alii, eodem teſte, deſcendere putant à רָצָה *Voluit, Concupivit,* quod terra jugiter *appetat* fructum. Aſt fruſtra in Ebraiſmo quæri videtur radix verbalis, ratioque ſignificationis in abdito latere. Quare B. Pfeifferus ex Arabiſmo eam petit, & ab *humilitate* ſic dictam putat, in oppoſitione ad *cœlum,* quod, contrariam habens rationem, ab *altitudine* dictum fuit. Vid. Pfeiff. Theſ. Herm. pag 581. אֶרֶץ מְגוּרֶיךָ *Terra peregrinationum tuarum,* Gen. 17, 8. אֶרֶץ אֲחֻזַּתְכֶם *Terra poſſeſſionis veſtræ,* Joſ. 22, 4. אֶרֶץ הַנֶּגֶב *Terra auſtri,* i. e. *auſtralis,* Joſ. 15, 19. אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבָשׁ *Terra fluens* lacte & melle, Exod. 3, 8. יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ Incolæ *terræ,* Jer. 6, 12. אַרְצָה *In terram,* cum ה locali, Gen. 11, 31. c. 12, 5. Cum Suff. אַרְצִי *Terra mea,* Gen. 20, 15. Plur. אֲרָצוֹת *Terræ,* Jer. 28, 8. In Statu Conſtr. בְּאַרְצוֹת הַחַיִּים *In terris* viventium, Pſalm. 116, 9. Cum Suff. בְּאַרְצוֹתָם *In terris ipſorum,* Gen. 10, 5.

1) Generatim notat *terram,* ſive ſit *habitabilis,* ſive *inhabitabilis,* eſtque latioris ſignificationis, quàm אֲדָמָה & תֵּבֵל quorum *illud* propriè notat *terram tenaciorem & ad culturam aptiorem,* *hoc* verò ſignificat *terram habitabilem.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *aridam,* mari & fluviis contradiſtinctam, Gen. 1, 10. Job. 38 4. cujus fundatio & ſeparatio ab aquis deſcribitur, & velut potentiæ ac providentiæ divinæ argumentum traditur, Job. 38, 4. & ſeqq. Pſalm. 24, 12. Pſalm. 104, 5. Jeſ. 40, 21. *β*) Tropicè 1) per *Metonymiam a*) notat *globum terraqueum,* qui cœlo contradiſtinguitur, Gen. 1, 1. 2. c. 2, 4. *b*) *Terræ incolas,* Gen. 6, 11. 12. c, 11, 1. c. 18, 25. c. 19, 31. 1. Sam. 14, 29. 2. Sam. 15, 23. 1. Reg. 2, 2. Jer. 15, 10. 2) per *Synecdochen* ſignificat *aliquem terræ tractum, regionem* vel *provinciam,* Gen. 13, 6. c. 34, 10. Ita capitur, ſi cum addito dicitur *terra Ægypti,* Gen. 41, 19. 29. 33. 34. 41. 43. 44. c. 45, 18. Exod. 5, 12. c. 7, 19. *terra Goſen,* Gen. 47, 6. 27. *terra Canaan,* Gen. 47, 13. 14. Lev. 14, 34. c. 25, 38. *terra Philiſtæorum,* Exod. 13, 17. 1. Sam. 27, 1. *terra Ammonitarum,* Num. 22, 5. Jud. 11, 15. *terra Moabitarum,* Jud. 4, 19. Devt. 1, 5. c. 32, 49. c. 34, 5. 6. *terra Edomitarum,* Num. 20, 23. c. 21, 5. *terra Juda,* Ruth. 1, 7. 1. Sam. 22, 5. *terra Gilead,* Num. 32, 5. *terra Sebulon,* Jud. 12, 12. *terra Ephraim,* Jud. 12, 15. Huc ſpectat Obſervatio, quod vox אֶרֶץ abſolutè poſita, nec per contextum ad certam regionem, vel totum

orbem reſtricta, antonomaſticè notet *terram Iſrael*, ut Hoſ. 1, 2. c. 4, 1. Joel. 1, 2. Vid. Geier in Comment. in Pſalm. 82, 4.

אָרַר *Maledixit, Execratus eſt.* וְאָרוֹתִי *Et maledicam*, Mal. 2, 2. Part. Paul אָרוּר *Maledictus*, Gen. 3, 14. Imper. אָרָה־לִּי *Execrare mihi*, cum ה Paragogico, Num. 22, 6. c. 23, 7. אֹרוּ *maledicite*, Jud. 5. 23. Niphal Part. נֵאָרִים *Maledicti eſtis*, Mal. 3, 9. more Chaldæorum prima radicalis א dageſchanda fuiſſet, ſed quia eſt indageſchabilis, Dageſch extruſum compenſatum fuit, mutato (·) ſub נ in (··) perinde ut in הַנֵּחָמִים *inflammati*, Jeſ. 57, 5. Piel אֵרַר *Maledixit, Maledictionem intulit.* אֵרְרָהּ *Maledixit ei*, Gen. 5, 29. Part. מְאָרְרִים *Maledictionem inferentes*, Num. 5, 18. Hophal Fut. יוּאַר *Maledictus erit*, Num. 22, 6.

1) Generatim notat *mala ingerere* ſive *verbis*, ſive *re & facto.* 2) Speciatim α) eſt *maledicere, diris devovere, malo addicere.* Ita tribuitur *homini* tùm in ordine ad *alium*, quem diris & malis quibusvis dignum judicat, Gen. 9, 25. c. 27, 29. Exod. 22, 27. Num. 22, 6. 7. 12. tùm in ordine ad *rem*, quam ut *gravem, moleſtam & malam* deteſtatur & execratur, Gen. 49, 7. Job. 3, 1. Jer, 20, 14. Sed quando *Deo* tribuitur, eſt *re & facto maleſacere, mala pœna*, tàm temporalis, quam æternæ *graviſſima* ob antegreſſa mala culpæ ſeu peccata peccatori inferre; prout *Dei benedicere eſt beneſacere, beneficia conferre*, Gen. 12, 3. Num. 24, 9. Devt. 27, 15-26. Jer. 11, 3. c. 17, 5. c. 48, 10. β) eſt *maledictionem inferre*; ita tribuitur *aquis*, quas mulier de adulterio ſuſpecta bibere tenebatur, Num. 5, 18. 19. 22. 24. 27.

מְאֵרָה f. *Maledictio.* In Statu Conſtr. מְאֵרַת יְהוָה *Maledictio* Domini, Prov. 3, 33. Plur. רַב־מְאֵרוֹת Multus *maledictionibus*, i. e. *cui alii* mala quævis imprecantur, Prov. 28, 27.

1) Generatim notat *ingeſtionem malorum in aliquem*, ſive fiat *ore*, ſive *re & facto.* Unde 2) Speciatim α) notat maledictionem *verbalem*, quâ quis alterum diris devovet, mala quævis ipſi imprecatur &c. Prov, 28, 27. β) *Maledictionem realem*, quâ *Deus* improbis re & facto mala omnigena infert. Prout enim *Dei benedictio* omne felicitatis genus importat: Ita *Dei maledictio* omne malum inducit, quod ex juſto judicio infert, Devt. 28, 20. Prov. 3, 33. Mal. 2, 2. c. 3, 9. Sæpius non legitur.

אָרַשׁ Radix inuſitata, &, ſi in uſu unquam fuit, forte ſignificavit, *ore protulit, pronunciavit.* Inde ſuperſtes eſt

אֲרֶשֶׁת f. *Pronunciatum*; Saltem extat Pſalm. 21, 3. deſignans *preces labiis pronunciatas.*

אֵרַשׂ Piel *Deſponſavit.* אֲשֶׁר אֵרַשְׂתִּי לִי Quam *deſponſavi* mihi, 2. Sam. 3, 14. Pual אֹרָשָׂה *Deſponſata eſt*, Exod. 22, 15. ubi ו pro Dageſch forti Characteriſtico ponitur. Part. מְאוֹרָשָׂה *Deſponſata*, Devt. 22, 23.

1) Ge-

1) Generatim notat *deſponſare.* 2) Speciatim *α) propriè* denotat *deſponſationem corporalem,* quâ quis ſibi tori ſociam eligit atque deſponſat, Exod. 22, 15. Devt, 20, 7. c. 22, 23. 25. 27. 28. c. 28, 30. 2. Sam. 3, 14. *β) Metaphoricè* deſignat *deſponſationem myſticam,* quâ Dominus ſibi deſponſavit *Eccleſiam,* ad indigitandum ardentiſſimum ipſius erga hanc amorem, Hoſ. 2, 19. 20.

אֵשׁ c. ſed f. ſæpius, *Ignis,* vide in אֶשֶׁשׁ.

אָשַׁר *Effudit* apud Syros. Inde eſt

אֶשֶׁר m. *Effuſio, Decurſus, Defluxus.* Semel legitur, Num. 21, 16. אֶשֶׁר הַנְּחָלִים *Effuſio, Decurſus, aquæ ductus fluviorum.*

אֲשֵׁדוֹת f. pl. *Aquæ ductus,* Joſ. 10, 40. c. 12, 8. In Statu Conſtr. אַשְׁדּוֹת Devt. 3, 17. c. 4, 49. Joſ. 12, 3. c. 13, 2. Sæpius non legitur.

אַשְׁדּוֹד m. *Aſchdodh;* nomen urbis Philiſtæorum, notans *fortalitium,* Joſ. 11, 22. à R. שָׁדַד.

אָשַׁח *Conſolidavit,* apud Arabes; Inde

אָשְׁיָה f. *Fundamentum.* Legitur tantum in Plurali cum Suffixo אָשְׁיוֹתֶיהָ *Fundamenta ejus,* Jer. 50, 15.

אָשַׁךְ *Indicio fuit,* apud Æthiopes. Inde

אֶשֶׁךְ m. *Teſticulus,* ſic dictus, quod virilitatis *indicium* ſit. Legitur ſal . m, Lev. 21, 20.

אֶשֶׁל m. *Arbor; Arboretum;* Nemus juxta Hieronymum. Complectitur omnem arborem. Ter ſaltem legitur, Gen. 21, 33. 1. Sam. 22, 6. c. 31, 13.

אָשַׁם *Deliquit; Reus factus eſt; Deſolatus fuit;* item אָשֵׁם ceu patet ex Lev. 4, 13. Conſtruitur cum לְ. ut Lev. 5, 19. אָשֹׁם לַיהוָה *Reus factus eſt* Domino, Lev. 5, 19. Fut. כִּי יֶאְשַׁם Cum *reus factus fuerit,* Levt. 5, 5. וְיֶאְשְׁמוּ מִזְבְּחוֹתֵיכֶם *Et deſolentur* altaria veſtra, Ezech. 6, 6. Hiphal עֶדְרֵי הַצֹּאן נֶאְשָׁמוּ Greges pecudum *deſolati ſunt,* Joel. 1, 18. Hiphil הֶאְשִׁים *Reum fecit.* Imper. הַאֲשִׁימֵם *Reos fac eos,* Pſalm 5. 11.

1) Generatim notat *delinquendo reatum contrahere,* ſive ſit *reatus culpæ,* ſive *reatus pænæ.* Unde 2) Speciatim *α)* notat *reum eſſe* vel *fieri,* in *culpâ eſſe, noxâ obſtringi,* ſchuldig ſeyn oder werden/ ſich verſchulden/ Lev. 4, 13. c. 5, 19. Num. 5, 7. Prov. 30, 10. Hoſ. 4, 15. c. 13. 1. *β)* Non ſolum *reatum pænæ,* h. e. *pænæ dignitatem,* vel *debitum ſubeundi pænam* deſignat, ſed *ipſam* etiam *pænam,* quæ reatum conſequitur, importat. Hinc in Kal idem eſt ac *reatum pænamque ferre, luere, tanquam verè reum puniri;* item *vaſtari* atque *deſolari.* שֹׂנְאֵי צַדִּיק יֶאְשָׁמוּ Oſores juſti *rei erunt,* i. e. tanquam verè rei punientur, deſolationemque delictis aliàs debitam patientur, Pſalm. 34, 22. Sic *reatum luere, pænam ferre* notat Jeſ. 24, 6. *Deſolandi* autem notionem habet, Ezech. 6, 6. c. 25, 12. Hoſ. 14, 1. In Hiphil autem notat *reum peragere, punire, illatis pænis promeritis palam reum declarare,* Pſalm. 5, 11.

Digitized by Google

אָשֵׁם m. *Reus; qui reum ſe facit; qui luit;* Scil. de *eo*, qui reus eſt vel factus eſt, legitur, Lev. 4, 22. 27. c. 5, 2. 3. 4. 23. de *eo*, qui reum ſe facit, Hab. 1, 11. de *eo* autem, qui luit, Hab. 1, 11. Plur. אֲשֵׁמִים Eſr. 10, 19. *Et ſolventes erant.* Sæpius non legitur.

אָשָׁם m. *Delictum; Reatus; Sacrificium pro reatu.* וְהֵבֵאתָ עָלֵינוּ אָשָׁם Quomodo adduxiſſes ſuper nos *reatum*, Gen. 26, 10. לְאָשָׁם *Pro reatu;* Lev. 5, 15. Cum Suff. וְהֵבִיא אֶת־אֲשָׁמוֹ לַיהוָה Deinde adducet *reatum ſuum Domino*, i. e. *ſacrificium pro reatu*, Lev. 5, 6. 7. 15. Plur. אֲשָׁמִים *Reatus.* Cum Suff. מִתְהַלֵּךְ בַּאֲשָׁמָיו Ambulans in *delictis, reatibus ſuis*, Pſalm. 68, 22.

1. Notat *delictum*, quo homo reatum tùm culpæ, tùm pœnæ contrahit, Pſalm. 68. 22. Prov. 14, 9. eſtque certô reſpectu levius peccatum, quàm חַטָּאָה & quandoque denotat *ejusmodi quid, quod caſu potius, quàm ulla hominis culpâ illi evenit;* Vid. Dn. D. Buddei Hiſt. Eccl. Tom. I. ſect. 1. p. 723. 2) Metonymicè α) notat *reatum*, qui delictum ſequitur, Jer. 51, 5. β) *Piamentum* vel *oblationem* pro *reatu* ad ſatisfaciendum. Ita dicitur de *donariis Philiſtæorum* pro abolendo reatu & pœna ob arcam Dei captam & retentam inflictâ, 1. Sam. 6, 3. 8. 17. de ſacrificio Chriſti expiatorio, Jeſ. 53, 10. de ſacrificiis aliis, ad ſatisfaciendum pro reatu & ad impetrandam remiſſionem offerendis, Lev. 5, 6. 7, 15. 16. 19. 24. c. 7, 1. 2. 5. c. 14, 13. 14. 17. 24 25. 28. c. 19, 21. 22. Num. 18, 9. c. 6, 12.

אַשְׁמָה f. *Delictum; Reatus.* אֲנַחְנוּ אַשְׁמָה גְדוֹלָה Nos ſumus in *reatu magno*, Eſr. 9, 7. In Statu Conſtr. לְאַשְׁמַת יְהוָה *In reatum Domini* i. e. *vos obnoxios culpa apud Dominum redditis*, 2. Chron. 28, 13. Cum Suff. אַשְׁמָתֵנוּ *Reatus noſter*, Eſr. 9, 6. Plur. אַשְׁמוֹת *Reatus*, 2. Chron. 28, 10. Cum Suff. וְאַשְׁמוֹתַי מִמְּךָ לֹא נִכְחָדוּ *Et delicta mea à te occultata non ſunt*, Pſalm. 69, 6.

1) Notat *delictum*, quô *reatus* contrahitur, 2. Chron. 28, 10. c. 33, 23. Pſalm. 69, 6. Ubi Meſſias meminit *ſuorum delictorum*, quæ ipſius ſunt *non inhæſivè & efficienter;* eſt enim ſanctus Dei, immaculatus & ſegregatus à peccatoribus, Ebr. 7. 26. ſed *imputativè;* ſunt enim peccata *hominum*, quæ ipſi imputabantur, ut pro iis juſtitiæ divinæ læſæ ſatisfaceret. 2) Significat per *Metonymiam* a) *reatum*, qui delictum ſequitur, Lev. 5, 23. c. 22, 16. 1. Chron. 21, 3. 2. Chron. 28, 13. Eſr. 9, 13. c. 10, 19. b) *Vitulum Samariæ*, cujus cultus reatum inducebat, Am. 8, 14. Conf. Hoſ. 8, 5. c) *Sacrificium* pro delicto & reatu abolendo, Lev. 5, 25.

אַשְׁמַנִּים m. pl. *Loca deſolata*, Jeſ. 57, 10.

אַשָּׁף m. *Aſtrologus*, ab inuſitata radice אָשַׁף. Bis legitur in Plurali אַשָּׁפִים *Aſtrologi*, Dan. 1, 2. c. 2, 2.

אַשְׁפָּה f. *Pharetra.* נָשָׂא אַשְׁפָּה *Portat pharetram*, Jeſ. 22, 6. Cum Suff. בְּנֵי אַשְׁפָּתוֹ *Filii pharetræ ipſius*, i. e. *tela ipſius*, quæ ſolent in pharetrâ velut filii in gravidâ matre latere, ut Horatius lib. I. od. 22. *gravidam ſagittis pharetram* vocat. Per *Metaphoram* autem per *tela iſta* deſi-

Google

deſignantur *magnæ & improviſæ calamitates.* בְּאַשְׁפָּתוֹ *In pharetra ſua,* Jeſ. 49, 2.

1) Generatim notat *pharetram.* 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *thecam*, in quâ ſagittæ reponi atque recondi ſolent in futurum uſum, Job. 39, 26. Jeſ. 22, 6. Jer. 5, 16. β) *Metaphoricè* 1) denotat *filiorum receptaculum* vel *domum*, ubi educantur atque adſervantur, usque dum uſibus publicis admoveri & quaſi emitti poſſunt, Pſalm. 127, 5. 2) Eſt Symbolum *divinæ protectionis*, Jeſ. 49, 2.

אַשְׁפּוֹת f. *Stercus, Fimus, Sterquilinium.* Deducitur à quibusdam à R. שָׁפָה quæ Chaldæis notat *calcavit, contrivit*, quia *ſtercus* calcatur & conteritur ab omnibus. Guſſetius in Comment. Ling. Ebr. conjicit affine eſſe שְׁפַת pl. שְׁפוֹת *caſei*, 2. Sam. 17, 29. quia ruſtici fimum in acervos humentes levando *caſeis* conformant. שַׁעַר הָאַשְׁפּוֹת *Portæ fimi*, ſic dicta, quia per eam *fimus* efferebatur, Neh. 3, 14. Sed verſu 13. eſt הַשְּׁפוֹת, pro הָאַשְׁפּוֹת, literâ א per Syncopen concisâ. In Plur. אַשְׁפַּתּוֹת *Sterquilinia*, Thren. 4, 5.

1) Generatim notat *ſtercus, ſterquilinium.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *materiam ſordidam*, ex animantium excrementis & aliis rebus conſtantem, ſtercorandis agris aptam, &c. Miſt/ Neh. 2, 13. c. 3, 14. c. 12, 31. Thren. 4, 5. β) *Metaphoricè* denotat *conditionem infimam*, ex quâ quis ad honores evehitur, 1. Sam. 2, 8 Pſalm. 113, 7.

אֶשְׁפָּר m. *Fruſtum carnis*, 2. Sam. 6, 19. 1. Chron. 16. 3. vide in R. שׁפר.

אַשְׁקְלוֹן f. *Askelon*; nomen propr. urbis Philiſtæorum, cujus conditor fuiſſe legitur *Lydus Aſcalus*, qui ei à ſuo nomine nomen indidit. Vid. Bocharti Phaleg. lib. 2. c. 12. p. 99. Inde eſt אֶשְׁקְלֹנִי *Aſcalonita*, nomen gentile, Joſ. 13, 3.

אָשַׁר *Inceſſit.* Imper. אִשְׁרוּ *Incedite*, Prov. 9, 6. Piel אִשֵּׁר *Incedere fecit, Direxit, Duxit; Felicitavit, felicem vel beatum prædicavit:* Intranſivè *inceſſit.* וְאִשְּׁרוּ *Et beatos prædicabunt*, Mal. 3, 14. Fut. תְּאַשֵּׁר *Incedes*, Prov. 4, 14. יְאַשְּׁרוּהוּ *Beatum prædicabunt eum*, Prov. 4, 14. Pual אֻשַּׁר *Felix, beatus redditus eſt.* Fut. יְאֻשַּׁר *Beatus reddetur*, Pſalm. 41, 3. per alternationem juxta Maſorethas pro וְאֻשַּׁר.

1) Generatim indigitat *rectitudinem* ſive *inceſſus*, ſive *actionum*, ſive *ſtatus.* 2) Speciatim α) *propriè* eſt *recto pede incedere, rectâ gradi* vel *ingredi, procedere.* Sed Meibomio in ſpecimine tertio novarum in ſacro Codice interpretationum p. 6. *propriè* notat ὀρθὸν εἶναι, ὀρθὸν ἑστάναι, *erectum eſſe, erectum ſtare.* β) *Tropicè* a) per *Metaphoram* transfertur ad *rectitudinem vivendi & actionum humanarum.* Ita ſemel legitur in Kal, Prov. 9, 6. & bis in Piel, Prov. 4, 14. intranſitivè, notans *incedere*; & Prov. 23, 19. tranſitivè, ſignificans *rectà incedere facere, dirigere* in viam cor, i. e. ſingulas cogitationes velut animæ greſſus viæ aptare, ne exorbitent. Vid. Cocccj. Lex. in Suppl. b) *Metonymicè* in Kal notat

notat *felicem* vel *beatum eſſe, proſperum rerum ſucceſſum habere.* In Piel *felicem* vel *beatum facere*; item *felicem* vel *beatum prædicare.* In ſacris obtinet ſignificatio *beatum vel felicem aliquem prædicandi*, ſive is, qui felix aut beatus prædicatur, *reverà* felicitatem exoptatam *poſſideat*, Gen. 30,13. Pſalm. 72,17. Job. 29, 11. Prov. 31, 28. Cant. 6, 9. Mal. 12, ſive *minimè*, Jeſ. 9, 15. Mal. 3, 15. Huc refert Lutherus cum aliis illud, Jeſ. 3,12. Sed Seb. Schmidius mavult *ducendi* ſignificationem, & reddit: *Ductores tui ſeducunt.* In Pual notat *felicem* vel *beatum reddi aut eſſe*, Pſalm. 41, 3. Prov. 3, 18. *felicem* vel *beatum prædicari*, licet falsô, Jeſ. 9,15. Sæpius non legitur.

אָשֵׁר m. *Aſcher*, filius ſecundus Jacobi ex ancilla Leæ, *Silpa*, ſuſcepti, cui Lea à *felicitate ſua* nomen imponebat, Gen. 30, 13.

אֹשֶׁר m. *Felicitas, Beatitudo, proſper rerum ſucceſſus.* Semel legitur Gen. 30, 13. בְּאָשְׁרִי *In beatitudine mea.*

אַשְׁרֵי m. pl. Stat. Conſtr. *Beatitates, Beatitudines, Felicitates*, ex Singulari אֶשֶׁר, cujus Pluralis abſolutus אֲשָׁרִים, ut אֲמָרִים *Dicta* ex ſingulari אֵמֶר *Dictum, Sermo*, vel ex ſingulari אֶשֶׁר, ut אַחֲרֵי ex ſingulari אַחַר. Aſt Fœrſterus & Schindlerus *Adverbiis* annumerat, quia puncta cum diverſis Suffixis eadem habet, & vertunt illud *beatè, benè, feliciter*, uti apud Latinos, *bene vos, bene nos*, ut Pſalm. 1, 1. אַשְׁרֵי הָאִישׁ *Bene virum iſtum.* Coccejus interjectionem eſſe autumat; quia cum Suffixis non jungitur inſtar nominis. Interpretatur autem illud eadem ratione, qua Schindlerus. Sed licet quandoque ut *Adverbium* vel *interjectio* reddi poſſit, non tamen deſinit eſſe *Nomen*, quia particulæ, ſi non omnes, tamen pleræque ſuâ naturâ Nomina ſunt, horumque exinde ſæpius imitantur conſtructionem, prout videre eſt in אַחֲרֵי, *poſtea*; *tergum, ultimum, poſterius, pars poſtica.* In ſuâ latitudine deſignat *omnigenam felicitatem*, tàm *animæ*, quàm *corporis*; tàm *temporalem*, quâ cuncta ex voto ſuccedunt, quâm *æternam*, quæ temporalem excipit, Job. 5, 17. Pſalm. 1, 1. Pſ. 2, 12. Pſ. 32, 1. 2. Pſalm. 33, 12. Pſalm. 34, 9. Pſalm. 40, 5. Pſalm. 41, 2. Pſ. 65, 5. Pſalm. 84, 5. 6. 13. Pſalm. 89, 16. Pſalm. 94, 12. Pſalm. 106, 3. Pſalm. 112, 1. Pſalm. 119, 1. 2. Pſalm. 128, 1. Pſalm. 144, 15. Prov. 3, 13. c. 8. 34. c. 16, 20. Jeſ. 30, 18. c. 56, 2. Interdum autem *particularem & ſpecialem felicitatem* importat, qualis eſt *Parentis* numeroſâ ſobole gaudentis, Pſalm. 127, 5. *Servorum Salomonis*, ſapientiam ejus quotidie audientium, 1. Reg. 10, 8. 2. Chron. 9, 7. *regionis*, cujus Rex heroicô ingeniô, moribus virtutibusque nobilium Virorum illuſtris eſt, Eccl. 10, 17. Verti poteſt adjectivè, ut: אַשְׁרֵי הָאִישׁ *Beatitudines Viri iſtius*, i. e. *Beatus vir iſte*, Pſalm. 1, 1. אַשְׁרֵהוּ *Beatitudines ejus*, i. e. *beatus iſte*, Prov. 29, 18.

אָשׁוּר f. *Greſſus, Inceſſus.* Cum Suff. לַאֲשֻׁרוֹ *Ad greſſum ſuum*, Prov. 14, 15. Plur. אֲשׁוּרִים *Greſſus.* Cum Suff. אֲשׁוּרִי *Greſſus mei*, Pſalm. 40, 3. לֹא תִמְעַד אֲשֻׁרָיו Non vacillabit ullus *greſſuum ejus*, Pſalm. 37, 31.

1) Ge-

1) Generatim notat *greſſum* vel *inceſſum.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *pedum motionem* in ambulatione & profectione. Sed *propriè* non legitur in ſacris. *β*) *Tropicè* 1) *Metaphoricè* notat *quosvis hominis motus atque actus, omnes conatus, cogitationes, ſermones atque facta*, quibus anima vel corpus quacunque ratione movetur, Pſalm. 17, 5. Pſalm. 44, 19. Pſalm. 37, 11. Pſalm. 73, 2. Prov. 14, 15. 2) *Metonymicè* deſignat *Dei legem, præcepta & doctrinam*, quæ vivendi normam & regulam continent & præſcribunt, Job. 23, 11.

אַשֻׁר m. *Greſſus.* Semel legitur cum Suff. Job. 31, 7. אַשֻּׁרִי *Greſſus meus.*

אַשּׁוּר *Aſchur*; eſt nomen propr. *α*) *Filii Semi*, Gen. 10, 22. *β*) *Regionis Aſſyriæ*, cui id nominis impoſitum eſt vel à *Conditore*, vel à *felicitate & ubertate ſoli*, 2. Reg. 18, 32. Vid. Bochart. Phaleg. lib. 4. c. 19. p. m. 272. Teſte Joſepho, lib. 1. Antiqv. c. 7. *Aſſyrii* omnium hominum μάλιςα εὐδαιμονιςαν maximè felices & beatit fuerunt. Contingebat *Aſſyria* Meſopotamiam, Medos & Armenios, 2. Reg. 18, 9. Dicitur etiam אַשּׁוּר *Aſſyria*, Hoſ. 13, 7. *γ*) Per Metonym. denotat *Poſteros Aſchuris*, Pſalm. 83, 9. gentem alioquin opulentam, Ezech. 23, 6. 17. 21. ſuperbam, Zach. 10, 11. formidabilem, Jeſ. 18, 2. 7. Nah. 3, 19. unde Regis Aſſyriæ, Sennacheribi, exercitûs Duces dicuntur *Reges*, Jeſ. 10, 8.

אֲשֵׁרָה f. *Lucus*, Devt. 16, 21. pro quo 2. Reg. 21, 4. legitur אֲשֵׁירָה cum Jod epenthetico. Plur. אֲשֵׁרִים Jeſ. 27, 9. & אֲשֵׁרוֹת 1. Chron. 33, 3. Cum Suff. אֲשֵׁרֶיךָ *Luci tui*, Mich. 5, 14. אֲשֵׁרָיו *Luci ejus*, Exod. 24, 13.

1) Generatim notat *lucum.* 2) Speciatim *α*) *propriè* ſignificat *nemus arborum* juxta altaria, ſtatuas & fana idolorum plantari ſolitum. Opaci enim luci, vel nemora horrorem ſacrum incutere videbantur. Nomen autem ducere cenſebantur vel à *deambulatione*, quam אָשַׁר innuit, vel à *beatitate*, quam in iis velut religioſis & ſacris locis quærebant idololatræ. Meibomius in ſpecimine tertio novarum in S. Hebræo Codice Interpretationum, p. 6. & ſeq. ſic dictum cenſet, ab *arboribus rectis & proceris*, cupreſſis præſertim, ex quibus Syriæ *luci* ferè conſtabant. *Propriè* legitur, Devt. 16, 21. Jud. 6, 25. 26. 30. 2. Chron. 15, 16. 2. Reg. 23, 16. *β*) *Metonymice* notat *ipſum idolum*, quod ibi colebatur, 2. Reg. 23, 7.

אֲשֶׁר *Qui, quæ, quod*; deduci cenſetur a R. אָשַׁר *rectà inceſſit, greſſus eſt*, quod rectà referat id, quod *præceſſit.* Eſt autem varii uſus & ſignificationis. Nam I) exprimit Pronomen relativum *qui, quæ, quod*, utriusque numeri, nec certi generis. Ad *caſum, genus, perſonam ac numerum* tamen interdum reſtringitur per Suffixum, quod ſequitur, latinè omittendum, præpoſitione, ſi qua caſum obliquum cauſarit, ei præmiſsâ; Ut אֲנִי יוֹסֵף אֲחִיכֶם אֲשֶׁר מְכַרְתֶּם אֹתִי Ego ſum Joſeph,

Digitized by Google

ſeph, frater veſter, quem vendidiſtis, Gen. 45, 4. אֲשֶׁר בְּיָדוֹ *In cujus* manu, Pſalm. 95, 4. אֲשֶׁר לוֹ הַיָּם *Cujus eſt* mare, Pſalm. 95, 5. אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ *Quam* impellit ventus, Pſalm. 1, 4. אֲשֶׁר בּוֹ *In quo*, Gen. 1, 30. II) Exprimit *particulas* pro diverſitate contextus diverſas, nimirum α) *Adverbia*, 1) Temporis, *Quum*, *Quando*, & quidem vel *nudè*, אֲשֶׁר פָּצְתָה הָאָרֶץ אֶת־פִּיהָ *Quum* aperiret terra os ſuum, Devt. 11, 6. Ita quoque, Gen. 30, 38. Num. 5, 29. c. 9, 20. 21. Devt. 18. 22. Joſ. 4, 23. vel cum *præmiſſo*, כ, ut Gen. 24, 22. כַּאֲשֶׁר כִּלּוּ *Cum* abſolviſſent. Ita quoque, Gen. 24, 52. c. 27, 30. c. 30, 25. c. 32, 32. 2) Loci, *ubi*, ut Pſalm. 95, 9. אֲשֶׁר נִסּוּנִי אֲבוֹתֵיכֶם *Ubi* tentarunt me Patres veſtri. Conf. Num. 20, 13. c. 22, 26. Devt. 8, 15. *Quò*, Num. 13, 27. Devt. 30, 18. Joſ. 1, 16. 1. Reg. 12, 2. Jeſ. 55, 11. 3) Demonſtrandi, *en*, *ecce*. אֲשֶׁר בָּאתִי *Ecce* veni, 1. Sam. 20, 42. Conf. 2. Sam. 2, 4. Zach. 8, 23. 4) Adſeverandi, *certè* בַּיָּמִים הָהֵמָּה אֲשֶׁר יַחֲזִיקוּ עֲשָׂרָה אֲנָשִׁים In diebus illis *certè* prehendent decem homines, Zach. 8, 23. Vide Jeſ. 49, 3. 5) Intendendi, *imò*, *quin imo*. אֲשֶׁר אִם־צָדַקְתִּי לֹא אֶעֱנֶה *Quin imò* ſi juſtus eſſem, non reſponderem, Job. 9, 15. Sic Eccl. 1, 10. 6) Comparandi, *quemadmodum*, *ſicut*, vel nudè, ut Jeſ. 33, 22. אֲשֶׁר לֹא יִסָּפֵר צְבָא הַשָּׁמַיִם *Quemadmodum* non numerabitur exercitus cœlorum. Conf. Jeſ. 54, 9. vel cum præmiſſo כ, ut Gen. 17, 18. כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר־ *Quemadmodum* dixerat. Sic quoque Gen. 18, 5. c. 27, 9. Exod. 5, 13. c. 7, 6. 10. 20. c. 8, 11. c. 9, 12. c. 10, 35. &c. β) Conjunctiones, 1) Cauſales, *nam*, *enim*, אֲשֶׁר־יָקוֹט כִּסְלוֹ *Nam* faſtidiet eum ſpes ſua, Job. 8, 14. Conf. Devt. 3. 24. Joſ. 5, 6. Jud. 9, 17. 1. Sam. 14, 21. Jeſ. 19, 25. *Quia*, *quoniam*, *eò quod*. אֲשֶׁר שָׁכַחַתְּ אֹתִי *Quia* oblita es mei, Jer. 13, 5. vide Gen. 34, 13. 27. Num. 14, 14. Devt. 23, 5. Zach. 11, 2. *Quod*, אֲשֶׁר חָטָא עָלֶיהָ Tum confitebitur, *quod peccavit* contra illud, Lev. 5, 5. Ita quoque, Exod. 11, 7. Devt. 1, 31. Eſth. 3, 4. Eccl. 6, 10. c. 8 12. Jeſ. 38, 7. Ezech. 20, 32. *Quandoquidem*, אֲשֶׁר לֹא מְעַלְתֶּם *Quandoquidem* non prævaricati eſtis, Joſ. 22, 31. ſic 1. Sam. 20, 42. c. 25, 26. *Ut*, *quo*. אֲשֶׁר יִיטַב לָךְ *Ut* bene ſit tibi, Devt. 4, 40. Ita quoque, Gen. 11, 7. c. 24, 3. Exod. 20, 23. Devt. 4, 10. 2) Adverſativas, *tamen*, *veruntamen*, Hab. 3, 16. 3) Illativas, *ideò*, *propterea*, *quare*. אֲשֶׁר נִשְׁבַּעְתִּי בְאַפִּי *Ideò* juravi in ira mea, Pſalm. 95. 12. 4) Conceſſivas, *etſi*, *quamvis*, *quanquam*, אַל־נָא תָשֵׁת עָלֵינוּ חַטָּאת אֲשֶׁר נוֹאַלְנוּ וַאֲשֶׁר חָטָאנוּ *Ne quæſo*, *ponas ſuper nos peccati pœnam*, *quamvis ſtultè egerimus*, & *quamvis* peccaverimus, Num. 12, 11. vide. Eccl. 8, 12.

תְּאַשּׁוּר f. *Buxus*, Jeſ. 41, 19. c. 60, 13. Coccejo eſt genus arboris oleoſæ, frondoſæ & proceræ. R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi putat eſſe *arborem* ex ſpeciebus cedri. Cedri ſi foret ſpecies, ratio etymi eſſet, quod *rectà* tendat in altum.

אָשַׁשׁ *Fortis*, *robuſtus fuit*; Apud Arabes in Conjug. 2. *fundamentum*

tum poſuit. Hithpael הִתְאֹשֵׁשׁ *Fortem, robuſtum ſe geſſit; Virum ſe præſtitit; Roboratus, Confortatus, Firmatus fuit.* Imper. וְהִתְאֹשָׁשׁוּ *Et fortes vos gerite, Viros vos præſtate,* Jeſ. 46, 8.

אָשִׁישׁ m. *Fundamentum,* quod ædificium *firmat & ſuſtinet.* Plur. אֲשִׁישִׁים *Fundamenta.* In Statu Conſtr. אֲשִׁישֵׁי קִיר חֲרֶשֶׂת *Fundamenta* Kir-Chareſcheth, Jeſ. 16, 7. Sæpius in hoc ſignificatu non legitur.

אֲשִׁישָׁה f. *Lagena,* quam cel. Majus *fulcri* notionem ſuſtinere putat, propter aquam aut vinum in eâ contentum, quibus fulcitur, recreatur atque reficitur homo, ut validis ſit viribus. Quater legitur. Bis in Singulari, 2. Sam. 6, 19, 1. Chron. 16, 3. Plur. אֲשִׁישׁוֹת *Lagenæ,* Cant. 2, 5. Term. Maſc. in Statu Conſtr. Hoſ. 3, 1. אֲשִׁישֵׁי עֲנָבִים *Lagenæ uvarum,* i. e. *vini,* per Metonymiam; Nam vinum ex uvis exprimitur. Aſt Coccejus reddit: *Statumina uvarum.*

אֵשׁ c. ſed f. ſæpius. *Ignis,* ſic dictus, quod polleat *magno robore* atque *vi* calefaciendi, urendi, conſumendi &c. עַמּוּד אֵשׁ *Columna ignis,* Exod. 13, 21. כִּי בָעֲרָה בָם אֵשׁ יְהוָה *Quia accenſus eſt in eos ignis Domini,* Num. 11, 3. מַאֲכֹלֶת אֵשׁ *Pabulum ignis,* Jeſ. 9, 18. וַיְהִי בָרָד וְאֵשׁ מִתְלַקַּחַת בְּתוֹךְ הַבָּרָד Atque adeo facta eſt grando & ignis immiſcens, vel recipiens ſe in medium grandinis, Exod. 9, 24. בָּאֵשׁ יִשָּׂרֵף *Igne comburetur,* Lev. 19, 6. Cum Suff. אִשּׁוֹ *Ignis ejus,* Devt. 4, 36. אִשְּׁכֶם *Ignis veſter,* Jeſ. 50, 1. Dageſch ob שׁ Schevatum extruſo, & (·) ſub א per alternationem in (ּ) mutato. אִשָּׁם *Ignis eorum,* Jeſ. 66, 22.

1) Generatim notat *ignem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *elementum calidiſſimum & ſiccisſimum,* inſigni robore, atque virtute calefaciendi, urendi & conſumendi gaudens, Gen. 19, 24. 1. Reg. 18, 38. 2. Reg. 1, 10. 12. 13. 14. Job. 1, 16. Conf. Exod. 9, 23 24. Pſalm. 105, 32. Pſalm. 148, 8. ubi dicit ignem longe lateque flammantem, grandini immixtum. β) Metaphoricè 1) tribuitur *Deo,* tum ob ipſius ſanctitatem & zelum gloriæ, tum ob iræ divinæ vehementiam, Devt. 4, 24. c. 9, 3. Jeſ. 33, 14. unde quoque eſt Symbolum *iræ divinæ,* ſive, ut Flacius loquitur, ob cauſam efficientem, quod ira eſt quædam accenſio choleræ, ſive ob effectum, quod homines ut ſtipulas ignis abſumit, Devt. 32, 22. Pſalm 18, 9. Pſalm 89, 47. Jeſ. 66, 16. 24. Ezech. 15, 7. c. 21, 31. 2) *Verbo divino,* ad deſignandam ejus efficaciam, quæ ab effectu demonſtratur, prout ignis obvia quæque etiam ſolidiſſima comburit, Jer. 23, 29. Conf. Jer. 5. 14. 3) *Angelis,* ob naturæ puritatem, operandi virtutem &c. 2. Reg. 2, 11. 6. 17. Pſalm. 104, 4. 4) *Quibusvis adverſis, iræ divinæ* effectibus, calamitatibus, & afflictionibus, Pſ. 66, 12. Pſalm. 140, 11. Jeſ. 9, 18. 19. c. 10, 16. c. 24, 6. c. 43, 2. Ezech. 15, 6. 7. Thren. 1, 13. c. 4, 11. Qua in ſignificatione quandoque reſpicitur ad *vim ignis purgatoriam,* cum homines per calamitates velut aurum per ignem probentur & purgentur, Zach. 13, 9. Pſalm. 66, 12.

Digitized by Google

collato v, 10. 5) *Illis rebus*, quæ terrorem, perditionem, damnum & necem inferre ſolent, Jud. 9, 15. 20. Jeſ. 33, 11. 12. Obad. v. 18. Undequoque ſymbolum *belli atque hoſtis* eſſe ſolet, Pſalm. 78, 63. Jeſ. 42. 25. Jer. 48, 45. c. 50, 32. c. 51, 58. Ezech. 21, 32. c. 30, 8. Am. 1, 4. 7. 10. 12. 14. c. 2, 2. 5.

אִשֶּׁה m. *Ignitum*, ſeu *Sacrificium igne abſumendum*, Exod. 29, 18. 25. 41. c. 30, 20. Lev. 2, 11. 16. c. 3, 3. 9. 11. 14. 16. c. 7, 5. 25. c. 8, 21. 28. c. 22, 27. c. 23, 8. 13. 25. 27. 36. 37. c. 24, 7. Num. 15, 3. 25. c. 18, 17. c. 28, 6. c. 29, 6. &c. In Statu Conſtr. אִשֵּׁה רֵיחַ נִיחוֹחַ *Ignitum* odoris quietationis Lev. 1, 9. Plur. אִשִּׁים *Ignita*. In Statu Conſtr. אִשֵּׁי יְהוָה *Ignita* Domini, Lev. 4, 35. c. 5, 12. c. 7, 30. c. 21, 6. Devt. 18, 1. Joſ. 13, 14. Conf. Lev. 2, 3. 10. c. 6, 18. c. 7, 35. c. 10, 12. 13. c. 24, 9. Cum Suff. אִשַּׁי *Ignita mea*, Num. 28, 2.

אֵת Clar. Kœrberus in Lex. Part. variè deducit. Nimirum ſi *hæc vocula* eſt nota Accuſ. vel Nominativi caſus, eam derivat à R. אתה *Venit, Obvenit, Obtulit*, proprieque *objectum, ſubjectum* ſeu *id, quod obvenit*, notare cenſet; Sin verò eſt Præpoſitio, ſignificans *cum, apud*, eam deducit à R. אתת, quæ Arabibus notat *multus, copioſus eſt*, proprieque notare dicit, *copiam*, it. *communionem*. Unde, ſi *Præpoſitionis* vim ſuſtinet, accedente Suffixo ת Dageſchatur, præcedente (..) in (.) mutato, ut אִתִּי *mecum*, Gen. 30, 29. אִתְּךָ *Tecum*, Gen. 8, 17. pauciſſimis exceptis, quæ in punctatione notam Accuſativi æmulantur, אוֹתוֹ *Apud eum*, 2. Reg. 3, 12. אִתָּהּ *Cum ea*, Lev. 15, 18. 24. Si enim nota Accuſativi eſt, cum Suffixo levi junctum (..) ſub א mutat in (וֹ) cum gravi rarius, utpote ante quod uſitatius (..) in (..) mutat, אוֹתִי *Me*, Devt. 32, 50. אֹתָנוּ *Nos*, Gen. 42, 30. אֹתְךָ *Te*, M. Gen. 7, 1. אוֹתָךְ *Te* F. 2. Sam. 14, 18. אֶתְכֶם *Vos*, Exod. 3, 16. אוֹתְכֶם *Vos*, Joſ. 23, 15. אוֹתוֹ *Eum*, Gen. 4, 15. אוֹתָהּ *Eam*, Gen. 6, 14. אוֹתָם *Eos*, Gen. 11, 8. item אֶתְהֶם Gen. 32, 1. & אוֹתְהֶם Ezech. 23, 46. אוֹתָן *Eas*, Ezech. 16, 54. item אֶתְהֶן Gen. 19, 8. & אוֹתְהֶן Ex. 23, 47. Cæterum I) obtinet ſignificationem *nominalem*, quâ *eſſentiam* vel *ſubſtantiam* ipſam utplurimum patientis exprimit, *quaſi ipſeitatem, illud ipſum* dixeris. בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ *Creavit* Deus *ſubſtantiam cœlorum & ſubſtantiam* terræ, Gen. 1, 1. מֵאֵת יְהוָה *Ab eſſentia Domini*, i. e. *ab ipſo Domino*, Joſ 11, 20. וְיִרְעוּ הָרֹעִים אוֹתָם *Paſcunt enim Paſtores ſubſtantiam ſuam*, i. e. *ſe ipſos*, Ezech. 34, 8. Conf. Lev. 8, 7. Joſ. 7, 15. Ita dicta loca explicat cel. Dn. D. Danzius in Interpr. §. 162. ed. 2. Conſentientes habet celeberrimos Judæorum Doctores nempe Aben Eſram in Gen. 1, 1. Exod. 10, 8. R. D. Kimchium ad rad. את fol. 13. col. 2. l. 10. & alios, quos ibi vide. II) Neglectâ apud Latinos ſui ſignificatione, pro varietate conſtructionis varios caſus deſignat, ſcil. *a*) *Accuſativum*, ſi conſtruitur cum Verbo activo. וְטָבַל הַכֹּהֵן אֶת־אֶצְבָּעוֹ Et intinget Sacerdos digitum ſuum, Gen. 4, 1. Sic Gen. 1, 16. 21. 25. 27. 28. 29. 31. Gen. 2, 3. 6. 8. 10.

8. 10. 11. 13. 15. 19. &c. Ita nota Accuſativi eſt per modum appoſitionis, Gen. 4, 1. ut verſio vera ſit; *Poſſedi virum Dominum.* Nam *a*) אֵת præcedente verbo activo, à quo regitur, ſemper eſt nota Accuſativi. *b*) אֵת interpoſitum duobus Nominibus ordinariè infert appoſitionem Accuſativorum, ut Jer. 17, 13. Ezech. 4, 1. *c*) Licet accentus Tiphcha videatur vocem אִישׁ à ſequente Nomine ſejungere, ut exſpiret appoſitio; obſervandum tamen eſt, eſſe accentuationem emphaticam, in appoſitione aliàs non inſvetam, ut Gen. 26, 34. Vid. Pfeifferi Dub. Vex. Cent. 1. p. m. 40. Sed Raſchi, S. ben Melech, Mercerus, Rivetus, Sixt. Amama in Antib. & Druſius l. 2. qv. 64. & l. 3. Obſ. c. 7. vertunt *cum Domino.* Verſiones Arabica, Perſica, Chaldæo-Samaritana, Chaldaica Onkeloſi, Anglica, nova Belgica, Italica, item Junii, Piſcatoris &c. reddunt אֵת *à Domino.* β) *Nominativum,* 1) ſi conſtruitur cum *Paſſivo.* בְּגוֹרָל יֵחָלֵק אֶת־הָאָרֶץ *Sorte dividetur terrâ,* Num. 26, 25. Ita quoque, Gen. 17, 5. c. 21, 5. Exod. 10, 8. Jer. 35, 14. c. 50, 20. &c. 2) Si conſtruitur cum verbo *Neutro* אַל־יֵרַע בְּעֵינֶיךָ אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *Ne mala ſit in oculis tuis res hæc,* 2. Sam. 11, 25. Sic Jud. 20, 24. 46. Neh. 9, 32. 3) Si conſtruitur cum *verbo Subſtantivo,* ſive expreſſo. Ezech. 35, 10. ſive ſubintelligendo, Joſ. 22, 17. γ) *Ablativum,* וְדַשְׁתִּי אֶת־בְּשַׂרְכֶם אֶת־קוֹצֵי הַמִּדְבָּר *Et tritumbo carnem veſtram ſpinis deſerti,* Jud. 8, 7. Vide Exod. 1, 7. Lev. 8, 7. 1. Reg. 15, 23. III) Præpoſitiones varias exprimit, inprimis, ſi jungitur verbo *Neutro.* Nempe α) *cum,* ut coincidat cum Ebr. עִם Gen. 15, 18. Jud. 1, 16. Gen. 37, 2. Exod. 1, 1. 1. Reg. 6, 16. c. 9, 25. Joſ. 10, 4. Jud. 1, 16. 1. Sam. 17, 34. 2. Sam. 7, 12. β) *De,* Gen. 41, 16. 1. Sam. 12, 7. c. 21, 2. Jer. 23, 38. γ) *Ad,* Num. 4, 19. Devt. 29, 18. Jud. 19, 18. 1. Sam. 9, 18. δ) *A, ab,* Gen. 49, 25. Devt. 34, 1. 2. Reg. 23, 35. Prov. 22, 23. Mich. 3, 8. ε) *Contra, Adverſus,* Gen. 14, 9. Devt. 1, 27. Joſ. 22, 19. Jer. 38, 5. ζ) *Apud, Prope,* Lev. 19. 13. Num. 1, 5. Jud. 17, 11. 2. Sam. 17, 8. Job. 2, 13. c. 26, 4. Jeſ. 8, 6. η) *Coram,* 2. Sam. 7, 27. Pſalm. 16, 11. Pſalm. 140, 14. Ezech. 24, 27. θ) *E, ex,* Exod. 35, 25. 1. Reg. 10, 12. Jer. 31, 13. Joel. 2, 19. ι) *In,* Gen. 6, 14. 1. Reg. 6, 31. Jer. 46, 28. κ) *Inter,* Gen. 43, 16. Num. 35, 6. 2. Reg. 9, 25. λ) *Erga,* Ruth. 2, 20. 2. Sam. 16, 17. Jeſ. 66, 14. Hoſ. 3, 1. Zach. 7, 9. μ) *Per,* Exod. 13, 7. Devt. 1, 19. 2. Sam. 19, 32. 2. Chron. 30, 22. Jeſ. 7, 17. ν) *Pro,* Gen. 44, 32. Lev. 5, 7. ο) *Præter,* Exod. 1, 14. 1. Reg. 11, 1. 25. π) *Propter,* Jud. 21, 22. ϱ) *Quantum ad,* Ezech. 44, 3. Gen. 13, 15. 1. Sam. 9, 13. σ) *Iuxta, Secundum,* Exod, 25, 9. 2. Reg. 22, 16. Ezech. 20, 16. φ) *Verſus,* Num. 35, 5. 2. Sam. 15, 23. χ) *Sine, Abſque,* Gen. 39, 6. 8.

אֵת m. *Ligo;* Inſtrumentum agricolationis. Cum Suff. אִתּוֹ *Ligonem ſuum,* 1. Sam. 13, 20. Plur. אִתִּים *Ligones,* 1. Sam. 13, 21. Sed Jeſ. 2, 4. Mich. 4, 3. eſt אִתִּים *Ligones,* ת Dageſchato, & (-) ſub א in (·) mutato. Cum Suff. אִתֵּיכֶם *Ligones veſtri,* Joel. 4, 10.

אָתָה *Venit;* item אָתָא, literâ ה cum א permutata, Devt. 33, 2.

Jeſ. 21, 12. אָתָנוּ *Venimus*, Jer. 3, 22. pro אָתִינוּ adhibitâ punctatione verborum לא. Imper. אֵתָיוּ *Venite*, Jeſ. 21, 12. c. 56, 9. 12. pro אֶתְיוּ, ה non ſchevandô in י mobile mutatô, (:) ſub ת ob præſentiam accentus in (ָ), & (:) ſub א, quod primò in (∵) mutatum fuit, per alternationem in (-) tranſeunte. Fut. יֶאֱתֶה *Veniet*, Job. 37, 22. Sed Deut. 33, 21. eſt וַיֵּתֵא, formâ Chaldaicâ, prima radicali per Syncopen conciſa: Et Jeſ. 41. 25. legitur וַיֵּאת, tertia radicali ob ו converſivum præmiſſum per Apocopen oblata. וַיֶּאֱתָיֵנִי *Et evenit mihi*, Job. 3, 24. ה in Jod mobile, & (:) ſub ת ob accedens Suffixum in (ָ) mutato. יֶאֱתָיוּ *Advenient*, Job. 16, 22. c. 30, 14. Pſalm. 68, 32. ubi itidem tertia radicalis ה in Jod mobile mutata fuit. Hiphil Imper. הֵתָיוּ *Venire facite, afferte, adducite*, more Chaldaico, ubi א in י mutatur, quod per Syncopen conciſum eſt, Jeſ. 21, 14.

אַתְּ m. *Tu*, Gen. 3, 19. item אַתָּה cum ה Paragogico, Gen. 40, 8. Plur. אַתֶּם *Vos*, Gen. 45, 8. אַתְּ *Tu*, F. Gen. 24, 23. rarius אַתִּי Jud. 17, 2. Plur. אַתֶּן *Vos*, F. Ezech. 34, 31. vel אַתֵּנָה, Gen. 31, 6. cum ה Paragogico. Pro ipſo *verbo Subſtantivo* ponitur, ejuſdem cum Pronomine perſonæ ac numeri. מִי הִגִּיד לְךָ כִּי עֵירֹם אָתָּה Quis indicavit tibi, quod nudus (tu) ſis? Gen. 3, 11. מְרַגְּלִים אַתֶּם Exploratores *Vos*, ſcil. eſtis, Gen. 42, 9. 14.

אוֹת c. *Signum*, vide ſupra.

אִיתוֹן m. *Ingreſſus*. Extat ſaltem, Ezech. 40, 14.

אָתַן *Stetit, Conſtitit, in propoſito ſuo perſeveravit, pertinax fuit*, item *contracto brevique greſſu inceſſit*, apud Arabes. Inde

אָתוֹן f. *Aſina*, ſic dicta, quod tardo contractoque gradu incedat, & ſæpius ſubſiſtere ſoleat, niſi fuſte agatur. Bochardus in Hieroz. lib. 1. p. 60. c. 9. & 1. 12. p. 182. à *robore* ſic dictam putat, quia majori par eſt oneri, quam ullum animal ſimilis molis; vel à *pertinacia*, quam deſcribit ex Hom. Iliad. λ verſu 557. וַתַּחֲבֹשׁ הָאָתוֹן Inſtravit ergo *aſinam*, 2. Reg. 4, 24. Cum Suff. אֲתֹנְךָ *Aſina tua*, Num. 22, 3. Plur. אֲתֹנוֹת *Aſinæ*, 2. Reg. 4, 22. Job. 1, 14.

אֵיתָן m. *Robur, Vis; Validus, Aſper, Horridus.* גּוֹי אֵיתָן Gens *aſpera, horrida*, Jer. 5, 15. אֵיתָן מוֹשָׁבֶךָ *Valida, aſpera* & *abruptæ eſt ſedes tua*, Num. 24, 21. Plur. אֵיתָנִים *Robuſti, aſperi*, Job. 12, 19.

1) Generatim & vi originis notionem *conſiſtentiæ & pertinaciæ* involvit. 2) Speciatim α) *abſtractivè* notat *vim*, *impetum* vel *robur*, quibus conſiſtentiæ & pertinaciæ documenta eduntur. Ita dicitur de *mari* cum robore & impetu ad fluxum redeunte, Exod. 14, 27. de *torrente valido*, qui magno cum impetu & pertinaciter ſuas devolvit aquas, Am. 5, 24. de *fluviis*, qui multis validisque inſtructi ſunt aquis, Pſalm. 74, 15. β) *Adjectivè* & in concretô eſt *validum*, *robuſtum*, *aſperum & horridum.* Ita dicitur 1) de *hominibus aſperis & duris*, qui à propoſito ſe non facilè dimoveri ſinunt, ſed in eo pertinaciter perſeverant; qui im-

miſericordes atque intractabiles ſunt, Job. 12, 19. Conf. Jer. 5, 15. item c. 49, 19. c. 50, 44. 2) de *præruptis montibus*, *ac ſterilibus convallibus*, velut locis aſperis, horridis, ac culturam ferè reſpuentibus, quæ ideò *pertinacia* dici queunt, Num. 24, 21. Devt. 21, 4. Mich. 6, 2. 3) de *improborum vitæ conditione*, quâ ob intractabilem morum animique duritiem & pertinaciam ſe omnibus adverſos gerunt, Prov. 13, 15.

אֵיתָנִים m. pl. *Ethanim*; Eſt nomen menſis ſeptimi apud Ebræos, ita forte dicti, quod curſus omnium rerum circa ejus tempus *invaleſcere*, (Vid. Cocceji Lex.) vel *aſperior & durior* fieri incipit. Erat enim ante exitum Iſraelitarum ex Ægypto primus menſis anni civilis, qui cum novilunio poſt æquinoctium auctumnale incipiebat; Sed poſt exitum eorum ex Ægypto factus eſt menſis ſeptimus anni Eccleſiaſtici, qui incipiebat cum novilunio poſt æquinoctium vernum. Mentio ejus fit, 1.Reg.8,2.

ב

ב Præfixum I) *neglectâ ſpeciali ſui ſignificatione*, interdum α) ſi *Subſtantivo* præmittitur, circumſcribit *Adjectivum* vel *Adverbium* qualitatis. עֲבֹדָה בַּשָּׂדֶה Servitus *in agro*, i. e. *agreſtis*, Exod. 1, 14. יוֹעֵץ בְּשֵׂכֶל Conſiliarius *in intelligentia*, i. e. *intelligens*, Eod. 32, 22. Ita quoque, Pſalm. 10, 6. Pſalm. 33, 4. Cant. 3, 8. בַּשְּׁלִי *In tranquillitate*, i. e. *tranquille*. Jeſ. 14, 18. בְּכָבוֹד *In gloria*, i. e. *glorioſe*, 2. Sam. 3, 27. Sic etiam, Gen. 34, 13. Exod. 1, 13. c. 12, 11. 2. Reg. 12, 16. Pſalm. 9, 9. β) *Adjectivo* poſtpoſitum, Adjectivum ſæpe *ſuperlative* efferendum poſtulat. גִּבּוֹר בַּבְּהֵמָה Fortis *in beſtiis*, i. e. *fortiſſimus beſtiarum*, Prov. 30, 30. הַיָּפָה בַּנָּשִׁים Pulchra *inter mulieres*, i. e. *pulcherrima*, Cant. 1. 8. Vid. Gen. 6, 9. γ) *Nexum* conſtituit, quô interveniente non ſolum verbum varios poſt ſe caſus regere ſolet; ſed etiam Subſtantivum cum aliô interdum conſtruitur, quod in Genitivo efferri poteſt. Nimirum verbum mediante ב poſt ſe regit 1) *Dativum*, וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ *Et adhærebit uxori ſuæ*, Gen. 2, 24. Ita quoque, Gen. 15, 6. c. 27, 18. c. 27, 13. Exod. 14, 31. Devt. 28, 66. Lev. 25, 26. Devt. 15, 2. 1. Sam. 22, 12. 2. Chron. 20, 20. Pſ. 78, 22. &c. 2) *Accuſativum*, לֹא תִגְעֲרוּ בָהּ *Non increpabitis eam*, Ruth. 2, 16. וַתִּגַּע בְּרֹאשׁ הַשַּׁרְבִיט *Et tetigit ſummitatem ſceptri*, Eſth. 5, 2. Ita Gen. 3, 3. c. 26, 11. c. 29, 32. c. 31, 7. c. 34, 1. c. 37, 2. Exod. 4, 4. Joſ. 8. 18. 2. Sam. 1. 11. Pſalm. 72, 3. Prov. 9, 5. 3) *Ablativum*, תִּרְמְסוּ בְּרַגְלֵיכֶם *Conculcabitis pedibus veſtris*, Ezech. 34, 18. Ita quoque, Gen. 2, 2. Exod. 2, 3. Lev. 1, 9. 1. Sam. 3, 14. *Subſtantivum* autem mediante ב conſtruitur cum aliô in Genitivo efferendo his in locis: בְּחוּרֵי בְּיִשְׂרָאֵל *Selecti in Iſrael*, i. e. *Iſraelis*, 2. Sam. 10, 9. בְּסֵפֶר בְּתוֹרַת הָאֱלֹהִים *In librô*, *in lege*, i. e. *in libro legis Dei*. Ita quoque, 2. Sam. 1. 21, 2. Chron. 15, 8. Jeſ. 9, 2. Jer. 4, 11. II) Speciali voce exprimendum, α) ſi *Nominibus* aut *Pronomi-*

nominibus præmittitur, notat *varias Præpoſitiones*, nempe 1) *In*, tàm cum Ablativô, ut notet *a*) *Tempus*, Gen. 1, 1. c. 7, 11, c. 8, 4. 5. 13. Exod. 12. 41. Hab. 1, 5. *b*) *Locum & Subjectum* in *quô*. Gen. 9, 7. c. 39, 5. Exod. 10, 2. c. 12, 40. c. 22, 28. 2. Reg. 4, 40. Jeſ. 42, 22. quàm cum Accuſativô, ut notet *motum & terminum ad quem*, Gen. 30, 33. Pſalm. 12, 6. Pſalm. 19, 5. Jeſ. 11, 14. Jer. 3, 19. Mich. 7. 19. 2) *A, ab*, ut connotet vel *cauſam efficientem*, Num. 36, 2. conf. Hoſ. 14, 4. vel *terminum à quô*, Gen. 44, 12. 2. Reg. 14, 13. Ezech. 9, 6. 3) *Apud, Prope*, connotat â ferè circumſtantiâ *loci*, Jud. 16, 4. 1. Sam. 16, 19. c. 29, 1. 2. Sam. 17, 18. 1. Reg. 17, 3. 15. Jeſ. 36, 2. Ezech. 4, 12. 4) *Ad*, de causâ finali, Eccl. 10, 17. item de motu ad locum vel ſubjectum, Gen. 11, 14. Lev. 16, 22. 1. Sam. 8, 2. Job. 19, 5. 5) *Ante*, Devt. 25, 4. Pſalm. 60, 12. Jer. 7, 10. 6) *Contra, Adverſus*, Gen. 16, 12. Exod. 1, 10. c. 14, 25. Num. 12, 1. c. 21, 5. Joſ. 22, 16. 1. Reg. 2, 23. Pſalm. 80, 5. Pſalm. 105, 27. Prov. 7, 23. Jeſ. 5. 25. c. 21, 13. Jer. 31, 20. Mich. 1, 2. 7) *Coram*, Gen. 20, 8. Exod. 3, 21. Devt. 4, 25. 2. Reg. 4, 15. Jeſ. 22, 14. 8) *Circum, circa*, ut connotetur vel *tempus*, Exod. 12, 29. Dan. 11, 40. vel *ſubjectum*, Gen. 37, 34. 9) *Cum*, ut indigetetur vel *cauſa principalis*, ejusque auxilium, Pſalm, 18, 10. Pſalm. 60, 14. vel *cauſa inſtrumentalis*, Gen. 48, 22. Pſalm. 2, 9. vel *modus actionis*, Prov. 24, 3. Sic. Gen. 34, 13, vel *conjunctio & concomitantia*, Gen. 32, 10. Exod. 10, 9. Jud. 11, 34. 1. Sam. 1, 24. c. 25, 39. 1. Reg. 10, 22. Pſalm. 99, 6. Jer. 11, 19. Hoſ. 5, 6. 10) *De*, ut innuat vel *objectum*, 1. Sam. 19, 3. 2. Sam. 23, 2. Pſ. 87, 3. Pſ. 119, 23. Cant. 8, 8. vel *partem & communicationem*, ut idem ſit ac *pars, quidam, aliquis* &c. *Et ferent tecum* בְּמַשָּׂא הָעָם *de onere*, i. e. *partem oneris populi hujus*, Num. 11, 17. לֹא אָכַל בַּטּוֹבָה Non edit *de bono*, i. e. *aliquid boni*, Job. 21, 25, Conf. Pſalm. 139, 16. Pſalm. 141, 4. Prov, 9, 5. 11) *E, ex*, ut deſignet vel *cauſam materialem*, Exod. 35, 32. Lev. 13, 52. 1. Chron. 18. 8. 2. Chron. 16, 16. 1. Reg. 7, 14. vel *modum actionis*, Devt. 6, 5. vel *cauſam impulſivam minus principalem*, Hab. 2, 4. 12) *Inter*, Devt. 4, 27. Joſ. 28, 27. 2. Reg. 18, 5. Jeſ. 36, 20. Thren. 1, 3. Mich. 5, 7. Zach. 8, 13. 13) *Intra*, connotatô vel *loco*, Exod. 20, 20. vel *tempore*, Dan. 11, 20. 14) *Poſt*, eſtque *temporis*, Exod. 2, 23. Eccl. 11, 1. Jeſ. 16, 14. 15) *Per*, ut innuat vel *cauſam inſtrumentalem*, Num. 12, 2. 2. Sam, 23, 2. vel *modum*, Pſalm, 78, 2. vel adhibeatur in *juramento*, Gen. 22, 16. Joſ. 2, 12. Jeſ. 45, 23. 16) *Propter*, ut indigitet *motivum* vel *cauſam impulſivam*, Gen. 18, 28. Pſalm. 150, 1. 2. Reg. 14, 6. Jer. 17, 3. c. 18, 18. Dan. 9, 7. Jon. 1, 14. 17) *Pro*, ut idem ſit ac *vice*, vel *locô alterius*, Devt. 19, 21. *in incommodum* & *damnum alterius*, Joſ. 6, 26. & indigitet *pretium* in verbis *emendi & vendendi*, Gen. 23, 9. Devt. 2, 6. Eſth. 4, 7, Jeſ. 45, 13. Thren. 5, 4 vel *quantitatem* in verbis *æſtimandi*, בַּמֶּה נֶחְשָׁב *Quanti* æſtimatus ſit Jeſ. 2, 22. 18) *Secundum, juxta*, Num. 14, 34. Pſalm. 89, 18. Hoſ. 10, 1c Conf. Lev. 5, 15. 19) *Sub*, 2. Sam. 12, 31. Pſalm. 17, 8. Pſalm. 78, 2

20) *S.*

Digitized by Google

20) *Super*, Jud.8,23. 1.Sam.8,11. Neh.2,12. Jeſ.3,4. 21) *Supra* tàm *loci*, Num.14,10. Devt.31,15. quàm *dignitatis & pretii*, 1.Chron.5,2. c.11,21. 22) *Verſus*, Num 13,17. Eccl.11,3. β) *Infinitivo* præmiſſum *a)* exprimit *Gerundium* Latinorum in *Do*, בִּשְׂחֹק *ridendo*, Prov.14,13. Ita Eſr.3,11. *b) Infinitivo* in tempus finitum reſoluto, induit ſignificationem tùm Adverbiorum, *antequam*, בְּשַׁחֵת אֱלֹהִים *Ante perdere*, i. e. *antequam* perderet Deus, Gen.19,29. *Cum*, בְּצֵאתָם *In egredi eos*, i. e. *cum egrederentur*, Devt.4,46. בְּקָרְאִי *In invocare me*, i. e. *cum invoco*, Pſalm.4,2. Ita Lev.12,6. Pſalm.51,1. Pſalm.102,23. Jeſ.20,1. Ezech.18,24.26. c.33,13.14.18.19. 1.Reg.13,31. *Dum*, בְּהִבָּרְאָם *In creari*, i. e. *dum crearentur*, Gen.2,4. tùm Conjunctionum, *quia*, *quod*, *eò quod*, *quandoquidem*, בְּשָׁמְעוֹ *Eo, quod audivit*, Exod.16,7. *Si*, בְּבוֹא *Si venerit*, 2.Reg.5,18. III) Cum Suffixis variè coaleſcit; בִּי *Per me*, Gen.41,6. בְּךָ *In te*, Hoſ.14,4. & præſente accentu Domino בָּךְ Cant.1,4. Ante Suffixa כֶם, נוּ, ךָ, הֶן & הֶם, כֶן, requirit (ָ) בָּךְ *In Te*, F, pro בָּךְ, בָּכֶם *In vobis*, Exod.12,7. בָּנוּ *Adverſus nos*, Lev.19,28.

בֵּאֵר *Clarum reddidit; Declaravit, Elucidavit, Explanavit, Explicavit, verbis aut characteribus expreſſit.* בֵּאֵר אֶת־הַתּוֹרָה *Explicavit legem*, Devt.1,5. Infin. בָּאֵר *Exprimendo*, Devt.27,8. Conf. Hab.2,2. ubi in Imperativo adhibetur. Sæpius non legitur.

בְּאֵר f. *Puteus*, forte ſic dictus, quia *claram* aquam continet. בְּאֵר שַׁחַת *Puteus corruptionis*, Pſalm.55,24. בְּאֵר מַיִם חַיִּים *Puteus aquarum viventium*, Gen.26,19. וַיַּחְפְּרוּ בְּאֵר *Mox foderunt puteum*, Gen.26,21. Cum ה locali בְּאֵרָה *Ad puteum*, Num.21.16. Plur. בְּאֵרוֹת *Putei*, Gen.26,18. & alia forma בֶּאֱרוֹת Gen.14.10. ubi dicitur וְעֵמֶק הַשִּׂדִּים בֶּאֱרֹת בֶּאֱרֹת חֵמָר Et vallis iſta Sittea erat *putei putei bituminis*, i. e. *puteis bituminoſis refertiſſima.* Subſtantivum enim continuò in eodem caſu repetitum, *augmentum & copiam* deſignat. Conf. Dn. D. Danzii Interpr. §.16.

1) Generatim notat *puteum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *foveam altius depreſſam*, vel ad concipiendam aquam ex terræ venis profluentem, quæ fit fodiendo, Gen.21,19.25. c.26,18.19.22.25. Num.21,16.18. Conf. Gen.29,2. Num.20,17. c.21,22. vel ad recipiendos alios etiam ſuccos, ut bituminis, Gen.14,10. β) *Metaphoricè* dicitur *a)* de Conjugio & rei domeſticæ ſtatu, Prov.5,15. *b)* de meretrice, velut malo inextricabili, Prov.23,27. *c)* de pernicie & periculis magnis, quæ hominem undique ambiunt, Pſalm.55,24. Pſalm.69,16. γ) Eſt nomen *Loci*, Num.21,17. ob *eventum* ſic dicti, quod *puteus* ibi natus fuit. Item *oppidi*, in tribu Simeonis, Joſ.19,8.

בְּאֵר שֶׁבַע f. *Beer ſcheba*, nomen propr. civitatis, juxta Hieronymum in tribu Judæ vel Simeonis ſitæ. Notat *puteum juramenti*, eò quod Abra-

Digitized by Google

ham & Iſaac fœdus cum Abimelecho pangentes ibi jurarunt. Tempore Hieronymi erat vicus ingens, in viceſimo à Chebron milliario, vergens ad auſtrum, in quo & Romanorum militum præſidium poſitum erat. Inde termini Judaicæ terræ incipientes tendebantur usque ad Dan, quæ juxta Paneadem cernitur.

בְּאֵרִי m. *Beeri*, nomen proprium Viri Chittei, qui erat Eſavi ſocer, Gen. 26, 34.

בְּאֵר לַחַי רֹאִי *Beer lachai roi*; nomen proprium *loci* inter Cades & Bered, qui ab eventu ſic dicebatur ab Hagare, Abrahami ancillâ, eò quod Angelus Domini increatus ei ibi apparuerat. Sonat enim *puteum viventis videntis me*, Gen. 16, 14.

בְּאֵרוֹת f. *Beeroth*; eſt nomen proprium α) *loci*, ubi Iſraelitæ caſtrametati ſunt, Devt. 20, 6. qui forte à puteis ſic dictus fuit. β) *Urbis* Hiveorum, Joſ. 9, 17. quæ ceſſit tribui Benjamin, Joſ. 18, 25.

בְּאֵרֹתִי m. *Beerothites*, nomen gentile, 2. Sam. 4, 2. Plur. בְּאֵרֹתִים *Beerothenſes*, 1. Chron. 11, 39.

באר *Fovea, Ciſterna*, vide in בּוֹר.

בָּאַשׁ *Putruit, Fœtuit.* וַיִּבְאַשׁ *Et fœtuit*, Exod. 7, 21. Niphal נִבְאַשׁ *Fœtidus factus eſt*, 1. Sam. 13, 4. כִּי נִבְאַשְׁתָּ אֶת־אָבִיךָ *Quod putidus factus ſis apud Patrem tuum*, 2. Sam, 16, 21. Hiphil הִבְאִישׁ *Fœtere fecit, fœtidum reddidit*; & intranſitivè *Fœtuit*; *Fœtidum ſe reddidit*; *Putruit.* הַבְאֵשׁ הִבְאִישׁ בְּעַמּוֹ *Fœtidum faciendo ſe, fœtidum ſe fecit in populo ſuo*, 1. Sam. 27, 12. הִבְאִישׁוּ *Putruerunt*, Pſalm. 38, 6, Hithpael הִתְבָּאֵשׁ *Putidus factus eſt.* הִתְבָּאֲשׁוּ עִם דָּוִד *Putidi facti erant* coram Davide, 1. Chron. 19, 6.

1) Generatim notat *putidum eſſe, fœtere.* 2) Speciatim α) *propriè* idem eſt ac *tetrum odorem exhalare.* Ita legitur de fœtore cadaveris, Exod. 7, 18. 21. c. 8, 10. mannæ vermiculoſæ, Exod. 16, 20. unguenti per muſcas corrupti, Eccl. 10, 1. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam* eſt *putreſcere*; quæ enim putreſcunt, fœtere incipiunt, Jeſ. 50, 2. 2) per *Metaphoram* indigitat *famam alicujus abominabilem, diſplicentiam, odium, animi averſionem*; prout nares avertimus à re fœtida, eamque abominamur, averſamur, odimus &c. Ita verò adhibetur vel intranſitivè, ut *putidum eſſe* idem ſit ac *auribus ingratum, animo exoſum, abominabile eſſe* vel *factum eſſe*, 1. Sam. 13, 4. 2. Sam. 10, 6. c. 16, 21. 1. Chron. 19, 6. vel reciprocè, *ſe putidum facere*, i. e. *ſe odioſum & abominabilem reddere*, ut ipſum alii averſentur, deteſtentur, 1. Sam. 27, 12. Prov. 13, 5. vel tranſitivè, ut idem ſit ac *aliquem fœtidum*, h. e. *odioſum & abominalem reddere, alicui aliorum indignationem, iram, odium, averſationem &c. conflare*, Gen. 34, 30. Exod. 5, 21. b) *peccatorum deteſtabilitatem*, quod tanquam purulentum & verminoſum aliquod vulnus, tetrum odorem coram Deo exhalare ſoleant, Pſalm. 38, 6. Sæpius non legitur.

Digitized by G

בְּאשׁ m. *Fœtor*, qualem cadaver exhalat, Am. 4, 10. item בְּאשׁ Cum Suff. וְעָלָה בָאְשׁוֹ *Ut adſcendat fœtor ejus*, Joel. 2, 20. בָּאְשָׁם *Fœtor ipſorum*, Jeſ. 34, 3. Amplius non legitur.

בָּאְשָׁה f. *Labruſca.* Mercero notat *omne ſemen vitiatum*, aut corruptum, quicquid ſive in uvis, ſive in frugibus eſt, aut etiam herbam nihili, quæ inter fruges naſcitur. Tantum extat, Job. 31, 40. ubi utique videtur eſſe herba vitiata, corrupta aut nihili, à *putredine* trahens nomen.

בְּאֻשִׁים m. *Labruſcæ*; juxta R. Salom. ben Melech עֲנָבִים כִּבְאֻשִׁים *Uvæ fœtidæ*; vel juxta R. Saadiam עֲנָבִים רָעִים *Uvæ malæ.* Bis ſaltem legitur Jeſ. 5, 2. 4. deſignans per Metaphoram *peſſimos Judæorum mores & graviſſima peccata.*

בָּבָה f. *Pupilla oculi*, vide in בוב, *Cavum eſſe.*

בַּג m. *Eſca, Cibus.* Septies legitur. Radix inuſitata בָּגָה. Cum Suff. בָּגוֹ *Cibus ejus*, Dan. 11, 26. בָּגָם *Cibus ipſorum*, Dan. 1, 16. In Statu Conſtr. בַּג הַמֶּלֶךְ *Cibus Regis*, Dan. 1, 5.

1) Generatim *cibum* notat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *cibum lautum, delicatum*, quali Reges utuntur &c. Dan. 1, 5. 8. 13. 15. 16. c. 11, 26. β) *Metaphoricè* notat *prædam*, Ezech. 25, 7.

בָּגַד *Perfidus fuit, perfidè egit, fidem fregit, prævaricatus fuit.* Conſtruitur vel abſolute, vel intercedentibus particulis ב & מ. בָּגְדָה אִשָּׁה מֵרֵעָהּ *Perfida facta eſt* uxor à marito ſuo, Jer. 3, 20. בְּגַדְתֶּם בִּי *Perfidè egiſtis contra me*, Jer. 3, 20. Part. בּוֹגֵד *Perfidus, perfidè agens*, Prov. 21, 18. Fœm. בֹּגֵדָה *Perfida*, Jer. 3, 8. (··) ſub ג retentô, ut in יוֹלֵדָה *Parturiens*, Jeſ. 21, 3. ex Maſc. יוֹלֵד Infin. בָּגוֹד תִּבְגּוֹד *Perfidè agendo perfidè ages*, i. e. *perfidiſſime agis*, Jeſ. 48, 8. Infinitivus enim verbo ejusdem radicis præmiſſus ſignificationem intendit. לִבְגֹּד *Ad perfidè agendum*, Jeſ. 33, 1. Fut. נִבְגַּד אִישׁ בְּאָחִיו *Perfidè agemus Vir contra fratrem ſuum*, i. e. *unus contra alterum*, Mal. 2, 10.

1) Generatim ex uſu loquendi notat *fruſtrationem officiorum* quacunque ratione vel jure debitorum. Unde idem eſt ac *fidem & ſpem fallere.* Hæc ſignificatio Coccejo eſt metaphorica; Quia enim בֶּגֶד notat *veſtem*, & Chaldæus בָּגַד vertit per בְּזַז *ſpoliavit*, ſuſpicatur, eum ita accepiſſe, ut *proprie* ſignificet *veſtem detrahere*, uti עָרַף ſignificat *cervicem præcidere*, à עֹרֶף *Cervix.* Metaphoræ rationem ita evolvit; *quod ſpes & fiducia ſit veluti veſtis animæ, quâ fovetur & tegitur, ne perpluat triſtitia, &, qui triſti opportunum ſolatium adhibet, is faciat, ac ſi veſtem ei injiceret cœlo frigido; qui contra facit, ac ſi detraheret.* Aſt ratio Metaphoræ videtur eſſe coacta, Nec concinnior videtur ſignificatio *excurrendi* & *incurrendi*, quam Fœrſterus tradit. Quare ſalvo aliorum judicio, nobis arridet ea, quæ in frontiſpicio indicata fuit. 2) Speciatim α) eſt *perfidum eſſe, perfidè agere, fidem datam frangere, prævaricari*; Qui enim perfidus eſt, per-

perfidè agit, & prævaricatur, is fidem & ſpem fallit; fruſtratur expectationem officiorum quacunque ratione vel jure debitorum. Ita dicitur 1) de *conjuge*, violatâ matrimonii fide, conjugem deſerente, Jer. 3, 20. vel temerariè dimittente, Mal. 2, 14. 15. 2) de *ſubditis*, fidem Domino datam frangentibus & ad rebellionem vergentibus, Jud. 9, 24. 3) de *hominibus* amicorum ſpem, expectationem & vota fruſtrantibus, violatis amicitiæ legibus, Job. 6, 15. Thren. 1, 2. 4) de *peccatoribus præfractis*, perfidè agentibus contra Deum, qui ipſorum Dominus, animæque maritus eſt, Jer. 3, 8. 11. 20. Mal. 2, 10. conf. v. 11. Vide quoque Pſalm. 78, 57. Pſalm. 119, 158. Prov. 11, 3. Jeſ. 48, 8. Jer. 5, 11. Hoſ. 5, 7. c. 6, 7. 5) de *fratribus & cognatis*, Jer. 12, 6. ejusdemque religionis cultoribus, Pſ. 73, 15. Conf. Mal. 2, 10. 6) de *hominibus* nunc in Deum, nunc in alios perfidè agentibus, juraque tàm divina, quàm humana ſusque deque habentibus, Prov. 2, 22. c. 11, 6. c. 13, 2. 15. c. 23, 28. Jer. 12, 1. β) Denotat non ſolum *perfidiam ſtrictius dictam*, quâ juramenta, pacta, fidesque data franguntur & falluntur, ſed etiam *violentiam & tyrannidem*, quæ contra jura exercentur, Exod. 21, 8. Jeſ. 21, 2. c. 33, 1. γ) *Tropicè* tribuitur *vino*, quod Hab. 2, 4. dicitur *fallax*, quia cô repleti fallunt & fruſtrantur ſpem bonæ frugis, &c.

בֶּגֶד m. *Perfidia, Prævaricatio*; item *veſtis*, ubi eſt generis communis. כַּבֶּגֶד אֲכָלוֹ עָשׁ Sicut veſtem comedit eam tinea, Job. 14, 28. Cum Suff. קָרַעְתִּי אֶת־בִּגְדִי Diſcidi *veſtem meam*, Eſr. 9, 3. Plur. בְּגָדִים *Veſtes*, Lev. 6, 4. חֲלִיפוֹת בְּגָדִים *Mutationes veſtium*, i. e. *mutatoria*, q. d. veſtes honoratiores, quibus quotidianæ permutantur honoris causâ, Jud. 14, 12. הָסִירוּ הַבְּגָדִים הַצֹּאִים Removete *veſtes* pollutas, Zach. 3, 4. In Statu Conſtr. בִּגְדֵי הָאַרְגָּמָן *Veſtes* purpuræ, i. e. *purpureæ*, Jud. 8, 26. בִּגְדֵי פִשְׁתִּים *Veſtes* lini, i. e. *linteæ*, Job. 8, 26. Cum Suff לְבַשׁ בְּגָדֶיךָ *Indue veſtes tuas*, 1. Reg. 22, 30. קִרְעוּ בִגְדֵיכֶם Diſcindite *veſtes veſtras*, 2. Sam. 3, 31. Term. F. בִּגְדוֹתֶיךָ *Veſtes tuæ*, Pſalm. 45, 9.

1) Significat *perfidiam*, quâ quis ſuæ erga alterum obligationis immemor, fidem & ſpem fallit, perfideque & inique in eum agit. Ita legitur Jeſ. 24, 15. Jer. 12, 1. 2) Notat *veſtem*, per *Metonymiam*, quia eſt primæ hominis contra Deum perfidiæ & prævaricationis *ſignum & teſtimonium*, & ſæpius fit peccati *objectum*. Aſt Guſſetius & Coccejus hunc ſignificatum primitivum & proprium eſſe contendunt, à quo *perfidiæ & prævaricationis* ſignificatio nata ſit. Æquè autem latè patet ejus ſignificatio, quàm apud Latinos, quibus tùm *indumentum*, tùm *ſtragulas & aulæa* ſignificat. Nam α) apud Ebræos notat *quodvis indumentum*, quô quis amiciri poteſt, ſive ſit *vilius*, ſive *præſtantius & pretioſius*; ſive ſit *quotidiani uſus*, ſive *feſtivo ſaltem & ſolenni tempore* geſtetur, ſive ſit *ſacrum*, ſive *profanum*, ſive ſit *lætantium*, ſive *lugentium*. Inde legitur de veſte *paſtoris*, Jer. 43, 12. Joſephi ſervi, Gen. 39, 12. 13. 15. 16. 18. captivi, 2. Reg. 25, 29.

25, 29. Jer. 52, 33. de veſte præſtantiori, ut acupictâ, Ezech. 16, 18. c. 26, 6. purpureâ, Jud. 8, 26. ſpeciatim *Eſavi*, Gen. 27, 15. Regis, 2. Reg. 7, 8. 2. Chron. 18, 19. 29. Sacerdotum, Exod. 28, 3. c. 29, 5. 29. Lev. 8, 2. c. 21, 10. de veſte mutatoriâ, feſtivo & ſolemni tempore geſtari ſolitâ, Jud. 14, 12. 2. Reg. 5, 5. 22. 23. Lætantium, Eccl. 9, 8. Lugentium, Gen. 38, 14 2. Sam. 14, 2. qui in ſignum doloris & luctus veſtes diſcindere ſolebant, Jud. 11, 35. 2. Sam. 1, 2. c. 3, 31. c. 13, 31. 2. Reg. 5, 7. 8. c. 6, 30. c. 19, 1. c. 22, 11. 2. Chron. 34, 19. Eſth. 4, 1. Jeſ. 37, 1. Joel. 2, 13. β) Notat *ſtragulas*, 1. Sam. 19, 13. 1. Reg. 1, 1. Am. 2, 8. Exod. 22, 25. 26. Conf. Num. 4, 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. γ) *Metaphoricè* 1) deſignat *humanam Chriſti naturam*, quâ velut veſte indutus fuit, Jeſ. 63, 2. Eandem notari putant Vinarienſes, Pſalm. 45. 9. Sed Muis & Rivetus per *veſtes* ibi intelligunt *Chriſti juſtitiam & ſanctitatem perfectiſſimam*, divina virtutum ornamenta, quæ ſuaviſſimum ſpirant odorem. 2) Transfertur ad *ornatum Eccleſiæ ſanctum*, Jeſ. 52, 1.

בָּגֹדָה f. *Perfida*. Legitur ſaltem Jer. 3, 7. 10.

בֹּגְדוֹת f. *Perfidiæ*. Tantum extat Zeph. 3, 4. אַנְשֵׁי בֹּגְדוֹת *Viri perfidiarum*, i. e. *perfidi*.

בָּדָא *Commentus fuit; Finxit;* Mentitus eſt. Bis ſaltem legitur. אֲשֶׁר בָּדָא מִלִּבּוֹ *Quem finxit* ex corde ſuo, 1. Reg. 12, 33. Part. בּוֹדָאם *Fingens ea*, Neh. 6, 8. pro בּוֹדְאָם (:) ſub ד per Syriaſmum remotô, & (ּ) in ejus locum translatô.

בַּדִּים m. pl. *Mendacia; Mendaces, Vaniloqui.* Quinquies legitur; nempe de *verbis Jobi*, quibus ſe juſtum adſeruerat, Job. 11, 3. de *verbis Moabi* jactabundis, Jeſ. 16, 15. Jer. 48, 31. de *Sapientibus Babelis*, qui erant Aſtrologi, Divinatores, & ſignorum Interpretes, omnia felicia Babeli prædicentes, ſed falsò, Jeſ. 44. 25. Jer. 50, 36.

בָּדַד *Solitarius fuit, Separatus eſt, Solitariè vixit.* Legitur ſaltem Participium בּוֹדֵד *Solitarius*, Pſalm. 102, 8. Jeſ. 15, 4. Hoſ. 8, 9.

בָּדָד m. *Solitudo.* בָּדָד יִשְׁכֹּנוּ׃ *In ſolitudine* habitant, nullam cum vicinis amicitiam colentes, Jer. 49, 31. Sæpius abit in Adjectivum *Solus*, vel in Adverbia *ſeorſim*, *ſolitariè*, Præpoſitione ל præmiſſâ, vel ſubintellectâ. שֹׁכְנִי לְבָדָד *Habitans in ſolitudine*, i. e. *ſeorſim*, Mich. 7, 14. יְהוָה בָּדָד יַנְחֶנּוּ Dominus *in ſolitudine*, i. e. *ſolus ducit eum*, Devt. 32, 12. Cæterum innuit α) *Excluſionem aliorum ſociorum*, Devt. 32, 12. Pſalm. 4, 9. β) *Separationem ab aliis*, Num. 23, 9. Devt. 33, 28. Mich. 7, 14. Jer. 15, 17. c. 49, 31. γ) *Deſolationem & deſertionem*, Thren. 1, 1.

בַּד m. *Solitudo; Solus; Linum; Ramus; Vectis; Artus.* בַּד בְּבַד *Solus cum Solô*, Exod. 30, 34. לְבַד *In ſolitudine*, i. e. *ſeorſim*, Zach. 12, 12. לְבַד־בְּךָ נַזְכִּיר שְׁמֶךָ *Tantummodo* per te recordamur nominis tui, Jeſ. 26, 13. בִּגְדֵי הַבַּד *Veſtes lini*, i. e. *lineæ*, *ex lino confectæ*, Lev.

Digitized by Google

Lev. 16, 32. Plur. בַּדִּים *Lineæ veſtes*, Dan. 10, 5. *Rami*, item *Vectes*, Exod. 27, 6. בַּדָּיו *Vectes ejus*, Exod. 27, 7.

1) Generatim *ſolitudinem* deſignat, quâ aliquid ab alterô *ſeparatum eſt*, *ſolitariè exiſtit*, vel *ſeorſim* eſt aut *agit*. 2) Speciatim *α*) abſolutè poſitum notat 1) *Solus*, Exod. 30, 34. 2) *Linum*, quod *ſeorſim* à caule excreſcit, nec in ramos ſe diffundit. Inde parabantur veſtes, Lev. 16, 23. 32. femoralia, Exod. 28, 42. c. 39, 28. Lev. 6, 3. cingulum & cidaris, Lev. 16, 4. Ephod, 1. Sam. 2, 18. c. 22, 18. 2. Sam. 6, 14. 1. Chron. 15, 27. In Plurali per *Metonymiam* notat *veſtes ex lino factas*, Ezech. 9, 2, 3. 11. c. 10, 2. 6. 7. Dan. 10, 5. c. 12, 6. 7. 3) Significat *ramum & frondem grandiorem*, Ezech. 17, 6. c. 19, 14. ubi dicitur de *ramis* vitis. 4) Denotat *vectes*, non ſolum, quod ex firmioribus ramis fieri ſolebant, ſed etiam, quod ſoli aliquid geſtabant, &, ut Guſſetius etymi rationem reddit, rectam *ſeorſim* lineam ab uno extremo ad alterum imitantur ſine copulâ cum aliô, Exod. 25, 13. 14. 15. 28. c. 27, 6. 7. c. 30, 5. c. 37, 5. c. 38, 6. c. 40, 20. 1. Reg. 8, 8. 2. Chron. 5, 8. Inde 5) *Metaphoricè a*) transfertur ad *Magiſtratus & Heroas*, Hoſ. 11, 6. Quia *vectium* inſtar rempublicam ſuſtinere ſolent. Vid. Chaldæum. Sed aliis l. c. notat *ramos*, qui per *Metaphoram* deſignant *villas, vicos, pagos*, eò quod ſe habeant ad urbem ut rami ad arborem. *b*) ad *artus* vel *membra corporis*, quod ſe inſtar ramorum in corpore habeant, Job. 41, 4. item ad *venas, nervos & tendines*, quod ſimiliter ſe habeant, Job. 18, 13. ubi Seb. Schmidio *rami cutis* ſunt venæ cum ſanguine cute ſuperius apparentes; *rami* autem *illius* ſunt *reliqua omnia, ſive venæ ſint, ſive nervi, ſive ligamina, ſive artus cum adhærente carne.* β) Cum Præpoſitione ל præmiſſâ לְבַד 1) exprimit Adverbia *Solum, Tantum, Tantummodò*, Eccl. 7, 29. Jeſ. 26, 13. *Seorſim*, Exod. 26, 9. c. 36. 16. Gen. 21, 28. 29. c. 43, 32. Jud. 7, 5. Zach. 12, 12. 13. 2) accedente Suffixo *a*) exprimit Adjectivum *Solus, a, m*, Suffixo latinè omittendo מַדּוּעַ אַתָּה לְבַדֶּךָ Quare tu (venis) in *ſolitudine tuâ*, i. e. *ſolus?* 1. Sam. 21, 1. וּשְׁנֵיהֶם לְבַדָּם Et ambo illi erant in *ſolitudine ſua*, i. e. *ſoli*, 1. Reg. 11, 29. Ita quoque Gen. 32, 25. c. 42, 38. c. 44, 20. Exod. 12, 16. Num. 11, 17. Jud. 3, 20. 2. Sam. 13, 32. 33. *b*) rarius eſt idem ac *ipſemet*. וְלַצְתָּ לְבַדְּךָ תִשָּׂא Si irriſor fueris, *in ſolitudine tua*, i. e. *ipſemet feres* pœnam, Prov. 9, 12. γ) Valet *præter, exceptô*, 1) Si particula מִן, vel ejus decurtatum מ vel ipſi, vel ſequenti præmittitur לְבַד מִטַּף *Præter parvulos*, Exod. 12, 37. Sic quoque Num. 29, 39. Devt. 3, 5. c. 18, 8. Joſ. 17, 5. Jud. 20, 15. 17. 1. Reg. 4, 23. c. 5, 16. c. 10, 15. 2. Reg. 21, 16. לְבַד מִן הַשַּׂהֲרֹנִים *Præter lunulas*, Jud. 8, 26. מִלְּבַד *Præter*, Gen. 26, 1. c. 46, 26. Lev. 9, 17. c. 13, 46. Num. 5, 8. c. 6, 21. c. 28, 23. 31. c. 29, 6. 11. 16. 2) Si poſt ſe habet particulam עַל, Eſr. 1, 6. לְבַד עַל־כָּל הִתְנַדֵּב *Præter omnem*, qui voluntariò obtulit.

בדד In Kal inuſitatum eſt; Niphal נִבְדַּד *Separatus eſt, Separavit*

ravit ſe. נִבְדְּלוּ *Separarunt ſe*, 1. Chron. 12, 8. Part. הַנִּבְדָּל מֵעַמֵּי הָאֲרָצוֹת *Separatus* ex populis terrarum, Neh. 10, 29. Imper. הִבָּדְלוּ מִתּוֹךְ הָעֵדָה *Separate vos* è medio concionis hujus, Num. 16, 21. Hiphil הִבְדִּיל *Separavit*, *Diſcrevit*, *Diſtinxit*, *Diviſit*. וְהִבְדַּלְתָּ הַלְוִיִּם *Et ſeparabis Levitas*, Num. 5, 14. Part. וִיהִי מַבְדִּיל בֵּין מַיִם לָמָיִם *Et ſit dividens* inter aquas & aquas, Gen. 1, 6. Fut. וָאַבְדִּיל *Et diſcrevi*, Lev. 20, 26. Hophal Part. הַמֻּבְדָּלוֹת *Separata*, Joſ. 16, 9. pro הַמִּבְדָּלוֹת, (.) cum (ּ) permutato.

1) Generatim importat *ſeparationem eorum*, quæ qualicunque ratione conjuncta fuerunt, ut *rei* à re, Lev. 1, 17. c. 5, 8. vel *hominis* à cœtu & conſortio aliorum, Num. 6, 21. Eſr. 9, 1. c. 10, 8. 10. 11. 2) Speciatim *α*) eſt *dividere* inter rem & rem, inter perſonam & perſonam; Quæ enim dividuntur, ſeparantur. Ita Deus diviſit inter *aquas* inferiores & ſuperiores, interpoſito expanſo aereo, Gen. 1, 6. inter lucem & tenebras, Gen. 1, 4. *luminaria* inter diem & noctem, Gen. 1, 14, 18. *peccata* inter Deum & hominem, non quidem ratione generalis per eſſentiam præſentiæ; ſed ratione præſentiæ gratioſæ, Jeſ. 59, 2. *β*) *Diſtinguere, Diſcernere*; Quæ enim diſtinguuntur & diſcernuntur, à ſe invicem ſeparantur, ſive re, ſive ratione. Ita dicitur *velum* diſcrimen facere inter ſanctum & inter ſanctum ſanctorum, per ipſius interpoſitionem, Exod. 26, 33. *Murus* in templo inter ſanctum & profanum, Ezech. 42, 20. Ita jubentur homines diſtinguere inter mundum & immundum, Lev. 10, 10. c. 11, 47. c. 20, 25. Inter ſanctum & profanum, Lev. 10, 10. Ezech. 20, 26. *γ*) *Eligere*; Quæ enim eliguntur, ab aliis ſeparantur. Ita *Deus* dicitur elegiſſe Iſraelitas, ſeparando eos ab omnibus populis terræ, Lev. 16, 24. c. 20, 24. 26. 1. Reg. 8, 53. *δ*) *Secedere*, in Niphal; qui enim ab altero ſecedit, ſe ab eo *ſeparat*, 1. Chron. 12, 8.

בְּדַל m. *Segmentum*, *particula ſeparata*. Tantum extat, Am. 3, 12.

בְּדִיל m. *Stannum*, Num. 31, 22. Plur. בְּדִילִים *Stanna*. Cum Suff. בְּדִילָיִךְ *Stanna tua*, Jeſ. 1, 25.

1) Generatim notat *Stannum*. 2) Speciatim *α*) *propriè* denotat *certam metallorum ſpeciem*, à *ſeparando* dictam, quia in fodinis nobiliorum metallorum repertum, iisque permixtum ſeparari debet; vel quod aurifabro inſervit ad metalla nobiliora ſeparanda. *Propriè* legitur, Ezech. 22, 20. c. 27, 12. conf. Num. 31, 22. *β*) *Impropriè* per *Metaphoram* notat *hypocrytas & malos*, Jeſ. 1, 25. conf. Ezech. 22, 18.

בְּדֹלַח m. *Bdellium*, Gen. 2, 12. Num. 11, 7. Bochartus Hieroz. P. II. lib. 5. c. 5. p. 675. reddit *margaritam*, à R. בדל *Separavit*, *Segregavit*. Synonyma בדר, unde eſt Arabum פריד, *eximiam margaritam* ſignificans, inter alias in monili connexas eminentem. Hinc ipſi

ipſi בְּדֹלַח non quamvis *margaritam* denotat, ſed *egregiam & eximiam*, quæque *præſtantia* nomine à reliquis ſegregata eſt. Rationem nominis daturus dicit, vel vocem eſſe peregrinam, ut pleraſque quadratas, vel ח haberi loco ה cùm ob figuræ, tùm ob ſoni affinitatem, ut in multis vocibus, quas obſervat Capellus in Crit. Sac. p 23. & 254. Sed Placæus in Typis Diſp. 7. §. 18. & Guſſetius in Commem. Ling. Ebr. rejiciunt, quæ Bochartus de hujus vocis etymo tradit. Hieronymus voci Ebrææ alludens reddidit *Bdellium*. Aliàs enim, ſi juxta Plinium *Bdellium* eſt *genus arboris nigræ*, huc non quadrat, quia Num. 11, 7. innuitur, בְּדֹלַח eſſe albi coloris ; quadrat autem *margaritæ* notio, quam albicantis coloris eſſe, inter omnes conſtat. Idem ſentiunt quidam Ebræorum, quos Pagninus in Lex. & Bochartus l. c. adducunt.

בָּדַק *Inquiſivit, Scrutatus vel Rimatus eſt.* Semel legitur in Inf. לִבְדּוֹק *Ad rimandum*, 2. Chron. 34, 10.

בֶּדֶק m. *Rima, Fiſſura*, ſic dicta ab *inquirendo* vel *rimando*, quòd, ſi reparari debet, *inquiſitione & inſpectione* opus habeat. Dicitur de muris templi, 2. Reg. 12, 6. 7. 8. 9. 13. & navibus Tyri, Ezech. 27, 9. 27.

בָּהָה *Vacuus & inanis fuit*, apud Arabes. Inde

בֹּהוּ m. *Inanitas.* וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ Terra autem erat vaſtitas & *inanitas*, i. e. *vaſtiſſima & inaniſſima*, Gen. 1, 2. Saltem ter legitur, nempe *α*) de *terra*, cum velut informis, rudis & indigeſta moles, aquis involuta eſſet, ſine cultu, & ornamentis, ſine arboribus, ſine gramine &c. Gen. 1, 2. *β*) de *terra Judaicâ devaſtatâ*, quæ ſuis incolis, ædificiis, cultu & ornatu vacua reddita fuit, Jer. 4, 23. Conf. Jeſ. 34, 11.

בַּהַט m. *Porphyrites* ; lapis marmori ſimilis, ex quô pulchra pavimenta fiunt. Tantum extat Eſth. 1, 4.

בָּהַל *Feſtinavit ; Turbavit, Terruit.* In Kal inuſitatum eſt. Niphal נִבְהַל *Feſtinavit ; Subitò turbatus, territus fuit.* נַפְשִׁי נִבְהֲלָה מְאֹד Anima mea *perturbata* eſt valde, Pſalm. 6, 4. אַנְשֵׁי מִלְחָמָה נִבְהָלוּ Viri belli, i. e. bellatores ſubitò *turbati ſunt*, Jer. 51, 32. Fut. מִפָּנָיו אֶבָּהֵל A facie ejus *perturbor*, Job. 23, 15. Piel בִּהֵל *Feſtinavit, Acceleravit ; Turbavit, Perturbavit.* Inf. לְבַהֲלָם *Ad turbandum eos*, 2. Chron. 32, 18. Fut. אַל־תְּבַהֵל *Ne feſtines*, Eccl. 5, 1. Pual בֻּהַל *Feſtinare factus, juſſus eſt*, ubi (ֻ) eſt pro Dageſch characteriſticô & prævio (ְ). Part. F. נַחֲלָה מְבֹהֶלֶת *Hæreditas accelerata*, Prov. 20, 21. juxta קְרִי. Sed כְּתִיב habet מְבֻחֶלֶת Plur. מְבֹהָלִים *Feſtinare juſſi*, Eſth. 8, 14. Hiphil הִבְהִיל *Feſtinavit, feſtinare fecit, Acceleravit ; Subitò turbavit, Perturbavit, Conſternatum reddidit.* שַׁדַּי הִבְהִילָנִי Omnipotens *terruit me*, Job. 23, 16. וַיַּבְהִלוּ לְהָבִיא אֶת־הָמָן *Feſtinaruntque*, ut adducerent Hamanem, Eſth. 6, 14. וַיַּבְהִלוּהוּ מִשָּׁם *Ideo feſtinare fecerunt eum exinde*, 2. Chron. 26, 20.

1) Gene-

1) Generatim *celeritatis & motus ſubitanei* notionem infert, ſive ſine confuſione, perturbatione atque terrore, ſive cum iisdem. Unde 2) Speciatim α) propriè *feſtinandi* ſignificationem obtinet, & quidem 1) *intranſitivè*, ut idem ſit ac *feſtinare*, vel ſimpliciter, prout feſtinatio nullam confuſionem, perturbationem aut conſternationem comitem habet, in Piel 2.Chron. 35, 2. in Hiphil Eſth. 6, 14. vel modificatè, in quantum feſtinatio ſit *temerariè*, ſine ratione atque conſilio ſano, ceu ſolent, qui ſui compotes non ſunt, in Niphal Prov. 28, 22. in Piel Eccl. 5, 1. c. 7, 9. 2) *tranſitivè*, ut idem ſit ac *feſtinare facere*, in Hiphil. 2.Chron. 26, 20. vel *accelerare*, Eſth. 2, 9. in Piel. β) Quia *feſtinatio* ſubinde eſt *turbulenta*, terrorque atque conſternatio ſæpius hominem feſtinare cogunt, vel ſaltem deſiderium atque propenſionem ad feſtinandum inducunt, hinc per *Metonymiam Adjuncti* deſignat *ſubitam perturbationem*, quæ amiſſionem virium tum animi, tum corporis conjunctam habet. Unde 1) in Niphal notat *ſubitò & vehementer perturbari, conſternatum & perplexum reddi, ingenti metu atque terrore concuti*, ob nuncium *mortis*, vel propriæ, 1. Sam. 28, 21. vel alterius, 2. Sam. 4, 1. advenientis hoſtis, Exod. 15, 8. Jer. 51, 32. Jeſ. 13, 8. Ob exitium ſui ipſius, Jud. 20, 41. alterius, Ezech. 26, 18. Ob ſenſum iræ divinæ, Pſalm. 6, 3. 4. Pſalm. 30, 8. Pſalm. 90, 7. Pſalm. 104, 29. 2) In Piel & Hiphil notat *aliquem ſubitò perturbare & conſternatum reddere, ut conſilii inops fiat*, concuſſoque & perturbatô animô attonitus ſtet & ſtupeat, 2. Chron. 32, 21. Eſr. 4, 4. Job. 22, 10. Pſalm. 2, 5. Pſalm. 83, 6. Dan. 11, 44.

בֶּהָלָה f. *Feſtinatio, Præcipitatio; Subita & ingens perturbatio, gravis conſternatio.* Feſtinationis & præcipitationis ſignificationem obtinet, Jeſ. 65, 23. לֹא יֵלְדוּ לַבֶּהָלָה *Non parient in præcipitatione*, i. e. *præcipitanter*, ut ſolent abortientes, & Pſalm. 78, 33. ubi dicitur de *celeri conſumtione annorum vitæ Iſraelitarum*; In poſteriori ſignificatione adhibetur, Lev. 26, 16. Jer. 15, 8. Sed in hoc ſignificatu per Metatheſin eſt בַּלָּהָה Jeſ. 17, 14. Plur. בַּלָּהוֹת Job. 18, 11. 14. c. 27, 20. c. 30, 15. Pſalm. 73, 19. In Statu Conſtr. בַּלְהוֹת צַלְמָוֶת *Terrores umbræ mortis*, Job. 24, 17.

בָּהַם *Mutus fuit*, apud Æthiopes & Arabes. Inde

בְּהֵמָה & בְּהֶמֶת f. *Brutum, Beſtia, Pecus, Jumentum*; ſic dictum, quod ſit *mutum*, quod uſu ſermonis deſtituatur. Vid. Bochart. Hieroz. lib. 1. c. 2. מֵאָדָם עַד בְּהֵמָה *Ab homine usque ad beſtiam*, Gen. 7, 23. In Statu Conſtr. בֶּהֱמַת הָאָרֶץ *Beſtia terræ*, Jeſ. 18, 6. Cum Suff. בְּהֶמְתָּם *Beſtia ipſorum*, Gen. 34, 23. In Plurali בְּהֵמוֹת *Beſtiæ*, Deut. 32, 24. In Statu Conſtr. בַּהֲמוֹת שָׂדֶה *Beſtiæ agri*, Joel. 1, 20.

1) Generatim notat *animal terreſtre quadrupes, ratione deſtitutum*, ſive ſit *ferum*, ſive *cicur*, Gen. 6, 7. c. 7, 23. &c. 2) Speciatim α) notat *beſtiam*,

beſtiam, animal ferum, ferè quando apponitur vox אֶרֶץ *terra*, Devt. 28, 26. Job. 35, 11. Jeſ. 18, 6. Jer. 7, 33, c. 15, 3. c. 16, 4. c. 19, 7. c. 34, 20. שָׂדֶה *Ager*, 1. Sam. 17, 44. Pſalm. 8, 8. Joel. 1, 20. c. 3, 22. יַעַר *Sylva*, Mich. 5, 7. β) *Jumentum*, animal domeſticum cicur, uſibus humanis inſerviens, cujus generis eſt *bos, aſinus, equus, vacca, ovis* &c. idque fere, quando ei opponitur חַיָּה *fera*, Gen. 1, 24. 25. Lev. 25, 7. Pſalm. 148, 10. Conf. Gen. 34, 23. Exod. 20, 10. Num. 32, 26. Devt. 28, 11. 51. Joſ. 8, 2. 2. Reg. 3, 17. Prov. 12, 10. γ) בְּהֵמוֹת Job. 40, 10. terminatione plurale, ſed *ſenſu* ſingulare, certam animalis ſpeciem deſignat, ſed quam, controvertitur. Thom. Aquinas, Lyranus, Tremellius, Piſcator, Coccejus, Diodatus, Seb. Schmidius, &c. cenſent, denotare *Elephantem*, quia, quæ ibi dicuntur, optimè in *elephantem* quadrant. Dicitur autem ita in numero plurali, quia ob longè ampliſſimam vereque ſuſpiciendam corporis magnitudinem quaſi multarum inſtar ſit, h. e. *vaſtiſſima & maxima beſtia*. R. Moſ. bar Nachman arbitratus eſt, *generale nomen eſſe*, ad quamcunque beſtiam aut feram terreſtrem, magna corporis mole præditam pertinens. Bocharto in Hieroz. Part. I. lib. 2. c. 23. & P. II. lib. 4. c. 15. p. 754. notat *Hippopotamum*, α) quia eſt *animal ἀμφίβιον*, tàm *χερσαῖον*, quàm *ποταμίον*, ut in Diodoro habetur. β) Quia habet ſimilitudinem cum terreſtribus, cum aquatilium nullum ſit, quod ad terreſtrium formam adeò prope accedat. Nec Bocharto eſt plurale, ſed ſingulare *Ægyptium*, qualia ſunt Θώθ, Φαώθ, Φαμενώθ, menſium Ægyptiorum nomina. Talmudiſtæ nugantur, eſſe *vaſtiſſimæ molis animal*, quod quotidie mille montes depaſcat, & in Meſſiæ adventu piis Judæis apponatur. Vid. Buxtorff. Synagog. Jud. cap. 50. p. m. 734.

בָּהַן Radix inuſitata; Inde

בֹּהֶן m. *Pollex*; digitorum craſſiſſimus, ſive *manûs*, Exod. 29, 20. ſive *pedis*, Exod. 29, 20. Lev. 8, 23. c. 14, 14. 24. 25. 28. Plur. בְּהֹנוֹת *Pollices*, Jud. 1, 6. 7.

בָּהַק *Luxit, Splenduit*, apud Chaldæos. Inde

בֹּהַק m. *Puſtula alba, lucida*. Tantum extat, Lev. 13, 39.

בָּהַר *Admodum luxit, Nituit*, apud Arabes; inde

בָּהִיר m. *Splendidus, Nitidus, Illuſtris*. Semel legitur de *claritate ſolis*, Job. 37, 21.

בַּהֶרֶת f. *Papula alba*; *Macula* in cute candida, & ſplendida inſtar nivis, Lev. 13, 2. 4. 19. 23. 24. 28. Plur. בֶּהָרוֹת *Papulæ*, Lev. 13, 38. 39.

בּוֹא *Venire, Advenire; Intrare; Evenire; Occidere*. בָּא הַשֶּׁמֶשׁ *Occidit ſol*, Gen. 28, 11. בָּאתָ *Veniſti*, Job. 38, 16. & cum ה Paragogico בָּאתָה 2. Sam. 3, 7. Fœm. בָּאת Gen. 16, 8. בָּאוּ אֵלֶיךָ *Venerunt ad te*, Gen. 19, 5. Sed Jer. 27, 18. eſt בֹּאוּ *Veniant*, ad formam perfecti קָטֹן. בָּאנוּ *Venimus*, Gen. 32, 6. Aſt 1. Sam. 25, 8. e[illegible]

בָּנָה, deficiente tertiâ radicali א. Part. בָּא *Veniens*, 1. Sam. 18, 16. Imper. בֹּא *Veni*, Gen. 7, 1. & cum ה Paragogicô בֹּאָה 1. Reg. 13, 7. Infin. עַד בּוֹא יוֹסֵף *Donec veniret Joſeph*, Gen. 43, 25. בְּבוֹא *In venire*, i. e. *cum venerit*, Gen. 42, 15. לֹא אוּכַל עוֹד לָצֵאת וְלָבוֹא Non potero amplius egredi & *ingredi*, Devt. 31, 2. Fut. אָבוֹא *Veniam*, Gen. 33, 14. & אָבֹאָה cum ה Paragogico, Gen. 29, 21. וַיָּבוֹא *Et venit*, 1. Reg. 13, 11. Sed 1. Reg. 12, 12. eſt וַיָּבוֹ, per Apocopen א ablatô. תָּבוֹאתָה *Eveniet*, cum duplici Paragoge, Devt. 33, 16. יָבֹאוּ *Venient*, Gen. 6, 20. & cum ן Paragogico יְבֹאוּן Pſalm. 95, 11. Fœm. תְּבֹאנָה *Venient*, 1. Sam. 10, 7. aſt Gen. 30, 38. eſt תָּבֹאןָ, per Apocopen ה ablatô; & Pſalm. 45, 16. eſt תְּבֹאֶינָה, ad ſolam analogiam quieſcentium ſecundâ. Hiphil הֵבִיא *Venire fecit*, *Adduxit*, *Deduxit*, *Attulit*, *Intulit*, *Obtulit*. הֵבִיא לָנוּ אִישׁ *Adduxit* nobis virum, Gen. 39, 14. וְהֵבֵאתָ עָלֵינוּ אָשָׁם Quomodo *venire feciſſes* ſuper nos reatum? Gen. 26, 10. וֶהֱבִיאָהּ *Et afferet illud*, Lev. 2, 2. וְהֵבֵאתִי עָלַי קְלָלָה *Et adducam ſuper me* maledictionem, Gen. 27, 12. וַהֲבִיאוֹתִיךָ *Et adduxero te*, Ezech. 38, 16. Part. מֵבִיא *Adducens*, Gen. 6, 17. Sed 1. Reg. 21, 21. eſt מֵבִי, tertiâ radicali א per Apocopen ablatâ. Ita quoque Jer. 19, 15. c. 39, 16. & 2. Sam. 5, 2. Infin. הָבִיא *Adducere*, Gen. 18, 19. Aſt Ruth. 3, 15. eſt הָבִי *Afferre*, א per Apocopen reſecto. Fut. אָבִיא *Venire faciam*, Exod. 11, 1. Sed 1. Reg. 21, 29. Mich. 1, 15. eſt אָבִי, tertiâ radicali א per Apocopen ablatâ. וַיָּבִיא *Et adduxit*, Neh. 8, 3. Sed Gen. 2, 19. per alternationem eſt וַיָּבֵא. Imper. הָבֵא *Introduc*. Gen. 43, 16. Cum ה Paragogicô הָבִיאָה *Affer*, Gen. 27, 7. Hophal הוּבָא *Ductus*, *Adductus*, *Allatus*, *Illatus fuit*. וְהוּבָא אֶל־הַכֹּהֵן *Et adducetur* ad Sacerdotem, Lev. 13, 9. הֻבָאת *Adducta eſt*, Gen. 33, 11. Fœm. Afformativo Ebræorum ת ad formam Chaldaicam in ת mutato, & (-) ſub א more Syrorum in locum præcedentis (:) ſub ב translato. הֻבָאתָה *Adductus es*, Ezech. 40, 4. Cum ה Paragogico. Part. הַמּוּבָא בֵּית יְהוָה *Quod allatum fuit in domum Domini*, 2. Reg. 12, 10.

I) Generatim importat *tendentiam* perſonæ, vel rei à termino ad terminum. II) Speciatim א) in Kal *a*) *ut Simplex* adhibitum notat 1) *venire*. Ita *propriè* eſt *rerum animatarum*, quæ localiter motæ, à termino ad terminum *tendunt*, Gen. 37, 23. 1. Sam. 23, 7. 2. Sam. 24, 21. 1. Reg. 12, 1. &c. *Metaphoricè* autem eſt *peccatorum convertentium ſe ad Deum*, Jer. 2, 31. c. 16, 19. & ἀνθρωποπαθῶς *Dei*, qui ſecundum ſubſtantiam ſuam jam præſentiſſimus, venire dicitur *ad homines*, *a*) quando ſe gratioſè iis unit, gratiæque & beneficentiæ documenta dat conſpicua, Gen. 18, 10. Exod. 20, 21. vel 24. Pſalm. 101, 2. *b*) quando judicat & punit, Jeſ. 3, 14. c. 66, 15. 2) Idem eſt ac *naſci*, Pſalm. 22, 31. Eccl. 1, 4. conf. Eccl. 5, 14. 15. Ita capitur, quando *Filius Dei* dicitur

venire, manifeſtandus in carne, Gen. 49, 10. 3) Idem eſt ac *fieri*, *ſenſui ac notitiæ repræſentari*, *impleri*, *præſtari*, cum ſermo eſt de verbis, promiſſis, & rebus prædictis, Devt. 13, 2. c. 18, 22. Jud. 13, 12. 1. Sam. 9, 6. Jeſ. 42, 9. Jer. 17, 15. c. 28, 9. Ezech. 21, 7. vel 12. c. 24, 24. 4) *Æquare*, in aſſecutione *præſtantiæ & gradus*, 2. Sam. 23, 19. 23. Conf. Eccl. 2, 12. 5) *Oriri*, Jeſ. 60, 1. β) Ut compoſitum notat 1) *accedere*, *advenire*, Hagg. 2, 7. Mal. 3, 1. 2) *Ingredi*, *intrare*, ferè ſi conſtruitur cum אֶל, Gen. 6, 18. c. 43, 21. 1. Sam. 11, 5. c. 20, 41. 1. Reg. 13, 22. Jer. 23, 5. 11. &c. Hîc obſerva, 1) ſi ei opponitur יָצָא *egreſſus eſt*, & dicitur de *perſonâ privatâ*, tunc deſignat *totum vitæ* curriculum, omnes *actiones & conatus* &c. Devt. 28, 6. 19. 1. Sam. 29, 6. Sin verò dicitur de *perſona publicâ*, indigitat *totam converſationem politicam*, *& muneris publici adminiſtrationem*, Devt. 31, 2. Num. 27, 16. 17. 1. Sam. 18, 16. 1. Reg. 3. 7. 2. Reg. 19, 27. 2. Chron. 1, 10. Jeſ. 37, 28. 2) Si jungitur voci בְּרִית *fœdus*, notat *fœdus inire*, *paciſci*, *ferire*, Jer. 34, 10. Ezech. 16, 8. 3) Si combinatur cum voce קָהָל *cœtus*, aut עַם *populus*, tunc notat *cum eo miſceri*, *in ipſius communionem & commercium recipi* &c. Devt. 23, 2. 3. Joſ. 23, 7. 1. Reg. 11, 2. c) *Coire*, *congredi*, *concumbere*, ſive concubitus ſit *legitimus & licitus*, ubi conſtructum invenitur intercedente אֶל, Gen. 29, 23. 30. c. 30, 16. Devt. 22, 13. Ruth. 4, 13. 2. Sam. 17, 25. vel עַל Gen. 19, 31. Devt. 25, 5. ſive *illegitimus & illicitus*, 2. Sam. 3, 7. c. 11, 4. c. 21, 22. Pſalm. 51, 2. Prov. 2, 19. Metaphoricè *ſpiritualis fornicatio* ſeu *idolatria* hoc exprimitur verbo, Ezech. 23, 44. Hoſ. 9, 10. d) *Evenire*, *accidere*, *obtingere*, ita, ut, quæ eveniunt & obtingunt, noſtris objiciantur ſenſibus, ſive internis, ſive externis. Sic verò capitur vel in *bonum*, Devt. 33, 16. Job. 22, 21. vel in *malum*, Jud. 9, 57. Pſalm. 44, 18. Pſalm. 55, 6. Pſalm. 109, 17. Jeſ. 47, 9. e) *Attingere*, *Pervenire*. הַסֹּלְלוֹת בָּאוּ הָעִיר Aggeres *pervenerunt* ad urbem Jer. 32, 24. Conf. Jeſ. 28, 15. f) *Redire* eò, unde egreſſi ſumus, Gen. 27, 30. Jer. 37, 19. g) *Occidere*, ſi de ſole dicitur, quia, quando occidit, peractô ſuò curſu diurno ad ſuum veniſſe videtur terminum, vel etiam mari immergi, aut terram ſubire, prout è contrario, cum oritur יצא *egredi* dicitur, Gen. 15, 17. c. 28, 11. Jud. 19, 14. Eccl. 1, 5. Am. 8, 9. ב) In Hiphil notat α) *adducere* aliquem aliquò, Gen. 39, 14. 17. Jud. 18, 3. Jer. 35, 2. vel *aliquid ſuper aliquem*, e. g. *reatum*, Gen. 26, 9. 10. malum pœnæ ſuper impios, 1. Reg. 14, 10. 2. Reg. 21, 12. c. 22, 16. 20. 2. Chron. 34, 24. 28. Jer. 4, 6. c. 6, 19. c. 11, 11. c. 19, 3. c. 45, 5. calamitatem ſuper pios, Job. 42, 11. bonum, Jer. 32, 42. β) *Afferre aliquid* alicui, vel ad aliquem, intercedente ל, vel אֶל Gen. 43, 5, 26. Exod. 32, 3. 1. Sam. 9, 7. 2. Sam. 4, 8. &c. γ) *Offerre* e. g. thrumam, Exod. 35, 21. 23. munus, Num. 15, 25. conf. Lev. 4, 23. 28. ſacrificium pro reatu Lev. 5, 6. 7. δ) *Introducere*, Ezech. 41, 1. ut hoſpitem, Gen. 43, 17. Jud. 19, 21. Jeſ. 58, 7. ut poſſeſſorem, Exod. 13, 5. 11. c. 15, 17. c. 23, 20. Devt. 6, 10. c. 7, 1. c. 8, 7. c. 11, 29. Neh. 9, 23. &c. ε) *Reducere*,

tere, Gen. 42, 37. c. 44, 32. 2. Sam. 5, 2. Ezech. 20, 42. c. 32, 9. 3) In Hophal notat *α*) *Duci aliquò*, Gen. 43, 18. *β*) *Adduci*, Gen. 33, 11. Lev. 13, 2. 9. c. 14, 2. Pſalm. 45, 15. Ezech. 40, 4. *γ*) *Abduci, deferri*, Jer. 27, 21. *δ*) *Inferri*, Lev. 6, 23. c. 10, 18. c. 16, 27. 2. Reg. 12, 10. c. 22, 4.

בִּא m. *Introitus, Ingreſſus*, 2. Reg. 23, 11.

בִּיאָה f. *Introitus, Ingreſſus.* Tantum extat Ezech. 8, 5.

מָבוֹא m. *Adventus; Aditus; Ingreſſus; Occaſus.* שֹׁמְרֵי הַמָּבוֹא *Cuſtodes introitus*, 1. Chron. 9, 19. In Statu Conſtr. מְבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ *Occaſus ſolis*, Devt. 11, 30. Cum Suff. מִמִּזְרַח שֶׁמֶשׁ עַד מְבוֹאוֹ *Ab ortu ſolis usque ad occaſum ejus*, Pſalm. 113, 3. Plur. מְבוֹאִים *Ingreſſus.* In Statu Conſtr. מְבוֹאֵי עִיר *Ingreſſus urbis*, Ezech. 26, 10. Fœm. מְבוֹאֹת *Aditus*, Ezech. 27, 3.

1) Simpliciter notat *actum veniendi*, vel (ſit venia voci) *venitionem*, ita, ut more verbalium Infinitivi in tempus finitum reſolvendi vices ſuſtineat. וַיֵּלְכוּ לִמְבוֹא גְדֹר *Quare abierunt ad venitionem*, i. e. *ut venirent in Gedod.* 1. Chron. 4, 39. כִּמְבוֹא עָם *Secundum venitionem populi*, i. e. *ſicut venit populus*, Ezech. 33, 31. 2) *Soli* tributum, notat *occaſum*, *α*) prout notat *tempus*, quô occidit, Pſalm. 104, 19. *β*) Quatenus innuit *locum*, quô occidit, ſeu *occidentem*, Devt. 11, 30. Joſ. 1, 4. c. 23, 4. Pſalm. 50, 1. Pſalm. 113, 3. Mal. 1, 11. 3) Significat *locum intrandi, aditum, ingreſſum*, *α*) urbis, Jud. 1, 24, 25. Ezech. 26, 10. *β*) Templi, 1. Chron. 9, 19. 2. Chron. 23, 13. Ezech. 44, 5. Jer. 38, 14. *γ*) Maris, Ezech. 27, 3.

מוֹבָא m. *Ingreſſus.* Cum Suff. מוֹבָאֶךָ *Ingreſſus tuus*, 2. Sam. 3, 25. juxta Maſorethas. Sed retentô ordine literarum, quem כתיב exhibet, nullus dubito legere מְבוֹאֶךָ, & ad מָבוֹא *reducere.* Ita ut deſignentur *Davidis conſilia, conatus, actiones & negotia.* Plur. מוֹבָאִים *Introitus.* Semel occurrit cum Suff. מוֹבָאָיו *Ingreſſus, Aditus ejus*, Ezech. 43, 11.

תְּבוּאָה f. *Proventus, Reditus*, Pſalm. 107, 37. In Statu Conſtr. תְּבוּאַת הָאָרֶץ *Proventus terræ*, Lev. 23, 39. Cum Suff. תְּבוּאָתִי *Proventus meus*, Job. 31, 12. Plur. תְּבוּאוֹת *Proventus*, Lev. 25, 15. Cum Suff. מִתְּבוּאֹתֵיכֶם *De proventibus veſtris*, Jer. 12, 13.

1) Generatim notat *proventum.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *fructum agri, vineæ* vel oleæ, qui inde collectus ad te in domum *venit.* De *fructibus agri* legitur, Lev. 23, 39. Devt. 14, 28. Lev. 25, 3. 7. 12. 22. Joſ. 5, 12. 2. Reg. 8, 6. 2. Chron. 31, 5. qui aliàs dicuntur proventus areæ Num. 18, 30. frumenti, 2. Chron. 32, 28. de fructibus vineæ, Lev. 25, 3. qui etiam dicuntur proventus torcularis, Num. 18, 30. De proventu olei legitur, 2. Chron. 32, 28. *β*) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* dicitur tum de *eximia utilitate ſapientiæ*, Prov. 3, 14. tum de *fructu labiorum*,

 Prov.

Prov. 18, 20. 2) *Synecdochice* deſignat *quasvis facultates hominis*, Prov. 10, 16, c. 15, 6. c. 16. 8.

בּוּב *Cavum, Excavatum, Vacuum eſſe.* Inde eſt Participium Niphal נָבוּב *Cavus, Vacuus.* In Statu Conſtr. נְבוּב לֻחֹת *Vacuum tabularum*, Exod. 27, 8. c. 38, 7. Præterea adhibetur in deſcriptione denſitatis columnarum, quæ intus non erant ſolidæ, ſed concavæ, Jer. 52, 21. & Job. 11, 12. dicitur de homine inflato, qui nihil ſolidi habet, deſtitutus ſapientiâ verâ. Sicut enim, quod *cavum* eſt, magnum quidem ambitum habet, intus tamen præter aerem nihil continet: Ita quoque homo inflatus multa quidem præ ſe extrinſecè fert, intus tamen meram vanitatem habet.

בָּבָה f. *Pupilla.* Quidam derivant à בבה, *Oſtium, Porta*, apud Chaldæos & Talmudiſtas, quaſi pupilla ſit *porta oculi.* Rectius tamen deduci poſſe videtur à בּוּב *Cavum* eſſe, ut *cavitatem oculi* deſignet. In Statu Conſtr. בָּבַת עֵינוֹ *Pupilla oculi ipſius*, Zach. 2, 12. pro quô per Syncopen dicitur בַּת, Thren. 2, 18. Pſalm. 17, 8. *Propriè* notat *nigrum illud in medio oculi*, in quô omnis videndi vis aut facultas ſita eſt; ut Thren. 2, 18. *Tropicè* autem deſignat *rem pretioſiſſimam, ſummoque ſtudio cuſtodiendam*, ut Pſalm. 17, 8. Zach. 2, 12.

בּוּז *Spernere, Contemnere.* Præt. בַּז *Sprevit*, Zach. 4, 10. pro בָּז. Infin. cum Fut. בּוֹז יָבוּזוּ־לוֹ *Contemnendo contemnent eum*, Cant. 8, 7.

1) Generatim notat *contemnere*, ſive objectum contemtus ſit *perſona*, ſive *verbum*, ſive *res.* 2) Speciatim *α*) notat *contemtum perſonarum*, quô quis nimiô faſtu turgidus, ſuique amore captus, proximum in ſuo corde parvi pendet, dona ejus nauci æſtimat, defectus & lapſus ejus exaggerat, operaque charitatis & miſericordiæ denegat, Prov. 11, 12. c. 14, 21. c. 21, 12. c. 23, 22. *β*) *Contemtum verborum*, quô quis alterius dicta negligit, & auditu, conſideratione & obſequio prorſus indigna judicat. Ita legitur de contemtu & vilipendio verbi ſeu præcepti, Prov. 13, 13. ſermonis eruditi, Prov. 23, 9. monitorum matris, Prov. 30, 17. *γ*) *Contemtum rerum*, ubi res ob ſuam exiguitatem, vel aliâ ex cauſâ negliguntur, qualis eſt *Sapientia*, quam homines ſtulti ſpernunt, Prov. 1, 7. parvorum initiorum templi ſecundi, Zach. 4, 10.

בּוּז m. *Contemtus, Vilipendium.* יִהְיֶה לָבוּז *Erit in contemtum*, Prov. 12, 8. שֹׁפֵךְ בּוּז עַל־נְדִיבִים Fundens *contemtum* ſuper Principes, Pſalm. 107, 40.

1) Generatim notat *contemtum* ſive activè, ſive paſſivè. 2) Speciatim *α*) notat *contemtum activè*, quô alios quis proſequitur, Job. 31, 34. Pſalm. 123, 4. *β*) Deſignat *contemtum paſſivè*, quem ab aliis quis patitur, cui expoſitus eſt, Gen. 38, 23. Job. 12, 21. Pſalm. 119, 22. Pſalm. 127, 14. Prov. 12, 8.

Digitized by Google

בּוּז m. *Bus*, eſt nomen propr. *α*) *Virorum*, 1) filii Nahoris, Gen. 22, 21. 2) Gaditæ, 1. Chron. 5, 14. *β*) *regionis*, Jer. 25, 23.

בּוּזָה f. *Contemtus*. Semel legitur Neh. 3, 36. הָיִינוּ בוּזָה Facti ſumus *contemtus*, i. e. *contemti*.

בּוּזִי m. *Puſi*, nomen proprium Patris Ezechielis, Ezech. 1, 3.

בּוּךְ In Kal inuſitatum eſt. Niphal נָבוֹךְ *Perplexus*, *Turbatus eſt*, ut, quid faciat, aut quò ſe vertat, neſciat. Ter ſaltem legitur. נָבֹכוּ עֶדְרֵי בָקָר *Perplexa* ſunt armenta bovis, Joel. 1, 18. Part. נְבֻכִים הֵם בָּאָרֶץ *Perplexi* ſunt in terra, Exod. 14, 3. Fœm. נָבוֹכָה *Perplexa*, Eſth. 3, 15.

מְבוּכָה f. *Perplexitas*, quâ quis, quid faciat, quove ſe convertat, neſcit. Bis legitur, Jeſ. 22, 5. Mich. 7, 4.

בּוּל m. *Proventus*, vide in יְבוּל. Aliàs *Bul* eſt nomen menſis octavi apud Hebræos, reſpondens noſtro Octobri, 1. Reg. 6, 38.

בּוּם *Altum*, *Elevatum eſſe*. Radix verbalis inuſitata; Inde verò eſt.

בָּמָה f. *Excelſum*, *Celſitudo*. Plur. בָּמוֹת *Excelſa*, *Celſitudines*, Ezech. 36, 2. Cum Suff. בָּמוֹתַי *Celſitudines meæ*, Pſalm. 18, 34. In Statu Conſtr. בָּמֳתֵי אָרֶץ *Excelſa terræ*, Devt. 32, 13. per alternationem pro בָּמוֹתֵי cum terminatione Dualis & Pluralis numeri ſimul.

1) Generatim notat *quodvis excelſum*. Inde 2) ſpeciatim *α*) *propriè* adhibetur tùm ad deſignandos *locos eminentiores*, montes ſcilicet atque colles, Devt. 32, 13. 2. Sam. 1, 19. 25. Jer. 26, 18. Am. 4, 13. Mich. 1, 3. tùm *ad fluctus & abyſſos maris*, Job. 9, 8. & nubes cœli, Jeſ. 14, 14. *β*) Per *Metonymiam* Adjuncti notat *excelſa illa Delubra*, in collibus vel clivis cultûs ſacri ergò erecta & conſtituta, tàm *licita*, 1. Reg. 3, 2. 3. Vid. Seb. Schmidius, quàm *illicita*, *& Deo diſplicentia*, 1. Reg. 11, 7. c. 12, 32. c. 13, 2. 32. c. 22, 44. 2. Reg. 12, 4. c. 14, 4. c. 15, 4. 39. c. 17, 29. 2. Chron. 17, 6. c. 20, 33. c. 31, 1. c. 33, 3.

בִּין *Diſtingui*; *Clarum eſſe*, *& perſpicuum*; *Intelligere*, *Animadvertere*, *Obſervare cum judicio ac diſcrimine*. Conſtruitur vel abſolutè, vel cum אֶת, לְ, אֶל, עַל. בַּנְתָּה לְרֵעִי *Intelligis* cogitationem meam, Pſalm. 139, 2. Part. בָּנִים, *Intelligentes*, Jer. 49, 7. Niphal נָבוֹן *Intelligens fuit*, *prudens extitit*, *in negotiis prudenter verſatus eſt* נְבוּנוֹתִי *Intelligens ſum*, Jeſ. 10, 13. Part. נָבוֹן *Intelligens*, *intellectu præditus*, *prudens*, *ſagax*. אִישׁ נָבוֹן וְחָכָם Vir *prudens* & ſapiens, Gen. 41, 33. 39. In Statu Conſtr. נְבוֹן דָּבָר *Prudens rerum*, 1. Sam. 16, 18. Piel בּוֹנֵן *Intelligere fecit*, *Inſtruxit*. Fut. יְבוֹנְנֵהוּ *Inſtruxit eum*, Devt. 32, 10. Hiphil הֵבִין *Intelligere fecit*, *intelligentem*, *prudentem reddidit*; *Intellexit*, *conſideravit* &c. בִּינוֹתִי *Conſideravi*, Dan. 9, 2. pro הֲבִינוֹתִי Præformativô הֲ per Aphæreſin ablatô. Part.

 מֵבִין

Digitized by Google

מֵבִין *Intelligens, peritus*, Prov. 27, 24. אֶת־פְּנֵי מֵבִין חָכְמָה Cum faciebus *intelligentis* eſt ſapientia. Plur. מְבִינִים *Intelligentes*, Eſr. 8, 16. In Statu Conſtr. מְבִינֵי מַדָּע *Intelligentes* cognitionem, Dan. 1, 4. Infin. הָבִין *Intelligere*, 1. Reg. 3, 11. Sed Prov. 23, 1. eſt בִּין Præformativô ה per Aphæreſin ablatô. Imper. הָבֵן *Intelligere fac*. Dan. 8, 16. Sed Dan. 9, 23. eſt בִּין *Animadverte*, ה per Aphæreſin remotô, & Pſalm. 5, 2. legitur בִּינָה *Conſidera*, non ſolum ה Præformativô per Aphæreſin ſublatô, ſed etiam ה Paragogicô in fine appoſitô הָבִינוּ *Intelligere facite*, Job. 6, 24. Sed Devt. 32, 7. eſt בִּינוּ *Conſiderate*, Præformativô ה per Aphæreſin ablatô. Fut. אָבִין *Intelligam*, Job. 9, 11. & cum ה Paragogicô אָבִינָה *Animadvertam*. Pſal. 73, 17. Hithpael הִתְבּוֹנֵן *Intellexit, Animadvertit, Attendit, Conſideravit*. Fut. אֶתְבּוֹנֵן *Conſiderabo*, Job. 23, 15. & præſente accentu Dominô אֶתְבּוֹנָן Job. 32, 12.

1) Generatim infert *diſtinctam & claram objecti cognitionem*. Nam α) notat *diſtingui* vel *diſtinctum eſſe*; β) *Clarum & perſpicuum eſſe*, quia, quæ bene *diſtinguuntur*, clara & perſpicua redduntur; γ) *Intelligere, Cognoſcere*, &c. quia, quæ *bene diſtinguuntur* & perſpicua redduntur, facilè cognoſcuntur & intelliguntur. Sed 2) *iſtam cognitionem* pro diverſitate Conjugationum diverſimodè importat. Unde ſpeciatim α) in Kal notat *aliquid diſtinctè, clarè & accuratè cognoſcere*. Ita ſaltem legitur Pſalm. 139, 2. Jer. 49, 7. β) In Niphal ſignificat *intelligentem & prudentem eſſe; in ſermonibus & negotiis prudentem ſe gerere; providum & perſpicacem eſſe, rerumque cauſas probè penetrare & cognoſcere*, Gen. 41, 33. 39. Prov. 15, 14. c. 17, 28. c. 18, 15. Jeſ. 5, 21. γ) In Piel notat *intelligere facere, optimè inſtruere cognitu neceſſariis*. Ita ſemel legitur, Devt. 32, 10. ubi Deus dicitur *inſtruxiſſe* Iſraelitas lege. δ) In Hiphil 1) *tranſitivè* accipitur, notans *intelligere facere & docere*, quæ ignorantur, ut clarè & diſtinctè percipiantur. Ita tribuitur *Deo*, qui hominem illuminat & docet, quæ cognitu & factu ſunt neceſſaria, Pſalm. 119, 27. 34. 73. 125. 130. 144. 166. *Angelo*, qui Danieli explanat viſionem, Dan. 8, 6. *homini*, qui informat alios, iis diſtinctè proponendo & clarè explicando, quæ ignorant, 1. Chron. 15, 22. c. 25, 8. c. 26, 5. c. 27, 33. 2. Chron. 34, 12. c. 35, 3. Neh. 8, 7. 8. Dan. 11, 33. 2) *Intranſitivè* accipitur, notans α) *cognoſcere*, vel *ſimpliciter*, Job. 14, 21. Prov. 28, 5. conf. Job. 13, 1. Pſalm. 58, 10. vel *non perfunctorie & obiter*, ſed *accuratè, diſtinctè & certò*. Ita tribuitur tùm *Deo*, exquiſitiſſimè & accuratiſſimè cognoſcenti & intelligenti hominis *viam*, Job. 28, 23. *cogitationes*, 1. Chron. 28, 9. Pſalm. 139, 2. *Opera*, Pſalm. 33, 15. Conf. Pſalm. 94, 7. Prov. 24, 12. tùm *homini*, cognoſcenti & intelligenti viſionem, Dan. 1, 17. conſilium Dei, Mich. 4, 12. peccata, Pſalm. 19, 13. verbum, Neh. 8, 12. vaticinium, Dan. 12, 10. ſubtiles fraudes, Dan. 8, 13. Conf. 1. Chron. 28, 9. Job. 38, 20. Prov. 2, 5. 9. c. 8, 5. c. 14, 8. 15. c. 24, 12. Jeſ. 29, 16. cum attentione audienti, ita, ut percipiatur, quod dictum fuit, Jer. 9, 11. β) *Cum judicio aliquid expendere & con*-

conſiderare, Pſalm. 28, 5. Devt. 32, 7. 29. Prov. 14, 15. c. 17, 24. c. 23, 1. Dan. 8, 5. c. 9, 2. γ) *Attendere ad aliquid*; Ita tribuitur tùm *Deo*, qui benigniſſimè attendit ad preces piorum, Pſalm. 5, 2. tùm *homini*, qui curatè ad aliquid attendit, Prov. 28, 5. Dan. 8, 17. c. 9, 23. c. 10, 1. 11. δ) *Diſcernere & dignoſcere*, 1. Reg. 3, 9. Job. 6, 30. ε) *Prudentem eſſe, prudentem ſe gerere, prudenter verſari in negotiis*, 1. Reg. 3, 11. 1. Chron. 15, 22. Pſalm. 32, 9. Pſalm. 94, 7. Prov. 28. 7. ζ) *Ex cauſis & ſignis ſagaciter aliquid colligere*, 1. Sam. 3, 8. 2. Sam. 12, 19. Tandem in Hithpael notat 1) *ſimpliciter aliquid intelligere, conſiderare, advertere*; Job. 11, 11. c. 23, 15. Jeſ. 1, 2. 2) Accipitur *frequentativè & intenſivè*, ſignificans *probè intelligere, diſtinctè, exactè & accuratè cognoſcere, accuratè ad rem aliquam attendere, ad intelligendum & cognoſcendum ſedulò & ſollicitè ſe componere*, Job. 37, 14. Pſalm. 107, 43. Pſalm. 119, 95. 100. 104. Jeſ. 52, 15. Jer. 2, 10.

בִּינָה f. *Intelligentia*, Job. 28, 28. In Statu Conſtr. בִּינַת אָדָם *Intelligentia* hominis, Prov. 30, 2. Cum Suff. בִּינָתִי *Intelligentia mea*, Job. 20, 3. בִּינַתְכֶם *Intelligentia veſtra*, Devt. 4, 6. Plur. בִּינוֹת *Intelligentiæ*, Jeſ. 27, 11.

1) Generatim notat *intelligentiam*. 2) Speciatim α) notat *veram & diſtinctam rei cognitionem*, Prov. 9, 10. Jeſ. 33, 19. β) *rei ſollicitam contemplationem, conſiderationem* vel *attentionem*, Job. 34, 16. Prov. 4, 1. c. 23, 4. Jer. 23, 20. γ) *Prudentiam* ſeu *dexteritatem judicandi & eligendi ſecundum ſcientiam veri & boni*, Job. 28, 28. Prov. 4, 7. c. 9, 6. δ) *Mentem* ſeu *facultatem intelligendi*, unum ab altero ſecernendi, de rebus judicium rectè ferendi &c. Job. 20, 3. c. 38, 36. c. 39, 20. Prov. 3, 5. c. 30, 2.

תְּבוּנָה f. *Intelligentia*, Devt. 32, 28. אִישׁ תְּבוּנָה *Vir intelligentiæ*, i. e. *intelligens*, Prov. 15, 21. Cum Suff. וְאֵין חֵקֶר לִתְבוּנָתוֹ Et non eſt finis *intelligentiæ ejus*, Jeſ. 40, 25. בִּתְבוּנָם *In intelligentiâ ſuâ*, Hoſ. 13, 2. per Syncopen pro בִּתְבוּנָתָם Plur. תְּבוּנוֹת *Intelligentiæ*, Prov. 49, 4.

1) Generatim notat *intelligentiam*. 2) Speciatim α) notat *intelligentiam* in mechanicis, Exod. 31, 3. c. 35, 31. 1. Reg. 7, 14. Hoſ. 13, 2. β) *Attentionem, uſum ingenii & judicii* in rei alicujus contemplatione & expenſione, Devt. 32, 28. Prov. 10, 23. γ) *Prudentiam*, ſeu dexteritatem judicandi & eligendi juxta ſcientiam veri & boni, qualem exercent ſenes experientiâ & longô rerum uſu nixi, Job. 12, 12. in eliciendis conſiliis ſagaces, Prov. 20, 5. non temerè, ſed præmeditatè loquentes, Prov. 17, 27. taciturni, Prov. 11, 12. longanimes, Prov. 14, 29. ſecundum voluntatem Dei greſſum ſuum componentes, Prov. 15, 21. magnas opes conquirentes, Ezech. 28, 4. Conf. 1. Reg. 4, 29. ubi deſignat *prudentiam Salomonis politicam*. δ) *Deo* tributum, denotat talem in eô perfectionem, quâ omnia præſentia, præterita & futura, tàm *actu* exiſtentia, quàm poſſibi-

poſſibilia, tàm facienda à ſe, quàm faciendorum ordinem, cauſas ac media convenientia exquiſitiſſimè intelligit, & cognoſcit, cauſasque omnes ac effectus in fines ſuos ſapientiſſimè dirigere novit, Pſalm. 78, 72. Pſalm. 136, 5. Pſalm. 147, 5. Prov. 2, 2. c 3, 19. c. 5, 1. Jeſ. 40, 28. Jer. 10, 12. c. 51, 15. ε) *Metonymicè* 1) deſignat *res & verba* per intelligentiam ſubminiſtrata, Job. 32, 11. monita & eloquia, Prov. 5, 1. 2) *Filium Dei*, qui Patris conſilium ad ſalutem homini neceſſarium, cæteraque Dei ſapientiſſima opera nobis intelligenter revelavit, Prov. 8, 1. conf. Prov. 2, 3.

בּוּס *Calcare, Conculcare, Proculcare.* Fut. וָאָבוּס עַמִּים בְּאַפִּי *Et calcavi* populos in ira mea, Jeſ. 63, 6. Piel בּוֹסֵס *Conculcavit.* בֹּסְסוּ אֶת־חֶלְקָתִי Conculcarunt agrum meum, Jer. 12, 10. Hophal Part. מוּבָס *Conculcatum*, Jeſ. 14, 20. Hithpael Part. מִתְבּוֹסֶסֶת *Conculcata*, Ezech. 16, 6.

1) Generatim *conculcandi* notionem habet. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *pedibus aliquid calcare & conterere.* Sic raró legitur. Videri tamen poteſt Zach. 10, 5. ubi potentes dicuntur *conculcare cœnum platearum.* β) *Metaphoricè* ſignificat 1) *negligere, vilipendere, faſtidire*, Prov. 27, 7. 2) *Penitus ſubigere, vincere, ſuperare, victoriam rectè & glorioſè perſequi*, Pſalm. 44, 6. Pſalm. 60, 14. Pſalm. 108, 14. Jeſ. 14, 26. c. 63, 6. 3) *Vaſtare*, Jeſ. 63, 18. Jer. 12, 10.

מְבוּסָה f. *Conculcatio.* Ter legitur, Jeſ. 18, 2. 7. c. 22, 5. deſignans *ingentem devaſtationem.*

תְּבוּסָה f. *Conculcatio*, Semel legitur in Statu Conſtr. תְּבוּסַת אֲחַזְיָהוּ *Conculcatio Ahasjæ*, i. e. *Interitus, excidium Ahasjæ*, 2. Chron. 22, 7.

בּוּץ *Albere; Splendere*, apud Arabes. Inde

בּוּץ m. *Byſſus;* Eſt genus lini optimi & candidisſimi, à *colore* nomen trahens. In Ægypto ſeritur & copioſè provenit. Veſtes inde confectæ flammis non conſumi, ſed igne purgari perhibentur, 1. Chron. 15, 27. 2. Chron. 2, 13. c. 3, 14. Eſth. 1, 6. *Metonymicè* notat *byſſinum*, 2. Chron. 5, 12.

בּוּק *Vacuari, Evacuari.* Piel בִּקֵּק *Evacuavit.* Fut. וּבִקְקוּ *Et evacuabunt*, Jer. 51, 2.

בּוּקָה f. *Vacua.* Semel legitur, Nah. 2, 10.

מְבוּקָה f. *Evacuata.* Tantum extat, Nah. 2, 10. ubi, quia cum בּוּקָה combinatur, indigitat *omnimodam evacuationem*, ut ſenſus ſit: *Penitus evacuabitur & privabitur bonis ſuis.*

בּוֹר m. *Fovea; Ciſterna*, Exod. 21, 33. בּוֹר כָּרָה *Foveam fodit*, Pſalm. 7, 16. Interdum occurrit cum א, ut 2. Sam. 23, 20. בְּתוֹךְ הַבְּאֵר *In medio foveæ.* Plur. בֹּרוֹת *Foveæ*, 2. Chron. 26, 2. & בֹּארוֹת Jer. 2, 13.

1) Gene-

1) Generatim notat *voraginem* vel *capacitatem aliquam inferiorem*, qualiſcunque etiam ſit. 2) Speciatim α) *propriè* notat *foveam*, quæ fit ad capiendum, Pſalm. 7, 16. ruri eſt, Gen. 37, 22. 24. 28. ubi aliquis latere poteſt, 1. Sam. 13, 6. Prov. 28, 17. in quam aquæ pluviatiles colliguntur; quam *ciſternam* dicunt, & ſubinde lapidibus circumcirca probè muniunt, ne aqua penetret, & intra terram abſorbeatur, Exod. 21, 33. Lev. 11, 36. Devt. 6, 11. Inde transfertur ad deſignandum quoque *puteum*, ad cujus fundum ſcaturit aqua, 2. Reg. 18, 31. Jeſ. 36, 16. Jer. 6, 7. β) *Tropicè* notat 1) *Carcerem ſubterraneum*, ubi captivi detinentur, Gen. 40, 15. Exod. 12, 29. Jeſ. 24, 22. Jer. 37, 16. c. 38, 6. 7. 9. c. 41, 7. 9. 2) *Sepulchrum*, ubi reconduntur & detinentur mortui, Pſalm. 28, 1. Pſalm. 30, 4. Jeſ. 14, 19. c. 24, 22. 3) *Infernum*, ubi velut captivi detinentur impii damnati, Zach. 9, 11. 4) *Conjugem caſtam*, Prov. 5, 15. 5) *Miſerias & calamitates graviores*, Pſalm. 40, 3. Pſalm. 88, 7. Thren. 3, 53. 55. 6) *Ciſternæ fractæ* deſignant *Idola*, quæ nihil habent, aut conferre queunt, quod Cultorum vota & deſideria explere poſſit, Jer. 2, 12.

בּוֹשׁ *Erubeſcere, Pudefieri, Pudere.* Præt. בּוֹשׁ *Erubuit*, Jer. 48, 39. ad formam verbi perfecti קָטֹן. Fœm. וּבוֹשָׁה *Et erubeſcet*, Jeſ. 24, 23. בֹּשְׁתְּ *Erubuiſti*, Jer. 2, 36. בֹּשׁוּ *Erubuerunt*, Job. 6, 20. Fut. אֵבוֹשׁ *Erubeſcam*, Pſal. 25, 20. forma mixta ex בּוֹשׁ & יָבֵשׁ. Cum ה Paragogico eſt אֵבוֹשָׁה *Erubeſcam*, Pſalm. 31, 2. Hiphil הוֹבִישׁ *Erubeſcere fecit, pudefecit*; item *erubuit*. Eſt forma mixta ex בּוֹשׁ & יָבֵשׁ. הוֹבַשְׁתָּ *Pudefeciſti*, 2. Sam. 19, 6. מֵבִישׁ *Pudefaciens*, Prov. 16, 5. Fut. תָּבִישׁוּ *Pudefacietis*, Pſalm. 14, 6. Hithpael הִתְבּוֹשֵׁשׁ *Erubuit*. Fut. יִתְבֹּשָׁשׁוּ: *Erubeſcebant*, Gen. 2, 25.

1) Generatim *erubeſcendi* vel *pudendi* ſignificationem habet. 2) Speciatim α) *propriè* notat *pudore affici vel pudefieri*, innuiturque animi fuga à re inconvenienti, indecorâ ac turpi, Gen. 2, 25. 2) *Figuratè* α) *Metaleptice* dicitur de *quibusvis rebus pudorem incutientibus*, indigitatque *inſignem ignominiam allatam, aut fruſtrationem ſpei, fiduciæ, expectationis, conſilii, conatûs aut operis.* Scilicet de conatuum & machinationum fruſtratione legitur, Pſalm. 6, 11. Pſalm. 31, 18. Pſalm. 40, 15. Pſalm. 70, 3. Pſalm. 71, 13. Pſalm. 83, 19. Pſalm. 109, 28. Jeſ. 19, 9. c. 15, 24. Jer. 6, 15. c. 20, 11. de vanitate ſpei & fiduciæ conceptæ, Job. 6, 20. Pſalm. 22, 6. Pſalm. 25, 20. Pſalm. 31, 18. Jer. 2, 36. c. 14, 4. Ezech. 32, 30. Hiphil Pſalm. 119, 116. de pudore ex conſcientiâ facti, Jer. 6, 15. Ezech. 36, 32. Zeph. 3, 11. ex dedecore & probrô externô, Jeſ. 29, 22. Jer. 51, 51. 2) *Metaphorice* tribuitur *muſto*, quod erubeſcere dicitur, quia hominum expectationi non reſpondet, Joel. 1, 10. 3) *Metonymicè* eſt *incidere in calamitates, & hoſtium violentiæ exponi*, Pſalm. 25, 2. 3. Pſalm. 31, 2.

בּוּשָׁה f. *Pudor.* תְּכַסְּךָ בוּשָׁה *Operiet te pudor*, Obad. 1, 10. Præterea legitur, Pſalm. 89, 45. Ezech. 7, 18. Mich. 7, 10.

בָּשְׁנָה f. *Pudor.* Tantum extat, Hoſ. 10, 6.

בֹּשֶׁת f. *Pudor.* אוֹיְבָיו אַלְבִּישׁ בֹּשֶׁת *Hoſtes ejus induam pudore*, Pſalm. 132, 18. Cum Suff. בָּשְׁתִּי *Pudor meus*, Pſ. 69, 20. לְבָשְׁתֶּךָ *Ad pudorem tuum*, 1. Sam. 20, 30.

1) Generatim notat *pudorem.* 2) Speciatim *α*) *propriè* deſignat *animi fugam* à re inconvenienti, indecora ac turpi, Jer. 2, 26. cum quâ quia ſanguis refugit, & ſpiritibus retrò percuſſis, pudoris ſigna in facie apparent, ideò tribuitur faciei, 2. Chron. 32, 18. Eſr. 9, 7. Jer. 7, 19. Dan. 9, 7. 8. Suffunditur autem homo *pudore*, vel ob conceptæ ſpei, conatus &c. fruſtrationem, vel ob malorum graviſſimè exitioſiſſimeque prementium copiam, Job. 8, 22. Pſalm. 132, 18. Jeſ. 30, 3. 5. *β*) *Metonymicè* notat 1) *probrum & ignominiam*, quæ pudorem incutiunt, Pſalm. 44, 16. Jeſ. 54, 4. item *peccati reatum & ignominiam* in peccatorem coram judicio divino recidentem, Jer. 3, 25. 2) *Idolum*, quod ſic dicitur, quia ſuos cultores ob ſpei conceptæ & auxilii expectati fruſtrationem pudore ſuffundit, Jer. 3, 24. Jer. 11, 13. Hoſ. 9, 10.

מְבֻשִׁים m. pl, *Pudenda.* Semel occurrit cum Suff. מְבֻשָׁיו *Pudenda ejus*, Devt. 25, 11.

בָּזָא Vide in בָּזָה.

בָּזָה *Contemſit, Sprevit, Vilipendit.* Conſtruitur cum Accuſativo vel cum ל, אֶל, עַל. לֹא בָזָה אֶת־תְּפִלָּתָם *Non contemſit* precationem eorum, Pſalm. 102, 18. בְּזִתָנִי *Spreviſti me*, 2. Sam. 12, 10. Fut. וַתִּבֶז לוֹ בְּלִבָּהּ *Et ſprevit* eum in corde ſuo, 2. Sam. 6, 16. pro וַתִּבְזֶה, per Apocopen tertiâ radicali ablatâ, & (:) ſub ב in (·:) mutato. Part. בּוֹזֶה *Spernens*, Prov. 15, 20. Part. Paul בְּזוּי *Contemtus*, Jer. 49, 15. בְּזוּי עָם: *Contemtus populi*, i. e. *populo*, Pſalm. 22, 7. Niphal Part. נִבְזֶה *Contemtus, Spretus*, Pſalm. 15, 4. Plur. נָתַתִּי אֶתְכֶם נִבְזִים Dedi vos *contemtos*, Mal. 2, 9. Hiphil הִבְזָה *Penitus contemſit, ſprevit.* Infin. לְהַבְזוֹת Ad penitus *contemnendum*, Eſth. 1, 17.

1) Generatim deſignat *vilipendium & contemtum* ſive perſonæ, ſive rei, ſive fiat interno mentis æſtimio, ſive externis verbis, geſtibus & factis. 2) Speciatim *α*) *homini* tributum, notat *minoris, vel non magni facere, vilipendere, ſusque deque habere, contemnere.* Ita tribuitur *homini* 1) in ordine ad *Deum*, cujus timorem & amorem animo excuſſit, eum ſuis deſideriis & voluptatibus poſtponit, verbum ejus non decenter obſervat, ſed ſuperciliosè faſtidit atque reſpuit &c. 1. Sam. 2, 30. Vide Num. 15, 31. 2. Sam. 12, 9. 10. Mal. 1, 6. Prov. 12, 2. Conf. Ezech. 17, 16, 19. ubi *Dei jumentum contemni*, i. e. *violari ejus fœdus* dicitur. 2) In ordine ad *Meſſiam*, qui contemtui improborum expoſitus fuit, Pſ. 22, 7. Jeſ. 53, 3. 3) In ordine *ad hominem alium*, quem homo malitiosè & ſuperciliosè vilipendit, atque contemnit, e. g. *magiſtratum divinitus conſtitutum*, 1. Sam. 10, 27. *maritum*, 2. Sam. 6, 16. Eſth. 1, 18. *adverſarium*,

rium, 1. Sam. 17, 42. *matrem*, reverentiam & obſequium ei denegando, Prov. 15, 20. 4) In ordine ad *rem*, vt vilem, imò ut nullius momenti & pretii, e. g. *jus primogenituræ*, Gen. 25, 34. *ſapientiam pauperis*, Eccl. 9, 16. *pecudem*, 1. Sam. 15, 9. β) *Deo* tributum, notat *averſationem & negationem* divinæ *gratiæ*, *paternæ curæ*, *auxilii*, *exauditionis precum* &c. ſi affirmativè adhibetur, ut Pſalm. 15, 4. Pſalm. 73, 20. ſin verò negativè adhibetur, deſignat *gratioſam ipſius attentionem*, *paternam curam*, *tutelam ac defenſionem*, Pſalm. 22, 25. Pſalm. 51, 19. Pſalm. 69, 34.

בִּזָּיוֹן m. *Contemtus.* Semel legitur de *contemtu* uxorum erga maritos, Eſth. 1, 18.

נְמִבְזָה f. *Contemtibilis.* Saltem extat, 1. Sam. 15, 9.

בָּזַז *Diripuit*, *Prædatus*, *Deprædatus eſt*, *Spoliavit.* Indigitat *promiſcuam invadentium prædationem & direptionem.* הַבַּז אֲשֶׁר בָּזְזוּ *Præda, quam prædati ſunt*, Num. 31, 32. שָׁלָל רַב בָּזְזוּ *Prædam multam prædati ſunt*, 2. Chron. 28, 8. Sed Jeſ. 18, 2. legitur בָּזְאוּ *Diripiunt fluvii* (i. e. validi exercitus) *terram ejus.* הַבְּהֵמָה בָּזַזְנוּ לָנוּ *Beſtiam prædati ſumus nobis*, Devt. 2, 35. Sed Devt. 3, 7. eſt בַּזּוֹנוּ *prædati ſumus.* Infin. לָבוֹז אֶת־שְׁלָלָם *Ad prædandum prædam eorum*, 2. Chron. 20, 25. Fut. וְיָבֹזּוּ זָרִים יְגִיעוֹ Et *diripiant* peregrini *laborem ejus*, i. e. *bona & facultates labore multo acquiſitas*, Pſalm. 109, 11. Niphal נָבוֹז *Direptus eſt.* וְנָבֹזּוּ אַרְמְנוֹתָיִךְ׃ *Ut deprædentur palatia tua*, Am. 3, 11. Infin. cum Fut. וְהִבּוֹז תִּבּוֹז *Et diripiendo diripietur*, i. e. *penitus diripietur*, Jeſ. 24, 3. Pual בֻּזַּז *Direptus eſt.* וּבֻזָּזוּ *Ut penitus diripiantur*, Jer. 50, 37.

בַּז m. *Præda*, Jeſ. 10, 6. c. 33, 23. יִהְיוּ לָבַז *Erunt in prædam*, Num. 14, 3. Conf. Num. 14, 31. Devt. 1, 39. 2. Reg. 21, 14. Jeſ. 42, 22. Jer. 2, 14. c. 15, 13. c. 17, 3. c. 49, 32. &c.

בִּזָּה f. *Direptio*, *Exſpoliatio*, quâ alterius bona, & quæ vitæ neceſſaria ſunt, per vim ſurripiuntur, Dan. 11, 33. Conf. Eſr. 9, 7. *Præda* ſeu *res direptioni expoſita*, quæ hoſti ſubjugato à victoribus ſurripi ſolet; ut ſuppellex, veſtis, aurum, argentum, arma &c. 2. Chron. 14, 14. c. 28, 14. Eſth. 9, 10. 15. 16. Dan. 11, 24.

בָּזַק *Sparſit*, *Diſſipavit*, apud Rabbinos. Inde

בָּזָק m. *Fulgur*; ſic dictum, quod hinc inde *ſpargitur.* Saltem extat, Ezech. 1, 14.

בֶּזֶק *Beſek*; nomen proprium *oppidi* in agris tribûs Judæ ſiti, Jud. 1, 4. Hoc fuiſſe idem illud cenſet Seb. Schmidius, cujus mentio fit, 1. Sam. 11, 8. Sed hoc aliud fuiſſe, ſtatuit Joh. Clericus in Comment. in Jud. 1, 4.

בָּזַר *Sparſit*, *Diſſipavit.* וּרְכוּשׁ לָהֶם יִבְזוֹר Et divitias eorum *diſſipavit*, Dan. 11, 24. Piel בִּזֵּר *Penitus diſſipavit*, *diſperſit*, populos, Pſalm. 68, 31. Sæpius non legitur.

בחל

Digitized by Google

בָּחַל *Faſtidiô affectus eſt;* vel *Faſtidivit, Averſatus eſt.* Conſtruitur cum בְּ. Semel legitur, בָּחֲלָה בִי *Faſtidivit me*, Zach. 11, 8.

בָּחַן *Exploravit, Probavit, Tentavit.* בְּחָנָנִי *Probavit me*, Job. 23, 10. וּבָחַנְתָּ אֶת־דַּרְכָּם *Et probatis* viam eorum, Jer. 6, 27. בְּחָנוּנִי *Tentarunt me*, Pſalm. 95, 9. Fut. אֶבְחָנְךָ *Probabo te*, Pſalm. 81, 8. Niphal נִבְחַן *Probatus, Tentatus fuit.* Fut. וְיִבָּחֲנוּ דִבְרֵיכֶם *Et probabuntur verba veſtra*, Gen. 42, 16.

1) Generatim importat *bonitatis in aliquâ re exiſtentis explorationem & manifeſtationem ad certam clarámque cognitionem.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *probare* metalla, quorum bonitas, puritas, & valor per ignem, aut coticulam exploratur, probatur, examinatur atque cognoſcitur. Vide Job. 23, 10. Pſ. 66, 10. Jer. 9, 6. Zach. 13, 9. β) Metaphoricè 1) tribuitur *auri*, quæ verba probat, cum diſtinctè omnes voces, prout eduntur, accipit, & ad mentem defert, Job. 12, 11. c. 34, 3. 2) *Tentantibus alios.* Ita tribuitur *a) Deo*, tentanti *hominem*, vel *abſolute*, quando hominis actiones & opera accuratè perſpicit, perſpectaque ad legem ſuam examinat, Pſ. 11, 5. Pſ. 26, 2. Jeſ. 48, 18. vel æſtu crucis, & calamitatum fidei, ſpei, patientiæque conſtantiam explorat, aliisque manifeſtam reddit, Job. 23, 10. Pſ. 66, 10. Pſ. 81, 8. Jer. 9, 7. Zach. 13, 9. vel *cum addito*, quando probare dicitur *renes*, explorando intimos quosque affectus, cogitationes &c. Pſ. 7, 10. Jer. 11, 20. c. 17, 10. *cor hominis*, vel per abſolutam ſuam omniſcentiam, vel per calamitatum immiſſionem, explorando cordis cogitationes, conſilia & occulta quævis, ejusque ſive ſinceritatem ac conſtantiam, ſive hypocriſin atque inſtabilitatem, Pſ. 7, 10. Pſalm. 12, 3. Prov. 17, 3. Jer. 2, 20. c. 11, 20. c. 12, 3. c. 20, 12. Conf. 1. Chron. 29, 17. *b) Homini* tentanti *Deum*, quando ipſius verbum, promiſſiones, comminationes, omniſcientiam, ſapientiam, juſtitiam, bonitatem atque potentiam in dubium vocat &c. Pſalm. 95, 9. Mal. 3, 15.

בֹּחַן m. *Probatio, Exploratio.* Bis ſaltem legitur. אֶבֶן בֹּחַן *Lapis probationis*, i. e. *lapis*, qui homines probat, tàm bonos, quàm malos & hypocritas, Jeſ. 28, 16. Vide Ezech. 21, 18. ubi deſignat *probationem* populi per immiſſionem graviſſimæ afflictionis.

בָּחוֹן m. *Specula exploratoria*, vel turris *ſpeculatoria*, quæ probata eſt contra oppugnantes &c. unde in illa excubantes hoſtium conatus & irruptiones diligenter ſpeculabantur, &, ſi poſſibile, reprimebant. Tales ſpeculæ, vel turres in terminis regnorum extruebantur, & probè muniebantur. *Metaphoricè* ita dicitur *Jeremias*, c. 6, 27. quia fuit inſtar *ſpeculæ* in populo pro fide & virtutibus contra incredulitatem & peccata, quæ munita erat validiſſimô Dei auxiliô & protectione. Vid. Seb. Schmid.

בַּחַן m. *Specula exploratoria.* Semel legitur Jeſ. 32, 14. Confer, quæ dicta ſunt ad vocem præcedentem בָּחוֹן.

בַּחוּנִים m. pl. *Speculæ* vel *Turres exploratoriæ.* Semel legitur

cum

cum Suff. בְּחוּנָיו *Speculas exploratorias ſuas*, Jeſ. 23, 13. Vide quæ dicta ſunt ad בַּחוּן.

בָּחַר *Elegit, Delegit, Selegit.* Conſtruitur vel abſolutè, vel interveniente ב aut אֶת. וּבְךָ בָּחַר יְהוָה לִהְיוֹת לוֹ לְעַם סְגֻלָּה *Teque elegit* Dominus, ut ſis ipſi in populum peculii, Devt. 14, 2. בְּחַרְתִּיךָ וְלֹא מְאַסְתִּיךָ *Elegi te & non repudiavi te*, Jeſ. 41, 9. Part. Paul בָּחוּר *Electus*, Exod. 14, 7. רֶכֶב בָּחוּר *Currus electus*, Exod. 14, 7. Infin. בָּחֹר אֹתוֹ *Eligere eum*, 1. Sam. 2, 28. בְּיוֹם בָּחֳרִי בְּיִשְׂרָאֵל In die *eligere me*, i. e. *quô elegi Iſrael*, Ezech. 20, 5. Fut. אֶבְחַר בּוֹ *Eligam eum*, Num. 17, 10. Niphal נִבְחַר *Electus, Delectus fuit.* Part. כֶּסֶף נִבְחָר *Argentum electum*, Prov. 10, 20. Pual בֻּחַר *Electus, Selectus eſt.* Fut. יְבֻחַר *Eligetur*, Eccl. 9, 4.

1) Generatim notat *eligere*; Cujus oppoſitum eſt מָאַס *Reprobavit*, Jeſ. 7, 15. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *ex pluribus legere, adſumere, & acceptare*, connotatô affectu & conſiliô. Hinc dicitur de electione *certi Dei*, qui colatur præ aliis, Joſ. 24, 15. *populi Iſraelitici* præ omnibus nationibus terræ in peculium Dei, Exod. 19, 5. Devt. 7, 6. c. 14, 2. Pſ. 33, 12. Pſ. 135. 4. *Levitarum* ad miniſterium ſacrum, Devt. 18, 5. c. 21, 5. 1. Chron. 15, 2. Pſ. 105, 26. *Davidis* in Regem, 2. Sam. 6, 21. 1. Reg. 11, 34. *Hieroſolymæ*, quam Deus inhabitare conſtituerat, 1. Reg. 11, 13. 32. 36. 2. Reg. 21, 7. c. 23, 27. 2. Chron. 6, 21. c. 33, 7. *uxoris*, Gen. 6, 2. timoris Dei, Prov. 1, 29. legis divinæ, Pſalm. 119, 173. β) *Catachreſticè* notat *probare & delectari*, Jeſ. 58, 5. 6. Conf. Prov. 3, 31.

בָּחוּר m. *Juvenis*; ſic dictus, quia ejus ætas ob plenum vigorem ſpirituumque copiam præ imprudente ac imbelli infantiâ, nec non effœtâ ſenectute *maximè eligibilis* eſt; vel quia arbitratu & judiciô agere incipit, bonum à malo diſcernendo; vel quod ad militiam, vel alia negotia obeunda *juvenile robur* eligitur. Eſt formæ עָמוּר *Columna*; Dageſch extruſum compenſat vocalis longa (ָ) literæ ב ſubſtrata. Aliàs בָּחוּר eſt Participium Paul, notans *ex pluribus lectum, arbitrariâ lectione aſſumtum, & judiciô approbatum*, Exod. 14, 7. Jud. 20, 15. 2. Sam. 6, 7. 2. Chron. 13, 3. 17. גַּם בָּחוּר גַּם בְּתוּלָה Tàm *juvenis*, quàm virgo, Devt. 32, 25. Plur. בַּחוּרִים *Juvenes*, Pſalm. 148, 12. Prov. 20, 29. Jer. 6, 11. c. 9, 20. In Statu Conſtr. בַּחוּרֵי חֶמֶד *Juvenes deſiderii*, i. e. *deſiderabiles, amabiles*, Ezech. 23, 6. Cum Suff. בַּחוּרָיו *Juvenes ejus*, Jeſ. 31, 8.

בְּחוּרִים m. pl. *Juventus*, quaſi ætas *ſelecta*. Semel legitur, Num. 11, 28. מְשָׁרֵת מֹשֶׁה מִבְּחֻרָיו Miniſter Moſis *à juventute ſua*. Sed Seb. Schmidio eſt Part. Paul. Unde reddit: De *electis ejus*.

בְּחוּרוֹת f. pl. *Juventus*; ætas quaſi *ſelecta*. Bis tantum legitur, Eccl. 11, 9. c. 12, 1.

בָּחִיר m. *Electus*. בְּחִירִי *Electus meus*, Jeſ. 42, 1. Plur. בְּחִירִים *Electi*. Cum Suff. בְּחִירַי *Electi mei*, Jeſ. 65, 15.

1) Ge-

1) Generatim notat *electum, arbitrariâ electione aſſumtum.* 2) Speciatim notat *α*) *electum ad officium aliquod obeundum.* Talis erat 1) *Moſes*, Pſalm. 106, 23. 2) *Saul*, 2. Sam. 21, 6. 3) *Meſſias*, quem Pater elegit, ut obiret munus delegati, ad genus humanum, & hoc redemtionis miniſterio repararet omnium hominum ſalutem, Jeſ. 42, 1. *β*) *Electum ad gratiam.* Ita *electi* dicuntur Iſraelitæ, quos Deus in hæreditatem ſibi elegit, 1. Chron. 16, 13. Pſalm. 105, 6. 43. Jeſ. 43, 20. c. 45, 4.

מִבְחָר m. *Electio; Selectum, Optimum rei*, quod præoptari poteſt. מִבְחַר נִדְרֵיכֶם *Selectum votivorum veſtrorum*, i. e. *Selectiſſima votiva veſtra*, Devt. 12, 11. מִבְחַר עֲמָקַיִךְ *Selectio vallium tuarum*, i. e. *ſelectæ valles tuæ*, Jeſ. 22, 7. Vid. Jeſ. 37, 24. Jer. 22, 7. Ezech. 23, 7. c. 24, 4. 5. c. 31, 16. it. Gen. 23, 6. Exod. 15, 4. Plur. מִבְחָרִים *Electiones, Selectiones.* Cum Suff. עַם מִבְחָרָיו *Populus ſelectionum ejus* i. e. ſelectiſſimorum militum, qui & animoſitate & peritiâ armorum multis antecedunt, Dan. 11, 15.

מִבְחֹר m. *Electio, Selectio; Optimum cujusque rei.* Bis ſaltem legitur. עִיר מִבְחֹר Urbs *electionis*, i. e. *Selecta, optima*, 2. Reg. 3, 19. מִבְחוֹר בְּרֹשָׁיו *Electio abietum ejus*, i. e. *ſelectiſſimæ ejus abietes*, 2. Reg. 19, 23.

בָּטָא *Pronunciavit*; adhibetur tùm in *bonum*, ceu ex derivato ejus conſtat, quàm in *malum*, ceu ejus uſus commonſtrat. In Kal ſaltem legitur Participium בּוֹטֶא *Effutiens*, more verborum לה Prov. 12, 18. de *teſte mendaci*, ejusque linguâ virulentâ, quæ quovis *ictu gladii* moleſtior & perniciosior. Piel בִּטֵּא *Pronunciavit.* Bis legitur, Lev. 5, 4. de *inconſideratâ, temerariâ & imprudenti oris apertione*; & adhuc ſemel, Pſalm. 106, 33. de *pronunciato Moſis inconſiderato & pœnitendo* apud aquas contentionis, quod minus conveniebat gloriæ Dei.

מִבְטָא m. *Pronunciatum.* Bis ſaltem legitur de vovente filiâ vel uxore, Num. 30, 7. 9.

בָּטַח *Fiſus, Confiſus eſt.* Conſtruitur nunc abſolutè, nunc intervenientibus particulis ב, אל & על. בָּטַח עַל־צִדְקָתוֹ *Confiſus fuerit in juſtitia ſua*, Ezech. 33, 13. אֲנִי אֶל־יְהוָה בָּטָחְתִּי *Ego in Domino confido*, Pſalm. 31, 7. Fut. אֶבְטַח בּוֹ *Confidam in eo*, Pſalm. 91, 2. Hiphil הִבְטִיחַ *Fidere, Confidere fecit.* הִבְטַחְתָּ אֶת־הָעָם עַל־הַשָּׁקֶר׃ *Feciſti* vel *ſiviſti confidere populum hunc ſuper mendacio*, Jer. 28, 15. Fut. אַל־יַבְטַח אֶתְכֶם *Ne confidere faciat vos*, 2. Reg. 18, 30.

1) Generatim notat *firmiter alicui rei inniti*, ita, ut innuat *talem cordis inclinationem*, quâ homo innititur alicui rei ſvavi, utili & ſalubri, ſive *reverà talis* ſit, ſive *ſaltem apparenter.* 2) Speciatim *α*) innuit *fiduciam & confidentiam*, quæ in aliquâ re refigitur atque collocatur. Ita ut 1) In Kal notet *fidere, confidere* in aliquâ re, velut bona & causâ aliorum bono-

bonorum impetrandorum. Ita dicitur de *pio*, qui *in Deo* fiduciam ſuam reponit, certus de Dei favore per promiſſiones divinas firmatô, de auxiliandi potentiâ & promtitudine, deque largitione bonorum animæ & corporis &c. 2. Reg. 18, 5. Pſalm. 21, 8. Pſalm. 25, 2. Pſalm. 26, 1. Pſalm. 28, 7. Pſalm. 31, 7. 15. Pſalm. 32, 10. Pſalm. 37, 3. Pſalm. 56, 5. 12. Pſalm. 112, 7. Pſalm. 115, 9. Pſalm. 118, 8. Pſalm. 125, 1. Prov. 3, 5. Jeſ. 26, 4. c. 37, 10. c. 50, 10. Jer. 17, 7. c. 39, 18. Speciatim in Dei bonitate, Pſalm. 13, 6. Pſalm. 52, 10. ejusque verbo, Pſalm. 119, 42. de *homine*, qui confidit in divitiis, Prov. 11, 28. copia curruum, Jeſ. 31, 1. pulchritudine, Ezech. 16, 15. ſuâ fortitudine, arcu & apparatu bellicô, Pſalm. 54, 7. juſtitiâ ſuâ, Ezech. 33, 13. prudentiâ ſuâ, Hoſ. 10, 13. inventionibus cordis ſui, aſtutia, eruditione, ſagacitate ingenii &c. Prov. 28, 26. De *pugnantibus*, confidentibus in inſidiatore, Jud. 20, 36. de idololatris confidentibus in idolo, Jeſ. 42, 17. 2) In Hiphil *Fidere facere* ſuper vel in Deo, 2. Reg. 18, 30. Pſ. 22, 10. Jeſ. 36, 15. *ſuper mendacio*, Jer. 28, 15. c. 29, 31. β) Importat *ſecuritatem*, ut idem ſit, ac *ſecurum eſſe, tranquillè agere, curis metuque carere*, Jud. 18, 7. 10. 17. Job. 6, 20. c. 11, 18. c. 40, 23. Pſalm, 27, 3. Prov. 11, 15. c. 28, 1. Jeſ. 12, 2. &c.

בֶּטַח m. *Fiducia; Securitas*, ſeu *ſtatus metu carens*. Adhibetur α) nominaliter vel ſubſtantivè, *ſecuritas*, Jeſ. 32, 17. vel adjectivè *ſecurus*, Jud. 8, 11. Ezech. 30, 9. β) adverbialiter, pro *ſecurè*, vel ſine Præpoſitione. וִישַׁבְתֶּם בֶּטַח *Et habitaveritis in ſecuritate*, i. e. *ſecurè*, Devt. 12. 10. c. 33, 28. 1. Sam. 12, 11. Prov. 1, 33. c. 10, 9. Mich. 2, 8. vel cum Præpoſitione ל, לָבֶטַח *In ſecuritate*, i. e. *ſecurè*, Lev. 25, 18. 19. c. 26, 5. Devt. 33, 12. Jud. 18, 7. 1. Reg. 4, 25. Job. 11, 18. c. 24, 23. Pſalm. 4, 9. Pſalm. 16, 9. Pſalm. 78, 53. Prov. 3, 29. Jeſ. 15, 3. c. 47, 8. Jer. 23, 6. c. 32, 37. c. 33, 16. c. 49, 31. Ezech. 28, 26. Hoſ. 2, 20.

בִּטְחָה f. *Fiducia*. Extat ſaltem, Jeſ. 30, 15.

בִּטָּחוֹן m. *Fiducia; Confidentia*, Eccl. 9, 4. Præter h. l. adhuc bis legitur, 2. Reg. 18, 19. Jeſ. 36, 4. ubi Sanherib, Rex Aſſyriæ cenſet Hiskiæ fiduciam, quâ Hiskias rebellaturus uſus videbatur, *vanam & ſtolidam fuiſſe*.

בַּטֻּחָה f. *Fiducia; Securitas*. Semel occurrit in Plurali, Job. 12, 6. בַּטֻּחוֹת *Securitates*, i. e. *pax magna*. Pluralis enim ibi ſignificationem intendit.

מִבְטָח m. *Fiducia*, Prov. 25, 19. In Statu Conſtr. מִבְטַח עֹז *Fiducia roboris*, i. e. *robuſta*, Prov. 14, 26. Accedente Suffixo, quoties ח non kametzatur, (ָ) ſub ט tranſit per alternationem in (ַ) מִבְטַחִי *Fiducia mea*, Job. 31, 24. Pſalm. 71, 5. Cum Suff. מִבְטַחוֹ *Fiducia ejus*, Job. 8, 14. Sed ſi ח habet (ַ), præcedens (ָ) ſub ט per alternationem tranſit in (ְ) ut מִבְטֶחָם *Fiducia eorum*, Jer. 48, 13. Plur. מִבְטַחִים *Fiducia, Securitates*, Jeſ. 32, 18.

1) Ge-

1) Generatim notat *fiduciam.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *actum voluntatis*, quô firmiter nititur & acquieſcit in re aliquâ, ut bonâ & causâ aliorum bonorum obtinendorum, Prov. 14, 26. c. 22, 19. β) *Metonymicè* notat 1) *ſecuritatem*, ſeu *ſtatum metu mali carentem*, Jeſ. 32, 18. 2) *Objectum fiduciæ*, h, e. id, in quô fiducia tutò refigitur & refigi poteſt. Sic *pii* fiducia eſt *Deus*; Pſalm. 40, 5. Pſalm. 65, 6. Pſalm. 71, 5. Jer. 17, 7. *avari* aurum, Job. 31, 24. *Judæorum* præſidia, Jer. 2, 37. *Iſraelitarum* idolum ejusque cultus Bethele inſtitutus, Jer. 48, 13.

אֲבַטִּחִים m. pl. *Pepones*, à *firmitate*, quâ terræ innituntur, ſic dicti cenſentur, Num. 11, 5.

בָּטַל *Ceſſavit.* Semel legitur, Eccl. 12, 3. וּבָטְלוּ *Et ceſſabunt.*

בָּטַן *Concepit* apud Syros; *ventre laboravit*, apud Arabes. Inde apud Ebræos

בֶּטֶן f. *Venter; Uterus.* לַצְבּוֹת בֶּטֶן *Ad intumeſcere*, i. e. ut intumeſcat venter, Num. 5, 22. מִן־הַבֶּטֶן *Ab utero*, Jud. 13, 5. Cum Suff. פְּרִי בִטְנִי *Fructus ventris mei*, Mich. 6, 7. דָּבְקָה לָאָרֶץ בִּטְנֵנוּ *Adhæſit terræ venter noſter*, Pſalm. 44, 26.

1) Generatim notat *ventrem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *mediam corporis partem*, quæ cavitate ſuâ inteſtina continet, & à capite, manibus & pedibus diſtincta eſt, Jud. 3, 21. Conf. Num. 5, 27. β) *Tropicè* 1) per *Synecdochen* notat *uterum*, ſeu *locum prolificationis*, ubi fœtus concipitur & usque ad tempus partûs fovetur, Gen. 25, 24 Jud. 16, 17. Job. 1, 21. c. 31, 18. Pſalm. 22, 11. Eccl. 5, 14. Jeſ. 49, 1. 5. *Ab utero* quando dicitur, *totius vitæ curriculum* indigitatur, Pſalm. 22, 10. Pſalm. 58, 4. Jeſ. 46, 3. 2) Ob interiora vitalia, in quibus affectus reſident, per *Metonymiam* deſignat *cor*, & viciſſim *animam, ejusque actiones, cogitationes, deſideria* &c. Job. 15, 35. c. 32, 19. Prov. 18, 8. c. 20, 27. c. 22, 18. Hab. 3, 16. 3) *Metaphoricè* ſignificat *Prominentiam, Projecturam*, 1. Reg. 7, 20.

בָּטְנִים m. pl. *Nuces terebinthinæ*, Gen. 43, 11.

בִּי *O! Ah! Obſecro! Quæſo!* Eſt particula obſecrantis ex mente Ebræorum, Gen. 43. 20. Exod. 4, 10. Vid. R. Sal. ben Melech Michlal Jophi in Gen. 43.

בִּין *Diſtincta fuit res*, apud Arabes; Inde

בַּיִן m. *Diſtinctio, Medium, Inter*, &c. formæ רֵישׁ *Paupertas*, non verò formæ בַּיִת. Ita בֵּין יָדֶיךָ *Medium manuum tuarum*, Zach. 13, 6. Cum Suffixo כְּפֶשַׂע בֵּינִי וּבֵין הַמָּוֶת *Quaſi paſſus eſt inter me & inter mortem*; 1. Sam. 20, 3. Dual. אִישׁ הַבֵּנַיִם *Vir medietatum*, qui eſt inter duas partes, quaſi ſequeſter & duellio, monomachiâ pugnam diremturus. Vid. Pfeiff. Dub. Vex. 1. Sam. 17, 4. R. D. Kimchi, R. Levi ben. Gerſon, R. Sal. ben Melech & Raſchi cenſent, eò reſpici, quod *ſe inter duas acies ſiſteret, ſeu in medium duarum acierum quotidie procederet.* His accedit Seb. Schmid. in Comment. Plur. בֵּינִים & בֵּינוֹת.

בֵּינוֹת. Cum Suff. בֵּינוֹתֵינוּ *Inter nos*, Gen. 26, 28. בֵּינוֹתָם *Inter eos*, Gen. 42. 23.

1) Generatim & vi originis ferè *diſtinctionis* notionem infert, ſive adhibeatur ut nomen, ſive uſurpetur ut particula. 2) Speciatim *α*) *nominaliter* ſignificat 1) *diſcrimen, diſtinctionem.* בֵּין דָּם לְדָם *Diſcrimen* ſanguinis à ſanguine, Devt. 17, 8. לְהָבִין בֵּין טוֹב לְרָע *Ad ſecernendum diſtinctionem* boni à malo, 1. Reg. 3, 9. Conf. Ezech. 44, 23. Mal. 3, 18. 2) *Medium*, Jeſ. 44, 4. Zach. 13, 6. 3) *Interſtitium*, מִבֵּין רַגְלָיו *Ab interſtitio* pedum ejus. Ita honeſtè circumſcribuntur genitalia, Gen. 49, 10. Conf. Devt. 28, 57. מִבֵּין שָׁדֶיהָ, *De interſtitio* mammarum ejus, Hoſ. 2, 4. Vid. Dn. D. Danz. Interpres §. 112. *β*) *Particularum* vicem ſuſtinet, inprimis, ſi absque Præpoſitione conſtruitur. Nimirum notat 1) Propoſitiones, *inter*, Gen. 1, 7. וַיַּבְדֵּל בֵּין הַמַּיִם אֲשֶׁר מִתַּחַת לָרָקִיעַ Et dividebat *inter* aquas, quæ ab inferiori parte expanſi iſtius *erant*. Sic quoque, Exod. 11, 7. c. 12, 6. c. 13, 9. Lev. 11, 47. Devt. 25, 1. Joſ. 22, 25. Prov. 6, 19. Jeſ. 2, 4. *Intra*, בֵּין שׁוּרֹתָם יַצְהִירוּ *Intra* muros ipſorum oleum expreſſerunt, Job. 24, 11. Vid. Neh. 5, 18. *In*, אֲרִי בֵּין הָרְחֹבוֹת Leo eſt *in* plateis, Prov. 26, 13. Conf. Zach. 13, 6. 2) Voculas disjunctivas, *ſive, ſive*; *cùm, tùm*; *tàm, quàm*, ſi in eâdem ſententia repetitur. וְהֶעֱרִיךְ הַכֹּהֵן אֹתָהּ בֵּין טוֹב וּבֵין רָע Et æſtimabit eam Sacerdos, *ſive* bona fuerit, *ſive* mala, Lev. 27, 14. Conf. Lev. 27, 12. 33. 2. Sam. 19, 36. Jon. 4, 11.

בִּיץ *Ova excrevit avis*, apud Arabes.

בֵּיצִים m. pl. *Ova*, Devt. 22, 6. Jeſ. 10, 14. In Statu Conſtr. בֵּיצֵי צִפְעוֹנִי בִּקֵּעוּ *Ova aſpidis ponebant*, h. e. falſi Doctores falſam doctrinam ponunt, ſicut animalia ova ſua, quæ verò eſt nocentiſſima, ut ſi aſpis ova ponat, Jeſ. 59, 5. Vid. Seb. Schmid. Cum Suff. בֵּיצֶיהָ *Ova ejus*, Job. 39, 14. Præterea legitur, Jeſ. 59, 5.

בִּירָה f. *Caſtellum, Palatium*, Vide in radice אבר.

בִּירָנִיּוֹת f. pl. *Caſtella, Palatia*, vide ſupra in R. אבר.

בַּיִת m. *Domus*. Revocatur à quibusdam ad Rad. בָּנָה *ædificavit*, quaſi dicas *ædificium* hominum induſtriâ extructum, & ſuas in partes in uſum habitandi diſtributum; Vid. Lex. Merc. Sed rectius deducitur â Chaldæorum בות vel בִּית, *Pernoctare*, ita, ut בַּיִת vi etymi denotet *locum pernoctandi.* Differt à voce אֹהֶל *Tabernaculum*, quod eſt portatile & translatitium; Iſta aut ſtabilis. בָּנָה בַיִת חָדָשׁ *Ædificavit domum novam*, Devt. 20, 5. Cum ה Locali בַּיְתָה *Domum*, Gen. 19, 10. In Statu Conſtr. בֵּית אֱלֹהִים *Domus Dei*, Gen. 28, 22. Cum Suff. בֵּיתָם *Domus eorum*, 1. Sam. 1, 19. Plur. בָּתִּים *Domus*, pro בַּיְתִים, literâ י per Syncopen conciſâ, & (-), quod erat ſub *Jod*, in locum (:) translatô, Eccl. 2, 4. In Státu Conſtr. בָּתֵּי שִׁכְנֵי

K בָּתֵּי־חֹמֶר

בָּתֵּי־חֹמֶר *Inhabitantes domos luti*, Job. 4, 19. Cum Suff. נָשׁוּב אֶל־בָּתֵּינוּ *Revertemur ad domos noſtros*, Num. 32, 18. מִלֵּא בָתֵּיהֶם טוֹב *Implevit domos eorum bono*, Job. 22, 18.

1) Generatim notat *domum*. 2) Speciatim *α) propriè* notat *ædificium, hominum induſtriâ factum*, quod inhabitant, ſive ſit vile, ſive amplum & magnificum. De palatiô magnificô & regiô legitur, 1. Reg. 7, 1. 8. Eccl. 2, 4. Jer. 22, 13. de domô aliâ autem invenitur, Gen. 19, 4. 11. c. 24, 31. c. 43, 19. Lev. 14, 35. 36. Jud. 16, 26. c. 19, 22. 27. &c. &c. *β) Tropicè* 1) per *Metonymiam* notat *familiam*, *liberos*, *domeſticos*, Gen. 7, 1. Exod. 12, 4. Joſ. 2, 12. 18. 25. 1. Sam. 31, 6. 2. Sam. 7, 11. 1. Chron. 10, 6. Prov. 12, 7. Conf. 1. Sam. 3, 14. ubi indigitantur *filii Eli*. Dicitur quoque de *gente*, ex familia alicujus oriundâ, Joſ. 21, 43. 2. Sam. 1, 12. c. 2, 4. 7. 10. c. 6, 5. 2) *Metaphoricè* deſignat *a*) *Templum*, tùm *vero Deo* ſacrum, 1. Reg. 6, 37. c. 7, 12. 40. 45. 48. 51. c. 8, 11. 13. 63. 64. c. 9, 10. 15. c. 14. 28. c. 15, 15. &c. tum *idolis dicatum*, 1. Sam. 5. 2. 1. Reg. 16, 32. 2. Reg. 5, 18. c. 23, 19. &c. *b*) *Eccleſiam*, in quâ velut in domô Deus ſpiritualiter habitat, eamque gratiâ replet; tàm *militantem*, Pſalm. 27, 4. Pſalm. 60, 10. Pſalm. 84, 5. Pſalm. 92, 14. Jeſ. 56, 5. 7. quàm *triumphantem*, Pſalm. 36, 9. *c*) *Animalium foveas*, Prov. 30, 26. & *avium nidos*, Pſalm. 104, 17. *d*) *Quemvis locum, ſpacium, vas, aut continens, quô aliquid recipitur aut continetur.* בֵּית הַסֹּהַר *Domus carceris*, i. e. *carcer*, Gen. 39, 20. 22. 23. c. 40, 3. 5. 2. Reg. 17, 4. בֵּית קִבְרוֹת אֲבוֹתַי *Domus*, i. e. *locus* ſepulchrorum Patrum meorum, Neh. 2, 3. וַיַּעַשׂ תְּעָלָה כְּבֵית סָאתַיִם זֶרַע Et fecit aquæductum, *domum*, i. e. *locum* duorum ſatorum ſementis, h. e. *continentem* duo ſata ſementis, 1. Reg. 18, 32. בֵּית הַמַּהְפֶּכֶת *Domus* ſubverſionis, i. e. cippus, piſtrinum, 2. Chron. 16, 10. בֵּית מִשְׁמֶרֶת *Domus*, i. e. *locus* cuſtodiæ, 2. Sam. 20, 3. אֵשׁ בֵּית־לָהּ סָבִיב Ignis *domus* erat ipſi, i. e. igni ambitus *erat circumcirca*, Ezech. 1, 27. בָּתִּים לַבְּרִיחִים *Domus*, i. e. *receptacula* vectium, Exod. 26, 29. c. 36, 34. conf. Exod. 25, 27. c. 30, 4. c. 36, 34. c. 37, 14. 27. c. 38, 5. בָּתֵּי נֶפֶשׁ *Domus animæ*, i. e. *arculæ*, quibus bene ſpirantia & refocillantia continebantur, Jeſ. 3, 20. 3) Per *Synecdochen totius*, notat *partem interiorem*, habetque oppoſitum חוּץ *platea, forum, campus*, &c. ita, ut utrumque *quodvis interius & exterius* deſignet, & ſæpe commodè *illud* vertatur per particulas, *internè*; *intrinſecè*, *intra*, *intus*; *hoc* autem per voculas *externè*, *extrinſecè*, *extra*, *extus*. וְכָפַרְתָּ אֹתָהּ מִבַּיִת וּמִחוּץ Et pice obduces eam *verſus domum & verſus forum*, i. e. *intus & extus*, Gen. 6, 4. מִבֵּית לַפָּרֹכֶת *Verſus domum veli*, i. e. *intra velum*, Exod. 26, 33. וּלְמִבֵּית לַפָּרֹכֶת Et inde *verſus domum*, i. e. *interius* veli, ſeu *intra* velum, Num. 18, 7. בֵּית לָהּ *Intra illam*, Ezech. 1. 27. מִבַּיִת *Intus*, de amictu, 2. Reg. 6, 30. Conf. 1. Reg. 6, 15. 16. וָבַיְתָה *Et introrſum*, 2. Sam. 5, 9. Ezech. 44, 17.

בִּיתָן

itized by Google

בִּיתָן m. *Palatium, Domus magna & honorabilis*, Eſth. 7, 7. 8. In Statu Conſtr. בִּיתַן הַמֶּלֶךְ *Palatium Regis*, Eſth. 1, 5. Sæpius non legitur.

בֵּית אָוֶן *Bethaven*; Significans *Domum iniquitatis aut vanitatis*. Eſt nomen proprium *Oppidi*, in tribu Benjamin ſiti, Joſ. 18, 12. 13. In exe- crationem idololatriæ, quæ à Jerobeami temporibus Bethele exercebatur, pii Bethelem vocabant Bethaven. Vid. Hoſ. 4, 15. c. 10, 5. 8. Vide vo- cem בֵּית אֵל quæ ſequitur.

בֵּית אֵל m. *Bethel*. Notat *Domum Dei*, eſtque nomen oppidi, ſiti in ſorte Joſephi, Jud. 1, 23. quod ipſi indidit Jacobus, Patriarcha, cum ſvavi de ſcala à terra usque ad cœlum pertingente, ſomniô gaviſus eſſet, Gen. 28, 19. Olim nomen urbis iſtius fuit *Lus*, *Corylum* ſonans, quod ex ſententia Rabbinorum ei inditum fuit, quod *coryli* ante introitum in urbem co- piosè plantatæ fuerint, ut præ illis videri non potuerit. Sed nugæ ſunt. Inſtitutô ibi à Jerobeamo cultu idolatricô à piis vocabatur בֵּית אָוֶן *Domus iniquitatis*, aut, ut Hieronymo placet, *Domus idoli*. Vid. Hoſ. 4, 14. c. 10, 5. 8.

בֵּית לֶחֶם m. *Bethlehem*; Significat *domum panis*, ob cōpiam fru- menti, quod in circuitu ipſius dabatur. Fuit autem nomen proprium α) *Oppidi* in tribu Sebulon ſiti, Joſ. 19, 15. β) Oppidi in tribu Judæ, Jud. 17, 8. c. 19, 1. 2. fuit patria Davidis, 1. Sam. 16, & locus nativitatis Meſſiæ, Mich. 5, 2. Dicitur autem nunc *abſolutè* Bethlehem, 1. Sam. 16, 4. c. 20, 6. nunc cum addito בֵּית לֶחֶם יְהוּדָה Jud. 17, 8. nunc בֵּית לֶחֶם אֶפְרָתָה Mich. 5, 2. *Ephratam* autem aliô nomine *Bethle- hem* vocari, manifeſtum eſt ex Gen. 48, 7. ubi Jacobus morti vicinus in- quit: *Et ſepelivi eam in viâ Ephratæ; ipſa eſt Bethlehem.*

בֵּית הַלַּחְמִי m. *Bethlemita*, nomen gentile, 1. Sam. 16, 1.

בֵּית מְעוֹן m. *Bethmeon*; nomen proprium *Oppidi* in terrâ Moab ſiti, deſignans *domum* vel *locum habitationis*, Jer. 48, 23.

בֵּית שֶׁמֶשׁ *Beth Schemes*; nomen *oppidi*, denotans *domum* vel *lo- cum ſolis*, Sonnen-Stadt. Situm fuit in tribu Judæ, Joſ 15. 10. 2. Reg. 14, 11. Hujus incolæ, quia arcam Dei ex Philiſtæorum terrâ redeuntem, cum irreverentiâ & irreligiosè viderant, & forte etiam inſpexerant, gravi pœnâ affecti fuerunt, 1. Sam. 6, 13. & ſeqq. Ibi Amazias, Rex Judæ in- gentem ſtragem paſſus eſt, 2. Reg. 14, 11. 12.

בָּכָא m. *Morus*. Marinus Brixianus in arcâ Noæ cenſet, morum à *fle- tu* dici, forte ob *ſuccum*, quem fructus lacrimæ inſtar fundere ſolet, Pſ. 84, 7. Plur. בְּכָאִים *Mori*, 2. Sam. 5, 24. c. 8, 23. 1. Chron. 14, 19.

בָּכָה *Flevit, Deflevit*. Conſtruitur vel abſolutè, vel cum Accuſativô, vel intervenientibus particulis לְ, אֶל, עַל, & בַּעֲבוּר. וּבָכְתָה אֶת־אָבִיהָ *Et deflebit* patrem ſuum, Devt. 21, 13. וּבָכוּ אֵלַיִךְ בְּמַר נֶפֶשׁ *Et flebunt ſuper te ex amaritudine animæ*, Ezech. 27, 31. בָּכוּ בְּכִי גָּדוֹל מְאֹד *Fleverunt fletum magnum valde*, 2. Sam. 13, 36. Part. בֹּכֶה

בֹּכֶה *Flens*, Exod. 2, 7. Fœm. עַל אֵלֶּה אֲנִי בוֹכִיָּה Propter hæc ego *ſum plorans*, Thren. 1, 16. Infin. בְּכוֹ *Flere*, Jeſ. 30, 19. item בְּכוֹת, Gen. 43, 30. וַיִּבְכּוּ עַד־אֲשֶׁר אֵין־בָּהֶם כֹּחַ לִבְכּוֹת Et *fleverunt*, usque dum non erat in iis facultas ad *flendum*, 1. Sam. 30, 4. Fut. אֶבְכֶּה *Flebo*, Jeſ. 16, 9. וַיִּשָּׂא עֵשָׂו קֹלוֹ וַיֵּבְךְּ Et ſuſtulit Eſavus vocem ſuam, & *flevit*, Gen. 27, 38. ה per Apocopen ablatô, (:) ſub ב, quia ſecunda radicalis eſt כ, retentô, & (·) ſub Præformativô in (··) mutatô. וַיִּבְכּוּ *Et fleverunt*, Gen. 33, 4. Sed Job. 31, 38. eſt יִבְכָּיוּן *Flebunt*, tertiâ radicali in Jod mobile mutatâ, & ן Paragogicô appoſitô. Piel בִּכָּה *Valde, amarè flevit.* Part. Fœm. מְבַכָּה *Valde flens*, Jer. 31, 15.

1) Generatim notat *flere cum elevatione vocis*, ob quamcunque cauſam id fiat. 2) Speciatim α) notat *flere præ gaudio*, Gen. 45, 14. 15. Jer. 50, 4. β) Significat *flere præ dolore* ſive *corporis*, ſive *animi*. Legitur autem de fletu amaro & ingenti 1) ob *peccata*, & *mala* inde vel jam jam ſecuta, vel adhuc ſecutura, Num. 25, 6. Jud. 2, 4. Eſr. 10, 1. Joel. 1, 5. 2) Ob *calamitates & afflictiones*, vel proprias, 2. Sam. 15, 30. Thren. 1, 2. 16. vel alienas, Job. 2, 1. c. 30, 25. 2. Reg. 8, 11. 3) Ob *mortis imminentis nuncium*, Jeſ. 38, 3, 4) Ob alterius *mortem*, vel naturalem, Gen. 23, 2. c. 50, 1. vel violentam, 2. Sam. 3, 32. c. 13, 36. c. 19, 2.

בֶּכֶה m. *Fletus*. Semel legitur, Eſr. 10, 1.

בְּכִי m. *Fletus*. בָּכוּ בְּכִי גָדוֹל *Fleverunt fletum magnum*, 2. Sam. 13, 36. בְּכִי תַמְרוּרִים *Fletus amaritudinum*, i. e. *amariſſimus*, Jer. 31, 15. אֲמָרֵר בַּבֶּכִי Amarè me geram cum *fletu*, Jeſ. 22, 4. Cum Suff. קוֹל בִּכְיִי *Vox fletûs mei*, Pſalm. 6, 9.

1) Generatim notat *fletum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *fletum cum elevatione vocis* 1) præ nimiô gaudiô cordis, Jer. 31, 9. 2) Denotat *fletum ingentem & amarum* præ dolore ſive corporis ſive animi, undecunque nato. Inde legitur de *fletu amaro* ob doloris corpores, aliaque graviſſima mala, Job. 16, 16. ob antegreſſa peccata, Pſalm. 6, 9. Jer. 3, 21. Joel. 2, 12. ob mortis imminentis annunciationem, Jeſ. 38, 3. vel ipſam mortem eorum, quos impensè dileximus, vel in pretio habuimus, Devt. 34, 8. 2. Sam. 13, 36. Jer. 31, 15. 16. ob hoſtis ſævitiem & vaſtationem terræ, vel urbis ab eo factam, Jeſ. 16, 3. c. 22, 12. Jer. 9, 9. c. 48, 5. 32. aliasque calamitates immiſſas, Pſalm. 65, 19. Conf. Pſ. 30, 6. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* dicitur de *fletu petrarum*, ſeu *emiſſione aquarum* inſtar lacrimarum ex petris, unde enaſcuntur flumina, Job. 28, 11. 2) Per *Metonymiam* denotat *calamitates & miſerias*, quæ ſunt cauſæ fletûs, Pſ. 30, 6. Ita Geierus in l. c. Sed nec propria ſignificatio à textu aliena eſt.

בְּכִית f. *Fletus*. Semel legitur de *ingenti fletu* ob mortem alicujus, Gen. 50, 4.

בָּכוּת f. *Fletus.* Tantùm extat, Gen. 35, 8. de fletu ob obitum alicujus.

נִבְכִּים m. pl. *Fletus.* Suâ naturâ eſt Participium in Niphal, nominis naturam inducens. Semel legitur in Statu Conſtr. Job. 38, 16. נִבְכֵי־יָם *Fletus maris*, per quos Seb. Schmidius non malè intelligit *profundiſſima maris loca*, ubi mare quaſi lacrimas ſuas effet, dum non quidem per latos alveos, ſed per minima terræ foramina & poros emittit aquas in rivos & flumina.

בָּכַר *Prævertit*, apud Arabes. Unde pleraque nomen habent, *quæ in qualibet re prima ſunt.* Vid. Bochart. Hieroz. P. I. lib. II. c. 3. pag. m. 84. Apud Ebræos Piel בִּכֵּר *Primogenitum fecit, jure primogenituræ affecit.* Inf. לְבַכֵּר *Primogenitum facere*, vel *jure primogenituræ afficere*, Devt. 21, 16. Fut. יְבַכֵּר *Præcoces fructus feret*, de arbore, Ezech. 47, 12. Pual בֻּכַּר *Primùm natum, genitum eſt, in primitias datum eſt.* Fut. יְבֻכַּר *Primum gignitur, in primitias datur*, Lev. 27, 26. Hiphil Part. כְּמַבְכִּירָה Quaſi *primipara*, ſeu *primogenitum parens*, Jer. 4, 31. Sæpius nón legitur.

בְּכוֹר m. *Primogenitus*, qui alios, qui ſequuntur, nativitate prævertit. Cum Suff. בְּכֹרִי Primogenitus meus, Gen. 49, 3. Plur. בְּכֹרִים *Primogeniti.* In Statu Conſtr. בְּכֹרֵי בְקָרֵינוּ *Primogenita noſtrorum armentorum*, Neh. 10, 37. Cum Suff. בִּבְכֹרֵיהֶם *In primogenitis eorum*, Pſalm. 137, 10. Fœm. בְּכֹרָה *Primogenitum.* Plur. בְּכֹרוֹת *Primogenita*, Devt. 12, 6.

1) Generatim notat, *quicquid in unaquaque re primum eſt, & alia prævertit.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *Primogenitum*, qui ex parentibus primô locô genitus & natus eſt. Ita dicitur tùm de primogenito *hominis*, Gen. 25, 13. c. 35, 23. c. 36, 15. c. 38, 7. c. 41, 51. c. 43, 33. c. 46, 8. c. 48, 14. 18. Exod. 6, 14. &c. qui reſpectu Patris dicitur רֵאשִׁית Principium virium, Gen. 49, 3. Pſalm. 105, 36. & cujus olim erat ſingulare jus 1) ſanctificationis, Exod. 13, 2. 12. c. 22, 28. 2) præoccupandi amoris Parentum, Zach. 12, 10. 3) ſucceſſionis in nomen, auctoritatem, dignitatem ac poteſtatem patris etiam inter fratres, Exod. 12, 29. 2. Chron. 21, 3. 4) In herciſcundâ familiâ geminæ portionis, Devt. 21, 17. Vid. Coccej. in Obſerv. de diſtinct. ſignific. ſelect. voc. p. 48. tùm de primogenito *bruti*, Gen. 4, 4. Exod. 11, 5. c. 12, 29. c. 13, 15. Devt. 12, 6. 17. c. 14, 23. Neh. 10, 37. *Primogenitum* reſpectu matris dicitur פֶּטֶר רֶחֶם *Apertura uteri*, das zum erſten die Mutter bricht/ Exod. 13, 2. β) *Metaphoricè* 1) notat id, *quod in ſuo genere magnum, eximium & ſummum eſt*, ratione loquendi ex præſtantiâ & nobilitate juris primogenitorum petita. בְּכוֹר אֶתְּנֵהוּ *Primogenitum* ponam eum, i. e. valdè exaltabo eum, Pſalm. 89, 28. בְּכוֹר מָוֶת *Primogenitus mortis*, i. e. mortis & morbi genus atrociſſimum, diriſſimum, Job. 18, 13. בְּכוֹרֵי דַלִּים *Primogeniti tenuium*, i. e. tenuiſſimi, Jeſ. 14, 30. β) Deſignat *valde dilectum & pretio-*

tioſum, prout primogenitus Parentibus ſolet eſſe *dilectiſſimus*, Exod. 4, 22. Jer. 31, 9. conf. v. 22.

בְּכֹרָה f. *Primogenitura, Jus primogenituræ*, Gen. 25, 32. 34. Devt. 21, 17. 1. Chron. 5, 1. 2. Cum Suff. בְּכֹרָתִי *Primogenitum mea*, Gen. 27, 36. Conf. Gen. 25, 31. 33.

בְּכִירָה f. *Primogenita*. Legitur ſaltem, Gen. 19, 31. 33. 34. 37. c. 29, 26. 1. Sam. 14, 51.

בַּכֻּרוֹת f. pl. *Primitias ferentes, fructus primi*. Tantum extat, Jer. 24, 2.

בִּכּוּר *Primitivus fructus*. Plur. בִּכּוּרִים *Primitiæ, primi fructus*, Erſtlinge. תַּקְרִיב מִנְחַת בִּכּוּרִים Offeres munus *primitiarum*, Lev. 2, 14. לֶחֶם בִּכּוּרִים Panis *primitiarum*, 2. Reg. 4, 42. In Statu Conſtr. בִּכּוּרֵי מַעֲשֶׂיךָ *Primitiæ operum tuorum*, Exod. 23, 16. Cum Suff. בִּכּוּרֶיךָ *Primitiæ tuæ*, Lev. 2, 14.

בִּכּוּרָה f. *Fructus præcox, primus*; Legitur ſaltem, Hoſ. 9, 10. Mich. 7, 1.

בִּכְרָה f. *Dromas; Camelus juvenca*, celeri curſu alias beſtias prævertens, Jer. 2, 23. Plur. בְּכָרִים *Dromades*. In Statu Conſtr. בִּכְרֵי מִדְיָן *Dromades Midian*. Eſ. 60, 6. Sæpius non legitur.

בֵּל m. *Bel*, Jeſ. 46, 1. Jer. 50, 2. Ex בַּעַל ortum putatur. Fuit autem præcipuum Chaldæorum *idolum*, cui Ninus primam aram exſtruxiſſe, ejusque cultum religioſum Chaldæis præcepiſſe perhibetur.

בַּל *Non; Ne*; Eſt à R. בָּלָה, notante *veteraſcere, deteri, conſumi, aboleri*; Inde *α*) *Nominis* ſignificationem obtinet, & idem eſt ac *conſumtio, abolitio, defectus*. בַּל יִדְרֹשׁ *Abolitionem* quærit, i. e. abolitio Dei omnes molitiones ejus, Pſalm. 10, 4. Vid. Kœrb. Lex. Part. *β*) Exprimit *particulas* varias, nimirum 1) *Non, Nequaquam*. צַדִּיק לְעוֹלָם בַּל־יִמּוֹט Juſtus in æternum *non* dimobitur, Prov. 10, 30. Vide Pſalm. 49, 13. Prov. 9, 13. c. 23, 7. Jeſ. 26, 10. 14. c. 33, 20. 2) *Ne, ut non*, בַּל־יָקֻמוּ *Ne ſurgant*, Jeſ. 14, 21. Vid. Pſalm. 10, 18. Pſalm. 17, 5. Pſalm. 96, 10. *γ*) *Vix*, בַּל יְחִזְקוּ *Vix firmabunt*, Jeſ. 33, 24. Hoſ. 7, 2.

בְּלִי *Non* &c. eſt ejusdem cum בַּל originis. Hinc *α*) *Nominalem* ſignificationem obtinet, & idem eſt ac *Abolitio, Conſumtio, Defectus, Carentia, Nemo* &c. בִּבְלִי דַעַת *In defectu ſcientiæ*, ſeu ita, ut ipſe neſciat, Devt. 4. 42. בְּנֵי־בְלִי שֵׁם *Filii defectûs* nominis, i. e. nullius nominis, ignobiles, Job. 30, 8. מִבְּלִי לְבוּשׁ *Ob defectum* veſtis, Job. 24, 7. הֲמִבְּלִי אֵין קְבָרִים *An ob defectum defectûs* i. e. *omnimodum defectum ſepulchrorum?* Exod. 14. 11. conf. 2. Reg. 1, 6. לִבְלִי חֹק *In abolitionem* modi, ſeu ſtatuti, i. e. *in immenſum*, Jeſ. 5, 14. לִבְלִי אֹכֶל *Ob penuriam* vel *defectum* cibi, Job. 39, 9. מְשַׁחַת בְּלִי *E ſovea* abo-

Digitized by Google

abolitionis, quæ redigit ad nihilum, Jeſ. 38, 17. עַד־בְּלִי יָרֵחַ Usque ad *abolitionem lunæ*, Pſ. 72, 7. וַהֲרִיקֹתִי לָכֶם בְּרָכָה עַד־בְּלִי־דָי Et affundam vobis benedictionem usque ad *abolitionem* vel *defectum* ſufficientiæ, i. e. adeò, ut non ſufficiatis ei fruendæ, Mal. 3, 10. Vid. Dn. D. Danzii Interpres, §. 141. β) Exprimit *particulas* 1) negativas, *non, nequaquam, neutiquam*. בְּלִי מָשִׁיחַ בַּשָּׁמֶן *Non* unctus oleo, 2. Sam. 1, 13. Ita quoque, Job. 41, 17. Jeſ. 32, 10. Hoſ. 8, 7. 2) exceptivas, *absque, ſine, præter*. בְּלִי מָיִם *Absque aquis*, Job. 8, 11. it. c. 24, 10. c. 31, 39. Jeſ. 28, 8.

בְּלִיַּעַל m. *Homo nequam, ſummè ſceleratus, profligatus, perditus*, vide infra in R. יעל.

בִּלְתִּי *Non, neutiquam* &c. eſt ejusdem cum בַּל & בְּלִי originis, ſaltem ת per Epentheſin inſertum eſt. Inde α) *Nominis* ſignificationem habet, inprimis, ſi cum Præpoſitione conſtruitur, notans *Abolitionem, Conſumtionem, Defectum, Negationem* &c. עַד־בִּלְתִּי שָׁמַיִם Usque *ad abolitionem cœlorum*, i. e. donec cœlum non amplius erit, Num. 14, 16. מִבִּלְתִּי יְכֹלֶת יְהוָה *Ob defectum potentiæ Dei*, Num. 14, 16. מַכַּת בִּלְתִּי סָרָה *Plaga defectûs dimotionis* ſeu *receſſionis*, i. e. *immota*, Jeſ. 14, 6. וְאָנָה תַעַזְבוּ כְבוֹדְכֶם בִּלְתִּי כָרַע תַּחַת אַסִּיר Et ubi relinquetis gloriam veſtram? *Conſumtio* (i. e. ceu citò conſumenda) incurvabit ſe inter vinctos, Jeſ. 10, 3. 4. Glorioſiſſimi quique ad inſtar rei mox abolendæ inter captivos alios ſupplices agent, imò corruent inter occiſos. Ita interpretatur ſummè Rev. Dn. D. Danzius in Interpr. §. 141. לְבִלְתִּי הוֹעִיל In *abolitionem* prodeſſe, ſeu utilitatis, Jer. 7, 8. β) Exprimit *particulas* 1) negativas, *non, neutiquam*. בִּלְתִּי טָהוֹר *Non eſt mundus*, 1. Sam. 20, 26, Ita quoque, Num. 21, 35. 2) Exceptivas, *absque, præter, niſi, præterquam*, ubi accedente Suffixô י abjicitur. לֹא תִרְאוּ פָנַי בִּלְתִּי אֲחִיכֶם אִתְּכֶם Non videbitis faciem meam, *niſi* frater veſter fuerit vobiscum, Gen. 43, 3. Conf. Gen. 21, 26. Exod. 22, 19. Sic combinatur cum אִם Gen. 47, 18. לֹא נִשְׁאַר לִפְנֵי אֲדֹנִי בִּלְתִּי אִם־גְּוִיָּתֵנוּ Nihil reliquum eſt coram Domino noſtro, *niſi* corpus noſtrum, Gen. 47, 18. בִּלְתִּי הַחִוִּי *Præter* Chivæos, Joſ. 11, 9. בִּלְתִּי *Absque me*, Jeſ. 10, 4. בִּלְתֶּךָ *Præter te*, 1. Sam. 2, 2.

בְּלִימָה f. *Nihilum, non quicquam, vel non quidvis*. Compoſitum eſt ex בְּלִי & מָה. Legitur, Job. 26, 7.

בָּלַג In Kal non occurrit. In Hiphil הִבְלִיג *Recreandi & Confortandi* ſignificationem habet, vel *tranſitivè*, vel *intranſitivè & reciprocè*. Coccejus in hanc vocem ita commentatur: Videtur habere ſignificationem εὐκολίας καὶ εὐμαρείας, ut ſit oppoſitum קָשֶׁה *Duri ac difficilis*, & vel *intranſitivè* εὐκόλως ἄγειν, *facilius, levius habere*; vel *tranſitivè* ἐξευμαρίζειν *facilitare, facile efficere*. Quater ſaltem legitur. Fut. אַבְלִיגָה *Recreabo*, *reſo-*

refocillabo me ; facilius, levius me habeo, Job. 9, 27. c. 10, 20. Pſalm. 39, 13. Part. הַמַּבְלִיג *Qui recreat,* Am. 5, 9.

מַבְלִיגִית f. *Recreatio, Refocillatio.* Semel legitur, Jer. 8, 18. מַבְלִיגִיתִי *Refocillatio mea.* Aliis eſt Participium cum י Paragogicô.

בָּלָה *Veteravit, Senuit ; Conſumtus eſt.* שִׂמְלָתְךָ לֹא בָלְתָה Veſtis tua non *inveterata eſt,* Devt. 8, 4. שַׂלְמֹתֵיכֶם לֹא בָלוּ Veſtes tuæ non *inveteratæ ſunt,* Neh. 9. 21. Infin. אַחֲרֵי בְלֹתִי *Poſt conſenuiſſe me,* i. e. poſtquam *conſenui,* Gen. 18, 12. Fut. כַּבֶּגֶד יִבְלוּ Sicut veſtimentum *veteraſcent,* Pſalm. 102, 27. Piel בִּלָּה *Ad ætatem perduxit, Attrivit, Conſumſit.* בִּלָּה בְשָׂרִי *Inveteravit, attrivit* carnem meam, Thren. 3, 4. Infin. בַּלּוֹת *Atterere, Conſumere,* 1. Chron. 17, 9. Fut. מַעֲשֵׂה יְדֵיהֶם יְבַלּוּ Opus manuum ſuarum *veteraſcere facient,* Jeſ. 65, 22.

1) Generatim infert *amiſſionem virium, nitoris atque integritatis.* 2) Speciatim *α*) eſt *Veteraſcere, Inveterari, Conſeneſcere,* quia, quæ *veteraſcunt & conſeneſcunt,* vires, nitorem atque integritatem ſubinde amittere ſolent. Ita dicitur de *Sarâ,* quæ conſenuerat, Gen. 18, 12. de *oſſibus,* quæ ſuccum & vigorem omnem nativum amiſerunt, Pſalm. 32, 3. de *veſtibus,* quæ vetuſtate attritæ & corruptæ ſunt, Devt. 8, 4. Devt. 29, 5. Joſ. 9, 13. Neh. 9, 21. conf. Pſalm. 102, 27. Jeſ. 50, 9. c. 51, 6. In Piel eſt *veteraſcere facere, vetuſtum reddere, ad ætatem perducere,* Jeſ. 65, 22. Conf. Job. 21, 13. *β*) Notat *conſumi, teri, atteri,* quia, quæ conſumuntur, & atteruntur, nitorem & integritatem ſuam amittere ſolent, Job. 13, 28. conf. Pſalm. 102, 12, Jeſ. 50, 9. In Piel *Conſumere, Terere, Atterere,* Thren. 3, 4. 1. Chron. 17, 9. conf. Pſalm. 49, 15. ubi indigitatur talis *attritio,* & *conſumtio,* quâ aliquid deforme, ruinoſum & invalidum redditur, imò concidit, evaneſcit atque perit. Sæpius non legitur.

בָּלֶה m. *Vetus, vetuſtate attritum, Corruptum.* Quater ſaltem legitur. Plur. שַׂקִּים בָּלִים *Sacci inveterati, vetuſtate attriti,* Joſ. 9, 4. וְנֹאדוֹת יַיִן בָּלִים Utres vini *inveterati,* Joſ. 9, 4. Fœm. בָּלָה *Vetula,* Ezech. 23, 43. Plur. נְעָלוֹת בָּלוֹת Calcei *inveterati, vetuſtate attriti,* Joſ. 9, 5.

בְּלִי m, *Conſumtio,* vide ſupra.

בְּלוֹיִם m. pl. *Vetemmenta ; Panni vetuſtate attriti & corrupti,* alte abgeſchäbte Lumpen. Ter legitur in Statu conſtructo בְּלוֹיֵ הַסְּחָבוֹת וּבְלוֹיֵ מְלָחִים *Vetemmenta* extractorum, & *vetemmenta* detritorum, Jer. 38, 11. Sed Jer. 38, 12. eſt בְּלוֹאֵי הַסְּחָבוֹת *Vetemmenta* extractorum.

בַּלָּהָה f. *Terror,* vide ſupra in בהל.

תַּבְלִית f. *Conſumtio.* Saltem extat Jeſ. 10, 25.

בלל

Digitized by Google

בָּלַל *Miſcuit, Confudit, Perfudit;* item *Perfuſus ſum.* בָּלַל יְהוָה שְׂפַת כָּל־הָאָרֶץ *Confudit* Dominus labium totius terræ, Gen. 11, 9. בַּלֹּתִי בְּשֶׁמֶן רַעֲנָן *Perfuſus ſum oleo viridi*, Pſalm. 92, 11. Fut. וַיָּבָל *Et pabulum miſcuit, dedit*, Jud. 19, 21. נָבְלָה שְׂפָתָם *Confundamus labium eorum*, Gen. 11, 7. pro נָבֹלָּה, compenſatione ſecundæ radicalis abjectæ per Dageſch forte neglectâ. Partic. Paul בָּלוּל *Mixtus*, Exod. 29, 40. Lev. 14, 21. Num. 15, 4. 9. Fœm. סֹלֶת בְּלוּלָה בַשֶּׁמֶן Similago *mixta* oleo, Lev. 2, 5. c. 7, 13. 19. 25. 31. 37. 43. Hithpael הִתְבּוֹלֵל *Miſtus eſt.* Fut. יִתְבּוֹלָל *Commiſcebitur*, Hoſ. 7, 8. (ָ) eſt pro (ֵ) ob accentum Dominum Athnach.

בְּלִיל m. *Farrago, Pabulum pecoris*, à *miſcendo* ſic dictum, **gemengt Futter.** Ter legitur, nempe Job. 6, 5. c. 24, 6. Jeſ. 30, 24.

תֶּבֶל m. *Confuſio.* Bis legitur, Lev. 18, 23. c. 20, 12.

תְּבַלֻּל m. *Confuſus.* Saltem extat Lev. 21, 20. תְּבַלֻּל בְּעֵינוֹ *Confuſus* oculo.

בָּבֶל *Babel, Babylonia*, pro בַּלְבֵּל Infin. Piel, literâ ל pro Dageſch forti Characteriſticô poſitâ, excidente, & per (ָ) compenſatâ. Notat vi etymi *confuſionem;* & hoc nomen inde traxit, quia Deus ibi linguas hominum confudit, Gen. 11, 9. Accipitur autem in Scripturâ α) pro *urbe*, in quâ extruebatur turris, cujus caput in cœlum usque pertingere debebat, Gen. 11, 1. quæ *Belo* deinde conſecrata dicitur. Vid. Bocharti Phaleg. lib. 1. c. 9. p. 42. Ipſam urbem Bochartus lib. 4. c. 13. ita deſcribit: *Babylon* רֵאשִׁית i. e. *vel initium vel caput regni Nimrod, urbs fuit immenſi operis, quadrata, in campo ſita, Euphrate interfluo, à quo dividebatur in duas partes fere æquales. Murus latere coctili exſtructus, bitumine interlitus, quinquaginta cubitos altus, tàm latus, ut quadrigæ inter ſe concurrentes, tutò commeare poſſent. Hinc* Jer. 51, 58. *Murus Babylonis ille latiſſimus. In eo turres* CCL. *denis pedibus quàm murus altiores; Æreæ portæ centum; Foſſa extrinſecus late patens. Ambitus* CCCLXV. *ſtadia complectebatur. Hominum ducenta millia ſingulis diebus ſingula ſtadia perfeciſſe leguntur, atque ea ratione totum opus unico anno ad umbilicum perduxiſſe.* Domus *intrinſecus trium & quatuor contignationum, habitationes minaci proceritate mirabiles ſpatium duorum ferè jugerum à muris abfuere*, &c. Excidium ejus prædictum fuit, Jeſ. 13, 19. Jer. 50, 51. β) *Pro regione Chaldæorum*, in quâ Babel erat metropolis, Pſalm. 137, 1.

בָּלַם *Conſtrinxit, Obturavit.* Saltem legitur in Infinitivô, Pſalm. 32, 9. לִבְלֹם *Ad conſtringendum* vel *obturandum*, os nimirum alioquin mordens.

בָּלַס *Quæſivit; Conquiſivit, Collegit.* Tantum legitur Participium, וּבוֹלֵס שִׁקְמִים Et *conquirens, colligens* Sycomora, Am. 7, 14.

Digitized by Google

בָּלַע *Abſorpſit, Deglutivit, Abſcondidit.* בְּלָעַנוּ כַּתַּנִּין *Abſorpſit* nos ſicut draco, Jer. 51, 34. לִבְלֹעַ אֶת־יוֹנָה *Ad deglutiendum Jonam,* Jon. 2, 1. עַד־בִּלְעִי רֻקִּי *Uſque ad deglutire me,* i.e. uſque dum deglutiam ſputum meum, Job. 7, 19. Fut. וְאַל־תִּבְלָעֵנִי מְצוּלָה Neque *abſorbeat me* profunditas, Pſalm. 69, 16. Niphal נִבְלַע *Abſorptus eſt.* נִבְלְעוּ מִן הַיַּיִן *Abſorbentur à vino,* i. e. eorum intellectus ita à vino occupatus & præpeditus eſt, ut planè abſorptus eſſe videatur, Jeſ. 28, 7. Piel בִּלַּע *Abſorpſit, Deglutivit penitus.* Piel enim habet vim intendendi ſignificationem, quam in Kal habet. בִּלַּע כָּל־אַרְמְנוֹתֶיהָ *Abſorpſit* penitus omnia palatia ejus, Thren. 2, 2. Fut. אֲבַלַּע *Abſorbebo,* 2. Sam. 20, 20. אִם־יְבַלְּעֶנּוּ מִמְּקֹמוֹ Si *abſorpſerit* eum è loco ſuo, Job. 8, 18. Pual בֻּלַּע *Abſorptus, Deglutitus eſt penitus.* Part. וּמְאֻשָּׁרָיו מְבֻלָּעִים Sed beatificati ejus *abſorpti ſunt,* Jeſ. 9, 15. Hithpael הִתְבַּלַּע *Abſorptus eſt.* חָכְמָתָם תִּתְבַּלָּע Sapientia eorum *abſorbebitur,* Pſalm. 107, 27.

1) Generatim importat *ſublationem rei è medio.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *Abſorbere, Deglutire, intra viſcera recipere & occultare,* quia, quæ abſorbentur, deglutiuntur, intra viſcera recipiuntur & reconduntur, è medio tolluntur. Ita dicitur de balænâ Jonam deglutiente, Jon. 2, 1. de Jobô ſputum abſorbente, Job. 7, 19. de comedente ficum, Jeſ. 28, 4. β) *Metaphoricè* eſt 1) *perdere, corrumpere, deſtruere, abolere,* quia, quæ abſorbentur & deglutiuntur, ea tolluntur, perduntur, corrumpuntur &c. Ita legitur in Kal, Prov. 1, 12. Jer. 51, 34. In Piel ſignificatio intenditur, ut fere deſignetur *totalis perditio, corruptio, deſtructio, abolitio* &c. Ita legitur de *conſumtione* Iſraelitarum per hoſtes, 2. Sam. 20, 19. 20. Jeſ. 49, 19. Thren. 2, 2. 16. Davidis per inimicos, Pſalm. 35, 25. juſti per impium, Hab. 1, 13. improborum Dei hoſtium per divinam iram, Pſalm. 21, 10. conf. Pſalm. 55, 10. Stulti per labia propria, Eccl. 10, 12. Jobi per immiſſionem graviſſimarum calamitatum, Job. 2, 3. c. 10, 8. de *abolitione* conſilii, Jeſ. 19, 3. mortis, Jeſ. 25, 8. velaminis, Jeſ. 25, 7. de deſtructione palatiorum, Thren. 2, 5. In Hithpael uſurpatur de *abolitione & ceſſatione* interioris prudentiæ mentis, Pſalm. 107, 27. 2) Idem eſt ac *operire, tegere, occultare, abſcondere,* quia, quæ abſorbentur & deglutiuntur, ex oculis remota teguntur, operiuntur, occultantur & abſconduntur, Num. 4, 20. Prov. 19, 28.

בֶּלַע m. *Abſorptio.* Bis ſaltem legitur: דִּבְרֵי בֶלַע *Verba abſorptionis,* i. e. verba innocuis perditionem & excidium molientia, Pſalm. 52, 6. וְהֹצֵאתִי אֶת־בִּלְעוֹ מִפִּיו Et educam *abſorptionem ejus* ex ore ejus, i. e. quicquid *abſorpſit, deglutivit,* Jer. 51, 44.

בִּלְעֲדֵי *Sine, præter, præterquam, exceptò.* בִּלְעָדַי *Sine me,* Gen. 14, 24. Cum Præfixo מ eſt Jeſ. 43, 11. מִבַּלְעָדַי *Præter me.*

בָּלַק *Exinanivit;* juxta quoſdam, *Diſſipavit, Effregit,* quod clauſum & munitum erat, ut omnium injuriis pateat. Bis tantum legitur.

וּבוֹלְקָהּ

וּבֹלְקָהּ Et *exinaniturus eam*, Jeſ. 24, 1, Pual Part. Fœm. מְבֻלָּקָה *Exinanita*, Nah. 2, 10.

בָּמָה f. *Excelſum*, vide ſupra in בום.

בָּנָה *Struxit, Extruxit, Ædificavit.* בָּנָה בַיִת חָדָשׁ *Ædificavit* domum novam, Devt. 20, 5. בָּנִיתִי *Ædificavi*, 1 Reg. 8, 13. Part. בֹּנֶה עִיר *Ædificans urbem*, Gen. 4, 17. Part. Paul. בָּנוּי *Ædificatus*, Jud. 6, 28. Fœm. בְּנוּיָה *Exſtructa*, Pſalm. 122, 3. Infin. בְּנֹה *Ædificare*, 1. Reg. 8, 13. וּלְבִלְתִּי בְּנוֹת בָּתִּים Et ad *non ædificare*, i. e. ut non ædificemus domos, Jer. 35, 9. בִּבְנוֹתַיִךְ *In ædificare te*, i. e. *dum ædificas*, Ezech. 16, 31. Cum Suff. Nominum pluralium ratione plane irregulari. Fut. אֶבְנֶה *Ædificabo*, 2. Sam. 7, 27. וְיִבְנֶה *Et reædificabit*, Pſalm. 69, 36. Sed Eſr. 1, 3. eſt וַיִּבֶן per Apocopen ה finali reſectô. נִבְנֶה אֶת־הַחוֹמָה *Ædificabimus murum*, Neh. 2, 17. Niphal נִבְנָה *Ædificatus, Exſtructus fuit.* כַּאֲשֶׁר נִבְנְתָה הַחוֹמָה Poſtquam *ædificatus erat* murus, Neh. 7, 1. Infin. בְּהִבָּנֹתוֹ *In ædificari eum*, i. e. *cum ædificaretur*, 1. Reg. 6, 7. Fut. אוּלַי אִבָּנֶה מִמֶּנָּה *Forte ædificabor* ex eâ, Gen. 16, 2. Part. הַנִּבְנֶה Quæ *ædificata fuerit*, 1. Chron. 22, 19.

1) Generatim notat *ſtruere* vel *ædificare.* 2) Speciatim α) *propriè* importat *rei compoſitæ ex partibus conjunctionem ad abſolutionem debitæ formæ, & quantitatis.* Ita *ſtrui* ſeu *ædificari* dicitur domus, Devt. 20, 9. Eccl. 2, 4. templum, Zach. 6, 12. conf. 1. Reg. 8, 27. 43. 44. 48. Eſr. 3, 10. murus, Neh. 4, 6. altare, Devt. 27, 7. Joſ. 22, 23. 26. excelſum, Jer. 7, 31. c. 19, 5. urbs, Gen. 4, 17. c. 11, 4. β) *Tropicè* 1) *Metaphoricè* deſignat a) *liberorum procreationem & ſuſceptionem*, quia ex liberis familia, velut domus ædificatur, inſtauratur & conſervatur, ita, ut Parens ſit inſtar *fundamenti*, filius verò inſtar *ædificii*, Gen. 16, 2. c. 30, 3. Devt. 25, 9. Ruth. 4, 11. b) Notat *inſtaurare, reſtituere, exaltare, alicujus perſonæ* vel *rei ſtatum commôdiorem, ampliorem & feliciorem reddere*, Job. 22, 23. Jeſ. 58, 12. Jer. 12, 16. c. 31, 4. c. 42, 10. Mal. 3, 15. Conf. Jer. 33, 7. ubi notat *multiplicare, augere*, in magnum numerum, omnis generis benedictionibus cumulare. Huc refer, quando *Deus* dicitur *ædificare domum*, Exod. 1, 21. Deſignat enim hæc phraſis *rei familiaris auctionem & locupletationem, ingentiſque bonorum temporalium copiæ largitionem*, c) Indigitat *rei creationem & productionem*, Gen. 2, 22. d) *Docere* ſignificat; unde *docentes* nomine *ædificantium* veniunt, Pſalm. 118, 22. 2) Synecdochicè α) notat *Rei firmationem vel confirmationem*; unde reddi poteſt *firmare, confirmare, ſtabilem reddere*, Pſalm. 89, 3. 5. β) *Rei reſtaurationem* vel *etiam ampliationem, munitionem* &c. deſignat, & pro re natâ reddi poteſt, nunc *reparare, reſtaurare* &c. 2. Chron. 32, 5. nunc *ampliare, munire* &c. 1. Reg. 12, 25. c. 16. 24.

בֵּן m. *Filius*, ſic dictus, quod ſit velut quoddam Parentum *ædificium.* Cum Suff. בְּנִי *Filius meus*, Gen. 21, 10. בִּנְךָ *Filius tuus*, Exod. 13, 8.

בְּנֵנוּ

בְּנֵנוּ *Filius noſter*, Devt. 21, 20. In Statu Conſtr. בֶּן־חַיִל *Filius roboris*, i. e. *robuſtus*, 1. Sam. 18, 17. שֶׁבִּן־לַיְלָה הָיָה וּבִן־לַיְלָה אָבָד׃ *Quia filius noctis fuit, & filius noctis periit*, i.e. unâ nocte crevit, & unâ nocte periit, Jon. 4, 10. Plur. בָּנִים *Filii, liberi.* בָּנִים סְכָלִים *Filii ſtulti*, Jer. 4, 22. In Statu Conſtr. בְּנֵי הָאֱלֹהִים *Filii Dei*, Gen. 6, 2. Cum Suff. בָּנֶיךָ *Filii tui*, Gen. 6, 18. בְּנֵיכֶם *Filii veſtri*, Exod. 3, 22.

1) Generatim notat *Filium.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *natum*, qui per generationem ab aliquô ad ſui ſimilitudinem & imaginem productus eſt. Ita dicitur tùm dè *natô hominis*, Gen. 4, 25. 26. c. 5, 28. c. 16, 11. 15. c. 17, 19. c. 21, 2. &c. tùm de *nato Dei*, Pſalm. 2, 7. Jeſ. 9, 5 *β*) *Tropicè* I) per *Synecdochen* notat 1) *liberos*, nullâ ratione ſexûs habitâ, Gen. 3, 16. Pſalm. 127, 3. Jeſ. 13, 18. Devt. 4, 10. &c. 2) *Poſteros*, Exod. 1, 7. Jer. 31, 29. Unde etiam ſignificat *nepotes*, Gen. 29, 5. c. 32, 1. vel c. 31, 55. 2. Sam. 19, 24. *Pronepotem*, Joſ. 7, 24. II) *Metaphoricè* notat *α*) *Filium adoptivum*, qui in curam educandi & inſtituendi, nec non in ſpem hæreditatis aſſumitur, Exod. 2, 10. Huc refer, quando *Filii Dei* appellantur a) *Angeli boni*, tùm ratione *creationis*, quâ eos velut genuit, tùm *ratione confirmationis ſecutæ*, quâ potiti in concreatâ ſanctitate perſeverant, Deo obediunt & miniſtrant, Job. 1, 6. c. 2, 1. c. 38, 7. b) *Homines pii ac fideles*, quos Deus per verbum & ſacramenta genuit, quique eum ut Patrem optimum timent ac honorant, Pſalm. 73, 15. Prov. 14, 26. qui externè præ aliis dilecti, ſanctificati, variisque beneficiis affecti fuerunt, Exod. 4, 22. Devt. 14, 1. Jeſ. 1, 2. Jer. 3, 19. Hoſ. 11, 1. Sic nomine filiorum Dei, Gen. 6, 2. non intelligendi, ſunt *Angeli boni* in humanas libidines exardeſcentes, ut Philo de Gigant. Joſephus l. 1. Ant. c. 4. Irenæus l. 4. c. 7. & multi alii putarunt, quia hoc repugnat naturæ Angelicæ, Matth. 22, 30. & analogiæ fidei de Angelorum in bono confirmatione; ſed *poſteri Sethi*, à pietate majorum paulatim degenerantes, & ſine delectu atque reſpectu ad rem uxoriam ruentes, qui dicuntur *filii Dei*, tùm à ſtatu priori, tum ob externam cum verâ Eccleſiâ ſocietatem. Vid. B. Pfeifferi Dub. Vex. Cent. 1. Loc. 21. p. m. 68. *β*) Notat *Diſcipulum*, prout אָב *Pater* per *Metaphoram* notat *Præceptorem*, 1. Reg. 20, 35. 2. Reg. 2, 3. c. 4, 38. Prov. 1, 8. *γ*) Junctum nominibus *urbis*, *loci*, aut *gentis* deſignat *civem*, *incolam aut alumnum*, Gen. 23, 11. 2. Chron. 35, 13. Pſal. 149, 2. *δ*) Conſtructum cum nomine *pœnam* aut *præmium* ſignificante, notat *dignum* vel *reum*. בֶּן־הַכּוֹת *Filius percuſſionis*, i. e. *reus* percuſſionis, Devt. 25, 2. בֶּן־מָוֶת *Filius mortis*, i. e. *dignus* morte, 1. Sam. 20, 31. c. 26, 16. 2. Sam. 12, 5. Pſalm. 79, 11. Pſalm. 102, 21. *ε*) *Beſtiis* tributum, notat *pullum* ſeu *fœtum animalis*, Gen. 49, 11. Exod. 29, 1. Lev. 1, 14. Job. 39, 19. *ζ*) *Rebus inanimatis* impoſitum, deſignat *rem quamcunque quocunque loco contentam*. Sic Job. 5, 7. *ſcintillæ* dicuntur בְּנֵי רֶשֶׁף *Filii prunarum*, quia ex prunis velut ex matre quadam naſcuntur & ſcintillant,

Thren.

Thren. 3, 13. *Sagittæ* dicuntur בְּנֵי אַשְׁפָּתוֹ *Filii pharetræ ſuæ*, quia in pharetra tanquam matre gravidâ latitant, Jeſ. 21, 10. *Frumentum* dicitur בֶּן־גָּרְנִי *Filius areæ meæ*, quia in areâ trituratur & ventilatur, per *Metaphoram* autem deſignat *Babylonem*, quod inſtar frumenti trituratur & affligitur. η) Conſtructum cum aliis, ſæpe conſtituit *concretum denominativum & poſſeſſivum.* בְּנֵי חַיִל *Filii roboris*, i.e. robuſti, fortes, Devt. 3, 18. conf. 1. Sam. 18, 17. 2. Sam. 2, 7. c. 13, 28. בֶּן־שֶׁמֶן *Filius olei*, i. e. oleoſus, Jeſ. 5, 1. בֶּן בֵּיתִי *Filius domus meæ*, i. e. Domeſticus meus, Gen. 15, 3. בֶּן־שָׁנָה *Filius anni*, i. e. anniculus, Exod. 12, 5. בֶּן־עַוְלָה *Filius iniquitatis*, i. e. perverſus, Pſalm. 89, 23. בְּנֵי שַׁחַץ *Filii ferociæ*, i. e. feroces, Job. 28, 8. בְּנֵי עֳנִי׃ *Filii afflictionis*, i. e. afflicti, Prov. 31, 5. 8.

בַּת f. *Filia*, pro בְּנַת, literâ נ per Syncopen conciſâ, quæ accedente quodam incrementô finali reaſſumitur, & cum (:) quieſcente notanda iterum extruditur, factâ ejus compenſatione per Dageſch forte literæ ſequenti impreſſum. בַּת כֹּהֵן *Filia Sacerdotis*, Lev. 22, 12. Cum Suff. בִּתִּי *Filia mea*, Devt. 22, 16. Plur. בָּנוֹת *Filiæ*, Gen. 19, 8. In Statu Conſtr. בְּנוֹת הָאָדָם *Filiæ hominis*, Gen. 6, 2. Cum Suff. בְּנוֹתַי *Filiæ meæ*, Gen. 31, 26. בְּנוֹתֵינוּ *Filiæ noſtræ*, Neh. 5, 2.

1) Generatim notat *Filiam*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *prolem ſequioris ſexus*, à Parentibus genitam, ſive ſit parva, Gen. 5, 4. 7. 10. 13. &c. ſive ſit adulta & nubilis, Gen. 29, 6. 23. 24. 1. Reg. 17, 25. c. 18, 27. c. 25, 44. &c. β) *Tropicè* 1) per *Synecdochen* notat *Neptem*, Gen. 24, 48. 2) per *Metaphoram* denotat a) *Filiam adoptivam*, Eſth. 2, 7. b) Additô nomine *urbis* vel *regionis* deſignat *totos populos, regiones, vel etiam civitates:* בַּת צֹר Filia Tyri, i. e. regio iſta, quæ circa Tyrum ſita erat, ejusque imperio unà cum incolis ipſius ſubjacebat, Pſalm. 45, 13. בַּת־בָּבֶל *Filia Babelis*, i. e. Regnum Babylonicum, Pſal. 137, 8. בַּת עַמִּי *Filia populi mei*, i. e. gens Judaica, Jeſ. 22, 4. c) *Pagum & Villam*, item *Oppidulum*, quæ ſunt quaſi *filiæ* majorum civitatum, quæ *Metropoles* dicuntur, Num. 21, 25. 26. Joſ. 15, 45. c. 17, 11. 16. Jud. 11, 26. d) *Brutorum pullos & catulos*, Jeſ. 13, 21. c. 34, 13. e) *Eccleſiam*, quæ affectu ſponſi ſic nominatur, Pſalm. 45, 11. γ) Conſtructum cum aliis, ſæpe conſtituit *concretum denominativum & poſſeſſivum*, בַּת תַּרְשִׁישׁ *Filia maris*, i. e. maritima, Jeſ. 23, 10. הֲבַת תִּשְׁעִים שָׁנָה תֵּלֵד Num *Filia* 90. annorum, i. e. annos 90. nata pariet? Gen. 17, 17.

בִּנְיָן m. *Structura*. Tantum extat Ezech. 41, 13.

בִּנְיָמִין m. *Benjamin*; ſonat *Filium dexteræ*; eſtque nomen proprium *Filii Jacobi ſecundi* ex Rahele ſuſcepti, quem mater doloribus partûs defatigata, & morti vicina vocaverat בֶּן־אוֹנִי *Filium doloris mei*, Gen. 35, 18. *Metonymicè* notat *poſteros* Benjaminis, Devt. 33, 12. Pſal. 80, 3.

מִבְנֶה

מִבְנֶה m. *Structum.* Tantum legitur in Statu Conſtructo Ezech. 40, 2. מִבְנֵה עִיר *Structum urbis.*

תַּבְנִית f. *Structum*, Exod. 25, 9. 2. Reg. 16, 10. *Similitudo, Figura, Exemplar;* propriè ædificii, Exod. 25, 9. Devt. 4, 16. 17. Ezech. 8, 3.

בָּנַט *Ligavit*, apud Arabes; Inde

אַבְנֵט m. *Balteus*, quô ligantur veſtes circa corpus, ne diffluant, Exod. 28, 4. 39. 40.

בָּסַר *Intempeſtivè aliquid fecit* vel *petiit* apud Arabes. Inde

בֹּסֶר m. *Omphax*, uva intempeſtiva, immatura & acida, ſive labruſca, quæ ſtuporem dentium inducit, Job. 15, 33. Jer. 31, 29. 30.

בָּעָה *Bullas excitavit; Tumuit; Quæſivit*, ex uſu Chaldaico, Tantum quater legitur. תִּבְעָיוּן *Quæretis*, Jeſ. 51, 12. ubi tertia radicalis ה in *Jod* mobile mutata fuit. Ita quoque in Imperativo בְּעָיוּ *Quærite*, Jeſ. 21, 12. Niphal נִבְעָה *Tumuit, Inflatus, Quæſitus eſt.* נִבְעוּ *Quæſita ſunt*, Obad. 1, 6. Part. נִבְעֶה *Tumens*, Jeſ. 30, 13. ubi *Tropicè* dicitur de eô, quod *inclinatum eſt* atque *prominet.*

בְּעִי m. *Petitio; Deprecatio.* Tantùm extat Job. 30, 24.

בָּעַט *Calcitravit, Recalcitravit.* Bis legitur. Fut. וַיִּבְעַט *Et recalcitravit*, Devt. 32, 15. תִּבְעֲטוּ *Recalcitratis*, i.e. *contemnitis*, 1. Sam. 2, 29.

בָּעַל *Dominium habuit, Dominatus eſt; Uxorem iniit* vel *duxit, ejus Dominus vel maritus factus eſt.* Ibi conſtruitur cum ב vel ל; hîc ferè cum Accuſativo. בָּעֲלוּ לְמוֹאָב *Dominium habuerunt in Moabum*, 1. Chron. 4, 22. בְּעָלוּנוּ *Dominati ſunt nobis*, Jeſ. 26, 13. Part. Paul. בְּעוּלָה *Inita, maritata*, Jeſ. 54, 1. Fut. כִּי יִבְעַל בָּחוּר בְּתוּלָה Sicut *ducit* Juvenis virginem, Jeſ. 62, 5. Niphal Fut. תִּבָּעֵל *Maritabitur*, Prov. 30, 23. Jeſ. 62, 4.

1) Generatim Coccejo notat *habere in poteſtate, uſu & fructu.* 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *Dominium*, quod involvit *poteſtatem, uſum & fructum;* & quidem 1) *civile;* inde redditur *Dominari, dominium habere vel exercere, imperare*, 1. Chron. 4, 22. cum crudelitate, Jeſ. 26, 13. 2) *maritale*, quod ambit aliquis in virginem vel viduam, quando eam uxorem ducere vult, & poſtea in eam velut ſvaviſſimam conjugem exercet, eâ σεμνῶς utitur & fruitur; Inde redditur, *uxorem ducere, inire, maritare*, Devt. 21, 13. c. 22, 22. c. 24, 1. Prov. 30, 23. & uxor dicitur *maritata, inita*, Gen. 20, 3. ὕπανδρος, *ſub poteſtate viri exiſtens, viro ſubjecta*, Rom. 7, 2. β) *Tropicè* 1) *Metonymicè* deſignat *immiſſionem pœnæ*, Jer. 31, 32. Qui enim ſubditorum dominium & poteſtatem ſuperioris ſusque deque habet, & rebellem ſe gerit, punitur; & quæ uxor maritalis Dominii immemor, & ſuæ in maritum pietatis oblita, illicitos amores ſectatur, meritò à maritô ſpernitur, & rejicitur. Inde eſt, quod

d. I.

Digitized by Google

d. l. R. Joſeph. Kimchi בָּעַלְתִּי expoſuerit per בחלתי vel קצתי i. e. *faſtidivi*; & Paulus Ebr. 8, 9. reddiderit per *ἠμέλησα αὐτῶν*, *neglexi eos*, Aliàs *faſtidiendi* ſignificatio ex Arabiſmo petitur. Conf. Pocokius ad port. Moſ. Miſcell. c. 1. p. 6. 7. Aſt faſtidium & neglectio eſt primus actus pœnæ. Conf. Seb. Schmid in h. l. 2) *Metaphoricè* a) tribuitur *Deo*, gentem Iſraeliticam ſibi ſuaviſſimè deſponſaturo, Jer. 3, 14. Conf. Jeſ. 54, 2. b) *Idololatris*, cultum idolorum ambientibus, amplexantibus & ſectantibus, Mal. 2, 21. c) *Terra*, quæ maritari dicitur 1) quando *denuò habitatur*; Habitata enim quando eſt terra, eſt inſtar mulieris, cui eſt maritus; cum verò vaſtata jacet, eſt velut vidua, quæ marito privata eſt. Vid. D. Kimchi. Jeſ. 64, 2. 2) quando *filios ex ſuis filiis habet rectores*, qui ſuaviſſimum & amore plenum dominium in eam exercent; quale dominium maritale adoleſcens in virginem ambit, cum eam ducit, & poſtea in eam, ut conjugem dilectiſſimam exercet, Jeſ. 62, 5.

בֹּעֵל m. *Maritus.* Eſt Participium nominaſcens. Semel legitur in Plurali בֹּעֲלַיִךְ Jeſ. 54, 5. ubi *Eccleſiæ*, quæ ſibi velut vidua & repudiata videbatur eſſe, *maritus* dicitur *Dominus*. Adhibetur autem Pluralis ob Myſterium Trinitatis, Eccleſiæque hoc ipſô indicatur, quod *per ſponſum ſuum, Filium Dei adeo reconciliatus ſit Pater quoque & Spiritus S. ut etiam ſpirituale matrimonium*, h. e. *fœdus gratiæ cum ipſâ inierit uterque.* Vid. Seb. Schmid.

בַּעַל m. *Dominus*; *Maritus.* בְּעֻלַת בַּעַל *Maritata marito*, Gen. 20, 3. בַּעַל הָאִשָּׁה *Maritus mulieris iſtius*, Exod. 21, 22. בַּעַל הַשּׁוֹר *Dominus bovis*, Exod. 21, 28. Cum Suff. בַּעְלִי *Maritus meus*, Hoſ. 2, 16. Plur. בְּעָלִים *Domini.* In Statu Conſtructo בַּעֲלֵי בְרִית *Domini fœderis*, i. e. confœderati, Gen. 14, 13. Cum Suff. גַּם בְּעָלָיו יוּמָת *Etiam Dominus ejus* occidatur, Devt. 21, 29. Adhibetur Pluralis de *unicô*; quia Subſtantiva *Dominium* ſignificantia vel ſupponentia, in Plurali ſolent jungi Adjectivis vel Verbis ſingularibus. Vid. Gen. 39, 2. Jeſ. 19, 4. לְבַעְלֵיהֶן *Maritos ſuos*, Eſth. 1, 17.

1) Generatim notat *eum, qui in aliquam rem poteſtatem habet, eâ utitur, atque fruitur.* Hieronymo idem eſt ac *ἔχων*, *is, qui habet.* 2) Speciatim α) notat *Dominum* in rem aliquam, quam habet, quâ utitur, in quam jus & poteſtatem exercere valet; *rei poſſeſſorem*, e. g. bovis, Exod. 21, 28. 29. domûs, Exod. 22, 7. foveæ, Exod. 21, 34. aſini, Jeſ. 1, 3. β) *Maritum*, qui *Dominus* eſt uxoris, hujusque amoribus fruitur, Gen. 20, 3. Exod. 21, 3. 22. Devt. 22, 22. c. 24, 4. 2. Sam. 11, 26. Prov. 12, 4. c. 31, 23. 28. γ) Eſt nomen *Idoli*, quod ſic dicebatur, quia ſuis cultoribus erat, ut *Dominus* vel *maritus*, Jud. 6, 25. 28. 30. 1. Reg. 16, 32. 2. Reg. 18, 19. 22. &c. Sæpe occurrit cum additione, ut בַּעַל פְּעוֹר quaſi *Dominus apertionis*, qui *Priapus* fuiſſe putatur, Num. 25, 3. 5. Pſalm. 106, 28. בַּעַל זְבוּב *Dominus muſcæ*, ſive, quod Diabolus ſpecie vel figurâ majoris

Digitized by Google

majoris *muſcæ* apparuerit, ſive quod muſcis aliquando ejus cultores vexaverit, religionemque inde induxerit. ſive quod muſcis vexatos liberaverit. Ita dictus בַּעַל בְּרִית *Dominus fœderis*, ſeu qui fœderibus præerat. Unde colligi poteſt, quod poſtquam nomen *Baal* falſo Deo tribui cœpit, Dii ejusmodi falſi ita diſtincti fuerint, ut vel à *locis*, ubi culti fuerunt; vel *ab operibus*, quibus celebrabantur, vel à *formis*, in quibus apparuerunt, nominati fuerint. δ) Si cum aliis conſtruitur, ſubinde conſtituere ſolet *concretum denominativum ac poſſeſſivum*, ut בַּעַל דְּבָרִים *Dominus rerum* vel *cauſarum*, i. e. litigaturus, der Händel hat/ Exod. 24, 14. בַּעַל כָּנָף *Dominus alæ*, i. e. alatus, Prov. 1, 17. בַּעַל שֵׂעָר *Dominus pili*, i. e. piloſus, 2. Reg. 1, 8. בַּעַל מְזִמּוֹת *Dominus ſcelerum*, i. e. ſceleſtus, maleficus, ſcelera moliens, Prov. 24, 8. בַּעַל אַף *Dominus iræ*, i. e. iracundus, Prov. 22, 24. בַּעַל הַחֲלֹמוֹת *Dominus ſomniorum*, i. e. ſomniator, Gen. 37, 19. חָרוּץ חָדָשׁ בַּעַל פִּיפִיּוֹת *Tribula nova, Dominæ orum*, i. e. prædita aculeis, Jeſ. 41, 15. בַּעֲלֵי עִיר *Domini urbis*, i. e. cives, incolæ, Joſ. 24, 11. Jud. 9, 2. 46. 47. 51. בַּעֲלֵי בְרִית *Domini fœderis*, i. e. confœderati, Gen. 14, 13. בַּעֲלֵי חִצִּים *Domini ſagittarum*, i. e. ſagittarii, Gen. 49, 24.

בַּעֲלַת f. *Domina*. Quater occurrit in Statu Conſtr. conſtituens concretum denominativum ac poſſeſſivum, nimirum bis 1. Sam. 28, 7. בַּעֲלַת אוֹב *Domina* Pythonis, i. e. Pythoniſſa. בַּעֲלַת בַּיִת *Domina domûs*, i. e. hera, 1. Reg. 17, 17. בַּעֲלַת כְּשָׁפִים *Dominæ præſtigarum*, i. e. præſtigiatrix, Nah. 3, 4.

בַּעֲלָה f. *Baala*, nomen urbis in tribu Judæ ſitæ, Joſ. 15, 9.

בָּעַר *Arſit, Exarſit; Uſtus, Combuſtus fuit*; item *Incendit, Accendit, Exuſſit; Obbruteſcendi* ſignificationem habet à nomine. בָּעֲרָה בָם *Accenſus eſt* in eos ignis Domini, Num. 11, 3. בָּעֲרוּ גֶּחָלֵי אֵשׁ *Arſerunt* prunæ ignis, 2. Sam. 22, 13. Part. הַסְּנֶה בֹּעֵר בָּאֵשׁ *Rubus ardens igne*, Exod. 3, 2. Fœm. כְּנַחַל גָּפְרִית בֹּעֲרָה בָּהּ Sicut fluvius ſulphuris *accendens eſt* eum, Jeſ. 30, 33. Sed Jeſ. 34, 9. (..) retinetur. זֶפֶת בֹּעֵרָה *Pix ardens*, & Jer. 20, 9. eſt אֵשׁ בֹּעֶרֶת *Ignis ardens*. Piel בִּעֵר *Incendit, Accendit; Combuſſit; Suſtulit, Removit; Pavit, Depavit*. וּבִעֵר בִּשְׂדֵה אַחֵר *Ut paſcat* in agrô alterius, Exod. 22, 5. וּבִעֵר עֵצִים *Et accendat ligna*, Lev. 6, 12. Infin. בַּעֵר *Incendere*, Jeſ. 4, 4. Fut. תְּבַעֵר הַדָּם הַנָּקִי *Removebis* ſanguinem innocentem, Devt. 21, 9. Pual Part. Fœm. מְבֹעֶרֶת *Accenſa*, Jer. 36, 22. Hiphil הִבְעִיר *Incendit, Combuſſit, Suſtulit, Depavit*. וְהִבְעַרְתִּי *Et comburam*, Nah. 2, 14.

1) Generatim *abſumtionem* importat, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) quia *ardendo & comburendo* res abſumuntur & conſumuntur, inde 1) eſt *ardere*, diciturque tùm de *igne*, pabuli abſumtione; incla-

inclareſcente & in materiâ dominante, Pſalm. 79, 5. Jer. 20, 9. Conf. Jeſ. 9, 17. tùm de *materia ardente*, ignemque ſervante, vel alente, e. g. rubo, Exod. 3, 2. pice, Jeſ. 34, 9. ſulphure, Jeſ. 30, 33. fornace materiam ardentem habente, Mal. 4, 1. 2) *Accendi*, *Exardere*, Num. 11, 1. 3. Eſth. 1, 12. Pſalm. 2, 12. Thren. 2, 3. ubi *Metaphoricè* dicitur de irâ, inſtar ignis ardente & abſumente. 3) *Concremari, Comburi, ardendo conſumi*, Exod. 3, 3. *Aduri*, Jud. 15, 14. 4) *Ardere facere, Incendere, Accendere*. Ita legitur in *Kal* de igne ſylvam incendente & abſumente, Pſalm. 83, 15. in Piel de ardere faciente ligna, Lev. 6, 12. ignem, Jer. 7, 18. Ezech. 39, 9. ubi *Metaphora* ſubeſt, de incendente lucernas, 2. Chron. 4, 20. c. 13, 11. in Hiphil Exod. 22, 5. Jud. 15, 5. 5) *Comburere*, filios Molocho, 2. Chron. 28, 3. currus, Nah. 2, 14. β) Quia *depaſcendo* res abſumuntur, inde, ſi de agris & vineis dicitur, notat *depaſcere*, Exod. 22, 5. Jeſ. 3, 14. γ) Quia, quæ abſumuntur, è medio tolluntur, inde quoque eſt *Tollere, Abolere, Removere, imò etiam Everrere.* Ita adhibetur de remotione ſancti è domo, Devt. 26, 13. mali, Devt. 13, 5. vel 6. cinædorum ex terrâ, 1. Reg. 22, 47. ſanguinis innocentis, Devt. 19, 13. homicidarum ex terra viventium, 2. Sam. 4, 11. ſtercoris ex domo, 1. Reg. 14, 10. ubi *everrendi* ſignificationem habere poteſt, **auskehren**/ &, ſi ad homines ſimul transfertur, notat *reliqua & memoriam alterius abolere & delere.* In Piel 1. Reg. 14, 10. c. 21, 21. In Hiphil 1. Reg. 16, 3. Ita autem in dictis locis conſtruitur cum אַחֲרֵי *poſt*, quia, qui aliquid everrit, *ſtat poſt illud*, ut ante ſe tollat & removeat. δ) Significat *obbruteſcere, ſtolidum eſſe*, quia ei, qui *obbruteſcit*, & infatuatur, uſus rationis abſumitur & tollitur. Quanquam hæc ſignificatio à nomine eſſe poteſt. Ita ſepties legitur 1) de homine ſtupido & ſtolidô, qui brutis non tantum non melior, ſed longe deterior videtur, Pſalm. 94, 8. Jer. 10, 8. 14. 21. c. 51, 17. Ezech. 21, 31. 2) de Conſiliô brutô, quod in ἀφροσύνην abit, Jeſ. 19, 11.

בַּעַר m. *Brutus*; belluinam gerens indolem, moresque referens brutorum; *Stupidus*, *Deſipiens*, qui cognitione & ſapientiâ deſtituitur, Pſalm. 49, 11. Pſalm. 73, 22. Prov. 30, 2. Opera Dei non attendit, Pſalm. 92, 7. coercitionis impatiens eſt, belluinis indulgens affectibus, ſibique ſtolidè damnum conflans, Prov. 12, 1. Sæpius non legitur.

בְּעִיר m. *Brutum, Jumentum, Pecus*, depaſcens & ſine diſcrimine admordens omnia. וּבְעִירֵנוּ Et *pecus* noſtrum, Num. 2, 4. Præterea legitur, Gen. 45, 17. Exod. 22, 4. Num. 20, 8. 11. Pſalm 78, 48.

בְּעֵרָה f. *Incendium*, quô res uſtibiles abſumuntur. Saltem extat Exod. 22, 5.

תַּבְעֵרָה f. *Incendium* propriè. Ita verò vocatur *locus*, ubi ignis Domini accenſus, extremitatem caſtrorum abſumſit, Num. 11, 3.

בָּעַת *Terruit, Perterruit.* In *Kal* non occurrit. Niphal נִבְעַת *Territus, Perterritus eſt.* נִבְעַתִּי *Territus ſum*, Dan. 8, 17. pro

נִבְעַתְתִּי,

נִבְעַ֫תִּי, tertiâ radicali, quia ת aliud ſequitur, extruſâ, & in ſequenti literâ per Dageſch forte compenſatâ. Piel בִּעֵת *Terruit, Perterrefecit, Perturbavit.* Fœm. cum Suff. וּבִעֲתַּתּוּ *Perturbabat autem eum*, 1. Sam. 16, 14. pro וּבִעֲתַתְהוּ, extruſô ה Suffixi, & compenſatô per Dageſch forte in præcedente ת. בִּעֲתַתְנִי *Perterret me*, Jeſ. 21, 4. Fut. תְּבַעֵת *Terret*, Job. 13, 11.

1) Generatim importat *vehementem animi motum*, quô velut ex ſede ſuâ dimovetur, terretur atque perturbatur. Unde 2) ſpeciatim α) deſignat *animi conſternationem ingentem*, ex præſentiâ rei magnæ aut ingratæ, mali triſtioris metum incutientis, notatque in Niphal *vehementer perterreri atque percelli*, ut omnis ferè mens excuſſa videatur, uti à conſpectu Regis iratô, Eſth. 7, 6. ab inopinatô Angeli acceſſu, ut homo totus attonitus in terram procidat, Dan. 8, 17. ob Angeli percuſſoris conſpectum gladium ſtrictum, 1. Chron. 20, 30. In Piel *Terrere, Perterrefacere, attonitum reddere*, ut homo extra ſe poſitus videatur, neſciens, quid faciat, aut quò ſe vertat, &c. 2. Sam. 22, 5. Pſalm. 18, 5. Job. 7, 14. c. 9, 34. c. 15, 24. c. 18, 11. c. 33, 7. Conf. Jeſ. 21, 4. Per *Proſopopœiam*, Jobus diei ſuo natali imprecatur, ut terreant eum tanquam amaritudines diei, Job. 3, 5. β) Notat *perturbare alicujus animum*, ut Spiritus malus Saulem perturbabat, 1. Sam. 16, 14. 15.

בְּעָתָה f. *Terror.* Bis ſaltem legitur, Jer. 8, 15. c. 14, 19. Sed utrinque *Metonymicè* adhibetur, poſitô Abſtractô pro Concretô, ſeu pro *re* aut *malo terrifico*, quod in perpetuô terrore & tremore hominem verſari cogit.

בִּעוּתִים m. pl. *Terrores.* Bis ſaltem occurrit, de ingentibus Dei terroribus, qui animum vehementer *perturbant* & *percellunt*, Job. 6, 4. Pſalm. 88, 17.

בצל *Invicem tunicis cohæſit*, item *detraxit cepæ corticem*, apud Arabes in Conj. 2.

בָּצָל m. *Cepa*, ſic dicta, quod tunicis invicem cohæreat. Extat ſaltem in Plurali בְּצָלִים *Cepa*, Num. 11, 5.

בָּצַע *Secuit; Diſcidit, Diviſit; Conciſus, Vulneratus eſt; Quæſtum fecit; Quæſtui vel avaritiæ deditus fuit.* Part. בֹּצֵעַ בֶּצַע *Lucrifaciens lucrum*, Hab. 2, 9. Infin. לְמַעַן בְּצֹעַ בָּצַע׃ *Ut lucretur lucrum*, Ezech. 22, 27. יִפֹּלוּ וְלֹא־יִבְצָעוּ׃ *Ruent*, non tamen *ſauciabuntur*, Joel. 2, 8. Piel בִּצַּע *Secuit, Abſcidit, Perfecit, Quæſtum fecit.* בִּצַּע אֶמְרָתוֹ *Perfecit* ſermonem ſuum, Thren. 2, 17. Fut. וַתְּבַצְּעִי רֵעַיִךְ בַּעֹשֶׁק *Et lucrum captaſti* à ſociis tuis per violentiam, Ezech. 22, 12.

1) Generatim notat *ſecare.* 2) Speciatim α) *propriè* 1) eſt *abſcindere*, e. g. telam abſolutam à trabe, ceu colligere eſt ex Jeſ. 38, 12. 2) *Vulnerare, ſauciare*, Joel. 2, 8. Huc refert Druſius illud Am. 4, 9. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *Hominis excidium velociſſimum ex hac vitâ*, ſicut tela textorum velociſſimè abſcinditur, Job. 6, 9. c. 27, 8. Jeſ. 38, 12. 2) *Rei per-*

perfectionem, prout tela, quando abſoluta & perfecta eſt, abſcindi ſolet. Ita legitur de perfectione operis, Jeſ. 10, 12. templi Hieroſolymitani, Zach. 4, 9. ſermonis, Thren. 2, 17. 3) Transfertur ad *lucrum*, non ſolum, quia homo alterius exactionibus & lucrifaciendi cupiditate quaſi vulneratur, ejusque ſanguis, h. e. pecunia exugitur; ſed etiam, quia, qui lucri cupidus eſt, minus tribuit alteri, quàm debet, ſibi aut plus acquirere nititur. Ita reddi ſolet *lucrifacere, vel lucrari cum alterius injuriâ, avaritiæ deditum eſſe & quæſtui ſordido inhiare, lucrum concupiſcere, captare*, Prov. 1, 19. c. 15, 27. Pſalm. 10, 3. Jer. 6, 13. c. 8, 10. Ezech. 22, 12. 27. Sæpius non legitur.

בֶּצַע m. *Segmentum, Fruſtulum minutum*; Jud. 5, 19. *Lucrum, Quæſtus, Commodum.* שֹׂנְאֵי בָצַע *Odio habentes, averſantes lucrum*, Exod. 18, 21. הוֹי בֹּצֵעַ בֶּצַע רָע לְבֵיתוֹ *Væ lucrifacienti lucrum* malum domui ſuæ, Hab. 2, 9. Cum Suff. בִּצְעוֹ *Quæſtus ejus*, Jeſ. 57, 17.

1) Generatim & vi etymi notat, *quicquid ab altero reſecatur, & abſcinditur.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *rei ſegmentum*, quod ab eâ velut particula à toto reſecatur & abſcinditur. Ita capi putatur Jud. 5, 19. Quanquam non erraveris, ſi d. l. cum Seb. Schmidio interpreteris *quæſtu argenti.* β) *Impropriè* 1) *Metaphoricè* notat *lucrum*, quod eſt quaſi ſegmentum rei proficuæ. Ita autem capitur vel *in bonum*, quale eſt lucrum ex pietate in homines redundans, Mal. 3, 14. vel in *malum*, deſignans quæſtum ſeu lucrum turpe, cum injuriâ alterius quæſitum & acceptum, Exod. 18, 21. Pſalm. 119, 36. Prov. 1, 19. c. 15, 27. c. 28, 16. 1. Sam. 8, 3. Jeſ. 33, 15. c. 56, 11. Jer. 6, 13. c. 8, 10. Ezech. 22, 27. c. 33, 31. Hab. 2, 9. 2) *Metonymicè* denotat *avaritiam*, quæ nonniſi in lucrum & commodum fertur & rapitur, Jeſ. 57, 17. Jer. 22, 17.

בָּצַץ *Nituit, Splenduit* apud Arabes. Inde deducunt

בִּץ m. *Cœnum, Lutum.* Saltem legitur Jer. 38, 22.

בִּצָּה f. *Cœnum, Lutum.* Bis legitur in Singulari Job. 8, 11. c. 40, 16. & ſemel in Plurali cum Suff. בִּצֹּאתָו *Cœnoſa ejus*, Ezech. 47, 11. pro בִּצּוֹתָיו, extruſô per Syncopen י Suffixi, & ו in א mutatô.

בָּצַק *Intumuit.* Bis legitur. רַגְלְךָ לֹא בָצֵקָה Pes tuus non *intumuit*, Devt. 8, 4. רַגְלֵיהֶם לֹא בָצֵקוּ Pedes eorum non *intumuerunt*, Neh. 9, 21.

בָּצֵק m. *Maſſa*, farina ſubacta, ab intumeſcendo ſic dicta. הַנָּשִׁים לָשׁוֹת בָּצֵק Mulieres ſunt depſentes *maſſam*, Jer. 7, 18. יִשְׁבּוֹת מֵעִיר מִלּוּשׁ בָּצֵק עַד־חֻמְצָתוֹ *Ceſſat* excitator à ſubigendo *maſſam* usque ad fermentationem ejus, ſeu usque dum fermentetur, Hoſ. 7, 4. Vid. Exod. 12, 39. 2. Sam. 13, 8. Cum Suff. בְּצֵקוֹ *Maſſam ſuam*, Exod. 12, 34.

בָּצְקַת Vide infra in יצק.

בָּצַר *Decerpſit, Succidit, Vindeminavit; Munivit.* Fut. כִּי תִבְצֹר כַּרְמְךָ Cum *vindemiabis* vineam tuam, Devt. 24, 21. Part. בּוֹצֵר *Vinde-*

Digitized by Google

Vindemians, *Vindemiator*, Jer. 6, 9. Part. Paul בָּצוּר *Munitus.* Fœm. עִיר בְּצוּרָה *Urbs munita*, Jeſ. 27, 10. Niphal נִבְצַר *Cohibitus, Prohibitus eſt.* Fut. וְלֹא יִבָּצֵר מֵהֶם Neque *prohibebitur* ab illis, omne, quod cogitarunt facere, Gen. 11, 6. Piel בִּצֵּר *Munivit.* Infin. לְבַצֵּר הַחוֹמָה *Ad muniendum murum*, Jeſ. 22, 10.

1) Generatim notat *præſecare, præcidere.* 2) Speciatim *α*) *propriè* eſt *vindemiare*, quia vindemiantes uvas præſecant & ſuccidunt, Lev. 25, 5. 11. Devt. 24, 21. Jud. 9, 27. Jer. 6, 9. Sed Jer. 49, 9. Obad. 1, 5. *Vindemiatores* tropicè deſignant *hoſtes*, vindemiatoribus non abſimiles. *β*) *Impropriè* & per *Metaphoram* notat 1) *probibere, cohibere;* præſecando veluti facultatem vel occaſionem agendi. Ita bis ſaltem legitur in Niphal, Gen. 11, 6. Job, 42, 2. 2) *Munire, præruptâ altitudine aliquid inacceſſum facere;* quia muniendo urbem, murum &c. quaſi præſecatur aditus, vel introitus in urbem, hortum &c. Ita legitur in Participio Paul de urbe, Num. 13, 28. Devt. 1, 28. c. 3, 5. c. 9, 1. Joſ. 14, 12. 2. Sam. 20, 6. 2. Reg. 19, 25. Neh. 9, 25. Jeſ. 37, 26. Hoſ. 8, 14. de muro, Jeſ. 20, 15. Devt. 28, 52. Sed Jer. 33, 3. Metaphoricè denotat *rem arduam & cognitam.* In Piel bis occurrit, de muro, Jeſ. 22, 10. & de excelſo, Jer. 51, 53. 3) *Adimere.* Ita Pſalm. 76, 13. Deus dicitur *ſuccidere, præſecare ſpiritum Principum*, quando iis animum & conſilium adimit, ut ſint inſtar vitis, uvis foliisque privatæ, aut inſtar urbis mœnibus deſtitutæ.

בָּצִיר m. *Vindemia.* כָּלָה בָצִיר *Conſummata eſt vindemia*, Jeſ. 24, 13. עֹלֵלֹת בָּצִיר Racemationes *vindemiæ*, Mich. 7, 1. Cum Suff. בְּצִירֵךְ *Vindemia* tua, Jer. 48, 32.

1) Generatim notat *vindemiam.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *actum*, quo uvæ deciduntur de vitibus. Vid. Jeſ. 24, 13. *β*) *Impropriè* 1) per *Metaphoram* deſignat *pugnam & victoriam* de hoſtibus, Jud. 8, 2. 2) per *Metonymiam* notat tùm *tempus vindemiandi*, Lev. 26, 5. Mich. 7, 1. tum *uvas* vindemiando colligendas, Jer. 48, 32. *γ*) Nomen *loci* eſſe dicitur, Zach. 11, 2. Vid. Seb. Schmidii Verſio in h. l.

בֶּצֶר m. *Aurum lectiſſimum.* Saltem legitur Job. 22, 24. Ita autem à בָּצַר dictum cenſetur, *vel* quia inſtar validi muri *munit* ac *tuetur* contra inſultus & injurias hoſtium, & homini inſtar validi propugnaculi eſt; *vel*, quia gruma auri decerpta atque collecta eſt.

בְּצַר m. *Aurum lectiſſimum.* Vide dicta ad בֶּצֶר. Extat ſaltem in Plurali cum Suff. בְּצָרֶיךָ *Aura tua*, Job. 22, 25. Diciturque *Metaphoricè* de *Deo*, quia *α*) ſicut aurum eſt homini chariſſimum, ita & *Deus* Jobo futurus erat chariſſimus & pretioſiſſimus; *β*) Sicut in auro multum etiam liciti præſidii homo invenit: Ita quoque Deus multiplex & omnigenum homini eſſe poteſt præſidium, quod omnia alia hominis præſidia ſuperat longiſſimè.

בָּצְרָה f. *Bozra*; nomen proprium *urbis* Edomiticæ, uvarum rubrarum copiâ nobiliſſimæ. B. Luthero *vindemiatricem* notat, Jeſ. 63, 1.

mentio

mentio ejus ſit; ſed cenſetur Synecdochice notare *hoſtes Eccleſiæ quoscunque*, quia olim Edomitæ fuerunt hoſtes Eccleſiæ infenſiſſimi. Vid. Seb. Schmid. in h. l.

בִּצָּרוֹן m. *Munimentum.* Extat ſaltem Zach. 9, 12.

בַּצֹּרֶת f. *Cohibitio pluviæ, Siccitas;* Omnis alimoniæ charitas & ademtio, Jer. 17, 8. Plur. בַּצָּרוֹת, *Siccitates*, quaſi ex Singulari בַּצָּרָה, Jer. 14, 1. Sæpius non legitur.

מִבְצָר m. *Munitio, Munimentum.* עָרֵי מִבְצָר *Urbes munitionis*, i. e. munitæ, Num. 32, 36. Joſ. 19, 35. In Statu Conſtr. מִבְצַר מִשְׂגָּב *Munimentum refugii*, Jeſ. 25, 12. Plur. מִבְצָרִים *Munitiones, Munimenta*, Dan. 11, 24. Cum Suff. מִבְצָרֶיךָ *Munitiones tuæ*, Jer. 5, 16. Fœm. מִבְצָרוֹת *Munitiones*, Dan. 11, 15.

1) Generatim *munitionem* ſignificat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *id, quod hoſtem ab invaſione prohibet, & arcet*, ut ſunt muri, turres, propugnacula. Inde עִיר מִבְצָר *Urbs munitionis*, eſt urbs munita, munitionibus gaudens, nempe muris, turribus, propugnaculis, Num. 32, 36. Joſ. 19, 35. 1. Sam. 6, 18. 2. Reg. 3, 19. c. 10, 2. c. 17, 9. c. 19, 8. Jeſ. 17, 3. Jer. 34, 7. Conf. c. 4, 5. c. 8, 14. β) *Tropicè*, & 1) quidem per *Metaphoram* hoc nomine venit Propheta *Jeremias*, præſidiô & auxiliô divinô contra hoſtes ſuos munitus, vel abſolutè, Jer. 6, 27. vel cum additô, Jer. 1, 18. 2) *Metonymicè* notat *urbes*, quæ munitionibus omnigenis inſtructæ ſunt, 2. Reg. 8, 12. Pſalm. 89, 4. Jer. 48, 18.

בָּקַע *Fidit, Scidit, Diffidit, Diſcidit, Perrupit.* וְהַיָּם בָּקַעְתָּ לִפְנֵיהֶם Et mare *diffidiſti* ante eos, Neh. 9, 11. Part. בּוֹקֵעַ עֵצִים *Findens* ligna, Eccl. 10, 9. Infin. וַיֹּאמֶר לְבִקְעָם אֵלָיו Cogitavit enim *abſcindere* eas ad ſe, 2. Chron. 32. 1. Fut. וַיִּבְקַע צוּר Dum *findet* petram, Jeſ. 48, 21. וַיִּבְקְעוּ הַשְּׁלֹשָׁה בְּמַחֲנֵה פְלִשְׁתִּים *Perruperunt* ergo tres iſti per caſtra Philiſtæorum, 2. Chron. 11, 18. Niphal נִבְקַע *Fiſſus, Sciſſus, Ruptus, Disruptus fuit; Diffidit ſe.* לֹא נִבְקַע עָנָן Non *rumpitur* nubes, Job. 26, 8. Fut. וַתִּבָּקַע הָאֲדָמָה *Et disrupta eſt* terra, Num. 16, 31. Piel בִּקַּע *Fidit, Diffidit, Diſcidit.* בַּצּוּרוֹת יְאֹרִים בִּקֵּעַ In petris rivos *diffindit*, Job. 28, 10. Fut. וַיְבַקַּע עֲצֵי עֹלָה Et *findebat* ligna holocauſti, Gen. 22, 3. Pual בֻּקַּע *Fiſſus, Diffiſſus, Ruptus, Disruptus eſt.* Fut. וְהָרִיּוֹתָיו יְבֻקָּעוּ׃ Et gravidæ eorum *diſcindentur*, Hoſ. 14, 1. Hiphil הִבְקִיעַ *Fidit, Perrupit.* Infin. לְהַבְקִיעַ Ad *perrumpendum*, 2. Reg. 3, 26. Fut. וְנַבְקִעֶנָּה אֵלֵינוּ Et *findemus* eam ad nos, i. e. *diſſectam* adjungamus eam nobis, Jeſ. 7, 6. Hophal הָבְקְעָה הָעִיר *Perrupta fuit* urbs, Jer. 39, 2. Hithpael הִתְבַּקַּע *Fiſſus, Sciſſus, Ruptus eſt.* הִתְבַּקָּעוּ *Rupti ſunt*, Joſ. 9, 13. pro יִתְבַּקָּעוּ, ob præſentiam accentus Athnachi.

1) Generatim notat *diviſionem & divulſionem rerum unitarum & conjunctarum.* 2) Speciatim α) eſt *findere vel diſſecare aliquid non*

 ſine

ſine vi & impetu, e. g. ligna, Gen. 22, 3. 1. Sam. 6, 14. fœminas gravidas, 2. Reg. 8, 12. c. 15, 16. Hoſ. 14, 1. Am. 1, 13. petram, Pſalm. 78, 15. Jeſ. 48, 21. β) *Rumpere, Dirumpere*; Ita *vetuſtate rupti* dicuntur utres vini, Joſ. 9, 4. 13. copiâ aquarum nubes, Job. 26, 8. Item *perrumpere*, e. g. copias hoſtiles, 2. Sam. 23, 16. 1. Chron. 11, 18. urbem, Jer. 39, 2. c. 52, 7. Ezech. 26, 10. *Erumpere, prorumpere*, Jeſ. 58, 8. γ) *Diſcerpere*, ut ſolent beſtiæ, 2. Reg. 2, 24. Hoſ. 13, 8. δ) Per *Metonymiam* antecedentis pro conſequente, 1) notat *fiſſum, diſſectum ſibi adjungere*, 2. Chron. 32, 1. Jeſ. 7, 6. 2) *Ex fiſſo erumpere*, Jeſ. 35. 6. vel *educere, prorumpere facere*, Job. 28, 10. Pſalm. 74, 15. Hab. 3, 9. Item *excludere* ova vel pullos, Jeſ. 34, 15. c. 59, 5.

בֶּקַע m. *Diſſectum, Diviſum in duas partes*, i. e. *dimidium*. Dicitur de dimidio ſicli, Gen. 24, 22. Exod. 38, 26.

בְּקִיעִים m. pl. *Fiſſuræ, Rupturæ*, Am. 6, 11. In Statu Conſtr. בְּקִיעֵי עִיר *Rupturæ* urbis. Sæpius non legitur.

בִּקְעָה f. *Vallis*; locus planus inter montes; ſic dicitur, quod inter montes quaſi *diſſecta* ſit. בְּתוֹךְ הַבִּקְעָה In medio *vallis*, Ezech. 37, 1. In Statu Conſtr. בְּבִקְעַת הַלְּבָנוֹן In *valle* Libanon, Joſ. 12, 7. Plur. בְּקָעוֹת *Valles, Convalles*. אֶרֶץ הָרִים וּבְקָעֹת Terra montium & *vallium*, Devt. 11, 11.

בָּקַק *Vacuavit, Evacuavit*; & porrò *Populatus eſt*, eò quod populantes cuncta *evacuent & auferant*. Coccejo *propriè* ſignificat *ablaqueare arborem*, ſive *terram effodere*, videlicet, *circa radices arborum*. Cujus ſignificationis fundamentum petit ex Hoſ. 10, 1. גֶּפֶן בּוֹקֵק יִשְׂרָאֵל Ut vitem *ablaqueavit* Iſraelem. Inde *Metaphoricè* transferri cenſet ad *cor, animum & conſilium*. Sed prima ſignificatiò omnibus locis facilè accommodari poteſt. וּבַקֹּתִי אֶת־עֲצַת יְהוּדָה *Evacuabo enim*, i. e. *vanum & irritum reddam* conſilium Judæ, Jer. 19, 7. בְּקָקוּם בֹּקְקִים *Evacuarunt eos evacuantes*, i. e. Aſſyrii hoſtes eos *vaſtarunt, diripuerunt, populati ſunt*, Nah. 2, 3. Part. בּוֹקֵק הָאָרֶץ *Evacuans, populans* terram, Jeſ. 24, 1. גֶּפֶן בּוֹקֵק יִשְׂרָאֵל Vitis *evacuans* Iſrael, i. e. Iſrael, qui fuit velut vitis manu Dei plantata, evacuat fructum, quem ferre debet, cæleſtisque vinitoris & hortulani ſpem turpiſſimè fallit, Hoſ. 10, 1. Niphal נָבַק *Evacuatus fuit*. וְנָבְקָה רוּחַ מִצְרַיִם Et *evacuabitur* ſpiritus Ægypti, Jeſ. 19, 3. pro נָבַקָּה, compenſatione literæ abjectæ per Dageſch forte neglectâ, uti וְנָסַבָּה Et *ambiebatur*, Ezech. 41, 7. pro נָסַבָּה. Infin. cum Fut. הִבּוֹק תִּבּוֹק הָאָרֶץ *Evacuando evacuabitur* terra, i. e. *tota evacuabitur*, Jeſ. 24, 3. Piel בּוֹקֵק *Penitus evacuavit*. Fut. וִיבוֹקְקוּ אֶת־אַרְצָהּ Et *evacuabunt* terram ejus, Jer. 51, 2. Sæpius non legitur.

בּוּקָה f. *Vacua*. Semel legitur, Nah. 2, 10.

מְבוּקָה f. *Evacuata*. Saltem extat, Nah. 2, 10. בּוּקָה וּמְבוּקָה

Digitized by Google

Vacua & evacuata erit, i. e. prorſus evacuabitur, ſpoliabitur ac privabitur bonis ſuis. Sed utrumque prodit radicem בוק.

בַּקְבּוּק m. *Lagena* à *vacuitate* ſic dicta. Cenſetur eſſe vas anguſti orificii, quod homine ſive inde bibente, ſive fundente, ſonum *bacbuc* edit, 1. Reg. 14, 3. Jer. 19, 1.

בִּקֵּר *Quæſivit*, & quidem ſollicitè, & cum ſingulari attentione & ſtudio; *Inquiſivit* curatè & diligenter. וּבִקַּרְתִּי Et *quæram*, Ezech. 34, 11. Infin. לְבַקֵּר Ad *inquirendum*, 2. Reg. 16, 15. Pſalm. 27. 4. Prov. 20, 25. Fut. אֲבַקֵּר אֶת־צֹאנִי *Quæram ſollicitè* gregem meum, Ezech. 34, 12. לֹא יְבַקֵּר בֵּין טוֹב לָרַע Non *disquiret* inter bonum & malum, Lev. 27, 33. Semel adhuc legitur, Lev. 13, 36.

בֹּקֶר m. *Diluculum*, *Tempus matutinum*, *Mane*; à בִּקֵּר *Quæſivit*, *Inquiſivit*, quia tempus matutinum *inquiſitioni & ſcrutinio* rerum eſt commodiſſimum. מֵעֶרֶב עַד־בֹּקֶר A veſpera usque *ad tempus matutinum*, Exod. 27, 21. הַבֹּקֶר אוֹר *Diluculum illuxit*, Gen. 44, 3. עֹלַת הַבֹּקֶר *Holocauſtum matutæ*, i. e. matutinum, Lev. 9, 17. Plur. לַבְּקָרִים *Ad matutina ſingula*, Pſalm. 73, 14.

1) Generatim deſignat *tempus matutinum*, ſive indigitetur nominaliter, ſive adverbialiter. 2) Speciatim I) *nominaliter* α) exprimit *primum diei tempus*, quod præcedentem diem terminat, & ineuntem incipit, eſtque operibus peragendis, & ſcrutinio rerum commodiſſimum, Gen. 44, 3. Ruth. 2, 7. c. 3, 13. 15. 1. Sam. 3, 15. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* deſignat *ſtudium, induſtriam, ſedulitatem & ſolicitudinem*, prout curæ cordique eſſe ſolent, quæ mane ſurgendo fiunt & peraguntur, Pſalm. 5, 4. Pſalm. 92, 3. Pſalm. 101, 8. 2) *Synecdochicè* notat *tempus continuum*; Ita adhibetur tum in Plurali cum præmiſſô ל, & ה, articuli formam exhibente, Job. 7, 18. Pſalm. 73, 14. Pſalm. 101, 8. Jeſ. 33, 2. Thren. 3, 23. tum, quando combinatur cum עֶרֶב *Veſpera*, Exod. 18, 14. c. 27, 21. Item *diſtributionem* indicat, quando ſubinde repetitur, reddendum *ſingulis horis matutinis*, ut Exod. 16, 21. וַיִּלְקְטוּ אֹתוֹ בַּבֹּקֶר בַּבֹּקֶר Et collegerunt illud *mane, mane*, i. e. ſingulis horis matutinis. Ita quoque Exod. 30, 7. c. 36, 3. Lev. 6, 5. Jeſ. 28, 19. II) *Adverbialiter* adhibetur, notans *manè*, vel ſine Præpoſitione, Exod. 16, 7. Pſalm. 5, 4. vel cum Præpoſitione ב & ה articuli, בַּבֹּקֶר, Gen. 19, 27. c. 20, 8. c. 21, 14. c. 22, 3. c. 24, 54. c. 26, 31. &c.

בָּקָר m. *Armentum*; *Bos*; Sic dicitur, quod magna Paſtoris *inquiſitione & inſpectione* indigeat; niſi id ab Arabum بقر *bakara*, quod *incidere* denotat, derivare malis, quia terram arando proſcindit. בֶּן־בָּקָר Filius *armenti*, Gen. 18, 7. In Statu Conſtr. בְּקַר זֶבַח Bos ſacrificii, Num. 7, 88. Cum Suff. בְּקָרְךָ *Armentum tuum*, Devt. 12, 17. Plur. בְּקָרִים *Boves*, 2. Chron. 4, 3.

1) Generatim notat *armentum, gregem armentorum*, ut boves, vaccas, vitulos, Exod. 9, 3. c. 10, 9. c. 20, 24. &c. 2) Speciatim α) *propriè*

notat *bovem*, tàm *marem*, quàm *fœminam*, plenæ ætatis, Neh. 10, 37. Hinc vituli & juvenci dicuntur filii בָּקָר, Gen. 18, 7. Exod. 29, 1. Lev. 3, 4. c. 4, 14. c. 9, 2. c. 16, 3. c. 23, 18. 1. Sam. 14, 32. &c. β) *Memphoricè* notat *boves artefactos*, 1. Reg. 7, 29. 2. Chron. 4, 3. Jer. 52, 20.

בּוֹקֵר m. *Armentarius*, *Bubulcus*. Tantum extat Am. 7, 14.

בַּקָּרָה f. *Inquiſitio*. Semel legitur in Statu Conſtructo Ez. 34, 12. כְּבַקָּרַת רֹעֶה עֶדְרוֹ *Secundum inquiſitionem Paſtoris*, i. e. ſicut diligentiſſime quærit Paſtor gregem ſuum.

בִּקֹּרֶת f. *Flagellatio*, à בָּקָר *bos* ſic dicta, quod juxta Aben-Eſram fiebat *loro bovino*; vel ſecundum alios, quod ſecundum qualitatem delicti debebat quoque eſſe plagarum modus. Semel legitur Lev. 19, 20.

בִּקֵּשׁ *Quæſivit*. בִּקֵּשׁ יְהוָה לוֹ אִישׁ כִּלְבָבוֹ *Quæſivit Dominus* ſibi virum ſecundum cor ſuum, 1. Sam. 13, 14. מִי בִקֵּשׁ זֹאת מִיֶּדְכֶם Quis *quærit* hoc à manibus veſtris? Jeſ. 1, 14. בִּקְשָׁתַם *Quæſivit* eos, Hoſ. 2, 7. בִּקְשֻׁנִי *Quæſiverunt* me, Jeſ. 65, 1. Part. מְבַקֵּשׁ יְהוָה *Quærens* Dominum, Exod. 33, 7. Fut. אֲבַקֶּשׁ לָךְ מָנוֹחַ *Quæram* tibi quietem, Ruth. 3, 1. אֲבַקְשֶׁנּוּ *Quæram eum*, Prov. 23, 35. Püal בֻּקַּשׁ *Quæſitus eſt*. Fut. יְבֻקַּשׁ אֶת עֲוֹן יִשְׂרָאֵל *Quæretur* iniquitas Iſraelis, Jer. 50, 20.

1) Generatim notat *quærere*, connotatâ crebrâ attentione, ſollicitaque induſtriâ & ſtudiô; Unde Coccejo ſignificat *omnem animi facultatisq; converſionem & extenſionem ad rem* aut *actionem*, cujus oppoſitum eſt אִבֵּד, *perdere*, Eccl. 3, 6. terminus מָצָא *invenire* in latiſſimâ ſignificatione. 2) Speciatim α) adhibetur in *indicanda quæſitione rei*, quæ amiſſa eſt, 1. Sam. 10, 2. 14. Pſal. 119, 176. Ezech, 34, 4. β) Deſignat *indefeſſam indagationem rei ignoratæ & ſolers ſtudium* conſequendi notitiam, Exod. 33, 7. 1. Chron. 4, 39. Eſth. 2, 23. Eccl. 7, 28. γ) Indigitat *deſiderium & expetitionem rei alicujus habendæ & fruendæ*, Num. 16, 10. 2. Sam. 3, 17. Neh. 2, 4. c. 5, 18. Pſalm. 27, 4. Pſalm. 34, 15. Pſalm. 37, 25. Thren. 1, 11. Jeſ. 1. 12. c. 41, 17. Jer. 45, 5. Mal. 3, 1. *invenienda*, Eccl. 12, 10. Cant. 3, 1. 2. c. 5, 6. item deſiderium *ardens nocendi & inferendi malum alteri*, Num. 35, 23. 1. Sam. 19, 2. c. 24, 9. 2. Sam. 20, 19. 1. Reg. 20, 7. Eſth. 3, 6. Huc refer, quando homines dicuntur *quærere Deum*; Indigitatur enim vel *eorum deſiderium Dei cognoſcendi*, *habendi ac fruendi*, Devt. 4, 29. 1. Chron. 16, 10. Jeſ. 65, 1. vel *converſio ſeria ad Deum*, quem per peccata amiſerant, 2. Chron. 15, 4. 15. c. 7, 14. Jer. 50, 4. *Quærere* autem *faciem Dei* dicuntur, qui preces ad Deum fundunt, gratiam ejus implorant, ipſiusque opem & conſilium expetunt, 2. Sam. 21, 1. 1. Chron. 16, 11. 2. Chron. 7, 14. Pſalm. 24, 6. Pſalm. 27, 8. Pſalm. 105, 4. δ) Deſignat *gravem pœnam & vindictam* mali patrati, vel abſolute, Joſ. 22, 23. 1. Sam. 20. 16. vel junctum voci דָּם *Sanguis*, 2. Sam. 4, 11. Ezech. 3, 18. 20. ε) Conſtructum cum voce נֶפֶשׁ *Anima*, *vita*, 1) notat *vitæ alicujus inſidias*

ſtruere,

ſtruere, Exod. 4, 19. 1. Sam. 23, 25. 2. Sam. 4, 8. c. 16, 11. Pſalm. 35, 4. Pſalm. 38, 13. Pſalm. 40, 15. Pſalm. 54, 5. Pſalm. 70, 3. Pſalm. 78, 14. Jer. 11, 21. c. 38, 15. c. 44, 30. 2) de *vitâ conſervandâ ſolicitum eſſe*, Pſalm. 142, 5.

בַּקָּשָׁה F. *Petitio.* Legitur ſaltem cum Suff. בַּקָּשָׁתִי *Petitio mea*, Eſth. 5, 7. 8. בַּקָּשָׁתֵךְ *Petitio tua*, Eſth. 5, 3. Eſth. 9, 12. בַּקָּשָׁתוֹ *Petitio ejus*, Eſr. 7, 6.

בַּר m. *Filius.* Iuxta R. Davidem in libro Radicum eſt à R. בָּרָה *Elegit*, *Delegit*, ita, ut ſignificet *filium delectum & præ aliis dilectum.* Quater ſaltem legitur, Pſalm. 2, 12. de *filio* Dei unigenito dilectiſſimo. In Statu Conſtr. בַּר בִּטְנִי בַּר נְדָרָי *Fili* ventris mei, *fili* votorum meorum, Prov. 31, 2. Cum Suff. בְּרִי *Mi fili*, Prov. 31, 2.

בָּרָא *Creavit*, Gen. 1, 1. בְּרָאָנוּ *Creavit nos*, Mal. 2, 10. Part. בּוֹרֵא קְצוֹת הָאָרֶץ *Creans fines terræ*, Jeſ. 40, 28. Plur. בּוֹרֵא אֶת־בּוֹרְאֶיךָ *Recordare creatorum tuorum*, Eccl. 12, 1. Adhibetur pluralis, ad indigitandam pluralitatem perſonarum, in unitate eſſentiæ, nempe Patrem, Filium & Spiritum Sanctum. Hæ enim tres divinæ perſonæ de hominis creatione conſultarunt, Gen. 1, 26. Infin. בְּיוֹם בְּרֹא אֱלֹהִים אָדָם *In die creare*, i. e. in die, quo *creavit* Deus hominem, Gen. 5, 1. Niphal נִבְרָא *Creatus eſt.* נִבְרֵאת *Creata fuiſti*, Ezech. 21, 3. Infin. בְּיוֹם הִבָּרְאָם *In die creari*, i. e. in die, quo creati ſunt, Gen. 5, 2. Piel בֵּרֵא *Elegit*, *Succidit*, Vide in ברה. Hiphil הִבְרִיא *Saginavit*, vide in בָּרִיא *Pinguis.*

1) Generatim notat *producere.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *creare, aliquid primò in ſuo eſſe conſtituere*, 1) ex ſimpliciter nihilo, ſeu ex nullâ plane materiâ præexiſtente, qualis fuit creatio cœli & terræ, Gen. 1, 1. c. 2, 4. Jeſ. 42, 5. c. 45, 18. 2) ex aliquâ materiâ præexiſtente quidem, verum ita inhabili & indiſpoſitâ, ut illud per virtutem agentis creati produci nequeat, qualis eſt creatio hominis, Gen. 1, 27. c. 5, 1. 2. c. 6, 7. Devt. 4, 32. Eccl. 12, 1. cetorum magnorum, Gen. 1, 21. β) *Metaphoricè* 1) deſignat *productionem eximiorum & ſingularium Dei operum*, qualia & quanta nunquam, & nullibi facta ſunt, vel contigerunt, Exod. 34, 10. Num. 16, 30. Jeſ. 45, 8. Jer. 31, 22. 2) Denotat *reſtaurationem & renovationem hominis*, Pſalm. 51, 12. Pſalm. 102, 19.

בָּרִיא m. *Pinguis*, *Opimus*, *Saginatus*, quaſi *recreatus*, *conſpicuus*, *nitens*, Mercer. Deſignatur hac voce *optima alicujus rei conſtitutio.* אִישׁ בָּרִיא מְאֹד Vir *pinguis*, *obeſus* valde, Jud. 3, 17. בָּרִיא אוּלָם *Pingue* eſt robur eorum, Pſalm. 73, 4. Plur. עֲשָׂרָה בָקָר בְּרִיאִים *Decem* boves *ſaginati*, 1. Reg. 5, 5. In Statu Conſtr. בְּרִיאֵי בָּשָׂר *Pingues*, *obeſi carne*, Dan. 1, 15. Fœm. בְּרִיאָה *Pinguis*, *Pingue*, Ezech. 34, 3. Zach. 11, 17. & per Syncopen בְּרָאָה Hab. 1, 16. Sed Ezech. 34, 20. legitur בִּרְיָה. Plur. בְּרִיאוֹת בָּשָׂר *Pingues carne*, Gen. 41, 2. 18.

Digitized by Google

Conf. Gen. 41, 4.5.7.20. De vaccis & ariſtis *pinguibus & optimè conſtitutis* à Pharaone in ſomno viſis. Sæpius non legitur. Inde eſt verbum in Hiphil, הִבְרִיא *Saginavit*, quod ſaltem in Infinitivo legitur לְהַבְרִיאֲכֶם *Ad Saginandum* vos, 1. Sam. 2, 29.

בְּרִיאָה f. *Creatio*; Semel legitur, Num. 16, 30.

בָּרַד *Grandinavit.* Tantum extat, Jeſ. 32, 19.

בָּרָד m. *Grando.* וַיֵּרֵד עֲלֵיהֶם הַבָּרָד Deſcendet ſuper eos *grando*, Exod. 9, 19. אֶבֶן בָּרָד Lapis *grandinis*, Jeſ. 30, 30. *Metaphoricè* eſt Symbolum *iræ, ultionis & pœnarum divinarum graviſſimarum*, Pſ. 18, 13. 14. Jeſ. 28, 17. Jeſ. 30, 30.

בָּרוֹד m. *Grandinatus*, i. e. punctis quaſi grandineis notatus, ſeu maculis ad grandinis ſimilitudinem conſperſus, Plur. בְּרֻדִּים *Grandinati.* Quater legitur, bis de *equis*, Zach. 6, 3. 6. & bis de *hircis*, Gen. 31, 10. 12.

בָּרָה *Elegit, Selegit; Edit, Comedit*, 2. Sam. 12, 17. item *Succidit*, quia quæ comeduntur, ſucciduntur & eliguntur. Fut. וְאֶבְרֶה מִיָּדָהּ Et *comedam* ex manu ejus, 2. Sam. 13, 6. 10. Imper. בְּרוּ לָכֶם *Seligite* vobis, 1. Sam. 17, 8. Piel בֵּרֵא, *Elegit*; *Succidit, Excidit*, ה in א mutatô. Fœrſterus refert ad בָּרָא *Creavit*, dicitque, quod in Piel denotet *actionem*, actioni, quam in Kal ſignificat, prorſus contrariam, quia non Deo, ſed creaturæ tribuitur. וּבֵרֵאתָ לְךָ Et *ſuccides* tibi, Joſ. 17, 15. וּבֵרֵאתוֹ Et *ſuccides* eam, Joſ. 17, 18. Imper. בָּרֵא *Elige, Conſtitue*, Ezech. 21, 24. Infin. בָּרֵא *Succidere*, Ezech. 23, 47. Hiphil הִבְרָה *Comedere fecit; Cibo refecit.* Infin. לְהַבְרוֹת אֶת־דָּוִד לֶחֶם *Ad comedere faciendum* Davidem panem, 2. Sam. 3, 35. Fut. וְתַבְרֵנִי לֶחֶם *Et reficiat me cibo*, 2. Sam. 13, 5. Sæpius non occurrit.

בִּרְיָה f. *Cibus*; Ter legitur, 2. Sam. 13, 5. 7. 10.

בָּרוּת f. *Cibus.* Legitur ſemel Thren. 4, 10.

בָּרוּת f. *Cibus*, ſeu id, quod in alimentum datur. Extat tantum, Pſalm. 69, 22.

בְּרִי m. *Serenitas*; quod ratione formæ eſt à בָּרָה, ſed ratione ſignificationis eſt à בָּרַר, quod vide.

בְּרִית f. *Fœdus, Pactum*; quod ſic dictum putatur, vel à ברה *Elegit*, quia *eligi* ſolent perſonæ, inter quas, & *res ac conditiones*, ob quas fœdus pangitur; vel à בָּרָא *Succidit, Percuſſit*, quia in pangendis fœderibus hoſtiæ *cædi* ſolebant, Gen. 15, 10. & ſeqq. לִבְרִית עוֹלָם *In fœdus ſeculi*, i. e. æternum, Gen. 17, 7. בָּאוּ בַבְּרִית Venerant *in fœdus*, inierant *fœdus*, Jer. 34, 10. וְכָרַתִּי לָהֶם בְּרִית שָׁלוֹם Pangamque illis *fœdus pacis*, Ezech. 37, 26. Cum Suff. הֵפֵרוּ אֶת־בְּרִיתִי *Irritum* reddiderunt *fœdus meum*, Jer. 31, 32. וַיַּעַבְרוּ אֶת־בְּרִיתוֹ Sed transgreſſi ſunt fœdus ejus, 2. Reg. 18, 12.

1) Generatim notat quodcunque *fœdus* vel *pactum*. 2) Speciatim α) pro-

Digitized by Google

α) *propriè* deſignat *conventionem* duorum pluriumve in idem placitum, e. g. pacem, amicitiam, mutua auxilia &c. Inde legitur non ſolum de *fædere*, quod *Deus cum hominibus* iniit, Gen. 9, 13. Exod. 34, 10. Lev. 26, 45. Sed etiam de *fædere*, quod *homines inter ſe* ineunt, e. g. de *fædere* Abrahami cum aliis, Gen. 14, 13. c. 15, 18. c. 21, 27. 32. Iſaaci cum Abimelecho, Gen. 26, 28. Labanis cum Jacobo, Gen. 31, 44. mariti cum uxore, Mal. 2, 14. Prov. 2, 17. *β*) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* notat *promiſſionem*, Num. 18, 19. 2. Sam. 23, 5. Unde *ferire* vel *facere fædus* quandoque idem eſt ac *promittere*, *polliceri*. Gen. 6, 18. c. 9, 9. 10. 12. Exod. 34, 10. Pſalm. 98, 4. Jeſ. 59, 4. 2) per *Synecdochen* coincidit cum voce חוק, notans *quamvis conſtitutionem*, Jer. 33, 20. ac *præceptum*, Jer. 34, 15. ubi *fædus* dicitur *præceptum*, quia cum conſenſu & agnitione ſubjectionis debitæ receptum eſt à populo Iſraelitico, facta promiſſione obedientiæ ei præſtandæ 3) per *Metonymiam* notat 1) *Decalogum*, ſeu *tabulas fæderis*, Devt. 4, 13. c. 9, 9. 11. Num. 10, 33. Jeſ. 28, 18. 2) *Signum fæderis*, Gen. 17, 13.

בַּרְזֶל m. *Ferrum*. רֶכֶב בַּרְזֶל Currus *ferri*, i. e. *ferreus*, Joſ. 17, 16. וְנָתַתִּי שְׁמֵיכֶם כַּבַּרְזֶל Daboque cœlos veſtros ut *ferrum*, Lev. 26, 19.

1) Generatim notat *ferrum*. 2) Speciatim *α*) propriè notat ipſum *metallum* durum & ſolidum. Vid. Devt. 8, 9. *β*) Tropicè 1) per *Metonymiam* deſignat *id, quod ex ferro factum eſt*, e. g. ſecurim, 2. Reg. 6, 5. Eccl. 10, 10. catenam, Pſalm. 105, 18. 2) *Metaphoricè* deſignat *a*) *duriciem & ſoliditatem rei*, Devt. 28, 23. Jeſ. 48, 1. Jer. 1, 18. Mich. 4, 13. *b*) *Graves moleſtias & cruciatus, triſtesque afflictiones*, ſi jungitur fornaci, Devt. 4, 20. 1. Reg. 8, 51, virgæ, Pſalm. 2, 9. Devt. 28, 48.

בָּרַח *Fugit; Tranſiit.* בָּרַח מִן־הָאָרֶץ *Fugit* ex terra, 2. Sam. 19, 10. Part. מִלִּפְנֵי יְהוָה הוּא בֹרֵחַ Coram Domino ille *fugiens*, Jon. 1, 10. Fœm. מִפְּנֵי שָׂרַי גְּבִרְתִּי אָנֹכִי בֹּרַחַת Coram Sarai, hera mea ego ſum *fugiens*, Gen. 16, 8. Infin. בְּרֹחַ *Fugere*, Gen. 31, 27. בְּבָרְחוֹ מִפְּנֵי אָחִיו *In fugere eum*, i. e. cum fugeret coram fratre ſuo, Gen. 35, 7. Fut. וְאָנָה מִפָּנֶיךָ אֶבְרָח Et quò coram te *fugero*, Pſalm. 139, 9. Hiphil הִבְרִיחַ *Fugere fecit*, *Fugavit*; *Tranſiit.* Fut. וָאַבְרִיחֵהוּ Et *fugavi eum*, Neh. 13, 28.

1) Generatim notat *ferri è loco in locum*, quacunque ratione, & in quemcunque finem fiat. 2) Speciatim *α*) notionem *fugiendi* obtinet, ſive abſolutè, ſive efficienter. Scilicet in Kal notat *fugere*, prout 1) propriè indigitat receſſionem à loco uno ad alium, vitandæ offenſionis vel periculi imminentis cauſâ, Gen. 27, 43. c. 31, 22. 27. Exod. 14, 8. Jud. 9, 21. c. 11, 3. 1. Sam. 19, 18. c. 27, 4. 2. Sam. 13, 37. 38. c. 19, 10. Pſalm. 3, 1. Pſalm. 57, 1. 2) Tropicè deſignat *rei alicujus fugacitatem & evaneſcentiam*, Job. 9, 25. c. 14, 2. vel *celeritatem & velocitatem*, Cant. 8, 4. In Hiphil autem ſignificat *fugare & abigere*, 1. Chron. 8, 13. c. 12, 15. Neh. 13, 28.

Digitized by Google

13, 28. Job. 41. 19. Prov. 19. 26. β) Notat *impeditè tranſire* ab uno extremo ad alterum, vel per alterum. Ita legitur in Kal Exod. 36, 33. & in Hiphil Exod. 26, 28.

בְּרִיחַ m. *Vectis*; *à* בָּרַח originem habet, vel prout ſignificat *tranſiit*, quoniam vectis trajicitur & tranſit; vel quatenus notat *fugit*, quia fugitivis detinendis vel coercendis deſtinatur. וְשָׁבַרְתִּי בְּרִיחַ Et frangam *vectem*, Am. 1, 5. Plur. בְּרִיחִים *Vectes*, Exod. 26, 29. In Statu Conſtr. בְּרִיחֵי בַרְזֶל Vectes *ferri*, i. e. *ferrei*, Pſalm. 107, 16. Cum Suff. בְּרִיחָיו *Vectes ejus*, Exod. 35, 6.

1) Propriè ſignificat *vectem* vel *repagulum*, quô aliquid firmatur. Ita legitur de vectibus tentorii, Exod. 26, 26. 28. portarum, 1. Sam. 23, 7. 2. Chron. 8, 5. &c. 2) *Synecdochice* deſignat *quodvis rei munimentum & robur*, Job. 38, 10. Jeſ. 15, 5. Am. 1, 5.

בָּרִיחַ m. *Extenſus*, *Oblongus*, nimirum in rectum velut *vectis*, Job. 26, 13. Jeſ. 27, 1. Aſt in Plurali בָּרִיחִים *Vectes* notat, Jeſ. 43, 14.

מִבְרָחִים m. pl. *Fugitivi*. Semel legitur cum Suff. מִבְרָחָיו *Fugitivi ejus*, Ezech. 17, 21.

בָּרַךְ *Genua flexit*, *Benedixit*. Inf. וַיְבָרֶךְ בָּרוֹךְ אֶתְכֶם Quia *benedixit benedicendo vobis*, Joſ. 24, 10. לְבָרְכוֹ *Ad benedicendum* ei, 1. Sam. 13, 10. Part. Paul בָּרוּךְ *Benedictus*, Gen. 9, 26. In Statu Conſtr. בְּרוּךְ יְהוָה *Benedictus Domini*, Gen. 24, 31. Niphal נִבְרַךְ *Benedictus eſt*. וְנִבְרְכוּ בוֹ כֹּל גּוֹיֵי הָאָרֶץ Et *benedicentur* in eo omnes gentes terræ, Gen. 18, 18. conf. Gen. 12, 3. c. 28, 14. Piel בֵּרַךְ *Benedixit*, Gen. 24, 1. & בֵּרֵךְ Pſalm. 10, 3. וַיהוָה בֵּרַךְ אֶת־אֲדֹנִי Et Dominus *benedixit* Domino meo, Gen. 24, 35. בֵּרְכַנִי Benedixit mihi, Joſ. 17, 14. Infin. בָּרֵךְ יְבָרֶכְךָ יְהוָה Benedicendo benedicet i. e. certe & copioſè benedicet tibi Dominus, Devt. 15, 4. Fut. אֲבָרֵךְ אֶת־יְהוָה Benedicam Domino, Pſalm. 16, 7. Cum ה Paragogico אֲבָרְכָה Pſal. 34, 2. Pual בֹּרַךְ *Benedictus eſt*. Part. יְהִי שֵׁם יְהוָה מְבֹרָךְ Sit nomen Domini *benedictum*, Job. 1, 21. Pſ. 113, 2. Fut. יְבֹרַךְ בֵּית עַבְדְּךָ *Benedicta erit* domus ſervi tui, 2. Sam. 7, 29. Hiphil הִבְרִיךְ *Genua flectere fecit*; vel *in genua procumbere fecit*; *In genua procubuit*. Imper. אַבְרֵךְ *In genua procumbe*, quisquis te obviam geris, Gen. 41. 43. pro הַבְרֵךְ literâ א cum ה alternante, ut Jer. 25, 3. Pſalm. 76, 6. Jeſ. 63, 3. Hithpael הִתְבָּרֵךְ *Benedixit ſibi*, *Benedictus eſt*. וְהִתְבָּרֵךְ בִּלְבָבוֹ *Et benedixerit* ſibi in corde ſuo, Devt. 29, 18. וְהִתְבָּרְכוּ Et benedictæ erunt, Gen. 22, 18.

1) Generatim Bohlio Diſp. 2. de form. §. 18. obtinet notionem *demittendi*. 2) Speciatim α) notat *genua flectere*, *in genua procumbere*, quia, qui genua flectit, aut in genua procumbit, ſe demittit, Gen. 41, 43. Pſalm. 95, 6. Ubi genuum flexio fit cultûs causâ. Quatuor ſunt verba, quibus Ebræi honoris cultum, qui aliis exhibetur, deſcribunt. Nempe 1) הִשְׁתַּחֲוָה, quod innuit totius corporis proſtrationem, quâ proni in

in terram manibus pedibusque extenſis procidebant, ſe terram eſſe hoc modô confitentes, conculcandosque velut exhibentes. 2) קִדֵּד, quod ſolius verticis inclinationem deſignat. 3) כָּרַע, quod denotat capitis demiſſionem cum ſuperiori corpore usque in genua, 4) בָּרַךְ quod demiſſam genuum flexionem notat. Vid. Cod. שבועות f. 16. 2. & Cod. Megilla fol. 22, 2. In Hiphil ſignificat *in genua procumbere fecit*, Gen. 24, 11. Sæpius in hoc ſignificatu non legitur. β) *Benedicere*, quia *Deus* hominibus benedicturus, ſe quaſi demittit, & homines Deum celebraturi, ſe coram eo demittunt, omnia ipſi tribuunt, ac genua flectunt. Vulgò hunc ſignificatum Metonymicum dicunt, quo deſignantur omnes actiones, quæ genuum flexione peraguntur, cujus generis ſunt precatio, gratulatio, gratiarum actio, ſalutatio, valedictio. Pro varietate *Subjecti*, quod benedicit, & *Objecti*, cui benedicitur, varie adhibetur & exponitur. Scilicet 1) *Deus* benedicit א) *homini*, quando benedicendo benefacit, bonis omnigenis cumulat, auget, multiplicat &c. Gen. 1, 28. c. 12, 2. 3. c. 24, 1. 35. Joſ. 17, 14. 2. Sam. 6, 11. Job. 42, 12. Pſalm. 5, 13. Pſalm. 67, 7. 8. Conf. Num. 6, 24. Devt. 14, 24. c. 15, 4. 10. c. 16, 15. c. 23, 21. c. 24, 19. Inde *benedictus Domini*, vel *Domino*, notat *eum*, qui omnigeno bono affectus vel afficiendus eſt, Gen. 24, 31. c. 26, 29. 1. Sam. 23, 21. 2. Sam. 2, 5. Ruth. 2, 20. c. 3, 10. Pſalm. 115, 15. Jeſ. 65, 23. ב) *Sabbatho*, quando præ reliquis diebus ipſum honore affecit, & ſanctificantibus ipſum, ſuam gratiam & omnigena bona deſtinavit, Gen. 2, 2. Exod. 20, 11. 2) *Homo* benedicit א) *Deo* ejusque *nomini*, quando de Deo bene magnificeque ſentit, ejus majeſtatem & bonitatem per collata beneficia declaratam prædicat, ac glorioſa & honorifica quævis de eo loquitur ac commemorat, Gen. 24, 48. Neh. 9, 5. Pſalm. 34, 2. Pſalm. 63, 5. Pſalm. 66, 8. Pſalm. 68, 27. Pſ. 96, 2. Pſ. 100, 4. Pſalm. 103, 1. 2. Pſalm. 104, 1. Pſ. 134, 1. 2. Pſ. 135, 19. 20. &c. Inde *Deus* dicitur בָּרוּךְ, *benedictus* i. e. omni honore & laude ob bonitatem & majeſtatem afficiendus, Gen. 9, 26. c. 24, 27. Exod. 18, 10. 1. Sam. 25, 32. 39. 2. Sam. 18, 28. 1. Reg. 1, 48. c. 5, 7. c. 8, 56. c. 10, 9. 1. Chron. 16, 36. c. 29, 10. 2. Chron. 2, 11. c. 6, 4. c. 9, 8. Eſr. 7, 27. Pſalm. 28, 6. Pſalm. 31, 22. Pſalm. 66, 20. Pſalm. 68, 20. Pſalm. 72, 18. Pſalm. 89, 52. Pſalm. 106, 48. Pſalm. 119, 12. Pſalm. 124, 6. Pſalm. 135, 21. Pſalm. 144, 1. ב) *Homini*, quando 1) *alteri bene precatur & proſpera quævis optat*, vel in occurſu & ſalutatione, 1. Sam. 11, 13. 2. Reg. 4, 29. vel in diſceſſu, 2. Sam. 19, 40. vel ob collata beneficia, Jer. 31, 20. ubi *benedicere* idem eſt, ac gratias agere cum apprecatione benedictionis divinæ tàm temporalis, quàm æternæ. 2) *Laudes alterius extollit, facta glorioſa, virtutesque ejus magnificè commendat*. Ita 2. Sam. 8, 10. Thoi filium ſuum Joramum ad Davidem mittebat, ad optandum ei pacem, & ad benedicendum ei, i. e. laudandum eum, quod pugnaſſet contra Hadad-Eſerem. Sic quoque Joab, 2. Sam. 14, 22. *benedixit Davidi*, i. e. ſapientiam ejus deprædicavit. 3) *Sibi ipſi* proſpera quævis pollicitatur.

Ita

Ita adhibetur in Hithpael de *impio*, pacem & gratiam ſibi perſvadente, Devt. 29, 18. de *gentibus* omnigenam proſperitatem tàm in hôc gratiæ, quàm in futuro gloriæ ſtatu, per benedictum mulieris ſemen ſibi pollicentibus, quia per ipſum Deo reconciliatæ, à maledictione legis, & Diaboli vinculis liberatæ, & juſtitia coram Deo valente donatæ ſunt, Gen. 22. 18. c. 26, 4. ג) *Operibus Dei*, quando homines objectivè movent ad decantandas Creatoris Optimi Maximi laudes, Pſalm. 103, 22. γ) Notat *maledicere*, non quidem per antiphraſin, vel per εὐφημισμὸν, quo res odioſæ & ingratæ boni ominis cauſâ, gratis iisque contrariis efferuntur verbis; nec quia ברך idem eſt ac *valedicere, renunciare, abnegare*; ſed prout Seldenus lib. 2. de Jure N. & G. c. 11. p. 253. arbitratur, ex idiotismo linguæ ſanctæ, quo pro varietate loci in utramque partem uſurpatur, non ſecus ac apud Latinos *Sacrare & imprecari* &c. Eſt verò maledicere *non optima ſentire, confiteri, enunciare de aliquo, ad execrationes progredi* &c. 1 Reg. 21, 20. Job. 1, 5. 11. c. 2, 9.

בֶּרֶךְ f. *Genu.* כִּי־לִי תִּכְרַע כָּל־בֶּרֶךְ *Quod mihi ſe incurvaturum ſit omne genu*, Jeſ. 45, 23. Dual בִּרְכַּיִם *Genua*, Job. 3, 11. Cum Suff. וָאֶכְרְעָה עַל־בִּרְכַּי *Et incurvavi me ſuper genua mea*, Eſr. 9. 6. כָּרְעוּ עַל־בִּרְכֵיהֶם *Incurvarunt ſe* ſuper genua ſua, Jud. 7, 6.

בְּרָכָה f. *Benedictio.* וֶהְיֵה בְּרָכָה Et eris *benedictio*, i. e. *benedictiſſimus*, poſitô Imperativo per enallagen pro Futuro, & Subſtantivo pro Adjectivo, Gen. 12, 2. In Statu Conſtr. בִּרְכַּת יְהוָֹה *Benedictio* Domini, Devt. 33, 23. Cum Suff. וְצִוִּיתִי אֶת־בִּרְכָתִי לָכֶם Præcepi, inquam, *benedictioni meæ* ſuper vobis, Lev. 25, 21. Plural. בְּרָכוֹת *Benedictiones*, Devt. 28. 2. תְּשִׁיתֵהוּ בְרָכוֹת Ponis eum *benedictiones* i. e. *benedictum*, Pſalm. 21, 7. In Statu Conſtr. בִּרְכֹת שָׁמַיִם *Benedictiones* cœli, Gen. 49, 25.

1) Generatim infert *benedictionem.* 2) Speciatim α) propriè notat *benedictionem verbalem*, prout dicit tum *boni addictionem, apprecationem*, Gen. 27, 12. 36. Devt. 11, 26. 27. c. 23, 6. Neh. 13, 2. Job. 29, 13. Pſal. 21, 4. Prov. 11, 26. c. 28, 20. Mal, 2, 2. tùm *laudem ac celebrationem.* Ita capitur, Prov. 10, 7. ubi *memoria juſti* dicitur *eſſe in benedictione*, h. e. etiam poſt obitum benè audiet ac laudibus meritis afficietur. Laudari enim & extolli ſolet defunctorum pietas, æquitas & miſericordia &c. Neque verò defunctis, ſed etiam juſtis adhuc viventibus talis memoria benedicta eſt. β) Tropicè per Metonymiam ſignificat 1) *Subjectum*, in quod cadit benedictio, ſeu benedictum, omnigeno bono affectum vel afficiendum, Gen. 12, 2. Pſalm. 21, 7. Pſalm. 129, 8. Zach. 8, 13. 2) *Omnigenorum bonorum copiam & cumulum*, Lev. 25, 21. Devt. 28, 8. Pſalm. 24, 5. Pſ. 133, 3. Ezech. 34, 26. Mal. 3, 10. conf. Lev. 12, 16. c. 16, 17. 3) *Donum* vel *munus*, quod quis confert, ſuum teſtaturus favorem & benevolentiam, & quod alter cum apprecatione quorumcunque bonorum & fauſtorum accipit, Gen. 33, 11. 1. Sam. 25, 27. Jud. 1, 15. 1. Sam. 30, 26. 2. Sam.

Sam. 5, 15. *a) Pacem*, juxta Chaldæum, R. Salomonem, & R. D. Kimchium, ſed talem, quâ quis clementiæ Victoris ſe ſubjicit, & quicquid ab eo accipit, pro benedictione habet, 2. Reg. 18, 31. Jeſ. 36, 16. Vid. Seb. Schmid. in h. l. 5) *Spiritum Sanctum*, Jeſ. 44, 3. qui ſic vocatur, quod benedictionem Patribus promiſſam, fidelibus omnibus obſignat, Eph. 1, 3.

בְּרֵכָה f. *Piſcina*; quæ à ברך ſic dici putatur, vel ob aquas placidè ſtagnantes; vel quod in ea genuum remigio natetur; vel ob copiam aquarum, quæ benedictioni divinæ in Scriptura ſæpe adſcribitur. הַבְּרֵכָה הָעֶלְיוֹנָה *Piſcina ſuperior*, Jeſ. 7, 3. c. 36, 2. In Statu Conſtr. בְּרֵכַת מַיִם *Piſcina* aquarum, Nah. 2, 9. Plural. בְּרֵכוֹת *Piſcinæ*, Eccl. 2, 6. 1) Denotat *locum*, vel *terræ cavitatem*, ad quam vel pluviales, vel aliæ etiam aquæ, humanâ induſtriâ colliguntur ac deducuntur, 2. Sam. 2, 13. c. 4, 12. c. 18, 17. c. 20, 20. Neh. 3, 16. Jeſ. 7, 3. c. 22, 9. 11. c. 36, 2. Eccl. 2, 6. 2) Metaphoricè notat *copiam* incolarum & quorumvis bonorum ac opum, Nah. 2, 9.

בְּרֹמִים m. pl. *Veſtes pretioſæ*. Semel legitur, Ezech. 27, 24.

בָּרַק *Fulguravit*. Tantum legitur in Imperativo בְּרוֹק *Fulgura*, Pſ. 144, 5. ubi deſignatur *immiſſio horrendi ſupplicii*.

בָּרָק m. *Fulgur*. כְּמַרְאֵה בָרָק Sicut aſpectus *fulguris*, Dan. 10, 6. In Statu Conſtr. שַׁנּוֹתִי בְּרַק חַרְבִּי Acuam fulgur gladii mei, Devt. 32, 41. Plur. בְּרָקִים *Fulgura*, Exod. 19, 16. Cum Suff. הֵאִירוּ בְרָקָיו תֵּבֵל Illuſtrant *fulgura ejus* orbem, Pſalm. 97, 4.

1) Generatim notat *fulgur*. 2) Speciatim *α*) propriè notat coruſcationem, orbem terrarum illuminantem, Exod. 19, 16. Pſalm. 77, 19. Pſalm. 97, 4. Job. 37, 3. Pſalm. 135, 7. Jer. 10, 13. c. 51, 16. *β*) Tropicè 1) per Synecdochen notat *ſplendorem ingentem*, qui inſtar fulguris ſe habet, Ezech. 1, 13. 2) per Metaphoram deſignat *a*) *laminam lanceæ vel gladii micantem*, eò quod fulguris inſtar ſplendeat & terreat, Ezech. 21, 10. Nah. 3, 3. *b*) *Dei iram*, cum ei adſignatur gladius fulgurans, Devt. 32, 4. haſta fulgurans, Hab. 3, 11. item *divina ſupplicia*, quæ Deus impiis immittit, Pſalm. 144, 6. *c*) *Rem terrificam & velociſſimam*, Nah. 2, 5.

בָּרֶקֶת f. Eſt genus lapidis pretioſi à *fulgore* ſic dicti, Exod. 28, 17. c 39, 10. per quem Hieronymus *Smaragdum*, Mercerus *Chryſolythum*, Ebræorum autem quidam, quia color non quadrat, *Carbunculum* intelligunt. R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi, Exod. 28, 17. Ita deſcribit: ברקת אבן יקרה צהובה כמו זהב ונקראת כן לפי שהיא מבהיקה כמו הברק h. e. בָּרֶקֶת eſt lapis pretioſus rutilans ut aurum, & ita vocatur, quoniam fulget inſtar fulguris.

בָּרְקַת f. Gemmæ nomen, Ezech. 28, 13. Quidam *carbunculum*, alii *Smaragdum* exponunt. Quicunque tandem lapis ſit, nullum tamen eſt dubium, quin à coruſcatione & fulguratione nomen ſuum traxerit.

R. Sal.

R. Sal. ben Melech eodem modo hunc lapidem deſcribit, quo בָּרֶקֶת delineavit.

, בַּרְקָנִים m. pl. *Tribuli ſummè aculeati*, ſic dicti, quod, ſicut fulgur oculos, ita illi corpus lædant ac penetrent. Deſignant peſſimum ſpinarum genus. Legitur ſaltem, Jud. 8, 1. 17.

בָּרַר *Separavit; Selegit; Purgavit;* וּבָרוֹתִי מִכֶּם הַמֹּרְדִים *Separabo* autem è vobis rebelles, Ezech 20, 38. Part. Paul בָּרוּר *Separatus, Selectus, Purus, Purgatus.* חֵץ בָּרוּר Telum expurgatum, terſum, Jeſ. 49, 2. Fœm. שָׂפָה בְרוּרָה *Labium purum*, Zach. 3, 9. Inf. לָבוּר *Ad diſcernendum*, probandum, exactè examinandum, Eccl. 9, 1. Niphal נָבַר *Separatus, Purgatus fuit.* Part. נָבָר *Purus*, 2. Sam. 22, 27. Imper. הִבָּרוּ *Purgamini*, Jeſ. 52, 11. Piel Inf. לְבָרֵר *Ad purificandum*, Dan. 11, 35. Hiphil הֵבַר *Purgavit, Expurgavit.* Inf. לְהָבַר *Ad purgandum*, Jer. 4, 11. Hithpael הִתְבָּרֵר *Purus eſt, purum ſe oſtendit, præſtitit.* Fut. תִּתְבָּרָר *Purum te oſtendes, præſtabis*, Pſalm. 18, 27. pro quo 2. Sam. 22, 27. eſt תִּתָּבָר, quod eſt pro תִּתַּבָּר, Dageſch forti ex ב, ubi Chaldæorum more ſecunda radicalis abjecta compenſabatur, iterum extruſô, & per (ָ) compenſatô. Refert autem Chaldæorum Ittaphal. Vid. D. D. Danz. Literator ed. 2. §. 45. p. 423.

1) Generatim involvit *ſeparationem* cum delectu rerum. 2) Speciatim α) eſt *probare & explorare*, quia hoc fit rerum diſcretione & ſeparatione. Ita bis legitur in Piel, Eccl. 3, 18. de *Deo*, & Eccl. 9, 1. de Salomone. β) Notat *Seligere, Eligere, Deligere*, quia, quæ ſeliguntur vel eliguntur, ab aliis ſeparantur. Ita autem ſubinde connotatur rei præſtantia, bonitas, dignitas & excellentia, quâ præ aliis gaudet, 1. Chron. 7, 40. c. 9, 22. c. 16, 41. Neh. 5, 18. Conf. Cant. 6, 9. 10. ubi Eccleſia dicitur *electa*, ex cæteris ſcilicet generis humani cœtibus. γ) Denotat *purum, nitidum, terſum, politum eſſe vel facere*, quia, quæ pura, terſa & polita ſunt, vel fiunt, à ſordibus, maculis, rubigine &c. ſeparata ſunt vel ſeparantur. Ita in Hiphil dicitur de *frumento*, quod ventilatione purgatur, dum ſeparatur à paleis, Jer. 4, 11. de *ſagitta*, quæ expoliendo purgatur, dum ærugo ab ea ſeparatur & removetur, Jer. 51, 11. Conf. Jeſ. 49, 2. ubi in Kal adhibetur, *ſagittaque polita* B. Glaſſio per Metaph. deſignat *entheam verbi Evangelici vim* in piis ſalvandis & impiis judicandis condemnandisque. Aliàs per Metaphoram tribuitur tum *homini*, qui conſcientiæ puritati & vitæ ſanctitati ſtudet, peccatorum ſordes à ſe removere laborans, 2. Sam. 22, 27. Pſ. 18, 27. Jeſ. 52. 11. tum *verbo*, quod ab errorum maculis immune & ſeparatum eſt, Job. 33, 3. Pſalm. 19, 9. conf. Zech. 3, 9. ubi *labium purum* deſignat *ſermonem clarum, articulatum, perſpicuum, minimè ſordidum, gratum, ſuavem;* tum *Deo;* in Hithpael, 2. Sam. 22, 27. Pſalm. 18. 27. qui erga hominem puri cordis & ſinceræ mentis, purum & ſincerum ſe gerit, ita, ut conſtet, ſe puritatem cordis & ſinceritatem mentis diligere.

בַּר m. *Purus*, *Mundus*, Job. 11, 4. Pſalm. 24, 4. Plur. in Statu Conſtr. לְבָרֵי לֵבָב *Puris corde*, Pſalm. 73, 1. Saltem adhibetur ad deſignandum mundum *puritate & mundicie morali*, quæ negat ſordes peccatorum. בָּרָה Vide in verbo.

בָּר m. *Frumentum*; ſic dictum cenſetur, quod ventilando à paleis *ſeparatur & purgatur*. Sed fortaſſe non errabit, qui deducit à בָּרָה *Edit*, *Comedit*, quia (ָ) ſub primâ radicali ב, vocibus à verbis לה descendentibus, cum iis, quæ à quieſcentibus *ſecundâ* deſcendunt, ſoleat eſſe proprium. Eſt verò vox generalis, comprehendens ſub ſuo ambitu omnem frumenti ſpeciem, ſive ſit *triticum*, ſive ſit *ſiligo*, ſive ſit *bordeum*, &c. Gen. 41, 35. 49. c. 42, 3. 25. c. 45, 23. Pſalm. 65, 14. Pſalm. 72, 16. Jer. 23, 28. Am. 8, 5. 6. Joel. 2, 24.

בֹּר m. *Puritas*, Job. 22, 30. *Smegma*, quô ſordes à re ſeparantur, resque pura & munda redditur, Jeſ. 1, 25. Job. 9, 30. Quoties deſignat *puritatem*, non intelligitur puritas & mundicies phyſica, ſed *moralis*, qua quis ſcelerum ſordibus ſe non contaminat, ſed innocentiæ & ſanctimoniæ vitæ ſtudet, 2. Sam. 22, 21. 25. Job. 22, 30. Pſalm. 18, 21. 25. Sæpius non legitur.

בְּרִי m. *Serenitas*, quâ ſeparantur & eiſpelluntur nubes, quibus cœlum obductum fuit. Forma prodit radicem בָּרָה *Separavit*, *Selegit*. Semel legitur, Job. 37, 11.

בֹּרִית f. *Smegma*, vel *Sapo*, quo res ſordidæ purgantur, vel ſordes ſeparantur & removentur. Bis legitur, Jer. 2, 22. Mal. 3, 2.

בַּרְבֻּרִים m. pl. *Selectiſſima quæque altilia in cibariis Salomonis*, h. e. ea animalia, quæ inter cætera ſeligebantur, ut peculiari ratione ſaginata regiæ menſæ apponerentur. Ita Bochartus in Hieroz. Part. II. Lib. I. c. 19. Legitur, 1. Reg. 4, 23.

בְּרוֹשׁ m. *Abies*. כִּבְרוֹשׁ רַעֲנָן *Sicut abies viridis*, Hoſ. 14, 9. Plur. בְּרוֹשִׁים *Abietes*, 2. Sam. 6, 5. Cum Suff. מִבְחוֹר בְּרוֹשָׁיו *Electio abietum ejus* i. e. ſelectiſſimæ ejus abietes, 2. Reg. 19. 23.

1) Generatim notat *abietem*. 2) Speciatim *α*) propriè notat *certam arborum ſpeciem*, quæ proceritate, aſpectûs pulchritudine & per totum annum durante viriditate inſignis eſt; Tannen-Baum. Pagninus autem cenſet בְּרוֹשׁ deſignare cedri genus, quia בְּרוֹשִׁים referuntur inter arbores, quas Salomo à Rege Tyri ſibi ad ſtructuram templi mitti rogavit, ubi vix veriſimile cenſet, adeò vile lignorum genus, quale abietum eſt, adhibitum fuiſſe, 1. Reg. 5, 8. 2. Reg. 19, 23. Jeſ. 37, 24. *β*) Tropice 1) per Metaphoram deſignat *lætum & ſalutare quid*, Hoſ. 14, 9. conf. Jeſ. 60, 13. 2) per Metonymiam, qua materia pro materiato ponitur, deſignat *a*) *Inſtrumenta muſica*, quæ ex abietibus fiebant, 2. Sam. 6, 5. *b*) *haſtas*, quæ exinde conficiebantur, Nah. 2, 4.

בְּרוֹתִים m. pl. *Abietes*; pro בְּרוֹשִׁים, literis ת & שׁ alternantibus, juxta R. Davidem in libro Radicum. Idem ſentit R. Sal. ben Me-

lech. in Michlal Jophi. Seb. Schmidio notat *quercus*; aliis *cupreſſos*. Semel legitur, Cant. 1, 17.

בְּרִית f. *Fœdus*, vide ſupra in בָּרָה.

בָּשַׁל *Coctus eſt*; *Maturuit*. בָּשַׁל קָצִיר *Maturuit meſſis*, Joel. 4, 13. Piel בִּשֵּׁל *Coxit*. וּבִשַּׁלְתָּ אֶת־בְּשָׂרוֹ Et coques carnem ejus, Exod. 29, 31. וּבִשְּׁלוּ בַּפָּרוּר Et coxerunt in cacabo, Num. 11, 8. Imper. וּבַשֵּׁל נָזִיד Et *coque* pulmentum, 2. Reg. 4, 38. Fut. וַתְּבַשֵּׁל אֶת־הַלְּבִבוֹת Et coxit placentas, 2. Sam. 13, 8. Pual בֻּשַּׁל *Coctus eſt*. אִם בִּכְלִי נְחֹשֶׁת בֻּשָּׁלָה Si in vaſe æris i. e. æneo coctum fuit, Lev. 6, 21. Part. מְבֻשָּׁל *Coctum*, Exod. 12, 9. Hiphil. הִבְשִׁיל *Coquere fecit*; Intranſitivè & paſſivè, *Coctus eſt*, *maturuit*. הִבְשִׁילוּ אַשְׁכְּלֹתֶיהָ Cocti ſunt botri ejus, Gen. 40, 10.

1) Generatim notat *coquere*. 2) Speciatim α) propriè ſignificat aliquid *coquere* ſive *in aqua*, ut idem ſit ac *elixare*, Exod. 12. 9. Lev. 6, 11. 1. Sam. 2, 13. 15. ſive *igne ſolo*, ut notet *aſſare*, Devt. 16, 7. 2. Chron. 35, 13. β) Metaphorice ſignificat *matureſcere*, eò, quod, quæ matura ſunt, quaſi ſolis calore & æſtu cocta ſint, Gen. 40, 10. Joel. 4, 13.

בָּשֵׁל m. *Coctile*. Tantum extat, Exod. 12, 9.

בְּשֵׁלָה f. *Coctum*. Saltem occurrit, Num. 6, 19.

בְּשֶׁלְּמִי *Propter quem*, vide infra in שֶׁל.

מְבַשְּׁלוֹת f. pl. *Culinæ*, *Foci*. Extat ſaltem, Ezech. 46, 23.

בָּשַׂם *Svavis*, *jucundus fuit*, apud Chaldæos. Inde

בֹּשֶׂם m. *Aroma*, ab odoris ſvavitate ſic dictum. Cum Suff. בְּשָׂמִי *Aroma meum*, Cant. 5, 1. Plur. בְּשָׂמִים *Aromata*, Exod. 25, 10. c. 35, 8. Cum Suff. בְּשָׂמָיו *Aromata ejus*, Cant. 4, 16.

1) Generatim notat *aroma*. 2) Speciatim α) propriè notat *rem odoriferam & pretioſam in hortis ſatione vel curâ hominum creſcentem, & vel ad cibos condiendos, vel ad medicamenta* paranda, vel ad unguenta conficienda adhiberi ſolitam. Vid. Mercerus in Pagnini Lex. Exod. 25, 6. c. 30, 8. c. 35, 8. 1. Reg. 10, 2. 2. Reg. 20, 13. 1. Chron. 9, 29. 30. 2 Chron. 9, 1. c. 16, 14. c. 32, 27. β) Metaphoricè transfertur ad fragrantiſſimos fidei & juſtitiæ fructus, Cant. 4, 14. conf. Cant. 4, 16.

בֶּשֶׂם m. *Aroma*; ab odore ſvavi nomen ducens. Tantum extat, Exod. 30, 23.

בשׂם m. *Aroma*; rationem etymi vide in præcedentibus. Legitur, Exod. 30, 23. c. 35, 28. 1. Reg. 10, 10. 2. Chron. 9, 9. Jeſ. 3, 24. Cant. 5, 14. c. 6, 2.

בָּשָׁן m. *Baſan*, eſt regio trans Jordanem inter torrentes Jabok & Arnon ſita, & paſcuis feliciſſima, quam ideò Rubenitæ & Gaditæ, quia pecude abundabant, ſibi dandam expetebant, Num. 32, 4. אַבִּירֵי בָשָׁן *Tauri Baſanis*, Pſalm. 22, 13. ſunt *tauri ferociſſimi*, quales in illa terra ale-

Digitized by Google

alebantur, per Metaphoram deſignantes *homines magnates, opibus, auctoritate atque viribus inſignes, feroces* &c.

בָּשַׁס *Conculcavit, Oppreſſit.* Legitur ſaltem in Inf. cum Suffixo יַעַן בּוֹשַׁסְכֶם *Propter conculcare vos*, i. e. propterea, quod conculcatis, Am. 5, 11. Buxtorffio idem eſt ac בּוּס & בּוֹסֵס; ס & שׁ, quia ſunt literæ unius organi, inter ſe alternantibus.

בָּשָׂר m. *Caro.* בָּשָׂר מְבֻשָּׁל *Caro cocta.* בָּשָׂר חַי *Caro cruda*, 1. Sam. 2, 15. רַקּוֹת הַבָּשָׂר *Tenues carne*, Gen. 41, 4. Cum Suff. בְּשָׂרִי *Caro mea*, Pſalm. 27, 2. בְּשַׂרְכֶם *Caro veſtra*, Jud. 8, 7. In Statu Conſtr. בְּשַׂר הַחֲזִיר *Caro porci*, Jeſ. 65, 4. Plur. בְּשָׂרִים *Carnes*, Prov. 14, 30.

1) Generatim notat *carnem.* 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *ſubſtantiam corporis molliorem in animali.* Ita dicitur de carne *hominis*, Gen. 2, 21. Ezech. 39, 19. & *bruti*, tàm *cruda*, 1. Sam. 2, 15. quàm elixata, 1. Sam. 2, 13. 15. Dan. 10, 3. β) Tropicè א) per Metaphoram, quia duritie caret, animaque diſcedente facilè putreſcit & corrumpitur, deſignat 1) *rem mollem & tractabilem*, Ezech. 11, 19. c. 36, 26. ubi *cor carnis* indigitat *animum mollem, tractabilem & obſequentem*, 2) rei *debilitatem & fragilitatem*, Pſalm. 56, 5. Pſalm. 78, 38. vel 39. Jeſ. 31, 3. Jer. 17, 5. ב) *Synecdochicè* notat 1) *totum hominem*, Gen. 6, 12. Devt. 5, 26. Pſalm. 65, 3. Pſalm. 145, 21. Jeſ. 40, 5. c. 66, 23, Joel. 2, 28. Zach. 2, 17. 2) *Totum hominum genus* cum voce כֹּל *omnis*, Gen. 6, 3. 3) *Omne animal*, Gen. 6, 13. c. 7, 15 16. c. 8, 17. Pſalm. 136, 25. 4) *Totum corpus*, quod carne conſtat, Gen. 2, 24. c. 17, 13. Lev. 15, 16. Num. 8, 7. Pſalm. 38, 4. Prov. 14, 30. Ezech. 36, 26. 5) *Cutem*, quæ quaſi carnis pars homogenea ſeu ſimilaris eſt, 1. Reg. 21, 27. Pſalm. 102, 6. 6) *Pudendum* ſive maris, ſive fœminæ, honeſtatis causâ, Gen. 17, 11. 23. Exod. 28, 42. Lev. 15, 2. 19. Ezech. 11, 19. c. 16, 26. Ezech. 23, 20. c. 44, 7. 9. 7) *Cognatum, Affinem, Propinquum*, Gen. 29, 14. c. 37, 27. Jud. 9, 2. 2. Sam. 19, 13. Jeſ. 58, 7.

בִּשֵּׂר *Nunciavit, Annunciavit.* Deſcendere putatur â בָּשָׂר *Caro*, ut ſit quaſi carnem ipſam ſvaviter afficere, & demulcere, gaudiô afficere. Unde ad deſignandum lætum nuncium adhiberi dicitur. Sed latius patet, ceu ex infra dicendis patebit. Conſtruitur vel abſolutè, vel cum Accuſativo perſonæ & rei. בִּשֵּׂר אֶת־אָבִי *Lætum nuncium attulit* patri meo, Jer. 20, 15. Part. מְבַשֵּׂר טוֹב Annuncians bonum, Jeſ. 52, 7. Fœm. מְבַשֶּׂרֶת צִיּוֹן *Evangelizatrix Zion*, Jeſ. 40, 9. Fut. אַל־תְּבַשְּׂרוּ בְּחוּצֹת *Ne annuncietis in plateis*, 2. Sam. 1, 20. Hithpael Fut. יִתְבַּשֵּׂר Lætum nuncium accipiat, 2. Sam. 18, 31.

1) Generatim notat *nunciare, annunciare*, quod antea fuit ignotum. 2) Speciatim α) ſignificat *nunciare rem aliquam bonam, lætam ac ſalutiferam.* Ita tribuitur nuncianti *Parenti* nativitatem filioli, Jer. 20, 15. *Davidi* obitum inimici ipſius, 2. Sam. 4, 10. *Meſſia* annuncianti juſti-

 tiam

tiam coram Deo valentem, Pſalm. 40, 10. Conf. Pſalm. 68, 12. Pſalm. 96, 2. Jeſ. 40, 9. c. 52, 7. c. 61, 1. Nah. 2, 1. β) *Nunciare aliquam rem triſtem & illætabilem*, 1. Sam. 4, 17. Vide 2. Sam. 18, 20.

בְּשֹׂרָה f. *Nuncium*, idque lætum, 2. Sam. 18, 21. 22. 25. 27. 2. Reg. 7, 9. & Metonymicè *læti nuncii præmium*, 2. Sam. 4, 10. Sæpius non legitur.

בָּשַׁשׁ *Tardatus eſt*. In Kal non legitur. Piel בֹּשֵׁשׁ *Tardavit*, *Diſtulit*, Exod. 32, 1. Jud. 5, 28.

בּוֹשׁ m. *Tarditas*, Jud. 3, 25. juxta quosdam. Sed præſtat referre ad בּוֹשׁ *Pudere, erubeſcere*, quod vide ſupra.

בָּתַר *Secuit, Reſecuit, Abrupit*, apud Arabes.

בַּת f. *Bathus*; eſt menſura liquidorum, decima pars Chomeris, 1. Reg. 7, 26. Plur. בַּתִּים Bathi, 2. Chron. 2, 10.

בָּתָה f. *Deſolatio*, Jeſ. 5, 6. Plur. בַּתּוֹת *Deſolationes*, Jeſ. 7, 19. Sæpius non legitur.

בָּתַל *Segregavit, Separavit*, apud Arabes,

בְּתוּלָה f. *Virgo*, quaſi à Viro & matrimonio ſeparata dicta. בְּתוּלָה טוֹבַת מַרְאֶה *Virgo*, bona aſpectu, Eſth. 2, 3. Plur. בְּתוּלוֹת טוֹבוֹת מַרְאֶה *Virgines* bonæ aſpectu, Eſth. 2, 2. Cum Suff. בְּתוּלֹתַי Virgines meæ, Thren. 1, 18.

1) Generatim & vi originis notat *ſegregatam, ſeparatam*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *virginem* innuptam nubili ætate, ſed intactam & incorruptam, quæ à viri commercio & conjugio eſt ſeparata & ſegregata, Gen. 24, 16. Exod. 22, 15. Lev. 21, 14. Devt. 22, 23. 28. & 32. Jud. 19, 24. c. 21, 12. 2. Sam. 13, 2. 1. Reg. 1, 2. 3. β) *Tropicè* per *Metaphoram* 1) *virginum* nomine deſignantur *pii ſalvandi*, Cant 1, 3. Zach. 9, 17. Pſalm. 45, 15. conf. Apoc. 14, 4. qui ſanctos ſe ſervant à commercio Diaboli, mundi, carnis &c. Unde connotatur eorum interior puritas, tàm in doctrina & cultu divino, quàm in vita & moribus, cui Jer. 3, 1. opponitur ſpiritualis ſcortatio & adulterium. 2) *Virgo* dicitur urbs aut gens intacta & incorrupta, in hoſtium poteſtatem nondum redacta, ſed libera, inſtar virginis, quæ in poteſtatem mariti nondum pervenit, & *ὕπανδρος* facta eſt, Jeſ. 23, 12. c. 37, 22. c. 47, 1. Jer. 18, 13. c. 46, 11. c. 31, 4. 3) Talmudiſtæ *terram* vocant *virginem*, quæ aratro nondum proſciſſa eſt.

בְּתוּלִים m. pl. *Virginitas*, Devt. 22, 14. Cum Suff. בְּתוּלֶיהָ Virginitas ejus, Ezech. 23, 6.

1) Generatim & vi originis deſignat *ſtatum ſeparationis*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *virginitatem*, ſeu ſtatum *nuptiarum exortem*, quo virgo eſt ſeparata à viri commercio & matrimonio, Lev. 21, 13. Jud. 11, 37. β) Impropriè 1) per *Metonymiam* notat *ſigna virginitatis*, Devt. 22, 14. 15. 17. 20. 2) per *Metaphoram* deſignat ſtatum gentis Iſraeliticæ, ad cultum ido-

Digitized by Google

idolorum nondum raptæ, Ezech. 23, 3. 8. cui opponitur ſcortatio & adulterium ſpirituale, h. e. cultus idolorum, Jer. 3, 1. conf. Ezech. 23, 1. & ſeqq.

בָּתַק *Confodit, Transfixit, Gladium per corpus hominis adegit.* Semel legitur cum Suff. וּבִתְּקוּךָ Et transfigent te, Ezech. 16, 40.

בָּתַר *Diſſecuit*, Gen. 15, 10. Piël Fut. וַיְבַתֵּר *Et diſſecuit*, Gen. 15, 10. Amplius non occurrit.

בֶּתֶר m. *Sectio, Diviſio, Pars.* עַל־הָרֵי בָתֶר Super montibus ſectionis, diviſionis, i. e. ſectis, ſeparatis, Cant. 2, 17. Cum Suff. בִּתְרוֹ Pars ejus, Gen. 15, 10. Plur. בְּתָרִים *Secta partes.* In Statu Conſtr. בִּתְרֵי הָעֵגֶל Sectæ partes vituli, Jer. 34, 19. Cum Suff. בְּתָרָיו Partes ejus ſectæ, Jer. 34, 18. Sæpius non legitur.

ג

גָּאָה *Eminuit; Altus, Erectus eſt; Extulit ſe* &c. גָּאוּ הַמַּיִם Altæ ſunt aquæ, Ezech. 47, 5. Fut. הֲיִגְאֶה גֹּמֶא Num creſcet juncus? Job. 8, 11.

1) Generatim notat *eminere.* 2) Speciatim α) notat *altum eſſe; Magnificum eſſe vel ſe exhibere, efferre ſe.* Ita dicitur tum de *aquis altis*, Ezech. 47, 5. tum de *Deo*, per exercitium judiciorum ſuorum, ſuam magnificentiam & potentiam monſtrante, & glorioſe agente, Exod. 15, 1. 21. β) *Creſcere, & creſcendo in altum adſurgere.* Ita dicitur de *junco*, Job. 8, 11. Inde transfertur ad deſignandum miſeriæ *augmentum, &* ad majorum dolorum gradum *progreſſum*, Job. 10, 16. Vid. Seb. Schmid. in h. l. Sæpius non legitur.

גֵּאֶה m. *Elatus, Superbus, Faſtuoſus*, Job. 40, 6. & per Apocopen גֵּא Jeſ. 16, 6. Plur. גֵּאִים *Superbi*, Pſalm. 94, 2. Semper hæc vox in malam accipitur partem, notatque *talem hominem*, qui ſuæ fragilitatis immemor, divinæque majeſtatis oblitus, non niſi alta ſpirat, alios ſuperciliosè contemnit, omnia jura, tàm divina, quàm humana ſusque deque habet, ſuo velificans honori & commodo. Legitur, Job. 40, 12. 13. Pſalm. 94, 2. Pſalm. 140, 6. Prov. 15, 25. c. 16, 19. Jeſ. 2, 12. c. 16, 6. Jer. 48, 13.

גֵּאָה f. *Faſtus*, quô quis ſuper alios eminere nititur. Semel legitur, Prov. 8, 13.

גֵּוָה f. *Exaltatio*, Job. 22, 29. *Superbia*, quâ quis ſe mandatis atque admonitionibus ipſo facto opponit, Job. 33, 17. Jer. 13, 17. א & ו alternant. Sæpius non legitur.

גָּאוֹן m. *Eminentia, Elatio, Superbia.* לִפְנֵי שֶׁבֶר גָּאוֹן Ante confractionem eſt *ſuperbia*, Prov. 16, 18. In Statu Conſtr. גְּאוֹן עֻזְּכֶם *Superbia roboris*, i. e. robur, quo ſuperbitis, Lev. 26, 19. וְשַׂמְתִּיךְ לִגְאוֹן עוֹלָם Et ponam te in magnificentiam ſeculi, i. e. te perpetuò magni-

magnificam reddam, Joſ. 6, 15. Cum Suff. גְּאוֹנָם *Faſtus eorum*, Zeph. 2, 10.

1) Generatim notat *eminentiam & elationem.* 2) Speciatim α) *propriè* ſumitur tàm in *bonum*, quàm in *malum.* In bonum ſi ſumitur, notat *magnificentiam, Excellentiam, Celſitudinem*, qua perſona, vel res ſuper alias perſonas vel res longe eminet. Ita tribuitur 1) *Deo*, ad deſignandam immenſam ipſius majeſtatem atque celſitudinem, qua ſuper omnes creaturas quàm longiſſimè eminet, Exod. 15, 7. Jeſ. 24, 14. Mich. 5, 3. Conf. Job. 37, 4. ubi Elihu *tonitru* vocat *vocem majeſtatis Dei*, quia admirando & vehementi ſono majeſtatem divinam docet & monſtrat, ita, ut eximia quadam virtute corda hominum commoveat atque percellat. Conf Seb. Schmid. 2) *Populo Iſraelitico*, quem Deus in peculium elegerat, & variis privilegiis præ cæteris nationibus terræ gratioſè donaverat, Nah. 2, 3. 3) *Terra Canaan*, quam Deus populo ſuo hæreditariam promiſerat, Pſalm. 47, 5. Vid. Geier. in h. l. *In malum* autem ſi accipitur, notat *ſuperbiam* vel *faſtum*, ubi quis excellentiâ & eminentiâ ſuâ abutitur, vel ſupra omnes alios eminere cupit, magnificè de ſe ſentiens, ſua laudans ac extollens, in alios inſolenter inſurgens, eos ſuperciliosè deſpiciens, opprimens, &c. Job. 35, 12. Pſ. 59, 13. Prov. 8, 13. c. 16, 18. Jeſ. 15, 11. 19. c. 16, 6. vel 15. c. 23, 9. Jer. 13, 9. c. 48, 29. Ezech. 7, 24. c. 16, 49. Zach. 9, 6. c. 10, 11. Tropicè tribuitur *fluctibus marinis*, qui non ſine ingenti ſtrepitu ſe ſupra alias aquas extollunt, obvias naves concutiunt &c. Job. 38, 11. R. Levi autem exponit de *elatione fluctuum in altum.* β) Metonymicè notat id, in quo quis gloriatur, aut ſe effert & confidit, Am. 8, 7. Ezech. 24, 21. c. 32, 12. Huc refert Livelæus illud, Hoſ. 5, 5. c. 7, 10. ut Deus dicatur *magnificentia* vel *gloria Iſraelis*, eò, quod Iſrael in eô gloriabatur, vel gloriari atque confidere debebat. Sed præſtat intelligere *faſtum Iſraelis*, quo in impietate ſua ſibi placebat, atque in Prophetas Domini inſolenter & imperiosè inſurgebat. Vid. Joh. Schmid. in h. l.

גֵּאוּת f. *Eminentia, Elatio, Superbia.* Saltem in ſingulari adhibetur, in genere notans quamcunque *eminentiam* ſive veram, quâ quis vere præ aliis longè eminet, ſive *affectatam*, quâ quis ſe aliis præfert, vel ob animi vires ac dotes, vel ob corporis robur ac pulchritudinem, vel aliam ob cauſam. In priori ſignificatu commodè reddi poteſt *Magnificentia, Celſitudo, Excellentia*, tribuiturque *Deo*, qui majeſtate & celſitudine ſuâ ſuper quasvis creaturas eminet longiſſimè, Pſalm. 93, 1. Jeſ. 12, 5. c. 26, 10. In poſteriori autem ſignificatu, idem eſt ac *faſtus ac ſuperbia*, Pſalm. 17, 17. Jeſ. 28, 1. 3. Inde transfertur ad elationem maris ſuperbè velut intumeſcentis, Pſalm. 89, 10. & elevationem fumi, faſtuoſis circumgyrationibus in ſublime ſe evehentis, Jeſ. 9, 18. Sæpius non legitur.

גַּאֲוָה f. *Eminentia, Elatio, Excellentia, Superbia.* בְּגַאֲוָה וּבְגֹדֶל לֵבָב Propter *elationem* & ſuperbiam cordis, Jeſ. 9, 8. In Statu Conſtr.

Conſtr. גַּאֲוַת אָדָם תַּשְׁפִּילֶנּוּ *Superbia viri* dejiciet eum, Prov. 29, 23. Cum Suff. בְּגַאֲוָתוֹ *In magnificentia ſuâ*, Devt. 33, 26.

1) Generatim notat *eminentiam quamcunque.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *elationem*, ſumiturque tàm in *bonum*, quàm in *malum*. *In bonum* ſi ſumitur, notat *eminentiam veram, magnificentiam, excellentiam, celſitudinem, decorem*, tùm *ipſius Dei, Creatoris*, qui omnes res creatas longiſſimè, imò infinitè excedit atque ſuperat, Devt. 33, 26. 29. Pſalm. 68, 35. tùm *creaturarum*, quæ quantitate & qualitate alias ſuperant, Job. 41, 6. Aſt in *malum* ſi accipitur, notat *eminentiam falſam, imaginariam vel affectatam*, ſeu *ſuperbiam*, quâ quis ob prærogativas aliquot, *ſive* veras, *ſive* fictas, aliis non ita communes, geſtu, ſermone ac habitu ſeſe ſupra alios effert, ſeu eminere cupit, Pſalm. 10, 2. Pſalm. 31, 19. 24. Pſalm. 73, 6. Prov. 29, 23. Jeſ. 9, 8. vel 9. c. 13, 11. Jer. 48, 29. *β*) *Metonymicè* notat tum *id, quod eſt eminens, magnificum & excellens*, Zeph. 3, 11. ubi ex Druſii interpretatione intelligitur *templum Hieroſolymitanum*; Conf. Job. 41, 6. Vid. Seb. Schmid. in h. l. tum *ſuperbum ipſum*, Pſalm. 36, 12. qui ſupra alios *eminere* vult.

גְּאֵיוֹנִים m. pl. *Superbi*, qui ſupra alios *eminere* nituntur, inſolenterque in eos inſurgunt. Semel legitur, Pſalm. 123, 4. De hac voce vide R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi.

גָּאַל *Adſeruit, Vindicavit, Redemit.* גָּאַל יְהוָה עַבְדּוֹ *Redemit Dominus ſervum ſuum*, Jeſ. 48, 20. אֲשֶׁר גְּאָלָם מִיַּד צָר Quos *redemit* è manu hoſtis, Pſalm. 107, 2. גְּאַלְתִּיךָ *Redemi te*, Jeſ. 43, 1. Part. גֹּאֵל *Redimens, Redemtor, Vindex*, ad quem propinquitatis nomine jus alicujus pervenire poteſt, Lev. 25, 26. Num. 5, 8. 1. Reg. 16, 11. Ruth. 3, 12. Ezech. 11, 15. quia autem propinquus & cognatus jus vindiciarum habebat, ideò nuncupabatur vindex ſangvinis, Joſ. 20, 3. Part. Paul גָּאוּל *Redemtus.* Plur. גְּאוּלִים *Redemti*, Jeſ. 35, 9. גְּאוּלֵי יְהוָה Redemti *Domini*, i. e. *à Dominô*, Pſalm. 107, 2. Jeſ. 62, 12. Infin. cum Futuro גָּאֹל יִגְאַל *Redimendo redimet*, Lev. 27, 19. אֶגְאָלֵם *Redimam eos*, Hoſ. 13, 14. יִגְאָלֶנּוּ *Vindicabit eum*, Lev. 25, 48. Niphal נִגְאַל *Redemtus eſt.* Fut. יִגָּאֵל *Redimetur*, Lev. 25, 30. Sed Jeſ. 59, 3. Thren. 4, 14. נְגֹאֲלוּ *Contaminati ſunt*; forma exhibetur mixta ex Niphal נִגְאֲלוּ *Contaminati ſunt*, ſcil. ſangvine propriô, & ex Pual גֹּאֲלוּ *contaminati ſunt*, nimirum ſangvine proximi à ſe percuſſi, quod pluribus in mutuam cædem ruentibus facilè fieri poteſt. Vid. R. Sal. b. Melech in Michl. Jophi, & Interpr. Dn. D. Danzii §. 91. Piel גֵּאַל *Contaminavit, Polluit.* גֵּאַלְנוּךָ *Polluimus te*, Mal. 1, 7. Pual Part. מְגֹאָל *Pollutus, contaminatus*, Mal. 1, 12. Hiphil הִגְאִיל *Contaminavit.* Præt. אֶגְאָלְתִּי *Contaminavi*, Jeſ. 63, 3. pro הִגְאַלְתִּי, א per alternationem pro ה poſitô. Hithpael הִתְגָּאֵל *Contaminavit ſe.* Fut. יִתְגָּאַל *Contaminaret ſe*, Dan. 1, 8.

1) Ge-

Digitized by Google

1) Generatim *volvendi* ſignificationem habere videtur. 2) Speciatim α) eſt *alterius cauſam vel rem ad ſe volvere, adſerere*, ſich eines andern/ oder/ eines andern ſeiner Sache annehmen/ & quidem 1) alterius ſanguinem profuſum vindicando; Inde notat *ulciſci, vindicare*, Num. 35, 19. 21. 24. 25. 27. Devt. 19, 6. 12. c. 20, 5. 9. Joſ. 20, 3. 2. Sam. 14, 11. Propinqui verò erat alterius cædem perſequi. 2) Bona à conſanguineô proximô, vel venditione, vel quocunque alio modo devoluta, & contractu quodam implicata, jure propinquitatis, interpoſitô quôdam pretiô, ſibi adſerendo ad ſe volvendo; ubi idem eſt ac *vendicare, redimere, recuperare*, Lev. 25, 25. Ruth. 3, 9. 12. 13. c. 4, 4. 6. 14. 3) A malô aliquem liberando, & in meliorem ſtatum & conditionem eum volvendo & adſerendo; ubi notat *redimere, liberare*, à quocunque malo, Gen. 48, 16. à graviori afflictione & oppreſſione, Exod. 6, 6. Jeſ. 43, 1. à poteſtate & manu alterius, Pſalm. 74, 2. Pſalm. 106, 10. Exod. 15, 13. Jer. 31, 11. à periculis, Pſalm. 69, 19. à pernicie, Pſalm. 103, 4. Sic *Meſſiæ* tribuitur, qui homo nobis conſubſtantialis factus, jure conſanguinitatis, ex ineffabili miſeriâ & poteſtate Satanæ, interpoſitô ſanguinis ſui pretio, homines in exoptatiſſimum ſtatum adſeruit, Job. 19, 25. Jeſ. 41, 14. Hoſ. 13, 14. β) Significat *inquinare, polluere, contaminare*, quia, quæ volvuntur in cœno, ſanguine &c. inquinantur, contaminantur, Eſr. 2, 62. Neh. 7, 64. Thren. 4, 14. Zeph. 3, 1. Mal. 1, 7. 12.

גֹּאַל m. *Pollutio.* Legitur ſaltem in Plurali in Statu Conſtr. גָּאֳלֵי הַכְּהֻנָּה *Polluti̇ones* ſacerdotii, Neh. 13, 29.

גְּאֻלָּה f. *Redemtio, jus redimendi, vindicandi, vindiciæ.* גְּאֻלָּה תִּהְיֶה לּוֹ *Redemtio* erit illi, Lev. 25, 31. In Statu Conſtr. גְּאֻלַּת עוֹלָם *Redemtio* æternitatis, i. e. æterna, Lev. 25, 32. Cum Suffixo גְּאֻלָּתוֹ *Redemtio ejus*, Lev. 25, 26.

גְּבָא *Collegit*, apud Chaldæos; Inde

גֶּבֶא m. *Foſſa, Fovea*, in quâ aquæ colliguntur. וְלַחְשֹׂף מַיִם מִגֶּבֶא Aut ad hauriendum aquas è foveâ, Jeſ. 30, 14. Plur. גְּבָאִים *Paludes.* Cum Suff. גְּבָאָיו *Paludes* ejus, Ezech. 47, 11. Aliàs Jer. 14, 3. eſt גֵּבִים *Foveæ.* Vide גּוּב. Sæpius non legitur.

גְּבַב *Elevavit, Eminuit*, apud Chaldæos. Inde

גַּב m. *Eminentia; Excelſum; Dorſum.* Cum Suff. גַּבִּי *Tergum meum*, Pſalm. 129, 3. Plur. גַּבִּים *Eminentiæ, Celſitutes, Canthi.* In Statu Conſtr. גַּבֵּי מָגִנָּיו *Eminentiæ* clypeorum ſuorum, Job. 15, 26. Cum Suff. יְדוֹתָם וְגַבֵּיהֶם *Manus earum & terga earum*, 1. Reg. 7, 33. Fœm. גַּבֹּת Lev. 14, 9.

1) Generatim *eminentiæ* notionem habet, notans, quicquid altum eſt & alteri imminet. 2) Speciatim α) notat *eminentiam clypei*, quæ in medio ejus eſt, cæteris partibus denſior facta, Job. 15, 26. β) *Dorſum*, tùm

tùm in animalibus, Ezech. 10, 12. tùm in aliis rebus, Pſalm. 129, 3. Quia verò in homine aliisque animalibus *dorſum* eſt pars corporis duriſſima & firmiſſima, inde per Metaphoram transfertur ad *deſignandam rem firmam & conſtantem*, e. g. *robur & conſtantiam hominis*, Job. 13, 12. γ) *Projectumm* altaris, Ezech. 43, 13. δ) *Ædes fornicatas* in excelſo ædificatas, Ezech. 16, 24. 31. 39. Symmachus transtulit πορνεῖοι, & Hieronymus *Lupanar*. ε) *Canthum* ſive *aſpidem rotarum*, 1. Reg. 7, 33. Ez. 1, 18. ζ) *Supercilia* oculorum, Lev. 14, 9.

גֹּב m. *Locuſta*, vide in גוב.

גֵּבִים m. pl. *Foſſæ* vide in גֶּבֶא.

גֹּבִים m. pl. *Locuſtæ*; *Trabes*; vide in גוב.

גָּבַהּ *Elatus eſt*; *Altus eſt*; *Extulit ſe*; *Exaltavit ſe*. וּבְחֶזְקָתוֹ גָּבַהּ לִבּוֹ Cum invaluiſſet, *extulit* ſe cor ejus, 2. Chron. 26, 16. גָּבְהָא קוֹמָתוֹ *Alta facta eſt* altitudo ejus, Ezech. 31, 5. ubi ה afformativum in א mutatum fuit. Fut. וַתִּגְבְּהֶינָה *Et extulerunt ſe*, Ezech. 16, 50. Formâ verborum perfectorum & imperfectorum ſimul adhibitâ. Hiphil הִגְבִּיהַּ *Altum fecit*, i. e. *exaltavit*, *extulit*; item *Exaltavit*, *Extulit ſe*. הִגְבַּהְתִּי *Exalto*, Ezech. 17, 24. Part. מַגְבִּיהַּ *Exaltans*, Prov. 17, 19. aſt Pſalm. 113, 5. eſt מַגְבִּיהִי. Cum Jota paragogicô, ut in אֹסְרִי *ligans*, pro אֹסֵר, Gen. 49, 11.

1) Generatim notat *altum* vel *élatum eſſe*, quacunque id ſit ratione. 2) Speciatim α) *propriè* indigitat *altitudinem rei phyſicam*, quâ aliquid in locum ſublimem tendit & ſurſum aſſurgit, vel in locô ſublimi eſt. Ita dicitur de cœlô, Job. 35, 5. Pſalm. 103, 11. Jeſ. 3. 16. c. 55, 9. de monte, Jeſ. 40, 9. de arbore, Ezech. 17, 24. de turri, Jeſ. 2, 15. de ſtaturâ, Ezech. 9, 11. c. 31, 10. 14. β) *Metaphoricè* a) importat *evectionem alicujus in conditionem vel ſtatum ſublimiorem*, notans *exaltari*. Ita dicitur de *glorificatione & ſeſſione Meſſiæ* ad dexteram Patris, Jeſ. 52, 13. de *hominibus*, qui magis magisque exaltantur, Job. 36, 7. b) Deſignat *animi elationem*, *faſtum atque ſuperbiam*, ut idem ſit ac *ſuperbire*, *alta ſpirare*, *ſe ſupra alios efferre*; Ita adhibetur *vel* abſolute, Jeſ. 3, 16. Zeph. 3, 11. *vel* additâ voce לֵב *cor*, 2. Chron. 26, 16. c. 32, 25. Pſalm. 131, 1. Ezech. 28, 2. 8. 17. Prov. 18, 12. c) Indigitat *confidentiam in aliquâ re*; Ita ſumitur vel in *bonum*, notans *confidentem eſſe* vel *reddi*, 2. Chron. 17, 6. vel in *malum*, notans *inſolentem eſſe*, *inſolenter in aliquâ re confidere*, auf etwas trotzen, prout Judæi inſolenter confidebant ſibi ſuisque operibus, quaſi adeò ſancti eſſent, ut nihil mali ipſis obtingere poſſet, Jer. 13, 15.

גָּבֹהַּ m. *Altus*, *Elatus*. מִגְדָּל גָּבֹהַּ *Turris alta*, Jeſ. 2, 15. Fœm. חוֹמָה גְבֹהָה *Murus altus*, Devt. 3, 5. Plur. גְּבֹהִים *Alti*, Jeſ. 10, 33. Fœm. גְּבֹהוֹת Devt. 28, 52. In Statu Constructo per *Cameſ* eſt גְּבַהּ pro גְּבֹהַּ, ut ne confundatur cum Subſtantivo גֹּבַהּ *altitudo*, 1. Sam. 16, 7. גְּבַהּ לֵב *Elatus corde*, Prov. 16, 5.

1) Generatim notat *altum*, quacunque ratione. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *altum ratione loci*, quod evectum, aut in ſublimi eſt; quod altitudine ſuâ ſurſum tendente adſequitur locum ſublimiorem, & ab imô remotiorem. Ita dicitur de monte, Ezech. 17, 22. c. 40, 2. Gen. 7, 19. Pſalm. 104, 18. de colle, 1. Reg. 14, 23. 2. Reg. 17, 10. Jer. 17, 2. c. 20, 20. de arbore, Ezech. 31, 3. de turri, Jeſ. 2, 15. de patibulo Hamanis, Eſth. 5, 14. c. 7, 9. de muro, Devt. 3, 5. c. 28, 52. de portis, Jer. 51, 58. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *ſuperbum*, qui ſuæ vilitatis & fragilitatis immemor, alta ſpirat, de ſe ſuiſque viribus magna præſumit, alios floccipendit, &c. Prov. 16, 5. Eccl. 7, 8. Conf. Pſalm. 101, 5. 2) *Difficile & ultra captum poſitum*, quia tale eſt præaltum, arduum & inacceſſum, 1. Sam. 2, 3.

גֹּבַהּ m. *Altitudo, Elatio.* גֹּבַהּ לִבּוֹ *Elatio cordis ipſius*, 2. Chron. 32, 26. כְּגֹבַהּ אֲרָזִים Juxta *altitudinem* cedrorum, Am. 2, 9. Cum Suff. גָּבְהוֹ *Altitudo ejus*, 1. Sam. 17, 4. Plur. גְּבָהִים *Altitudines.* In Statu Conſtr. גָּבְהֵי שָׁמַיִם *Altitudines cœli*, Job. 11, 8.

1) Generatim notat *altitudinem qualemcunque.* 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *eminentiam ſupra res alias, longitudinem altam, diſtantiam à loco inferiori*, qualis eſt cedrorum, Am. 2, 9. cœlorum, Job. 11, 8. c. 22, 12. ſtaturæ hominis, 1. Sam. 17, 4. veſtibuli, 2. Chron. 3, 4. β) *Metaphoricè* notat *animi elationem & ſuperbiam*, & *quicquid ſubmiſſioni contrarium eſt*, Pſalm. 10, 4. Prov. 16, 18. Jer. 48, 29.

גְּבֹהַּ m. *Altitudo.* Semel legitur 1. Sam. 16, 7. גְּבֹהַּ קוֹמָתוֹ *Altitudo* ſtaturæ ejus.

גַּבְהוּת f. *Altitudo.* Bis legitur Jeſ. 2, 11. 17. Sed in utroque loco per Metaphoram *animi elationem & ſuperbiam* denotat.

גִּבֵּחַ m. *Recalvaſter.* Tantum extat Lev. 13, 41.

גַּבַּחַת f. *Recalvatio*, Lev. 13, 42. Cum Suff. גַּבַּחְתּוֹ *Recalvatio ejus*, Lev. 13, 42. 43. 55.

גָּבַל *Terminavit, Determinavit.* גָּבְלוּ *Determinarunt*, Devt. 19, 14. Fut. יִגְבּוֹל *Terminabit*, Joſ. 18, 20. תִּגְבָּל *Terminabit*, Zach. 9, 2. Hiphil הִגְבִּיל *Terminum poſuit.* וְהִגְבַּלְתָּ *Et terminum pones*, Exod. 19, 12. Imper. הַגְבֵּל *Terminum pone*, Exod. 19. 23. Sæpius non legitur.

גְּבוּל m. *Terminus*, Gen. 10, 19. & per alternationem גְּבֻל 2. Sam. 21, 5. בִּגְבוּל נַחֲלָתוֹ *In terminô hæreditatis ſuæ*, Jud. 2, 9. מְבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ יִהְיֶה גְּבוּלְכֶם Occaſus ſolis erit *terminus veſter*, Joſ. 1, 4. Plur. גְּבוּלִים *Termini.* Cum Suff. גְּבוּלֶיךָ *Termini tui*, Jer. 15, 13.

1) Generatim notat *terminum*, qualiſcunque ſit. 2) Speciatim α) notat *lapidem, ſtatuam, vel monumentum*, cujus beneficiô cognoſcitur,

quouſque

quousque ager, pratum, hortus, vinea, domus aut totum territorium ſe extendat, alteriusque incipiat proprietas, dominium vel jurisdictio, Devt. 19, 14. c. 27, 17. Joſ. 1, 4. c. 19, 22. Prov. 15, 25. c. 22, 28. &c. β) Per *Metonymiam* continentis deſignat *totam regionem* certis ſuis terminis concluſam, Exod. 13, 7. Num. 20, 16. 17. 21. Jud. 11, 22. Pſalm. 105, 31. 35. Pſalm. 147, 14.

גְּבוּלָה f. *Terminus, Limes.* גְּבֻלָתוֹ *Terminus ejus*, Jeſ. 28, 26. Plur. גְּבוּלוֹת *Termini*, Pſalm. 74, 17. בִגְבֻלֹת עָרֵי הָאָרֶץ *Intra terminos, urbes terræ*, Num. 32, 33.

גַּבְלוּת f. *Terminatio*, Exod. 28, 22. c. 37, 15.

גְּבָל *Gebal.* Civitas Phœnices, Pſalm. 83, 7.

גִּבְלִי m. *Giblæus*, nomen gentilitium, Joſ. 13, 5. Plur. גִּבְלִים *Giblæi*, 1. Reg. 5, 18. *Giblæi* fuerunt Libani accolæ, & architecturæ peritiſſimi.

מִגְבָּלוֹת f. pl. *Terminales*, Exod. 28, 14.

גָּבַן *Coagulatus eſt* apud Syros; apud Talmudiſtas in Pael notat *caſeum fecit.*

גִּבֵּן m. *Gibboſus*, curvum & eminens dorſum habens, Lev. 21, 20.

גַּבְנֻנִּים m. pl. *Eminentiæ, Gibboſitates.* Bis legitur, Pſalm. 68, 16. innuens montis ſancti eminentiam, quam præ quibusvis aliis terrarum montibus, h. e. regnis & imperiis habuit.

גְּבִינָה f. *Caſeus*, ex lacte coagulatô factus. Tantum extat Job. 10, 10.

גָּבַע Radix inuſitata; Forte, ſi unquam in uſu fuit, *eminentiæ & elevationis* notionem habuit.

גֶּבַע *Gibea;* nomen proprium *oppidi* in tribu Benjamin prope Ramam ſiti, & ſic dicti, quod in colle extructum eminuit. Ibi Saul natus fuit, 1. Sam. 13, 16. Dicitur & גִּבְעָה 1. Sam. 22, 6. In Statu Conſtr. גִּבְעַת שָׁאוּל Gibea Saulis, 1. Sam. 11, 4. Sed 1. Sam. 10, 10. c. 23, 19. eſt cum ה locali גִּבְעָתָה *Gibeam.*

גָּבִיעַ m. *Scyphus*, forte *eminentior & altior.* Quidam à גִּבְעָה *Collis* ſic dictum putant, quod inſtar *colliculi* ſe habuerit. Tribuitur & *candelabro*, partes extantes inſtar ſcyphi habenti. In Statu Conſtr. גְּבִיעַ הַכֶּסֶף *Scyphus* argenti, i. e. argenteus, Gen. 44, 2. Cum Suff. גְּבִיעִי *Scyphus meus*, Gen. 44, 2. Plur. גְּבִיעִים *Scyphi.* גְּבִעִים מְלֵאִים יַיִן *Scyphi* pleni vinô, Jer. 35, 5. ubi ponitur ſtatus abſolutus pro conſtructô מְלֵאֵי. De candelabrô dicitur, Exod. 25, 33. 34. c. 37, 19.

גִּבְעָה f. *Collis*, ab eminentiâ & elevatione ſic dictus. עַל־רֹאשׁ גִּבְעָה *Super vertice collis*, 2. Sam. 2, 25. גִּבְעָה גְבֹהָה *Collis altus*,

Digitized by Google

altus, 1. Reg. 14, 23. In Statu Conſtr. גִּבְעַת הַלְּבוֹנָה *Collis thuris*, Cant. 4, 6. Cum Suff. גִּבְעָתִי *Collis* meus, Ezech. 34, 27. Plur. גְּבָעוֹת *Colles*, Job. 15, 7. In Statu Conſtr. גִּבְעוֹת עוֹלָם *Colles mundi*, Gen. 49, 26.

1) Generatim notat, *quod ſupra alterum eminet & elatum eſt.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *collem*, qui ſupra terram reliquam eminet & elevatus eſt, Exod. 17, 9. 10. Prov. 8, 25. ubi idola colebantur, 1. Reg. 14, 23. 2. Reg. 17, 10. Jer. 2, 20. β) *Metaphoricè* 1) notat *homines propriæ ſanctitatis opinione inflatos*, inſtar collium protuberantes, ſupra alios ſanctitatis laude eminere geſtientes, Jeſ. 40, 4. 2) *Principes & Magnates*, qui ratione dignitatis & officii ſupra reliquam multitudinem eminent, Jeſ. 41, 15. Hab. 3, 6. quò Lutherus & alii referunt, Gen. 49, 26. Mich. 6, 1.

גִּבְעוֹן *Gibeon;* Metropolis Gibeonitarum, in tribu Benjamin ſita, Joſ. 18, 25. non procul ab Hieroſolymâ. Joſeph. Antiqu. Jud. lib. 5, c. 2. p. 138. cujus incolæ ex genere Hevæorum fuerunt, Joſ. 11, 19. &, cum ultimam ſibi imminere perniciem viderent, fraudulenter fœdus cum Iſraelitis inierunt, Joſ. 9, 1. & ſeqq. ideò ſervorum infima miniſteria in gente Iſraelitica obire juſſi. ibid.

מִגְבָּעוֹת f. pl. *Tiaræ*, à גִּבְעָה *Collis*, quia faſtigiatæ erant & altius elevatæ, quàm Pontificis; vel juxta Talmudiſtarum ſententiam à כּוֹבַע *Galea*, literis ejuſdem organi inter ſe alternantibus. Quater legitur Exod. 28, 40. c. 29, 9. c. 39, 28. Lev. 8, 13.

גִּבְעֹל m. *Culmus.* Saltem extat Exod. 9, 31.

גָּבַר *Valuit, Prævaluit, Superavit, potens factus eſt.* Conſtruitur vel abſolutè, vel cum בְּ, עַל, מִן, מ, ut גָּבַר בְּאֶחָיו *Potens factus eſt* inter fratres, 1. Chron. 5, 2. גָּבְרוּ עָלֵינוּ הָאֲנָשִׁים *Prævaluerunt* contra nos viri, 2. Sam. 11, 23. Fut. וַיִּגְבְּרוּ הַמַּיִם *Et invaluerunt* aquæ, Gen. 7, 18. 24. Piel גִּבֵּר *Validum, robuſtum, potentem reddidit, Roboravit, Corroboravit.* וְגִבַּרְתִּי אֶת־בֵּית יְהוּדָה *Et potentem reddam* domum Judæ, Zach. 10, 6. וַחֲיָלִים יְגַבֵּר Et vires *roborabit, intendet*, Eccl. 10, 10. Hiphil הִגְבִּיר *Roboravit, Corroboravit, Firmavit, Confirmavit.* וְהִגְבִּיר בְּרִית Et *confirmabit* fœdus, Dan. 9, 27. Hithpael הִתְגַּבֵּר *Se roboravit, ſuperiorem fecit; Invaluit.* Fut. עַל־אֹיְבָיו יִתְגַּבָּר Super hoſtes ſuos *invaleſcet*, Jeſ. 42, 13.

1) Generatim importat *exſuperantiam* ſive *multitudinis & copiæ*, ſive *potentiæ, roboris & virium*, ſive *dignitatis, auctoritatis & imperii.* 2) Speciatim α) intranſitivè ſumtum notat *valere, prævalere, invaleſcere, potentem vel ſuperiorem eſſe, ſuperare.* Ita adhibetur indigitans 1) *exſuperantiam copiæ & multitudinis*, de aquis diluvii augmentatis, & univerſam terræ faciem operientibus, Gen. 7, 18. 19. 20. 24. de immenſâ benignitatis divinæ ubertate, Pſalm. 103, 11. Pſalm. 117, 2. de transgreſſionibus

bus impiorum, quæ nimis multæ & graves factæ ſunt, Job. 36, 9. 2) *Exſuperantiam potentiæ, roboris & virium.* Ita dicitur de hoſte viribus prævalente, alterumque ſuperante ac ſubigente, Exod. 17, 11. 2. Sam. 11, 23. Thren. 1, 16. de impiis, qui viribus corporis, opum &c. aliis prævalent, Job. 21, 7. Conf. 1. Sam. 2, 9. 2. Sam. 1, 23. 3) *Exſuperantiam dignitatis & auctoritatis,* 1. Chron. 5, 2. β) Tranſitivè acceptum notat *validum, robuſtum & potentem aliquem reddere,* ut alios ſuperet; *roborare, confirmare.* Ita in Piel dicitur de *Deo,* captivos reduces potentes reddente, Zach. 10, 6. 16. de homine vires ſuas intendente, Eccl. 10, 10. in Hiphil de confirmante fœdus, Dan. 9, 27. & de impiis linguam ſuam contra pios roborantibus, Pſalm. 12, 5.

גֶּבֶר m. *Vir,* ſic dictus, quod viribus, robore, potentiâ, auctoritate atque imperio valeat. גֶּבֶר חָכָם *Vir* ſapiens, Job. 34, 34. Plur. גְּבָרִים *Viri,* Jer. 41, 16.

1) Famosè notat *virum.* Et propriè quidem eſt nomen ſexûs, præcisè notans *marem,* hominem ſequiori ſexûi contradiſtinctum, einen Mann/ Manns-Perſon/ Manns-Bild/ ſive adhuc in viſceribus maternis lateat, ſive ſit in lucem editus, ſive ſit minoris, ſive majoris ætatis. De *embryone* in viſceribus matris adhuc latente adhibetur, Job. 3, 3. ſpeciatim de *Chriſto*, Jer. 31, 22. qui jam in uterô matris dicitur גֶּבֶר *Vir,* eò quòd jam ibi divinâ majeſtate, potentiâ & virtute inſtructus fuit. De natô dicitur Devt. 22, 9. Job. 38, 3. Pſalm. 127, 5. Pſalm. 128, 4. Jer. 22, 30. c. 43, 6. c. 44, 20. milite, Jud. 5, 30. Jer. 41, 16. honoratiori, Jeſ. 22, 17. Rege Judæ, Chonja, Jer. 22, 30. Chriſtô patiente, Zach. 13, 7. 2) Per *Synecdochen* quandoque non eſt nomen ſexûs, ſed *ſpeciei humanæ,* indigitans *hominem,* perinde ut vox אִישׁ citra ſexûs diſcrimen interdum *hominem* ſignificare ſolet, Pſalm. 34, 9. Job. 4, 17. Job. 14, 10. 14. Sic verò nunc accipitur diſtributivè pro *unusquisque, quilibet, ſinguli* &c. Job. 33, 29. Jer. 17, 5. 7. Joel. 2, 8. nunc indefinitè pro *aliquis, quidam, quispiam,* Job. 22, 2. 3) Per *προσωποιΐαν* deſignat *totum populum Judaicum,* Thren. 3, 1.

גְּבַר m. *Vir.* Semel legitur Pſalm. 18, 26. Sed ibi non eſt nomen ſexûs, verùm *ſpeciei humanæ,* deſignans *hominem.*

גִּבּוֹר m. *Potens, Validus, Prævalens, Fortis, Robuſtus, Heros* גִּבּוֹר הֶחָיִל *Potens* robore, Jud. 6, 12. Plur. גִּבּוֹרִים Joſ. 10, 2. גִּבֹּרִים לִשְׁתּוֹת יַיִן *Heroes* ad bibendum vinum, Jeſ. 5, 22. In Statu Conſtr. גִּבֹּרֵי חַיִל *Validi robore,* Pſalm. 103, 20. Cum Suff. גִּבּוֹרֶיךָ *Potentes tui,* Hoſ. 10, 13.

1) Generatim notat *prævalidum & præpotentem,* ſive robore, viribus ac potentiâ, ſive auctoritate ac opibus. 2) Speciatim α) *Subſtantivè* uſurpatum notat 1) *Virum,* ex interpretatione D. Kimchii 2. Sam. 26, 27. conferentis Pſalm. 18, 26. ubi locô ejus adhibetur vox גֶּבֶר *Virum* ſignificans.

Digitized by Google

ficans. Sed Seb. Schmidio notat *virum ſtrenuum*, qui ſeriò & fortiter agit, quicquid agit, & ſpeciatim l. c. *virum ſtrenuum* in integritate ſuâ ſeu perfectione ſincerâ, quæ ſine ſimulatione & hypocriſi eſt. 2) *Heroa*, qui animoſitate, robore, factisque bellicis clarus & illuſtris eſt, 1. Reg. 1, 8. 1. Chron. 11, 10. 12. 19. 24. 26. c. 28, 1. c. 29, 24. Jer. 48, 41. c. 49, 22. c. 51, 30. &c. Sed Jeſ. 5, 22. in malum accipitur, de vino deditis, qui pocula vino repleta quamplurima haurire valent. Subſtantivè quoque in hoc ſignificatu tribuitur Meſſiæ, ad deſignandum ipſius robur atque potentiam infinitam, Pſalm. 45, 4. Jeſ. 9, 6. β) *Adjectivè* ſumtum eſt epitheton 1) *fortium & animoſorum militum*, Joſ. 1, 14. c. 8, 3. c. 10, 7. Jud. 11, 1. 1 Chron. 11, 8. &c. ubi combinatur cum voce חַיִל *robur* ſignificante. 2) *Viri opulenti*, Ruth. 3, 1. 2. Reg. 15, 20. 3) *Dynaſtæ* vel *Regis*, qui alios ſub ſuam redegit poteſtatem, Gen. 6, 4. c. 10, 8. 9. 1. Chron. 1, 10. Dan. 11, 3. 4) *Dei*, qui infinitâ majeſtate & potentiâ eſt, Devt. 10, 17. Neh. 9, 32. Jer. 32, 18. Item *Meſſiæ*, qui non ſolum abſolutè & in ſe eſt validus & præpotens, majeſtate & potentiâ infinitâ, quam ſecundum divinam naturam habet per ſe, ſecundum humanam autem naturam communicativè; ſed etiam in reſpectu ad hoſtes alioquin prævalentes & feroces, Pſalm. 24, 8.

גְּבִיר m. *Dominus, Herus*, qui auctoritate & dominio in alios pollet. Ita bis ſaltem legitur, Gen. 27, 28. 37.

גְּבִירָה f. *Heroina, Auguſta.* Tantùm de uxore regiâ dicitur, 1. Reg. 11, 19. c. 15, 13. 2. Chron. 15, 16. Jer. 13, 18. c. 29, 2.

גְּבֶרֶת f. *Hera, Domina*, quæ auctoritate & dominio in alias pollet, Jeſ. 45. 5. 7. Cum Suff. גְּבִרְתִּי *Hera mea*, Gen. 16, 8. גְּבִרְתָּהּ *Domina* ipſius, Pſalm. 123, 2.

גְּבוּרָה f. *Robur, Potentia, Fortitudo.* טוֹבָה חָכְמָה מִגְּבוּרָה Bona eſt ſapientia *præ robore*, Eccl. 9, 16. Cum Suff. כָאִישׁ גְּבוּרָתוֹ Sicut vir, ita *robur ejus* eſt, Jud. 8, 21. Plur. גְּבוּרוֹת *Potentiæ*, Job. 41, 4.

1) Generatim *præpollentiam & præpotentiam* notat, cujuscunque & qualiſcunque ſit. 2) Speciatim α) notat *præpollentiam & robur corporis*, ceu eſt in equis, Job. 39, 19. Pſalm. 147, 10. in homine, Eccl. 9, 16. c. 10, 17. in Leviathane, Job. 41, 14. β) *Præpollentiam & robur animi*, ſeu *animoſitatem*, quâ Deus inſtruxerat Prophetam ad redarguendos peccatores, Mich. 3, 8. γ) *Præpollentiam & robur* tàm corporis, quàm animi, prout requiritur in iis, qui caſtra ſequuntur, Jud. 8, 21. 2. Reg. 18, 20. Jeſ. 36, 5. δ) *Victoriam*, quâ vincentes hoſtibus viribus præpollent & ſuperiores evadunt, Exod. 32. 18. Jeſ. 30, 15. ε) *Abundantiam facultatum*, majeſtatis, auctoritatis &c. qualis eſt Regum, 1. Reg. 15, 23. c. 16, 7. 27. c. 22, 46. 2. Reg. 10, 34. c. 13, 11. c. 14, 15. 28. c. 20, 20. 1. Chron. 29, 30. ζ) *Copiam jubaris ſolaris.* Ita Jud. 5, 31. *Sicut oritur*

oritur ſol in robore ſuô, i.e. plenô jubare. η) *Deo* tributum deſignat *infinitam ejus virtutem & potentiam agendi, quicquid vult*, quicquid ullatenus poſſibile, & ex parte agentis non importat imperfectionem, 1. Chron. 29, 11. 12. 2. Chron. 20, 6. Pſalm. 54, 3. Pſalm. 55, 7. Pſalm. 66, 7. Pſalm. 106, 2. Pſalm. 145, 4. 11. 12. Job. 12, 13. Conf. Jeſ. 33, 13. Jer. 16, 21. θ) *Ad vita annorum numerum* relatum, deſignat *eorum potentiorem copiam & extenſionem*, Pſalm. 90, 10. וְאִם בִּגְבוּרֹת שְׁמוֹנִים שָׁנָה *Et ſi in extenſionibus & potentiori copiâ ſit numerus eorum, ſi invaleſcat*, 80. anni ſunt. ι) *Metonymice* poſitô Abſtractô pro Concreto, notat *Virum* viribus tùm *animi*, tùm *corporis* præpotentem, bellô rebusque aliis gerendis aptum, Jeſ. 3, 20.

גַּבְרִיאֵל m. *Gabriel*; nomen *Angeli*, arcanorum conſcii, eaque Danieli revelare juſſi, Dan. 8, 16. notans *fortitudinem ac robur Dei*. Idem ad Zachariam, & ad Mariam Deiparam ablegatus legitur, Luc. 1, 19. 26.

גְּבַשׁ *Congregavit*, *Comportavit*, apud Chaldæos.

גָּבִישׁ m. *Gabiſch*; nomen proprium *gemmæ*, ſed ignotæ. Tremellio & Junio, nec non R. Levi Gerſoni *unionem* notat. Semel legitur Job. 28, 18.

גַּג m. *Tectum*, ſuperior domûs pars, quæ apud Orientales erat plana, circumquaque tamen juxta Devt. 22, 8. peribolô munita, ne quis inde rueret. Cum ה locali הַגָּגָה Super *tectum*, Joſ. 2, 6. In Statu Conſtr. גַּג הַמִּגְדָּל *Tectum turris*, Jud. 9, 21. לְגַגּוֹ Ad *tectum* ejus, Ezech. 40, 13. Plur. גַּגּוֹת *Tecta*, Zeph. 1, 5.

גָּדַד m. *Invaſit, Irrupit, turmatim convenit, Depopulatus eſt*; & ex uſu Chaldaicô, *Excidit, Succidit, Incidit*. Fut. יָגֹד *Populabitur*, Gen. 49, 19. יְגוּדֶנּוּ *Populabitur* eum, Gen. 49, 19. Compenſatione literæ abjectæ per Dageſch forte neglectâ. יָגוֹדּוּ עַל נֶפֶשׁ צַדִּיק *Turmatim conveniunt* contra animam juſti, Pſalm. 24, 21. Hithpael Fut. יִתְגֹּדָד *Incidet ſe, cæſuram ſibi inducet*, Jer. 16, 6. תִּתְגֹּדְדִי *Turmatim convenies*, Mich. 4, 14. Sed Jer. 47, 5. eſt: תִּתְגֹּדָדִי *Incides te*, (ָ) per alternationem pro (ֵ) poſitô, & hoc ob accentum Silluk pro (ְ) adhibito

1) Generatim *irrumpendi* notionem habet. 2) Speciatim α) eſt *irrumpere more militum*. Inde 1) eſt *turmatim convenire*, in Kal Pſalm. 94, 21. Hithpael Jer. 5, 7. Mich. 4, 14. 2) *populari, depopulari*, Gen. 49, 19. Hab. 3, 15. β) Eſt *irrumpere in carnem cultris*, quod eſt *incidere, cæſuram inducere*, Devt. 14, 1. 1. Reg. 18, 28. Jer. 16, 6. c. 41, 5. c. 47, 5.

גַּד m. *Turma*, Gen. 30, 11. Jeſ. 65, 11. *Coriandrum*, cujus ſeminis ſpeciem referebat Manna, Exod. 16, 31. Num. 11, 7. Sæpius non legitur.

גָּד m. *Gad*; filius Jacobi ex ancillâ Leæ ſuſceptus; ſic dictus, quod Lea, iſtô natô, putabat, ſe quaſi *turmam & exercitum filiorum* nactam eſſe, adeoque de turmâ filiorum ſibi gratulabatur, Gen. 30, 11. Aliàs גָּד eſt nomen *Prophetæ* 1. Sam. 22, 5. 2. Sam. 24, 11. 18. ubi (+) ſub ג prodit radicem גדה, deſignans *utilem*.

גְּדוּד m. *Turma; Inciſio; Sulcus.* שַׂר גְּדוּד Princeps *turmæ*, 1. Reg. 11, 24. גְּדוּד פָּשַׁט בַּחוּץ Turma ſe diffundit foris, Hoſ. 7, 1. Plur. גְּדוּדִים *Turmæ*, 2. Sam. 4, 2. גְּדוּדֹת *Cæſuræ*, Jer. 48, 37. In Statu Conſtr. גְּדוּדֵי מוֹאָב *Turmæ Moab*, 2. Reg. 13, 20.

1) Generatim *irruptionis* notionem involvit. 2) Speciatim α) notat *turmam*, propriè quidem *militarem*, quæ in obvios irrumpit, & urbes terramque populatur, 1. Sam. 30, 8. 15. 23. 2. Sam. 3, 22. c. 4, 2. 2. Reg. 13, 21. c. 24, 2. 1. Chron. 12, 18. 21. 2. Chron. 21, 21. c. 25, 13. *Metaphoricè* autem turmam *afflictionum* copioſè Jobo immiſſarum, Job. 19, 12, item, *ſtellarum*, Job. 25, 3. β) Notat *irruptionem* vel in carnem, quæ eſt *inciſio*, e. g. in manibus, Jeſ. 48, 37. vel in terram, quæ eſt *lira*, *ſulcus*, Pſalm. 65, 11.

גָּדָה Radix Verbalis apud Ebræos inuſitata; aſt apud Arabes occurrit جَدَا, ultimâ و etiam vel ي, *profuit*, *commodo fuit.* Unde eſt جَدْيٌ *Hædus*, ab *utilitate & commodis*, quæ affert, ſic dictus. Hinc apud Ebræos,

גְּדִי m. *Hædus*, Gen. 38, 17. גְּדִי עִזִּים *Hædus caprarum*, Jud. 6, 19. Plur. גְּדָיִים *Hædi*, 1. Sam. 10, 3. In Statu Conſtr. גְּדָיֵי עִזִּים *Hædi caprarum*, Gen. 27, 9. 16. Buxtorff. legit גְּדָיֵי. Fœm. גְּדִיּוֹת *Capellæ*. Cum Suff. גְּדִיֹּתַיִךְ *Capellæ tuæ*, Cant. 1, 8. per quas ibi intelliguntur fideles, quorum multi adhuc inſtar tenerarum capellarum ſunt infirmi & lacte indigent.

גְּדוֹת f. *Ripæ.* Quater legitur, Joſ. 3, 15. c. 4, 18. c. 14, 15. Jeſ. 8, 8.

גָּדַל *Magnus eſt* vel *factus fuit*, *Crevit*; *Adolevit*; Job. 2, 13. Dicitur quoque גָּדֵל; Unde Job. 31, 18. dicitur גְּדֵלַנִי *Crevit* apud me. גָּדְלָה צַעֲקָתָם *Magnus eſt* clamor eorum, Gen. 19, 13. Fut. אֶגְדַּל *Magnus ero*, Gen. 41, 4. וַיִּגְדַּל מֹשֶׁה *Cum adoleviſſet* Moſes, Exod. 2, 11. תִּגְדַּל נַפְשִׁי בְּעֵינֵי יְהוָה *Magna*, *pretioſa ſit* anima mea in oculis Domini, 1. Sam. 26, 24. Piel גִּדֵּל & גַּדֵּל *Magnum fecit*, *Magnificavit*, *Creſcere fecit*, *Educavit.* גִּדַּל יְהוָה אֶת־יְהוֹשֻׁעַ *Magnum fecit* Dominus Joſuam, Joſ. 4, 14. בָּנִים גִּדַּלְתִּי Filios *educavi*, Jeſ. 1, 2. Fut. וַאֲגַדְּלָה שְׁמֶךָ *Et magnum faciam nomen tuum.* Gen. 12, 2. Pual Part. מְגֻדָּלִים *Educati*, Pſalm. 144, 12. Hiphil הִגְדִּיל *Magnum fecit*, *Magnificavit*, *Ampliavit*; Interdum

etiam

etiam intranſitivè, *extulit ſe, magnificavit ſe.* מְשַׂנְאִי עָלַי הִגְדִּיל
Oſor meus contra me *ſe effert, exaltat*, Pſalm. 55, 13. הִגְדַּלְתִּי מַעֲשָׂי
Magnifica feci operá mea, Eccl. 2, 4. וַתַּגְדֵּל חַסְדְּךָ *Et magnam feciſti* miſericordiam tuam, Gen. 19, 19. Hithpael הִתְגַּדֵּל *Se magnificavit, Extulit.* Fut. וְיִתְגַּדֵּל עַל־כָּל־אֵל *Et efferet ſe* ſuper omnem Deum, Dan. 11, 36.

1) Generatim *magnitudinis* notionem involvit, ſive referatur ad *quantitatem*, ſive ad *qualitatem*. 2) Speciatim α) ad *quantitatem* relatum eſt *incrementi, copiæ ac multitudinis*, nec non *ætatis*, & in Kal pro varietate Subjecti, de quô dicitur, ſignificat *creſcere, adoleſcere, multiplicari, augeri, ampliari.* Ita legitur de incrementô hominis, qui & ſtaturâ & ætate creſcit, ſeu *adoleſcit*, Gen. 21, 8. c. 25, 27. c. 38, 14. Exod. 2, 10. 11. Jud. 11, 2. 24. Ruth. 1, 13. 1. Sam. 3, 19. 2. Sam. 12, 8. Job. 31, 18. item, qui creſcit & augetur *opibus*, Gen. 26, 13. c. 24, 35. 1. Reg. 10, 23. Eccl. 2, 9. Jer. 5, 27. de incrementô & ampliatione Eccleſiæ, Mich. 5, 4. & regni, Dan. 8, 8. de magnitudine & copiâ ſeu multitudine peccatorum, Eſr. 9, 6. Thren. 4, 6. dolorum Job. 2, 13. luctûs, Zach. 12, 11. In Piel eſt *creſcere facere*, e. g. arborem plantatam per pluviam, Jeſ. 44, 14. *creſcere ſinere*, ut capillum, Num. 6, 5. *educare*, 2. Reg. 10, 6. Jeſ. 1, 2. c. 23, 4. c. 44, 15. Hoſ. 9, 12. In Hiphil notat *magnum efficere, multiplicare, augere*, e. g. gaudium, Jeſ. 9, 2. ſiclum, Am. 8, 5. item aliquem aliqua re *ſuperare*, 1. Sam. 20, 41. β) Relatum ad *qualitatem*, deſignat *perſonæ aut rei dignitatem, honorem, præſtantiam, excellentiam, pretioſitatem ac æſtimium.* Ita in Kal idem eſt ac *honorabilis, excellens, eximius, præſtans, pretioſus eſt vel fuit*, tribuiturque 1) *Deo*, qui ſummè & infinitè magnus & eximius eſt, non ſolum ratione ſui & attributorum, e. g. bonitatis, ſapientiæ, potentiæ &c. ſed etiam ratione operum, quæ ab eo fiunt, 2. Sam. 7, 22. 1. Chron. 16, 25. Pſalm. 104, 1. conf. Pſalm. 35, 27. Pſalm. 40, 17. Pſalm. 70, 5. ubi connotatur *celebratio Dei*, quod talis ſit; Dei *nomini*, cujus magnitudo per laudes & celebrationes illuſtris & conſpicua redditur, 2. Sam. 7, 26. 1. Chron. 17, 24. ejusque *operibus*, tùm *creationis*, tùm *providentiæ*, quæ eximia & illuſtria ſunt, & divinæ ſapientiæ, bonitatis ac potentiæ documenta evidentiſſima præbent, Pſalm. 92, 6. 2) *Homini* aliis excellentiori atque eminentiori, Gen. 41, 40. ejusque animæ in pretiô habitæ, 1. Sam. 26, 24. 3) *Rei*, quæ magni æſtimatur, e. g. ſapientiæ, Eccl. 9, 13. In Piel valet *illuſtrem, excellentem, præſtantem reddere, ad honores* (majores) *evehere, ſupra alios efferre, exaltare, magnificare*, &c. Ita tribuitur 1) *Deo* in ordine ad *hominem*, & quæ ejus ſunt, tùm quando ei *honorem, exiſtimationem, auctoritatem & famam* confert, auget, illuſtriorem reddit & confirmat, Gen. 12, 2. Joſ. 3, 7. c. 4, 14. 1. Chron. 29, 25. 2. Chron. 1, 1. Conf. 1. Reg. 1, 37. 47. tùm, quando eum æſtimat, curat &c. Job. 7, 18. Ita communiter de exiſtimatione exponitur; ſed Seb. Schmidius mavult de *ipſo opere* accipere,

quô

Digitized by Google

quô Deus hominem tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus magnum reddit augetque. 2) *Homini* a) in ordine ad *Deum*, quem homo magnificat, quando eum ceu optimum maximum agnoſcit, laudat ac celebrat, ita, ut magnitudo ipſius per pias laudes & celebrationes ei debitas innoteſcat, Pſalm. 34, 4. Pſalm. 69, 31. b) in ordine ad *hominem alium*, quem ad majores honores evehit & ſupra alios exaltat, Eſth. 3, 1. c. 5, 11, c. 10, 2. c) in ordine ad res & opera, quæ illuſtriora reddit, Eccl. 1, 4. c. 2, 4. In Hiphil *a*) notat *magnificare, magnum, illuſtrem ac conſpicuum facere, excellentem & inſignem reddere.* Ita magnificaſſe, i. e. conſpicua & illuſtria reddidiſſe dicitur Salomo ſua opera Eccl. 2, 4. Deus ſua auxilia & beneficia Davidi præſtita, 2. Sam. 22, 51. Pſalm. 18, 51. ſuam ſapientiam, Jeſ. 28, 29. verba promiſſionis, ea implendo, Pſalm. 138, 2. *b*) Magnificè cum aliquo agere, 1. Sam. 12, 24. *c*) Eſt *faſtûs* & *elationis*, notans *ſe faſtuosè efferre corde, ore, opere.* Ita adhibetur vel abſolute, Pſalm. 38, 17. Thren. 1, 9. Dan. 8, 11. 25. vel intercedente voculâ עַל *ſuper, contra*, indigitante *objectum*, ſuper vel contra quod homo ſe effert, cujusmodi eſt *Deus*, Jer. 48, 26. 42. *homo*, Pſalm. 35, 26. Zeph. 2, 10. Quidam hîc ſubintelligunt vocem פֶּה *os*, vel לָשׁוֹן *lingua*, & ſignificationem reciprocam vertunt in activam, ut idem ſit ac *contumelioſè in aliquem loqui, conviciis aliquem proſcindere.* Expreſsè vocem פֶּה adhibitam leges, Ezech. 35, 13. Obad. 1, 12. *d*) Sequente Infinitivô עֲשׂוֹת *facere*, abit in adverbium, *magnificè, inſolenter*, ita, ut Infinitivus efferatur in tempore, numerô ac perſonâ, quibus verbum hoc antea efferebatur. הִגְדִּיל יְהוָה לַעֲשׂוֹת *Magnificavit* Dominus facere, i. e. *magnificè* Dominus egit, Pſalm. 126, 2. 3. Joel. 2, 21. כִּי הִגְדִּיל לַעֲשׂוֹת Eò quod, *magnificaverit* agere, i. e. *inſolenter* egerit, Joel. 2, 20. In Hithpael reciprocam induit ſignificationem, & notat 1) *ſe magnum oſtendere*, Ezech. 38, 23. 2) *ſe faſtuosè efferre*, Jeſ. 10, 15. Dan. 11, 36. 37.

גָּדֵל m. *Magnus; Creſcens.* וְהַנַּעַר שְׁמוּאֵל הֹלֵךְ וְגָדֵל וָטוֹב *Et puer iſte Samuel ibat & magnus & bonus*, i. e. quotidie ac continuò major evadebat ac melior, 1. Sam. 2, 26. Verbum enim הָלַךְ *ivit*, cum aliô vel verbô, vel nomine, interveniente copulâ, conſtructum tantùm innuit *continuationem, auctionem, ac gradationem* actionis vel qualitatis, quam vox adjecta denotat. Vid. D. Danzii Interpr. §. 109. וַיֵּלֶךְ הָלוֹךְ וְגָדֵל Ivit enim eundo & *creſcens*, i. e. continuò magis magisque creſcebat, Gen. 26, 13. Conf. 2. Chron. 17, 12. Plur. in Statu Conſtr. גִּדְלֵי בָשָׂר *Magni carne*, Ezech. 16, 22. Sæpius non reperitur.

גָּדוֹל m. *Magnus.* גָּדוֹל עֲוֺנִי מִנְּשֹׂא *Major* eſt iniquitas mea, quàm ut remittatur, Gen. 4, 13. מִקָּטֹן וְעַד גָּדוֹל A parvo usque ad *magnum*, Gen. 19, 11. וּמָרְדֳּכַי הוֹלֵךְ וְגָדוֹל Et Mardochæus ibat & *magnus*, i. e. continuò *fiebat major*, Eſth. 9, 4. Vide obſervationem

ſub

ſub voce גָּדֵל, quæ præcedit. In Statu Conſtr. גְּדֹל עֵצָה *Magnus* conſilio, Jer. 32, 19. Cum. Suff. מִגְּדוֹלָם וְעַד קְטַנָּם *A maximo eorum* usque ad minimum eorum, Jon. 3, 5. Plural. גְּדֹלִים *Magni*, Gen. 12, 17. גּוֹיִם גְּדֹלִים *Gentes* magnæ, Devt. 4, 38. In Statu Conſtr. גְּדֹלֵי הָעִיר *Magnates* urbis, 2. Reg. 10, 6. Cum Suff. גְּדֹלָיו *Magnates ejus*, 2. Reg 10, 11. Fœm. גְּדֹלָה *Magna; Magnum.* צְעָקָה גְדֹלָה *Clamor magnus*, Exod. 12, 30. לַעֲשׂוֹת קְטַנָּה אוֹ גְדֹלָה Faciendo parvum aut *magnum*, Num. 22, 18. הָעִיר גְּדֹלָה Urbs magna, Jon. 4, 11. Plur. גְּדֹלוֹת *Magna, a.* עָרִים גְּדֹלֹת וּבְצוּרֹת Urbes *magnæ* & munitæ, Devt. 1, 28. עֹשֶׂה גְדֹלוֹת *Faciens magna*, Job. 37, 5.

1) Generatim dicit *magnum*, ſive *quantitate*, ſive *qualitate*. 2) Speciatim α) ad *quantitatem* relatum ſignificat 1) *magnum tùm magnitudine molis;* Ita dicitur de acervo lapidum, Joſ. 7, 26. c. 8, 29. 2. Sam. 18 17. de altari, Joſ. 22, 10. 2. Reg. 16, 15. de ſole & luna, Gen. 1, 16. de piſce, Jon. 2, 1. de turri, Neh. 3, 27. de aquila Ezech. 17, 3. de balænis, Gen. 1, 21, tùm *magnitudine intenſionis;* ita dicitur de gaudiô, 1. Chron. 29, 9. 22. Neh. 8, 13, c. 12, 43. Jon. 4, 6. de luctu, Gen. 50, 10. Eſth. 4, 3. de terrore, Dan. 10, 7. de timore, Jon. 1, 10. de voce, Gen. 39, 14. 2. Reg. 18, 28. Eſr. 3, 12. c. 10, 12. Jeſ. 36, 13. de peccatô, Gen. 4, 13. Ezech. 9, 9. de irâ, Devt. 29, 28. 2) *Magnum numero* & *multitudine* ſeu *numeroſum, multum*. Ita dicitur de gente vel populô, Gen. 12, 2. c. 17, 20. c. 18, 18. Exod. 32, 10. Num. 14, 12. Devt. 9, 2. c. 26, 5. de exercitu, 2. Reg. 7, 6. Ezech. 17, 17. Dan. 11, 13. 25. de divitiis amplis & multis, 1. Sam. 17, 25. 3) *Magnum ætate*, ſeu *majorem natu*, Gen. 27, 1. 1. Reg. 2, 22. 1. Sam. 17, 28. 2. Reg. 25, 26. Jon. 3, 5. 4) *Magnum opibus & divitiis*, i. e. divitem & opulentum, 1. Sam. 25, 2. 2. Sam. 19, 33. Conf. Job. 1, 3. ubi Jobus dicitur *magnus* opibus, non excluſâ tamen potentiâ & celebritate nominis per potentiam & opes acquiſitâ. β) Relatum ad *qualitatem* ſignificat 1) *magnum viribus ac potentiâ*, ſeu *potentem, validum*, &c. Ita dicitur de Rege, 2. Reg. 18, 19. 28. Jeſ. 36, 4. 13. Conf. 2. Sam. 5, 10. de procellâ, Jon. 1, 12. Conf. 1. Reg. 19, 11. Jon. 1, 4. 2) *Magnum dignitate, auctoritate, honore, exiſtimatione, & pretioſitate*, ut idem ſit ac *illuſtris, eximius, præſtans, ſummus, honorabilis*, &c. Ita dicitur *a*) de *hominibus*, e. g. de Moſe, Exod. 11, 3. de Mardochai, Eſth. 9, 4. de Naamane, 2. Reg. 5, 1. de aliis, 2. Sam. 7, 9. de Sacerdote ſummô, Joſ. 20, 6. Neh. 3, 1. 20. Zach. 6, 11. Inde eſt, quod in Plurali Subſtantivè notat *Magnates*, 2. Reg. 10, 6. 11. Jon. 3, 7. Nah. 3, 10. *b*) de *Operibus eximiis & illuſtribus;* tùm *Dei*, cujus opera vires & captum humanum excedunt, aut etiam præter ordinarium naturæ curſum fiunt & in admirationem rapiunt, qui ea contemplantur, Jud. 2, 7. Job. 5, 9. c. 9, 10. c. 37, 5. Pſalm. 71, 19. Pſalm. 106, 21. tùm *hominum*, qui faciunt, quæ promiſcuæ plebis ſortem & conditionem ſuperant, Pſalm. 12, 4. Conf. 2. Reg. 8, 13.

3) *Deo* tributum, deſignat *ſummam ejus majeſtatem, ſapientiam, potentiam ac bonitatem*, quæ nullo finitô & creatô Angelorum, vel hominum intellectu comprehendi & menſurari queunt. Ita verò tribuitur *Deo* tùm *abſolutè*, Exod. 18, 11. Devt. 7, 21. 1. Chron. 16, 25. Neh. 4, 8. c. 9, 32. Pſalm. 77, 14. Pſalm. 86, 10. Pſalm. 96, 4. Jer. 10, 6. Dan. 9, 4. tùm cum *additô*, quando dicitur *magnus conſiliô*, Jeſ. 28, 29. Jer. 32, 19. potentiâ, Neh. 1, 3. benignitate, Pſalm. 148, 8. Rex *magnus*, Pſalm. 47, 3. Pſalm. 95, 3. Neh. 8, 6. Mal. 1, 14.

גֹּדֶל m. *Magnitudo*. בְּגֹדֶל לֵבָב In *magnitudine* cordis, Jeſ. 9, 8. Cum Suff. גָּדְלְךָ *Magnitudo* tua, Devt. 3, 24. גָּדְלוֹ *Magnitudo* ejus, Devt. 5, 24. & per alternationem גֻּדְלוֹ Pſalm. 150, 2.

1) Generatim notat *magnitudinem*, ſive ſit quantitatis, ſive ſit qualitatis. 2) Speciatim α) deſignat *magnitudinem quantitatis*, ſive hæc ſit *molis*, ſive *intenſionis*, ſive *numeri* &c. In Scripturâ legitur de magnitudine cedri, Ezech. 31, 7. item de maximâ & immensâ Dei miſericordiâ, Num. 14, 19. ejusque potentiâ per *brachium* deſignatâ, Pſalm. 79, 11. β) Denotat *magnitudinem qualitatis, ſive Dei, ſive hominis*. *Deo* tributum indigitat ſummam ejus majeſtatem ac virtutem infinitam, Devt. 3, 24. c. 5, 24. c. 9, 26. c. 32, 3. Pſalm. 150, 2. *Homini* autem adſignatum, notat 1) ipſius *excellentiam, dignitatem & potentiam*, Ezech. 31, 2. 18. 2) *ipſius ſuperbiam, arrogantiam & elationem cordis*, Jeſ. 9, 8. c. 10, 12. Sæpius non legitur.

גְּדוֹל m. *Magnitudo*. Semel legitur Exod. 15, 16. בִּגְדֹל זְרוֹעֲךָ *In magnitudine brachii tui*, h. e. in ſummâ & infinitâ tuâ potentiâ. *Brachium* enim *Dei* per ἀνθρωποπάθειαν eſt ſymbolum *divinæ potentiæ*.

גְּדֻלָּה & גְּדוּלָּה f. *Magnitudo, Dignitas, Magnificentia*. מַה־נַּעֲשָׂה יְקָר וּגְדוּלָּה לְמָרְדֳּכַי Quid honoris & dignitatis factum eſt Mordechajo? Eſth. 6, 3. In Statu Conſtr. גְּדֻלַּת מָרְדֳּכַי *Magnitudo* Mordechaji, Eſth. 10, 2. Cum Suff. תֶּרֶב גְּדֻלָּתִי *Auge magnificentiam meam*, Pſalm. 71, 21. גְּדֻלּוֹתֶיךָ *Magnitudinem tuam*, Pſalm. 145, 6. Juxta Maſorethas eſt ſingularis; ſed literæ produnt Pluralem גְּדֻלּוֹתֶיךָ, ad indicandam *immenſam Dei magnificentiam & virtutem*. Plur. גְּדֻלּוֹת *Magnitudines*, res magnæ, 1. Chron. 17, 21.

1) Generatim notat *magnitudinem quamcunque*. 2) Speciatim α) ad *qualitatem* relatum, adhibetur ad denotandam *dignitatem & amplitudinem eximiam, eminentemque ſupra alios conditionem, ſortem ac ſtatum*. Ita dicitur de Davidis regiâ amplitudine & conditione eminenti, 2. Sam. 7, 21. 23. 1. Chron. 17, 21. Pſalm. 71, 20. de magnificentia Regis Ahasveri, Eſth. 1, 4. & glorioſa Mardochai ſorte, Eſth. 6, 3. c. 10, 2. *Deo* tributum, ſignificat *infinitam & immenſam ejus magnitudinem*, quâ non ſolum *in ſe* eſt magnus, infinitæ quippe eſſentiæ, majeſtatis, ſapientiæ,

tiæ, bonitatis ac potentiæ exiſtens, ſed etiam in *operibus*, quæ facit, eximiam & incomparabilem ſuam magnificentiam manifeſtat, Pſalm. 145, 3. 6. 1. Chron. 29, 11. β) Metonymicè notat *res eximias*, 1. Chron. 17, 19.

גְּדִלִים m. pl. *Inſtitæ*, Devt. 22, 12. *Faſciæ*, 1. Reg. 7, 17. ex uſu Chaldaico, quo גְּדַל notat *implicare, contorquere*. Unde Coccejus interpretatur *fila contorta*; ſed Mercerus reddit *opus funiculatum*, i. e. ex multis filis contextum, quod cætera *quantitate* excedebat. Sæpius non legitur.

מִגְדָּל m. *Turris*, à *magnitudine* ſic dicta. מִגְדָּל גָּבֹהַּ *Turris alta*, Jeſ. 2, 15. In Statu Conſtr. מִגְדַּל עֹז *Turris roboris*, i. e. robuſta, Jud. 9, 51. Plur. מִגְדָּלִים *Turres*, 2. Chron. 14, 6. & מִגְדָּלוֹת 2. Chron. 32, 5. מִגְדְּלוֹתַיִךְ *Turres* tuæ, Ezech. 26, 9.

1) Generatim notat *turrim*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *munimentum* vel *fortalitium altius aſſurgens*, & contra impetus hoſtium aſylum præbens, Gen. 11, 4. 5. Jud. 9, 49. 52. *Turribus* munivit Aſa urbes Judæ, 2. Chron. 14, 17. & Uſias urbem Hieroſolymam, 2. Chron. 26, 9. *Turres* hujus generis exſtruxit Uſias in deſerto, 2. Chron. 26, 10. & Jotham in ſylvis, 2. Chron. 27, 4. β) *Impropriè* 1) per *Metaphoram* א) deſignat *ſuperbos Magnates & tyrannos*, Jeſ. 2, 15. c. 30, 25. ב) *Deo* tributum eſt ſymbolum *divinæ protectionis*, Pſalm. 61, 4. Prov. 18, 10. Sicut enim *turris*, advolantibus hoſtibus, confugientes ad ſe recipit, contra impetum eorum tutos reddit, & tandem, vi eorum fractâ, indemnes dimittit: Ita quoque Deus confugientes ad ſe recipit, tuetur atque ſalvos præſtat. Huc refert R. D. Kimchi illud Jeſ. 5, 2. Sed R. Aben-Eſra ibi per *turrim* intelligit *templum*; & Lutherus *Dei cultum ac verbum*. ג) *Ubera ſponſæ*, quæ deſignant verbum & ſacramenta, comparantur *turribus*, Cant. 8, 10. eò quod ſint inſtar fortalitiorum, quæ ab hoſtibus quidem variis oppugnantur, ſed non expugnantur. 2) Per *Hyperbolem* notat *locum editiorem* ſeu *ſuggeſtum*, Neh. 8, 4.

מִגְדּוֹל m. *Migdol*; nomen proprium *urbis*, utrum à *magnitudine*, an verò à *turri*, quam fortè habuit, ſic dictæ, dubium eſt. Fuit pæne in ingreſſu Ægypti ad milliare XII. à Peluſio, non procul à mari rubro, Exod. 14, 2. Num. 33, 7. 8. Ejusdem mentio fit, Jer. 44, 1. c. 46, 14.

גָּדַע *Scidit, Abſcidit, Succidit, Excidit*. וְגָדַעְתִּי זְרֹעֲךָ *Et excidam brachium tuum*, 1. Sam. 2, 31. Fut. וָאֶגְדַּע אֶת־מַקְלִי Poſtea *concîdi* pedum meum, Zach. 11, 14. Niphal נִגְדַּע *Abſciſus, Exciſus, Succiſus eſt*. וְנִגְדְּעָה Et *exſcindetur*, Jeſ. 22, 25. Piel גִּדַּע & גִּדֵּעַ *Succidit*, Excidit. וּבְרִיחֵי בַרְזֶל גִּדֵּעַ Et vectes ferri *ſucciderit*, Pſalm. 107, 16. Fut. קַרְנוֹת רְשָׁעִים אֲגַדֵּעַ Cornua impiorum *ſuccidam*, Pſalm. 75, 11. Pual גֻּדַּע *Exciſus eſt*. שִׁקְמִים גֻּדָּעוּ Mori *exciſa ſunt*, Jeſ. 9, 9.

1) Generatim dicit *violentam rei ceſſationem* quà *integritatem*, *ſtatum*

Digitized by Google

ac conditionem. 2) Speciatim α) notat *violentô ictu ſuccidere*, vel *excidere*, quod eſt rectum, aut infixum, ut corruat. Ita legitur de *violentâ ſucciſione* arborum ac lucorum, Devt. 7, 5. 1. Chron 13, 1. 2. Chron 14, 2. Jeſ. 9, 9. vel 10. ſtatuarum ſubdialium, 2. Chron. 34, 4. 7. ſculptilium, Devt. 12, 3. clavi in locô firmô fixi, Jeſ. 22, 25. Inde transfertur ad *exciſionem* tribûs Benjamin, Jud. 21, 6. β) *Frangere*, quod eſt rigidum & integrum, e. g. cornu, Pſalm. 75, 11. Thren. 2, 3. brachium, 1. Sam. 2, 31. vectes ferreos, Pſalm. 107, 17. Jeſ. 45, 2. baculum, Zach. 11, 10. 14. Sed in his tropus ſubeſt. Nam *fractio cornu* deſignat *abolitionem roboris ac potentiæ*; *fractio brachii* infert *privationem eminentiæ ac potentiæ*; *fractio vectium ferreorum* denotat *liberum captivorum è carcere exitum*, Pſalm. 107, 16. *remotionem obſtaculorum liberi* in urbem *ingreſſûs*, Jeſ. 45, 2. *fractio* denique *baculi*, Zach. 11, 10. denotat *annihilationem fœderis divini* cum Judæis, Evangeliique ab iis translationem ad gentes; Zach. 11, 14. autem innuit *remotionem* omnis omninò divini cultûs à Judæis, eorundemque *diſſipationem*.

גִּדְעוֹן m. *Gideon*, ſonans *ſucciſorem* vel *ſucciſionem*; eſt nomen proprium *Ducis & Judicis Iſraelitarum fortiſſimi*, qui, ſucciſâ ſtatuâ Baalis & lucô, Midianitas ingenti ſtrage ſuperavit, & Iſraelitas à poteſtate eorum liberavit, Jud. 7. Dictus quoque fuit יְרֻבַּעַל quod populô de Baalis ſtatuâ ſucciſâ ſecum contendenti dixerat: *Vindicet ſe Baal.*

גִּדֵּף *Blaſphemavit, probro affecit.* Quoties in Scripturâ legitur, ubique notat *convitiationem in Deum ipſum directam.* גִּדַּפְתָּ *Blaſphemaſti*, 2. Reg. 19, 22. Jeſ. 37, 23. גִּדְּפוּ *Blaſphemarunt*, 2. Reg. 19, 6. Jeſ. 37, 6. Ezech. 2, 27. Part. מְגַדֵּף *Blaſphemans*, Num. 15, 30. Pſalm. 44, 17. Sæpius non legitur.

גִּדּוּפִים m. pl. *Convitia, Contumeliæ.* Legitur ſaltem de *convitiis* hominum in homines, Jeſ. 43, 28. In Statu Conſtr. גִּדּוּפֵי בְּנֵי עַמּוֹן *Convitia* filiorum Ammon, Zeph. 2, 8. Fœm. גִּדּוּפוֹת *Convitia*. Cum Suff. מִגִּדֻּפֹתָם אַל־תֵּחָתּוּ *A calumniis eorum* ne conſternemini, Jeſ. 51, 7.

גְּדוּפָה f. *Convitium.* Extat tantum, Ezech. 5, 15.

גָּדַר *Sepſit*, *ſepem vel maceriem obduxit*, *murum ſtruxit.* Part. גֹּדֵר פֶּרֶץ *Obſepiens* (reparans) rupturam, Jeſ. 58, 12. Fut. וַתִּגְדְּרוּ גָדֵר Nec *ſepiviſtis* ſepem, Ezech. 13, 5.

1) Generatim Tarnovio notat *claudere*, quâcunque id fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *aliquid ſepire*, ſive id fiat virgis intortis, aut baculis facilè perruptibilibus, ſive firmiori obſtructione, quæ non facil[e] perrumpi aut tranſiliri poteſt, ceu colligi poteſt ex 2. Reg. 12, 12. Job. 19, [8] & ex derivatis. β) *Metaphoricè* notat *impedire*, *avertere*, *reſiſter[e]*. גָּדַר אָרְחִי *Iter meum ſepſit*, i. e. omnia mea negotia & actiones impedivit, ut non valeam quicquam cum ſucceſſu agere, Job. 19,

שָׂךְ אֶת־דַּרְכֵּךְ בַּסִּירִים גָּדַרְתִּי אֶת־גְּדֵרָהּ Obſepiens ſum ſpinis viam tuam, *macerie circumdo maceriem ejus*, i. e. afflictionibus, & quavis ratione te à propoſitô pravô avertam, Hoſ. 2, 6. Ita quoque *impedimentum* conatuum ac conſiliorum indigitatur, Thren. 3, 7. 9. Conf. Ezech. 13, 5. & c. 22, 30. *Ibi* enim per *obſepientem ſepem* intelligitur *is*, cujus officium eſt Satanæ, & aliis malis in Eccleſiam irrumpentibus reſiſtere; *hîc* verò indigitatur *is*, qui ſeriis precibus ſe Deo pœnam illaturo opponit, & ſic pœnam averruncat.

גֹּדֵר m. *Faber murarius.* Eſt Participium nominaſcens, quod ſaltem legitur, 2. Reg. 12, 12.

גָּדֵר m. *Clauſura; Sepes; Septum; Maceries; Murus.* גָּדֵר מִזֶּה וְגָדֵר מִזֶּה *Maceries* hinc, & *maceries* illinc, Num. 22, 24. In Statu Conſtr. גֶּדֶר אֲבָנָיו נֶהֱרָסָה *Maceries* lapidum ejus erat ſubverſa, Prov. 24, 31. Cum Suff. גְּדֵרוֹ *Maceries ejus*, Jeſ. 8, 5. Plur. גְּדֵרִים *Clauſuræ* &c. Cum Suff. פָּרַצְתָּ גְדֵרֶיהָ Perrupiſti *macerias ejus*, Pſalm. 18, 13.

1) Generatim notat *clauſuram.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *congeriem ex lignis vel lapidibus*, h. e. ſepem, maceriem, vel murum. R. D. Kimchi in libro radicum explicat per *clauſuram*, qualis eſt paries, qui hortis & vineis adhibetur, & in univerſum omnis paries levis, qui non eſt ita validus, ut in domibus aut muris urbium. De *ſepe* legitur, Eccl. 10, 8. de macerie vineæ, Num. 22, 24. Prov. 24, 31. de murô atrii templi, Ezech. 42, 10. β) *Metaphoricè* eſt 1) ſymbolum *divinæ protectionis*, quæ omnem hoſtium impetum ac inſultum, cunctaque noxia cohibet ac avertit. Hinc *Deus* ſepem vel *maceriem* dicitur *dare* illis, quos munit, tuetur ac defendit, Eſr. 9, 9. *tollere* verò & *amovere maceriem*, quando deſerit & protectionem ſuam denegat, Pſalm. 80, 13. Jeſ. 5, 5. 2) Deſignat *obſtaculum*, quod cohibet & avertit malum aliquod imminens, Ezech. 13, 5. c. 22, 30.

גְּדֵרָה f. *Sepes, Septum, Maceries*, 1. Chron. 4, 23. Plur. גְּדֵרוֹת *Sepes, Septa.* In Statu Conſtr. גִּדְרוֹת צֹאן *Septa gregis*, Num. 32, 16. Cum Suff. גְּדֵרֹתָיו *Maceriæ ejus*, Pſalm. 89, 41.

1) Generatim notat *clauſuram.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſepem* vel *maceriem.* De macerie occurrit, Nah. 3, 17. Conf. Jer. 49, 3. ubi deſignat *macerias*, prout ſunt rudera locorum vaſtatorum. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam* notat *loca ſepe* vel *macerie circumdata, ſepta, caulas*, Num. 32, 16. 24. 36. 1. Sam. 24, 3. Zeph. 2, 6. 2) per *Metaphoram munimenta regni*, quibus ceu maceriis incolæ contra impetus & invaſiones hoſtium defenduntur, Pſalm. 89, 41.

גְּדֶרֶת f. *Maceries;* Saltem occurrit, Ezech. 42, 12.

גָּדַשׁ *Coacervavit, Aggregavit, Collegit, Congregavit*, apud Chaldæos. Inde eſt,

Digitized by Google

גָּדִישׁ m. *Cumulus*, *Congeries*, *Acervus* frugum demeſſarum, in modum pyramidis congeſtarum, Exod. 22, 6. Jud. 15, 5. Job. 5, 26. *Metaphoricè* notat *tumulum*, Job. 21, 32. quô corpus defuncti inſtar mergitis defertur. Sæpius non legitur.

גֵּהָה m. *Hic*; Pronomen, pro זֶה, literâ ז cum ג permutatâ. Legitur ſaltem Ezech. 47, 13.

גָּהָה *Sanavit*, *Curavit*. Occurrit ſaltem in Futurô יִגְהֶה *Curabit*, Hoſ. 5, 13. ubi *Metaphoricè* adhibetur, ut ſenſus ſit: Non poteſt vobis auxilium præſtare, & à poteſtate mea vos eripere.

גֵּהָה f. *Medicina*. Semel legitur Prov. 17, 22. ubi R. Salomon ſumit pro נֹגַהּ *Splendor*, *Nitor*, ſed citra neceſſitatem.

גָּהַר *Pronum ſe expandit*, *totô corpore procubuit*. Ter ſaltem legitur in Futurô וַיִּגְהַר *Et pronum ſe expandit*, 1. Reg. 18, 42. 2. Reg. 4, 32. 35.

גוב Radix apud Ebræos inuſitata; apud Arabes autem legitur جاب pro جوب *Secuit*, *Fidit*, *Laceravit*, item *Pervaſit*, *Tranſiit terram*, *regionem*. Inde eſt

גּוֹב m. *Locuſta*, *Bruchus*, quaſi *ſecans* & *diffindens* gramina & herbas, vel quaſi *pertranſiens* terras & regiones. Sed Bochartus in Hieroz. P. I. lib. 4. c. 1. p. 443. גּוֹב deducit ab Arabum جبا quod ſignificat *è terrâ emergere*, cum hoc ſit locuſtarum proprium. Quam in rem citat Ariſtotelem l. 5. Hiſt. c. 28. Ὅταν τέκωσιν (αἱ ἀκρίδες) ἐνταῦθα γίνονται σκώληκες ᾠοειδεῖς, οἳ περιλαμβάνονται ὑπό τινος γῆς λεπτῆς, ὥσπερ ὑφ' ὑμένος ἐν ταύτῃ δὲ ἐκπέτονται. *Cum locuſtæ pepererunt*, *ibi fiunt vermes ovorum ſpecie*, *qui terra quadam prætenui tanquam membranula ambiuntur*, *unde evolant*. Ter ſaltem legitur, Nah. 3, 17. & Am. 7, 1. Plur. גּוֹבַי *Locuſtæ*, pro גּוֹבִים ad formam Status Conſtructi Syrorum, ubi in חַלֹּנַי *Feneſtræ*, Jer. 22, 14. גּוֹב גֹּבַי *Locuſta locuſtarum*, i. e. prægrandes locuſtæ, Nah. 3, 17.

גֵּבִים m. pl. *Locuſtæ*. Extat ſaltem Jeſ. 33, 4. Aſt

גֵּבִים m. pl. *Foveæ*, vide ſupra in גֶּבֶא.

גוה Radix inuſitata.

גֵּוָה f. *Corpus*. Semel legitur Job. 20, 25. Aliam ſignificationem vide in גַּאֲוָה.

גֵּו m. *Tergum*, *Dorſum*, in animantibus eminens, Prov. 10, 13. c. 19, 29. c. 26, 3. Aſt Job. 30, 5. notat *corpus*, per Synecdochen partis pro totô. Ἀνθρωποπαθῶς *Deo* tribuitur, Jeſ. 38, 17. ubi *poſt tergum peccata rejicere dicitur*, quando ea homini condonat, & pœnas promeritas aufert.

גַּו m. *Tergum.* אֹתִי הִשְׁלַכְתָּ אַחֲרֵי גַוֶּךָ Me abjeciſti poſt *tergum tuum*, i. e. me contemſiſti, poſthabuiſti, deſeruiſti &c. 1. Reg. 14, 9. Ita adhuc bis legitur, Ezech. 23, 35. Neh. 9, 26.

גְּוִיָּה f. *Corpus*, Nah. 3, 3. In Statu Conſtr. בִּגְוִיַּת הָאַרְיֵה In corpore leonis, Jud. 14, 5. Cum Suff. גְּוִיָּתוֹ *Corpus ejus*, 1. Sam. 30, 10. Plur. גְּוִיּוֹת *Corpora*, Pſal. 10, 6. גְּוִיֹּתֵיהֶנָה *Corpora* ipſorum, Ezech. 1, 23. cum ה Paragogico.

1) Generatim notat *corpus.* 2) Speciatim *α*) notat *corpus vivum*, 1) *hominis*, Gen. 47, 18. Neh. 9, 37. 2) animalium ab Ezechiele viſorum, Ezech. 1, 11. 23. 3) *Chriſti*, in quô à Daniele conſpiciebatur, Dan. 10, 6. *β*) *Corpus mortuum*, ſeu *cadaver* 1) *hominis*, 1. Sam. 31, 10. 12. Pſalm. 110, 6. Nah. 3, 3. 2) *bruti*, ut leonis, Jud. 14, 5. 9.

גוז *Abſcindere, Excindere, Extrahere*, item *Abſcindi, Excindi*, Præt. גָּז *Excinditur*, Pſalm. 90, 10.

גּוֹז m. *Exciſor.* Semel legitur cum Suff. גּוֹזִי *Exciſor meus*, Pſalm. 61. 6. pro quo Pſalm. 22, 10. legitur גּוֹחִי *Eductor meus.*

גּוּחַ *Prodire, Exire, Erumpere, Edere, Educere.* Imper. וָגֹחִי *Et erumpe* vel *ede* ſcil. *partum* juxta AbenEſram, Mich. 4, 10. Hiphil הֵגִיחַ *Eduxit, Erupit.* Part. מֵגִיחַ מִמְּקֹמוֹ *Erumpens è loco* ſuo, Jud. 20, 33. Infin. בְּגִיחוֹ *In erumpere ipſum*, i. e. cum erumperet, Job. 38, 8. pro בְּהָגִיחוֹ, Præformativo ה per Aphæreſin ablatô. Fut. וַתָּגַח *Et erupiſti*, prodiiſti, Ezech. 32, 2. כִּי יָגִיחַ יַרְדֵּן אֶל־פִּיהוּ *Cum tendet* Jordan ad os ejus, Jeſ. 40, 18. vel 25. Sæpius non legitur.

גּוֹחַ m. *Eductor.* Extat ſaltem, Pſalm. 22, 10. Cum Suff. גֹּחִי *Eductor meus.*

גִּיחוֹן m. *Gichon*; nomen proprium *α*) *fluvii*, ſic dicti, quod egrediebatur & valde ſe diffundebat, Gen. 2, 13. *α*) *Fontis* prope Hieroſolymam, ſic vocati, quod egrederetur ad irrigandos hortos, 1. Reg. 1, 33.

גּוֹי m. *Gens, Natio*; Radix ejus apud Ebræos non reperitur, apud Arabes autem eſt جوي *Affectu vehementiori motus fuit*, & in conjugatione 3. *convocavit.* Unde judice B. Pfeifferô גּוֹי *propriè* denotat *multitudinem hominum*, origine, moribus & linguâ cognatam, quam affectus & primum coegit, & continet. גּוֹי גָּדוֹל *Gens* magna, Devt. 4, 8. Cum Suff. גּוֹי *Gentis* meæ, pro גּוֹיִי Zeph. 2, 9. Plur. גּוֹיִם *Gentes*, Joſ. 23, 9. pro גּוֹיִים litera י ante ם per Syncopen extruſâ. In Statu Conſtr. גּוֹיֵי Eſr. 6, 21. Cum Suff. גּוֹיֶךָ *Gentes tuæ*, Pſalm. 106, 5. pro גּוֹיֶיךָ, literâ י ante Suff. per Syncopen conciſâ. Ita quoque בְּגוֹיֵהֶם *In gentibus ſuis*, Gen. 10, 8.

1) Generatim notat *gentem* vel *populum* ſive ſit ex hominibus, ſive ex animantibus brutis. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *ſocietatem hominum cognatam*, origine, ingenio, moribus & lingua convenientem,

propriumque terræ tractum occupantem &c. Vide, quæ antea ex Pfeiffero allata fuerunt. Ita dicitur de populo Iſraelitico, Gen. 12, 2. c. 17, 16. c. 18, 18. Exod. 19, 6. Joſ. 3, 17. c. 4, 1. Devt. 4, 6. c. 32, 28. Pſalm. 18, 50. Jeſ. 1, 4. &c. de populo Ægyptiaco, Exod. 9, 24. & Chaldaico, Jer. 5. 15. indefinite de ethnicis, Jer. 2, 11. c. 16, 19. Num. 24, 20. &c. Atque hinc, quod vox hæc deſignat *ethnicos* à republica Iſraelis alienos, factum eſt, ut Judæi Chriſtianos גוים quaſi gentem abominabilem appellare cœperint. Quin imò abſurdè *chriſtianum* in individuô & ſingulariter vocant גוי, & fœminam chriſtianam גויה. β) *Metaphoricè* deſignat *multitudinem locuſtarum*, Joel. 1, 6. Ita quoque עם *populus* dicitur de formicis, Prov. 30, 25, 26.

גול *Exultare.* Præt. גלתי *Exultavi*, Jeſ. 65, 19. Hiphil הגיל *Exultavit.* Fut. אגילה בישועתך *Exultabo in ſalute tua*, Pſalm. 9, 15. Imp. גילי *Exulta*, Joel. 2, 21. pro הגילי, Præformativo ה per Aphæreſin ablatô. Ita quoque in Plurali גילו *exultate*, Joel. 2, 23.

1) Generatim *exultandi* notionem obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* refertur ad *externos lætabundorum geſtus ac tripudia*, quæ gaudium animô conceptum aperiunt & teſtantur, ut idem ſit ac *gaudio exultare*, vor Freuden ſpringen / Pſalm. 2, 11. Pſalm. 48, 12. Pſ. 97, 8. Jeſ. 66, 10. β) Tropicè a) per *Metonymiam* notat *internum mentis gaudium*, ut idem ſit ac *impensè gaudere*, ſive ſit gaudium licitum & ſanctum, Prov. 13, 6. Pſalm. 35, 9. Jeſ. 61, 10. Zach. 10, 7. ſive illicitum & malum, Prov. 24, 17. 2) per *Metaphoram* tribuitur *rebus inanimatis*, e. g. terræ, 1. Chron. 16, 31. Pſalm. 96, 11. campo, Jeſ. 35, 1. item oſſibus poſt comminutionem reſtitutis & irrigatis, Pſalm. 51, 10.

גיל m. *Exultatio.* גיל יגיל *Exultatione exultabit*, i. e. valde exultabit, Prov. 23, 24. נאסף שמחה וגיל Ablatum eſt gaudium & exultatio, Jeſ. 16, 10. vel 19.

1) Generatim notat *exultationem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *externum lætabundorum geſtum & tripudium*, quô gaudium animo conceptum oſtenditur, Prov. 23, 24. Quinquies combinatur cum שמחה Pſalm. 43, 4. Pſalm. 45, 16. Jeſ. 16, 10. vel 19. Jer. 48, 33. Joel. 1, 16. Diſcrimen, quod ibi inter has duas voces intercedit, eſt hoc; שמחה eſt generalius, גיל verò eſt ſpecialius, exprimens *externos corporis tripudiantis geſtus.* β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam* notat *gaudium*, Job. 3, 22. 2) per *Metaphoram* tribuitur collibus, Pſalm. 65, 13.

גילה f. *Exultatio*, Jeſ. 65, 18. In Statu Conſtructo eſt גילת Jeſ. 35, 2.

גוע *Exſpiravit, Mortuus eſt*, Joſ. 22. 20. Infin. בגוע אחינו *In mori*, i. e. cum morerentur fratres noſtri, Num. 20, 3. Fut. אגוע Exſpirabo, Job. 10, 18. Part. וגוע *Et exſpirans*, i. e. morti proximus, agonizans, animam mox efflaturus, Pſalm. 88, 16.

1) Ge-

Digitized by Google

1) Generatim notat *exſpirare*, quacunque fiat ratione, ſive morte lentâ, ſive violentâ, ſive exſpirans ſit homo, ſive brutum. 2) Speciatim *α*) dicitur de *homine*, qui moritur 1) *leni mortis genere*, quo agonizans ſuam efflat animam, Gen. 25, 8. 17. 29. c. 49, 33. Num. 20, 29. Job. 28, 18. 2) de *violenta morte*, Num. 17, 27. c. 20, 3. Thren. 1, 19. *β*) dicitur de *bruto*, quod moritur, Gen. 6, 17. 21.

גּוּף *Claudi*; ſed in Kal non eſt in uſu. In Hiphil הֵגִיף *Clauſit*. Legitur ſaltem in Futuro יָגִיפוּ *Undiquaque claudent*, Neh. 7, 3.

גּוּפָה f. *Corpus*, quod ſic dictum cenſetur, quod *undiquaque ſit clauſum*. Bis ſaltem legitur. In Statu Conſtr. גּוּפַת שָׁאוּל *Corpus Saulis*, 1. Chron. 10, 12. Plur. גּוּפוֹת *Corpora*, 1. Chron. 10, 12. Apud Rabbinos legitur etiam maſculinum גּוּף *Corpus*.

גּוּר *Peregrinari*; *Incolere*; *Verſari*, *Converſari*, *Commorari*; *Timere*. אֲשֶׁר גָּר שָׁם אַבְרָהָם Ubi *peregrinatus* eſt Abraham, Gen. 35, 27. עִם לָבָן גַּרְתִּי Apud Labanem *peregrinatus ſum*, Gen. 32, 4. Particip. וְהַגֵּר הַגָּר בְּתוֹכְכֶם Et peregrinus, *qui peregrinatur* in medio veſtri, Lev. 17, 12. הַגָּרִים *Qui pergrinantur*, Ezech. 47, 22. Fœm. in Statu Conſtr. מִגָּרַת בֵּיתָהּ *Ab inhabitatrice* domûs ſuæ, Exod. 3, 22. Infin. לָגוּר בָּאָרֶץ בָּאנוּ Ad *peregrinandum* in terra venimus, Gen. 47, 4. Fut. אָגוּרָה בְאָהָלְךָ *Commorabor* in tentorio tuo, Pſalm. 61, 5. לֹא תָגוּר מִמֶּנּוּ Non *timebis* coram illo, Devt. 18, 22. שֹׁד רְשָׁעִים יְגוֹרֵם Devaſtatio impiorum *manebit eos*, Prov. 21, 7. לֹא תָגוּרוּ מִפְּנֵי־אִישׁ *Non timebitis*, coram viro, Devt. 1, 17. יָגוּרוּ עָלַי עַזִּים *Congregant ſe* contra me fortes, Pſalm. 59, 4. Hithpael הִתְגּוֹרֵר *Commoratus eſt*, *Congregavit ſe*. Fut. יִתְגּוֹרָרוּ *Congregant ſe*, Hoſ. 7, 14. pro יִתְגּוֹרְרוּ, ob præſentiam accentus Domini. Part. מִתְגּוֹרֵר *Congregans ſe*, Jer. 30, 23.

1) Generatim *trahendi* notionem obtinet. 2) Speciatim *α*) eſt *peregrinari*, extra patriam inſtar peregrini alicubi verſari, ſive id fiat crebriori è loco in locum digreſſione, ſive diuturniori in aliquô locô commoratione & ſubſiſtentia. Qui enim peregrinantur, extra patriam ſe trahunt, Gen. 12, 10. c. 19, 9. c. 35, 27. Lev. 19, 33. Jud. 19, 16. Joſ. 20, 9. Ruth. 1, 1. Jer. 42, 15. Pſalm. 105, 12. 23. Jer. 43, 2. c. 44, 8. *β*) *Commorari*, *manere*, *habitare*. Qui enim alicubi *commorantur*, manent & habitant, ibi tempus *trahunt*, Job. 19, 15. Pſalm. 5, 5. Jeſ. 11, 6. c. 33, 14. *γ*) *Colligere*, *Congregare*. Qui enim quosdam colligit & congregat, unum ad alterum trahit, Hab. 1, 15. Item *congregare ſe*, tàm in Kal, Pſalm. 56, 7. Pſalm. 59, 4. Pſalm. 140, 3. quàm in Hithpael, Hoſ. 7, 14. Jer. 30, 23. *δ*) *Timere*, qui enim alterum timet, ſe ab eo *retrahit*. Ita Conſtruitur intercedente מ. Ita dicitur *timere* alterius *iram*, *minas* &c. Devt. 1, 17. c. 18, 22. Devt. 32, 27. Num. 22, 3. felices ſucceſſus, 1. Sam. 18, 15. gladium, Job. 19, 29. Vide Job. 41, 16. Sed Pſalm. 22, 24. Pſal. 33, 8. notat *aliquem timere humiliter & ex filiali reverentiâ*.

גֵּר m. *Peregrinus, Advena, πάροικος.* כִּי יָגוּר אִתְּךָ גֵּר Cum peregrinabitur tecum *peregrinus*, Lev. 19, 33. Cum Suff. גֵּרְךָ *Peregrinus tuus*, Exod. 20, 10. Plur. גֵּרִים *Peregrini*, Exod. 22, 20.

1) Generatim notat *peregrinum*, 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *eum*, qui alibi natus, extra patriam verſatur & commoratur apud alios, Gen. 15, 13. c. 23, 4. Exod. 2, 22. c. 12, 48. c 18, 3. Lev. 19, 33. &c. Quia *peregrini* utplurimum contemtui & odio aliorum expoſiti ſunt, Deus eorum, ceu aliorum afflictorum curam gerit, Devt. 10, 18. eorumque in gratiam leges dedit, Lev. 25, 35. 47. Num. 9, 14. c. 15, 14. Devt. 24, 17. c. 27, 19. גֵּר *Peregrinus* opponitur τῷ אֶזְרָח *Indigenæ*, Lev. 24, 16. 22. Joſ. 8, 33. Ebræis alius eſt גֵּר הַצֶּדֶק *Proſelytus juſtitiæ*, alius eſt גֵּר תּוֹשָׁב *Proſelytus domicilii.* Per *illum* intelligunt talem, qui ex gentibus mundi ad Judaismum tranſiens circumcidebatur, & totam legem Moſaicam amplectebatur; Per *hunc* verò intelligunt *talem gentilem*, qui in ſe ſuſceperat à cultu extraneô abſtinere, ac cætera obſervare, quæ in Noachidarum, ſeu omnium hominum communi jure continentur, nimirum de *revelatione turpitudinum*, ſeu *turpitudine ex concubitu*; de *maledictione nominis ſanctiſſimi* ſeu *Numinis*; de *effuſione ſangvinis* ſeu *homicidio*; de *furtô* ac *rapinâ*; de *judiciis* ſeu *regimine forenſi ac obedientia civili*; de *membro animalis viventis non comedendo.* Talis non circumcidebatur, nec baptizabatur, ſed admittebatur velut unus ex piis è gentibus mundi. Ideò autem vocabatur *inquilinus*, quia in Iſraele morari poterat. Maim. Hal. Iſuria bia. c. 14. *β*) *Tropicè peregrini* nomine venit, *quivis pius*, quamdiu in mundo verſatur, Deique curâ ac tutelâ opus habet, donec perveniat in futuram cœleſtemque civitatem, quam quærit, Lev. 25, 23. 1. Chron. 29, 15. Pſalm. 39, 13. Conf. 2. Cor. 5, 6. Heb. 13, 14.

גֵּרוּת f. *Hoſpitium*, ſic dictum, quod ibi *commorari* licet. Extat ſaltem, Jer. 41, 17.

גּוּר vel גּוֹר m. *Catulus*, ſic dictus, quod ad Parentes naturæ inſtinctu *trahatur*, quocunque iverint. גּוּר אַרְיֵה *Catulus leonis*, Gen. 49, 9. Plur. גּוּרִים *Catuli.* Cum Suff. רִבְּתָה גּוּרֶיהָ *Educavit catulos ſuos*, Ezech. 19, 2. נָעֲרוּ כְּגוּרֵי אֲרָיוֹת *Rugitum* edunt ſicut *catuli* leonum, Jer. 51, 38. Term. Fœm. Cum Suff. גֹּרֹתָיו *Catuli ſui*, Nah. 2, 12.

1) Generatim notat *catulum* cujuscunque animantis. 2) Speciatim *α*) *propriè* dicitur tàm de *catulis* draconum, Thren. 4, 3. tùm de *catulis* leonum, Jer. 51, 38. *β*) Metaphoricè *catulis leonis* 1) eſt Symbolum *roboris, potentiæ,* imò & *eminentiæ.* Ita catulus leonis dicitur *Juda*, Gen. 49, 9. item *Dan*, Devt. 33, 22. 2) *Sævitiæ, crudelitatis & rapacitatis* in prole regiâ, Ezech. 19, 2. 3. 8. conf. Nah. 2, 12.

מָגוֹר m. *Metus, Pavor, Formido*, ubi mens quaſi ex locô ſuô movetur.

tur. Legitur, Pſalm. 31, 14. Jeſ. 31, 9. Jer. 6, 25. c. 20, 3. 4. 10. c. 46, 5. c. 49, 29. Sed ubivis deſignat *ingentem metum* ac *pavorem* ob hoſtem.

מְגוֹרָה f. *Formido, Metus.* Legitur in Singulari ſaltem in Statu Conſtr. מְגוֹרַת רָשָׁע *Formido impii*, Prov. 10, 24. ubi per *Metonymiam* deſignat *formidinis objectum* ſeu *rem formidabilem*, ut ſenſus ſit: *illud, quod timet impius, evenit ei.* Plur. מְגוֹרוֹת *Formidines, Pavores.* אָבִיא מְגוּרֹתָם לָהֶם *Adducam formidines eorum illis*, h. e. ea, quæ timent, Jeſ. 66, 4. מִכָּל־מְגוּרוֹתַי הִצִּילָנִי *Ab omnibus pavoribus* meis eripe me, Pſalm. 34, 5. Sæpius non occurrit.

מָגוֹר m. *Peregrinatio, Commoratio, Congregatio*; item *Formido, Metus.* Cum Suff. בִּמְגוּרָם In *congregatione* vel *conventiculis* eorum, Pſ. 55, 16. Plur. מְגוּרִים *Peregrinationes.* In Statu Conſtr. בְּאֶרֶץ מְגוּרֵי אָבִיו In terrâ *peregrinationum* Patris ſui, Gen. 37, 1. יְמֵי שְׁנֵי מְגוּרַי Dies annorum *peregrinationum* mearum, Gen. 47, 9. מְגוּרֵי אֶל־חֶרֶב *Formidines* ob gladium, Ezech. 21, 17. ubi ponitur ſtatus conſtructus pro abſolutô.

1) Generatim *tractionis rei è ſuô locô* vel *ſtatu* notionem involvit. 2) Speciatim α) *propriè* notat 1) *peregrinationem*; qui enim peregrinatur, extra patriam ſe *trahit.* Adhibetur de *peregrinatione & divagatione* Abrahami, Gen. 17, 8. Jacobi, Gen. 28, 4. Eſavi & Jacobi, Gen. 36, 7. conf. Exod. 6, 10. Ezech. 28, 38. Job. 18, 19. 2) *Commorationem*; qui enim alicubi commoratur, tempus ibi trahit, Pſ. 119, 4. 3) *Formidinem*, quâ mens velut è locô ſuô trahitur ac dimovetur, Ezech. 21, 17. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* transfertur ad deſignandam *vitam* ejusque longitudinem, Gen. 49, 9. 2) Per Metonymiam denotat *a) locum conventionis & commorationis*, Pſalm. 55, 16. *b) Objectum formidinis*, ſeu *rem formidabilem*, Thren. 2, 22. Sæpius non legitur.

מְגוּרָה f. *Granarium, Horreum*, ſic dictum, quod eò fruges *trahantur ac colligantur*, Hagg. 2, 19. Sæpius non legitur.

מַמְּגֻרוֹת f. pl. *Granaria*, ſic vocata, quod in ea *trahuntur & colliguntur* fruges. Extat ſaltem, Joel. 1, 17.

גּוּשׁ m. *Ramentum, Strigmentum.* Juxta quosdam eſt à גָּשַׁשׁ *Attrectavit*, ut notet *aliquid palpabile & craſſius.* Legitur ita ſaltem juxta Auctorem punctorum, Job. 7, 5. Sed juxta Auctorem literarum legendum foret גִּישׁ.

גָּזַז *Avulſit, Abripuit, Abſcidit, Reſecuit, Totondit.* Inf. הָלַךְ לִגְזוֹז אֶת־צֹאנוֹ Iverat *ad tondendum* gregem ſuum, Gen. 31, 19. Fut. וַיָּגָז אֶת־רֹאשׁוֹ *Et totondit caput ſuum*, Job. 1, 20. Niphal נָגֹז *Abſciſſus*, *Tonſus eſt.* נָגוֹזּוּ *Tonſi fuerunt*, Nah. 1, 12.

1) Generatim *avellendi* notionem habere videtur, quacunque id fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *ferrô ſecare*, *tondere, abſcindere.* Ita adhibetur tùm de *grege*, qui tondetur, Gen. 31, 19. c. 38, 12. 13. 1. Sam. 25, 2.

Digitized by Google

25, 2. 7. 11. 2. Sam. 13, 23. 24. Devt. 15, 19. Jeſ. 53, 7. tùm de *pilis*, qui tondendo avelluntur, ceu videre eſt ex Mich. 1, 6. item Job. 1, 20. uti volunt Chaldæus, LXX. Interpretes, Vulgatus, Pagninus, Tremellius, Piſcator, Seb. Schmidius &c. Sed Coccejo hic *evellendi* placet ſignificatio. Eſt verò *tonſura pilorum capitis* ſignum *luctûs & doloris ingentis*, ceu patet ex Job. 1, 20. Jer. 7, 29. Mich. 1, 16. β) *Metaphoricè* deſignat *excidium omnimodum*, quô homo inſtar pili vel graminis abſcinditur, Nah. 1, 12.

גֵּז m. *Vellus*; item *Lana ſecta, detonſa*, Devt. 18, 4. Pſalm. 72, 6. Plur. גִּזִּים In Statu Conſtr. גִּזֵּי הַמֶּלֶךְ *Fœniſecia Regis*, Am. 7, 1.

1) Generatim notat rei *avulſionem*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) propriè denotat non ſolum *tonſuram*, e. g. *gregis*, ut ex Devt. 18, 4. colligi poteſt, ſed etiam *fœniſectionem*, Am. 7, 1. β) Metonymice notat *vellus*, quod tonderi ſolet, & inde amplius *lanam detonſam*, imò poſitâ materiâ pro materiato, *veſtem ex vellere factam*. Poſteriori modo ſumitur, Job. 31, 20. priori verò ſenſu, Pſalm. 72, 6. ubi Coccejo notat *pratum detonſum*. Sæpius non legitur.

גִּזָּה f. *Vellus*. Sexies ſaltem occurrit in Hiſtoria Gideonis, Jud. 6, 37. 38. 39. 40. In Statu Conſtr. גִּזַּת הַצֶּמֶר *Vellus lanæ*, Jud. 6, 37.

גָּזִית f. *Cæſio, Exciſio*; item *Lapis cæſus*. אַבְנֵי גָזִית *Lapides cæſionis*, i. e. cæſi, 1. Reg. 5, 17. בָּתֵּי גָזִית בְּנִיתֶם *Domos lapidis cæſi ædificatis*, Am. 5, 11.

1) Generatim *avulſionis* notionem involvit. 2) Speciatim α) *propriè* notat *cæſionem*, qua id, quod aſperum, abſcinditur & avellitur, 1. Reg. 5, 17. 1. Chron. 22, 2. Ezech. 40, 42. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam* notat *lapidem cæſum, & politum, eumque grandiorem*, quoties ſolitariè ponitur, Exod. 20, 25. 1. Reg. 6, 36. c. 7, 9. 11. 12. Jeſ. 9, 10. Am. 5, 11. 2) per *Metaphoram* deſignat *validum & inſuperabile impedimentum*, ex quo nemo facilè ſe expedire poteſt, Thren. 3, 9.

גָּזַל *Rapuit, Abripuit*. אֶת־הַגְּזֵלָה אֲשֶׁר גָּזָל *Rapinam*, quam rapuit, Lev. 6, 4. וְגָזְלוּ גָּזֵל Et *rapiunt rapinam*, Ezech. 22, 29. Part. גֹּזֵל אָבִיו *Diripiens, ſpolians* Patrem ſuum, Prov. 28, 24. Part. Paul גָּזוּל *Raptus*, Devt. 28, 31. Inf. לִגְזֹל מִשְׁפַּט עֲנִיֵּי עַמִּי *Ad rapiendum* judicium miſerorum populi ſui, Jeſ. 10, 2. Fut. וַיִּגְזֹל אֶת־הַחֲנִית מִיַּד הַמִּצְרִי Et *rapuit* haſtam ex manu Ægyptii, 2. Sam. 23, 21. Niphal נִגְזַל *Raptus eſt*. נִגְזְלָה שְׁנָתָם *Rapitur* ſomnus eorum, Prov. 4, 16.

1) Generatim *auferendi* notionem involvit, quacunque ablatio fiat ratione. 2) Speciatim α) eſt *rapere*, quæ alterius ſunt, vel eſſe debent, connotatâ ſubinde vi & injuſtitia. Inde dicitur *non ſolum* de raptu *aquarum nivalium* ab agris per ſolis æſtum, Job. 24, 19. filiarum à conſortio mariti, Gen. 31, 31. & Parentum, Jud. 21, 23. de violentâ extorſione ha-

ſtæ

ſtæ è manu alterius, 2. Sam. 23, 21. 1. Chron. 11, 23. de excuſſione ſomni ex oculis impii per malefaciendi ſtudium, ut, licet velit, non tamen poſſit quiete frui, Prov. 4, 16. de rapinâ judicii pauperis, quod rapitur, ſi intervertitur, Jeſ. 10, 2. Item de raptu majeſtatis divinæ, quem primi Parentes commiſerunt, Chriſtus autem patiendo ac moriendo luit atque expiavit, Pſalm. 69, 5. ſed etiam de *occupatione*, quâ quis per vim jurisve prætextum rapit, & ad ſe transfert, quæ ſunt alterius, ſive ſint bona mobilia, ſive immobilia, e. g. puteum, Gen. 21, 25. facultates quaſi pellem, Mich. 3, 2. domos, Job. 20, 19. agellos pauperum, Mich. 2, 2. greges, Job. 24, 2. β) Eſt *ſpoliare*, fere, ſi conſtruitur cum Accuſativô perſonæ, Jud. 9, 25. Pſalm. 35, 10. Prov. 22, 22. c. 28. 24.

גָּזֵל m. *Rapina.* Quater legitur, deſignans non ſolum *rapiendi conſvetudinem & facultatem*, Pſalm. 62, 11. Sed etiam per Metonymiam *id, quod alteri violenter & injuſtè ſurreptum fuit*, Lev. 5, 20. Jeſ. 61, 8. Ezech. 22, 29.

גֵּזֶל m. *Raptus*; bis legitur, nempe, Eccl. 5, 7. ubi denotat *violentam ereptionem* vel *ſubtractionem* juſti judicii, & Ezech. 18, 18. ubi deſignat *id, quod vi alteri ablatum & ſurreptum fuit.*

גְּזֵלָה f. *Rapina.* Ubique notat *id*, quod alteri per vim ablatum & ſurreptum fuit, Lev. 5, 22. Ezech. 18, 7. 16. c. 33, 16. In Statu Conſtr. גְּזֵלַת הֶעָנִי *Rapina* pauperis, Jeſ. 3, 14. Plur. גְּזֵלוֹת *Rapinæ*, Ezech. 18, 12. Sæpius non legitur.

גּוֹזָל m. *Pullus avium*, ſic dictus à גָּזַל *rapuit*, quod *rapina* ſit expoſitus. Bis ſaltem legitur, nempe in Singulari, Gen. 15, 9. & in Plurali cum Suff. גּוֹזָלָיו *Pullos ſuos*, Devt. 32, 11.

גָּזָם m. *Eruca*, Joel. 1, 4. c. 2, 25. Am. 4, 9. Iuxta Aben Eſram deſcendit à גָּזַז *Abſcindit, totondit*, & ם eſt ſervile. Sed vera radix eſt potius גָּזַם, quæ tàm Talmudiſtis in Avoda ſara f. 50. b. quàm Arabibus idem eſt ac *abſcidit*, *amputavit.* Ratio ergò etymi eſt, quia eruca arborum folia, teneriores ramuſculos &c. ita erodit, ac ſi amputaret. Græcis, Hieronymo, Coccejo, Seb. Schmidio &c. גָּזָם eſt *eruca*; ſed R. Salomoni b. Mel. in Michlal Jophi, Joel. 1. & aliis Ebræis eſt *locuſtæ* ſpecies, qui conſentientes habent Chaldæum & Syrum. His accedit Bochartus in Hierozoico Part. II. lib. 4. c. 1. p. 444. inprimis, quia nomen גָּזָם *à ramorum amputatione factum, videtur erucæ minus convenire, quàm locuſtæ, cujus fortior eſt morſus. Exurit enim potius, quàm amputat erucæ morſus.*

גזע Radix verbalis apud Ebræos non legitur, ſed apud Arabes eſt

جزع *Secuit.* Hinc eſt

גֶּזַע m. *Truncus ſucciſus*, qui non ſolum eſt pars arboris diſſectæ ſupra terram relictæ & eminens; ſed etiam, quæ in terra eſt, & ex ſe radices velut

velut brachia extendit, & in terram defigit, Job. 14, 8. *Metaphoricè* autem *a*) transfertur ad deſignandum *humilem Chriſti ſecundum humanam naturam ortum*, ſeu *temporalem ex poſteritate Iſai nativitatem*, Jeſ. 11, 1. ubi גֶּזַע deſignat *Mariam*, ex quâ natus fuit. *b*) Ad denotandum *excidium & interitum* impiorum, Jeſ. 40, 24. Sæpius non legitur.

גָּזַר *Secuit*, *Abſcidit*, *Excidit*, *Decrevit*. גָּזַר מִמִּכְלָה צֹאן *Excidit* de caula gregem, Hab. 3, 17. Imper. גִּזְרוּ אֶת־הַיֶּלֶד הַחַי *Diſcindite* puerum vivum, 1. Reg. 3, 25. Fut. וַיִּגְזְרוּ הָעֵצִים *Ex exciderunt* ligna, 2. Reg. 6, 4. Niphal נִגְזַר *Exciſus*, *Deciſus*, *Decretus fuit*. אֲשֶׁר נִגְזַר עָלֶיהָ *Quod decretum erat ſuper ea*, Eſth. 2, 1. נִגְזַר מֵאֶרֶץ חַיִּים *Exciſus eſt* ex terra viventium, Jeſ. 53, 8.

1) Generatim *ſecandi* notionem obtinet, ſive *propriè*, ſive *impropriè*. 2) Speciatim *α*) *propriè* dicit *integri in partes diviſionem*, & nunc idem eſt ac *cadere*, e. g. arbores, 2. Reg. 6, 4. nunc *ſcindere*, e. g. infantem vivum, 1. Reg. 3, 25. 26. *β*) *Metaphoricè* infert a) *conjunctorum ſeparationem*, *à commercio aliorum avulſionem & excidium*. Inde ſignificat 1) *ſeparare*, quia, quæ ſeparantur, à commerciô & communione aliorum quaſi reſecantur, & abſcinduntur, 2. Chron. 26, 21. 2) *Excidere*, *è vitâ tollere*, ex numero & commerciô viventium abripere, inſtar arborum radicitùs exciſarum, Pſ. 88, 6. Jeſ. 53, 8. Thren. 3, 54. b) *Sententiæ determinationem* &c. Unde idem eſt ac *decernere*, *decidere* &c. quia, quæ decernuntur, ab aliis quaſi reſecantur & abſcinduntur, Job. 22, 28. Eſth. 2, 1.

גֶּזֶר m. *Segmentum*; bis legitur in Plurali גְּזָרִים *Segmenta*, *Partes*, Gen. 15, 17. Pſalm. 136, 13.

גְּזֵרָה f. *Abſciſſio*, *Separatio*. אֶרֶץ גְּזֵרָה *Terra abſciſſionis*, *ſeparationis*, i. e. abſciſſa, ſeparata ab hominibus incolentibus, Lev. 16, 22. Sæpius non legitur.

גִּזְרָה f. *Exciſio*; *Septum* ſeu *Structura ſejuncta & abſciſſa*. אֶל־פְּנֵי־הַגִּזְרָה Ante facies *ſepti*, Ezech. 41, 12. Vide Ezech. 41, 13. 14. 15. c. 42, 1. 10. 13. Cum Suff. סַפִּיר גִּזְרָתָם *Sapphirus exciſio eorum*, i. e. ac ſi ex Sapphirô exciſi eſſent, ob multam politiem eorum, Thren. 4, 7. Grotius ita interpretatur: *Erat polities eorum quaſi ſapphiri*. Sæpius non legitur.

מַגְזֵרָה f. *Securis*, ſic dicta, quod ligna ſecet & in partes dividat. Tantum legitur in Plurali in Statu Conſtr. מַגְזְרֹת 2. Sæm. 12, 131.

גַּחַל m. *Pruna*, *Carbo*. In Singulari non reperitur. In Plurali autem ſæpius legitur גֶּחָלִים *Prunæ*. אִם־יְהַלֵּךְ אִישׁ עַל־הַגֶּחָלִים Num ambulabit vir ſuper *prunis*, Prov. 6, 28. In Statu Conſtr. גַּחֲלֵי אֵשׁ *Prunæ ignis*, Lev. 17, 12. Cum Suff. אָפִיתִי עַל־גֶּחָלָיו לֶחֶם Coxi ſuper *prunis ejus* panem, Jeſ. 44, 19.

1) Generatim notat *prunam*. 2) Speciatim *α*) *propriè* ſignificat *carbonem ignitum*, *vivum & candentem*, Lev. 17, 12. Prov. 6, 28. Jeſ. 44, 19. *β*) *Metaphoricè* 1) deſignat *graviſſimas Dei pœnas*, quæ omnibus quaſi

quaſi ſenſibus horrorem incutiunt, Pſalm. 140, 11. 2) *Fulgura* vel *fulmina*, quæ omnibus quaſi ſenſibus horrorem injiciunt, *viſui* ſcilicet per coruſcationes, *auditui* per ſibilos ac fragores, *olfactui* per ſulphureum fœtorem, *tactui* per dolores & &c. 2, Sam. 22, 9. 13. 14. Pſalm. 18, 9. 13. 14. Cenſeri autem poſſunt tanquam Symbola *ardentiſſimæ Dei iræ*, quâ ardet contra impios. 3) *Beneficentiam hoſti præſtitam*, Prov. 25, 22. Conf. Rom. 12, 20.

גַּחֶלֶת f. *Pruna*. Bis legitur; nempe Jeſ. 47, 14. ubi per *Metaphoram* deſignat *graviſſimas calamitates & pœnas divinitus immiſſas*, & 2. Sam. 14, 7. cum Suff. גַּחַלְתִּי *Pruna mea*, ubi *Metaphoricè* notat *filium unicum*, quia, ſicut prunæ reconduntur in cinere, ut ſint ſemen ignis: Ita unicus ille filius poterat propagare familiam, ne penitus extingueretur.

גָּחַן *Incurvatus fuit, Expandit totum corpus, ita, ut ventri incumbat alteri; pronum ſe abjecit in ventrem*, apud Chaldæos. Inde

גָּחוֹן m. *Venter reptilium*, ſeu *pars inferior corporis reptilium*, quâ tangunt terram. Bis ſaltem legitur, Lev. 11, 42. Cum Suff. עַל־גְּחֹנְךָ *Super ventre tuo*, Gen. 3, 14. Ubi celeb. Dn. Pr. Ruſſio notat: *Depreſſum & incurvatum tuum*, ſcil. α) quoad ſtatum, β) quoad intellectum & voluntatem, γ) quoad potentiam agendi. Vid. ejus Diſp. de Serpente ſeductore non naturali, ſed ſolo Diabolo pag. 72. & ſeqq.

גאא *Venit, Convenit*, apud Arabes; Inde celebr. Dno. Majo eſt

גַּיְא f. *Vallis*, quod ſit *locus depreſſus*, quô aquæ confluunt & conveniunt. Extat ſaltem, Jeſ. 40, 4. ubi, interprete B. Glaſſio, *ob depreſſionem ſuam & obſcuriorem umbram, quam prærupti montes*, & *quandoque arbores etiam efficiunt, humiliationem, ærumnas* & *oppreſſiones* per legem factas *Metaphoricè notat*.

גַּיְא f. *Vallis*, Num. 21, 21. 1. Sam. 17, 22. Per Apocopen dicitur גֵּי Devt. 34, 6. Mich. 1, 6.

גַּיְא f. *Vallis*. גַּיְא גְּדֹלָה *Vallis magna*, Zach. 14, 4. גֵּיא שְׁמָנִים *Vallis pinguium*, Jeſ. 28, 1. Per Apocopen dicitur etiam גֵּי, ut Jeſ. 22, 5. בְּגֵי חִזָּיוֹן *In valle viſionis*. Plur. גֵּאָיוֹת *Valles*, Ezech. 31, 12. Cum Suff. גֵּאוֹתֶיךָ *Valles tuæ*, Ezech. 35, 8.

1) Generatim notat *vallem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *quamvis terræ declivitatem, vel* locum depreſſum inter duos montes ſitum, Joſ. 8, 11. Devt. 34, 6. Celebris in Scriptura eſt *vallis filii Hinnom*, vallis amœniſſima, arboribus conſita, fontibus irrigua, Hieroſolymis finitima, verſus orientem & ſeptentrionem, ita, ut hac valle Hieroſolyma fuerit meridionalior. Vid. Er. Schmid. in Matth. 5, 22. In hac Molecho Deo infernali cultus præſtabatur, liberos illi comburendo crudeliſſimè, 2. Reg. 23, 11. 2. Chron. 33, 6. Jer. 7, 31. c. 19, 2. 6. Fuit autem, ut R. D. Kimchi ex veteribus Rab-

O binis

binis tradit, Molech idolum extra Hieroſolymam, concavum intra ſeptem ſacella poſitum. Si quis offerebat ſimilam, ei aperiebatur unum ex ſacellis, ſi quis turtures offerebat aut columbas, ei duo recludebantur ſacella; Si quis agnum offerebat, tria ei aperiebantur ſacella; Si arietem, quatuor; Si vitulum, quinque; Si taurum, ſex; Aſt ſi quis filium aut filiam Molecho offerebat, ei ſeptem aperiebantur ſacella. Molechi facies fuit vitulina, manusque habebat expanſas, inſtar hominis ſuas expandentis manus, ut aliquid ab altero accipiat. Hunc Molechum igne candentem effecerunt, Sacerdotesque infantem immolandum inter ejus poſuerunt manus, &, ne Parentes miſerabilem infantis comburendi audirent vocem, & ejus miſerentes, eum reciperent, tympana pulſarunt, clamitantes: *Bonum tibi erit.* *Hinnom* hujus vallis, ubi Molecho cultus præſtabatur, haud dubiè poſſeſſor fuit cum filiis. Aſt R. Salomon in Jer. 7, 31. deducit à נהם *Gemuit*, quaſi vallis filii Hinnom dictus ſit ob ingentem gemitum pueri Molecho comburendi; ſed in dubium vocatur à Seb. Schmidio in Jer. 7, 31. quoniam neque cum Grammaticâ, neque cum re ipsâ convenit. Inde eſt Γέεννα, Matth. 5, 22. deſignans tùm *locum æterni ſupplicii*, tum *ipſum ſupplicium.* Vid. Er. Schmidius l. c. Conf. Differt. meam III. de pœnis Ebr. Capitalibus. β) *Metaphoricè* ob obſcuriorem umbram, quam prærupti montes efficiunt, deſignat *calamitates*, Pſalm. 84, 7. Conf. Pſalm. 23, 4.

גִּיד m. *Nervus*, Gen. 32, 32. Jeſ. 48, 4. Plur. גִּידִים *Nervi*, Ezech. 37, 6. 8. Job. 10, 11. In Statu Conſtr. גִּידֵי Job. 40, 17.

גִּיל m. *Similitudo, Imago.* Kimchi in Michlol reddit per דְּמוּת, quod *ſimilitudinem* notat. Talmudiſtis בֶּן־גִּילוֹ *Filius ſimilitudinis ejus* dicitur, qui eadem hora, & ſub eodem Planeta natus eſt. Legitur Dan. 1, 10. ubi Ludovicus de Dieu ex Arabicô declarat, ubi uſitatiſſimè גִּיל *ætatem, vitæ tempus ac durationem* denotat. Unde Dan. 1, 10. מִן הַיְלָדִים אֲשֶׁר כְּגִילְכֶם *Præ pueris, qui ſunt ſecundum ſimilitudinem veſtram*, ſunt pueri, qui ſunt ſecundum *ætatem veſtram, ætate vobis pares.* *Similitudinis & umbræ* ſignificationem Seb. Schmidius quoque locum habere putat, Job. 3, 22. & Hoſ. 9, 1. Sed גִּיל *Exultatio* vide in גִּיל.

גִּיר m. *Calx.* Saltem reperitur, Jeſ. 27, 9.

גָּלַב *Totondit*, apud Talmudiſtas, Syros & Arabes. Inde apud Ebræos.

גַּלָּבִים m. pl. *Tonſores.* Semel legitur, Ezech, 5, 1. תַּעַר הַגַּלָּבִים *Novacula tonſorum.*

גָּלַד *Decordicavit* apud Talmudiſtas; *percuſſit in cute læſitque, flagellavit* apud Arabes. Inde eſt

גֶּלֶד m. *Cutis*, eaque *læſa & ulceribus percuſſa.* Semel legitur cum Suff. גִּלְדִּי *Cutis mea*, Job. 16, 15.

Digitized by Google

גִּלְגָּל *Gilgal*; eſt nomen loci ad orientem Jerichuntis, Joſ. 5, 9. à גָּלַל *Volvit, Devolvit* ſic dicti, quod Deus ibi ab Iſraelitis *devolverit probrum Ægypti*, h. e. ut Dn. D. Buddeus in Hiſt. Eccl. Tom. I. p. 808. interpretatur, *Servitutem Ægyptiacam*.

גָּלָה *Retexit, Revelavit; Revelavit ſe*; ubi conſtruitur vel abſolutè, vel intervenientibus particulis אֶת, אֶל, עַל, לְ &c. *Migravit, in captivitatem abductus fuit.* גָּלָה כָבוֹד מִיִּשְׂרָאֵל *Migravit* gloria ab Iſrael, 1. Sam. 4, 21. וְגָלִיתָ מִמְּקוֹמְךָ *Migrabis* autem è locô tuô, Ezech. 12, 3. Part. גֹּלֶה אַתָּה לִמְקוֹמֶךָ *Exulans* tu es ad locum tuum, 2. Sam. 15, 19. Infin. עַד־יוֹם גְּלוֹת הָאָרֶץ Usque ad diem, quô *migraret* terra, Jud. 18, 30. Part. Paul גָּלוּי *Revelatum*, Eſth. 3, 14. Fut. וְלֹא יִגְלֶה אֶת־אָזְנִי Ut non *revelet* auri meæ, 1. Sam. 20, 2. וַיִּגֶל אָזְנָם לַמּוּסָר Et *revelavit* auri eorum ad correctionem, Job. 36, 10. ubi ה per Apocopen reſectum fuit. Niphal נִגְלָה *Revelatus eſt; Revelavit ſe; Transportatus eſt.* נִגְלָה יְהוָה אֶל־שְׁמוּאֵל *Revelavit* ſe Dominus Samueli, 1. Sam. 3, 21. נִגְלֵיתִי *Revelavi me*, 1. Sam. 2, 27. Infin. כְּהִגָּלוֹת *Secundum revelare ſe*, i. e. *ſicut ſe revelant*, 2. Sam. 6, 20. Sed 1. Sam. 2, 27. eſt נִגְלֹה Charactere Præteriti ſervatô; & 2. Sam. 6, 20. legitur נִגְלוֹת *Revelando, retegendo ſe*, ubi itidem Præteriti Character fuit ſervatus, & ה ultimum in ת tranſiit. Fut. תִּגָּלֶה רָעָתוֹ *Revelabitur* malum ejus, Prov. 26, 26. Sed Jeſ. 47, 3. תִּגָּל עֶרְוָתֵךְ *Retegetur* nuditas tua, Jeſ. 47, 3. ה per Apocopen reſectum fuit. Piel גִּלָּה *Revelavit, Retexit.* עֶרְוַת אָבִיו גִּלָּה Nuditatem patris ſui *revelavit*, Lev. 20, 11. גִּלֵּיתִי אֶת־מִסְתָּרָיו *Revelabo* occulta ejus, Jer. 49, 10. adhibetur Præteritum pro Futuro ad indicandam rei certitudinem. Infin. גַּלּוֹת *Retegere*, Lev. 18, 6. Imper. גַּל *Revela*, pro גַּלֵּה, per Apocopen ה reſectô, Pſalm. 119, 18. Fut. וְלֹא יְגַלֶּה אָבִיו Non enim *reteget* alam Patris ſui, Devt. 23, 1. וַיְגַל אֶת־עֵינֵי בִלְעָם Tum *aperuit* Dominus oculos Bileami, Num. 22, 31. Pual גֻּלָּה *Retectus fuit.* גֻּלְּתָה *Reveletur*, Nah. 2, 8. Hiphil הִגְלָה & per alternationem הֶגְלָה *Migrare fecit, Deportavit, Captivum abduxit.* הֶגְלָם *Deportavit eos*, 1. Chron. 8, 7. Infin. הַגְלוֹת *Deportare*, Jer. 24, 1. בְּהַגְלוֹתִי אוֹתָם אֶל־הַגּוֹיִם Eô quod *in captivitatem ejecerim* eos inter gentes, Ezech. 39, 28. בִּגְלוֹתוֹ *In deportare eum*, i. e. cum deportaret, Jer. 27, 20. pro בְּהַגְלוֹתוֹ Præformativo ה ob ב Præfixum per Aphæreſin ablatô. Fut. וַיֶּגֶל *Et deportavit*, 2. Reg. 17, 6. pro וַיַּגְלֶה, ה per Apocopen reſectô, & (-) ſub Præformativo unà cum (:) ſub prima radicali in (‥) mutato. Hophal הָגְלָה *Deportatus fuit*, Eſth. 2, 6. Fœm. הָגְלְתָה *Deportata fuit*, Eſth. 2, 6. Sed Jer. 13, 19. eſt הָגְלַת Afformativô Ebræô ad formam Chaldaicam in ת mutatô. Part. הַמֻּגְלִים *Deportati*, Jer. 40, 1. Hithpael הִתְגַּלָּה *Retexit, Revelavit ſe.* Inf. בְּהִתְגַּלּוֹת *In revelando ſe*, Prov. 18, 2.

 1) Ge-

1) Generatim importat *rei translationem* ſive è locò ad locum, ſive ad ſenſum & cognitionem. Inde 2) Speciatim α) *migrationis* notionem obtinet, ubi in Kal notat *migrare*, diciturque *propriè* de *hominibus*, è locô ad locum migrantibus, Ezech. 12, 3. vel è ſedibus ſuis ad alias transportatis, & in captivitatem abductis, e. g. de Syris, Am. 1, 5. de Iſraelitis, 2. Reg. 17, 23. Am. 7, 11. 17. de Judæis, 2. Reg. 24, 14. c. 25, 21. Jer. 52, 27. de Iſraelitis & Judæis, Jeſ. 5, 13. *Metaphoricè* autem de *rebus aliis*, quæ ceſſant & deſinunt, e. g. de gaudiô, Jeſ. 24, 11. de proventu, Job. 20, 22. de gloria, 1. Sam. 4, 21. 22. Hoſ. 10, 5. Ita & in Niphal legitur de vitæ tempore, Jeſ. 38, 12. In Hiphil notat *migrare facere è ſedibus ſuis*, *in captivitatem transportare*, &c. 2. Reg. 17, 6. 11. 27. c. 18, 11. c. 24, 15. Jer. 29, 7. 14. Jer. 52, 29. 30. Ezech. 39, 28. & in Hophal, *transportari*, *deportari*, Eſth. 2, 6. β) *Retectionis & revelationis* ſignificationem habet, in Kal notans *retegere*, *revelare*, *manifeſtare*, *aperire*, ut id, quod tectum fuit, & occultum, *appareat*, *conſpiciatur atque cognoſcatur*. Ita legitur de manifeſtatione edicti regii, Eſth. 3, 14. c. 8, 13. & arcanorum, Prov. 20, 19. Am. 3, 7. de apertione oculorum mentis, Num. 24, 4. c. 24, 16. & libri, Jer. 32, 11. 14. de revelatione rei ignotæ, ubi combinatur cum voce אזן *auris*, quia, qui rem aliquam ignorat, tectas quaſi aures habet, quando verò revelatur, tegmen ab iis quaſi removetur. Ita occurrit, Ruth. 4, 4. 1. Sam. 9, 15. c. 20, 2. 12. 13. 1. Sam. 22, 8. 17. 2. Sam. 7, 26. 1. Chron. 17, 25. Job. 33, 16. c. 36, 10. 15. In Niphal *Retegi*, *Revelari*, *Manifeſtari*; *Revelare ſe*; *Apparere*, *in conſpectum alicujus venire*. Ita dicitur *Deus ſe revelare*, quando ſe ſuamque voluntatem cognoſcendam dat, Gen. 35, 7. 1. Sam. 2, 27. c. 3, 21. retegi *fundamenta* terræ, i. e. inferiores partes terræ, 2. Sam. 22, 16. Pſalm. 18, 16. manifeſtari *brachium Domini*, i. e. omnipotentia divina in Meſſia ad redemtionem humani generis operans, Jeſ. 53, 1. *gloria Domini* in Chriſtô, diviniſque operibus à Chriſto editis, Jeſ. 40, 5. *portæ mortis*, ut oculis conſpiciantur, Job. 38, 17. occulta, Devt. 29, 28. vel 29. futura, Dan. 10, 1. peccata, Ezech. 21, 29. Hoſ. 10, 1. conf. Prov. 26, 25. Ezech. 16, 27. *nuditas*, ad indigitandum *ſummum contemtum & ignominiam*, quia fœminæ, inprimis virgini non major ignominia & probrum accidere poteſt, quàm ſi pudenda ejus retegantur & palam oſtendantur omnibus, Jeſ. 47, 3. conf. Jer. 13, 21. Sed *apparere & in conſpectum alicujus venire*, notat, 1. Sam. 14, 8. In Piel notat *retegere*, quod tectum; *revelare*, quod occultum & ignotum; *aperire* remotô tegmine & operimentô. Ita legitur de retectione *femoris* ad tranſeundum fluvium, Jeſ. 47, 2. *fundamentorum* orbis, Mich. 1, 6. *ſtragularum*, Ruth. 3, 4. *nuditatis* vel *pudendorum*, vel ad deſignandum *coitum*, Lev. 18, 6. 7. 17. 18. 19. c. 20, 11. 17. 20. vel ad innuendum *ſummum probrum*, *contemtum atque ignominiam*, Ezech. 16, 37. vide à Niphal dicta; *Fimbriarum*, itidem *ad maximum probrum & ignominiam* indicandam, Jer. 13, 22. 26. Nah. 3, 5. de revelatione occultorum

Job

Job. 12, 22. Jer. 49, 10. & arcanorum temeraria propalatione, Prov. 11, 13. peccatorum manifeſtatione, quæ increpationem & redargutionem comitem habet, Thren. 2, 14. conf. Thren. 4, 22. item de revelatione & illuminatione oculorum mentis, Pſalm. 119, 18. In Pual, ubi ſemel legitur, notat *retectum*, *revelatum eſſe*; Nah. 2, 8. In Hithpael eſt reciprocum, notans *ſe retegere*. Ita dicitur de Noachô ebriô, ſe ipſum retegente & denudante, Gen. 9, 21. & de corde ſtulti inconſideratè ſenſa animi propolante, Prov. 18, 2.

גּוֹלָה f. *Migratio*, *Transportatio*; *Exilium*, *Captivitas*. יָצְאוּ אִתְּכֶם בַּגּוֹלָה *Egreſſi ſunt vobiscum in exilium*, Jer. 29, 16. זִקְנֵי הַגּוֹלָה *Seniores migrationis*, i. e. eorum, qui in captivitatem migrarunt, Jer. 29, 1. בְּנֵי הַגּוֹלָה *Filii migrationis*, *captivitatis*, i. e. *captivi*, Eſr. 6, 19.

1) Generatim infert *translationem è locô in locum*. 2) Speciatim α) *proprie* notat *migmtionem*, Jer. 46, 7. Ezech. 12, 3. β) *Tropicè* notat 1) *Captivitatem*, ad quam migratio fit, Jer. 29, 16. c. 48, 7. 11. Ezech. 12. 11. Zach. 12, 11. Am. 1, 15. 2) *Ipſam captivorum*, *vel exulum multitudinem*, ſeu *ipſos captivos & à patria exules*, Jer. 28, 6. c. 29, 1. 4. 20. 31. Ezech. 1, 1. c. 3, 11. 15. c. 11, 24. 25. Zach. 6. 10.

גָּלוּת f. *Migratio*, *Deportatio*, *Captivitas*. גָּלוּת יְהוּדָה *Migratio Juda*, Jer. 24, 5. Cum Suff. גָּלוּתִי *Deportatio mea*, Jeſ. 45, 13. ubi (ָ) ſub prima radicali retinetur, quod alias mutatur in (ְ), quia deſinit in וּת. בַּחֲמִשָּׁה לַחֹדֶשׁ לְגָלוּתֵנוּ In quinto die menſis *captivitatis noſtræ*, Ezech. 33, 21. vel 22.

1) Generatim eandem habet ſignificationem, quam præcedens גּוֹלָה habet. 2) Speciatim α) *propriè* notat *migmtionem*, quâ quis è locô in locum transfertur, Ezech. 33, 22. β) *Tropicè* 1) notat *captivitatem*, in quam migratio facta eſt, 2. Reg. 25, 27. Jer. 52, 31. Ezech. 1, 2. 2) *Ipſam captivorum multitudinem*, ſeu ipſos in captivitatem deportatos, Jeſ. 45, 13. Jer. 24, 5. c. 28, 4. c. 29, 22. Obad. 1, 2. Conf. Am. 1, 6. & 9.

גִּלָּיוֹן m. *Volumen*, *Liber*, vide in גָּלַל *Volvit*.

גִּלְיוֹנִים m. pl. *Specula*, quæ ſic dicuntur à גָּלָה *Revelavit*, quoniam objecta *revelant*. Extat ſaltem, Jeſ. 3, 25.

גִּלַּח *Raſit*, *Abraſit*. וְגִלַּח אֶת־כָּל־שְׂעָרוֹ *Et radet* omnem pilum ſuum, Lev. 14, 8. וְגִלְּחָה אֶת־רֹאשָׁהּ *Et radet* caput ſuum, Devt. 21, 14. Infin. וּבְגַלְּחוֹ אֶת־רֹאשׁוֹ *Et in tondere eum*, i. e. cum tonderet caput ſuum, 2. Sam. 14, 26. Fut. וַיְגַלַּח אֶת־חֲצִי זְקָנָם *Et abraſit* dimidium barbæ eorum, 2. Sam. 10, 4. Pual גֻּלָּח *Raſus fuit*, Jud. 16, 22. Part. Paul מְגֻלְּחֵי זָקָן *Raſi barbam*, Jer. 41, 5. Hithpael הִתְגַּלַּח *Raſit ſe*, Lev. 13, 33.

1) Generatim notat *radere*, quacunque ratione id fiat. 2) Speciatim

 α) *pro-*

Digitized by Google

α) *propriè* dicit *raſuram* 1) *barbæ* ornatûs causâ, Gen. 41, 14. vel in ſignum *luctûs & doloris*, Jer. 41, 5. conf. Lev. 21, 5. vel in ſymbolum *ignominiæ*, 2. Sam. 10, 4. 1. Chron. 19, 4. 2) *leproſi*, tum lepræ accuratius explorandæ & cognoſcendæ causâ, Lev. 13, 33. tùm eâ ſanatâ, expiationis ergò, Lev. 14, 8. 9. 3) *Nazirei*, Num. 6, 9. 18. 19. 4) *Pilorum* capitis, vel ne oneri ſint, 2. Sam. 14, 26. vel, ut robur demàtur, Jud. 16, 17. 19. 22. β) *Metaphoricè* notat *ſpoliationem & devaſtationem Ægypti*, Jeſ. 7, 20.

גָּלַל *Volvit, Devolvit, Convolvit.* גַּלּוֹתִי אֶת־חֶרְפַּת מִצְרַיִם *Devolvi* opprobrium Ægypti, Joſ. 5, 9. Imper. גּוֹל עַל־יְהוָה דַּרְכֶּךָ *Devolve* ſuper Dominum vias tuas, Pſalm. 37, 8. Niphal נָגַל vel נגל *Volutus, Convolutus eſt.* וְנָגֹלּוּ כַסֵּפֶר הַשָּׁמָיִם Et *convolventur* ſicut liber cœli, Jeſ. 34, 4. Fut. וְיִגַּל *Et volvetur*, Am. 5, 24. Piel גִּלְגֵּל *Volvit, devolvit.* וְגִלְגַּלְתִּיךָ מִן־הַסְּלָעִים Ut *devolvam* te de petris, Jer. 51, 25. Pual Part. שִׂמְלָה מְגוֹלָלָה בְדָמִים Veſtis *voluta* in ſangvinibus, Jeſ. 9, 4. Hiphil הֵגַל *Volvit, Devolvit.* Fut. וַיָּגֶל אֶת־הָאֶבֶן *Et devolvebat lapidem*, Gen. 29, 10. Hithpael הִתְגּוֹלֵל *Volvit, Devolvit ſe.* Part. מִתְגּוֹלֵל בַּדָּם *Volutabat ſe in ſangvine*, 2. Sam. 20, 12.

1) Generatim *volvendi* notionem habet, connotatò terminò *à quô*, & termino *ad quem.* 2) Speciatim α) *propriè* Coccejo notat *rei motum per circumactionem*, ita, ut pro diverſitate ſubjecti & termini, nunc notet *volvere, volutare*, e. g. lapides grandis molis ad os ſpeluncæ, ut impediatur exitus, Joſ. 10, 18. ad locum mactationis, 1. Sam. 14, 34. in ſangvine veſtem, Jeſ. 9, 4. ſeipſum, 2. Sam. 20, 12. nunc *devolvere*, e. g. lapidem ab orificio putei, Gen. 29, 3. 8. 10. nunc *convolvere*, e. g. librum per ſpiras & circulos, Jeſ. 34, 4. β) *Metaphoricè* adhibetur ad deſignandum 1) *rei ablationem & remotionem*, quæ moleſtiæ & probro eſt, Joſ. 5, 9. 2) *fluxum aquæ*, quia aqua, cum fluit, volvi in gyros videtur, inprimis, ubi concitatiori curſu fertur in loca declivia, Am. 5, 24. ubi amplius indigitatur juſtitiæ copia & cultus. 3) *Fiduciam filialem*, in Deo reponendam, quâ quis Deo ea, quæ inſtar prægrandis lapidis premunt, imò omnes ſuos conatus atque actiones committit atque commendat, Pſalm. 22, 9. Pſalm. 37, 8. Prov. 16, 3. 4) *Rei ceſſationem, deſitionem & conſummationem*, Jeſ. 34, 4. Ita B. Gerhardo *convolutio cœlorum inſtar libri* notat ſeculi conſummationem, non ſecundum qualitates, ſed ſecundum ſubſtantiam; quanquam aliis *convolutio cœli* d. l. ſit ſymbolum *graviſſimarum calamitatum.*

גַּל m. *Cumulus, Acervus*, à convolutione rerum, quæ *cumulum* faciunt, ſic dictus. גַּל אֲבָנִים גָּדוֹל *Cumulus* lapidum magnus, Joſ. 7, 26. Plur. גַּלִּים *Acervi*; *fluctus.* וְנָתַתִּי אֶת־יְרוּשָׁלַםִ לְגַלִּים Quin dabo Hieroſolymam *in acervos*, Jer. 9, 10. In Statu Conſtr. גַּלֵּי הַיָּם *Fluctus* maris, Jeſ. 48, 18. Cum Suff. וְהָמוּ גַלָּיו Licet tumultuentur *fluctus* ejus, Jer. 5, 22.

1) Generatim *convolutionis* notionem importat. 2) Speciatim *α*) notat *acervum* vel *cumulum*, qui fit convolutione e. g. lapidum, Gen. 31,46.48.51.52. Joſ.7,26. 2.Sam.18,17. *β*) *Fluctus*, qui per ventorum impetum in orbem quaſi aguntur, aut inſtar acervorum ingentium huc illucve convolvuntur, Job.38,11. Pſ.89,10. Pſ.107,25.29. Jeſ. 48,18. Jer.5,22. c.31,35. Jon. 2, 4. quorum nomine *Metaphoricè* veniunt 1) *hoſtium copiæ*, quæ cum impetu irrunt, & obvia quævis velut inundant ac perdunt, Pſalm. 65, 8. Jer. 51,42.55. 2) *Calamitates & pœnæ* graves à Deo immiſſæ, Pſalm. 42, 8. 3) *Tumultus* ſub initium prædicationis Evangelii à gentibus excitati, Zach. 10,11. *γ*) *Scaturiginem*, unde ebulliunt & quaſi in gyrum *volvuntur* aquæ. *Metaphoricè*, Cant. 4, 12. dicitur *de ſponsâ Chriſti*.

גֻּלָּה f. *Lecythus, Lenticula*, Zach. 4, 2. In Statu Conſtr. גֻּלַּת הַזָּהָב *Lenticula auri*, i. e. aurea. Cum Suff. גֻּלָּהּ *Lecythus ejus*, Zach. 4,3. pro גֻּלָּתָהּ, literâ ת ob Suffixum ex ה factâ, per Syncopen conciſâ, perinde ut in פִּנָּהּ *Angulus ejus*, pro פִּנָּתָהּ Prov. 7, 8. Plur. גֻּלּוֹת *Scaturigines*, Joſ. 15, 19. *Orbes*, 2. Chron. 4, 12.

1) Generatim notat *id, ubi aliquid, vel quod volvitur & quaſi in gyrum vel circulum colligitur.* 2) Speciatim 1) notat *ſcaturigines*, ubi aquæ quaſi *volvuntur* & in gyrum colliguntur, Joſ. 15,19. Jud. 1, 15. *β*) *Lecythum, Lenticulam* ſeu *receptaculum liquoris artificiale*, unde liquor, quando effunditur, quaſi volvitur, Zach. 4,2.3. Conf. Eccl. 12, 6. ubi memoratur ſitula aurea, aquam vitæ continens, per Metaphoram. Vid. Seb. Schmid. in d. l. *γ*) *Orbes* coronarum, in columnis conſpicuos, 1. Reg. 7, 41. 42. 2. Chron. 4, 12.

גִּלָּיוֹן m. *Volumen, Liber*; ſic dicitur à גָּלַל *Volvit, Convolvit*, quia convolvi ſolebat; vel à גָּלָה *Revelavit*, quia ignota revelat. Tantùm extat, Jeſ. 8, 1.

גָּלָל m. *Stercus*, inprimis *ſiccius & aridius*, quod convolvitur, convolvendoque egeritur; quod everritur, atque ex conſpectu hominis removetur, 1. Reg. 14, 10. Cum Suff. גֶּלְלוֹ *Stercus* ejus, Job. 20, 7. Sed dubium, annon potius ſit ex גֵּלֶל, quia (ָ) ſub ל aliàs non ſolet permutari, ſed permanet. Plur. גְּלָלִים *Stercora*, Zeph. 1, 17. In Statu Conſtr. גֶּלְלֵי הָאָדָם *Sercora hominis*, Ezech. 4, 17.

גָּלִיל m. *Galilæa*; nomen *regionis*, quæ dividitur in *inferiorem*, & judice Ligthfooto in Chor. Ebr. Talmud. p. 919. ſic dicitur, quia plana magis fuit & campeſtris; & *in ſuperiorem*, quam celeberrimus Vir l. c. ſic dictam putat, quod montibus magis intumeſcebat. In Galilæa inferiori, in collimitiis Iſaſcharis & Sebulonis, eodem teſte, ſita fuit Nazaretha, vile oppidum, à Capernaum diſtans XVI. milliaribus. Vid. Chor. ejus pag. 919. Aliàs diſtinguit inter Galilæam cis Jordanem, quæ ipſi eſt Galilæa propriè dicta, & inter Galilæam transjordanicam, cujus men-

Digitized by Google

tio fit Matth. 4, 15. & dicitur גְּלִיל גּוֹיִם *Galilæa gentium*, vel quod Judæi gentibus intermixti fuerunt, vel quod conjicit Seb. Schmid. ad Jeſ. IX, 1. quod gentilibus contermina fuerit. Vid. Ligthf. Chorogr. Lucæ præmiſſam Sect. 2. pag. 681.

גָּלָל m. *Devolutio; Occaſio*; hâc autem ſignificatione neglectâ, ſi ב præfigitur, valet *propter*. וַיְבָרְכֵנִי יְהוָה בִּגְלָלֶךָ Quod mihi benedixerit Dominus ad *convolutionem tuam*, i.e. *propter te, occaſione tui, tui cauſâ*, Gen. 30, 27. וַיְבָרֶךְ יְהוָה אֶת־בֵּית הַמִּצְרִי בִּגְלַל יוֹסֵף Et benedixit Dominus familiæ Ægyptii iſtius *ad devolutionem Joſephi*, i.e. *propter Joſephum*, Gen. 39, 5. ( ) ſub ל in (-) tranſiit, obſtatum Conſtructum. Præterea legitur Gen. 12, 13. Devt. 1, 37. 1. Reg. 14, 16. Jer. 11, 17. c. 15, 4. Mich. 3, 12.

גְּלִילָה f. *Terminus, Tractus*, quaſi terminorum convolutio & concurſus. Legitur ſaltem in Singulari, Ezech. 47, 8. In Plur. גְּלִילוֹת *Termini*, Joſ. 13, 2. c. 22, 10. 11. Joel. 4, 4. aſt Joſ. 18, 17. cenſetur eſſe nomen proprium.

גְּלִילִים m. pl. *Orbes; Verſantes, Verſatiles, Volubiles.* שְׁנֵי צְלָעִים הַדֶּלֶת הָאַחַת גְּלִילִים וּשְׁנֵי קְלָעִים הַדֶּלֶת הַשֵּׁנִית גְּלִילִים Duæ tabulæ januæ unius erant *volubiles*, & duæ tabulæ januæ alterius erant *volubiles*, 1. Reg. 6, 34. In Statu Conſtr. גְּלִילֵי כֶסֶף *Orbes* (annuli) *argenti*, i.e. argentei, Eſth. 1, 6. גְּלִילֵי זָהָב *Orbes auri*, i.e. *aurei*, Cant. 5, 14. Sæpius non legitur.

גִּלּוּלִים m. pl. *Idola*; contemtûs cauſâ ſic dicta; *Sordes* enim ſonant & *ſtercora*, quibus cultor eorum conſpurcatur, & Deo vero abominabilis redditur. Inde alii reddunt: *Deos ſtercoreos.* וַיַּעֲבֹד אֶת־הַגִּלֻּלִים Et coluit *idola*, 2. Reg. 21, 21. In Statu Conſtr. גִּלּוּלֵי בֵּית יִשְׂרָאֵל *Idola* domûs Iſrael, Ezech. 18, 6. Cum Suff. וְנִשְׁבְּתוּ גִּלּוּלֵיכֶם Ceſſentque *idola veſtra*, Ezech. 6, 6. Præterea vox hæc legitur, Devt. 29, 17. Lev. 26, 30. 1. Reg. 15, 12. c. 21, 26. c. 23, 24. Ez. 6, 4. c. 14, 5. c. 20, 31. 39. c. 23, 49. c. 37, 23. &c.

גַּלְגַּל m. *Orbis, Rota*, Ezech. 23, 24. pro quô Jeſ. 28, 29. eſt גִּלְגַּל (.) cum (-) alternante. Plur. גַּלְגַּלָּיו *Rotæ ejus*, Jer. 47, 3.

גִּלְגָּל *Gilgal*, eſt nomen proprium loci, *devolutionem & remotionem* deſignans. Vide ſupra pag. 211.

1) Generatim notare videtur *omne, quod in circulum volvitur, vel etiam circumvolvitur.* Unde 2) ſpeciatim α) notat *rotam currûs*, quæ in orbem ſemper volutatur, Jeſ. 5, 28. c. 28, 29. Jer. 47, 3. Ezech. 23, 24. c. 26, 10. β) *Orbem, Sphæram, Cælum*, quoniam inſtar rotæ volvitur & circumagitur, Pſalm. 77, 19. γ) *Stipulam*, vel *rem levem* in orbem hinc inde agitatam & volutatam, Pſalm. 83, 14. Jeſ. 17, 13.

גֻּלְגֹּלֶת f. *Cranium*, 2. Reg. 9, 35. ſic dictum à *ſphæricâ figurâ*, quam

quam habet. *Synecdochicè* verò notat *caput*, imò *totum hominem*, Exod. 16, 16. c. 38, 26. Num. 3, 47. 1. Chron. 23, 24. Cum Suff. גֻּלְגָּלְתּוֹ *Cranium ejus*, Jud. 9, 53. Plur. cum Suff. גֻּלְגְּלֹתָם *Capita eorum*, Num. 1, 2. 18.

מְגִלָּה f. *Volumen*, Ezech. 2, 9. In Statu Conſtr. מְגִלַּת סֵפֶר In *volumine* libri, Pſalm. 40, 8.

1) Generatim notat *id*, *quod in morem cylindri convolvi* poteſt. 2) Speciatim *α*) notat *epiſtolam*, quæ inſtar *cylindri* ſcripta eſt, Zach. 5, 1. 2. *β*) *Volumen integrum*, inſtar cylindri convolutabile; antiquitûs enim libri non plicabantur, ſed in morem cylindri convolvebantur, ceu etiamnum Judæi legem ſcripram habent. De integrô volumine legitur Jer. 36, 2. 4. 28. 32. &c. In hâc ſignificatione interdum combinatur cum voce סֵפֶר *liber*, venuſtatis causâ, niſi cum Hottingero in Theſaur. Philol. pag. 101. dicere malis, סֵפֶר addi, ad innuendum diſcrimen, quod eſt inter librum & epiſtolam, Ezech. 2, 9. Jer. 36, 2. 4. *γ*) *Codicem Scripturæ Sacræ*, prout tempore Pſalmiſtæ extabat, & exhibebat vaticinia de Meſſiâ, Redemtore hominum unicô, &c. Pſalm. 40, 8.

גָּלַם *Involvit*, *Convolvit*. Legitur ſaltem in Futurô וַיִּגְלֹם *Et convolvit*, 2. Reg. 2, 8.

גֹּלֶם m. *Maſſa rudis & informis*, unde aliquid elaboratur & fit; *embryo* utero matris adhuc involutus. Semel legitur cum Suffixô גָּלְמִי *Maſſam meam rudem & informem*, unde originem habiturus eram, Pſalm. 139, 16. Lutherus reddit: Da ich noch unbereitet war.

גְּלוֹם m. *Pallium*, cui quis ſe *involvere* poteſt. Legitur ſaltem in Plurali Stat. Conſtr. גְּלוֹמֵי תְכֵלֶת *Pallia hyacinthina*, Ezech. 27, 24.

גַּלְמוּד m. *Solitarius*, *Deſolatus*, *Vaſtatus*, Job. 3, 7. c. 15, 34. c. 30, 3. Fœm. גַּלְמוּדָה *Solitaria*, Jeſ. 49, 21. Amplius non legitur.

גָּלַע *Immiſcuit*, *Implicavit*. In Kal non legitur, ſed ter in Hithpael הִתְגַּלַּע *Immiſcuit ſe*; *Implicitus eſt*. Infin. הִתְגַּלַּע *Immiſcere ſe*, Prov. 17, 14. Fut. יִתְגַּלָּע *Immiſcet ſe*, Prov. 19, 1. c. 20, 3.

גַּלְעֵד m. *Galed*, nomen proprium acervi lapidum à Labane & Jacobo congeſti; Conflatum eſt ex גַּל, *acervus*, & עֵד *teſtis*; notans *acervum teſtem*, Gen. 31, 47.

גִּלְעָד m. *Gilead*; mons trans Jordanem celeberrimus, à quo tota regio à Rubenitis, Gaditis & parte Manaſſitarum habitata, *Gilead* vocatur, Joſ. 22, 9. terræque Canaan ab Iſraelitis ad latus occidentale poſſeſſæ opponitur, Joſ. 22, 32. Hic non confundendus eſt cum alio cis Jordanem ſito, qui à Patre Abieſeris, Gileado, nomen accepit, Jud. 7, 3.

גָּלַשׁ *Detondit*, *Deglabravit*, juxta Buxtorffium; *Nituit* ſecundum Coccejum. Sed Bocharto in Hieroz. P. I. lib. II. c. 51. p. 626. *adſcendendi* notio huic radici genuina eſt, quam probat non ſolum ex LXX.

 Hiero-

Digitized by Google

Hieronymi atque Syri verſionibus, ſed etiam ex Chaldaicâ & Arabicâ linguâ. Bis ſaltem legitur in 3. plur. Præt. גָּלְשׁוּ Cant. 4, 1. c. 6, 5.

גָּמַם *Addidit*; item *Multus, Copioſus fuit*, vel *Evaſit*, apud Arabes. Inde eſt

גַּם *Etiam*, vi etymi *additionem* inferens. Eſt autem varii uſûs. Nempe I) *ſolitariè* poſitum, exprimit 1) *Conjunctiones*, easque α) Copulativas, *&*, נָצוּ גַּם נָעוּ Avolarunt *&* moverunt ſe, Thren. 4, 15. conf. Job. 24, 19. c. 30, 8. Eccl. 2, 9. *etiam*, Gen. 16, 13. Exod. 11, 3. β) Conceſſivas, *etſi, etiamſi, quamvis*. בְּחָנוּנִי גַּם־רָאוּ אֶת־פָּעֳלִי Probarunt me, *etiamſi* viderent opus meum, Pſalm. 95, 9. Ita Neh. 6, 1. Jer. 36, 25. γ) Adverſativas, *ſed, tamen*. רַבַּת צְרָרוּנִי מִנְּעוּרָי גַּם לֹא־יָכְלוּ לִי Multum arctarunt me à juventute mea, *ſed* non prævaluerunt mihi, Pſalm. 129, 2. Sic Eccl. 4, 16. c. 9, 3. δ) Conditionales, *ſi, quodſi*. גַּם־קֹב לֹא תִקֳּבֶנּוּ גַּם בָּרֵךְ לֹא תְבָרְכֶנּוּ *Quodſi* maledicendo non maledices ei, neque benedicendo benedicas ei, Num. 23, 25. Ita quoque Job. 2, 10. Jeſ. 49, 15. ε) Cauſales, *nam, enim*. גַּם הוּא־לִי לִישׁוּעָה *Nam* ille erit mihi ſaluti, Job. 13, 16. conf. Job. 16, 19. Eccl. 7, 14. Mal. 3, 15. ζ) Illativas, *quare, igitur, itaque, ideò*. גַּם־עַתָּה הִתְיַצְּבוּ *Quare* nunc ſtate, 1. Sam. 12, 16. Conf. Pſalm. 19, 12. Pſalm. 71, 22. Eccl. 7, 21. η) Continuitivas, *Præterea, Inſuper*. גַּם כִּי הִתְאַנַּף יְהוָה בִּגְלַלְכֶם *Præterea* mihi ſuccenſuit Dominus veſtri causâ, Devt. 1, 37. 2) *Adverbia*, α) adſeverandi *certè, profectò, omninò*. בְּשַׁגַּם הוּא בָשָׂר *Eò quod omninò* eſt caro, Gen. 6, 3. Conf. Num. 16, 14. Job. 18, 5. Neh. 3, 25. β) Interrogandi, *an? num quid?* גַּם בְּעֵינַי יִפָּלֵא *An* in oculis meis mirum erit? Zach. 8, 6. Vid. 1. Sam. 22, 7. 3) Inprimis ante *Pronomina* poſitum, ſententiæ augendæ & intendendæ inſervit, reddendum, *etiam, quinimò, inquam*. וְצִלָּה גַם הִוא יָלְדָה Et Zilla *etiam* iſta peperit, Gen. 4, 22. יִשְׂמַח לִבִּי גַם־אָנִי Lætabitur cor meum, meum *inquam*, Prov. 23, 15. Conf. Gen. 20, 6. 2. Reg. 21, 9. Eccl. 2, 14. Zach. 8, 21. II) Si cum vocula כִּי combinatur, ſæpe notat *etſi, etiamſi, quantumvis, ſi vel maximè*. גַּם כִּי־תַרְבּוּ תְפִלָּה אֵינֶנִּי שֹׁמֵעַ *Si vel maximè* multiplicaveritis preces, non (tamen) ſum audiens, Jeſ. 1, 15. Vid. Pſalm. 23, 4. Hoſ. 8, 10. c. 9, 16. III) Repetitum α) reddi poteſt *tàm, quàm, tùm, tùm*. גַּם־תֶּבֶן גַּם־מִסְפּוֹא רַב עִמָּנוּ *Tàm* ſtramen, *quàm* pabulum multum nobiscum eſt, Gen. 24, 25. Vide inſuper Gen. 24, 44. c. 32, 20. c. 43, 8. c. 44, 16. c. 46, 34. c. 47, 3. 19. c. 50, 9. Exod. 12, 32. c. 18, 18. Num. 18, 3. Devt. 32, 25. Jud. 8, 22. c. 19, 19. 1. Sam. 2, 26. c. 12, 14. 26. c. 17, 36. c. 25, 16. 2 Sam. 3, 17. c. 5, 2. 1. Reg. 3, 13. Jer. 12, 6. c. 14, 18. c. 23, 11. &c. β) Exprimit Adverbia comparandi, *Quemadmodum, ſicut; ſic, ita*. גַּם זָמַם יְהוָה גַּם־עָשָׂה *Quemadmodum* cogitavit Dominus, *ſic* fecit, Jer. 51, 12. Conf. Pſalm. 84, 4. Jer. 51, 49.

גֹּמֶא

גָּמָא *Abſorpſit*, *Exhauſit*. Legitur ſaltem in Futuro יְגַמֶּא *Abſorbet*. Scilicet celeritate curſûs terram, per quam tranſit, abſorbere videtur equus. Niſi cum aliis malis de eô accipere, quod equus animoſus & incitatus terram pedibus percutiat, & fodiat vel excavet, Job. 39, 24. In Hiphil itidem tantum ſemel legitur in Imperativo הַגְמִיאִינִי *Sorbere me ſine*, vel *pota me*, Gen. 24, 17.

מְגַמָּה f. *Hauſtus*. Extat ſaltem in Statu Conſtr. Hab. 1, 9. מְגַמַּת פְּנֵיהֶם *Hauſtus* faciei eorum, i. e. anhelans deſiderium eorum, quô verſus orientem tendentes, terram ante ſe conſtitutam, quaſi abſorbere videntur.

גֹּמֶא m. *Juncus*, *Scirpus*, à גָּמָא *Sorpſit*, nomen ducens, eô quod aquam ſorbeat, Exod. 2, 3. c. 8, 11. Jeſ. 18, 20. c. 35, 7.

גָּמַד *Conſtrictus*, *Coarctatus*, *Contractus fuit*, apud Chaldæos. Hinc eſt

גֹּמֶד m. *Cubitus*, *Menſura arcta*, *conſtricta*, qualis eſt *cubitalis*. Legitur ſaltem Jud. 3, 16.

גַּמָּדִים m. pl. *Gammadæi*, Ezech. 27, 11. Populi Phœniciæ, quaſi *cubitales* vel *brachiales* juxta nonnullos dicti, quoniam brachiô robuſti & validi erant. Schindlerus in Lexico Pentagl. *Pygmæos* interpretatur, quos cubitales ferè fuiſſe, & ternos dodrantes non exceſſiſſe putat. Conſentientes habet Kimchium, Pagninum, & Ar. Montanum. Sed hæc ſententia in l. c. quadrare non videtur.

גָּמַל *Retribuit*; item *Ablactavit*, *Educavit*. כַּאֲשֶׁר גְּמָלַתּוּ Poſtquam *ablactaverat* eum, 1. Sam. 1, 24. גָּמְלוּ לָהֶם רָעָה *Retribuunt* iis malum, Jeſ. 3, 9. Part. גֹּמְלִים עָלֵינוּ *Retribuentes* contra nos, 2. Chron. 20, 11. Part. Paul גָּמוּל *Ablactatus*, Jeſ. 11, 8. גְּמוּלֵי מֵחָלָב *Ablactati* â lacte, Jeſ. 28, 9. Fut. יִגְמְלֵנִי כְּצִדְקָתִי *Retribuet* mihi Dominus ſecundum juſtitiam meam, 2. Sam. 22, 21. Niphal נִגְמַל *Ablactatus fuit*. Infin. בְּיוֹם הִגָּמֵל אֶת־יִצְחָק *In die ablactari*, i. e. In die, quô ablactabatur Iſaac, Gen. 21, 8. Fut. וַיִּגְדַּל הַיֶּלֶד וַיִּגָּמַל Cum *creviſſet* puer & *ablactaretur*, Gen. 21, 8.

1) Generatim notat *conferre*, nullâ habitâ ratione, bonumve fuerit, an malum, quod quis alteri confert. 2) Speciatim *α*) notat *tribuere*, ita, ut accipiatur vel *relativè*, habitâ ratione antegreſſi meriti aut demeriti; vel abſolutè & ſimpliciter citra reſpectum ad antegreſſum meritum aut demeritum. Si accipitur *relativè*, habitâ ratione antegreſſi meriti, vel etiam demeriti, tunc idem eſt ac *retribuere*, *rependere*, *compenſare*, ſecundum merita vel demerita, quæ anteceſſerunt, Pſalm. 18, 21. Pſalm. 103, 10. Sin verò accipitur abſolutè & ſimpliciter citra reſpectum ad antegreſſa merita vel demerita, tunc notat vel *ſimpliciter beneſacere*, *ultrô*

trò bonum conferre alicui, 1. Sam. 24, 18. Pſalm. 13, 6. Pſalm. 116, 7. Prov. 31, 12. Jeſ. 63, 7. vel *ſimpliciter maleſacere*, *malum aliquod alicui inferre*, Gen. 50, 17. 1. Sam. 24, 18. Pſalm. 7, 5. Prov. 3, 30. Jeſ. 3, 9. β) Notat *ablactare*, *lactationem abſolvere* vel *finire*; quia ablactatis pro lacte cibi ſolidiores conferri ſolent, adeoque viciſſitudinem alicujus rei pro aliâ indigitat, Gen. 21, 8. 1. Sam. 1, 22. 23. 1. Reg. 11, 2. Pſalm. 131, 2. *Metaphoricè* Jeſ. 28, 9. *ablactatus à lacte*, deſignat *populum Judaicum*, qui inſtar ablactati lac atque ubera non amplius deſiderantis, ſed abnuentis, ſi præbeantur, in ebrietate & ſceleribus immerſus ubera & lac verbi divini abnuit atque faſtidit. Vid. Seb. Schmid. in h. l. γ) Inde eſt quoque *matureſcere*, **reiff werden**/ Jeſ. 18, 5. vel *maturare*, **reiff machen**/ Num. 17, 23. quia fructus collatâ maturitate quaſi ablanctantur.

גְּמוּל m. *Retributio; Meritum.* מְשַׁלֵּם גְּמוּל לְאֹיְבָיו *Reddens retributionem* hoſtibus ſuis, Jeſ. 66, 6. כִּגְמוּל יָדָיו עֲשִׂיתֶם לוֹ Juxta *retributionem* manuum ejus feciſtis ei, Jud. 9, 16. Cum Suff. אָשִׁיב גְּמֻלְכֶם בְּרֹאשְׁכֶם Reducam *retributionem veſtram* in caput veſtrum, Joel. 4, 4. Plur. cum Suff. גְּמוּלָיו *Retributiones ejus*, Pſalm. 103, 2.

1) Generatim *collationem* vel *illationem* infert, qualiscunque ſit. 2) Speciatim α) *relatè* acceptum, habitô reſpectu ad antegreſſa merita vel demerita, notat 1) *retributionem* ſive *præmii*, vi promiſſionum divinarum benigne conferendi, Prov. 19, 17. ſive *pœnæ*, vi comminationum divinarum malis operibus debitæ, Pſalm. 28, 4. Pſalm. 94, 2. Jeſ. 3, 11. c. 59, 18. c. 66, 8. Thren. 3, 64. Joel. 4, 4. utramque ſimul, Prov. 12, 14. β) *Abſolutè & ſimpliciter* acceptum citra reſpectum ad antegreſſa merita vel demerita, notat *beneficium*, *beneficiique collationem*, 2. Chron. 32, 25. Pſalm. 103, 2. vel *maleficium*, Pſalm. 137, 8.

גָּמָל m. *Camelus*; juxta quosdam à גָּמַל *Ablactavit*, ſic dictus, ita, ut *propriè* deſignet *camelum nuper ablactatum.* Sed minus ſcitè, quia Ebræis generatim deſignat *camelum cujuscunque ætatis.* Convenientius dicitur à גָּמַל *Retribuit, Rependit*, quia nullum ferè animal acceptæ injuriæ memoriam tenacius ſervat, vel ultionem acrius perſequitur, quàm *Camelus.* Hinc Baſilius Homil. 8. Hexaem. ſcribit: *Τὸ δὲ τῶν καμήλων μνησίκακον, καὶ βαρύμηνι, καὶ διαρκὲς πρὸς ὀργὴν τί ἂν μιμήσασθαι τῶν θαλαττίων δύναιτο. Camelorum autem animum injuriarum memorem, & gravem, & diuturnam iram quis marinorum imitari queat?* Vid. Bochart. Part. I. lib. 2. c. 1. pag. 75. Plur. גְּמַלִּים *Cameli*, Gen. 30, 43. c. 32, 7. In Statu Conſtr. מִגְּמַלֵּי אֲדֹנָיו *E camelis* Domini ſui, Gen. 24, 10. Cum Suff. גְּמַלֶּיךָ *Cameli tui*, Gen. 24, 14. 46.

גְּמוּלָה f. *Retributio, Beneficium.* Saltem ter legitur. וְלָמָּה יִגְמְלֵנִי הַמֶּלֶךְ הַגְּמוּלָה הַזֹּאת At cur retribuet mihi Rex *retri-*

retributionem iſtam, ſeu beneficium iſtud? 2.Sam. 19, 37. Plur. גְּמוּלוֹת *Retributiones.* אֵל גְּמֻלוֹת Deus *retributionum*, Jer. 51, 56. Vid. Jeſ. 59, 16.

תַּגְמוּל m. *Beneficium collatum.* Semel legitur cum Suff. formæ Chaldaicæ, Pſalm. 116, 12. תַּגְמוּלוֹהִי *Beneficium ejus.*

גְּמַץ *Fodit, Effodit*, apud Chaldæos. Inde eſt

גּוּמָּץ m. *Fovea, Foſſa.* Extat ſaltem Eccl. 10, 8.

גָּמַר *Defecit, Conſumtus eſt; Perfecit, Conſummavit.* גָּמַר חָסִיד *Defecit, Conſumtus* eſt pius, Pſalm. 12, 2. Part. גֹּמֵר עָלָי *Perficiens* pro me, Pſalm. 57, 3.

1) Generatim importat *rei* vel *actionis terminum.* 2) Speciatim α) *in bonum* ſumtum *activè* ſignificat *perficere, limitem circa aliquem conſtituere, circummunire*, Pſalm. 57, 3. Conf. Pſalm. 138, 8. יִגְמֹר *Perficiet*, ſcil. quicquid boni circa vel pro me perficiendum reſiduum eſt. β) *In malum* ſumtum, intranſitivè & neutraliter ſignificat *conſumi, finiri, ceſſare, deficere, eſſe deſinere*, Pſalm. 7, 10. Pſalm. 12, 2. Pſalm. 77, 9. Sæpius non occurrit.

גָּנַב *Furatus eſt*; Furtim abſtulit. גְּנַבְתָּם *Furata eris eos*, Gen. 31, 32. גְּנָבַתּוּ *Furata eſt eum*, Job. 21, 18. pro גְּנָבַתְהוּ extruſô ה, & Dageſch in ת quaſi compenſationis locô aſſumtô. Part. Paul גָּנוּב *Furtivum, furtô ablatum*, Gen. 30. 33. Fœm. cum י Paragogico גְּנֻבְתִי *Furto ablatum*, Gen. 31, 39. Fut. לֹא תִּגְנֹבוּ *Non furabimini*, Lev. 19, 11. In Niphal legitur ſaltem Futurum יִגָּנֵב *Furto auferetur*, Exod. 22, 11. Piel גִּנֵּב *Furatus eſt.* Fut. וַיְגַנֵּב *Et furatus fuit*, 2.Sam. 15, 7. Pual גֻּנַּב *Furto ablatus, ſurreptus fuit.* גֻּנַּבְתִּי *Furto ſurreptus ſum*, Gen. 40, 15. Infin. גֻּנֹּב *Furari, furando*, Gen. 40, 15. forma ex Pual & Kal mixta. Fut. יְגֻנַּב *Furtim, clam perlatum eſt*, Job. 4, 12. Hithpael הִתְגַּנֵּב *Furtim ſe ſubduxit, ſubtraxit.* In Futurô bis legitur 2.Sam. 19, 4.

1) Generatim dicit *rei ablationem*, quæ fit alterô invitô. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *occultam rei alienæ occupationem*, & idem eſt ac *furari, furtô auferre, furtim ſurripere*, quæ ſunt alterius, Gen. 30, 33. c. 31, 30. 32. Exod. 20, 15. c. 21. 16. 37. c. 22, 6. Devt. 5, 19. β) *Metaphoricè* transfertur ad *deſignandas actiones clandeſtinas*, & quæ ex improviſo fiunt. Inde notat *a*) *clanculum agere, occultare, & in Hithpael, ſe furtim ſubducere*, quia fures clàm rapiunt, quæ rapiunt. Ita Jacob Labani dicitur *furatus eſſe* cor, quia eum ſuum diſceſſum celavit, Gen. 31, 20. Viri Judæ dicuntur furati Davidem, quia inſciis Iſraelitis eum reducebant, 2.Sam. 19, 41. & 2.Sam. 19, 4. populus è prœlio redux, ſe furtim ſubduxiſſe dicitur, quando clam & furtim urbem intravit, ſine reportatæ victoriæ, & lætitiæ inde hauſtæ ſignis, ſine frequentiâ. *b*) *Subitò & ex improviſo*

Digitized by Google

aliquid auferre, quia fures, nemine opinante, advolant, & ſubitò rapiunt, quæ modò rapere queunt. Ita *procella* dicitur glumam auferre, quod ſubitò contingit, Job. 21, 18. & *tempeſtas ira divina* furtim auferre dicitur impium, quando ei non opinanti & ſubitò interitus venit. *c*) 2. Sam. 15, 6. Abſalon *Iſraelitis cor furatus* dicitur, quando eorum animum ſibi dolis & blanditiis conciliavit, contrà à Patre Davide abſtraxit.

גַּנָּב m. *Fur.* חוֹלֵק עִם גַּנָּב Dividens cum *fure*, Prov. 29, 24. אִם יִמָּצֵא הַגַּנָּב Si inventus fuerit *fur*. Exod. 22, 6. Plur. גַּנָּבִים *Fures*, Jer. 48, 27. חַבְרֵי גַנָּבִים *Socii furum*, i.e. furum amici, participes, fautores, cum debeant eſſe eorum caſtigatores, Jeſ. 1, 23.

1) Generatim & vi etymi notat *eum, qui ſurripit*, quæ ſunt alterius. 2) Speciatim α) *propriè* notat *furem*, qui clam & inſciò alterò ſurripit, quæ ſunt ipſius, Exod. 22, 1. 6. 7. Devt. 24, 7. Pſalm. 50, 18. Prov. 6, 30. Jer. 7, 9. β) *Tropicè* hac voce deſignantur *hoſtes & vaſtatores*, qui furibus in adventu ſunt ſimiles, ſurripiendo, quæ ſunt alterius, & perdendo, quæ deportare non poſſunt, Jer. 49, 10. Obad. 1, 5.

גְּנֵבָה f. *Furtum*, res furtô ablata, Exod. 22, 3. præter d.l. ſaltem legitur cum Suff. Exod. 22, 2. בִּגְנֵבָתוֹ *Pro furto ſuo*.

גָּנַז *Collegit, Repoſuit, Recondidit*, apud Chaldæos, Syros, imò & apud Arabes. Inde eſt

גֶּנֶז m. *Theſaurus*, quia colligi & recondi ſolet. Ter legitur in Plurali, ſed ubivis in Statu Conſtr. גִּנְזֵי הַמֶּלֶךְ *Theſauri* Regis, Eſth. 3, 9. c. 4, 7. בְּגִנְזֵי בְּרֹמִים *Cum theſauris* veſtium pretioſarum, Ezech. 27, 24.

גַּנְזַךְ m. *Gazophylacium*, locus, ubi theſauri ſacri recondebantur. Legitur ſaltem in Plurali cum Suff. גַּנְזַכָּיו *Gazophylacia ejus*, 1. Chron. 28, 11.

גָּנַן *Protexit, Obtexit.* Conſtruitur cum עַל vel אֶל, & ubivis locorum indigitat *protectionem divinam contra inſultus & impetus hoſtium.* וְגַנּוֹתִי אֶל־הָעִיר הַזֹּאת *Et protegam* urbem hanc, 2. Reg. 19, 34. Sed 2. Reg. 20, 7. Jeſ. 37, 35. c. 38, 6. eſt וְגַנּוֹתִי עַל־הָעִיר הַזֹּאת *Et protegam* urbem hanc. Infin. גָּנוֹן *Protegendo*, Jeſ. 31, 5. Hiphil Fut. יָגֵן *Proteget* potentiſſimè, Jeſ. 31, 5. Zach. 9, 15. c. 12, 8. Sæpius non legitur.

גַּן m. *Hortus*, à גָּנַן *Protexit* ſic dictus, quia ſeptô protegi ſolet. בְּתוֹךְ הַגָּן In mediô *horti*, Gen. 2, 9. כְּגַן יְהוָה Sicut *hortus Domini*, i.e. ut hortus cultiſſimus, Gen. 13, 10. LXX. reddunt: ὡς ὁ παράδεισος τοῦ Θεοῦ. Cum Suff. לְגַנּוֹ *In hortum ſuum*, Cant. 4, 2. Plur. גַּנִּים *Horti*, Cant. 4, 15.

1) Generatim notat *hortum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *locum*

plantis

plantis & arboribus deſtinato conſilió conſitum. Ita dicitur de Paradisô, hortô cultiſſimô & amœniſſimô, ab ipſo Deo plantato, Gen. 2, 8. 9. 10. 15. c. 3, 1. 2. 3. 8. de *horto* Regis, 1. Reg. 21, 2. 2. Reg. 21, 18. 26. c. 25, 4. de *horto* irriguo, Jeſ. 58, 11. Jer. 31, 12. β) *Metaphorice* hoc nomine venit *Eccleſia*, Cant. 4, 12. quæ ſic vocatur ob ſpiritualem fructificationem, quâ gaudet, & quidem *hortus obſeratus* dicitur, ob ſuam in mundô occultationem. Conf. Cant. 4, 16. c. 5, 1. c. 6, 2.

גַּנָּה f. *Hortus*, ſic dictus, quod ſepe vel macerie *protegi* ſoleat. כְּגַנָּה אֲשֶׁר מַיִם אֵין לָהּ *Sicut hortus*, cui non eſt aqua, Jeſ. 1, 30. Plur. גַּנּוֹת *Horti*, Eccl. 2, 5. וְנִטְעוּ גַנּוֹת Et plantate *hortos*, Jer. 29, 4. 27. כְּגַנֹּת עֲלֵי נָהָר Sicut *horti* juxta fluvium, Num. 24, 6.

גִּנָּה f. *Hortus*, ita vocatus, quod ſepto vel macerie *protegi* ſoleat. In Statu Conſtr. גִּנַּת אֱגוֹז *Hortus* nucis, Cant. 6, 11. בַּחֲצַר גִּנַּת בִּיתַן הַמֶּלֶךְ In veſtibulo *horti* palatii, Eſth. 1, 5. Cum Suff. גַּנָּתוֹ *Hortus* ſuus, Job. 8, 16.

מָגֵן m. *Clypeus, à protegendo* nomen ducens. אָנֹכִי מָגֵן לָךְ Ego ſum *clypeus* tibi, i. e. tuus, Gen. 15, 1. נֹשְׂאֵי מָגֵן Portantes *clypeum*, 1. Chron 5, 18. אִישׁ מָגֵן *Vir clypei*, i. e. clypeatus, clypeô munitus, Prov. 6, 11. c. 24, 34. Cum Suff. מָגִנִּי *Clypeus meus*, 2. Sam. 22, 3. Plur. מָגִנִּים *Clypei*, 1. Reg. 10, 17. In Statu Conſtr. מָגִנֵּי הַזָּהָב *Clypei auri*, i. e. aurei, 1. Reg. 14, 26. מָגִנֵּי נְחֹשֶׁת *Clypei æris*, i. e. ænei, 1. Reg. 14, 27. 2. Chron. 12, 10. Cum Suff. בַּעֲבִי גַּבֵּי מָגִנָּיו Craſſitie eminentiarum *clypeorum* ſuorum, Job. 15, 26. Fœm. מָגִנּוֹת *Scuta*, 2. Chron. 23, 9.

1) Generatim denotat *id, quod alicui protectioni eſt.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *clypeum* vel *ſcutum*, quô corpus contra tela & ictus *protegitur* atque defenditur, Jud. 5, 8. 2. Sam. 1, 21. 1. Chron. 5, 18. 2. Chron. 14, 7. Prov. 6, 11. c. 24, 34. β) *Tropice* 1) per *Metonymiam* Adjuncti pro Subjecto, deſignat *militem clypeatum*, Ezech. 26, 8. 2) per *Metaphoram* α) deſignat *Principes & Magnates*, qui ſubditos à vi injuſtâ inſtar clypeorum protegere & defendere debent, Pſalm. 47, 10. Hoſ. 4, 18. β) Tribuitur *Deo*, ad indigitandum ipſius *protectionem & præſidium* contra impetum hoſtium, tàm viſibilium, quàm inviſibilium, Gen. 15, 1. Devt. 33, 29. 2. Sam. 22, 31. Pſalm. 3. 4. Pſalm. 18, 3. 31. Pſalm. 28, 7. Pſalm. 30. 5. Pſalm. 33, 20. Pſalm. 59, 12. Pſalm. 84, 12. Pſalm. 115, 9. 10. 11. Pſalm. 119, 114. Pſalm. 144, 2. γ) Dicitur de *ſquamis* ceti, Job. 41, 26.

מְגִנָּה f. *Obtegumentum.* Semel legitur in Statu Conſtr. מְגִנַּת לֵב *Obtegumentum cordis*, i. e. cor obduratum, obſtinatum, excœcatum, Thren. 3, 65. R. Sal. Jarchi deducit à R. מגן *Tradidit*, ut deſignet *traditionem*, ſenſusque ſit, *ut cor tradant, abjiciant.* Huic accedit Seb. Schmidius, reddens l. c. *abjectionem cordis.*

Digitized by Google

גָּעָה *Mugiit, Boavit*; Bovis proprium; Bis legitur. Infin. וְגָעוֹ Et *mugiendo*, 1. Sam. 6, 12. Fut. יִגְעֶה *Mugiet*, Job. 6, 5.

גָּעַל *Faſtidivit, Nauſeavit*; *Abominatus eſt*; *cum faſtidiô amolitus eſt.* וְגָעֲלָה נַפְשִׁי אֶתְכֶם *Faſtidietque* anima mea vos, Lev. 26, 30. גֹּעֲלוֹ אֶת־אַנְשֵׁיהֶן *Faſtidiunt* viros ſuos, Ezech. 16, 45. Niphal נִגְעַל *Abjectus fuit*, 2. Sam. 1, 21. Hiphil הִגְעִיל *Faſtidivit*, *rem oblatam non admiſit.* Fut. וְלֹא יַגְעִיל *Nec faſtidit coire*; juxta alios; *non in caſſum emittit ſemen*, Job. 20, 10.

1) Generatim dicit *rei averſationem.* 2) Speciatim α) notat *abjicere* aliquid, velut rem fœdam, ingratam, abominabilem, aut inutilem. Quæ enim *averſamur*, abjicimus. Ita in Niphal legitur de *abjecto* clypeo Heroum, tanquam re, poſtquam cæſi fuerunt, fœda, abominabili, nec amplius utili, 2. Sam. 1, 21. β) Significat *nauſeare, faſtidire* rem, ut ingratam. *Nauſea* enim & *faſtidium rei*, ejus averſationem ſubinnuunt. Ita autem dicitur 1) de *hominibus*, & quidem de *Iſraelitis* faſtidientibus, & cum faſtidio rejicientibus judicia & ſtatuta divina, Lev. 26, 15. 43. & de *fœminis faſtidientibus* viros ſuos, Ezech. 16, 45. 2) de *Deo* faſtidiente, & cum faſtidio rejiciente improbos & immorigeros Iſraelitas, Lev. 26, 11. 30. Jer. 14, 19. 3) de *bove* non faſtidiente coire cum vacca, Job. 21, 10. Aliter exponit Bochartus, In Hieroz. Part. I. lib. II. c. 30. per שׁוֹר intelligens *vaccam*, quæ concipiat, nec ſemen à bove oblatum & immiſſum rejiciat. Habet quosdam apud Mercerum conſentientes; quibus accedit celeb. Majus in Animadv. & Supplem. Lex. Cocceji. Sed quia tàm עבר quàm יגעיל maſculina ſunt, mavult Seb. Schmidius de *tauro* accipere.

גֹּעַל m. *Faſtidium.* Semel legitur, Ezech. 16, 5.

גָּעַר m. *Increpavit*, *Objurgavit.* Conſtruitur vel abſolutè, vel intercedentibus particulis ב, את. וְגָעַר בּוֹ *Et increpavit* eum, Jeſ. 17, 13. Part. גּוֹעֵר בַּיָּם *Increpans* eſt mare, Nah. 1, 4. Fut. יִגְעַר יְהוָה בְּךָ הַשָּׂטָן *Increpet* Dominus te ô Satan, Zach. 3, 2.

1) Generatim deſignat *coercitionem*, ſive verbis gravioribus, ſive pœnis diſplicentiæ indicibus, ſive alia ratione factam. 2) Speciatim α) denotat *increpationem verbalem*, quâ verbis ſeverioribus aliquis corripitur, Gen. 37, 10. Ruth. 2, 16. β) Notat *increpationem realem*, ut nunc idem ſit ac *cohibere*, *compeſcere*, *coercere*, Pſalm. 106, 9. Nah. 1, 4. Mal. 3, 11. Zach. 3, 2. nunc ſignificet *perdere*, Pſalm. 9, 6. Pſalm. 68, 31. Pſalm. 119, 21. Mal. 2, 3. γ) *Utramque increpationem* ſimul ſignificat, Jer. 29, 27.

גְּעָרָה f. *Increpatio*, Prov. 13, 1. In Statu Conſtr. גַּעֲרַת חָכָם *Increpatio ſapientis*, i. e. quæ à ſapiente proficiſcitur, Eccl. 7, 5. Cum Suffixo וְיִתְמְהוּ מִגַּעֲרָתוֹ Et obſtupeſcunt ab increpatione ejus, Job. 26, 11.

1) Gene-

by Google

1) Generatim eſt ejusdem cum radice ſignificationis. Unde 2) ſpeciatim *α*) notat increpationem, qua verbis aliquis corripitur, *ſive fiat emendationis causâ*, quâ verbis vel ſeveris, vel prudenti temperatis lenirate, aliquis ob vitiorum & peccatorum commiſſionem corripitur & ab iis avocatur, Prov. 13, 1. c. 17, 10. Eccl. 7, 5. ſive fiat confuſionis, inſultationis aut extinctionis gratiâ, Prov. 13, 8. Jeſ. 30, 17. *β*) *Deo* tributum deſignat *increpationem realem*, quâ iram, vindictam & pœnam exercet, Pſalm. 76, 7. Pſalm. 80, 17. Jeſ. 51, 20. c. 66, 15. Conf. Job. 26, 11. ubi divinæ iræ index eſt. Interdum tamen *Deo* tributum indigitat *ſingulariorem Dei efficaciam* vel *effectionem*, cui ipſa natura cedit, 2. Sam. 22, 16. Pſalm. 18, 16. Pſalm. 104, 7. Jeſ. 50, 2.

מִגְעֶרֶת f. *Increpatio.* Semel legitur Devt. 28, 20. deſignans *increpationem realem*, h. e. reale exitium & perditionem.

גָּעַשׁ *Commotus, Concuſſus eſt; Movit ſe.* Fut. וַתִּגְעַשׁ וַתִּרְעַשׁ הָאָרֶץ Unde *commota eſt* & contremuit terra, Pſalm. 18, 8. Pual Fut. יְגֹעֲשׁוּ עָם *Commoventur* populus, Job. 34, 20. ubi verbum plurale conſtruitur cum nomine ſingulari, quia *hoc* eſt collectivum. Hithpael הִתְגָּעֵשׁ *Commovit ſe, Commotus eſt.* וְשָׁתוּ וְהִתְגֹּעֲשׁוּ *Ut bibant & commoveantur*, (titubent), Jer. 25, 16. ubi Cholem eſt locô Dageſch fortis Characteriſtici. Fut. וַיִּתְגָּעֲשׁוּ *Et commota fuerunt*, 2. Sam. 22, 8.

1) Generatim dicit *rei commotionem hinc inde è ſuo loco vel ſtatu.* Coccejo notare videtur *motum intrinſecum unitarum partium ad laxationem & ſolutionem.* 2) Speciatim *α*) dicitur de *commotione animatorum* è ſuo loco vel ſtatu, e. g. populorum, Job. 34, 20. in Pual; & hominis ebrii, Jer. 25, 16. in Hithpael *β*) dicitur de *commotione rerum inanimatarum* e. g. *terræ*, quæ ventô incluſô hinc inde commovetur, in Kal, Pſalm. 18, 8. & Hithpael, Pſalm. 18, 8. 2. Sam. 22, 5. fluctuum aquarum, qui agminatim volutantur, & hinc inde commoventur ac jactantur, Jer. 5, 22. c. 46, 7. 8. Sæpius non legitur.

גָּפַף *Clauſit, Concluſit, Eminuit*, apud Chaldæos. Inde eſt

גַּף m. *Corpus*, ſic dictum, quod circumquaque ſit clauſum; item *Eminentia.* Bis ſaltem legitur. Cum Suff. בְּגַפּוֹ Cum *corpore* ſuo, Exod. 21, 3. Plur. גַּפִּים *Corpora, Eminentiæ.* In Statu Conſtr. עַל־גַּפֵּי *Super eminentiis*, Prov. 9, 3.

גֶּפֶן f. *Vitis.* אֻמְלְלָה גֶפֶן Langueſcet *vitis*, Jeſ. 24, 7. אֵין עֲנָבִים בַּגֶּפֶן Non ſunt uvæ in *vite*, Jer. 8, 13. Cum Suff. גַּפְנִי *Vitis mea*, Joel. 1, 7. Plur. גְּפָנִים *Vites*, Cant. 2, 13.

1) Generatim *vitem* notat. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *plantam uvas ferentem*, Gen. 40, 9. Num. 20, 5. Pſalm. 128, 3. Jeſ. 7, 23. c. 24, 7. Joel. 1, 12. Hagg. 2, 19. Zach. 8, 12. *β*) *Tropice* 1) per *Metaphoram* notat a) *gentem* vel *populum*, e. g. Sodomiticum, Devt. 32, 32. Iſraeliticum, Pſalm. 80, 9. Jeſ. 5, 2. 7. Jer. 2, 21. item *gentes* ad Chriſtum

con-

converſas, Cant. 7, 11. b) *Familiam*, Ezech. 19, 10. c) *Chriſtum*, Gen. 49, 11. Conf. Joh. 15, 1. Vid. Gerh. in Gen. l. c. d) *Seſſio ſub vite & ficu ſua* eſt ſymbolum ſecuræ pacis & tranquillitatis, 1. Reg. 4, 25. Mich. 4, 4. 2) *Metonymicè* notat *fructum vitis*, 2. Reg. 18, 31. Jeſ. 36, 16. Confer Jer. 5, 17.

גָּפַר *Amplus fuit*, apud Arabes. Inde eſt

גֹּפֶר m. *Gopher*, Gen. 6, 14. 21. Juxta R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi eſt *lignum leve* ſuper ſuperficie aquarum natans. Juxta Targum eſt *cedri ſpecies*. Aliis eſt *pinus*, non abludente nomine Germanicè Kyfer/ forte ſic dicta ab amplitudine frondium, quibus ornata eſt.

גָּפְרִית f. *Sulphur*. *Propriè* Mercero eſt *genus gummi* vel *bituminis*, facilè ignem concipiens & terram reddens ſterilem, Gen. 19, 24. *Metaphoricè* eſt ſymbolum *graviſſimarum Dei pœnarum*, quas Deus impiis immittit, Devt. 29, 23. Job. 18, 15. Pſalm. 11, 6. Jeſ. 34, 9. Ezech. 38, 22. Unde quoque adhibetur in deſcriptione inferni, Jeſ. 30, 33. Sæpius non legitur.

גָּרַב *Scabioſus fuit*, apud Arabes. Inde eſt

גָּרָב m. *Scabies*, eaque *purulenta & maligna*. Legitur Lev. 21, 20. Devt. 28, 25.

גָּרַר *Scabit*; Sed in Kal non eſt in uſu. Semel legitur in Hithpael Job. 2, 8. in Infin. לְהִתְגָּרֵד *Ad ſcabendum ſe*. *Scabere iſtud* Sebaſt. Schmidius in Comment. refert inter *ritus lugentium*, ſicut *ſedere in cinere*.

גָּרָה *Miſcuit*. Fut. יְגָרֶה מָדוֹן *Miſcebit* contentionem, Prov. 15, 18. Hithpael הִתְגָּרָה *Miſcuit, Immiſcuit ſe, contentionibus ſe cum alterô miſcuit, contendit, bellum iniit cum alterô*. Conſtruitur intercedente ב. בַּיהוָה הִתְגָּרִית Contra Dominum bellum iniiſti, Jer. 50, 24. Fut. וְלָמָּה תִתְגָּרֶה בְּרָעָה Quare enim *immiſcebis* te malo? 2. Reg. 14, 10. וְאַל־תִּתְגָּר בָּם מִלְחָמָה Nec *miſce* cum iis bellum, Devt. 2, 9. ubi ה per Apocopen reſectum fuit. שֹׁמְרֵי תוֹרָה יִתְגָּרוּ בָם Cuſtodientes legem *contendent contra* illos, Prov. 28, 4.

1) Generatim dicit *mixtionem & colliſionem unius cum altero*. 2) Speciatim α) notat *miſcere contentionem* vel *bellum*, vel *contendere* ſive *verbis*, ſive *factis*. Inde legitur de *contentione verbali*, quæ proficiſcitur vel ex *ſanctô zelô* pro gloriâ Dei contra improbos, Prov. 28, 4. vel *ex malignô & malevolo animô*, ubi in Piel ter combinatur cum voce מָדוֹן *Lis, jurgium*, Prov. 15, 18. c. 28, 25. c. 29, 22. De *contentione reali*, quâ quis hoſtiliter cum alterô congreditur, & arma cum eodem miſcet, legitur, Devt. 2, 5 8. 19. 24. Dan. 11, 10. Conf. Jer. 50, 24. ubi Babylonii dicuntur contendiſſe contra Dominum, quando pugnarunt contra populum

ipſius

ipſius. Dominus enim ſibi ipſi imputat, quæ mala ipſius populo inferuntur. β) *Se immiſcere malo*, 2. Reg. 14, 9. 2. Chron. 25, 18.

תִּגְרָה f. *Conflictus*, & quidem *talis*, quô non tàm verbis, quàm verberibus cum aliquô dimicatur. Semel legitur Pſalm. 39, 11. In Statu Conſtr. תִּגְרַת יָדְךָ *Conflictus* manûs tuæ.

גֵּרָה f. *Rumen*, vide in גָּרַר *Secuit*, *Concîdit*.

גָּרוֹן m. *Guttur*, vide in R. גָּרַר *Secuit*, *Attraxit*.

גָּרַז *Amputavit*, *Secuit*, *Reſecuit*, *Excidit*, *Succidit*, innuit *plenariam exciſionem*, vel *reverà talem*, vel *ſaltem ex opinione*. Semel legitur in Niphal נִגְרַזְתִּי *Exciſus ſum*, Pſalm. 31, 23.

גַּרְזֶן m. *Securis*, à *ſecando* vel *ſuccidendo* ſic dicta. Quater ſaltem legitur, Devt. 19, 5. c. 20, 19. 1. Reg. 6, 7. Jeſ. 10, 15.

גָּרַל *Lapidoſus fuit*, apud Arabes, unde جَرَلٌ *Lapis*; Inde apud Ebræos.

גּוֹרָל m. *Sors*, Lev. 16, 9. עַל־לְבוּשִׁי יַפִּילוּ גוֹרָל Super veſtimentum meum projecerunt *ſortem*, Pſalm. 22, 19. בַּחֵיק יוּטַל אֶת־הַגּוֹרָל In ſinum projicitur *ſors*, Prov. 16, 33. וְהִתְנַחַלְתֶּם אֶת־הָאָרֶץ בְּגוֹרָל In hæreditatem autem accipietis terram *per ſortem*, Num. 33, 54. In Statu Conſtr. עַל־גּוֹרַל הַצַּדִּיקִים *Super ſorte* juſtorum, Pſalm. 125, 3. Cum Suff. אַתָּה תּוֹמִיךְ גּוֹרָלִי Tu es ſuſtentans *ſortem meam*, Pſalm. 16, 5. Plur. גּוֹרָלוֹת *Sortes*, Lev. 16, 8.

1) Generatim & vi originis notat *lapidem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *lapillum* vel *calculum*, qui in ſinum vel urnam projici, & ſæpius in bonorum diſtributione adhiberi ſolebat. Inde eſt *ſors*, Lev. 16. 9. Jeſ. 34, 17. Prov. 16, 33. &c. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam* notat *rem*, quæ ſorte obtingit, Devt. 3, 4. Joſ. 15, 8. c. 16, 1. Jud. 1, 3. Pſalm. 16, 5. Pſalm. 125, 3. Jer. 13, 25. &c. 2) per *Metaphoram* notat 1) *cœleſtem portionem* vel *hæreditatem*, ad quam velut ad fundum omnigenæ ubertatis & proſperitatis finaliter credentes aliquando reſurgent, Dan. 12, 13. 2) *pœnas*, quas Deus impiis immittit, Jeſ. 17, 14. Jer. 13, 25.

גֶּרֶם m. *Os*. Prov. 25, 15. Plur. גְּרָמִים *Oſſa*. Cum Suff. גְּרָמָיו *Oſſa ejus*.

1) Generatim notat *os*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *partem corporis duriſſimam albam & ſenſûs expertem*, Job. 40, 18. Conf. Prov. 17, 22. β) *Metaphoricè* denotat *rem duram & ſolidam*, quia oſſe nil eſt durius & ſolidius. חֲמוֹר גֶּרֶם *Aſinus oſſis*, ſeu *oſſeus*, i.e. durus, firmus, & ad onera ferenda idoneus, Gen. 49, 14. וְלָשׁוֹן רַכָּה תִּשְׁבָּר־גָּרֶם Et lingua mollis confringit *os*, i.e. hominem duriſſimum & rigidiſſimum, qui inſtar *oſſis* vehementer renititur, Prov. 25, 15. Et, ni fallor, *duritiei* notionem

tionem obtinet, 2. Reg. 9, 13. ut ſenſus ſit: Sie legten ihre Kleider unter ihn auf die harten Stuffen.

גָּרַם *Fregit, Contrivit, Comminuit oſſa, Exoſſavit.* Ter ſaltem legitur. גָּרְמוּ *Exoſſarunt*, Zeph. 3, 3. Fut. in Piel וְאֶת־חֲרָשֶׂיהָ תְּגָרֵמִי Et teſtas ejus *franges, comminues*, Ez. 23, 34. וְעַצְמֹתֵיהֶם יְגָרֵם Et oſſa eorum *frangat*, Num. 24, 8.

גֹּרֶן f. *Area.* תְּבוּאַת גֹּרֶן Proventus *areæ*, Num. 18, 30. Cum ה Locali גֹּרְנָה *In aream*, Mich. 4, 12. בֶּן־גָּרְנִי Fili *areæ meæ*, i. e. triturator in areâ meâ, Jeſ. 21, 10. Aliis *filius areæ* notat *frumentum* in areâ triturandum. מִגָּרְנְךָ Ex *areâ tuâ*, Devt. 16, 13. Plur. גֳּרָנוֹת *Areæ*, 1. Sam. 23, 1. In Statu Conſtr. גָּרְנוֹת דָּגָן *Areæ* frumenti, Hoſ. 9, 1.

1) Generatim notat *aream.* 2) Speciatim *α*) *propriè* deſignat *locum triturationis*, ubi excutiuntur grana, Num. 15, 20. c. 18, 30. Ruth. 3, 2. 3. 6. 14. *β*) *Metonymicè* denotat *frumentum*, quod in areâ excutitur vel eſt, Devt. 15, 14.

גָּרַס *Fractus, Comminutus eſt.* Bis ſaltem legitur. Semel in Kal Pſalm. 119, 20. גָּרְסָה נַפְשִׁי לְתַאֲבָה *Fracta eſt* anima mea ob deſiderium, ubi *Metaphoricè* deſignat *dolorem*, qualis eſt fractorum oſſium vel membrorum. LXX. & Vulgatus, nec non Targum d. l. *concupiſcendi* notionem ei attribuunt. Unde celeb. Dn. Majus ita ad hanc vocem commentatur: Chaldaicè ſimiliter ac Hebraicè ſignificat 1) *frangi, comminui*, 2) *occupatum eſſe in re aliquâ, deſiderare illam vehementer, diſcere, legere.* Hiphil הִגְרִיס *Fregit, Comminuit.* Fut. וַיַּגְרֵס בֶּחָצָץ שִׁנָּי *Comminuit lapillo dentes meos*, Thren. 3, 16.

גֶּרֶשׂ m. *Contuſum, Comminutum*, ס cum שׂ alternante. גֶּרֶשׂ כַּרְמֶל *Contuſum ariſtæ*, Lev. 2, 14. Cum Suff. מִגִּרְשָׂהּ *De contuſo ejus*, Lev. 2, 16. Sæpius non legitur.

גָּרַע *Minuit, Diminuit, Demſit, Ademit, Succidit, Subtraxit.* Part. Paul F. זָקָן גְּרֻעָה *Barbam raſa, ſucciſa*, Jer. 48, 37. Fut. וָאֶגְרַע חֻקֵּךְ *Et diminui* præſtitutum tuum, Ezech. 16, 27. לֹא יִגְרַע מִצַּדִּיק עֵינָיו *Non diminuit, ſubtraxit* à juſtô oculos ſuos, Job. 36, 7. Niphal נִגְרַע *Minutus, Diminutus fuit.* וְנִגְרְעָה נַחֲלָתָן *Et diminuetur* hæreditas earum, Num. 36, 3. Part. אֵין נִגְרָע מֵעֲבֹדַתְכֶם *Non diminuetur* de ſervitio veſtro, Exod. 5, 11. Piel גֵּרַע *Minuit, Diminuit.* Fut. כִּי יְגָרַע נִטְפֵי מָיִם *Quando minuit* ſtillas aquarum, Job. 36, 27.

1) Generatim *demendi & auferendi* notionem obtinet, terminô *demtionis* vel *ablationis* per מִן, vel ejus decurtatum מ indicatô. 2) Speciatim *α*) eſt *minuere, diminuere*; quia demit & aufert, qui minuit vel diminuit. Ita legitur de numerô laterum perficiendorum, Exod. 5, 8. 19. de hæreditate, Num. 36, 3. 4. de æſtimatione, Lev. 27, 18. de præſtituto, Ez. 16, 27. de

de guttis aquarum, Job. 36, 27. β) *Radere, ſuccidere,* vel *excidere,* quia, qui radit, ſuccidit vel excidit, *demit* aliquid vel *aufert.* Ita dicitur de barbâ raſâ vel ſucciſâ, Jer. 48, 36. de improbis Iſraelitis excindendis, Ezech. 5, 11. γ) *Subtrahere;* quia, qui ſubtrahit aliquid, illud demit atque aufert. Ita Job. 36, 7 Deus dicitur *oculos ſuos non ſubtrahere à juſto*, ad deſignandum *ipſius favorem, curam, atque opem divinam.* δ) *Prohibere,* quia prohibitione facultas & licentia agendi alicui demitur, Num. 9, 7. ε) Quia ablationi & demtioni ex altera parte reſpondet *acceſſio* abſtracti ad terminum, inde quoque notat *accedere,* Job. 15, 8. Seb. Schmidius d. l. *emanandi* ſignificationem ei tribuit.

מִגְרָעוֹת f. pl. *Diminutiones, Contracturæ.* Tantum extat 1. Reg. 6, 6.

גָּרַף *Convolvit, Devolvit, Subvertit.* Semel legitur cum Suff. Jud. 5, 21. גְּרָפָם *Devolvit,* vel *ſubvertit eos.*

אֶגְרוֹף m. *Pugnus,* à convolvendo ſic dictus, quia eſt quaſi manus convoluta. Tantum extat Exod. 21, 18. Jeſ. 58, 4.

מֶגְרָפָה f. *Gleba,* ſic dicta, quod eſt quaſi *maſſa convoluta.* Occurrit ſaltem in Plurali cum Suffixo מֶגְרְפֹתֵיהֶם *Glebis ſuis,* Joel. 1, 17.

גָּרַר *Traxit, Attraxit, Diſtraxit, trahendo duxit,* ex uſu Chaldaico; quia verò attrahendo cibum, fit ruminatio, & trahendo ſerram *ſecantur* ligna, hinc per *Metonymiam* etiam ſignificat *Ruminavit;* item *Serravit, Secuit, Concidit.* Fut. יִגָּר *Ruminabit,* Lev. 11, 7. pro יָגוֹר ſecundæ radicalis ר abjectæ compenſatione per Dageſch forte in literâ abjectam præcedente more Chaldæorum factâ, ut in וַיִּדֹּם *Et ſiluit,* Am. 5, 13. & יִשֹּׁם Obſtupeſcet, 1. Reg. 9, 8. (ָ) ſub ג eſt locô (ַ) ob accentum Dominum ז præſentem, quod (ַ) ob ר ſequens cum ָ alternare ſolet. Cum Suffixo eſt יְגֹרֵם *Diſſecabit eos,* Prov. 21, 7. Pual Part. plur. Fœm. מְגוֹרָרוֹת *Serrata, Diſſecta,* 1. Reg. 7, 9. Hithpael Part. מִתְגּוֹרֵר *Diſſecans, Succidens,* Jer. 30, 23.

גֵּרָה f. *Rumen, cibus ruminis,* à trahendo nomen ducens, Lev. 11, 4. 5. 7. Devt. 14, 6. 7. 9. Item *Obolus,* quaſi minimum monetæ ſegmentum, quorum viginti juxta Buxtorffium faciunt *ſiclum,* Exod. 30, 13. Lev. 27, 25. Num. 3, 47. c. 18, 16. Ezech. 45, 12.

גָּרוֹן m. *Guttur,* ab *attractione Spiritus,* ſic dictum; modo non derivandum à radice גָּרָה ad formam חָזוֹן *viſio* à radice חָזָה *Vidit;* quoniam (ָ) ſub ג accedente Suffixo in (ְ) correptum fuit, quod ſi à גָּרַר eſſet ad formam חִלּוֹן, retineri debuiſſet, niſi dicere velis, (ָ) illud ſub ג irregulariter in (ְ) corripi. Cum Suff. גְּרוֹנִי *Guttur meum,* Pſalm. 69, 4. גְּרוֹנָם *Guttur* eorum, Pſalm. 5, 10. יֶהְגּוּ בִּגְרוֹנָם Enunciant per *guttur* ſuum, Pſalm. 115, 7.

Digitized by Google

אֲגוֹרָה f. *Nummulus.* In Statu Conſtr. אֲגוֹרַת כֶּסֶף *Nummulus argenti*, i. e. *argenteus*, 1. Sam. 2, 36.

גַּרְגַּר m. *Bacca.* Plur. גַּרְגְּרִים *Baccæ*, Jeſ. 17, 6.

גַּרְגְּרָה vel גַּרְגֶּרֶת f. *Faux.* Quater legitur ſaltem in Plurali cum Suff. גַּרְגְּרֹתֶיךָ *Fauces tuæ*, Prov. 1, 9. c. 3, 3. 22. c. 6, 21.

מְגֵרָה f. *Serra*, ſic dicta, quod *trahendo* ducitur, & *ſecat* ligna, 2. Sam. 12, 31. 1. Reg. 7, 9. 1. Chron. 20, 3. Plur. מְגֵרוֹת *Serræ*, 1. Chron. 20, 3.

גָּרַשׁ *Ejecit, Expulit, Protruſit.* Part. גֹּרֵשׁ מִפָּנֶיךָ *Expellens* ante te, Exod. 34, 11. Part. Paul אִשָּׁה גְּרוּשָׁה מֵאִישָׁהּ Mulier *expulſa* à maritô ſuô, Lev. 21, 7. Fut. וַיִּגְרְשׁוּ מֵימָיו רֶפֶשׁ וָטִיט Sed *ejiciunt* aquæ ejus cœnum & lutum, Jeſ. 57, 20. Niphal נִגְרַשׁ *Ejectus, expulſus eſt.* נִגְרַשְׁתִּי מִנֶּגֶד עֵינֶיךָ *Expulſus ſum*, è conſpectu oculorum tuorum, Jon. 2, 5. Piel גֵּרַשׁ *Expulit, Ejecit.* וְגֵרַשְׁתָּמוֹ מִפָּנֶיךָ Et expellam eos è conſpectu tuo, Exod. 23, 31. Infin. cum Fut. גָּרֵשׁ יְגָרֵשׁ אֶתְכֶם מִזֶּה *Expellendo expellet* vos hinc, Exod. 11, 1. וַתְּגָרְשׁוּנִי *Et expuliſtis me*, Jud. 11, 7. Pual גֹּרַשׁ *Ejectus, Expulſus eſt.* Cholem eſt locô Dageſch fortis Characteriſtici. גֹּרְשׁוּ מִמִּצְרַיִם *Expulſi ſunt* ex Ægypto, Exod. 12, 39.

1) Generatim *pellendi* notionem habet, connotatô *terminô à quo*, unde res pellitur. 2) Speciatim *α*) notat *expellere, ejicere*, connotatâ ejicientis vel expellentis vi, potentiâ, irâ vel odiô. Ita dicitur de ejectione rerum comeſtarum è corpore, Job. 30, 5. cœni ex mari, Jeſ. 57, 20. primorum Parentum ex Paradiſo, Gen. 3, 24. filii è domo Patris, Jud. 11, 2. 7. mulieris è domo mariti, datô libellô repudii, Lev. 21, 7. 14. c. 22, 13. Num. 30, 10. Ezech. 44, 22. Moſis & Aaronis è conſpectu Pharaonis, quos audire deteſtabatur Exod. 10, 11. Gaalis ejusque fratrum ex Sichem, ne ibi manerent, Jud. 9, 41. incolarum urbis vel regionis ex urbe, Zeph. 2, 4. ex regione, Exod. 33, 2. Pſalm. 78, 55. Pſalm. 80, 9. Joſ. 24, 18. *β*) Significat *Impellere, Commovere*, ita ut res è loco vel ſtatu ſuo quaſi pellatur. Ita dicitur de mari impulſô atque commotô, Jeſ. 57, 20. *γ*) Significat *depellere, removere.* Ita dicitur de depulſione filiarum Jethro à puteo, ne potarent gregem, Exod. 2, 17. & de remotione Abjatharis ab officio, 1. Reg. 2, 27.

גֶּרֶשׁ m. *Extruſum, Ejectum, Productum.* Tantum extat Devt. 33, 14. גֶּרֶשׁ יְרָחִים *Extruſum, productum menſium*, i. e. quod protrudit vel producit quilibet menſis.

מִגְרָשׁ m. *Expulſio*, Ezech. 36, 5. In hac ſignificatione non recurrit, Sæpius autem notat *Suburbium*, quaſi ab urbe ſemotum, vel ex urbe expulſum. מִגְרָשׁ לוֹ סָבִיב *Suburbium* illi circumquaque, Ezech. 45, 2. In Statu Conſtr. מִגְרַשׁ עָרֵיהֶם *Suburbium* urbium eorum, Lev. 25, 34.

Plur.

Digitized by Google

Plur. מִגְרָשִׁים *Suburbia*. In Statu Conſtr. מִגְרְשֵׁי הֶעָרִים *Suburbia* urbium, Num. 35, 4. 5. Cum Suff. מִגְרָשֶׁיהָ *Suburbia ejus*, Joſ. 21, 11. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 21. 22. 23. 24. 25. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 34. ſeqq. מִגְרְשֵׁיהֶן *Suburbia* earum, Num. 35, 7.

מִגְרָשׁוֹת f. pl. *Suburbia*. Tantum extat, Ezech. 27, 28.

גֵּרְשֹׁם m. *Gerſom*, eſt nomen propr. filii Moſis primogeniti, ſonans *quaſi ex patria expulſum*. Ita enim eum vocabat Moſes, quia *ex patria ejectus* alibi pereginari cogebatur, Exod. 2, 21. c. 18, 31.

גָּשַׁם *Pluit; Magnô corpore fuit*, apud Arabes. In Kal Ebraicè non legitur. In Hiphil eſt הִגְשִׁים *Pluere fecit, pluviam demiſit*. Legitur ſaltem Participium מַגְשִׁמִים *Pluere facientes*, Jer. 14, 22.

גֶּשֶׁם m. *Pluvia, Imber*. גֶּשֶׁם גָּדוֹל *Pluvia magna*, 1. Reg. 18, 45. וְהוֹרַדְתִּי גֶּשֶׁם בְּעִתּוֹ Et demittam *pluviam* in tempore ſuo, Ezech. 34, 26. וְגֶשֶׁם שׁוֹטֵף Et *pluvia* inundans, Ezech. 38, 22. Plur. הָעֵת גְּשָׁמִים Tempus *pluviarum*, Eſr. 10, 13. In Statu Conſtr. גִּשְׁמֵי בְרָכָה יִהְיוּ *Pluviæ* benedictionis erunt, Ezech. 34, 26. Cum Suff. גִּשְׁמֵיהֶם *Pluviæ* ipſorum, Pſalm. 105, 32.

1) Generatim notat *pluviam*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *pluviam copioſam, largam & validam*, qualis cadebat in diluviô, Gen. 7, 12. c. 8, 2. poſt ingentem tempore Eliæ ſiccitatem, 1. Reg. 18, 41. 45. & qualis cadere ſolet autumnali & hyberno tempore, Lev. 26, 4. Eſr. 10, 13. Jeſ. 55, 10. Jer. 5, 24. *β*) *Metaphoricè* deſignat 1) *quævis Dei faventis beneficia ſpiritualia*, v. g. effuſionem Spiritus Sancti, Pſalm. 68, 10. præconium doctrinæ Evangelii, Ezech. 34, 26. Zach. 10, 1. benedictionem & gratiam divinam, Hoſ. 6, 3. Zach. 14, 17. 2) *pœnas divinas* falſis Prophetis immittendas, Ezech. 13, 11. 13. ſcilicet ob nocumentum pluviæ largioris & intempeſtivæ.

גֹּשֶׁם m. *Pluvia*. Legitur ſaltem Ezech. 22, 24. cum Suffixo גֻּשְׁמָהּ *Pluvia ejus*.

גֹּשֶׁן *Goſchen*; eſt nomen *α*) *regionis* Ægypti, in quâ Iſraelitæ habitarunt, Gen. 46, 28. quæque pinguibus paſcuis alendis gregibus accommodata erat, nec procul ab eâ urbe, ubi aula Pharaonis fuit, ſita fuiſſe videtur, Gen. 45, 10. *β*) *Urbis* in tribu Judæ verſus meridiem ſitæ, Joſ. 10, 41.

גָּשַׁשׁ *Palpavit*. Legitur tantum in Futuro נְגַשְׁשָׁה *Palpamus*, Jeſ. 59, 10.

גתת Radix verbalis inuſitata. Inde eſt

גַּת f. *Torcular*, Thren. 1, 15. Plur. גִּתּוֹת *Torcularia*, Neh. 13, 15. Notat autem *α*) propriè *locum circumſeptum*, ubi non ſolum calcantur uvæ, ut liquor in lacus, qui יְקָבִים appellari ſolent, fluat, Neh. 13, 15. ſed etiam triticum triturari poterat & ſolebat, Jud. 6, 11. *β*) *Meta-*

β) *Metaphoricè* deſignat *gravem Dei iram & vindictam*, Jeſ. 63, 3. Thren. 1, 15. Joel. 3, 18.

גַּת f. *Gath*; eſt nomen proprium urbis, quæ una erat ex quinque Philiſtæorum urbibus, 1. Sam. 5, 8. patria Goliathi, 1. Sam. 16, 4. & in qua ob vini copiam torcularia inventa creduntur. Vid. celeb. Maji Supplem. Lex. Coccej.

גִּתִּית f. *Gittith*; eſt nomen inſtrumenti muſici, Pſalm. 8, 1. Pſalm. 81, 1. Pſalm. 84, 1. quod ſic dictum conjiciunt *à forma torcularis*, quam aliquô modô retulerit, vel quod vindemiæ tempore maximè ſonuerit, vel *ab urbe Gath*, velut à locô natali. Vid. Geier. in Pſalm. 8, 1. & celeb. Maji Supplem. Lex. Coccej.

ד

דָּאַב *Languuit, Solicitus eſt, Doluit, Mæſtus fuit, Mœruit.* דָּאֲבָה עֵינִי Oculus meus *dolet, langueſcit*, Pſalm. 88, 10. Infin. cum ה Paragogicô וְלֹא יוֹסִיפוּ לְדַאֲבָה עוֹד Nec addent *dolere* amplius, Jer. 31, 12. Hiphil הִדְאִיב *Languere, Dolere fecit, mæſtitiâ affecit, cruciavit.* Infin. וְלַאֲדִיב Et ad *cruciandum*, 1. Sam. 2, 33. pro לְהַדְאִיב lit. א & ד tranſpoſitis, & Præformativo ה ob ל præmiſſum per Aphæreſin ablato. Part. מְדִיבוֹת *Cruciantes, mœrore afficientes*, Lev. 26, 16. pro מַדְאִיבוֹת Secundâ radicali per Syncopen conciſâ.

1) Generatim dicit *imminutionem & defectum ſpirituum*, undecunque enatum. Unde 2) Speciatim α) in Kal eſt *dolere* vel *mœrere, langueſcere*; quia, qui languet, dolet vel mœret, ſpirituum defectum & imminutionem perſentiſcit. Tribuitur 1) *oculo*, qui ob lacrymarum copiam ſpiritibus deficientibus, dolet, languet, hebet & obtuſus eſt, Pſalm. 88, 10. 2) *Animæ*, dolenti & languenti ob cibi, potûs, aut ullius rei defectum, Jer. 31, 12. item ob peccati onus & aquæ ſpiritualis recreantis defectum ferè ad deſperationem adigentem, Jer. 31, 25. β) in Hiphil eſt *mœrore afficere, cruciare* animum, Lev. 26, 16. 1. Sam. 2, 33. Sæpius non legitur.

דְּאָבָה f. *Solicitudo; Mœror*, quem ſolicitudo efficit. Semel legitur Job. 41, 13.

דְּאָבוֹן m. *Dolor, Mœror.* Semel legitur Devt. 28, 65. in Statu Conſtr. דַּאֲבוֹן נָפֶשׁ *Dolor animæ.*

דָּאַג *Solicitus eſt de re aliquâ; Solicitè vel anxiè timuit.* Conſtruitur intercedentibus particulis ל, מ, אֶת. דָּאַג לָנוּ *Solicitus eſt* de nobis, 1. Sam. 9, 5. וְאֶת־מִי דָּאַגְתְּ Quem verò adeò *ſolicitè timuiſti?* Jeſ. 57, 11. Fut. אֶדְאַג מֵחַטָּאתִי *Solicitus ſum* ob peccatum meum, Pſalm. 38, 19.

1) Gene-

Digitized by Google

1) Generatim importat *averſationem mali alicujus præſto futuri vel imminentis*, quod forte adhuc evitari poſſe putatur. Unde 2) Speciatim α) *proprie* eſt *hominis*, notans 1) *ſolicitum eſſe de aliquâ re*, ut Pater Saulis ſolicitus erat de filio abſente, ne quid mali ipſi in viâ obtingeret, 1. Sam. 9, 5. c. 10, 2. David de pœna peccatorum per veram pœnitentiam abolenda & avertenda, Pſalm. 38, 19. 2) *ſolicitè timere, anxiè metuere aliquid mali*, ut Zedekias ſibi anxiè metuebat de ſui traditione in manus transfugarum Judæorum, Jer. 38, 19. Judæi de gladiô hoſtis, Jer. 42, 16. de hoſte, Jeſ. 57, 11. vid. Seb. Schmid. in h. l. β) *Tropicè* eſt *rei inanimatæ*, ut arboris æſtum ſolis non timentis, Jer. 17, 8.

דְּאָגָה f. *Solicitudo*, eaque *anxia*, quâ animus torquetur, & ad varia conſilia malum futurum effugiendi impellitur. Ita dicitur de ſolicitudine & timore, qualis prædicitur Syriæ, oriundus ex auditô malô rumore, qui cor liquefacit, nec ſinit quieſcere, Jer. 49, 3. qualis torquebat transjordaneos ob futuram ſui à cultu Dei excluſionem, Joſ. 22, 4. item qualis erat incolarum Jeruſalem, Ezech. 6, 16. c. 12, 18. 19. Vid. Prov. 12, 25. ubi eſt de adverſitate animum torquente, ejusque magnitudinem infringente. Sæpius non legitur.

דָּאג pro דָּג vide in דוג.

דָּאָה *Volavit*. Fut. יִדְאֶה *Volabit*, Devt. 28, 49. Sed Pſalm. 18, 11. legitur וַיֵּדֶא *Et volat*, ה per Apocopen reſectô.

1) Generatim *volandi* notionem habet. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *avium*, indigitans *volatum pernicem*, qualis eſt aquilæ, Devt. 28, 49. β) *Metaphoricè* 1) *Deo* tributum deſignat *celerrimum ejus ad auxiliandum miſeris acceſſum & promtitudinem, velociſſimumque hoſtes eorum terrendi impetum*, Pſalm. 18, 11. 2) *Hoſti* adſignatum denotat *celerrimum ejus adventum, hoſtilem animum atque aviditatem prædandi*, Jer. 48, 40. c. 49, 22. Sæpius non legitur.

דָּאָה f. *Milvus*, Lev. 11, 4. à *volatu* ſic dictus, qui in ipſo eximius eſt. Altiſſimè enim volat, nec facile delaſſatur.

דָּבַב *Locutus eſt leniter, ſubmiſsè; Murmuravit.* Eſt verbum μέσον; ſumi quippe poteſt tàm in *bonam partem*, quàm *in malam*, ubi eſt *detrahere, infamem reddere.* Saltem legem in Participio דּוֹבֵב *Loquens*, Cant. 7, 9.

דֹּבֶא m. *Sermo*, juxta quosdam, ב cum א permutatô. Saltem legitur cum Suff. דָּבְאֶךָ *Sermo tuus*, i. e. ſermo *de te*, Devt. 33, 25. Junius ita interpretatur: *Quamdiu durabunt dies tui, ſermones habebuntur de te* i. e. *laus ſoli tui commendabit te, & nomen tuum in perpetuum.* Sed ſunt, qui deducunt ab Arabico دَبَا *Quievit*, reddentes illud *quies*, ut ſenſus l. c. ſit: *Quamdiu vives, tamdiu durabit quies tua.* Vid. Pfeiff. Dub. Vex. Cent. 2. p. m. 367.

דִּבָּה f. *Sermo*, isque *malus* de aliquô, ſive ſit *verus* Gen. 37, 2. ſive *falſus* &

& *calumniatorius*, h. e. *infamia*, diffamatio, Num. 13, 32. c. 14, 36. 37. Pſalm. 31, 14. Prov. 10, 18. c. 25, 10. Jer. 20, 10. In Statu Conſtr. דִּבַּת הָאָרֶץ *Infamia terræ*, Num. 14, 37. Cum Suff. דִּבָּתָם Sermo malus de iis, Gen. 37, 2.

דּוֹב c. *Urſus* vel *Urſa*, à *murmure* dici cenſetur; ſed diſſentit Bochartus Part. I. Hieroz. lib. 1. c. 9. pag. 62. qui ex Arabico ذَبَّ *Zabba*, vel دَبَّ dabba *piloſum eſſe*, *hirſutum eſſe*, deducit, quia denſitate *pilorum* gaudet, unde græcè δασυλλὶς vocatur. Hinc Ariſtoteles de *urſis* ſcribit, quod habeant σῶμα δασὺ λίαν *corpus valde hirſutum*. Eſt vero urſus beſtia immanis, obvia dilanians, 2. Reg. 2, 24. ſangvinis avida, Hoſ. 13, 8. inſidians, Thren. 3, 10. iracunda, 2. Sam. 17, 8. *Metaphoricè* eſt ſymbolum α) *hominis ſævi atque iracundi*, 2. Sam. 17, 8. Prov. 28, 15. β) *Dei* gravem vindictam exercentis, Thren. 3, 10. Hoſ. 13, 8. γ) *Regni Medo-Perſici*, Dan. 7, 5.

דִּבְיוֹנִים *Fluxus*, *Stercus columbarum*, 2. Reg. 1, 6. 25. Conflatum cenſetur ex דִּב *fluxus*, *Stercus*, & יוֹנִים *Columbæ*. Unde R. Salomoni ben Melech idem eſt ac צוֹאַת יוֹנִים *Excrementum columbarum*, מה שזוב מן היונים *Illud quod fluit ex columbis*. Habet ſibi conſentientem Targumi Conditorem: קַבָּא דְזֶבֶל מַפְּקַת יוֹנַיָּא *Cabus ſtercoris egeſtionis columbarum*. Poſita autem fuit hæc vox in margine velut honeſtior prolatu, pro חֲרֵיוֹנִים quæ *cacationem columbarum* notat.

דָּבַל *Coegit in unum*, *(in unam maſſam)* apud Arabes; Inde eſt apud Ebræos.

דְּבֵלָה f. *Palatha*, Maſſa ficuum compreſſarum, ſiccatarum, compreſſarum in formam *tortæ* vel *panis*, 1. Sam. 30, 12. In Statu Conſtr. דְּבֶלֶת תְּאֵנִים *Palatha* Ficuum, 2. Reg. 20, 7. Plur. דְּבֵלִים *Palathæ*, 1. Sam. 25, 18. 1. Chron. 12, 40.

דָּבַק & דָּבֵק *Adhæſit*, *Adglutinatus fuit*, *Conglutinatus eſt*. Conſtruitur vel abſolutè, vel intercedentibus particulis בּ, לְ, אֶל, עִם, אַחֲרֵי, in verſione omittendis. וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ *Et adhærebit* uxori ſuæ, Gen. 2, 24. וּלְשׁוֹנָם לְחִכָּם דָּבֵקָה: Et lingua eorum palato eorum *adhæreret*, Job. 29, 10. ubi eſt (..) ſub ב ob accentum Dominum præſentem. Inf. Cum ה Paragogico לְדָבְקָה בוֹ *Adhærendo* ei, Devt. 11, 22. Fut. תִּדְבַּק *Adhærebis*, Devt. 10, 20. Cum ן Paragogico תִּדְבָּקִין עִם נַעֲרֹתָי *Adhærebis* puellis meis, Ruth. 2, 8. ex תִּדְבְּקִי, ubi (:) ſub ſecunda radicali more Suffixorum Pronominum ob ן Paragogicum appoſitum in (-) redit, & amplius in (ᴛ) elevatur. Vid. Dn. D. Danzii Literator §. 54. Obſ. ult. יִדְבַּק אַחֲרֵיכֶם *Adhærebit* vobis, Jer. 42, 16. Pual דֻּבַּק *Agglutinatus*, *Conglutinatus eſt*. Fut. וּרְגָבִים יְדֻבָּקוּ Et glebæ *conglutinentur*, Job. 38, 38. Hiphil הִדְבִּיק *Adhærere fecit*, *Conglutinavit*, *Adſecutus eſt*, & Intranſitive *Adhæſit*.

haſit. וְהַמִּלְחָמָה הִדְבִּיקָתְהוּ Sed bellum *adhæſit* illis, Jud. 20, 42. הִדְבִּיקֻהוּ *Adſequebantur* eum, 2. Sam. 1, 6. Fut. וּלְשׁוֹנְךָ אַדְבִּיק אֶל־חִכֶּךָ Linguam autem tuam *adhærere faciam* palato tuo, Ezech. 3, 26. וַיַּדְבִּיקוּ אֶת־בְּנֵי דָן Et *perſecuti* ſunt filios Dan. Jud. 18, 22. Sed 1. Sam. 14, 22. c. 31, 2. 1. Chron. 10, 2. eſt וַיַּדְבְּקוּ (ֵ.) extraordinariè in (:) correpto. Vid. Danzii Literator §. 22. l. 2. Hophal הֻדְבַּק *Adhærere factus, Agglutinatus eſt.* Part. וּלְשׁוֹנִי מֻדְבָּק מַלְקוֹחָי Et lingva mea *adhærere facta eſt* faucibus meis, Pſalm. 22, 16.

1) Generatim *qualemcunque rei conjunctionem & appropinquationem* involvit, 2) Speciatim α) Significat *agglutinari, conglutinari.* Ita dicitur de glebis conglutinatis, & in unum quaſi corpus ſolidatis, Job. 38, 38. β) *Arctè cohærere*, ut, quæ cohærent, non facilè divelli & ſeparari queant. Ita dicitur de arctâ cohæſione ſquamarum in Leviathane, Job. 41, 8. ejusque deciduorum carnis, quæ in aliis animalibus facilè ſeparari queunt, Job. 41, 14. γ) *Indivulsè adhærere.* Ita *adhærere* dicitur 1) *lingua palato,* quando os & palatum ita exiccata ſunt, ut ſermo edi nequeat, Pſalm. 22, 16. Thren. 4, 4. Similis locutio adhibetur, ad deſignandum ingens ſilentium, ubi tacetur, non ſecus, ac ſi lingua palato adhæreat, ut vox edi nequeat, Job. 29, 10. Pſalm. 137, 6. Ezech. 3, 25. 2) *Oſſa cuti* in macilentis, quibus ſaltem obducta videtur, Job 19, 20. Pſalm. 102, 6. 3) *Cingulum lumbis*, Jer. 13, 11. Ubi Deus inſtar cinguli Iſraelitas ſibi adhærere feciſſe dicitur, ad indigitandam unionem maximi amoris & gratiæ, per quam ipſe populum ſuum omnium maximè ad ſe appropinquavit. 4) *Morbus homini*, Devt. 28, 60. 2. Reg. 5, 27. 5) *Comes* vel *Socius* alteri, Ruth. 1, 14. c. 2, 8. 6) *Mas fœminæ*, amore & fide, Gen. 2, 24, c. 34, 3. 1. Reg. 11, 2. 7) *Subditus Regi*, fide & obſequio, 2. Reg. 20, 2. 8) *Pius Deo*, amore, fiducia, obſequio &c. Devt. 10, 20. c. 11, 22. c. 30, 20. Joſ. 22, 5. 2. Reg. 18, 6. Pſ. 63, 9. *ejusque verbo*, amore, oblectatione, & obedientia, Pſalm. 119, 31. 9) *Impius peccatis alterius*, ſimilia patrando, 2. Reg. 3, 3. δ) *Perſequi fugientem*, ut perſequens fugientis veſtigiis inhæreat, ipſeque evadere nequeat, usque dum comprehendatur, capiatur, & trucidetur. Ita adhibetur in Hiphil, conſtruiturque intercedente dictione אַחֲרֵי Jud. 20, 45. 1. Sam. 14, 22. c. 31, 2. 1. Chron. 10, 2. ε) *Adſequi fugientem*, Gen. 31, 23. Conf. Gen. 19, 19.

דָּבֵק m. *Conjunctus, Adhærens*, ſive ſimpliciter, 2. Chron. 3, 12. ſive indivulsô amore & fide, Devt. 4, 4. Prov. 18, 24.

דֶּבֶק m. *Junctum, Commiſſum.* Ter legitur, Jeſ. 41, 7. Plural. בֵּין הַדְּבָקִים *Inter junctuns*, 1. Reg. 22, 34. 2. Chron. 18, 33.

דָּבַר *Duxit; Locutus eſt;* Item *Elocutus, Allocutus eſt.* Part. דֹּבֵר אֵלָיו *Loquens* ad eum, Job. 2, 13. אָנֹכִי דֹּבֵר בְּאָזְנֵיכֶם Ego *loquens* ſum in auribus veſtris, Devt. 5, 1. Plur. דֹּבְרִים *Loquentes*, Num. 36, 5. In Statu Conſtr. דֹּבְרֵי כָזָב *Loquentes* mendacium, Pſalm. 5, 7. Part.

Paul

Digitized by Google

Paul דָּבָר דָּבֻר *Verbum dictum*, Prov. 25, 11. Infin. בְּדַבְּרֶךָ *In loqui te*, i. e. *cum loqueris*, Pſalm. 51, 6. Niphal נִדְבַּר *Collocutus, Oblocutus eſt.* Ita conſtruitur vel abſolutè, vel intervenientibus particulis עַל, ב. כִּי נִדְבָּרוּ Adverſus me *collocuti ſunt*, Pſalm. 119, 23. נִדְבַּרְנוּ עָלֶיךָ *Oblocuti ſumus* contra te, Mal. 3, 13. Piel דִּבֵּר & per alternationem דִּבֶּר *Dixit, Locutus eſt*; & in ſenſu compoſito pro diverſitate contextus & conſtructionis, *Elocutus, Allocutus, Prolocutus, Oblocutus eſt.* Conſtruitur autem ita vel abſolute, vel intercedentibus particulis ב, ל, עִם, אֶל, עַל, אֵת. *Perdidit.* כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר אֵלָיו יְהוָה Sicut *dixemt* ad eum Dominus, Gen. 12, 4. בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר דִּבֶּר אִתּוֹ In locô, in quô *locutus eſt* cum eô, Gen. 35, 13. 14. Infin. דַּבֵּר *Loqui*, Gen. 24, 50. וַיְהִי בְּיוֹם דִּבֶּר יְהוָה Nam factum eſt in *die loqui*, i. e. quô *locutus eſt* Dominus, Exod. 6, 28. ubi per alternationem ponitur דִּבֶּר pro דַּבֵּר. הִשָּׁמֶר לְךָ מִדַּבֵּר *Cave* tibi *à loqui*, i. e. ne loquaris, Gen. 24, 50. Fut. וּבְדַבְּרוֹ עִמִּי *Et in loqui eum*, i. e. cum *loqueretur* mecum, Dan. 10, 11. Fut. בַּחֲלוֹם אֲדַבֶּר בּוֹ In ſomniô *loquar* per eum, Num. 12, 6, Cum ה Paragogico אֲדַבְּרָה *Loquar*, 2. Sam. 14, 15. Pual דֻּבַּר *Dictus eſt.* Part. מְדֻבָּר *Dicitur*, Pſalm. 87, 3. Fut. בַּיּוֹם שֶׁיְּדֻבַּר בָּהּ In die, quô *dicetur* (*ſermo fiet*) de eâ, Cant. 8, 8. Hiphil הִדְבִּיר *Subjecit.* Fut. יַדְבֵּר עַמִּים תַּחְתֵּינוּ *Subjiciet* populos ſub nos, Pſalm. 47, 4. Hithpael הִדַּבֵּר *Locutus eſt*, literâ ת extrusâ, & per Dageſch forte in ſequente literâ compenſatâ. Part. מִדַּבֵּר אֵלָיו *Loquens ad eum*, Num. 7, 89.

1) Generatim Bohlio *ordinare* ſignificat, unde ipſi *loqui* eſt *ordinare voces ad certum ſenſum.* Sed potius in genere *ducendi* notionem obtinere videtur, quæ omnibus inferioribus communis eſt. 2) Speciatim α) notat *dixit, locutus eſt*, quia dicens, vel loquens, verba ex ore *producit*, vel animi conceptus per vocem *producit. Dicendi* autem vel *loquendi* ſignificationem habet 1) abſolutè, Num. 12, 2. Job. 32, 7. 16. Pſal. 115, 5. Pſalm. 135, 16. 2) modificatè *a*) connotans *facundiam oris*, beredt ſeyn/ wohl reden können/ Exod. 4, 14. Job. 7, 11. Jer. 1, 6. *b*) *παῤῥησίαν*, frey reden/ Job. 9, 35. c. 10, 1. c. 16, 10. c. 33, 2. Pſalm. 66, 14. Pſalm. 116, 10. Prov. 21, 28. Ezech. 24, 27. *c*) ſvavitatem rerum dicendarum, ut ſignificet, *nonniſi grata, jucunda & accepta loqui*, freundlich/ nach dem Hertzen/ oder nach den Sinnen reden. Ita verò conſtruitur cum voce לֵב *Cor*, Gen. 34, 3. c. 50, 21. Ruth. 2, 13. 2. Sam. 19, 8. Jeſ. 40, 2. Hoſ. 2, 14. alioquin דַּבֵּר עַל־לֵב *loqui ſuper cor* eſt *loqui ad vel apud animum*, excluſô arbitrô exteriori, 1. Sam. 1, 13. *d*) *Promiſſionem boni*, ut valeat *promittere, polliceri* alicui aliquid, verheiſſen/ verſprechen/ Gen. 21, 1. c. 24, 7. Exod. 12, 25. Num. 10, 29. Devt. 1, 11. c. 9, 3. 28. c. 11, 25. c. 15, 6. c. 19, 8. c. 26, 18. c. 27, 3. c. 29, 12. 1. Reg. 2, 4. c. 8, 20. 2. Chron. 23, 3. *e*) *Comminationem*, ut notet *alicui mala pœna ob antegreſſa mala culpæ comminari*, Exod. 32, 14. 1. Sam. 28, 17. 1. Reg. 14, 11. c. 16, 12. Jer. 16, 10. c. 18, 7.

c. 18, 7. c. 40, 2. 3. Ita verò conſtruitur cum particula עַל præmiſsâ ſubjecto, mala iſta recipienti. *f*) *Mandatum*, ut idem ſit ac *mandare*, *præcipere*, Gen. 12, 4. c. 17, 23. Exod. 1, 17. c. 19, 8. c. 24, 7. Lev. 10, 5. Num. 5, 4. c. 17, 12. Devt. 2, 1. 1. Sam. 16, 4. *g*) *Celebrationem*, Pſalm. 40, 6. *h*) *Litigium forenſe*, Pſalm. 127, 5. *i*) *Inſpirationem divinam*, 2. Sam. 23, 2. 3. *k*) *Contrarietatem, convitia, murmura, obtrectationem*, Num. 12, 1. c. 21, 5. Job. 19, 18. Pſalm. 50, 20. Ita conſtruitur cum ב vel עַל. 3) In ſenſu compoſito, eſt *alloqui*. Gen. 37, 4. Jer. 6, 10. &c. *Colloqui* vel *loqui inter ſe*, Gen. 45, 15. Jud. 7, 11. 2. Reg. 2, 11. *Obloqui, contradicere*, in Niphal, Mal. 3, 13. 16. Proloqui, Jeſ. 32, 6. 4) *Ad mentem relatum* notat *a*) *Cogitare & amare*. e. g. veritatem, Pſalm. 15, 2. vanitatem, Pſalm. 41, 7. perverſitates, Prov. 23, 33. *b*) *Animum inducere*, *Decernere*, *Statuere* &c. 1. Reg. 22, 23. 2. Reg. 14, 27. Jer. 11, 27. conf. Gen. 24. 51. β) *Perdere* ſignificat, quia, qui aliquid perdit, illud quaſi è medio *ducit*, vel *abducit*, aus dem Wege räumen / 2. Chron. 22, 10. Huc referunt, Pſalm. 2, 5. Sed citra neceſſitatem. γ) Notat *ſubjicere*, quia, qui ſubjicitur, ad alterius obſequium *ducitur*, Pſalm. 18, 48. Pſalm. 47, 4.

דָּבָר m. *Verbum, Sermo; Res, Negotium, Aliquid.* וַהֲשִׁבֵנִי דָּבָר Et refer mihi *verbum*, Gen. 37, 14. וַיָּשֶׂם דָּבָר בְּפִיו Ac poſuit *verbum* in os ejus, Num. 23, 16. וְכָל־דָּבָר לֹא יִכָּחֵד מִן־הַמֶּלֶךְ׃ Nullum tamen *verbum* occultatur à Rege, 2. Sam. 18, 13. חָלִלָה לְּךָ מֵעֲשׂוֹת כַּדָּבָר הַזֶּה In piaculum ſeu compunctionem tibi foret, ſi faceres ſecundum *rem hanc*, Gen. 18, 25. Vid. Danzii Interpres §. 186. ed. 2. In Statu Conſtr. דְּבַר יְהוָה *Verbum* Domini, 1. Reg. 2, 27. עַל־דְּבַר שָׂרַי *Propter negotium* Sarai, Gen. 12, 17. Cum Suff. דְּבָרִי *Verbum meum*, Jon. 4, 2. אֶעֱשֶׂה כִדְבָרֶךָ׃ Faciam ſecundum *verbum tuum*, Gen. 47, 30. וַיָּקֶם דְּבָרָיו Quare firma reddidit *verba ſua*, Dan. 9, 12. Ubi juxta literas legendum דְּבָרוֹ. In Statu Conſtr. דִּבְרֵי שֶׁקֶר *Verba mendacii*, i. e. falſa, Exod. 5, 9. Cum Suff. וּדְבָרֶיךָ יִהְיוּ אֱמֶת Et *verba tua* erunt veritas i. e. veriſſima, 2. Sam. 7, 28. וְיֵאָמְנוּ דִבְרֵיכֶם ut verificentur verba veſtra, Gen. 42, 20. רַכּוּ דְבָרָיו מִשֶּׁמֶן Mollia ſunt *verba ejus* præ oleô, Pſalm. 55, 22. וְלֹא הֶאֱמַנְתִּי לְדִבְרֵיהֶם Non tamen credidi *verbis eorum*, 2. Chron. 9, 6.

1) Generatim notat *id, quod ore* vel *alio modo producitur.* Unde 2) Speciatim α) notat *verbum* vel *ſermonem* 1) *oris*, quo quis in rei notitiam, vel adſenſum ducitur. Adhibetur autem in ſcripturâ, vel abſolutè & ſimpliciter, Joſ. 6, 10. conf. Gen. 44, 18. &c. vel cum additô & modificatè *verbum* verum, Devt. 22, 20. Dan. 10, 1. falſum & mendax, Devt. 18, 20. Prov. 13, 5. Ezech. 13, 6. c. 14, 9. tempeſtivè prolatum, Prov. 15, 23. locô ſecretô dicendum, Jud. 3, 19. benevolum & gratioſum, 2. Sam. 14, 17. ingratum, moleſtum animumque excrucians, Gen. 21, 11. 2. Sam.

hanc cauſam, ut non invenire poſſit homo, Eccl. 7, 14. conf. c. 8, 2. Cum Suff. וְאֶל־אֱלֹהִים אָשִׂים דִּבְרָתִי Et ſuper Deum ponam *cauſam meam*, i. e. Deo committam *meam cauſam*, rem, negotium, quia ei optimè committimus moderamen & noſtri, & omnium rerum noſtrarum, Job. 5, 8. Alii: *ad Deum dirigam eloquium meum.* Sed Pſalm. 110, 4. דִּבְרָתִי מַלְכִּי־צֶדֶק Iuxta *rationem* vel *modum* Melchiſedech, ubi in דִּבְרָתִי י non eſt Suffixum, ſed paragogicum, poniturque pro דִּבְרַת. Paulus, Ebr. 5, 6. reddit κατὰ τὴν τάξιν *juxta ordinem*, &c. 7, 15. κατὰ τὴν ὁμοιότητα *ſecundum ſimilitudinem.*

דַּבְּרוֹת f. pl. *Verba.* Legitur ſaltem cum Suff. דַּבְּרוֹתֶיךָ *Verba tua*, Devt. 33, 3.

דֹּבְרוֹת f. pl. *Rates*, à *ductu* nautarum ſic nominatæ. Legitur ſaltem, 1. Reg. 5, 9.

דְּבֹרָה f. *Apis*; nomen habens vel à continuô ſuſurrô, quem producit; vel à *mirabili ductu & ordine*, qui in apibus apparet, cum ſit animal politicum, ducem habens, populos &c. Vid. Bochartus in Hieroz. P. II. lib. 4. 4. c. 10. Plur. דְּבֹרִים *Apes*, Devt. 1, 44. עֲדַת דְּבֹרִים *Examen* apum, ein Bienſchwarm / Jud. 14, 8. סַבּוּנִי כִדְבֹרִים Circumdederunt me ſicut *apes*, Pſalm. 118, 12. *Metaphoricè* ob multitudinem confertam, & velocitatem deſignat *hoſtes Iſraelitarum*, Jeſ. 7, 18. Sæpius non legitur.

דְּבוֹרָה f. *Debora*; nomen mulieris Prophetiſſæ, Jud. 4, 4. *apem* deſignans, forte à Parentibus ipſi inditum, ut adulta, nominis memor, *ſedulæ apis morem* imitaretur. Donum Prophetiæ nacta *apis* dici potuit ob gratiam & ſvavitatem ſermonum & Prophetiarum. Fuit Judex Iſraelis, ita, ut ipſa judicia exercuerit, & pacis bellique cauſas omnes ad judicem extraordinarium pertinentes direxerit & adminiſtraverit, quamdiu vixit. Vid. Seb. Schmid. Comment. in Jud. p. 413.

מִדְבָּר m. *Loquela, Sermo*; item *Deſertum*, deductum à דבר tum qnatenus *ducere* ſignificat, quia eò pecora ad paſcua duci ſolent; tum quatenus *loquendi* notionem obtinet, quia ibi cuncta reſonant, echo voces reddit & quaſi reducit, aves cantillant &c. מִדְבָּר לֹא אָדָם בּוֹ *Deſertum*, in quô non eſt homo, Job. 38, 26. הַמִּדְבָּר הַגָּדוֹל *Deſertum hoc magnum*, Devt. 1, 19. Cum ה locali מִדְבָּרָה *Verſus deſertum*, 1. Chron. 12, 8. In Statu Conſtructo מִדְבַּר שְׁמָמָה *Deſertum vaſtitatis* i. e. vaſtiſſimum, Joel. 2, 3. Cum Suff. מִדְבָּרָהּ *Deſertum ejus*, Jeſ. 51, 3.

1) Generatim non ſuppetit commodum nomen, quod ſignificationibus inferioribus ſit commune, utut *ducendi* notio, quam Radix habet, tàm *loquelæ & ſermoni*, quàm *deſerto communis* ſit, ceu ex ſuperioribus conſtat. 2) Speciatim α) notat *loquelam* vel *ſermonem*. Ita ſemel legitur de ſvavi ſermone ſponſæ, Cant. 4, 3. β) *Deſertum*, prout א) *pro-*

pril

prie deſignat *tàm* vaſtam incultamque terræ ſolitudinem, rebus vitæ ſuſtentandæ inſervientibus deſtitutam, ubi nulla dantur oppida, nulli pagi, &, ſi quid ibi naſcitur, pecoribus paſcendis relinquitur, Exod. 31. c. 16, 1. Devt. 1, 19. Job. 38, 26. Jer. 2, 2. 6. &c. *quàm* locum minus vaſtum, minus cultum, minusque habitabilem, ubi ſparſim oppida ac pagi ſunt, Joſ. 15, 61. 62. 1. Reg. 3, 34. Vid. Seb. Schmid. in h. l. Conf. Matth. 3, 1. ב) *Tropicè* α) per *Metonymiam* deſignat tùm *feras in deſerto verſantes*, Pſalm. 29, 8. tùm *plagam meridionalem*, eò quod deſertum Sinaiticum verſus meridiem ſitum erat, Pſalm. 75, 7. β) per *Metaphoram* denotat 1) *locum duriſſimæ conditionis, atque ſtatus* &c. Devt. 32, 10. Jer. 31, 2. conf. Hoſ. 2, 14. ubi *aliquem in deſertum deducere*, idem eſt ac *eum graviſſimis calamitatibus ac ærumnis ſubjicere.* 2) *Gentiliſmum*, in quô gentiles à regnô Dei alieni, velut in horrendô quodam deſertô verſabantur, remoti à fontibus & paſcuis doctrinæ Evangelicæ & ſalutis &c. Cant. 8, 5. Jeſ. 35, 1. 6. c. 41, 18. 19. c. 43, 19. 20. Unde Dominus *deſerto* pollicetur *fontes*, quibus doctrina Chriſti Evangelica deſignatur, & *arbores*, quibus Doctores verbi & credentes indigitantur. Vide ll. cc. 3) *Deum* negativè, Jer. 2, 3. Ubi Deus populum ſuum reprehendens quærit: Num *deſertum fui Iſraeli?* i. e. num ita, ut deſertum horridum, inamœnum ac inutile *ei* fui, unde nil amœnitatis, nihilque fructûs carpitur?

דְּבַשׁ m. *Mel*, Gen. 43, 11. cujus inſigni copiâ gaudebat Palæſtina, Devt. 8, 8. 1. Sam. 14, 25. 26. 2. Reg. 18, 32. quodque ſe commendat *tàm* ingenti dulcedine, Jud. 14, 18. Ezech. 3, 3. quàm eximia utilitate, Prov. 24, 13. cum ex Medicorum ſententia ſit alimentum medicamentoſum, ſenibus & frigidis naturis commodum, quibus in optimum vertitur ſanguinem, habens vim detergendi & putredini reſiſtendi, vid. Sennert. lib. 4. Inſtit. med. p. 1. c. 3. unde ei comparatur ſapientia acquirenda, Prov. 24, 13. eloquium ſvave & ſalutare, Prov. 16, 24. imò ipſum etiam Dei verbum, ob eximiam, quam habet, ſvavitatem, Pſalm. 19, 11. Pſalm. 119, 103. *Tropicè*, & quidem α) per *Synecdochen* ſpeciei pro genere deſignat *quasvis res dulces & delectabiles*, Exod. 3, 8. 17. Lev. 20, 24. Num. 13, 27. Devt. 6, 3. c. 11, 9. c. 26, 9. 15. c. 27, 3. c. 31, 20. Joſ. 5, 6. Jer. 11, 5. c. 32, 22. Ezech. 20, 6. 15. In quibus locis אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבַשׁ *Terra fluens lacte & melle*, deſignat *copiam & abundantiam optimarum & ſuaviſſimarum rerum plane inſignem.* Conf. Glaſſ. Rhet. ſac. pag. 448. β) Per *Metaphoram*, Jeſ. 7, 15. cum butyro, Seb. Schmidius transfert *ad nutrimentum & pinguedinem ſpiritûs*, diciturque ipſi *Meſſias butyrum & mel comediſſe* per dona unionis perſonalis & communicationem idiomatum, quæ dona accepit ſecundum humanam naturam, ita, ut per divinam ſcientiam noverit reprobare malum & eligere bonum.

דַּבֶּשֶׁת f. *Gibbus* vel *Tuber cameli*, Jeſ. 30, 6. ubi ſaltem legitur: ita verò dici putatur, quod oneribus læſus melle ſanari ſoleat. Vid. Buxtorff. Lex. Aſt celeb. Majus ex Abrab. lingua deducit, in quâ דבש

tionem obtinet, 2. Reg. 9, 13. ut ſenſus ſit: Sie legten ihre Kleider unter ihn auf die harten Stuffen.

גרם *Fregit, Contrivit, Comminuit oſſa, Exoſſavit.* Ter ſaltem legitur. גרמו *Exoſſarunt*, Zeph. 3, 3. Fut. in Piel ואת־חרשיה תגרמי Et teſtas ejus *franges, comminues*, Ez. 23, 34. ועצמותיהם יגרם Et oſſa eorum *frangat*, Num. 24, 8.

גרן f. *Area.* תבואת גרן Proventus *areæ*, Num. 18, 30. Cum ה Locali גרנה *In aream*, Mich. 4, 12. בן־גרני Fili *areæ meæ*, i. e. triturator in areâ meâ, Jeſ. 21, 10. Aliis *filius areæ* notat *frumentum* in areâ triturandum. מגרנך Ex *areâ tuâ*, Devt. 16, 13. Plur. גרנות *Areæ*, 1. Sam. 23, 1. In Statu Conſtr. גרנות דגן *Areæ* frumenti, Hoſ. 9, 1.

1) Generatim notat *aream.* 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *locum triturationis*, ubi excutiuntur grana, Num. 15, 20. c. 18, 30. Ruth. 3, 2. 3. 6. 14. β) *Metonymicè* denotat *frumentum*, quod in areâ excutitur vel eſt, Devt. 15, 14.

גרס *Fractus, Comminutus eſt.* Bis ſaltem legitur. Semel in Kal Pſalm. 119, 20. גרסה נפשי לתאבה *Fracta eſt* anima mea ob deſiderium, ubi *Metaphoricè* deſignat *dolorem*, qualis eſt fractorum oſſium vel membrorum. LXX. & Vulgatus, nec non Targum d. l. *concupiſcendi* notionem ei attribuunt. Unde celeb. Dn. Majus ita ad hanc vocem commentatur: Chaldaicè ſimiliter ac Hebraicè ſignificat 1) *frangi, comminui*, 2) *occupatum eſſe in re aliquâ, deſiderare illam vehementer, diſcere, legere.* Hiphil הגריס *Fregit, Comminuit.* Fut. ויגרס בחצץ שני *Comminuit lapillo dentes meos*, Thren. 3, 16.

גרש m. *Contuſum, Comminutum*, ס cum ש alternante. גרש כרמל *Contuſum ariſtæ*, Lev. 2, 14. Cum Suff. מגרשה *De contuſo ejus*, Lev. 2, 16. Sæpius non legitur.

גרע *Minuit, Diminuit, Demſit, Ademit, Succidit, Subtraxit.* Part. Paul F. זקן גרעה *Barbam raſa, ſucciſa*, Jer. 48, 37. Fut. ואגרע חקך *Et diminui* præſtitutum tuum, Ezech. 16, 27. לא יגרע מצדיק עיניו *Non diminuit, ſubtraxit* à juſtô oculos ſuos, Job. 36, 7. Niphal נגרע *Minutus, Diminutus fuit.* ונגרעה נחלתן *Et diminuetur* hæreditas earum, Num. 36, 3. Part. אין נגרע מעבדתכם *Non diminuetur* de ſervitio veſtro, Exod. 5, 11. Piel גרע *Minuit, Diminuit.* Fut. כי יגרע נטפי מים *Quando minuit* ſtillas aquarum, Job. 36, 27.

1) Generatim *demendi & auferendi* notionem obtinet, terminô *demtionis* vel *ablationis* per מן, vel ejus decurtatum מ indicatô. 2) Speciatim α) eſt *minuere, diminuere*; quia demit & aufert, qui minuit vel diminuit. Ita legitur de numerô laterum perficiendorum, Exod. 5, 8. 19. de hæreditate, Num. 36, 3. 4. de æſtimatione, Lev. 27, 18. de præſtituto, Ez. 16, 27. de

de guttis aquarum, Job. 36, 27. β) *Radere, ſuccidere,* vel *excidere,* quia, qui radit, ſuccidit vel excidit, *demit* aliquid vel *aufert.* Ita dicitur de barbâ raſâ vel ſuccisâ, Jer. 48, 36. de improbis Iſraelitis excindendis, Ezech. 5, 11. γ) *Subtrahere;* quia, qui ſubtrahit aliquid, illud demit atque aufert. Ita Job. 36, 7 Deus dicitur *oculos ſuos non ſubtrahere à juſto,* ad deſignandum *ipſius favorem, curam, atque opem divinam.* δ) *Prohibere,* quia prohibitione facultas & licentia agendi alicui demitur, Num. 9, 7. ε) Quia ablationi & demtioni ex altera parte reſpondet *acceſſio* abſtracti ad terminum, inde quoque notat *accedere,* Job. 15, 8. Seb. Schmidius d. l. *emanandi* ſignificationem ei tribuit.

מִגְרָעוֹת f. pl. *Diminutiones, Contracturæ.* Tantum extat 1. Reg. 6, 6.

גָּרַף *Convolvit, Devolvit, Subvertit.* Semel legitur cum Suff. Jud. 5, 21. גְּרָפָם *Devolvit,* vel *ſubvertit eos.*

אֶגְרוֹף m. *Pugnus,* à convolvendo ſic dictus, quia eſt quaſi manus convoluta. Tantum extat Exod. 21, 18. Jeſ. 58, 4.

מֶגְרָפָה f. *Gleba,* ſic dicta, quod eſt quaſi *maſſa convoluta.* Occurrit ſaltem in Plurali cum Suffixo מֶגְרְפֹתֵיהֶם *Glebis ſuis,* Joel. 1, 17.

גָּרַר *Traxit, Attraxit, Diſtraxit, trahendo duxit,* ex uſu Chaldaico; quia verò attrahendo cibum, fit ruminatio, & trahendo ſerram *ſecantur* ligna, hinc per *Metonymiam* etiam ſignificat *Ruminavit;* item *Serravit, Secuit, Concidit.* Fut. יִגַּר *Ruminabit,* Lev. 11, 7. pro יָגוֹר ſecundæ radicalis ר abjectæ compenſatione per Dageſch forte in literâ abjectam præcedente more Chaldæorum factâ, ut in וַיִּדֹּם *Et ſiluit,* Am. 5, 13. & יִשֹּׁם Obſtupeſcet, 1. Reg. 9, 8. (ָ) ſub ג eſt locô (-) ob accentum Dominum ֑ præſentem, quod (-) ob ר ſequens cum ֹ alternare ſolet. Cum Suffixo eſt יְגֹרֵם *Diſſecabit eos,* Prov. 21, 7. Pual Part. plur. Fœm. מְגֹרָרוֹת *Serratæ, Diſſectæ,* 1. Reg. 7, 9. Hithpael Part. מִתְגּוֹרֵר *Diſſecans, Succidens,* Jer. 30, 23.

גֵּרָה f. *Rumen, cibus ruminis,* à trahendo nomen ducens, Lev. 11, 4. 5. 7. Deut. 14, 6. 7. 9. Item *Obolus,* quaſi minimum monetæ ſegmentum, quorum viginti juxta Buxtorffium faciunt *ſiclum,* Exod. 30, 13. Lev. 27, 25. Num. 3, 47. c. 18, 16. Ezech. 45, 12.

גָּרוֹן m. *Guttur,* ab *attractione Spiritus,* ſic dictum; modo non derivandum à radice גָּרָה ad formam חָזוֹן *viſio* à radice חָזָה *Vidit;* quoniam (ָ) ſub ג accedente Suffixo in (:) correptum fuit, quod ſi à גָּרַר eſſet ad formam חָלוֹן, retineri debuiſſet, niſi dicere velis, (ָ) illud ſub ג irregulariter in (:) corripi. Cum Suff. גְּרוֹנִי *Guttur meum,* Pſalm. 69, 4. גְּרוֹנָם *Guttur* eorum, Pſalm. 5, 10. יֶהְגּוּ בִּגְרוֹנָם Enunciant per *guttur* ſuum, Pſalm. 115, 7.

Digitized by Google

אֲגוֹרָה f. *Nummulus.* In Statu Conſtr. אֲגוֹרַת כֶּסֶף *Nummulus argenti*, i.e. *argenteus*, 1. Sam. 2, 36.

גַּרְגַּר m. *Bacca.* Plur. גַּרְגְּרִים *Baccæ*, Jeſ. 17, 6.

גַּרְגְּרֹת vel גַּרְגֶּרֶת f. *Faux.* Quater legitur ſaltem in Plurali cum Suff. גַּרְגְּרֹתֶיךָ *Fauces tuæ*, Prov. 1, 9. c. 3, 3. 22. c. 6, 21.

מְגֵרָה f. *Serra*, ſic dicta, quod *trahendo* ducitur, & *ſecat* ligna, 2. Sam. 12, 31. 1. Reg. 7, 9. 1. Chron. 20, 3. Plur. מְגֵרוֹת *Serræ*, 1. Chron. 20, 3.

גָּרַשׁ *Ejecit, Expulit, Protruſit.* Part. גֹּרֵשׁ מִפָּנֶיךָ *Expellens* ante te, Exod. 34, 11. Part. Paul אִשָּׁה גְרוּשָׁה מֵאִישָׁהּ Mulier *expulſa* à maritô ſuô, Lev. 21, 7. Fut. וַיִּגְרְשׁוּ מֵימָיו רֶפֶשׁ וָטִיט Sed *ejiciunt* aquæ ejus cœnum & lutum, Jeſ. 57, 20. Niphal נִגְרַשׁ *Ejectus, expulſus eſt.* נִגְרַשְׁתִּי מִנֶּגֶד עֵינֶיךָ *Expulſus ſum*, è conſpectu oculorum tuorum, Jon. 2, 5. Piel גֵּרַשׁ *Expulit, Ejecit.* וְגֵרַשְׁתָּמוֹ מִפָּנֶיךָ Et expellam eos è conſpectu tuo, Exod. 23, 31. Infin. cum Fut. גָּרֵשׁ יְגָרֵשׁ אֶתְכֶם מִזֶּה *Expellendo expellet* vos hinc, Exod. 11, 1. וַתְּגָרְשׁוּנִי *Et expuliſtis me*, Jud. 11, 7. Pual גֹּרַשׁ *Ejectus, Expulſus eſt.* Cholem eſt locô Dageſch fortis Characteriſtici. גֹּרְשׁוּ מִמִּצְרַיִם *Expulſi ſunt* ex Ægypto, Exod. 12, 39.

1) Generatim *pellendi* notionem habet, connotatô *terminô à quo*, unde res pellitur. 2) Speciatim α) notat *expellere, ejicere*, connotatâ ejicientis vel expellentis vi, potentiâ, irâ vel odiô. Ita dicitur de ejectione rerum comeſtarum è corpore, Job. 30, 5. cœni ex mari, Jeſ. 57, 20. primorum Parentum ex Paradiſo, Gen. 3, 24. filii è domo Patris, Jud. 11, 2. 7. mulieris è domo mariti, datô libellô repudii, Lev. 21, 7. 14. c. 22, 13. Num. 30, 10. Ezech. 44, 22. Moſis & Aaronis è conſpectu Pharaonis, quos audire deteſtabatur Exod. 10, 11. Gaalis ejusque fratrum ex Sichem, ne ibi manerent, Jud. 9, 41. incolarum urbis vel regionis ex urbe, Zeph. 2, 4. ex regione, Exod. 33, 2. Pſalm. 78, 55. Pſalm. 80, 9. Joſ. 24, 18. β) Significat *Impellere, Commovere*, ita ut res è loco vel ſtatu ſuo quaſi pellatur. Ita dicitur de mari impulſô atque commotô, Jeſ. 57, 20. γ) Significat *depellere, removere.* Ita dicitur de depulſione filiarum Jethro à puteo, ne potarent gregem, Exod. 2, 17. & de remotione Abjatharis ab officio, 1. Reg. 2, 27.

גֶּרֶשׁ m. *Extruſum, Ejectum, Productum.* Tantum extat Devt. 33, 14. גֶּרֶשׁ יְרָחִים *Extruſum, productum menſium*, i.e. quod protrudit vel producit quilibet menſis.

מִגְרָשׁ m. *Expulſio*, Ezech. 36, 5. In hac ſignificatione non recurrit. Sæpius autem notat *Suburbium*, quaſi ab urbe ſemotum, vel ex urbe expulſum. מִגְרָשׁ לוֹ סָבִיב *Suburbium* illi circumquaque, Ezech. 45, 2. In Statu Conſtr. מִגְרַשׁ עָרֵיהֶם *Suburbium* urbium eorum, Lev. 25, 34.

Plur.

Digitized by Google

Plur. מִגְרָשִׁים Suburbia. In Statu Conſtr. מִגְרְשֵׁי הֶעָרִים Suburbia urbium, Num. 35, 4. 5. Cum Suff. מִגְרָשֶׁיהָ Suburbia ejus, Joſ. 21, 11. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 21. 22. 23. 24. 25. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 34. ſeqq. מִגְרְשֵׁיהֶן Suburbia earum, Num. 35, 7.

מִגְרְשׁוֹת f. pl. *Suburbia.* Tantum extat, Ezech. 27, 28.

גֵּרְשֹׁם m. *Gerſom*, eſt nomen propr. filii Moſis primogeniti, ſonans *quaſi ex patria expulſum.* Ita enim eum vocabat Moſes, quia *ex patria ejectus* alibi pereginari cogebatur, Exod. 2, 21. c. 18, 31.

גָּשַׁם *Pluit; Magnô corpore fuit*, apud Arabes. In Kal Ebraicè non legitur. In Hiphil eſt הִגְשִׁים *Pluere fecit, pluviam demiſit.* Legitur ſaltem Participium מַגְשִׁימִים *Pluere facientes*, Jer. 14, 22.

גֶּשֶׁם m. *Pluvia. Imber.* גֶּשֶׁם גָּדוֹל *Pluvia magna*, 1. Reg. 18, 45. וְהוֹרַדְתִּי גֶּשֶׁם בְּעִתּוֹ Et demittam *pluviam* in tempore ſuo, Ezech. 34, 26. וְגֶשֶׁם שׁוֹטֵף Et *pluvia* inundans, Ezech. 38, 22. Plur. הָעֵת גְּשָׁמִים Tempus *pluviarum*, Eſr. 10, 13. In Statu Conſtr. גִּשְׁמֵי בְרָכָה יִהְיוּ *Pluviæ* benedictionis erunt, Ezech. 34, 26. Cum Suff. גִּשְׁמֵיהֶם *Pluviæ* ipſorum, Pſalm. 105, 32.

1) Generatim notat *pluviam.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *pluviam copioſam, largam & validam*, qualis cadebat in diluviô, Gen. 7, 12. c. 8, 2. poſt ingentem tempore Eliæ ſiccitatem, 1. Reg. 18, 41. 45. & qualis cadere ſolet autumnali & hyberno tempore, Lev. 26, 4. Eſr. 10, 13. Jeſ. 55, 10. Jer. 5, 24. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *quævis Dei faventis beneficia ſpiritualia*, v. g. effuſionem Spiritus Sancti, Pſalm. 68, 10. præconium doctrinæ Evangelii, Ezech. 34, 26. Zach. 10, 1. benedictionem & gratiam divinam, Hoſ. 6, 3. Zach. 14, 17. 2) *pœnas divinas* falſis Prophetis immittendas, Ezech. 13, 11. 13. ſcilicet ob nocumentum pluviæ largioris & intempeſtivæ.

גֹּשֶׁם m. *Pluvia.* Legitur ſaltem Ezech. 22, 24. cum Suffixo גֻּשְׁמָהּ *Pluvia ejus.*

גֹּשֶׁן *Goſchen*; eſt nomen α) *regionis* Ægypti, in quâ Iſraelitæ habitarunt, Gen. 46, 28. quæque pinguibus paſcuis alendis gregibus accommodata erat, nec procul ab eâ urbe, ubi aula Pharaonis fuit, ſita fuiſſe videtur, Gen. 45, 10. β) *Urbis* in tribu Judæ verſus meridiem ſitæ, Joſ. 10, 41.

גָּשַׁשׁ *Palpavit.* Legitur tantum in Futuro נְגַשְׁשָׁה *Palpamus*, Jeſ. 59, 10.

גתר Radix verbalis inuſitata. Inde eſt

גַּת f. *Torcular*, Thren. 1, 15. Plur. גִּתּוֹת *Torcularia*, Neh. 13, 15. Notat autem α) propriè *locum circumſeptum*, ubi non ſolum calcantur uvæ, ut liquor in lacus, qui יְקָבִים appellari ſolent, fluat, Neh. 13, 15. ſed etiam triticum triturari poterat & ſolebat, Jud. 6, 11.

 β) *Meta-*

Digitized by Google

β) *Metaphoricè* deſignat *gravem Dei iram & vindictam*, Jeſ. 63, 3. Thren. 1, 15. Joel. 3, 18.

גַּת f. *Gath*; eſt nomen proprium urbis, quæ una erat ex quinque Philiſtæorum urbibus, 1. Sam. 5, 8. patria Goliathi, 1. Sam. 16, 4. & in qua ob vini copiam torcularia inventa creduntur. Vid. celeb. Maji Supplem. Lex. Coccej.

גִּתִּית f. *Gittith*; eſt nomen inſtrumenti muſici, Pſalm. 8, 1. Pſalm. 81, 1. Pſalm. 84, 1. quod ſic dictum conjiciunt *à forma torcularis*, quam aliquô modô retulerit, vel quod vindemiæ tempore maximè ſonuerit, vel *ab urbe Gath*, velut à locô natali. Vid. Geier. in Pſalm. 8, 1. & celeb. Maji Supplem. Lex. Coccej.

ד

דָּאַב *Languuit, Solicitus eſt, Doluit, Mœſtus fuit, Mœruit.* דָּאֲבָה עֵינִי Oculus meus *dolet; langueſcit*, Pſalm. 88, 10. Infin. cum ה Paragogicô וְלֹא יוֹסִיפוּ לְדַאֲבָה עוֹד Nec addent *dolere* amplius, Jer. 31, 12. Hiphil הֶדְאִיב *Languere, Dolere fecit, mœſtitiâ affecit, cruciavit.* Infin. וְלַאֲדִיב Et ad *cruciandum*, 1. Sam. 2, 33. pro לְהַדְאִיב lit. א & ד tranſpoſitis, & Præformativo ה ob ל præmiſſum per Aphæreſin ablato. Part. מְדִיבוֹת *Cruciantes, mœrore afficientes*, Lev. 26, 16. pro מַדְאִיבוֹת Secundâ radicali per Syncopen conciſâ.

1) Generatim dicit *imminutionem & defectum ſpirituum*, undecunque enatum. Unde 2) Speciatim α) in Kal eſt *dolere* vel *mœrere, langueſcere*; quia, qui languet, dolet vel mœret, ſpirituum defectum & imminutionem perſentiſcit. Tribuitur 1) *oculo*, qui ob lacrymarum copiam ſpiritibus deficientibus, dolet, languet, hebet & obtuſus eſt, Pſalm. 88, 10. 2) *Animæ*, dolenti & languenti ob cibi, potûs, aut ullius rei defectum, Jer. 31, 12. item ob peccati onus & aquæ ſpiritualis recreantis defectum ferè ad deſperationem adigentem, Jer. 31, 25. β) in Hiphil eſt *mœrore afficere*, *cruciare* animum, Lev. 26, 16. 1. Sam. 2, 33. Sæpius non legitur.

דְּאָבָה f. *Solicitudo; Mœror*, quem ſolicitudo efficit. Semel legitur Job. 41, 13.

דְּאָבוֹן m. *Dolor, Mœror.* Semel legitur Devt. 28, 65. in Statu Conſtr. דְּאֲבוֹן נֶפֶשׁ *Dolor animæ.*

דָּאַג *Solicitus eſt de re aliquâ; Solicitè vel anxiè timuit.* Conſtruitur intercedentibus particulis ל, אֵת, מ .. דָּאַג לָנוּ *Solicitus eſt* de nobis, 1. Sam. 9, 5. וְאֶת־מִי דָּאַגְתְּ Quem verò adeò *ſolicitè timuiſti?* Jeſ. 57, 11. Fut. אֶדְאַג מֵחַטָּאתִי *Solicitus ſum* ob peccatum meum, Pſalm. 38, 19.

1) Gene-

1) Generatim importat *averſationem mali alicujus præſto futuri vel imminentis*, quod forte adhuc evitari poſſe putatur. Unde 2) Speciatim *α*) *proprie* eſt *hominis*, notans 1) *ſolicitum eſſe de aliquâ re*, ut Pater Saulis ſolicitus erat de filio abſente, ne quid mali ipſi in viâ obtingeret, 1. Sam. 9, 5. c. 10, 2. David de pœna peccatorum per veram pœnitentiam abolenda & avertenda, Pſalm. 38, 19. 2) *ſolicitè timere, anxiè metuere aliquid mali*, ut Zedekias ſibi anxiè metuebat de ſui traditione in manus transfugarum Judæorum, Jer. 38, 19. Judæi de gladiô hoſtis, Jer. 42, 16. de hoſte, Jeſ. 57, 11. vid. Seb. Schmid. in h. l. *β*) *Tropicè* eſt *rei inanimatæ*, ut arboris æſtum ſolis non timentis, Jer. 17, 8.

דְּאָגָה f. *Solicitudo*, eaque *anxia*, quâ animus torquetur, & ad varia conſilia malum futurum effugiendi impellitur. Ita dicitur de ſolicitudine & timore, qualis prædicitur Syriæ, oriundus ex auditô malô rumore, qui cor liquefacit, nec ſinit quieſcere, Jer. 49, 3. qualis torquebat transjordaneos ob futuram ſui à cultu Dei excluſionem, Joſ. 22, 4. item qualis erat incolarum Jeruſalem, Ezech. 6, 16. c. 12, 18. 19. Vid. Prov. 12, 25. ubi eſt de adverſitate animum torquente, ejusque magnitudinem infringente. Sæpius non legitur.

דָּאג pro דָּג vide in דוג.

דָּאָה *Volavit*. Fut. יִדְאֶה *Volabit*, Devt. 28, 49. Sed Pſalm. 18, 11. legitur וַיֵּדֶא *Et volat*, ה per Apocopen reſectô.

1) Generatim *volandi* notionem habet. 2) Speciatim *α*) *propriè* eſt *avium*, indigitans *volatum pernicem*, qualis eſt aquilæ, Devt. 28, 49. *β*) *Metaphoricè* 1) *Deo* tributum deſignat *celerrimum ejus ad auxiliandum miſeris acceſſum & promtitudinem, velociſſimumque hoſtes eorum terrendi impetum*, Pſalm. 18, 11. 2) *Hoſti* adſignatum denotat *celerrimum ejus adventum, hoſtilem animum atque aviditatem prædandi*, Jer. 48, 40. c. 49, 22. Sæpius non legitur.

דָּאָה f. *Milvus*, Lev. 11, 4. à *volatu* ſic dictus, qui in ipſo eximius eſt. Altiſſimè enim volat, nec facile delaſſatur.

דָּבַב *Locutus eſt leniter, ſubmiſsè; Murmuravit*. Eſt verbum *μέσον*; ſumi quippe poteſt tàm in *bonam partem*, quàm *in malam*, ubi eſt *detrahere, infamem reddere*. Saltem legem in Participio דֹּבֵב *Loquens*, Cant. 7, 9.

דֹּבֶא m. *Sermo*, juxta quosdam, ב cum א permutatô. Saltem legitur cum Suff. דָּבְאֶךָ *Sermo tuus*, i. e. ſermo *de te*, Devt. 33, 25. Junius ita interpretatur: *Quamdiu durabunt dies tui, ſermones habebuntur de te* i. e. *laus ſoli tui commendabit te, & nomen tuum in perpetuum*. Sed ſunt, qui deducunt ab Arabico دَبَا *Quievit*, reddentes illud *quies*, ut ſenſus l. c. ſit: *Quamdiu vives, tamdiu durabit quies tua*. Vid. Pfeiff. Dub. Vex. Cent. 2. p. m. 367.

דִּבָּה f. *Sermo*, isque *malus* de aliquô, ſive ſit *verus* Gen. 37, 2. ſive *falſus* &

& *calumniatorius*, h. e. *infamia*, diffamatio, Num. 13, 32. c. 14, 36. 37. Pſalm. 31, 14. Prov. 10, 18. c. 25, 10. Jer. 20, 10. In Statu Conſtr. דִּבַּת הָאָרֶץ *Infamia terræ*, Num. 14, 37. Cum Suff. דִּבָּתָם Sermo malus de iis, Gen. 37, 2.

דּוֹב c. *Urſus* vel *Urſa*, à *murmure* dici cenſetur; ſed diſſentit Bochartus Part. I. Hieroz. lib. 1. c. 9. pag. 62. qui ex Arabico زب *Zabba*, vel ضب dabba *piloſum eſſe*, *hirſutum eſſe*, deducit, quia denſitate *pilorum* gaudet, unde græcè δασυλλὶς vocatur. Hinc Ariſtoteles de *urſis* ſcribit, quod habeant σῶμα δασὺ λίαν *corpus valde hirſutum.* Eſt vero urſus beſtia immanis, obvia dilanians, 2. Reg. 2, 24. ſangvinis avida, Hoſ. 13, 8. inſidians, Thren. 3, 10. iracunda, 2. Sam. 17, 8. *Metaphoricè* eſt ſymbolum α) *hominis ſævi atque iracundi*, 2. Sam. 17, 8. Prov. 28, 15. β) *Dei* gravem vindictam exercentis, Thren. 3, 10. Hoſ. 13, 8. γ) *Regni Medo-Perſici*, Dan. 7, 5.

דִּבְיוֹנִים *Fluxus*, *Stercus columbarum*, 2. Reg. 1, 6. 25. Conflatum cenſetur ex דִּב *fluxus*, *Stercus*, & יוֹנִים *Columbæ*. Unde R. Salomoni ben Melech idem eſt ac צוֹאַת יוֹנִים *Excrementum columbarum*, מה שיזוב מן היונים *Illud quod fluit ex columbis*. Habet ſibi conſentientem Targumi Conditorem: קַבָּא דְּזֶבֶל מַפְּקַת יוֹנַיָּא *Cabus ſtercoris egeſtionis columbarum.* Poſita autem fuit hæc vox in margine velut honeſtior prolatu, pro חֲרֵיוֹנִים quæ *cacationem columbarum* notat.

דָּבַל *Coegit in unum, (in unam maſſam)* apud Arabes; Inde eſt apud Ebræos.

דְּבֵלָה f. *Palatha*, Maſſa ficuum compreſſarum, ſiccatarum, compreſſarum in formam *tortæ* vel *panis*, 1. Sam. 30, 12. In Statu Conſtr. דְּבֶלֶת תְּאֵנִים *Palatha* Ficuum, 2. Reg. 20, 7. Plur. דְּבֵלִים *Palathæ*, 1. Sam. 25, 18. 1. Chron. 12, 40.

דָּבַק & דָּבֵק *Adhæſit*, *Adglutinatus fuit*, *Conglutinatus eſt*. Conſtruitur vel abſolutè, vel intercedentibus particulis ב, ל, אֶל, עִם, אַחֲרֵי, in verſione omittendis. וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ *Et adhærebit* uxori ſuæ, Gen. 2, 24. וּלְשׁוֹנָם לְחִכָּם דָּבֵקָה׃ Et lingua eorum palato eorum *adhæreret*, Job. 29, 10. ubi eſt (··) ſub ב ob accentum Dominum præſentem. Inf. Cum ה Paragogico לְדָבְקָה בוֹ *Adhærendo* ei, Devt. 11, 22. Fut. תִּדְבָּק *Adhærebis*, Devt. 10, 20. Cum ן Paragogico תִּדְבָּקִין עִם נַעֲרֹתָי *Adhærebis* puellis meis, Ruth. 2, 8. ex תִּדְבְּקִי, ubi (:) ſub ſecunda radicali more Suffixorum Pronominum ob ן Paragogicum appoſitum in (-) redit, & amplius in (ᴛ) elevatur. Vid. Dn. D. Danzii Literator §. 54. Obſ. ult. יִדְבַּק אַחֲרֵיכֶם *Adhærebit* vobis, Jer. 42, 16. Pual דֻּבַּק *Agglutinatus*, *Conglutinatus eſt*. Fut. וּרְגָבִים יְדֻבָּקוּ Et glebæ *conglutinentur*, Job. 38, 38. Hiphil הִדְבִּיק *Adhærere fecit*, *Conglutinavit*, *Adſecutus eſt*, & Intranſitive *Adhæſit.*

hæſit. וַתַּדְבִּיקַתְהוּ הַמִּלְחָמָה Sed bellum *adhæſit* illis, Jud. 20, 42. הִדְבִּיקֻהוּ *Adſequebantur* eum, 2. Sam. 1, 6. Fut. וּלְשׁוֹנְךָ אַדְבִּיק אֶל־חִכֶּךָ Linguam autem tuam *adhærere faciam* palato tuo, Ezech. 3, 26. וַיַּדְבִּקוּ אֶת־בְּנֵי דָן Et *perſecuti* ſunt filios Dan. Jud. 18, 22. Sed 1. Sam. 14, 22. c. 31, 2. 1. Chron. 10, 2. eſt וַיַּדְבְּקוּ (ּ.) extraordinariè in (:) correpto. Vid. Danzii Literator §. 22. l. 2. Hophal הֻדְבַּק *Adhærere factus, Agglutinatus eſt.* Part. וּלְשׁוֹנִי מֻדְבָּק מַלְקוֹחָי Et lingva mea *adhærere factâ eſt* faucibus meis, Pſalm. 22, 16.

1) Generatim *qualemcunque rei conjunctionem & appropinquationem* involvit. 2) Speciatim *α*) Significat *agglutinari, conglutinari.* Ita dicitur de glebis conglutinatis, & in unum quaſi corpus ſolidatis, Job. 38, 38. *β*) *Arctè cohærere*, ut, quæ cohærent, non facilè divelli & ſeparari queant. Ita dicitur de arctâ cohæſione ſquamarum in Leviathane, Job. 41, 8. ejusque deciduorum carnis, quæ in aliis animalibus facilè ſeparari queunt, Job. 41, 14. *γ*) *Indivulsè adhærere.* Ita *adhærere* dicitur 1) *lingua palato,* quando os & palatum ita exiccata ſunt, ut ſermo edi nequeat, Pſalm. 22, 16. Thren. 4, 4. Similis locutio adhibetur, ad deſignandum ingens ſilentium, ubi tacetur, non ſecus, ac ſi lingua palato adhæreat, ut vox edi nequeat, Job. 29, 10. Pſalm. 137, 6. Ezech. 3, 25. 2) *Oſſa cuti* in macilentis, quibus ſaltem obducta videtur, Job 19, 20. Pſalm. 102, 6. 3) *Cingulum lumbis*, Jer. 13, 11. Ubi Deus inſtar cinguli Iſraelitas ſibi adhærere feciſſe dicitur, ad indigitandam unionem maximi amoris & gratiæ, per quam ipſe populum ſuum omnium maximè ad ſe appropinquavit. 4) *Morbus homini*, Devt. 28, 60. 2. Reg. 5, 27. 5) *Comes* vel *Socius* alteri, Ruth. 1, 14. c. 2, 8. 6) *Mas fæminæ*, amore & fide, Gen. 2, 24. c. 34, 3. 1. Reg. 11, 2. 7) *Subditus Regi*, fide & obſequio, 2. Reg. 20, 2. 8) *Pius Deo*, amore, fiducia, obſequio &c. Devt. 10, 20. c. 11, 22. c. 30, 20. Joſ. 22, 5. 2. Reg. 18, 6. Pſ. 63, 9. *ejusque verbo*, amore, oblectatione, & obedientia, Pſalm. 119, 31. 9) *Impius peccatis alterius*, ſimilia patrando, 2. Reg. 3, 3. *δ*) *Perſequi fugientem*, ut perſequens fugientis veſtigiis inhæreat, ipſeque evadere nequeat, usque dum comprehendatur, capiatur, & trucidetur. Ita adhibetur in Hiphil, conſtruiturque intercedente dictione אַחֲרֵי Jud. 20, 45. 1. Sam. 14, 22. c. 31, 2. 1. Chron. 10, 2. *ε*) *Adſequi fugientem*, Gen. 31, 23. Conf. Gen. 19, 19.

דָּבֵק m. *Conjunctus, Adhærens*, ſive ſimpliciter, 2. Chron. 3, 12. ſive indivulsô amore & fide, Devt. 4, 4. Prov. 18, 24.

דֶּבֶק m. *Junctum, Commiſſum.* Ter legitur, Jeſ. 41, 7. Plural. בֵּין הַדְּבָקִים *Inter juncturas*, 1. Reg. 22, 34. 2. Chron. 18, 33.

דָּבַר *Duxit; Locutus eſt;* Item *Elocutus, Allocutus eſt.* Part. דֹּבֵר אֵלָיו *Loquens* ad eum, Job. 2, 13. אָנֹכִי דֹּבֵר בְּאָזְנֵיכֶם Ego *loquens* ſum in auribus veſtris, Devt. 5, 1. Plur. דֹּבְרִים *Loquentes*, Num. 36, 5. In Statu Conſtr. דֹּבְרֵי כָזָב *Loquentes* mendacium, Pſalm. 5, 7. Part.

Paul

Paul דָּבָר דָּבֻר *Verbum dictum*, Prov. 25, 11. Infin. בְּדַבְּרֶךָ *In loqui te*, i. e. *cum loqueris*, Pſalm. 51, 6. Niphal נִדְבַּר *Collocutus, Oblocutus eſt.* Ita conſtruitur vel abſolutè, vel intervenientibus particulis עַל, ב. בִּי נִדְבָּרוּ Adverſus me *collocuti ſunt*, Pſalm. 119, 23. נִדְבַּרְנוּ עָלֶיךָ *Oblocuti ſumus* contra te, Mal. 3, 13. Piel דִּבֵּר & per alternationem דִּבֶּר *Dixit, Locutus eſt*; & in ſenſu compoſito pro diverſitate contextus & conſtructionis, *Elocutus, Allocutus, Prolocutus, Oblocutus eſt.* Conſtruitur autem ita vel abſolute, vel intercedentibus particulis את, עַל, אֶל, עִם, ל, ב. *Perdidit.* כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר אֵלָיו יְהוָה Sicut *dixerat* ad eum Dominus, Gen. 12, 4. בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר דִּבֶּר אִתּוֹ In locô, in quô *locutus eſt* cum eô, Gen. 35, 13. 14. Infin. דַּבֵּר *Loqui*, Gen. 24, 50. וַיְהִי בְּיוֹם דִּבֶּר יְהוָה Nam factum eſt in *die loqui*, i. e. quô *locutus eſt* Dominus, Exod. 6, 28. ubi per alternationem ponitur דִּבֶּר pro דַּבֵּר. הִשָּׁמֶר לְךָ מִדַּבֵּר *Cave* tibi *à loqui*, i. e. ne loquaris, Gen. 24, 50. Fut. וּבְדַבְּרוֹ עִמִּי *Et in loqui eum*, i. e. cum *loqueretur* mecum, Dan. 10, 11. Fut. בַּחֲלוֹם אֲדַבֶּר בּוֹ In ſomniô *loquar* per eum, Num. 12, 6. Cum ה Paragogico אֲדַבְּרָה *Loquar*, 2. Sam. 14, 15. Pual דֻּבַּר *Dictus eſt.* Part. מְדֻבָּר *Dicitur*, Pſalm. 87, 3. Fut. בַּיּוֹם שֶׁיְּדֻבַּר בָּהּ In die, quô *dicetur* (*ſermo fiet*) de eâ, Cant. 8, 8. Hiphil הִדְבִּיר *Subjecit.* Fut. יַדְבֵּר עַמִּים תַּחְתֵּינוּ *Subjiciet* populos ſub nos, Pſalm. 47, 4. Hithpael הִדַּבֵּר *Locutus eſt*, literâ ת extruſâ, & per Dageſch forte in ſequente literâ compenſatâ. Part. מִדַּבֵּר אֵלָיו *Loquens ad eum*, Num. 7, 89.

1) Generatim Bohlio *ordinare* ſignificat, unde ipſi *loqui* eſt *ordinare voces ad certum ſenſum.* Sed potius in genere *ducendi* notionem obtinere videtur, quæ omnibus inferioribus communis eſt. 2) Speciatim *α*) notat *dixit, locutus eſt*, quia dicens, vel loquens, verba ex ore *producit*, vel animi conceptus per vocem *producit. Dicendi* autem vel *loquendi* ſignificationem habet 1) abſolutè, Num. 12, 2. Job. 32, 7. 16. Pſal. 115, 5. Pſalm. 135, 16. 2) modificatè *a*) connotans *facundiam oris*, beredt ſeyn/ wohl reden können/ Exod. 4, 14. Job. 7, 11. Jer. 1, 6. *b*) *παῤῥησίαν*, frey reden/ Job. 9, 35. c. 10, 1. c. 16, 10. c. 33, 2. Pſalm. 66, 14. Pſalm. 116, 10. Prov. 21, 28. Ezech. 24, 27. *c*) ſvavitatem rerum dicendarum, ut ſignificet, *nonniſi grata, jucunda & accepta loqui*, freundlich/ nach dem Herzen/ oder nach den Sinnen reden. Ita verò conſtruitur cum voce לֵב *Cor*, Gen. 34, 3. c. 50, 21. Ruth. 2, 13. 2. Sam. 19, 8. Jeſ. 40, 2. Hoſ. 2, 14. alioquin דִּבֶּר עַל־לֵב *loqui ſuper cor* eſt *loqui ad vel apud animum*, excluſô arbitrô exteriori, 1. Sam. 1, 13. *d*) *Promiſſionem boni*, ut valeat *promittere, polliceri* alicui aliquid, verheiſſen/ verſprechen/ Gen. 21, 1. c. 24, 7. Exod. 12, 25. Num. 10, 29. Devt 1, 11. c. 9, 3. 28. c. 11, 25. c. 15, 6. c. 19, 8. c. 26, 18. c. 27, 3. c. 29, 12. 1. Reg. 2, 4. c. 8, 20. 2. Chron. 23, 3. *e*) *Comminationem*, ut notet *alicui mala pœna ob antegreſſa mala culpæ comminari*, Exod. 32, 14. 1. Sam. 28, 17. 1. Reg. 14, 11. c. 16, 12. Jer. 16, 10. c. 18, 7.

Digitized by Google

c. 18, 7. c. 40, 2. 3. Ita verò conſtruitur cum particula עַל præmiſsâ ſubjecto, mala iſta recipienti. *f*) *Mandatum*, ut idem ſit ac *mandare*, *præcipere*, Gen. 12, 4. c. 17, 23. Exod. 1, 17. c. 19, 8. c. 24, 7. Lev. 10, 5. Num. 5, 4. c. 17, 12. Devt. 2, 1. 1. Sam. 16, 4. *g*) *Celebrationem*, Pſalm. 40, 6. *h*) *Litigium forenſe*, Pſalm. 127, 5. *i*) *Inſpirationem divinam*, 2. Sam. 23, 2. 3. *k*) *Contrarietatem, convitia, murmura, obtrectationem*, Num. 12, 1. c. 21, 5. Job. 19, 18. Pſalm. 50, 20. Ita conſtruitur cum בְּ vel עַל. 3) In ſenſu compoſito, eſt *alloqui*. Gen. 37, 4. Jer. 6, 10. &c. *Colloqui* vel *loqui inter ſe*, Gen. 45, 15. Jud. 7, 11. 2. Reg. 2, 11. *Obloqui, contradicere*, in Niphal, Mal. 3, 13. 16. Proloqui, Jeſ. 32, 6. 4) *Ad mentem relatum* notat *a*) *Cogitare & amare*. e. g. veritatem, Pſalm. 15, 2. vanitatem, Pſalm. 41, 7. perverſitates, Prov. 23, 33. *b*) *Animum inducere*, *Decernere*, *Statuere* &c. 1. Reg. 22, 23. 2. Reg. 14, 27. Jer. 11, 27. conf. Gen. 24. 51. *β*) *Perdere* ſignificat, quia, qui aliquid perdit, illud quaſi è medio *ducit*, vel *abducit*, aus dem Wege räumen / 2. Chron. 22, 10. Huc referunt, Pſalm. 2, 5. Sed citra neceſſitatem. *γ*) Notat *ſubjicere*, quia, qui ſubjicitur, ad alterius obſequium *ducitur*, Pſalm. 18, 48. Pſalm. 47, 4.

דָּבָר m. *Verbum, Sermo; Res, Negotium, Aliquid.* וַהֲשִׁבֵנִי דָּבָר Et refer mihi *verbum*, Gen. 37, 14. וַיָּשֶׂם דָּבָר בְּפִיו Ac poſuit *verbum* in os ejus, Num. 23, 16. וְכָל־דָּבָר לֹא יִכָּחֵד מִן־הַמֶּלֶךְ׃ Nullum tamen *verbum* occultatur à Rege, 2. Sam. 18, 13. חָלִילָה לְךָ מֵעֲשׂוֹת כַּדָּבָר הַזֶּה In piaculum ſeu compunctionem tibi foret, ſi faceres ſecundum *rem hanc*, Gen. 18, 25. Vid. Danzii Interpres §. 186. ed. 2. In Statu Conſtr. דְּבַר יְהוָֹה *Verbum* Domini, 1. Reg. 2, 27. עַל־דְּבַר שָׂרַי *Propter negotium* Sarai, Gen. 12, 17. Cum Suff. דְּבָרִי *Verbum meum*, Jon. 4, 2. אֶעֱשֶׂה כִּדְבָרֶךָ׃ Faciam ſecundum *verbum tuum*, Gen. 47, 30. וַיָּקֶם דְּבָרָיו Quare firma reddidit *verba ſua*, Dan. 9, 12. Ubi juxta literas legendum דְּבָרָיו. In Statu Conſtr. דִּבְרֵי שָׁקֶר *Verba mendacii*, i. e. falſa, Exod. 5, 9. Cum Suff. וּדְבָרֶיךָ יִהְיוּ אֱמֶת Et *verba tua* erunt veritas i. e. veriſſima, 2. Sam. 7, 28. וְיֵאָמְנוּ דִבְרֵיכֶם ut verificentur verba veſtra, Gen. 42, 20. רַכּוּ דְבָרָיו מִשֶּׁמֶן Mollia ſunt *verba ejus* præ oleô, Pſalm. 55, 22. וְלֹא הֶאֱמַנְתִּי לְדִבְרֵיהֶם Non tamen credidi *verbis eorum*, 2. Chron. 9, 6.

1) Generatim notat *id, quod ore* vel *alio modo producitur*. Unde 2) Speciatim *α*) notat *verbum* vel *ſermonem* 1) *oris*, quo quis in rei notitiam, vel adſenſum ducitur. Adhibetur autem in ſcripturâ, vel abſolutè & ſimpliciter, Joſ. 6, 10. conf. Gen. 44, 18. &c. vel cum additô & modificatè *verbum* verum, Devt. 22, 20. Dan. 10, 1. falſum & mendax, Devt. 18, 20. Prov. 13, 5. Ezech. 13, 6. c. 14, 9. tempeſtivè prolatum, Prov. 15, 23. locô ſecretô dicendum, Jud. 3, 19. benevolum & gratioſum, 2. Sam. 14, 17. ingratum, moleſtum animumque excrucians, Gen. 21, 11. 2. Sam.

Digitized by Google

2. Sam. 13, 33. Pſalm. 64, 4. mandati, Joſ. 1, 13. 1. Sam. 15, 23. c. 21, 9. 2. Sam. 12, 9. c. 24, 4. 1. Reg. 12, 24. c. 13, 17. c. 17, 8. Jer. 13, 3. promiſſionis, 2. Reg. 7, 1. c. 15, 12. Pſalm. 119, 28. 49. 74. comminationis, 1. Reg. 2, 27. c. 16, 1. 7. 2. Reg. 9, 36. reprehenſionis, Jeſ. 1, 10. ſupplicis precationis, 2. Sam. 14, 15. 22. 1. Reg. 8, 59. labiorum, per quod R. D. Kimchi, Forerius & alii intelligunt *precationem Judæorum*, quam Rabſake irriſoriè ita vocat, 2. Reg. 18, 20. Jeſ. 36, 5. ſed aliis l. c. *verbum labiorum* eſt *verbum vanum*. Aliàs in Plurali *verba ſcriptorum ſacrorum*, deſignant *ſermones*, *ſententias* vel *conciones* ab ore, calamoque eorum profectas, & ad aliorum informationem & perſvaſionem directas, Eccl. 1, 8. c. 12, 11. Jer. 1, 1. Am. 1, 1. 2) Denotat *Verbum* vel *ſermonem mentis internum*, ſcilicet *a) cordis cogitationem*, Devt. 15, 9. *b) voluntatis decretum*, 2. Chron. 30, 5. Jeſ. 8, 10. β) Significat *rem*, quæ producitur, & de quâ aliquid cogitari, vel dici poteſt, prout ſub ſuô ambitu comprehendit rei *ſtatum*, *cauſam*, *rationem*, *conditionem*, item *negotium* ac *commercium*; unde pro varietate contextûs reddi poteſt 1) *res*, diciturque de re, quæ ardua eſt ac difficilis, tum *judicatu*, Devt. 17, 8. tum *factu*, Jer. 32, 17. 27. conſ. Gen. 18, 14. bonâ moraliter, 1. Reg. 14, 13. malâ, tum *phyſicè*, prout eſt noxia, Devt. 17, 1. conf. 2. Reg. 4, 31. tum *moraliter*, 2. Sam. 13, 22. 2. Reg. 17, 12. abominabilis, Jer. 44, 4. immunda, Lev. 5, 2. quæ in uſuram venire poteſt, Devt. 23, 20. ignem ferre poteſt, Num. 31, 23. pretioſa, in theſauro adſervanda, 2. Reg. 20, 13. 15, Jeſ. 39, 4. 2) *quicquam*, & ob particulam negativam præmiſſam, quæ univerſalem negationem cum eô inducit, *nihil*. לֹא אוּכַל לַעֲשׂוֹת דָּבָר *Non* poſſum facere *quicquam*, i. e. *nihil*, Gen. 19, 22. conf. Gen. 19, 8. Exod. 5, 11. Devt. 2, 7. הַשְּׂמֵחִים לְלֹא דָבָר Qui lætantur ob *non-verbum* i. e. *ob nihil*, Am. 6, 13. 3) *Rei ſtatus*, e. g. belli, 2. Sam. 11, 18. vitæ, 1. Reg. 11, 41. 4) *Cauſa*, vel *ratio*, Devt. 22, 24. c. 23, 5. 2. Sam. 13, 22. Joſ. 5, 4. c. 22, 24. בִּדְבַר יוֹם בְּיוֹם *In ratione diei in die*, i. e. quantum proportio & ratio ejus poſtulat, 2. Chron. 8, 13. 5) *Quod attinet*, *concernit*; ita *Verbum regni* idem eſt, quod attinet regnum, 1. Sam. 10, 16. 1. Chron. 26, 32. 6) *Demenſum*, e. g. diei, Exod. 5, 13. 7) *Commercium*, Jud. 18, 7. 27. vel *negotium*, Gen. 12, 17. c. 24, 33. Num. 25, 18. Sed in ſignificatione *rei*, *cauſæ* vel *negotii*, ſi cum עַל conſtruitur, ſæpe redundare videtur, עַל autem tùm verti poteſt *ob*, *propter*, *causâ*, *ratione*, ut עַל־דְּבַר כְּבוֹד־שְׁמֶךָ Propter gloriam nominis tui, Pſalm. 79, 9. Ita quoque legitur, Gen. 20, 11. c. 43, 18. Exod. 8, 8. 2. Sam. 18, 5.

דַּבֵּר m. *Verbum*, Jer. 5, 13. & ob Makkeph דַּבֶּר־ Hoſ. 1, 2. Præterea non legitur.

דֶּבֶר m. *Peſtis*, ab *abducendo* ſic dicta, eò quod *abducit* homines in ſepulchrum; niſi cum aliis ita vocari malis, à דבר, prout *perdendi* ſignificationem habet, eò quod peſtis graviter, velociter & horribiliter homines

nes *perdit*, *perimit* atque *extirpat*. Alii quoque ſic dici putant à *contagiô* ſe longè lateque diducente, ſeu diffundente. דֶּבֶר כָּבֵד *Peſtis* gravis, Exod. 9, 3. וְשִׁלַּחְתִּי דֶבֶר בְּתוֹכְכֶם Mittam *peſtem* in medium veſtri, Lev. 26, 25. יַדְבֵּק יְהוָה בְּךָ אֶת־הַדָּבֶר Adhærere faciet tibi Dominus *peſtem*, Devt. 28, 21. אַכֶּנּוּ בַדֶּבֶר Percutiam eum *peſte*, Num. 14, 12. בָּרָעָב וּבַדֶּבֶר יִפֹּלוּ Per famem & *per peſtem* cadent, Ezech. 6, 11. מִדֶּבֶר הַוּוֹת A *peſte* perditionum, i. e. perniciosiſſima, Pſalm. 91, 3. Plur. דְּבָרִים *Peſtes*. Cum Suff. אֱהִי דְבָרֶיךָ מָוֶת Ero *peſtes tuæ*, ô mors, Hoſ. 13, 14.

1) Generatim & vi etymi notat *abductorium*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *peſtem*, quæ vitali inimica ſpiritui, divinitus ob antegreſſa graviora peccata immittitur, Exod. 9, 3. Lev. 26, 25. Devt. 28, 21. 2. Sam. 24, 13. 15. 1. Reg. 8, 37. 1. Chron. 21, 14. 2. Chron. 7, 13. Pſalm. 78, 50. Pſalm. 91, 3. 6. Jer. 21, 6. 7. c. 24, 10. c. 29, 17. c. 32, 24. c. 34, 17. Ezech. 5, 12. c. 6, 12. c. 12, 16. c. 33, 27. β) *Metaphorice* ſignificat *exitium*, vel *rem admodum noxiam ac pernitioſam*. Ita capitur, Hoſ. 13, 14. Ero *peſtes tuæ* ô mors, i. e. ero *omnimodum exitium tuum*, ô mors.

דְּבִיר m. *Adytum* α) notat, quod erat tabernaculi, vel templi pars ultima ac intima, ſive *ſanctum ſanctorum*, in quod nemini, præterquam ſummo Sacerdoti ingredi licebat. Appellationem ſortitum eſſe cenſetur à דבר *loqui*, eò quod Deus inde loquebatur & reſponſa dabat. Hieronymo eſt λαλητήριον *Locutorium*; Coccejus vocat χρηστήριον, Lutherus Chor/ 1. Reg. 6, 20. c. 7, 49. c. 8, 6. 8. Pſalm. 28, 2. β) Eſt nomen proprium *urbis* antiquiſſimæ & munitiſſimæ in tribu Judæ ſitæ, quæ olim dicta fuit *Kirjath Sepher*, Jud. 1, 11. i. e. *urbs libri*, Impoſitio autem novi nominis idem refert, quod vetus nomen, quia, ceu R. D. Kimchi ex veteribus Rabbinis obſervat, in Joſ. 15. & Jud. 1, 11. סֵפֶר in Perſicâ linguâ vocatur דביר *liber*. Ratio appellationis incerta. Maſius in Joſ. 15. ex Chaldæo vult, urbem eſſe Archeorum, ſeu tabulariorum, quod ibi multa vetuſtatis monumenta poſt urbis diluvium repoſita fuerint. Conf. Serarius in h. l. Sed Seb. Schmidius in Jud. 1, 11. conjicit, ſic dictam fuiſſe, quod in hac urbe præ aliis viguerit ars faciendorum librorum, h. e. membranarum, papyrorum, aut cujuscunque tum uſitatæ materiæ, in quibus ſcribi, & ex quibus volumina librorum confici ſolebant.

דֹּבֶר m. *Caula*; locus, quò oves *ducuntur*. Bis ſaltem legitur cum Suff. כְּדָבְרָם Iuxta caulam ſuam, Jeſ. 5, 17. דָּבְרוֹ *Caulæ ſuæ*, Mich. 2, 12.

דִּבְרָה f. *Verbum*, *Negotium*, *Res*, *Cauſa*, *Ratio*, *Conditio*. In Statu Conſtr. עַל־דִּבְרַת בְּנֵי הָאָדָם Propter *negotium* vel *conditionem* filiorum hominis, Eccl. 3, 18. עַל־דִּבְרַת שֶׁלֹּא יִמְצָא הָאָדָם Ob

hanc

hanc cauſam, ut non invenire poſſit homo, Eccl. 7, 14. conf. c. 8, 2. Cum Suff. וְאֶל־אֱלֹהִים אָשִׂים דִּבְרָתִי Et ſuper Deum ponam *cauſam meam*, i. e. Deo committam *meam cauſam*, rem, negotium, quiá ei optimè committimus moderamen & noſtri, & omnium rerum noſtrarum, Job. 5, 8. Alii: *ad Deum dirigam eloquium meum.* Sed Pſalm. 110, 4. דִּבְרָתִי מַלְכִּי־צֶדֶק Iuxta *rationem* vel *modum* Melchiſedech, ubi in דִּבְרָתִי י non eſt Suffixum, ſed paragogicum, poniturque pro דִּבְרַת. Paulus, Ebr. 5, 6. reddit κατὰ τὴν τάξιν *juxta ordinem*, &c. 7, 15. κατὰ τὴν ὁμοιότητα *ſecundum ſimilitudinem.*

דַּבְּרוֹת f. pl. *Verba.* Legitur ſaltem cum Suff. דַּבְּרוֹתֶיךָ *Verba tua*, Devt. 33, 3.

דֹּבְרוֹת f. pl. *Rates*, à *ductu* nautarum ſic nominatæ. Legitur ſaltem, 1. Reg. 5, 9.

דְּבֹרָה f. *Apis;* nomen habens vel à continuô ſuſurrô, quem producit; vel à *mirabili ductu & ordine*, qui in apibus apparet, cum ſit animal politicum, ducem habens, populos &c. Vid. Bochartus in Hieroz. P. II. lib. 4. 4. c. 10. Plur. דְּבֹרִים *Apes*, Devt. 1, 44. עֲדַת דְּבֹרִים *Examen* apum, ein Bienſchwarm / Jud. 14, 8. סַבּוּנִי כִדְבֹרִים Circumdederunt me ſicut *apes*, Pſalm. 118, 12. *Metaphoricè* ob multitudinem confertam, & velocitatem deſignat *hoſtes Iſraelitarum*, Jeſ. 7, 18. Sæpius non legitur.

דְּבוֹרָה f. *Debora;* nomen mulieris Prophetiſſæ, Jud. 4, 4. *apem* deſignans, forte à Parentibus ipſi inditum, ut adulta, nominis memor, *ſedulæ apis morem* imitaretur. Donum Prophetiæ nacta *apis* dici potuit ob gratiam & ſvavitatem ſermonum & Prophetiarum. Fuit Judex Iſraelis, ita, ut ipſa judicia exercuerit, & pacis bellique cauſas omnes ad judicem extraordinarium pertinentes direxerit & adminiſtraverit, quamdiu vixit. Vid. Seb. Schmid. Comment. in Jud. p. 413.

מִדְבָּר m. *Loquela, Sermo;* item *Deſertum*, deductum à דבר tum qnatenus *ducere* ſignificat, quia eò pecora ad paſcua duci ſolent; tum quatenus *loquendi* notionem obtinet, quia ibi cuncta reſonant, echo voces reddit & quaſi reducit, aves cantillant &c. מִדְבָּר לֹא אָדָם בּוֹ *Deſertum*, in quô non eſt homo, Job. 38, 26. הַמִּדְבָּר הַגָּדֹל *Deſertum hoc magnum*, Devt. 1, 19. Cum ה locali מִדְבָּרָה *Verſus deſertum*, 1. Chron. 12, 8. In Statu Conſtructo מִדְבַּר שְׁמָמָה *Deſertum vaſtitatis* i. e. vaſtiſſimum, Joel. 2, 3. Cum Suff. מִדְבָּרָהּ *Deſertum ejus*, Jeſ. 51, 3.

1) Generatim non ſuppetit commodum nomen, quod ſignificationibus inferioribus ſit commune, utut *ducendi* notio, quam Radix habet, tàm *loquelæ & ſermoni*, quàm *deſerto communis* ſit, ceu ex ſuperioribus conſtat. 2) Speciatim α) notat *loquelam* vel *ſermonem.* Ita ſemel legitur de ſvavi ſermone ſponſæ, Cant. 4, 3. β) *Deſertum*, prout א) *propril*

prie deſignat *tàm* vaſtam incultamque terræ ſolitudinem, rebus vitæ ſuſtentandæ inſervientibus deſtitutam, ubi nulla dantur oppida, nulli pagi, &, ſi quid ibi naſcitur, pecoribus paſcendis relinquitur, Exod. 31. c. 16, 1. Devt. 1, 19. Job. 38, 26. Jer. 2, 2. 6. &c. *quàm* locum minus vaſtum, minus cultum, minusque habitabilem, ubi ſparſim oppida ac pagi ſunt, Joſ. 15, 61. 62. 1. Reg. 3, 34. Vid. Seb. Schmid. in h. l. Conf. Matth. 3, 1. ב) *Tropicè* α) per *Metonymiam* deſignat tùm *feras in deſerto verſantes*, Pſalm. 29, 8. tùm *plagam meridionalem*, eò quod deſertum Sinaiticum verſus meridiem ſitum erat, Pſalm. 75, 7. β) per *Metaphoram* denotat 1) *locum duriſſimæ conditionis, atque ſtatus* &c. Devt. 32, 10. Jer. 31, 2. conf. Hoſ. 2, 14. ubi *aliquem in deſertum deducere*, idem eſt ac *eum gravisſimis calamitatibus ac ærumnis ſubjicere.* 2) *Gentilismum*, in quô gentiles à regnô Dei alieni, velut in horrendô quodam deſertô verſabantur, remoti à fontibus & paſcuis doctrinæ Evangelicæ & ſalutis &c. Cant. 8, 5. Jeſ. 35, 1. 6. c. 41, 18. 19. c. 43, 19. 20. Unde Dominus *deſerto* pollicetur *fontes*, quibus doctrina Chriſti Evangelica deſignatur, & *arbores*, quibus Doctores verbi & credentes indigitantur. Vide ll. cc. 3) *Deum* negativè, Jer. 2, 3. Ubi Deus populum ſuum reprehendens quærit: Num *deſertum fui Iſraeli?* i. e. num ita, ut deſertum horridum, inamœnum ac inutile *ei* fui, unde nil amœnitatis, nihilque fructûs carpitur?

דְּבַשׁ m. *Mel*, Gen. 43, 11. cujus inſigni copiâ gaudebat Palæſtina, Devt. 8, 8. 1. Sam. 14, 25. 26. 2. Reg. 18, 32. quodque ſe commendat *tàm* ingenti dulcedine, Jud. 14, 18. Ezech. 3, 3. quàm eximia utilitate, Prov. 24, 13. cum ex Medicorum ſententia ſit alimentum medicamentoſum, ſenibus & frigidis naturis commodum, quibus in optimum vertitur ſanguinem, habens vim detergendi & putredini reſiſtendi, vid. Sennert. lib. 4. Inſtit. med. p. 1. c. 3. unde ei comparatur ſapientia acquirenda, Prov. 24, 13. eloquium ſvave & ſalutare, Prov. 16, 24. imò ipſum etiam Dei verbum, ob eximiam, quam habet, ſvavitatem, Pſalm. 19, 11. Pſalm. 119, 103. *Tropicè*, & quidem α) per *Synecdochen* ſpeciei pro genere deſignat *quasvis res dulces & delectabiles*, Exod. 3, 8. 17. Lev. 20, 24. Num. 13, 27. Devt. 6, 3. c. 11, 9. c. 26, 9. 15. c. 27, 3. c. 31, 20. Joſ. 5, 6. Jer. 11, 5. c. 32, 22. Ezech. 20, 6. 15. In quibus locis אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבַשׁ *Terra fluens lacte & melle*, deſignat *copiam & abundantiam optimarum & ſuaviſſimarum rerum plane inſignem.* Conf. Glaſſ. Rhet. ſac. pag. 448. β) Per *Metaphoram*, Jeſ. 7, 15. cum butyro, Seb. Schmidius transfert *ad nutrimentum & pinguedinem ſpiritûs*, diciturque ipſi *Meſſias butyrum & mel comediſſe* per dona unionis perſonalis & communicationem idiomatum, quæ dona accepit ſecundum humanam naturam, ita, ut per divinam ſcientiam noverit reprobare malum & eligere bonum.

דַּבֶּשֶׁת f. *Gibbus* vel *Tuber cameli*, Jeſ. 30, 6. ubi ſaltem legitur; ita verò dici putatur, quod oneribus læſus melle ſanari ſoleat. Vid. Buxtorff. Lex. Aſt celeb. Majus ex Arab. lingua deducit, in quâ דבש

decorticationem & eroſionem notare refert. Unde דַּבֶּשֶׁת *Tuber* appellari potuiſſe cenſet, quia ſemper onere eroſum & quaſi decorticatum, detracta quaſi & læſa pelle, apparet.

דָּגָה *Multiplicatus eſt*, inſtar piſcium. Semel legitur in Fut. וְיִדְגּוּ *Et multiplicentur*, Gen. 48, 16.

דָּג m. *Piſcis*, à *multiplicatione* nomen trahens. Refertur quidem aliàs ad radicem דּוּג *piſcari*; ſed quoniam (ָ) ſub ד in (ְ) tranſire ſolet, quando in Statu conſtructo, aut in Fœminino, accedente Suffixo, vel Regimine adhibetur, ideò potius ad rad. דָּגָה, quàm דּוּג referendum eſt. דָּג גָּדוֹל *Piſcis* magnus, Jon. 2, 1. בִּמְעֵי הַדָּג In viſceribus *piſcis*, Jon. 2, 1. דַּאג Vide in דּוּג Plur. דָּגִים *Piſces*. כַּדָּגִים שֶׁנֶּאֱחָזִים בִּמְצוֹדָה Sicut *piſces*, qui capiuntur reti, Eccl. 9, 12. In Statu Conſtr. דְּגֵי הַיָּם *Piſces maris*, Gen. 9, 2. Num. 11, 22. Job. 12, 8. Hoſ. 4, 3,

דָּגָה f. *Piſcis*, Devt. 18. הַדָּגָה רַבָּה *Piſcis multus*, Ezech. 47, 9. מְעֵי הַדָּגָה *Viſcera piſcis*, Jon. 2, 2. In Statu Conſtr. דְּגַת הַיָּם Piſcis maris, Gen. 1, 26. 28. Cum Suff. דְּגָתָם *Piſcis* eorum, Pſalm. 105, 29. *Tropicè* deſignat *Ægyptios*, Ezech. 29, 4. 5.

דֶּגֶל m. *Vexillum*, Num. 2, 3. Cum. Suff. דִּגְלוֹ *Vexillum* ejus, Num. 1, 52. Plur. דְּגָלִים *Vexilla*. Cum Suff. לְדִגְלֵיהֶם Ad *Vexilla* ſua, Num. 2, 17. 31.

1) Generatim notat *vexillum*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *ſignum militare* in caſtris boni ordinis causâ poni ſolitum, ad quod cohortes colliguntur, & quô prævio, contra hoſtem educuntur. Tribuitur quoque in ſcripturâ caſtris Iſraelitarum, Num. 2, 3. quorum quatuor erant vexilla primaria, quæ ſequebantur 12. tribus Iſrael, ita ut tres unam ſequerentur, Num. 2, 3. 10. 18. 25. R. Aben Eſra ex antiquioribus Doctoribus refert, quatuor iſtorum præcipuorum vexillorum peculiaria fuiſſe inſignia; ſcil. Vexillum *Ruben* habuiſſe figuram *hominis*; vexillum *Judæ* figuram leonis; vexillum *Ephraim* figuram bovis, & vexillum *Dan* figuram aquilæ. Confer Kimchium in Ezech. 1. qui ex Talmude refert: *Dicunt Rabbini noſtri, quod ſi hæ fuerint facies in quatuor vexillis: In vexillo Judæ facies leonis ſecundum id, quod ſcriptum eſt*, Gen. 49, 9. Catulus leonis Juda. *Et in vexillo Ruben, facies hominis, ſecundum id, quod dictum eſt de eo*, Gen. 30, 14. & invenit mandragoras in agro: *Ipſis enim hominis ſimilitudo. Et in vexillo Ephraim, facies bovis, ſecundum id, quod dictum eſt de illo*, Devt. 33, 17. primogeniti bovis ejus decor eſt ei. *Et in vexillo Dan, facies aquilæ, ſicut dictum eſt*, Gen. 49, 17. Erit Dan ſerpens juxta viam. *Et dicitur*, Jeſ. 30, 6. Vipera & ſerpens juxta viam. *β*) *Metaphoricè* eſt Symbolum *amoris*, ut ſponſa poſtpoſitis omnibus rebus ſponſum unicè ſectetur & amet, Cant. 2, 4.

דָּגַל *Vexillum erexit*. Quater ſaltem legitur. Fut. נִדְגֹּל *Vexillum*

Digitized by Goog

lum erigemus, Pſalm. 20, 6. ubi indigitatur animoſus belli apparatus ex pia in Deum fiducia. Part. Paul דָּגוּל *Vexillatus, Vexillo ornatus, Vexillifer*, Cant. 5, 11. ubi deſignantur *majeſtas & eminentia ſponſi.* Niphal Part. pl. f. אֲיֻמָּה כַּנִּדְגָּלוֹת Terribilis ſicut *vexillatæ, vexillis circumdatæ*, Cant. 6, 4. 10. i. e. Terribilis hoſtibus ſpiritualibus, ceu cohortes militares ſub diſtinctis vexillis in certos ordines diſtributæ, & ad pugnandum inſtructæ hoſti facilè terrorem injicere ſolent.

דָּגָן m. *Frumentum.* Coccejus refert ad rad. דָּגָה *Multiplicatus eſt*, haud dubiè, quia *frumentum ſeminatum* cum magnâ copiâ redire ſolet. אֶרֶץ דָּגָן וְתִירוֹשׁ Terra *frumenti* & muſti, 1. Reg. 18, 32. Jeſ. 36, 17. דָּגָן וְתִירוֹשׁ סְמַכְתִּיו *Frumento* & muſto fulcivi eum, Gen. 27, 37. In Statu Conſtr. דְּגַן שָׁמַיִם *Frumentum* cœli, i. e. ex aere deſcendens, Pſalm. 78, 24. Cum Suff. תָּכִין דְּגָנָם Præparas *frumentum eorum*, Pſalm. 65, 10.

1) Generatim notat *frumentum quodcunque*, & latius patet, quàm בָּר. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *frumentum* cibo hominis inſerviens, tribulis excuti ſolitum, legiturque *tum* de *eo*, quod nondum excuſſum eſt, ſed adhuc in agrô ſtat, Joel 1, 10. 17. *tùm* de *eô*, quod jam excuſſum eſt, Num. 18, 27. Neh. 5, 2. 3. *β*) *Tropicè* א) per *Metaphoram* deſignat 1) *Man*, in aere ſuperiori generatum, & inde in terram deplutum, quod ſpeciem *frumenti* referebat, & in nutrimento eundem præſtabat uſum, quem frumentum propriè dictum præbere ſolet, Pſalm. 78, 24. 2) *Doctrinam Evangelii*, unde naſcuntur & nutriuntur fideles, Zach. 9, 17. ב) Per *Metonymiam cauſæ* pro cauſatô notat *panem*, qui ex frumento conficitur, Thren. 2, 12. conf. c. 4, 4.

דָּגוֹן m. *Dagon*, nomen proprium *idoli* Philiſtæorum, Jud. 16, 23. de cujus formâ diſputant eruditi. R. Sal. formam *piſcis* ei adſignat R. Dav. Kimchi autem ſcribit: *Dagonem ab umbilico deorſum fuiſſe formam piſcis, ab umbilico autem ſurſum formam hominis.* R. Levi autem idolum in formâ hominis factum refert. Qui formam *piſcis* huic idolo adſignant, deducunt nomen â דָּג *piſcis.* Qui verò *hominis* formam ei attribuunt, nomen deducunt â דָּגָן *frumentum*, eò, quod ipſum Deaſtrum *frumenti inventorem* crediderint ſuperſtitioſi gentiles. Vid. Schmid. Avenar. Druſius, & alii. His calculum addit Bochartus in Hieroz. P. I. c. 8. p. 44. nixus auctoritate vetuſti ſcriptoris Sanchioniathonis, â Philone Byblio citati, cui dicitur Σίτων *frumentarius*, hac nominis causâ additâ: ἐπειδὴ εὗρε σῖτον καὶ ἄροτρον. Seb. Schmidius conjicit, aliquem ex Gigantibus fuiſſe. Arcâ Dei captiva in ædem Dagonis illatâ, impurum illud idolum coram ea ſemel atque iterum in terram pronum ceciderat, capite tandem & manibus limini alliſis truncatum, 1. Sam. 5, 3. 4.

דָּגַר *Colligere*, vel *Congregare* in genere quamcunque rem; in ſpecie autem

Digitized by Google

autem *Colligere vel congregare ſub ſe ova* vel *pullos*, ut foveantur. Bis ſaltem legitur in Fœminino, Jer. 17, 11. de colligendis ovis, & Jeſ. 34, 15. de congregatione pullorum.

דַּד m. *Mamma, Uber.* Dicitur more Chaldaico ex Ebr. שַׁד formatum; cui conſonum eſſe videtur Græcorum τιτθός, τιτθή & Germanorum Dütten / דַּדֶּיהָ *Ubera ejus.* Teſte Mercero ſunt, qui referunt ad דּוֹד, ut ab *amore* ubera nomen habeant, Prov. 5, 19. דַּדֶּיךָ *Ubera tua, mammæ tuæ*, Ezech. 23, 21. In Statu Conſtr. דַּדֵּי בְּתוּלֵיהֶן *Mammæ virginitatis earum*, Ezech. 33, 3.

דָּדָה *Lentum & tardum motum ac inceſſum* denotat, ut Kimchi in libro Radicum exponit. Aſt in Kal non legitur. Bis ſaltem occurrit in Hithpael. הִדַּדָּה *Se movit, Inceſſit, Greſſus vel progreſſus eſt ſenſim ac leniter*, pro הִתְדַּדָּה, ת Characteriſticô in ד, quia eſt cognatæ pronunciationis litera, per Dageſch forte exhibito. Fut. אֶדַּדֶּה Movebo me, incedam leniter, Jeſ. 38, 15. Cum Suff. אֶדַּדֵּם *Movebo me* cum illis, Jeſ. 42, 5.

דְּדָן m. *Dedhan*, nomen pr. *filii Raamæ, plus ultra progreſſurum* ſignificans, Gen. 10, 7.

דְּהַב m. *Aurum*, quod Chaldaicè formatum eſt ex Ebræorum זָהָב *Aurum*; unde deſcendit.

מַדְהֵבָה f *Auri cupido*, Jeſ. 14, 4. Præterea non legitur.

דָּהַם *Defatigavit*; Sed in Kal non legitur. Niphal נִדְהַם *Defatigatus eſt.* Part. נִדְהָם Defatigatus, Jer. 14, 9. & innuit *impotentiam & infirmitatem viri bellatoris*, qui alii tanquam fortiori reſiſtere nequit. Sæpius non legitur in codice ſacro; Apud Arabes frequentius occurrit, &, quia iis notat *ſupervenire incidereque de improviſo*, & in Conj. 4. *male habuit, male ceſſit*, & nomen inde deſcendens דהים *Infortunium, malum & fatuum* deſignat; Ideò celeb. Dn. Majus l. c. commodè ita reddi poſſe putat; *Quare es ſicut vir fatuus, qui nullum dare conſilium in afflictis rebus poſſit?* vel mitius quodammodo: *Quare es ſicut vir infortuniô ita circumventus, ut extricare ſe & ſalubre conſilium reperire nequeat?*

דָּהַר *Plauſit.* Saltem de *equis* adhibitum legitur, qui citatô curſu feſtinant, & terram ungulis plaudunt. Caſtalio reddit: *Quadrupedavit.* Saltem invenitur Participium דֹּהֵר *Plaudens, feſtinanter currens*, Nah. 3, 2.

דַּהֲרוֹת f. *Plauſus*, qui ſunt equorum. R. Levi notare cenſet *curſum intenſiſſimum*, quô terra validè feritur & concutitur. Bis ſaltem legitur, Jud. 5, 22.

תִּדְהָר m. *Teda*, Jeſ. 41, 19. c. 60, 13. Eſt arbor quædam reſinifera.

דּוֹב *Urſus, a*, vide ſub Radice דָּבַב.

דּוּג *Piſcari, piſces capere.* In Kal non legitur. Hiphil הֵדִיג *Piſca-*

ſcatus eſt. Semel legitur de Judæorum *hoſtibus*, qui eos inſtar piſcium capturi erant, Jer. 16, 16. וְדִיגוּם *Et piſcabuntur eos*, pro וְהִדִּיגוּם, Præformativo ה per Aphæreſin ablatô.

דָּג m. *Piſcis.* Inde eſt per Epentheſin דָּאג, literâ א inſertâ, Neh. 13, 16. perinde ut in רָאשׁ Prov. 10, 4. Plur. דָּגִים *Piſcatores*, 1. Reg. 4, 33. Plura vide ſub radice דָּגָה.

דַּוָּג m. *Piſcator.* Bis legitur in Plurali דַּוָּגִים *Piſcatores*, ſed *Metaphoricè*; nempe Jer. 16, 16. ubi deſignantur *Judæorum hoſtes, Chaldæi*, qui impios Judæos velut in rete piſcatorium coactos, ac in ſagenâ concluſos capiebant; & Ezech. 47, 10. ubi *Apoſtoli Chriſti* denotantur, qui homines prædicatione Evangelii velut reti capturi erant.

דַּיָּג m. *Piſcator.* Semel legitur in Plurali דַּיָּגִים *Piſcatores*, Jeſ. 19, 8.

דּוּגָה f. *Piſcatio.* Tantum extat, Am. 4, 2.

דּוֹד m. *Dilectus; Patruus.* דּוֹד שָׁאוּל Patruus Saulus, 1. Sam. 10, 14. Cum Suff. דּוֹדִי *Dilectus meus*; Cant. 5, 6. Plur. cum Suff. לִבְנֵי דֹדֵיהֶן Filiis *patruorum ſuorum*, Num. 36, 11.

1) Generatim notat *conjunctum alteri* ſive *amore*, ſive *conſanguinitate & cognatione.* Unde 2) Speciatim α) notat *Dilectum*, *Amicum*, *Sponſum*, diciturque in Canticô de Chriſto, qui eſt Amicus & Sponſus Eccleſiæ, imò cujuslibet animæ fidelis, quam ardentiſſimô amore proſequitur, Cant. 1, 13. 14. 16. c. 2, 3. 8. 9. 10. 16. 17. c. 4, 16. c. 5, 2. 4. 8. 10. 16. c. 6, 2. c. 7, 12. 13. 14. β) *Patruum*, qui conſanguinitate alteri eſt conjunctus, Lev. 10, 4. 1. Sam. 10, 14. 15. Eſth. 2, 15. Eodem nomine in hac ſignificatione inſignitur *Meſſias*, Jeſ. 5, 1. propter *incarnationem*, quâ nobis conſubſtantialis factus eſt.

דָּוִד *David*, nomen proprium *Iſai filii natu minimi*, ſonans *amabilem & dilectum.* Ad regiam dignitatem evectus fuit, & typum Meſſiæ geſſit; unde hic ſæpius *Davidis* nomine venit, Jer. 30, 9. Ezech. 34, 24. c. 37, 24. Hoſ. 3, 4. Am. 9, 11. Non enim in Scriptura infrequens eſt, antitypum gerere nomen ſui typi & contrà. Vid. Pfeiff. Theſ. Hermenevt. c. 3. can. 16. p. m. 178.

דּוֹדִים m. pl. *Amores*, quibus animi conjunguntur, connotatis jucunditatibus, quæ ex mutuo amoris commerciô enaſcuntur; Ut ſunt Sponſi cœleſtis erga ſponſam, Cant. 1, 2. 4. fidelium erga Chriſtum, Cant. 4, 10. c. 5, 1. in torô inter amantes, Prov. 7, 18. Ezech. 16, 8. c. 23, 17. Sæpius non legitur.

דּוֹדָה f. *Amita*, quæ conſanguinitate & cognatione aliis *conjuncta* eſt. In Statu abſoluto nudè non occurrit. Locus enim ex Cant. 8, 3. in Concordant. Buxtorffii citatus exhibet maſculinum cum Suffixo דֹּדָהּ *Amicum ſuum.* Cum Suffixo ter legitur דֹּדָתוֹ *Amita ejus*, Exod. 6, 20. Lev. 20, 20. & דֹּדָתְךָ *Amita tua*, Lev. 18, 14.

דּוּד m. *Abenum, Lebes, Olla, Caniſtrum.* כְּדוּד נָפוּחַ *Sicut* (ex) *olla exufflata*, i. e. ſub quâ ignis eſt exſufflatus, ut valde ardeat, illaque ad ebullitionem usque ferveat, Job. 41, 11. Plural. דּוּדִים *Abena*, 2. Chron. 35, 10. וַיָּשִׂימוּ אֶת־רָאשֵׁיהֶם בַּדּוּדִים Poſueruntque capita eorum in *corbes*, 2. Reg. 10, 7. In Statu Conſtr. דּוּדָאֵי תְאֵנִים *Caniſtra, corbes ficuum*, Jer. 24, 1. pro דּוּדֵי, literâ א per Epentheſin inſertâ.

1) Generatim notat *vas concavum profundius*, in quô res conjunguntur, ut vel coquantur, vel è locô in locum portentur. Unde 2) Speciatim α) notat *ollam*, Job. 41, 11. *lebetem*, 1. Sam. 2, 14. *abenum*, 2. Chron. 35, 13. β) *Corbem* vel *caniſtrum*, 2. Reg. 10, 7. Jer. 24, 1. 2. item *vas*, in quô lutum è loco in locum â bajulis portatur, Pſalm. 81, 7. Conf. Geier. in h. l. Aſt Seb Schmidio notat *fornacem*.

דּוּדָאִים m. pl. *Dudaim.* Florum genus eſſe quidam cenſent. Fullerus lib. 6. Miſcell. ſacr. c. 6. LXX. Hieronymum & alios ſecutus *μανδραγόρας* eſſe defendit, per concentum etymologiæ Ebraicæ cum medicis, herbariis, fabulis Theologiæ Gentilium. Quandoquidem ex illis eſt planta amatoria Veneri ſacra, odorifera, guſtui grata. Joh. Clericus *amomum* deſignari conjicit, quod odoratum eſt, & fructus uvarum inſtar profert, & juxta Dioſcoridem fœminis utile eſt. Raſchi cum aliis ob odorem interpretatur *violas.* Hiſcuni *ficus* reddit. Junius, Tremellius & Piſcator putant *flores amœnos*, vel *amabiles* fuiſſe, quorum faſciculum Ruben domum attulit. Franciſco Georgio Tom. 1. Probl. 215. Oleaſtrio & Carthwrigtho ſunt *lilia*, alliis autem *Helicabum*, Jüden-Kirſchen. Sed forte cum B. Pfeiffero dicendum, דּוּדָאִים fuiſſe *ſpeciem florum, tàm colore, quàm odore inſignium, probabiliter liliorum.* Florum ſpeciem fuiſſe, arguit *tempus*, quô reperti fuerunt, quippe reperti eô anni tempore, quô fructus nondum maturuerunt, Cant. 7, 13. *Liliorum* autem ſpeciem fuiſſe, arguit tùm *tempus*, quia florentibus liliis floret vitis, Cant. 7, 13. tum *loci circumſtantia*, quia referente Rauwolffiô itin. P. I. c. 19. in Syria lilia aliique fragrantes & amœni flores in arvis inter ſegetes florere ſolent; tùm *figurâ*, quia דּוּדָאִים eſt à ſingulari דּוּד, quod *calathum* ſignificat; lilia autem ſpecie *calathos* eſſe, quis ignorat? Vid. Pfeiff. Dub. Vex. Cent. 1. 173. & ſeqq.

דָּוָה *Elanguuit, Langvidus, Pertæſus fuit*, inſtar mulieris vel menſium fluxu laborantis, vel recentis à partu. Juxta R. Davidem ſaltem Infinitivus occurrit cum Suff. Lev. 12, 2. דּוֹתָהּ *Langvere ipſius.* Sed Buxtorffio & aliis nomen eſt.

דָּוֶה m. *Langvidus*, & Fœm. דָּוָה *Langvida.* *Propriè* dicitur de *fœmina*, quæ ex menſium fluxu languet, Lev. 12, 2. c. 15, 33. c. 20, 18. Jeſ. 30, 22. *Tropicè* autem transfertur ad *Hieroſolymam deſolatam*, ex ruderibus ſuis ingemiſcentem, quæ omni privata robore inſtar menſtruatæ ma-

mulieris langvida erat, & Thren. 5, 17. tribuitur *cordi*, ob maximas aſſli-ctiones, dolores & angores defectum patienti.

דַּוָּי m. *Langvidus*; ex malorum & aſſlictionum ſenſu defectum pa-tiens, dem ohnmächtig werden will. Ter legitur, ſed ut epitheton *cordis*, quod ex graviſſimorum malorum, maximarum aſſlictionum & intenſiſ-ſimorum dolorum ſenſu languet & defectum patitur, Jer. 8, 18. Thren. 1, 22. Conf. Jeſ. 1, 5. ubi *cor totum languere* dicitur, ad deſignandas *ma-ximas aſſlictiones* ſapientibus populi Judaici ob antegreſſa peccata à Deo immiſſas.

דְּוַי m. *Languor.* Bis ſaltem legitur, Pſalm. 41, 4. ubi indigitatur *morbus*, qui ægrotum affigit lecto; & Job. 6, 7. in Plurali Stat. Conſtr. כִּדְוֵי לַחְמִי *Sicut languores panis mei*, h. e. ſicut *languores*, qui mihi enaſcuntur partim ex *panis* nauſeâ & faſtidiô, partim ex opinione, quaſi noxius potius eſſet & dolorificus, quàm ſalubris.

דְּוֹת f. pl. *Languores*, juxta pleroſque ferè, Lev. 12, 2.

מַדְוֶה m. *Languor.* Bis legitur. In Statu Conſtr. מַדְוֵה מִצְרַיִם *Languor* Ægypti, Devt. 28, 60. In Plur. Stat. Conſtr. מַדְוֵי מִצְרַיִם הָרָעִים *Languores* Ægypti mali, Devt. 7, 15.

מַדְוֵיהֶם *Veſtes eorum.* Vide in rad. מָדַד.

דוח In Kal non legitur. In Hiphil הֵדִיחַ *Diſpulit*, & Metaphoricè *Abluit*, quia abluendo diſpelluntur ſordes. Quater legitur. הֱדִיחָנִי *Diſpulit* me, Jer. 51, 34. Fut. דְּמֵי יְרוּשָׁלַםִ יָדִיחַ Sanguines Hieroſo-lymæ *abluet*, i.e. tollet peccata ejus mortalia, Jeſ. 4, 4. יָדִיחוּ *Ablu-ent*, 2. Chron. 4. 6. Ezech. 40, 38.

דוך *Tundere, Contundere*, Tantum extat Num. 11, 8. דָּכוּ בַּמְּדֹכָה *Tundebant* in mortariô.

דַּךְ *Pauper*, vide in דָּכַךְ.

מְדֹכָה f. *Mortarium*, in quô aromata, aliæque res contundi ſolent. Tantum legitur, Num. 11, 8.

דּוּכִיפַת f. *Gallus rupis, ſylveſtris.* Originem hujus vocis varii va-riè tradunt. Compoſitam eſſe communiter ſtatuunt, ſed compoſitio-nis rationem diverſam admodum ſtatuunt, quam vide apud Bochartum in Hieroz. P. II. lib. 2. c. 31. p. 343. & ſeqq. LXX Interpretes *upupam* red-dunt, quibus accedit Bochartus l. c. p. 345.

דום *Silere.* Piel דּוֹמֵם *ſilere fecit.* Vide in דָּמַם.

דּוּמָה f. *Silentium.* Bis ſaltem legitur de *ſepulchro*, ubi altiſſimum eſt *ſilentium*, nullusque motus, nullus ſtrepitus, nullus ſermo &c. perci-pitur, Pſalm. 94, 17. Pſalm. 115, 17. Aliàs eſt nomen proprium α) *Filii Iſmaelis*, Gen. 25, 14. β) *Urbis* in tribu Judæ ſitæ, Joſ. 15, 52. item juxta quosdam urbis Edomitarum, Jeſ. 21, 11. Sed per *Dumam* h. l. Sebaſt. Schmidius mavult cum aliis intelligere *Idumæam*, quæ ſic dicatur *alluſivè* ſeu *paronomaſticè*, ut complectatur *prophetiæ ſummam.* Quia enim

 דּוּמָה

Digitized by Google

דּוּמָה *Silentium* ſignificat, ſilentium autem eſt *noctis*, inde eam vocat דּוּמָה, quia in nocte tribulationis & vaſtationis ſilentes & trementes ſeſſuri erant.

דּוּמִיָּה f. *Silentium*, vide in דָּמָה. Videtur eſſe nomen formæ mixtæ ex דּוּם & דָּמָה.

דּוּמָם m. *Silens*. Ter ſaltem legitur, nempe Jeſ. 47, 5. de captivâ *filia Babelis*, quæ priori nomine & gloria exuta, perpetuò ſilere debebat, Thren. 3, 26. de *homine*, qui afflictiones placidè & ſedatô animô fert, arbitrio Dei ſe totum committens, & in ipſius promiſſionibus de ferendâ ope totus acquieſcens. Et Hab. 2, 19. de Idololatrarum ſimulacro, loquendi facultate deſtituto.

דּוּן *Judicare; Diſceptare* &c. דָּן דִּין עָנִי *Judicavit judicium miſeri*, Jer. 22, 16. דִּין לֹא דָנוּ Judicium non *judicant*, Jer. 5, 28. Fut. לֹא יָדוֹן רוּחִי בָאָדָם לְעֹלָם *Non arguet* Spiritus meus hominem in perpetuum, Gen. 6, 3. Niphal נָדוֹן *Diſceptavit*. Part. נָדוֹן *Diſceptans*, 2. Sam. 19, 10. Hiphil הֵדִין *Judicavit*. Infin. לָדִין *Ad judicandum*, Pſalm. 50, 4. pro לְהָדִין Præformativo ה per Aphæreſin ablato, & (ָ), quod ſub eo erat, in locum (:) ſub ל tranſlato. Imper. דִּינוּ *Judicate*, Jer. 51, 12. pro הָדִינוּ Præformativo ה ſimiliter per Aphæreſin ablatô. Fut. יָדִין עַמּוֹ *Judicabit* populum ſuum, Gen. 49, 16. יָדִין לְאֻמִּים בְּמֵישָׁרִים *Judicabit* populos in rectitudinibus, i. e. rectiſſimè, Pſalm. 9, 9.

1) Generatim deſignat *juris* vel *cauſæ agitationem*, quacunque fiat ratione. Inde 2) Speciatim *α*) eſt *Diſceptare*, *Contendere*, 2. Sam. 19, 10. Eccl. 6, 10. Conf. Gen. 6, 3. ubi innuitur *elenchus Spiritus Sancti* per verbum concionis, quem non in perpetuum in vel cum hominibus impiis antediluvianis exerciturus erat. *β*) Eſt *judicare*, cauſam cognoſcendo, inſontes abſolvendo, ſontes verò condemnando & puniendo, Gen. 49, 16. Pſalm. 7, 9. Pſalm. 110, 6. Jeſ. 3, 13. & ſpecialius quidem eſt *oppreſſi cauſam agere, innocentiam ipſius in lucem protrubere, hoſtesque meritis afficere pœnis*, Gen. 15, 14. Pſalm. 54, 3. Pſalm. 135, 14. Jer. 5, 28. c. 22, 16. *β*) Notat *punire*, *ulciſci*, Devt. 32, 36. Job. 36, 31. Ita integra phraſis *judicare judicium* ſeu *cauſam*, Jer. 30, 13. exponitur de judiciô vindicativô, quô quis ab oppreſſoribus liberatur. Vid. Seb. Schmid. in l. c.

דָּן m. *Dan*; notans *judicem*, eſt nomen propr. *α*) *Filii Jacobi* ex Bilhâ, Rahelis ancillâ, ſuſcepti, quem ita vocavit Rahel, quod Deô judice obtinuerat cauſam, vel quod Deus ipſius cauſam egerat, dicens: *Deus judicavit me*, Gen. 30, 6. Significationem nominis reſpicit quoque Jacobus, morti vicinus, inquiens: *Dan* judicabit populum ſuum, ſicut una tribuum Jſraelis, Gen. 49, 16. ubi *Dan* Metonymicè deſignat *Danis poſteros*. *β*) *Urbis* in finibus borealibus terræ Iſraeliticæ, quæ olim Lais vocabatur, ſed à Danitis occupata, ab iisdem in memoriam *Patris Dan* dice-

dice-

by Google

dicebatur *Dan*, Jud. 18, 29. Frequens eſt in Scriptura Phraſis: *A Dan usque ad Beerſeba*; cujus ſenſus eſt: *Ab unò extremô terræ Iſraeliticæ ad alterum.* γ) *Lacûs* vel *Voraginis ad radices Libani exortæ*, Gen. 14, 14. ubi Abraham hoſtes aſſecutus eſt, & ubi prima Jordanis origo deprehenditur, quam Joſephus de Bel. Jud. lib. 3. c. 35. *Phialam* vel *Poculum* vocat, à *rotunditate ſuâ*, quâ *rotæ* præferebat ſpeciem; Incolæ autem teſte ſummè Rev. Dn. D. Danzio in Prælect. publ. vocabant דַּן, vel דַּנָּא in Statu Emphaticô, ab *eadem externa figura poculi*, vel *dolii inſtar rotunda.* Id enim דַּן Syro-Chaldæis denotat, ut ex multis Talmudis locis conſtat, v. g. Berachoth f. 51. b. l. 33. f. 56. a. l. 27. 29. Schabb. f. 66. b. l. 19. Joma f. 28. b. l. pen. Avoda Sara f. 60. a. l. 7.

דַּיָּן m. *Judex.* Bis ſaltem legitur, nempe 1. Sam. 24, 16. ubi David Deum inter ſe & Saulem poſtulat *judicem*, ut ſuam cauſam cognoſcat & agat, innocentiam afflicti in lucem protrahat, & perſecutorem meritis pœnis afficiat; & Pſalm. 68, 6. ubi in Statu Conſtr. Meſſias dicitur דַּיַּן אַלְמָנוֹת *Judex viduarum*, qui viduarum cauſas cognoſcat & agat, easque potentiſſimè contra adverſarios tueatur, vindicet & tandem denuò exhilaret.

דִּין m. *Judicium*; *Cauſa* &c. מֶלֶךְ יוֹשֵׁב עַל־כִּסֵּא דִין Rex ſedens ſuper throno *judicii*, Prov. 20, 8. דִּין לֹא דָנוּ *Judicium* non judicant, Jer. 5, 28. בֵּין דִּין לְדִין *Inter judicium & inter judicium*, Devt. 17, 8. Cum Suff. עָשִׂיתָ מִשְׁפָּטִי וְדִינִי Feciſti judicium meum & *cauſam meam*, Pſalm. 9, 5.

1) Generatim *judicii* notionem infert. 2) Speciatim α) innuit *judicii actum*, quò cauſa cognoſcitur, *examinatur* & *dijudicatur*, Prov. 20, 8. Confer. Job. 35, 14. ubi indigitatur judicium extremum, quô juſtiſſimus judex hominum cauſas accuratiſſimè cognoſcet, exactiſſimè examinabit & juſtiſſimè dijudicabit. β) *Judicii normam*, ſecundum quam cauſæ examinantur & dijudicantur, nempe *Jus*, Eſth. 1, 13. γ) *Judicii objectum*, ſeu cauſam judicandam, quæ ſecundum legem cognoſcenda & dijudicanda offertur, Devt. 17, 8. Pſalm. 9, 5. Pſalm. 140, 13. Prov. 29, 7. c. 31, 8. Jer. 5, 20. c. 22, 6. Conf. Prov. 22, 10. ubi cauſa diſceptandi indigitatur. δ) *Judicii conſequens*, ſcil. *pœnam ejusque inflictionem*, quam *judicium punitivum*, item *vindicativum* vocant, Job. 36, 17. Pſalm. 76, 9.

דּוּן m. *Judicium.* Semel legitur Job. 19, 29. de judiciô vindicativô. לְמַעַן תֵּדְעוּן שַׁדּוּן Ut cognoſcatis, *quod ſit judicium.* שַׁדּוּן R. Salomo pro unâ voce reputat, deductâ ex שָׁדַד *Vaſtavit*, ut notet *vaſtationem.* Sed potius eſt ex דּוּן *judicare*, & שֶׁ eſt Præfixum ex אֲשֶׁר factum.

מָדוֹן m. *Lis*, *Jurgium*, à דּוּן *judicare* ſic dictum, quia propter jurgia ſopienda judicia inſtituta ſunt. אִישׁ מָדוֹן *Vir contentionis*, *litis*, i. e.

 conten-

Digitized by Google

contentioſus, 2.Sam. 21, 20. יגרה מדון Miſcebit *litem*, Prov. 28, 25. Plur. מדונים *Lites, Jurgia*, literâ ו per (ָ) motâ, & Cholem in (ְ) correptô, ob quod (ְ) ſub ם ex (ָ) ob incrementum finale factum, mutatur in (ִ) Prov. 21, 9. Sed Prov. 18, 18. eſt מדינים, literis ו & י alternantibus. In Statu Conſtr. מדיני אשה *Contentiones* mulieris, Prov. 19, 13.

1) Generatim notat *contentionem & jurgium.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *acrem concertationem*, e. g. inter maritum & rixoſam uxorem, Prov. 19, 13, c. 21, 9. 18. c. 25, 24. inter ebrios, Prov. 23, 29. inter duos de diviſione aut adjudicatione alicujus rei æqualiter debitæ, Prov. 18, 18. inter fratres, Prov. 18, 18. quæ excitatur ab iracundô. Prov. 15, 18. c 29, 22. perverſis ac ſubdolis, Prov. 16, 28. ſcurris ac deriſoribus, Prov. 22, 10. ſuperbô & arrogante, Prov. 28, 25. Hìc notes, quod איש מדון *Vir contentionis* dicatur vel *activè*, ut notet *eum*, qui cum aliis libenter rixatur & jurgia miſcet, 2. Sam. 21, 20. vel *paſſivè*, ut notet *eum*, qui aliorum contentiones & rixas adverſus ſe pati cogitur; ita *vir contentionis* dici putatur Jeremias c. 15, 10. quanquam utrumque conjungi poſſe cenſet Seb. Schmidius, ut ſenſus ſit: *Ego habeor & videor vir rixoſus, & cum quò illi viciſſim meritò rixentur, ut reprehendam illos, illique viciſſim me.* β) *Metonymicè* deſignat *contentionis & jurgii objectum ſeu materiam*, Pſalm. 80, 7.

מדנים m. pl. *Contentiones, Lites, Jurgia.* Ter legitur Prov. 6, 14. 19. c. 10, 12.

מדינה f. *Provincia, Ditio*, quaſi *jurisdictio* dicta, ubi jus & judicium exercentur, Eſth. 1, 22. Plur. מדינות *Provinciæ*, Eſth. 1, 22. Eccl. 2, 8. Thren. 1, 1.

דוץ *Gaudiô exilire, exultare.* Saltem reperitur Futurum תדוץ *Exſilit*, Job. 41, 14.

דור *Circumire* apud Arab. in 1. Conj. *vertere* in 2. Conj. *rotundare* in 10. Conj. Unde Bocharto Hieroz. P. II. lib. 5. c. 8. p. 712. eſt *Habitare*, quia primæ habitationes fuerunt *rotundæ*. Et hinc porro eſt *ætatem agere, ordine & ſucceſſivè durare, vivere*; item *ſtruere, exſtruere.* Vid. Hottingeri Lex. Harm. Legitur ſaltem in Infin. מדור באהלי רשע *Præ habitare*, vel *ætatem omnem agere* in tentoriis impietatis, Pſalm. 84, 11.

דור m. *Ætas, Genemtio* &c. דור תהפכות *Genemtio perverſionum*, i. e. perverſa, Devt. 32, 20. דור סורר ומורה *Genemtio* perverſa & rebellis, Pſalm. 78, 8. משוש דר ודר Gaudium *generationis & genemtionis*, i. e. per multas ætates & ſecula duraturum, Jeſ. 60, 15. לדר דר *In generationem genemtionis*, i. e. in æternum, Exod. 3, 15. Plur. דרים *Genemtiones*, Pſalm. 72, 5. Fœm. דרות Jud. 3, 2.

Cum

Digitized by Google

Cum Suff. דֹּרֹתֵיכֶם *Generationes veſtræ*, Lev. 23, 43. נֹחַ אִישׁ צַדִּיק תָּמִים הָיָה בְּדֹרֹתָיו Noah vir juſtus, integer fuit in *generationibus ſuis*, i. e. juſtiſſimus & integerrimus fuit *generationum ſuarum*, Gen. 6, 9. Vid. Danz. Interpr. §. 14.

1) Generatim notat *ætatem.* 2) Speciatim α) ſemel poſitum א) *propriè* notat *durationem vitæ*, vel *periodum annorum, quibus vita circumſcribitur*, Jeſ. 38, 12. c. 42, 11. c. 53, 8. Kimchi in lib. Rad. ita declarat: זמן חיי האדם; vel: כל ימים אשר דר אדם בעולם *Tempus vitæ humanæ*, vel *univerſi dies, quos homo habitando tranſigit in hoc mundo.* ב) *Tropicè* 1) per *Metonymiam* notat tùm *multitudinem hominum*, qui unâ ætate, vel eodem tempore vivunt, licet annis aliquantum differant, Gen. 6, 9. Num. 32, 13. Devt. 2, 14. Jer. 2, 31. tùm *homines*, qui ſucceſſivè generantur, & nomine poſteritatis, vel poſterorum veniunt, Joſ. 22, 27 Pſalm. 22, 31. Pſalm. 42, 16. Pſalm. 71, 18. 2) Per *Metaphoram* deſignat *hominum genus*, etſi non cognatum ſeminis propagatione, ingeniô tamen & moribus; ſeu notat *homines*, qui iisdem ſunt moribus, eandemque vitæ rationem ſectantur, Devt. 1, 35. c. 32, 5. 20. Pſalm. 12, 8. Pſalm. 14, 5. 6. Pſalm. 78, 8. β) *Duplicatum* ſive abſolutè, ſive intercedente aliqua particulâ *diſtributionem* infert, indigitans *continuationem, perpetuitatem ac æternitatem*, Exod. 3, 15. Pſalm. 10, 6. Pſalm. 33, 11. Pſalm. 85, 6. Pſalm. 102, 25. Jeſ. 13, 20. c. 51, 8. c. 60, 15.

דַּר m. *Unio, Margarita*; à *rotunditate* nomen ducens. Ita explicatur à Bocharto, Eſth. 1, 8. Vid. Hieroz. Part. 2. lib. 5. 8.

דּוּר m. *Pila, Orbis*; à *rotunditate* ſic dicitur, Jeſ. 22, 18. c. 29, 3. Item *Rogus*, ſtrues materiæ combuſtibilis *rotunda*, Ezech. 24, 5. Sæpius non occurrit.

דַּרְדַּר m. *Tribulus, Carduus*, propter ſemen *rotundum* in *rotunda* ſiliquâ incluſum, ſic dictus. Legitur Gen. 3, 15. & Hoſ. 10, 8. vide tamen etiam דרר.

מְדוּרָה f. *Rogus*, à *rotundâ* lignorum ſtrue ſic dictus, Ezech. 24, 5. Cum Suff. מְדֻרָתָהּ *Rogus, Pyra ejus*, Jeſ. 30, 33. Sæpius non legitur.

דּוּשׁ *Calcare, Conculcare, Triturare.* דָּשׁ חִטִּים *Triturabat* tritica, 1. Chron. 21, 20. Infin. עַל־דּוּשָׁם בַּחֲרֻצוֹת בַּרְזֶל אֶת־הַגִּלְעָד *Propter trituraſſe*, i. e. *propterea, quod triturarunt* tribulis ferri Gileadem, Am. 1, 3. Jeſ. 28, 28. eſt אֱדוּשׁ *Triturando*, א per Proſtheſin accedente. Fut. תָּדוּשׁ הָרִים *Triturabis* montes, Jeſ. 41, 15. Niphal נָדוֹשׁ *Conculcatus, Trituratus fuit*, Jeſ. 25. 10. Infin. כְּהִדּוֹשׁ *Secundum conculcari*, i. e. *ſicut conculcatur*, Jeſ. 25, 10. Hiphil הֵדִישׁ *Conculcavit, Trituravit.* Infin. בְּדִישׁוֹ *In triturare ipſum*, i. e. *cum triturat*, Devt. 25, 4. pro בְּהַדִישׁוֹ, Præformativô ה per Aphæreſin ablatô. Hophal הוּדַשׁ *Trituratus eſt.* Fut. יוּדַשׁ *Triturabitur*, Jeſ. 28, 27.

1) Gene-

Digitized by Google

1) Generatim eſt *conculcare*, ceu patet ex Jeſ. 25, 10. conf. Job. 39, 15. vel 18. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *triturare*, quod *calcando* etiam quondam fieri ſolebat. Frumentum enim triturabatur & excutiebatur pedibus jumentorum, Devt. 25, 4. rotisque plauſtrorum, vel tribulis ferreis inductis, Jeſ. 27, 28. Am. 1. 3. β) *Metaphoricè*, quia trituratio *conculcatione* vel *percuſſione* fieri ſolebat, inde notat 1) *punire, perdere, occidere*, Jud. 8, 7. Am. 1, 3. Hab. 3, 11. 2) *eſt vincere, ſubigere*, Hoſ. 10, 11. Mich. 4, 13. Conf. Jeſ. 25, 10. ubi deſignat *ſubjectionem* ad obediendum Evangelio, utut aliis ibi notet *punitionem hoſtium Chriſti*. Vid. Seb. Schmid. ſimiliter Jeſ. 41, 15. indigitatur *victoria* Eccleſiæ N. T. per verbum à gentibus obtenta.

דַּיִשׁ m. *Tritura*. Tantum extat Lev. 25, 5.

דִּישׁ Vide in verbo.

מְדֻשָׁה f. *Tritura*. Semel legitur Jeſ. 21, 10. cum Suff. מְדֻשָׁתִי *Tritura mea*, ubi *Metaphoricè* deſignat *Babylonios*, per quos Deus *trituravit*, h. e. *afflixit & caſtigavit* populos. Vid. Seb. Schm.

דִּישׁוֹן m. *Pygargus*. Vide Rad. דשן.

דָּחָה *Impulit*. דָּחֹה דְחִיתַנִי *Impellendo impuliſti me*, Pſalm. 118, 13. Infin. דָּחֹה Pſalm. 118, 13. & דְּחוֹת Pſalm. 140, 5. Part. דֹּחֶה *Impellens*, Pſalm. 35, 5. Part. Paul Fœm. קִיר דְּחוּיָה Paries *impulſus inclinatus*, Pſalm. 62, 4. Niphal נִדְחָה *Impulſus, Expulſus fuit*. Fut. יִדָּחֶה *Impelletur*, Prov. 14, 32. Pual דֹּחָה *Impulſus fuit*, Cholem pro Dageſch forti characteriſtico poſitô. דֹּחוּ *Impelluntur*, Pſalm. 36, 13.

1) Generatim importat *vim*, quâ conſiſtens vel *cadere*, vel *è loco atque ſede ſuâ cedere* cogitur. 2) Speciatim α) eſt *impellere, ſtantem ad prolabendum adigere, cum impetu in aliquem irruere, irruendoque in eum ad caſum impellere*. Ita dicitur de hoſtibus in Davidem irruentibus, ut cadat, Pſalm. 118, 13. Pſalm. 140, 5. de Angelô Domini in hoſtes Meſſiæ irruente, ut cadant & pereant, Pſalm. 35, 5. Conf. Pſalm 36, 13. Prov. 14, 32. Jer. 23, 12. ubi *caſus, & interitus* indigitantur. Vide quoque Pſalm. 62, 4. ubi dicitur de pariete impulſô atque inclinatô, qui caſum minatur. β) *Expellere aliquem ex ſedibus*, ut eas relinquere, & in exilium migrare cogatur. Ita ter adhibetur in Niphal de Iſraelitis ex ſedibus ſuis in exilium expulſis & diſperſis, Pſalm. 47, 2. Jeſ. 11, 12. c. 56, 1. Sæpius non legitur.

דְּחִי m. *Impulſio ad lapſum*. Extat tantum Pſalm. 56, 14. Pſalm. 116, 8.

מִדְחֶה m. *Impulſio*. Extat ſaltem Prov. 26, 28. ubi indigitat *impulſionem ad lapſum*, ſive in *vitia*, ſive in *ærumnas*.

דֹּחַן m. *Milium*, frumenti genus notiſſimum. Tantum occurrit Ezech. 4, 9.

דָּחַף *Impulit, ad motum vehementer concitavit.* Part. Paul דְּחוּפִים *Impulſi*, Eſth. 3, 15. c. 8, 14. Niphal נִדְחַף *Impulſus eſt*, 2. Chron. 26, 20. Eſth. 6, 12. Sæpius non occurrit.

מַדְחֵפוֹת f. pl. *Impulſiones*, Pſalm. 140, 12. Nuſpiam recurrit.

דָּחַק *Arctavit, Preſſit, Oppreſſit.* Bis legitur. Part. דֹּחֲקֵיהֶם *Arctantes eos*, Jud. 2, 18. Fut. וְאִישׁ אָחִיו לֹא יִדְחָקוּן *Neque quisquam premet, propellet alterum*, Joel. 2, 8.

דַּי m. *Sufficientia; Sufficiens; Satis; quantum ſatis.* וַהֲרִיקֹתִי לָכֶם בְּרָכָה עַד־בְּלִי־דָי Et affundam vobis benedictionem *usque ad defectum ſufficientiæ*, i. e. adeò, ut non poſſitis capere, neque ſufficiatis ei fruendæ, Mal. 3, 10. כְּדַי *Secundum ſufficientiam*, i. e. *ſatis, affatim*, Eſth. 1, 18. Cum Suff. דַּיָּם Sufficientia eorum, Jer. 49, 9. Obad. 1, 5. In Statu Conſtr. דֵּי שֶׂה *Sufficientia* agni, i. e. quantum *ſufficiunt* ad agnum comedendum, Lev. 5, 7. כְּדֵי גְאֻלָּתוֹ Secundum *ſufficientiam* redemtionis ejus, i. e. quantum *ſatis eſt* ad redimendum, Lev. 25, 26. מִדֵּי הָעֲבֹדָה *Supra quam opus eſt* ad opus, Exod. 36, 5. מִדֵּי עֲלֹתָהּ *Ex quo* adſcendiſſet, 1. Sam. 1, 17. וּבָאוּ כְדֵי אַרְבֶּה לָרֹב Et veniebant inſtar locuſtæ, Jud. 6, 5. ubi *expletivæ* particulæ munus obit. Ita quoque alibi.

1) Generatim Coccejo notat *commenſum*, ſive ſit *facultatis*, ſive *dignitatis*, ſive *indigentiæ* &c. 2) Speciatim α) *Nominis* rationem habet, & idem eſt ac *ſufficientia*, Exod. 36, 7. Jer. 49, 9. Obad. 1, 5. Mal. 1, 5. *ſufficiens, quantum ſatis eſt ad* quicquam, Lev. 5, 7. c. 25, 26. 28. Prov. 27, 27. 2. Chron. 30, 3. Jeſ. 40, 16. *quantum ſalutare*, Prov. 25, 16. *quantum opus*, vel *neceſſe ad* aliquid, Exod. 36, 5. β) Abit in particulam 1) *ſignificativam*, notans a) *ſat, ſatis, affatim*, Eſth. 1, 18. b) *Quotiescunque*, quando conſtruitur cum *Infinitivo* in tempus finitum reſolvendo, 1. Sam. 1, 7. c. 18, 30. 1. Reg. 14, 28. 29. vel cum Futuro Jer. 20, 8. 2) *Expletivam*, 1. Sam. 7, 16. Jud. 6, 5. Jeſ. 66, 23. Jer. 51, 58.

שַׁדַּי m. *Αὐταρκής*, qui in ſe & ex ſe habet omnem ſufficientiam & abundantiam, ut nullius indigeat ope, ſed in ſe ſufficiens ſit ad defendendum, ad auxiliandum, ad promiſſa ſervanda; Vid. R. Sal. qui putat ex שׁ, quod eſt ex אֲשֶׁר *qui*, & ex דַּי *ſufficientia, ſufficiens.* Sed Lutherus & Rungius deducunt à שַׁד *mamma, uber*, quia, ſicut mater infanti recens nato mammam præbens, ſuave & ſufficiens nutrimentum confert, ita quoque Deus gratiæ ſuæ ubertate omnia alat atque ſuſtentet. Non inconvenienter autem deduci poteſt à R. שָׁדַד, quam vide. Græcis idem eſt ac *παντοκράτωρ, omnipotens*, Seb. Schmidio autem *jaculatorem* ſignificat, quia *jaculatur* fulmina ſua.

דְּיוֹ

Digitized by Google

דַּיָּה f. *Milvus*, Lev. 11, 14. juxta Hieronymum, Arabes & alios plures. Aſt Bocharto in Hieroz. P. II. lib. 2. p. 195. & 196. eſt *vultur*, ſed *niger*. Plur. דַּיּוֹת *Vultures*, Jeſ. 34, 15.

דְּיוֹ m. *Atramentum*, quod ſic dici putatur à דַּי *ſufficientia*, *ſufficiens*, eò quod ſit *ſufficiens* ad exarandas literas. Extat tantum, Jer. 36, 18.

דָּיֵק m. *Vallum*. Kimchio & Coccejo eſt *turris*, quam obſidentes ſtruunt capiundæ urbis cauſâ. R. Salomoni eſt *machina*, quâ lapides & ſaxa ingentis molis ad ſubruendos muros emittuntur. Sexies ſaltem legitur 2. Reg. 25, 1. Jer. 52, 4. Ezech. 4, 2. c. 17, 17. c. 21, 27. c. 26, 8.

דָּכָא *Attritivit*, *Contrivit*. In Kal non legitur. Niphal נִדְכָּא *Attritus*, *Contritus eſt*. Part. נִדְכָּאִים *Contriti*, Jeſ. 57, 15. Piel דִּכָּא *Attrivit*, *Contrivit*, *Contudit*. Infin. דַּכֵּא *Conterere*, Thren. 3, 34. Fut. אַל־תְּדַכֵּא עָנִי בַשָּׁעַר׃ *Ne conteras* egenum in portâ, Prov. 22, 22. Pual דֻּכָּא *Attritus*, *Contritus*, *Contuſus eſt*. דֻּכְּאוּ *Contriti*, *Contuſi fuerunt*, Jer. 44, 10. Part. מְדֻכָּא *Attritus*, *Contritus*, Jeſ. 53, 5. Hithpael Fut. וְיִדַּכְּאוּ Et *conteruntur*, Job. 5, 4. pro וְיִתְדַּכְּאוּ Literâ ת, quia ſequitur cognatæ pronunciationis litera, per Dageſch forte exhibitâ. Sed Job. 34, 25. eſt וְיִדַּכָּאוּ Ob præſentiam accentûs *Silluk*.

1) Generatim notat *conterere*, quacunque ratione rei contritio fiat. Coccejo notat ἀτονίαν, quâ valida debilitantur & erecta proſternuntur. 2) Speciatim α) *propriè* notat *rerum rigidarum & ſolidarum ſolutionem & contritionem*, quâ illæ vi quadam in minutas partes franguntur, contunduntur, & per frequentiores ictus comminuuntur, &c. ceu videre eſt ex Job. 22, 9. Jeſ. 19, 10. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *Subjecti læſionem violentam* ac *extremam perniciem*, Job. 5, 4. c. 6, 9. c. 22, 9. c. 34, 25. Pſalm. 72, 4. Pſalm. 89, 11. Pſalm. 94, 5. Prov. 22, 22. Jeſ. 3, 15. Jer. 44, 10. vel ſaltem vehementiorem preſſuram & afflictionem, Pſalm 143, 3. Jeſ. 53, 5. 10. 2) *Conſcientiæ pavores & dolores*, quibus peccatoris cor durum & in malo obfirmatum velut malleo quodam frangitur, contunditur ac conteritur, Jeſ. 57, 15.

דַּכָּא m. *Attritus*, *Contritus*, *Contuſus*. Quater ſaltem legitur Devt. 23, 2. dicitur de eo, qui contuſus eſt teſticulis, & virilitate privatus; de homine in pulverem redacto, Pſalm. 90, 3. de humiliato & attrito ſpiritu hominis pœnitentis, qui ob peccata maximo affectus dolore legis concione velut malleo quodam concutitur & contunditur, Jeſ. 57, 15. Pſalm. 34, 19.

דָּכָה *Attrivit*, *Contrivit*. וְדָכֶה *Atteret ſe*, Pſalm. 10, 10. ubi juxta Maſorethas legendum יִדְכֶּה ut ſit Futurum; ſed quid obſtat, quo minus legas וְדָכָה, ut ſit Præteritum. In Kal amplius non occurrit. Niphal נִדְכָּה *Attritus*, *Contritus eſt*. וְנִדְכֵּיתִי *Et con-*

tritus ſum, Pſalm. 38, 9. Piel דִּכָּה *Attrivit*, *Contrivit.* דִּכִּיתָנוּ *Contriviſti nos*, Pſalm. 44, 20.

1) Generatim eſt ejusdem ſignificationis cum דָּכָא. 2) Speciatim *α*) *propriè* dicit rerum rigidarum & ſolidarum ſolutionem & contritionem, ita, ut per vim in partes minutas frangantur, conterantur & comminuantur, ceu colligere eſt ex Pſalm. 50, 10. Unde R. Nathan interpretatur per *fractionem & comminutionem.* *β*) *Metaphorice* deſignat tùm *vehementem & acerbam afflictionem*, Pſalm. 10, 10. Pſalm. 38, 9. Pſalm. 44, 20. tùm ſinceram in peccatoribus contritionem, ubi ipſorum cor legis concione velut malleo quodam contunditur atque conteritur, Pſalm. 51, 19.

דֳּכִי m. *Fluctus*, à conterendo & illidendo ſic dictus; Aliis eſt *Fragor*, quem rei contritio, fractura vel contuſio comitem habet. Legitur ſaltem cum Suffixo דָּכְיָם *Fluctum* vel *fragorem ſuum*, Pſalm. 93, 3.

דָּכַךְ *Attrivit*, *Contrivit*, *Contudit*, *Comminuit*, apud Arabes. Inde eſt

דַּךְ m. *Attritus*, *Contritus.* Quater legitur, ſed ubique Metaphoricè, & quidem *α*) *paſſivè*, prout deſignat *afflictum ac miſerum*, qui in extremam miſeriam conjectus eſt, Pſalm. 9, 10. Pſalm. 10, 18. Pſalm. 74, 21. *β*) *activè*, prout notat eum, qui alterum arguendo, reprehendendo & confundendo atterit & pudore ſuffundit, Prov. 26, 28.

דָּלַג *Saliit*, *Tranſiliit.* Part. דּוֹלֵג עַל־הַמִּפְתָּן *Saliens* ſuper limen, Zeph. 1, 9. i. e. juxta Vatablum: *Saltu transgrediens* præ lætitia. Piel דִּלֵּג *Tranſiliit.* Fut. אֲדַלֶּג־שׁוּר *Tranſiliam* murum, 2. Sam. 22, 30.

1) Generatim *ſaliendi* notionem habet; Sed 2) Speciatim *α*) connotat 1) *lætitiam animi.* Ita dicitur de miniſtris nobilium, qui præda onuſti, domum redeuntes lætabundi limen ſaltu transgrediuntur, Zeph. 1, 9. Vid. Druſ. & Joh. Schmid. in Comment. 2) *Agilitatem*, Cant. 2, 8. Jeſ. 35, 6. 3) *Animi ſtrenuitatem*, *victoriæ celeritatem*, *hoſtiumque diffugationem*, 2. Sam. 22, 30. Pſalm. 18, 30.

דָּלָה *Elevavit*, *Evexit*; *Hauſit*, *Exhauſit.* Infin. דָּלֹה *Hauriendo*, Exod. 2, 19. Fut. cum Suff. יִדְלֶנָּה *Exhauriat illud*, Prov. 20, 5. Imper. דַּלְיוּ *Elevate*, *attollite*, Prov. 26, 7. pro דַּלּוּ tertiâ radicali ה in י mobile mutatâ, & Dageſch forti ex ל, quia eſt ſchevatum, extruſô. Vid. Danzii Literat. §. 48. II. Obſ. 2. Aſt Geiero eſt nomen, notans *elevationem*, quando ad numerum quaſi cantumque tibiæ crura alternatim attolluntur, certoque paſſu ſolo rurſus infiguntur, ut ſic decoro compoſitoque motu totum corpus ſubſiliat. Geiero accedit Coccejus, cui eſt nomen formæ Chaldaicæ, דַּלְיוּ pro דַּלְיוֹת, literâ ת per Apocopen reſectâ, notans crurum alternatam ſublationem.

1) Gene-

Digitized by Google

1) Generatim notat *attollere*, vel *in altum trahere*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *haurire*, vel *extrahere aquam* ex puteo, mediante ſitulâ, Exod. 2, 16. 19. β) *Metaphoricè* transfertur 1) ad *conſilium*, quod ex corde velut ex puteo extrahitur & elicitur, Prov. 20, 5. 2) ad *hominem*, qui ex miſero contemtoque ſtatu, velut ex profundo puteo extrahitur, & attollitur, Prov. 30, 2.

דֶּל m. *Elevatio.* Saltem legitur in Statu Conſtr. Pſalm. 141, 3. דַּל שְׂפָתָי׃ *Elevatio labiorum meorum.* Kimchio idem eſt ac דֶּלֶת *Oſtium*, quod ſabiis tribuitur, quia inſtar oſtii aperiuntur & clauduntur. Hinc iis rectè uſurus, ſaltem exigente neceſſitate, ea aperire & claudere debet. Sed hoc Coccejo in Lex. durius videtur, quia labia ſunt fores oris, nec labia fores habent. Inde ei notat *hauſtionem labiorum*, i. e. prolationem cogitationum ex corde; & in Obſervationibus ſelect. Voc. reddit, *motum alternantem labiorum.*

דְּלִי m. *Situla*, quâ hauritur aqua ex puteo, Jeſ. 40, 15. Dual. דָּלְיַיִם *Situlæ.* Cum Suff. מִדָּלְיָו *Ex ſitulis ejus*, Num. 24, 7. pro מִדְּלָיָיו, transpoſitis (:) & (-) & י ante ו per Syncopen conciſo. Deſignatur ibi copia & abundantia aquæ. Sæpius non legitur.

דָּלִיּוֹת f. pl. *Propagines, Palmites; Rami.* Sic dicuntur, quia ſurſum ſe elevant, vel etiam ſuccum ex ſtirpe hauriunt & extrahunt. Dicitur de *ficu*, cujus rami, Jer. 11, 16. *Metaphoricè* deſignant *urbes & pagos* circa Hieroſolymam, quæ inſtar arboris ſe habebat; de *vite* Regem *Zedekiam* notante, cujus *palmites* tropicè deſignant *filios Regis*, Ezech. 17, 6. 7. de *cedro Chriſtum* denotante, cujus rami, Ezech. 17, 23. umbram, h. e. protectionem præbent fidelibus. Item de cedro *Regem Aſſyriæ* denotante, cujus rami ejus gloriam ac potentiam deſignant, Ezech. 31, 7. 9.

דָּלַח *Turbavit, Conturbavit, lutulentum fecit pedibus.* Fut. וַתִּדְלַח מַיִם בְּרַגְלֶיךָ Et *conturbaſti* aquas pedibus tuis, Ezech. 32, 2. וְלֹא תִדְלָחֵם רֶגֶל אָדָם Ut non *turbet* eas pes hominis, Ezech. 32, 13. Sæpius non legitur.

דָּלַל *Elevatus, Exhauſtus, Attenuatus eſt.* דַּלּוּ עֵינַי לַמָּרוֹם Elevati, ſublati ſunt oculi mei in altum, Jeſ. 38, 14. דַּלּוֹתִי מְאֹד *Exhauſtus, attenuatus ſum valde*, Pſalm. 142, 7. Niphal נִדַּל *Elevatus, exhauſtus, attenuatus eſt.* Fut. יִדַּל כְּבוֹד יַעֲקֹב *Attenuabitur* gloria Jacobi, Jeſ. 17, 4.

1) Generatim notat *elevari*, vel *in altum tolli, trahi*, vid. Jeſ. 38, 14. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *hauriri, exhauriri*, diciturque de *aquis*, quæ, quando hauriuntur vel exhauriuntur, in altum tolluntur, trahuntur &c. Vid. Jeſ. 19, 6. β) *Tropice* eſt *attenuari*, quia, dum aquæ hauriuntur, *attenuantur.* Ita dicitur de attenuatione *torrentis*, Job. 28, 4. item *virium*

Digitized by Google

virium, Jud. 6, 6. Pſalm. 79, 8. Pſalm. 116, 6. Pſalm. 142, 2. dignitatis regiæ, Jeſ. 17, 4.

דַּל m. *Attenuatus, Tenuis, Pauper.* מֵקִים מֵעָפָר דָּל *Erigens* ex pulvere *attenuatum, abjectum*, 1. Sam. 2, 8. הָיִיתָ מָעוֹז לַדָּל Factus es munimentum pauperi, Jeſ. 25, 4. Plur. דַּלִּים *Tenues*, Job. 20, 10. Fœm. דַּלָּה *Tenuis.* Plur. דַּלּוֹת Gen. 41, 19.

1) Generatim dicit *exhauſtum* & *attenuatum* ſive viribus, ſive opibus &c. Unde 2) Speciatim notat α) *Attenuatum corpore*, Gen. 41, 19. & 2. Sam. 13, 4. β) *Pauperem* ſeu *egenum*, qui facultatibus exhauſtus eſt, & ideò ſtipem vel mutuum petere cogitur, Lev. 14, 21. Job. 20, 10. c. 31, 16. Ruth. 3, 10. Prov. 19, 17. c. 22, 9. Pſalm. 82, 3. Jer. 39, 10. Am. 2, 7. item *pauperem ſpiritu*, qui meritis bonorum operum deſtituitur, Jeſ. 11, 4. γ) *Humilem, abjectum, depreſſum, imæ ſortis* vel *conditionis hominem*, Jud. 6, 15. 1. Sam. 2, 8. Pſalm. 113, 7. Inde Ebræis דַּלִּים ſunt *doctum & ignobile vulgus*, Jer. 5, 4. Et Jeſ. 26, 6. Ita dicuntur fideles, quod deſtituti ſunt ſplendore hujus mundi. Vid. Seb. Schmid. in ll. cc. δ) *Miſerum* in foro contra oppreſſores litigantem, Lev. 19, 15. Prov. 29, 7. Jeſ. 10, 2.

דַּלָּה f. α) *Tenuitas.* Ita dicitur de infimæ ſortis vel conditionis hominibus, 2. Reg. 24, 14. c. 25, 12. Jer. 40, 7. c. 52, 15. 16. β) *Stamen*, die Werffe/ der Zettel/ Jeſ. 38, 12. juxta Seb. Schmid. *Penicalamentum* vel *peniculi* juxta Buxtorffium & Majum, quos textores in extrema tela relinquunt, quaſi *tenue* ſeu rarum filum dicas. γ) *Vita*, à tenuitate ſic dicta, Cant. 7, 6. Aſt celeb. Majo notat *elevationem* ſeu *motum capitis*; quam ſignificationem ex lingua Arab. confirmat, ubi דלה *dalla* vel *dallat* eſt *capitis motus* ſive *geſtus*, extrinſecus gravitatem præ ſe ferens, profectus tamen ab eo, qui amat favetque.

דָּלַף *Stillavit, Perſtillavit, guttas demiſit.* Ter ſaltem legitur. דָּלְפָה עֵינִי *Stillat* oculus meus, i. e. lacrimatur, Job. 16, 20. דָּלְפָה נַפְשִׁי מִתּוּגָה *Stillat* anima mea præ triſtitia, i. e. inſtar rei liquidæ diffluit, Pſalm. 119, 28. Fut. יִדְלֹף *Perſtillat*, Eccl. 10, 18. ubi indigitatur *ſtillicidium imbrium* per tecta & tabulata otioſè neglecta.

דֶּלֶף m. *Stilla.* Bis legitur Prov. 19, 13. c. 27, 15.

דָּלַק *Uſſit, Accendit, Perſecutus vel Inſecutus eſt.* וְדָלְקוּ בָהֶם Ut accendant eos, Obad. 1, 18. Part. חִצָּיו לְדֹלְקִים יִפְעָל Tela ſua ardentia facit, Pſalm. 7, 14. Infin. מִדְּלֹק אַחֲרֵי פְלִשְׁתִּים *A perſequendo* Philiſtæos, 1. Sam. 17, 53. Hiphil הִדְלִיק *Accendit.* Infin. הַדְלֵק הָאֵשׁ *Accendendo ignem*, Ez. 24, 10.

1) Generatim cenſetur notare *calorem exceſſivum & igneum*, ſive in flammam emicet, ſive non. 2) Speciatim α) notat *ardere*, vel *ardere*

Digitized by Google

facere ſeu accendere. *Propriè* eſt *rerum*, quæ ignem vel flammam concipere queunt, *tropicè* autem ad alias etiam res transfertur, quæ quaſi ardere vel inflammari videntur. *Ardendi* notio tribuitur, Pſalm. 7, 14. *Sagittis*, quæ veloci motu inflammantur, & l. c. *Metaphoricè graviſſimarum divinarum pœnarum* ſymbola ſunt; item *labiis*, Prov. 26, 23. quæ *ardent*, quando moleſtis & noxiis ſermonibus alios lædunt, aliorumque animos irâ ardere faciunt. *Accendendi* autem ſignificationem habet tum in Kal Obad. 1, 8. ubi domus Jacobi inſtar ignis, & domus Joſephi velut flamma dicuntur domum Eſavi accendere tanquam ſtipulam, quæ facilè ignem concipit & perit; tum in Hiphil, Ezech. 24, 10. ubi dicitur de igne accendendo, & Jeſ. 5, 11. ubi dicitur de vino deditis, qui eo accenduntur & inflammantur. β) *Tropicè* ſignificat *aliquem accenſo & fervido animo hoſtiliter perſequi*, Gen. 31, 36. 1. Sam. 17, 53. Pſalm. 10, 2. Thren. 4, 19. Sæpius non legitur.

דַּלֶּקֶת f. *Febris ardens.* Tantum extat Devt. 28, 22.

דֶּלֶת f. *Janua.* וְאֶת־הַדֶּלֶת סָגָרוּ *Et januam clauſerunt*, Gen. 19, 10. וַיִּגְּשׁוּ לִשְׁבֹּר הַדָּלֶת׃ Et acceſſerunt ad effringendum *januam*, Gen. 19, 9. וַיִּפְתַּח הַדֶּלֶת Et aperuit *januam*, 2. Reg. 9, 10. וּסְגֹר דְּלָתְךָ בַּעֲדֶךָ Et claude *januam* poſt te, Jeſ. 26, 20. Dual. דְּלָתַיִם *Valvæ*, Devt. 3, 5. In Statu Conſtr. דַּלְתֵי הַבַּיִת *Januæ* domus, 2. Chron. 4, 22. Plur. דְּלָתוֹת *Januæ, Valvæ*, Neh. 6, 1. In Statu Conſtr. וַיִּפְתַּח דַּלְתוֹת בֵּית יְהוָה Et aperuit *januas* domûs Domini, 1. Sam. 3, 15. Cum Suff. דַּלְתוֹתַי *Fores meæ*, Prov. 8, 35.

1) Generatim notat *januam.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *tabulam valvarum*, qua oſtium clauditur vel aperitur, differtque à פֶּתַח, quod ipſum ſpatium patens, ſeu ipſam apertionem ſignificat, Gen. 19, 9. 10. Exod. 21, 6. Jud. 3, 23. 24. 25. c. 19, 27. 1. Sam. 3, 15. c. 21, 14. 1. Reg. 6, 31. 32. 34. 2. Reg. 4, 4. 5. 33. c. 6, 32. c. 9, 3. 10. Prov. 26, 14. &c. β) *Metaphoricè* transfertur ad *ea*, quæ, dum aperiuntur, quandam januæ vicem ſuſtinent, aut ejus ſpeciem referunt. Hinc adhibitum legitur 1) de *foliis* vel *paginis libri*, quia inſtar januarum aperiuntur & clauduntur, Jer. 26, 23. vel ut Dn. Majo videtur, quia, dum Veteres Hebræi ſcribebant in membranis, lineis non per longitudinem totius membranæ ſeu chartæ deductis, ſed multis columnis, quaſi totidem areolis diſtinctis, illæ multarum januarum unâ ſerie collocatarum ſpeciem exhibebant. 2) de *labiis*, quibus os aperitur & clauditur, Job. 41, 5. 3) de *utero matris*, Job. 3, 10. quem Jobus l. c. vocat *ſuum*, quia in eô conceptus, formatus & geſtatus fuit. 4) de *operculo arcæ*, in quâ pecunia pro firmandâ rupturâ templi colligebatur, 2. Reg. 12, 9. 5) de *nubibus & æthere*, unde Iſraelitis in deſertô verſantibus Manna decidit, Pſalm. 78, 23.

6) de

6) de *urbe populoſâ*, quæ populis exteris latum præbebat aditum, Ezech. 26, 2.

דָּם m. *Sanguis* eſt à rad. אָדַם *Ruber fuit*, quam vide.

דָּמָה *Similis* vel *Æqualis fuit*, *Aſſimilatus eſt*, *Congruit*; *Siluit*, *Deſtitit*, *Ceſſavit*. לֹא דָמָה אֵלָיו בְּיָפְיוֹ Non *par fuit* ei in pulchritudine ipſius, Ezech. 31, 8. אֶל־מִי דָמִיתָ בְּגָדְלֶךָ *Cui ſimilis factus es* in magnitudine tuâ, Ezech. 31, 2. לַעֲמֹרָה דָּמִינוּ Gomorræ *ſimiles eſſemus*, Jeſ. 1, 9. Niphal נִדְמָה *Similis eſt* vel *factus eſt*; Item *Exciſus eſt*. נִדְמָה מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל *Exciſus eſt (certò exſcindetur)* Rex Iſraelis, Hoſ. 10, 15. כְּפִיר גּוֹיִם נִדְמֵיתָ Leoni juveni gentium *ſimilis factus es*, Ezech. 32, 2. Infin. cum Præt. נִדְמֹה נִדְמָה *Excindendo exciſus eſt*, i. e. penitus & certò *excindetur*, Hoſ. 10, 15. pro הִדָּמֹה Charactere Præteriti retento, ut in נִכְסֹף *Deſiderando*, Gen. 31, 30. Piel דִּמָּה *Similem fecit*, *Aſſimilavit*; *Cogitavit*, *Imaginatus eſt*; *Machinatus eſt*; *Excidit*. אֲשֶׁר דִּמָּה לָנוּ Qui *machinatus eſt* contra nos, 2. Sam. 21, 5. אֹתִי דִּמּוּ לַהֲרֹג Me *cogitarunt* occidere, Jud. 20, 5. Fut. מָה אֲדַמֶּה לָּךְ Cui *aſſimilabo* te? Thren. 2, 13. אֶל־מִי תְדַמְּיוּנִי Cui *aſſimilabitis* me? Jeſ. 40, 25. tertiâ radicali in י mobile mutatâ. Hithpael הִדַּמָּה *Similis factus eſt*; *Exciſus eſt*; pro הִתְדַּמָּה Characteriſticô ת, quia ſequitur cognatæ pronunciationis literâ, in ד per Dageſch forte exhibitô. Vid. Danz. Lit. §. 41. III. Obſ. 4. β. אֶדַּמֶּה לְעֶלְיוֹן *Similis fiam* Altiſſimo, Jeſ. 14, 14. וְכָל־אַנְשֵׁי מִלְחָמָה יִדַּמּוּ Et omnes Viri belli *excindentur*, Jer. 49, 26.

1) Generatim quid ſignificet, difficile dictu videtur, niſi dicere velis, quod importet *terminationem* in quadam latitudine acceptam. Hujus intuitu 2) Speciatim α) deſignat *ſimilitudinem*, *æqualitatem ac comparationem*, ſive ſit inter ſimilia expreſſio unius ab altero, ſeu imitatio, ſive non. Quæ enim ſimilia ſunt ac æqualia, in *aliquo tertio*, in quo conveniunt, *terminantur*. Inde ſignificat *ſimilem eſſe*, in Kal Pſalm. 120, 7. Pſalm. 144, 4. Cant. 2, 9. 17. c. 7, 8. c. 8, 14. Jeſ. 1, 9. c. 46. 5. In Niphal Pſalm. 49, 13. 21. Hoſ. 10, 7. *Similem fieri*, *aſſimilari*, in Kal Pſalm. 89, 17. in Niphal Ezech. 31, 2. in Hithpael Jeſ. 14, 14. *Similem facere*, *aſſimilare*, in Kal Jer. 6, 2. in Piel, Cant. 1, 9. Jeſ. 40, 18. 25. c. 46, 5. Thren. 2, 13. β) Significat *cogitationem*, *imaginationem* vel etiam *machinationem*, tum quia cogitatio, imaginatio vel machinatio in aliquô objectô terminantur; tùm etiam, quia cogitatio vel imaginatio eſt actus ideas objecto ſimiles formandi. Inde reddi poteſt *cogitare* vel *imaginari*, Num. 33, 56. Eſth. 4, 13. Pſalm. 50, 21. Jeſ. 10, 7. c. 14, 25. Item *machinari*, Jud. 20, 5. 2. Sam. 21, 5. γ) Denotat *terminationem ſermonis*, ut idem ſit ac *ſilere*, *conticeſcere*, Pſalm. 35, 15. δ) Indigitat *terminationem*

Digitized by Google

motûs & actionis, ut idem ſit ac *ſubſiſtere, ceſſare, deſinere*, Jer. 14, 17. Thren. 3, 49. 6) Deſignat *terminationem exiſtentiæ alicujus rei*, hujusque *extinctionem & ſublationem totalem*, ut valeat *penitus excindere*, in Piel Hoſ. 4, 5. *totaliter excindi* in Niphal Jeſ. 6, 5. c. 15, 1. Hoſ. 4, 6. c. 10, 7. 15. Obad. 1, 5. Zeph. 1, 11. & in Hithpael Jer. 49, 26. c. 50, 30. c. 51, 6.

דָּם m. *Similitudo.* Tantum extat Ezech. 19, 10. בְּדָמְךָ *In ſimilitudine tuâ.*

דְּמִי m. *Exciſio.* Tantum legitur Jeſ. 38, 10. בִּדְמִי יָמַי אֵלֵכָה *Per exciſionem* dierum meorum abibo.

דֳּמִי m. *Silentium.* Ter legitur, nempe Pſalm. 83. 2. ubi Pſaltes deprecatur *ſilentium Dei*, prout deſignat *tum* exauditionis precum dilationem, *tum* diuturnam tyrannidis hoſtium tolerationem; & Jeſ. 62, 6. 7. ubi v. 6. vetatur eſſe ſilentium præconibus Evangelii; v. 7. autem *illi* jubentur *non dare Deo ſilentium*, h. e. indeſinenter ad eum orare, ut promiſſis ſtet, & Hieroſolymæ miſereatur, eamque illuſtrem & materiam laudis ponat.

דּוּמִיָּה f. *Silentium.* Quater legitur, Pſalm. 22, 3. Pſalm. 39, 3. Pſalm. 62, 2. & Pſalm. 65. 2. In duobus poſterioribus locis deſignatur *piorum ſilens expectatio & fiducia tranquilla*, repoſita in Dei bonitate atque ope, prout opponitur *murmuri, impatientiæ* vel *anxiæ opitulatorum aliorum conquiſitioni.*

דִּמְיוֹן m. *Similitudo.* Semel legitur cum Suff. דִּמְיוֹנוֹ *Similitudo ejus*, Pſalm. 17, 12. i. e. *ratio vivendi & agendi, habitusque animi ejus.*

דְּמוּת f. 1) *Similitudo;* בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ In imagine noſtrâ, ſecundum *ſimilitudinem noſtram*, i. e. in imagine nobis ſimillima, Gen. 1, 26. Subſtantiva enim Synonyma invicem conjuncta inſigniorem quandam emphaſin important, uno eorum Adjectivi vicem ſuſtinente. Vid. Danz. Interpr. §. 18. Vid. Gen. 5, 1. 3. 2) *Forma, Species* &c. Jeſ. 13, 4. c. 40, 18. Ezech. 10, 10. Dan. 10, 16. 3) Metonym. *Res*, quæ ſimilitudinem habet, ὁμοίωμα, Ezech. 1, 26.

דָּמַם *Siluit, Conticuit; Quievit, Ceſſavit; Exciſus eſt.* דָּמּוּ *Conticuerunt*, Job. 30, 27. pro דָּמוּ (ָ) eſt ob præſentiam accentûs Domini. Fut. וָאֶדֹּם *Et ſilui*, Job. 31, 34. pro וָאֶדְמֹם, literæ ם abjectæ compenſatione more Chaldæorum in literâ ד abjectam præcedente per Dageſch forte facta, & ideò vocali brevi ſub Præformativo א retentâ; perinde ut in וְיִדֹּם *Et ſilebit*, Thren. 3, 28. וְנִדְּמָה *Et excindamur*, Jer. 8, 14. Imper. דֹּם *Sile*, Ezech. 24, 17. דֹּמּוּ *Silete*, Jeſ. 23, 2. Niphal נִדַּם *Exciſus eſt; Succiſus eſt.* נָדַמּוּ *Succidentur*, Jer. 25, 37. Piel דּוֹמֵם *Silere fecit.* דּוֹמַמְתִּי *Silere feci*, Pſalm. 131, 2. Hiphil הֵדַם *Silere fecit; Excidit.* הֲדִמָּנוּ *Excidit nos*, Jer. 8, 14. Hithpael הִדּוֹמֵם *Exciſus eſt*, pro הִתְדּוֹמֵם, ת characteriſticô, quia ſequitur.

d by Google

tur cognatæ pronunciationis litera, in ד per Dageſch forte exhibito. Fut. תִּדֹּמִּי *Exſcinderis*, pro תִּתְרוֹמְמִי, Jer. 48, 2.

1) Generatim notat *cobibitionem & terminationem* ſive ſermonis, ſive operis & motus, ſive exiſtentiæ alicujus rei. Unde 2) Speciatim α) eſt *ſilere, conticeſcere*, e. g. ex *mœrore*, Lev. 10, 3. Thren. 2, 10. Ezech. 24, 17. *ex patientia & fiducia in Deo repoſita*, qua ſine murmure & clamore impatienti in Dei voluntate placidè acquieſcimus, afflictiones ſedato animo ferimus, nos ei totos committimus, & ipſius opem conſtanter expectamus, Pſalm. 37, 7. Pſalm. 62, 6. Pſalm. 131, 2. Thren. 3, 28. β) *Subſiſtere, Ceſſare, Quieſcere, Immobile eſſe.* Ita legitur de *Sole* à Joſua ſubſiſtere juſſo, Jud. 10, 12. 13. ne *impiis*, à ſtreperis & noxiis contra pios machinationibus ceſſantibus, Pſalm. 4, 5. Pſalm. 35, 15. de gladio à cæde hominum ceſſante, Jer. 47, 6. de *Jobo*, domi quietè ſedente, Job. 31, 24. de *Edomitis, Moabitis & Cananeis*, qui tranſitum Iſraelitarum per mare rubrum audientes, immobiles fiebant ut lapis, Exod. 15, 10. Vid. Druſ. not. maj. Unde Capnio lib. 2. Cabbalæ ſcribit: דּוֹמֵם *vocari, quicquid jacet immobile & quieſcit.* γ) *Penitus excindi*, 1. Sam. 2, 9. Jer. 8, 14. c. 48, 2. Vid. Seb. Schmid.

דּוֹמָם *Silens* vide ſupra in דוּם.

דְּמָמָה f. *Silentium.* Ter ſaltem legitur. קוֹל דְּמָמָה דַקָּה Vox ſilentii tenuis, i. e. vox tempore ſilentii emiſſa, & ex loco ſilentii egreſſa, 1. Reg. 19, 12. Vid. Seb. Schmid. in Job. 4, 16. דְּמָמָה וָקוֹל אֶשְׁמָע׃ *Silentium fuit, & vocem audivi*, Job. 4, 16. יָקֵם סְעָרָה לִדְמָמָה Statuit procellam in ſilentium, Pſalm. 167, 29.

דָּמַן *Stercoravit*, apud Arabes.

דֹּמֶן m. *Stercus, Fimus*, cujus generis, eſt ſtercus platearum, Jeſ. 5, 25. & fimus, quo ſtercorantur agri, 2. Reg. 9, 37. Quoties autem in Scriptura legitur, toties dicitur de cadaveribus impiorum non ſepeliendis, quæ in ſuperficie terræ computreſcere, in fimum redigi, & fimo miſceri debebant, 2. Reg. 9, 37. Pſalm. 83, 11. Jeſ. 5, 25. Jer. 8, 2. c. 16, 4. c. 25, 33.

מַדְמֵנָה f. *Sterquilinium*, locus, in quem דֹּמֶן *Fimus* congeritur, aut id, quod in fimum redigi debet, Jeſ. 25, 10. Sed Jeſ. 10, 31. eſt nomen proprium *loci* in tribu Judæ ad meridiem ſiti, forte ſic dicti, quod ibi fimeta frequentius colligi ſolita fuerint pro ſtercorandis agris & vineis. Vid. Maji Suppl. Lex. Coccej.

דָּמַע *Lacrimatus eſt.* Bis ſaltem legitur Jer. 13, 17. in Infin. & Fut. וְדָמֹעַ תִּדְמַע *Et lacrimando lacrimabitur*, i. e. valde & amare lacrimabitur.

דֶּמַע *Lacrima.* Semel legitur cum Suff. Exod. 22, 28. דִּמְעֲךָ תְאַחֵר Lacrimam tuam, i. e. primitias vini & olei tui non differes. Metaphoricè

Digitized by Google

ricè nomine *lacrymarum* veniunt muſtum & oleum, quæ, ſi uvæ & olivæ calcantur, inſtar lacrimarum manant & guttatim deſtillant.

דִּמְעָה f. *Lacrima.* עֵינִי מְקוֹר דִּמְעָה Oculus meus ſcaturigo lacrimarum, Jer. 8, 23. וְתֵרַדְנָה עֵינֵינוּ דִּמְעָה *Ut deſcendant oculi noſtri lacryma*, i. e. per ὑπαλλαγὴν, *ut deſcendat lacrima ex oculis noſtris*, Jer. 9, 17. Conf. Jer. 13, 17. c. 14, 17. Chaldæus verbum יָרַד tranſitivè accipit Jer. 13, 17. ut ſenſus ſit: *Et demittet oculus meus lacrimam.* In Statu Conſtr. דִּמְעַת הָעֲשֻׁקִים *Lacrima* oppreſſorum, Eccl. 4, 1. Cum Suff. אֲרַיָּוֶךְ דִּמְעָתִי Rigabo te *lacrima mea*, Jeſ. 16, 9. vel 18. Plur. דְּמָעוֹת *Lacrimæ*, Pſalm. 80, 6. כָּלוּ בַדְּמָעוֹת עֵינַי Conſumti ſunt per *lacrimas* oculi mei, Thren. 2, 11.

1) Generatim notat *lacrymam.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *humorem* ex oculis lacrimantium promanantem, doloris & luctûs indicem, 2. Reg. 2, 5. Pſalm. 6, 7. Pſalm. 126, 7. Jeſ. 16, 9. vel 18. c. 38, 5. Eccl. 4, 1. Jeſ. 25, 8. Thren. 1, 2. &c. Sed hic obſerves, quod ſæpe Singularis collectivè adhibeatur pro Plurali ad deſignandam *copioſam ac continuam lacrimarum ebullitionem*, quæ ob perennitatem ſuam, unam quaſi lacrimam conſtituere videntur, ut non ſit intervallum inter unam & alteram lacrimam. β) *Metonymicè* cenſetur deſignare *calamitates & inde proficiſcentem triſtitiam ac mærorem*, Pſalm. 80, 6.

דְּמֶשֶׁק m. *Angulus.* Extat ſaltem Am. 3, 12. & ibi partem aliquam lecti ſignificat.

דַּמֶּשֶׂק *Damaſcus*, Gen. 15, 2. nomen proprium urbis antiquiſſimæ, quæ, referente Hieronymo, ab Elieſere, ſervo Abrahami condita & ſic nuncupata fuit.

דֹּנַג m. *Cera.* Quater legitur Pſalm. 22, 15. Pſalm. 68, 3. Pſalm. 97, 5. Mich. 1, 4.

דָּעַךְ *Extinctus fuit.* דָּעֲכוּ *Extincti ſunt*, Jeſ. 43, 17. Fut. אוֹר רְשָׁעִים יִדְעָךְ Lux impiorum *extinguetur*, Job. 18, 5. Niphal נִדְעַךְ *Extinctus fuit.* נִדְעֲכוּ מִמְּקוֹמָם *Extinguuntur* ex loco ſuo, Job. 6, 17. Pual דֹּעַךְ *Plane extinctus eſt.* Cholem eſt ob Dageſch forte ex litera gutturali extruſum. דֹּעֲכוּ *Extincti ſunt*, Pſalm. 118, 12. Seb. Schmid. reddit: *Extinguunt*, quaſi eſſet ex Piel.

1) Generatim *defectum & conſumtionem* deſignat. 2) Speciatim α) *propriè extingui*, ſignificat, eſtque *rerum ardentium* vel *lucidarum*, quæ vel ob materiæ defectum, vel ob externam vim ardere, vel lucere deſinunt, ceu colligere eſt ex Pſalm. 118, 12. & Job. 18, 5. &c. β) *Metaphoricè* dicitur 1) de *gloriâ, opulentiâ, reliquaque felicitate impiorum* nomine *lucis* vel *lucernæ* deſignata, quæ *extinguitur*, quando *ſive* per potentem & manifeſtam dejectionem, *ſive* per ſubtractionem omnis benedictionis divinæ &c. deficit & ceſſat, Job. 18, 5. 6. c. 21, 17. Prov. 13, 9. c. 20,

c. 20, 20. c. 24, 20. 2) de *hoſtibus*, qui, dum cæduntur, *extinguuntur*, Pſalm. 118, 12. Jeſ. 43, 17. 3) de *aquis*, quæ dum ſolis æſtu exiccantur, *extingui* dicuntur, Job. 6, 17. Sæpius non legitur.

דָּפָה Radix inuſitata.

דֳּפִי m. *Infamia*, quæ animum quaſi ſauciat, hominemque civiliter occidit, quia vita & fama pari paſſu ambulare cenſentur. Tantùm extat Pſalm. 50, 20. בְּבֶן־אִמְּךָ תִּתֶּן־דֹּפִי׃ In filium matris tuæ ponis *ignominiam*, *infamiam*, ubi (ֳ) ob accentum Silluk tranſiit in Cholem.

דָּפַק *Pulſavit*, *Impulit*, *Impetum fecit*. Ter ſaltem legitur. וּדְפָקוּם Si *impulerint*, ſeu *nimium egerint* eos, Gen. 33, 13. Part. דֹּפֵק *Pulſans*, Cant. 5, 2. Part. Hithpael מִתְדַּפְּקִים עַל־הַדָּלֶת *Pulſantes* januam, Jud. 19, 22.

דָּקַק *Contudit*, *Contrivit*, *Comminuit*; *Comminutus fuit*. עַד אֲשֶׁר־דַּק לְעָפָר Usque dum *attenuatus eſt* in pulverem, Devt. 9, 21. Conf. Exod. 32, 20. Fut. תָּדוּשׁ הָרִים תָּדֹק Triturabis montes & conteres, Jeſ. 41, 15. יְדֻקֶּנּוּ *Comminuet ipſum*, Jeſ. 28, 29. Hiphil הֵדַק vel הֵדֵק *Comminuit*. הֵדַק לְעָפָר *Comminuit* in pulverem, 2. Reg. 23, 15. וַהֲדִקּוֹת עַמִּים רַבִּים Et *comminues* populos multos, Mich. 4, 13. Infin. הָדֵק *Comminuendo*, Exod. 30, 36. 2. Chron. 34, 4. Fut. אֲדִקֵּם *Comminuam* eos, 2. Sam. 22, 43. וַיָּדֶק לְעָפָר Et *comminuit* in pulverem, 2. Reg. 2, 23. Conf. 2. Chron. 15, 16. Hophal הוּדַק *Comminutus fuit*. Fut. יוּדַק *Comminuetur*, Jeſ. 28, 28.

דַּק m. *Minutus*, *Gracilis*, *Tenuis*, Exod. 16, 14. Lev. 13, 30. כְּאָבָק דַּק Sicut pulvis *tenuis*, Jeſ. 29, 5. כַּדַּק Sicut *minutiſſimum*, Jeſ. 40, 15. *Contuſus*, Lev, 21, 20. Fœm. דַּקָּה Lev. 16, 12. דְּמָמָה דַקָּה Silentium *tenue*, 1. Reg. 19, 12. דַּקּוֹת הַבָּשָׂר *Tenues carne*, Gen. 41, 3. conf. v. 4. 6. 7. 23. 24. Sæpius non occurrit.

דֹּק m. *Aulæum*, idque *tenue*. Saltem legitur Jeſ. 40, 22.

דָּקַר *Transfixit*, *Transfodit*, *Confodit*, gladiô, haſtâ &c. אֵת־אֲשֶׁר־דָּקָרוּ Quem *transfoderunt*, Zach. 12, 10. וּדְקָרֻנִי Et confodiant me, 1. Sam. 31, 4. וּדְקָרֻהוּ Et *configent* eum, Zach. 13, 3. Imper. דְּקָרֵנִי *Confode me*, 1. Sam. 31, 4. 1. Chron. 10, 4. Fut. וַיִּדְקֹר אֶת־שְׁנֵיהֶם Et *confodit* ambos, Num. 25, 8. וַיִּדְקְרֵהוּ Et *confodit* eum, Jud. 9, 54. Niphal נִדְקַר *Confoſſus eſt*. Fut. יִדָּקֵר *Confodietur*, Jeſ. 13, 15. Hophal Part. מְדֻקָּרִים *Confoſſi*, Jer. 37, 10. c. 51, 4. Thren. 4, 9. Sæpius non legitur.

דַּר m. *Parius lapis* juxta quosdam; *Unio* juxta Bochartum. Vide ſupra pag.

דָּרָא *Repulit* apud Arabes. Inde eſt

דֵּרָאוֹן m. *Faſtidium*, quô rem ingratam repellimus, Jeſ. 66, 24. item *Ignominia* vel *Opprobrium*, Dan. 12, 2. ubi impii reſurrecturi dicuntur

 לְדִרְאוֹן

Digitized by Google

עוֹלָם לְדִרְאוֹן *Ad ignominiam ſeculi*, i. e. æternam. Sæpius non occurrit.

דָּרַב *Acutus fuit*, apud Arabes. Inde eſt

דָּרְבָן m. *Aculeus*, *Stimulus*, 1. Sam. 13, 21. Plur. דָּרְבֹנוֹת *Stimuli*, Eccl. 12, 11. Sæpius non legitur.

דָּרַג *Greſſus eſt*, *gradatim progreſſus eſt* & ita *adſcendit*. Inde eſt apud Ebræos.

מַדְרֵגָה f. *Gradus in cochleis*, quô in altas arces ſcanditur, & hinc *locum præcipitem* notat. Füllerus Miſcell. Sacr. lib. 4. c. 6. ſcribit, rectè & ad nomen ipſum accommodate reddi *ſcalare quoddam*, h. e. *locum adeò ſublimem & arduo adſcenſu*, ut non niſi ſcalarum adminiculô adiri poſſit. Bis ſaltem legitur, in Singulari Cant. 2, 14. In Plurali מַדְרֵגוֹת *Gradus*, *Præcipitia*, Ezech. 38, 20.

דַּרְדַּר *Carduus*, vide ſupra in דור, & inferius in דרר.

דָּרַךְ *Ivit*, *Inceſſit*, *Proceſſit*, *Calcavit*, *Conculcavit*, *Tetendit*, *Intendit*. דָּרַךְ כּוֹכָב מִיַּעֲקֹב *Procedet*, i. e. orietur ſtella ex Jacob, Num. 24, 17. דָּרַךְ קַשְׁתּוֹ Tetendit arcum ſuum, Thren. 2, 4. פּוּרָה דָּרַכְתִּי לְבַדִּי Torcular *calcavi* ſolus, Jeſ. 63, 2. Part. דֹּרֵךְ עַל־בָּמֳתֵי אָרֶץ Calcans ſuper excelſa terræ, Am. 4, 13. Part. Paul F. קֶשֶׁת דְּרוּכָה Arcus intenſus, Jeſ. 21, 15. Fut. יִדְרְכוּן קֶשֶׁת *Tendent* arcum, Pſalm. 11, 2. ן eſt Paragogicum. Hiphil הִדְרִיךְ *Ire*, *incedere fecit*, *Duxit*, *Deduxit*; *Calcavit*, *Conculcavit*. הִדְרַכְתִּיךָ בְּמַעְגְּלֵי־יֹשֶׁר *Incedere feci* te in orbitis rectitudinis, Prov. 4, 11. הִדְרִיכֻהוּ *Conculcarunt* eos, Jud. 20, 43. Fut. אַדְרִיכֵם *Deducam* eos, Jeſ. 42, 16.

1) Generatim infert *rei motum*, qualicunque fiat ratione. 2) Speciatim *α*) eſt *ire*, vel *incedere*, quod *propriè* eſt *pedum*, *tropicè* verò etiam *aliarum rerum*. Unde Num. 24, 17. dicit ortum & nativitatem Meſſiæ voce *ſtellæ* deſignati. In Hiphil eſt *aliquem rectâ viâ ire*, *vel incedere facere*, *viam aperiendo & monſtrando*, *manibus quaſi ducendo & ſuſtentando* &c. Pſalm. 25, 5. Pſalm. 107, 7. Pſalm. 119, 35. Prov. 4, 11. Jeſ. 42, 16. c. 48, 17. 2) Notat *calcare*, quod *propriè* eſt *pedum*, tribuiturque hominibus, calcantibus *terram*, Devt. 11, 24. 25. Joſ. 1, 5, c. 14, 9. terræ terminum, Mich. 5, 5. limen oſtii, 1. Sam. 5, 5. olivam, Mich. 6, 15. vel uvas, Jud. 9, 27. ut inde manet oleum vel muſtum, Metonym. *torcular*, Neh. 13, 15. Job. 24, 11, Jeſ. 16, 10. vel 10. c. 63, 2. Sed per Metaphoram *calcatio torcularis* tribuitur *Deo*, ad indicandam *ipſius graviſſimam ultionem in improbos exercitam*, ubi *hoſtes* fuerunt prelum, quorum operâ Deus utebatur, *impii* verò fuerunt uvæ calcandæ, ut ex ipſis velut ex uvis ſanguis copioſè effluxerit, Thren. 1, 15. item *Meſſiæ*, qui per acerbiſſimam paſſionem *torcular iræ Dei* calcavit, ut eum genere humano reconciliaret, Jeſ. 63, 3. Conf. Apoc. 14, 19. Sic tropicè *Deus* dicitur *calcare*

calcare excelſa maris, quando fluctus maris pedibus quaſi conculcat, deprimit & limitibus ſuis continet, ac calcando quaſi coërcet, ut terra non inundetur, Job.9,8. *excelſa terra*, quando omnia, quæ ſublimia & in eminentiâ conſtituta videntur, quaſi calcando opprimit, Mich. 1, 3. vel aliàs ſuam majeſtatem & potentiam monſtrat, Am. 4, 13. ; item *homo* dicitur Metaphoricè *calcare viam perverſam*, quando perverſam vivendi rationem init, Jeſ. 59. *calcare excelſa hoſtium*, quando hos ſuperat atque ſubigit, Devt. 33. v. ult. *robur hominum*, quando eos vincit, ſanguinemque eorum *roboris* voce deſignatum, effundit, Jud. 5. 21. *ſuper leonem & aſpidem*, quando hoſtium tàm apertorum, quàm occultorum victor evadit, & pericula graviſſima & præſentiſſima effugit, Pſ. 91, 13. γ) *Tendere*, vel *intendere*, ſi referatur ad vocem קֶשֶׁת *arcus*, quia arcuum intenſio fiebat pedem nervo vel arcui imponendo ad eum incurvandum, telumque eò fortius elidendum. Hinc R. Salomo ad Pſalm. 11. hujus ſignificationis rationem redditurus ſcribit : שכשהוא חזק צריך ליתן רגלו עליו כשירצה לנטותו *Quoniam, ſi arcus validus eſt, neceſſe eſt, ut ponat pedem ſuper eum, cum eum vult inclinare ſeu tendere.* De Arabibus Suidas refert, quod ſagittis hominis longitudinem æquantibus utentes pro manibus pedes in nervum ponant. Ita *propriè* adhibetur, 1. Chron. 5, 18. c. 8, 40. 2. Chron. 14, 8. Jeſ. 5, 28. c. 21, 15. Jer. 46, 9. c. 50, 14. 29. c. 51, 3. *Impropriè* per *Metaphoram* tribuitur 1) *Deo*, qui dicitur *arcum ſuum* contra impios *intendere*, quando pœnas graviſſimas immittit & vindictam exercet, Thren. 2, 4. c. 3, 12. *Judam* velut arcum, ad indigitandam emiſſionem Doctorum Evangelii, Zach. 9, 13. Vid. Joh. Schmid. in l. c. 2) *Homini*, qui dicitur intendere *arcum ſuum* contra pios & miſeros, ad indigitandas inſidias & machinationes, quas ipſis ſtruunt, Pſalm. 11, 2. Pſalm. 37, 14. *linguam mendacem*, ut mendacia noxia velut tela emittat, Jer. 9, 2. *ſagittam ſuam*, verbum amarum, Pſalm. 64, 4. ubi ſimul Metonymia *Adjuncti* latet. δ) Relatum ad *aream* aut *fruges* ſignificat *triturare*, calcando grana excutere, Jer. 51, 33.

דֶּרֶךְ c. *Via, Iter, Mos* &c. דֶּרֶךְ עֵץ הַחַיִּים *Via arboris vitæ*, i. e. quæ ducit ad arborem vitæ, Gen. 3, 24. נֵלְכָה נָּא דֶּרֶךְ שְׁלֹשֶׁת יָמִים Eamus, quæſo, *iter* trium dierum, Exod. 3, 18. וְסַרְתֶּם מִן הַדֶּרֶךְ Et receſſuri eritis à *viâ*, Devt. 31, 29. אֵם הַדֶּרֶךְ *Bivium viæ*, Ezech. 21, 26. יְשִׁימֹן דֶּרֶךְ *Solitudo viæ*, ubi nulla *via* ſignata eſt, Pſalm. 107, 4. אָנֹכִי בַּדֶּרֶךְ נָחַנִי יְהוָֹה Me in *viâ*, duxit Dominus, Gen. 24, 27. Ubi Suffixo verbo appoſitum indicat caſum obliquum præcedentis אָנֹכִי *ego*. Cum Suff. וַיהוָֹה הִצְלִיחַ דַּרְכִּי Cum Dominus ſecundaverit *viam meam*, Gen. 24, 56. הָלַךְ לְדַרְכּוֹ *Abiit viâ ſuâ*, Gen. 32, 1. Dual. דְּרָכַיִם *Duæ viæ*, Prov. 28, 18. Plur. דְּרָכִים *Viæ*, Devt. 28, 7. In Statu Conſtr. דַּרְכֵי יְהוָֹה *Viæ Domini*, 2. Sam. 22, 22. Cum Suff. לֹא הָלְכוּ בִדְרָכֶיךָ אִם בִּדְרָכַי תֵּלֵךְ Si in *viis meis* iveris, Zach. 3, 7.

Non ambularunt in *viis* tuis, 1. Sam. 8, 5. דַּרְכֵיכֶם *Via* veſtræ, Job. 24, 23.

1) Generatim notat *viam*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *ſpatium longius*, in quô inceditur, fit progreſſus, multiplicantur paſſus, notantur veſtigia, & à loco ad locum tenditur, Gen. 3, 24. c. 38, 14. Exod. 13, 18. Num. 14, 28. Devt. 1, 2. 1. Reg. 8, 48. Jeſ. 8, 23. vel 9. 1. &c. *β*) *Tropice* 1) per *Metonymiam* notat tùm *itionem*, quâ viam calcamus & terimus, Gen. 24, 42. Jud. 18, 6. tùm *iter*, quod emetimur, ſeu certum aliquod viæ intervallum, quod emetiendum, Gen. 30, 36. 1. Reg. 18, 27. c. 19, 5. 2) per *Metaphoram* deſignat *a*) *vitam*, vel *vitæ curriculum*, Jud. 22, 21. Pſalm. 110. v. ult. *b*) *Vivendi rationem & conſvetudinem*, Job. 3, 23. Pſalm. 49, 14. Jeſ. 8, 11. *c*) *Rationem & morem agendi*, Jeſ. 10, 24. vel *patiendi*, Gen. 31, 35. *d*) *Actiones & opera, item ſtudia, conatus, & conſilia*, 2. Chron. 6, 23. c. 13, 22. Pſalm. 1, 1. 6. Prov. 12, 26. c. 14, 2. c. 16. 2. Jer. 12, 1. c. 17, 10. *e*) *Negotia* ac *functiones officii*, Pſalm. 35, 5. Pſalm. 91, 11. *f*) *Via omnis terræ* eſt *mors*, Joſ. 23, 14. 1. Reg. 2, 2. Peculiariter *Via Dei* in ſcriptura denotat *α*) *rationem vivendi* à Deô hominibus præſcriptam, eique placentem, Exod. 32, 8. Devt. 9, 12. 16. c. 11, 28. Pſalm. 5, 9. Pſalm. 25, 4. 8. Prov. 23, 19. Jeſ. 2, 3. Jer. 1, 18. Mal. 2, 8. unde *lex* velut norma virtutum & rationis vivendi dicitur *via* Dei, Hoſ. 14, 10. Conf. 2. Reg. 21, 22. 2. Chron. 17, 6. Jer. 5, 4. 5. *β*) *Rationem agendi*, quam Deus erga creaturas ſuas tenet, quaque ab imperſcrutabili occultaque majeſtatis ſuæ quiete velut ad extra progreditur, Devt. 32, 4. 2. Sam. 22, 31. Pſalm. 18, 31. Pſalm. 67, 3. Pſalm. 77, 14. 20. Jeſ. 55, 8. conf. Rom. 11, 33. *γ*) *Ipſa opera* & *actiones Dei*, Job. 40, 14. vel 19. Prov. 8, 22.

מִדְרַךְ m. *Calcatio*. Legitur ſaltem in Statu Conſtr. מִדְרַךְ כַּף רָגֶל *Calcatio* plantæ pedis, Devt. 2, 5.

דַּרְכְּמוֹן m. *Drachma*, gr. δϱαχμή; conflatum cenſetur ex דֶּרֶךְ *via* & מָנָה *Diſtribuit*, *Deputavit*, q. d. *viaticum*, quod expenditur viatori. Vid. Robertſon Lex. p. 142. Legitur ſaltem in Plurali דַּרְכְּמוֹנִים *Drachmæ*, Eſr. 2, 69. Neh. 7, v. 70. 71. 72.

דָּרוֹם m. *Auſter*, *Meridies*, plaga meridionalis. Iuxta R. Bechai ad Devt. 3, 27. ſic dicitur qſ. דָּר רוֹם vel דֹּרֵךְ *Habitans* vel *incedens altè*, quia ibi ſol altius incedit; niſi reſpicere velis ad Arabiſmum, ubi דרם ſignificat *brevibus paſſibus incedere*, quia in plagâ meridionali ſol tanquam in altitudine ſuâ conſtitutus, brevibus velut paſſibus incedere obſervatur. Occurrit Job. 37, 16. Eccl. 1, 6. c. 11, 3. Ezech. 40, 24. 27. 28. 44. 45. c. 42, 12. 13. 18.

דְּרוֹר m. *Libertas*; *Hirundo*. קְרֹא לִשְׁבוּיִם דְּרוֹר *Proclamare*, prædicare captivis *libertatem*. עַד־שְׁנַת הַדְּרוֹר Usque ad annum *libertatis*, Ezech. 46, 17.

1) Generatim dicit *libertatem*, 2) Speciatim α) *propriè* denotat *ſtatum hominis*, quô eſt ſui juris, non obnoxius ſervituti, debitioni, aut captivitati, Lev. 25, 10. Jer. 34, 8. 15. 17. Ezech. 46, 17. β) *Tropicè* 1) *Metaphoricè* deſignat tùm *libertatem ſpiritualem*, quâ homines à ſervitute & captivitate peccati ac Diaboli per Chriſtum liberati vivunt, Jeſ. 61, 3. tùm *libertatem* Judæorum ad gladium, peſtem ac famem, quâ Deus iratus impios Judæos ex ſua ſervitute, curâ ac tutelâ manumittens, peſti, gladio ac fami concedebat liberam facultatem, & poteſtatem eos miſerè affligendi & occidendi, Jer. 34, 17. 2) *Metonymicè* deſignat a) *nobilitatem ac præſtantiam rei*, quia libertate nil nobilius ac præſtantius videtur ſervo aut captivo. Ita Exod. 32, 23. מָר־דְּרוֹר Myrrha *libertatis* eſt *Myrrha optima, præſtantiſſima, libera à ſordibus*; & Cocceio coincidere videtur cum מר עֹבֵר *Myrrha tranſeunte*, Cant. 5. 5. b) *Hirundinem*, Pſalm. 84, 4. Prov. 26, 2. quia libertatis ita amans eſt, ut citius moriatur, quàm in cavea ut ſerviat homini incluſa; vel quia libertatem nidificandi in hominum ædibus habet. Sed Bochartus in Hieroz. Præf. p. 3. & 9. *columbæ feræ* ſpeciem denotare putat.

דַּרְדַּר m. *Carduus, Tribulus*; ita dici putatur, quia libere & ſuapte ſponte in agris, ſine culturâ ſuccreſcit, Gen. 3, 18. Hoſ. 10, 8. Sed vide ſupra in דור.

דָּרַשׁ *Quæſivit, Inquiſivit, Requiſivit, Conſuluit, Percunctatus eſt*. Conſtruitur vel abſolutè, vel intercedentibus particulis עַל, ב, אֵת, אֶל, מ vel מִן, ל &c. דָּרַשׁ בַּיהוָה *Conſuluit* Dominum, 1. Chron. 10, 14. לֵאלֹהֵי אָבִיו דָּרָשׁ Deum Patris ſui *quæſivit*, 2. Chron. 17, 5. דָּרַשְׁתִּי אֶת־יְהוָה *Quæſivi* Dominum, Pſalm. 34, 5. Part. דֹּרֵשׁ אֶל־הַמֵּתִים Et *quærens* mortuos, Devt. 18, 11. דְּרָשׁוּנִי *Requiſiverunt* me, Jeſ. 65, 10. Infin. לִדְרֹשׁ אֶת־יְהוָה Ad *quærendum* Dominum, Gen. 25, 22. Sed Eſr. 10, 16. eſt לְדַרְיוֹשׁ *ad quærendum*, cum י Epenthetico. Fut. וְדָמוֹ מִיַּד הַצֹּפֶה אֶדְרֹשׁ Et ſanguinem ejus è manu ſpeculatoris *requiram*, Ezech. 33, 6. תִּדְרְשֻׁהוּ Quæretis eum, 2. Chron. 15, 2. Niphal נִדְרַשׁ *Quæſitus, Conſultus eſt*. נִדְרַשְׁתִּי *Quæſitus ſum*, Jeſ. 65, 1. Inf. cum Fut. הַאִדָּרֹשׁ אִדָּרֵשׁ *Num quærendo quærar?* Ezech. 14, 3, ubi eſt אִדָּרֵשׁ pro הִדָּרֵשׁ, literis quieſcibilibus א & ה alternantibus, & ו pro (-) adhibito.

1) Generatim notat *quærere*, prout dicit *applicationem animi, judicii, curæ, deſiderii*, vel *ſtudii ad rem vel perſonam*, quocunque fiat fine. 2) Speciatim α) notat *ſolerter & accuratè aliquid perquirere, ſcrutari vel inveſtigare*. Ita *Deus* dicitur ſcrutari corda, 1. Chron. 28, 9. *homo* inveſtigare ſapientiam, Eccl. 1, 13. legem Domini, 1. Chron. 28, 8. Eſr. 7, 10. Pſalm. 119, 45. β) *Sollicitè interrogare & conſulere*, Dominum, Gen. 25, 22. 1. Reg. 22, 8. 2. Reg. 8, 8. Pythonem, 1. Sam. 28, 7. 1. Chron. 10, 13. Jeſ. 8, 18. mortuos, Devt. 18, 11. γ) *Poſcere* aliquid, ut debitum, Devt. 23, 22.

Digitized by Google

23, 22. Mich. 6, 8. *requirere, repoſcere*, amiſſum, Devt. 22, 2. δ) *Aliquid ad animum revocare & curare, alicujus rei ſollicitam curam gerere*, Devt. 11, 12. Job. 3, 4. Pſ. 142, 5. Jeſ. 62, 12. Jer. 30, 17. ε) *Quærere alicujus bonum vel malum*, h. e. ut alicui ſit bene, Eſth. 10, 3, Jer. 29, 7. c. 38, 4. vel male, Pſalm. 38, 13. Jeſ. 38, 4. conf. Devt. 23, 7. ζ) *Punire, Vindicare, Ulciſci* peccatum vel facinus malum, Devt. 18, 19. 2. Chron. 24, 22. Pſalm. 10, 13. Ita ſæpius combinatur cum voce דָּם *Sanguis*, Gen. 9, 5. c. 42, 22. Pſalm. 9, 13. η) Speciatim *quærere Deum* dicuntur 1) *pii*, qui, omnibus aliis rebus miſſis, quæ carni gratæ ſunt, hoc agunt unicè, ut Deum habeant, colant, ament, in ipſoque confidant, 1. Chron. 28, 9. 2. Chron. 15, 2. c. 17, 4. Pſalm. 9, 11. Pſalm. 14, 2. Pſalm. 22, 27. Pſalm. 24, 16. Pſal. 34, 11. Pſalm. 53, 3. Pſalm. 69, 33. Pſ. 119, 2. Jeſ. 65, 10. 2) *Pœnitentes peccatores*, qui Deum per peccata amiſſum, per ſeriam pœnitentiam preceſque devotas requirunt, ut per fidem denuò ei uniti, ipſius gratia & ope frui queant, 2. Chron. 20, 3. Pſalm. 78, 34. Jeſ. 55, 6. Hoſ. 10, 12. Am. 5, 6. 3) *Omnes*, qui in calamitatibus conſtituti auxilium Dei quærunt & poſcunt ſupplices, Pſalm. 34, 5. 1. Chron. 16, 11.

מִדְרָשׁ m. *Commentarius*, ſeu *Liber*, in quô recenſentur res geſtæ, ut ibi *quæri* & cognoſci queant. Legitur ſaltem in Statu Conſtr. 2. Chron. 13, 22. c. 24, 27.

דָּשָׁא *Germinare*, *Herbaſcere*. Bis ſaltem legitur, nempe ſemel in Kal, Joel. 2, 22. דָּשְׁאוּ *Germinarunt*; & ſemel in Fut. Hiphil תַּדְשֵׁא *Herbaſcat*, *Germinare faciat*, Gen. 1, 11.

דֶּשֶׁא m. *Herbula*, *Herba tenera*, qualis primô vere enata terram ſolet ſvaviter inveſtire, quæ nondum exaruit, vel ſeniô facta ingratior, nec ſemen gerit. Ei opponitur עֵשֶׂב *Herba adulta*, quæ ſuccrevit & ſemen gerit, Gen. 1, 11. יֶרֶק דֶּשֶׁא *Viror herbulæ*, 2. Reg. 19, 26. Vid. Pſalm. 37, 2. Jeſ. 37, 27. כָּלָה דֶשֶׁא Conſumta eſt *herbula*, Jeſ. 15, 11. vel c. 16, 6. תַּדְשֵׁא הָאָרֶץ דֶּשֶׁא *Herbaſcat* ſeu *germinare faciat* terra *herbulam*, Gen. 1, 11. Præterea occurrit, Gen. 1, 12. Devt. 32, 2. 2. Sam. 23, 4. Job. 6, 5. c. 38, 27. Pſalm. 23, 2. Prov. 27, 25. Jeſ. 66, 14. Jer. 14, 5.

דָּשָׁא f. *Herbilis*. Occurrit ſaltem, Jer. 50, 11. ubi עֶגְלָה דָשָׁא *Vitula herbilis* dicitur, quæ continuò bonas, easque copioſas *herbas* paſcit, ut obeſa, laſciva & recalcitrans evadat. Eſtque דָּשָׁא quibusdam pro דָּשָׁה, litera א cum ה permutatâ. Sed aliis eſt Participium Fœm. à rad. דוּשׁ *triturare*, cenſeturque *vitula triturans* eſſe *talis vitula*, quæ continuò ex tritura comedit ac pingueſcit.

דֶּשֶׁן m. *Pinguedo*; *Cinis*. Scilicet

1) Idem eſt ac *Pinguedo*, prout α) *propriè* notat *ſuccum* pinguem & oleoſum, qualis ſuccus deprehenditur in olea ejusque fructu, Jud. 9, 9. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *copiam & ubertatem* beneficiorum divinorum,

Digitized by Google

rum, Pſalm. 36, 6. Pſalm. 63, 9. Pſalm. 65, 12. 2) *Copiam & ſuavitatem* ſpiritualis nutrimenti, Jer. 31, 14. conf. Jeſ. 55, 2. 3) *Lautas & pingues eſcas*, Job. 36, 16.

דָּשֵׁן *Saginatus*, *Pinguefactus eſt*, Devt. 31, 20. Piel דִּשֵּׁן *Pinguefecit*, *Impinguavit*. דִּשַּׁנְתָּ בַשֶּׁמֶן רֹאשִׁי *Impinguaſti* oleô caput meum, Pſalm. 23, 5. Pual דֻּשַּׁן *Pinguefactus*, *Impinguatus eſt*. Fut. וַעֲפָרָם מֵחֵלֶב יְדֻשָּׁן Et pulvis eorum ab adipe *pinguefiat*, Jeſ. 34, 7. הֻדַּשְּׁנָה *Pinguefacta eſt, ac ſeipſam pinguefecit ac incraſſavit*, Jeſ. 34, 6. eſt forma mixta ex Hüphal & Hithpael. Nudum enim Hüphal eſſet הֻדְשְׁנָה & Hithpael foret הִדַּשְּׁנָה pro הִתְדַּשְּׁנָה, literâ ת, quia cognatæ pronunciationis litera ſequitur, in ד per Dageſch forte exhibitâ.

1) Generatim *pingueſcendi* notionem habet, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *ſuccô pingui & oleoſô imbui, pinguefieri* &c. quod contingit ad ſatietatem comedentibus, ceu colligitur ex Devt. 31, 20. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *bonorum affluentiam, rerumque vitæ feliciter transigendæ convenientium copioſam conſecutionem & fruitionem*, quibus homo velut roboratur, hilareſcit &c. non ſecus ac corpus, quod, ſi largo pábulo gaudet, nitidum ac ſucciplenum vultum, robur, alacritatem &c. acquirit, Prov. 11, 25. c. 13, 4. c. 28, 25. 2) *Copioſam deliciarum ſpiritualium largitionem*, Pſalm. 23, 5. 3) *Totius hominis bonam habitudinem ex animi lætitia ortam*, Prov. 15, 30. 4) *Gladio Dei* tributum deſignât *vindictæ divinæ magnitudinem*.

דָּשֵׁן m. *Pinguis, pinguedinem habens*, Jeſ. 30, 23. Plur. דְּשֵׁנִים *Pingues*, Pſalm. 92, 15. In Statu Conſtr. דִּשְׁנֵי אֶרֶץ *Pingues terræ*, Pſalm. 22, 30. In his ſaltem locis reperitur, in quorum primo indigitatur *copia & ubertas frugum*; In ſecundo indicatur *ſingularis & eximia virium copia*; In ultimô ſignificatur opimior hominum ſors, qua deliciis, viribus, opibus &c. gaudent & affluunt; qualis ſors eſt Magnatum, divitum &c.

β) דֶּשֶׁן m. Idem eſt ac *cinis*, qui ſic dici putatur, quia agros pinguefacit, & utilis eſt, ne radices vermiculentur, & ut ſalſugine enutriantur; vel quia cinis eſt materia macra, omni vacans pinguedine, utpote igne exiccata. Vide Robertſonis Lex. & Mercer. ad Lex. Pagnini מְקוֹם הַדֶּשֶׁן *Locus cineris*, Lev. 1, 16. וְנִשְׁפַּךְ הַדֶּשֶׁן Et effundetur cinis, 1. Reg. 13, 3. Præterea legitur, Lev. 4, 12. c. 6, 3. 4. 1. Reg. 13, 5. Jer. 31, 39.

דִּשֵּׁן *Incineravit, in cineres redegit*; item *decineravit, cineres removit, à cineribus repurgavit*. Saltem ter legitur. וְדִשְּׁנוּ Et *decinerabunt*, Num. 4, 13. Inf. cum Suff. לְדַשְּׁנוֹ Ad *decinerandum*, Exod. 27, 3. Fut. יְדַשְּׁנֶה *Incineret, in cineres redigat*, Pſalm. 20, 4. cum ה Paragogicô præcedente (ֶ) pro (ֵ) per alternationem poſitô.

דִּישׁוֹן m. *Pygargus*, Devt. 14, 5. ſic dicitur à *colore cinereo*, refertur-

que

Digitized by Google

que inter damarum aut caprearum genera. Vid. Bochart. Hieroz. lib. 3. c. 20. p. 902.

דָּת f. *Lex, Edictum, Jus, Mandatum, Conſuetudo.* Vox magis in Linguâ Chaldaicâ, quàm Ebraica uſu recepta. אֵשׁ דָּת *Ignis legis*, i. e. *ignea lex*, Devt. 33, 2. Dicitur lex *ignea*, tum, quia ex *igne* data fuit, Devt. 5, 22. tùm quia *igni* ſimilis eſt, Jer. 23, 29. יֹדְעֵי דָּת *Periti Juris*, Eſth. 1, 13. כְּדָת הַנָּשִׁים Iuxta *conſuetudinem* mulierum, Eſth. 2, 12. לַעֲשׂוֹת כְּדָת הַיּוֹם *Ad facere*, i. e. ut facerent juxta *edictum* hujus diei, Eſth. 9, 13. Cum Suff. דָּתוֹ *Lex* ejus, Eſth. 2, 8. Plur. דָּתִים *Mandata, Leges.* In Statu Conſtr. דָּתֵי הַמֶּלֶךְ *Mandata* Regis, Eſth. 3, 8. Cum Suff. דָּתֵיהֶם *Leges ipſorum*, Eſth. 3, 8.

דָּתָן m. *Dathan*, nomen pr. filii Eliabi, *legis peritum* denotans, Num. 16, 1. 2.

ה

ה Litera α) *ab initio vocis* conſtituit.

I) *Præformativum* in *Nominibus auctis* ex Hiphil & Hithpael derivatis, ut in הַקְדָּמָה *Præfatio, Anticipatio*, הַכָּרָה *Cognitio*, Jeſ. 3, 9. הוֹבָרָה *Perditio*, &c. הִתְחַבְּרוּת *Conſociatio*, Dan. 11, 23.

II) *Articulum*, tàm definitum, *hic, hæc, hoc, iſte, iſta, iſtud*, quàm indefinitum, *quidam, aliquis*, qui præfigitur cum (-) ſequente Dageſch forti, α) *Nominibus* הַשָּׂדֶה *Hic* ager, Gen. 2, 2. הַבָּנִים *Hi* filii, Gen. 25, 22. הַבָּנוֹת *Hæ* filiæ, Gen. 31, 43. הָרֶמֶשׂ Reptile *hoc*, Gen. 1, 26. ubi ob Dageſch ex ר extruſum (-) mutatur in (ָ) quod etiam fit, ſi ſequitur litera gutturalis, ut in הָאָרֶץ Terra *hæc*, Gen. 1, 26. הַנַּעַר Puer *aliquis*, Jeſ. 7, 16. β) Pronominibus tertiæ perſonæ. מִן־הָאָרֶץ הַהוּא Ex terrâ *illâ*, Gen. 10, 11. γ) Participiis, ut in הָרֹעִים *Paſcentes*, i. e. Paſtores, Exod. 3, 17.

III) Relativum *Qui, qua, quod*, eôdem præfigendum modô, quô ה Articuli. *Relativi* autem vim obtinet, quando præmittitur a) quandoque *nominibus*, עֲשִׂי־לָהּ הַטּוֹב בְּעֵינָיִךְ Fac ei, *quod* bonum in oculis tuis, Gen. 16, 6. b) *Participiis*, הָרֹמֵשׂ עַל־הָאָרֶץ *Quod* reptans eſt ſuper terrâ, Gen. 1, 26. c) *Verbis* tùm Præteriti, tùm Futuri temporis. וְכֹל־הַהִקְדִּישׁ שְׁמוּאֵל Et omne, *quod* conſecravit Samuel, 1. Chron. 26, 28. וּמַה־נַּעֲשֶׂה לַנַּעַר הַיּוּלָּד Et quid faciemus puero illi, *qui* naſcetur, Jud. 13, 8. Conf. Gen. 21, 3. 2. Chron. 28, 36. Job. 2, 11.

IV) Diſtributivum, *quicunque, quilibet, unusquiſque.* וְאֶת־הַכּוֹכָבִים Et ſtellas *quaſcunque*, Gen. 1, 16. שֶׂה לַבָּיִת Pecus pro *unaquaque* familiâ, Exod. 12, 3.

V) Vocativum ſeu Patheticum ô. הַקָּהָל O congregatio, Num. 15, 15.

VI) In-

Digitized by Google

VI) Interrogativum, *an? num?* quod præfigitur cum (ֲ) ut הֲבַת שִׁבְעִים שָׁנָה תֵּלֵד *Num* ſeptuagenaria pariet, Gen. 17, 17. pro quo (ֲ) eſt (ַ) ante Gutturalem perpetuò, ut הַאֵינְךָ רֹאֶה *An* non es videns? Jer. 7, 17. הַעַיִט *An* volucris? Gen. 27, 38. Rarius, potiſſimum ante Præfixum præfigitur cum (ַ) ſequente Dageſch forti, ut הַגְּמוּל *An* retributionem? Joel. 3, 9. הַכְּתֹנֶת *Num* tunica? Gen. 37, 32. הַלְּבֶן *Num* filio, Gen. 17, 17. הַכְּצַעֲקָתָהּ *An* ſecundum clamorem de eâ? Gen. 18, 21. Exprimit autem iſtud ה interrogativum 1) *ſimplicem interrogationem*, quæ in homine utplurimum *dubitationem* aut *ignorantiam* connotat. הַאַתָּה זֶה בְּנִי עֵשָׂו אִם־לֹא *Num* tu ſis hic meus filius Eſavus, vel non? Gen. 27, 21. 2) *Negationem* aut etiam *affirmationem fortiorem*, quæ ſæpe in interrogante *indignationis*, *increpationis*, *expoſtulationis*, *exprobationis vel admirationis* nota eſt. הֲשֹׁמֵר אָחִי אָנֹכִי *Numquid* cuſtos fratris mei ego ſum? i. e. *minimè*, Gen. 4, 9. וְאָכַלְתִּי חַטָּאת הַיּוֹם הַיִּיטַב בְּעֵינֵי יְהוָה Si comediſſem hoſtiam pro peccato hoc ipſo die, *an* bonum eſſet in oculis Domini i. e. *nequaquam*. Expoſtulantis eſt, Lev. 10, 19. הֲתִחְיֶינָה הָעֲצָמוֹת *Num* vivent oſſa iſta? i. e. *omninò* vivent, Ezech. 37, 3. הֲמִן הָעֵץ אֲשֶׁר צִוִּיתִיךָ לְבִלְתִּי אֲכָל־מִמֶּנּוּ אָכָלְתָּ *Num* quid de iſtâ arbore, de quâ præceperam tibi, ut ne comederes, comediſti? *omninò comediſti*. *Increpantis* eſt ac *exprobrantis*, Gen. 3, 11. 1. Sam. 2, 27. 3) *Admirationem*, הַלְּבֶן מֵאָה שָׁנָה יִוָּלֵד וְאִם־שָׂרָה הֲבַת תִּשְׁעִים שָׁנָה תֵּלֵד *Num* centenario naſcetur? & *num* Sara, *num* nonaginta annos nata pariet? Gen. 17, 17. Vid. Danz. Interpr. §. 190. 191.

β) In fine vocis eſt 1) *Afformativum* F. tàm in *Nominibus* חָכְמָה *Sapientia*. הַהֲפֵכָה *Everſio*, Gen. 19, 29. quàm in *verbis*, ut בָּכְתָה *Flevit*, F. Deut. 21, 13. 2) *Paragogicum*, quod otioſè ſuperadditur uſitatè. α) *Verbis* in perſonis Futuri ac Imperativi in fine alioquin non creſcentibus, נִלְבְּנָה *Excoquemus lateres*, Gen. 11, 3. הָבָה *Da*, Gen. 11, 4. β) *Pronominibus* ſecundæ perſonæ maſc. ſing. ac plur. fœm. tertiæ perſonæ pluralis utriusque generis, item harum perſonarum Afformativis & Suffixis ex illis formatis. אַתָּה *Tu* M. Gen. 3, 14. אַתֵּנָה *Vos* F. Gen. 31, 6. הֵמָּה *Illi*, Ezech. 16, 51. הֵנָּה *Illæ*, Ezech. 16, 51. בָּגַדְתָּה *Perfide egiſti*, Mal 2, 14. Rarius ſuperadditur Nominibus, & Participiis M. לַיְלָה *Nox*, Gen. 14, 15. בֹּעֲרָה *Ardens*, Hoſ. 7, 4. 3) *Locale*, quod adjicitur Nominibus *locum* deſignantibus, ſuſtinens vicem Præpoſitionum *in*, *ad*, *verſus*, *à* &c. מִצְרַיְמָה *In* Ægyptum, Gen 12, 10. אַרְצָה *Ad* terram, Gen. 19, 1. צָפֹנָה וָנֶגְבָּה וָקֵדְמָה וָיָמָּה *Verſus* Septentrionem & *verſus* meridiem, & *verſus* orientem, ac *verſus* mare ſeu occidentem, Gen. 13, 14. 4) Intenſivum, אֵימָתָה Formido *maxima* Exod. 15, 16. ex abſol. אֵימָה *Formido, terror*. יְשׁוּעָתָה לַיהוָה *Omnimoda* ſalus à Domino, Jon. 2, 10. ex abſol. יְשׁוּעָה *Salus*. מְזִמָּתָה *Maximum* ſcelus, Jer. 11, 15. ex abſol. מְזִמָּה *Scelus*.

הֵא *En, ecce.* Eſt particula, *demonſtrandi* vim habens. Saltem legitur, Gen. 47,23. Ezech. 16,43.

הָהּ *Ah!* Eſt vocula *dolentis*, legiturque ſaltem, Ezech. 30,2. Sæpius autem occurrit אֲהָהּ *Ah! Eheu!* quod vide ſuperius.

הָבַל *Evanuit; Vaporavit* apud Talmudiſtas. Quinquies ſaltem in ſacris legitur, ubique indigitans *falſitatem judicii per cæcitatem mentis, & deluſionem fiduciæ ac ſpei.* Fut. לָמָּה־זֶּה הֶבֶל תֶּהְבָּלוּ Quare vanitate *vaneſcitis?* Scil. ex malis principiis fruſtra ac fallaciter concludentibus, Job. 27,21. אַל־תֶּהְבָּלוּ *Ne evaneſcite*, fallaci fiduciâ & ſpe freti, Pſalm. 62,11. וַיֶּהְבָּלוּ Et *vani facti ſunt*, 2. Reg. 17,15. Jer. 2,5. Scil. in idolorum cultu, defraudati omni ſpe in iis repoſitâ. Hiphil הֶהְבִּיל *Vanum fecit.* Part. מַהְבִּלִים *Vanos facientes vos*, ſcil. in fiduciâ & ſpe, Jer. 23,16.

הֶבֶל m. *Vapor, Vanitas.* הֶבֶל יָמָי׃ *Vanitas*, i. e. *vaniſſimi* ſunt dies mei, Job. 7,16. לָמָּה־זֶּה הֶבֶל אִיגָע׃ Quare in *vanum*, ſeu fruſtra laborabo? Job. 9,29. Cum Suff. בִּימֵי הֶבְלִי In diebus *vanitatis meæ*, Eccl. 7,15. Plur. הֲבָלִים *Vanitates*, Eccl. 5,6. In Statu Conſtr. הַבְלֵי שָׁוְא *Vanitates* inanitatis, i. e. *maximæ*, Pſalm. 31,7. Cum Suff. כִּעֲסוּנִי בְּהַבְלֵיהֶם Ad iram provocarunt me *vanitatibus ſuis*, Devt. 32,21.

1) Generatim denotat *omne id, quod facilè tranſit, inſtabile eſt, nihil ſolidi habet, & fallax eſt.* 2) Speciatim α) notat *vaporem*, qui facilè tranſit, nec quicquam ſolidì habet, ſive ex ore, ſive ex alia re calidâ exhaletur. Ita non ſolum adhibetur à Chaldæô, Pſ. 90,9. Sed etiam ita legitur in textu Ebræo, Pſalm. 62,10. Pſalm. 144,4. Prov. 21,6. Conf. Jeſ. 57,13. ubi aura ſeu tenuiſſimus ſpiritus indigitari cenſetur. β) Significat *vanitatem*, quâ voce, ſi adhibetur *nominaliter*, indigitatur 1) *res inanis, inſtabilis, & facilè tranſiens*, inſtar *halitûs* tempore hibernô ex ore prodeuntis, in quô retinendo omnis labor vanus & irritus eſt; vel inſtar *vaporis*, qui facillimè diſſipatur & perit, ut nullum ejus ſuperſit veſtigium. Ita dicitur de homine, Pſalm. 39,6. Pſalm. 62,10. Pſalm. 94,11. de *hominis vitâ*, Job. 7,16. Eccl. 6,12. c. 7,14. c. 9,9. de mundi rebus & deliciis univerſis, Eccl. 1,2.14. Vid. c. 2,11.17.19.21. 2) *Idola*, quæ ſic vocantur, quia nihil divini in ipſis eſt, & vana eſt omnis fiducia & ſpes, quæ in ipſorum auxilio reponitur, vel quia juxta Pauli adſertum, 1. Cor. 8,4. *nihil ſunt in mundo.* Ita legitur, Devt. 32,21. 1. Reg. 16,26. 2. Reg. 17,15. Jer. 2,5. c. 10,15. c. 14,22. c. 44 22. Sin verò adhibetur adverbialiter, idem eſt ac *vanè, in vanum, fruſtra*, ſubintellectâ particulâ ל vel בְּ, Job. 9,29. c. 21,34.

הֶבֶל m. *Habel*, filius Adami natu ſecundus; Sonat *vanitatem*; unde Mater Eva eum ſic nominaſſe videtur, vel, quia experta erat, ſe in Kaino non poſſidere ſemen mulieris promiſſum, adeoque cogitationes ſuas

ſuas fuiſſe vaniſſimas; vel, quod cognoverat, omnia eſſe vana in mundo. Occiſus fuit à fratre Caino, Gen. 4, 8.

הֶבֶן *Statuit, Poſuit,* apud Samaritanos.

הָבְנִים m. pl. *Obenæ ligna,* quæ nigra, ſolida & pulchra ſunt, quæque ſola India ferre dicitur, Ezech. 27, 1. 5. Ita interpretatur Symmachus, Hieronymus, & Bochartus in Hieroz. P. II. lib. 1. c. 20. p. 140. Kimchio eſt nomen animalis, ex cujus oſſe elegantia opera fiant. Quidam vertunt *pavones.*

הָבַר *Obſervavit, Contemplatus eſt.* Legitur ſaltem Particip. הֹבְרֵי שָׁמַיִם *Obſervatores cœli,* Jeſ. 47, 3.

הָגָה *Meditatus, Locutus eſt; Gemuit, Rugivit, Abſtulit* &c. Conſtruitur vel abſolutè, vel interveniente ב, objecti indice. וְהָגִיתִי בְכָל־פָּעֳלֶךָ *Meditor* omne opus tuum, Pſalm. 77, 13. Infin. וְכַיּוֹנִים הָגֹה נֶהְגֶּה Et ſicut columbæ *gemendo gemimus,* Jeſ. 59, 11. הָגוֹ סִיגִים מִכָּסֶף *Auferre, removere* ſcorias ab argento, Prov. 25, 4. Fut. אֶהְגֶּה בָךְ Meditabor de te, Pſalm. 63, 7. יֶהְגּוּ רִיק *Meditantur* vanum, Pſalm. 2, 1. Pual הֹגָה *Amotus, Remotus fuit,* 2. Sam. 20, 13. pro הֻגָּה, Cholem pro Dageſch Characteriſtico & præviâ vocali adhibito. Hiphil Particip. pl. וְהַמַּהְגִּים *Muſſitantes,* Jeſ. 8, 19.

1) Generatim Mercero ſignificat *motum;* Coccejo autem *ſeparationem & eductionem è medio.* 2) Speciatim α) eſt *amovere* vel *removere,* 2. Sam. 20, 13. Prov. 25, 4. 5. Joſ. 27, 8. β) Notat *ſocilitè aliquid meditari atque animô verſare,* Pſalm. 1, 2. Pſalm. 2, 1. Pſ. 38, 13. Pſ. 63, 7. Pſ. 143, 5. Prov. 15, 28. c. 24, 2. Jeſ. 33, 18. c. 59, 13. Jer. 48, 31. γ) Significat *laxare ſpiritum & vôcem.* Inde eſt 1) *loqui, effari, enunciare,* Job. 27, 4. Pſalm. 35, 28. Pſalm. 37, 30. Pſalm. 71, 24. Prov. 8, 7. Jeſ. 59. 3. 2) *Muſſitare,* Jeſ. 8, 19. vel 20. ubi Varenius reddit: *Muſſitare facientes,* qui phantaſtas reddunt ſuos auditores ſeu diſcipulos; Cui interpretationi adſtipulatur cel. Majus in Suppl. Lex. Coccej. 3) *Gemere,* Jeſ. 38, 14. c. 59, 11. 4) *Rugire,* ſi tribuitur leonibus, Jeſ. 31, 4.

הֶגֶה m. *Sermo, Eloquium,* Pſalm. 90, 9. *Gemitus* vel *Suſpirium,* Ezech. 2, 9. Aſt Job. 37, 2. tribuitur *tonitrui,* quia Deus per illum nobiſcum quaſi *loquitur,* indicans vel majeſtatem vel iram ſuam. Amplius non legitur.

הָגִיג m. *Meditatio; Gemitus.* Bis ſaltem legitur. Cum Suff. הֲגִיגִי *Meditatio mea,* Pſalm. 39, 4. *Suſpirium,* Pſalm. 5, 2.

הָגוּת f. *Meditatio* cordis. Semel occurrit, Pſalm. 49, 4.

הֶגְיוֹן m. *Meditatio.* Bis legitur; in *bonum,* Pſalm. 19, 15. in *malum,* Thren. 3, 62.

הִגָּיוֹן m. *Meditatio attenta,* Bis legitur, Pſ. 9, 17. Pſ. 92, 4.

הָגַן *Fuit patre liberò & matre ſervâ natus,* apud Arabes.

הֲגִינָה f. *Recta, Conveniens.* Extat tantum, Ezech. 42, 12.

הָגָר f. *Hagar*, nomen proprium ancillæ Abrahami, ex quâ, à Sara in uxorem concubinam ipſi datâ, ſuſcepit Iſmaelem, Gen. 16, 1. & ſeqq.

הַגְרִי m. *Hagarenus*; Plur. הַגְרִים *Hagareni.* Nomen proprium populorum Moabitis conterminorum, & verſus ortum habitantium, qui cenſentur fuiſſe Iſmaelitæ, ex Hagare ortum trahentes, 1. Chron. 5, 10. Pſalm. 83, 7.

הָדַד *Fregit, Rupit; Sonum edidit* apud Arabes.

הֵידָד m. *Celeusma*, vox *ovantium & ſe invicem exhortantium.* R. Salomoni idem eſt ac הוי *Hem*, quô utuntur, qui grave opus faciunt, ut elatâ voce ad ſe invicem incitandos vires intendant. Inprimis verò hæc vox calcantibus torcularia uſitata eſt, Jeſ. 16, 9. 11. Jer. 25, 31. c. 48, 33.

הֵד m. *Celeusma*, Ezech. 7, 7. Contractum putatur ex הֵידָד.

הָדָה *Immiſit, Injecit.* Saltem extat, Jeſ. 11, 8.

הָדַךְ *Contrivit, Diruit, Oppreſſit*, apud Arabes. Legitur ſaltem Imper. וַהֲדֹךְ Et *contunde*, Job. 40, 7.

הֲדֹם m. *Scabellum.* Sexies in Scripturâ legitur, ſed ubique *Metaphoricè.* Nam 1) hac voce inſignitur *terra*, quæ dicitur *ſcabellum Dei*, Jeſ. 66, 1. ad deſignandam Dei in infima mundi parte præſentiſſimi immenſitatem. 2) *Arca fœderis*, quæ in relatione ad cœlum, ubi Deus majeſtaticè ſedet, inſtar ſcabelli alicujus ſeſe habebat, 1. Chron. 28, 2. Pſalm. 99, 2. Pſalm. 132, 7. Thren. 2, 1. Denique Pſalm. 110, 1. *hoſtes* ad ſcabellum pedum Meſſiæ poſiti dicuntur, ad deſignandam *omnimodam illorum devictionem & ſubjectionem.*

הֲדַס m. *Myrtus*, Neh. 8, 15. Jeſ. 41, 19. c. 55, 13. Plur. הֲדַסִּים *Myrti*, Zach. 1, 8. 10. 11. Sæpius non legitur.

הָדַף *Truſit, Depulit, Impulit, Expulit.* וַהֲדַפְתִּיךָ מִמַּצָּבֶךָ *Depellam* enim te de ſtatione tuâ, Jeſ. 22, 19. Infin. לַהֲדֹף אֶת־כָּל־אֹיְבֶיךָ *Impellendo* omnes inimicos tuos, Devt. 6, 19. לַהֲדָפָהּ Ad *depellendam* eam, 2. Reg. 4, 27. Fut. יֶהְדֹּף הַוַּת רְשָׁעִים *Pellit* nequitiam impiorum, Prov. 10, 3. וְאִם בְּשִׂנְאָה יֶהְדָּפֶנּוּ Et ſi ex odiô *impulerit* eum, Num. 35, 20.

1) Generatim *pellendi* notionem habet, ſive è locô, ſive è ſtatu priſtinô, connotatâ vi, quâ quis inde pellitur. 2) Speciatim *α*) notat *impellere*, ita, ut, juxta Coccejum, inferat manûs, vel corporis telive applicationem, Num. 35, 20. 22. 2. Reg. 4, 27. Ezech. 34, 21. Vid. Jer. 46, 15. ubi *tropicè Deus* dicitur impellere fortes hoſtes, ut concidant. β) Significat *expellere*, ſive ex locô, ſive ex priſtinô felicitatis ſtatu, ita, ut connotetur *interitus & excidium.* Ita legitur de expulſione gentium, Devt. 6, 10. c. 9, 4. Joſ. 13, 5. de Sebnæ ex ſua ſtatione expulſione atque excidio, Jeſ. 22, 19. item de excidio impiorum, Prov. 10, 3. conf. Job. 18, 18. ubi dicitur de expul-

expulſione impii ex luce in tenebras, h. e. de extinctione ipſius quà nomen & famam, quia in luce verſatur & celebratur publicè, è luce autem in tenebras expellitur, quando ex catalogis bonorum & clarorum virorum expellitur. Sæpius non legitur.

הָדַר *Honoravit, Reveritus eſt.* הָדַרְתָּ פְּנֵי זָקֵן Et *honorabis* faciem ſenis, Lev. 19, 32. Fut. לֹא־תֶהְדַּר פְּנֵי גָדוֹל Non *honorabis*, vel *revereberis* faciem magni, Lev. 19, 15. Niphal נֶהְדַּר *Honoratus eſt*, Thren. 5, 12. Hithpael הִתְהַדֵּר *Gloriatus eſt, ſe honore & gloriâ dignum venditavit.* Vid. Prov. 25, 6.

1) Generatim dicit *eminentiam*, ſive ſit in *honore*, ſive in *ornatu ac decore.* 2) Speciatim α) eſt *honorare*, ſive aſſurrectione, capitis nudatione, ſilentio, ſive aliâ ratione; vel *revereri*, h. e. alicujus reſpectu vel auctoritate commoveri ac flecti animô, judiciô, ſententiâ, voluntate &c, Lev. 19, 15, 32. Exod. 23, 3. Inde in Niphal eſt *honorari*, Thren. 5, 12. & in Hithpael *gloriari*, ſibi honorem & auctoritatem arrogare & venditare, Prov. 25, 6. β) Eſt *Decorare*, *honorificè* vel *magnificè ornare.* Ita legitur ſaltem Part. Paul Jeſ. 63, 1. ubi *Meſſias* dicitur *honorificè* vel *magnificè ornatus in veſtitu ſuo*, quando humanæ ipſius naturæ divina majeſtas, gloria, & poteſtas, imò omnia attributa divina tributa fuerunt. Sæpius non legitur.

הָדָר m. *Majeſtas; Honor; Decus.* הָדָר הוּא לְכָל־חֲסִידָיו *Honor* eſt omnibus ſanctis ejus, Pſalm. 149, 9. הוֹד וְהָדָר תִּלְבָּשׁ: Gloria & *honore* indue te, Job. 40, 5. In Statu Conſtr. וַהֲדַר זְקֵנִים שֵׂיבָה Et *Decus* ſenum eſt canicies, Prov. 20, 29. Cum Suff. הֲדָרִי *Decor* meus, Ezech. 16, 14. Plur. הֲדָרִים *Honores*, *Decora.* In Statu Conſtr. בְּהַדְרֵי קֹדֶשׁ In *honoribus* ſanctitatis, Pſalm. 110, 3.

1) Generatim *eminentiæ* notionem obtinet. 2) Speciatim α) ſignificat *majeſtatem, honorem ac gloriam*, quibus aliquis *eminet.* Ita dicitur de *Deo*, qui majeſtate, honore vel gloriâ omnium eminentiſſimus eſt, Pſalm. 45, 5. item de glorioſiſſima ipſius voce, Pſalm. 29, 4. regno, Pſalm. 145, 12. ac opere, Pſalm. 111, 3. item de *ſummô adorationis honore Meſſiæ*, Pſalm. 8, 6. Pſalm. 21, 6. Pſalm. 45, 4. Pſalm. 96. 6. quò refert Seb. Schmidius illud, Pſalm. 110, 3. per הַדְרֵי קֹדֶשׁ intelligens *honores*, quibus Meſſias ſanctè honoratur & colitur in veritate fidei & ſanctitate vitæ. Sed Jeſ. 53, 2. negatur ipſi fuiſſe externus majeſtatis regiæ ſplendor aut honor. Aliàs quoque deſignat *gloriam Meſſiæ*, glorioſis factis & operibus manifeſtatam, Jeſ. 2, 10. 19, 21. c. 35, 2. conf. Joh. 1, 14. β) *Decus*, & *Ornamentum*, in quibus datur *eminentia*, & quibus æſtimium & reverentia conciliatur. Ita dicitur de *arbore* decorâ & aſpectabili, Lev. 23, 40. de *canicie*, quæ eſt ornamentum ſenum, Prov. 20, 29. de *indumento*, quod fœminam ornat, Prov. 31, 25. de *Primatibus*, qui ornamentum terræ ſunt, Jeſ. 5, 14. de *templo, cultu, & Magnatibus*, quæ erant ornamenta Zionis, Thren. 1, 6.

Digitized by Google

הֲדַר m. *Decus*. Tantum extat Dan. 11, 20. הֲדַר מַלְכוּת *Decus regni*, i. e. regia dignitas & majeſtas.

הֲדָרָה f. *Honor*, *Gloria*, *Decus*, *Ornamentum*, *Splendor*. Quater ſaltem legitur in Statu Conſtr. בְּרָב־עָם הַדְרַת מֶלֶךְ In multitudine populi eſt *eminentia*, *gloria & ſplendor* Regis, Prov. 14, 28. Ita legitur de ornatu ſancto ſpirituali, in quô adorandus eſt *Deus*, 1. Chron. 16, 29. Pſalm. 29, 2. ſpeciatim *Meſſias*, Pſalm. 96, 9.

הֲדוּרִים m. pl. *Tortuoſa*. Ita communiter redditur, Jeſ. 45, 2. quæ ſignificatio ex Chaldaica petitur linguâ, ubi הֲדַר idem eſt ac *rediit*, *reverſus eſt*, & הָדוּר notat *tortuoſum*, quaſi *variè rediens*. Aſt Abarbeneli ſignificat *honoratum*, *honorificè exornatum*. Varenius nixus ſignificatione *eminentiæ*, *ac gloriæ*, l. c. per הֲדוּרִים intelligit *mœnia*, *caſtella & propugnacula*, quæ ſunt Magnatum *gloria*.

הָהּ *Ah!* Eſt vocula *dolentis*, Ezech. 30, 2. Aliàs adhibetur אֲהָהּ quod vide ſupra.

הוּא m. *Ille*, *Ipſe*, Pronomen, Gen. 20, 5. Fœm. הִיא *illa*, vel הִוא Gen. 7, 2. Et ita obſervantibus Maſorethis ubique in Pentatevchô legitur, ſaltem undecim exceptis locis. Fortean הוּא olim de utroque dictum fuit ſexu. De הוּא & הִיא permutatis vide, 1. Reg. 17, 15. Job. 30, 11. Conf. Dn. D. Danzii Literator ed. 2. pag. 320. not. h. Plur. הֵם *Illi*, Gen. 3, 7. & cum ה Paragogicô הֵמָּה Gen. 7, 14. הֵן *Illæ*, Ezech. 16, 47. & cum ה Paragogicô הֵנָּה Gen. 21, 2. Sæpe ponitur pro verbo Subſtantivô, Gen. 3, 6. וְכִי תַאֲוָה הוּא לָעֵינַיִם Et quod deſiderium *ille* i. e. *ſit* oculis, Gen. 3, 7. וַיֵּדְעוּ כִּי עֵירֻמִּם הֵם Et experti ſunt, quod nudi *illi*, i. e. *eſſent*, Gen. 3, 7. At הוּא & הֵם Pronominibus perſonalibus primæ & ſecundæ perſonæ juncta videntur iſtarum perſonarum verbum Subſtantivum exprimere, niſi malis ſignificationem reciprocam *ille ipſe*, *idem*, ut אֲנִי הוּא Ego (*ille* i. e.) *ſum*, vel ego *ſum* ille ipſe, Jeſ. 41, 4. אַתָּה הוּא Tu (*ille* i. e.) es, Pſ. 44, 5.

הוֹד m. *Excellentia*; *Gloria*; *Decus*; *Robur*, *Vigor*. הוֹד מַלְכוּת *Gloria* regni, 1. Chron. 29, 25. Cum Suff. פֶּן־תִּתֵּן לַאֲחֵרִים הוֹדֶךָ Ne forte des aliis *vires tuas*, Prov. 5, 9. וִיהִי כַזַּיִת הוֹדוֹ Et erit ſicut oliva *vigor ejus*, Hoſ. 14, 7.

1) Generatim denotat *id*, *quod commendat* perſonam vel rem, & quô perſona, vel res aliis præſtat atque excellit. A quo non abit Arn. Boötius lib. 4. animadv. c. 1. & ubi contendit, generalem ſignificationem eſſe *excellentiæ* vel *præſtantiæ*. Aſt Coccejo vi etymi & in genere notat *claritatem* & *evidentiam virtutis ac vigoris*, quæ exprimit decentiæ *confesſionem*. Arceſſi enim poſſe ipſi videtur ab הוֹדָה. *Faſſus eſt*. 2) Speciatim deſignat *α*) *Majeſtatem*, *gloriam ac dignitatem*, quibus *perſona* vel *res* commendatur, excellit, præſtat atque clara eſt. Ita denotat 1) *majeſtatem*, *gloriam atque dignitatem infinitam Dei*, quâ omnibus infinitè

finitè præſtat atque excellit, 1. Chron. 16, 27. c. 29, 11. Job. 37, 22. c. 40, 5. Pſalm. 104, 1. Pſalm. 111, 3. Pſalm. 145, 5. Pſal. 148, 13. Hab. 3, 2. 2) *Majeſtatem atque gloriam*, quæ Meſſiæ ſecundum humanam naturam data fuit, Pſalm. 8, 6. Pſalm. 21, 6. conf. Pſalm. 45, 4. 3) *Majeſtatem, claritatem atque vehementiam vocis divinæ*, per quam Vatablus, Fœrſterus & alii intelligunt *tonitrua & fulmina*, quæ cladem Aſſyriorum anteceſſerunt, & quibus terror panicus iis incuſſus fuit, Jeſ. 30, 30. 4) *Dignitatem regni*, vel *majeſtatem regiam*, quâ Rex omnibus ſubditis præſtat atque excellit, 1. Chron. 29, 25. Dan. 11, 21. conf. Jer. 22, 18. ubi tamen Seb. Schmidius mavult *Metonymicè* intelligere *populum*, qui gloria Regis eſt, ſeu de quô Rex gloriari poteſt & ſolet, Prov. 14, 28. β) Denotat *Robur, vigorem, vires vegetas, bonam rei habitudinem* &c. quibus perſona vel res commendatur, præſtat ac excellit, Job. 39, 20. Prov. 5, 9. Hoſ. 14, 7. Conf. Dan. 10, 8.

הֹדּוּ *India*, Eſth. 1, 1. pro הִנְדּוּ juxta Bochartum in Geograph. P. I. c. 18. p. 48. d. literâ נ per Dageſch forte in ſequenti ד exhibitâ.

הָוָה *Fuit, Extitit*; & apud Arabes *Decidit, Delapſus eſt*. Part. הֹוֶה *Ens, exiſtens*, Neh. 6, 6. Eccl. 2, 22. Imper. הֱוֵה *Eſto*, Gen. 27, 29. Sed Job. 37, 6. eſt הֱוֵא, literâ ה cum א permutatâ. Fœm. הֱוִי *Eſto*, Jeſ. 16, 4. Fut. יְהוּא *Erit*, Eccl. 11, 3. pro יֶהֱוֶא Præterea non legitur.

הַוָּה f. *Pravitas, Calamitas, Miſeria, Infortunium*. Iuxta Geierum eſt à voce הוֹי *Væ*; ſed potius videtur deſcendere à radice הוה, ſignificationis Arabicæ, *decidit, delapſus eſt*. In Statu Conſtr. דֹּבֵר הַוַּת נַפְשׁוֹ הוּא Loquens *pravitatem* vel *nequitiam* animæ ſuæ, Mich. 7, 3. הַוַּת רְשָׁעִים יֶהְדֹּף *Nequitiam* improborum pellit, Prov. 10, 3. Cum Suff. יָעֹז בְּהַוָּתוֹ Validus factus eſt in *perditione ſuâ*, Pſalm. 52, 9. Bis in Jobo eſt י loco ו mediæ radicalis, nempe, Job. 6, 2. הַיָּתִי *Calamitas, miſeria mea*; & Job. 30, 13. לְהַיָּתִי יֹעִילוּ In *exitium meum* proficiunt; h. e. ad *exitium mihi* adducendum res feliciter illis ſuccedit. Plur. הַוּוֹת *Pravitates, Perditiones, Ærumnæ*. הַוּוֹת בְּקִרְבָּהּ *Perditiones* in mediô ejus, Pſalm. 55, 12. עַד־יַעֲבֹר הַוּוֹת Usque dum tranſeat *ærumnæ*, i. e. tranſeant *omnes ærumnæ*, Pſalm. 57, 2.

1) Generatim dicit *pravitatem* ſive *phyſicam*, quâ quis ex priſtino felici ſtatu decidit, ſive *moralem*, quâ quis à bonitate morali ad peſſima quæque delabitur. 2) Speciatim α) notat *pravitatem phyſicam*, nempe *ærumnam, calamitatem, perditionem, exitium* &c. Job. 6, 2. c. 30, 13. Pſalm. 57, 2. Prov. 19, 13. Vid. Pſalm. 91, 3. דֶּבֶר הַוּוֹת *Peſtis perditionum* eſt *peſtis pernicioſiſſima*. β) Significat *pravitatem moralem, iniquitatem* ſcil., *malitiam* &c. tùm *eam*, quæ intimis præcordiis recondita eſt, Pſalm. 5, 2. Pſ. 55, 12. Mich. 7, 3. tùm quoque *eam*, quæ actibus externis patratur, e. g. impiè loquentium, Pſalm. 38, 13. Pſalm. 52, 4.

Digitized by Google

Prov. 17, 4. injuſtorum Judicum, Pſalm. 94, 20. divitum iniquorum, Pſalm. 52, 9. aliorum, Prov. 10, 3. c. 11, 6.

הֹוָה f. *Calamitas*, *Ærumna*, *Infortunium*. Bis ſaltem legitur. וְתִפֹּל עָלַיִךְ הֹוָה Et cadet ſuper te *infortunium*, Jeſ. 47, 11. הֹוָה עַל־הֹוָה תָּבוֹא *Infortunium* ſuper *infortunium* veniet, Ez. 7, 26.

יְהֹוָה m. *Jehova*, *Dominus*. Nomen *Dei* eſſentiale & proprium, notans *Ens independens*, *quod ab omni æternitate fuit*, *& in omnem æternitatem durabit*, *ſemper in præſenti exiſtens*, *rebusque omnibus aliis exiſtentiam ſuam largiens*. Vid. Summe Rev. Dn. D. Danzii Parad. Præf. de lectione nominis יְהֹוָה. Optimus ejus interpres eſt Johannes Apocal. 16. 5. cui idem eſt ac ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐσόμενος. Unde hoc nomine *Deus* non ſolum diſtingvitur ab *idolis*, quæ non exiſtunt, ſed ſaltem finguntur; Sed etiam ab *omnibus creaturis*, quæ ab eô dependent, exiſtentiam ſuam & eſſentiam ab eo nactæ. Hinc per univerſam ſcripturam nulli creaturæ in caſu recto attributum legitur. Nec obſtat, quod Angelus in rubo ardente Moſi apparens, Exod. 3. illud ſibi attribuat, cum ibi per Angelum non ſit intelligendus Angelus creatus, ſed *increatus*. Quia ergò hoc nomen ſoli Deo proprium, hinc Judæis dicitur שם המפירש *nomen ſeparatum*. Ita enim Maimonides in More Nebochim Part. I. c. 61. ſcribit: שם אחר והוא יוֹד הֵא וָאו הֵא הוא שם מיוחד לו יתעלה ולזה נקרא שם המפורש *Nomen unum*, *quod eſt* Jod, He, Vav, He, *Deo altiſſimo proprium eſt*, *unde etiam vocatur ſeparatum*. Judæi hoc nomen viva voce efferendum inficiantur, ſed pro ἀνεκφωνήτῳ venditant. Ita legitur in Kiddufchin f. 71. אמר הקב״ה לא כשאני נכתב אני נקרא נכתב אני ביוֹד הֵא ונקרא באלף דלת *Dixit Sanctus ille benedictus*, *non quemadmodum ſcribor*, *ego vocor* (ſeu legor) *ſcribor ego per Jod*, *He*, *& vocor per Aleph Daletb*. Cum enim dicitur: נכתב אני ביוֹד הֵי Scribor ego per *Jod*, *He*, indicatur per nomen יהוה Judæi enim nomen יהוה ſcripturi, iſtud vel abbreviatè ſcribunt per ה׳ vel per geminatum יְיָ, item ״, vel recenſent ordine literas, *easque vel omnes*, ut ex locô Maimonidis antea citatô videre eſt, *vel ſaltem priores*, ut in h. l. factum videmus. Ubicunque ergò in ſacrô Codice V. T. nomen יְהֹוָה occurrit, pro eô legunt אֲדֹנָי, niſi illud ſequatur, aut præcedat אֲדֹנָי Tunc enim legunt אֱלֹהִים, ne bis אֲדֹנָי dicere teneantur. Contendunt iſti homunciones, illum, qui hoc nomen ſecundum ſe pronunciat, partem in futurô ſeculô non habiturum eſſe. A Sacerdote ſummô tamen, magnô expiationis die prolatum fuiſſe dicunt, ſed ita obſcurè, ut à præſentibus diſtinctè audiri & intelligi non poſſet. Vid. Diſſert noſtra in Joh. 19, 7. Judæos ſequitur Druſius lib. 10. Præterit. in N. T. in cap. 19, 12. ſcribens: *Quod hodie contendunt*, *legendum eſſe* Jehova, *mera imperitia eſt*, *utinam non eſſet blaſphemia*. Sed quid prohibeat,

hibeat, quò minus legamus *Jehova*, ſane non videmus. Nam α) tantum abeſt, ut uſpiam in ſacris ullum de ejus enunciatione habeatur interdictum, ut potius Deus ſui nominis uſurpationem piis ſæpius commendaverit, Devt. 6, 13. c. 10, 8. c. 21, 5. &c. Nec obſtat, quod Deus uſurpationem nominis ſui vindicarit, quia id non ob ſimplicem nominis *Jehova* enunciationem, ſed ob adjunctam vanitatem & impietatem, quæ in blasphemiis & pejerationibus evenire ſolet, id factum videmus, Exod. 20, 7. Lev. 24, 11. 16. β) Jam olim pii gentis Iſraeliticæ in precibus ſuis & colloquiis cum Deo inſtitutis nomen illud frequentiſſimè enunciarunt, niſi ſtatuere malimus, pios iſtos aliis verbis uſos fuiſſe, quàm quæ in ſcriptura traduntur. γ) Veteres illud nominibus propriis partim ab initio, partim in fine inſertum enunciarunt juxta literas & ſyllabas, quibus in textu ſcribitur. *Cum*, inquit Coccejus in Lexico, *Veteres non ſint veriti nomen hoc inſerere nominibus ſuis per illas, quas dixi, particulas, nulla religio nos vetat, hoc nomen pronunciare per* Jehova. *Eſt hæc lectio*, ait ſupra laudatus Dn. D. Danzius l. c. *antiquiſſima, à Deo ipſo in monte Sinai uſurpata, qua Moſes & poſt eum Sancti omnes, ipſique Angeli uſi ſunt: Autori punctorum approbata, & in altera vita ex ipſorummet Judæorum conſenſu unicuique tunc viventi reſtituenda.* Cæterum accipitur hoc nomen *a*) οὐσιωδῶς *eſſentialiter*, prout omnibus perſonis eſt commune, Gen. 2, 4. 7. 8. 16. 18. 19. 21. 22. c. 3, 1. c. 10, 9. 10. c. 12, 1. 4. 7. Devt. 4, 1. 2. c. 6, 4. Pſalm. 50, 15. &c. *b*) ὑποστατικῶς *perſonaliter*, prout ſaltem unam vel alteram perſonam deſignat. *Patri* tribuitur, Gen. 3, 22. Pſalm. 2, 7. Pſalm. 8, 2. Pſalm. 110, 1. Jeſ. 42, 8. c. 49, 5. 7. 8. &c. *Filio Meſſiæ*, Gen. 18, 13. 14. & ſeqq. Exod. 3, 7. conf. v. 3. Pſalm. 47, 6. Pſalm. 68, 21. Pſalm. 96, 2. 4. 7. 8. 9. 10. Jeſ. 2, 5. 10. c. 3, 2. c. 35, 2. c. 42, 10. &c. *Spiritui Sancto*, Pſalm. 95, 6. 7. 8. confer Ebr. 2, 7. 8. Jeſ. 6, 5. conf. v. 8. 9. 10. & Act. 28, 25. 26. 27. &c. Sæpe hoc nomen Dei יְהוָה adhibetur in compoſitione nominum propriorum, ſed decurtatum, nempe יָה, יְהוֹ, יוֹ, יָהוּ.

הוֹי *Heu*, *Eheu*. Kœrberus in Lex. Part. p. 40. contendit eſſe nomen, à R. הָיָה *Fuit*, *extitit*, & quidem propriè *peculiari quodam modo extitit*, notans propriè *rem peculiarem*, ſive *læta* illa ſit, ſive *triſtis*, ſive aliàs *notatu digna*. Unde illud Jeſ. 1, 4. הוֹי גּוֹי חֹטֵא Ita reddit: *Res plane peculiaris! Gens peccaminoſa, populus aggravatus iniquitate, ſemen malignantium, filii corruptores, relinquunt Dominum* &c. *ſecus nimirum, ac bos & aſinus facere ſolent.* Sed licet quandoque non inepte nominaliter explicari queat, ferè tamen ſæpius in particulam abit, ita, ut ſit α) vocula *exclamantis & adhortantis*, notans *heus! eheu!* Jeſ. 1, 4. c. 17, 12. c. 55, 1. Jer. 47, 6. Zach. 2, 10. β) *Dolentis*, ſignificans *ah! heu!* 1. Reg. 13, 30. Jer. 22, 18. c. 30, 7. c. 34, 5. conf. Am. 5, 16. ubi bis dicitur הוֹ, literâ י reſectâ. γ) *Comminantis & execrantis*, denotans, *Væ*, Jeſ. 5, 8. 11. 18. 20. 21. 22. c. 10, 1. c.

18, 1. c. 28, 1. c. 29, 1. 15. c. 30, 1. c. 45, 9. 10. Jer. 22, 13. c. 23, 1. c. 48, 1. c. 50, 27. Ezech. 34, 2.

הום *Turbare, Diſturbare.* וְהָמָם מְהוּמָה גְדֹלָה Et *turbavit* eos turbatione magnâ, Devt. 7, 23. Niphal נָהוֹם *Commotus, Turbatus eſt.* Fut. וַתֵּהֹם הָאָרֶץ *Et commota fuit terra*, 1. Sam. 4, 5. Hiphil הֵהִים *Perſtrepuit, Perſonuit.* Fut. cum ה Paragogico וְאָהִימָה *Et perſtrepam*, Pſalm. 55, 3.

1) Generatim dicit *commotionem ingentem*, ſive fiat contuſo fragore & clamore ingenti, ſive rumore perſtrepente, ſive ex aliâ quadam causâ. 2) Speciatim α) in Kal eſt *turbare, diſturbare*, in *confuſionem* & ἀταξίαν *redigere*, Devt. 7, 23. β) In Niphal & Hiphil eſt *perſonare, perſtrepere*, ſive *rumore*, ut *Bethlehem* perſonabat ex rumore advenientis Naemi, Ruth. 1, 19. ſive *fragore & clamore ingenti*, ceu *terra*, Iſraelitis ob arcæ Domini adventum in caſtris vociferantibus, 1. Sam. 4, 5. & *Hieroſolyma*, Salomone in Regem uncto, 1. Reg. 1, 45. ſive *multitudine hominum*, ut urbes, Mich. 2, 12. ſive in precatione flebili, ut David, Pſalm. 55, 3. Sæpius non legitur.

מְהוּמָה f. *Turbatio, Strepitus, Tumultus.* מְהוּמָה גְדֹלָה *Turbatio* magna, Devt. 7, 23. In Statu Conſtr. מְהוּמַת מָוֶת *Tumultus mortis*, i. e. maxima lues & morbus letalis graſſabatur, 1. Sam. 5, 11. מְהוּמַת יְהוָה רַבָּה *Turbatio Domini magna*, i. e. Dominus hunc tumultum, hanc perturbationem caſtris eorum immittet, Zach. 14, 13. Plur. מְהוּמוֹת *Turbationes, tumultuationes*, 1. Chron. 15, 5.

1) Generatim deſignat *commotionem ingentem*, quæ in confuſionem redigit, & ſubinde ſtrepitum aut tumultum gignit, aut comitem habet. 2) Speciatim α) notat *turbationem*, quæ animum hominis inquietum & confuſum reddit, ut eſt in *opum* acquiſitione, defenſione, adminiſtratione, aut amiſſione, Prov. 15, 16. & *pœnarum divinarum*, maximè excidii immiſſione, Devt. 7, 23. c. 28, 20. 1. Sam. 5, 9. 11. 2. Chron. 15, 5. Jeſ. 22, 5. Zach. 14, 13. β) Denotat *tumultum* ac *ſtrepitum ingentem*, qui commotionem, confuſionem, ἀταξίαν ac perturbationem prodit, 1. Sam. 14, 20.

הון *Ratione uſus fuit* apud Syros in Pael.

הוֹן m. *Subſtantia; Opes, Facultates; Sat, Sufficit.* Dicuntur forte ita *Opes*, quod cum *ratione* & acquirendæ, & poſſidendæ ac uſurpandæ ſint. Coccejo autem הוֹן eſt quaſi הָוֹן à τῶ הָוָה *Fuit, extitit*, ita, ut *Subſtantia & Opes* ſic dicantur ab *exiſtendo.* לֹא יוֹעִיל הוֹן Non proderunt *opes* in die iræ, Prov. 11, 4. וְרֹעֶה זוֹנוֹת יְאַבֶּד־הוֹן Sed qui paſcit ſcorta, perdit *ſubſtantiam, facultates*, Prov. 29, 3. Aſt Hoſ. 12, 9. אוֹן per alternationem literarum quieſcibilium ה & א. נִבְהָל לַהוֹן Feſtinans ad *divitias*, Prov. 28, 22. מַרְבֶּה הוֹנוֹ בְּנֶשֶׁךְ וּבְתַרְבִּית Multiplicans *opes* ſuas per fœnus & uſuram, Prov. 28, 8. Plur. הוֹנִים *Opes.* Cum Suff. הוֹנַיִךְ *Opes tuæ*, Ezech. 27, 33.

1) Ge-

1) Generatim *ſubſtantiæ & affluentiæ* notionem habet. 2) Speciatim α) notat *opes & facultates*, Pſalm. 44, 13. Pſalm. 112, 13. Prov. 1, 13. c. 6, 31. c. 10, 15. c. 11, 4. c. 18, 11. Cant. 8, 7. Ezech. 27, 12. 18. & quidem opes bene partas, Prov. 12, 27. male partas, Prov. 13, 11. c. 28, 8. β) Significat *ſufficientiam, id, quod ſufficit, ſat eſt*, Prov. 30, 15. 16.

הָזָה *Dormivit*, juxta Chaldæum Paraphraſten, R. Jonam, R. Salomonem, R. Aben-Eſram & alios Ebræos; *Deliravit* ſive per morbum, ſive per ſomnium. Saltem occurrit Particip. Jeſ. 56, 10. הֹזִים *Dormientes*; vel, ſi ad Arabicam ſignificationem reſpicere velis, *delirantes*, quia vanis rerum imaginibus Prophetæ falſi & ipſi deludebantur, & credentes in ſe deludebant. Somnia enim & mendacia è corde ſuo confingebant, ut Abarbanel in l. c. commentatur. Seb. Schmidius & alii reddunt *ſpectantes tantum*, quaſi הֹזִים eſſet idem ac חֹזִים rad. חָזָה *Vidit, ſpectavit*, ה cum ח alternante.

הִי *Væ! Heu!* Suâ naturâ eſt nomen à R. נָהָה *Lamentatus eſt*, propriè ſignificans *lamentum, lamentationem*, Ezech. 2, 10. Eſt autem הִי pro נְהִי, primâ radicali per Aphæreſin ablatâ, quod cl. Kœrbero in Lex. Part. p. 41. factum videtur *ad affectum triſtitiæ, præcipitationem ſcilicet mentis & linguæ indicandum*.

הִיא f. *Illa, Ipſa.* Eſt Pronomen 3. perſ. fœm. In Pentatevcho undecies ita legitur; aliàs pro eo eſt הִוא, de quo vide in הוּא pag. 276.

הָיָה *Fuit, Extitit; Factus eſt.* וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ Terra autem erat vaſtitas & inanitas, i. e. vaſtiſſima & inaniſſima, Gen. 1, 2. הָיִיתָ Fuiſti, Devt. 23, 7. Fœm. הָיִית, Jud. 11, 35. & cum Jod Paragogico הָיִיתִי, Ezech. 16, 31. הֱיִיתֶם *Eſtis*, Job. 6, 21. Fut. אֶהְיֶה *Ero*, Exod. 3, 12. Sed Hoſ. 13, 14. eſt אֱהִי *Ero*, ה per Apocopen reſecto. יִהְיֶה *Erit*, 1. Reg. 13, 32. Sed Gen. 1, 3. eſt יְהִי tertia radicali ה itidem per Apocopen ablata, prima autem radicali cum (.) notatâ, & Præformativo Schevato. נִהְיֶה *Erimus*, Gen. 44, 9. & per Apocopen נְהִי Num. 13, 24. Imper. הֱיֵה *Eſto*, Exod. 18, 19. הֱיוּ *Eſtote*, Num. 16, 16. & cum Præfixo ו eſt וִהְיוּ (ֱ) in ſimplex (:) redeunte, & (:) ſub ו, quia aliud ſequitur, in (.) mutato. Infin. הֱיוֹת *Eſſe*, Ruth. 1, 13. & cum Præfixo בִּהְיוֹת *In eſſe*, i. e. *cum fuiſſet*, Exod. 19, 16. Sed 1. Reg. 13, 14. eſt הָיֹה *Eſſe*. Part. Benoni F. הֹיָה *Exiſtens*, Exod. 9, 3. Niphal נִהְיָה *Factus eſt*, Devt. 4, 32. & contraria ſignificatione, *confectus, interruptus, excuſſus fuit*, Dan. 8, 27.

1) Generatim ſignificat *eſſe*. 2) Speciatim α) dicit *rei exiſtentiam*, ut idem ſit ac *exiſtere*, Gen. 6, 4. Exod. 9, 24. β) Notat *exiſtentiæ & eſſentiæ adeptionem*, ut valeat *eſſe incipere* vel *fieri*, Gen. 1, 2. 5. 6. 14. 15. c. 28, 22. Exod. 9, 24. &c. γ) Denotat *rei acquiſitionem & poſſeſſionem*, reddendum *acquirere* vel *habere*, &c. Gen. 24, 21. 67. c. 26, 14. c. 30, 42.

Digitized by Google

c. 32, 6, Exod. 21, 4. &c. δ) Infert *qualitatem* vel *mutationem ſtatus* ſive in melius, ſive in deterius, ferè, ſi conſtruitur interveniente voculâ ל, quæ Nominativo Latinorum poſteriori, qui *qualitatem ac ſtatum* Nominativi præmittendi continet, adeoque prædicatum Propoſitionis conſtituit, præmitti ſolet, & reddi poteſt *in, loco, vice, pro*, &c. Gen. 2, 24. c. 17, 4. Exod. 4, 4. 16. Num. 10, 31. Devt. 28, 44. Job. 30, 9. ε) Indigitat *animi judicium, agnitionem*, imò & *cultum*, ut idem ſit ac *aliquem ut talem agnoſcere* aque *colere*, Gen. 28, 21. Exod. 20, 3. Devt. 5, 7. ζ) Deſignat *rei æſtimium, reputationem* vel *opinionem*, ut idem ſit ac *haberi, reputari, æſtimari, videri.* וְהָיִיתִי אֲנִי וּבְנִי שְׁלֹמֹה חַטָּאִים Et *ero* ego & filius meus Salomo peccatores, i. e. *reputabor* ego & filius meus Salomo peccatores, ageturque nobiscum ut cum ſontibus, ſicque de vitâ noſtrâ periclitabimur, 1. Reg. 1, 21. Conf. Pſalm. 81, 10. Prov. 3, 7. η) Importat *præſtationem veritatis* vel *modi*, ut valeat *talem ſe præbere* vel *gerere*, 1. Sam. 4, 9. θ) Innuit *rei durationem ac conſtantiam*, ut notet *manere*, Gen. 27, 33. Pſalm. 37, 18. ι) Notat *rei contingentiam & eventum*, & idem eſt ac *accidit, evenit, factum eſt.* וַיְהִי בִּהְיוֹתָם בַּשָּׂדֶה וַיָּקָם Et *accidit*, dum illi eſſent in agro, ut inſurgeret, Gen. 4, 8. וַיְהִי מִקֵּץ שְׁלוֹשִׁים שָׁנָה וְאַרְבַּע מֵאוֹת שָׁנָה וַיְהִי *Et accidit* poſt 430 annos, *accidit* inquam, Exod. 12, 14. Sic quoque ſumitur Gen. 19, 17. 29. c. 20, 13. c. 21, 22. c. 22, 1, 20. c. 26, 8. 32. c. 27, 1. 30, 40. c. 29, 10. &c. κ) Indicat *neceſſitatem*, ſi conſtruitur cum Infinitivô, quem convertit in Futurum Participii paſſivi, vel Gerundium Latinorum in *dum.* וַיְהִי הַשַּׁעַר לִסְגּוֹר Quum *eſſet* porta *claudenda*, Joſ. 2, 5. וַיְהִי הַשֶּׁמֶשׁ לָבוֹא Cum *eſſet occumbendum* ſoli, Gen. 15, 12. Ita quoque ſi ſubintelligitur; לֹא לְךָ הַקְטִיר Non *eſt* tibi *adolendum*, 2. Chron. 26, 18. λ) In Niphal quandoque contrariam obtinet ſignificationem, & idem eſt ac *confici*, quaſi dicas *defieri*, Dan. 8, 27.

אֶהְיֶה *Ero.* Eſt nomen Dei proprium, quod ſibi Exod. 3, 14. tribuit. Nec impedit, quod alibi in Scripturâ non indicetur, quod ſit nomen Dei. Sufficit enim, ſi ſemel occurrit. Accuratè autem exprimit *eſſentiæ divinæ rationem*, & idem innuit, quod nomen יְהוָה. Unde illa Exod. 3, 14. אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה in Schemoth Rabba, Exod. 3, Paraſcha 3. paraphraſticè ita redduntur: Dixit Deus benedictus Moſi: Dic iis אני שהייתי ואני הוא עכשיו ואני הוא לעתיד לבוא *Ego, qui fui, & ego idem nunc & ego idem in futurum.* Septuaginta Interpretes reddunt: ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, ſcilicet *independenter & immutabiliter.*

הֵיךְ *Quomodo?* 1. Chron. 13, 12. Dan. 10, 17. Coincidit cum אֵיךְ, literâ ה cum א alternante.

הין A quo in Hiphil eſt הֵהִין *Voluit, paratus, in procinctu fuit vel ſtetit.*

ſtetit. Legitur ſaltem in Futuro וַתָּהִינוּ *Et voluiſtis, parati fuiſtis,* Devt. 1, 41.

הִין m. *Hin.* Eſt menſura *liquidorum,* quæ capiebat 12 *logos, log* autem continebat 6. ova. Legitur Exod. 30, 24. Lev. 19, 36. c. 23, 13. Num. 15, 4. 5. 6. 7. 9. 10. &c.

הָכַל *Magnus fuit,* apud Arabes.

הֵיכָל m. *Palatium; Templum;* à *magnitudine* ſic dictum. Aſt juxta Coccejum reſpicit radicem יָכַל vel יָכִיל *Continere, Complecti;* & ſecundum alios eſt à radice כָּלַל *Completus fuit,* quia denotat *ædificium completæ pulchritudinis.* In Statu Conſtr. הֵיכַל יְהוָה *Templum* Domini, i. e. Domino ſacrum, 1. Sam. 3, 3. Cum Suff. הֵיכָלוֹ *Ad templum ſuum,* Mal. 3, 1. Plur. הֵיכָלִים *Palatia, Templa.* In Statu Conſtr. בְּהֵיכְלֵי שֵׁן In *Palatiis* eboris, i. e. eburneis, Pſalm. 45,

1) Generatim & vi originis notat *omnes res magnæ molis.* Vid. Maji Supplem. Lex. Coccej. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ædificium ſplendidius & magnificum,* cujusmodi eſt 1) *palatium,* 2. Reg. 20, 18. Pſalm. 144, 12. Prov. 30, 28. Jeſ. 39, 7. Dan. 1, 4. 2) *Ædificium cultui divino & conventibus ſacris deſtinatum,* tùm *tabernaculum Moſis,* ob ſplendidam ſtructuram, quâ gaudebat, inſigne, 1. Sam. 3, 3. 2. Sam. 7, 2. c. 22, 7. Pſalm. 5, 8. Pſalm. 29, 9. Pſalm. 38, 2. tùm *templum Salomoneum,* quod non ſolum ſtructuræ ſplendore, ſed etiam majeſtatis divinæ præſentia erat celeberrimum, 2. Reg. 23, 4. c. 24, 13. 2. Chron. 3, 17. c. 29, 16. Jer. 50, 28. c. 51, 11. tùm *templum ſecundum,* quod Judæi, ex captivitate Babylonicâ reduces facti, exſtruxerunt, Hagg. 2, 15. Zach. 6, 14. 15. Mal. 3, 1. β) *Metaphoricè* 1) deſignat *cælum,* auguſtiſſimum Dei domicilium, Pſalm. 11, 4. Pſalm. 18, 7. Mich. 1, 2. 2) *Cœtum,* qui Deum colit, Pſalm. 48, 10.

הָכַר *Obfirmavit ſe.* Semel legitur Job. 13, 3. תַּהְכְּרוּ־לִי *Obfirmatis vos* contra me. Mercero idem eſt ac תנכרו *Alieni eſtis mihi, alienos vos exhibetis mihi, vos tanquam externos geritis in me, cum amici & noti ſitis.* Eandem interpretationem amplectitur R. Salomo. Sed R. Joſeph Kimchi hanc vocem interpretatur ex illo Jeſ. 3, 9. הַכָּרַת פְּנֵיהֶם *Agnitio vultus eorum,* quod putat ſignificare *frontem,* & hunc *facit ſenſum:* Obfirmatis vultum in me, & impudentes vos adverſum me oſtenditis. Si ex voce conjugata הַכָּרָה ſignificationem colligere licebit, *obfirmandi* ſignificatio non male eligetur. Vide, ſis, R. S. ben Melech in Michlal Jophi in Job. 19, 3.

הַכָּרָה f. *Obfirmatio.* Extat ſaltem in Statu Conſtr. Jeſ. 3, 9. הַכָּרַת פְּנֵיהֶם *Obfirmatio faciei ipſorum.* Sed R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi deducit à נכר *agnovit.*

הָלָא *Procul diſtitit, Remotus fuit.* In Kal non legitur. In Niphal occur-

occurrit Particip. Fœm. הַנַּהֲלָאָה *Procul diſſita, vel dujecta, remota,* Mich. 4, 7.

הָלְאָה *Ultra, ulterius, ἐπέκεινα.* Significat longinquitatem & diſtantiam α) *loci* Gen. 19, 9. 1. Sam. 10, 3. c. 20, 22. 51. Jeſ. 18, 2. 7. Am. 5, 27. β) *Temporis*, Lev. 22, 26. Ezech. 39, 22. c. 43, 47.

הֲלֹא *Nonne? Annon?* Conflatum eſt ex לֹא *non*, & הֲ interrogativo *an? num?* Eſt verò α) Vocula *interrogantis* vel ex indignatione, Pſalm. 14, 4. Pſalm. 94, 9. 10. vel ex admiratione de rei exiſtentia, 1. Reg. 1, 11. β) Eſt nota *certitudinis*, ita interrogans, ut id, quod interrogat, affirmatum velit; atque tunc idem eſt ac *imò, omninò, certè, utique*, Gen. 4, 7. Exod. 33, 16. 1. Sam. 29, 4. Job. 7, 1. Pſalm. 56, 9. 14.

הָלַךְ *Ivit, Ambulavit, Inceſſit, Abiit.* הָלַךְ אַחֲרֵי בַּעַל פְּעוֹר *Ivit* poſt Baal Beor, Devt. 4, 3. הָלְכוּ *Iverunt*, Gen. 14, 24. Sed Joſ. 10, 24. eſt הָלְכוּא cum א Paragogico. Fut. אֶהֱלֹךְ *Ibo*, Job. 17, 1. Fut. 3. perſ. F. תִּהֲלַךְ pro תִּהֲלֹךְ Pſ. 73, 9. (.) cum (-) ſub ה alternante, & וֹ ultimæ ſyllabæ, quia eſt verbum intranſitivum, in (-) mutatô. Part. הֹלֵךְ צְדָקוֹת *Iens* in juſtitiis, i. e. recta & bona, recta & vera loquens, & ſectans, Jeſ. 33, 15. Niphal נֶהֱלָךְ *Abiit* vel *abire factus, coactus eſt*. Legitur ſaltem in 1. perſona כְּצֵל כִּנְטוֹתוֹ נֶהֱלָכְתִּי Sicut umbra, quando inclinat, *abire coactus ſum*, Pſalm. 109, 23. Piel הִלֵּךְ *Ivit, Ambulavit, Inceſſit*; item *ire fecit*. קֹדֵר הִלַּכְתִּי Ater *incedo*, Job. 30, 28. עָרוֹם הִלְּכוּ בְּלִי לְבוּשׁ Nudum *ire fecerunt* ſine veſtimento, Job. 24, 10. Fut. אֲהַלֵּךְ בַּאֲמִתֶּךָ *Incedam* in veritate tua, Pſalm. 86, 21. Hiphil הִהְלִיךְ *Ivit, Ambulavit.* Part. מַהְלְכִים *Ambulantes*, Zach. 3, 7. pro מַהֲלִיכִים, (ִי) ſyllabæ penultimæ in (:) mutatô, perinde ut in מְעֻזְּרִים *Juvantes*, Jer. 29, 8. & in מַחְלְמִים *Somniari curantes*, Jer. 29, 8. Hithpael הִתְהַלֵּךְ *Ivit, Ambulavit.* הִתְהַלֵּךְ לִפְנֵי מְשִׁיחִי *Ambulavit* coram unctô meô, 1. Sam. 2, 35. אֶת־הָאֱלֹהִים הִתְהַלֶּךְ־נֹחַ Cum Deo *ambulavit* Noah, Gen. 6, 9. Part. מִתְהַלֵּךְ *Incedens*, Gen. 3, 8. Fut. וַיִּתְהַלֵּךְ Et *ambulabat*, Gen. 5, 22.

1) Generatim *eundi* ſignificationem habet, quacunque *itio* fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *promotionem ſui è loco in locum*, & pro diverſitate termini à quo, per quem, & ad quem ſignificat 1) *vadere, incedere*, Devt. 1, 3. Joſ. 24, 17. 1. Reg. 13, 9. Jeſ. 3, 16. c. 20, 2. &c. 2) *Abire* è loco aliquo, Gen. 31, 19. 30. c. 32, 1. Jud. 8, 1. 1. Sam. 2, 27. c. 10, 2. c. 14, 3. 2. Sam. 2, 29. c. 16, 17. 1. Reg. 13, 17. in captivitatem vel exilium, Thren. 1, 5. 18. Ezech. 25, 3. c. 37, 21. in *abeundi* ſignificatione *terminus à quo* quandoque deſignatur per particulam מ, Devt. 2, 14. 1. Sam. 14, 17. 1. Reg. 2, 41. 3) *Perambulare.* Ita legitur in Hithpael, Joſ. 18, 4. Job. 1, 7. Zach. 1, 10. 11. c. 6, 7. 4) *Reverti ad locum*, ex quô egreſſi ſumus, 1. Sam. 2, 20. c. 14. 48. c. 23, 18. 5) *Accedere, venire ad aliquem*

aliquem, fere ſi conſtruitur interveniente particula אֶל־ *ad*, Num. 22, 16. 37. 6) *Præcedere*, ſi conſtruitur interveniente vocula לִפְנֵי *ante*, 2. Sam. 6, 4. conf. Exod. 14, 19. 7) *Sequi*, ſi conſtruitur intercedente אַחַר vel אַחֲרֵי *Poſt*, Joſ. 3, 3. 1. Sam. 17, 13. Prov. 7, 22. β) *Tropicè* & quidem I) per *Metaphoram* א) tribuitur *rebus inanimatis*, e. g. *aquæ* ad deſignandum ejus *motum* è loco in locum, Pſalm. 105, 41. *vino*, quod per gulam facilè & cum oblectatione ingreditur, Prov. 23, 31. *calori belluæ* in ventriculô concepto ac innato, qui inſtar facis ex ore ejus prodit, Job. 41, 10. ב) *Homini*; ad deſignandum ejus *vivendi rationem*, *conatus*, *ſtudia*, *mores*, *actiones*, &c. Inde *a*) idem eſt ac *vivere*, *vitam agere* &c. הָלַךְ בַּעֲצַת רְשָׁעִים *Ambulat* in conſilio impiorum, i. e. impiè vivit ac ſentit, Pſalm. 1, 1. הָלַךְ דָּוִד אָבִיךָ בְּתָם־לֵבָב וּבְיֹשֶׁר *Ambulavit* David Pater tuus in integritate cordis & rectitudine, i. e. *vixit* animô hypocriſeos & fraudis experte, qui non profeſſus eſt & celebravit ore Jehovam, corde verò idolis & mundanis rebus adhæſit, 1. Reg. 9, 4. Ita phraſi *ambulare coram Deo*, vel *cum Deo*, deſignatur *talis vivendi ratio*, quâ homo piè & ſanctè vivit, eum in omnibus actionibus præſentem ſemper intuetur atque veretur, peccata jugiter fugit, quæcunque ipſi grata & accepta ſunt, ſedulò præſtat, & communione ejus frui ſtudet. Ita adhibetur intercedente לִפְנֵי *In Conſpectu*, *Coram*, in Kal 1. Reg. 3, 6. c. 8, 23. c. 9, 4. 2. Chron. 6, 16. & in Hithpael, ubi *continuationem & conſtantiam talis vivendi rationis* ſimul involvit, Gen. 17, 1. c. 48, 15. 2. Reg. 20, 3. Jeſ. 38, 3. Pſalm. 116, 9. Intercedente אֵת *Cum*, *Coram*, in Hithpael, ſimiliter connotatâ talis vivendi rationis *continuatione & conſtantiâ*, Gen. 5, 22. 24. c. 6, 9. Sic quoque *pia vivendi ratio & obſequium pium* indigitatur phraſibus *ambulare in viâ Domini*, Jud. 2, 17. 1. Reg. 11, 33. 2. Reg. 21, 22. Pſalm. 81, 14. Pſalm. 119, 3. Pſalm. 128, 1. Jeſ. 42, 24. Jer. 7, 23. *in lege*, *præceptis ac ſtatutis Dei*, Jer. 32, 23. c. 44, 10. 23. Ezech. 5, 6. 7. c. 11, 52. c. 20, 13. 16. *in veritate Dei*, i. e. juxta verbum Dei veriſſimum, Pſalm. 26, 3. *poſt Deum*, 1. Reg. 14, 8. Sed *ire in viâ hominis alicujus* notat *iſtius rationem vivendi*, *mores & actiones imitari*, 1. Sam. 8, 3. 8. 2. Chron. 11, 17. *b*) *Colere*, ſi conſtruitur cum אַחַר vel אַחֲרֵי poſt. Ita dicitur de *cultu* 1) *Dei veri*, 1. Reg. 14, 8. 2) *Idolorum*, Devt. 4, 3. c. 8, 19. Jer. 2, 8. c. 7, 9. c. 11, 10. Eodem redit integra phraſis: *In via idolorum ambulare*, i. e. idola colere, 2. Reg. 21, 21. *c*) *Studere*, vel *ſectari*, e. g. Sapientiam, Prov. 28, 26. juſtitiam, Jeſ. 31, 15. integritatem, Pſalm. 26, 1. Pſalm. 84, 12. Pſalm. 101, 2. *d*) *Mori*, quia, qui moritur, è vitâ abit, Job. 14, 20. Pſalm. 58, 8. Pſalm. 109, 23. Eccl. 1, 4. Huc refer integram phraſin *abire in via omnis terræ*, Joſ. 23, 14. 1. Reg. 2, 2. conf. Eccl. 12, 5. ג) *Deo*, *a*) ad deſignandum *ipſius favorem*, *ductum*, *auxilium*, *protectionem & præſentiam gratioſam*, quando dicitur *ire cum aliquo*, Devt. 20, 4. c. 31, 6. *ire ante aliquem*, vel *præcedere aliquem*, Devt. 1, 30. c. 31, 8. Jeſ. 52, 12. vel *ambulare in medio populi ſui*, Lev. 26, 12.

Devt.

Devt. 23, 14. 15. *b*) ad deſignandam *ipſius indignationem & pœnam graviſſimam*, quando dicitur cum Iſraelitis improbis, contumacibus, & reſipiſcere renuentibus *in adverſum ire*, Lev. 26, 24. 28. II) Per *Metonymiam* ſignificat *miniſtrare*, ſi conſtruitur interveniente לִפְנֵי *ante, coram*, 1. Sam. 2, 30. 35. *γ*) Tandem peculiaris obſervanda eſt hujus verbi conſtructio cum alio verbo, vel nomine, interveniente quadam copulâ, ubi innuitur *actionis* vel *qualitatis*, quam vox appoſita ſignificat, *continuatio, incrementum ac gradatio.* וַיִּסַּע אַבְרָם הָלוֹךְ וְנָסוֹעַ Et profectus eſt Abram *eundo & proficiſcendo*, i. e. *continuò magis magisque ſenſim* proficiſcens, Gen. 12, 9. וַיְהִי קוֹל הַשּׁוֹפָר הוֹלֵךְ וְחָזֵק Erat autem vox tubæ *iens & invaleſcens*, i. e. *magis magisque* invaleſcebat, Exod. 19, 19. וְדָוִד הֹלֵךְ וְחָזֵק David autem *ibat & invaleſcens*, i. e. *magis magisque invaleſcebat*, 2. Sam. 3, 1. הַיָּם הוֹלֵךְ וְסֹעֵר Nam mare illud *incedens & procelloſum exiſtens*, i. e. *continuò magis magisque* reddebatur turbulentius, Jon. 1, 11. Conf. Gen. 26, 13. Jud. 4, 24. 1. Sam. 2, 26. c. 17, 41. 2. Sam. 15, 12. 2. Chron. 17, 12. Eſth. 9, 4. Prov. 4, 18. Vid. Danzii Interpr. §. 109. ed. 2.

הֵלֶךְ m. *Itio.* Bis legitur. הֵלֶךְ דְּבַשׁ *Itio*, i. e. *fluxus, rivus* mellis, 1. Sam. 17, 14. וַיָּבֹא הֵלֶךְ Sed venit *viator*, ubi הֵלֶךְ *Itio* ponitur pro אִישׁ הֵלֶךְ *Vir itionis*, i. e. *viator*, 2. Sam. 12, 14.

הֲלִיכָה m. *Itio; Inceſſus; Via.* Occurrit ſaltem in Plurali הֲלִיכוֹת *Itiones, Inceſſus, Via*, Pſal. 68, 25. Cum Suff. בַּהֲלִיכֹתָם *In ambulatione ſua*, ex Maſoretharum quidem mente, qui putant eſſe Singularem, ו redundante. Sed quia hæc ſententia cum verbis Chriſti, Matth. 5, 18. apertè pugnat, potius dicendum, eſſe Pluralem, qui (ּ) literæ ו præmiſſum in Cholem mutandum poſcit.

1) Generatim dicit *itionem.* 2) Speciatim *α*) *propriè* infert *promotionem ſui è loco in locum*, ſeu *inceſſum*, Neh. 2, 6 *β*) *Tropicè* 1) *Metonymicè* notat *viam*, quâ itur, Job. 6, 19. 2) *Metaphoricè* denotat *rationem agendi, actionem, expeditionem.* Ita hac voce exprimuntur victorioſæ expeditiones Meſſiæ, Pſalm. 68, 25. rationes agendi, quibus Deus hunc mundum ſapientiſſimè moderatur & gubernat, Hab. 3, 6. expeditiones & actiones domeſticorum, Prov. 31, 27. Sæpius non legitur.

הֲלִיכִים m. pl. *Greſſus, Via.* Occurrit ſaltem cum Suff. הֲלִיכַי *Greſſus mei*, juxta Mercerum; *Via mea* juxta Sebaſt. Schmidium Job. 29, 6.

מַהֲלָךְ m. *Profectio, Iter.* In Statu Conſtr. מַהֲלַךְ יוֹם אֶחָד *Iter unius diei*, Jon. 3, 3. ibidem dicitur מַהֲלַךְ שְׁלֹשֶׁת יָמִים *Iter* trium dierum. Cum Suff. מַהֲלָכְךָ *Iter tuum*, i. e. tempus itineris tui, Neh. 2, 6. Vid. Ezech. 42, 4. ubi ſignificat *ambulacrum*, ſeu *locum ambulationis.*

מַהֲלְכִים *Ambulantes*, vide ſupra in radice p. 284.

תַּהֲלֻכוֹת f. pl. *Progreſſiones*, *Proceſſiones*. Legitur ſaltem Neh. 2, 6.

הָלַל *Inſanivit*. Fut. אַל־תָּהֹלּוּ *Ne inſaniatis*, gloriando, Pſ. 75, 5. Niphal Part. וּבְכָל הַנַּהֲלוּלִים Et in omnibus *laudatis* arboribus, Jeſ. 7, 19. juxta Buxtorff. Piel הִלֵּל *Inſanum, ſtultum fecit, Infatuavit*; item *Laudavit, laudibus extulit, Celebravit*, ubi conſtruitur vel cum Accuſativô, vel intercedentibus particulis ב, ל, אֶל, עַל. וְהִלַּלְתֶּם אֶת־שֵׁם יְהוָה Et *laudabitis* nomen Domini, Joel. 2, 26. Infin. לְהַלֵּל לַיהוָה *Ad laudandum* Dominum, 2. Chron. 20, 19. Fut. בֵּאלֹהִים אֲהַלֵּל In Deo *gloriabor*, Pſalm. 56, 5. וַאֲהַלְלָה שִׁמְךָ Et *laudabo* nomen tuum, Pſalm. 145, 2. cum ה Paragogico. אֲהַלְלֶנּוּ *Laudabo eum*, Pſalm. 109, 3. יְהוֹלֵל *Inſanos vel ſtultos reddit*, Job. 12, 17. Pual הֻלַּל *Inſanus factus, ad inſaniam adactus fuit*; *Inſanivit*; *Laudatus eſt*. הָעִיר הַהֻלָּלָה Civitas *laudata*, Ezech. 26, 17. Part. מְהֻלָּל מְאֹד *Laudatus* valde, 1. Chron. 16, 25. מְהוֹלָל *Inſanus, ad inſaniam adactus*, Eccl. 2, 2. Hiphil הֵהֵל *Splenduit, Luxit, Splendere fecit*. Infin. cum Suff. בְּהִלּוֹ In *ſplendere facere ipſum*, i. e. cum ſplendere faceret ipſe, Job. 29, 3. pro בַּהֲהִלּוֹ quod per Aphæreſin amplius eſt pro בְּהַהֲלוֹ. Fut. יָהֵל *Splendebit*, Job. 31, 26. Sed Job. 25, 5. eſt יַאֲהִיל literâ א per Epentheſin insertâ; niſi malis à radice אָהַל deducere, quæ *tentorium figere* ſignificat, ut ſenſus ſit: *Usque ad lunam tentorium non figit ibi*. Hithpael הִתְהַלֵּל vel הִתְהוֹלֵל *Inſanivit*, item *Gloriatus eſt, ſe jactavit, laudibus ſe extulit*. Infin. לְהִתְהַלֵּל Ad *gloriandum*, Pſal. 106, 5.

1) Generatim Bohlio notat *conſpicuum eſſe*. 2) Speciatim α) notat *lucere, ſplendere*, quia, quæ lucent & ſplendent, *conſpicua ſunt*. In hac ſignificatione tantùm legitur in Hiphil, & quidem intranſitivè de *luce*, Job. 31, 26. de *ſideribus*, Jeſ. 13, 10. tranſitivè autem, ubi notat *ſplendere facere*, Job. 29, 3. c. 41, 9. β) *Inſanire*, quia inſania facilè *conſpicua* evadit, & in ſenſus aliorum externos incurrit. *Inſaniendi* autem ſignificationem diverſimodè obtinet. Scilicet in Piel notat *ſtultum facere, infatuare, ad inſaniam redigere*, Job. 12, 17. Eccl. 7, 7. Jeſ. 44, 25. In Pual reperitur tantùm Participium מְהֹלָל *Inſanus, inſaniam & ſtultitiam ſpirans*, de *riſu*, Eccl. 2, 2. מְהוֹלָלַי pro מְהוֹלָלִים בִּי *Inſanientes contra me*, i. e. qui furioſô elatoque animô in me feruntur, Pſalm. 102, 9. Sed Pſalm. 18, 4. uſurpatur מְהֻלָּל de *Davide*, qui ob malorum copiam, periculorumque gravitatem ferme intellectûs uſu deſtituebatur & ita anxiè ad Deum clamabat. In Hithpael ſignificat *inſani more agere*, vel *ſe inſanum geſtare*. Ita dicitur de Davide ſe inſanum ſimulante,

1. Sam.

1. Sam. 21, 14. de gentibus ſe more inebriatorum inſanas gerentibus, Jer. 51, 7. conf. Jer. 25, 16. Bis dicitur de curribus, qui ab aurigis inſanâ rapiditate agitantur, Jer. 46, 9. Nah. 2, 4. γ) *Laudem & celebrationem*, quia laude & celebratione aliquis conſpicuus redditur. In Kal notat *inſanè gloriari, ſtolidè jactare*. Ita occurrit ſaltem Participium הֹלֵל *Stolidè jactans, gloriabundus*, Pſalm. 5, 6. Pſalm. 73, 3. Pſalm. 75. 5. In Piel notat א) *laudare, laudibus extollere, celebrare, prædicare*. Objectum laudis eſt 1) *Deus*, Pſalm. 22, 27. 2. Chron. 30, 21. Eſr. 3, 10. Pſalm. 148, 2. 7. qui laudatur *corde*, Pſalm. 119, 175. Pſalm. 146, 1. *ore*, Pſalm, 63, 6. Pſalm. 69, 31. inſtrumentis, 1. Chron. 23, 5. Pſalm. 150, 2. 3. 4. Hinc ſæpe in Pſalmis occurrit הַלְלוּ־יָהּ *Laudate Dominum*, Pſalm. 104, 36. Pſalm. 105, 45. Pſalm. 106, 1. 48. Pſalm. 111, 1. Pſalm. 112, 1. Pſalm. 113, 1. 9. Pſalm. 115, 18. Pſalm. 116, 19. Pſalm. 117, 2. Pſalm. 135, 2. 3. Pſalm. 138, 21. Pſalm. 146, 1. 10. Pſalm. 147, 1. 20. Pſalm. 148, 1. 14. Pſalm. 149, 1. 9. Pſalm. 150, 1. 6. 2) *Nomen Dei*, Pſalm. 113, 1. Pſalm. 117, 1. Pſalm. 148, 5. 13. Joel. 2, 26. 3) *Homo*, ob pulchritudinem, ut Abſalom, 2. Sam. 14, 25. & Sara, Gen. 12, 15. Ob dona, facta, merita &c. Prov. 27, 2. ב) *Gloriari*, vel de ſe, Pſalm. 10, 3. vel de alio, e. g. *Deo*, qui laudibus extollitur, Pſalm. 44, 9. Pſalm. 56, 5. In Hithpael ſignificat *gloriari in aliquo*, ut pii gloriantur in *Domino*, Pſalm. 34, 3. Pſalm. 64, 11. Jer. 4, 2. ejusque nomine, 1. Chron. 16, 10. Pſalm. 105, 3. vel ut idololatræ inſanè & ſtolidè gloriantur in *idolis*, quæ nihil ſunt, Pſalm. 97, 7. Jer. 50, 38. item *ſe jactare, ſemetipſum laudare vel prædicare, propriam ſortem ob hanc vel illam prærogativam efferre*. Ita homo gloriari & ſemetipſum extollere dicitur ob divitiarum copiam, Pſalm. 49, 7. Jer. 9, 22. ob ſapientiam & robur eximium, Jer. 9, 22. 23. Ob emendi prudentiam & calliditatem, Prov. 20, 14. Ob mentiendi donum, Prov. 25, 14. Ob malitiam, Pſalm. 52, 3.

הֵילֵל m. *Lucifer, Stella matutina*; Sic dicitur ob ſplendorem eximium, quem habet. Legitur ſaltem Jeſ. 14, 2. ubi per *Metaphoram* deſignat *Regem Babyloniæ*.

הִלּוּל m. *Laus, Laudatio*. Bis ſaltem legitur & quidem in Plurali הִלּוּלִים *Laudes*, Lev. 19, 24. קֹדֶשׁ הִלּוּלִים *Sanctitas laudum*, i. e. res ſancta, quæ in laudem Dei, Deo conſecratur & offertur, Jud. 9, 27. וַיַּעֲשׂוּ הִלּוּלִים *Et fecerunt laudes*, h. e. *ſolennitatem laudum*.

הוֹלֵלָה f. *Inſania*. Quater ſaltem occurrit in Plurali הוֹלֵלוֹת *Inſaniæ*, nempe Eccl. 1, 17. c. 2, 12. c. 7, 25. c. 9, 3. ubique autem non levem, ſed ingentem à ſapientiâ aberrationem deſignat, quâ animus omni prorſus rectore caſſus, irrationabili quodam impetu agitur & fertur in rei alicujus proſecutionem. Unde Coccejo idem eſt ac *furor μανία*.

הוֹלֵלוּת f. *Inſania, Stultitia*. Legitur ſaltem Eccl. 10, 13.

הִלּוּיָה

Digitized by Google

הַלְלוּיָהּ *Hallelujah.* Eſt vox compoſita, quæ conflata eſt ex Imperativo Piel הַלְלוּ & nomine *Dei* eſſentiali יָהּ & ſignificat *laudate Deum.* Vide ſupra radicem, p. 288.

מַהֲלָל m. *Laus.* Tantum legitur cum Suff. מַהֲלָלוֹ *Laus ejus,* Prov. 27, 21.

תָּהֳלָה f. *Stultitia, Dementia,* Job. 4, 18. juxta Aben-Eſram, Raſchi, Ramban, Mercerum, Coccejum, Seb. Schmidium &c. Sed Ralbag, R. Abr. Periz. Pagninus & Belgæ reddunt *lucem,* per eam intelligentes *abſolutam & omnimodam perfectionem.*

תְּהִלָּה f. *Laus, Laudatio, Celebratio.* נָאוָה תְהִלָּה *Pulchra* eſt *laus,* Pſalm. 147, 1. In Statu Conſtr. תְּהִלַּת יְהוָה יְדַבֶּר־פִּי *Laudem* Domini eloquetur os meum, Pſalm. 145, 1. Cum Suff. תְּהִלָּתִי *Laus mea,* Pſalm. 71, 6. וּתְהִלָּתוֹ מָלְאָה הָאָרֶץ Et *laude* ejus impleta eſt terra, Hab. 3, 3. Plur. תְּהִלּוֹת *Laudes.* אַזְכִּיר תְּהִלּוֹת יְהוָה Commemorabo *laudes* Domini, Jeſ. 63, 7.

1) Generatim dicit *conſpicuitatem.* 2. Speciatim α) *propriè* ſignificat 1) *laudem ac celebrationem,* quâ perſona, vel res conſpicua redditur; deprædicando, celebrando ac extollendo *perſonæ* virtutes ac merita, *rei* autem nobilitatem ac præſtantiam. Sic *laus Dei* eſt, quâ Dei majeſtatem, bonitatem, veracitatem, potentiam ac beneficia prædicamus, celebramus & extollimus, Pſalm. 34, 2. Pſalm. 48, 11. Pſalm. 51, 7. Pſalm. 65, 2. Pſalm. 71, 8. 14. Pſalm. 79, 13. Pſalm. 100, 4. Pſalm. 119, 171. Pſalm. 145, 21. Pſalm. 147, 1. Jeſ. 43, 2. Hab. 3, 3. אֱלֹהֵי תְהִלָּתִי Deus *laudis meæ,* i. e. quem laudo, celebro, Pſalm. 109, 1. & Jer. 45, 25. עִיר תְּהִלָּה Urbs *laudis,* i. e. laudatiſſima. 2) *Gloriationem,* quâ aliquis in, vel de aliquâ re gloriatur, *eamque* vel *bonam & honeſtam,* ut de Deo, Pſal. 22, 26. vel *vanam & ſuperbam,* Jer. 48, 2. β) *Metonymicè* notat *objectum* ſeu *materiam laudis & gloriationis.* Ita *Babel* Jer. 51, 41. dicitur *laus univerſæ terræ,* quia per totum orbem ob majeſtatem & munitiones laudabatur ac celebrabatur. Similiter Hieroſolyma dicitur poni *in laudem,* i. e. *in materiam laudis,* Jeſ. 62, 7. & Jeſ. 61, 11. deſignat *virtutes* ſanctorum laude dignas. Sic *Deus,* Devt. 10, 21. Jer. 17, 14. dicitur *laus piorum,* quia de eô ejusque bonitate, potentiâ atque protectione gloriari poſſunt. Item *pii* dicuntur *gloriari in laude Dei,* i. e. in ope ab eo lata, quæ laudis materiam præbet ampliſſimam, vel quæ ad laudes ejus decantandas incitat atque impellit, 1. Chron. 16, 35. Pſalm. 106, 47. Huc referri poteſt illud Pſalm. 9, 15. ut enarrem omnem *laudem tuam,* i. e. omnia ſapientiæ, potentiæ ac bonitatis tuæ facta, quæ laude ſunt digniſſima. Confer. Jeſ. 61, 7.

הָלַם *Tutudit, Contudit, Obtudit, Confregit,* vel paſſivè *obtuſus* eſt. וְהָלְמָה סִיסְרָא *Et contudit Siſeram,* Jud. 5, 26. הָלְמוּ עִקְּבֵי סוּס *Contuſæ ſunt plantæ equi,* Jud. 5, 22. Infin. נָמוֹג וַיֵּלֶךְ וַהֲלֹם Diſſol-

Digitized by Google

Diſſolvebatur & abibat & *contundere,* i. e. *contundebat* ſe mutuò, h. e. magis magisque ſe contundebat, atterebat, 1. Sam. 14, 16. Fut. יֶהֶלְמֵנִי צַדִּיק *Obtundat* me juſtus, Pſalm. 141, 5. Hithpael Part. כְּמִתְלַהֲמִים *Quaſi obtuſa*, Prov. 18, 18. literis ל & ה transpoſitis. Seb. Schmidius reddit: *blandientia.*

1) Generatim *percutiendi* ſignificationem habet. 2) Speciatim α) *propriè* notat *graves ictus rei infligere, rem validè tundere* vel *contundere, ut ſubinde ejus integritas lædatur & deſtruatur.* Ita dicitur de *Jaele* Sifferæ tempora malleo contundente, Jud. 5, 26. de *hoſtibus* cælaturas bipenni vel tudite tundentibus & confringentibus, Pſalm. 74, 6. de *ebrio*, qui percutitur & tunditur, ut evigilet, Prov. 23, 35. de *calcibus equorum*, qui per ſingulare miraculum obtundebantur, Jud. 5, 22. β) *Metaphoricè* adhibetur ad deſignandam 1) *correptionem & objurgationem graviorem*, Pſalm. 141, 5. 2) *Vim & efficaciam vini*, in debilitando enervandoque corpore & animo, Jeſ. 28, 1. 3) *Stragem hoſtium*, 1. Sam. 14, 16.

הוֹלֶם m. *Tuſio.* Semel legitur Jeſ. 41, 7. אֶת־הוֹלֶם פָּעַם *Tuſionem ictus*, i. e. quod ictu tundendum & pulſandum. Aſt Coccejo eſt Participium Benoni, quod, quia tonus immediatè ſequitur, tonum ex ultimâ retrahit in penultimam, & tono retracto (..) ſub ל in (∴) mutat. Hinc illud reddit: *Tundens typum.* Sed præſtat nominalem retinere ſignificationem.

הֲלֹם *Hîc, Huc*, quaſi ubi pedis *concuſſio* conſiſtit. הֲגַם הֲלֹם רָאִיתִי Num etiam *hîc* vidi? Gen. 16, 13. גֹּשִׁי הֲלֹם Accede *huc*, Ruth. 2, 14.

1) Generatim obtinet *loci* ſignificationem, qui pedibus percutitur atque tunditur, ſive *nominaliter*, ſive *adverbialiter.* 2) Speciatim α) nominalem *loci* ſignificationem obtinet, ſi combinatur cum voculâ עַד *usq; ad*, 2. Sam. 7, 18. 1. Chron. 17, 16. ubi tamen junctim ſumta reddi queunt *hucusque.* β) Exprimit adverbia *loci*, & quidem 1) in locô, *hîc*, Gen. 16, 13. 2) ad locum, *huc*, Exod. 3, 5. Jud. 18, 3. Ruth. 2, 14. 1. Sam. 10, 22. c. 14, 38. 40. Pſalm. 73, 10.

הַלְמוּת f. *Tudes, Malleus*, quô aliquid percutitur, contunditur atque confringitur. Extat ſaltem Jud. 5, 26.

יַהֲלֹם m. *Adamas*, ſic dictus, quia, cum ſit magnæ duritiei, alios lapides percutiendo *contundit atque confringit.* Ter legitur Exod. 28, 18. c. 39, 11. Ezech. 28, 13.

מַהֲלֻמוֹת f. pl. *Percuſſiones, Contuſiones.* Bis ſaltem legitur de gravioribus percuſſionibus, quæ ſtulto infliguntur, Prov. 18, 6. c. 19, 29.

הֵם *Illi*, & cum ה Paragogico הֵמָּה vide ſupra in הוא.

הָמָה *Strepuit, Perſtrepuit, Fremuit, Tumultuatus eſt.* הָמוּ גוֹיִם *Strepunt*

Strepunt gentes, Pſalm. 46, 7. Part. הֹמֶה *Strepens*, Prov. 20, 1. Fœm. הוֹמִיָּה *Perſtrepens*, 1. Reg. 1, 41. Sed Prov. 7, 11. eſt הֹמִיָּה *Strepens*, ה in cognatam literam י mutato, cui Dageſch forte præcedente (.) imprimitur, perinde ut in פֹּרִיָּה *Fructum ferens, fœcunda*, Pſalm. 128, 3. Plur. הֹמוֹת *Strepentes*, Ezech. 7, 15. & הֹמִיּוֹת *Strepera*, Prov. 1, 21. Infin. כַּהֲמוֹת *Secundum perſtrepere*, i. e. *ſicut perſtrepunt*, Jeſ. 17, 12. Fut. אֶהֱמֶה *Perſtrepam*, Pſalm. 55, 18. Sed Pſalm. 77, 4. eſt אֶהֱמָיָה ubi accedente ה Paragogico, tertia radicalis ה in (י) mobile, & (:), quod ſub ſecunda radicali מ ponendum erat, ob accentum Dominum in (ָ) mutatur. Abſente enim accentu eſt אֶהֱמְיָה. יֶהֱמוּ כַכָּלֶב *Frement* ſicut canis, Pſalm. 59, 7. Sed Pſalm. 39, 7. legitur יֶהֱמָיוּן cum ן Paragogico, & (:) ſub מ ob accentum (֑) in (ָ) tranſeunte.

1) Generatim dicit *agitationem & commotionem rei*, ſive cum ſono & ſtrepitu conjuncta ſit, ſive non. 2) Speciatim α) deſignat *commotionem vehementiorem*, quæ ferè eſt ſine ſono atque ſtrepitu, qualis eſt *cordis* ex dolore & compaſſione, Jer. 4, 19. item *viſcerum*, ex dolore atque conſternatione, Jeſ. 16, 11. vel 20. Cant. 5. 4. vel ex ingenti commiſeratione, ceu *Metaphoricè* dicitur de Deo, Jer. 31, 20. β) Significat *commotionem*, quæ ſonum & ſtrepitum conjunctum habet, & pro diverſitate Subjecti, cui tribuitur, ſignificat *ſtrepere, perſtrepere, tumultuari, fremere, ingemiſcere*. Ita dicitur de cithara ſtrepente, Jeſ. 16, 11. vel 20. de animâ inquietâ in flebiles gemitus erumpente, ad deſignandam ſuam preſſuram & anguſtiam, Pſalm. 42, 6. 12. conf. Pſalm. 55, 18. Pſalm. 77, 4. de ſubditis gaudio tripudiantibus, novô Rege electô, 1. Reg. 1, 41. de homine ex ebrietate æſtuante & perſtrepente, Prov. 20, 1. Zach. 9, 15. de fœminis garrulis, multa incondita loquentibus, Prov. 7, 11. de hoſtibus furibundis & tumultuantibus, Pſalm. 46, 7. 15. de urſo fremente, Jeſ. 59, 11. de cane famelicô, Pſalm. 59, 7. 15. de columbâ ingemiſcente, Ezech. 7, 16. de mari procelloſô, & fluctus cum fremitu volvente, Jeſ. 17, 12. Jer. 5, 22. c. 6, 23. c. 31, 35. c. 51, 55.

הָמוֹן m. *Commotio; Strepitus; Multitudo; Turba.* In Statu Conſtr. הֲמוֹן גּוֹיִם *Multitudo* gentium, Gen 17, 4. Plur. הֲמֹנִים *Multitudines*, Joel. 4, 14. Cum Suffixo הֲמֹנֶיהָ *Copiæ ejus*, Ezech. 32, 20.

1) Generatim dicit *commotionem*, ſive cum *ſono & ſtrepitu* conjuncta ſit, ſive non. 2) Speciatim α) ſignificat *commotionem*, quæ ferè ſono & ſtrepitu caret. Unde adhibetur de commotione viſcerum ex compaſſione, Jeſ. 63, 15. β) Denotat *ſtrepitum*, qualis eſt populorum tumultuantium, Pſalm. 65, 8. item canticorum, Am. 5, 23. γ) Deſignat *cujusvis rei collectionem, copiam ac multitudinem*, quia ſubinde ſonitum ac ſtrepitum comitem habent. Inde dicitur 1) de ingenti turba & cœtu hominum, qualis eſt populorum, Gen. 17, 4. Pſal. 65, 8. Jeſ. 17, 12. c. 29, 8.

 plebis,

plebis, Jeſ. 5, 14. exercitus, 2. Chron. 20, 12. Jeſ. 13, 4. Dan. 11, 11. 13. Ez. 32, 32. c. 39, 11. hominum ferientium, Pſalm. 42, 5. mulierum, 2. Chron. 11, 23. 2) de copiâ nummorum & facultatum, quæ non ſine ſtrepitu colliguntur, Pſalm. 37, 16. Eccl. 5, 9. Unde Eraſmus Roterodamus & alii inde deducunt vocem *μαμμωνᾶ*. 3) de copiâ imbris cum ingenti ſonitu & ſtrepitu cadentis, 1. Reg. 18, 41.

הֶמְיָה f. *Strepitus.* Semel legitur in Statu Conſtr. הֶמְיַת נְבָלֶיךָ *Strepitus* nabliorum tuorum, Jeſ. 14, 11.

הֵמִים m. pl. *Strepentes, Streperi.* Juxta R. Jacob f. Eleaſaris ſingularis eſt הָמֶה ad formam יָפֶה. Tantum extat Ezech. 7, 11. Cum Suff. מֵהֶמְהֶם *Ex ſtreperis* eorum. Sed juxta alios eſt Pronomen הם geminatum, ut ſenſus ſit: *ex utrisque illis.* Vid. R. S. ben Melech in Michlal Jophi.

הֲמִית f. *Strepitus.* Jeſ. 14, 11. ſunt, qui huc referunt illud, Prov. 19, 18. אֶל־הֲמִיתוֹ Ut ſenſus ſit: Ob flebilem ejus (filii) vocem, ne intempeſtivâ commiſeratione ab ejus caſtigatione avoceris. Sed præſtat hanc vocem Prov. 19, 18. referre ad radicem מוּת *mori,* eamque cum B. Seb. Schmidio & aliis reddere: *ad occidendum eum.*

הָמַל *Liberè paſtum dimiſit,* apud Arabes.

הֲמֻלָּה & הֲמוּלָּה f. *Strepitus, Tumultus.* Saltem legitur Jer. 11, 16. Ezech. 1, 1. 14.

הָמַם *Agitavit, Quasſavit, Contrivit, Turbavit, Exturbavit.* הֲמָמָם *Contrivit eos,* 2. Chron. 15, 6. וְהַמֹּתִי *Et conteram,* Exod. 23, 27. Infin. cum Suff. לְהֻמָּם מִקֶּרֶב הַמַּחֲנֶה Ad *exturbandum* eos è medio caſtrorum, Devt. 2, 15. Fut. וַיָּהָם אֶת־מַחֲנֵה מִצְרָיִם Et *turbaret* caſtra Ægyptiorum, Exod. 14, 24. וַיְהֻמֵּם Et *turbabat* eos, Joſ. 10, 10.

1) Generatim dicit *violentam commotionem.* 2) Speciatim α) eſt *agitare,* e. g. *rotam,* ut excutiantur grana ex frugibus, Jeſ. 28, 28. β) Significat, *turbare, conturbare, perturbare, in talem confuſionem & ἀταξίαν adigere,* quæ perditionem comitem, vel pediſſequam habet, Exod. 14, 24. c. 23, 27. Jud. 4, 15. Joſ. 10, 10. 1. Sam. 7, 10. 2. Sam. 22, 15. 2. Chron. 15, 6. Pſalm. 18, 15. Pſalm. 144, 6. γ) Significat *Exterminare,* è medio turbare, *atque delere,* Devt. 2, 15.

הָמַן *Multiplicavit,* Legitur ſaltem Infinitivus cum Suff. Ezech. 5, 7. יַעַן הֲמָנְכֶם *Propter multiplicare vos,* i. e. propterea quod *multiplicatis,* ſcil. mala.

הָמָן m. *Haman;* nomen propr. primarii Regis Ahasveri miniſtri, ſonans quibusdam *Turbatorem,* à R. הָמַם *Commovit, Turbavit.* Sed ſi à Parentibus boni ominis cauſâ hoc ei impoſitum fuit nomen, probabile non videtur, iſtud deſcendere à R. המם. Potius videtur eſſe

eſſe à R. הָמַן *Multiplicavit*, deſignans *talem hominem, qui multiplicaturus ſit* familiam, honores, opes &c. Judæis fuit hoſtis infenſiſſimus; meditans autem ipſorum totale excidium, miſerè ipſe cum univerſâ ſuâ familiâ periit, Eſth. 3, 6. & ſeqq.

הֲמוֹנָה f. *Hamona*, nomen propr. urbis magnæ, *multitudinem* ſignificans, Ezech. 39, 16.

הָמַס *Sonum ſubmiſſum edidit*, apud Arabes.

הֲמָסִים m. pl. *Stipulæ*, ſic dictæ, quod commotæ vel accenſæ *ſonum ſubmiſſum* edant. Tantum extat Jeſ. 64, 2.

הָמַר *Fluxit, Aqua diruit*, apud Arabes. Inde

מַהֲמֹרוֹת f. pl. *Scrobes, Foveæ*, ſic dictæ, quod fluxu aquarum fieri ſoleant. Extat ſaltem Pſalm. 140, 11.

הָנַן *Præſens fuit, præſentem ſe ſtitit*, prout ex Arabiſmo patet. Inde eſt

הֵן *En! Ecce!* Vi originis & propriè notat *rem* vel *perſonam præſentem*, item abſolutè *rem*, præſertim *veram, certò futuram*, atque ob certitudinem ſuam, quaſi jam præſens eſſet, ſpectatam. Vid. Kœrbi Lex. Part. pag. 43. Adhibetur autem in Scriptura ad deſignanda α) *Adverbia* 1) demonſtrandi *en! ecce!* connotans ſubinde dicentis *affectum, audientis attentionem reique dicendæ gravitatem*, Num. 23, 24. Pſalm. 51, 7. 2) Interrogandi, *num? an? numquid?* Jer. 2, 10. β) Conjunctionem Conditionalem, *ſi*, Exod. 8, 22. Jer. 3, 1.

הֵן *Illæ*, & cum ה Paragogicô הֵנָּה vide ſupra in הוּא.

הִנֵּה *En! Ecce!* Cl. Kœrbero l. c. eſt à R. הָנַן *Præſens fuit, ſe præſentem ſtitit*, in fine cum ה Paragogicô, quod peculiariter hic (..) ante ſe habet, & tonum in ultima. Vid. ejus Lex. Part. p. 44. Cum Suff. הִנְנִי *Ecce ego*, נ Epentheticô, præcedente Schevate, aſſumtô, Gen. 6, 17. Sed in pauſâ eſt הִנֵּנִי *Ecce ego*, Gen. 22, 1. & Gen. 22, 7. eſt הִנֶּנִּי *Ecce ego*. הִנְנוּ *Ecce nos*, Joſ. 9, 25. & in pauſâ הִנֵּנוּ Job. 38, 35. הִנֶּנּוּ *Ecce nos*, Gen. 44, 16. הִנָּךְ *Ecce tu* F. Gen. 16, 11. pro הִנֵּךְ (..) Suffixi in (ָ) mutato. הִנְּכֶם *Ecce vos*, Devt. 1, 10.

1) Vi originis & propriè cl. Kœrbero l. c. notat *rem* vel *perſonam præſentem*, item abſolutè *rem*, præſertim *veram, certo futuram*, atque ob certitudinem ſuam, quaſi jam præſens eſſet, ſpectatam. Dici à quibusdam ſolet *index*, item NB. *Spiritûs S.* Variè autem adhibetur in Scriptura Sacra. Nam 2) ſpeciatim α) exprimit *Adverbia* demonſtrandi *en! ecce!* & uſurpatur 1) *in rei novæ, inſolitæ, gravis & admirandæ*, quæ præſente animo piè ponderanda, & ob ſuam certitudinem, quaſi jam præſens eſſet, ſpectanda eſt, *prædictione*, Jeſ. 7, 14. Jer. 31, 31. Zach. 9, 9. 2) In rei præſentis demonſtratione & exhibitione, Gen. 27, 7. c. 29, 2. 3) *In certitudinis adſeverationе*, ubi non inconvenienter reddi poteſt,

 certè,

certè, profectò, certò, Gen. 1, 29. 31. c. 12, 11. c. 16, 2. c. 28, 15. Exod. 1, 9. Jer. 7, 8. 11. c. 29, 17. c. 30, 3. c. 31, 8. 4) In declaratione promtitudinis tùm *obſequendi*, Gen. 31, 11. 1. Sam. 3, 4. 8. Pſalm. 40, 8. Jeſ. 6, 8. tùm exaudiendi & benefaciendi, ſi Deo tribuitur, Jeſ. 58, 9. c. 65, 1. 5) *In officii admonitione*, Pſalm. 134, 1. β) Exprimit Conjunctionem Conditionalem *ſi*, Lev. 13, 5.

הֵנָּה *Hic, Huc*; Eſt cl. Kœrbero idem הֵן cum ה locali. Unde 1) generatim dicit *præſentiam*, ſive *loci*, ſive *temporis*, ſive *ſtatûs*, proprie reddendum: *Ad locum, tempus* vel *ſtatum præſentem*. 2) Speciatim autem α) exprimit adverbia *loci*, & quidem 1) *propinqui*, nempe *hic* Gen. 21, 23. *huc* Gen. 45, 8. 2) tàm *remoti*, quàm *propinqui*, ſi in ea ſententia repetitum diſtributionem innuit, reddendum, *huc, illuc*. הֵנָּה וָהֵנָּה *Huc* atque *illuc*, Joſ. 8, 20. Sic quoque 2. Reg. 2, 8. c. 4, 35. β) Cum עַד *usque ad*, nominalem obtinet ſignificationem, indigitans *locum, tempus* vel *ſtatum præſentem*. עַד־הֵנָּה *Ad hoc usque tempus*, Gen. 15, 6. *Usque ad locum* vel *ſtatum hunc præſentem* juvit nos Dominus, 1. Sam. 7, 12. *Ad hunc usque locum*, 2. Sam. 20, 16. Poteſt tamen etiam commodè reddi *hucusque*. Quandoque עַד cum הֵנָּה coaleſcit, ה per Syncopen conciſô, עֲדֶנָּה *Hucusque*, Eccl. 4, 2. pro עַד־הֵנָּה, ſed verſu 3. eſt עֲדֶן *Hucusque*, ה per Apocopen reſecto.

הָסָה *Siluit, Tacuit*. Imp. הַס מִפָּנָיו *Sile* coram eo. Hab. 2, 20. pro הַסֵּה, tertia radicali per Apocopen reſectâ. הַס מִפְּנֵי יְהוָה *Sile* coram Domino, Zeph. 1, 7. הַסּוּ *Silete*, Neh. 8, 11. Hiphil הֶהֱסָה *Silere fecit*. Fut. וַיַּהַס *Silere tamen fecit*, Num. 13, 30. ה per Apocopen reſectô.

1) Generatim *ſilendi* ſignificationem obtinet, quæcunque tandem ſilentii cauſa ſit. 2) Speciatim α) *propriè* dicit *ceſſationem loquelæ*, vel, ne arcana aliis innoteſcant, Jud. 3, 19. vel ne flebiles voces ulterius fiant & gaudia publica turbent, Neh. 8, 11. vel, quia ferenda ſunt Dei irati judicia, Am. 6, 10. c. 8, 3. vel, ne amplius murmurent contra Deum, ceu Caleb murmurantes Iſraelitas, *ſilere fecit*, i. e. *compeſcuit*, Num. 13, 30. β) *Metaleptice* eſt *timere, revereri atque acquieſcere*, quia ſilentii cauſa eſt timor, & reverentia Hab. 2, 20. Zeph. 1, 7. Zach. 2, 17. Sæpius non legitur.

הָפַךְ *Vertit, Mutavit, Evertit, Pervertit*; Item *Vertit ſe, Verſus, Mutatus eſt*. וְשֵׂעָר בַּנֶּגַע הָפַךְ לָבָן Sipilus in plaga *verſus eſt* in album, Lev. 13, 3. הָפַכְתָּ מִסְפְּדִי לְמָחוֹל לִי *Convertiſti* luctum meum in choream mihi, Pſalm. 30, 12. Part. הַהֹפְכִי הַצּוּר אֲגַם מָיִם *Qui convertit* petram in ſtagnum aquarum, Pſalm. 114, 8. In fine cum י Paragogico, ut in אֹסְרִי *Ligans*, Gen. 49, 11. Infin. הָפוֹךְ *Evertere*, Prov. 12, 7. לְבִלְתִּי הָפְכִּי אֶת־הָעִיר *Ad non evertere*, i. e. ut non evertam urbem iſtam, Gen. 19, 21. Imp. הֲפֹךְ יָדְךָ *Verte* manum

manum tuam, 1. Reg. 22, 34. Fut. אֶהְפֹּךְ *Vertam*, Zeph. 3, 9. וַיַּהֲפֹךְ אֶת־הֶעָרִים *Et evertit* urbes iſtas, Gen. 19, 25. וַיַּהַפְכֵהוּ לְמַעְלָה *Evertitque* illud ſurſum, Jud. 7, 13. Niphal נֶהְפַּךְ *Verſus, Converſus, Subverſus fuit.* נֶהְפַּךְ הַנֶּגַע לְלָבָן *Converſa eſt* plaga in albam, Lev. 13, 17. נֶהְפַּךְ לְאֵבֶל מְחוֹלֵנוּ *Converſa eſt* in luctum chorea noſtra, Thren. 5, 15. Cum ו converſivo וְנַהֲפוֹךְ *Et vertetur*, Eſth. 9, 1. Fut. תֵּהָפֵךְ *Verteris*, Job. 30, 21. Hophal הָהְפַּךְ *Converſus eſt*, Job. 30, 15. Hithpael הִתְהַפֵּךְ *Vertit ſe.* Part. מִתְהַפֵּךְ *Vertens ſe*, Jud. 7, 13. Fœm. הַחֶרֶב הַמִּתְהַפֶּכֶת Gladius *hinc inde ſeſe vertens*, Gen. 3, 24.

1) Generatim dicit *quamcunque verſionem & immutationem*, ſive *qualitatis & ſtatus*, ſive *ſitûs & loci*, ſive *ſubſtantiæ in nihilum.* 2) Speciatim α) denotat *verſionem & immutationem qualitatis & ſtatus*, reddendum 1) *vertere, mutare, immutare.* Ita legitur de verſione *maris* in aridam, Pſalm. 66, 6. *aquæ* in ſanguinem, Exod. 7, 20. Pſalm. 105, 29. *auroræ* in noctem, Am. 5, 8. *coloris* ſubrubicundi lepræ in album, Lev. 13, 3. 4. 13. 20. 25. *faciei* in pallorem, Jer. 30, 6. Cutis, Jer 13, 23. *ſplendoris* in ſole in meras tenebras, Joel. 3, 4. *judicii* in fel, Am. 5, 12. *cordis*, ſive in bonum, 1. Sam. 10, 9. ſive in malum Exod. 14, 5. Job. 19, 19. c. 30, 21. Pſalm. 105, 25. Jeſ. 63, 10. *luctus* in tripudium & gaudium, Eſth. 9, 22. Pſalm. 30, 12. Jer. 31, 10. *feſtorum* in luctum, Am. 8, 10. *tripudii* & *chorearum* in luctum, Thren. 5, 15. 2) *Evertere, Subvertere penitus.* Ita adhibetur de everſione Sodomæ, Gen. 19, 13. 21. 25. Devt. 29, 23. Jer. 23, 16. Thren. 4, 6. *Urbis* Ammonitarum, 2. Sam. 10, 3. 4. 6. *Ninives*, Jon. 3, 4. 3) *Pervertere*, e. g. *verba Dei*, Jer 23, 36. β) Deſignat *verſionem & immutationem ſitus & loci prioris.* Ita legitur de ſubverſione *montium*, qui terræ motibus deſuper concutiuntur & ſubruuntur, Job. 28, 9. *tentorii* ſurſum facta, Jud. 7, 13. *tergi*, ut faciunt fugam capeſſentes, Joſ. 7, 8. Jud. 20, 41. *manus*, ceu faciunt alio rſum ſeu in aliam partem ſe converſuri, 1. Reg. 22, 24. 2. Reg. 9, 23. 2. Chron. 18, 33. Sed Thren. 3, 3. *converſio manus Divinæ* eſt ſymbolum *juſtitiæ ultricis* ſubinde pœnas graves immittentis. γ) Indigitat *verſionem & mutationem ſubſtantiæ rei in nihilum.* Ita capitur, quando deſignat mutationem *terræ*, quæ in conſummatione ſeculi futura eſt. Job. 38, 14. Vid. Seb. Schmid. in l. c.

הֶפֶךְ m. *Diverſum, Contrarium.* Bis ſaltem legitur Ez. 16, 34.

הֲפֵכָה f. *Everſio, Subverſio.* Extat tantum Gen. 19, 29.

מַהְפֶּכֶת f. *Carcer*, Jer. 20, 2. Buxtorffio & Tremellio eſt *cippus*, ſic dictus à *torquendo & evertendo* ſontium corpore. Referente R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi in l. c. R. Joſeph Kimchi ſcripſit, fuiſſe *inſtrumentum è duobus lignis confectum*, inter quæ erat locus colli, ut ibi vincti collum tenerent. Sed ſi verſus ſepuens inſpicitur, videtur potius fuiſſe *carcer*, quàm *cippus*, aut ejusmodi inſtrumentum, quia Paſchchur

ibi dicitur Jeremiam ex מַהְפֶּכֶת velut ex loco quodam eduxiſſe, non verò ſolviſſe, velut è cippo aut ſimili inſtrumento. Præter l. c. legitur 2. Chron. 16, 10. Jer. 20, 3. c. 29, 26.

מַהְפֵּכָה f. *Everſio*, eaque *omnimoda*, qualis fuit Sodomæ, Devt. 29, 23. Jeſ. 13, 19. Jer. 49, 18. c. 50, 40. Am. 4, 11. & qualis eſt, quæ fit à peregrinis populis terram vaſtantibus, Jeſ. 1, 7. Sæpius non legitur.

תַּהְפֻּכָה f. *Perverſitas*, quâ aliquid pervertitur, imò tandem evertitur. Decies legitur in Scriptura, ſed ubique ſaltem in Plurali. דּוֹר תַּהְפֻּכוֹת Generatio *perverſitatum*, i. e. *ſummè perverſa*, Devt. 32, 20. אִישׁ תַּהְפֻּכוֹת Vir *perverſitatum*, i. e. ſumme perverſus, qui non ſolum quoad fidem, ſed etiam quoad vitam corruptus eſt, qui inſtar inverſi Decalogi ſe habet, & alios quoque perverſos reddere laborat. Præterea vox hæc legitur Prov. 2, 11. 14. c. 6, 14. c. 8, 13. c. 10, 31. 32. c. 16, 30. c. 23, 33.

הֲפַכְפַּךְ m. *Valde perverſus.* Quia duæ poſteriores radicales geminantur, ſignificatio augetur, ut Jud. 5, 6. אֳרָחוֹת עֲקַלְקַלּוֹת *Viæ valde tortuoſæ.* Occurrit ſaltem Prov. 21, 8. הֲפַכְפַּךְ דֶּרֶךְ *Valde perverſus viâ*, qui ſectatur vivendi rationem à lege Dei alienam, & neglectâ virtutum viâ, ſaltem vitiis & peccatis indulget.

הֹצֶן m. *Arma*, juxta R. Davidem, Ezech. 23, 24. Aliis eſt *certa curruum ſpecies.* Vid. Abendana in notis ad Michlal Jophi R. Sal. ben Melech. Aliis idem eſt quod צִנָּה *ſcutum.* Quidam cum Seb. Schmidiò vertunt *robur.* Coccejo autem notat *ſtrepitum.* Niſi prima arrideat ſignificatio, poſtremam non inepte eliges. Præter l. c. non legitur.

הָרַג *Occidit, Interfecit.* כִּי הֲרָגוֹ קָיִן *Quem interfecit* Kain, Gen. 4, 25. Ubi particula כִּי vicem Pronominis Relativi אֲשֶׁר *Qui* obtinet, cujus caſum obliquum deſignat Suffixum verbo additum, latinè omittendum. וַהֲרָגֻנִי *Tunc interficiet me*, 1. Sam. 16, 2. Fut. אַחֲרִיתָם בַּחֶרֶב אֶהֱרֹג Poſtrema eorum gladio *occidam*, Am. 9, 1. & cum ה Paragogico אֶהֶרְגָה *Occidam*, Gen. 27, 41. הָרֹג תַּהַרְגֶנּוּ *Occidendo occides*, i. e. utique occides eum, Devt. 13, 9. וַיַּהַרְגוּם *Et occiderunt eos*, 2. Sam. 4, 12. Niphal נֶהֱרַג *Occiſus, Interfectus eſt.* Infin. בְּהֵרֵג *In occidi*, i. e. cum occidetur, Ezech. 26, 15. pro בְּהֵהָרֵג Præformativô ה ob Præfixum ב per Aphæreſin ablatô. Pual הֹרַג *Interfectus eſt*, Jeſ. 27, 7. Cholem compenſat Dageſch forte Characteriſticum extruſum. הֹרַגְנוּ *Occidimur*, i. e. occiſioni, aliiſque morti non diſſimilibus afflictionibus exponimur, Pſalm. 44, 23.

1) Generatim *ſubjecti viventis excidium* infert. 2) Speciatim *α) propriè* eſt *occidere*, vel *vitam alicui adimere*, ſive *juſtè* id fiat, ceu *Deus* juſtiſſime occidit improbos, Thren. 2, 21. Am. 2, 3. c. 9, 1. Conf. Exod. 13, 15. *populus* Pſeudoprophetam, aut alium ad idololatriam incitantem, Devt. 13, 10. Vide inſuper Num. 25, 5. c. 31, 17. ſive *injuſtè*, Gen. 4, 25.

c. 37,

c. 37, 20. c. 49, 6. Exod. 21, 14. Jud. 9, 24. 56. 1. Sam. 22, 21. 2. Sam. 3, 30. c. 4, 11. &c. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* eſt *perdere*, e. g. *Vites generoſas*, Pſalm. 78, 47. 2) per *Synecdochen* notat *graviter affligere, graviſſimas afflictiones & calamitates immittere, graviſſimò cruciatu afficere*, Pſal. 44, 23. Pſalm. 78, 34.

הֶרֶג m. *Occiſio, Cædes.* בְּיוֹם הֶרֶג רָב In die *occiſionis magnæ*, i. e. *tempore*, quô Deus puniet & perimet, Jeſ. 30, 25. מָטִים לַהֶרֶג Declinantes ad *occiſionem*, Prov. 24, 11. i. e. ad mortem violentam, ubi dolo & vi proximus interficitur. Præterea vox hæc occurrit, Eſth. 9, 5. Jeſ. 27, 7. Ezech. 26, 15.

הֲרֵגָה f. *Occiſio, Cædes.* צֹאן הַהֲרֵגָה Oves *occiſionis*, i. e. populus ſententiâ Dei ad occiſionem deſtinatus, Zach. 11, 4. Vide amplius, Zach. 11, 7. Jer. 12, 3. c. 7, 34. c. 19, 6.

הָרָה *Concepit.* הָרָה עָמָל *Concepit* laborem, Pſalm. 7, 15. הָרִינוּ *Concepimus*, Jeſ. 26, 18. Infin. הָרֹה *Concipere*, Job. 15, 35. & הָרוֹ Jeſ. 59, 4. Fut. וַתַּהַר Et *concepit*, Gen. 4, 1. pro וַתַּהֲרֶה tertiâ radicali per Apocopen reſectâ. וַתַּהֲרֶיןָ Et *concipiebant*, Gen. 19, 36. Pual הֹרָה *Conceptus eſt*, Job. 3, 2.

1) Generatim eſt *concipere*. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *mulierum*, quæ ſemine virili conceptô gravidæ redduntur, utero inſtar monticuli intumeſcente. Ita legitur, Gen. 4, 1. 17. c. 16, 4. c. 21, 2. c. 25, 21. c. 29, 32. 33. 34. 35. c. 30, 5. 7. 17. 19. 23. c. 38, 3. 4. 18. &c. β) *Metaphoricè* transfertur *ad cogitationes & decreta animi*, eſtque idem ac *cogitare, meditari, decernere*, Job. 15, 35. Pſalm. 7, 15. Jeſ. 33, 11. prout *parere* eſt *ipſum opus cogitatum effectum* dare.

הוֹרֶה m. *Genitor, Progenitor*, ſic dictus, quod *concipere* facit, vel *conceptum dat*. Legitur ſaltem in Plurali cum Suff. הוֹרַי *Progenitores mei*, Gen. 49, 26.

הוֹרֶת f. *Genitrix*. Bis occurrit cum Suff. הוֹרָתִי *Genitrix mea*, Cant. 3, 4. הוֹרָתָם *Genitrix* eorum, Hoſ. 2, 5.

הָרָה f. *Gravida, Prægnans*, Gen. 16, 11. In Statu Conſtr. הָרַת עוֹלָם *Gravida* in æternum, i. e. nunquam paritura, Jer. 20, 17. Plur. הָרוֹת *Gravida*, Am. 1, 13. Cum Suff. הָרוֹתֶיהָ *Prægnantes* ejus, 2. Reg. 15, 14.

1) Generatim deſignat *gravidam*, quæ uterum gerit, undecunque conceperit. 2) Speciatim α) deſignat *fœminam*, quæ ex concurſu maris concepit, & gravida facta eſt, Gen. 16, 11. c. 35, 24. 25. Exod. 21, 22. Jud. 13, 5. 7. 1. Sam. 4, 19. 2. Sam. 11, 5. 2. Reg. 15, 14. β) Denotat *gravidam* ſine concurſu maris, virtute Spiritûs S., ſcil. Virginem Mariam, Jeſ. 7, 14.

הֲרִיָּה f. *Gravida, Prægnans.* Legitur ſaltem in Plurali cum Suff. הֲרִיּוֹתָיו *Prægnantes* ejus, Hoſ. 14, 1.

הֵרוֹן m. *Conceptus.* Semel legitur, Gen. 3, 16. הַרְבָּה אַרְבֶּה עִצְּבוֹנֵךְ וְהֵרֹנֵךְ Multum multiplicabo dolorem tuum & *conceptum tuum*, i.e. *dolorem conceptus tui*; Significatio τῦ ו omittitur, & poſterius nomen in Genitivo effertur. Vid. Danzii Interpr. §. 194. II. ed. 2.

הֵרָיוֹן m. *Conceptus.* Bis ſaltem legitur. וַיִּתֵּן יְהוָה לָהּ הֵרָיוֹן Et dedit Dominus ei *conceptum*, Ruth. 4, 13. מֵהֵרָיוֹן A *conceptu*, Hoſ. 9, 11.

הָרָן m. *Haran*, eſt nomen proprium filii tertii Therachi, à voce הַר *mons*, ut ſit idem ac *montoſus.* Vid. Danzii Paradigm. p. 39. ן finale eſt Heemanticum.

הָרַס *Perrupit, Prorupit, Proripuit ſe*; item *Diruit, Deſtruxit, Demolitus eſt.* הָרַס וְלֹא חָמָל *Deſtruxit*, nec pepercit, Thren. 2, 17. וְהָרַסְתִּי אֶת־הַקִּיר *Et diruam* parietem, Ezech. 13, 14. וְהָרְסוּ מִגְדָּלֶיהָ *Et deſtruent* turres ejus, Ezech. 26, 4. Inf. וְלַהֲרֹס *Et ad deſtruendum*, Jer. 1, 10. Fut. אֶהֱרֹס *Deſtruam*, Jer. 24, 7. יֶהֶרְסֵם *Deſtruet* eos, Pſalm. 28, 8. Niphal נֶהֱרַס *Dirutus, Deſtructus eſt.* נֶהֶרְסוּ חוֹמוֹתֶיהָ *Deſtructi ſunt muri ejus*, Jer. 50, 15. Fut. יֵהָרֵס *Deſtruetur*, Jer. 31, 39. Piel הָרֵס *Penitus Diruit, Deſtruxit.* Inf. cum Fut. הָרֵס תְּהָרְסֵם *Deſtruendo deſtrues*, i. e. penitus & totaliter deſtrues eos, Ezech. 23, 24.

1) Generatim *rupturam* involvit, qualicunque demum fiat ratione. 2) Speciatim α) eſt *Prorumpere, Perrumpere terminos ſtatos*, ad videndum, contemplandum, Exod. 19, 21. 24. β) *Diruere, Deſtruere*, &c. & *propriè* eſt *rerum exſtructarum, exornatarum & munitarum.* Ita legitur de deſtructione urbium, Pſalm. 14, 18. 2. Sam. 11, 25. 2. Reg. 3, 25. Jeſ. 14, 18. propugnaculorum, Mich. 5, 10. murorum, Jer. 50, 15. Ezech. 26, 12. turrium, Ezech. 26, 4. altarium, Jud. 6, 15. 1. Reg. 18, 30. c. 19, 10. 14. *Metaphoricè* autem eſt *aliarum rerum*, quæ inſtar ædificii alicujus evertuntur, vel ſaltem deteriores redduntur. Inde legitur de everſione impiorum, Pſalm. 28, 5. Jer. 42, 10. *civitatis*, vel *terræ*, quando mores incolarum corrumpuntur, ſtatuta & nervi reipublicæ labefactantur, &c. Prov. 11, 11. c. 29. 4. *potentiæ hoſtilis* nomine *dentium* deſignatæ, Pſalm. 58, 7.

הֶרֶס m. *Deſtructio.* Legitur ſaltem, Jeſ. 18, 19. עִיר הַהֶרֶס Urbs *deſtructionis.*

הֲרִיסָה f. *Deſtructio.* Semel occurrit in Plurali cum Suff. הֲרִיסֹתָיו אֲקִים *Deſtructiones*, vel *deſtructa ejus reſtituam*, Am. 9, 11.

הֲרִיסוּת f. *Deſtructio.* Legitur ſaltem cum Suff. אֶרֶץ הֲרִסֻתֵךְ *Terra deſtructionis tuæ*, Jeſ. 49, 19. i. e. *deſtructa, devaſtata.*

הָרַר Radix inuſitata. Forte, ſi uſitata fuit, *eminentem eſſe* ſignificavit.

הָרָר

Digitized by Google

הֲרָר m. *Mons* ab *eminentiâ* ſic dictus. Semel legitur cum Suff. הֲרָרִי *Mons mi*, Jer. 17, 3. ubi intelligitur *populus Judaicus*, qui dicitur *mons Dei*, quia inſtar *montis* à Deo exaltatus & gloria illuſtratus fuit. Unde Coccejus ſcribit: *Per ænigma comparatur populus Judaicus cum reliquo mundo, velut mons in agro plano poſitus, tanquam in mundo extans, & ea gloria illuſtratus, quâ totus mundus carebat.*

הֲרָר m. *Mons.* Cum Suff. הֲרָרִי *Mons meus*, Pſalm. 30, 8. Plur. הֲרָרִים *Montes.* In Statu Conſtr. הַרְרֵי קֶדֶם *Montes* antiquitatis, i. e. antiquiſſimi, Devt. 33, 15. הַרְרֵי אֵל *Montes* Dei, i. e. celſiſſimi, Pſalm. 36, 7. Cum Suff. מֵהֲרָרֶיהָ De *montibus* ejus, Devt. 8, 9.

1) Generatim dicit *rem eminentem.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *montem*, terræ partem ſuperiorem & elevatam, Gen. 14, 6. Devt. 8, 9. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *Regna & imperia*, quæ inſtar montium in mundo præeminent, Pſalm. 30, 8. Pſalm. 76, 5. Hab. 3, 6. 2) *Eccleſiam*, ob ipſius eminentiam undique conſpicuam, & robur inexpugnabile, Pſalm. 87, 1.

הַר m. *Mons; Montana loca.* הַר גָּבֹהַּ *Mons* excelſus, Jeſ. 30, 25. ſi præcedit ה articuli, notatur cum (ָ) הָהָר *Mons iſte*, Exod. 3, 12. Cum ה locali הָהָרָה *In montem*, Gen. 15, 17. Plur. הָרִים *Montes*, Devt. 11, 11. ubi eſt (ָ) pro (ַ) ſub ה ob Dageſch forte ex ר extruſum, quod ad compenſandam ſecundam radicalem, tertiæ radicali ר imprimendum erat. Sed Zach. 14, 5. eſt הָרַי pro הָרִים ad formam Status Conſtructi Syrorum. Similis forma eſt in שָׂרַי *Principes*, Jud. 5, 15. הֶהָרִים *Montes*, Zach. 6, 1. cum ה Articuli, quod ob (ָ) ſub ה per alternationem (ֶ) accepit. בֶּהָרִים *In montibus*, Exod. 32, 12. ה articuli ob Præfixum ב per Syncopen extruſo. In Statu Conſtr. הָרֵי *Montes*, Gen. 8, 11. Cum Suff. הָרָיו *Montes ejus*, Mal. 1, 3.

1) Generatim deſignat *id, quod eminet.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *montem*, terræ partem ſuperiorem & elevatam, Exod. 3, 12. c. 19, 2. 3. 14, 16. Num. 14, 40. Joſ. 10, 6. 2. Reg. 1, 9. &c. β) *Tropicè*, & quidem א) *Metaphoricè* deſignat 1) *cælum*, Dei habitaculum eminens, Pſalm. 3, 5. Pſalm. 15, 1. Pſalm. 99, 9. Pſalm. 121, 1. 2) *Eccleſiam Dei*, quæ inſtar montis celſiſſimi *eminet*, & in orbe terrarum conſpicua eſt, Jeſ. 4, 5. c. 56, 7. 3) *Superbos Eccleſiæ* ſeu *regni Dei hoſtes*, Jeſ. 2, 14. c. 41, 15. Zach. 4, 7. item *homines elatos & tumentes* de ſua operum juſtitia & merito, Jeſ. 40, 3. 4) *Regna & imperia*, quæ velut montes in mundo præeminere ſolent, Pſalm. 72, 3. Jer. 51, 25. ב) *Metonymicè* denotat 1) *loca montana*, Joſ. 13, 6. Jud. 7, 24. item c. 1, 9. 2) *Incolas* montium, Mich. 1, 4. וְנָמַסּוּ הֶהָרִים Et liqueſcent *montes*, i. e. *corda eorum*, qui *montes* incolunt. conf. Ezech. 36, 1. 3) *Idola*, quæ in *montibus* colebantur, Jer. 3, 23.

הִתֵּל

Digitized by Google

הָתַל *Illuſit, Deluſit, Ludificavit.* Ponitur pro הִתֵּל Dageſch Characteriſticô citra neceſſitatem extruſo, & per (‥) compenſato. Conſtruitur intercedente ב. הֵתַלְתָּ בִּי *Deluſiſti me*, Jud. 16, 10. Infin. הָתֵל *Illudere.* Fut. וַיְהַתֵּל בָּהֶם Et *illudebat* illos, 1. Reg. 18, 27. Pual הוּתַל *Illuſus eſt*, Jeſ. 44, 20.

1) Generatim eſt *illudere*, qualicunque fiat ratione. 2) Speciatim *α*) *illudere verbis*, ſeu *ſubſannare*, 1. Reg. 18, 27. *β*) *Illudere fraude*, *Decipere; verba bona dare, & eximia polliceri, ſed non præſtare.* Unde ſunt, qui התל affine faciunt verbis תלה & תלל, ut notet *promiſſis alicujus animum ſuſpendere*, dum quis in eum falſus ſeu fallax eſt. In *decipiendi* autem ſignificatione legitur, Gen. 31, 7. Exod. 8, 25. Jud. 16, 10. 13. 15. Jeſ. 44, 20. Jer. 9, 4. Conf. Job. 13, 9. ubi Seb. Schmidio notat alicui aliquid perſvadere, quod verum rectumque non eſt.

הֲתֻלִּים m. pl. *Illuſiones, Ludificationes.* Tantùm extat, Job. 17, 2.

מַהֲתַלּוֹת f. pl. *Illuſiones, Ludibria.* Legitur ſaltem Jeſ. 30, 10.

הוּתַת *Prava molitus, machinatus eſt*, (ו) eſt loco Dageſch Characterici & prævii Chirek. Occurrit ſaltem, Pſalm. 64, 4. תְּהוֹתְתוּ *Prava machinabimini.* Sed juxta R. Jonam eſt: *Producetis linguam* vel *ſermonem ad malum.*

ו

ו Si *α*) eſt ab initio vocis. Particulam connexam conſtituit, quam Heinſius in Ariſtarcho Particularum *Protheum* vocat. Ordinariè cum (:) præfigitur, ut וְהָאָרֶץ *Et terra*, Gen. 1, 2. ante vicinum tonum autem interdum etiam cum (ָ) ut in וָנֶגְבָּה *Et Verſus meridiem*, Gen. 13, 14. Ante vicinas literas בּמף, niſi propinquitas toni (ָ) requirat, & ante literas Schevatas, niſi ſit (י), recipit Schurek; ut וּבֵין *Et inter*, Gen. 2, 17. Sed Gen. 1, 2. eſt וָבֹהוּ *Et inanitas.* וּלְיָמִים *Et in dies*, Gen. 1, 14. וִיהִי *Et erit*, Gen. 1, 6. Si eſt converſivum, ante Præterita quidem cum (:) præfigitur, ſed ante Futura præmittitur cum (-) ſequente Dageſch forti, tono utplurimum ex ultima in penultimam retractô. וַיֹּאמֶר *Et dixit*, Gen. 1, 24.

Pro varietate autem Contextus exprimit

I) *Conjunctiones*, easque *α*) Copulativas, *&* Gen. 1, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 17. 18. 26. 28. c. 2, 3. 4. 5. 7. c. 6, 12. 14. 16. 19. *etiam*, Gen. 9, 12. c. 12, 3. Thren. 3, 32. *item*, Jer. 50, 20. *β*) Continuativas, *primum*, Devt. 20, 10. *Præterea, Inſuper*, Gen. 1, 29. c. 2, 17. c. 16, 11. c. 18, 12. c. 21, 28. Num. 8, 1. 5. 25. c. 9, 1. 1. Sam. 28, 19. *Iterum, rurſus*, Zach. 2, 5. *Poſtea*, Gen. 1, 6. c. 4, 1. c. 9, 1. Num. 5, 23. c. 8, 8. *Porrò*, Gen. 1, 20. c. 4, 25. c. 10, 1. c. 11, 27. c. 15, 3. 7. c. 18, 31. c. 19, 9. c. 20, 10. c. 22, 4. Zach. 4, 11. *Cæterum*, Gen. 3, 20. c. 9, 18. c. 11, 1. c. 14, 1. c. 16, 1. 2. Sam. 24, 1. *Tandem, denique*, Gen. 1, 26. c. 2, 13. c. 15, 17. c. 18, 32. 2. Reg. 4, 35. Gen. 2, 13.

γ) Illa-

Digitized by Google

γ) Illativas *ideò*, *itaque*, *quare*, *propterea*, Gen. 2, 1. c. 3, 6. 7. c. 4, 11. c. 6, 6. 13. c. 8, 8. c. 12, 18. c. 13, 8. c. 14, 5. c. 16, 14. c. 17, 18. c. 18, 12. c. 19, 26. c. 20, 4. 6. 17. c. 21, 10. c. 22, 3. 14. c. 24, 32. 50. Exod. 1, 9. 20. c. 3, 3. 4. 6. 17. 20. c. 4, 20. Pſalm. 2, 10. &c. item *hinc*, *inde*, *unde*, Gen. 13, 7. c. 19, 34. c. 20. 2. c. 25, 25. Exod. 1, 13. c. 5, 19. Neh. 2, 14. Eſth. 7, 6. Ita quoque fere illativè *igitur*, *itaque* reddendum, ſi præfigitur voculæ עַתָּה *nunc*, *jam*, Gen. 12, 19. c. 20, 7. c. 22, 23. c. 24, 49. Exod. 3, 10. 18. c. 5, 18. δ) Adverſativas, ſi eſt ante orationem præcedenti contrariam, *ſed*, *autem*, *at*, *verò*, Gen. 1, 10. 30. c. 2, 17. c. 5, 11. c. 17, 19. c. 18, 30. c. 19, 2. 3. 6. 9. 18. c. 20, 2. c. 21, 11. 26. c. 24, 5. c. 25, 31. Exod. 1, 12. 17. c. 3, 12. 13. c. 5, 2. Pſ. 5, 8. Pſ. 18, 19, Pſalm. 22, 7. Pſalm. 26. 11. Pſalm. 35, 9. Pſalm. 41, 11. *Atqui*, Job. 31, 30. 34. Pſalm. 49, 13. *Tamen*, *Attamen*, *veruntamen*, Gen. 17, 21. c. 20, 4. c. 21, 13. 25. Exod. 4, 8. c. 9, 12. Eſth. 5, 10. Pſ. 44, 18. Pſ. 73, 23. &c. *nihilominus*, Gen. 4, 8. c. 8, 12. Exod. 4, 1. 13, c. 5, 18. *Contra*, Exod. 3, 21. ε) Diſjunctivas, *aut*, *ſive*, Gen. 19, 12. Exod. 20, 15. c. 21, 6. Devt. 17, 9. Prov. 32, 8. ζ) Cauſales, *nam*, *enim*, Gen. 12, 5. c. 1, 12. c. 6, 17. c. 16, 2. c. 17, 16. c. 20, 3. c. 21, 2. c. 24, 35. 39. 47. Exod. 1, 22. c. 7, 28. c. 8, 7. 19. Pſalm. 7, 10. Jeſ. 3, 7. Pſalm. 1, 3. *quia*, *quum*, Gen. 18, 13. c. 22, 12. c. 24, 56. Pſalm. 60, 12. Jeſ. 39, 1. c. 64, 4. quandoquidem Jud. 16, 15. Pſalm. 65, 10. *quod*, Jeſ. 29, 8. item *ut*, ceu alibi, ita determinatè ante Futura, etſi non *forma*, modò ſignificatione talia, item poſt verbum הָיָה *accidit*, *factum eſt*, לֹא אִישׁ אֵל וִיכַזֵּב וּבֶן־אָדָם וְיִתְנֶחָם Non vir eſt Deus, *ut* mentiatur, nec filius hominis, *ut* pœniteat, Num. 23, 19. וַיְהִי בִּהְיוֹתָם בַּשָּׂדֶה וַיָּקָם Et *factum eſt*, dum illi eſſent in agro, *ut* inſurgeret, Gen. 4, 8. Denotat verò *ut* 1) τελικῶς, *cauſam finalem* indigitans, Gen. 18, 19. c. 19, 34. c. 23, 9. c. 24, 3. Exod. 4, 5. Pſalm. 85, 7. 9. Pſalm. 86, 17. 2) ἐκβατικῶς, innuens *eventum*, Gen. 18, 18. c. 24, 35. inprimis poſt הָיָה Gen. 21, 22. c. 22, 20. c. 24, 22. c. 25, 11. Exod. 2, 23. *Ita ut*, modum ſignificans, Gen. 17, 14. c. 7, 21. c. 13, 6. Exod. 4, 16, Job. 31, 7. c. 41, 8. η) Conceſſivas, *etſi*, *etiamſi*, *quamvis*, Eccl. 9, 16. Job. 19, 17. *quidem*, Num. 8, 26. Exod. 8, 4. Ezech. 7, 16. θ) *Conditionales*, *ſi*, *quodſi*, Gen. 33, 13. c. 44, 22. Exod. 12, 13. Lev. 10, 19. Num. 12, 14. Jud. 6, 13. 1. Sam. 2, 16. Ruth, 2, 9. Pſalm. 37, 10. Pſalm. 139, 11. Ezech. 3, 17. *modò*, vel *dummodo*, Gen. 23, 15. *Aliàs*, 1. Reg. 1, 21.

II) Adverbia, α) Affirmandi, *certè*, *profectò*, *utique*, Gen. 4, 25. c. 33, 13. Lev. 18, 29. c. 22, 3. *tàm verè*, poſt formulam jurandi חַי *quàm verè*. חַי אָנִי וְיִמָּלֵא *Quàm verè* vivo, *tàm verè* implebitur, Num. 14, 21. β) Interrogandi, *an? num?* Gen. 4. 7. γ) Excludendi, *ſolum*, *tantum*, Gen. 3, 3. c. 6, 8. δ) Demonſtrandi, *en! ecce!* Gen. 24, 31. ε) Negandi *nec*, *neque*, ſi negationi poſtponitur, Exod. 20, 4. ζ) Temporis, tùm præteriti, *Poſtquam*, Gen. 2, 21. c. 21, 32. Exod. 2, 3. Zach. 3, 5. tùm varii, *Quum*, *Cum*, Gen. 3, 24. c. 5, 32. c. 9, 24. c. 11, 32.

c. 14,

c. 14, 14. c. 15, 11. c. 17, 1. c. 18, 2. c. 19, 4. c. 21, 15. c. 22, 5. c. 24, 1. 19. c. 25. 24. 27. Exod. 2, 6. Jud. 19, 1. *Interim, interea*, Gen. 18, 22. c. 19, 1. c. 24, 28. Exod. 2, 23. Num. 21, 1. 1. Sam. 20, 1. *Tum, Tunc*, Gen. 16, 5. 13. c. 16, 15. c. 17, 17. c. 18, 25. c. 20, 11. 14. c. 21, 15. 29. c. 21, 32. c. 22, 2. 5. c. 23, 7. 12. c. 24, 2. 6. 9. 19. 26. 40. 46. 47. 54. Exod. 3, 5. c. 4, 3. Pſalm. 39, 12. Pſalm. 45, 12. Pſalm. 78, 34. *Donec*, Gen. 18, 4. *Mox, illicò, ſtatim*, Gen. 23, 16. Exod. 3, 18. Nah. 3, 12. *Antequam, Priusquam*, Pſalm. 90, 2. Ezech. 42, 14. *Jam, jam ante*, Gen. 2, 7. c. 22, 10. η) Loci, *ubi*, Gen. 2, 9. c. 14, 15. *ibi*, Gen. 4, 17. c. 24, 11. Exod. 3, 2. Jer. 15, 8. *inde*, Num. 21, 10. 21. θ) Comparandi, *quemadmodum, ſicut; ſic, ita, viciſſim*, Num. 1, 19. Jud. 5, 15. 1. Sam. 15, 23. *Tàm, quàm; cùm, tùm*; ſo wohl/ alſo/ Num. 9, 14. ι) Intendendi *adeò*, Pſalm. 64, 7. *imò*, Gen. 22, 18. Pſal. 29, 5. κ) *Eligendi*, & aliquid ſingulare præ reliquis deſignandi, *inprimis, præcipuè, præſertim, maximè*: Id quod potiſſimum obtinet locum, poſt totum ante partem nobiliorem, Jeſ. 2, 1. 2. Sam. 2, 30. 2. Chron. 26, 10. Neh. 8, 15. Pſalm. 18, 1. Jer. 4, 3. Zeph. 1, 4. λ) Optandi, *utinam! O ſi!* 2. Sam. 24, 3. μ) Corrigendi, *imò, quinimò*, Prov. 6, 16.

III) Interjectiones α) dolentis, *ah!* Gen. 37, 30. β) Vocantis, *heus!* Jeſ. 57, 3.

IV) Particulas explanativas *inquam, id eſt, idque, nimirum, nempe*, & quidem α) ante orationem, quæ ancedentia, vel repetit, aut clarius vel arctius exprimit. וַיֹּאמֶר מֶלֶךְ מִצְרַיִם לַמְיַלְּדוֹת הָעִבְרִיּוֹת׃ וַיֹּאמֶר *Inſuper* dixit Rex Ægypti obſtetricibus Hebræis - - dixit, *inquam*, Exod. 1, 15. 16. Ita quoque, Gen. 9, 11. Exod. 4, 9. c. 12, 41. לְךָ אֶתְּנֶנָּה וּלְזַרְעֲךָ Tibi dabo, i. e. ſemini tuo, Gen. 13, 15. לְחַבֵּל עֲנָוִים בְּאִמְרֵי שֶׁקֶר וּבְדַבֵּר אֶבְיוֹן מִשְׁפָּט Ad perdendum manſuetos verbis fallacibus, *idque* cum loquitur pauper juſta, Jeſ. 32, 7. קַח אֶת־פַּר הַשּׁוֹר אֲשֶׁר לְאָבִיךָ וּפַר הַשֵּׁנִי Sume juvencum bovem iſtum, quem tuus pater habet, *nempe* juvencum iſtum ſecundum, Jud. 6, 25. β) Ante adjectivum, quod cum ſuo Subſtantivô conſtruitur. כָּלָה וְנֶחֱרָצָה Conſumtio, *eaque* præciſa, Jeſ. 10, 23. Vid. Danzii Interpr. §. 193. ed. 2. II. 2.

V) Pronomen Relativum אֲשֶׁר *qui, qua, quod*, α) ante nomen שֵׁם *nomen*, quando Suffixum appoſitum habet. וּלְרִבְקָה אָח וּשְׁמוֹ לָבָן Et Rebeccæ erat frater, *&* nomen ejus, i. e. cujus nomen erat Laban, Gen. 24, 29. Vid. Gen. 25, 1. Jud. 13, 2. 1. Sam. 1, 1. 2. Sam. 13, 1. β) Quando eſt inter verba finita diverſorum ſubjectorum, cum poſterius verbum non habet Subjectum ſuum in Nominativo expreſſum. הִנְנִי שֹׁלֵחַ מַלְאָכִי וּפִנָּה־דֶרֶךְ לְפָנָי Ecce ego mittens ſum Angelum meum, *qui* parabit viam ante me, Mal. 3, 1. Ita quoque, Gen. 3, 6. 10. c. 15, 6. c. 19, 3. c. 21, 14. c. 22, 11. c. 24, 24. c. 49, 25. Job. 19, 25. γ) Interdum etiam alibi, Gen. 11, 4. Pſalm. 104, 25. Prov. 19, 1. c. 28, 1.

VI) De-

VI) Deſignat *diverſitatem* ſeu *varietatem*, item *diſtributionem*, ſi ponitur inter Subſtantiva repetita. בְּלֵב וָלֵב יְדַבֵּרוּ In animo *atque* animo, i. e. *alio atque alio* animo loquuntur. Conf. Devt. 25, 13. 14. עִיר וָעִיר In civitate & civitate, i. e. unaquaque civitate, 2. Chron. 19, 5.

VII) Si duo nomina vel verba copulat, quandoque eſt omittendum, ita, ut poſterius nomen in Genitivum, verbum autem in Infinitivum vertatur; Poſtea tamen, quandoque alterum Subſtantivum non inconcinnè in Adjectivum, & alterum verbum in Adverbium mutari poteſt. הַרְבָּה אַרְבֶּה עִצְּבוֹנֵךְ וְהֵרֹנֵךְ Multum multiplicabo dolorem tuum *&* conceptum tuum, i. e. *dolorem conceptus tui*, Gen. 3, 16. וַיֹּסֶף אַבְרָהָם וַיִּקַּח אִשָּׁה Et *addidit* Abraham, *&* *duxit* uxorem, i. e. *addidit ducere*; vel, ſi prius verbum in Adverbium migret, *&* *iterum* duxit, Gen. 25, 1. וְעָשִׂיתָ עִמָּדִי חֶסֶד וֶאֱמֶת Ut facias mecum *benignitatem* *&* *veritatem*, i. e. *benignitatem veritatis*, vel, ſi poſterius nomen Subſtantivum in Adjectivum vertatur, *veriſſimam*, Gen. 47, 29. Conf. D. D. Danzii Interpr. ed. 2. §. 193. 194.

VIII) Sæpe convertit ſignificationem *Præteriti* in ſignificationem *Futuri*; & viciſſim ſignificationem *Futuri* in ſignificationem *Præteriti*, ut וְאָכַלְתָּ Et *comedes*, Gen. 3, 18. ubi ſignificatio *Præteriti* vertitur in ſignificationem *Futuri*. וַיֹּאמֶר Et *dixit*, Gen. 3, 22. ubi ſignificatio *Futuri* tranſit in ſignificationem *Præteriti*.

β) *In medio vocis* per *Epentheſin* quandoque inſeritur, ut מַדְוֵיהֶם *Veſtes eorum*, pro מַדֵּיהֶם 2. Sam. 10, 4. אֶשְׁקוֹטָה *Quieſcam*, Jeſ. 18, 4.

γ) In fine Vocis quandoque eſt *Paragogicum*, quando otioſè in Nomine poſt formam conſtructam adhibetur, וְחַיְתוֹ אֶרֶץ Et vivens terræ, Gen. 1, 24.

וָו m. *Clavus*, *Uncinus*, à R. ווה, quæ apud Arabes *ligandi* notionem involvit, ultimâ radicali abjectâ. Plur. וָוִים *Clavi*, Exod. 38, 28. In Statu Conſtr. וָוֵי הָעַמֻּדִים *Unci* columnarum, Exod. 27, 10. 11. c. 38, 10. 17. Cum Suffixo וָוֵיהֶם *Uncini* eorum, Exod. 26, 36. 37. c. 27, 17. c. 38, 19.

ז

זְאֵב m. *Lupus*. Bochartus in Hieroz. P. I. Lib. 3. c. 19. p. 62. ad vocem זהב *aurum*, alludere credit, idque primum conveniſſe putat *aureo lupo* circa montem Amanum prope Syriam, nixus teſtimonio Oppiani. Sed non probatur Dn. Majo, cui videtur aptius derivari poſſe ex Arab. דאב *Daaba*, vel ut alii efferunt, *Zaaba* aut *dſaaba*, quod *terrere* notat, quia lupus *terrorem* incutere ſolet. Plur. זְאֵבִים *Lupi*, Ezech. 22, 27. In Statu Conſtr. זְאֵבֵי עֶרֶב *Lupi veſpera*, h. e. *veſpertini*, qui ſic

Digitized by Google

ſic denominantur ob nocturnam eorum perſecutionem & deprædationem, quâ in greges feruntur, Hab. 1, 3.

1) Generatim & vi originis ſignificat *animal terrificum.* 2) Speciatim *α) propriè* notat *lupum*, qui eſt animal robuſtum, ſævum, rapax, & hinc maximè *terrificum*, Hab. 1, 3. *β) Metaphoricè α) Hoſtem & tyrannum, bonorumque perſecutorem*, ob ingentem rabiem & immanitatem, quâ luporum inſtar ſanguinem aliorum ſitit, nec tamen facile eo ſatiatur, Jer. 5, 6. Ezech. 23, 20. Zeph 3, 3. *β) Tribum Benjamin*, quoniam ut fortis, ſæva & terrifica deſcribitur in Scriptura, Gen. 49, 27.

זאת *Hæc, Iſta*, Pronomen Demonſtrativum F. vide in זֶה.

זְבוּב m. *Muſca.* Nomininis hujus originem Hebræi ignorant, aperiunt autem Arabes, quibus ذب ſignificat *incertis ſedibus divagari, nec nec in uno loco conſiſtere. Muſca* enim incertis ſedibus divagari ſolent, nec in uno loco conſiſtunt. Unde Arabibus *homo inconſtans & vagus* audit *muſcâ inconſtantior.* Vid. Bochart. Hieroz. P. II. lib. 4. c. 9. Germani dicunt: **Eine wüſte Fliege.**

1) Generatim & vi originis denotat *animal incertis ſedibus divagans, nec in uno loco conſiſtens.* 2) Speciatim *α) propriè* denotat *muſcam*, inſectum incertis ſedibus divagari ſolitum, nec in unô locô conſiſtens, pungens, commaculans, Eccl. 10, 1. זְבוּבֵי מָוֶת *Muſcæ mortis*, i. e. mortiferæ, Eccl. 10, 1. *β) Metaphoricè* hoc nomine veniunt *hoſtes Judæorum*, qui Judæam invadentes huc illucve vagaturi erant, nec in unô locô conſtituri, Jeſ. 7, 18.

בַּעַל זְבוּב m. *Baal-Sebub.* Deus Accaronitarum; Sonans *Dominum muſcarum.* Sanctio ſic dici videtur, quod formam *muſcæ* habuerit: Sed parum placet Seb. Schmidio, quia vocabula ſimilia voci *Baal* addita, objectum Dominii denotant e. g. Num. 25, 3. Baal Peor, i. e. *Baal montis Beor*, Dominus ſcilicet ejus & terræ adjacentis, ubi etiam colebatur. Unde vocem זבוב additam fuiſſe dicit, ſive, quod Diabolus muſcis aliquando vexaverit, religionemque incuſſerit, ſive quod muſcis vexatos liberaverit. Hunc Deum Ahasja per legatos conſulere volebat, ſed ideò graviſſimè à Deo per Eliam reprehendebatur. Vid. 2. Reg. 1, v. 1. & ſeqq. Conf. ſupra vocem בַּעַל.

זָבַד *Donavit.* Semel occurrit, Gen. 30, 20. Sed cum Suffixo זְבָדַנִי *Donavit me.*

זֶבֶד m. *Donum.* Saltem extat, Gen. 30, 20.

זָבַח *Mactavit; Sacrificavit.* Infin. בִּזְבֹחוֹ *In ſacrificare ipſum*, h. e. *dum ipſe ſacrificavit*, 2. Sam. 15, 12. Fut. אֶזְבַּח *Sacrificabo*, Pſal. 16, 17. & cum ה Paragogicô אֶזְבְּחָה Pſalm. 54, 8. Cum Suff. אֶזְבָּחֶנּוּ *Sacrificabis illud*, Devt. 15, 21. וַתִּזְבָּחֵהוּ Et *mactavit* illud, 1. Sam. 28, 24. זְבַח לֵאלֹהִים תּוֹדָה *Sacrifica* Deo confeſſionem, Pſalm.

Digitized by Google

Pſalm. 50, 14. Piel זִבַּח *Sacrificavit*, 2. Reg. 33, 22. זִבְּחוּ לַעֲצַבֵּי כְנָעַן *Sacrificarunt* idolis Canaan, Pſalm. 106, 38. Inf. זַבֵּחַ *Sacrificare*, 1. Reg. 12, 32. Fut. אֲזַבֵּחַ *Sacrificabo*, 2. Chron. 28, 23. Part. מְזַבְּחִים *Sacrificantes*, 1. Reg. 3, 2.

1) Generatim *mactandi* notionem habet, ceu liquet ex Gen. 31, 54. 1. Sam. 28, 24. 1. Reg. 19, 21. 2) Speciatim α) *propriè* notat *mactare ad ſacrificia*, 1. Sam. 1, 4. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam* eſt *Sacrificare, immolare*, tùm *vero Deo*, Gen. 46, 1. Exod. 8, 25. 26. 27. c. 13, 15. c. 20, 24. Lev. 17, 5. Devt. 27, 7. 1. Sam. 15, 15. 21. c. 16, 25. 1. Reg. 8, 62. 63. 2. Chron. 7, 4. c. 11, 46. &c. tum *idolis*, Exod. 22, 19. Devt. 32, 17. Num. 22, 4. Jud. 16, 23. 1. Reg. 12, 32. 2. Chron. 28, 23. c. 34, 4. &c. 2) *Metaphoricè* adhibetur *a*) ad deſignandam *gratiarum actionem & celebrationem Dei Deique beneficiorum*, Pſalm. 50, 14. 23. Pſalm. 116, 17. Jon. 2, 10. *b*) *Rex Babylonia*, Hab. 1, 16. dicitur *ſagenæ ſuæ ſacrificare*, quando ſuis viribus & copiis, ſuæque potentiæ victoriam obtentam adſcribit.

זֶבַח m. *Mactatio; Sacrificium.* זֶבַח שְׁלָמִים *Sacrificium* pacificorum, Lev. 3, 6. Cum Suff. זִבְחִי *Sacrificium* meum, Exod. 23, 18. זִבְחֲכֶם *Sacrificium* veſtrum, Lev. 19, 6. Plur. זְבָחִים *Sacrificia*, Gen. 46, 1. In Statu Conſtr. זִבְחֵי שְׁלָמִים *Sacrificia* pacificorum, Lev. 17, 5. Cum Suff. זְבָחֶיךָ *Sacrificia* tua, Devt. 12, 27. זִבְחֵיכֶם *Sacrificia* veſtra, Devt. 12, 6.

1) Generatim notat *quamvis mactationem.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *mactationem pecudis* ſive ad cibum, ſive ad ſacrificium. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam* denotat tum *convivium & cibum*, 1. Sam. 9, 12. 13. c. 16, 3. Prov. 17, 1. tùm *Sacrificium*, quod offerebatur vel *Deo*, Gen. 46, 1. 1. Sam. 1, 21. 1. Reg. 8, 62. 2. Chron. 7, 4. 1. Chron. 29, 21. &c. vel *idolis*, Num. 25, 2. 2. Reg. 10, 19. 2) *Metaphoricè* nomine *ſacrificii* venit α) *totus ſpiritualis cultus*, Pſalm. 4, 6. Jeſ. 19, 2. c. 56, 7. *b*) *Dei laus & celebratio*, Pſalm. 107, 22. *c*) *Vera & ſeria cordis contritio*, Pſalm. 51, 19.

זִבְחָה f. *Sacrificatio.* Occurrit ſaltem in Plurali cum Suff. מִזִּבְחוֹתָם *Ob ſacrificationes ſuas*, Hoſ. 4, 19.

מִזְבֵּחַ m. *Altare*, à *ſacrificando* ſic dictum, quia ſuper eo *ſacrificia* offerebantur. In Statu Conſtr. מִזְבַּח הַנְּחֹשֶׁת *Altare æris* i. e. æneum, 2. Reg. 16, 14. Cum ה locali הַמִּזְבֵּחָה *Verſus altare*, Exod. 29, 25. Cum Suff. מִזְבְּחִי *Altare* meum, Exod. 20, 26. מִזְבַּחֲךָ *Altare tuum*, 1. Reg. 8, 31. Plur. מִזְבְּחוֹת *Altaria*, Num. 23, 1. Cum Suff. מִזְבְּחֹתֶיךָ *Altaria tua*, 1. Reg. 19, 10.

1) Generatim *altare* ſignificat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *altare*, prout eſt *id*, in quô præcipua fermè cultûs ſacri pars peragebatur, nimirum ſacrificia cremabantur, thymiamata accendebantur, libamina fundebantur, ſanguisque victimarum aſpergebatur. Unde mentione

altarium factâ *cultus Dei* innuitur, qui in honorem ejus in locis ſacris peragebatur, Pſalm. 84, 4. Conf. 1. Reg. 19, 10. 14. Duplicis autem altaris meminit ſcriptura, nimirum מִזְבַּח הָעוֹלָה *Altaris holocauſti*, in quô victimæ cremabantur, Exod. 30, 28. c. 31, 9. c. 35, 16. c. 38, 1. c. 40, 6. 10. Lev. 4, 7. 10. 18. 25. 30. 34. c. 40, 6. 10. 29. &c. & מִזְבַּח הַקְּטֹרֶת *Altaris thymiamatis*, in quô ſuffitus fiebant, Exod. 30, 27. c. 31, 8. c. 35, 15. c. 37, 25. cujus cornua ſemel quotannis ſanguine tingebantur, Exod. 30, 10. id quod etiam fiebat, quando pro Sacerdotis aut totius populi *peccato* ſacrificandum erat, Lev. 4, 18. β) *Tropicè* per *Metaphoram* deſignat 1) *cultum divinum*, in N. T. præſtandum, Jeſ. 19, 19. 2) μνημόσυνον beneficiorum divinorum &c. Exod. 17, 15. Joſ. 22, 10. c. 22, 34.

זָבַל *Habitabit, Cohabitavit.* Semel legitur in Fut. יִזְבְּלֵנִי *Cohabitabit mihi*, Gen. 30, 20.

זְבוּל m. *Habitaculum*; & per alternationem זְבֻל. מִזְּבוּל מִזְּבֻל קָדְשְׁךָ *Ab habitaculo* ſanctitatis tuæ, i. e. ſanctô tuô, Jeſ. 63, 15. מִזְּבֻל לוֹ *Pro habitaculo ſuo*, Pſalm. 49, 15. ubi Pronomen Dativi perſonæ obtinet vicem Pronominis perſonalis.

1) Generatim notat *habitationem* vel *locum commorationis.* 2) Speciatim α) tribuitur *templo Salomoneo*, 1. Reg. 8, 13. 2. Chron. 6, 2. β) *Cœlo*, quod eſt auguſtiſſimum Dei habitaculum, Jeſ. 63, 15. γ) *Inferno*, qui impiorum habitaculum eſt, Pſalm. 49, 15. Sæpius non legitur.

זְבֻל m. *Sebul*, nomen proprium Præfecti Abimelechi apud Sichemitas, Jud. 9, 28. 30. Denotat *habitaculum*; cur autem ita vocatus fuerit, non conſtat.

זְבֻלָה f. *Habitaculum*; Semel de *domicilio* luminarium legitur, Hab. 3, 11.

זְבֻלוּן m. *Sebulon*, nomen proprium ſexti filii Jacobi, ex Leâ ſuſcepti, notans *cohabitationem*; quô nomine mater eum boni ominis cauſâ inſignivit, dicens: *Hac vice cohabitabit mihi vir meus*, Gen. 30, 20. Per *Metonymiam cauſæ* notat *poſteros Sebulonis*, qui ad littus marium habitaturi dicuntur, Gen. 49, 13. Vid. Jeſ. 8, 23. vel c. 9, 1.

זגג *Conjungere* apud Chaldæos & Arabes. Inde eſt

זָג m. *Cortex, Cutis uvarum exterior.* Tantum extat Num. 6, 4.

זֶה *Hic, Iſte.* Pronomen Demonſtrativum, Gen. 5, 1. Quandoque coaleſcit cum Interrogativo מָה, Exod. 4, 2. מַזֶּה *Quid eſt hoc?* pro מַה־זֶּה, per Syncopen ה exciſô. בָּזֶה *In hoc*, i. e. *hic.* Eſt autem hoc Pronomen varii uſus. Scilicet α) Exprimit Pronomen Demonſtrativum, *hic, iſte*, Gen. 5, 1. c. 6, 15. c. 7, 13. &c. β) *In eadem ſententiâ repetitum* ſumitur *diſtributivè*, Jeſ. 6, 3. וְקָרָא זֶה אֶל־זֶה

Et

Et clamavit *hic ad hunc*, i. e. *unus ad alterum*. γ) Accipitur quandoque *relativè*, pro *qui, quæ, quod*. אֶל־מְקוֹם זֶה יָסַדְתָּ Ad locum, quem fundaſti, Pſalm. 104, 8. Confer. Job. 19, 19. Pſalm. 74, 2. Prov. 23, 22. δ) Exprimit Pronomen indefinitum, *Quidam, aliquis*. וְדָוִד בֶּן־אִישׁ אֶפְרָתִי הַזֶּה Et David filius viri Ephratei *iſtius*, i. e. *cujusdam*, 1. Sam. 17, 12. Ita quoque adhibetur, 1. Sam. 17, 34. ε) Interdum idem eſt ac *talis*, *e.* לְבָבָם זֶה *Cor eorum iſtud*, i. e. *tale*, Devt. 5, 26. Sic quoque, Dan. 10, 17. ζ) Cum Præpoſitionibus ב & מ. Conſtructum, ſubintelligit vocem הַמָּקוֹם *locus*, & exprimit Adverbia *hic; hinc, inde*. בָּזֶה *In hoc* ſcil. *loco*, i. e. *hic*, Num. 22, 19. נָסְעוּ מִזֶּה Profecti ſunt *ex hoc*, ſcil. locô, i. e. *hinc*, Gen. 37, 17. Conf. Devt. 9, 12. Sic repetitum *diſtributionem* innuit. גָּדֵר מִזֶּה וְגָדֵר מִזֶּה Maceries *ex hoc*, & maceries *ex illo* ſcil. locô, i. e. *hinc & illinc* maceries erat, Num. 22, 24. Conf. Exod. 17, 12. Ezech. 45, 7. η) Præmiſſum nominibus Numeralibus, vel voculis עַתָּה *nunc*, מַה *quid?* לָמָּה *quare?* poſtpoſitum non inconcinnè reddi poteſt, *nunc, jam, modo, tandem* &c. עַתָּה זֶה יָדַעְתִּי *Jam hoc* cognoſco, i. e. *jam nunc*, vel *nunc tandem* cognoſco, 1. Reg. 17, 24. הִנֵּה עַתָּה זֶה בָּאוּ Ecce nunc *modò* venerunt, 2. Reg. 5, 22. מַה־זֶּה שַׁבְתֶּם *Quid hoc*, i. e. *quare jam* rediiſtis? 2. Reg. 1, 5. לָמָּה זֶה צָחֲקָה שָׂרָה Quare *hoc*, i. e. *tandem* riſit Sara? Gen. 18, 13. ubi ſimul quædam indignatio ſubindicatur. וַיְנַסּוּ אֹתִי זֶה עֶשֶׂר פְּעָמִים Et tentarunt me *his*, i. e. *jam* decem vicibus, Num. 14, 22.

זֹה f. *Hæc, Iſta; hoc, iſtud*. כָּזֹה וְכָזֶה Secundum *hanc* & ſecundum *hanc* ſcil. rationem fecit mihi, Jud. 18, 4. מַה־זֹּה עֹשָׂה Quid eſt? *quod* facis, Eccl. 2, 2.

זוּ, זוֹ Com. *Hic, hæc; iſte, iſta*. זוֹ לַעְגָּם *Hæc* ſubſannatio eorum, Hoſ. 7, 16. Sæpe ſumitur pro Relativo אֲשֶׁר *qui, qua, quod:* עַם זוּ קָנִיתָ Populus, *quem* acquiſiviſti, Exod. 15, 16. Ita quoque, Pſalm. 9, 16. Pſalm. 17, 9. Pſalm. 32, 8. Pſalm. 132, 8. Pſalm. 142, 4. Jeſ. 43, 21.

זֹאת f. *Hæc, hoc; iſta, iſtud*. זֹאת הָאָרֶץ *Hæc terra*, Devt. 34, 4. Et 2. Reg. 5, 8. eſt כָּזֹאת וְכָזֹאת Iuxta *hoc* & juxta *hoc*.

זָהָב m. *Aurum;* quod cel. Majus à *fulgore & ſplendore* ſic dictum putat, ac cum rad. צָהֹב *fulvus, fulgidus eſt*, convenire arbitratur. נֶזֶם זָהָב Monile *auri*, i. e. aureum, Gen. 24, 22. כְּלֵי זָהָב Vaſa *auri*, i. e. aurea, Gen. 24, 53. In Statu Conſtr. זְהַב אוֹפִיר *Aurum* Ophiris, 1. Chron. 29, 4. וּזֲהַב הָאָרֶץ הַהִוא טוֹב Et *aurum* terræ iſtius eſt bonum, Gen. 2, 12. ubi per alternationem eſt (ֲ) pro (ְ). Cum Suff. זְהָבִי *Aurum* meum, Joel. 4, 5.

1) Generatim ſignificat *aurum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *aurum*, metallorum nobiliſſimam ſpeciem, Gen. 2, 11. 12. quod afferebatur

tur ex Ophir, 1. Chron. 29, 4. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam materiæ* notat *res ex auro confectas*, 1. Chron. 28, 2. הֲכִנֹתִי הַזָּהָב לַזָּהָב Præparavi *aurum* ad *aurum*, i. e. *ad res ex auro conficiendas*. Ita Pſalm. 115, 4. עֲצַבֵּיהֶם כֶּסֶף וְזָהָב Idola eorum ſunt *argentum* & *aurum* i. e. ex argento & auro confecta. Huc refer illud, 2. Reg. 5, 5. ubi *aurum* ponitur pro *numiſmate* ex auro confectô. 2) per *Metaphoram* deſignat *a*) *Serenitatem cœli* inſtar *auri* rutilàntem, vel, ut Mercerus exponit, *lucem ſereniſſimam & puriſſimam*, Job. 37, 22. Venti enim aquilonares diſpellunt nubes. *Propriè* tamen h. l. vocem *auri* accipere mavult Seb. Schmidius, & hunc conſtituit ſenſum: Etſi ſeptentrio à nobis remotus & aurum ibi valde abſconditum, inde tamen eruitur & ad nos venit. *b*) *Oleum ſplendidiſſimum & puriſſimum*, quia auro fluido non abſimile eſt, Zach. 4, 12. 3) per *Synecdochen* ſumitur pro *quolibet munere eximio*, quia auri munera ſunt pretioſiſſima, Pſ. 72, 15. Jeſ. 60, 6.

זָהַם *Faſtidivit, Abominatus eſt*, tanquam *pollutum & ſordidum*. Semel legitur Fœm. 3. perſ. cum Suff. וְזִהֲמַתּוּ *Et faſtidivit eum*, Job. 33, 20. pro וְזִהֲמַתְהוּ, ה Suffixi per Syncopen conciſo, & per Dageſch forte in præcedente litera ת compenſato.

זָהַר *Splenduit; Admonuit.* In Kal non eſt in uſu. Niphal נִזְהַר *Commonefactus eſt*, Pſalm. 19, 12. Inf. הִזָּהֵר *Admoneri*, Eccl. 4, 13. Hiphil הִזְהִיר *Monuit, Admonuit, Commonefecit.* וְהִזְהִיר אֶת־הָעָם Et *monuerit* populum, Ezech. 33, 3. הִזְהַרְתּוֹ *Monueris* eum, Ezech. 3, 17.

1) Generatim *lucem* infert. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *ſplendere*. Ita ſemel legitur, Dan. 12, 3. de *cœlo* & *ſtellis* cœli ſplendentibus, & transfertur ad pios Doctores, qui aliquando ad æternam evecti beatitudinem inſtar lucidorum iſtorum corporum ſplendebunt atque coruſcabunt ſvaviſſimè. β) *Metaphoricè* deſignat *admonitionem, commonefactionem & informationem*, quia commonefactio & informatio eſt inſtar lucis intellectum colluſtrantis. Unde Mercerus ſcribit: *Qui admonetur illuſtratur.* In Niphal ſignificat *admoneri*, optimè verò exponi poteſt per correlativum activum *admonitionem recipere* vel *admittere*, Pſalm. 19, 12. Ezech. 3, 21, c. 33, 4. 5. 6. Eccl. 2, 113. c. 12, 12. In Hiphil ſignificat *admonere*, vel *commonefacere de periculo inſtante*, 2. Reg. 6, 10. Ezech. 3, 17. 18. 19. c. 33, 3. Conf. 2. Chron. 19, 10. Aſt Exod. 18, 20. *informandi* notionem obtinet.

זֹהַר m. *Splendor.* Bis ſaltem legitur, Ezech. 8, 2. Dan. 12, 3.

זו & זי vide ſuperius pag. 307.

זוב *Fluere; Effluere; Profluere.* Part. זָב *Fluens, fluxu laborans*, Lev. 15, 2. Fœm. זָבָה Lev. 15, 19. In Statu Conſtr. אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבַשׁ, Terra *fluens* lacte & melle, Exod. 13, 5. Fut. יָזוּב *Fluet*, Lev. 15, 25. וַיָּזוּבוּ מַיִם *Et fluxerunt aquæ*, Pſalm. 78, 20.

1) Ge-

1) Generatim *fluendi* ſignificationem habet. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *motum humoris*, & nunc *fluere*, nunc *effluere* reddi poteſt. Ita adhibetur de miraculoſo, eoque copioſo fluxu aquarum è petra, Pſ. 78, 20. Pſalm. 105, 41. Jeſ. 48, 21. de ſangvine menſtruo, Lev. 15, 25. β) *Metonymicè* tribuitur *iis*, in quibus aliquid fluit, e. g. terræ Canaan, quæ dicitur lacte & melle fluere, perinde ac ſi rivi quidam talium rerum in ea fluxiſſent, ad deſignandam *abundantiam lactis aliarumque rerum ad victum neceſſariarum*, Exod. 3, 8.17. c.13, 5. c.33, 3. Lev. 20, 24. Num. 13, 27. c.14, 8. c.16, 14. Devt. 6, 3. c.11, 9. c.26, 9.15. c.27, 3. c.31, 20. *Valli*, quæ fluere dicitur, quando ſanguis occiſorum in ea fluit, Jer. 49, 4. *Homini*, qui gonorrhæa, vel ſeminis fluxu laborat, Lev. 15, 2. c. 22, 4. *Feminæ*, quæ menſium fluxum patitur, Lev. 15, 19.

זוֹב m. *Fluxus*. In Scriptura legitur α) de *fluxu ſeminis*, quem Vir patitur, Lev. 15, 2. 3. 13. 15. β) de fluxu *ſanguinis menſtrui*, quò fœmina laborat, Lev. 15, 19. 25. 26. 28. 30.

זוּד *Ebullire*, *Effervescere*, *Coquere*; *Superbire*, *ſuperbè*, *arroganter*, *protervè agere*. זָדוּ *Superbè egerunt*, Exod. 18, 11. Hiphil הֵזִיד *Superbè & arroganter egit*. הֵזִידוּ עֲלֵיהֶם *Arroganter egerunt contra eos*, Neh. 9, 10. Fut. וְכִי יָזִיד אִישׁ עַל־רֵעֵהוּ Aſt ſi vir *temere & arroganter egerit* contra ſocium ſuum, Exod. 21, 14.

1) Generatim *ebulliendi* notionem habere cenſetur. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *vi ignis efferveſcere & ebullire*, & inde in Hiphil *Coquere*. Ita legitur, Gen. 25, 29. de Jacobo pulmentum coquente. β) Metaphoricè *ebullitionem animi* deſignat, qua aliquis contra alterum ſuperbè, arroganter, protervè, temerè & inſolenter agit, aut violentiâ utitur, licet non laceſſitus fuerit. Ita adhibetur de Ægyptiis contra Iſraelitas ſuperbè agentibus & violentia utentibus, Exod. 18, 11. Neh. 9, 10. de Iſraelitis contumaciter & inſolenter contra Deum agentibus, Devt. 17, 13. Neh. 9, 16. 29. Jer. 50, 29. contra voluntatem Dei arroganter, temerè &férociter in montem adſcendentibus cum hoſtibus pugnare volentibus, Devt. 1, 43. de *homine* data opera & ex deſtinato conſilio proximum occidente, Exod. 21, 14. de Prophetà temerè & petulanter in nomine Domini loquente, Devt. 18, 20.

זֵד m. *Superbus*, *Arrogans*. Plur. זֵדִים *Superbi*, *Arrogantes*. Undecies in Scriptura legitur, & fere *talem* deſignat *homuncionem*, qui, animo *faſtûs ardore* ebulliente, arroganter agit, nullam Numinis reverentiam habet, omnis obedientiæ jugum refractariè detrectat, aut excutit, alioſque faſtuosè deſpicit, perſequitur &c. Pſalm. 19, 14. Pſalm. 119, 21. 51. 69. 78. 85. 122. Jeſ. 13, 11. Prov. 21, 24. Jer. 43, 2. Mal. 3, 15. 19.

זֵידוֹנִים m. pl. *Ebullientes*, *Superbi*. Semel occurrit de *aquis*, quæ non ſine ſtrepitu ebulliunt, intumeſcunt, & in altum ſeſe efferunt, Pſalm. 124, 5.

זָדוֹן m. *Ebullitio; Superbia, Arrogantia, Temeritas.* אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה בְזָדוֹן Qui fecerit ex *temeritate*, Devt. 17, 12. In Statu Conſtr. זְדוֹן לִבֶּךָ *Superbia cordis tui*, Ob. 1, 3. Cum Suff. זְדֹנְךָ *Superbia, Arrogantia tua.* Sed quia (ָ) ſub prima radicali in (:) tranſiit, potius videtur à radice זָדָה deſcendere, ut ſit formæ רְצוֹנְךָ *Voluntas tua, beneplacitum tuum*, Pſalm. 40, 9. ex רָצָה. Undecies autem in Scriptura legitur, deſignatque ferè *talem ſuperbiam & ebullientis animi æſtum*, quô homo nimiô ſui amore & æſtimiô captus, ſe ſupra alios effert, Dei oblitus omnis obedientiæ jugum refractariè excutit, omnia ſibi indulget, fervidè animi ſui ſenſa & conſilia obtinere laborat &c. Hinc dicitur habere comitem excandeſcentiam, Prov. 21, 24. vilipendium & ignominiam, Prov. 11, 2. contumaciam, Devt. 17, 12. contentiones, Prov. 13, 10. audacem docendi confidentiam, Devt. 18, 22. jactantiam, Jer. 49, 16. Obad. 1, 3. Præterea legitur de Babylonico regno, Rege & urbe, Jer. 50, 31. 32. item, de Davide temeritatis à fratre accuſato, 1. Sam. 17, 28.

זָוָה *Abdidit, Celavit, Congeſſit aliquid*; item *in angulum ſe recepit in* Conj. VII. apud Arabes.

זָוִיּוֹת f. pl. *Anguli*; ſic dicti, quod in iis aliquid *abdi* queat, vel quod aliquis ſe in eos *recipere*, & ibi *ſe abdere* poſſit. Bis legitur, nempe, Zach. 9, 15. de *angulis altaris*; & Pſalm. 144, 12. ubi filiæ ob *conſpicuam venuſtatem* angulis comparantur.

מְזָוִים m. pl. *Anguli Domûs*, nempe *interiores*. Hinc Metonymicè denotat *promptuaria* vel *penuaria*, quia conclavia, ubi penu recondi ſolet, in angulis plerumque conſtituuntur. Germani dicunt: **Alle Winckel ſtecken voll.** Occurrit ſaltem, Pſ. 144, 13.

זוּז *Moveri, Movere ſe* apud Chaldæos & Rabbinos.

זִיז m. *Splendor*, radians ſcil. ac ſe movens, Jeſ. 66, 11. item *Fera*, ſic dicta, quod prædabunda quaqua verſum *ſe moveat & diſcurrat*, Pſalm. 50, 11. Pſalm. 80, 14. Sæpius non legitur.

מְזוּזָה f. *Poſtis*, Exod. 21, 6. Sic dicitur, quod in eo valvæ januæ moveantur. אֶל־הַמְּזוּזָה *Ad poſtem*, Exod. 21, 6. In Statu Conſtr. מְזוּזַת הֵיכַל יְהוָה *Poſtis* templi Domini, 1. Sam. 1, 9. Cum Suff. מְזוּזָתִי *Poſtis meus*, Ezech. 43, 8. Plur. מְזוּזוֹת *Poſtes*, Devt. 11, 20. & per alternationem מְזֻזוֹת Devt. 6, 9. מְזוּזוֹת עֲצֵי שָׁמֶן *Poſtes* erant ligna olei, 1. Reg. 6, 33.

זָלַל *Vilipendere, rem tanquam vilem profundere* vel *abjicere*. Part. pl. הַזָּלִים *Vilipendentes* aurum, h. e. tanquam vile prodigentes, Jeſ. 46, 6. Huc refertur à quibuſdam illud תֵּזְלִי Jer. 2, 36. *Vilipendis te*; ſed potius eſt Fut. in Kal 2. perſ. Fœm. rad. אָזַל *Abiit, Digreſſus eſt*, quod vide ſupra. Hiphil הֵזִיל *Vilipendit*. הִזִּילוּהָ *Vilipendunt eam*, Thren. 1, 8. pro הֵזִילוּהָ quod eſt ex הֵזִילוּ.

זלל

זוֹלֵל m. *Vilis.* Inde eſt Fœmininum זוֹלֵלָה *Vilis*, Thren. 1, 11. Sæpius non legitur.

זוּן *Alere, Paſcere, Suſtentare,* apud Chaldæos.

זַן m. *Alimentum, Cibus,* quô homo ſuſtentatur. מְפִיקִים מִזַּן אֶל־זַן Producentes de *cibo ad cibum*, i. e. *continuum cibum*, Pſalm. 144, 13. Lutherus: Einen Vorrath nach den andern. (-) irregulariter eſt loco (-)

מָזוֹן m. *Alimentum, Cibus.* Quater ſaltem legitur, Gen. 45, 23. 2. Chron. 11, 23. Dan. 4, 9. 51.

זוֹנָה f. *Caupona, Hoſpita*, quaſi cibatrix dicta, formæ טוֹבָה à טוֹב *bonum eſſe.* Ita hanc vocem interpretatur R. Sal. ben Melech. Jonathan transtulit פּוּנְדְּקִיתָא quod *hoſpitam* ſignificat, à פּוּנְדָּק *Hoſpitium*, quod eſt à græca voce πανδοχεῖον. Sed Druſius negat, ullo idoneo exemplo probari poſſe, quod זוֹנָה *Hoſpitam* ſeu *cauponam* ſignificet. Hinc mavult hanc vocem *meretricem* ſignificare, inprimis, quia Hebr. 11, 31. Jac. 2, 25. expreſsè πόρνη vocatur. Eandem ſententiam amplectitur Lutherus, Deodatus, Grotius, Maſius, Piſcator, Cornelius à Lapide, & alii. Vid. B. Pfeifferi Dub. Vex. p. m. 369.

מוּזָנִים m. pl. *Bene paſti, bene ſaginati.* סוּסִים מוּזָנִים Equi *bene ſaginati*, per quos *Metaphoricè* intelliguntur *homines bene ſaginati.* Legitur ſaltem, Jer. 5, 8.

זוּעַ *Movere, Commovere ſe; Moveri, Commoveri.* וְלֹא זָע מִמֶּנּוּ Nec *moveret ſe* coram eo, Eſth. 5, 9. Fut. cum Præfixo שֶׁיָּזֻעוּ Quo *commovebuntur* vel *commovebunt ſe*, Eccl. 12, 3. Piel Part. מְזַעְזְעֶיךָ *Commoventes te, devexaturi te*, Hab. 2, 7. Primâ radicali duplicata in locum ſecundæ radicalis extruſæ ſtatutâ, & ante eam pro Dageſch forti Characteriſticô literâ, quæ ſimilis eſt tertiæ radicali, adhibitâ. Sæpius non legitur in Scriptura.

זְוָעָה f. *Motio, Commotio.* Ita ſaltem legitur, Jeſ. 28, 19. In cæteris enim Scripturæ locis eſt זַעֲוָה, literis ו & ע tranſpoſitis. Adhibetur autem hæc vox α) de Judæorum *irrequietâ vagatione & circumcurſatione* ſine tranquilla ſede, Devt. 28, 25. 2. Chron. 29, 8. Jer. 15, 5. c. 24. 9. c. 29, 18. c. 34, 17. Ezech. 23, 46. β) De *divinis caſtigationibus & flagellis*, quibus hominis mens commota & expergefacta verbo Dei, quod antea deridebat, attendit & morem gerit, Jeſ. 28, 19. Præterea non legitur.

זֵעָה f. *Sudor*; ſic dictus, quia *motione & labore* excitatur. Refertur quidem ab aliis ad radicem inuſitatam יָזַע; Sed (-) impurum ſub ז repugnat, & mediam quieſcentem arguit. Semel legitur in Statu Conſtr. בְּזֵעַת אַפֶּיךָ תֹּאכַל לֶחֶם In *ſudore* vultus tui comedes panem, Gen. 3, 19.

זוּר *Comprimere, comprimendo exprimere; Abalienare ſe, Abalienari.* זָרוּ מִמֶּנִּי *Abalienati ſunt à me, alienè ſe erga me egerunt*, Job. 19, 13. Sed

 Pſalm.

Digitized by Google

Pſalm. 58, 4. legitur זֹרוּ, Cholem pro (ָ) poſito, ceu in אֹרוּ *Illuminati ſunt*, ut ſit formæ קָטֹן. Fut. וַיָּזַר אֶת־הַגִּזָּה Et *comprimendo expreſſit* vellus, Jud. 6, 9. Piel זוֹרֵר *Sternutavit*. Fut. וַיְזוֹרֵר Et *ſternutavit*, 2. Reg. 4, 35. Pual וְהַזּוּרֶה Et quando exprimitur vel comprimitur, Jeſ 59, 5. pro וְהַזֹּרֶה, Cholem cum (וּ) & (ָ) cum (ֶ) alternante. In Hophal הוּזַר *Alienus factus eſt*. Part. מוּזָר הָיִיתִי לְאֶחָי *Alienus factus ſum* fratribus meis, Pſalm. 69, 9. vel 10.

1) Generatim dicit *mutationem* ſive *affectus & appetitus*, ſive *ſtatus & conditionis*. 2) Speciatim α) *abalienare ſe* aut *abalienari*, *alienè ſe gerere*, *alienum eſſe*. Ita dicitur de *cognatis diſcipulisque* Meſſiæ, qui eum velut alienum deſerebant, abnegabant, deteſtabantur, Pſalm. 69, 9. vel 10. de *noſcentibus Jobum*, alienè ſe erga eum gerentibus, Job. 19, 13. de *hominibus* ab omni pietatis & juſtitiæ curâ alienis, Pſalm. 58, 4. de nondum ceſſantibus ab appetitu ad ſatietatem, Pſalm. 78, 30. Conf. Job. 19, 17. ubi Jobus conqueritur: *Spiritus meus alienus factus eſt à me*, i. e. Spiritus meus, animus meus faſtidit me ipſum, & ex faſtidio hoc corpus atque hanc vitam deſerere cupit. Vid. Seb. Schmidius in h. l. β) Significat *comprimere rem ſparſam* vel *biantem in unum*; *comprimendo exprimere*. Ita dicitur de roris ex vellere expreſſione, quæ compreſſione velleris fiebat, Jud. 6, 38. de pede, qui calcando comprimit & exprimit, Job. 39, 18. de compreſſione & expreſſione ovorum, Jeſ. 59, 5. item de *vulneribus biantibus*, quæ chirurgi comprimunt, & comprimendo ſaniem in illis natam exprimunt, ut facilius feliciusque curentur, Jeſ. 1, 6. γ) *Sternutare*; Sternutaturus enim ſe comprimere ſolet. Ita tantum legitur, 2. Reg. 4, 35.

זָר m. *Diverſus*; *Alius*; *Alienus*, *Extraneus*. אִישׁ זָר Vir *alienus*, Num. 17, 5. Plur. זָרִים *Alii*; *Extranei*, Jeſ. 1, 7. וְנָתַתִּי אֶתְכֶם בְּיַד זָרִים Et dabo vos in manum *alienorum*, Ezech. 11, 9. Fœm. זָרָה *Alia*; *Aliena*. אֵשׁ זָרָה *Ignis alienus*, Lev. 10, 1. Plur. זָרוֹת *Aliena*, Prov. 22, 14.

1) Generatim notat *diverſum ab alio* quacunque ratione. Inde 2) Speciatim α) ſignificat *alium*, Job. 19, 27. Ita adhibetur, quando deſignat eos, qui excluduntur à commercio vel cohabitatione cum aliis, 1. Reg. 3, 18. ut ſunt adulteri, Ezech. 16, 32. & adulteræ, Prov. 7, 5. 19. imò omnes mulieres, quæ *alia* ſunt à propria uxore, Prov. 5, 18. 20. c. 22, 14. c. 23, 33. β) *Alienum*. Ita dicitur 1) de *Diis alienis*, ſeu *idolis*, qui *Dii* opponuntur *vero Deo*, nec quicquam commune cum eo habent, à verô autem Deo ejusque cultu abalienant & abducunt, Pſalm. 44, 21. Pſalm. 81, 10. Jer, 2, 25. 2) de *hominibus*, qui ſunt alterius nationis & religionis, qui alieno ſunt animo, & hoſtiliter in alios agunt, Jeſ. 1, 7. c. 25, 5. Jer. 5, 19. c. 30, 8. c. 51, 51. Ezech. 11, 9. c. 28, 7. 10. c. 31, 12. 3) de *iis*, qui alieni ſunt ab alicujus familia, cognatione vel affinitate, Num. 1, 51. c. 3, 10. 38. c. 17, 5. c. 18, 7. conf. Devt. 25, 5. 4) de *iis*, qui alicujus juris expertes ſunt, Exod. 30, 33. Lev. 22, 10. 12. 13.

זֵר m. *Limbus, Corona,* vide in זָרָה.

זָרָא m. *Faſtidium; Ejectamentum,* quod inſtar *alieni* faſtiditur & cum faſtidio ejicitur. Extat ſaltem Num. 11, 20.

מָזוֹר m. *Vulnus, Ulcus,* ſic dictum, quod hians *comprimi,* vel *comprimendo exprimi* ſoleat. Item *Curatio vulneris, ſanitas,* quæ tali *compreſſione* vel *expreſſione* fieri ſolet. In Scriptura adhibetur ſaltem *Metaphoricè,* deſignans α) *Afflictiones & mala* ab aliis illata vel inferenda, Hoſ. 5, 13. Ob. 1, 7. β) *Liberationem ex afflictionibus & reſtitutionem* in priorem ſortem vel feliciorem ſtatum, Jer. 30, 13.

זָחַח *Allevavit, Extulit, Removit.* Saltem legitur in Futuro Niphal יִזַּח *Attollitor, removetor,* Exod. 28, 28. c. 39, 21.

זָחַל *Serpſit, Reptavit; Timuit, Reveritus eſt.* זָחַלְתִּי *Timui, Expavi,* Job. 32, 6. Part. זֹחֲלֵי עָפָר *Serpentes in pulvere,* Devt. 32, 24. זֹחֲלֵי אֶרֶץ *Reptantes in terra,* Mich. 7, 17.

זִו m. *Sif.* Nomen menſis, qui Aprili noſtro reſpondet, 1. Reg. 6, 1. 37. Quia Chaldaicè זִיו *ſplendorem* ſignificat, Dan. 2, 31. c. 4, 33. inde hunc menſem ita dici putant, *tùm,* quia ſole altius evectô, diurnæ lucis ſplendor eſt major; *tùm,* quia iſto tempore arbores & flores *quaſi ſplendere* incipiunt.

זִיז m. *Splendor,* Jeſ. 66. 11. item *Fera,* Pſalm. 50, 11. Pſalm. 80, 14. Vide ſupra p. 310.

זִיק m. *Scintilla, Flamma.* Plur. זִקִּים *Flammæ, Scintillæ,* Prov. 26, 18. item זִיקוֹת Jeſ. 50, 11.

זִקִּים m. pl. *Compedes, Catenæ,* vide in זָקַק.

זַיִת c. *Olea; Oliva; Olivetum.* עֲלֵה זַיִת *Folium oleæ,* Gen. 8, 11. כְּזַיִת רַעֲנָן *Sicut olea viridis,* Pſalm. 52, 10. In Statu Conſtr. זֵית שֶׁמֶן *Oliva olei,* Devt. 8, 8. Cum Suff. זֵיתְךָ *Oliva tua,* Devt. 24, 20. Plur. זֵיתִים *Olivæ,* Devt. 28, 40. Cum Suff. זֵיתֵיהֶם *Oliveta eorum,* Neh. 5, 11.

1) Generatim *oleam* ſignificat. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *oleam, arborem,* quæ ob perpetuam viriditatem, ligni ſoliditatem, eximiam fertilitatem & inſignem fructuum bonitatem celebratur. Propriè adhibetur, Gen. 8, 11. Exod. 27, 20. c. 30. 24. Devt. 28, 40. Jeſ. 17, 6. c. 24, 13. comparatur ei *pius,* Pſalm. 52, 10. ejusque frondibus liberi piorum, Pſalm. 128, 3. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam* ſignificat tum *olivam,* fructum, Devt. 24, 20. Mich. 6, 15. *tùm olivetum,* Exod. 23, 11. Devt. 6, 11. Neh. 5, 11. 2) per *Metaphoram* nomine *oleæ* venit a) *Populus Iſraeliticus* ob dignitatem & proſperitatem, quâ à Deo ornatus erat, Jer. 11, 16. 17. Conf. Hoſ. 14, 7. b) *Joſua & Zerubabel,* Zach. 4, 3. 11.

זָכָה *Purus, mundus fuit; Purum* vel *mundum habuit* vel *pronunciavit.*

Digitized by Google

vit. Fut. cum ה Interrogativo הַאֶזְכֶּה *Num purum* habebo? Mich. 6, 11. Piel זִכָּה *Mundum fecit, Purificavit.* זִכִּיתִי לְבָבִי *Purificavi* cor meum, Pſalm. 73, 13. Forma ex Niphal & Hithpael mixta eſt הִזַּכּוּ *Mundate, purificate vos*, Jeſ. 1, 16.

1) Generatim dicit *immunitatem à ſordibus cujuscunque generis.* 2) Speciatim *α) propriè* deſignat *mundiciem phyſicam*, qua aliquid immune eſt à ſordibus & inquinamentis phyſicè talibus. Sed ita in Scripturâ non occurrit. *β) Metaphoricè* indigitat *mundiciem moralem*, qua quid immune eſt à ſordibus peccatorum. Duplex verò datur talis *mundicies* 1) *omnimoda, abſoluta & legalis*, quâ quis ſemper immunis planè eſt & fuit ab omni labe cogitationum, dictorum, factorumque conſcientiam contaminantium. Talis mundicies homini denegatur, Job. 15, 14. c. 25, 4. Prov. 20, 9. in Deum autem cadit, Pſalm. 51, 6. 2) *Evangelica* & *comparata*, quâ quis puritati mentis in Deum devotæ & proximum animitus propenſæ ſtudet, ſeque purum præſtat à gravioribus contra conſcientiam peccatis, ita, ut licet ob connatas ſordes peccati originalis immundus ſit, mundus tamen ſit & purus in relatione ad notorios peccatores, præcluſâ omni notabili macula, Pſalm. 73, 13. Pſalm. 119. 9.

זָכַךְ *Purus* vel *mundus fuit.* זַכּוּ *Mundi ſunt*, Job. 15, 15. Hiphil הֵזַךְ *Mundum* vel *purum fecit; Mundavit, purificavit.* וַהֲזִכּוֹתִי *Et emundavero*, Job. 9, 30.

1) Generatim perinde ut זָכָה deſignat *immunitatem à ſordibus* cujuscunque generis. 2) Speciatim *α) propriè* indigitat *mundiciem phyſicam*, & *naturalem*, Job. 21, 5. Thren. 4, 7. *β) Metaphoricè* deſignat *mundiciem moralem*, ſeu immunitatem à peccatorum labe & ſordibus, Job. 9, 30.

זַךְ m. *Mundus, Purus.* שֶׁמֶן זַיִת זָךְ Oleum olivæ *purum*, Ex. 27, 20. לְבֹנָה זַכָּה *Thus purum*, Exod. 30, 34.

1) Generatim dicit *mundum* vel *purum*, ſive *phyſicè*, ſive *moraliter.* 2) Speciatim *α) propriè* ſignificat *mundum* vel *purum phyſicè*, prout immune eſt ab inquinamento admixto vel addidamento vitioſo. Ita dicitur de ſolidis, liquidis, lucidis & limpidis, e. g. de *thure puro*, Exod. 30, 34. Lev. 24, 7. de *oleo limpido*, Exod. 27, 20. Lev. 24, 2. *β) Metaphoricè* denotat *mundum mundicie morali*, quâ quid in debitâ ſuâ rectitudine apparet. Ita dicitur de *fide*, quæ in nullo fundamentali puncto errat, Job. 11, 4. de *precibus*, quæ ſine hypocriſi fiunt, Job. 16, 17. de *moribus & negotiis hominis*, quæ homo reprehenſione carere putat, Prov. 16, 2. de *viro*, qui ſincero pectore *tùm* erga Deum, *tùm* erga proximum eſt, & mundiciei vitæ operam dat, Prov. 21, 8. Ita quoque legitur de puritate, integritate & *ἀνυποκρισίᾳ* vitæ, Job. 8, 6. vide quoque Job. 33, 9. de rectitudine operis pueri alicujus, Prov. 20, 11. Sæpius non legitur.

זְכוּכִית f. *Gemma nitidiſſima*, Job. 28, 17. à *puritate* ſic dicta, per quam

Digitized

quam d. l. Lutherus, Coccejus, Pagninus, Diodatus & alii intelligunt *adamantem*, Mercerus autem cum aliis intelligit *cryſtallum perlucentem.*

זָכַר *Meminit, memor fuit ; Recordatus eſt.* Conſtruſtur vel abſolutè, vel intercedentibus particulis אֵת, ל &c. זְכַרְתָּם *Recordatus es eorum*, Pſalm. 88, 6. וְזָכַרְתָּ אֶת־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ *Et recordaberis* Domini Dei tui, Devt. 8, 18. Infin. זָכֹר תִּזְכֹּר *Recordando recordaberis*, i. e. utique *recordaberis*, Devt. 7, 18. בְּזָכְרֵנוּ אֶת־צִיּוֹן *In recordari nos*, i. e. *cum recordamur* Zionis, Pſalm. 137, 1. Imp. זָכוֹר אֶת־הַדָּבָר אֲשֶׁר צִוָּה *Memor ſis* verbi iſtius, quod præcepit, Joſ. 1, 13. & cum ה Paragogico זָכְרָה לִּי *Recordare mei*, Neh. 5, 19. Fut. וְחַטֹּאתֶיךָ לֹא אֶזְכֹּר Et peccatorum tuorum non *recordor*, Jeſ. 43, 25. Niphal נִזְכַּר *Memoria fuit alicujus, Memoratus, Commemoratus eſt, Mentio facta eſt.* וְנִזְכַּרְתֶּם לִפְנֵי יְהוָה Tum *memoria veſtri erit*, ſeu *in memoriam venietis* coram Domino, Num. 10, 9. Inf. יַעַן הַזְכַּרְכֶם Ut *mentio* veſtri fiat. Fut. עוֹד לֹא יִזָּכֵר Amplius non *commemorabitur*, Job. 24, 20. Hiphil הִזְכִּיר *Memoravit, Commemoravit ; mentionem alicujus fecit ;* item *Recordatus eſt.* וְהִזְכַּרְתַּנִי אֶל־פַּרְעֹה Ut *mentionem mei* facias erga Pharaonem, Gen. 40, 14. Infin. בַּעֲבוּר הַזְכִּיר שְׁמִי Ut *recordentur* nomen meum, 2. Sam. 18, 18. Fut. אַזְכִּיר תְּהִלֹּת יְהוָה *Memorabo* laudes Domini, Jeſ. 63, 7.

1) Generatim infert *præſentiam* ſive *ſpeciei* vel *cogitationis*, ſive *affectus circa rem in animo*, ſive hæc ſit præterita, ſive adhuc ſit, ſive probabiliter futura ſit. Vid. Coccej. Obſerv. de diſtinctiori ſignif. Select. voc. p. 123. 2) Speciatim α) deſignat *præſentiam ſpeciei & cogitationis.* Sic ſi ſumitur 1) ſignificat *meminiſſe* vel *memorem eſſe alicujus perſonæ* vel *rei*, e. g. captivi, Gen. 40, 14. 23. Creatoris, Eccl. 12, 1. beneficii accepti, 2. Chron. 24, 22. temporis mortis, Eccl. 11, 8. 2) *Mentionem alicujus facere*, tùm in Kal Jer. 3, 16. c. 20, 9. tùm in Hiphil Gen. 40, 14. ubi quoque reddi poteſt *memorare, commemorare*, e. g. Dei laudes, Jeſ. 63, 7. nomen, Pſalm. 45, 18. juſtitiam, Pſalm. 71, 16. 3) *Cogitare aliquid*, vel *de aliquo*, e. g. prælio, Job. 34, 29. de eô, quod evenire potuiſſet, Jeſ. 47, 7. Confer. Thren. 1, 9. ubi Jeruſalem dicitur non cogitaſſe de fine & eventu triſtiſſimo, quem malitia ipſius tandem habitura ſit. 4) *Recordari* vel *reminiſci*, ita, ut id, cujus oblivio animo obrepſit, in memoriam revocetur, e. g. peccati, Gen. 41, 9. ſomniorum, Gen. 42, 9. ſervitutis, Devt. 5, 15. c. 15, 15. c. 16, 24. c. 24, 18. 22. priſtini ſtatus & conditionis, Ezech. 16, 22. dictorum, Job. 36, 24. β) *Metonymicè* eſt *affectûs & facti.* Ita ſi capitur, non nudam rei recordationem deſignat, ſed connotat *affectum & actionem recolitionis comitem*, vel *pediſſequam.* Ita 1) tribuitur *homini* in ordine ad *Deum*, & quæ *Dei* ſunt, & dicitur recordari *Dei* non nuda memoriæ recolitione, ſed præſente ſimul piâ admiratione, devotâ Dei invocatione, firmâ fiduciâ & ſpe in ipſius bonitate, veracitate, potentia,

pro-

promiſſionibus & auxilio repoſita, vel gratiarum actione ac celebratione, Devt. 7, 18. c. 8, 18. Neh. 4, 14. Pſalm. 42, 7. Pſalm. 45, 18. Pſalm. 63, 7. Jeſ. 64, 4. Jon. 2, 8. Zach. 10, 9. item *præceptorum Dei*, ea obſervando, Num. 15, 40. Pſalm. 103, 18. nominis divini, iſtud celebrando, Pſalm. 119, 55. Contrà *homo* dicitur *non recordari Dei*, quando eum malitioſè deſerit, & ipſius beneficiorum, aut juſtitiæ ultricis immemor malè agit, Jud. 8, 34. Jeſ. 17, 10. c. 57, 11. vel jubetur *non amplius recordari oneris Dei*; ita, ut non amplius de eo loquatur, Jer. 23, 36. Aſt Exod. 20, 8. *meminiſſe Sabbathi*, idem eſt ac *illud diligenter obſervare*; & Ez. 23, 19. *recordari dierum pueritiæ ſuæ*, ſignificat *recordando ſimul ipſo actu revocare & ſectari priorem ſuam ſcortationem ſpiritualem*. Aſt Jeſ. 66, 3. *recordari thuris* notat *adolere*, quia ſic homo Deum admonere vult ſuî officii. 2) *Deo* per ἀνθρωποπάθειαν, & quidem *a)* affirmativè tùm *in bonam partem*, quando benevolum ſuum affectum amorem, gratiam, beneficentiam & curam erga homines declarat, Neh. 5, 19. c. 13, 22. Pſalm. 8, 5. Pſalm. 98, 4. Pſalm. 106, 4. Pſalm. 115, 12. Pſalm. 136, 23. in ſpecie, quando poſt graves afflictiones & calamitates, in quibus quaſi hominum oblitus viſus eſt, iis gratioſam opem præſtat & benefacit, & ſic iterum gratioſus & benignus eſſe incipit, ut adeò indigitetur partim prævia aliqua deſertio, partim nova ejus gratia ac εὐεργεσία ſuccedens, Gen. 8, 1. c. 30, 22. Exod. 2, 24. Jud. 16, 28. 1. Sam. 1, 11. 19. Job. 14, 13. Pſalm. 132, 1. Pſalm. 136, 23. Huc ſpectat, quando dicitur *recordari fœderis ſui*, cujus intuitu gratioſo hominibus benefacit &c. Gen. 9, 15. 16. Exod. 2, 24. c. 6, 5. Lev. 26, 42. 45. Pſalm. 105, 22. Pſalm. 106, 45. Pſalm. 111, 5. Ezech. 16, 60. Item *miſericordiæ*, Pſalm. 20, 6. tùm *in malam partem*, quando improbos graviſſimè punit, eorumque peccata & ſcelera juſtiſſimâ ſuâ ira vindicat, & ſic teſtatur, ſe ea non oblitum eſſe, ſed vehementer ſibî diſplicere, Pſalm. 9, 13. Pſalm. 137, 7. conf. Jer. 14, 10. c. 44, 21. Hoſ. 8, 13. c. 9, 9. *b)* negativè, tùm *in bonum*, ita dicitur *non recordari amplius peccatorum*, quando ea non imputat, non punit, Pſalm. 25, 7. Pſalm. 79, 8. Jeſ. 43, 25. c. 64, 8. vel 9. Jer. 31, 34. tùm *in malum*, quando negligit, non amplius curat, Pſalm. 88, 6. Thren. 2, 1.

זָכָר m. *Mas, Maſculus*, qui ita dicitur, quia per eum memoria nominis atque familiæ conſervatur. Dicitur autem tàm de *hominibus*, Gen. 1, 26. c. 5, 2. c. 17, 10. 12. 14. 23. c. 34, 15. 22. 24. 25. Exod. 12, 48. Lev. 6, 11. 22. c. 7, 6. &c. quàm de *brutis*, Gen. 7, 3. 9. 16. Exod. 12, 8. Lev. 1, 3. c. 3, 6. c. 4, 23. &c. Plur. זְכָרִים *Mares, Maſculi*, Exod. 13, 12. 15.

זָכוּר m. *Mas, Maſculum*, quaſi *maſculatum* dicas. Quater ſaltem legitur, ſed ſemper cum Suff. זְכוּרָהּ *Marem ejus*, Devt. 20, 13. זְכוּרְךָ *Mas tuus*, Exod. 23, 17. c. 34, 23. Devt. 16, 16.

זֵכֶר vel זֶכֶר m. *Recordatio, Memoria*. אֶמְחֶה אֶת־זֵכֶר עֲמָלֵק Delebo

Delebo *memoriam* Amaleki, Exod. 17, 14. זֵכֶר צַדִּיק לִבְרָכָה *Memoria* juſti eſt in benedictione, Prov. 10, 7. Cum Suff. זִכְרִי *Memoria mei*, Exod. 3, 15. זִכְרוֹ אָבַד מִנִּי אֶרֶץ *Memoria* ejus periit de terra, Job. 18, 17. לְהַכְרִית מֵאֶרֶץ זִכְרָם Ad excindendum de terra *memoriam* eorum, Pſalm. 34, 17.

1) Generatim dicit *præſentiam ſpeciei* vel *cogitationis*. 2) Speciatim *α) propriè* denotat *mentionem*, vel *recordationem*, quæ fit de aliquo ad conſervandam ejus inter homines memoriam, vel quâ alicujus recordamur, Exod. 17, 14. Devt. 25, 19. c. 32, 26. Pſalm. 6, 6. Pſalm. 102, 13. Pſalm. 135, 13. Pſalm. 109, 15. Pſalm. 112, 6. Prov. 10, 7. Jeſ. 26, 14. &c. *β) Metonymicè* 1) notat *objectum memoriæ*, ſeu id, cujus recordamur, vel mentionem facimus, aut facere debemus. Ita *memoria Dei* dicitur, quicquid de Deo ejusque operibus eſt memorabile, e. g. quod ſit bonus, juſtus, verax, potens, &c. Pſalm. 30, 5. Pſalm. 97, 12. 2) *Memoriale*, ſeu medium vel monumentum memoriæ, cujus beneficio homo revocatur ad recordationem & contemplationem eorum, quæ aliàs memoriâ excidiſſent, Exod. 3, 15. Pſalm. 111, 4. Hoſ. 12, 6.

זִכָּרוֹן m. *Memoria; Monumentum*, *Memoriale*; *μνημόσυνον*, quô aliquid in memoriam revocatur. Ita dicitur de *lapidibus* in Ephodo Aaronis, Exod. 28. 12. c. 39, 7. & ex Jordane deportatis ac in arida erectis, Joſ. 4, 7. de feſto Paſchali, Exod. 12, 14. de laminis rebellium igne abſumtorum, Num. 17, 5. de libro, in quo res ſcribuntur, ut memoria earum conſervetur, Mal. 3, 16. de oblatione, Num. 5, 15. 18. Vide præterea Exod. 17, 14. Num. 17, 5. c. 31, 54. Neh. 2, 20. Zach. 6, 14.

זִכְרוֹן m. *Memoria; Memoriale*. זִכְרוֹן תְּרוּעָה *Memoriale* vociferationis, Lev. 23, 24. זִכְרוֹן לָרִאשֹׁנִים *Memoria* priorum, Eccl 1, 11. c. 2, 16. Cum Suff. זִכְרֹנֶךָ *Memoriale* tuum, Jeſ. 57, 8. Plur. זִכְרֹנִים *Memoria*. Cum Suff. זִכְרֹנֵיכֶם *Memoriæ veſtræ*, i. e. res, per quas fama & memoria apud Poſteros comparatur, Job. 13, 12. Fœm. סֵפֶר הַזִּכְרֹנוֹת Liber *memoriarum*, i. e. *liber*, in quem ſcribuntur res, quarum memoria conſervari debet, *annales*, Eſth. 6, 1. Sæpius non legitur.

זְכַרְיָה m. *Sacharias*; nomen viri, conflatum ex זָכַר *Meminit, Recordatus eſt*, & יָהּ *Dominus*; deſignans *mentionem* vel *memoriam Domini*, quod nato fortean à Parentibus inditum fuit, ut ſemper *Domini memor* viveret, nec quicquam mali temerè admitteret. Fuit autem nomen *α) Regis Iſraelis*, filii Jerobeami, cujus ratio vivendi nomini & omini non reſpondit, 2. Reg. 14, 29. c. 15, 8. *β) Filii Jojadæ*, ſummi Sacerdotis, qui in nomine Domini peccata Judæorum reprehendens, in atrio templi lapidatus fuit, 2. Chron. 24, 20. *γ) Prophetæ*, filii Barachiæ, qui poſt captivitatem Babylonicam vaticinatus eſt. De hujus Prophetæ nomine ita ſcribit B. Balduinus: Nomen Prophetæ eſt זְכַרְיָה *Zacha-*

Digitized by Google

Zacharias, quaſi dicat *memoria Domini*, tum quia & ipſe Domino carus fuit, & quaſi in recenti memoria, tum etiam quia veritatem promiſſionum & minarum divinarum populo ſuo diligenter inculcavit, & ſubinde in memoriam revocavit.

אַזְכָּרָה f. *Memoriale, Monumentum*, quô aliquid alteri in memoriam revocatur, Lev. 24, 7. Cum Suff. אַזְכָּרָתָהּ *Memoriale ejus*, Lev. 2, 2. 9. 16. c. 5, 12. c. 6, 8. Num. 5, 26. Quidam teſte Leighio hic reddunt *ſuffimentum*, per *Metonymiam, cauſæ* & *Synecdochen generis*, quia Deo in *memoriam* revocat ipſius promiſſiones. Sæpius non legitur.

זָלַל *Vilipendi, Viteſcere, Vilem haberi, Deſpici* notat apud Chaldæos. Inde eſt

זוֹלֵל m. *Epulo, Comeſſator*, ſic dictus, quia *vilipenditur & deſpicitur* ab omnibus honeſtis & piis hominibus, Deut. 21, 20. Prov. 23, 21. Plur. זוֹלְלִים *Epulones*, *Comeſſatores*, Prov. 28, 7. In Statu Conſtr. זוֹלְלֵי בָשָׂר *Comeſſatores* carnis, Prov. 23, 20. Fœm. זוֹלֵלָה vide in זוּל.

זַלְזַלִּים m. pl. *Flagella in vitibus*, quæ ſic dici putantur vel ob *vilitatem ſuam*; vel quia ſunt tanquam *epulones* humoris, Jeſ. 18, 5.

זָלַג *Clauſit oſtium peſſulo* vel *uncino*, apud Arabes. Inde celeb. Majus deducit

מַזְלֵג m. *Uncinus, Fuſcina*; Inſtrumentum, quod inſervit extractioni carnis ex aheno. Aſt alii, teſte Leighio, deducunt à גָּזַל *Surripuit*, literis tranſpoſitis, & fuſcinam ſic dici putant, quod eâ ſurripiantur carnes, 1. Sam. 2, 13. 14. Plur. מִזְלָגוֹת *Fuſcinæ*, Exod. 38, 3. (-) ſub Præformativo מ in (.) & (..) ſub ל in (ָ) mutato. Cum Suff. מִזְלְגֹתָיו *Fuſcinæ ejus*, Exod. 27, 3.

זַלְעָפָה f. *Procella; Aduſtio.* Eſt incertæ originis. Generatim deſignat *rem noxiam, valde moleſtam, inſtar flammæ urentem.* Speciatim autem denotat *procellam* vel *aduſtionem.* Ter legitur, ſed *tropicè.* זַלְעָפָה אֲחָזַתְנִי *Procella invaſit me*, Pſalm. 119, 53. ubi deſignari putatur *zelus Davidis* pro Dei gloriâ. Plur. זַלְעָפוֹת *Procellæ*, *Aduſtiones.* Bis legitur רוּחַ זִלְעָפוֹת *Ventus procellarum*, i. e. *validiſſimus*, vel juxta Geierum: *Ventus aduſtionum*, i. e. *ſæviſſime exurens.* Cujus generis venti in Africa non infrequentes eſſe ſolent, Pſalm. 11, 6. Indigitantur *maxima mala pœnæ*, quæ Deus impiis ex juſtiſſimo judicio immittit. In Statu Conſtr. זַלְעֲפוֹת רָעָב *Aduſtiones* famis, Thren. 5, 10. Indicatur *fames vehementiſſima*, quæ corpora hominum quaſi *aduſta* vel *ambuſta* reddit.

זוּלַת *Præter, Præterea, Niſi, exceptô.* Cl. Kœrberus deducit rectiſſimè à Rad. זוּל, Arab. زال *Amovit*, item *Vilipendit*, quia plerumque

rumque

rumque *amovere* ſolemus, quæ *vilipendimus*. Unde ei propriè notat *amotionem, ſegregationem, exceptionem*, videturque eſſe ex זוּלָה, quod probat ex acceſſione Suffixorum, ubi eſt זוּלָתִי, זוּלָתְךָ. Hinc apparet, זוּלַת eſſo formam conſtructam. זוּלַת דַּלַּת עַם־הָאָרֶץ *Præter* tenuitatem populi terræ, 2. Reg. 24, 14. זוּלָתְךָ *Præter te*, Jeſ. 64, 3. זוּלָתוֹ *Præter illum*, 1. Sam. 21, 10. Cum י Paragogico eſt, Devt. 1, 36. c. 4, 12. Joſ. 11, 13. 1. Reg. 3, 18. c. 12, 20. Pſalm. 18, 32. Jeſ. 45, 5. 21. Hoſ. 13, 4.

זָמַם *Cogitavit, Conſtituit, Decrevit.* וַעֲשִׂיתֶם לוֹ כַּאֲשֶׁר זָמַם לַעֲשׂוֹת לְאָחִיו Facietis illi, quemadmodum *cogitavit* facere fratri ſuo, Devt. 19, 19. זַמּוֹתָ *Cogitaſti*, Prov. 30, 32. זַמֹּתִי *Cogitavi*, Zach. 8, 14. Sed Pſalm. 17, 3. eſt זַמּוֹתִי.

1) Generatim importat *propoſitum animo verſatum*, vel *voluntatem judicio determinatam*, ſive feratur in *bonum*, ſive in *malum*; reddi autem poteſt *cogitare*. 2) Speciatim α) notat *aliquid cogitare, decernere*, vel *apud animum conſtituere in bonum.* Ita *Deo* tribuitur & *hominibus*. *Deo* tributum denotat ejus propoſitum & decretum benè faciendi reſipiſcentibus, Zach. 8, 15. *Hominibus* autem tributum deſignat *firmum apud animum propoſitum bene agendi*, Pſalm. 17, 3. vel aliquid acquirendi, Prov. 31, 16. β) Significat *aliquid cogitare, decernere & conſtituere in malum.* Sic in *Deo* importat *propoſitum & decretum puniendi & ulciſcendi* peccata admiſſa, Jer. 4, 28. c. 51, 12. Thren. 2, 17. Zach. 1, 6. c. 8, 14. *in hominibus* autem deſignat *machinationem in perniciem alterius inſtitutam*, qua quis vindictæ cupidus, vel nocendi libidine flagrans proximi famæ, opibus, vitæ &c. inſidias ſtruere & nocere conatur, Devt. 19, 19. Pſalm. 31, 12. Pſalm. 37, 12. Prov. 30, 32.

זָמָם m. *Cogitatio* vel *Machinatio.* Semel legitur cum Suffixo זְמָמוֹ *Cogitatio* ejus, quâ meum machinatus eſt exitium. Pſalm. 140, 9.

זִמָּה f. *Cogitatio; Scelus.* עָשׂוּ זִמָּה Fecerunt *ſcelus*, Jud. 20, 6. In Statu Conſtr. זִמַּת אִוֶּלֶת *Cogitatio* ſtultitiæ, i. e. ſtulti, Prov. 24, 9. Cum Suff. כְּזִמַּתְכֶנָה Juxta *ſcelus veſtrum*, Ezech. 23, 48. ה appoſitum eſt Paragogicum. Plur. זִמּוֹת *Cogitationes.* Cum Suff. זִמֹּתַי *Cogitationes meæ*, Job. 17, 11.

1) Generatim notat *cogitationem*, qualiſcunque ſit. 2) Speciatim α) notat *actum*, quô aliquid animô verſatur, ſtatuitur atque decernitur. Ita dicitur *tum* de cogitationibus *Jobi*, quas abruptas eſſe conqueritur, Job. 17, 11. *tùm* de ſpeculationibus, molitionibus ac decretis *ſtulti*, qui notitia veri ac boni ſalutifera deſtituitur, Prov. 24, 9. β) *Metonymicè* notat *ſcelus* vel *flagitium* deliberatum, excogitatum, ſollicitè præmeditatum, Pſalm. 26, 10. Pſalm. 119, 150. Prov. 10, 23. c. 21, 27. Hoſ. 6, 9. in ſpecie dicitur de *fornicatione* tùm *corporali*, Lev. 19, 29. tùm *ſpirituali*,

ſeu

Digitized by Google

ſeu idololatria, Jer. 13, 27. conf. Ezech. 23, 21. 27. 29. 35. 48. de adulterio, Job. 31, 11. item de inceſtu, Lev. 18, 17. c. 20, 14.

מְזִמָּה f. *Cogitatio; Scelus, Facinus.* אֲשֶׁר יֹמְרוּךָ לִמְזִמָּה Qui loquuntur contra te cum *facinore*, Pſalm. 139, 20. הַמְזִמָּתָה *Scelus graviſſimum*, Jer. 11, 15. cum ה intendendi, perinde ut in אֵימָתָה *Formido maxima*, ex אֵימָה *Formido*, Exod. 15, 16. Cum Suff. מְזִמָּתוֹ *Cogitatio ejus*, Jer. 51, 11. Plur. מְזִמּוֹת *Cogitationes; Facinora.* עֹשֶׂה מְזִמּוֹת Faciens *facinora*, Pſalm. 37, 7. Cum Suff. מְזִמּוֹתָיו Cogitationes ejus, Pſalm. 10, 4.

1) Generatim notat *cogitationem*, qualiscunque etiam ſit. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *actum*, quô aliquid probè verſatur animo, ſollicitè expenditur, conſtituitur, atque decernitur. Inde tribuitur 1) *Sapientiæ* prudentibus meditationibus, Prov. 1, 4. 2) *Improborum ſubdolis & malis cogitationibus ac machinationibus*, Job. 21, 27. Pſalm. 10, 2, 4. Prov. 12, 2. c. 14, 17. 3) *Divinis decretis* puniendi & ulciſcendi peccata, Jer. 23, 20. c. 30, 24. c. 51, 11. β) *Metonymicè* denotat *ſcelus deliberatum*, Pſalm. 21, 12. Pſalm. 37, 7. Pſalm. 139, 20. Jer. 11, 15. Prov. 24, 8.

זָמַן *Statuit; Paravit.* Pual זֻמַּן *Statum, Statutum, Paratum eſt.* Saltem ter legitur in Part. plur. לְעִתִּים מְזֻמָּנִים Juxta *tempora ſtata*, Neh. 10, 35. Eſr. 10, 14. F. בְּעִתִּים מְזֻמָּנוֹת *Temporibus ſtatis*, Neh. 13, 31.

זְמָן m. *Tempus*, idque *præfinitum, ſtatutum, determinatum.* Ita legitur de tempore determinato *reditûs*, Neh. 2, 6. *feriarum*, Eſth. 9, 27. 31. *rerum conditarum*, Eccl. 3, 1.

זָמַר *Putavit, Amputavit, Præcidit.* Fut. וְכַרְמְךָ לֹא תִזְמֹר Et vineam tuam non *putabis*, Lev. 25, 4. Niphal Fut. יִזָּמֵר *Putabitur*, Jeſ. 5, 6. Piel זִמֵּר *Cecinit, Pſallit, Modulatus eſt.* Conſtruitur vel abſolutè, vel intervenientibus particulis ל, אֶל. Infin. וּלְזַמֵּר לְשִׁמְךָ Et *pſallere* nomini tuo, Pſalm. 92, 2. Fut. אֲזַמֵּר לַיהוָה *Pſallam* Domino, Jud. 5, 3. Cum ה Paragogico אֵלֶיךָ אֲזַמֵּרָה De te *pſallam*, Pſalm. 59, 18. Cum Suff. אֲזַמֶּרְךָ *Pſallam* tibi, Pſalm. 57, 10.

1) Generatim *reſecandi* notionem habet. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *putare* vel *amputare* ſuperflua in vitibus, Lev. 25, 3. 4. Jeſ. 5, 6. β) *Metaphoricè* notat *Canere, Pſallere, Modulari*, cum cantilenæ & modulationes ſuas cæſuras & numeros habeant, *reſectis* diſſonantiarum ineptiis. Dicitur quippe de *modulationibus arte compoſitis*, ſive edantur *voce, lætoque corde*, Pſalm. 7, 18. Pſalm. 9, 3. Pſalm. 18, 50. Pſalm. 47, 7. Pſalm. 59, 18. Pſalm. 61, 9. Pſalm. 66, 4. Pſalm. 68, 5. Pſalm. 92, 2. ſive *inſtrumentis*, e. g. nablio decachordio, Pſalm. 33, 2. cithara, Pſalm. 71, 22. Pſalm. 78, 5. Pſalm. 144, 9. Pſalm. 147, 7. tympanis, Pſalm. 149, 3.

זָמִיר m. *Cantus, Modulatio,* ſive *hominum,* ſive *avium.* Bis ſaltem legitur, Cant. 2, 12. de cantu avium. In Statu Conſtr. זְמִיר עָרִיצִים *Cantus* violentorum, Jeſ. 25, 5. juxta Coccejum; aſt Seb. Schmidius reddit: *Propago* violentorum.

זֶמֶר m. *Camelopardalis,* Devt. 14, 5. Ita reddunt Græci, Hieronymus, R. Jonas, Kimchi & alii. Sed Bocharto in Hieroz. Part. I. lib. 1. p. 62. & lib. 3. p. 904. & ſeqq. eſt *rupicapra,* quæ à *ſaltu* nomen habet, quia Arabicè زمر eſt *Salire,* non quidem quovis ſaltu, ſed *capreæ.*

זִמְרִי m. *Simri;* nomen proprium viri, deſignans tùm *amputationem & præciſionem,* tùm *cantionem.* Ratio etymi forte Parentibus fuit, partim, quia ſoboles nata ipſis inſtar palmitis à vite præciſi viſa fuit, partim, quod eâ natâ cauſam Deo *pſallendi & canendi* nacti erant. Quanquam etiam dici queat, quod *amputationis* & *præciſionis notio* locum obtineat ratione *tragici exitus,* quem habuerunt, qui hoc ſunt ſortiti nomen. Fuit enim *α*) nomen *Principis domus Simeonitarum,* qui cum Midianitide fornicaturus à Pontifice Pineha haſtâ confoſſus periit, Num. 25, 14. *β*) *Principis dimidiæ partis curruum* Regis *Aſæ,* quem occidit, & regium ſolium conſcendit, ſed elapſo ſeptem dierum ſpatio, capta ab Omrio urbe palatium regium ingreſſus, illud incendit, & incendiô periit, 1. Reg. 16, 9. & ſeqq.

זְמוֹרָה f. *Palmes, Surculus, Propago,* Num. 13, 23. Ezech. 8, 17. ubi ex mente Hebræorum ſignificat *fœtorem,* quod colligunt ex appoſito *ad nares.* Kimchi interpretatur הָרֵיחַ הָרַע, quô ignominiæ cauſâ ſuffitus in templo indigitatur. Sed Seb. Schmidius d. l. *palmitem* reddit. Ita quoque legitur Ezech. 15, 2. In Statu Conſtr. זְמֹרַת זָר *Palmes extranei,* Jeſ. 17, 10. Plur. זְמֹרִים *Palmites.* Cum Suff. זְמֹרֵיהֶם *Palmites eorum,* Nah. 2, 3.

זִמְרָה f. *Cantus, Cantio, Modulatio, Carmen,* Pſalm. 81, 3. Sed Pſalm. 118, 14. eſt זִמְרָת Afformativo ה in ת mutato, perinde ut in נַחֲלָת *Poſſeſſio,* pro נַחֲלָה Pſalm. 60, 13. In Statu Conſtr. וְזִמְרַת נְבָלֶיךָ לֹא אֶשְׁמָע׃ *Cantum* enim nabliorum tuorum non audiam, Am. 5, 23.

1) Generatim *cantionis* vel *modulationis* notionem obtinet. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat cantionem muſicam, qua alicujus laudes recitantur & decantantur, Pſalm. 98, 5. Pſalm. 147, 1. Jeſ. 51, 3. Am. 5, 23. *β*) *Metonymicè* deſignat 1) *objectum* vel *argumentum cantionis vel carminis,* ſeu *id,* de quô eſt cantio, & cujus laudes decantantur & celebrantur, Exod. 15, 2. Pſalm. 118, 14. Jeſ. 12, 2. Huc ſpectat illud Gen. 43, 11. זִמְרַת הָאָרֶץ *Cantio terræ,* i. e. decantatiſſimi & laudatiſſimi terræ fructus. 2) *Inſtrumentum cantionis* vel *modulationis,* Pſalm. 81, 3. juxta Coccejum.

זְמִירָה f. *Cantio,* quâ certis, iisque ſvaviſſimis modulationibus

Digitized by Google

Dei laudes comprehenſæ fuerunt. Legitur ſaltem in Plurali זְמִירוֹת 2. Sam. 23, 1. Job. 35, 10. Pſalm. 95, 2. Pſalm. 119, 54. Jeſ. 54, 16.

מִזְמוֹר m. *Cantio*, *Pſalmus* vel *Modulatio*, numeris & cæſuris arte confectis conſtans, & tàm voci humanæ, quàm inſtrumentis Muſicis accommodata, Pſalm. 3, 1. Pſalm. 4, 1. Pſalm. 5, 1. Pſalm. 6, 1. Pſalm. 8, 1. Pſalm. 9, 1. Pſalm. 12, 1. Pſalm. 13, 1. Pſalm. 19. 1. &c.

מְזַמְּרוֹת f. pl. *Pſalteria*, *Inſtrumenta muſica*, 1. Reg. 7, 50. 2. Reg. 12, 14. 2. Chron. 4, 22. Jer. 52, 18.

מַזְמֵרוֹת f. pl. *Falces*, qnibus aliquid putatur ac præciditur, *Cultri putatorii*. וְכָרַת הַזַּלְזַלִּים בַּמַּזְמֵרוֹת Excinderque flagella *falcibus*, vel *cultris putatoriis*, Jeſ. 18, 5. Præterea legitur Jeſ. 2, 4. Joel. 4, 10. Mich. 4, 3.

זַן m. *Species*. Æquipollet Hebræorum מִין *Species*, ſæpiusque apud Chaldæos reperitur. Plur. זְנִים *Species*, 2. Chron. 16, 14.

זָנָב *Cauda*, Jeſ. 9, 13. Cum Suff. זְנָבוֹ *Cauda ejus*, Exod. 4, 4. Plur. זְנָבוֹת *Caudæ*, Jud. 15, 4. In Statu Conſtr. זַנְבוֹת הָאוּדִים *Caudæ* titionum, Jeſ. 7, 4.

1) Generatim ſignificat *caudam*. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *extremam animalis partem*, Jud. 15, 4. Job. 40, 12. vel 17. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *extremitatem cujusque rei*, ad ſimilitudinem corporis brutorum, in quibus *cauda* extrema corporis pars eſt. Sic Jeſ. 7, 4. *Caudæ titionum fumigantium* ſunt extremitates titionum penè exuſtorum, qui ſaltem fumigant, brevi penitus exurendi & extinguendi. Deſignantur autem iis duo Reges, *Rezin*, Rex Syriæ, & *Pekach*, Rex Iſraelis, Hieroſolymam oppugnaturi advenientes. 2) *Servitutem & ſubjectionem*, Devt. 28, 13. 44. 3) *Plebejos*, qui opponuntur *Magnatibus*, Jeſ. 19, 15. 4) *Prophetas ſeductores*, ſive, ut Flacius interpretatur in clave, id fiat ob extremam vilitatem vitæ ac inſcitiam veritatis, ſive quia venenata Satanæ ſtercora ore ſuo egerunt, ſive denique, quia ſic vacillant, dum hominibus aut potentibus adulantur, ſicut canes motitatione caudæ adulari ſolent, Jeſ. 9, 14. collato verſu 15.

זִנֵּב *Decaudicavit*, *Caudâ truncavit*. Bis ſaltem legitur. וְזִנַּבְתֶּם אוֹתָם *Ut decaudetis eos*, Joſ. 10, 19. Fut. וַיְזַנֵּב *Et decaudicavit*, Devt. 25, 18. Sed in utroque loco *Metaphoricè* accipitur, & idem eſt ac *extremum exercitus agmen cædere*.

זָנָה *Scortatus eſt*. Conſtruitur intercedentibus particulis ב, אֵת, עַל, אֶל & אַחֲרֵי. וַתִּזְנֶה תָּמָר *Scortata eſt* Thamar, Gen. 38. 24. וְזָנוּ אַחֲרֵי אֱלֹהֵיהֶם Ac *ſcortentur* poſt Deos eorum, Exod. 34. 15. Infin. זָנֹה תִזְנֶה הָאָרֶץ *Scortando ſcortatur* terra, Hoſ. 1, 2. Sed Lev. 20, 5. eſt זְנוֹת. Fut. אֶזְנֶה *Scortabor*. וַתִּזְנֶה *Et ſcortata eſt*, Jud. 19, 2. Sed per Apocopen eſt

eſt וַתִּזֶן , Jer. 3, 8. in eodem capite v. 6. וַתִּזְנִי R. Salomon putat eſſe tertiam perſonam Fut. cum *Jod* Paragogico, ob quod tertia radicalis ה abjecta fuit. Eandem quidem perſonam eſſe arbitratur Kimchi, ſed putat, literam י eſſe loco tertiæ radicalis ה. Pual זֻנָּה *Scortatio facta eſt*, pro quo per alternationem Ezech. 16, 34. eſt זוּנָּה. Hiphil הִזְנָה *Scortatus eſt; Scortari fecit.* הִזְנֵיתָ *Scortatus es*, Hoſ. 5, 3. Infin. כְּהַזְנוֹת *Juxta ſcortari facere*, i. e. *ſicut ſcortari fecit*, 2. Chron. 21, 13. Sed Hoſ. 4, 18. eſt הַזְנֵה *Scortando.* (..) loco (ו) poſito. לְהַזְנוֹתָהּ *Et ad exponendum* eam ſcortationi, Lev. 19, 29. Fut. וַיֶּזֶן *Et ſcortari fecit*, 2. Chron. 21, 11. pro וַיַּזְנֶה, tertia radicali ה per Apocopen reſecta.

1) Generatim *ſcortari* notat. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *coitum illicitum*, ſive fiat inter perſonas ſolutas, ſivè matrimonio conjunctas. Undè legitur non tantum de perſonis extra matrimonium viventibus, Lev. 19, 29. c. 21, 9. Devt. 22, 21. ſed etiam de iis, quæ matrimonio junctæ fuerunt, Am. 7, 17. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *Idololatriam*, quæ eſt *ſpiritualis ſcortatio* vel *adulterium*, quia idololatra inſtar adulteri vel adulteræ pacti conjugalis in Sacramento initiationis cum Deo ſemel initi turpiter obliviſcitur, Deum, cui conſtanter adhærere debebat, nequiter deſerit, fœdiſſima idola ſectatur, illicitoque proſequitur amore, Exod. 34, 15. 16. Lev. 17, 7. c. 20, 5. Devt. 31, 16. Jud. 8, 33. 1. Chron. 5, 25. Jer. 3, 1. 6. Ezech. 23, 3. Hoſ. 1, 2. c. 4, 12. &c. 2) *Graviora peccata*, quibus homines ſe inquinare ſolent, & iis oblectando, à DEO unicè amando & colendo turpiſſimè diſcedunt, Pſalm. 73, 27. conf. Pſalm. 106, 30.

זוֹנָה f. *Meretrix, Scortum.* אִשָּׁה זוֹנָה *Mulier meretrix*, Prov. 6, 26. אֶתְנַן זוֹנָה Merces *meretricis*, Mich. 1, 7. Plur. זֹנוֹת *Meretrices*, 1. Reg. 3, 16.

1) Generatim notat *meretricem* ſeu *ſcortum.* 2) Speciatim α) *propriè* denotat *fœminam meretricem*, quæ ſuâ laſciviâ ducta pudorem omnem proculcavit, ſuisque pro lubitu fœdis cupiditatibus indulget, Gen. 34, 31. c. 38, 15. Jud. 11, 1. 1. Reg. 3, 16. Prov. 6, 26. c. 7, 10. c. 23, 27. β) *Metaphoricè* hoc nomine venit 1) *idololatrica gens Iſraelitica* vel *Judaica*, quæ Deo tanquam ſponſo & marito unico turpiſſimè deſerto, idola ſectabatur, vagam deſideriorum propriorum impletionem anhelans, Jer. 2, 20. Ezech. 16, 35. 2) *Urbs Hieroſolyma*, quæ Deô deſertô, ſpurciſſimam idololatriam, aliaque graviſſima peccata ſectabatur, Jeſ. 1, 21.

זְנוּת f. *Scortatio.* Cum Suff. זְנוּתָם *Scortatio* eorum, Ezech. 43, 9. Plur. זְנוּתִים *Scortationes.* Cum Suff. וְנָשְׂאוּ אֶת־זְנוּתֵיכֶם Portabuntque *ſcortationes* veſtras, Num. 14, 33.

1) Generatim notat *ſcortationem*, qualiſcunque ſit. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *ſcortationem corporalem*, quâ homo fœdiſſimâ laſciviâ

ductus ſuum corpus proſtituit, omnique depoſitô pudore illicitos amores ſectatur. Sed propriè in Codice ſacrô non legitur. β) *Tropicè* 1) per *Metaphorum* deſignat *ſcortationem ſpiritualem*, nempe *idololatriam & impietatem*, quâ homo idola colendo, aut aliam ingentem improbitatem exercendo, Deum O. M. nequiſſimè deſerit, Jer. 3, 2. 9. c. 13, 27. Ezech. 23, 27. c. 43, 7. 9. Hoſ. 4, 11. c. 6, 10. 2) per *Metonymiam* cauſæ pro cauſato denotat *reatum pœnæ*, qui ſcortatione contrahitur, Num. 14, 33.

זְנוּנִים m. pl. *Scortationes.* אֵשֶׁת זְנוּנִים Mulier *ſcortationum*, i. e. quæ ſcortationibus dedita fuit, Hoſ. 1, 2. Cum Suff. זְנוּנֶיהָ *Scortationes ejus*, Hoſ. 2, 4.

1) Generatim notat *ſcortationes quascunque.* 2) Speciatim α) ſignificat *ſcortationes corporales*, quas homo ſpurciſſima libidine ductus turpiſſimè ſectatur, ſeque execrabilem reddit. Ita capitur non ſolum Gen. 38, 24. ſed etiam Hoſ. 1, 2. ubi Propheta à Deo jubetur ducere *fœminam ſcortationum*, h. e. talem, quæ ſcortationibus ſe antea execrabilem reddiderat, *imago futum populi Iſraelitici*, qui turpisſima idololatria & alia ingenti malitia ſe abominabilem fecerat. Ibidem יַלְדֵי זְנוּנִים *Liberi ſcortationum* dicuntur, quos iſta fœmina ſcortatrix ex illicitis commixtionibus genuerat, Propheta autem adoptaverat. β) *Metaphoricè* deſignat *ſcortationem ſpiritualem*, ſcilicet *ſpurciſſimam idololatriam*, aliamque ingentem malitiam, quam homo Deum turpiter deſerens exercet, 2. Reg. 9, 22. Ezech. 23, 11. 29. Hoſ. 2, 4. 6. c. 4, 12. c. 5, 4. Nah. 3, 4.

תַּזְנוּת f. *Scortatio.* Plural. תַּזְנוּתִים *Scortationes.* Tàm in Singulari, quàm in Plurali ſaltem cum Suff. occurrit, & tantùm in Ezechiele legitur, *Metaphoricè* deſignans *ſcortationem ſpiritualem*, ſcilicet *idololatriam & ingentem Judæorum improbitatem*, Ezech. 16, 19. 20. 22. 25. 26. 29. 33. 34. 36. c. 23, 7. 8. 11. 14. 17. 18. 19. 29. 43.

זָנַח *Amovit, Rejecit, Abjecit, Repulit, Deſeruit.* זְנַחְתָּנִי *Rejeciſti me*, Pſalm. 43, 2 זְנַחְתִּים *Rejeci eos*, Zach. 10, 6. Fut. לָמָּה יְהוָה תִּזְנַח נַפְשִׁי Quare, Domine, *deſeres* animam meam, Pſalm. 88, 15. לֹא יִזְנַח לְעוֹלָם יְהוָה Non *rejiciet* Dominus in æternum, Thren. 3, 31. Hiphil הִזְנִיחַ *Amovit, Rejecit, longè depulit.* הִזְנִיחָם *Rejecit, depoſuit eos*, 2. Chron. 11, 14. הֶאֶזְנִיחוּ Jeſ. 19, 6. pro הִזְנִיחוּ, literâ א per Epentheſin inſertâ, & ſic formâ cum Chaldaica permixtâ. Vid. Danzii Lit. §. 53.

1) Generatim *amovendi* notionem habet, quacunque demum ratione amotio fiat. 2) Speciatim α) *intranſitivè* ſumtum eſt *recedere*, *retrò abjici.* Ita in Hiphil legitur de *receſſione fluviorum*, Jeſ. 19, 6. β) *Tranſitivè* acceptum notat 1) *Rejicere*, ſive ex nauſeâ & faſtidiô, ſive ex indignatione. Ita tribuitur a) *Deo* tum in ordine ad *hominem*, quem rejicere dicitur, quando ex juſta irâ & indignatione eum deſerit, à providâ

ſuâ

ſuâ curâ & protectione amovet, & libidini hoſtium exponit, Pſalm. 43, 2. Pſalm. 44, 14. Pſalm. 60, 3. 12. Pſalm. 74, 1. Pſalm. 77, 8. Pſalm. 108, 12. Thren. 3, 31. Zach. 10, 6. tùm in ordine ad *altare ſuum*, cujus faſtidio ductus, nullam amplius ejus rationem habet, aut eo oblectatur Thren. 2, 9. b) *Homini* tum in ordine ad *Deum optimum maximum*, quem, neſcio quo faſtidio ductus, rejicit atque deſerit, alios ſectaturus Deos, Hoſ. 8, 3. tum in ordine ad *vaſa*, quæ à ſuo amoventur uſu, 2. Chron. 29, 19. 2) *Deponere* vel *depellere à functione*, 2. Chron. 11, 14.

זִנֵּק *Proſiliit, Exiliit.* Semel legitur in Futuro יְזַנֵּק *Proſilit*, Devt. 33, 22.

זֵעָה f. *Sudor*, vide in זוע pag. 311.

זַעֲוָה f. *Motio, Commotio*, vide ſupra in זוע pag. 311.

זָעַךְ *Extinxit.* In Kal non legitur; Semel occurrit in Niphal נִזְעָכוּ *Extincti ſunt*, Job. 17, 1. ubi *dies* Jobi dicuntur *extincti*, quia *vires corporis, quibus dies vitæ prolonguntur, extinctæ erant, ut non poſſet ſupervivere*, accepta voce יָמִים *dies* pro *cauſa dierum*, Conf. Seb. Schmid. in h. l.

זָעַם *Indignatus eſt*, ſic conſtruitur vel abſolutè vel cum עַל; *Sprevit, Deteſtatus eſt*, ferè, ſi conſtruitur cum Accuſativo. וְזָעַם עַל־בְּרִית קֹדֶשׁ *Et indignabitur* contra fœdus ſanctitatis, i. e. *ſanctum*, Dan. 11, 30. אֲשֶׁר זָעַמְתָּה Quibus *indignatus es*, Zach. 1, 12. ה in fine eſt Paragogicum. Fut. וּמָה אֶזְעֹם *Et quid abominatus ſim?* Num. 23, 7. Part. Paul זָעוּם *Exoſus, Deteſtabilis*; In Statu Conſtr. זְעוּם יְהוָה *Exoſus* Jehovæ, Prov. 22, 14. Imper. זֹעֲמָה *Deteſtare*, Num. 23, 7. Cum ה Paragogico. Ponitur autem זֹעֲמָה pro זָעֲמָה, per alternationem poſito Cholem pro (ָ) Chatuph, & (ֲ) pro (ֳ) Vid. Danzii Literat. §. 26. VI. & XV. Niphal Particip. pl. פָּנִים נִזְעָמִים Facies *indignabunda*, Prov. 25, 23.

1) Generatim dicit *negationem favoris & complacentiæ*, quæ ſubinde ad alterius malum, vel deſtructionem tendit. 2) Speciatim α) ſignificat *indignari*, ſive indignatio declaretur geſtibus, ſive verbis, ſive factis. Ita tribuitur *hominibus*, Dan. 11, 30. conf. Prov. 25, 23. *Deo* autem tributum legitur, Pſalm. 7, 12. Jeſ. 66, 14. Zach. 1, 12. Mal. 1, 4. ubi indigitatur *graviſſima ejus offenſio & ira*, quæ pœnis ultricibus ſe exerit, conf. Prov. 22, 14. β) Notat *Deteſtari, Abominari*, ita, ut *deteſtatio* ſubinde graviſſima maledicta conjuncta habeat; unde combinatur cum קָבַב *Maledixit, Execratus eſt*, Num. 23, 7. 8. Prov. 24, 24. Præterea legitur, Mich. 6, 10. de *Epha* diminutionis *deteſtandâ*.

זַעַם m. *Indignatio, Ira.* עַד־יַעֲבָר־זַעַם Donec tranſeat *ira*, Jeſ. 26, 20. Cum Suff. לִשְׁפֹּךְ עֲלֵיהֶם זַעְמִי *Ad effundere*, i. e. ut

 effun-

effundam ſuper eos *iram meam*, Zeph. 3, 8. כְּלֵי זַעְמוֹ Vaſa *iræ ejus*, Jeſ. 53, 5.

1) Generatim negat *favorem & benevolentiam*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *indignationem*, quâ quis ei, à quo læſus fuit, ſuccenſet, injuriamque illatam vindicare nititur. Ita tribuitur 1) *homini*, qui alteri indignatur, à quo læſus fuit, Hoſ. 7, 16. 2) *Deo*, qui ob antegreſſa delicta homini graviſſimè iraſcitur, & ſubtracto gratiæ ſenſu ea vindicare nititur, Pſalm. 38, 4. Pſalm. 102, 11. Jeſ. 10, 25. Nah. 1, 6. conf. Jeſ. 13, 5. Jer. 50, 25. ubi *vaſa iræ* dicuntur *inſtrumenta*, per quæ Deus iram ſuam exercet; adeoque *vaſa iræ* hîc capiuntur activè, quia iis ira divina aliquid perficit; aliàs enim Rom. 9, 22. *vaſa iræ* paſſivè & objectivè dicuntur, contra quæ Deus iram ſuam exercet & oſtentat. Vide quoque Jeſ. 26, 20. 21. Dan. 8, 19. c. 11, 36. ubi intelligitur *ira caſtigans*. β) *Metonymicè* 1) deſignat *effectus iræ*, h. e. omnis generis pœnas & afflictiones, quæ iram Dei conſequuntur, Pſalm. 69, 25. Ezech. 21, 36. Zeph. 3, 8. 2) *Triſtitiam*, quam indignatio quandoque comitem vel pediſſequam habet, ſi ſe exerere nequit. Ita eam capi putat Seb. Schmidius, Jer. 15, 17. Aſt aliis l. c. *comminationem* ſignificat, quæ ex indignatione ſequitur. 3) *Signa indignationis*, Prov. 25, 23. ubi vultus dicitur *indignabundus*, quia ſignis indignationis plenus eſt.

זָעַף *Indignatus eſt; Perturbatus eſt.* Infin. בְּזָעְפּוֹ *In indignari eum*, i. e. cum indignaretur ipſe, 2. Chron. 26, 19. Fut. וְעַל יְהוָה יִזְעַף לִבּוֹ Et contra Dominum *indignatur* cor ejus, Prov. 19, 3.

1) Generatim deſignat *vehementem animi commotionem*, vel, ut Coccejus vult, *affectum diſplicentiæ excitatum & prævalentem & recalcitrantem*. 2) Speciatim α) *propriè* 1) eſt *indignari*. Ita dicitur de *Uſia*, Rege Judæ, increpationem Sacerdotum moleſtè ferente, & contra eos indignante, 2. Chron. 26, 19. item de *ſtulto* contra Deum indignante & murmurante, Prov. 19, 3. 2) *Perturbari* vel *perplexum eſſe*, Gen. 40, 6. β) *Metonymicè* dicitur de *tetrico hominis vultu*, qui ob defectum ſalubrium & ſufficientium alimentorum maciem, animique ſollicitudinem & diſplicentiam præ ſe fert, Dan. 1, 10. Sæpius non legitur.

זַעַף m. *Indignatio.* בְּזַעַף אַף In *indignatione iræ*, i. e. vehementiſſima, Jeſ. 30, 30. זַעַף יְהוָה אֶשָּׂא *Indignationem* Domini portabo, Mich. 7, 9.

1) Generatim notat *ingentem commotionem*. Unde 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *indignationem vehementem*, quæ ingentem animi commotionem & diſplicentiam prodit, ſive ſit *hominis*, ut *Regis*, qui ſubdito ob offenſam ſive magnam, ſive levem, ſive veram, ſive imaginariam graviter iraſcitur, Prov. 19, 12. conf. 2. Chron. 16, 10. item *Iſraelitarum*, quâ perciti Judæos fratres immaniſſimè interficiebant, 2. Chron. 28, 9. ſive *Dei*, quâ accenſus punit, Jeſ. 30, 30. Mich. 7, 9. β) *Metaphoricè*

Digitized by Google

rice transfertur ad *maris fluctuantis & turbulenti æſtum & agitationem*, Jon. 1, 15. Sæpius non occurrit.

זַעֵף m. *Indignabundus* ob offenſam illatam. Extat ſaltem 1. Reg. 20, 43. c. 21, 4.

זָעַק *Clamavit, Vocavit, Convocavit.* Conſtruitur vel abſolutè, vel intercedentibus particulis ל, אֶל & עַל. זָעַקְתִּי אֵלֶיךָ יְהוָה *Clamavi* ad te, Domine, Pſalm. 142, 6. לֵאלֹהִים זָעֲקוּ Ad Deum *clamarunt*, 1. Chron. 5, 20. Infin. זְעֹק *Clamare*, 2. Sam. 19, 29. מִמֶּנּוּ מִזְּעֹק אֶל־יְהוָה Ne deſiſtas à nobis, quo minus *clames* ad Dominum, 1. Sam. 7, 8. Fut. אֶזְעַק *Clamabo*, Jer. 20, 8. מַה־תִּזְעַק עַל־שִׁבְרֵךְ Quid *clamas* ſuper confractione tua? Jer. 30, 15. וַיִּזְעֲקוּ בְּקוֹל גָּדוֹל Et *clamarunt* voce magnâ, Neh. 9, 4. Niphal נִזְעַק *Convocatus eſt*; item *Conclamavit.* מַה־לְּךָ כִּי נִזְעָקְתָּ Quid tibi, quod *conclamaſti?* Jud. 18, 23. Fut. וַיִּזָּעֵק *Et convocatus eſt*, 1. Sam. 14, 20. Hiphil הִזְעִיק *Vocavit, Convocavit, Proclamavit*;, *Clamavit.* Infin. לְהַזְעִיק *Ad convocandum*, 2. Sam. 2, 5. Fut. וַיַּזְעֵק אֹתִי *Tum vocavit me*, Zach 6, 8. מֵרֹב עֲשׁוּקִים יַזְעִיקוּ Propter multitudinem oppreſſorum *clamant*, Job. 35, 9.

1) Generatim notat *clamare.* 2) Speciatim *α*) *propriè* eſt *oris*, deſignans *clamorem elatum* & *intenſum, vehementioris affectus*, e. g. *metus, doloris* &c. *indicem*, quô homo de gravi aliquô malô amarè conqueritur, & alterius auxilium demissè implorat; qualis clamor eſt afflictorum & oppreſſorum ab hoſte, Jud. 3, 9. 15. c. 6, 6. 7. 1. Sam. 7, 8. 2. Chron. 20, 9. Jeſ. 15, 4. Jer. 25, 34. c. 47, 2. periclitantium in *bello*, 1. Reg. 22, 31. 1. Chron. 5, 20. c. 18, 31. vel in *mari*, Jon. 1, 5. in gravi anguſtia conſtitutorum, Eſth. 4, 1. Pſalm. 107, 13. 19. ſervitute dura oppreſſorum, Exod. 2, 23. lugentium, 1. Sam. 4, 13. 2. Sam. 19, 5. ſeriò pœnitentium, 1. Sam. 12, 10. Joel. 1, 14. fœminarum parturientium, Jeſ. 26, 17. Thamaris à fratre vitiatæ & expulſæ, 2. Sam. 13, 29. &c. qui fit ex fide, Pſalm. 142, 6. conſtanter, 1. Sam. 15, 11. quem ſequitur benevola Dei exauditio, Pſalm. 22, 6. Pſalm. 107, 13. Jeſ. 30, 19. vel non ſequitur, Jeſ. 57, 13. Jer. 11, 11. Thren. 3, 8. Hab. 1, 2. *β*) *Tropicè* 1) per *Memphonum* א) eſt *cordis*, quod *clamare* dicitur, quando ob ingentia mala graviter ingemiſcit, Jeſ. 15, 10. vel c. 16, 5. Hoſ. 7, 14. ב) Eſt *parietis*, qui clamare dicitur, ad deſignandam peccatorum copiam & gravitatem, Habac. 2, 11. 2) per *Metonymiam* ſignificat א) *vocare*, quia vocatio utplurimum *clamore* fieri ſolet, Zach. 6, 8. ב) *Convocare*, vel *congregare*, ex eadem ratione, per claſſicum, Jud. 4, 10. 13. c. 6, 34. 35. 1. Sam. 14, 20. 2. Sam. 20, 4. 5.

זְעָקָה f. *Clamor.* וַיִּזְעַק זְעָקָה גְדֹלָה Et *clamavit clamore magno*, Eſth. 4, 1. הִשְׁמִיעוּ זְעָקָה Audiri fecerunt *clamorem*, Jer. 48, 4. In Statu Conſtr. זַעֲקַת סְדֹם *Clamor* Sodomæ, i. e. de Sodomâ, Gen. 18, 20. כַּאֲשֶׁר שָׁמְעוּ אֶת־זַעֲקָתָם Cum au-

direm *clamorem eorum*, Neh. 5, 6. וְאַל יְהִי מָקוֹם לְזַעֲקָתִי Et non ſit locus *clamori meo*, Job. 16, 18.

1) Generatim ſignificat *clamorem*, qualiſcunque ſit. 2) Speciatim α) *Clamorem*, quô imploratur alterius *auxilium*, Neh. 5, 6. c. 9, 9. Prov. 21, 13. vel *vindicta*, Gen. 18, 20. Job. 16, 18. c. 34, 28. Huc refert Cocceјus Jeſ. 5, 7. β) *Clamorem*, doloris & luctûs ingentis indicem, Eſth. 4, 1. Jeſ. 15, 10. 13. c. 65, 19. Jer. 18, 22. c. 48, 4. 34. c. 50, 46. c. 51, 54. Ezech. 27, 28.

זָעַר *Minutum eſt*, *parum* vel *parvum eſt* aut *factum eſt*, apud Chaldæos. Inde

זְעֵיר *Parum, Pauliſper.* Eſt *temporis*, & ter ſaltem legitur, Job. 36, 2. Jeſ. 28, 10. 13.

מִזְעָר m. *Parvum, Paucum; Paucitas.* Quater ſaltem legitur, & quidem vel de *tempore* parvo, Jeſ. 10, 25. c. 29, 16. vel de *re* parva, Jeſ. 16, 14. c. 20, 6.

זָפַת *Pice oblevit*, apud Rabbinos & Arabes.

זֶפֶת f. *Pix.* Bis legitur, Exod. 2, 3. Jeſ. 34, 9.

זָקֵן *Senuit, Conſenuit, Senex factus eſt*, Gen. 18, 12. c. 19, 31. c. 24, 1. Joſ. 13, 1. 1. Sam. 2, 22. c. 4, 18. c. 8, 1. 2. Reg. 1, 14. זָקַנְתָּ *Senuiſti*, 1. Sam. 8, 5. זָקַנְתִּי בָּאתִי בַּיָּמִים *Conſenui*, Veni in dies, Joſ. 23, 2. נַעַר הָיִיתִי גַּם זָקַנְתִּי Puer fui, etiam *ſenex factus ſum*, Pſalm. 37, 25. Fut. וַיִּזְקַן יְהוֹיָדָע וַיִּשְׂבַּע יָמִים Sed *conſenuit* Jehojada, & ſatiatus eſt diebus, 2. Chron. 24, 15. Hiphil הִזְקִין *Senuit, Conſenuit.* Fut. גַּם כִּי יַזְקִין *Etſi conſenuerit*, Prov. 22, 6.

1) Generatim ſignificat *ſeneſcere.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *ſeneſcere ſeniô ætatis*, ſeu *temporis.* Præter loca citata vide Gen. 27, 1. Joſ. 23, 1. 2. Sam. 19, 33. 1. Reg. 1, 1. 15. 1. Chron. 23, 1. Prov. 23, 22. β) *Tropicè* notat *ſeneſcere ſeniò infirmitatis*, ita, ut indigitetur *conſumtio virium*, quia vires ſenio conſumuntur. Ita dicitur de *radice arboris*, quæ in terra conſeneſcit, quando vires ejus, quemadmodum ſenio, conſumuntur, Job. 14, 8. Vid. Seb. Schmid. in h. l.

זָקֵן m. *Senex.* מִנַּעַר וְעַד זָקֵן A puerô usque ad *ſenem*, Gen. 19, 4. Joſ. 6, 21. זָקֵן וּנְשׂוּא פָנִים *Senex* & honoratus facie, Jeſ. 9, 14. In Statu Conſtr. זְקַן בֵּיתוֹ *Senior domus ſuæ*, Gen. 24, 2. Plur. זְקֵנִים *Senes, Seniores*, Job. 12, 20. In Statu Conſtr. זִקְנֵי יִשְׂרָאֵל *Seniores Iſraelis*, Exod. 3, 16. Cum Suff. זְקֵנַי *Seniores mei*, Thren. 1, 19. זִקְנֵיכֶם *Seniores veſtri*, Devt. 29, 10. Fœm זְקֵנוֹת *Anus*, Zach. 8, 4.

1) Generatim ſignificat *ſenem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſenem ætate*, qui vel quæ diu multumque vixit. Ita dicitur 1) de *maribus*, Gen. 18, 11. c. 19, 4. c. 25, 8. c. 35, 29. c. 44, 20. Joſ. 6, 21. Jud. 19, 16. 1. Sam. 2, 31. 32. c. 28, 14. 1. Reg. 13, 11. Eſth. 3, 13. Job. 42, 17. Jer. 51, 22. Ez. 9, 6. &c.

quàm

quàm de fœminis, Zach. 8, 4. β) *Metonymicè* transfertur ad *ſapientiam & dignitatem*, quia ſapientia utplurimum in ſenibus invenitur, & ſeniores ob ſapientiam & prudentiam nonniſi annorum aut ætatis beneficio acquiri ſolitam ad conſilia adhibentur & rerum gubernationi præficiuntur. Notatu digna ſunt, quæ Seldenus lib. 1. de Synedriis c. 14. p. m. 388. ſcribit: *Sicut ob ætatis diſcrimina ſic nominabantur diſtinguebanturque Juniores & Seniores, ita ſecundariò quoad mores, ingenium, ſcientiam, ſapientiam, dignitatesque inde variatim collatas Seniores ac Presbyteri dicti, annorum & ætatis ratione non habitâ, quam ſcilicet in hujusmodi appellatione ſupplebat morum, ſapientiæ, dignitatis præcellentia.* *Seniorum* ergò nomine veniunt *Superiores* vel *Optimates*, tàm in *Statu Eccleſiaſtico*, quàm *Politico*, & Oeconomicô. Inde mentio fit *Seniorum* Ægypti, Gen. 50, 7. Iſraelis, Exod. 3, 16. 1. Sam. 4, 3. c. 8, 4. 2. Sam. 3, 17. c. 5, 3. c. 17, 4. 46. 1. Reg. 8, 1. 3. 2. Reg. 5, 4. Ezech. 8, 12. c. 20, 3. Judæ, 2. Sam. 19, 12. 2. Chron. 34, 29. Gileadis, Jud. 11, 5. Populi, Num. 11, 16. Ruth. 4, 4. 1. Sam. 15, 30. Moabi & Midian, Num. 22, 7. Civitatis, Devt. 19, 12. c. 21. 3. Hieroſolymæ, 2. Reg. 23, 2. Jabes, 1. Sam. 11, 3. Bethlehemi, 1. Sam. 16, 4. Sacerdotum, 2. Reg. 19, 2. Jeſ. 37, 2. imò ſervi ſenioris, domûs Abrahami, Gen. 24, 2.

זֹקֶן m. *Senium, Senectus.* Extat ſaltem Gen. 48, 10. וְעֵינֵי יִשְׂרָאֵל כָּבְדוּ מִזֹּקֶן Et oculi Iſraelis graves erant præ *ſenio.*

זָקָן c. *Barba.* Sic dicta, quod eam *ſenior ætas* producat, Jer. 41, 5. זָקָן גְּרֻעָה *Barba raſa*, Jer. 48, 37. Cum Suff. זְקָנִי *Barba* mea, Eſ. 9, 3. זְקַנְכֶם *Barba veſtra*, 2. Sam. 10, 5. זְקָנוֹ *Barba ejus*, Lev. 14, 9.

1) Generatim *barbam* ſignificat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *pilos*, quos ſenior ætas in mento producit, quique inde per genas ad aures ſe diffundunt, 2. Sam. 10, 5. Pſalm. 133, 2. quorum raſio vel evulſio eſt ſignum tùm *luctus gravioris*, Lev. 19, 27. Jeſ. 15, 2. Jer. 41, 5. c. 48, 37. tùm *ignominiæ*, 2. Sam. 10, 4. 1. Chron. 19, 5. β) *Synecdochicè* notat *mentum cum barbâ*, 2. Sam. 20, 9.

זִקְנָה f. *Senectus*, Pſalm. 71, 9. 18. Jeſ. 46, 4. In Statu Conſtr. זִקְנַת שְׁלֹמֹה *Senectus* Salomonis, 1. Reg, 11, 4. Cum Suff. לְעֵת זִקְנָתוֹ Circa tempus *ſenectutis ſuæ*, 1. Reg. 15, 23. אַחֲרֵי זִקְנָתָהּ *Poſt ſenectutem ſuam*, Gen. 24, 36. Sæpius non legitur.

זְקֻנִים m. pl. *Senectus.* בֶּן זְקֻנִים *Filius ſenectutis*, i. e. in ſenectute natus, Gen. 37, 3. יֶלֶד זְקֻנִים *Filius ſenectutis*, i. e. in ſenio natus, Gen. 44, 20. Cum Suff. לִזְקֻנָיו In *ſenectute* ejus, Gen. 21, 2. 7. Sæpius non legitur.

זָקַף *Erexit inclinatum*, *proſtratum* vel *depreſſum.* Bis legitur Part. זֹקֵף כְּפוּפִים *Erigens incurvatos*, Pſalm. 146, 8 Ita quoque Pſalm. 145, 14. in utroque autem locô *Deus* dicitur *incurvatos erigere*, quando homi-

hominum deſperabundorum, & variis calamitatibus depreſſorum animum efficaciter erigit, recreat atque confortat.

זָקַק *Liquavit, Fudit; Ligavit, Vinxit* apud Chaldæos. Fut. יָזֹקּוּ *Fundunt*, ſcil. aurum, Job. 28, 1. יָזֹקּוּ מָטָר *Fundunt pluviam*, Job. 36, 27. Nimirum *guttæ aquarum* dicuntur *fundere pluviam*, quia ex iis gutta fit vel conſtat. Piel זִקֵּק *Liquavit, liquando purgavit, defecavit.* Propriè eſt *aurificum*, Metaphoricè autem tribuitur *Meſſiæ*, Mal. 3, 3. ubi, ſicut aurifex aurum ab aliis metallis & fecibus ſeparat & purgat: ita quoque ipſe dicitur filios Levi purgare ab errorum & iniquitatis fecibus. Pual זֻקַּק *Purgatus, defecatus fuit.* Part. מְזֻקָּק *Purgatus, Defecatus.* Dicitur de fecibus, Jeſ. 25, 6. de auro, 1. Chron. 28, 18. de argento, 1. Chron. 29, 4. Pſalm. 12, 7. Sæpius non legiur.

זִקִּים m.pl. *Catenæ*, â *ligando* vel *vinciendo* ſic dictæ. Aſt זִקִּים *Scintillæ* vide ſupra in זִיק pag. 313. לֶאְסֹר מַלְכֵיהֶם בְּזִקִּים Ad vinciendum Reges eorum *vinculis, catenis*, Pſalm. 149. 8. Vide quoque Jeſ. 45, 14. Nah. 3, 10. Sed Jer. 40, 1. legitur בָּאזִקִּים Vinctus *catenis*, Dageſch forti citra neceſſitatem ex ז excidente, & per vocalem longam compenſatô, א autem per Epentheſin inſertô. Et eodem capite v. 4. dicitur מִן־הָאזִקִּים *A catenis iſtis*, pro הַזִּקִּים, Dageſch forti ſimiliter citra neceſſitatem excidente, & per vocalem longam compenſatô. Sæpius non legitur.

זָרַב *Diffluxit*, calore reſolvente. Semel legitur Job. 6, 17. in *Pual* Fut. יְזֹרְבוּ *Præ calore diffluunt.* Uſurpatur Metaphoricè de *infidis & inconſtantibus Jobi ſociis*, qui citius mutari & liqueſcere videbantur, quàm pruina & nix ſolis æſtu liqueſcunt ac diffluunt. Conf. Seb. Schmid. in l. c.

זָרָה *Sparſit, Diſperſit, Ventilavit*; Part. זֹרֶה *Ventilans*, Ruth. 3, 2. Inf. לִזְרוֹת *Ad ventilandum*, Jer. 4, 11. Fut. וָאֶזְרֵם בְּמִזְרֶה *Ventilabo eos* ventilabro, Jer. 15, 7. וַיִּזֶר עַל־פְּנֵי הַמַּיִם *Tum ſparſit* ſuper faciem aquarum, Exod. 32, 20. pro וַיִּזְרֶה, tertia radicali ה per Apocopen reſecta. Niphal נִזְרָה *Diſperſus, Diſſipatus eſt.* Inf. הִזָּרוֹת *Diſpergi.* Cum Suff. בְּהִזָּרוֹתֵיכֶם *In diſpergi vos*, i. e. *cum diſperſi fueritis*, Ezech. 6, 8. Fut. וַיִּזָּרוּ בָּאֲרָצוֹת *Ut diſſipati ſint* in terras, Ezech. 36, 19. Piel זֵרָה *Diſperſit, Diſſipavit*; item *Cinxit* juxta Schindlerum & alios. וְזֵרָם Et *diſperſit eos*, 1. Reg. 14, 15. זֵרוּ *Diſperſerunt*, Zach. 2, 2. Infin. וּלְזָרוֹת Et ad *diſpergendum* eos, Ezech. 20, 23. Fut. וְאֶתְכֶם אֱזָרֶה בַגּוֹיִם Vos autem *diſpergam* inter gentes, Lev. 26, 33. pro אֲזָרֶה (:) ſub א cum (-) alternante. שִׂפְתֵי חֲכָמִים יְזָרוּ דָעַת Labia ſapientum *ſpargunt* ſcientiam, Prov. 15, 7. Pual זֹרָה *Diſperſus eſt.* אֲשֶׁר זֹרֶה בָרַחַת וּבַמִּזְרֶה Quæ *ventilata fuit* vannô & ventilabrô, Jeſ. 30, 24. ubi זֹרֶה eſt pro זֹרָה, (..) cum (ָ) alternante. Sed הַזּוּרֶה Jeſ. 59, 5. pertinet ad radicem

cem זור pag. 311. Part. Fœm. מְזֹרָה *Sparſum eſt*, Prov. 1, 17. Hiphil Fut. וַתַּזְרֵנִי חַיִל *Et accinxiſti me robore*, 2. Sam. 22, 40. Sunt tamen, qui hoc referunt ad radicem אָזַר, ut ſit Futurum in Piel pro וַתְּאַזְּרֵנִי, primâ radicali per Syncopen conciſâ, ejusque vocali in locum præcedentis Schevatis transmotâ.

1) Generatim notat *ſparſim in diverſam partem projicere.* 2) Speciatim *α*) ſignificat *Spargere, Diſpergere* vel *Diſſipare*, quia, quæ diſperguntur vel diſſipantur, in diverſam partem ſparſim projiciuntur. Ita in Kal legitur de *diſperſione* cineris vel pulveris vituli aurei ſuper aquam, Exod. 32, 20. capillorum in ventum, Ezech. 5, 2. idolorum eorumque veſtimentorum. Jeſ. 30, 22. In Piel *intenſionem & frequentationem* connotat. Inde legitur 1) de *diſperſione validâ*, quâ aliquid frequenter agitando hinc & illinc projicitur ac disjicitur; e. g. de diſperſione *Iſraelitarum* in loca longè diſſita, Lev. 26, 33. 1. Reg. 14, 15. Pſalm. 44, 12. Pſal. 106, 27. Jer. 31, 10. c. 49, 32. 36. Ezech. 5, 10. c. 12, 15. c. 29, 12. c. 30, 26. Zach. 2, 2. item *oſſium* circa aras, Ezech. 6, 5. 2) de *diſperſione*, quâ compactum diſſolvitur, & quovis modô aliquid cohibetur atque impeditur. Ita *Rex* dicitur *diſpergere malum*, quando omnem dat operam, ne mali coaleſcant, & vitia invaleſcant, Prov. 20, 8. 26. 3) de *ſedulâ communicatione ſcientiæ*, quam *os ſapientum ſpargere* dicitur, quando eam ſedulò profert, ac aliis communicat, Prov. 15, 7. *β*) Significat *ventilare*, quia, qui ventilat, *in diverſam partem* grana excuſſa *ſparſim projicit. Propriè* quidem dicitur de *ventilatione frumenti* excuſſi, ubi jactu ipſius à vento hinc illinc projiciuntur ac diſſipantur, Ruth. 3, 2. Jeſ. 30, 24. Jer. 4, 11. Sed *Metaphoricè* transfertur ad *diſſipationem & everſionem impiorum*, ubi, ſicut in ventilatione frumentum violentô & vehementi motu ex uno loco in alium projicitur, paleæque disjiciendo diſperguntur & disperduntur: ita quoque impii violento & vehementi abducentium motu in alium locum disjiciuntur, diſperguntur ac perduntur, Jeſ. 41, 16. Jer. 15, 7. c. 51, 2. *γ*) Per *Antiphraſin* notat *cingere*, ubi, quæ ſparſa atque diſſipata ſunt, vel videntur, colliguntur atque compinguntur. *Cingendi* autem ſignificationem habet, 2. Sam. 22, 40. item Pſalm. 139, 3. Seb. Schmidius tamen in Colleg. Bibl. V. T. p. m. 214. in Pſalm, 139, 3. *diſpergendi* ſignificationem non alienam eſſe cenſet, quia iter ſeu via & accubitus ſeu quies & ſubſiſtentia in itinere ſunt diſperſiſſima. Deum verò ita diſperſiſſe, h. e. in æterna ſuâ providentia diſpoſuiſſe ac ordinasſe, ut ita diſſita eſſent. Coccejus d. l. interpretatur, habitô reſpectu ad זֶרֶת *Spithama: Spithamâ metiris.* Sed diſplicet hæc interpretatio Geiero & Majo.

זֵר m. *Limbus, Circumferentia, Corona*, à *cingendo* ſic dicta. R. D. Kimchi in Michlol refert ad nomina, quæ à quieſcentibus ſecundâ deſcendunt, ejusque radicem ſtatuit זור, ut ſit formæ גֵּר ex גור. Legitur

gitur ſaltem in Exodo. וְעָשִׂיתָ עָלָיו זֵר זָהָב סָבִיב Faciesque ſuper eam *limbum* auri i. e. *aureum* circumcirca, Exod. 25, 11. Vide quoque Exod. 25, 24. 25. c. 30, 3. c. 37, 2. 11. 12. 26. Cum Suff. לְזֵרוֹ Ad *limbum* ejus, Exod. 30, 4. c. 37, 27.

זָרָא m. *Diſperſio.* Vide ſupra in זור pag. 311.

זֵרִים m. pl. *Ventilatores.* Semel legitur Jer. 51, 2. ubi per *Metaphoram* deſignantur *hoſtes*, qui Babelem expugnaturi & incolas ejus diſſipaturi erant.

מִזְרֶה m. *Ventilabrum.* *Propriè* deſignat *inſtrumentum*, quô frumentum ventilatur, atque à paleis purgatur, Jeſ. 30, 24. *Metaphoricè* autem transfertur ad deſignanda *inſtrumenta diſperſionis improborum Judæorum*, Jer. 15, 7. Sæpius non occurrit.

זַרְזִיף m. *Stillatio, Irrigatio*; *Pluvia deſtillans*, quâ irrigatur terra; Saltem legitur, Pſalm. 72, 6. & hinc variè reddi ſolet. Coccejo eſt *impregnatio, maceratio terræ*; Aben-Eſræ *Irrigatio*; Seb. Schmidio & aliis *fiſſura*, quæ ſignificatio commodiſſimum parit ſenſum.

זַרְזִיר m. *Accinctus.* Iuxta quosdam eſt à Chaldæorum זָרֵז *Accinxit*, & juxta Pfeifferum à Samaritanorum [Samaritan] *Feſtinavit.* Unde importat *vigorem & agilitatem*, quia corpore ſuccinctô & robuſtiores & agiliores reddimur. Legitur ſaltem Prov. 30, 31. &, quia generatim notat *ſubjectum lumbis valens, & agili inceſſu præditum*, inde d. l. ſpeciatim exponitur de *cane venaticô leporariô* vel de *equô*. Conf. Seb. Schmidius, qui reddit *vertagum*, Jagt-Hund/ Wind-Hund.

זָרַח *Ortus, Exortus eſt.* זָרַח בַּחֹשֶׁךְ אוֹר *Oritur* in tenebris lux, Pſalm. 112, 4. אִם זָרְחָה הַשֶּׁמֶשׁ Si *ortus fuerit* ſol, Exod. 22, 3. Inf. כִּזְרֹחַ הַשֶּׁמֶשׁ *Iuxta oriri*, i. e. *cum oriretur* ſol, Jud. 9, 33. Fut. יִזְרַח *Orietur*, Jeſ. 60, 2.

1) Generatim deſignat *rei ortum*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *lucis*, quæ, quando *alicubi lucere incipit*, oriri dicitur. Ita dicitur de *ſole*, Gen. 32, 31. Exod. 22, 3. Jud. 9, 33. 2. Reg. 3, 22. Job. 9, 7. Pſalm. 104, 22. Eccl. 1, 5. Jon. 4, 8. β) *Metaphoricè* eſt *aliarum rerum.* Hinc 1) dicitur *de majeſtaticâ apparitione Dei*, Devt. 33, 2. & *gratioſâ manifeſtatione filii Dei* in carne, primum *per nativitatem*, deinde in officiô Propheticô *per publicam doctrinam*, Jeſ. 60, 1. 2. Vid. Seb. Schmid. in h. l. conf. Mal. 4, 2. 2) de *impetratione & fruitione lætitiæ ac proſperitatis omnigenæ* voce *lucis* deſignatæ, Pſalm. 112, 4. Conf. Jeſ. 58, 10. 3) de *leprâ* in fronte erumpente, 2. Chron. 26, 19.

זֶרַח m. *Ortus.* Saltem occurrit cum Suff. זַרְחֵךְ *Ortus tuus*, Jeſ. 60, 3. ubi Metaphoricè voce hâc deſignatur *Chriſtus*, *Splendor* autem *ortus* innuit *verbum Evangelii.* Vid. Seb. Schmid.

אֶזְרָח m. *Indigena*, quaſi ibi, ubi vivit, *exortus*, Lev. 16, 29. c. 18, 26. In Statu Conſtr. אֶזְרַח הָאָרֶץ *Indigena* terræ, Exod. 12, 19.

1) Ge-

1) Generatim *indigenam* notat. 2) Speciatim α) notat *indigenam hominem*, qui ibi, ubi vivit, primùm lucem vidit, & contradiſtinguitur גֵּר *peregrino*, qui aliunde in terram, ubi commoratur & degit, illatus eſt, Exod. 12, 4. Lev. 17, 15. c. 24, 16. 22. Num. 15, 30. Joſ. 8, 33. Ezech. 47, 22. β) *Arborem ſponte natam, ſuo ſolo ſitam*, terraque velut matre benigniori gaudentem, Pſalm. 37, 35. LXX. reddunt κέδρυς τῦ λιβάνυ; Lutherus vertit Lorbeer-Baum/ quem ſequitur Seb. Schmidius. Sed Robertſon cenſet eſſe nomen generale *indigenæ arboris*, quæ pulchrior & ſtabilior eſſe ſolet.

אֶזְרָחִי m. *Eſrachita.* Eſt nomen gentilitium; juxta Schnepfium, Bezam, Cajetanum, Geierum &c. quô inſignitur *Heman*, Pſalm. 88, 1. & *Ethan*, Pſalm. 89, 1. qui ejus Sympatriota fuiſſe cenſetur. Aſt Druſius lib. 2. quæſt. Hemanem Eſrachitam dictum fuiſſe non à *patriâ*, ſed à Patre Serachô.

מִזְרָח m. *Ortus, Oriens, plaga mundi*, ubi ſol oritur, vel lucere incipit. מִצָּפוֹן וְעַד מִזְרָח A ſeptentrione usque ad ortum, Am. 8, 12. כִּרְחֹק מִזְרָח מִמַּעֲרָב Iuxta abeſſe orientis ab occidente, Pſalm. 103, 12. In Statu Conſtr. מִזְרַח הַשֶּׁמֶשׁ *Ortus ſolis*, Joſ. 1, 15. Cum ה locali מִזְרָחָה *Verſus orientem*, Exod. 27, 13. c. 38, 13. Num. 2, 3. 38. c. 32, 18. c. 34, 15. Devt. 3, 17. c. 4, 49. Jeſ. 11, 8. &c.

זָרַם *Inundavit.* זְרַמְתָּם *Inundaſti eos*, i. e. velut inundatione quadam abripis eos. Quem enim ad modum aqua inundans citò accreſcit, ſubitò vadit, & mox tandem diffluit: Ita quoque hominis vita ſe habet, ſubitò tranſit & evaneſcit, Pſalm. 90, 5. Piel זֹרַם *Exundavit, copiosè effudit.* Cholem eſt loco Dageſch Characteriſtici, quod ר reſpuit, ne cacophonia oriatur. זֹרְמוּ *Exundarunt, Copiosè effuderunt*, Pſalm. 77, 18. Sæpius non legitur.

זֶרֶם m. *Inundatio.* זֶרֶם הָרִים Inundatio montium, Job. 24, 8. i. e. quæ nivibus liqueſcentibus à montibus venit ac decurrit. זֶרֶם קִיר *Inundatio parietis*, i. e. quæ parietem inundat, Jeſ. 25, 4.

1) Generatim & vi originis denotat *inundationem*. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *aquarum fluxionem ſubitam & repentinam*, quæ cum impetu fit, & obvia quævis proſternit vel abripit, Job. 24, 8. Hab. 3, 10. β) *Metaphoricè* adhibetur tùm ad deſignandam *Dei iram & pœnam improborum*, Jeſ. 4, 6. c. 30, 30. tum ad indigitandum *noxium violentorum furorem*, Jeſ. 25, 4.

זִרְמָה f. *Fluxus, Effluvium.* Bis ſaltem legitur, Ezech. 23, 20. in Statu Conſtr. & cum Suff. וְזִרְמַת סוּסִים זִרְמָתָם Et *effluvium* equorum eſt *effluvium eorum.* Deſignatur *effluvium ſeminis.* Equi libidinoſi ſunt. Hinc Ægyptii *libidinoſum* indicaturi, *equum* pingere conſueverunt. Hujus verò furfuris homuncionem, teſte Pieriô, in Hieroglyph., vocabant ἱππόδιον, vel ἱππόδιον.

זָרַע *Seminavit, Sevit, Conſevit.* זָרְעוּ חִטִּים *Severunt* tritica, Jer. 12,13. Part. זֹרֵעַ *Seminans,* item *ſeminificans.* עֵשֶׂב זֹרֵעַ זֶרַע Herba adulta *ſeminificans* ſemen, Gen. 1, 29. זֹרְעִים בְּדִמְעָה *Serentes* in lacrimis, Pſalm. 126, 5. Part. זָרֻעַ *Satus*, Pſalm. 97, 11. Infin. לִזְרֹעַ *Ad ſeminandum*, Jeſ. 28, 24. Fut. וְאֶזְרָעֵם בָּעַמִּים Et *ſeminabo* eos inter populos, Zach. 10, 9. תִזְרַע שָׂדְךָ *Conſeres* agrum tuum, Lev. 25, 3. Niphal נִזְרַע *Seminatus*, *ſatus*, *conſitus eſt.* וְנִזְרַעְתֶּם Et *conſeminimi*, Ezech. 36, 9. Fut. יִזָּרֵעַ *Seminabitur*, Nah. 1, 14. Pual זֹרַע *Satus*, *Seminatus eſt.* Cholem eſt locô Dageſch fortis Characteriſtici, quod ר reſpuit. זֹרָעוּ *Sati ſunt*, Jeſ. 40, 24. Hiphil הִזְרִיעַ *Seminificavit*, *Sementavit.* מַזְרִיעַ זֶרַע *Seminificans ſemen*, Gen. 1, 11. 12.

1) Generatim denotat *qualemcunque rerum ſparſionem* vel *diſperſionem.* 2) Speciatim α) *propriè* eſt *ſerere* vel *conſerere ad conſervationem ſpeciei*, quia, qui *ſerit*, ſemen in arvum geniale *ſpargit*, Gen. 26, 12. Exod. 23, 10. 16. Lev. 19, 19. c. 25. 3, 4. Devt. 11, 10. Jud. 6, 3. Job. 31, 8. Jeſ. 28, 24. c. 37, 30. Jer. 35, 7. Mich. 6, 15. item *ſementare*, *ſeminificare*, *ſemen ferre*, tùm in Kal, Gen. 1, 29. tùm in Hiphil, Gen. 1, 11. β) Metaphoricè 1) transfertur ad *plantationem arborum vel vitium*, quæ quando plantantur, ſparſim quaſi ſeruntur, Jeſ. 17, 10. 2) ad deſignandum *hominis ſtudium & conatum*, unde fructus ſive *boni* ſive *mali* naſcuntur. Ita legitur a) *de ſtudio pietatis*, unde nonniſi bonum enaſcitur, Prov. 11, 18. Hoſ. 10, 12. conf. Pſalm. 126, 5. ubi *ſerentes cum lacrimis* dicuntur, qui pietati ſtrenuè ſtudent, crucem & calamitates patienter ferendo, b) de *exercitio impietatis*, unde varii generis mala progerminant, Job. 4, 8. Prov. 22, 8. Jer. 4, 3. Hoſ. 8, 7. 3) *Deo* tributum denotat a) *divinam benedictionem & multiplicationem* in hominibus conſpicuam, Jer. 31, 27. Ezech. 36, 9. Hoſ. 2, 25. Zach. 10, 9. b) *exciſionem & interitum* impiorum, quando negativè effertur, Nah. 1, 14.

זֶרַע m. *Semen*, quod in arvum geniale ſpargitur. Tantum legitur in Statu Conſtr. כְּזֶרַע גַּד Sicut ſemen coriandri, Num. 11, 7.

זֶרַע m. *Semen*, *Sementis.* וְהָקֵם זֶרַע לְאָחִיךָ Ut ſuſcites *ſemen* fratri tuo, Gen. 38, 8. Cum Suff. זַרְעֲכֶם *Semen veſtrum*, Gen. 9, 9. זַרְעָם *Semen eorum*, Eſr. 2, 58. Plur. זֵרְעִים *Semina.* Cum Suff. וְזַרְעֵיכֶם Et *ſemina veſtra*, 1. Sam. 8, 15.

1) Generatim notat *ſemen*, qualecunque ſit. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *principium generationis*, unde conſervatur ſpecies, ſive ſit *in herbis & plantis*, cujusmodi eſt granum vel nucleus, Gen. 1, 11. 12. 29. Lev. 26, 16. Devt. 22, 9. Eccl. 11, 1. ſive in hominibus, Lev. 15, 16. ſeq. β) *Tropicè* א) per *Metonymiam* a) *cauſa* pro *cauſato* deſignat *rem ex ſemine natam & productam*, e. g. *frumentum*, Gen. 47, 19. item *ſobolem ac poſteros*, in quibus nomen & memoria Conditoris proſapiæ conſervatur, Gen. 4, 25. c. 12, 7. c. 13, 15. c. 15, 5. c. 35, 12. c. 38, 8. c. 48, 19, Lev. 18,

21.

21. c. 20, 3. 4. Num. 14, 24. c. 17, 5. c. 25, 13. Devt. 1, 8. c. 4, 37. c. 11, 9. c. 30, 6. 1. Sam. 2, 20. c. 20, 42. 1. Reg. 18, 32. 2. Chron. 22, 10. Eſth. 6, 13. Jeſ. 1, 14. Jer. 22, 30. c. 41, 7. Ezech. 17, 5. Dan. 1, 3. &c. Specialiſſimè *Meſſiam*, Gen. 3, 15. c. 22, 8. c. 26, 4. conf. Act. 3, 25. Gal. 3, 16. *b*) *Adjuncti*, denotat *tempus*, quô ſemen ſpargitur in geniale arvum, Gen. 8, 22. Lev. 26, 5. ב) per *Metaphoram* nomine *ſeminis* veniunt *a*) *pii & credentes*, Pſalm. 22, 31. Jeſ. 61, 9. Jer. 2, 21. conf. Jeſ. 53, 10. ubi deſignatur *Eccleſia Chriſti, collecta* ex ſemine ſpirituali, ſeu verè credentibus & ſanctis, *b*) *impii & increduli*, Gen. 3, 15. ubi vocantur *ſemen ſerpentis*, quia ad imaginem Satanæ transformati ſunt, Satanasque in iis habitat, eosque ſecundum deſideria ſua agitat. Conf. Jeſ. 1, 4. c. 57, 3. 4.

זֵרוּעַ m. *Sativum*, Lev. 11, 37. ad formam גִּדּוּף, Dageſch forti ex ר extruſô, & per vocalem longam (··) compenſatô. זֵרוּעֶיהָ *Sativa ejus*, Jeſ. 61, 11. Sæpius non legitur.

זְרוֹעַ c. ſed f. ſæpius. *Brachium*, *Lacertus*, *Armus*, à ſpargendo nomen habens. זְרוֹעַ רָמָה תִּשָּׁבֵר *Brachium altum frangatur*, Job. 38, 15. הַזְּרֹעַ הַנְּטוּיָה *Brachium extenſum*, Devt. 7, 19. Cum Suff. זְרֹעֲךָ *Brachium tuum*, Exod. 15, 16. Plur. זְרֹעִים *Brachia*, Dan. 11, 31. In Statu Conſtr. זְרֹעֵי יָדָיו *Brachia manuum ejus*, Gen. 49, 24. Fœm. זְרוֹעֹת *Brachia*, Devt. 33, 27. Cum Suff. זְרֹעֹתָיו *Brachia ejus*, Dan. 10, 10.

1) Generatim notat *brachium*. 2) Speciatim *α*) *propriè* deſignat *partem manus*, quæ à ſcapulis usque ad cubitum ſe protendit, (*Manus* enim in ſua latitudine ſumta conſtat ex brachio, cubito & manu ſtrictè ſic dicta,) quæ *funibus ligatur*, ut homo firmiter detineri queat, ne evadat atque erumpat, Jud. 15, 14. c. 16, 12. ac *denudatur*, ut homo promtior ſit & agilior ad obvios labores, Prov. 31, 17. *β*) *Tropicè* 1) in *beſtiis* deſignat *armum*, das Bug/ Förder-Bug/ Num. 6, 19. 20. 2) Quia per *brachium* hominis *robur* in labore, pugna & aliis operationibus ſe potiſſimum exerit, hinc *a*) *in homine* denotat *ipſius potentiam, vires, robur, auxilium atque præſidium*, quibus aliquis nititur atque confidit, 2. Chron. 32, 8. Job. 35, 9. c. 38, 15. c. 40, 4. Pſalm. 44, 4. Jer. 17, 5. Ezech. 22, 6. c. 30, 22. c. 31, 17. Zach. 11, 17. imò *copias militares*, Dan. 11, 15. Inde *alicui eſſe vel fieri brachium*, idem eſt ac *aliquem tueri, juvare*, Pſalm. 83, 9. *carnem brachii devorare* idem eſt ac *propinquos ac neceſſarios ſuos*, qui opem ferre poſſent, *perdere ac conſumere*, Jeſ. 9, 20. Et ſicut brachiô fractô homo tùm ad lædendum, tùm ad defendendum ineptus redditur, ita *Metaphoricè* per *brachii confractionem* deſignatur *impiorum ac hoſtium plenaria debellatio ac enervatio*, ſeu *eorum potentiæ, roboris, præſidii ac fiduciæ deſtructio*, 1. Sam. 2, 31. Job. 22, 8. c. 38, 15. Pſalm. 10, 5. Jer. 48, 25. Ezech. 30, 22. *b*) in *Deo* per ἀνθρωποπάθειαν deſignat 1) *infinitum ipſius robur ac potentiam agendi, juvandi, tuendi*, &c. Exod.

6, 6.

6, 6. c. 15, 16. Devt. 4, 34. c. 5, 15. c. 7, 19. c. 11, 2. c. 26, 8. 1. Reg. 8. 42. c. Reg. 17, 36. 2. Chron. 8, 32. Job. 40, 4. Pſ. 71, 18. Pſ. 77, 16. Pſ. 79, 11. Pſalm. 89, 11. 14. Jeſ. 30, 30. c. 48, 14. c. 51, 9. c. 59, 16. c. 62, 8. c. 63, 5. Jer. 27, 4. c. 32, 17. Ezech. 20, 33, 34. unde Deus homini eſt brachium, quando eum juvat, tuetur &c. Jeſ. 33, 2. 2) *doctrinam Evangelii*, Jeſ. 52, 10. collato verſu 7. & 8. c. 53, 1. imò juxta quosdam *ipſum Meſſiam*, Jeſ. 51, 9. qui ibi dicitur *induere robur*, quando ſuâ omnipotentiâ utitur, & miſeros juvat; Sic quoque juxta Tremellium, Jeſ. 59, 16. per *brachium ipſius* Dei intelligendus eſt *Chriſtus* potentia Dei inſtructus. Sed B. Seb. Schmidius ductu Pſalm. 98, 1. cenſet, d. l. *ſignificari vindicationem gloriæ divinæ, ejusdemque manifeſtationem per revelationem ſalutis, quam præſtitit humano generi, probavitque, quod eſſet glorioſus Salvator, nec non vindictam ab hoſtibus ſuis diabolis, qui gloriam ejus per ſeductionem minuunt, ſumeret.*

זֵרְעִים m. pl. *Legumina.* Legitur ſaltem Dan. 1, 12.

זֵרְעֹנִים m. pl. *Legumina*, Dan. 1, 12.

אֶזְרוֹעַ f. *Brachium.* Bis occurrit, Job. 31, 22. וְאֶזְרֹעִי מִקָּנָה תִשָּׁבֵר Et *brachium* meum à cannâ confringatur, Jer. 32, 21. בְּאֶזְרוֹעַ נְטוּיָה Per *brachium* extenſum; ubi deſignatur infinita Dei potentia & robur in eductione Iſraelitarum ex Ægypto conſpicuum.

מִזְרָע m. *Semen, Sementis.* Semel legitur in Statu Conſtr. מִזְרַע יְאֹר *Semen fluminis*, quod prope flumen ſeritur, & à flumine irrigatur, Jeſ. 19, 7.

זָרַק *Sparſit, Adſperſit, Conſperſit, Inſperſit, cum adſperſione fudit.* וַיִּזְרְקוֹ מֹשֶׁה הַשָּׁמָיְמָה Et ſparſit eum Moſes verſus cœlum, Exod. 9, 8. וְזָרַקְתִּי עֲלֵיכֶם מַיִם *Et ſpargam* ſuper vos aquam, Ezech. 36, 25. Inf. וְלִזְרֹק עָלָיו דָּם Et *ad ſpargendum* ſuper eum ſanguinem, Ezech. 43, 18. Fut. וְאֶת־דָּמוֹ יִזְרֹק Et ſanguinem ejus ſparget, Lev. 7, 2. Pual זֹרַק *Sparſus fuit*, Num. 19, 13. Cholem eſt loco Dageſch fortis Characteriſtici, quod ר reſpuit.

1) Generatim denotat *ſparſionem cujuscunque rei.* 2) Speciatim *α*) *propriè* eſt *rerum liquidarum*, ut *aqua*, Num. 19, 13. conf. Ezech. 36, 25. ubi deſignari putatur *aqua baptismalis*; item *ſanguinis*, Exod. 28. 8. c. 29, 16. 20. Lev. 1, 5. 7. c. 2, 14. c. 8, 18. 24. 2. Chron. 29, 22. Ezech. 43, 18. *β*) Catachreſticè eſt *rerum aridarum*, e. g. favillæ verſus cœlum, Exod. 9, 8. 10. pulveris ſuper caput ad indicandum dolorem & luctum, Job. 2, 12. prunarum, Ezech. 10, 2. item canitiei per tempora ſparſæ, Hoſ. 7, 9. ubi eſt indicium *graviſſimorum malorum*, quæ Iſraelitas improbos premebant, ita ut interitui proximi viderentur eſſe.

מִזְרָק m. *Crater*, à *ſpargendo* ſic dictus, quia erat vas, ex quô *ſpargebatur* aqua, aut ſanguis vel vinum &c. qſ. *aſperſorium* dicas, Num. 7, 13. 19, 25.

19. 25, 31. &c. Plur. מִזְרָקִים *Crateres*, Zach. 14, 20. In Statu Conſtr. מִזְרְקֵי כֶסֶף *Crateres* argenti, i. e. argentei, Num. 7, 84. הַשֹּׁתִים בְּמִזְרְקֵי יַיִן Quibibunt ex *crateribus* vini, Am. 6, 6. F. מִזְרָקוֹת Exod. 38, 3. Cum Suff. מִזְרְקֹתָיו *Crateres* ejus, Exod. 27, 3.

זֶרֶת f. *Spithama*, à זָרָה *Sparſit*, formæ צֶפֶת *Coronamentum* à צָפַת, ut ſic dicatur à *ſparſione digitorum*. Eſt enim *menſura*, quæ digitis ſparſis & expanſis notatur ab extremitate pollicis usque ad extremitatem minimi, Exod. 28, 16. c. 39, 9. 1. Sam. 17, 4. Jeſ. 40, 12. Ezech. 43, 13.

ח

חָבָא *Abſcondit*, *Occultavit*. Sed in Kal non legitur. In Niphal נֶחְבָּא *Abſconditus*, *Occultatus eſt*; *Abſcondit*, *Occultavit ſe*; *Latitavit*, *Delituit*, Jud. 9, 5. נַחְבֵּאתָ לִבְרֹחַ *Abſcondiſti te fugere*, i. e. occultè fugiſti, Gen. 31, 27. וְנַחְבֵּתֶם *Et latitabitis*, Joſ. 2, 16. pro וְנַחְבֵּאתֶם, tertiâ radicali א per Syncopen concisâ. Infin. הֵחָבֵא *Abſcondere ſe*, Dan. 10, 7. Sed 1. Reg. 22, 25. eſt לְהֵחָבֵה, *Ad abſcondendum ſe*, א cum ה permutatô; & Jer. 49, 10. eſt נֶחְבָּה *Abſcondi*, Præteriti Charactere retentô, & א cum ה permutatô. Fut. אֵחָבֵא *Abſcondam me*. Cum ו Converſivô וָאֵחָבֵא Et *abſcondi* me, Gen. 3, 10. Pual חֻבָּא *Abſconditus*, *Occultatus eſt*. חֻבְּאוּ *Occultantur*, Job. 24, 4. Hiphil הֶחְבִּיא *Abſcondit*, *Occultavit*. F. הֶחְבִּיאָה *Abſconderat*, Joſ. 6, 25. Sed verſu 17. hujus capitis eſt הֶחְבְּאַתָה *Diligenter abſcondit*, cum ה Emphaticô, quô accedente Afformativum ה in ת mutandum fuit, (ִ.) autem in (:) Ita quoque in נִפְלְאַתָה *Valde mirabilis fuit*, 2. Sam. 1. 26. Fut. אַחְבִּיא *Occultabo*. Hophal הָחְבָּא *Abſconditus*, *Occultatus eſt*. וּבְבָתֵּי כְלָאִים הָחְבָּאוּ Et in domibus carcerum *abſconduntur*, Jeſ. 42, 22. Hithpael הִתְחַבֵּא *Abſcondit*, *Occultavit ſe*; *Abſconditus*, *Occultatus eſt*. אֲשֶׁר הִתְחַבְּאוּ שָׁם Ubi *occultati fuerunt*, 1. Sam. 14, 11. Fut. וַיִּתְחַבְּאוּ *Et abſconderunt ſe*, 1. Sam. 13, 6. Part. מִתְחַבֵּא *Latitans*, 2. Reg. 11, 3.

1) Generatim notat *ſubductionem* ſive *ſui*, ſive *alterius* ex conſpectu vel vi alterius. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *ſe abſcondere* vel *occultare*, quia, qui ſe abſcondit vel occultat, ſe alterius conſpectui vel inſultibus *ſubducit*. Adhibetur autem de abſconſione vel occultatione, quæ fit 1) *ex metu iræ* alterius, in Kal, Gen. 3, 10. in Hithpael, Gen. 3, 8. 2) *Securitatis causâ*, contra alterius vim atque inſultus, in Niphal, Gen. 31, 27. Joſ. 2, 17. c. 10, 16. 27. 2. Sam. 17, 9. 1. Reg. 22, 25. 2. Chron. 18, 24. Am. 9, 3. in Pual Job. 24, 4. in Hiphil, Joſ. 6, 17. 25. 1. Reg. 18, 4. 13. 2. Reg. 6, 29. in Hithpael, 1. Sam. 13, 6. c. 14, 11. 22. c. 23, 23. 2. Reg. 11, 3. 2. Chron. 22, 9. 12. 3) *Reverentiæ & honoris ergò*, Job. 29, 8. 10. 4) ex *modeſtiâ*, 1. Sam. 10, 23. 5) *Inſidiarum ſtruendarum* causâ, 2. Reg. 7, 12. β) *Metonymicè* eſt *protegere* atque *tueri* aliquem contra *virulentiam linguæ calumniatoris*, Job. 5, 21. atque *inſultus hoſtium*, Jeſ. 49, 2.

מַחֲבֵא m. *Abſconſio; Latibulum.* Tantum extat Jeſ. 32, 2. מַחֲבֵא רוּחַ *Latibulum venti*, h. e. *locus*, in quo ſe abſcondunt homines ad injuriam venti vehementioris evitandam.

מַחֲבֹאִים m. pl. *Latibula; loca*, ubi aliquis ſe *abſcondere* poteſt, ut ſit ſecurus & tutus, 1. Sam. 23, 23.

חָבַב *Fovit*, item, *impensè dilexit.* Legitur ſaltem Participium, Devt. 33, 3. חֹבֵב ad deſignandum *impenſiſſimum Dei amorem erga Iſraelitas*, quos paternè fovebat, & quaſi in ſinu geſtabat.

חֹב m. *Sinus, Gremium*, à *fovendo* nomen ducens, quia fovemus, quæ in ſinu geſtamus. Semel occurrit cum Suff. בְּחֻבִּי *In ſinu meo*, Job. 31, 33. Ita interpretatur Chaldæus, בְּעִטְפִּי *In ſinu meo*, quem ſequuntur, Mercerus, Coccejus, Seb. Schmidius, & alii. Sed Kimchi, & qui hunc ſequuntur, arbitrantur eſſe Infinitivum radicis חָבַב, & vertunt: *In diligere me*, i. e. *præ dilectione mei.* Sed prior ſignificatio textui videtur eſſe convenientior.

חָבָה *Latitavit, Abſcondit ſe.* Imper. חֲבִי *Latita*, Jeſ. 26, 20. Sæpius non occurrit.

חֶבְיוֹן m. *Abſconſio, Occultatio.* Tantùm reperitur, Hab. 3, 4.

חָבַט *Excuſſit, Decuſſit.* Part. חֹבֵט חִטִּים *Excutiens* erat tritica, Jud. 6, 11. Niphal נֶחְבַּט *Excuſſus eſt.* Fut. יֵחָבֶט־ *Excutietur*, Jeſ. 28, 27.

1) Generatim notat *excutere*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) notat *excutere baculò*, vel *virgâ ex folliculis frumenta*, vel *legumina*, Jud. 6, 11. Ruth. 2, 17. Jeſ. 27, 12. c. 28, 27. β) notat *excutere baculò fructus ex arboribus*, Devt. 24, 20.

חָבַל *Pignoratus eſt, in pignus accepit; Perdidit, Corrupit, Deſtruxit, Corruptus eſt.* חֲבֹל חָבַלְנוּ לָךְ *Corrumpendo corrupti ſumus* tibi, Neh. 1, 7. Fut. וְלֹא תַחֲבֹל בֶּגֶד אַלְמָנָה Nec pignori capies veſtem viduæ, Devt. 24, 17. Niphal נֶחְבַּל *Perditus, Corruptus eſt; Corrupit, Perdidit ſeipſum, Exitio ſibi ipſi eſt.* בָּז לְדָבָר יֵחָבֶל־לוֹ Spernens verbum, *perdit ſe ipſum*, vel exitio eſt ſibi ipſi, Prov. 13, 3. Piel חִבֵּל *Perdidit, Corrupit; Parturivit.* וְחִבֵּל אֶת־מַעֲשֵׂה יָדֶיךָ Ut *corrumpat* opus manuum tuarum, Eccl. 5, 5. חִבְּלַתְךָ אִמֶּךָ *Parturivit* te mater tua, Cant. 8, 5. Pual חֻבַּל *Corruptus eſt.* וְחֻבַּל עֹל *Et corrumpetur* jugum, Jeſ. 10, 27. רוּחִי חֻבָּלָה *Corruptus eſt ſpiritus meus*, Job. 17, 1.

1) Generatim *ligandi* vel *conſtringendi* ſignificationem habet. 2) Speciatim α) notat *pignorari*, quia pignus eſt vinculum fidei datæ, isque, qui dedit pignus, quaſi *ligatur & obſtringitur.* Proinde adhibetur de *acceptione boni mobilis* in fidem datæ promiſſionis, ita, ut dominium relinquatur ei, qui pignus dedit, poſſeſſio autem ſit penes eum, qui pignus accepit, Exod. 22, 25. Devt. 24, 6. 17. Job. 22, 6, c. 24, 3. 9. Prov. 20, 16. c. 27, 13.

27, 13. β) Significat *perdere, corrumpere, deſtruere*, quia, quod perditur ac corrumpitur, *continuatio τȣ͂ eſſe & ſtatus* ipſius quaſi ligatur & conſtringitur, ut vel penitus deſinat, vel ſaltem deterior reddatur. Hinc deſignat *vel* rei totalem corruptionem atque interitum, Eccl. 5, 5. *vel rei* ex ſtatu bono & proſpero in ſtatum malum & miſerum translationem, qualis eſt corruptio vinearum per vulpes, h. e. Eccleſiarum Chriſti per *tyrannos & hæreticos*, Cant. 2, 15. *regionis* per hoſtes, Jeſ. 13, 5. c. 54, 16. *egeni* per mendaces ſermones ſtulti & avari, Jeſ. 32, 7. improborum per immiſſionem graviſſimarum pœnarum, Mich. 2, 10. γ) In Piel ſignificat quandoque *parturire*, non ſolum, quia parturientes doloribus quaſi vinculis quibusdam conſtringuntur, ſed etiam, quia non infrequenter difficili partu laborantes pereunt & vitam finiunt. Ita Metaphoricè *a*) dicitur de *Eccleſiâ*, quæ multos filios filiasque ſpirituales per verbum & Sacramenta gignit & parit, Cant. 8, 5. *b*) transfertur *ad anxios cruciatus & conatus improborum* circa executionem malorum conſiliorum, quæ in animo, velut utero quodam concepta, inſtar mulieris parturientis volunt eniti, Pſalm. 7, 15.

חֵבֶל m. *Dolor vehementiſſimus*, à *ligando & conſtringendo* ſic dictus. בְּטֶרֶם יָבוֹא חֵבֶל לָהּ Antequam venit *dolor* ei, Jeſ. 66, 7. Plur. חֲבָלִים *Dolores*. חֲבָלִים יֹאחֱזוּךְ כְּמוֹ אֵשֶׁת לֵדָה *Dolores* apprehendent te ſicut mulierem partus, Jer. 13, 21. In Statu Conſtr. חֶבְלֵי יוֹלֵדָה *Dolores* parturientis, Hoſ. 13, 13. Cum Suff. תִּזְעַק בַּחֲבָלֶיהָ Clamat in *doloribus* ſuis, Jeſ. 26, 17.

1) Generatim & vi originis notat *ligamentum*, quô aliquid arctè ligatur atque conſtringitur. 2) Speciatim α) *propriè* notat *funem*, quô aliquid arctiſſimè ligari atque conſtringi poteſt, ceu colligere eſt ex Pſalm. 119, 61. β) *Metaphoricè* notat 1) *graviſſimos dolores & cruciatus*, qui quaſi funibus undiquaque arctiſſimè ligant & conſtringunt, ut ſunt *dolores parturientium*, tùm hominum, Jeſ. 13, 8. c. 26, 17. Jer. 13, 21. c. 22, 23. c. 49, 24. Hoſ. 13, 13. tùm brutorum, Job. 39, 6. morti vicinorum, Pſal. 18, 5. & damnatorum, 2. Sam. 22, 6. Pſalm. 18, 6. Pſalm. 116, 3. conf. Seb. Schmid. in 2. Sam. 22, 5. & Geierum in Pſalm. 116, 3. item *impiorum*, quos Deus graviſſimè punit tàm in hoc, quàm in futuro ſeculo, Job. 21, 17. 2) *Graviſſima mala, maximas calamitates & vehementiſſimas anguſtias*, quibus improbi velut funibus ac vinculis quaſi ligantur ac conſtringuntur, Jer. 13, 21. c. 22, 23.

חֶבֶל m. *Funis*, à *ligando & conſtringendo* ſic dictus. וַיְמַדְּדֵם בַּחֶבֶל Et dimenſus eſt eos *fune*, 2. Sam. 8, 2. Cum Suff. חַבְלוֹ *Funis ejus*, Job. 18, 10. Plur. חֲבָלִים *Funes*, 2. Sam. 8, 2. וַיִּמְשְׁכוּ אֶת־יִרְמְיָהוּ בַּחֲבָלִים Tum extraxerunt Jeremiam per *funes*, Jer. 38, 13. In Statu Conſtr. יִלָּכְדוּן בְּחַבְלֵי עֹנִי׃ Detinentur in *funibus* miſeriæ, i. e. miſeriam afferentibus, Job. 36, 8. Cum Suff. חֲבָלָיו בַּל יִנָּתֵקוּ *Funes ejus* non avellentur, Jeſ. 33, 20.

1) Generatim & vi originis ſignificat *ligamentum quodcunque.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *funem* qui factus eſt ad ligandum, conſtringendum, capiendum, metiendum &c. Hinc dicitur de *fune*, quo ligatur homo, Job. 36, 8. Leviathanis lingua, Job. 40, 20. demittebantur exploratores, Job. 2, 15. *Propheta* in foveam, Jer. 38, 6. & inde iterum extrahebatur, Jer. 38, 13. *caput*, in Symbolum promeriti ſupplicii ultimi, 1. Reg. 20, 31. quô extensô terra menſuratur, Am. 7, 17. &c. *β*) *Tropicè* 1) per *Metonymiam* notat *a*) *id, quod fune metiri ſolemus*, ſcilicet tùm *hæreditatis portionem fune demenſam*, Joſ. 17, 5. 14. c. 19, 9. 29. 1. Chron. 16, 18. Pſalm. 105, 11. quæ Metonymica ſignificatio quandoque *Metaphorum* comitem habet, ut Devt. 32, 9. ubi *Jacob* dicitur *funis hæreditatis Domini*, i. e. peculiaris ejus populus, quem ſibi acquiſivit; it. Pſalm. 16, 6. ubi *Eccleſia Chriſti* indigitatur, quem ſuo ſibi acquiſivit ſanguine; tùm *tractum aliquem*, ſive *terræ*, Devt. 3, 4. 13. 14. ſive *maris*, Zeph. 2, 6. 7. *b*) *id, quod ex fune fit*, ut *tendiculam*, quæ capturæ avium inſervit, ceu colligitur ex Job. 18, 10. Pſalm. 140, 6. ubi amplius per Metaphoram eſt ſymbolum tùm *exitii & interitus*, nempe Job. 18, 10. tùm *inſidiarum*, ceu Pſalm. 140, 6. 2) Per *Metaphoram* inſuper adhibetur ad deſignandum *a*) *impiorum colligationem & conſpirationem*, Jeſ. 5, 18. *b*) *peccati reatum*, qui peccatoris animum ligat obligatque Deo ut judici, Satanæ ut tortori, inferno ut carceri &c. Prov. 5, 22. *c*) *Inſignem Φιλανθρωπίαν* & humanitatem, quâ Deus Iſraelitas ex Ægypto eduxit, Hoſ. 11, 4. *d*) *Catervam, Cœtum, Turbam* inſtar *funis* coadunatam, 1. Sam. 10, 8. 10.

חֲבֹל m. *Pignus*, quô dans illud quaſi *ligatur* & *obſtringitur.* Ter ſaltem legitur, Ezech. 18, 12. 16. c. 33, 15.

חֲבֹלָה f. *Pignus*, quô, qui illud dat, velut *ligatur* & *obſtringitur.* Semel occurrit Cum Suff. חֲבֹלָתוֹ *Pignus ejus*, Ezech. 18, 7.

חִבֵּל m. *Malus*, der Maſt⸗ oder Seegel⸗Baum am Schiffe. Dicitur ita, quia exinde חֹבְלִים *Nautæ*, inſtruunt atque ordinant חֲבָלִים *funes nauticos*, vel quia multi funes ei alligati ſunt. Tantum extat Prov. 23, 34.

חֹבֵל m. *Nauta, Nauclerus, Gubernator navis*, qui *funibus* navim gubernat, Jon. 1, 6. Plur. חֹבְלִים *Nautæ.* In Statu Conſtr. חֹבְלֵי הַיָּם *Nautæ* maris, Ezech. 27, 29. Cum Suff. חֹבְלַיִךְ *Nautæ tui*. Ezech. 8, 27. 28. Sæpius non occurrit.

חֹבְלִים m. pl. Nomen *baculi paſtoralis*, Zach. 11, 7. & 14. Circa hujus nominis notationem definiendam vel determinandam Interpretes variant. B. Lutherus eum vocavit: den Stab Weh. A quo non abit B. Seb. Schmidius, eum appellans *baculum dolentium.* Sed Druſio eſt *baculus devincientium.* Ita enim in l. c. commentatur: Aſſentior iis, qui convertunt, *devincientium.* Facit huc v. 14. ſed & ratio. חבל eſt

eſt *funis*. Hinc חוֹבֵל *qui funibus aliquid vincit*, & מחבל, *qui ea, quæ funibus vincta ſunt, diſſolvit*. Porrò *baculus vincientium* figurat *concordiam & ſocietatem*, quæ inter tribus Juda & Iſrael,

תַּחְבּוּלוֹת f. pl. *Solertia*, quibus actiones vel res ita quaſi *ligantur* & diriguntur, ut ne exorbitent, aut exoptato ſucceſſu & eventu excidant. Dicitur autem α) de *ſapientisſima & ſumma ſolertia*, quam *Deus* in gubernatione nubium adhibet, Job. 37, 12. β) de hominum *ſolertiâ, peritiâ, ac conſiliis*; quibus ſe aliosve dextre regunt, & inſtar peritorum nautarum è variis eluctantur periculorum ſcopulis, Prov. 1, 5. c. 11, 14. c. 20, 18. c. 24, 6. Aſt Prov. 12, 5. adhibetur ad deſignandas *fraudulentas impiorum ſolertias & inventiones*, quæ feruntur in negotii ſuſceptionem, incommodi declinationem, commodi acquiſitionem &c. Sæpius non legitur.

חָבַץ *Presſit, Compresſit*, item *Congesſit, Collegit*, apud Rabbinos & Talmudiſtas. Inde deducunt

חֲבַצֶּלֶת f. *Roſa*, quam à multorum foliorum *congerie* vel *collectione* ſic dictam putant. Bis ſaltem legitur, Cant. 2, 1. ubi Chriſtus, ſponſus ſe comparat *roſæ*, ratione pulchritudinis, ſvavitatis & utilitatis. Et Jeſ. 35, 1. adhibetur ad deſignandum *latum*, poſt gravisſimas afflictiones, *Eccleſiæ ſtatum*.

חָבַק *Implicuit, Applicavit, Complicavit, Amplexus eſt*. Part. הַכְּסִיל חֹבֵק אֶת־יָדָיו Stultus *complicat* manus ſuas, Eccl. 4, 5. Inf. עֵת לַחֲבוֹק Tempus ad *amplectendum*, Eccl. 3, 5. Piel חִבֵּק *Amplexus eſt*. חִבְּקוּ צוּר *Amplectuntur* rupem, Job. 24, 5. Fut. וּתְחַבֵּק חֵק נָכְרִיָּה Et amplecteris *ſinum* alienigenæ, Prov. 5, 20. וַיְחַבֶּק־לוֹ *Et amplexus fuit* eum, Gen. 49, 13.

1) Generatim notat *arcte applicare* ſe rei, vel *rem* rei. 2) Speciatim α) eſt *complicare*, quia, qui res aliquas complicat, unam alteri arctè *applicat*. Ita dicitur de complicatione *manuum*, quæ eſt pigrorum, Eccl. 4, 5. β) Significat *amplecti*, quia rem amplexurus, ſe arctè ei applicat. Hinc adhibetur 1) de *mutuis & ſvavibus amplexibus* Parentum & liberorum, Gen. 48, 10. 2. Reg. 4, 6. fratrum, Gen. 33, 4. cognatorum, Gen. 29, 13. item de amplexu *ſponſæ*, dexterâ ſponſi non ſine deliciis factâ, Cant. 2, 6. c. 8, 3. & *ſapientiæ* à cultoribus ejus, Prov. 4, 8. 2) de *firma amplexatione rupis* ab iis facta, qui inundationem validam evadere cupiunt, Job. 24, 8.

חִבּוּק m. *Complicatio*. Bis legitur. חִבֻּק יָדַיִם *Complicatio manuum*, Prov. 6, 10. c. 24, 33.

חָבַר *Junxit Conjunxit*, item: *Junctus, Conjunctus, Copulatus, Sociatus, Adſociatus, Conſociatus eſt*; *ſe ſociavit, Adſociavit, Conjunxit alteri*; *Incantavit*. חָבְרוּ *Conjungebant, congregabant ſe*, Gen. 14, 3. Part. pl. F. חֹבְרֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחוֹתָהּ כַּנְפֵיהֶם Ita, ut *conjungerent* fœmi-

fœminam ad ſororem ſuam, i. e. unum ad alterum alas ſuas, Ezech. 1, 9. Part. Paul חָבוּר *Junctus*, *Conjunctus*, *Sociatus.* In Statu Conſtr. חֲבוּר עֲצַבִּים אֶפְרָיִם *Sociatus* idolis Ephraim, Hoſ. 4, 17. Piel חִבֵּר & חַבֵּר *Firmiter, arctè junxit*, *Conjunxit*; item *Sociavit*, *Societatem iniit.* חִבַּרְתָּ אֶת־הַיְרִיעוֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ בַּקְּרָסִים *Firmiterque junges* aulæa unum ad alterum per anſulas, Exod. 26, 6. Fut. וַיְחַבֵּר *Et conjunxit*, Exod. 36, 10. Pual חֻבַּר *Junctus*, *Conjunctus*, *Sociatus*, *Conſociatus eſt.* שֶׁחֻבְּרָה לָּהּ *Quæ conjuncta eſt ei*, Pſal. 122, 3. Fut. הַיְחָבְרְךָ *Num aſſociabitur* tibi? Pſalm. 94, 20. Hiphil הֶחְבִּיר *Junxit*, *Conjunxit*, *Compoſuit.* Fut. אַחְבִּירָה עֲלֵיכֶם בְּמִלִּים *Componerem* contra vos verba? Job. 16, 4. Hithpael הִתְחַבֵּר *Sociavit*, *Conſociavit ſe*, *Societatem iniit* cum aliquo, pro quo 2. Chron. 20, 35. eſt אֶתְחַבַּר *Societatem iniit*, א cum ה alternante. Infin. בְּהִתְחַבֶּרְךָ עִם־אֲחַזְיָהוּ Propter *iniiſſe te ſocietatem*, i. e. quoniam ſocietatem iniiſti cum Ahaſia, 2. Chron. 20, 37.

1) Generatim notat *συνάΦειαν* & *conjunctionem.* 2) Speciatim *α*) *propriè* ſignificat *conſociationem* perſonarum, partium vel rerum, quæ ſunt ejusdem *conditionis*, *ſpeciei* vel *rationis.* Hinc legitur 1) de *conſociatione hominum*, ut conjunctis viribus alios bello perſequantur, Gen. 14, 3. navibus factis mare tranſeant, 2. Chron. 20, 35, 36. ſopitis diſſidiis pacem & amicitiam faciant, Dan. 11, 6. idola ſectentur, ab eorum cultu non facilè disjungendi aut ſeparandi, Hoſ. 4, 17. 2) de *conſociatione* ac *conjunctione hominum & rerum.* Ita Pſalm. 122, 3. *Hieroſolyma* dicitur conjuncta & conſociata *tùm* pulchrâ ædificiorum cohæſione, cum non conſtet domunculis hinc inde diſperſis, ceu pagi, ſed connexis & cohærentibus ædificiis, quibus tota ſibi veluti conjuncta erat; tum civium inſtar membrorum in uno corpore ſub uno capite ſibi ſociatorum *harmoniâ.* 3) De *Conjunctione & conſociatione rerum*, e. g. *omerum* in Ephodo, quarum utraque in extremitatibus conjungebatur, Exod. 28, 7. c. 39, 4. *aulæorum* in tentorio, Exod. 26, 3. 6. 9. 10. 13. 16. *partium* tentorii, Exod. 26, 11. c. 36, 18. *β*) *Metonymicè* ſignificat 1) *placere*, *probari*, quia conjungimus & conſociamus, quæ nobis placent, & probantur, Pſ. 94, 20. 2) *Incantare*, quia *incantando & adjurando* ſerpentes, aut alia animalia noxia, *conſociantur*, ut ipſorum operâ aliquis ſine noxâ uti queat. Maimonidi in *Tract. Avoda Sara* c. 11. §. 11. חוֹבֵר *generatim* notat *eum*, *qui certis verbis & carminibus ad mira quævis patranda utitur*; *ſpeciatim* autem *eum*, *qui ſerpentes certis carminibus incantare ſolet.* In hoc ſignificatu bis legitur, Devt. 18, 11. Pſalm. 58, 6.

חָבֵר m. *Socius*, *Sodalis*, *Conſors*, Pſalm. 119, 36. Cum Suff. חֲבֵרוֹ *Socius ejus*, Eccl. 4, 10. Plur. חֲבֵרִים *Socii*, Jud. 20, 11. In Statu Conſtr. חַבְרֵי גַנָּבִים *Socii furum*, Jeſ. 1, 23. Cum Suff. חֲבֵרֶיךָ *Socii tui*, Cant. 1, 7.

1) Generatim notat *conjunctum* alteri, quacunque ratione. 2) Speciatim

tim *α*) *propriè* notat *ſocium*, ſeu *eum*, qui *vel* communione ſortis, *vel* paritate ſtudiorum aut affectuum nobis conjunctus eſt, Jud. 20, 11. Pſ. 119, 63. Eccl. 4, 10. Jeſ. 44, 11. Conf. Pſalm. 45, 8. ubi conſortes vel ſocii *Meſſiæ* vocantur, qui cum Chriſto idem nomen nacti ſunt, ut Sacerdotes, Prophetæ & Reges; vel, ut Geierus interpretatur, qui *vel* ration[illegible]pi, *vel* ratione communis humanæ naturæ, *vel* ratione ſpiritualis regenerationis *Meſſiæ* ſocii fuerunt. Aſt Cant. 1, 7. per ἀντίφρασιν ſocii Meſſiæ ſunt hæretici & hypocritæ, cum minus tales eſſent, utpote qui habebant formam pietatis, ſed virtutem ipſius abnegabant transfigurantes ſe in Apoſtolos & miniſtros Chriſti, 2. Cor. 11, 15. Vide quoque Cant. 8, 13. ubi indigitantur *ſocii religionis*. *β*) *Metaphoricè* notat *ſimilem*, quia ſocius ſimili conjungi & adſociari ſolet, Prov. 28, 24. Jeſ. 1, 23.

חֲבֶרֶת f. *Socia*. Semel legitur cum Suff. חֲבֶרְתְּךָ *Socia tua*, ſcil. *ſocia tori*, quæ matrimonio tibi *juncta* eſt, Mal. 2, 14.

חַבָּר m. *Socius*, qui alteri eſt junctus. Semel legitur in Plurali חַבָּרִים *Socii*, Job. 40, 25. ubi intelliguntur *ſocii piſcationis*.

חֶבֶר m. *Societas*, *Sodalitium*, *Conſociatio*; *Incantatio*. Plur. חֲבָרִים *Incantationes*, Pſalm. 58, 6.

1) Generatim notat *conjunctionem*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *ſocietatem*, vel *conſociationem*. Ita dicitur de *ſocietate Sacerdotum*, Hoſ. 6, 9. & de *domo ampla*, quæ plurium ſocietatum ſeu familiarum capax eſt, Prov. 21, 9. c. 25, 24. *β*) *Metonymicè* notat *incantationem*, qua quis, certô vocum magicarum conſortio factô, aliquem effectum, aliàs naturæ, vel noſtris viribus impoſſibilem obtinere nititur, Devt. 18, 11. Pſalm. 58, 6. Jeſ. 47, 9. 12. Sæpius non legitur.

חֶבְרָה f. *Societas Sodalitium*. Semel legitur de *Sodalitio* cum improbis, Job. 34, 8.

חֶבְרוֹן m. *Hebron*, nomen proprium urbis antiquiſſimæ, à *conſociatione* ſic dictæ, quod ibi plures in unum locum *aſſociarentur*, in eandem collecti communionem; in oppoſitione ad *paganos*, qui per villas agrosque adhuc diſperſi ſeparatim vitam agebant, in ſingulas diviſi familias. Septem annis *Zoane*, Ægypti urbe, antiquior erat, Num. 13, 23. Aliquamdiu dicta fuit קִרְיַת אַרְבַּע Gen. 23, 2. c. 35, 27. Joſ. 14, 15. c. 15, 13. Jud. 1, 10. à Viro inter *Enakim* præcipuo, Gen. 25, v. ult. q. d. Arba-Stadt. Audiendi enim non ſunt, qui utramque vocem appellativè interpretantur, ſive, quod fuerit urbs quatuor gigantum, quos ibi habitaſſe putat Raſchi ad Gen. 23, 2. nempe, *Achiman*, *Schiſchai*, *Talmai*, eorumque *Patris*; *ſive* quod vel *quatuor Conjuges inſigniores*, Adam ſcil. & Eva, Abraham & Sara, Jſaac & Rebecca, & Jacob ac Lea, ibi fuerint ſepulti, ceu, referente Raſchi, Talmudiſtæ arbitrantur, Cod. Sota f. 13. vel *quatuor juſti* ibi ſint ſepulti, nempe Adam, Abraham, Iſaac & Jacob, ceu in *Bereſchith rabba* opinantur. Ipſa enim Scriptura ſatis diſertè adſerit, *Arba* eſſe nomen proprium hominis, Gigantum celeberrimi, Joſ. 14, 15. prout

hæc verba Aben Eſra accommodat ad Gen. 23,2. quem alibi *Enaki* patrem vocat, Joſ. 21,11. qui *Enak* tres alios reliquit filios, *Schiſchai, Achiman,* & *Talmai,* Num. 13,22. Joſ. 15,14. Jud. 1,10. quos Judæi ductu Calebi interfeciſſe dicuntur ll. cc. Accedit, quod Joſ. 14,15. Jud. 1,10. dicatur, nomen *Hebronis* antea fuiſſe urbem *Arba*, non autem, urbem Hebron antea fuiſſe habitationem quatuor inſignium virorum; item, quod nuſpiam dicatur, antea nomen Hebronis fuiſſe *Kirjath Arba*, ſed ſimpliciter, urbem *Arba* fore Hebron. Vid. Prælect. eruditiſſ. Dn. D. Danzii. Sita erat hæc urbs in tribu Judæ, quam Caleb occupavit, Joſ. 15,13. In hac urbe David ſeptem annis cum dimidio ſedem regiam habuit, 2. Sam. 5,5. quam poſtea Hieroſolymam transtulit, 2. Sam. 5,6.

חַבּוּרָה f. *Vibex, Plaga, Livor,* à *collectione* ſanguinis & ſaniei nomen trahens. Cum Suff. לְחַבֻּרָתִי *In vibicem mihi,* Gen. 4,23. Plur. חַבּוּרוֹת *Vibices.* Cum Suff. נָמַקּוּ חַבּוּרֹתָי Contabuerunt plagæ meæ, Pſalm. 38,6.

1) Generatim & vi originis *conſociationem & collectionem* infert. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *vibicem*, quæ prodit *collectionem ſanguinis* ex contuſione vel percusſione tumeſcentem; ſeu *plagam*, ex ſanguine concretô in exteriori cute, ex contuſione vel percusſione enatam, unde poſtea generatur & colligitur ſanies, Gen. 4, 23. Exod. 21, 25. Conf. Prov. 20, 30. ubi *vibici* crucianti & cutem corporis deformanti comparatur *abſterſio malitiæ* in homine improbo ſeveris monitis, objurgationibus & comminationibus tentata & inſtituta. β) *Metaphoricè* deſignat *omne genus afflictionis & pœnæ ob antegreſſa peccata immiſſæ.* Inde legitur non ſolum de gravisſimis pœnis populo Judaico inflictis, Jeſ. 1, 6. Sed etiam de peccati damno, pœna, iræque divinæ ſenſu, Pſalm. 38, 6. Sæpius non occurrit.

חַבֻּרָה f. *Vibex*, ſic dicta, quod ex contuſione vel percusſione vehementiori in ea ſanguis conſocietur & colligatur. Semel legitur, Jeſ. 53,5. cum Suff. בַּחֲבֻרָתוֹ *Vibice ejus.*

חֹבֶרֶת f. *Junctura, Commiſſura.* Tantum legitur, Exod. 26, 4. 10. c. 36, 17.

חֲבַרְבֻּרוֹת f. pl. *Maculæ liventes.* Extat ſaltem Jer. 13, 23.

הִתְחַבְּרוּת f. *Conſociatio.* Tantum occurrit Dan. 11, 23.

מַחְבֶּרֶת f. *Junctura, Commiſſura*, Exod. 26, 4. 5. c. 36, 11. 12. 17. Cum Suff. לְעֻמַּת מַחְבַּרְתּוֹ Prope *juncturam ejus*, Exod. 28, 27. c. 39, 20.

מְחַבְּרוֹת f. pl. *Junctura, Commiſſura.* Bis legitur 1. Chron. 22, 3. 2. Chron. 34, 11.

חָבַשׁ *Ligavit, Alligavit; Obligavit; Inſtravit;* Conſtruitur vel abſolutè, vel intervenientibus particulis אֵת, עַל, ל. וְחָבַשְׁתָּ לָהֶם מִגְבָּעוֹת

מִגְבָּעוֹת *Et alligabis* eis tiaras, Exod. 29, 9. וְלַנִּשְׁבֶּרֶת לֹא חֲבַשְׁתֶּם Et fractam non *obligaſtis*, Ezech. 34, 4. Part. Paul סוּף חָבוּשׁ לְרֹאשִׁי Alga *alligatum erat* capiti meo, Jon. 2, 6. חֲמֹרִים חֲבוּשִׁים *Aſini inſtrati*, Jud. 19, 10. Infin. לַחֲבֹשׁ לְנִשְׁבְּרֵי לֵב *Ad obligandum* fractos corde, Jeſ. 61, 1. Fut. אֶחֱבֹשׁ *Ligabo*. Cum ה Paragogico, אֶחְבְּשָׁה לִּי הַחֲמוֹר *Ligabo, inſternam* mihi aſinum, 2. Sam. 19, 27. Piel חִבֵּשׁ *Ligavit, Obligavit*. מִבְּכִי נְהָרוֹת חִבֵּשׁ A fletu flumina *ligat*, i. e. facit, ut fletus petrarum in flumina non erumpat, Job. 28, 11. וּמְחַבֵּשׁ לְעַצְּבוֹתָם Et *obligat* dolores eorum, Pſalm. 147, 3. Pual חֻבַּשׁ *Ligatus, Obligatus eſt*. חֻבָּשָׁה *Obligabitur*, Ezech. 30, 21. ponitur per Enallagen Præteritum pro Futuro, ad indicandam comminationis divinæ certitudinem.

1) Generatim *ligandi* notionem obtinet. 2) Speciatim α) eſt *alligare ornamenta*, Exod. 29, 9. Lev. 8, 13. Ezech. 16, 10. β) Significat *obligare*, **verbinden**. Ita verò adhibetur *a*) ad deſignandam *obligationem vulnerum & membrorum læſorum* vel *fractorum*, ubi Chirurgi balſamis infuſis, emplaſtris appoſitis, partibusque læſis rectè adductis, vulnera faſciis ligare & curare laborant. Unde idem eſt ac *curare, ſanare, mederi*, & per *Metaphoram* adhibetur *tùm* ad deſignandam *curationem ſpiritualem*, qua *fracti corde* h. e. de peccatis anxiè dolentes, benigniſſimè tractantur, animi dolores & anxietates verbo Evangelii emolliuntur, & denique penitus tolluntur, Pſalm. 145, 3. Jeſ. 61, 1. Ezech. 34, 4. tùm ad indigitandam *quamvis malorum averruncationem & boni reductionem*, Job. 5, 18. Jeſ. 30, 26. Hoſ. 6, 1. Hinc *negatâ vulnerum & membrorum læſorum obligatione*, indicatur, clades & pœnas ob antegreſſa peccata divinitus inflictas nulla ex parte levari aut tolli, Jeſ. 1, 6. Ezech. 30, 21. *b*) Transfertur ad *obligationem hominum ad obſequium*, &, hôc omiſſô, ad *ſubeundam pœnam*, ut idem ſit, ac *dominari, imperare*, non ſolum, quia imperans ſubditos legibus ligat & coërcet, transgreſſoresque legum in vincula conjicit, ſed etiam, quia membra Reipublicæ colligat, ut concreſcant, & in bono ſtatu cohæreſcentes vigeant, inſtar prudentis Chirurgi, qui vulnus obligans illud coaleſcere facit, & operam dat, ut bene coeat, atque in ſtatum ſanitatis redeat, Job. 34, 17. Jeſ. 3, 7. γ) Significat *ſternere*, vel *inſternere jumenta*, quia jumenta, dum ſternuntur, clitellis ligantur, Gen. 22, 3. Num. 22, 21. Jud. 19, 10. 2. Sam. 16, 1. c. 17, 23. 1. Reg. 2, 40. c. 13, 13. 23. 27. 2. Reg. 4, 24.

חָבַת *Arſit ignis*, apud Syros. Inde eſt

חֲבִתִּים m. pl. *Sartagines* vel *cacabi*, ſic dicti, quod ignis ardens iis ſupponi ſoleat. Semel legitur 1. Chron. 9, 21.

מַחֲבַת f. *Sartago, Cacabus*, ſic vocatus, quod ei ignis ardens ſupponi ſoleat. Legitur Lev. 2, 5. c. 6, 14. c. 7, 9. 1. Chron. 23, 29. Ezech. 4, 3.

חָגַב *Texit, Obtexit, Velavit*, apud Arabes. Inde eſt

חָגָב m. *Locuſta*, quæ Bocharto in Hieroz. Præf. p. 9. ſic dicitur ab umbra, quâ ſolem *obtegit*; vel quia, quando locuſtæ turmatim volant, lumini ſolis quaſi *velum obducunt*. Plur. חֲגָבִים *Locuſtæ*, Num. 13, 34. Quinquies ſaltem in Scriptura legitur, *propriè* deſignans *animalculum parvum*, ſed frugibus admodum nocivum, 2. Chron. 7, 13. relatum inter illa inſecta, quæ longioribus retrò cruribus ſaliunt, Lev. 11, 22. collato verſu 21. quibus comparantur homines parvi, Num. 13, 34. in univerſum omnes in ordine ad Deum, Jeſ. 40, 22. *Metaphoricè* autem deſignat *ſpinam dorſi*, quæ locuſtæ comparatur ob plures vertebras, quæ in eo ſunt. Macilenti enim locuſtarum corpuſculi internodia pedesque graciles ſenis dorſum nodoſum, reliquaque membra macilenta egregiè adumbrant. Vid. B. Glaſſii Rhet. S. p. 488.

חָגַג *Motus in gyrum, Circumactus fuit; Subſiliit, Tripudiavit cum gaudio; Feſtum diem egit, celebravit.* וְחַגֹּתֶם אֹתוֹ חַג לַיהוָה Et *feriamini* eum feſtum Domino, Exod. 12, 14. Infin. לָחֹג אֶת־חַג הַסֻּכּוֹת *Ad feriandum* feſtum tabernaculorum, Zach. 14, 18. Fut. תָּחֹגּוּ אֶת־חַג יְהוָה *Celebrabitis* feſtum Domini, Lev. 23, 39. Imper. חָגִּי יְהוּדָה חַגַּיִךְ *Celebra* Juda feſta tua, Nah. 1, 15.

1) Generatim videtur ſignificare *motum ſui in gyrum* vel *circulum*, vide Pſalm. 107, 27. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſubſilire, ſaltare, tripudiare præ gaudio*, 1. Sam. 30, 16. quia ſubſilientes, ſaltantes, tripudiantes, ſe circumagere & in gyrum movere ſolent. β) *Metonymicè* notat *feſtum diem agere, feriari, feſtum celebrare*, quia feſtis diebus homines gaudium animo conceptum tripudiis ac choreis ſubinde declarare ſolent. Legitur autem de *celebratione feſtorum*, Exod. 12, 14. c. 23, 14. Lev. 23, 39. 41. c. 27, 41. c. 29, 12. Devt. 16, 15. Zach. 14, 16. 18. 19. conf. Pſalm. 42, 5.

חַג m. *Feſtum, Feſtivitas.* חַג יְהוָה לָנוּ *Feſtum* Domini nobis eſt, Exod. 10, 9. חַג הַפָּסַח *Feſtum* Paſchatos, Exod. 34, 25. לַעֲשׂוֹת אֶת־חַג הַמַּצּוֹת Ad faciendum *feſtum* azymorum, 2. Chron. 30, 13. כֶּחָג Sicut *feſtum*, 1. Reg. 12. 32. Cum Suff. לְיוֹם חַגֵּנוּ Ad diem feſti noſtri, Pſalm. 81, 4. Plur. חַגִּים *Feſta*, Jeſ. 29, 1. וְהָפַכְתִּי חַגֵּיכֶם לְאֵבֶל Convertamque *feſta veſtra* in luctum, Am. 8, 10.

1) Generatim notat *feſtum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *tempus ſolenne* 1) *divinitus inſtitutum*, quò populus religionis cauſâ convenit, miſſisque conſuetis laboribus, omnibus lætus lætitiis, beneficia divina corde & ore celebrat &c. Lev. 23, 2. 4. 44. 2. Chron. 8, 13. feſtum *Paſchatos & azymorum*, Exod. 12, 14. c. 13, 7. c. 23, 15. c. 34, 17. Lev. 23, 6. Devt. 16, 16. 2. Chron. 8, 13. feſtum *tabernaculorum*, Lev. 23, 34. Devt. 16, 13. 16. c. 31, 10. Zach. 14, 16. 18. 19. 2. Chron. 8, 13. feſtum *ſeptem ſeptimanarum*, Devt. 16, 10. 16. 2. Chron. 8, 13. 2) ab *hominibus factum*, vel

vel in honorem veri *Dei*, 1. Reg. 8, 65. 2. Chron. 7, 8. 9. vel in cultum *idolorum*, 1. Chron. 12, 32. β) *Metonymicè* ſignificat *ſacrificium*, quod in die feſto offerri ſolebat. חֵלֶב חַגִּי Adeps *feſti mei*, i. e. *ſacrificii* tempore feſtivo mihi oblati, Exod. 23, 18. חַגִּים יִנְקֹפוּ *Feſta* excidant, i. e. *ſacrificia feſtorum* mactent, Jeſ. 29, 1. פֶּרֶשׁ חַגֵּיכֶם Stercus *feſtorum veſtrorum*, i. e. *ſacrificiorum* tempore feſtivali mactari ſolitorum, Mal. 2, 3. Huc quidam referunt illud, Pſ. 118, 27. אִסְרוּ חַג בַּעֲבֹתִים עַד־קַרְנוֹת הַמִּזְבֵּחַ Ligate *Feſtum* funibus usque ad cornua altaris, i. e. *ſacrificium* feſti.

חָגָּא m. *Commotio; Trepidatio.* Semel legitur Jeſ. 19, 17.

חָגָה *In loco conſtitit*, apud Arabes.

חֲגָוִים m. pl. *Fiſſuræ*, ubi aliquis conſiſtere poteſt, ſecurus quippe & tutus contra vim & inſultum adverſariorum. Ter legitur in Statu Conſtr. בְּחַגְוֵי סֶלַע *In fiſſuris petræ*, Jer. 49, 16. Obad. 1, 3. quæ refugium præbebant *Edomitis fugitivis* contra vim & impetum hoſtium; quæque *Metaphoricè*, Cant. 2, 14. deſignant *vulnera Chriſti*, quæ refugium præbent terrefactis animabus contra iram Dei, maledictum Moſis, conſcientiæ accuſationes & Diaboli inſultus.

חָגַר *Cinxit, Accinxit; Cinxit, Accinxit ſe.* בְּעוֹז חָגְרָה מָתְנֶיהָ In robore, i. e. robuſtè, animosè *accingit* lumbos ſuos, Prov. 31, 17. חָגְרוּ שַׂק *Accingunt ſe* ſaccô, Jeſ. 15, 2. Part. Benoni חֹגֵר חֲגֹרָה *Accingens* cingulum, 2. Reg. 3, 21. Part. Paul חָגוּר כְּלֵי מִלְחָמָה *Accinctus* armis belli, Jud. 18, 11. 17. חֲגֻרַת שַׂק *Accincta* ſacco, Joel. 1, 8. Infin. וְלַחְגֹּר שָׂק Et ad *accingendum* ſaccum, Jeſ. 22, 12. Fut. וַיַּחְגֹּר אֹתוֹ בָּאַבְנֵט Et *cinxit* eum balteo, Lev. 8, 7.

1) Generatim dicit *rei circumpoſitionem & applicationem.* Unde 2) ſpeciatim α) *propriè* obtinet *cingendi* vel *accingendi* ſignificationem, vel tranſitivè, vel reciprocè. Ita adhibetur de accinctione Ephodi, 1. Sam. 2, 18. 2. Sam. 6, 16. baltei, Exod. 29, 9. Lev. 16, 4. c. 8, 7. 13. armorum bellicorum, Jud. 18, 11. 17. ſpeciatim gladii, Jud. 4, 5. 1. Sam. 17, 39. c. 25, 13. ſacci, *doloris & luctûs* indicis, 2. Sam. 3, 31. Jeſ. 22, 12. Jer. 4, 8. c. 49, 3. Thren. 2, 10. Ezech. 7, 18. c. 27, 31. Joel. 1, 8. β) *Metaphoricè* 1) quia cincti ſunt *expeditiores & aptiores* ad aliquid peragendum, prout videre eſt in viatoribus, Exod. 12, 11. 2. Reg. 4, 29 c. 9, 1. & militibus pugnaturis, 1. Sam. 25, 13. Hinc adhibetur ad deſignandam *præparationem & expeditionem animoſam ad opus aliquod peragendum*, Prov. 31, 17. vel *ſtrenuam herois contra hoſtem pugnaturi inſtructionem*, Pſalm. 45, 4. 2) Eſt ſymbolum *copiæ & abundantiæ*, e. g. gaudii, Pſalm. 65, 13. iræ, Pſalm. 76, 11.

חֲגוֹר m. *Cinctus, Accinctus.* Saltem legitur in Plurali in Statu Conſtr. חֲגוֹרֵי אֵזוֹר *Accincti* cingulo, Ezech. 23, 15.

חֲגוֹר m. *Cingulum*, conſtringendis laxioribus Orientalium tunicis aptatum, cujus uſus erat tàm *fœminis*, Prov. 31, 24. quàm *Viris* ad geſtandum gladium receptus, 2. Sam. 20, 8. conf. 1. Sam. 18, 4. Sæpius non legitur.

חֲגוֹרָה f. *Cingulum*, conſtringendis laxioribus Orientalium tunicis aptatum, quale geſtabant tùm *fœminæ*, Jeſ. 3, 24. tùm *viri*, 2. Sam. 18, 11. 1. Reg. 2, 5. 2. Reg. 3, 21. Plur. חֲגוֹרוֹת *Cingula*, *Subligacula*, Gen. 3, 5. Sæpius non legitur.

מַחֲגֹרֶת f. *Cinctum*. Legitur ſaltem Jeſ. 3, 24. מַחֲגֹרֶת שָׂק *Cinctum* ſacci.

חָדַד *Acutus eſt, Exacutus fuit.* חַדָּה *Acuta eſt*, Prov. 5, 4.

חַדּוּ *Acuti ſunt*, Hab. 1, 8. Fut. יָחַד *Acuitur*, Prov. 27, 17. pro יָחֹד, Cholem cum (-) ob literam Gutturalem alternante. Hophal הוּחַד *Exacutus eſt*. Fœm. חֶרֶב הוּחַדָּה Gladius *exacutus eſt*, Ezech. 21, 14.

1) Generatim notat *acui* vel *acutum eſſe*. 2) Speciatim *a*) *propriè* ſignificat *aptare ad velociter promteque ſcindendum*, &c. Ita acui dicitur *ferrum*, Prov. 27, 17. gladius, Prov. 5, 4. conf. Ezech. 21, 14. 15. 16. β) *Metaphoricè* transfertur *a*) ad *ſenſum, ejusque acumen*, Hab. 1, 8. ubi hoſtium *equi* dicuntur *viſu acutiores* lupis veſpertinis. Vid. Maji animadverſ. ad Lex. Cocceji; aſt ipſe Coccejus reddit: *rapidiores, velociores, impetuoſiores*. *b*) ad deſignandum *majus ſtudium, induſtriam atque attentionem* in cœpto, Prov. 27, 17. *c*) ad indicandam *ingentem perniciofitatem rei*, Prov. 5, 4.

חַד m. *Acutus*. Fœm. חֶרֶב חַדָּה Gladius *acutus*, Pſalm. 57, 5. Jeſ. 49, 2. Ezech. 5, 1. Sæpius non legitur.

חַדּוּדִים m. pl. *Acumina*. Semel legitur in Statu Conſtr. חַדּוּדֵי חָרֶשׂ *Acumina* teſtæ, i.e. teſtacea, Job. 41, 21.

חָדָה *Gaviſus, Lætatus eſt*. Fut. יִחַדְּ *Gaudeat*, Job. 3, 6. וַיִּחַדְּ יִתְרוֹ עַל־הַטּוֹבָה *Gaviſus* autem *eſt* Jethro ſuper omni bono, Exod. 18, 9. In utroque loco ה per Apocopen reſectum eſt. Piel חִדָּה *Lætari, Gaudere fecit, Exhilaravit*. Fut. cum Suff. תְּחַדֵּהוּ *Exhilarabis* eum, Pſalm. 21, 7. Sæpius non legitur.

חֶדְוָה f. *Lætitia, Gaudium*. Bis ſaltem legitur, nimirum, 1. Chron. 16, 27. ubi ſermo eſt de ſpirituali piorum gaudio in Domino; & Neh. 8, 10. ubi in Statu Conſtructo legitur חֶדְוַת יְהוָה הִיא מָעֻזְּכֶם *Gaudium Domini* eſt robur veſtrum, i.e. *gaudio*, quod *eſt in Domino*, alacriores & fortiores reddemini.

חָדֵל & חָדַל *Ceſſavit, Deſiit, Deſtitit, Abſtinuit*. חָדַל לִהְיוֹת *Ceſſavit* eſſe, Gen. 18, 11. חָדַל הַמָּטָר *Ceſſavit* imber, Exod. 9, 34. Infin. חֲדֹל *Ceſſare*, 1. Sam. 12, 23. Fut. אֶחְדָּל *Deſiſtam?* Jud. 15, 7.

15, 7. Cum ה Paragogico Job. 16, 6. eſt וְאֶחְדְּלָה Et *deſiſtam*, inſuper (ּ) cum (-) ſub א alternante. Forma mixta ex Hiphil & Hophal deprehenditur, Jud. 9, 9. 11. 13. הֶחֳדַלְתִּי *Ceſſare facerem* vel *coactus* &c. Nam ſi in ſolo Hiphil eſſet, foret, הֶחְדַּלְתִּי *Ceſſare facerem*; ſin verò ſaltem in Hophal foret, eſſet הָחֳדַלְתִּי *Cogerer dimittere.* Unde rectè cel. Dn. D. Danzius in Lit. §. 42. p. 391. ed. 2. *durius*, judicat, *cum* ה *Interrogativo, primæ radicali Kal* (ֲ) *apponere, locô* (ָ), *ut nonnulli volunt, cum nuſpiam alternent invicem.*

1) Generatim infert *negationem aliquam*, ſive *exiſtentiæ*, ſive *conatus*, ſive *actus*. 2) Speciatim α) dicit *negationem ulterioris exiſtentiæ* alicujus ſubjecti, ut idem ſit, ac *deſinere eſſe* vel *exiſtere*, Gen. 18, 11. Devt. 15, 11. Jud. 5, 7. 1. Sam. 2, 5. Job. 14. 7. c. 19, 14. Jeſ. 24, 8. β) Denotat *negationem conatus* alicujus, ut idem ſit, ac *à conatu* vel *propoſito deſiſtere, abſtinere*, Exod. 23, 5. 1. Reg. 22, 15. 2. Chron. 15, 2. c. 18, 5. 14. c. 35, 21. Pſalm. 49, 9. Jer. 41, 8. γ) Significat *negationem alicujus actus* vel *præcedentis*, ut valeat *ceſſare ulterius agere*, Gen. 11, 8. c. 41, 49. Num. 9, 13. Jud. 15, 7. c. 20, 28. Ruth. 1, 18. 1. Sam. 9, 5. c. 12, 23. 2. Chron. 16, 5. c. 25, 16. Job. 10, 20. Pſalm. 36, 4. Prov. 23, 4. Jeſ. 1, 16. Jer. 44, 18. c. 54, 28. vel *ſequentis debiti*, ut idem ſit ac *omittere*, quod agendum erat, Ezech. 2, 5. 7. c. 3, 11.

חָדֵל m. *Ceſſans, Deſinens, Omittens*; Ter ſaltem legitur. מֶה־חָדֵל אָנִי Quàm *ceſſans* ego ſim, i. e. quàm citò *deſinam* vivere, & quàm caduca & inconſtans ſit vita mea, Pſalm. 39, 5. הַשֹּׁמֵעַ יִשְׁמָע וְהֶחָדֵל יֶחְדָּל Qui audiverit, audiat; qui autem *omiſerit, omittat*, Ezech. 3, 26. In Statu Conſtr. חֲדַל אִישִׁים *Ceſſans* virorum, h. e. infimus & abjectiſſimus hominum, qui citius cum omnibus rebus & conatibus ſuis deſinit, quàm ullus virorum, Jeſ. 53, 3. Conf. Seb. Schmid. in h. l.

חֶדֶל m. *Mundus*, ſic dictus, quod tandem eſſe deſinit. Extat tantum Jeſ. 38, 11. עִם־יוֹשְׁבֵי חָדֶל Cum habitatoribus *mundi*. Alibi ſemper adhibetur חֶלֶד, quod vide infra.

חֵדֶק & חֲדָק m. *Spina*, ab Arabum חַדַק *circumdedit*, quia agros, colles, & ſi ex ea ſepes fit, hortos *circumdare* ſolet. Saltem bis occurrit, nimirum Prov. 15, 19. כִּמְשֻׂכַת חָדֶק Sicut ſepimentum *ſpinæ*, i. e. *ſpinoſum, ex ſpinis factum*, quod undique pungit, & hominis violenter perrupturi manus pariter ac pedes lacerat & cruentat, Mich. 7, 4. טוֹבָם כְּחֵדֶק Optimus eorum quaſi ſpina eſt, quæ tangentem pungit & dolore afficit. Deſignatur *morum aſperitas, malignitas & rapacitas*.

חִדֶּקֶל m. *Chiddekel*; eſt nomen fluvii Paradiſiaci, per quem tam veteres, quam recentiores magno conſenſu *Tigridem* intelligunt, Gen. 2, 14. quem Pfeifferus in Dub. Vex. p. m. 19. ab Euphrate velut abſorptum extra controverſiam eſſe putat. Cenſetur autem hoc nomen compoſitum

tum eſſe ex חָרַד *Acutus, ſubtilis eſt*, & קָלַל *Levis, velox eſt*, eò quod gaudeat aquis חָרִין וְקָלִין *ſubtilibus & levibus* vel *velocibus*.

חָדַר *Habitavit, Commoratus eſt*, apud Æthiopes; *Penetralia petiit, penetravit in intimos receſſus*, apud Ebræos. Legitur ſaltem Participium Fœm. Ezech. 21, 14. חֹדֶרֶת *Penetrans in penetralia*, h. e. interprete Kimchio, *in intimis penetralibus vos perſequens & percutiens gladius*.

חֶדֶר m. *Penetrale, Cubiculum, Conclave*; ſic dictum, quod ibi *commorari & habitare* quis poſſit. In Statu Conſtr. בַּחֲדַר הַמְּקֵרָה In *conclavi* cœnaculi *æſtivi*, Jud. 3, 24. בַּחֲדַר מִשְׁכָּבְךָ In *conclave* cubilis tui, Exod. 7, 28. Plur. חֲדָרִים *Conclavia, Penetralia*, Prov. 24, 4. In Statu Conſtr. חַדְרֵי מָוֶת *Conclavia* mortis, Prov. 7, 27. Cum Suff. בֹּא בַחֲדָרֶיךָ Intra *conclavia tua*, Jeſ. 26, 20.

1) Generatim & vi originis notat *locum commorandi & manendi*. 2) Speciatim *α*) notat *penetrale conclavis*, ſeu *receſſum intimiorem, & ſecretiorem*, ubi ponuntur lecti ad ſomnum capiendum, Exod. 7, 28, 2. Sam. 4, 7. 2. Reg. 6, 12. c. 11, 2. 2. Chron. 22, 11. Pſalm. 105, 30. Eccl. 10, 20. item quò quis ſecedere poteſt, alvum purgaturus, Jud. 3, 24. *β*) *Metaphoricè* 1) deſignat *partem cœli auſtralem*, quæ ad polum antarcticum ſpectat, qui nobis abditus eſt, Job. 9, 9. conf. Job. 37, 9. ubi חֶדֶר in eodem accipitur ſignificatu. 2) Eſt ſymbolum *cœleſtis conſortii*, quô pii & fideles in cœlo fruuntur, Cant. 1, 4. 3) *Penetralia ventris*, Prov. 18, 8. c. 20, 27. 30. c. 26, 22. notant non ſolum *cor*, velut *ventris* partem intimius reconditam, ſed etiam cordis receſſus intimos, e. g. *cogitationes, deſideria, inſtituta*. 4) *Penetralia mortis*, Prov. 7, 27. deſignant *mortem æternam*, unde damnati revocari & reduci nequeunt. 5) *Penetralia populi Dei*, Jeſ. 26, 20. denotant *ſepulchra*, piorum κοιμητήρια, unde in die extremo glorioſè reſurgent & prodibunt.

חֶדֶר m. *Penetrale, Cubiculum, Conclave, à commoratione & habitatione ſic dictum*. תָּבֹא חֶדֶר בְּחֶדֶר לְהֵחָבֵה Venies ex *conclavi* in *conclave* ad occultandum te, 1. Reg. 22, 25. Cum ה locali וַיָּבֹא הַחַדְרָה Intravit *in conclave*, Gen. 43, 30. Cum Suff. יֵצֵא חָתָן מֵחֶדְרוֹ Exeat ſponſus *è cubiculo ſuo*, Joel. 2, 16.

1) Generatim & vi originis denotat *locum commorandi & habitandi*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *receſſum interiorem, penetrale* vel *conclave*, quò non cuivis datur acceſſus, Gen. 43, 30. Jud. 15, 1. 2. Reg. 9, 1. ubi ſecurius *commorari* licet, 1. Reg. 20, 30. c. 22, 25. 2. Chron. 18, 24. & lecti ſunt poſiti ad capiendum ſomnum vel quietem, 2. Sam. 13. 10. conf. Jud. 16, 12. *β*) *Metaphoricè* 1) deſignat *plagam cœli auſtralem*, Job. 37, 9. conf. 9, 9. ubi חֶדֶר in eodem ſignificatu accipitur 2) transfertur ad πȣ̃ *beatorum*, quò *ſponſa* Sponſi cœleſtis ſecedit, perpetuò ibi omnibus delibuta deliciis apud eum commoratura, & nunquam finiendâ quiete ibidem fruitura, Cant. 3, 4.

חָדַשׁ *Novus fuit*, apud Æthiopes. Piel חִדֵּשׁ *Novum fecit, Innovavit, Renovavit, Inſtauravit.* Infin. לְחַדֵּשׁ אֶת־בֵּית יְהוָה *Renovare* domum Domini, 2. Chron. 24, 4. Fut. וּתְחַדֵּשׁ פְּנֵי אֲדָמָה Et *renovas* facies terræ, Pſalm. 104, 30. Hithpael הִתְחַדֵּשׁ *Renovatus eſt.* Fut. תִּתְחַדֵּשׁ כַּנֶּשֶׁר נְעוּרָיְכִי *Renoveris* inſtar aquilæ pueritiâ tuâ, Pſalm. 103, 5.

1) Generatim *renovandi* ſignificationem habet. 2) Speciatim *α*) deſignat *reductionem rei in priſtinum ſtatum*, ſive quà *integritatem*, ſive quà *vigorem*. Inde legitur 1) de *inſtauratione rei*, quæ vetuſtate vel aliâ ratione detrita, aut corrupta eſt, e. g. altaris, 2. Chron. 15, 8. templi Hieroſolymitani, 2. Chron. 24, 4. urbium devaſtatarum, Jeſ. 61, 4. 2) de *inſtauratione virium collapſarum*, quâ, quæ infirmata ſunt, novas vires & vigorem recipiunt, Pſalm. 103, 5. Huc ſuo modo refer illud, Pſalm. 51, 12. *Spiritum rectum innova.* Expetit enim David, ut Deus ipſi collapſos animæ ſpirituales motus, viresque ſpirituales deperditas denuo largiatur, & ſic imaginis divinæ collapſæ venuſtatem ac decus reſtituat, atque inſtauret. Flacio in Clave in utroque loco idem eſt ac *creſcere, magis magisque ſubinde augeri.* Sed *inſtaurandi* ſignificatio optimè quadrat. 3) De *reſtitutione & reductione felicitatis* priorum temporum, Thren. 5, 21. 4) de *innovatione terræ*, quando in locum demortuorum alii veniunt & ſuccedunt, Pſalm. 104, 30. Conf. Pſalm. 90, 3. Eccl. 1, 4. *β*) Innuit *multiplicem rei iterationem.* Ita adhibetur Job. 10, 17. ubi indigitatur *talis iteratio*, in quâ teſtes poſt teſtes ſuccedunt.

חָדָשׁ m. *Novus, Recens.* בַּיִת חָדָשׁ *Domus nova*, Devt. 20, 5. Plur. חֲדָשִׁים *Novi, Recentes.* הַשָּׁמַיִם הַחֲדָשִׁים Cœli *novi*, Jeſ. 66, 22. Fœm. כִּי יִקַּח אִישׁ אִשָּׁה חֲדָשָׁה Cum duxerit vir uxorem *novam*, Devt. 24, 5. Plur. חֲדָשׁוֹת *Nova*, Jeſ. 48, 6. וַחֲדָשׁוֹת אֲנִי מַגִּיד Et *nova* ego ſum annuncians, Jeſ. 42, 9.

1) Generatim notat *novum*, quacunque accipiatur ratione. 2) Speciatim *α*) accipitur in *oppoſitione ſui ipſius.* Vid. Coccej. expoſ. Voc. Select. Ita *novum* dicitur 1) ratione *temporis & ortus*, ut idem ſit ac *recens.* Sic *dii novi* dicuntur, qui non ſunt æterni, ſed ab hominibus in tempore facti & ficti, quos majores nec noverunt, nec coluerunt, ſed poſteri ipſorum degeneres finxerunt & colere cœperunt, Devt. 32, 17. Jud. 5, 8. conf. Act. 17, 18. ubi καινὸς in eodem accipitur ſenſu. Similiter *porta nova* dicitur, quæ anteà non extitit, ſed demum ædificata fuit, Jeſ. 26, 10. c. 36, 10. 2) Ratione *conditionis* vel *uſus*, ut idem ſit ac *integrum, firmum, incorruptum* &c. Ita dicitur de *utribus novis*, Joſ. 9, 13. de *funibus recentibus*, quibus opus nondum factum eſt, Joſ. 15, 13. c. 16, 11. 12. item de *tribula novâ*, Jeſ. 41, 15. Huc refert Coccejus illud Job. 29, 20. ut *gloria nova* ſit *gloria integra & incorrupta.* Sed Seb. Schmidius exponit de *incremento & progreſſu gloriæ.* 3) Ratione *iterationis* multi-

multiplicis. Ita *miſerationes Dei* ſingulis matutis dicuntur eſſe *nova*, i. e. *iterari & continuari*, Thren. 3, 23. β) Sumitur in oppoſitione *ad præcedens.* Ita verò ſumtum deſignat 1) *illud, quod ſimile antea non habuit*, vel *quale antea nunquam contigit, viſum* vel *auditum fuit*, Eccl. 1, 9. 10. Jeſ. 42, 9. c. 48, 6. Huc refer illud Jer. 31, 22. Indigitatur enim ibi *tale novum*, quod planè eſt ſingulare, maximè mirabile & penitus inauditum, cui nihil eſt *ſimile*, ſcil. *miranda Filii Dei incarnatio*, in anguſto Mariæ utero facta. 2) Denotat *diverſum à præcedente* vel *priori*, ut idem ſit ac *aliud.* Ita dicitur tàm de *perſonâ*, quàm de *re.* Hinc *novus Rex*, eſt *alius* Rex, *diverſus* à priori, Exod. 1, 8. *Nomen novum*, eſt *aliud nomen*, diverſum à priori, Jeſ. 62, 2. conf. Jeſ. 65, 15. ubi dicitur שֵׁם אַחֵר nomen *aliud. Fœdus novum*, eſt, quod eſt plane *aliud* à veteri, diciturque ita reſpectu *fœderis antiqui legalis*, cui ſucceſſit, Jer. 31, 31. *Spiritus novus*, & *cor novum*, ſunt Spiritus *alius*, & *cor aliud*, prout utraque voce deſignatur *mentis renovatio*, importans novos ac Deo placentes cordis motus & actus, adeoque à prioribus diverſos, Ezech. 11, 19. c. 18, 31. c. 36, 26. *Cœlum novum*, & *terra nova*, i. e. *aliud* cœlum, & *alia* terra, prout ex interpretatione Schmidii includunt *regnum gratiæ & regnum gloriæ*, Jeſ. 65, 17. c. 66, 22. Sic quoque Joh. 13, 34. *novum* mandatum idem eſt ac *aliud* mandatum, diverſum à priori mandato, quod Chriſtus dederat de fugienda ambitione & ſectanda humilitate. Tandem quia *novum* magni æſtimari ſolet, cenſetur ſignificare *excellens* & *exquiſitum*, & quidem, quando canticum, quod Deo canendum, dicitur *novum*, Pſalm. 33, 3. Pſalm. 40, 4. Pſalm. 96, 1. Pſalm. 98, 1. Pſalm. 144, 9. Pſalm. 149, 1. Jeſ. 42, 10. Dici tamen poteſt in locis citatis *canticum novum*, quia debebat eſſe teſſera *nova* gratitudinis ob *novum & ſingulare* beneficium à Deo collatum, cujus memoria indies renovanda, continuoque innovata devotè recolenda.

חֹדֶשׁ m. *Novilunium; Menſis.* בְּיוֹם הַחֹדֶשׁ הָרִאשׁוֹן In die *menſis* primi, Exod. 40, 2. בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ In primo (die) *menſis*, Gen. 8, 13. In Numeralibus enim ordinalibus interdum deficit numeratum *dies, annus* &c. Conf. Gen. 8, 5. מֵחֹדֶשׁ לְחֹדֶשׁ De menſe in menſem, Eſth. 3, 7. Cum Suff. חָדְשׁוֹ *Menſis* ejus, 1. Reg. 4, 27. Plur. חֳדָשִׁים *Novilunia*, Neh. 10, 34. In Statu Conſtr. חָדְשֵׁי שָׁנָה *Menſes* anni, 1. Chron. 27, 1. Cum Suff. חֳדָשָׁיו *Menſes* ejus, Job. 14, 5. חָדְשֵׁיכֶם *Menſes* veſtri, Num. 10, 10.

1) Generatim *novitatis* notionem involvit. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *novilunium*, ſeu *primum diem menſis*, quo luna quaſi *innovatur*, vel *nova* conſpicitur, Neh. 10, 34. Hoſ. 2, 11. Judæis autem *novilunium* ſacrum erat, & peculiaribus ceremoniis & ſacrificiis peragebatur, Num. 22, 11. ſeqq. 1. Sam. 20, 5. 18. conf. 1. Chron. 23, 31. 2. Chron. 2, 3. c. 8, 13. c. 31, 3. Eſr. 3, 5. Neh. 10, 35. Ezech. 45, 17. c. 46, 3. β) *Synecdochicè* ſignificat *menſem*, ſeu *totum tempus*, à novâ lunâ ad novam lunam, Gen.

8, 5

8, 5, 13. Exod, 12, 2. c. 23, 15. c. 34, 18. Lev. 18, 16. Num. 20, 1. Devt. 1, 3. c. 16, 1. 1. Reg. 6, 1. 2. Reg. 25, 1. Eſr. 10, 9. Eſth. 2, 12. In ſignificatione hac ſi ei poſtponitur vox יָמִים *dies*, infert illi *tempus completum*, ſignificans *integrum*, *totum menſem*. וַיֵּשֶׁב עִמּוֹ חֹדֶשׁ יָמִים Et manſit apud ipſum *menſem dierum*, i. e. *integrum menſem*, Gen. 29, 14. Ita quoque legitur, Num. 9, 22. c. 11, 20. 21. *Menſes* autem Hebræorum ſunt *lunares*. Ita Maimonides in Tractatu de juribus *Novilunii* initiandi, cap. 1. §. 1. חדשי השנה הם חדשי הלבנה *Menſes cujus-libet anni* ſunt *menſes lunares*. Hinc tredecim numerabant menſes. Nimirum utriusque anni differentiam integro menſe, anno tertio utplurimum addito, ac ἐκ τῶν ἐπακτῶν ἡμερῶν (quales decem cum 21. horis ac aliquot minutulis quotannis abundant) collectô reducebant, conſtituentes annnum tredecim menſium &c. Vid. Witterus in Maim. קידוש החדש pag. 2. not. 2.

חָדְשִׁי m. *Novus*, *Recens*, 2. Sam. 24, 6. juxta R. Salom. & R. Davidem Kimchium, qui illud interpretantur de *terra recens habitata & acquiſita*. Sed aliis eſt nomen proprium.

חוֹב m. *Debitor*. Extat ſaltem Ezech. 18, 7.

חִיֵּב *Reum fecit*. Legitur tantum Dan. 1, 10. וְחִיַּבְתֶּם *Et reum facietis*.

חוּג *Circuire*, *Circumdare*, *Circinare*. Occurrit ſaltem Præteritum חָג *Circinavit*, Job. 26, 10. i. e. in totô circuitu terminum poſuit & definivit.

חוּג *Circulus*, *Gyrus*, Prov. 28, 27. ubi legitur de *abyſſis* aquæ unâ cum elemento terræ in formam ſphæricam redactis, Job. 22, 14. de *ſphæris* cœli rotundis, quas Deus obambulare dicitur; & tandem Jeſ. 40, 22. de *ſphæra terræ*, cujus habitatores in relatione ad Deum inſtar locuſtæ ſe habent.

מְחוּגָה f. *Circinus*. Extat ſaltem Jeſ. 44, 13. deſignans *circinum* fabri ferrarii, menſurando idolo adhibitum.

חוּד *Acutè loqui*; *Ænigma loqui* vel *proponere*. Convenientiam quandam habet cum חָדַד *acutus eſt*. Quater ſaltem legitur, ſed ubique cum voce conjugata חִידָה *Ænigma* combinatum deprehenditur. חוּדָה הַחִידָה *Ænigma propoſuiſti*, Jud. 14, 16. Fut. אָחוּדָה נָא לָכֶם חִידָה *Proponam*, quæſo vobis ænigma, Jud. 14, 12. Imper. חוּד חִידָה *Propone* ænigma, Ezech. 17, 2. Et cum ה Paragogico חוּדָה *Propone*, Jud. 14, 13.

חִידָה f. *Acutè dictum*; *Ænigma*, Jud. 14, 12. Cum Suff. חִידָתִי *Ænigma* meum, Jud. 14. 18. Plur. חִידוֹת *Ænigmata*, Dan. 8, 23. Cum Suff. חִידֹתָם *Ænigmata* ipſorum, Prov. 1, 6.

1) Generatim notat *acutè dictum*. 2) Speciatim *α*) denotat *ænigma*,

Digitized by Google

ſeu *ſermonem acutum, nodoſum & involutum*, cujus ſcopus (ut Maimonides in porta Moſis per Pokokium edita, pag. 148. delineat) non in cortice, ſed in interiori parte habetur. Hujus generis ænigma erat illud Simſonis, Jud. 14, 12. 13. 16. Reginæ auſtralis Salomonem tentaturæ, 1. Reg. 10, 1. Ezechielis de aquila, ſtatum regni & Regis Judæorum figurante, Ezech. 17, 2. Populi de prædone, Hab. 2, 6. β) Significat *ſententiam & doctrinam concinnè ac prudenter prolatam*, reſpectu non tàm ad *obſcuritatem*, quàm ad *gravitatem* habitô. Ita legitur Pſal. 49, 5. deſignans doctrinam de temporalium vanitate, opum abuſu ac impiorum divitum exitu infeliciſſimo. Item Pſalm. 78, 2. ubi indigitat documenta & exempla, quæ ad verum DEI cultum ſpectant. Confer. Prov. 1, 6.

חִוָּה *Indicavit, Annunciavit*, quod alteri incognitum fuit. Infin. וָאִירָא מֵחַוֺּת דֵּעִי אֶתְכֶם Et timui ab *indicando (indicare*, vel ne *indicem)* ſcientiam meam vobis, Job. 32, 6. Fut. אֲחַוֶּה דֵעִי *Indicabo* ſcientiam meam, Job. 32, 10. 17. Cum Suff. אֲחַוְּךָ *Indicabo tibi*, Job. 15, 17. & præſente accentu Domino וַאֲחַוֶּךָּ Job. 36, 2. ubi Dageſch forte literæ ך impreſſum, compenſat נ epentheticum extruſum. יְחַוֶּה *Indicabit*, Pſalm. 19, 3. Sæpius non legitur.

חַוָּה f. *Eva*, vide in חָיָה *Vixit*.

אַחֲוָה *Indicatio; Diſcurſus*, quô res aliqua indicatur & exponitur. Semel legitur cum Suff. אַחֲוָתִי *Indicatio mea*, vel *diſcurſus meus*, Job. 13, 17.

חַוּוֹת f. pl. *Villæ*, vide infra in חָיָה *Vixit*.

חוז *Obtinere, Poſſidere*, apud Arabes. Inde apud Ebræos eſt

מָחוֹז m. *Terminus*, vel juxta alios, *Portus*, quem quis *obtinet*, vel *poſſidet*. Semel occurrit in Statu Conſtr. Pſalm. 107, 30. אֶל־מְחוֹז חֶפְצָם Ad *terminum* (portum) deſiderii ipſorum.

חוֹחַ m. *Spina; Spinetum; Hamus*. Plur. חוֹחִים *Spinæ*, Cant. 2, 2. & חֲוָחִים *Spineta*, 1. Sam. 13, 6. Cholem in (:) mutatô, & ו per (ָ) motô.

1) Generatim notat *ſpinam*. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *ſpinam aculeatam*, qualis naſcitur in agris locô tritici, Job. 31, 40. juxta lilia, Cant. 2, 2. in locis deſertis Jeſ. 34, 13. Hoſ. 9, 6. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam* ſignificat *ſpinetum* vel *vepretum*, ex ſpinis aculeatis conſtans, ubi aliquis metu hoſtis latitare poteſt, 1. Sam. 13, 6. 2. Chron. 33, 11. 2) Per *Metaphoram* deſignat a) *rem noxiam*, Prov. 26, 9. b) *Hamum* ſpinæ ſimilem, quo perforatur maxilla Leviathanis, Job. 40, 21. c) *Hominem ſuperbia elatum*, 2. Reg. 14, 9. 2. Chron. 25, 18.

חָח m. *Spina; Fibula; Hamus; Uncus*. הֵבִיאוּ חָח Attulerunt *fibulam*, Exod. 35, 22. Cum Suffixo חַחִי *Uncinus* meus,

2. Reg.

2. Reg. 19, 28. (ָ) cum (ַ) alternante. Plur. חַחִים *Uncini*, Ezech. 38, 4.

1) Generatim cenſetur ſignificare *ſpinam*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *ſpinam aculeatam*, qualis in agris, vel locis deſertis naſcitur. β) *Translatè* autem ſignificat *rem*, quæ *ſpinæ* aliquo modo ſimilis eſt; ſcilicet 1) *fibulam*, tùm ob *figuram*, quam habet, tùm ob *uſum*, quia ſpinæ olim fibularum & acicularum vicem præſtabant. Accenſetur ornamentis mulierum, Exod. 35, 22. & à Kimchiô ita deſcribitur: החלי שהוא כמין מחט שנוקבים ומחברין שתי שפתות החלוק תחת הגרון *Ornamentum eſt inſtar acûs, quô perforant & jungunt duas oras induſii ſub gutture.* 2) *Hamum*, quô capitur piſcis, Ezech. 29, 4. 3) *Uncinum*, ferarum naribus affixum, quô invitæ trahuntur, Ezech. 19, 4. 9. Conf. 2. Reg. 19, 28. Jeſ. 37, 29. ubi *translatè* dicitur de *Rege Aſſyriorum*.

חוט *Sui, Conſui*, apud Chaldæos, Syros atque Arabes. Inde eſt

חוט m. *Filum*, quô aliquid *conſuitur*; per *Metonymiam materiæ* autem denotat *Funiculum*, qui ex pluribus *filis* contortis conſtat. כְּחוּט הַשָּׁנִי Sicut *filum* coccineum, Cant. 4, 3. הַחוּט הַמְשֻׁלָּשׁ *Filum* triplicatum, Eccl. 4, 12. חוּט הַשָּׁנִי *Funiculus coccineus*, Joſ. 2, 18. Præterea hæc vox legitur, Gen. 14, 23. Jud. 16, 12. 1. Reg. 7, 15. Jer. 52, 21.

חול *Irruere, Incidere; Reſidere, Manere; Expectare; Dolere, Trepidare; Concipere, Parturire, Parere.* וְחָלָה חֶרֶב בְּעָרָיו Et *irruet* gladius in urbes ejus, Hoſ. 11, 6. חַלְתִּי *Parturivi*, Jeſ. 23, 4. הִכִּיתָ אֹתָם וְלֹא־חָלוּ Percuſſiſti eos, ſed non *doluerunt*, Jer. 5, 3. Imp. חוּלִי הָאָרֶץ *Trepida, contremiſce terra*, Pſalm. 114, 7. Piel חוֹלֵל *Formavit; Genuit; Peperit, parere fecit; Dolore affecit; Expectavit.* חֹלְלָה יָדוֹ נָחָשׁ בָּרִיחַ *Formavit* manus ipſius ſerpentem oblongum, Job. 26, 13. Fut. תְּחוֹלֶלְכֶם *Peperit vos*, Jeſ. 51, 2. Per ἑτερώωσιν ponitur Futurum pro Præterito. יְחוֹלֵל אַיָּלוֹת *Parere facit* cervas, Pſalm. 29, 9. Pual חוֹלַל *Formatus eſt; Dolore affectus eſt.* בְּעָווֹן חוֹלָלְתִּי *In iniquitate formatus ſum*, Pſalm. 51, 7. Part. מְחֹלָל מִפְּשָׁעֵינוּ *Dolore affectus* propter iniquitates noſtras, Jeſ. 53, 5. Hiphil הֵחִיל *Expectavit; Pavit, Contremuit, Trepidavit, Contremiſcere fecit; Timuit, Doluit; Parturivit.* Fut. אָחִיל *Expectabo; Contremiſcam.* אוחילה *Contremiſco, Doleo*, juxta Maſorethas, Jer. 4, 19. In fine cum ה Paragogico. Sed literæ exhibent אוחולה Ut ſit forma mixta tùm ex diverſis radicibus, nempe ex חול & יחל, tùm ex diſtinctis Conjugationibus. Nam א literæ א indicat *Hiphil*, radicis יחל; ו autem literæ ח indigitat *Kal*, radicis חול, unde etiam ſignificatio petenda. Vid. Danz. Lit. ed. 2. §. 43. p. 405. & ſeq. לִבִּי יָחִיל בְּקִרְבִּי Cor meum *trepidat* in medio mei, Pſalm. 55, 5. וַיָּחִילוּ עַד־בּוֹשׁ Itaque *expectarunt*, donec

 pude-

puderet, Jud. 3, 25. Imper. חִילוּ מִפָּנָיו כָּל־הָאָרֶץ *Contremiſcite* coram eô omnis terra, 1. Chron. 16, 30. Pſalm. 96, 9. pro הַחִילוּ, Præformativo ה per Aphæreſin ablatô. Hophal הוּחַל. Fut. הֲיוּחַל *Num fiet, ut pariat?* Jeſ. 66, 8. Hithpael הִתְחוֹלֵל *Irruit; Expectavit; Manſit; Dolore ſe affecit vel confecit; Dolore affectus eſt.* Part. מִתְחוֹלֵל *Dolore ſe conficiens*, Job. 15, 20. Imp. הִתְחוֹלֵל לוֹ *Expecta* eum, Pſalm. 37, 7. Fut. וַתִּתְחַלְחַל Unde *magno dolore affecta, valde turbata eſt*, Eſth. 4, 4. ubi prima radicalis duplicata in locum ſecundæ abjectæ ſtatuta fuit, adhibitâ ante eam, pro Dageſch forti, literâ ſimili tertiæ radicali.

1) Generatim Bohlio *reſidendi* notionem obtinet. Coccejo communis & generalis ſignificatio indagatu difficilis videtur; unde illicò fertur in recenſionem variarum ſignificationum, quas in Scripturâ ſacrâ obtinet. Niſi *reſidendi* ſignificatio, quam celeb. Bohlius tradit, arridet, non abſonum eſſe videtur, ſi dicas, hanc radicem in genere importare *tendentiam perſonæ, rei* vel *actionis ad certum aliquem terminum*, qualicunque demum *hic* accipiatur ratione. Unde 2) ſpeciatim *α*) *propriè* ſignificat 1) *Irruere* vel *incidere in aliquid*, velut *terminum*, ad quem tenditur, connotatâ ſubinde irruentis in objecto, tanquam termino, commoratione, ejusque graviori afflictione, vel totali excidiô. Hinc etiam dicitur de *manu* irruente & perdente, Thren. 4, 6. de *procellâ*, iræ & pœnarum divinarum ſymbolo, Jer. 23, 19. c. 30, 23. de *gladiô* necante, Hoſ. 11, 6. item de *malis pœnæ graviſſimis* ob patratam cædem, 2. Sam. 3, 29. 2) Notat *formativè aliquid producere*, ſive *creatione*, ſive *generatione*, ſive *aliâ ratione* id fiat. Qui enim tali modô aliquid producit, ad id, quod producit, velut ad *terminum* tendit atque fertur. Inde *nunc* idem eſt ac *creare* & *formare*, diciturque de creatione & formatione hominis, Deut. 32, 18. Job. 15, 7. ſerpentis, Job. 26, 13. terræ, Pſalm. 90, 2. Nunc idem eſt ac *gignere* vel *generare*, adhibeturque de generatione tùm *ſapientiæ hypoſtaticæ* ſeu Filii Dei æternâ, Prov. 8, 24. 25. tùm *hominis*, Pſalm. 51, 7. item *pluviæ* per translationem, Prov. 25, 23. Nunc valet *efformare*, legiturque de efformatione *operis*, cui peritus artifex eſſentiam ineſſe debitam inducit, Prov. 26, 10. *β*) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* ſignificat *expectare*, quia expectans, in *objectum abſens* deſideriô ſuô tendit, & in illud quaſi irruit. Ita in Piel legitur de expectatione patiente, Job. 35, 14. In Hiphil legitur de *expectatione* diuturna, Jud. 3, 25. patiente & fiduciali, Thren. 3, 26. item fruſtraneâ ex opinione expectantis, 2. Reg. 6, 33. In Hithpael de *expectatione* conſtanti & fiduciali, Pſalm. 37, 7. 2) Per *Metonymiam* cauſæ, antecedentis, vel concomitantis, prout *tendentia perſonæ, rei vel actionis ad terminum* vel *ceſſat*, vel *aliquid cauſat*, aut *adjunctum habet*, notat 1) *manere, permanere*. Ita *bonum impii non manere* dicitur, Job. 20, 21. 2) *Dolere*. Quoties autem in *dolendi* ſignificatione adhibetur, toties ferè indigitat *dolorem gravem, acutum, amarum*

rum & copioſum, qualis eſt parturientium, Jeſ. 13, 8. Inde legitur de graviſſimis doloribus ob jacturam alicujus boni, Mich. 1, 12. ob imminentem cladem & vaſtationem horrendam, Jer. 4, 19. vel excidium, Eſth. 4, 4. ob famam malam, Jeſ. 23, 5. ob graviores preſſuras & afflictiones, Pſalm. 55, 5. ob admiſſa peccata, & inde ſecutas ingentes pœnas, Jer. 5, 3. Conf. Jeſ. 53, 5. ubi deſignat *exquiſitiſſimos & innumeros dolores Meſſiæ*, ob peccata hominum patientis. *Tranſitivè* in Hiphil ſumitur, Pſalm. 10, 5. ubi *viæ*, h. e. pravæ conſuetudines & actiones *impii* dicuntur *dolorem afferre* vel *parere*. Vid. Seb. Schmid. Vatabl. & Belgæ. Sed B. Geiero hîc notio *permanendi* vel *perdurandi* arridet. 3) *Trepidare, Contremiſcere, Pavere.* Ita dicuntur *contremiſcere* & *trepidare* populi terrarum ob adventum Iſraelitarum, Devt. 2, 25. locuſtarum & inſectorum omnia abſumentium, Joel. 2, 6. *Saul* ob ſagittariorum impetum & invaſionem, 1. Sam. 31, 3. 1. Chron. 10, 3. *terra*, i. e. homines in terra coram Dei majeſtate, 1. Chron. 16, 30. Pſalm. 96, 9. *aquæ* peculiarem & majeſtaticam Dei præſentiam expertæ, cum contra naturam ſuam in altum aſſurgerent, & inſtar murorum conſiſterent, Pſalm. 77, 17. *Montes*, ob majeſtatem Dei legem promulgantis, Hab. 3, 10. conf. Exod. 19, 17. Sed Jer. 5, 22. deſignat pavorem & trepidationem *reſipiſcentium*. *Tranſitivè* in Hiphil notat *trepidare* vel *contremiſcere facere*, Pſalm. 29, 8. 4) Habito reſpectu ad generationem, ſignificat *Concipere*, Job. 39, 4. conf. Jeſ. 23, 4. *Parturire*, Jeſ. 13, 8. conf. Jeſ. 66, 8. ubi tranſlatè dicitur de Eccleſia V. T. enixura maſculum, h. e. Eccleſiam N. T. maſculam. Vid. Sebaſt. Schmid. in h. l. *Parere*, Jeſ. 51, 2. Conf. Jeſ. 54, 1. ubi tribuitur tropicè *Eccleſiæ*. *Parere facere*, in Piel Pſalm. 29, 9.

חִיל m. *Dolor*, isque *gravis & copioſus*, qualis eſt parturientis, Pſalm. 48, 7. Jer. 6, 24. c. 22, 23. c. 50, 43. Mich. 4, 9. חִיל אָחַז יֹשְׁבֵי פְּלָשֶׁת׃ *Dolor* corripuit incolas Philiſtææ, Exod. 15, 14. Sæpius non legitur.

חִילָה f. *Dolor.* Semel legitur de graviſſimo & copioſiſſimo dolore Jobi, Job. 6, 10.

חוֹל m. *Arena*, à חוּל *irruere, dolere* ſic dicta, quod ſæpius in calceos ambulantium incidat, iisque dolorem & moleſtiam faceſſat. Unde hac voce in Scriptura non ſolum exprimitur *rei copia, multitudo ac numeroſitas*, Gen. 22, 17. c. 32, 12. c. 41, 49. 1. Sam. 13, 5. 2. Sam. 17, 11. 1. Reg. 4, 20. 29. Pſalm. 78, 27. Pſalm. 139, 18. Job. 19, 18. Jeſ. 10, 22. c. 48, 18. Jer. 15, 8. c. 33, 22. Hoſ. 2, 1. ſed etiam *rei moleſtiæ* & *onus*, Prov. 27, 3. ac *gravitas*, Job. 6, 3.

חוֹלָה f. *Parturiens, difficili partu laborans.* Semel legitur Jer. 4, 31. קוֹל כְּחוֹלָה שָׁמַעְתִּי Vocem quaſi *parturientis* audivi. Aliis tamen eſt Participium Fœm. à חָלָה *Ægrotavit*.

חַלְחָלָה f. *Dolor vehementiſſimus & copioſiſſimus.* Quæ enim duas priores radicales geminant, ſignificationem augent & intendunt, ut videre eſt in צְפַצָּפָה *Circumſpectio accuratiſſima*, Ezech. 17,5. Legitur autem hæc vox Jeſ. 21,3. Ezech. 30,4. 9. Nah. 2, 10.

מְחוֹלָה f. *Chorus*, vide in R. חלל.

חוּם *Nigrum*, vide in R. חמם.

חוּס *Parcere, Miſereri.* Conſtruitur interveniente עַל, in verſione omittendô, ſibique ſæpe junctam habet vocem עַיִן *Oculus.* לֹא חָסָה עָלַיִךְ עַיִן Non *pepercit* tibi oculus, Ezech. 16,5. Fut. אָחוּס *Parcam*, Jer. 13,14. לֹא תָחוֹס עֵינְךָ עֲלֵיהֶם Non *parcet* oculus tuus illis, Devt. 7,16. Imper. cum ה Paragogico וְחוּסָה עָלַי כְּרֹב חַסְדֶּךָ *Et miſerere mei*, vel *propitius eſto mihi* ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ, Neh. 13,22.

1) Generatim infert *animi commotionem*, quâ *vel* alicui parcitur, ne ſubeat aliquod malum, *vel* rei jactura aut interitus ægrè fertur. Et quia ex aſpectu ejusmodi oritur commotio ac συμπάθεια, inde ſæpe combinatur cum voce עַיִן *Oculus.* Hinc factum, ut quidam *connivendi* ei tribuerint ſignificationem. 2) Speciatim *α*) eſt *parcere alicui*, ne malum ſubeat. Ita tribuitur tùm *Deo*, tùm *hominibus.* 1) *Deus* dicitur *parcere hominibus*, quando ex ſeriâ commiſeratione, peculiarem eorum curam ſuſcipit, peccata admiſſa clementer condonat, & promeritas peccatorum pœnas averruncat, Neh. 13.22. Ezech. 20,17. Joel. 2,17. Jon. 4,11. Conf. Pſalm. 72,13. ubi *Meſſias* dicitur *parcere egeno*, quando ſumma bonitate & clementiâ erga afflictam ejus animam utitur, quam reficere cupit, Matth. 11,28. E contrariò *Deus*, vel *Dei oculus parcere* negatur, quando peccatori graviſſimè ſuccenſens, commiſerationem ei denegat, promeritas pœnas comminatur, imò tandem immittit, Ezech. 5,11. c. 7, 4. 9. c. 8,18. c. 9,10. c. 24,14. 2) *Homo* autem *homini parcere* dicitur, quando ab ejus cæde abſtinet, 1. Sam. 24,10. *Negatur* autem *parcere*, quando quosvis obvios miſerè trucidat, nullâ eorum commiſeratione ductus, Jeſ. 13,18. Jer. 21,7. Ezech. 9,5. vel *probibetur connivendo parcere*, quando ſontes promeritis pœnis afficere tenetur, Devt. 13,9. c. 19, 13. 21. c. 25,12. *β*) Notat *indoleſcere, ægre ferre alicujus rei* vel *jacturam*, Gen. 45.20. vel *corruptionem & deſtructionem*, Jon. 4,10.

חוּץ *Cingere, Ambire*, apud Arabes. Inde eſt

חוּץ m. *Pars ambiens; exterior; Platea; Foris, Extra* &c. Plur. חוּצוֹת *Platea.* בְּרֹאשׁ כָּל־חוּצוֹת In capite omnium *platearum*, Jeſ. 51,20.

1) Generatim notat *exterius*, quod interius qualicunque ratione *cingit* vel *ambit*, ſive nominaliter capiatur, ſive abeat in particulam. 2) Speciatim *α*) *nominaliter* captum, denotat *id, quod eſt extra ædes*, vel *urbem*

urbem &c. Inde adhibetur ad deſignandum 1) *Plateam*, 2. Sam. 1, 20. c. 22, 43. Pſalm. 18, 43. Jeſ. 24, 11. Jer. 15, 3. c. 37, 21. c. 51, 20. Thren. 4, 5. 8. 14. Am. 5, 16. Mich. 7, 10. 2) *villam* vel *pagum*, Pſalm. 144, 13. β) Abit in *Particulas* variarum ſignificationum, 1) ſi jungitur *Præpoſitionibus* ב, מ, ל, אֶל, vel ſi accedit ה *locale*, notans *foris*, *foras*, *extus*, *extrinſecus*. *a*) Cum ב, ut בַּחוּץ תַּעֲמֹד *Foris* ſtabis, Devt. 24, 1. conf. Cant. 1, 8. הַחֶרֶב בַּחוּץ וְהַדֶּבֶר וְהָרָעָב מִבָּיִת Gladius *ab exteriori*, & peſtis ac fames ab interiori parte, i. e. *extus & intus*, Ezech. 7, 15. *b*) Cum מ. מִבַּיִת וּמִחוּץ Ab interiori & *exteriori*, i. e. *intus* & *extus*, Gen. 6, 14. Ita Devt. 32, 25. Sed cum מ ei præponitur, ſæpe ſequenti voci præmittitur ל, reddendum *extra*. מִחוּץ לָעִיר Ab *exteriori parte* urbis, i. e. *extra* urbem, Gen. 19, 16. Sic Gen. 24, 11. Lev. 14, 40. 41. 45. 53. c. 35, 5. מִחוּץ לַמַּחֲנֶה Ab *exteriori parte* caſtrorum, i. e. *extra* caſtra, Exod. 29, 14. c. 33, 7. Lev. 4, 12. 21. c. 6, 4. c. 10, 4. 5. מִחוּץ לַפָּרֹכֶת Ab *exteriori parte* veli, i. e. *extra* velum, Exod. 40, 22. Lev. 24, 3. מִחוּץ לַחוֹמָה Ab *exteriori parte* muri, i. e. *extra* murum, Jer. 21, 4. Sed ſi τῷ מ præmittatur adhuc alia Præpoſitio, in *Adjectivum* abit, ſignificans *exterius*, אֶל־מִחוּץ לַמַּחֲנֶה Ad *exterius* caſtrorum, Devt. 23, 11. *c*) Cum אֶל. אֶל־הַחוּץ *Extrinſecus*, *Extrorſum*, Ezech. 41, 9. conf. c. 34, 21. *d*) Cum ל. לַחוּץ *Foras*, Pſalm. 41, 7. 17. c. 42, 7. *e*) Cum ה *locali*. חוּצָה *Foras*, Gen. 15, 5. c. 19, 17. c. 24, 29. c. 39, 12. 15. 18. Exod. 12, 46. Num. 35, 4. Devt. 24, 11. 1. Reg. 6, 6. 2) Sine Præpoſitionibus & ה locali *Foris*, Lev. 18, 9. Devt. 23, 14. *foras*, Jud. 19, 25. item *Præter*, *Præterquam*, *Excepto*, ſi ſequenti voci præmittitur מ. חוּץ מִמֶּנִּי *Præter* me, *præterquam* ego, Eccl. 2, 25. Vid. Dn. D. Danzii Interpr. ed. 3. §. 123.

חִיצוֹן m. *Exterior*, *us*. הַמִּקְדָּשׁ הַחִיצוֹן Sanctuarium *exterius*, Ezech. 44, 1. בַּפְּנִימִי וּבַחִיצוֹן In interiori & *exteriori*, Ezech. 41 17. מִלִּפְנִים וְלַחִיצוֹן Introrſum & *extrorſum*, 1. Reg. 6, 29. לִפְנִימָה וְלַחִיצוֹן Introrſum & *extrorſum*, 1. Reg. 6, 30. Fœm. חוֹמָה חִיצוֹנָה Murus *exterior*, 2. Chron. 33, 14. הֶחָצֵר הַחִיצוֹנָה Atrium *exterius*, Ezech. 10, 5. c. 40, 17. 31. c. 42, 1. 14. 20. 21.

חָוַר *Albuit.* Eſt propriè Chaldæum. Extat ſaltem Fut. Jeſ. 29, 22. פָּנָיו יֶחֱוָרוּ Facies ejus *albeſcent*, *palleſcent*.

חוּר m. *Albus*, *Candidus*. Bis legitur, Eſth. 1, 6. de *aulæo*, & Eſth. 8, 15. de veſte Mardochai.

חור m. *Forámen*, *Nobilis*; & per alternationem חֹר vide infra in R. חָרַר.

חוּשׁ *Feſtinare.* כְּנֶשֶׁר חָשׁ לֶאֱכוֹל Sicut aquila *feſtinat* ad comedendum, Hab. 1, 8. Fut. יָחוּשׁ *Feſtinabit*, Eccl. 2, 25. Sed Job. 31, 5. eſt Futurum irregulare וַתַּחַשׁ quaſi à חָשָׁה, per Apocopen ה reſecto. Imper. cum ה Paragogico חוּשָׁה אַל תַּעֲמֹד *Feſtina*, ne ſubſiſte,

1. Sam. 20, 37. Hiphil הֵחִישׁ *Feſtinavit, Acceleravit.* Fut. אָחִישָׁה *Accelerabo, Feſtinabo*, Pſalm. 55, 9. Cum Suff. אֲחִישֶׁנָּה *Accelerabo* illud, Jeſ. 60, 22. יָחִישָׁה מַעֲשֵׂהוּ *Acceleret* opus ſuum, Jeſ. 5, 19.

1) Generatim dicit *negationem moræ*, ſive capiatur intranſitivè, ſive tranſitivè. 2) Speciatim α) *intranſitivè* ſignificat *feſtinare*, & *propriè* indigitat *motum & lationem ſubjecti celerem* è loco in locum, tùm in *Kal*, 1. Sam. 20, 37. Hab. 1, 8. tùm in *Hiphil*, Jud. 20, 37. *translatè* autem deſignat *celeritatem auxilii divini miſeris ferendi*, Pſalm. 22, 20. Pſalm. 38, 23. Pſalm. 40, 14. Pſalm. 70, 2. 6. Pſalm. 71, 12. Pſalm. 141, 1. item *promtitudinem* obſervandi Dei præcepta, Pſalm. 119, 60. β) *Tranſitivè* ſignificat *accelerare*, idque ſaltem in Hiphil, Pſalm. 55, 9. Jeſ. 5, 19. c. 60, 22.

חִישׁ *Citò, Celeriter.* Semel legitur Pſalm. 90, 10.

חֻשִׁים m. pl. *Celeres, Feſtini.* Tantum extat Num. 32, 17.

חָזָה *Vidit; Aſpexit, Proſpexit, Contemplatus eſt.* Conſtruitur cum Accuſativo, & interdum interveniente ב. חָזִיתָ אִישׁ *Vidiſti* virum. Prov. 22, 29. Part. חֹזֶה *Videns*, 2. Sam. 24, 11. הֵן אַתֶּם כֻּלְּכֶם חֲזִיתֶם Ecce vos omnes *vidiſtis*, Job. 27, 12. Infin. לַחֲזוֹת Ad *videndum*, Pſalm. 27, 4. Fut. אֶחֱזֶה אֱלוֹהַּ *Videbo* Deum. Job. 19, 26. וְתַחַז Ut *videat*, Mich. 4, 11. pro יֶחֱזֶה, tertiâ radicali ה per Apocopen reſectâ, & tùm (ֻ) ſub Præformativo, tùm (ֱ) ſub primâ radicali in (ַ) tranſeunte. עֵינָיו יֶחֱזוּ Oculi ejus *vident*, Pſalm. 11, 4. & cum ן Paragogicô יֶחֱזָיוּן, Jeſ. 26, 11.

1) Generatim ſignificat *videre*, inferens *apprehenſionem* ſeu *receptionem ſpeciei* ſive *præſentis*, quæ ſenſu fit, ſive *abſentis & futuræ*, quæ mente fit. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *viſionem*, quæ fit oculo corporis, Job. 19, 26. 27. Pſalm. 58, 9. Prov. 22, 29. c. 29, 20. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* deſignat *viſionem*, quæ fit *mente*, Pſalm. 17, 15. Pſalm. 46, 9. Inde ſæpe tribuitur *Prophetis*, tùm *veris*, quibus revelatio futurorum à Deo obtigit, Jeſ. 1, 1. c. 2, 1. c. 13, 1. Am. 1, 1. Mich. 1, 1. Hab. 1, 1. tùm *falſis*, qui revelationem ſibi divinitus factam falſo jactant, Ezech. 13, 6. 8. 9. c. 21, 34. Zach. 10, 2. Unde חֹזֶה *Videns*, eſt *Propheta*, qui revelationem vel *habet*, ut Propheta verus, 2. Sam. 24, 11. 2. Reg. 17, 13. 1. Chron. 21, 9. 2. Chron. 9, 29. c. 12, 15. c. 19, 2. Am. 7, 12. vel *jactat*, *utut non habeat*, ceu falſus Propheta, Ezech. 13, 16. Mich. 3, 7. 2) per *Metonymiam*, ſi cum ב conſtruitur, connotat *ſtudium aſpiciendi*, & ex aſpectu voluptatem & oblectationem capiendi, Job. 36, 25. Pſalm. 27, 4. Cant. 7, 1. Mich. 4, 11. conf. Jeſ. 47, 13.

חֹזֶה m. *Videns, Propheta*, vide, quæ modò dicta, Neh. 3, 15. Item *Viſio*, Jeſ. 28, 15. עִם־שְׁאֹל עָשִׂינוּ חֹזֶה Cum inferno fecimus *viſionem* (pacis).

חָזוֹן

Digitized by Google

חָזֶה m. *Pectus*, ſic dictum, quod *viſui* & *conſpectui* expoſitum eſt, Exod. 29, 26. Lev. 7. 30. 31. c. 8, 29. In Statu Conſtr. חֲזֵה הַתְּנוּפָה *Pectus* agitationis, Exod. 29, 27. Lev. 7, 34. c. 10, 14. Num. 6, 20. c. 18, 18. Plur. חָזוֹת *Pectora*, Lev. 9, 20. 21.

חָזוֹן m. *Viſio*, 1. Sam. 3, 1. חָזוֹן נִרְאָה אֵלַי *Viſio* apparuit mihi, Dan. 8, 1. In Statu Conſtr. חֲזוֹן שֶׁקֶר *Viſio* mendacii, Jer. 14, 14.

1) Generatim notat *viſionem*. 2) Speciatim α) notat *revelationis divinæ ſpeciem*, quæ 1) obtingebat veris Prophetis, quâ Deus per certas quaſdam ſpecies ſenſibiles, ſive vigilantibus, ſed in ἐκςάσει conſtitutis, ſive dormientibus objectas, hominibus res futuras, ſive bonas, ſive malas revelabat, 1. Sam. 3, 1. Prov. 29, 18. Jeſ. 1, 1. Dan. 1, 17. c. 8, 1. 2. 15. c. 9, 21. 2) *falsò jactabatur* à Pſeudoprophetis, Jer. 14, 14. c. 23, 16. Ezech. 12, 24. c. 13, 16. β) *Inſtitutionem ſacram*, quâ de Operibus Dei, ejusque voluntate ex revelatione infallibili homines erudiuntur, ſive hoc fiat immediatè per Prophetas ipſosmet divinitus illuminatos, ſive mediate per ordinarios Eccleſiæ Doctores, qui viſiones divinitus oblatas explicant & inculcant, Prov. 20, 18. conf. Ezech. 7, 26.

חִזָּיוֹן m. *Viſio*. Ter ſaltem legitur, deſignans *revelationem divinitus factam*, nempe 2. Sam. 7, 17. & Jeſ. 22, 1. 2. ubi Hieroſolyma dicitur גֵּי חִזָּיוֹן Vallis *viſionis*, quia ibi cœleſtis doctrina divinitus revelata copioſè tradebatur, multique erant Prophetæ, quibus cœleſtes viſiones obtingebant. Nam ibi non ſolum Dominus apparere ſolebat, ſed etiam hæc urbs templo Dei & ordinario miniſterio, ſcholisque ſimul Propheticis inprimis conſecrata erat.

חֶזְיוֹן m. *Viſio*. חֶזְיוֹן לַיְלָה Viſio *noctis*, i. e. *nocturna*, Job. 33, 15. Cum Suff. חֶזְיוֹנוֹ *Viſio ipſius*, Zach. 13, 4. Plur. חֶזְיוֹנוֹת *Viſiones*, Job. 4, 13.

1) Generatim notat *viſionem*. 2) Speciatim α) ſignificat *revelationis divinæ ſpeciem*, ſive ſit verè divina, Joel. 3, 1. ubi contradiſtinguitur *ſomniis*; ſive ficta, Zach. 13, 4. β) Transfertur ad *ſomnia*, tum naturalia, Job. 20, 8. tum ſupernaturalia, Job. 4, 13. c. 33, 15. *Somnia* autem dicuntur *viſiones noctis*, quia noctu hominibus dormientibus obtingunt, & res in iis repræſentantur, quaſi coram cernerentur.

חֲזוֹת f. *Viſio*. Semel legitur de *viſione in literas* redacta, 2. Chron. 9, 29.

חָזוּת f. *Viſio*, *Adſpectus*. Quater ſaltem legitur. Bis adhibetur de *viſione divinitus facta*, Jeſ. 21, 2. c. 29, 11. Semel denotat *aſpectum*, Dan. 8, 8. & Jeſ. 28, 18. infert *inducias* cum inferno factas.

מַחֲזֶה m. *Viſio*. In Statu Conſtructo מַחֲזֵה שַׁדַּי *Viſio* omnipotentis, Num. 24, 4.

1) Generatim deſignat *viſionem*. 2) Speciatim denotat ſpeciem *divinæ revelationis*, tàm *verè talis*, Gen. 15, 1. Num. 24, 4. 16. quàm *ficta*, Ezech. 13, 7.

מְחֱזָה m. *Proſpectus*, *Aſpectus* ; *Feneſtra*, ſic dicta, quia per eam proſpicimus. Quater legitur 1. Reg. 7, 4. 5.

חָזַז *Secuit*, *Incidit*, apud Arabes. Inde eſt

חֲזִיז m. *Fulgetrum*, quia *ſecat & incidit* quævis obvia, Job. 28, 26. c. 38, 25. Plur. חֲזִיזִים *Fulgetra*, Zach. 10, 11. Sæpius non legitur.

חָזַק *Validus* vel *fortis fuit*, *Invaluit*, *Prævaluit*, *Roboratus*, *Confirmatus fuit*, item tranſitivè *Roboravit*, *Confirmavit*. Conſtruitur vel abſolutè, vel intervenientibus particulis מ, עַל &c. חָזַק הָרָעָב *Invaluit* fames, Gen. 41, 57. Cum Suff. חֲזָקוֹ *Confirmavit* eum, 2. Chron. 28, 20. חֲזַקְתַּנִי Fortior me fuiſti, Jer. 20, 7. חָזְקוּ מִמֶּנּוּ *Prævaluerunt* nobis, 1. Reg. 20, 23. Inf. cum ה Paragogico לְחָזְקָה Ad *firmandum*, 2. Reg. 12, 12. & cum Suff. לְחָזְקָהּ Ad *confirmari illud*, i. e. ut *confirmetur illud*, Ezech. 30, 21. Imp. חֲזַק *Fortis eſto*, Devt. 31, 23. Fut. אִם יֶחֱזַק לַעֲשׂוֹת מִצְוֹתַי Si modò *confirmaverit ſe* ad faciendum præcepta mea, 1. Chron. 28, 27. נֶחֱזַק מֵהֶם *Robuſtiores erimus* illis, 1. Reg. 20, 23. Piel חִזֵּק *Firmavit*, *Confirmavit*, *Obſirmavit*, *Obduravit*, *Fortificavit*, *Roboravit*, *Reſtauravit*. חִזַּק בְּרִיחֵי שְׁעָרָיִךְ *Confirmat* vectes portarum tuarum, Pſalm. 147, 13. וְחִזַּקְתִּי לֵב פַּרְעֹה Et *obdurabo* cor Pharaonis, Exod. 14, 4. Infin. וּלְבִלְתִּי חַזֵּק אֶת־בֶּדֶק הַבָּיִת׃ Ad non *firmare*, i. e. ut *non firmarent* rupturam domus, 2. Reg. 12. 9. Fut. אֲחַזֵּק *Obdurabo*, Exod. 4, 21. וַיְחַזְּקוּ יְדֵיהֶם לַטּוֹבָה Et *corroborarunt* manus ſuas in bonum. Neh. 2, 18. Hiphil הֶחֱזִיק *Firmum reddidit*, *Firmavit*, *Confirmavit* ; interdum abſolutè *Invaluit*, *Confirmavit ſe* ; & ſi cum ב conſtruitur, idem eſt ac *Apprehendit*, *Comprehendit*, *Tenuit*, *Detinuit*, *Retinuit firmiter & per vim*. הֶחֱזַקְתִּי בִּזְקָנוֹ *Apprehendi* barbam ejus, 1. Sam. 17, 35. Part. וְעוֹדְךָ מַחֲזִיק בָּם Et adhuc retinens eris eos, Exod. 9, 2. Fut. וְאַחְזֵק Et *apprehendam*, Jeſ. 42, 6. Hithpael הִתְחַזֵּק *Firmum* vel *fortem ſe exhibuit*, *confirmavit* aut *fortificavit ſe*, item *Confirmatus fuit*, *Conſtitit*. וְלֹא הִתְחַזַּק לִפְנֵיהֶם Nec *conſiſtere poterat* coram illis, 2. Chron. 13, 7. Infin. לְהִתְחַזֵּק Ad *confirmandum* ſe, 2. Chron. 16, 8. וַיִּתְחַזֵּק הָעָם *Confirmavit* autem ſe populus, Jud. 20, 22. Part. מִתְחַזֵּק *Confirmans ſe*, 2. Sam. 3. 6.

1) Generatim deſignat *vires & robur*, ſive quà *additionem*, ſive quà *receptionem*, ſive quà *incrementum*, ſive quà *uſum*. 2) Speciatim α) denotat *virium ac roboris additionem & receptionem*. Ita א) *propriè* refert *partium compactionem*, *cohæſionem ac integritatem*, quamvis pro diverſitate Conjugationum diverſimodè. Scilicet 1) in *Kal* eſt *firmari*, *confirmari*, *roborari*. Ita firmari & roborari dicitur ruptura templi, 2. Reg. 12, 13. item regnum, 2. Reg. 14, 5. 2) In Piel ac Hiphil eſt *firmare*, *firmum facere*, vel *reddere*, *roborare*. Veſte machen/beveſtigen/ſtärcken. Ita in Piel legitur de firmatione munitionum, 2. Chron. 11, 11.

c. 26,

c. 26, 9. c. 32, 5. Nah. 3, 14. januæ, 2. Chron. 29, 3. ſtatuæ, Jeſ. 41, 7. Jer. 10, 4. rupturæ templi, 2. Reg. 12, 6. 13. In *Hiphil* autem occurrit de firmatione *domus*, ne corruat, Job. 8, 15. *urbis*, ſtruendo muros, Neh. 4. 7. 8. 9. 10. 13. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. &c. c. 5, 16. *rupturæ*, Ezech. 27, 9. 27. ב *Metaphoricè* transfertur ad *animum*, & 1) in *Kal* notat *indurari*, *obdurari*. Ita *cor Pharaonis* induratum vel obduratum fuiſſe dicitur, quando nulli timori atque periculo ceſſit, Diaboli ſuggeſtionibus obtemperavit, Dei voluntati temerè reſtitit, & in id unicè operam dedit, ne fieret, quod Deus volebat atque imperabat, Exod. 7, 13. 22. c. 8, 15. c. 9, 38. 2) In Piel eſt *indurare*, *obdurare*. Ita *Deus* dicitur *obdurare cor Pharaonis*, quando ei, ob antegreſſa ejus peccata, gratiam ſuam, quâ aliàs corda emolliuntur, & ad bonum flexibilia redduntur, ex juſto judicio ſubtraxit, & in duritie, cujus ſibi ipſi cauſa extitit, ipſum reliquit, quò minus imperio Dei morem gereret, & Iſraelem dimitteret, Exod. 4, 21. c. 9, 12. c. 10, 20. 27. c. 11, 10. Sed Exod. 14, 4. 8. dicitur de *induratione cordis Pharaonis*, quâ factum, ut obfirmato conſilio, Iſraelitas à ſe dimiſſos perſequeretur, & aquis marinis cum toto excercitu ſubmerſus, miſerè periret. Item *Animare*, *inſtigare*, *animum addere*, Devt. 3, 28. 2. Chron. 35, 2. Jeſ. 41, 7. *Animandi*, *inſtigandi & juvandi* ſignificationem quoque obtinet, quando conſtruitur cum voce יָד *Manus*. חִזְּקוּ אֶת־יָדָיו לַהֲרֹג אֶת־אֶחָיו *Confirmarunt manus ejus* ad occidendum fratres ſuos, i. e. *inſtigarunt*, *animarunt & juverunt* eum, Jud. 9, 24. חִזְּקוּ יְדֵי מְרֵעִים *Firmant manus* maleficorum, i. e. *animant*, *inſtigant*, *& juvant* maleficos, Jer. 23, 14. conf. Ezech. 13, 22. חַזְּקוּ יָדַיִם רָפוֹת *Firmate manus* remiſſas i. e. animum moeſtis addite, Jeſ. 35, 3. conf. Job. 4, 3. 3) In *Hiphil* eſt *animare*, *animum addere*, 2. Sam. 11, 25. vel *corroborare*, *juvare*, non ſolum adhibetur abſolute, Lev. 25, 35. ſed etiam ſi conſtruitur cum voce זְרוֹעַ *Brachium*, vel יָד *Manus*, prout per Metaphoram utraque vox deſignat *vires*, *potentiam*, *opes* &c. Job. 8, 20. Ezech. 30, 25. ſic *manum egeni corroborare*, eſt *egeno opem ferre*, Ezech. 16, 49. β) Deſignat *roboris* vel *virium amiſſarum receptionem & reſtitutionem*. Ita in *Kal* ſignificat *convaleſcere*, Jeſ. 39, 1. In Piel *roborare*, *corroborare*, *confortare inſtaurando vires amiſſas*. Ita *ſui confortationem* expetit Simſon, Jud. 16, 28. & Deus *ſe corroboraturum* promittit *oviculas ægrotantes*, Ezech. 34, 4. 16. In Hiphil eſt *inſtaurare*, *reſtaurando firmare*, Nah. 3, 14. γ) Denotat *roboris & virium incrementum & copiam*. Inde in *Kal* ſignificat 1) *Invaleſcere*. Ita *invaleſcere* dicitur *fames*, Gen. 41, 56. 57. c. 47, 20. 2. Reg. 25, 3. Jer. 52, 6. *Bellum*, 2. Reg. 3, 26. caſtigationes vel pœnæ divinitus immiſſæ, Jeſ. 26, 22. 2) *prævalere*, cum אֶל 2. Sam. 24, 4. vel עַל 2. Chron. 27, 5. ubi verbum Davidis contra Jobum prævaluiſſe perhibetur. Conf. Ezech. 3, 14. vel *fortiorem fieri*, Jud. 1, 28. 2. Sam. 10, 11. 1. Chron. 19, 12. In Hiphil 1) *Invaleſcere*; ita legitur, 2. Chron. 26, 8. הֶחֱזִיק עַד לְמָעְלָה

In

Invaluit admodum, confirmavit ſe ſupra modum. Lutherus: **Ward immer ſtärcker und ſtärcker.** 2) *Prævalere*, Dan. 11, 7. δ) Indigitat *roboris ac virium uſum*, qualiſcunque demum ſit, vel quocunque ſe exerat modô. Inde in Kal ſignificat 1) *fortem eſſe, fortitudinem exercere, fortem ſe gerere, præſtare.* Quâ in ſignificatione opponitur *puſillanimitati*, ubi hominis animus periculi magnitudinem, viriumque propriarum exiguitatem advertens, timidum ſe gerit, multumque de officii ſui functionibus omittit & remittit. Ita ſæpius adhibetur in excitationibus ad fortitudinem exercendam, Devt. 31, 6. 7. 27. Joſ. 1, 6. 7. 9. 18. c. 10, 25. 2. Sam. 10, 12. c. 13, 28. 1. Chron. 19, 13. c. 22, 13. Pſal. 27, 14. Jeſ. 41, 7. 2) *Subigere, Vincere, Superare*, vel interveniente particula מִן ejusque decurtato מ, 1. Sam. 17. 50. 1. Reg. 20. 23. vel עַל 2. Chron. 27, 5. 3) *Urgere, Inſtare*, ut aliquid fiat. Ita conſtruitur cum עַל, Exod. 12, 33. 4) In *actione aliqua diligentem, & adſiduum eſſe, omnem induſtriam adhibere, non deficientem, non remittentem*, Joſ. 23, 6. Devt. 12, 23. 2. Reg. 12, 13. 1. Chron. 28, 7. 2. Chron. 31, 4. In Hiphil eſt 1) *Apprehendere*, prout Angeli Lothum ex Sodomæ incendio educendum apprehendebant, Gen. 19, 5. Eliſa veſtem, ut eam laceraret, 2. Reg. 2, 12. conf. 2. Sam. 1, 11. Hagar manum filii, Gen. 21, 18. Hinc inde autem *modum* apprehenſionis connotat, ut idem ſit ac *apprehendere aliquid firmiter*, Exod. 4, 4. 1. Sam. 15, 27. fortiter & animosè, 1. Sam. 17, 35. indivulsè, 1. Reg. 1, 50. Prov. 3, 18. c. 4, 13. Jeſ. 4, 1. Jer. 8, 21. Zach. 8, 23. impudenter, Devt. 22, 25. c. 25, 11. Prov. 7, 13. conf. 2. Sam. 13, 11. adulatoriè & blandè, 2. Sam. 15, 5. *ſubitò*, ut dolor parturientem corripit, Jer. 6, 24. Mich. 4, 9. Aſt *Deus apprehendere* dicitur *manum* vel *dexteram alicujus*, quando eum inſtar infantis ducit, &, ne collabatur, ſed felicius pergat, ſuffulcit, ſuſtentat &c. Jeſ. 41, 9. 13. c. 42, 6. c. 51, 18. Jer. 31, 32. Speciatim Jeſ. 45, 1. *Deus dexteram Cyri apprehendiſſe* dicitur, quando heroicum animum ei conceſſit, eundem providè duxit, & in expeditione bellica Babylonica proſperum ſucceſſum ei largitus eſt. *Homines* verò dicuntur *apprehendere Deos alienos*, quando *Deum verum* malitiosè deſerentes, alienos Deos eligunt, ſectantur, iisque indivulsè adhærent, 1. Reg. 9, 9. 2. Chron. 7, 22. 2) *Tenere* aliquid manu, Jud. 7, 20. vel alicujus manum, Jud. 16, 26. Interdum *tenendi modum* connotat, & idem eſt ac firmiter & conſtanter tenere e. g. *fœdus*, Jeſ. 56, 4. 6. *pietatem*, Job. 2, 4. 9. conf. Jeſ. 56, 2. *juſtitiam*, Job. 27, 6. *dolum*, h. e. hypocriticam & fraudulentam pœnitentiam, Jer. 8, 5. Cum verò Mich. 7, 18. Deus dicitur *non tenere iram*, indicatur, quod Deus ſe non penitus implacabilem gerat, aut in infinitum iraſci pergat, ſed peccatorum noſtrorum memoriam deponat, reprehenſionibus & pœnis finem imponat, nec injuriam ſibi illatam ulterius ulciſcatur. In compoſito eſt *continere*, 2. Chron. 4, 5. *Detinere* ad edendum, Jud. 19, 4. 2. Reg. 4, 8. ad manendum, Exod. 9, 2. Jer. 50, 33. *Retinere*, Jud. 7, 8. In *Hithpael* ſignificat *ſe fortem* vel *robuſtum gerere*; *for-*

fortitudinem exercere, in prœlio, 1. Sam. 4, 9. 2. Sam. 10, 12. 1. Chron. 19, 13. Conf. Dan. 10, 21. ubi Michael dicitur inſuperabile ſuum robur & vires evidenter exerere, & cum Gabriele commun care, *collectis viribus ſe robuſtum exhibere*, Gen. 48, 2.

חָזֵק m. *Invaleſcens*. Bis tantum occurrit, ſed in utroque loco conſtruitur cum verbo הָלַךְ *ivit*, quod cum alio verbo vel nomine intercedente particula ו conſtructum, tantùm *continuationem, auctionem ac gradationem actionis* vel *qualitatis*, quam vox appoſita denotat, deſignare ſolet. הוֹלֵךְ וְחָזֵק Vadens & *invaleſcens* erat, i. e. *magis magisque invaleſcebat*, Exod. 19, 19. Ita quoque 2. Sam. 3. 1.

חָזָק m. *Firmus*, *Robuſtus*, *Validus*, *Fortis*, *Vehemens*. רָעָב חָזָק Fames *vehemens*, 1. Reg. 18, 2. חָזָק הוּא מִמֶּנּוּ *Fortis eſt* præ nobis, i. e. *fortior* eſt nobis, Num. 13, 31. Fœm. חֲזָקָה *Firma*, *Robuſta* &c. הוֹצִיא יְהוָה אֶתְכֶם בְּיָד חֲזָקָה Eduxit vos Dominus per manum *validam*, Devt. 7, 8. Plur. חֲזָקִים *Firmi*, *Validi* &c. Jud. 18, 26. In Statu Conſtr. חִזְקֵי לֵב *Robuſti* corde, i. e. in malum *obſirmati*, Ezech. 2, 4.

1) Generatim notat *firmum & validum*, ſive in abſtractô, ſive in concretô. 2) Speciatim *α*) in Abſtracto denotat *robur ac fortitudinem*. Ita bis legitur de infinito robore ac fortitudine *Dei*, Jeſ. 28, 2. c. 40, 10. *β*) In *Concreto* ſignificat 1) *firmum & ſolidum*, cujus partes compactæ ſunt & bene cohærent, Job. 37, 18. ubi *cœli* dicuntur firmi ac ſolidi, inſtar ſpeculi, ob motûs abſentiam. Vid. Seb. Schmid. in h. l. Exod. 3, 9. ubi tribuitur *adamanti*. 2) *Viribus validum, & robuſtum*. Ita א) κατ' ἐξοχὴν tribuitur *Deo*, qui infinito robore inſtructus eſt, Prov. 23, 11. Jer. 50, 34. ejusque *brachio* & *manui*, ad deſignandam incomparabilem ejus potentiam & virtutem, quam nemo adverſantium inhibere valet. *Brachio* Dei tribuitur, Jer. 21, 5. *Manui* autem ejus adſignatur, Exod. 3, 19. c. 6, 1. c. 13, 9. c. 32, 11. Num. 20, 20. Devt. 3, 24. c. 4, 34. c. 5, 15. c. 6, 21. c. 7, 8. 19. c. 9, 26. c. 11, 2. c. 26, 8. c. 34, 12. Joſ. 4, 24. 1. Reg. 8, 42. 2. Chron. 6, 32. Pſalm. 136, 12. Jer. 32, 21. Ezech. 20, 33. 34. Dan. 9, 15. ב) *Hominibus*, qui firmis corporis viribus ſunt, Joſ. 14, 11. conf. Am. 2, 14. vel aliâ ratione validi & fortes ſunt, ut *hoſtes* ob animoſitatem, numeroſas copias, vel etiam apparatum bellicum, Num. 13, 18. 31. Joſ. 17, 18. Jud. 18, 26. Jer. 31, 10. *improbi*, violenter & doloſè cum miſero agentes, Job. 5, 15. Pſalm. 35, 10. Sed tranſlatè חִזְקֵי לֵב *Robuſti corde*, ſunt in malo obfirmati, Ezech. 2, 4. & חִזְקֵי מֵצַח *Robuſti fronte*, ſunt *præfracti, obſtinati, pertinaces*, Ezech. 3, 7. ג) *Rebus*, quæ viribus validæ & vehementes ſunt, e. g. *bello*, quod vehemens & grave eſt, 1. Sam. 14, 52. 2. Sam. 11, 15. *morbo*, qui vires corporis proſternit & tandem vitâ hominem privat, 1. Reg. 17, 17. *ſono*, qui longè lateque auditur, & audientibus horrorem incutit, Exod. 18, 16. *Vento*, qui cum impetu flat, Exod. 10, 19. 1. Reg. 19, 11. item *fami ingenti*, 1. Reg. 18, 2. Sed Ezech. 3, 8. Metapho-

phoricè tribuitur *fronti*, in ſymbolum *animoſitatis & fortitudinis*, qua Ezechiel improborum minis reſtiturus erat.

חֵזֶק m. *Firmitas, Robur.* Semel legitur cum Suff. חִזְקִי *Robur meum*, Pſalm. 18, 2. ubi David *Deum* vocat *robur ſuum*, quia ipſum confortabat, & contra pericula & inſultus hoſtium validum conſervabat.

חֹזֶק m. *Firmitas, Robur.* Sexies ſaltem legitur; Scilicet de infinito robore manus divinæ, Exod. 13, 3. 14. 16. de firmitate & robore regnorum gentium, Hab. 2, 22. & Am. 6, 13. de robore, quod jactaut improbi, בְּחָזְקֵנוּ *Robore* noſtro.

חֶזְקָה f. *Firmitas, Robur, Confirmatio.* In Statu Conſtr. בְּחֶזְקַת הַיָּד In *robore* vel *confirmatione* manus, Jeſ. 8, 11. i. e. *cum confirmaret conſolatione ſua manum meam, ad perficiendum ea, quæ partim ad Propheticum meum moleſtiſſimum officium, partim ad vitæ ſanctitatem & conſtantiam pertinent.* Vid. Seb. Schmid. in h. l. Habet enim hoc nomen verbale rationem Infinitivi in tempus finitum reſolvendi. Simili ratione adhibetur in reliquis ſcripturæ locis. וּכְחֶזְקָתוֹ Et *ſecundum robur ſuum*, i. e. cum invaluiſſet vel robur acquiſiviſſet, 2, Chron. 12, 1. c. 26, 16. וּכְחֶזְקָתוֹ בְעָשְׁרוֹ Et ſecundum *robur ſuum*, i. e. Cum confirmatus fuerit in divitiis, vel invaluerit divitiis ſuis, Dan. 11, 2.

חָזְקָה f. *Vis, Vehementia, Violentia.* Quinquies legitur, ſed ubique cum Præfixo ב, nempe Jud. 4, 3. de violenta Iſraelitarum oppreſſione; Jud. 8, 1. de prœlio vehementi atque gravi; 1. Sam. 2, 16. de violenta ſumtione carnis immolandæ; Ezech. 34, 4. de violento imperio; & Jon. 3, 8. de devotâ precatione.

חָזַר *Rediit; Volvit*, apud Chaldæos & Syros. Inde eſt

חֲזִיר m. *Porcus, Sus*, ſic dictus, quod ſus poſt lavacrum ad cœni volutabrum redeat. Sed Bocharto P. I. lib. 1. c. 9. pag. 61. eſt ab Arabum خزر *anguſtos oculos habere*, eò quod *Porcus*, habeat *anguſtos oculos.* *Propriè* legitur hæc vox Lev. 11, 7. Devt. 14, 8. Prov. 11, 22. Jeſ. 65, 4. c. 66. 17. *Metaphoricè* autem adhibetur, Pſalm. 80, 14. ubi deſignat *ſpurciſſimos & crudeliſſimos Eccleſiæ hoſtes ac perſecutores*, qui nulli parcunt, omnia ſuffodiunt ac proculcant, & nec ſacrorum, nec profanorum rationem habent.

חָטָא *Erravit, Aberravit, Peccavit.* Conſtruitur vel abſolutè, vel intervenientibus particulis, ל, ב, מִן, hujusque decurtato מ. וְחָטְאָה בִּשְׁגָגָה Et *peccaverit* per errorem, Lev. 5, 15. Sed Exod. 5, 16. eſt חָטָאת per Chaldaismum Afformativo ה in ת mutato, & (ָ) ſub א per Syriasmum in locum (:) literæ ט transmotô, in quo א quieſcit. וּמֶה־חָטָאתִי לָךְ Et *peccavi* contra te? Gen. 20, 9. Part. חוֹטֵא *Peccans*, Prov. 11, 31. Sed Jeſ. 65, 20. eſt חוֹטֶא more verborum לה (ֶ) ſub ſecunda radicali in (ֵ) mutato. חֹטְאֵי *Peccans* contra

tra me, Prov. 8, 36. pro חוֹטְאִי לִי. Fœm. חוֹטֵאת *Peccans*, Ezech. 18, 4. 20. pro חֹטֵאָת. Inf. חֲטֹא *Peccare*, Ezech. 3, 20. Sed Gen. 20, 7. eſt מֵחֲטוֹ *A peccando*, tertiâ radicali א more verborum ל״ה in ו mutato, quod in præcedente Cholem quieſcit. Et Ezech. 32, 12. eſt חֲטֹאת, forma mixta ex quieſcentibus tertia א & ה, perinde ut in קְרֹאת *Vocare, accerſere*, Jud. 8, 1. שְׂנֹאת *Odiſſe*, Prov. 8, 13. In his enim omnibus mera analogia verborum ל״א ultimum ת reſpueret; ſed analogia verborum ל״ה omiſiſſet penultimum א, ſi absque hâc foret compoſitione. Vid. D. Danzii Liter. ed. 2. §. 41. p. 393. בְּיוֹם חֲטֹאתוֹ In die *peccaſſe* eum, i. e. in die, quô *peccavit*. Fut. אֶחֱטָא *Peccabo*, Pſalm. 119, 11. יֶחֶטְאוּ *Peccabunt*, 1. Reg. 8, 33. Piel חִטֵּא *Mundavit, Purgavit à peccato; Expiavit.* וְחִטֵּא אֶת־הַבַּיִת Et *mundavit* domum iſtam, Lev. 14, 52. וְחִטְּאוֹ Et *expurgaverit* eum, Num. 19, 19. Infin. חַטֵּא *Mundare, Purgare*, Lev. 12, 49. Fut. אֲחַטֶּא *Expiabo*. Cum Suff. אֲחַטֶּנָּה *Luam illud*, Gen. 31, 39. Tertiâ radicali א, more quieſcentium tertiâ ה, ob accedens Suffixum extruſâ. Hiphil הֶחֱטִיא *Peccare fecit* vel *ſivit; ad peccandum induxit.* וְהֶחֱטִיאָם *Et peccare fecit* eos, 2. Reg. 17, 21. Infin. לְהַחֲטִיא *Ad peccare faciendum*, 1. Reg. 16, 9. Sed Eccl. 5, 5. eſt לַחֲטִיא Præformativo ה per Aphæreſin ablato, ceu in לַאֲדִיב, 1. Sam. 2, 33. הַחֲטִי *Peccare facere*, pro הַחֲטִיא, tertiâ radicali א per Apocopen reſectâ, Jer. 32, 35. Hithpael הִתְחַטֵּא *Purgavit ſe*. Fut. יִתְחַטָּא *Purgaverit ſe*, Num. 19, 12.

1) Generatim *errandi* notionem reſpicit. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *deviare, à ſcopô deflectere*; aſt juxta Coccejum, *fruſtra eſſe, excidere deſtinato, incidere in contrarium deſtinato.* וְלֹא תֶחֱטָא Et à via non aberrabis, Job. 5, 24. Omnis hic funditor lapide ad pilum, ut non erraret, à ſcopo deflecteret, vel fruſtraret jactum, Jud. 20, 16. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* ſignificat *peccare*, quia, qui peccat, à ſemitâ legis, & ſcopo ipſi præfixo aberrat, ſive malum aut vetitum faciendo, ſive bonum aut mandatum omittendo. Unde non ſolum peccanti *error* tribuitur, Lev. 5, 15. Sed etiam dicitur: *Deus reducit eos in viam*, Pſalm. 25, 8. & *redeunt in viam*, Pſalm. 51, 15. Et Pſalm. 1, 1. חַטָּאִים *Peccatores* ſunt, qui *aliam* tenent *viam*. Adhibetur autem in Kal tùm in genere de homine quacunque ratione peccante, 1. Reg. 8, 46. Eccl. 7, 20. Thren. 1, 8. Ezech. 3, 21. c. 16, 51. c. 18, 24. c. 33, 16. in ſpecie de idololatris, Exod. 32, 31. 33. 1. Reg. 14, 16. c. 15, 30. Neh. 13, 26. collato, 1. Reg. 11, 1. 2. de Saule, juſſa Dei contra Amalekitas non exequente, 1. Sam. 15, 24, 30. de Davide populum faſtuosè numerare curante, 2. Sam. 24, 10. 17. 1. Chron. 21, 8. 17. de Simei Davidi maledicente, 2. Sam. 19, 21. de effundente ſanguinem innocentem, 1. Sam. 19, 5. de peccante per errorem, citra malitiam & propoſitum, Lev. 4, 2. 22. 23. 27. 28. c. 5, 15. 16. Subjectum offenſum deſignatur ſæpe per particulam ל, ſive illud immediatè ſit

Deus,

Deus, Exod. 32, 33. Joſ. 7, 20. 1. Sam. 12, 23. c. 14, 35. 2. Sam. 12, 13. 1. Reg. 8, 33. 35. 46. 2. Chron. 6, 24. 26. 36. Jer. 3, 25. c. 8, 14. ſive *homo*, Gen. 20, 9. 1. Sam. 19, 4. c. 24, 11. ſive Deus & homo ſimul, Exod. 10, 16. conf. Pſalm. 51, 6. in quem locum ita commentatur ſumme Rev. Dn. D. Danz. in Interpr. ed. 2. §. 153. p. 181. *Præter Deum quàm maximè etiam offenderat homines, eosque unò plures. Uriæ amores, alienu amplexibus, indormiendo ſibi præripuerat, ejus etiam bona, quantum in ſe, ad ſuam derivaturus prolem ſuppoſititiam. Quumque id parum procederet, manu hoſtium interemit innocentem. Bathſebam, perinde eſt, ſive autoritate ſuâ, ſive blanditiis factum dixeris, ſeduxit. Joabum, fortiſſimum belli Ducem, ſua fecit nequitiæ ac libidinis miniſtrum. Nuncios ad eam adducendam miſſos, 2. Sam. 11, 4. lenonum munia obire coegerat, etiamſi inſcios. Crimine detectò, ſcandalizarat populum Deo addictum, hoſtibus verò occaſionem præbuerat blaſphemandi Deum.* Iſtud autem ל, *Subjectum*, in quod peccatur, deſignans, quandoque omittitur, in interpretatione ſupplendum. חֹטְאִי Peccans *in* me, Prov. 20, 2. Conf. Prov. 20, 2. Hab. 2, 10. Similiter *Subjectum*, in quod immediatè peccatur, notatur per particulam ב, Gen. 42, 22. In Hiphil tranſitivam obtinet ſignificationem, notans *peccare facere, ad peccandum inducere, ſeducere*, Exod. 23, 33. Devt. 24, 4. 1. Reg. 14, 16. c. 15, 26. 30. c. 16, 2. 13. 26. c. 22, 53. 2. Reg. 3, 3. c. 10, 29, 31. c. 13, 2. 6. 11. c. 14, 24. c. 15, 9. 23. 28. c. 12, 11. 16. c. 23, 15. Neh. 13, 26. Eccl. 5, 5. Jeſ. 29, 21. Jer. 32, 35. 2) Per *Metonymiam antecedentis* pro conſequente, in *Piel* ſignificat 1) *expiare erratum*, ſeu *delictum auferre, purgare à peccato, mundare, mundiciem ac ſanctitatem reſtituere*, vel præfigurativè ac declarative *per ceremonias Leviticas*, qualis erat *expiatio* vel *mundatiò*, e. g. domûs â leprâ mundandæ, Lev 14, 49, 52. hominis à cadavere contaminati, Num. 19, 19. conſecrandi Sanctuarii, Ezech. 45, 18. altaris, Exod. 29, 36. Lev. 8, 15. Ezech. 43, 20. 22. 23. & populi expiandi, 2. Chron. 29, 24. vel verè ac realiter, qualis erat, *mundatio & expiatio*, quam Pſalm. 51, 9. David expetebat, turpitudinis ac reatûs attracti ablationem demiſsè à Deo rogitans. 2) *Facere ſacrificium* pro peccato, quia expiatio per ſacrificii oblationem fiebat, Lev. 6, 19. c. 9, 15. 3) *Luere, Satisfacere*, Gen. 31, 39. Hithpael ſignificationem τȣ̃ Piel aſſumit, & vel *reciprocè* in ſe ipſam convertit, ut ſignificet *expiare, purgare vel purificare ſe*; vel paſſivè interpretandum venit, ut idem ſit ac *purgari, purificari*. In Hithpael autem ſaltem ſexies legitur, ſcilicet de *expiatione & mundatione* hominis à cadavere contaminati, Num. 19, 12. 13 20. c. 31, 19. de purificatione vaſorum ab hoſtibus ſumtorum, Num. 31, 20. 23. de mundatione, Levitarum ad functionem ſacram inaugurandorum, Num. 8, 21. Sed Job. 41, 16. deſignat *expiationem*, quâ homines peccata, peccatorumque pœnam demiſsè deprecantur.

חֲטָאָה m. *Peccatum*, pro חֵטְא, poſitô (:) per alternationem pro (··) ceu in voce נֵרְדְּ *Nardus*, Cant. 4, 14. pro נֵרְד. Eſt enim for-

mi

mæ כֵּפֶר *Liber.* Cum Suff. חֶטְאוֹ יִשָּׂא *Peccatum ſuum* portabit, Num. 9, 13. Plur. חֲטָאִים *Peccata*, Eccl. 10, 4. In Statu Conſtr. חַטָּאֵי עַמִּי *Peccata* populi mei, Am. 9, 10. Cum Suff. הַסְתֵּר פָּנֶיךָ מֵחֲטָאָי Abſconde facies tuas *à peccatis meis*, Pſalm. 51, 11.

1) Generatim deſignat *aberrationem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *deviationem, aberrationem à via, deflexionem à ſcopo.* Sed ita in Scriptura non occurrit. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* denotat *Peccatum* vel *delictum*, quod eſt aberratio vel deviatio à viâ legis. Adhibetur autem a) de *peccato originis*, Pſalm. 51, 7. b) de peccatis *actualibus*, tàm *commiſſionis*, e. g. de idololatria, Jeſ. 31, 7. blaſphemiâ in Deum, Lev. 24, 15. crimine morte plectendo, Devt. 21, 22. c. 22, 26. c. 24, 16. quàm *omiſſionis*, Num. 9, 13. Devt. 15, 9. c. 23, 22. 23. c. 24, 15. conf. Lev. 19, 15. item tàm *commiſſionis*, quàm *omiſſionis ſimul*, Pſalm. 51, 11. Pſalm. 103, 10. Jeſ. 1, 18. c. 38, 17. tàm originali, quàm actuali, Jeſ. 53, 12. 2) *Metonymicè* deſignat *reatum pœnæ*, per peccatum contractum, Lev. 20, 20. c. 22, 9. Ezech. 23, 49.

חַטָּאָה f. *Peccatum*, Am. 9, 8. pro quò ſæpius eſt חַטָּאת per Chaldaiſmum ה in ת mutatò, & א per Syriaſmum in (ָ) quieſcente, ac ſi forma prima ex *Piel* eſſet חַטְּאָה. Vid. Danzii Lit. §. 25. ed. 2 II. לִפְנֵי יְהוָה חַטָּאת הוּא Coram Domino peccatum eſt, Lev. 4, 24. In Statu Conſtr. וְסָלַחְתָּ לְחַטַּאת עֲבָדֶיךָ Et propitius eris *peccato* ſervorum tuorum, 1. Reg. 8, 36. Cum Suff. שָׂא־נָא חַטָּאתִי Remitte quæſo *peccatum* meum, Exod. 10, 17. 1. Sam. 15, 25. וְשָׁב מֵחַטָּאתוֹ Sed reverſus fuerit à *peccato ſuo*, Ezech. 33, 14. Plur. חַטָּאוֹת *Peccata*, 2. Reg. 12, 17. In Statu Conſtr. חַטֹּאת pro חַטָּאוֹת, per Syriaſmum, cujus א (ְ) ſub ט reſpuit, & in locum ejus vocalem ſuam collocat, quiete ſibi inductâ, 2. Reg. 13, 6. Ita quoque cum Suff. חַטֹּאתֶיךָ *Peccata tua*, Jeſ. 44, 22. וְחַטֹּאותֵיכֶם Et *peccata veſtra*, Jeſ. 59, 2.

1) Generatim ſignificat *aberrationem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *deviationem, aberrationem à via, deflexionem à ſcopo.* Ita in Scripturâ non occurrit. β) *Tropicè* א) per *Metaphoram* ſignificat *peccatum*, quod eſt *aberratio à viâ legis divinæ, & deflexio à ſcopo*, in quâ aliud bonum, quàm Deus, quæritur. Sub ſuo autem ambitu complectitur *quodcunque peccatum.* Inde in Scriptura adhibetur ad deſignandum a) *peccatum* tùm *originale*, tùm *actuale*, Pſalm. 25, 7. Pſalm. 32, 4. Pſalm. 32, 4. Pſalm. 38, 4. Prov. 20, 9. Jeſ. 6, 7. c. 43, 25. c. 44, 22. Dan. 9, 24. Mich. 7, 19. b) Peccatum, tùm *malitioſum & contra conſcientiam admiſſum*, gratiam divinam auferens, quod peccanti ad mortem imputatur &c. cujus generis eſt idololatria, Exod. 32, 32. 34. Devt. 9, 18. 2. Reg. 13, 6. c. 15, 6. 23. Sodomia, Gen. 18, 20. adulterium & homicidium, 2. Sam. 12, 13. Pſalm. 51, 4. 5. & *aliud quodcunque gravius peccatum*, ſive ſit *commiſſionis*, ſive *omiſſionis*, 1. Reg. 8, 35. 2. Chron. 6, 26. Job. 13, 23. Jeſ. 3, 9.

 c. 59,

c. 59, 2. 12. Jer. 16, 10. Ezech. 18, 24. c. 33, 14. Dan. 9, 20. Mich. 6, 13. tùm veniale & infirmitatis, quod remittitur fidelibus, nec juxta rigorem juſtitiæ iis imputatur, Job. 10, 6. c. 14, 16. *c) Peccatum* tùm *cordis*, Prov. 24, 9. tùm *oris*, Pſalm. 59, 13. tum *operis*, Gen. 50, 17. cujusmodi peccatum eſt *peccatum actuale*, de quo vide loca antea citata. ב) Per *Metonymiam*, 1) *Adjuncti* denotat ipſum *ſubjectum peccans*, vel *peccatorem*, Prov. 13, 6. Am. 9, 8. 2) *Objecti* ſeu *materiæ* deſignat *id*, circa quod verſatur, ſeu quô committitur peccatum, e. g. vitulum aureum, Devt. 9, 21. altaria idololatrica, ſtatuas, lucos, Jeſ. 27, 9. Hoſ. 10, 8. 3) *Antecedentis* pro *Conſequente*, notat *a) Sacrificium*, quod pro peccato expiando offertur, Exod. 29, 14. c. 30, 10. Lev. 4, 3. 8. 14. 20. 21. 24. 25. 29. 32. 33. 34. c. 5, 6. 8. 9. 11. c. 6, 10. 18. 19. 23. c. 7, 7. 37. c. 8, 2. 14. Num. 7, 16. 22. 28. 34. 40. 46. 52. 58. 64. 70. 76. 82. 87. c. 8, 8. 12. c. 15, 24, 25. 27. Neh. 10, 34. Prov. 14, 34. Hoſ. 4, 8. *b) Pœnam, quæ peccatum*, ſequitur, Hoſ. 13, 12. Zach. 14, 19. conf. Num. 32, 23.

חַטָּאָה f. *Peccatum.* חֲטָאָה גְדוֹלָה *Peccatum* magnum, Gen. 20, 9. תְּפִלָּתוֹ תִּהְיֶה לַחֲטָאָה *Precatio* ejus ſit *peccatum*, i. e. imputetur pro *peccato*, Pſalm. 109, 7.

1) Generatim notat *abermtionem*. 2) Speciatim *α) propriè* ſignificat *deviationem* vel *aberrationem à via*. *β) Tropicè* 1) per *Metaphoram* denotat *peccatum*, quod importat *aberrationem à via legis divinæ*. Ita legitur non ſolum de quocunque peccato, ſive ſit originis, ſive actuale, ſive ſit commiſſionis, ſive omiſſionis, Pſalm. 32, 1. ſed etiam in ſpecie de *idololatria*, Exod. 32, 21. 30. 31. 2. Reg. 17, 21. & adulterio, Gen. 20, 9. 2) per *Metonymiam* antecedentis pro conſequente denotat *Sacrificium pro peccato*, Pſalm. 40, 7.

חַטָּאִים m. pl. *Peccatores*, Num. 17, 3. In Statu Conſtr. חַטָּאֵי עַמִּי *Peccatores* populi mei, Am. 9, 10. Cum Suff. חַטָּאֶיהָ *Peccatores* ejus, Jeſ. 13, 9.

1) Generatim notat *aberrantes*. 2) Speciatim *α) propriè* ſignificat *aberrantes à via* vel *ſcopô*. Ita non legitur in Scripturâ. *β) Metaphoricè* deſignat *peccatores*, qui aberrant & deflectunt à viâ legis divinæ. Et quidem ſi uſum vocis in Scripturâ receptum reſpicis, non in genere & promiſcuè omnes denotat peccatores, qui qualicunque ratione etiam ex infirmitate & ignorantiâ peccant, ſed ferè *eos*, qui non ſemel, ſed ſæpius, ac habitu ex crebrò repetitis malis actionibus acquiſitô, non ignoranter, ſed ſtudio, ſine ullo Dei vel hominum metu delinquunt, enormibusque ac notoriis criminibus incorrigibiliter indulgent, quos Scripturâ N. T. vocat *ἁμαρτωλὰς*, & utplurimum cum Publicanis combinat, Gen. 13, 13. Num 32, 14. c. 17, 3. Pſalm. 1, 1. 5. Pſalm. 25, 8. c. 26, 9. Pſalm. 51, 15. Pſal. 104, 38. Prov. 1, 10. c. 13, 21. c. 23, 17. Jeſ. 1, 28. c. 13, 9. c. 33, 14.

חָטַב *Cæcidit, Excidit, Incidit.* Ubique de *lignorum cæſione* adhibetur

tur. Part. מַחֹטֵב עֵצֶיךָ *A cadente* ligna tua, Devt. 29, 11. Plur. חֹטְבִים *Cadentes*, *Ceſores*, 2. Chron. 2, 10. In Statu Conſtr. חֹטְבֵי עֵצִים *Ceſores* lignorum, Joſ. 9, 21. 23. 27. Jer. 46, 22. Part. Paul plur. F. חֲטֻבוֹת *Exciſa, Exſculpta, Inciſa*, affabrè ſcil. & artificiosè, ceu interpretatur Kimchi, quem ſequitur Mercerus, ſcribens: *Adornavi lectum meum inciſis (abſolute)* h. e. *aſſeribus exciſis & artificiose ſculptis & affabrè factu ex cedrinâ vel aliâ materiâ*, Prov. 7, 16. Infin. לַחְטֹב עֵצִים Ad *cadendum* ligna, Devt. 19, 5. Fut. יַחְטְבוּ *Cadent*, Ezech. 39, 10. Pual Part. plur. F. מְחֻטָּבוֹת *Exciſi*, Pſalm. 144, 12. Sæpius non legitur.

חִטָּה f. *Triticum* vide infra in חנט.

חָטַם *Diſtulit, Protraxit, Prolongavit.* Legitur ſaltem in Fut. Jeſ. 48, 9. אֶחֱטָם־לָךְ *Differam* tibi, ſcil. *furorem meum, iram meam.* Alii reddunt, *Cobibebo.*

חָטַף *Rapuit, Diripuit, vi aliquid cepit, abripuit.* Ter ſaltem legitur. וַחֲטַפְתֶּם לָכֶם Et *rapietis* vobis, Jud. 21, 21. Infin. לַחֲטוֹף עָנִי Ad *rapiendum* miſerum, Pſalm. 10, 9. Fut. יַחְטֹף *Abripiet*, Pſalm. 10, 9.

חָטַר *Sepſit, Sepem obduxit*, apud Chaldæos. Inde

חֹטֶר m. *Virga*, vel *Surculus* ex truncô vetuſtiori ac ſucciſô enatus, fortè ſic dictus, quod ſi adhuc tener eſt, ſepe muniendus ſit, ne lædatur; vel ſi grandiuſculus factus eſt, *ſepes* exinde fieri poſſit. Bis ſaltem legitur. Nempe Prov. 14, 3. ubi חֹטֶר גַּאֲוָה *Virga ſuperbiæ*, eſt *Virga* ſuperbè & inſolenter adverſus alios uſurpata. Et Jeſ. 11, 1. *Virgæ* nomine venit Meſſias inſtar *virgæ tenerioris* ex familia Iſai, tanquam ex truncô ſucciſô oriundus.

חָיָה *Vixit; Revixit, Revaluit.* חָיוּ *Vixerunt.* Inf. חָיֹה יִחְיֶה *Vivendo vivet*, i. e. certiſſimè vivet, Ezech. 18, 21. Sed Ezech. 3, 21. eſt חָיוֹ, tertiâ radicali ה in ו mutatâ. לִחְיוֹת *Ad vivendum*, Ezech. 33, 12. עַד־חֲיוֹתָם *Usque ad convaleſcere*, i. e. Usque dum convaluiſſent, Joſ. 5, 8. Fut. הַאֶחְיֶה מֵחֳלִי זֶה Num *convaliturus ſum* à morbo hoc? 2. Reg. 8, 8. אִם־יָמוּת גֶּבֶר הֲיִחְיֶה Si moritur homo, num *reviviſcet?* Job. 14, 14. יְחִי *Vivat*, 1. Sam. 10, 25. tertiâ radicali per Apocopen ablatâ, & primâ cum (.) notatâ, Præformativô autem Schevatô. הֲתִחְיֶינָה הָעֲצָמוֹת הָאֵלֶּה Num *vivent* oſſa hæc? Ezech. 37, 3. Piel חִיָּה *Vivere fecit* vel *ſivit, Vivificavit, vivum conſervavit, Inſtauravit.* אִמְרָתְךָ חִיָּתְנִי Verbum tuum *vivificavit* me, Pſalm. 119, 50. Tertiâ radicali, quæ alias in ת mutatur, ob accedens Suffixum abjectâ, & Afformativô ה in ת tranſeunte. הַחִיִּיתֶם *An in vitâ conſervaſtis?* Gen. 31, 15. Infin. לְחַיּוֹת Ad *conſervandum in vitâ*, Gen. 7, 3. יְחַיֻּנוּ *Vivere ſinent* nos, 2. Reg. 7, 4. וַתְּחַיֶּיןָ Et *vivos conſervabant*, Exod. 1, 17. pro וַתְּחַיֶּינָה, ה Paragogico per Apocopen ſublato. Hiphil הֶחֱיָה *Vivificavit, vivum ſervavit, in vitâ*

 con-

conſervavit. הֶחֱיִתָנוּ *Vivificaſti nos*, Gen. 47, 25. Inf. לְהַחֲיוֹת אֶת־נַפְשִׁי *Vivificando* animam meam, Gen. 19, 19. Imp. וְהַחֲיֵינִי *Et vivifica* me, Jeſ. 38, 16. per Enallagen pro Futurô, *Et vivificaturus* es me. Eſt autem וְהַחֲיֵינִי pro וְהַחֲיֵנִי, per Epentheſin י inſertô.

1) Generatim *vivendi* notionem habet, quanquam pro diverſitate Conjugationum diverſimodè, nunc abſolutè & ſimpliciter, nunc determinatè & cum additô; nunc ſubjectivè, nunc efficienter &c. Hinc 2) Speciatim α) in Kal 1) abſolutè & ſimpliciter ſignificat *vivere*, ut indigitetur viventis exiſtentia. Ita adhibetur a) de *vitâ naturali*, Gen. 5, 3. 6. 7. 9. 10. 12. 13. 15. 16. 18. 19. 25. 26. 30. Job. 42, 16. Eccl. 6, 3. Jer. 23, 7. Inde b) transfertur ad *vitam ſpiritualem*, ratione gratiæ divinæ, Pſalm. 119, 77. & *æternam*, in cœlo obtinendam, Ezech. 18, 23. c. 33, 11. Sed de qualibet vitâ, tàm naturali, quàm ſpirituali & æternâ capitur, Prov. 4, 4. c. 7, 2. Am. 5, 4. 6. Neh. 9, 29. 2) Notat *determinatè & cum additô vivere*, ita, ut connotetur vitæ *conditio læta & exoptata*, vel *continuatio*, vel *etiam receptio*. Hinc ſignificat a) *bene, feliciter ac ex voto vivere, ex voto florere & vigere, diu incolumem eſſe*, Devt. 8, 1. Job. 21, 7. Pſalm. 22. 27. Pſalm. 69, 33. Pſalm. 119, 17. Huc ſpectat votiva acclamatio יְחִי *Vivat!* i. e. *bene, feliciter ac ex voto vivat, floreat, vigeat!* 1. Sam. 10, 25. 2. Sam. 16, 16. 1. Reg. 1, 25. 31. 34. 39. 2. Reg. 11, 12. 2. Chron. 23, 11. b) *In vita ſervari, incolumem, & ſuperſtitem permanere*, Gen. 42, 8. c. 43, 8. c. 47, 19. Exod. 1, 16. Num. 4, 19. c. 14, 38. Joſ. 6, 17. 1. Reg. 20, 32. Neh. 5, 2. Eſth. 4, 11. Jer. 21, 9. c. 27, 17. c. 38, 2. 17. c) *Convaleſcere, Revaleſcere*, Joſ. 5, 8. 2. Reg. 1. 20. c. 8, 8. 9. 10. 14. 2. Reg. 20, 7. Jeſ. 38, 9. d) *Reviviſcere, vitam recipere*, 1. Reg. 17, 22. Job. 14, 14. Jeſ. 26, 14. Ezech. 37, 3. 9. Sed quando Gen. 45, 27. *Spiritus Jacobi revixiſſe* dicitur, idem eſt, ac inſigni gaudiô perfuſus eſt; & Jud. 15, 19. Simſon *revixit*, quando hoſtium ſtrage editâ defatigatus, & ſiti gravi laborans, morti fermè vicinus, potu refocillatus fuit, & vires vitales recepit. β) In Piel ferè tranſitivum eſt, & ſignificat 1) *Vivificare, vitam conferre*, Job. 33, 4. 2) *In vitâ conſervare, vivum ſervare*, Gen. 7, 3. Devt. 6, 24. Pſalm. 41, 3. Quæ vitæ conſervatio fit, vel vitam, ubi adimi poſſet, non adimendo, Exod. 1, 17. 18. Num. 31, 15. 1. Reg. 20, 31. 2. Reg. 7, 4. Pſ. 30, 4. Ezech. 13, 19. c. 18, 27. vel alimenta vitam conſervantia ſuppedidando, 2. Sam. 12, 3. 1. Reg. 18, 5. 3) *Vivum ſinere*, Exod. 1, 22. 1. Sam. 27, 9. 11. 4) *Vitam reſtituere*, Devt. 32, 39. 1. Sam. 2, 6. translatè, *è mortiferis velut anguſtiis, aut moeroribus revocare, novasque Spiritûs vires concedere, & in tranquillam vitam reſtituere*, Pſalm. 71, 20. Pſalm. 85, 7. Pſalm. 119, 25. 50. item *Inſtaurare, reparare*, 1. Chron. 11, 8. γ) In *Hiphil* cum ſignificatione τȣ̃ Piel fere coincidit. Significat enim 1) *Vivificare*, ſive Subjectum jam antea vitam habuerit, ſive non, 2. Reg. 5, 7. c. 8, 1. 5. 2) *In vita conſervare, vivum ſervare*, cum aliàs moriendum fuiſſet, Gen. 6, 19. 20.

c. 19.

c. 19,19. c. 45,7. c. 47,25. c. 50,20. Joſ. 6,25. c. 9,20. c. 14, 10. 1. Sam. 22, 33. Ezech. 13, 22.

חַיָּה f. *Viva, Vivax.* Occurrit ſaltem in Plurali. חָיוֹת *Vivaces, robuſtæ*, Exod. 1, 19.

מִחְיָה f. *Vita; Vitæ conſervatio,* ſeu *ſuſtentatio, Reviviſcentia; Vivum, Vivens; Victus,* quô vita conſervatur. Octies legitur. לְמִחְיָה שְׁלָחַנִי Propter *victum*, i.e. *vitæ conſervationem* miſit me, Gen. 45,5. וְלֹא יַשְׁאִירוּ מִחְיָה Nec relinquebant *victum*, Jud. 6,4. וּלְתִתֵּנוּ מִחְיָה מְעַט Et ad dandum nobis *reviviſcentiam aliqualem*, i. e. reſpirationem, refrigerium & ſolatium, Eſr. 9,8. conf. v. 9. Sed 2. Chron. 14,12. *Metonymicè* notat *viventem*, *vivum* vel *ſuperſtitem* conſervatum. In Statu Conſtr. מִחְיַת בָּשָׂר חַי *Vita* ſeu *enaſcentia* carnis viventis, Lev. 13, 10. מִחְיַת הַמִּכְוָה *Vivum* aduſtionis, Lev. 13,24. Cum Suff. מִחְיָתֶךָ *Victus* tuus, Jud. 17, 10.

חָיַי *Vixit, in vivis eſt.* וְאָכַל וָחַי Et comedat, & *vivat*, Gen. 3, 22. חַי חָמֵשׁ וּשְׁלשִׁים שָׁנָה *Vivit* quinque & triginta annos, Gen. 11, 12. הַעוֹד אָבִי חָי Num adhuc pater meus *in vivis eſt?* Gen. 45, 3. Fœm. וָחָיָה Tunc *vivet*, Exod. 1, 18. pro וְחַיָּה Dageſch compenſativo citra neceſſitatem excidente, prout quandoque evenire ſolet, & ideo (-) ſub ח in (+) mutatô. Sunt, qui radicem חָיַי rejiciunt, AbenEſram ſecuti, qui Exod. 1,16. ſcribit, literas ו & י nunquam in linguâ ſanctâ conſtituere tertiam radicalem. Sed qui (-) ſub prima radicali in חַי, & Dageſch forte in vocibus derivatis attendunt, non male hanc ſententiam deſerunt.

חַי m. *Vita; Vivens, Vivum.* הַבָּשָׂר הַחַי Caro *viva*, i. e. *ſana*, quæ neque putrida, neque emortua eſt, Lev. 13,16. In Statu Conſtr. eſt חֵי, Gen. 42, 15. Plur. חַיִּים *Vivi, Viventes.* בְּאֶרֶץ חַיִּים In terrâ *viventium*, Ezech. 32, 23. Fœm. חַיָּה *Vivens, Viva*, Gen. 1, 21. נֶפֶשׁ חַיָּה Anima *vivens*. Plur. חַיּוֹת, *Viventes*, Gen. 14, 4.

1) Generatim ſignificat *vivum* vel *vivens*. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *Subjectum*, quod vitam habet, vel etiam aliis confert, ſive ſit ratione præditum, ſive non. Inde κατ' ἐξοχὴν & *primariò* tribuitur *Deo*, qui vitam habet à ſeipsô, & eſt ſcaturigo omnis vitæ, Gen. 16, 14. Devt. 32, 40. Joſ. 3, 10. 1. Sam. 26, 16. 1. Reg. 19, 4. 16. Pſalm. 18, 47. Pſalm. 42, 3. Pſalm. 84, 3. Jeſ. 37, 4. 17. Jer. 23, 36. Meſſiæ, Job. 19, 25. *Secundariò* tribuitur *creaturis*, quæ vitam à Deô nactæ ſunt, tùm *hominibus*, Gen. 2, 7. c. 3, 20. Jeſ. 8, 23. 1. Sam. 20, 31. 2. Sam. 12, 8. c. 18, 14. c. 19, 7. 1. Chron. 17, 26. 36. 2. Chron. 6, 31. tùm *brutis*, Gen. 1, 30. c. 9, 3. Exod. 21, 35. Lev. 14, 4. β) Per *Metaphoram* denotat 1) *Hominem fortunatum*, qui bene & feliciter vivit, qui viget & floret, 1. Sam. 25, 6. Pſalm. 30, 20. Eccl. 6, 8. 2) Tribuitur *aquis*, quæ dicuntur *viventes*, quia non ſtant inſtar paludis, ſed jugiter ſcaturiunt & fluunt, & quaſi nunquam intermoriuntur. Sicut enim mortis indicium eſt quies, ita vitæ indicium eſt

 motus,

Digitized by Google

motus, Gen. 26, 19. Lev. 14, 5. 50. c. 15, 13. Num. 19, 17. Jer. 17, 13. Zach. 14, 8. Ita tranſlatè Jer. 2, 13. c. 17, 13. *Deus* dicitur *fons aquarum viventium*, quia non ſolum ipſe vivit, ſed ab eo etiam omnia viventia vitam ſuam ſortiuntur. γ) In formulâ jurandi adhibitum idem eſt, ac *quàm verè vivit*, ſed hoc cum diſcrimine, quod *Deo* adſignatum notetur cum (-) ſub ח; *Creaturis* autem tributum permutet (-) ſub ח cum (..) ut ſit חֵי. *Deo* tributum legitur, Num. 14, 21. 28. Jud. 8, 19. Ruth. 13, 1. 1. Sam. 19, 6. c. 20, 3. c. 25, 26. 34. c. 26, 10. 16. c. 28, 10. c. 29, 6. 2. Sam. 2, 27. c. 4, 9. c. 12, 5. c. 14, 11. 1. Reg. 1, 29. c. 2, 24. c. 17, 1. 12. c. 18, 10. 15. c. 22, 14. 2. Reg. 3, 14. c. 5, 16. 2. Chron. 18, 13. Jeſ. 49, 18. Jer. 4, 2. c. 16, 14. c. 16, 15. c. 23, 7. 8. c. 38, 16. c. 44, 26. c. 46, 18. Ezech. 5, 11. c. 14, 15. 17. 19. c. 16, 48. c. 17, 16. c. 18, 3. c. 20, 31. 33. c. 33, 11. *Hominibus* autem adſignatum invenitur, Gen. 42, 15. c. 42, 16. 1. Sam. 1, 26. c. 17, 55. 1. Sam. 20, 3. c. 25, 26. 2. Sam. 11, 11. c. 15, 21. 2. Reg. 2, 2. 4. 6. 30.

חַיָּה f. *Vita; Vivens; Animal, Beſtia; Caterva, Præſens.* שֶׁרֶץ נֶפֶשׁ חַיָּה Reptile animæ *viventis*, i. e. animatum, Gen. 1, 20. כָּעֵת חַיָּה Secundum hoc tempus *vitæ*, i. e. *præſens*, hinc poſt annum, Gen. 18, 10. In Statu Conſtr. חַיַּת הַשָּׂדֶה *Beſtia* agri, Hoſ. 2, 14. Cum ו Paragogicô חַיְתוֹ אֶרֶץ *Beſtia* terræ, Gen. 1, 24. Cum Suff. חַיָּתוֹ *Beſtia* ejus, Jeſ. 40, 16. Plur. חַיּוֹת *Animalia, Beſtiæ*, Jeſ. 53, 9.

1) Generatim *vitæ* notionem quacunque infert ratione. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *vitam*, prout importat ἐντελέχειαν *&* *durationem viventis*, quodcunque ſit, Job. 34, 20. Pſalm. 74, 19. Pſalm. 143, 3. Ezech. 7, 13. β) *Tropicè* 1) *Metonymicè* ſignificat a) *Animam*, quæ eſt cauſa & principium vitæ, Job. 38, 39. vel c. 39, 1. b) *Animal* vel *beſtiam animatam*, à *vitâ* ſic dictam, non, quod juxta Hebræorum ſententiam vita animali ſit propria, cum vita etiam plantis inſit; Sed *partim*, quia ſolum animal ſentit, appetit & movetur, illi vita velut propria tribuitur, cum multis gradibus ſupra plantæ vitam adſurgat, *partim*, quia ut liberiori aere fruitur, ita quoque utplurimum diutius vivit. Adhibetur autem de animali, terreſtri, Gen. 1, 30. quod ſuper terrâ repit, Gen. 1, 28. domeſticum eſt, Num. 35, 3. in mari vivit, ut eſt piſcis, balæna, Pſalm. 104, 25. *Ferum* denotat, quoties conſtruitur cum voce שָׂדֶה *Ager*, Gen. 2, 19. 20. c. 3, 1. 14. Exod. 23, 11. 29. 2. Reg. 12. 9. 2. Chron. 25, 18. Jer. 12, 9. Ezech. 31, 6. vel cum voce יַעַר *Sylva*, Pſalm. 50, 10. Pſalm. 104, 20. Jeſ. 56, 9. Interdum *beſtias grandiores & crudeliores* notat, Gen. 37, 20. 33. c) *Turmam*, vel *cœtum animatorum.* Ita dicitur de turmâ Philiſtæorum, 2. Sam. 23, 11. 13. 2) *Metaphoricè* deſignat *homines immanes & truces tyrannos*, Pſalm. 74, 3.

חַיִּים m. pl. *Vita*; ceu alia ætatum nomina, numerô plurali effertur, quaſi dies vel tempora vitæ dicas. אֹרַח חַיִּים *Semita vitæ*, i. e. *vivendi ratio* ad vitam tendens, Prov. 15, 24. חַיֵּי הֶבְלוֹ *Vita* vanitatis

tatis ſuæ, i. e. *vaniſſima*, Eccl. 6, 12. Cum Suff. כָּל־יְמֵי חַיַּי Omnibus diebus *vitæ meæ*, Pſalm. 23, 6. חַיֵּינוּ *Vita* noſtra, Jeſ. 36, 20. Aſt Job. 24, 22. more Chaldæorum eſt חַיִּין *Vita*.

1) Generatim ſignificat *vitam*. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *viventis exiſtentiam*, ἐντελέχειαν *&* *durationem*, ſive vivens ſit *homo*, ſive *brutum*. De vitâ *hominis* legitur, Gen. 2, 7. c. 3, 14. Gen. 7, 11. De vitâ *bruti* autem occurrit, Gen. 3, 14. de *vitâ utriusque* extat, Gen. 6, 17. c. 7, 15. 22. *Homini* tributum interdum connotat *a*) *felicitatem & proſperitatem*, Pſalm. 34, 13. Pſalm. 133, 3. *b*) *Svavitatem*, ſublatis omnibus amaris contentionibus & altercationibus, Eccl. 9, 9. *c*) *Vanitatem & ærumnoſitatem*, quæ vitam amaram & moleſtam reddunt, Job. 7, 7. c. 10, 1. Eccl. 2, 17. c. 5, 19, c. 6. 12. c. 9, 9. Quando autem *homini* adſignatur, tunc 1) quidem deſignat *vitam ejus naturalem*, prout infert animæ cum corpore unionem, ipſiusque exiſtentiam & commorationem in terris, Gen. 7, 11. c. 23, 1. c. 25, 7. 17. c. 47, 9. Exod. 6, 16. 18. 20. quô pactô etiam capitur, Gen. 2, 9. c. 3, 22. 24. ubi quædam Paradiſi arbor dicitur עֵץ חַיִּים Arbor *vitæ* à *fine & effectu*, quem Deus intendit, cum eam condiderit, ut homini longisſimam vitam conferret, eumque à ſenio, morbis & morte conſervaret, usque ad naturalem terminum, in quo ſine dolore & ſine morte in vitam ſpiritualem & æternam fuiſſet translatus. Vid. Bechm. Inſt. Theol. P. I. Loc. 2. p. 211. Sed 2) transfertur etiam ad deſignandam *vitam ſpiritualem* ſeu *gratiæ*, quæ opponitur morti ſpirituali ſeu peccatorum, Prov. 4, 23. item ad vitam gratiæ & gloriæ, Prov. 3, 18. c. 4, 22, c. 8, 35. c. 15, 24. Quandoque etiam accipitur pro vita naturali, *gratiæ* & gloriæ ſimul, Pſalm. 36, 10. Prov. 12, 27. conf. Job. 10, 12. β) *Tropicè* 1) per *Synecdochen* deſignat *vitæ continuationem*, Gen. 27, 46. Job. 3, 19. Jon. 4, 8. 2) per *Metonymiam* a) *Adjuncti* pro *Subjectô*, innuit *ipſum vivens*, quod vitâ prædita eſt, Pſalm. 7, 6. b) *Effectus* vel *cauſati* pro *causâ*, deſignat *id*, quod vitam confert. Sic *Deus* dicitur *Iſraelitarum vita*, quia vitam ipſis conferebat & conſervabat, Devt. 30, 20. Idem dicitur de *verbô divinô*, quia, ſi ei morem gerunt homines, iis vitam & proſperitatem promittit & largitur, Devt. 32, 47. conf. Prov. 3, 22.

חַיּוּת f. *Vita*; Semel legitur 2. Sam. 20, 3.

חַוָּה f. *Heva*; Eſt nomen proprium uxoris Adami, quæ ita ab eo appellata fuit, quoniam debebat fieri mater omnium viventium, Gen. 3, 20.

חַוֹּת f. pl. *Villæ, Vici*, quaſi *Vivaria* dicas, eò quod ſunt *loca*, ubi aluntur animalia. Sed quia Arabicè חוי eſt *ambire*, & חי eſt *vicus tuguriorum in orbem, quaſi caſtra, diſpoſitorum*, ubi ſimul degunt, præſertim, qui ejusdem familiæ ſunt; unde quidam, ſignificatione Arabicâ

 nixi,

Digitized by Google

nixi, cenſent, hac voce deſignari *tentoria in orbem digeſta.* Legitur autem hæc vox, Num. 32, 41. Devt. 3, 14. Joſ. 13, 30. Jud. 10, 4. 1. Reg. 4, 13. 1. Chron. 2, 23.

חִיל *Invaluit, Robuſtus fuit* apud Æthiopes; & apud Chaldæos & Syros in Pael ſignificat *Roborare, Firmare, Confirmare.* Inde eſt

חַיִל m. *Robur, Vires; Virtus, Strenuitas; Exercitus; Munitio, Antemurale, Propugnaculum; Opes, Facultates, Divitiæ.* אַנְשֵׁי חַיִל Viri *roboris, ſtrenuitatis*, i. e. robuſti, ſtrenui, Exod. 18, 25. גִּבַּר הֶחָיִל Potens *robore*, Jud. 6, 12. אֵשֶׁת חַיִל Mulier *virtutis*, i. e. *virtuoſa*, Ruth. 3, 11. לַעֲשׂוֹת חָיִל Ad rem *ſtrenuè & feliciter* gerendam, Devt. 8, 18. יֵלְכוּ מֵחַיִל אֶל־חָיִל Ibunt de *virtute in virtutem*, i. e. ſubinde novas vires induent, Pſalm. 86, 8. Nomina enim repetita, intercedente Præpoſitione, indicant rei incrementum & continuationem. Interdum ſcribitur ſine י, ut 1. Reg. 21, 23. בְּחֵל יִזְרְעֶאל In *antemurali* Iſreelis. Cum Suff. חֵילִי *Facultates meæ*, Job. 31, 25. Plur. חֲיָלִים *Robora, Vires; Facultates.* גִּבּוֹרֵי חֲיָלִים Potentes *roborum*, 1. Chron. 7, 5. Cum Suff. חֵילֵיהֶם *Facultates* ſuas, Jeſ. 30, 6.

1) Generatim & vi originis notat *omne id, quo homo invaleſcit*, vel *robuſtus ac potens eſt.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *robur* vel *vires*, ſive *corporis*, Pſalm. 76, 6. Eccl. 10, 10. c. 12, 3. ſive *animi*, ſcilicet *virtutem, ſtrenuitatem*, qua quis manet in *labore* & propoſitò, ut obtineat finem, *ſtrenuam ac virtuoſam mentis compoſitionem*, &c. Exod. 18, 21. 25. Ruth. 2, 1. c. 3. 11. 1. Sam. 22, 40. 1. Reg. 1, 42. Prov. 12, 4. Huc refer phraſin עֲשׂוֹת חָיִל *Facere ſtrenuitatem, fortitudinem*, &c. i. e. *ſtrenuè, fortiter ac feliciter agere*, Num. 24, 18. Devt. 8, 18. 1. Sam. 14, 48. Pſalm. 60, 14. Pſalm. 108, 14. Conf. Pſalm. 118, 15. 16. ubi dextera Jehovæ per Chriſtum fortiſſime & invictiſſimè ſe geſſiſſe & exhibuiſſe dicitur usque ad victoriam & triumphum. Vid. Seb. Schmid. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam Adjuncti* pro *Subjectò* deſignat *res*, quibus homines potentes ac validi redduntur, & in quibus robur aliquod & præſidium collocant, cujus generis ſunt a) *Opes, Divitiæ, Facultates*, Gen. 34, 29. Devt. 8, 17. Job. 31, 25. Pſalm. 49, 11. Pſalm. 62, 11. Jeſ. 10, 14. c. 30, 6. Jer. 15, 13. c. 17, 3. b) *Exercitus numeroſus & validus, Copiæ*, Exod. 14, 28. 1. Sam. 17, 20. 2. Sam. 24, 2. 4. c. 8, 9. 1. Reg. 18, 9. c. 20, 19. 2. Reg. 6, 15. c. 7, 6. c. 9, 8. c. 25, 5. 1. Chron. 18, 9. c. 20 1. 2. Chron. 16, 7. c. 24, 23. 24. Jer. 32, 2. c. 34, 21. c. 35, 11. c. 37, 7. 10. 11. c. 39, 5. c. 46, 2. c. 52, 8. Ezech. 17, 17. Dan. 11, 13. c) *Munitio, Propugnaculum; Antemurale*, quod juxta Kimchium fuit parvus murus exterior, ante murum magnum, 2. Sam. 20, 15. 1. Reg. 21, 23. Pſalm. 48, 14. Jeſ. 26, 1. Thren. 2, 8. d) *Deus*, à quo pii robur & vires accipiunt, Hab. 3, 19. 2) *Metaphoricè*, Joel. 2, 22. vitis & ficus *vim ſuam dare* dicuntur, quando *fructus copioſos* ferunt.

חֵין m. *Gratia*, vide infra in חֵן à R. חנן.

חַיִץ *Firmandi* notionem habet apud Syros. Inde eſt

חַיִץ m. *Maceries ; Paries luteus*, quô aliquid qualicunque ratione *firmatur & munitur.* Saltem legitur Ezech. 13, 10. ſed ſæpius occurrit in Rabbinorum Scriptis.

חיק *Cinxit, Circumdedit*, apud Arabes. Inde eſt

חֵיק m. *Sinus, Gremium*, cingens & circumdans, quæ in ipſum conjiciuntur vel inferuntur. בַּחֵיק יוּטַל אֶת־הַגּוֹרָל In *ſinum* projicitur ſors, Prov. 16, 33. Per Syncopen eſt חֵק Prov. 17, 23. Cum Suff. וַיָּשֶׁב יָדוֹ אֶל־חֵיקוֹ Immiſit itaque iterum manum ſuam in *ſinum* ſuum, Exod. 4, 7. מֵחֵיקוֹ E *ſinu* ſuo, Exod. 4, 7.

1) Generatim notat *ſinum.* 2) Speciatim α) *propriè* ex interpretatione Avenarii notat *mediam corporis partem*, quæ eſt inter duo brachia usque ad medietatem inter duo femora, Ruth. 4, 16. 1. Reg. 3, 29. β) *Tropicè* 1) *Synecdochicè* denotat a) *gremium*, quod eſt corporis pars inferior, intra femorum complexum, ab umbilicô non parum diſtans, 1. Reg. 17, 19. conf. Prov. 16, 33. 2) *Pectus*, Eccl. 7, 9. conf. Pſalm. 35, 13. ubi David dicit precationem ſuam in ſinum, h. e. in pectus rediiſſe, ad deſignandam *precationis iterationem, continuationem & ardorem.* 2) *Metonymice* notat tum *illam veſtimenti partem*, quæ pectori proxima eſt, illudque tegit, & Germanicè dicitur der Buſen/ Exod. 4, 6. 7. tùm eam, quæ à cingulô usque ad pedes protenditur, Prov. 16, 33. 2) *Metaphoricè* a) adhibetur ad deſignanda *interiora & occulta hominis*, vel *ad reconditiſſimam alicujus rei partem* denotandam, quoniam femorum complexus anterior ab umbilicô parum diſtans occultari, & honeſtatis ergò veſtibus tegi ſolet. Hinc *opprobrium in ſinu portare*, eſt illud abſcondere & diſſimulare patientiſſimè, Pſalm. 89, 50. *Munus in ſinu*, vel *è ſinu acceptum* eſt munus *occultè & clanculum* alteri oblatum, Prov. 17, 23. c. 21, 14. b) Eſt ſymbolum *amoris*, non ſolum ob conjugalem amplexum, ſed etiam, quia id, quod in *ſinu* ab homine geſtari ſolet, id charum eſt. Ita *maritus* dicitur *vir ſinus mulieris*, Devt. 28, 56. & *uxor* vocatur *mulier ſinus virilis*, Devt. 13, 6. c. 28, 54. imò dormiens in ſinu mariti, 2. Sam. 12, 3. Mich. 7, 5. Aſt Prov. 5, 10. *amplecti ſinum extraneæ* idem eſt, ac amore illicitô & amplexatione inhoneſtâ in ſcortum vel adulteram ferri. c) Notat *rei medium* vel *concavitatem*, quia ſinus eſt medium corporis. Ita dicitur de mediô vel concavitate currûs, 1. Reg. 22, 35. Item ſignificat *fundamentum* ſeu *baſin* tùm altaris ipſius, tùm ſupremi ſpacii altaris, quod intra coronam eſt, & focum altaris ambit. Ita autem illud vocatur, quod in terræ concavitate velut in ſinu ponebatur, Ezech. 43, 13. 14. 17. d) Quia Metonymicè *ſinus* veſtem, quâ tegitur, denotare ſolet, Orientales autem geſtabant veſtes laxas & ſinuoſas, ut commodè ſinu excipere poſſent, quæ in copiâ dabantur, *in ſinum dari* per Metaphoram accipitur

tur de *quacunque largâ retributione*, vel *præmiorum*, 2. Sam. 12, 8. Conf. Luc. 6, 38. vel *pœnarum*, ob antegreſſa peccata, Pſalm. 79, 12. Jeſ. 65, 6. 7. Jer. 32, 18. *e*) *Deus* Pſalm. 74, 11. dicitur *è medio ſinus ſui manum reducere*, ad ſignificandam alacrem potentiæ divinæ uſurpationem ad opitulandum, & hoſtes percutiendos. Et Jeſ. 40, 11. Meſſias *agnos in ſinu ſuô portare* dicitur ad denotandam ſummam ejus φιλανθρωπίαν, humanitatem & lenitatem erga miſeros peccatores, qui ſenſu iræ divinæ contriti ſunt.

חָכָה *Expectavit, Præſtolatus eſt.* In Kal uſitatum eſt Participium cum ל conſtructum, in Plurali Statûs Conſtr. חוֹכֵי לוֹ *Expectantes eum*, Jeſ. 30, 8. Piel חִכָּה *Expectavit, Præſtolatus eſt*, connotatâ intenſione. Conſtruitur vel abſolutè, vel intercedentibus Particulis ל, vel את. חִכָּה אֶת־אִיּוֹב *Expectavit Jobum*, Job. 32, 4. נַפְשֵׁנוּ חִכְּתָה לַיהוָה Anima noſtra *expectat* Dominum, Pſalm. 33, 20. Inf. כְּחַכֵּי Secundum *expectare*, i. e. *Sicut expectant*, Hoſ. 6. 9. pro כְּחַכֵּה, tertiâ radicali in cognatam quieſcentem י mutatâ.

1) Generatim dicit *expectationem* ſive ſit *moræ*, ſive *affectûs*. Unde 2) Speciatim *α*) eſt *morari*, verziehen/ opponiturque feſtinationi & fugæ, 2. Reg. 7, 9. c. 9, 3. *β*) eſt *præſtolari*, auf etwas harren/ warten/ connotatô 1) *fervidô deſideriô*, prout *miſeri* expectant *mortem*, Job. 3, 20. *latrones* ſpoliandum, Hoſ. 6, 9. *Meſſias* ſecundum humanam naturam *Dominum*, ut hominibus autor ſalutis exiſteret &c. Jeſ. 8, 17. *Deus* pro ſua ſapientiâ *tempus*, quô piis commodè auxilium præſtari queat, Jeſ. 30, 18. 2) *firmâ fiduciâ & ſpe*, Pſalm. 33, 20. Pſalm. 106, 14. Jeſ. 30, 18. c. 64, 4. Dan. 12, 12. Hab. 2, 3. Zeph. 3, 8.

חָכַךְ *Inhiavit palatô apertô in cibum, apertô ore & linguâ exertâ appetiit cibum*; juxta quosdam. Sed in Scriptura non occurrit. Inde autem ſuperſtes creditur

חֵךְ m. *Palatum.* Sed aliis eſt à R. חָנַךְ, quia tùm à Talmudiſtis, tùm ab Arabibus media נ exprimitur. Vid. Cel. Danzii Literat. ed. 2. §. 56. p. 483. qui citat Cod. Chüllin f. 103. b. l. 13. coll. R. Sal Jarchi & Kinchi ad Pſalm. 22, 16. Cum Suff. חִכִּי *Palatum* meum, Job. 6, 30. חִכּוֹ *Palatum* ejus, Job. 20, 13.

1) Generatim notat *Palatum.* 2) Speciatim *α*) *propriè* denotat *loquendi guſtandique organon*, quod probat & diſcernit cibos, Job. 12, 11. Prov. 24, 13. & cui lingua ſiticuloſa interdum adhæret, Job. 33, 2. Pſalm. 137, 6. Thren. 4, 4. *β*) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* tribuitur *animæ fideli*, quæ ſingularem verbi divini dulcedinem perſentiſcit & deguſtat, Pſalm. 119, 103. 2) *Metonymicè* notat *ſermonem ex palatô prodeuntem*, Prov. 5, 3. Ita quoque adhibetur Cant. 5, 16. c. 7, 10. ubi *palatum* ſponſæ comparatur vino optimo.

חַכָּה f. *Hamus*, cui ad ineſcandum piſces cibus affigitur, ut inhiantibus infigatur. Ter ſaltem legitur, Job. 40,25. Jeſ. 19,8. Hab. 1,15.

חכל Radix inuſitata in ſacris. In uſu verò eſt

חַכְלִילִי m. *Rubicundus*, Gen. 49, 12. חַכְלִילִי עֵינַיִם מִיָּיִן *Rubicundus* oculis. Sed quia parum laudis referunt oculi rubedine ac lippitudine conſpicui, ideò Excell. Danzius in Interprete §. 4. tranſpoſitis prioribus literis, quaſi ſit כְּחַלְלִי vertit: *Nigrior oculis vinô;* Cum ita non modò elegans oppoſitio candidi ac nigri pateſcat, ſed etiam ſatisfiat tenori orationis ac uſui vocis apud Arabes receptô.

חַכְלִלוּת f. *Rubor, Rubedo.* חַכְלִלוּת עֵינַיִם *Rubedo* oculorum, Prov. 23,29.

חָכַם *Sapuit, Sapiens fuit,* vel *factus eſt.* אִם־חָכַמְתָּ חָכַמְתָּ לָּךְ Si *ſapiens eris, ſapiens eris* tibi, Prov. 9,12. Fut. cum ה Paragogico אֶחְכָּמָה *Sapiens ero,* Eccl. 7, 23. לְמַעַן תֶּחְכַּם Ut *ſapias,* Prov. 19,20. Imper. חֲכַם *Sape,* Prov. 27,11. ubi eſt (-) pro (ֹ) quia eſt intranſitivum. Piel חִכֵּם *Sapientem reddidit, Informavit, Docuit.* Fut. מֵאֹיְבַי תְּחַכְּמֵנִי מִצְוֹתֶךָ Præ hoſtibus meis *ſapientem me facit* præcepta tua, i.e. quodlibet præceptorum tuorum, Pſalm. 119,98. Nomen enim plurale cum verbô ſingulari conſtructum infert diſtributionem. יְחַכְּמֵנוּ *Docet* nos, Job. 35,11. Pual חֻכַּם *Sapiens effectus eſt.* Part. מְחֻכָּם *Sapiens,* Pſalm. 58, 6. חֲכָמִים מְחֻכָּמִים Sapientum ſapientiſſima, Prov. 30, 24. Hiphil הֶחְכִּים *Sapientem reddidit.* Part. Fœm. מַחְכִּימַת פֶּתִי *Sapientem reddens* ſtultum, Pſalm. 19,8. Eſt forma ſtatûs conſtructi. Hithpael הִתְחַכֵּם *Sapiens eſt, Sapientem ſe geſſit, Sapiens ſibi viſus eſt.* Fut. אַל־תִּתְחַכַּם יוֹתֵר Ne tibi nimium ſapiens eſſe videtor, vel ne *teipſum ſapientem puta* nimium, Eccl. 7,16.

1) Generatim involvit, *ſapientiam*, ſive quà *acquiſitionem & incrementum*, ſive quà *poſſeſſionem & uſum.* 2) Speciatim α) notat *ſapientiæ acquiſitionem*, & in Kal idem eſt ac *ſapientem fieri*, acquirendo cognitionem rerum divinarum & humanarum, quoad hominis Chriſtiani officium, Prov. 9, 12. c. 13, 20. c. 23, 15. 19. c. 27, 11. vel *ſapientiæ operam dare, ſtudere*, Eccl. 7, 23. In Piel & Hiphil *ſapientem reddere.* Ita tribuitur *Deo*, homines ſapientes reddenti, ſive per rationis conceſſionem in nativitate aut creatione, ſive per informationem ex libro naturæ, & ſupernaturali revelatione, Job. 35, 11. *ejusque verbo* circa ſpiritualia, Pſal. 19, 8. Pſ. 99, 98. Item Joſepho, Seniores Ægypti ſapientes reddenti, Pſ. 105, 22. ſuggerendo tùm ea, quæ ad meliorem reipublicæ ſtatum, tùm ea, quæ ad ſuperſtitionum ac idolomaniæ abrogationem faciebant. β) Deſignat *ſapientiæ incrementum*, ut idem ſit ac majorem ſapientiæ gradum adſequi, Prov. 9, 9. γ) Significat *ſapientiæ poſſeſſionem ac uſum.* Ita 1) valet *ſapere, ſapientem eſſe*, vel ſapientia *politica*, 1. Reg. 4, 31. vel *ſacrâ*,

rerum

rerum ſpiritualium & ſupernaturalium, Job. 32, 9. Conf. Devt. 32, 29. ubi dicit Dei cognitionem ac veram pietatem. 2) *Sapienter agere, ſapientiæ monumenta edere*, Prov. 6, 6. Eccl. 2, 15. 19. Huc refer ex Hithpael illud Exod. 1, 10. נִתְחַכְּמָה לוֹ Sapienter nos geramus adverſus illum; vel ſapienti conſiliô adverſus eum utamur, eumque nobis inferiorem reddamus; aſtu contra eum utamur. δ) Dicit *ſapientiæ opinionem* vel *jactationem*, in Hithpael notans *ſapientem ſibi videri, ſe ſapientem putare*, Eccl. 7, 16.

חָכָם m. *Sapiens; Peritus.* עַם חָכָם וְנָבוֹן Populus *ſapiens* & intelligens, Devt. 4, 6. In Statu Conſtr. חֲכַם לֵב *Sapiens* corde, Exod. 31, 6. Plur. חֲכָמִים *Sapientes*, Devt. 1, 13. In Statu Conſtr. חַכְמֵי לֵב *Sapientes* corde, Exod. 28, 3. Cum Suff. חֲכָמֶיךָ *Sapientes* tui, Jeſ. 19, 12. Fœm. אִשָּׁה חֲכָמָה *Fœmina* ſapiens, 2. Sam. 14, 2. חַכְמַת לֵב *Sapiens* corde, Exod. 35, 25. Plur. חֲכָמוֹת *Sapientes*, Jer. 9, 16. In Statu Conſtr. חַכְמוֹת שָׂרוֹתֶיהָ תַּעֲנֶנָּה *Sapientes* Principum ejus reſpondebit ei, i. e. *ſapientiſſima* quæque Principum ejus reſpondebit ei, Jud. 5, 29. חַכְמוֹת נָשִׁים *Sapientes* mulierum, i. e. *unaquaque ſapiens* mulierum, Prov. 14, 1.

1) Generatim notat *ſapientem*, ſive polleat ſapientiâ infinitâ & illimitatâ, ſive finitâ & limitatâ, ſive mundanâ, ſive ſacrâ &c. Unde 2) Speciatim α) *καῖ ἐξοχὴν* & primariò tribuitur *Deo*, qui infinitâ & illimitatâ ſapientiâ gaudet, omnes res, etiam antequam exiſtunt, perſpectiſſimas habens, & quaslibet cauſas & effectus miranda ratione diſponere, & ad finem bonum dirigere ſciens. Unde nil contra ipſum valet ſapientia & prudentia humana, in meram ſtultitiam abire coacta, Jeſ. 31, 2. Conf. Job. 9, 4. ubi cum additô dicitur *ſapiens corde*, & per *ἀνθρωποπάθειαν* ei tribuitur *cor*, quia in *corde hominis* ſapientiæ ſedes conſtituitur. β) Tribuitur *creaturis*, quarum ſapientia eſt ſaltem finita & limitata, ſcilicet א) *Hominibus*, tàm maribus, quàm fœminis aliquâ ſapientiæ laude conſpicuis, ſive *verè*, ſive ſaltem ex *opinione*. *Priori modò* ſumtum deſignat 1) *eum*, qui facultate res probè cognoſcendi & judicandi, & hinc actiones & conatus ſuos prudenter componendi pollet, 2. Sam. 14, 20. Job. 34, 2. 34. Prov. 13, 1. c. 14, 16. Inde dicitur ſpeciatim de Joſepho, Gen. 41, 39. de ſenioribus Iſraelitarum judicibus, Devt. 1, 13. 15. c. 16, 19. de Salomone, 1. Reg. 2, 9. c. 3, 12. c. 5, 7. 2. Chron. 2, 11. de prudente aulicô, Pro. 16, 14. 2) *Eum*, qui ingeniô, ſagacitate, multoque rerum uſu & peritiâ pollet, 2. Sam. 20, 16. Jeſ. 19, 11. 12. Jer. 50, 35. Conf. 2. Sam. 14, 2. Jud. 5, 29. Prov. 14, 1. ubi tribuitur *fœminis*, ingenio, ſagacitate & prudentiâ claris. 3) *Eum*, qui donis mundanæ ſapientiæ, ex viribus naturæ oriundæ inſtructus eſt, Job. 5, 13. 4) *Eum*, qui inſtructus eſt ſapientiâ ſacrâ, veram Dei, rerumque divinarum & ſpiritualium cognitionem, & ſinceram pietatem ſpirante, Job. 15, 2. 18. c. 17, 10. vel 11. Prov. 3, 35. c. 10, 1. c. 13, 14. 20. c. 15, 20. c. 20, 26. Conf. Devt. 4, 6. c. 32, 6.

5) *Eum*,

5) *Eum*, qui doctrinæ capax eſt, & libenter diſcit, Prov. 10, 8. Jer. 9, 11. 6) *Illum*, qui artis gnarus eſt, ſive ars ſit *mechanica*, ſive *alia*, ubi ſæpe combinatur cum vocè לֵב vel לֵבָב *Cor*, Exod. 28, 3. c. 31, 6. c. 35, 10. 25. c. 36, 1. 2. 1. Chron. 22, 15. 2. Chron. 2, 12. Jeſ. 40, 20. Jer. 10, 9. Ita quoque Jeſ. 3, 3. ſapiens dicitur quisque in eô, in quô eſt peritus & exercitatus. Et Jer. 9, 16. *Præficæ* ſeu *lamentatrices* dicuntur *ſapientes*, i. e. *peritæ lamenti & θρήνων*, quæ non ſolum lugentium luctum ſummum repræſentant, ſed alios quoque ad συμπάθειαν excitant & commovent. *Poſteriori* autem *modô* notat δοκησίσοφον, ſeu *eum*, qui ſapientiam, quam non habet, ſibi imaginatur, Prov. 3, 7. c. 26, 5. 12. 16. c. 28, 11. Jeſ. 5, 21. ב) *Brutis*, quæ ſagacitate inſigni & per experientiam multam confirmata gaudent, Prov. 30, 24.

חָכְמָה f. *Sapientia*, Exod. 31, 35. תְּחִלַּת חָכְמָה יִרְאַת יְהוָה Initium *ſapientiæ* eſt timor Domini, Prov. 9, 10. קְנֵה חָכְמָה Poſſidere *ſapientiam*, Prov. 16, 16. In Statu Conſtr. חָכְמַת לֵב *Sapientia* cordis, Prov. 35, 35. Cum Suff. חָכְמָתִי *Sapientia* mea, Eccl. 2, 9. Plur. חָכְמוֹת *Sapientiæ*, Pſalm. 49, 4. i. e. multiplex & maximè ſalutaris ſapientia. Ponitur enim Pluralis pro Singulari intendendi causâ, ut Pſalm. 42, 6. 12. יְשׁוּעוֹת *Salutes*, i. e. omnimoda ſalus.

1) Generatim deſignat *ſapientiam*. 2) Speciatim α) *κατ' ἐξοχὴν* & *primariò* denotat *ſapientiam Dei*, tàm *eſſentialem*, quæ eſt perfectiſſima Dei ſcientia, conjuncta cum exquiſitiſſimo Dei conſiliô, cauſas & effectus omnes modô planè admirabili diſponendi & ordinandi ad ſuum finem, nimirum ad gloriam divinam & hominum ſalutem, Job. 11, 6. c. 12, 13. c. 15, 8. Pſalm. 104, 24. conf. Jer. 10, 12. c. 51, 15. ubi ſermo eſt de ſapientiâ, quâ Deus paravit orbem; Item Prov. 3, 19. quàm *hypoſtaticam*, nempe *Filium Dei*, omnes ſapientiæ theſauros plenariè poſſidentem, Prov. 8, 1. 12. c. 9, 1. β) Deſignat *ſapientiam*, quæ eſt in creaturis, & א) quidem *eximiam & inſignem ſapientiam*, quæ datur in *Angelis*, 2. Sam. 14, 20. ב) *Sapientiam*, quæ eſt in hominibus, qualiscunque ſit. Inde legitur de *ſapientiâ hominis*, prout dicit 1) *facultatem cognoſcendi & judicandi*, Job. 38, 36. 2) *Cognitionem practicam*, quâ homo rem non ſolum bene cognoſcit ac intelligit, ſed etiam prudenter conſtituit, Job. 26, 3. Eccl. 1, 16. Huc refer *ſapientiam Salomoneam*, quæ erat ſapientia acuti ingenii omnia cum ſtudiô penetrantis, acutè dijudicantis, & optimè moderantis, 1. Reg. 2, 6. c. 4, 34. c. 10, 1. 24. 2. Chron. 1, 12. c. 9, 5. 6. 7. 23. 3) *Cognitionem cujusvis artis*, quam vocant *ſapientiam mechanicam*, Exod. 31, 6. c. 36, 1. 2. 1. Reg. 7, 14. 4) *Sapientiam ſeculi* quatenus in illâ homo confidit, ac ſi per eam in gratiâ apud Deum conſtitueretur, Jer. 9, 22. conf. 1. Cor. 1, 26. ſeqq. 5) *Sapientiam ſacram*, hominique regenito propriam, quæ eſt vera cognitio Dei, ſui ipſius, & mediorum ſalutis, Devt. 4, 6. Job. 28, 12. Pſalm. 37, 30. Pſalm. 90, 12. Prov. 1, 2. cujus

Digitized by Google

jus initium eſt timor Domini, Job. 28, 28. Pſalm. 111, 10. Prov. 9, 10. *Sapientiam Evangelicam*, quæ rationem humanam latet, Chriſtum Mediatorem & ſalutis noſtræ Autorem fide amplectendum exhibet &c. Pſalm. 51, 8.

חַכְמֹנִי m. *Chachmonæus*, nomen gentile, 1. Chron. 11, 11. Idem 2. Sam. 23, 8. dicitur תַּחְכְּמֹנִי *Tachkemonita*, h. e. interprete Kimchiô, *ſapientiæ Doctor*.

חֵל m. *Exercitus*; *Antemurale*; contractum eſt ex חַיִל, quod vide ſupra pag. 376.

חלא Radix Ebræis ignota.

חֶלְאָה f. *Spuma*. Quater legitur in Ezechiele, ſed ubique cum Suff. חֶלְאָתָהּ *Spuma ejus*, nempe Ezech. 24, 6. 7. 11. 12.

חָלַב *Lac mulſit*, apud Arabes & Æthiopes; item *Fluxit*, *Confluxit*, apud Arabes. Inde eſt

חָלָב m. *Lac*. אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבַשׁ Terra fluens *lacte* & melle, Joſ. 5, 6. In Statu Conſtr. eſt חֲלֵב, (ְ) ſub ל in (ֵ) mutatô, perinde ut in הֶבֶל *Vanitas*, cujus Status Conſtr. eſt הֲבֵל Eccl. 1, 3. בַּחֲלֵב אִמּוֹ Cum *lacte* matris ſuæ, Exod. 23, 19. Cum. Suff. חֲלָבִי *Lac* meum, Cant. 5, 1.

1) Generatim notat *lac*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *liquorem animantis*, ex quô frequenti agitatione butyrum conficitur, Gen. 18, 8. c. 49, 12. & fœtus alitur, Exod. 23, 19. vel ſitis compeſcitur, Jud. 5, 19. c. 6, 25. *β*) *Metaphoricè* ob dulcedinem & utilitatem inſignem, quam lac habet & præſtat, deſignat 1) *Meſſiæ beneficia*, Jeſ. 55, 1. Joel. 4, 18. vel 3. 23. 2) *Verbum Dei*, Cant. 4, 11. c. 5, 1. 12.

חֵלֶב m. *Adeps*, *Pinguedo*, quaſi *lac coagulatum & congelatum*. וְאִכְלוּ אֶת־חֵלֶב הָאָרֶץ Et comedite *adipem* terræ, Gen. 45, 18. Cum Suff. חֶלְבּוֹ *Adeps* ejus, Lev. 3, 9. חֶלְבָּם & חֶלְבָּמוֹ *Adeps* eorum, Num. 18, 17. Pſalm. 17, 10. Plur. חֲלָבִים *Adipes*, 2. Chron. 35, 14. In Statu Conſtr. חֶלְבֵי הַשְּׁלָמִים *Adipes* pacificorum, Lev. 6, 5. Cum Suff. וּמֵחֶלְבֵהֶן Et de *adipibus* earum, Gen. 4, 4. quod eſt pro וּמֵחֶלְבֵיהֶן, per Syncopen literâ י ante Suffixum exciſâ.

1) Generatim & vi originis deſignat *rem lacteam*, *medullatam*, *pinguem & ſucculentam*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *adipem*, qui eſt pinguedo in muſculorum extremitatibus & membranis, ex frigidâ ſanguinis portione inſtar lactis coagulata & accreſcens, ſive ſit *hominis*, Jud. 3, 22. 2. Sam. 1, 22. ſive *bruti*, Gen. 4, 4. Exod. 29, 13. 22. Lev. 3, 3. 4. 10. 14. c. 4, 8. 9. c. 7, 3. 4. 30. 31. 33. c. 8, 16. 25. c. 9, 10. c. 17, 6. 1. Sam. 2, 15. 16. c. 15, 22. 2. Chron. 7, 7. c. 29, 35. *β*) *Metaphoricè* 1) quia adeps eſt lectiſſima carnis pars, & nobiliſſimum de toto corpore, deſignat optimum & præſtantiſſimum cujusque rei. וְאִכְלוּ אֶת־חֵלֶב הָאָרֶץ Edite

adipem

adipem terræ, i. e. *ſelectisſimos & optimos terræ fructus*, Gen. 45, 18. מֵחֵלֶב חִטָּה De *adipe tritici*, i. e. de optimô & præſtantiſſiô triticô, & quaſi de medulla & flore tritici, Pſalm. 81, 17. Pſalm. 147, 14. conf. Devt. 32, 14. Sic *adeps olei* eſt oleum optimum & præſtantiſſimum, Lev. 16, 25. Num. 18, 12. *adeps* muſti & frumenti eſt muſtum & frumentum præſtantiſſimum & nobiliſſimum, Num. 18, 12. Conf. Num. 18, 29. 30. 32. 2) Deſignat *cor inſenſibile*, ſeu *duritiem & ſtuporem cordis*, quod verbi divini aculeos non ſentit, neque præ carnalium voluptatum affluentiâ delicias & ſvavitates ejus percipit, nec ad bonos motus idoneum eſt, perinde ut porcus, adipe onuſtus, qui acu per cutim ictus, ictum non ſentit, donec carnem penetret, neque ad motum aptus eſt &c. Pſalm. 119, 70. 3) Eſt ſymbolum vitæ lautæ & ſecuræ, ſine labore, ægritudine ac ærumnâ, Job. 15, 27. Pſalm. 17, 10. Pſalm. 73, 7.

חֶלְבּוֹן m. *Chelbon*; eſt nomen *loci* in Syriâ, *adipis* & *pinguedinis* notionem referentis, ubi referente Kimchio, *optimum vinum* crevit, Ezech. 27, 18. Quia ergò vinum Chelbonium tàm eximium & generoſum fuit, Perſarum Reges nonniſi iſtud bibere voluerunt, ceu conſtat ex Strabone lib. 10. & Athenæo, qui idem ex Poſidonio refert, libr. 1. c. 20. Vid. Bochart. Hieroz. P. I. lib. 2. c. 45. p. 485.

חֶלְבְּנָה f. *Galbanum*. Haud dubiè à *pinguedine* nomen trahit, vel à *fluxu & deſtillatione*, quoniam lactis inſtar ex arbore deſtillat. Conf. Maji Supplem. Lex. Coccej. Juxta R. David eſt *aroma*, cujus odor eſt malus; & eſt *reſina* arboris, quæ in urbibus Græciæ invenitur, eſtque ut mel nigrum. Uſus ejus fuit in conficiendis ſuffitibus, & Exod. 30, 34. inter odoramenta ſanctuarii refertur.

חָלַד *Profunda loca petiit & penetravit, in penitiorem receſſum ſe abdidit*, apud Syros; *Manſit, Duravit, Perennavit*, apud Arabes.

חֶלֶד m. *Tempus*; *Mundus*. יֹשְׁבֵי חָלֶד Incolæ *mundi*, Pſ. 49, 2. Cum Suff. חֶלְדִּי *Tempus* meum, Pſalm. 39, 6.

1) Generatim denotat *durationem*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *tempus*, quod eſt duratio utrinque terminabilis, cœli ſoliſque motu menſurabilis, quæ per cauſas naturales & ſecundas deſinere poteſt. Aliis quidem חֶלֶד notat *ævum temporale*, ſed deducunt iſtud tranſpoſitis literis à חָדַל *Deſiit, Ceſſavit*, quia eſt *ceſſans & fugax*. Ita ter legitur de vitæ humanæ tempore miſero & fugaci, Job. 11, 17. Pſalm. 39, 7. Pſalm. 89, 48. *β*) *Metonymicè* notat *mundum*, qui certa duratione conſtat, adveniente Chriſto ad judicium conſummandus, Pſalm. 49, 2. Confer. Pſalm. 17, 14.

חֹלֶד m. *Muſtela*, Lev. 11, 29. juxta Hieronymum; *Talpa*, juxta Bochartum, lib. 3, P. I. c. 35. ſic dicta à חלד *Subiit, penetravit, ſuffodit*, quia indeſinenti labore terram *ſubruit & ſuffodit*.

חֲלֹת

חָלָה *Infirmus fuit, Ægrotavit, Æger fuit.* Conſtruitur vel abſolute, vel intercedente אֶת. חָלָה אֶת־רַגְלָיו *Ægrotavit* pedibus ſuis, 1. Reg. 15, 23. חָלָה חִזְקִיָּהוּ לָמוּת *Ægrotabat* Hiskias ad mori, i. e. letaliter, Jeſ. 38, 1. חָלִיתִי *Ægrotavi*, Jud. 16, 7. Part. רָעָה חוֹלָה Malum ægritudine plenum, Eccl. 5, 12. Infin. חֲלוֹת *Ægrotare.* בַּחֲלֹתוֹ Cum ægrotaſſet, Jeſ. 38, 9. Fut. וַיֶּחֱלָא Et *ægrotavit*, 2. Chron. 16, 12. ubi ה cum א permutatum fuit. Sed 2. Reg. 1, 2. eſt וַיָּחַל *Et ægrotavit*, ה per Apocopen reſectô. Niphal נַחֲלָה *Morbo affectus, Infirmatus eſt;* Item *Ægrotavit.* וְנֶחֱלֵיתִי *Et ægrotavi*, Dan. 8, 27. נַחֲלוּ *Infirmati ſunt*, Jer. 12, 13. Part. Fœm. נַחֲלָה *Ægra.* בְּיוֹם נַחֲלָה In die *ægra*, ſcil. plagæ, interprete R. Sal. b. Melech. Jeſ. 17, 11. Piel חִלָּה *Ægrotare* fecit, morbo affecit, Infirmavit; & ſi cum פָּנִים *facies* conſtruitur, *Precatus, Deprecatus, Obteſtatus eſt.* וּפְנֵי יְהוָה לֹא חִלִּיתִי Atqui facies Domini non deprecatus ſum, 1. Sam. 13, 12. Infin. לְחַלּוֹת פְּנֵי יְהוָה Ad *deprecandum*, facies Domini, Zach. 7, 2. Imp. חַל *Deprecare*, 1. Reg. 13, 6. pro חַלֵּה, tertiâ radicali per Apocopen reſectâ. Fut. וַיְחַל Et *deprecatus eſt*, Exod. 32, 11. pro וַיְחַלֶּה tertiâ radicali per Apocopen reſectâ. Püal חֻלָּה *Infirmatus eſt.* חֻלֵּיתָ *Infirmatus es*, Jeſ. 14, 10. Hiphil הֶחֱלָה *Morbo affecit, ægrum reddidit.* הֶחֱלִי *Morbo affecit, Infirmavit*, Jeſ. 53, 10. ה per Apocopen reſectô, ad imitationem verborum לא. Part. Fœm. מַחֲלָה *Ægrum efficiens*, Prov. 13, 12. Hophal הָחֳלָה *Infirmatus eſt, æger factus eſt.* הָחֳלֵיתִי *Æger factus ſum, vulneratus ſum*, 1. Reg. 22, 34. Hithpael הִתְחַלָּה *Ægrotavit, ægrotum egit* vel *ſe ſimulavit.* Infin. לְהִתְחַלּוֹת *Ad ægrotare*, i. e. adeò ut ægrotaret, 2. Sam. 13, 2. Fut. וַיִּתְחָל *Et ægrotum ſe ſimulavit*, 2. Sam. 13, 6. pro וַיִּתְחַלֶּה tertiâ radicali per Apocopen reſectâ. Imper. וְהִתְחָל *Et ægrotum age*, pro וְהִתְחַלֵּה, per Apocopen ה reſectô.

1) Generatim quamcunque *virium imminutionem ſeu amiſſionem* infert, undecunque ea enaſcatur. 2) Speciatim α) *propriè* dicit *imminutionem virium corporis*, notans 1) in Kal *ægrotare*, corpore, Neh. 2, 2. pedibus, 1. Reg. 15, 23. ex plagis in prœliô acceptis, 2. Reg. 8, 29. 2. Chron. 22, 6. letaliter, Gen. 48, 1. 1. Reg. 14, 1. c. 17, 17. 2. Reg. 8, 7. c. 13, 14. c. 20, 1, 12. 2. Chron. 32, 24. Jeſ. 38, 1. c. 39, 1. 2) In Piel *ægrotare facere, morbô afficere*, Devt. 29, 21. 3) In Hiphil *ægrotare facere*, vel intranſitivè *ægrotare*, e. g. ex crapulâ nimiâ, Hoſ. 7, 5. 4) In Hithpael eſt *ægrotare*, 2. Sam. 13, 2. vel *ſe ægrotum ſimulare*, 2. Sam. 13, 5. 6. β) *Tropicè* א) per *Metaphoram* deſignat 1) *languorem & ægritudinem animi*, qualis eſt ex amore, Cant. 2, 5. c. 5, 8. 2) *Statum populi Judaici miſerrimum*, per immiſſionem divinarum pœnarum illatum, vel ab hoſtibus inductum &c. Jer. 10, 19. c. 14, 17. c. 30, 12. Nah. 3, 19. ubi plaga *ægra facta* dicitur, translatâ voce à corpore hominis ad corpus reipublicæ,

Digitized by Google

ut deſignetur plaga incurabilis fermè, & hâc ipſâ ſtatus reipublicæ afflictiſſimus. Conf. Mich. 6, 13. ב) Per *Metonymiam* 1) ſignificat *vulnerari* unde virium imminutio & ægritudo ſequi ſolet. Ita legitur in Hophal 1. Reg. 22, 34. 2. Chron. 18, 33. c. 35, 23. 2) *Dolere*, quia morbus ſive ſit *corporis*, ſive *animi*, dolorem comitem habet, Prov. 23, 35. Jer. 5, 3. & inde porrò *condolere*, συμπαθεῖν, 1. Sam. 22, 8. 3) *Laborare ad laſſitudinem*, Jer. 12, 13. 4) *Obnixè precari*, *deprecari*, eò quod orantes ſuam infirmitatem, ſuosque morbos & indigentiam Deo exponunt ſupplices. Ita conſtruitur cum voce פָּנִים *Vultus, Facies*, ut deſignet *ejusmodi ſupplicem implorationem*, quâ quis alterius *vultum* quaſi emollit, ipſiusque favorem, gratiam & opem demiſsè exorat, ſcilicet *Dei*, Exod. 32, 11. 1. Sam. 13, 12. 1. Reg. 13, 6. 2. Chron. 33, 12. Pſalm. 45, 13. Pſalm. 119, 58. Jer. 26, 19. Dan. 9, 13. Zach. 7, 2. c. 8, 21. 22. Mal. 1, 9. vel *hominis*, Job. 11, 19. Prov. 19, 6.

חֳלִי m. *Infirmitas, Morbus, Ægritudo.* כָּל־רֹאשׁ לָחֳלִי *Totum caput in morbo*, i. e. morbidum eſt, Jeſ. 1, 5. וַיְהִי חָלְיוֹ חָזָק מְאֹד *Factusque eſt morbus ejus* vehemens valde, 1. Reg. 17, 17. Plur. חֳלָיִים *Morbi*, 2. Chron. 21, 15. Cum Suff. חֳלָיֵנוּ *Morbos noſtros*, Jeſ. 53, 4.

1) Generatim denotat *quamcunque infirmitatem.* 2) Speciátim α) *propriè* notat morbum corporis, Devt. 7, 15. 1. Reg. 17, 17. 2. Reg. 1, 2. c. 8, 8. 9. c. 13, 14. 2. Chron. 16, 12. c. 21, 15. 18. 19. β) *Tropicè*, & quidem א) *Metaphoricè* deſignat 1) *animi ægritudinem, languorem, dolorem ac conſumtionem*, Eccl. 5, 16. c. 6, 2. Huc refer, quando hac voce peccata, eorumque pœnæ deſignantur Jeſ. 53, 4. 2) *Politiæ & regionis deſolationem & calamitatem* per hoſtes illatam, Jeſ. 1, 5. Jer. 10, 19. Confer. Hoſ. 5, 13. ב) *Metonymicè* notat *vulnera*, unde naſcitur infirmitas & dolor. Ita deſignat *vulnera Meſſiæ graviſſima*, Jeſ. 53, 3.

חֲלִי m. *Ornamentum*, vel *Monile*, quo Mulieres ſe ornare ſolent, juxta Avenarium à חָלָה *Infirmus fuit, Doluit*, eò quod debilitet, vincatque intuentium oculos. Sed præſtat cum R. Salomone in Cant. 7, 1. dicere, eſſe vocem Arabum, quibus حلي *Chali* propriè eſt *mundus muliebris*, & verbum חלי ſignificat *ornare monilibus mundove mulierem ſuam*. Sæpe tamen etiam, teſte Bocharto, in *viros* quadrat. Vide Boch. Hieroz. P. II. c. 8. p. 717. ſeq. Bis ſaltem in Scriptura legitur, ſcil. in Singulari Prov. 25, 12. & in Plurali חֲלָאִים *Ornamenta, Monilia*, Cant. 7, 1.

חֶלְיָה f. *Ornatus.* Eſt ejusdem cum præcedente originis. Occurrit ſaltem cum Suff. חֶלְיָתָהּ *Ornatum ſuum*, Hoſ. 2, 13. Chaldæus & Syrus *Margaritam* interpretantur; Aliis autem *Smaragdum* denotat.

מַחֲלֶה m. *Infirmitas; Morbus.* Quater legitur, Exod. 15, 26. c. 23, 25. 1. Reg. 8, 37. 2. Chron. 6, 28.

Digitized by Google

מַחֲלָה m. *Infirmitas, Morbus.* Bis legitur. In Statu Conſtr. בְּמַחֲלַת מֵעֶיךָ In *morbo* inteſtinorum tuorum, 2. Chron. 21, 15. Cum Suff. מַחֲלֵהוּ *Morbus ejus*, Prov. 18, 14. ubi hac voce indigitatur, quicquid vires tàm corporis, quàm fortunæ attenuare poteſt.

מַחֲלֻיִים m. pl. *Morbi.* Legitur ſaltem 2. Chron. 24, 25.

תַּחֲלֻאִים m. pl. *Infirmitates, Morbi.* בְּמוֹתֵי תַחֲלֻאִים יָמֻתוּ Mortibus *morborum* morientur, Jer. 16, 4. In Statu Conſtr. תַּחֲלוּאֵי רָעָב *Morbi* famis, i.e. ex fame enati, Jer. 14, 18. Cum Suff. הָרֹפֵא לְכָל־תַּחֲלוּאָיְכִי Sanans omnes *infirmitates tuas*, Pſalm. 103, 3. Ubi Suffixum F. accepit Jod Paragogicum.

1) Generatim notat *infirmitatem.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *morbum corporis*, Devt. 29, 21. 2. Chron. 21, 18. Jer. 14, 18. c. 16, 4. β) *Metaphoricè* deſignat *infirmitates & morbos animæ*, quibus ad obeunda negotia Deo placentia inepta redditur, Pſalm. 103, 3.

חָלַט *Prudenter ſcrutatus eſt, præciſè exploravit.* Legitur ſaltem in Fut. וַיְחַלְּטוּ מִמֶּנּוּ Et prudenter ſcrutabantur, præciſè explorabant, num ex ipſo eſſet ſeriò, 1. Reg. 20, 33.

חָלַךְ *Valde niger fuit*, apud Arabes.

חֶלְכָה m. *Pauper, Afflictus*, ex חָלַךְ, appoſitô ה Paragogicô, ut ſit formæ תֵּבֵל *Orbis habitabilis.* Avenario eſt nomen compoſitum ex חַיִל *Robur, Facultas*, & כָּאָה *Attritus fuit*, ut denotet *facultatibus attritum, exutum.* Bis ſaltem legitur, nempe in Singulari, Pſalm. 10, 8. 14. ubi eſt חֵלְכָה ob accentum Dominum Atnach. In Plurali חֶלְכָאִים *Pauperes, Afflicti*, Pſalm. 10, 10. R. Salomo hanc vocem annumerat iis, quæ ſcribuntur ut una, ſed leguntur ut duæ. Maſorethæ enim diviſim legunt חֵל כָּאִים Turba *attritorum.* Vid. Lex. Buxt.

חָלַל *Perforatus, Perfoſſus, Confoſſus, Vulneratus fuit, Saucius factus eſt; Tripudiavit, Saltavit.* לִבִּי חָלַל Cor meum *vulneratum eſt*, i.e. acutiſſimis doloribus affectum eſt inſtar vulnerati aut perfoſſi, Pſalm. 109, 22. Infin. לָחוּל Ad *ſaltandum*, Jud. 21, 21. Part. pl. m. כְּחוֹלְלִים Sicut *tripudiantes*, Pſalm. 107, 7. Niphal נִחַל *Profanatus eſt*, pro נִחַּל, More Chaldæorum compenſatione ſecundæ radicalis abjectæ in priori literâ per Metheg inſtitutâ, & vocali brevi ſub Præformativô retentâ. Infin. הֵחֵל *Profanari*, Ezech. 20, 9. 14. ubi ex primâ radicali, quia illa eſt ex numero Gutturalium, Dageſch F. iterum excidit, mutatâ vocali brevi (.) ſub Præformativô, in cognatam longam (..) Fut. וָאֵחַל Et *profanor*, Ezech. 22, 26. ubi (..) ſub א eſt loco (.) & (-) ſub ו locô (-) ob Dageſch Forte ex utraque litera extruſum. Piel חִלֵּל *Confodit, Transfodit, Profanavit; Tibiis cecinit, Tripudiavit, Saltavit.* חִלֵּל בְּרִיתוֹ *Profanavit* fœdus ejus, Pſalm. 55, 21. Infin. לְמַעַן חַלֵּל

Digitized by Google

לְמַעַן חַלֵּל אֶת־שֵׁם קָדְשִׁי *Ad profanare*, i.e. ut *profanent* nomen ſanctitatis meæ, i.e. nomen ſanctum meum, Am. 2, 7. שֹׁמֵר שַׁבָּת מֵחַלְּלוֹ Cuſtodiens ſabbatum *à profanare* iſtud, i.e. ut non profanet illud, Jeſ. 56, 2. Part. מְחַלֵּל אֶת־מִקְדָּשִׁי *Profanans* ſanctuarium meum, Ezech. 24, 21. מְחַלְּלִים בַּחֲלִלִים *Canentes* tibiis, 1. Reg. 1, 40. Pual חֻלַּל *Profanatum eſt.* Part. הַמְחֻלָּל *Profanatum*, Ezech. 36, 23. Hiphil הֵחֵל *Profanavit, Cœpit, Incepit.* הֵחֵל לִהְיוֹת גִּבּוֹר בָּאָרֶץ *Cœpit* eſſe potens in terrâ, 1. Chron. 1, 10. הַחִלֹּת לַעֲלוֹת *Incepit* adſcendere, Jud. 20, 40. הַחִלֹּתִי לִשְׁאָל בֵּאלֹהִים *Incepit* interrogare Deum, 1. Sam. 22, 15. Infin. הָחֵל *Incipere*, 1. Sam. 3, 12. Cum Suff. וְזֶה הַחִלָּם לַעֲשׂוֹת Et hoc eſt *incipere*, h. e. *initium eorum* ad faciendum, Gen. 11, 6. Ubi Infinitivus in Nomen degenerat. Fut. יָחֵל לְהִלָּחֵם *Incipiet* pugnare, Jud. 10, 18. לֹא יַחֵל דְּבָרוֹ Non *profanabit* verbum ſuum, Num. 30, 3. adhibito (ַ) ſub Præformativô י pro (ָ) ad differentiam alterius ſignificationis. Hophal הוּחַל *Cœptum eſt*, Gen. 4, 26.

1) Generatim notat penetrationem & *κένωσιν* ſeu *evacuationem.* 2) Speciatim *α*) ſignificat *perforare, confodere, exanimare*, quia perforando, confodiendo & exanimando aliquid *penetratur*, & *vacuum* fieri vel reddi ſolet. Ita dicitur de confoſſis & exanimatis, quorum corpora animâ & vitâ vacua reddita fuerunt, Ezech. 32, 9. 26. conf. Pſalm. 109, 22. ubi *cor* dicitur *confoſſum*, quia acutiſſimis doloribus affectum fuit. *β*) *Profanare*, quia, quæ profanantur, ſuô modo penetrantur, & ſua dignitate, æſtimio, veneratione ac uſu primo vel proprio quaſi vacua fiunt. Unde 1) idem eſt ac *aliquid commune ac promiſcui uſus facere, ſua dignitate ac veneratione debitâ privare, aut non afficere.* Ita dicitur *a*) de *vinea*, quæ profanatur, quando à ſacris liberatur, ut de fructibus ejus communiter veſci liceat, Devt. 20, 6. *b*) De *cibô ſacrô*; qui profanatur, quando tempore non ſtato comeditur, Lev. 19, 8. *c*) De *nomine Dei*, quod profanatur vel *verbis*, perjurium committendo, Lev. 19, 12. vel *factô*, ſacrificium illegitimum offerendo, Mal. 1, 12. Sobolem Molecho immolando, Lev. 20, 3. impiè & impurè vivendo, Am. 2, 7. vel *occaſionaliter*, Jeſ. 48, 10. 11. ubi Deus dicit, ſe non permiſſurum, ut nomen ſuum profanetur, neque gloriam ſuam alteri daturum, quod factum eſſet, ſi non liberaſſet Judæos, quia Gentiles id velut opus potentiæ adſcripſiſſent idolis ſuis, atque blaſphemaſſent Deum, ac ſi non potuiſſet liberare populum ſuum. Huc refer Ezech. 36, 20. 21. 22. ubi Judæi dicuntur nomen Dei inter gentes profanaſſe, quod occaſionem dederant Gentilibus male ſentiendi de omnipotentiâ Dei, ſi is fuiſſet Deus eorum, qualem prædicabant, omnipotens, non permiſiſſet eos expelli ex terrâ ſuâ. *d*) De *Sabbato*, quod profanatur, quando homo eum velut diem communem & *profanum* habet, opera Deo grata in eô facienda omittit, contra ea opera Deo

 diſpli-

diſplicentia, & quæ cultum ipſius præpediunt, malitioſè committit, Exod. 31, 14. Neh. 13, 17. 18. Jeſ. 56, 2. Ezech. 20, 16. 21. 24. c. 22, 8. c. 23, 38. *e*) De *ſanctuario*, quod profanatur, ſi debitâ veneratione exuitur, injuriis afficitur, nec pluris habetur, quàm alius locus profanus, Pſalm. 74, 7. Ezech. 7, 22. conf. Dan. 11, 31. ubi *ſanctuarium profanatum iri* dicitur, per Gentilium in illud ingreſſum, & ſimulacri Jovis Olympii, neç non ſtatuæ Antiochi Magni in eô collocationem. *f*) De *fœdere Dei*, quod profanatur, quando violatur vel irritum redditur, Pſalm. 55, 21. *g*) De *verbo voti* vel *juramenti*, quod profanatur, quando violatur, irritum redditur, religioſè non ſervatur, Num. 20, 3. 2) *Aliquid ut rem communem, profanam, ac vilem abjicere, nulloque in pretio habere*, vel *aliorum injuriis exponere*, Pſalm. 89, 40. Jeſ. 47, 6. 3) *Aliquid polluere ac contaminare*, c. g. *ſtratum Patris*, inceſtum committendo, Gen. 49, 4. 1. Chron. 5, 1. *terram*, idololatriam turpiter ſectando, Jer. 16, 18. ſe ſcortando, Lev. 21, 9. γ) *Saltare, Tripudiare*, quia ſaltantes ac tripudiantes, Muſica quaſi penetrantur & aguntur, ac elevatione pedum locum, ſuper quo ſteterunt, vacuum faciunt. Ita legitur in Kal Jud. 21, 21. Pſalm. 87, 7. In Piel Jud. 21, 23. δ) *Fiſtulare, Tibiis canere*, tùm quia tibiæ flatu, & ſono inde editò, aura, aures, animique hominum penetrantur, tùm quia *tibiæ perforatæ & cavæ* ſunt. Sed hæc ſignificatio potius videtur petita eſſe à nomine חָלִיל *Tibia*. Semel legitur 1. Reg. 1, 40. ε) *Incipere*; quia, qui rem incipit, obſtacula penetrat, eamque aggreditur, vel, (ut Coccejus loquitur) *à ſpecie, nempe primo uſu rei ut communis, translato ſignificatu ad genus*, per Synecdochen. Ita legitur in Kal Gen. 6, 1. c. 10, 8. c. 11, 6. c. 44, 12. Num. 17, 11. 12. Devt. 3, 24. Jud. 20, 40. 1. Sam. 14, 36. 2. Reg. 10, 32. c. 15, 37. 1. Chron. 1, 10. c. 27, 24. 2. Chron. 29, 17. Jer. 25, 29. Ezech. 9, 6. In Hophal Gen. 4, 26. ubi indigitatur ſolennis introductio exercitii publici invocationis Dei & totius cultûs divini. Jam ante quidem viguit cultus divinus in ædibus privatis, ſed tum in loco publico & ſolennius exerceri cœpit. Vid. Pfeifferi Dub. Vex. Cent. I. in Gen. 4, 24. Conf. Franzii Schol. Sacrif. Diſp. 2. §. 119. & Gerh. T. 6. L. de Min. Eccl. p. 22.

חוֹל m. *Commune, Profanum, non-Sacrum, non-Sanctum.* Oppoſitum ejus eſt קָדוֹשׁ *Sanctum.* לֶחֶם חוֹל Panis *profanus* ſeu *communis*, 1. Sam. 21, 5. Præterea legitur Lev. 10, 10. 1. Sam. 21, 6. Ezech. 22, 26. c. 42, 20. c. 44, 23. c. 48, 15.

חָלָל m. *Confoſſus*; *Occiſus*. Cum ה Articuli הֶחָלָל, Devt. 21, 2. In Statu Conſtr. חֲלַל חֶרֶב Confoſſus gladiô, Num. 19, 16. Plur. חֲלָלִים *Confoſſi*, Num. 23, 24. In Statu Conſtr. חַלְלֵי יְהוָה *Confoſſi, Occiſi* Domini, i. e. à Domino, Jeſ. 66, 16. Genitivus rectus indicat cauſam efficientem. Cum Suff. חֲלָלָיו *Confoſſi ejus*, Ezech. 35, 8. חַלְלֵיהֶם *Confoſſi eorum*, Jeſ. 34, 3.

1) Gene-

1) Generatim notat *penetratum* vel ἐκκεκεντωμένον, juxta Coccej. in Expl. Vocum Select. 2) Speciatim α) *propriè* notat *confoſſum* vel *exanimatum*, qui violenter penetratus vitaque vacuus redditus fuit, ſive gladiô, ſive alio inſtrumento letifero, aut re noxia. Inde legitur nunc de *confoſſis gladio*, Gen. 34, 27. 2. Sam. 1, 19. Jeſ. 22, 2. Jer. 14, 18. Thren. 4, 9. Ezech. 31, 17. 18. c. 32, 20. 21. 22. 25. 28. 29. 31. 32. c. 35, 8. Zeph. 2, 12. qui animam cum gemitu expirant, Job. 24, 12. conf. Jer. 25, 33. ubi *confoſſi Domini* ſunt, qui à Domino judicante per gladium hoſtium interfecti fuerunt; nunc de confoſſis in prœlio, ſive *gladio*, ſive *alio inſtrumento* aut *telo letifero*, ubi ſæpe combinatur cum voce נָפַל *Cecidit*, Jud. 9, 40. 1. Sam. 31, 1. 1. Chron. 5, 22. c. 10, 1. 2. Chron. 13, 17. Jer. 51, 4. 47. Ezech. 32, 22. Dan. 11, 26. nunc de exanimatis fame, Thren. 4, 9. β) *Tropice* a) per *Synecdochen ſpeciei* pro genere deſignat promiſcue *cadavera*, ſive hominum, ſive brutorum, Job. 39, 30. vel 33. b) per *Metaphoram* deſignat *eum*, qui graviter afflictus eſt, inſtar transfoſſi ac letaliter ſaucii, Pſalm. 69, 27. Conf. Pſalm. 109, 22.

חָלִיל m. *Tibia*, *Fiſtula*, ſic dicta, quod flatu *penetratur*, vel *perforata & concava eſt*. Quater ſaltem legitur. תֹּף וְחָלִיל *Tympanum & tibia*, Jeſ. 5, 12. הֹלֵךְ בֶּחָלִיל *Incedens* cum fiſtula, Jeſ. 30, 29. Plur. חֲלִילִים *Tibiæ*. מְחַלְּלִים בַּחֲלִלִים *Canentes* tibiis, 1. Reg. 1, 40. כַּחֲלִלִים Inſtar *tibiarum*, ſcil. inflatarum, quæ lugubrem & tremulum ſonum edunt, Jer. 48, 36.

חָלִילָה f. *Abſit*. Ita ferè reddi ſolet, ſed interprete ſummè Rev. Dn. D. Danziô eſt nomen cum ה locali, notans *Compunctionem*, *Vulnus*, *Piaculum*. Hinc habitâ ratione ה localis idem eſt ac *in compunctionem*, *vulnus vel piaculum tibi foret vel cederet*. A quô quoad rem non abit cel. Kœrberus, dum ſcribit, חָלִילָה *propriè ſignificat rem maximè profanam, tàm Deum & omnia divina quaſi confodientem, quàm piam quamque mentem penetrantem & afficientem*. Regit autem Dativum perſonæ, verbo ſubſtantivo ſubintellecto, eſtque vox *abominantis*, aut cum abominatione *prohibentis*. חָלִלָה לְּךָ מֵעֲשׂת כַּדָּבָר הַזֶּה *In piaculum* ſeu *compunctionem* tibi foret, ſi faceres ſecundum rem hanc, Gen. 18, 25. Vulgò reddunt: *Abſit à te*, *ut facias ſecundum rem hanc*. חָלִילָה מֵעֲשׂוֹת כַּדָּבָר הַזֶּה *In piaculum* foret ſervis tuis, ſi facerent ſecundum hanc rem, Gen. 44, 7. Communiter interpretantur: *Abſit* à ſervis tuis, ut facerent ſecundum hanc rem. Vide Joſ. 22, 29. 1. Sam. 24, 7. c. 26, 11. Job. 27, 5. c. 34, 10.

חַלָּה f. *Placenta*, ſeu maſſa bene *penetrata*; *fiſtuloſa* ut putatur & intrinſecus *cava*, Lev. 8, 24. Num. 15, 20. In Statu Conſtr. חַלַּת לֶחֶם *Placenta* panis, 2. Sam. 6, 19. Exod. 29, 23. חַלַּת מַצָּה *Placenta* azymi, i. e. infermentata, Num 6, 19. Plur. חַלּוֹת *Placentæ*, Lev. 2, 4. c. 7, 12. 13. c. 24, 5.

חַלּוֹן c. *Feneſtra*, ſic dicta, quod ſit *penetratio* parietis, vel quod per eam lux diei *penetrat* & illabitur. וַיִּפְתַּח נֹחַ אֶת־חַלּוֹן הַתֵּבָה Et aperuit Noachus *feneſtram* arcæ, Gen. 8, 6. נִשְׁקְפָה בְּעַד הַחַלּוֹן Proſpiciebat per *feneſtram*, 2. Sam. 6, 16. 1. Chron. 15, 29. Plur. חַלּוֹנִים *Feneſtræ*, Ezech. 40, 25. Et ad formam Statûs Conſtructi Syrorum eſt חַלֹּנַי, Jer. 22, 14. perinde ut in שָׂרַי *Principes*, Jud. 5, 15. In Statu Conſtr. eſt חַלּוֹנֵי, 1. Reg. 6, 4. Cum Suff. עָלָה מָוֶת בְּחַלּוֹנֵינוּ Adſcendit mors per *feneſtras* noſtras, Jer. 9, 2. Form. Fœm. חַלּוֹנוֹת *Feneſtræ*, Ezech. 40, 16. 29. 32.

מָחוֹל m. *Chorus*, *Chorea*. Cum Suff. מְחֹלֵנוּ *Chorus* noſter, Thren. 5, 15.

1) Generatim *penetrationis* notionem participat, quacunque ſe exerat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *Chorum* tripudiantium & ſaltantium, qui Muſicâ penetratus & actus eſt, Jer. 31, 13. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam* Subjecti pro Adjunctô notat *tibiam* vel *inſtrumenti muſici genus*, quo in choris tripudiantium & ſaltantium uti ſolebant, & quod ſvavi ſono, quem edebat, aures animumque penetrabat, Pſalm. 149, 3. Pſalm. 150, 4. 2) Per *Synecdochen* deſignat *omne lætitiæ genus*, quod animum ſvaviſſimè penetrat, Pſalm. 30, 12. Thren. 5, 15.

מְחֹלָה f. *Chorus*, *Chorea*. In Statu Conſtr. כִּמְחֹלַת הַמַּחֲנָיִם Sicut chorus caſtrorum, Cant. 7, 1. Plur. מְחֹלוֹת *Chori*, *Choreæ*, Exod. 32, 19.

1) Generatim perinde ut præcedens מָחוֹל *penetrationis* ſignificationem aliquô participat modô. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *Chorum tripudiantium & ſaltantium*, quem Muſica penetrat & agit, Exod. 32, 19. Jud. 21, 21. 1. Sam. 18, 6. c. 21, 12. c. 29, 5. β) Per *Metonymiam* Subjecti pro Adjuncto notat *Tibiam*, vel *inſtrumenti muſici genus*, quod in choris adhibebatur, ut ſvavitate ſoni editi penetraret animum, & ad tripudia excitaret, Exod. 15, 20. Jud. 11, 34.

מְחִלּוֹת f. pl. *Foſſæ*, *Caverna concava*, **Klüffte**. Tantum extat Jeſ. 2, 19.

מָחֲלַת f. *Machalath*, Pſalm. 53, 1. Pſalm. 88, Quibusdam eſt *genus inſtrumenti muſici pnevmatici*, quod inflari ſolebat. Aliis eſt certum cantici genus vel melodia, ſvaviter aures animumque penetrans & afficiens. Coccejus & Geierus ſuam liberè profitentur ignorantiam.

תְּחִלָּה f. *Principium*, *Initium*. בַּתְּחִלָּה *Ab initio*, i. e. primùm, Gen. 13, 3.

1) Generatim dicit *quodcunque principium*, ſive ſumatur *nominaliter*, ſive capiatur *adverbialiter*. 2) Speciatim α) *nominaliter* ſumtum deſignat 1) *Principium temporis*, Gen. 13, 3. Ruth. 1, 22. 2. Sam. 21, 9. 10. Jeſ. 1, 26. Dan. 8, 1. c. 9, 21. 23. 2) *Principium originis*, Prov. 9, 10.

3) *Prin-*

3) *Principium ordinis*, Jud. 1, 1. c. 20, 18. Neh. 11, 17. β) Adverbialiter ſumtum, ſi præmittitur בְּ, notat *primùm*, vel *primâ vice*, Gen. 42, 18. 20.

חָלַם *Valuit, Incolumis, Sanus, Confortatus eſt; Convaluit, Somniavit.* חָלַמְתִּי חֲלוֹם Somniavj ſomnium, Gen. 37, 9. Part. חֹלֵם *Somnians*, Gen. 41, 1. Fut. יַחֲלֹם *Somniabit*, Jeſ. 29, 8. וַנַּחַלְמָה חֲלוֹם Et *ſomniavimus* ſomnium, Gen. 41, 11. יַחְלְמוּ בְנֵיהֶם *Valent*, bene ſe habent pulli eorum, Job. 39, 7. Hiphil הֶחֱלִים *Sanum reddidit, Servavit, Sanitati reſtituit, revaleſcere fecit; Somniari curavit.* Part. מַחְלְמִים *Somniari curantes*, Jer. 29, 8. pro מַחְלִימִים, (י.) in (:) correptô, perinde ut מַהְלְכִים *Diducentes*, Zach. 3, 7. Fut. תַּחֲלִימֵנִי *Revaleſcere facies, ſanitati reſtitues me*, Jeſ. 38, 16.

1) Generatim dicit *bonam corporis habitudinem & conſtitutionem*, quam ipſius vigor, pinguedo & craſſities produnt & indicant. Unde 2) Speciatim α) *propriè* in Kal ſignificat *valere, incolumem eſſe*, Job. 39, 7. & in Hiphil *convaleſcere* vel *revaleſcere facere, ſanitatem ægrotanti reſtituere*, Jeſ. 38, 16. β) *Metalepticè* notat *ſomniare*, quia ſani ſomniant, quæ interdiu egerunt, & craſſi ſeu concreti vapores gignunt ſomnum, quem ſomnia conſequi ſolent. In Kal adhibetur ad deſignandum *a*) *ſomnium naturale*, quod temperamenti conſtitutionem, diurnasque meditationes & actiones ſubindeſequitur, Pſalm. 126, 1. Jeſ. 29, 8. *b*) *Somnium*, quod eſt altioris cauſæ & originis, eſt que vel *divinum*, Gen. 28, 12. c. 35, 5. 9. c. 41, 1. 15. c. 42, 9. Jud. 7, 13. Dan. 2, 1. 3. & inter revelationum divinarum ſpecies refertur, Joel. 2, 28. vel *Diabolicum*, quod Satanas falſis Doctoribus immittit, ut abſtrahant homines à Deo ejusque cultu, Devt. 13, 2. 4. 6. Jer. 23, 25. In Hiphil tantum extat, Jer. 29, 8.

חֲלוֹם m. *Somnium*, ſic dictum, quod *tempenmenti conſtitutionem & actiones* prodat. וַיַּחֲלֹם יוֹסֵף חֲלוֹם Et ſomniavit Joſeph *ſomnium*, Gen. 37, 5. בַּחֲלוֹם לַיְלָה In *ſomnio* noctis, Gen. 20, 3. Plur. חֲלֹמוֹת *Somnia*, Eccl. 5, 6. וַיִּפְתָּר־לָנוּ אֶת־חֲלֹמֹתֵינוּ Et interpretatus eſt nobis *ſomnia noſtra*, Gen. 41, 12.

1) Generatim notat *ſomnium quodcunque*. 2) Speciatim deſignat α) *ſomnium naturale*, quod temperamenti conſtitutionem, diurnasque meditationes & actiones conſequitur, Eccl. 5, 2. 6. Conf. Pſalm. 73, 20. *b*) *Somnium*, quod altiorem originem & cauſam habet, idque tàm *divinum*, quod vel à Deo immediatè, vel per bonos Angelos hominibus immittitur, Gen. 20, 3. 6. c. 31, 10. 11. 24. c. 37, 5. 6. 9. 10. c. 41, 17. 32. c. 42, 9. Jud. 7, 15. 1. Reg. 3, 15. Dan. 2, 1. & inter revelationum ſpecies refertur, Num. 12, 6. 1. Sam. 28, 6. Joel. 2, 28. vel c. 3, 1. quàm *Diabolicum*, quod à Diabolô hominibus immittitur, ut vel terreantur, Job. 7, 14. vel à Deo, ejusque cultu ac ſanctitate vitæ abſtrahantur, Devt. 13, 2. 4. 6. Jer. 23, 27. 28. 32. c. 29, 8. Zach. 10, 2.

Digitized by Google

חַלָּמוּת f. *Vitellus.* Tantum extat Job. 6, 6.

אַחְלָמָה f. Nomen *gemmæ*, quam Braunius Amethyſtum eſſe contendit lib. 2. de Veſt. Sac. Hebr. c. 16. Sed nominis rationem non affert. Kimchi & Aben-Eſra eam ſic nominari putant, quod geſtantibus conciliet ſomnia. Aſt rejicitur â Coccejo. Legitur Exod. 28, 24. c. 29, 12.

חַלָּמִישׁ m. *Silex.* Kimchi interpretatur חֹזֶק הַצּוּרִים *Duriſſimum petrarum,* Job. 28, 9. Pſalm. 114, 8. Jeſ. 50, 7. Quando nomen rupis adjectum habet, emphaſis importatur, ut Devt. 8, 15. מִצּוּר חַלָּמִישׁ E rupe *ſilicis*, i. e. è rupe duriſſima; & Devt. 32, 13. מֵחַלְמִישׁ צוּר E *ſilice* petræ, i. e. ex duriſſima petra.

חָלַף *Mutatus fuit; Tranſiit, Præteriit; Tranſire* vel *fugere fecit; Excidit.* וְחָלַפְתָּ מִשָּׁם וָהָלְאָה Cum *præterieris* inde & ultra, 1. Sam. 10, 3. חָלְפוּ חֹק *Tranſeunt, transgrediuntur* ſtatutum, Jeſ. 24, 5. Fut. כֶּחָצִיר יַחֲלֹף Sicut gramen tranſit, Pſalm. 90, 5. Piel חִלֵּף *Mutavit.* Bis legitur in Futuro וַיְחַלֵּף שִׂמְלֹתָיו Et *mutabat* veſtes ſuas, Gen. 41, 14. 2. Sam. 12, 20. Hiphil הֶחֱלִיף *Mutavit, Permutavit, Innovavit; Innovavit ſe, Innovatus eſt.* וְהֶחֱלִף אֶת־מַשְׂכֻּרְתִּי Et mutavit mercedem meam, Gen. 31, 1. Fut. וַתַּחֲלֵף Et *mutaſti*, Gen. 31, 41. אִם־יִכָּרֵת וְעוֹד יַחֲלִיף Si exciditur, iterum renovat ſe. וַאֲרָזִים נַחֲלִיף Sed cedris *permutabimus*, Jeſ. 9, 10.

1) Generatim notat *mutare*, quacunque demum ratione mutatio fiat. Unde 2) ſpeciatim dicit α) *mutationem ſecundum eſſentiam*, ut idem ſit ac *abolere, excindere, annihilare.* Ita dicitur de abolitione idolorum, Jeſ. 2, 18. item de annihilatione cœlorum, Pſalm. 102, 27. β) *Mutationem ſecundum* aliquod πȣ̃ vel locum, ita, ut pro diverſitate termini, quem aliquis relinquit, præterit, vel etiam adſequitur, notet 1) *Abire, Decedere, Diſcedere;* ita *propriè* dicitur de *hominibus*, qui relictô priori πȣ̃ vel loco aliorſum abeunt, 1. Sam. 10, 3. *Metaphoricè* autem de *Deo*, qui cum ſua potenti & gratioſa curâ ac cuſtodiâ ab homine diſcedit, Job. 11, 10. item de *diebus vitæ humanæ*, qui velociſſimè inſtar navis velociſſimæ abeunt & tranſeunt, Job. 9, 26. 2) *Tranſire*, vorüber gehen / vorbey gehen / ita dicitur de *ventô*, Job. 4, 15. 3) *Pervadere, cum impetu irruere;* ita dicitur de *fluvio exundante*, Regem Aſſyriæ deſignante, Jeſ. 8, 8. de Vento cum impetu irruente & pervadente, Jeſ. 21, 1. conf. Hab. 1, 11. 4) *Perforare*, e. g. clavo tempora, Jud. 5, 26. 5) *Transgredi*, e. g. ſtatutum, Jeſ. 24, 5. γ) *Mutationem viciſſitudinis*, quâ unum in locum alterius ſubſtituitur, vel ſurrogatur, ut idem ſit ac *mutare, permutare.* Ita dicitur in Piel de mutatione *veſtium*, Gen. 41, 14. 2. Sam. 12, 20. in Hiphil de mutatione mercedis, Gen. 31, 41. de permutatione cedrorum, Jeſ. 9, 10. animalis immolandi, Lev. 27, 10. δ) *Mutationem conditionis & qualitatis*, vel in *melius*, ubi eſt *innovare, novum vigorem & robur ſortiri.*

Ita

Digitized by Google

ita dicitur de *arbore exciſâ* reviреſcente, Job. 14, 7. de *arcu* vim & rigorem innovante & conſervante, Job. 29, 20. de *expectantibus Meſſiam* novum robur accipientibus, Jeſ. 40, 31. Vid. Jeſ. 40, 1. vel in *pejus* ſeu *deterius*, ubi idem eſt ac *corrumpere*, vel *corrumpi*, Pſalm. 90, 5. 6.

חֵלֶף *Pro, Vice, Loco.* Notat permutationem unius cum altero, & ſaltem legitur, Num. 18, 21. 31.

חֲלוֹף m. *Tranſitus.* Legitur ſaltem Prov. 31, 8. בְּנֵי חֲלוֹף Filii *tranſitus*, i. e. interitum & exitium extremum ſubituri.

חֲלִיפָה f. *Mutatio, Immutatio, Viciſſitudo.* Cum Suff. חֲלִיפָתִי *Mutatio mei*, i. e. mors mea, Job. 14, 14. Plur. חֲלִיפוֹת *Mutationes*, 1. Reg. 5, 14. חֲלִפוֹת שְׂמָלוֹת *Mutationes* veſtium, Gen. 45, 22. ubi י per Syncopen exciſum eſt.

1) Generatim notat *quamvis mutationem.* 2) Speciatim denotat α) *mutationem ſecundum eſſentiam*, qualis contingit homini, quando moritur, Job. 14, 14. β) *Mutationem ſtatûs & qualitatis*, qualis eſt mutatio à ſtatu impietatis & contumaciæ ad ſtatum meliorem & Deo gratum, Pſalm. 55, 20. γ) *Mutationem viciſſitudinis*, quâ aliquid in locum alterius ſubſtituitur vel ſurrogatur. Ita dicitur de *veſtibus novis* vel præſtantioribus & honoratioribus, cum quibus quotidianæ permutari ſolent, Gen. 45, 22. Jud. 14, 12. 19. 2. Reg. 5, 22. 23. item de laboribus per vices præſtandis, 1. Reg. 5, 28.

מַחֲלָפִים m. pl. *Cultri mactatorii*, ab incidendo & mutando ſic dicti. Tantum legitur, Eſr. 1, 9.

מַחְלְפוֹת f. pl. *Cincinni*, Haarlocken/ ſic vocati, quod facilè *mutentur* & albeſcant. Legitur ſaltem, Jud. 16, 13, 19.

חָלַץ *Eruit, Extraxit, Subtraxit ſe, Exuit, Eripuit, Liberavit.* חָלַץ מֵהֶם *Subtraxit ſe* ab iis, Hoſ. 5, 7. וְחָלְצָה נַעֲלוֹ Et *extrahet* calceum ſuum, Devt. 25, 9. Part. Paul חָלוּץ *Extractus, expeditus*, Num. 32, 21. 29. In Statu Conſtr. חֲלוּץ הַנָּעַל *Exutus* calceum, Devt. 25, 10. Plur. חֲלוּצִים *Expediti*, Num. 32, 30. In Statu Conſtr. חֲלוּצֵי צָבָא *Armati* exercitus, Num. 31, 5. Niphal נֶחֱלַץ *Extractus, Expeditus, Erutus, Liberatus eſt.* צַדִּיק מִצָּרָה נֶחֱלָץ Juſtus ex anguſtia *liberatur*, Prov. 11, 8. Fut. תֵּחָלְצוּ *Expediti eritis*, Num. 32, 22. Piel חִלֵּץ *Extraxit, Eruit, Eripuit, Liberavit.* חִלֵּץ אֶת־הָאֲבָנִים *Eruit* lapides, Lev. 14, 43. חִלַּצְתָּ נַפְשִׁי מִמָּוֶת *Eripuiſti* animam meam ex morte, Pſalm. 116, 8. Fut. יְחַלְּצֵנִי *Liberabit* me, 2. Sam. 22, 20. Hiphil הֶחֱלִיץ *Expeditum* reddidit. Legitur ſaltem in Fut. יַחֲלִיץ *Expedita reddet*, Jeſ. 58, 11.

1) Generatim notat *extractionem & ſemotionem è priſtino loco vel ſtatu.* 2) Speciatim α) *propriè* eſt 1) *exuere*, e. g. calceum, Devt. 25, 9. Jeſ. 20, 2. 2) *Eruere*, e. g. lapidem ex muro, intenſis viribus, ligaturâ ſolutâ, Lev. 14, 40, 43. β) *Metaphoricè* 1) dicitur ſe *ſubtrahere*, vel *ſub-*

Digitized by Google

ſubducere ab aliquo, quando præſentiâ gratiæ ab homine recedit, eumque deſerit, Hoſ. 5, 6. 2) *Expedire ad militiam, armare*, quia, qui expediuntur & armantur, è promiſcuo cœtu quaſi *extrahuntur*, ita ſæpe legitur in Part. Paul Num. 31, 5. c. 32, 21. 29. Devt. 3, 18. Joſ. 4, 13. c. 6, 7. 9. 13. 1. Chron. 12, 23. 24. 2. Chron. 2, 21. c. 17, 18. c. 24, 14. 3) *Liberare, Eripere ex malis & ærumnis.* Quam ſignificationem non tantum obtinet in *Niphal*, Pſalm. 60, 7. Pſalm. 108, 7. Prov. 11, 8. 9. Sed etiam in *Piel*, aſt cum inſigni emphaſi, ut indigitetur *potens & promta liberatio & ereptio* ex maximis anguſtiis atque miſeriis, Job. 36, 15. Pſalm. 34, 8. Pſalm. 50, 15. Pſalm. 81, 8. Pſalm. 91, 15. ex malorum hominum furore, Pſalm. 140, 2. item ex præſentiſſimo mortis periculo, 2. Sam. 22, 20. Pſalm. 7, 5. Pſalm. 18, 20. Pſalm. 116, 8.

חֲלִיצָה f. *Exuviæ.* Bis ſaltem legitur. Cum Suff. קַח־לְךָ אֶת־חֲלִצָתוֹ Sume tibi *exuvias ejus*, 2. Sam. 2, 21. Plur. חֲלִיצוֹת *Exuviæ.* Cum Suff. חֲלִיצוֹתָם *Exuvias* eorum, Jud. 14, 19.

חֲלָצַיִם m. d. *Lumbi*, ſic dicti à חָלַץ *Extrahere, Expedire*, tùm, quod circa eos *expediamur* & accingamur ad militiam, tùm quod ex illis natura humana & ſemen humanum, libidinoſo impetu cogente, *extrahantur.* וּמְלָכִים מֵחֲלָצֶיךָ יֵצֵאוּ׃ Et Reges è lumbis tuis egredientur, Gen. 35, 11. conf. 1. Reg. 8, 19. 2. Chron. 6, 9. חֲלָצָיו *Lumbi ejus*, Jeſ. 5, 27.

1) Generatim notat *lumbos.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *carnem craſſiorem*, quæ circa ſpinam dorſi eſt, Jeſ. 5, 27. His Scriptura, forte propter adjunctos renes, vim procreandi ſobolem tribuit, Gen. 35, 11. 1. Reg. 8, 19. 2. Chron. 6, 9. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam Subjecti* pro *Adjuncto*, quia in lumbis corporis vis & virtus reſidet, deſignat *robur.* Hinc *lumborum cinctura* eſt quaſi *roboris expeditio & virium corporis collectio* ad ſtrenuè currendum, laborandum aut pugnandum, Job. 38, 3. c. 40, 7. Jeſ. 32, 11. 2) Per *Synecdochen* partis ponitur pro *toto corpore*, Job. 31, 10.

מַחֲלָצוֹת f. pl. *Veſtes mutatoriæ*, feſtivæ ſcil. & ſplendidæ, quibus utebantur diebus ſacris & feſtis. Legitur ſaltem, Jeſ. 3, 22. Zach. 3, 4.

חָלַק *Diviſit*, Partitus, Impertitus eſt, Diſtribuit; item *Molle* vel *Lave eſt.* לֹא חָלְקוּ אֶת־נַחֲלָתָם Non *diviſerunt* hæreditatem ſuam, Joſ. 18, 2. חָלְקוּ מַחְמָאֹת פִּיו *Blandum faciunt* ſicut butyra os ſuum, Pſalm. 55, 22. Part. חוֹלֵק עִם־גַּנָּב *Dividens* cum fure, Prov. 29, 24. Inf. לַחֲלֹק לַאֲחֵיהֶם *Ad diſtribuere*, i. e. ut *diſtribuerent* fratribus ſuis, Neh. 13, 13. Fut. וַיַּחְלְקוּם Et *diſtribuerunt* eos, 1. Chron. 24, 4. Niphal נֶחֱלַק *Diviſus, Diſtributus eſt; Diviſit ſe.* Fut. וַיֵּחָלֵק עֲלֵיהֶם Ubi *diviſit* ſe ſuper eos, Gen. 14, 15. עַל־פִּי הַגּוֹרָל תֵּחָלֵק נַחֲלָתוֹ Secundum ſortem *diſtribuetur* hæreditas ejus, Num. 26, 56. *Piel* חִלֵּק *Diviſit, Partitus eſt, Diſtribuit.* פְּנֵי יְהוָה חִלְּקָם Facies Domini

Divi-

Diviſit eos, Thren. 4.16. Inf. בְּחַלְּקָם שָׁלָל In *dividere* eos, i. e. cum *dividunt* ſpolium, Jeſ. 9, 2. Fut. אֲחַלֵּק *Dividam*, Exod. 15, 9. Pual חֻלַּק *Diviſus eſt.* Fut. וְאַדְמָתְךָ בַּחֶבֶל תְּחֻלָּק Aſt terra tua fune dividetur, Am. 7, 17. Hiphil הֶחֱלִיק *Diviſit, Diviſit ſe; Lævigavit, Blandus fuit.* Infin. לַחֲלִיק *Ad dividere ſe inde*, i. e. *ut ſe inde divideret* juxta Buxtorffium, h. e. ut ſe *leniter & placidè ſubduceret præ metu populi*, juxta Kimchium. Sed, quia talis fuga Prophetam dedecebat, Seb. Schmidius mavult reddere ; *ut partem* (*ſcil. ſpoliorum*) *acciperet ibi in medio populi.* Eſt autem לַחֲלִיק pro לְהַחֲלִיק Præformativo ה per Aphæreſin ſublato. Part. מַחֲלִיק *Blandiens*, Prov. 29, 5. Hithpael הִתְחַלֵּק *Diviſit, Diſtribuit, Partitus eſt ſibi.* וְהִתְחַלְּקוּ אֹתָהּ *Et diſtribuent* vel *partientur ſibi eam*, Joſ. 18, 5.

1) Generatim notat *conjunctorum ſeparationem*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim *α*) *propriè* eſt *partiri* vel *dividere* aliquid in plures partes, e. g. veſtimentum, Pſalm. 22, 19. terram juxta ſortem vel lineam, Joſ. 13, 7. Jeſ. 34, 17. Dan. 11, 39. Joel. 4. 2. Am. 7, 17. *hæreditatem*, Joſ. 18, 2. Prov. 17, 2. ſpolium, Gen. 49, 27. Joſ. 22, 8. Jeſ. 9, 2. agrum, 2. Sam. 19, 30. *β*) *Tropicè* 1) per Metonymiam *a*) eſt *res diviſas diſtribuere*, e. g. carnem, 2. Sam. 6, 19. 1. Chron. 16, 3. *b*) *Lævigare, læve facere*, quia lævigatio ſeparatione partium aſperarum fieri ſolet, Jeſ. 41, 7. Inde 2) per *Metaphoram* eſt *blandiri, blandum reddere*, non ſolum, quia blandiloquentes diviſionem cordis & labiorum ſpirant, ſed etiam, quia ſermones quaſi lævigant, atque emolliunt. Ita dicitur de *ſcorto* ſermones ſuos blandos reddente, ut inſtar lævigati cujusdam teli ad animam hominis penetrent, Prov. 2, 17. c. 7, 5. de *adulatore*, qui blanditur linguâ, h. e. verbis compoſitis, & ſaltem favorem, amicitiam, pietatem, laudem &c. ſpirantibus, Prov. 28, 23. c. 29, 5. conf. Pſalm. 5, 10. Pſalm. 36, 3. Hoſ. 10, 2.

חָלָק m. *Lævis, Glaber*; Metaph. *Blandus, Blandiens.* אִישׁ חָלָק Vir *glaber*, Gen. 27, 11. הָהָר הֶחָלָק Mons *glaber*, qui deſtituitur gramine, herbis & arboribus, Joſ. 11, 17. c. 12, 7. Sic autem mons iſte dictus putatur κατ' ἀντίθεσιν à vicino *Seir*, qui *comoſum* ſignificat. Vid. Maſ. in l. c. Sed Aquilæ notat *montem dividentem*, forte, quia Cananæam ab Idumæa dividebat. Et Chaldæo eſt *mons diviſus*, vel quod in duas partes diviſus erat, vel quod etſi erat mons unicus continuatione, in multos tamen partiales nontes dividebatur. Metaphoricè dicitur de *ore*, quod ad placitum audientis ſvaviſſimè ſe componit, &, quæ jucunda ſunt auditu, profert, Prov. 26, 28. de *palato ſcorti*, ſvaviſſime blandientis, Prov. 5, 3. de *divinatione blanda*, quæ nonniſi bona & jucunda pollicetur, Ezech. 12, 24.

חֵלֶק m. *Pars, Portio.* אֵין לוֹ חֵלֶק Non eſt ei *pars*, Num. 12, 12. חֵלֶק כְּחֵלֶק *Partem ſicut partem*, i. e. partes æquales, Devt. 18, 8.

Cum

Digitized by Google

Cum Suff. חֶלְקִי *Portio mea*, Pſam. 119, 57. מְנָת חֶלְקִי Pars *portionis meæ*, i. e *omnimoda pars mea*, Pſalm. 16, 5. Plur. חֲלָקִים *Partes*, Joſ. 18, 5. 6. 9. Cum Suff. חֶלְקֵיהֶם *Partes* ipſorum, Hoſ. 5, 7.

1) Generatim *rem ſeparatam & diviſam* infert. 2) Speciatim α) *propriè* notat *partem*, vel *portionem*, quæ à totô ſeparatur, & in totius diviſione fieri ſolet, quacunque ratione totum ſe habeat. Inde adhibetur de parte cibi, Devt. 18, 8. prædæ ſeu ſpolii, Gen. 14, 24. Num. 31, 36. 1. Sam. 30, 24. terræ Joſ. 18, 5. 6. 9. hæreditatis, Gen. 31, 14. Devt. 10, 9. c. 12, 12. de portione ſeu ſtipe pauperi erogatâ, Eccl. 2, 10. item de portione vel demenſo, homini à Deo conceſsô, ut eô fruatur, Eccl. 2, 10. c. 3, 22. c. 5, 17. 18. nec non de parte regni, quam ſe eſſe negabant rebelles, nullum amplius jus in eo, vel ad eum tanquam Regem ſuum habentes, nec ulteriùs obſequium ei præſtantes, 2. Sam. 20, 1. conf. 1. Reg. 12, 16. 2. Chron. 10, 16. β) *Tropicè* א) per *Metaphoram* deſignat 1) *ſortem & pœnam*, quæ inſtar decretæ portionis impiis à Deo immittitur, Job. 20, 29. c. 27, 13. Jeſ. 17, 14. 2) *Deum*, qui dicitur pars piorum, tùm quod iis paternâ curâ & affectu ſe proprium facit, & illis ſe communicat, ſicut pars hæreditaria homini propria fit, tum, quod eſt fidelium pars & merces multa, qua fruuntur & ſufficientiſſimè contenti ſunt, Pſalm. 119, 57. Jer. 10, 16. c. 51, 19. Thren. 3, 24. Sed Num. 18, 20. Deus dicitur pars Aaronis, quia Deo oblata ei cedebant; & Pſalm. 16, 5. *Pater* dicitur *portio partis Meſſiæ*, habitô reſpectu ad convivia ſacrificialia, in quibus Sacerdotibus ſuæ dabantur partes ad edendum, q. d. *Pater meus eſt pleniſſima, ſufficientiſſima & locupletiſſima portio, atque ſuaviſſima deliciarum mearum, pars*, &c. ב) *Synecdochicè* deſignat *Communionem*, *Commercium*, vel *Societatem*, cujus pars aliquis exiſtit, Pſ. 50, 18. Neh. 2, 20. ג) *Metonymicè* notat *lævorem* vel *lævitatem*, quæ fit aſperarum partium ſeparatione; & inde porrò per *Metaphoram* ſignificat *blanditias*, Prov. 7, 21.

חֶלְקָה f. *Diviſio*, *Pars*, *Portio*, *Ager*; *Blanditia*. In Statu Conſtr. חֶלְקַת הַשָּׂדֶה Pars agri, Joſ. 24, 32. Cum Suff. חֶלְקַת חֶמְדָּתִי *Ager* deſiderii mei, i. e. deſiderabilis, optimus, Jer. 12, 10. Plur. חֲלָקוֹת *Lubrica*, *Blanditia*. דַּבְּרוּ לָנוּ חֲלָקוֹת Loquimini nobis *blanditias*, Jeſ. 30, 10. בַּחֲלָקוֹת *In lubricis*, Pſalm. 73, 18. Sed Dan. 11, 32. eſt בַּחֲלַקּוֹת *Blanditiis*, literæ ק Dageſch forti citra neceſſitatem impreſſo, & (ָ) ſub ל in (ַ) mutatô.

1) Generatim *ſeparationis & diviſionis* notionem utcunque participat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *partem*, quæ à totô *ſeparata* eſt. Ita dicitur de *parte* terræ optimæ, Jer. 12, 10. agri, Gen. 33, 19. Ruth. 2, 3. petrarum, 2. Sam. 2, 16. β) *Tropicè* 1) *Metalepticè* deſignat *agrum*, vel quia pars terræ eſt, vel quia diviſioni cedit, 2. Sam. 14, 30. 31. c. 23, 12. 2. Reg. 3, 19. 25. c. 9, 21. 26. 1. Chron. 11, 14. Job. 24, 18. Am. 4, 7. 2) *Metonymicè* notat *lævitatem*, quæ fit partium aſperarum ſeparatione,

Gen,

Gen. 27, 16. & hinc amplius *lubricitatem*, quia, quæ lævia ſunt, lubrica eſſe ſolent. Ita dicitur de *locis lubricis* & ſummè periculoſis, non niſi lapſum minitantibus, Pſalm. 73, 18. 3) *Metaphoricè* notat *blanditias*, non ſolum, quod blanditiæ diviſionem cordis vel animi ſpirent, ſed etiam, quod blanditiæ verborum lævitatem & compoſitionem ad placitum audientis præ ſe ferant, Pſalm. 12, 3. 4. Prov. 6, 24. Jeſ. 30, 10. Dan. 11, 32.

חֲלֻקַּת f. *Diviſio*, *Partitio*. Semel legitur 2. Chron. 35, 5. in Statu Conſtr. חֲלֻקַּת בֵּית אָב *Diviſio* domus Patris.

חֲלַקִּים m. pl. *Lævitates*. *Lubricitates*. Occurrit ſaltem in Statu Conſtr. Jeſ. 57, 6. בְּחַלְּקֵי נַחַל *In lubricitatibus* torrentis, i. e. interprete R. D. Kimchio, *lapidibus lævibus in torrentibus inveniri ſolitis*; niſi cum Seb. Schmidio intelligere malis *loca fluviorum* per læves lapides & ſaxa decurrentium, periculoſa, ad quæ Dii aquarum à Gentilibus placari ſolebant.

חַלֻּקִּים m. pl. *Lævitates*. Legitur tantum in Statu Conſtr. חַלֻּקֵּי אֲבָנִים *Lævitates* lapidum, i. e. læves lapides, 1. Sam. 17, 40.

חֲלַקְלַקּוֹת f. pl. *Lubricitates maximæ*; Metaphoricè, *Blanditiæ maximæ*. Significatio augetur, quia poſteriores duæ radicales geminatæ fuerunt. Quater ſaltem legitur. יְהִי דַרְכָּם חֹשֶׁךְ וַחֲלַקְלַקּוֹת Erit via eorum caligo & *lubricitates maximæ*, i. e. ſummè caliginoſa & lubriciſſima, Pſalm. 35, 6. יִהְיֶה דַרְכָּם לָהֶם כַּחֲלַקְלַקּוֹת Erit ipſis via ipſorum ut *lubricitates maximæ*, i. e. lubriciſſima, ut pedem figere prorſus nequeant, Jer. 23, 12. De *blanditiis maximis & exquiſitiſſimis*, quæ in captandis aliorum animis adhiberi ſolent, vide Dan. 11, 21. 34.

מַחֲלֹקֶת f. *Diviſio*, *Partitio*, *Diſtributio*, *Pars*, *Ordo*, *Claſſis*. Cum Suff. וְעַל־מַחֲלֻקְתּוֹ Et ſub *claſſe* ejus, 1. Chron. 27, 2. 4. Plur. מַחְלְקוֹת *Diſtributiones*, *Claſſes*, 1. Chron. 26, 12. Cum Suff. כְּמַחְלְקֹתָם Iuxta *diviſiones* eorum, Joſ. 11, 23. c. 12, 7. בְּמַחְלְקוֹתֵיהֶם In *claſſibus* ſuis, 2. Chron. 31, 17.

חָלַשׁ *Infirmatus, debilitatus fuit*; item *Debilitavit*, *Infirmum reddidit*. Deſignat *privationem & carentiam virium*. Saltem ter legitur. Part. חוֹלֵשׁ *Infirmatus*, Jeſ. 14, 12. Fut. וַיַּחֲלֹשׁ Et *debilitavit*, *Infirmavit*, Exod. 17, 13. Sed Job. 14, 10. eſt וַיֶּחֱלָשׁ Et *debilitatur*.

חַלָּשׁ m. *Infirmus*, *Debilis*. Saltem extat, Joel. 4, 10.

חֲלוּשָׁה f. *Infirmitas*, *Debilitas*, *Res perdita*. Tantum extat Exod. 32, 18.

חָמָא *De lacte condenſatus eſt ac concrevit*, in butyri ſcilicet modum apud Arabes.

חֶמְאָה f. *Butyrum*, quod de lacte condenſatur, Gen. 18, 8. pro quò Job. 29, 6. dicitur חֵמָה, tertia radicali א per Syncopen conciſa,

& (·)

Digitized by Google

& (··) in (·) mutatô, ut perfectioni ſyllabæ conſulatur. In Statu Conſtr. חֶמְאַת בָּקָר *Butyrum* armenti, Devt. 32, 14.

1) Generatim & vi etymi denotat *id, quod de lacte condenſatur & concreſcit.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *butyrum*, quod de lacte per crebriorem agitationem condenſari ſolet, Gen. 18, 8. Jud. 5, 25. Devt. 32, 14. β) *Metaphoricè* deſignat *copiam rerum utilium & optimarum*, Job. 20, 17. c. 29, 6. Illud autem, Jeſ. 7, 15. vide in דְּבַשׁ.

מַחְמָאוֹת f. pl. *Butyrina* ſcil. verba, h. e. verba ſvavia, blanda, *adulatoria.* Extat ſaltem Pſalm. 55, 22.

חָמַד *Appetiit, Concupivit, Deſideravit.* חָמְדוּ שָׂדוֹת *Concupiſcunt* agros, Mich, 2, 2. Fut. לֹא תַחְמֹד Ne *concupiſcas*, Exod. 20, 17. וְנֶחְמְדֵהוּ Ergone *deſiderabimus* eum, Jeſ. 53, 2. Niphal נֶחְמַד *Deſideratus eſt.* Part. נֶחְמָד *Deſiderabilis, Amabilis*, Gen. 2, 9. עֵץ נֶחְמָד לְמַרְאֶה Arbor deſiderabilis aſpectu. Piel חִמֵּד *Valde deſideravit.* בְּצִלּוֹ חִמַּדְתִּי Umbram ejus valde *deſidero*, Cant. 2, 3.

1) Generatim notat *deſiderio* vel *concupiſcentiâ in aliquid ferri*, connotatâ voluptate & delectatione in rebus jucundis, bonis, gratis, acceptis & proficuis, quarum abſentia dolorem efficit, ſive deſiderium ſit bonum, ſive malum. 2) Speciatim α) Capitur *in bonum*, importans *deſiderium enixum* rei ſibi jucundæ ac bonæ ad voluptatem ſuam. Ita in Kal tribuitur tùm *Deo*, qui deſiderat habitationem montis Sion, quô delectetur, Pſalm. 68, 17. tùm *hominibus*, Jeſ. 53, 2. ubi præter deſiderium voluptas, amor & affectus erga Meſſiam indigitatur, ut ſenſus ſit: *Ergone eum deſideraremus, ex illo voluptatem caperemus, & amore affectuque eum complecteremur?* In Niphal, ubi ſolum Participium in Scriptura occurit, per Adjectivum potentiale exprimendum, *deſiderabilis*, tribuitur arboribus Paradiſi, Gen. 2, 9. c. 3, 6. verbo Dei, Pſalm. 19, 11. theſauro, Prov. 21, 20. In Piel, ubi ſignificatio τῶ Kal intenditur, tribuitur *Sponſæ Chriſti*, quæ ſummo flagrat deſideriô in illius velut denſiſſimæ & ſvaviſſimæ arboris umbrâ contra quosvis impetus hoſtiles requieſcendi & præſidium habendi, Cant. 2, 5. β) *In malum* ſumitur, deſignans *illicitam concupiſcentiam*, quæ cum delectatione & conſenſu conjungitur. Ita adhibetur ſaltem in Kal, tribuiturque *irriſoribus*, qui deſiderant irriſionem, Prov. 1. 22. impiis, qui concupiſcunt propugnaculum malorum, Prov. 12, 12. impudicis, anhelantibus pulchritudinem ſcorti, Prov. 6, 25. Idololatris deſiderantibus quercus, Jeſ. 1, 29. Conf. Exod. 20, 17. c. 34, 24. Devt. 5, 21. c. 7, 25. Jeſ. 7, 21. Mich. 2, 2. Sæpius non legitur.

חֶמֶד m. *Deſiderium.* Quinquies legitur. שְׂדֵי חֶמֶד Agri *deſiderii*, i. e. *deſideratiſſimi, optimi*, Jeſ. 32, 12. בַּחוּרֵי חֶמֶד Juvenes *deſiderii*, i. e. *deſideratiſſimi*, Ezech. 23, 6. 12. 23. כַּרְמֵי חֶמֶד Vineæ *deſiderii*, i. e. *deſideratisſimæ, optimæ, nobilisſimæ*, Am. 5, 11.

חָמוּד m. *Deſiderium, Deſiderabile.* Cum Suff. חֲמוּדוֹ *Deſiderabile* ejus,

ejus, Pſalm. 39, 12. Plur. חֲמוּדִים item חֲמוּדוֹת & per alternationem, חֲמֻדוֹת *Deſideria, Deſideratisſima res.* חֲמוּדֵיהֶם *Deſideratisſima* eorum, Jeſ. 45, 9. כְּלֵי חֶמְדּוֹת Vaſa *deſideriorum*, i. e, deſideratiſſima, optima, præſtantiſſima, 2. Chron. 20, 25.

1) Generatim denotat *deſiderium*, quacunque ſumatur ratione. 2) Speciatim α) *propriè* ſumtum denotat *actum deſiderii*, quô quis fertur in objectum bonum, gratum, jucundum, amabile &c. ad voluptatem ſuam. Ita Gen. 27, 15. הַחֲמֻדֹת *Veſtes deſideriorum* ſunt veſtes præſtantiſſimæ, in quas alicujus deſiderium fertur atque tendit, Dan. 10, 11. 19. אִישׁ חֲמוּדוֹת *Vir deſideriorum*, i. e. valde deſiderabilis & acceptus, in quem aliorum deſiderium & amor feruntur. Conf. Dan. 9, 23. ubi vox אִישׁ *Vir* omiſſa ſuppleri debet, ut ſenſus ſit: *Vir admodum deſiderabilis es;* vel: *omnium virorum deſiderabilium deſideratisſimus es*, Dan. 10, 3. לֶחֶם חֲמֻדוֹת Panis *deſideriorum* eſt panis deſiderabilis & delicatus, quem ventriculus præ cæteris appetere & deſiderare ſolet conf. 2. Chron. 20, 25. β) Per *Metonymiam* deſignat *deſiderii objectum*, ſcilicet *rem deſiderabilem, gratam, gratioſam* &c. ad quam deſiderium alicujus tendit, & cujus abſentia dolorem efficit, Pſalm. 39, 12. Job. 20, 20. Jeſ. 44, 9. Thren. 1, 11. Dan. 11, 38. 43.

חֶמְדָּה f. *Deſiderium.* אֶרֶץ חֶמְדָּה Terra *deſiderii*, i. e. deſideratiſſima, Pſal. 106, 24. In Statu Conſtr. חֶמְדַּת נָשִׁים *Deſiderium* mulierum, Dan. 11, 37. Cum Suff. חֶלְקַת חֶמְדָּתִי Ager *deſiderii mei*, i. e. quem amo, deſidero, Jer. 12, 10.

1) Generatim notat *deſiderium.* 2) Speciatim α) *propriè* ſumtum denotat *actum deſiderii*, quô quis in rem bonam, gratam, acceptam, præſtantem, & proficuam, quam nondum habet, fertur atque tendit. Sic אֶרֶץ חֶמְדָּה Terra *deſiderii*, eſt terra optima, præſtantiſſima, deſiderabilis, in quam deſiderium alterius fertur, Pſalm. 106, 24. Jer. 3, 19. Zach. 7, 14. חֶלְקַת חֶמְדָּתִי Ager *deſiderii mei*, i. e. optimus, præſtantisſimus, deſideratiſſimus, quem deſidero, amo &c. Jer. 12, 10. Sic *Vaſa deſiderii*, ſunt vaſa præſtantiſſima, quæ deſideramus, 2. Chron. 32, 27. c. 36, 10. Jer. 25, 34. Hoſ. 13, 15. Nah. 2, 7. Dan. 11, 8. Conf. 2. Chron. 21, 20. ubi Jehoramus *ſine deſiderio iviſſe* dicitur, i. e. vixit inglorius, & mortuus eſt, à nemine *deſideratus*, ut diutius ſuperſtes eſſet. β) *Metonymicè* notat *objectum deſiderii*, ſeu id, quod tanquam bonum, gratum, jucundum atque proficuum deſideratur & appetitur. Ita Hag. 2, 8. *Chriſtus* dicitur *deſiderium gentium*, eò, quòd ille erat, quem ardentiſſimè Gentes deſiderabant, omni amore & affectu eum complexuræ. Et 1. Sam. 9, 20. deſignat regiam dignitatem, & optima quæque, quæ iſtam comitantur, ut ſenſus ſit: Quis ex univerſo Iſraele ſplendidiora & præſtantiora ſortietur atque poſſidebit, quàm tu?

מַחְמָד m. *Deſiderium.* In Statu Conſtr. מַחְמַד עֵינֵיכֶם *Deſiderium*

rium oculorum veſtrorum, i. e. quod oculi veſtri libenter vident, 1. Reg. 20, 6. Plur. מַחְמַדִּים *Deſideria.* כֻּלּוֹ מַחֲמַדִּים Totus ille *deſideria*, i. e. deſideratisſimus & ſummè amabilis, Cant. 5, 16. In Statu Conſtr. מַחֲמַדֵּי בִטְנָם *Deſideria* ventris ipſorum, i. e. deſideratisſimi liberi, Hoſ. 9, 16.

1) Generatim denotat *deſiderium.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *actum*, quô aliquid deſideratur & appetitur, velut bonum, gratum, pretioſum atque utile. Sic 2. Chron. 36, 19. Vaſa *deſideriorum* ſunt *vaſa præſtantisſima*, in quæ hominis deſiderium & appetitus feruntur. β) *Metonymicè* notat *rem deſideratam*, quæ enixè appetitur, ita, ut eâ carere moleſtum ſit, 1. Reg. 20, 6. Cant. 5, 16. Jeſ. 64, 10. Thren. 2. 4. Ezech. 24, 16. 21. 25. Hoſ. 9, 6. 16. Joel. 4, 5. Sæpius non legitur.

מַחֲמוּדִים m. pl. *Deſideria*, & Dageſch forti literæ ד impresſô, ac præcedente vocali longâ in brevem cognatam mutatâ מַחֲמַדִּים. Ter ſaltem legitur, ſed ubique cum Suffixis. מַחֲמוּדֵיהֶם *Deſiderabilia* eorum, Thren. 1, 11. Ita enim juxta literas ibi legendum. מַחֲמַדֶּיהָ *Deſiderabilia ejus*, Thren. 3, 7. 10.

חָמַת *Affinitatem contraxit, affinitate cum aliquo junctus fuit*, apud Æthiopes; item *Cuſtodivit præſidio, contra malum munivit & tuitus eſt*, apud Arabes.

חָם m. *Socer.* Quater ſaltem legitur cum Suffixo חָמִיךְ *Socer* tuus, Gen. 38, 13. pro חָמֶךָ, pro puncto Suffixi conſveto (‥) adhibito (ִ.) Ita etiam eſt חָמִיהָ *Socerum ſuum*, Gen. 38, 24. conf. 1. Sam. 4, 19. 21.

חָמוֹת f. *Socrus.* Ubique legitur cum Suff. חֲמוֹתָהּ *Socrus* ejus, Ruth. 2, 18. 19. 23. c. 3, 1. 6. 16. חֲמוֹתֵךְ *Socrus* tua, Ruth. 2, 11. 17.

חוֹמָה f. *Murus*, ſic dictus à *muniendo, cuſtodiendo*, & *tuendo*, eò, quod ſit quaſi cuſtodia, præſidium & munimentum, ex quô ſe ejus incolæ tuentur atque defendunt. עִיר חוֹמָה Urbs *muri*, i. e. muro cincta & munita, Lev. 25, 29. חוֹמָה גְבֹהָה *Murus* altus, Devt. 3, 5. In Statu Conſtr. חוֹמַת הָעִיר *Murus* urbis, Joſ. 6. 5. וַיִּפְרֹץ בְּחוֹמַת יְרוּשָׁלַם Perrupitque *murum* Hieroſolymæ, 2. Chron. 25, 23. Cum Suff. חוֹמָתָהּ *Murus* ejus; Nah. 2, 5. Plur. חוֹמוֹת *Muri*, 2. Reg. 25, 10. Cum Suff. חוֹמֹתֶיךָ *Muri* tui, Devt. 28, 52. Quater legitur forma dualis & Pluralis ſimul חֹמֹתַיִם *Duo muri*, vel *mœnia*, 2. Reg. 25, 4. Jeſ. 22, 11. Jer. 39, 4. c. 52, 7.

1) Generatim & vi originis notat *omne id, unde munimentum, cuſtodia & præſidium eſt.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *murum*, tùm *urbis*, qui eam contra incurſionem & impetum hoſtium munit, defendit atque tuetur, Lev. 25, 29. 30. 31. Devt. 3, 5. c. 28, 52. Joſ. 6, 5. 1. Reg. 3, 1. c. 9, 15. 2. Reg. 25, 10. 2. Chron. 8, 5. Neh. 2, 17. c. 3, 15. 35. Prov. 25, 28. Jer. 51, 44. Thren. 2, 8. &c. tùm *ædium privatarum*, Thren. 2. 7. β) *Tropicè* א) per *Synecdochen* ponitur pro ipſa *urbe* ſeu *civitate*, Am. 1, 7. 10. 14. colla-

collatô verſu 11. & c.2,2.5. ב) per *Metaphoram* eſt ſymbolum *defenſionis, roboris* ac *præſidii*, 1. Sam. 25,16. Jeſ. 26,1. Jer. 1,18. c.15,20. prout è contrario *muri ruptura* eſt ſymbolum *ſublati roboris, præſidii,* atque *defenſionis.*

חֹמֶט m. *Limax*, juxta R. Salomonem, Kimchium & alios. Sed Bocharto Hieroz. P. I. lib. I. c. 4. p. 30. & lib. 4. c. 5. p. 1075. ſeq. videtur eſſe *lacerta minor*, ab *arenis*, in quibus degit, ſic appellata, cum חומטון Talmudiſtis *arenam* ſignificet, ceu videre eſt in Cod. Schabbath. c. 5. f. 54. a. Legitur ſaltem, Lev. 11, 30.

חָמַל *Pepercit; Clementiâ uſus eſt.* Conſtruitur ferè intercedentibus particulis אֶל & עַל. חָמַל עַל־עַמּוֹ *Pepercit* populo ſuo, 2. Chron. 36, 15. Infin. לְחֶמְלָה עָלַיִךְ *Clementiâ utendo* erga te, Ezech. 16,5. cum ה Paragogicô & (ֶ) ſub ח cum (ֲ) permutatô. Fut. אֶחְמוֹל *Parcam*, Jer. 13, 14. אַל־תַּחְמְלוּ אֶל־חֵץ Ne parcatis ſagittæ, Jer. 50,14.

1) Generatim notat *rationem habere alicujus perſonæ* vel *rei*, connotatô tali animi motu, qui clementiam, & commiſerationem item parcum rei uſum vel conſervationem arguit. Unde 2) Speciatim α) notat *Parcere*, prout *a*) idem eſt ac *lenitate & clementia ergæ perſonam aliquam uti*, etſi forte aliud promeruerat, Mal. 3,17. Ita *Deus dicitur parcere*, quando ſuâ ductus clementiâ ergà pœnitentes, *vel* plane non immittit pœnam promeritam, *vel* ſaltem mitigat, nec perdit & deſtruit, 2. Chron. 36, 15. Joel. 2, 18. Mal. 3, 19. E contrariô *Deus negatur parcere*, quando irâ percitus, nullâ utitur clementiâ, ſed graviſſimè punit, perdit ac deſtruit. Job. 27,28. Jer. 13, 14. Thren. 2,2.17.21. c.3,43. Ezech. 5,11. c.7,4.9. c.8,18. c.9,10. Zach. 11,6. 2) Prout vel idem eſt ac *parcè aliquâ re uti*, Jer. 50,14. vel *eam ſartam conſervare*, 1. Sam. 15,8 15. 2. Sam. 12,4. β) Significat *commiſeratione erga aliquem commoveri*, Exod. 2, 6. 1. Sam. 23, 21. Huc refert Coccejus illud Jer. 15, 5. Sed Seb. Schmidius mavult referre ad primam ſignificationem, ut ſermo ſit de clementiâ Dei, quâ uti ſolet erga peccatores pœnitentes, ut vel plane non puniat, vel moderatè, nec perdat eos.

חֶמְלָה f. *Clementia*, quaſi parſionem vel ignoſcentiam dicas, prout Buxtorffius interpretatur. Bis ſaltem legitur. בְּחֶמְלַת יְהוָה Ob *clementiam* Dei, Gen. 19, 16. בְּחֶמְלָתוֹ Ob *clementiam* vel *miſericordiam* ſuam, Jeſ. 63, 9.

מַחְמָל m. *Indulgentia*. Semel legitur in Statu Conſtr. מַחְמַל נַפְשְׁכֶם *Indulgentia* animæ veſtræ, i. e. cui parcit anima veſtra, Ezech. 24, 21.

חָמַם *Calefactus eſt, Caluit, Incaluit, Æſtuavit.* Interdum conſtruitur cum לְ, quandoque abſolutè. חַם לִבִּי *Incaluit* cor meum, Pſalm. 39, 4. וְחַם לַאדֹנִי *Ut calor fiat* Domino meo, 1. Reg. 1, 2. חַמּוֹתִי *Incalui*, Jeſ. 44, 16. Infin. cum Præfixo לְ, לְחֻמָּם Ad

incaleſcendum, Jeſ. 47, 14. ex חָמֹם, Cholem ſecundæ radicalis, quia eſt verbum intranſitivum in (-) mutato, quod ob accentum Dominum ⁝ amplius in (ꞇ) tranſit. Aliàs occurrit quoque חֹם *Incaleſcere*. עַד־חֹם הַיּוֹם Usque ad *incaluiſſe* diem, i.e. Usque dum incaluit dies, 1. Sam. 11, 11. כְּחֹם הַיּוֹם *Secundum* incaluiſſe diem, i.e. cum incaluiſſet dies, 2. Sam. 4, 5. Fut. יָחֹם *Incaluit, Calefactus eſt*, Jeſ 44, 16. Ponitur per Enallagen Futurum pro Præterito. וַיָּחָם Et *incaluit*, 2. Reg. 4, 34. Niphal נֵחַם *Incaluit. Calefactus eſt.* Part. הַנֵּחָמִים *Qui incaluiſtis*, Jeſ. 57, 5. pro הַנִּחָמִים. Quia enim Chaldæorum more compenſatio literæ extruſæ facta eſt in literâ abjectam præcedente, Dageſch autem in literâ Gutturali ח non potuit locum habere; hinc ex eâ excidit, & compenſata fuit, mutando (.) ſub נ in (··) Simile legitur in נֵאָרִים *Maledicti*, Mal. 3, 9. Fut. וּלְאֶחָד אֵיךְ יֵחָם Uni autem quomodo *caleſiet*, vel *calor fiet?* Eccl. 4, 11. יֵחַמּוּ *Incaleſcant*, Hoſ. 7, 7. Piel חִמֵּם *Calidum fecit, Calefecit.* Fut. יְחַמֵּם *Calefaciet*, Job. 37, 17. Hithpael הִתְחַמֵּם *Calefecit ſe, Calefactus fuit.* Fut. יִתְחַמָּם׃ *Calefactus fuerit*, Job. 31, 20. (ꞇ) ſub מ eſt pro (··) per alternationem ob accentum Silluk.

1) Generatim *incaleſcendi* notionem habet. 2) Speciatim *α*) *proprie* eſt ferè *rerum corporearum*, quæ calorem vel recipiunt, vel cauſant & conferunt. Ita in Kal dicitur de homine incaleſcente ad ignem, Jeſ. 44, 15. 16. c. 47, 14. à veſte, Hag. 1, 6. de duobus unà cubantibus, 1. Reg. 1, 2. Eccl. 4, 11. conf. 2. Reg. 4, 34. de ſole æſtuante, dieique calorem augente, Exod. 16, 21. 1. Sam. 11, 9. Neh. 7, 3. de die à ſolis æſtu incaleſcente, Gen. 18, 1. 1. Sam. 11, 11. 2. Sam. 4, 5. de pruina & nivibus incaleſcentibus, & calore reſolvente diffluentibus, Job. 6, 17. In Piel de ave ova, quibus incubat, calefaciente, Job. 39, 17. In Hithpael de homine à vellere agnorum calefacto, Job. 31, 20. *β*) *Metaphoricè* transfertur ad *animi incaleſcentiam*, deſignans 1) *affectum* iræ, quæ inſtar ignis hominis cor inflammat, Devt. 19, 6. Pſalm. 39, 4. 2) *Impenſiſſimum ſtudium idola ſectandi & colendi*, ardori, quô adulter erga adulteram incaleſcit, non abſimile, Jeſ. 57, 5. 3) *Libidinem & ardorem malefaciendi*, Hoſ. 7, 7. 4) *Fervorem* contra hoſtes eundi, Jer. 51, 39.

חָם m. *Cham*, nomen proprium filii Noachi natu minoris, quem Noachus pater à crapulâ ex vino liberius hauſto ſuſceptâ, liberatus, execratus fuit, quod ipſius verenda nuda viderat, & hoc ſpectaculo ſuos paverat oculos, Gen. 9. Bochartus Geogr. Sacr. lib. 4. c. 1. p. m. 231. hujus nominis etymologiam traditurus ſcribit: *Hebræis* חם *cham* calidum, & חום *chum* nigrum *ſonat: Itaque Chami nomen vel à calore, vel à nigredine. Neque ut videtur ſine numine, cum qua Chamo contigit Africa immodico æſtu laboret, ejusque poſteri fere omnes vicini ſideris ardore, ſint exuſti atque inſuſcati. Quod ipſum pono in parte maledictio-*

dictionis ; quamvis in Africa loca ſint, quæ nulli parti terrarum fertilitate cedunt. Pater fuit Mizraimi, Autoris Ægyptiorum, Gen. 10, 6. 1. Chron. 1, 8. Unde ab iſtius nomine *Ægyptus* dicitur nunc *Cham*, nunc terra *Cham*. Vide Pſalm. 78, 51. Pſalm. 105, 23. 27. Pſalm. 106, 22. Hieronymus in Gen. teſtatur, Ægyptum usque ad ſua tempora Ægyptiorum linguâ dictam fuiſſe *Cham*. Plutarchus, qui neſcivit, Ægyptios à *Chamo* eſſe oriundos, à terræ nigredine ita dictos cenſet, in Tract. de Iſide perhibet, Ἔτι, inquiens, τὴν Ἄιγυπτον ἐν τοῖς μάλιςα μελάγγειον ȣ̈σαν, ὥσπερ τὸ μέλαν τȣ̃ ὀφθαλμȣ̃ χημία καλȣ̃σιν. *Adhuc Ægyptum, cujus ſolum maximè nigrum eſt, Chemiam Ægyptii vocant, ut nigrum illud, quod eſt in oculo.* Fabularum Conditoribus Cham eſt Jupiter. Vide Bocharti Geogr. Sacr. Lib. I. c. 1. p. 8.

חַם m. *Calidus.* Bis ſaltem legitur. זֶה לַחְמֵנוּ חַם Hunc panem noſtrum *calidum*, i. e. recentem ſumſimus, Joſ. 9, 12. בְּגָדֶיךָ חַמִּים Veſtes tuæ *calidæ ſunt*, i. e. calorem inducunt, Job. 37, 17.

חוֹם m. *Calor, Æſtus.* לֶחֶם חֹם Panis caloris, i. e. recens, **friſch gebacken Brod/ das vom Ofen kommt/** 1. Sam. 21, 7. כְּחֹם צַח Sicut *æſtus* ſerenus, Jeſ. 18, 4. וְקֹר וָחֹם Frigusque & *æſtus*, Gen. 8, 22. Vid. Job. 24, 9. Sæpius non legitur.

חַמָּה f. *Calor* ; & Metonymicè *Sol*, à *calefaciendo* ſic dictus. מֵחַמָּתוֹ A *calore ejus*, Pſalm. 19, 7. *Solis* autem ſignificationem habet, Job. 28, 30. Cant. 6, 10. Jeſ. 24, 22. c. 30, 36. Sæpius non legitur.

חַמָּנִים m. pl. *Subdiales ſtatuæ*, quaſi *ſolares*, vel ſoli expoſitæ, Trem. & Jun. R. San. ben Melech in Lev. 26, 30. cenſet, eas ita vocatas fuiſſe, לפי שעשו אותם עובדי השמש *Eò quod fecerint eas Cultores ſolis.* Legitur autem hæc vox 2. Chron. 4, 5. c. 34, 4. 7. Jeſ. 17, 8. c. 27, 9. Ezech. 6, 4. 6.

חָמַס *Iniquè egit ; Vim fecit ; Violenter abripuit, injuriâ apertâ affecit.* Part. חֹמֵס נַפְשׁוֹ *Vim facit* animæ ſuæ, Prov. 8, 36. Fut. יַחְמֹס כַּגֶּפֶן בִּסְרוֹ *Violenter abripiet*, i. e. immaturè excutiet, ſicut vitis omphacem ſuum. Fructus maturos ipſa natura abjicit ; aſt immaturi per vim abripiuntur & excutiuntur, Job. 15, 33. Niphal נֶחְמַס *Violenter ablatus eſt ; Vim inferendo violatus eſt.* נֶחְמְסוּ עֲקֵבָיִךְ *Violenter auferentur* veſtigia tua, i. e. ſoleæ tuæ, h. e. interprete Buxtorffio, *diſcalceata ibis in captivitatem* ; Niſi cum Seb. Schmidio reddere malis : *Violati ſunt calcanei tui*, quia plantis pedum mulierum tenerarum vis inferebatur, vehementerque illæ lædebantur, quando à Chaldæis ſine omni viæ auxilio in captivitatem abducebantur, Jer. 13, 22.

1) Generatim notat *violentam & iniquam tractationem ſive perſonæ ſive rei.* 2) Speciatim α) eſt *vim inferre* vel *facere*, e. g. *pupillis & peregrinis*, eos iniquè & fraudulenter opprimendo, Jer. 22, 3. *alii cuicunque*, prava adverſus eum contra jus & fas moliendo, Job. 21, 27. *animæ ſuæ*, reclamante conſcientia, contra Sapientiam æternam & hypoſti-

eam peccando, Prov. 8, 36. *legi divinæ*, malè eam interpretando & detorquendo, Ezech. 22, 26. Zeph. 3, 4. calcaneis, eos lædendo, Jer. 13, 22. Vide ſupra dicta. β) *Vi excutere, abjicere*, ſicut vitis, invitâ naturâ, excutit & abjicit omphacem ſuum, Job. 21, 27. ubi *tropicè* violenta omphaphacis excusſio deſignat impii cum ſua felicitate, antequam ſtabilita fuit, interitum violentum. γ) *Vi perrumpere*, e. g. ſepem horti, Thren. 2, 6. ubi figuratè deſignatur Zionis everſio & deſtructio per hoſtes à Deo immiſſos facta. Sæpius non occurrit.

חָמָס m. *Vis, Violentia, Injuria, Rapina.* עֵד חָמָס Teſtis *violentiæ*, i. e. violentus & iniquus, qui alteri apertam injuriam infert, Devt. 19, 16. אִישׁ חָמָס Vir *violentiæ*, i. e. vir violentus & iniquus, qui alteri vim atque injuriam inferre non veretur, Prov. 3, 31. כְּלֵי חָמָס מְכֵרֹתֵיהֶם Inſtrumenta *violentiæ* machæræ eorum fuerunt, Gen. 49, 5. Cum Suff. חֲמָסִי עָלֶיךָ *Violentia, Injuria mea*, i. e. quæ mihi infertur, ſuper te ſit, Gen. 16, 5. In Statu conſtr. חֲמַס יְדֵיכֶם *Violentia* manuum veſtrarum, Pſalm. 58, 3. Plur. חֲמָסִים *Violentiæ, Injuriæ.* יֵין חֲמָסִים יִשְׁתּוּ Vinum *violentiarum* bibunt, i. e. vinum, quod per violenta & injuſta media acquiri ſolet, Prov. 7, 17.

1) Generatim deſignat *quamvis vim* & *injuriam* ſive ſub ſpecie juris, ſive manifeſta vi; vel quod eodem redit, ſive dolo, ſive per mendacia & calumnias, ſive per furta, invaſiones & rapinas & cædes alteri inferatur. 2) Speciatim α) *propriè* ſumitur tùm *activè* pro *vi & injuriâ*, quam aliquis alteri infert, 1) per *mendacia & calumnias*, qualis eſt à teſte falſiloquô, Exod. 23, 1. Devt. 19, 16. Pſalm. 35, 11. 2) *re & facto* ipsô, per fraudes, furta, invaſiones, rapinas, *cædes* &c. qualis erat hominum antediluvianorum, Gen. 6, 11. 13. Simeonis & Levi adverſus Sichemitas, Gen. 49, 5. Judæorum, Jeſ. 59, 6. Ezech. 7, 17. 23. c. 12, 19. Ninivitarum totali excidio delendorum, Jon. 3, 8. Conf. 2. Sam. 22, 49. Pſalm. 18, 49. Pſalm. 55, 10. Pſalm. 140, 2. 5. 12. Prov. 3, 31. c. 16, 29. Jeſ. 53, 9. Tùm *paſſivè*, pro vi & injuria, quam quis patitur, Gen. 16, 5. Jud. 9, 24. Jeſ. 60, 18. Jer. 20, 8. c. 51, 35. 46. Joel. 4, 19. β) *Metonymicè* notat *rapinam* vel *pecuniam* vi & injuſtè partam, Am. 3, 10.

תַּחְמָס m. *Hirundo;* Avis immunda, Lev. 11, 16. Devt. 14, 15. R. D. Kimchio in libro Radicum ſic dicta, quod alias aves violenter rapiat. Sed Bocharto in Hieroz. Part. II. c. 2, 9. 233. eſt *Struthio*, ſic dictus, quia in pullos ſuos injurius, iniquus & impius eſt, Job. 39, 17. 18. 19.

חָמֵץ *Aceſcendi* & *fermentandi* ſignificationem habet. לֹא חָמֵץ Non *fermentata eſt*, Exod. 12, 39. Infin. עַד־חֻמְצָתוֹ Usque *ad fermentari eam*, i. e. donec fermentata fuerit, Hoſ. 7, 4. Cum ה Paragogico, quod ob Suffixum ſuperveniens in ת tranſiit, per alternationem ſub primâ radicali (ָ) Chatuph in (ֻ) mutatô. Hithpael הִתְחַמֵּץ *Fermentatus eſt.* Fut. כִּי יִתְחַמֵּץ לְבָבִי Cum *fermentabitur*, i. e. exacerbabitur cor meum, Pſalm. 73, 21.

1) Generatim *aceſcendi* ſignificationem habet. 2) Speciatim *α) propriè* eſt *fermentari*, quia maſſa fermentatione aceſcere ſolet, Exod. 12, 34. 39. Conf. Hoſ. 7, 4. ubi tamen *fermentatio maſſæ* tropicè eſt Symbolum *corruptionis hominum* per malitiam, malos mores & pravas leges. *β) Metaphoricè* idem eſt ac *perturbari* & *exacerbari*, Pſalm. 73, 21. Sæpius non legitur.

חָמֵץ m. *Fermentatum*, Exod. 12, 15. c. 13, 3. 7. c. 23, 18. c. 34, 25. Lev. 2, 11. c. 6, 10. c. 7, 13. c. 23, 17. Devt. 16, 3.

חָמִיץ m. *Farrago ſubacida*, quâ juxta Bochartum faſtidienti jumentorum ſtomacho ſubvenitur. Sed aliter ſentit Majus in Hiſtor. Animal. lib. 2. c. 2. p. 215. Tantum extat Jeſ. 30, 24.

חֹמֶץ m. *Acetum*, quod in Etymologico definitur, quod ſit ὁ εἰς ὀξὺ καταβεβλημένος οἶνος, *Vinum in acidum mutatum.* Legitur Num. 6, 3. Pſalm. 69, 22. Ruth. 2, 14. Prov. 10, 26. c. 25, 20.

חוֹמֵץ m. *Homo nequam*, cujus cor malitiæ *fermento* vel *acore* eſt infectum, qui aceſcendo velut corruptus, alios corrumpit, qui aſper & acetoſus exiſtens aliis vim & moleſtiam infert. Legitur ſaltem Pſalm. 71, 4.

חָמוֹץ m. *Corruptum*, ſic dictum, quod *aceſcendo* res ſæpe corrumpatur. Semel legitur Jeſ. 1, 17. אַשְּׁרוּ חָמוֹץ Dirigite, quod corruptum eſt. Alii reddunt: *Reſtituite oppreſſum.* Sed hæc translatio Dno Majo non probatur. Vide ejus Supplem. Lex. Coccej.

חָמוּץ m. *Conſperſus*, *Tinctus*, *Infectus*. Semel legitur in Statu Conſtr. Jeſ. 63, 1. חֲמוּץ בְּגָדִים *Conſperſus* veſtes. Ita Seb. Schmid. Sed Bochartus in Hieroz. P. I. Lib. 2. c. 7. p. 113. aliter ſentit: *Quia enim ſaporum nomina ad colores referuntur, hinc ei idem eſt ac* ὀξύς. *Nam ut pinguis eſt color, & acer, & amarus, & auſterus: ita etiam acutus.* Ὀξὺ autem ferè dici arbitratur de colore purpureô. Hinc illud Jeſaiæ reddit: *Punicatus veſtem*, i. e. *puniceâ veſte inſignis.* Hac nixus ratione, quod Propheta illud חָמוּץ paulo poſt per *rubrum* explicet.

חֻמְצָה f. *Fermentatio*, juxta quosdam. Semel legitur Cum Suff. Hoſ. 7, 4. חֻמְצָתוֹ *Fermentatio ejus*. Sed videtur eſſe Infinitivus cum ה Paragogico. Vide radicem.

מַחְמֶצֶת f. *Fermentatum*, Exod. 12, 19. 20.

חָמַק *Diſceſſit*, *Subduxit ſe*, *ſe ſubducendo circuivit*, *circumvagatus eſt*; & apud Arabes: *Mente laboravit*, *ſtultus*, *fatuus eſt.* Bis ſaltem legitur. Semel in Præterito Kal Cant. 5, 6. חָמַק עָבָר *Subduxit ſe*, *præteriit*; & ſemel in Futuro Hithpael תִּתְחַמָּקִין *Circumvagaberis*, Jer. 31, 22. ubi Majus ſignificationem ex linguâ Arabicâ petitam reſpiciens reddit: *Quamdiu* fatua eris? Wie lange wilt du toll und thöricht ſeyn.

חַמּוּק m. *Ambitus*. Legitur ſaltem in Plurali in Statu Conſtr. חַמּוּקֵי יְרֵכַיִךְ *Ambitus femorum tuorum*, Cant. 7, 2.

חָמַר *Rubuit ; Lutoſus, Turbidus, Mixtus eſt* vel *factus eſt ; Bituminavit.* חָמַר יַיִן Vinum *rubet*, Pſalm. 75, 9. Fut. יֶחְמְרוּ מֵימָיו *Turbabuntur* aquæ ejus, Pſalm. 46, 4. Pual חֳמַרְמַר *Valde lutulentus, Turbidus factus eſt, admodum turbatus eſt.* מֵעַי חֳמַרְמָרוּ Viſcera mea valde lutulenta facta ſunt, ut mare procelloſum æſtuant, Thren. 2, 21. Sed Job. 16, 16. Maſorethis חֳמַרְמְרָה eſt pro חֳמַרְמָרוּ Aſt Autori literarum haud dubiè eſt 3. ſing. Fœm. חֳמַרְמְרָה reſpectu habitô non tàm ad vocem פָּנִים, quàm ad rem ipſam.

1) Generatim *rubendi* ſignificationem obtinere cenſetur, cum in omnibus fere nominibus à verbo deſcendentibus *rubedinis* notio appareat. Hanc ſignificationem obtinet, Pſalm. 75, 9. 2) Speciatim α) ſignificare dicitur, *lutoſum eſſe* vel *lutulentum factum eſſe*, quia *lutum* ſæpe *rubicundum* apparet. Sed, ni fallor, hæc ſignificatio à nomine eſt חֹמֶר quod *lutum* ſignificat. Ita dicitur facies *lutulenta facta* à nimio fletu, ubi genæ & oculi rubent, lacrimæ profluunt, illas fœdantes & conſpurcantes, Job. 16, 16. β) Notat *turbari, turbidum eſſe*, non ſolum, quia aquæ *luto* turbidæ redduntur, ſed etiam, quia turbatæ *ſubrubicundæ* apparent. Ita dicitur de turbatis aquis maris æſtuantis, ex cujus imo fundo lutum evehitur, iisque immiſcetur, ut lutulentæ & ſubrubicundæ appareant, Pſalm. 46, 4. Inde transfertur ad deſignandam inſignem viſcerum commotionem & conturbationem in affectu ingentis triſtitiæ, ob gravia mala, quæ premunt, ita, ut *corpus* cum mari, *viſcera* cum ejus profunditatibus, *ira Dei & pœna* cum procellis comparentur, & ſicut in mari vehementiſſimis fluctibus agitato lutum ex imo gurgite extruditur, ſic omnia viſcera ita commoveantur, concutiantur atque turbentur, ut parum abſit, quin ex ipſo projiciantur corpore, Thren. 1, 20. c. 2, 11. γ) Denotat *bituminare*, tùm, quia teſtibus Dioſcoride & Aben Eſra bitumen *rubet*, tum quia, quæ bituminantur, lutoſa redduntur. Ita adhibetur Exod. 2, 3. Sæpius non legitur.

חֶמֶר m. *Vinum*, ſic dictum, vel quod *rubet*, & quaſi *luteum* apparet, vel quod copioſius ſumtum, cerebrum *turbat.* Legitur ſaltem Devt. 32, 14. Jeſ. 27, 2.

חֵמָר m. *Bitumen*, à *rubore* ſic dictum, quia teſtibus Dioſcoride & Aben Eſra rubet. Teſte Plinio lib. 7. c. 15. erat *liquidum & glutinoſum.* Druſius ex Eucherio in not. maj. ad Gen. 11, 4. hæc notat: *Bitumen eſt ferventiſſimum & violentiſſimum gluten, cujus hæc vis, ut ligna, quæ ex eo fuerint lita, nec vermibus exedi, nec ſolis ardore aut ventorum flatibus, aut aquarum poſſint aſſiduitate diſſolvi.* Bitumine calcis vice utebantur Conditores urbis & turris Babylonicæ, Gen. 11, 4. & Moſis Mater in combinatione arcæ, Exod. 2, 2. cujus puteis referta erat Vallis Sittim, Gen. 14, 10. Sæpius non legitur.

חֹמֶר m. *Lutum ; Acervus ; Chomer.* כַּחֹמֶר עֲשִׂיתָנִי Sicut *lutum*

tum feciſti me, Job. 10, 9. בָּתֵּי חֹמֶר Domus luti, i. e. ex luto factæ, & in lutum convertendæ, Job. 4, 19. רְמְסִי בַחֹמֶר Calca *lutum*, Nah. 3, 14. Plur. חֳמָרִים *Acervi*, Exod. 8, 10. וַיִּצְבְּרוּ אֹתָם חֳמָרִם חֳמָרִים Et collegerunt eas *acervos, acervos*, i. e. in multos acervos.

1) Generatim quid ſignificet, ob inferiorum diverſitatem vix determinari poterit. Unde 2) Speciatim quid notare ſoleat, illicò indicandum. Scilicet *α*) notat *lutum*, propriè quidem *rubrum*, ſed deinde etiam aliud quodcunque. Inde eſt, quod dicitur de luto, unde homo formatus, Job. 33, 6. vaſa teſtacea figuli operâ fiunt, Jeſ. 29, 16. c. 45, 9. Jer. 18, 4. 6. lateres formantur, Exod. 1, 14. Nah. 3, 14. quod ſedimentum maris eſt, Hab. 3. 15. in plateis datur, Jeſ. 10, 6. cui ſigilla imprimuntur, Job. 38, 14. & quod vice cæmenti adhibetur, Gen. 11, 3. *Metaphoricè* autem eſt ſymbolum 1) *infirmitatis & fragilitatis*, Job. 10, 9. c. 13, 12. 2) *tractabilitatis*, Jeſ. 41, 25. 3) *vilitatis ac contemtûs*, Job. 30, 19. *β*) Significat *acervum*, forte, quia lutum, maximè in plateis, *coacervari* ſolet. Ita ter ſaltem legitur, nempe bis Exod. 8, 14. de coacervatis ranis, Exod. 8, 10. & ſemel de acervo aquarum, Hab. 3, 15. *γ*) Denotat *menſuram maximam*, in qua res menſurandæ quaſi coacervabantur. Continebat 10 *bathos* ſeu *Ephas*, ſive 30 *ſata*. Aliàs etiam dicebatur כֹּר *Cor*. Legitur autem Lev. 27, 16. Num. 11, 32. Jeſ. 5, 10. Ezech. 45, 11. 13. 14. Hoſ. 3, 2.

חֲמוֹר m. *Aſinus; Acervus*. וַיַּחֲבֹשׁ אֶת־הַחֲמוֹר Ideò inſtravit *aſinum*, 2. Sam. 17, 23. חֲמוֹר חֲמֹרָתַיִם *Acervus acervorum*, i. e. acervus magnus & ingens, Jud. 15, 16. Duali indefinitè pro pluribus poſito. Plural. חֲמֹרִים *Aſini*, Gen. 42, 27. Cum Suff. חֲמֹרֵיכֶם *Aſini veſtri*, 1. Sam. 8, 17.

1) Generatim quid ſignificet, ob ſignificationum ingentem diverſitatem, non facilè determinabis. Hinc 2) ſaltem ſpeciatim quid denotet, indicabo. Scilicet *α*) notat *aſinum*, quem R. Bechai *à modiis & acervis frumenti portandis* ſic dici cenſet, alii à *turbidò cerebrô* eum denominari autumant. Bochartus in Hierozoico lib. 2. c. 12. p. 181. *aſinum* dici à *colore rubro* vel *ruſo*, quia in oriente aſini utplurimum *rubent*. Sed refutatur à Majo in Hiſt. Animal. P. I. L. 11. c. 5. p. 417. & ſeq. Legitur Gen. 22, 3. c. 44, 13. c. 13, 13. c. 21, 33. c. 22, 3. 8. 9. c. 23, 4. 5. c. 34, 20. Num. 16, 15. Devt. 22, 4. 1. Sam. 15, 3. c. 16, 20. Job. 24, 3. &c. conf. Gen. 49, 14. ubi חֲמֹר גָּרֶם *Aſinus oſſis* eſt aſinus oſſibus valens, & ita robuſtus, ſegnis interim naturâ & ſarcinas impoſitas non excutiens, ſed ferens. *Tropicè* deſignatur tribûs Iſaſcharis conditio ac ſtatus, quod, licet poſteri robore valeant, quieti tamen magis, quàm cordati futuri, & ferendæ ſervituti parati, non ſecus ac latera ſua clitellis ac ſarcinis aſinus ſubjicere ſolet. R. Salomon ita enucleat: Aſinus oſſibus valens, portans jugum legis, ut aſinus fortis, quem onerant gravibus ſarcinis.

 Sed

Digitized by Google

Sed Patriarchæ ſcopum non tangit, Ezech. 23, 20. *caro aſinorum* eſt ſymbolum *libidinum efferarum.* β) Significat *acervum*, & quidem hoſtium occiſorum, Jud. 16, 16.

יַחְמוּר m. *Dama*, juxta Junium. Kimchio in libro rad. eſt animal ſimile capreæ magnæ. Munſterus interpretatur *capram rupicolam*, Judæos recentiores in Germania degentes, habens conſentientes. Bochartus in Hieroz. P. I. lib. 3. c. 22. contendit, יַחְמוּר propriè *rufæ* vel *rubræ capreæ genus* fuiſſe, Arabum nixus teſtificatione, qui de animalibus ſcripſerunt. Ex his enim ſe didiciſſe dicit, يحمور *rufum eſſe animal, circa Euphratem cervo ſimile, ſed velocius, & ſerratis cornibus, quibus diffindit ramos arborum.* Legitur hæc vox 1. Reg. 4, 23.

חָמֵשׁ m. *Quinque.* חָמֵשׁ יְרִיעֹת *Quinque* aulæa, Exod. 26, 3. In Statu Conſtr. חֲמֵשׁ. Hinc dicitur חֲמֵשׁ מֵאוֹת שָׁנָה *Quinque* centum i. e. quingenti anni, Gen. 5, 6. Fœm. חֲמִשָּׁה. Sic חֲמִשָּׁה אֲנָשִׁים *Quinque* viri, 2. Reg. 25, 19. In Statu Conſtr. eſt חֲמֵשֶׁת, ut חֲמֵשֶׁת הַמְּלָכִים *Quinque* Reges, Joſ. 10, 22. Plur. חֲמִשִּׁים *Quinquaginta.* חֲמִשִּׁים אַמָּה *Quinquaginta* cubiti, Gen. 6, 15. Conſtruitur cum nomine ſingulari, quia numeralia cardinalia ſupra decem, numeratum ſingulare plerumque exigere ſolent; Aſt quæ ſunt infra decem, numeratum plurale poſtulant. Cum Suff. חֲמִשָּׁיו *Quinquaginta* ejus, 2. Reg. 1, 9.

חִמֵּשׁ *Quintavit*, i. e. quintam proventuum partem à colonis accepit. Semel legitur Gen. 41, 34. וְחִמֵּשׁ אֶת־אֶרֶץ מִצְרָיִם Et *quintet* terram Ægypti, i. e. quintam proventuum terræ Ægypti partem exigat.

חֹמֶשׁ m. *Quinta pars*, vel quinta partis penſio, ſicut *decima* decimæ partis penſionem notare ſolet, Gen. 47, 26. Aliàs eſt quinta coſta in corpore, 2. Sam. 2, 23. וַיַּכֵּהוּ אַחֲרֵי הַחֲנִית אֶל־הַחֹמֶשׁ Et percuſſit eum Abner parte poſtica haſtæ ad *quintam coſtam.* Vide 2. Sam. 3, 27. c. 4, 6. c. 20, 10.

חֲמִישִׁי vel חֲמִשִׁי m. *Quintus.* יוֹם חֲמִישִׁי Dies *quintus*, Gen. 1, 23. בֵּן חֲמִשִׁי Filius *quintus*, Gen. 30, 17. Fœm. חֲמִישִׁית vel חֲמִשִׁית *Quinta, quinta rei pars.* בַּשָּׁנָה הַחֲמִישִׁית In anno quintô, 1. Reg. 14, 25. וְיָסַף חֲמִישִׁית כֶּסֶף־עֶרְכְּךָ Et addet *quintam partem* argenti æſtimationis tuæ, Lev. 27, 15. Cum Suff. חֲמִשִׁיתוֹ *Quinta ejus pars*, Lev. 27, 27.

חֲמֻשִׁים m. pl. *Quini*, Jud. 7, 11. Dicitur de militibus, eò quod *quini* in ordinibus ſuis ſtabant & progrediebantur. Vid. Piſcator & Belgæ. Sed aliis ſignificat *armatos & accinctos*, thorace pertingente ad quintam coſtam circa lumbos. R. S. ben Melech in Michlal Jophi in Exod. 13, 18. exponit per חגורי חומש בכלי זין *Accinctos ad quintam coſtam armis.* Ita quoque Græci à thorace dixerunt θωρηκτάς, *ad pectus munitos armis.* Cel. Majo notat *quinos* agmine ſeu ordine ad exercitûs formam compoſito, quia Arabibus חמיש *exercitum* ſignificat.

חֵמֶת

Digitized by Google

חֵמֶת m. *Uter, Lagena*, Gen. 21, 14. 19. Sed alia forma dicitur וְחֵמֶת מַיִם Et *utrem* aquæ, Gen. 21, 14. חֵמֶת יָיִן *Utre* vini, Hoſ. 7, 5. ubi conſtruitur ſubſtantivum cum ſubſtantivo, otioſe intercedente Præpoſitione, perinde ut Ezech. 13, 2. לִנְבִיאֵי מִלִּבָּם Prophetis *de animo ſuo*, i. e. Prophetis *animi ſui*. Cum Suff. חֲמָתְךָ *Utrem* tuum, Hab. 2, 15. quod deducunt à חֵמֶת R. יָחַם.

חָנָה *Reſedit, Caſtra metatus eſt, poſuit.* Nunc conſtruitur abſolute, nunc intercedentibus particulis אֶל, לְ, & עַל. וְחָנִיתִי לְבֵיתִי Et *caſtra metabor* domui meæ, Zach. 9, 8. Infin. חֲנוֹת *Caſtra metari*, Jud. 19, 9. וּבַחֲנֹת Et in *caſtra metando*, i. e. cum caſtra metantur, Num. 1, 51. Fut. וַיִּחַן Et *caſtra metatus eſt*, Gen. 26, 17. ה per Apocopen reſectô. Imp. וַחֲנֵה עַל־הָעִיר Et *caſtra metare* contra urbem, 2. Sam. 12, 28. Part. חֹנֶה *Caſtra ponens*, Pſalm. 34, 8. אֲשֶׁר הוּא חֹנֶה שָׁם Ubi ille *caſtra habebat*, Exod. 18, 5. חֹנָךְ pro חֹנֶה עָלֶיךָ *Caſtra habens* contra te, Pſalm. 53, 6.

1) Generatim notat *reſidere*, vel *ſedem alicubi figere*, quocunque fiat modo. Unde 2) ſpeciatim α) *proprie* eſt *hominum* 1) *proficiſcentium & peregrinantium*, notans alicubi *tentoria ſub dio figere*, ut ibi ad tempus commorentur, Gen. 26, 17. c. 33, 18. Exod. 13, 20. c. 14, 2. c. 15, 27. c. 17, 1. c. 19, 2. Num. 12, 16. c. 21, 11. 12. 13. 14. c. 33, 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 41. 42. &c. 2) *Belligerantium*, ſignificans *caſtra metari*, vel *ponere*, poſitis ſcilicet in agrô tentoriis, copiisque certô ordine diſpoſitis, ac vallo undique munitis, Joſ. 10, 31. Jud. 9, 50. 1. Sam. 11, 1. c. 13, 16. c. 26, 5. 2. Sam. 12, 28. c. 23, 13. 1. Reg. 16, 15. 16. 2. Reg. 25, 1. Jeſ. 29, 3. Jer. 50, 29. 3) *Imperantium*, denotans *ſedem regiam alicubi figere*, Jeſ. 29, 1. β) *Metaphorice* eſt 1) *rerum inanimatarum*, e. g. tabernaculi *reſidentis*, Num. 1, 51. Oppoſitum eſt בִּנְסֹעַ הַמִּשְׁכָּן *Cum proficiſcitur tabernaculum*, Num. 1, 51. 2) *Angelorum*, in ſignum defenſionis, tutelæ, ac cuſtodiæ, quam piis præſtant, Pſalm. 34, 8. Zach. 9, 8.

חֲנִית f. *Haſta, Lancea*, à חָנָה *Caſtra metatus eſt*, ſic dicta, eò quod in caſtris præcipuus ejus uſus eſt. לַהַב חֲנִית Fulgor *haſtæ*, Job. 39, 23. הָרֵק חֲנִית Exprome haſtam, Pſalm. 35, 3. וַיִּגְזֹל אֶת־הַחֲנִית מִיַּד הַמִּצְרִי Et rapuit haſtam ex manu Ægyptii, 1. Chron. 11, 23. Cum Suff. נִשְׁעָן עַל־חֲנִיתוֹ Nitebatur ſuper *haſta* ſua, 2. Sam. 1, 6. עוֹרֵר חֲנִיתוֹ Suſtulit *haſtam* ſuam, 2. Sam. 23, 18. Plur. חֲנִיתִים *Haſtæ*, 2. Chron. 23, 9. Cum Suff. & terminatione Fœm. וַחֲנִיתוֹתֵיהֶם Et *haſtas ſuas*, Jeſ. 2, 4. Legitur quoque hæc vox 1. Sam. 13, 19. c. 21, 9. c. 26, 16. 22. 2. Sam. 23, 7. 21. 1. Chron. 11, 23. Job. 41, 18. Pſalm. 35, 3. &c.

חֲנֻיוֹת f. pl. *Cellulæ, Manſiunculæ*, in quibus detinebantur vincti, Jer.

Jer. 37, 16. Apud Rabinos legitur חֲנוּת Hoſpitium, Diverſorium, in quo quaſi caſtra noſtra metamur, hoſpitamur ac quieſcimus.

מַחֲנֶה c. *Caſtra; Turma.* מִחוּץ לַמַּחֲנֶה Ab exteriori parte *caſtrorum*, i. e. extra caſtra, Exod. 29, 14. אֶל־מִחוּץ לַמַּחֲנֶה Ad exterius *caſtrorum*, Devt. 23, 11. Cum Suff. מַחֲנֵהוּ *Caſtra ejus*, Num. 1, 52. In Statu Conſtr. מַחֲנֵה יִשְׂרָאֵל *Caſtra Iſraelis*, Exod. 14, 19. Plur. מַחֲנִים *Caſtra.* Cum Suff. מַחֲנֵיהֶם *Caſtra eorum.* Fœm. מַחֲנוֹת *Caſtra, Turmæ*, Gen. 32, 7. Num. 2, 17. Dual. מַחֲנַיִם *Caſtra duo, Exercitus duo.* כִּמְחֹלַת מַחֲנָיִם Sicut chorus *duorum exercituum*, Cant. 7, 1.

1) Generatim notat *caſtra*, quocunque ſe habeant modô. 2) Speciatim α) *propriè* notat *locum*, ubi exercitus, vel agmen aliquod ſe demittit & requieſcit, Exod. 16, 13. c. 19, 16. c. 29, 14. c. 32, 17. 19. 26. 27. c. 33, 7. Jud. 7, 11. 13. c. 18. 12. 1. Sam. 14 15. 19. 2. Chron. 32, 2. &c. β) *Tropice* per *Metonymiam* denotat 1) *ipſum exercitum*, qui in loco tali ſe demittere ſolet, utut ſæpius in motu ſit, Exod. 16, 13. Jud. 4, 15. 16. c. 8, 11. 2. Sam. 5, 23. 2. Reg. 6, 24. c. 19, 35. Pſalm. 27, 3. 2) Amplius per *Synecdochen ſpeciei* notat *quamcunque aliam turmam* vel *agmen*, Gen. 32, 8. c. 33, 8. c. 50, 9. Num. 4. 5. 15. Inde quoque tribuitur *Angelis* Jacobo occurrentibus, Gen. 32, 2.

מַחֲנַיִם m. d. *Machanaim, Caſtra bina.* Eſt nomen proprium loci, quem Jacob è Meſopotamiâ in patriam reverſurus, ſic vocavit à duobus caſtris Angelorum, qui in forma viſibili ei occurrentes, ab utroque latere ipſum, & ejus familiam cinxerunt, Gen. 32, 3.

תַּחֲנוֹת f. *Caſtrametatio.* Legitur ſaltem cum Suff. תַּחֲנוֹתִי *Caſtrametatio mea*, 2. Reg. 6, 8.

חָנַט *Protruſit, Protulit, Produxit; Aromatibus condivit*, ſicut ſolent condiri cadavera, ut diu ſine putredine & fœtore ſerventur. הַתְּאֵנָה חָנְטָה פַגֶּיהָ Ficus *protulit* groſſos ſuos, Cant. 2, 13. Infin. לַחֲנֹט Ad *condiendum*, Gen. 50, 2. Fut. וַיַּחַנְטוּ Et *condiverunt*, Gen. 50, 2. 26. Part. הַחֹנְטִים *Conditi*, ſeu ii, qui aromatibus condiri ſolent, Gen. 50, 3.

1) Generatim Coccejo & Majo notat *ſuccô imbuere.* Unde 2) ſpeciatim ipſi eſt *condire*, quod dicitur tùm de *cadaveribus*, quæ condiuntur, quò à putredine conſerventur, Gen. 50, 2. 3. 26. cui uſui mel inſerviiſſe refert Plinius lib. 7. tum de *ficu*, quæ condit groſſos ſuos, quando eos ſucco ſvavi & quaſi melle implet, ut fiant eſculenti, Cant. 2, 13. Sed non nemini potius generalior videtur eſſe *protrudendi* notio, quæ ſpeciatim α) transfertur *ad terræ naſcentia*, nimirum ad *ficum*, quæ, quando emittit groſſos ſuos, eos protrudere dicitur, & in derivatô ad *triticum*, quod triticum ex folliculis protruditur & prominet. β) Ad *cadaverum* con-

Digitized by Google

conditurum, quâ ex iis protruduntur & expelluntur, quæ putredinem & fœtorem efficiunt. Vide loca citata, præter quæ non occurrit.

חִטָּה f. *Triticum*, ſic dictum, quia ex folliculis protruſum eminet. Coccejus ſic dici putat, quia eſt frumentum γλυκάζον, & quaſi *conditum*. Eſt verò חִטָּה pro חִנְטָה; Dageſch forte in ט compenſat literam נ per Syncopen conciſam, quam Chaldaica lingua exhibet. Vide Targ. Job. 31, 40. מֵחֵלֶב חִטָּה De adipe *tritici*, i. e. de tritico optimo & præſtantiſſimo, Pſalm. 81, 17. חִטָּה שׂוֹרָה *Triticum* menſuratum, Jeſ. 28, 25. Plur. חִטִּים *Tritica*, Gen. 30, 14. קְצִיר חִטִּים Meſſis *triticorum*, Jud. 15, 1. Sed Ezech. 4, 9. legitur חִטִּין aſſumtâ terminatione Chaldaicâ, ut in מְלָכִין *Reges*, Prov. 31, 3. In Statu Conſtr. חִטֵּי מִנִּית *Tritica* Minnith, ſeu regionis terræ Iſrael, ubi optimum *triticum* naſcitur, Ezech. 27, 17. De *Minnith* vide Jud. 11, 13.

1) Generatim denotat *triticum*. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *frumenti ſpeciem optimam*, ſive adhuc in folliculis ſit, Gen. 30, 14. Exod. 9, 32. c. 34, 22. Jud. 15, 1. Ruth. 2, 23. 1. Sam. 6, 13. c. 12, 17. ſive jam ſit excuſſa, Exod. 29, 2. 1. Reg. 5, 11. 2. Chron. 27, 5. Jer. 12, 13. Ezech. 4, 9. β) *Metonymicè* deſignat id, quod ex tritico conficitur, & quô homo non ſine oblectatione ſatiatur, Pſalm. 147, 14.

חָנַךְ *Initiavit, primum innuit, Inſtruxit, Dedicavit.* חֲנָכוֹ *Initiavit eam*, Devt. 20, 5. Fut. יַחְנְכֶנּוּ *Initiabit eam*, Devt. 20, 5.

1) Generatim notat *initiare*. 2) Speciatim α) *propriè* dicit *primam rei novæ uſurpationem*, vel *rei novæ conſecrationem*. Ita legitur tùm de domô profanâ, Devt. 20, 5. tum de domo ſacrâ ſeu templo Domini, 1. Reg. 8, 63. 2. Chron. 7, 5. β) *Metaphoricè* transfertur ad deſignandam pueri primam inſtitutionem & aſvefactionem ad officium faciendum, ut idem ſit ac *à teneris imbuere, inſtruere, erudire, aſvefacere &c.* Prov. 22, 6. Sæpius non legitur.

חֲנוֹךְ m. *Enoch*, Eſt nomen propr. *initiatum* ſonans. In Scripturâ tribuitur α) Filio *Kaini*, à quo urbs, quam Kain ædificavit, nomen ſortita eſt, Gen. 4, 17. β) Filio *Jaredi*, qui piiſſime vivens, & cum Deo ambulans, vivus in cœlum translatus fuit, Gen. 5, 18. ſeqq. Hujus vaticinium de adventu Domini ad judicium legitur in ep. Jud. v. 14. 15.

חֲנֻכָּה f. *Initiatio, Dedicatio.* In Statu Conſtr. חֲנֻכַּת הַמִּזְבֵּחַ *Initiatio* altaris, Num. 7, 10.

1) Generatim notat *initiationem rei cujuscunque*. 2) Speciatim denotat α) *primum rei noviter factæ uſum*, Pſalm. 30, 1. vel *rei noviter factæ ad futuros uſus conſecrationem*, e. g. altaris, Num. 7, 10. 11. 84. 88. β) *Rei noviter recuperatæ initiationem*, e. g. murorum Hieroſolymitanorum, Neh. 12, 27.

חֲנִיכִים

Digitized by Google

חֲנִיכִים m. pl. *Initiati, Inſtructi, Adſvefacti.* Occurrit ſaltem cum Suff. חֲנִיכָיו *Initiatos ſuos*, ſcil. ſervos domeſticos, Gen. 14, 14.

חֲנָמַל m. *Grando major*, Pſalm. 78, 47. Bochartus in Hieroz. P. II. L. 4. c. 1. *pruinam* interpretatur; ſed *grandinis* ſpeciem eſſe, liquet ex voce בָּרָד.

חָנַן *Miſertus eſt, Miſericors, Propitius, Gratioſus fuit, gratiam fecit, benevolentiam exhibuit, gratia complexus eſt, gratioſè largitus eſt.* Conſtruitur cum Accuſativo *perſonæ*, vel etiam *rei.* חָנַּנִי *Gratioſè largitus eſt mihi*, Gen. 33, 11. וְחַנֹּתִי אֶת־אֲשֶׁר אָחֹן Et *gratioſus* ero, cui *gratioſus* ero, Exod. 33, 19. וְחַנֹּתִי לִבְנֵי בִטְנִי Et *miſerans* lugeo filios ventris mei, i. e. filiis ventris mei tam triſti privatus ſum caſu, ut nil facere queam, niſi ex ingenti miſeratione lugere, Job. 19, 17. Infin. חָנוֹן *Miſereri*, Jeſ. 30, 19. Sed. Pſ. 77, 10. eſt חַנּוֹת. Interdum enim verba imperfecta geminantia ſecundam, formas ſuas confundunt cum quieſcentibus tertiâ radicali, ut videre eſt in חַלּוֹתִי *Incipere me*, juxta LXX. Pſalm. 77, 11. שַׁמּוֹת *Deſolare*, Ezech. 36, 3. Fut. אָחֹן *Gratioſus ero, miſerebor*, Exod. 33, 19. יָחֹן *Miſerebitur*, Devt. 28, 50. & cum ו Converſivo וַיָּחָן אֹתָם *Et miſertus eorum*, 2. Reg. 13. 23. Cum Suff. יָחְנְךָ *Propitius ſit* tibi, Gen 43, 29. pro יְחָנְךָ Punctis per Metatheſin transpoſitis. Ita & Jeſ. 30, 19. חָנוֹן יָחְנְךָ לְקוֹל זַעֲקֶךָ *Miſerendo miſerebitur*, i. e. certiſſimè miſerebitur ad vocem clamoris tui. Niphal נֵחַנְתְּ *Gratioſa facta es*, Jer. 22, 23. ubi (..) ſub Præformativo נ pro (.) poſitum, compenſat Dageſch fortè literæ ח more Chaldæorum imprimendum, ad compenſandam ſecundam radicalem abjectam. Piel חִנֵּן vel חֹנֵן *Gratioſum reddidit, gratiam contulit, fecit*, it. *miſertus eſt.* Part. וּמְחוֹנֵן עֲנָוִים Et *miſeretur* pauperum, Prov. 14, 21. Infin. עֵת לְחֶנְנָהּ *Tempus gratiam conferendi illi*, Pſal. 102, 14. pro לְחַנְּנָהּ Dageſch Characteriſticô ex literâ Schevatâ excidente, & (-) cum (ּ) alternante. Fut. כִּי יְחַנֵּן קוֹלוֹ Cum *gratioſam reddet* vocem ſuam, Prov. 26, 25. Hophal חוּחַן *Gratiâ affectus eſt, commiſerationem opemve conſecutus eſt, Gratioſus, Miſerabilis eſt* vel *videtur.* Fut. יֻחַן Gratioſus eſt vel videtur, Prov. 21, 10. יֻחַן רָשָׁע Gratiâ afficitur, vel *gratiam conſequitur* impius, Jeſ. 26, 10. Hithpael הִתְחַנֵּן *Precatus, Deprecatus eſt pro gratiâ, vel ut gratia fiat; gratiam & favorem imploravit; ſupplicavit pro gratia & miſericordia impetranda.* Ita conſtruitur cum Dativo, vel particulâ אֶל. הִתְחַנַּנְתָּה *Deprecatus es*, 1. Reg. 9, 3. Fut. אֶתְחַנֶּן־לוֹ Ore meo *rogo* eum, Job. 15, 16. וַיִּתְחַנֵּן אֵלָיו Et *deprecatus eſt* eum, 2. Reg. 1, 13.

1) Generatim *arguit* vel *reſpicit alterius ſpontaneam & propenſam voluntatem, ad bonum indigenti conferendum, excluſâ ferè hujus dignitate & merito omni.* 2) Speciatim *a*) *propriè* dicit *affectum*, quô alicujus miſeremur, alicui gratioſi & propitii exiſtimus &c. ut idem ſit ac *miſereri*,

pro-

Digitized by Google

propitium ac gratioſum exiſtere, miſericordiâ vel *gratiâ aliquem proſequi* vel *complecti.* Ita tribuitur 1) *Deo,* in ordine ad homines afflictos & mœſtos, quorum miſeretur peccata condonando, mala triſtia, quæ premunt, tollendo vel ſaltem minuendo, &c. Exod. 33, 19. Num. 6, 25. 2. Sam. 12, 22. Pſalm. 4, 2. Pſalm. 6, 3. Pſalm. 9, 14. Pſalm. 25, 16. Pſalm. 26, 11. Pſalm. 27, 7. Pſalm. 31, 10. Pſalm. 41, 11. Pſalm. 51, 3. Pſalm. 56, 2. Pſalm. 86, 3. 16. Pſalm. 119, 29. 58. Pſalm. 123, 3. Jeſ. 30, 18. 19. Am. 5, 15. Mal. 1, 9. 2) *Homini* in ordine ad homines alios, *poſitivè,* Pſalm. 37, 21. *negativè,* Devt. 28, 50. Pſalm. 109, 12. Thren. 4, 16. β) *Metonymicè,* indigitat 1) *miſericordiæ implorationem,* ut idem ſit ac *gratiam & miſericordiam alicujus, ſupplicibus precibus implorare, & malum aliquod gravius deprecari.* Ita adhibetur in Hithpael, tribuiturque *homini* a) in ordine ad *Deum,* cujus gratiam ſupplex implorat, & mala humillimè deprecatur, Devt. 3, 23. Job. 8, 5. c. 9, 15. 1. Reg. 8, 33. 47. 59. c. 9, 3. 2. Chron. 6, 24. 37. Pſalm. 30, 9. Pſalm. 142, 2. Hoſ. 12, 5. b) in ordine ad *hominem alium,* eumque vel *ſuperiorem,* Eſth. 4, 8. c. 8, 3. vel *æqualem,* Gen. 42, 21. vel *inferiorem,* Job. 19, 16. 2) *Gratiæ & miſericordiæ participationem & conſecutionem,* ut idem ſit ac *favorem, gratiam ac miſericordiam conſequi.* Ita uſurpatur in Hophal Prov. 21, 10. Jeſ. 26, 10. 3) *Gratiæ & miſericordiæ affectum,* quum quis alteri aliquid gratioſè largitur beneficium confert, vel eleemoſynam erogat, ut idem ſit ac *gratioſè aliquid alicui dare* vel *largiri,* Gen. 33, 5. 11. vel ex commiſeratione erga egenum, eleemoſynam ei erogare, & ſic miſeriam ejus ſublevare, Prov. 14, 31. c. 19, 17. c. 28, 8.

חָנוּן m. *Chanun;* nomen propr. Filii Nachaſi, Regis Ammonitarum, ſignificans *gratioſum,* Huldreich. Sed minimè talem ſe geſſit erga Davidis legatos, quos ignominioſè tractavit, dimidium barbæ detondendo, & veſtes usque ad nates abſcindendo, 2. Sam. 10, 1. & ſeqq.

חֵן m. *Gratia, Favor, Benevolentia.* וַיִּתֵּן יְהוָה אֶת־חֵן הָעָם Et dederat Dominus *gratiam* populi, Exod. 11, 3. Sed Job. 41, 3. eſt חִין pro חֵן, (‥) & (ִ) alternantibus. חִין עֶרְכּוֹ *Gratia* conformationis ejus, i. e. elegans compoſitio & conformatio membrorum ejus. אֶבֶן חֵן Lapis *gratiæ,* i. e. gratiam concilians, Prov. 17, 8. Cum Suff. וַיִּתֵּן חִנּוֹ Et dedit gratiam ei, Gen. 39, 21. Suffixum (וֹ) eſt pro לוֹ.

1) Generatim notionem *gratiæ* obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *benevolentiam* ac *favorem,* ex quô quis aliis citra meritum ac ſua ſponte benè vult, vel etiam benefacit. Ita *Deus* dicitur *dare gratiam,* quando non ſolum homini favet & propitius eſt, ſed etiam aliorum favorem eidem conciliat, Gen. 39, 21. Exod. 3, 21. c. 11, 3. c. 12, 36. Pſalm. 84, 12. Et *homo* dicitur *invenire gratiam,* quando alterius favore & benevolentia potitur & fruitur, ſive ſit *favor* & gratia Dei, Gen. 6, 8. c. 18, 3. c. 19, 19. Exod. 33, 12. 13. 17. c. 34, 9. Num. 11, 11. 15. Jud. 6, 17.

Sive

Sive favor & benevolentia hominis, Gen. 30, 27. c. 32, 5. c. 33, 8. 10. 15. c. 34, 11. c. 39, 4. c. 47, 25. 29. c. 50, 4. Devt. 24, 1. Ruth. 2, 2. 10. 13. 1. Sam. 1, 18. c. 20, 3. &c. β) *Metonymicè* deſignat *id, quod favorem & gratiam conciliat*, ſive enaſcatur ex *cauſâ aliquâ ſenſuali*, qualis eſt venuſtas faciei, elegans membrorum compoſitio, ſvavitas geſtuum &c. Job. 41, 3. Prov. 5, 19. c. 31, 30. Nah. 3, 5. ſive *ex cauſâ aliqua morali ac honeſtâ*, Prov. 1, 9. c. 3, 4. 22. c. 13, 15. c. 22, 1. Eccl. 10, 12. Vide inſuper Pſalm. 45, 3. ubi deſignat *dotes favorem* vel *gratiam conciliantes*.

חַנּוּן m. *Gratioſus*, qui, ubi nullum eſt meritum, nulla dignitas, nulla compenſationis aut commodi ſpes, amat & beneficia confert, velut certiſſima gratiæ divinæ ſymbola & documenta, peccata reſipiſcentibus condonat, pœnas promeritas non infert, aut jamjam illatas aufert &c. Tribuitur hæc vox *ſoli Deo*, Exod. 32, 27. c. 34, 6. 2. Chron. 30, 9. Ndh. 9, 17, 31. Pſalm. 86, 15. Pſalm. 103, 8. Pſalm. 111, 4. Pſalm. 112, 4. Pſalm. 116, 5. Pſalm. 145, 8. Joel. 2, 13. Jon. 4, 2.

חִנָּם *Gratis*. Ferè *negationem* & *excluſionem* importat. Negat enim α) *cauſam*, & tunc 1) idem eſt ac *gratis*, *ſine precio*, *citra compenſationem*, Gen. 29, 15. Exod. 21, 2. 11. Num. 11, 5. 2. Sam. 24, 24. 1. Chron. 21, 24. Job. 1, 9. c. 22, 6. Jeſ. 52, 35. Jer. 32, 13. 2) Valet *immeritò*, *præter meritum*, *ſine datâ cauſâ*, 1. Sam. 19, 5. c. 25, 31. 1. Reg. 2, 31. Job. 2, 3. c. 9, 17. Pſalm. 35, 7. 19. Pſalm. 69, 5. Pſalm. 109, 3. Pſalm. 119, 161. Prov. 1, 11. c. 3, 30. c. 23, 29. c. 24, 28. Thren. 3, 52. Ezech. 14, 22. β) Negat *effectum*, *utilitatem & fructum*, & idem eſt ac *fruſtra*, Prov. 1, 17. Ez. 6, 10. Mal. 1, 10.

חֲנִינָה f. *Gratia*, *Miſeratio*. Semel legitur Jer. 16, 13. לֹא אֶתֵּן לָכֶם חֲנִינָה *Non dabo vobis miſerationem*, i. e. non miſerabor vos.

חֲנַנְיָה m. *Chananja*, eſt nomen propr. Prophetæ falſi, contra Jeremiam vaticinantis, Jer. 28, 1. Compoſitum eſt ex חָנַן & יָהּ Deſignans *eum*, *quem Deus gratiosè Parentibus dedit*.

תְּחִנָּה f. *Gratia*, *Deprecatio*, *Supplicatio*. In Statu Conſtr. תְּחִנַּת עַמְּךָ *Deprecatio* populi tui, 1. Reg. 8, 52. Cum Suff. שָׁמַע יְהוָה תְּחִנָּתִי Exaudit Dominus *precationem* meam, Pſal. 6, 10. Plur. תְּחִנּוֹת *Precationes*, *Deprecationes*. Cum Suff. תְּחִנֹּתֵיהֶם *Deprecationes* eorum, 2. Chron. 6, 39.

1) Generatim arguit *alicujus propenſam voluntatem* ad bonum miſero & indigenti tribuendum, vel exhibendum. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *gratiam & miſericordiam*, vel *miſerationem*, quæ alicui exhibetur, Joſ. 11, 20. Eſr. 9, 8. β) *Metonymicè* notat *ſupplicem orationem* vel *deprecationem humillimam*, quæ fit pro alicujus favore & gratia obtinenda, & pro malo, quod imminet, vel jam premit, averruncando & auferendo,

rendo, ſive dirigatur ad *Deum*, 1. Reg. 8, 28. 30. 38. 52. c. 9, 3. 2. Chron. 6, 29. 39. Pſalm. 6, 10. Pſalm. 55, 2. Pſalm. 119, 170. Dan. 9, 20. ſive ad *homines*, Jer. 36, 7. c. 37, 20. c. 38, 26. In locis ex Jer. & Daniele citatis obſervetur, quâ ratione *preces* dicantur *cadere coram aliquo*. Scilicet *tropicè* preces dicuntur cadere coram aliquo, quando ad pedes ejus, ad quem diriguntur, quaſi deponuntur & projiciuntur, prout libelli ſupplices ad ſcabellum pedum Regis vel Principis deponi ſolent.

תַּחֲנוּנִים m. pl. *Preces*, *Deprecationes*, Dan. 9, 3. רוּחַ חֵן וְתַחֲנוּנִים Spiritus gratiæ & *precationum*, qui in animis credentium ſenſum gratiæ divinæ excitat, gratiam iis collatam obſignat, precesque Deo gratas efficit, Zach. 12, 10. Cum Suff. שְׁמַע קוֹל תַּחֲנוּנַי Audi vocem precationum mearum, Pſalm. 28, 2. Fœm. וְהַקְשִׁיבָה בְּקוֹל תַּחֲנוּנוֹתָי Et attende ad vocem *precationum mearum*, Pſalm. 80, 6.

1) Generatim deſignat *preces* vel *deprecationes ſupplices*, quæ verbis geſtibusque ſubmiſſis fiunt pro obtinendâ gratia & favore, ac pro averruncandô malô, ſive fiant ad Deum, ſive ad homines. 2) Speciatim uſurpatur ad deſignandas *α*) *preces* ac *deprecationes ſubmiſſas*, non ſine filiali fiduciâ ad Deum directas, quâ homo ipſius gratiam humillimè expetit, & malorum ſive imminentium, ſive jamjam prementium averruncationem ſupplex precatur, 2. Chron. 6, 21. Pſalm. 28, 2. 6. Pſalm. 31, 23. Pſalm. 86, 6. Pſalm. 116, 23. Pſalm. 130, 2. Pſalm. 140, 2. Pſalm. 143, 1. Jer. 3, 21. c. 31, 9. Dan. 9, 3. 17. 18. 23. Zach. 12, 10. *β*) Preces ac deprecationes ſupplices, quæ fiunt ad hominem, à paupere, Prov. 18, 23. à Leviathane, Job. 40, 21.

חָנֵף & חָנַף *Malus*, *Profanus fuit*; *Malè vel profanè egit*; *Hypocriſin exercuit*, *Hypocriſi uſus eſt*; *Contaminavit*; *Contaminatus eſt*. גַּם נָבִיא גַּם כֹּהֵן חָנֵפוּ Tàm Propheta, quàm Sacerdos hypocriſin exercent, Jer. 23, 11. Fut. חָנוֹף תֶּחֱנַף הָאָרֶץ *Profonando* profanabitur terra, Jer. 3, 1. Hiphil הֶחֱנִיף *Hypocriticè & ſimulate agere fecit*; item *Profanavit*, *Contaminavit*. Fut. וַתַּחֲנִיפִי אֶרֶץ Et *profanaſti* terram, Jer. 3, 2.

1) Generatim notat *malum eſſe*, *vel male agere*, ſive *occultè*, ſive *manifeſtè*. 2) Speciatim *α*) *propriè* in Kal ſignificat *occultè male agere*, *exterius verò pietatem & ſanctitatem mentiri*, ſeu *hypocriſin exercere*, *hypocriſi uti*, Jer. 23, 11. & in Hiphil *facere*, *ut aliquis hypocriticè agat*, aliud corde premens, aliud exterius præ ſe ferens, Dan. 11. 32. *β*) *Metonymicè*, non tamen excluſâ *Metaphorâ*, notat per *malitiam & hypocriſin profanari*, *& moraliter contaminari*. Ita *terra Iſraelis*, quæ, quia Deus in ea habitabat, ſancta erat, per peccata & hypocriſin incolarum profanari, contaminari, immunda, Deoque exoſa reddita dicitur, Num. 35, 33. Pſalm. 106, 38. Jeſ. 24, 5. Jer. 3, 1. 2. 4.

חָנֵף m. *Hypocrita*, qui aliud corde premit, aliud foris ſimulans & verbis

verbis teſtatum facit, interius malitiam fovet, externâ autem ſacie pietatem & ſanctitatem mentitur. Plur. חֲנֵפִים *Hypocritæ*, Jeſ. 33, 14. In Statu Conſtr. חַנְפֵי לֵב *Hypocritæ* corde, Job. 36, 13. Præterea legitur Job. 8, 13. c. 15, 34. c. 17, 8. Jeſ. 9, 16. c. 10, 6.

חֹנֶף m. *Hypocriſis*, quâ homo interius nonniſi malitiam fovet, exterius autem pietatem & ſanctitatem præ ſe ferre conſvevit. Tantum extat Jeſ. 32, 6.

חֲנֻפָּה f. *Hypocriſis*, quâ homo corde malitiam premit, externè autem pietatis & ſanctitatis laudem affectat. Extat ſaltem Jer. 23, 15.

חָנַק *Occidit*; ſpeciatim *Strangulavit*. Bis legitur, in Niphal Fut. וַיֵּחָנַק *Et ſtrangulavit ſe*, 2. Sam. 17, 23. Piel Part. מְחַנֵּק *Strangulans*, Nah. 2, 13.

מַחֲנָק m. *Strangulatio*. Saltem legitur, Job. 7, 15.

חֶסֶד m. *Pietas, Sanctitas; Benignitas, Beneficium; Probrum.* כִּי עָשִׂיתָ חֶסֶד עִם־אֲדֹנִי Quod feceris benignitatem cum Domino meo, Gen. 24, 14. וַיֵּט אֵלָיו חָסֶד Et inclinavit ad eum *benignitatem, miſericordiam*, Gen. 39, 21. Cum Suff. חַסְדִּי *Benignitas, Miſericordia mea*, Pſalm. 144, 2. חַסְדְּכֶם *Benignitas veſtra*, Hoſ. 6, 5. Plur. חֲסָדִים *Benignitates, Beneficia*, Gen. 32, 10. In Statu conſtr. חַסְדֵי יְהוָה *Benignitates* Domini, Pſalm. 89, 2. Cum Suff. כְּרֹב חֲסָדָיו Secundum multitudinem benignitatum ſuarum, i. e. ſecundum copioſiſſimam & infinitam gratiam ſuam, Pſalm. 106, 45.

1) Generatim cenſetur ſignificare *ſummum gradum rei*, vel, ut Pokokius in not. miſcellaneis ad Port. Moſ. Maim. p. 20. docet, *exceſſum boni vel mali.* Unde tàm in *bonam*, quàm in *malam partem* in ſacris accipitur. 2) Speciatim *a*) in *bonam partem* acceptum tribuitur א) *Hominibus*, notans 1) *inſignem pietatem, ſanctitatem & ſtudium agendi bonum*, 2. Chron. 6, 42. c. 32, 32. c. 35, 26. Jeſ. 57, 1. Hoſ. 6, 4. Huc refert Seb. Schmidius illud Jeſ. 40, 6. ubi tamen aliis חֶסֶד notat bonitatem & decorem amabilem. 2) *Benignitatem eximiam* amabili officiorum charitatis exhibitione ſe exerentem, Gen. 20, 13. Ruth. 1, 8. c. 3, 10. 1. Sam. 20, 14. 15. 2. Sam. 16, 17. Mich. 6, 8. Unde & per *Metonymiam cauſæ, beneficium*, non quidem quodcunque, ſed eximium & inſigne deſignare ſolet, quod juxta Maimonidem ferè ſit gratuitum, citra reſpectum compenſationis, 2. Sam. 3, 8. c. 9, 1. 3. 7. 1. Reg. 2, 7. Sic junctam quandoque habet vocem אֱמֶת ad deſignandam *beneficii firmitatem & ſinceritatem*, ut Gen. 47, 29. וְעָשִׂיתָ עִמָּדִי חֶסֶד וֶאֱמֶת *Ut facias mecum benignitatem & veritatem*, i. e. *beneficium certum, bonâ ſide mecum agas.* Conf. Gen. 24, 49. Joſ. 2, 14. 3) *Gratitudinem* ſeu *meritorum compenſationem*, Jud. 1, 24. c. 8, 35. conf. Joſ. 2, 12. ב) *Deo*, notans a) *ſummam Dei gratiam & benignitatem, eamque immeritam, minimeque debitam, & ſic prorſus gratuitam*, quâ pios complectitur, variis eos bene-

ficiis

ficiis afficiendo, mala ab iis averruncando, &c. Gen. 24, 12. 14. Devt. 5, 10. c. 7, 9. 2. Sam. 7, 15. 1. Chron. 16, 34. 41. 2. Chron. 5, 13. c. 7, 3. c. 20, 21. Eſr. 3, 11. Pſalm. 5, 8. Pſalm. 13, 6. Pſalm. 31, 8. 17. Pſalm. 33, 22. Pſalm. 36, 6. 11. Pſalm. 44, 27. Pſalm. 48, 10. Pſalm. 57, 11. Pſalm. 59, 17. Pſalm. 69, 14. 17. Pſalm. 92, 3. Pſalm. 103, 17. Pſalm. 109, 21. Pſalm. 138, 8. Jer. 33, 10. &c. quâ pœnitentibus, citra ullum ipſorum meritum aut dignitatem propter Chriſtum peccata gratis remittit, nec pœnas promeritas infert, Num. 14, 18. 19. Pſalm. 25, 7. Pſalm. 51, 3. Thren. 3, 32. Joel. 2, 13. Jon. 4, 2. Mich. 7, 18. quâ motus non patitur, ut miſer pereat, Pſalm. 6, 5. Pſalm. 31, 17. Pſalm. 109, 21. 26. Interdum huic voci jungitur vox אֱמֶת *Veritas*, Exod. 34, 6. 2. Sam. 2, 6. Pſalm. 25, 10. Pſalm. 40, 12. Pſalm. 86, 15. vel אֱמוּנָה *Veritas, Fidelitas*, Pſalm. 89, 25. Pſalm. 92, 3. Ut deſignetur *gratuitus Dei favor*, quô hominibus prorſus immerentibus, imò contraria potius merentibus, bona promittit, tùm, ut innuatur immutabilis Dei conſtantia & veritas, quâ promiſſa ſervat, & bona, quæ pollicitus eſt benignè, largiſſimè præſtat. *Bonitatis* enim eſt promittere, quod quis non tenetur; *veracitatis* autem & *fidelitatis* eſt ſtare promiſſis. Interdum combinatur cum voce בְּרִית, *Fœdus*, intercedente copulâ ו, quâ omiſſâ adjectivi naturam induit, ut deſignetur *fœdus gratioſum*, *ex merâ gratiâ & benignitate initum*, Devt. 7, 9. 1. Reg. 8, 23. 2. Chron. 6, 14. Neh. 9, 32. Dan. 9, 4. b) Per *Metonymiam cauſæ* notat *beneficium eximium* ex gratia Dei collatum, Gen. 19, 19. Job. 10, 12. Pſalm. 33, 5. Pſalm. 103, 4. Pſalm. 119, 64. β) In *malam partem* ſumtum denotat 1) *probrum grande*, Job. 6, 14. Huc Junius, Piſcator, Belgæ & Sebaſt. Schmidius referunt illud Prov. 14, 34. *Opprobrium gentium*, vel *gentibus probro eſt peccatum.* Nec male. Sed Geierus in h. l. reddit: *Sed miſericordia populorum eſt ſacrificium pro peccato.* Ita & Vatablus & Lavaterus. 2) *Scelus grave & enorme*, Lev. 20, 17.

חִסֵּד *Probro affecit.* Prout חֶסֶד interdum ſignificat probrum vel opprobrium inſigne, ſcelusque nefandum atque execrabile: Ita & חִסֵּד *probro afficere* ſignificat. Sic ſaltem legitur Prov. 25, 10. Hithpael הִתְחַסֵּד *Bonum vel benignum ſe præbuit, ſanctè ſe geſſit.* Fut. תִּתְחַסָּד *Benignum te præbebis*, vel *ſanctè te geres*, 2. Sam. 22, 26. Pſalm. 18, 26. Sæpius non legitur.

חָסִיד m. *Pius*, *Sanctus*; *Beneficus*, *Beneficiarius.* חָסִיד בְּכָל־מַעֲשָׂיו *Sanctus* in omnibus operibus ſuis, Pſal. 145, 17. Plur. חֲסִידִים *Pii, Sancti; Benefici.* תְּהִלָּתוֹ בִּקְהַל חֲסִידִים Laus ejus eſto in cœtu *ſanctorum*, Pſalm. 149, 1. Cum Suff. חֲסִידֶיךָ *Sancti tui*, 2. Chron. 6, 41. חֲסִידָיו *Sancti* ejus, Pſalm. 37, 28.

1) Generatim notat *eum*, qui præditus eſt τῷ חֶסֶד. 2) Speciatim α) notat admodum *benignum ac miſericordem*, qui propenſiſſimo in alterum eſt affectu. Ita dicitur de *Deo*, qui gratiæ, benignitatis & miſeri-

 cordiæ

cordiæ documenta evidentiſſima dat erga *homines*, ſpeciatim erga *peccatores reſipiſcentes*, Jer. 3, 12. quibus peccata gratioſè condonat, nec pœnas per peccata promeritas infert. *Tropicè* tribuitur *pennæ & plumæ* avis, quod in incubatione ovorum calefacit ea, usque dum earum beneficio pulli excludantur, Job. 39, 16. β) *Sanctum*, qui ſanctitatis laude vel ſtudio eſt conſpicuus. Ita καθ' ἐξοχὴν tribuitur *Deo*, qui omnium eſt ſanctiſſimus, Pſalm. 145, 17. & *Meſſiæ*, qui à peccatoribus eſt ſeparatus, Pſalm. 16, 10. Secundariò autem *hominibus*, qui ſancti ſunt ſanctitate Chriſti imputatâ, & piè ſancteque vivere ſtudent, 1. Sam. 2, 9. 2. Chron. 6, 41. Pſalm. 4, 4. Pſalm. 12. 2. Pſalm. 30, 5. Pſalm. 31, 24. Pſalm. 43, 1. Pſalm. 86, 2. Pſalm. 97. 10 Pſalm. 116, 11. Pſalm. 132, 16. Pſalm. 149, 1. 5. Prov. 2, 8. Mich. 7, 2. Judæis חֲסִידִים dicuntur pii, qui in ſtudio legis & pietatis ſe exercent.

1) Generatim notat *defectum cujuscunque rei.* Unde 2) ſpeciatim α) deſignat *defectum bonorum verorum ac ſalutarium*, quibus Deum timentes potiuntur, Pſalm. 34, 10. β) *Indigentiam rerum ad vitæ ſuſtentationem neceſſariarum*, Devt. 15, 8. Jud. 18, 10. c. 19, 19. 20. Et hinc γ) *Egeſtatem & paupertatem*, qualis obtingit otioſis, Prov. 24, 34. voluptuoſis, Prov. 21, 17. rem inconſideratè aggredientibus, Prov. 21, 5.

Digitized by Google

חָפָה *Texit, Operuit.* וְחָפוּ רֹאשָׁם Et *operiunt* caput ſuum, Jer. 14, 3. Part. Paul וְרֹאשׁ לוֹ חָפוּי Et caput ei *tectum* erat, 2. Sam. 15. 30. Niphal נֶחְפָּה *Tectus eſt.* Part. Fœm. נֶחְפָּה בַכֶּסֶף *Tecta* argento, Pſalm. 68, 14. Piel חִפָּה *Texit, Obtexit, Obduxit.* חִפָּה זָהָב *Obtexit, Obduxit* auro, 2. Chron. 3, 5. Fut. וַיְחַף Et *obtexit*, 2 Chron. 3, 7. ה per Apocopen reſectô. וַיְחַפְּאוּ Et *obduxerunt*, 2. Reg. 17, 9. Tertiâ radicali ה in א mutatâ, prout in verbis לה ſæpius fieri ſolet.

1) Generatim *tegendi* notionem obtinet. 2) Speciatim α) eſt *obvelare* caput, vel pudoris causâ, Jer. 14, 3. 4. vel ex ingenti triſtitiâ, 2. Sam. 15, 30. Eſth. 6, 12. item *faciem* rei ſupplicii, Eſth. 7, 8. β) Significat *aliquid ornatûs causâ obducere*, e. g. aurô, 2. Chron. 3, 5. 7. 8. 9. vel argentô, Pſalm. 68, 14. γ) Denotat *occultare*, e. g. verba, fucum iis faciendo, utut longe aliud corde prematur, 2. Reg. 17, 9.

חָפַז *Feſtinavit; Trepidavit.* Infin. בְּחָפְזָהּ In *feſtinare* eam, i. e. cum feſtinaret, 2. Sam. 4, 4. Fut. תַּחְפְּזוּ *Trepidate*, Devt. 20, 3. Niphal נֶחְפַּז *Feſtinavit.* נֶחְפָּזוּ *Feſtinarunt*, Pſalm. 48, 6. Fut. יֵחָפֵזוּן *Fugiunt, proripiunt ſe*, Pſalm. 104, 7.

1) Generatim dicit *celeriorem motum*, ſive corporis, ſive animi. 2) Speciatim α) eſt *feſtinare, ex metu periculi ſe celeriter ſubducere, & velociter abire*, 1. Sam. 23, 27. 2. Sam. 4, 4. 2. Reg. 7, 15. Job. 40, 18. Conf. Pſalm. 104, 7. ubi *Metaphoricè* tribuitur *aquis inanimatis*, quæ voce Dei altè intonante, trepidando fugiunt, & ſe proripiunt. β) *Trepidare ex anxietate & periculi ingentis metu hinc inde vacillare*, ut homo neſciat, quò ſe vertat, Devt. 20, 3. Pſalm. 31, 23. Pſalm. 116, 11.

חִפָּזוֹן m. *Feſtinatio.* Tantum extat Exod. 12, 11. Devt. 16, 3. Jeſ. 52, 12.

חָפַן *Duabus manibus cepit*, apud Arabes. In Piel חִפֵּן *Pugillô cepit*, apud Talmudiſtas in Cod. Joma c. 5. ab initio in Miſchna, nec non in Maaſer Scheni c. 2. Hinc eſt

חֹפֶן m. *Pugillus, Pugnus.* Interior manûs pars. Nec valde differt à כַּף *Vola*, quæ à cavitate dicta eſt. Legitur ſaltem in Duali חָפְנַיִם *Pugilli.* מְלֹא חָפְנַיִם Præ plenitudine utriuspue pugni, i. e. juxta interpretationem Hieronymi, quàm plena utraque manus, Eccl. 4, 6. עַל־חָפְנֵי לְבֻשׁ חֲבָרִים In *pugillos* induti linteis.

חָפַף *Texit, Obtexit, Protexit.* Legitur tantum in Participio חֹפֵף *Obtegens, Protegens*, Devt. 33, 12.

חוֹף m. *Portus*, ſic dictus à *protectione* navium, quia in eô naves tutæ ſunt à ventorum & tempeſtatum injuriâ atque impetu, Gen. 49, 13. Joſ. 9. 1. Devt. 1, 7. Jud. 5, 17. Jer. 49, 7. Ezech. 25, 15.

חַף m. *Nitidus, Mundus*, forte, quia, quæ teguntur, à pulvere munda ſunt. Legitur tantum Job. 33, 9.

חפר

Digitized by Google

חֻפָּה f. *Obtectio*, *Protectio*, Jeſ. 4, 5. item *Thalamus nuptialis*, ubi ſponſus cum ſponſâ obtectus latet, Pſalm. 19, 6. Joel. 2, 16. Vid. R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi in Pſalm. 19, 6. Hodiè à Judæis ſic vocantur nuptiæ, veſtis aut velamen, quo more illorum ſponſus & ſponſa, quum deſponſantur, obteguntur. Vid. Buxtorff. Lex. Talm. p. 808. item Buxt. Synagog. Jud. c. 39. p. 631.

חָפֵץ *Voluit, Optavit, Deſideravit, Delectatus eſt; Placuit, Complacuit, Complacentiam habuit.* Conſtruitur cum Accuſativo & Ablativo intercedente ב nec non cum Infinitivo nudè, aut cum ל. חָפֵץ בְּךָ הַמֶּלֶךְ *Delectatur* te Rex, 1. Sam. 18, 22. חָפֵץ חֶסֶד הוּא *Delectatur* miſericordiâ ille, Mich. 7, 18. Fut. חַי אָנִי אִם אֶחְפֹּץ בְּמוֹת הָרָשָׁע Quàm verè ego vivo, tàm vere non *delector* morte impii, Ezech. 33, 11.

1) Generatim ſignificat *velle*, ſive *ſimpliciter*, ſive *connotatâ interiori animi delectatione*. 2) Speciatim ſignificat α) *Velle aliquid ſimpliciter*, vel *proponere ſibi aliquid facere*, Jud. 13, 23. 1. Sam. 2, 25. 1. Reg. 9, 1. Pſalm. 115, 3. Pſalm. 135, 6. Conf. Jer. 42, 22. Jon. 1, 14. β) *Velle aliquid non ſine interiori animi delectatione; intimè & inſigniter aliquâ re delectari; beneplacitum vel complacentiam in aliqua re habere; alicui beneplacere; interiori cordis inclinatione complecti.* Ita tribuitur 1) *Deo*, tùm *poſitivè*, complacentiam habenti in homine pio, Num. 14, 8. Pſalm. 18, 20. 2. Sam. 15, 26. c. 22, 20. in Salomone, ut eum Regem faceret, 1. Reg. 10, 9. 2. Chron. 9, 8. in piorum piè vivendi ratione, Pſalm. 56, 4. in miſericordia, Jer. 9, 23. Hoſ. 6, 6. Mich. 7, 18. ſpeciatim *cœleſti Patri*, maximum beneplacitum habenti in Filiô, Meſſiâ, Pſalm. 22, 9. Pſalm. 41, 12. Jeſ. 42, 21. tùm *negativè*, impii mortem non volenti, nec eâ delectanti, Ezech. 18, 23. 32. c. 33, 11. 2) *Homini*, qui complacentiam & oblectationem habet aut in *Deo*, omnis boni & oblectationis ſcaturigine inexhauſta, Pſalm. 73, 25. ejusque *verbō*, Pſalm. 112, 1. Pſalm. 119, 35. aut in aliô homine, & ſic vel *verè*, ut Sichem in filia Jacobi, Gen. 34, 19. David in Jonathane, 1. Sam. 19, 1. vel *fictitiè*, ut Saul in Davide, 1. Sam. 18, 22. aut in *re*, 2. Sam. 24, 3. *Curvandi* vel *retorquendi* ſignificatio huic verbo tribuitur Job. 40, 12. quam firmat Chaldæus Interpres, qui חָפֵץ per כְּפַף *Curvare*, vel *retorquere* exponit; nec non Lingva Arabica, in quâ ſignificat *curvare, inflectere, retorquere.* Unde Bochartus Hieroz. P. II. lib. 5. c. 14. p. 757. dictum Jobi locum ita vertit: Retorquet caudam ſuam, quæ eſt ut cedrus. Sed Mercerus *volendi* & *deſiderandi* ſignificatum mavult, hunc conſtituens ſenſum: *Summô deſiderio agitat, & quocunque vult, impellit caudam ſuam, etſi cedrum æquet.* Huic accedit Sebaſt. Schmidius, qui ſuppletâ particula אִם *Si* ita vertit locum: *Si vult, concupiſcit, cauda ejus erit ſicut cedrus.*

חָפֵץ m. *Volens, Deſiderans, Delectans aliquâ re.* אִם חָפֵץ אַתָּה *Si vis, mavis*, 1. Reg. 21, 6. Fœm. בְּלֵב שָׁלֵם וּבְנֶפֶשׁ חֲפֵצָה Corde integro & anima *lubente, uniceque in eo oblectante*, 1. Chron. 28, 9. Plur. חֲפֵצִים *Summè deſiderantes*, Mal. 3, 1. In Statu conſtr. חֲפֵצֵי צִדְקִי *Cupientes* juſtitiam meam, Pſalm. 35, 27.

1) Generatim notat *volentem aliquid*, vel abſolutè, vel connotatâ oblectatione. 2) Speciatim α) notat valde *Cupientem* vel *Deſiderantem aliquid*, e. g. adventum Meſſiæ, Mal. 3, 1. juſtitiam, Pſ. 35, 27. β) *Unum præ altero eligentem*, ſeu eum, qui unum mavult, quàm alterum, 1. Reg. 21, 6. γ) *Valde in aliquâ re oblectantem*, Pſalm. 40, 15. Pſalm. 70, 3. conf. Neh. 1, 11. δ) *Talem volentem & oblectantem in aliquâ re*, ut remotâ delectatione, nonniſi ſumma rei nauſea & averſatio indigitetur. Ita dicitur de *Deo*, Pſalm. 5, 5. Non Deus *volens* iniquitatem tu es. Senſus enim eſt: *Tantum abeſt, ut velis iniquitatem, aut delecteris iniquitate, ut potius eam ſummè averſeris, deteſteris atque odio habeas.*

חֵפֶץ m. *Voluntas, Deſiderium, Propenſio, Delectatio, Beneplacitum, Deſiderabile, Negotium, Propoſitum.* Conſtruitur interdum more verbi cum Præpoſitione ב. אֵין חֵפֶץ לַמֶּלֶךְ בְּמֹהַר Non eſt *oblectatio* Regi in dote, 1. Sam. 18, 25. אַבְנֵי חֵפֶץ Lapides *deſiderii*, i. e. deſiderabiles, Jeſ. 54, 12. דִּבְרֵי חֵפֶץ Verba *beneplaciti, oblectationis*, i. e. *delectabilia*, Eccl. 12, 10. Cum Suff. חֶפְצִי *Voluntas* mea, 1. Reg. 5, 9. Plur. חֲפָצִים *Oblectamenta*, Prov. 8, 11. Cum Suff. חֶפְצֵיהֶם *Beneplacita* eorum, Pſalm. 112, 2.

1) Generatim deſignat *quamcunque voluntatem*, ſive oblectationem comitem habeat, ſive non, ſive feratur in rem præſentem, ſive tendat in rem futuram, ſive ſit efficax, ſive inefficax. Unde 2) ſpeciatim α) *propriè* notat tùm *deſiderium*, 1. Reg. 9, 11. Pſalm. 107, 30. tùm *complacentiam rei*, vel *intimam oblectationem in re*, 1. Sam. 15, 22. c. 18, 25. Job. 21, 21. c. 22, 3. Pſalm. 1, 2. Pſalm. 16, 3. Eccl. 5, 3. Jeſ. 62, 4. ubi ſi præmiſſam habet particulam negativam, interdum *diſplicentia, nauſea, averſatio, & deteſtatio ſumma* innuitur, Eccl. 12, 1. Jer. 22, 28. Hoſ. 8, 8. Mal. 1, 10. β) *Metonymicè* denotat *id, ad quod voluntas & deſiderium tendit*; ſcilicet 1) *intentum*, Jeſ. 46, 10. c. 53, 10. 2) *rem volitam, expetitam & deſideratam*, 1. Reg. 5, 22. 23. c. 10, 13. Job. 31, 16. Prov. 8, 6. Jeſ. 44, 28. c. 58, 3. 13. eamque ſubinde pretioſam, Prov. 3, 15. c. 8, 11.

חָפַר *Fodit, Effodit; Exploravit, Perveſtigavit; Erubuit, Puduit. Pudore* vel *ignominiâ affectus eſt.* חָפַרְתִּי אֶת־הַבְּאֵר *Fodi* hunc puteum, Gen. 21, 30. חִנָּם חָפְרוּ לְנַפְשִׁי Sine causâ *foderunt* animæ meæ (foveam) Pſalm. 35, 7. Infin. חָפֹר *Fodere* &c. לַחְפֹּר אֶת־הָאָרֶץ Ad explorandum terram, Joſ. 2, 2. Fut. וְיַחְפְּרוּ Et *erubeſcent*, Pſalm. 35, 4. Hiphil הֶחְפִּיר *Pudore affecit; Probro affecit;*

Digitized by Google

affecit; Erubuit. Part. מַחְפִּיר *Probrò afficiens*, Prov. 19, 27. Fut. F. לֹא תַחְפִּירִי Non *erubeſces*, Jeſ. 54, 4.

1) Generatim *quærendi* notionem obtinere cenſetur. 2) Speciatim α) *proprie* ſignificat *fodere, effodere*, quia foſſio vel effoſſio *quærendi* causâ inſtituitur. Legitur autem de effoſſione *putei*, Gen. 21, 30. c. 26, 15. 18. 32. Num. 21, 19. Eccl. 10, 8. item *foveæ*, Pſalm. 7, 16. Pſalm. 35, 7. ubi per *Metaphoram* deſignantur *inſidiæ*, quæ aliis ſtruuntur. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* notat *explorare, perveſtigare, ſcrutari*, quia *quærunt*, qui explorant, perveſtigant & ſcrutantur, Joſ. 2, 2. 3. 2) per *Metonymiam* in Kal ſignificat *pudefieri, pudore ſuffundi, probro affici, erubeſcere*, quia pudor adigit homines ad *quærendum* latibula; juxta quosdam autem, *Metaleptice*, quia pudore ſuffuſi caput in terram demittunt inſtar eorum, qui terram fodiunt. In hac autem ſignificatione legitur Job. 6, 20. Pſalm. 34, 6. Pſalm. 35, 4. 26. Pſalm. 40, 15. Pſalm. 70, 3. Pſalm. 83, 18. Jeſ. 1, 29. c. 24, 23. Jer. 15, 9. c. 50, 12. Mich. 3, 7. In Hiphil *Probrò afficere, Pudefacere*, Prov. 13, 5. c. 19, 27. item intranſitivè *erubeſcere*, Jeſ. 33, 9. c. 54, 4.

חֲפֹר פֵּרוֹת f. pl. *Talpæ*, Jeſ. 2, 20. Ita dicuntur à *quærendo* & *fodiendo*, quia ad quærendum & fodiendum à naturâ factæ videntur. Radicales duæ poſteriores geminatæ ſunt, ut ſignificatio fiat intenſior. Quamvis autem vox una ſit, diviſim tamen ſcribitur, quaſi duæ eſſent voces. Hinc Aben-Eſra inquit: *Scribitur ut duæ dictiones, ſed meâ opinione eſt tantum unica.*

חָפַשׁ *Liber fuit*; Piel חִפֵּשׁ *Libertate donavit; Liberavit.* Sed in Kal & Piel non legitur. Pual חֻפַּשׁ *Libertate donatus, liberatus eſt.* Legitur ſaltem Lev. 19, 20. in Fœm. חֻפָּשָׁה Non *fuit libertate donata.*

חֹפֶשׁ m. *Libertas*, Ezech. 27, 20. Cum Suff. F. חֻפְשָׁה Libertas ejus, Lev. 19, 20. pro חֻפְשָׁהּ τῷ Mappik extruſô, & (ֶ) in (ֻ) mutatô. Præterea non legitur.

חָפְשִׁי m. *Liber, Manumiſſus*, Exod. 21, 5. Plur. חָפְשִׁים *Liberi*, Jeſ. 58, 6. י cum præcedente puncto pereunte, perinde ut in צִיִּים *Naves*, ex צִי *Navis.*

1) Generatim notat *liberum*, quacunque demum libertatis ratione. 2) Speciatim α) *propriè* denotat tum *eum*, qui è poteſtate alterius diſceſſit. Ita tribuitur 1) *ſervo manumiſſo*, qui ex priori domo vel ſervitutis ſtatu diſcedit, & nunc ſuo vivere arbitrio incipit, Exod. 21, 5. Deut. 15, 12. 13. 18. Job. 3, 19. Jer. 34, 9. 10. 11. 16. tum *eum*, qui ex carcere, in quem detruſus fuit, *liber* dimittitur, Jeſ. 58, 6. β) *Catachreſticè* idem eſt ac *derelictus*, qui deſtituitur prioris domini defenſione, protectione & ſuſtentatione, deſſen ſich niemand annimmt, der verlaſſen iſt, Pſ. 88, 6.

חָפְשִׁית f. *Libertas.* בְּבֵית חָפְשִׁית In domo *libertatis*, ſeu

ſeu *ſeparationis*, i. e. liberâ, ſolitariâ, & à domibus, hominibusque aliis ſeparata, juxta legem de leproſis datam, 2. Reg. 15, 5. Aſt 2. Chron. 26, 21. juxta כתיב eſt חָפְשׁוּת *Libertas*; quanquam juxta קְרִי ſit חָפְשִׁית.

חָפַשׂ *Scrutatus eſt*, *Perveſtigavit*, *Inveſtigavit*, *Inquiſivit*. Part. חֹפֵשׂ כָּל־חַדְרֵי בָטֶן *Perſcrutans* omnia penetralia ventris, Prov. 20, 27. Fut. תַּחְפְּשֶׂנָּה *Scrutaberis* eam, Prov. 2, 4. Niphal נֶחְפַּשׂ *Perveſtigatus eſt*. אֵיךְ נֶחְפְּשׂוּ Quomodo *perveſtigati ſunt?* Obad. 1, 6. Piel חִפֵּשׂ *Sollicitè & diligenter ſcrutatus eſt*, *Perveſtigavit*. Imp. חַפְּשׂוּ *Perveſtigate*, 2. Reg. 10, 23. Fut. אֲחַפֵּשׂ *Perveſtigabo*, Zeph. 1, 12. Pual חֻפַּשׂ *Perveſtigatus*, *Inveſtigatus eſt*. Part. תַּמְנוּ חֵפֶשׂ מְחֻפָּשׂ Conſumti ſumus inveſtigatione *inveſtigatâ*, i. e. inveſtigatione callidè & ſollicitè inſtitutâ, Pſalm. 64, 7. R. Sal. Jarchi pro תַּמְנוּ legit טָמְנוּ *Occultarunt*, quod v. 6. adfuit. Hunc ſequitur Lutherus, vocem hanc ita reddens: Sie haltens heimlich. Hithpael הִתְחַפֵּשׂ *Mutavit ſe*, *Diſſimulavit ſe*. Fut. בְּרָב־כֹּחַ יִתְחַפֵּשׂ לְבוּשִׁי Præ multitudine roboris *mutat ſe* (ſicut) veſtimentum meum, Job 30, 18.

1) Generatim indigitat *intentum ſtudium* vel in rei alicujus cognitionem perveniendi, vel alios ſui cognitione deſtituendi. Unde 2) Speciatim α) ſignificat *omni attentione aliquid perquirere, ſollicitè atque indeſeſſè ſcrutari atque perveſtigare*, ut in rei notitiam perveniamus, aut id, quod reconditum eſt, retegamus. Ita adhibetur in Kal de ſedulâ inveſtigatione ſapientiæ, Prov. 2, 4. reconditarum hominis cogitationum, deſideriorum, machinationum &c. Prov. 20, 27. rationis vivendi & actionum, Thren. 3, 40. perverſitatum, Pſalm. 64, 7. In Niphal de perquiſitione Eſavitarum, Obad. 1, 6. In Piel de perveſtigatione ſuppellectilis, Gen. 31, 35. ſaccorum fratrum Joſephi, Gen. 44, 12. fani à ſacrificulis, 2. Reg. 10, 23. latibulorum, ubi David latitare putabatur, 1. Sam. 23, 23. domuum ab hoſtibus, 1. Reg. 20, 6. Iſraelitarum in vertice Carmeli ſe occultantium, Am. 9, 3. Hieroſolymæ, Zeph. 1, 12. In Pual de exploratione hominis, Prov. 28, 12. β) In Hithpael *ſe mutare vel diſſimulare, alium ſe gerere*, fortè, quia ſcrutantes & perveſtigantes & explorantes ſubinde veſtitum mutare, ſeque diſſimulare ſolent. Ita legitur de Saule, 1. Sam. 28, 8. de Achabo in prœlium abeunte, 1. Reg. 22, 30. 2. Chron. 18, 29. & de Propheta, ſe coram Rege ſiſtente, 1. Reg. 20, 38.

חֵפֶשׂ m. *Perſcrutatio*, *Inveſtigatio*. Semel legitur Pſ. 64, 7.

חָצַב *Cecidit*, *Excidit*, *Incidit*, *Succidit*, *aſciâ diſſecuit*. Interdum legitur חָצֵב. Sic יֶקֶב חָצֵב בּוֹ Torcular *excidit* in ea, Jeſ. 5, 2. Part. חֹצֵב *Cædens*, 1. Reg. 5, 15. חֹצְבִי מָרוֹם קִבְרוֹ Excidens in altitudine ſepulchrum ſuum, Jeſ. 22, 16. ubi י eſt Paragogicum, perinde ut in אֹסְרִי *Ligans*, Gen. 49, 11. Plur. חֹצְבִים *Cædentes*, 1. Chron. 22, 2. Sed 2. Reg. 12, 13. eſt חֹצְבֵי *Cæſores*, ם per Apocopen reſecto,

ceu

ceu in כָּאֲרִי *Eodientes*, Pſalm. 22, 17. pro כֹּאֲרִים ex radice כּוּר *Fodere.* Part. Paul חֲצוּבִים *Exciſa*, Devt. 6, 11. Inf. לַחְצֹב Ad *cadendum*, 1. Chron. 22, 2. Niphal נֶחְצַב *Cæſus, Exciſus, Inciſus fuit.* Fut. בְּצוּר יֵחָצְבוּן In rupe exciderentur, vel ſaxo inciderentur, ſumta voce צוּר pro tabulis ſaxeis, Job. 19, 24. Pual חֻצַּב *Exciſus eſt.* חֻצַּבְתֶּם *Exciſi eſtis*, Jeſ. 51, 1. Hiphil Part. Fœm. הַמַּחְצֶבֶת *Quæ excidit*, Jeſ. 51, 9.

1) Generatim infert *ſeparationem conjunctorum* vel *unitorum*, quâcunque conjuncta & unita fuerint ratione. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *cadere*, ſeparando à ſe invicem, quæ qualicunque modo conjuncta vel unita fuerunt. Ita dicitur de lapicidis, 1. Chron. 22, 2. 15. c. 24, 12. de cæſoribus lignorum, 1. Reg. 5, 29. 2. Chron. 2, 1. c. 2, 17. Jeſ. 10, 15. In ſenſu compoſito eſt nunc *excidere* e. g. ſepulchrum, Jeſ. 22, 16. torcular, Jeſ. 5, 2. æs ex montibus, Devt. 8, 9. puteos vel ciſternas, Devt. 6, 11. 2. Chron. 26, 10. Neh. 9, 25. conf. Jer. 2, 13. ubi Metaphoricè transfertur ad deſignandum *cultum idolorum*, quæ idololatræ ſibi faciunt & conſtituunt; Nunc *incidere*, e. g. verba tabulis lapideis, Job. 19, 24. *β*) *Metaphoricè* deſignat *a*) *rei ortum*, Jeſ. 51, 1. *b*) *deletionem & interitum*, Jeſ. 51, 9. *c*) *Deus per Prophetas excidere* dicitur, quando crebrioribus adhortationibus, & comminationibus legalibus homines terret, Hoſ. 6, 5. eosque ſpiritualiter occidit, ut v. 9. dicitur. Conf. 2. Cor. 3, 6.

מַחְצֵב m. *Cæſio, Exciſio.* אַבְנֵי מַחְצֵב Lapides *cæſionis*, vel *exciſionis*, i. e. *cæſi, exciſi*, 2. Reg. 12, 13. c. 22, 6. 2. Chron. 34, 11. Sæpius non legitur.

חָצָה *Diviſit, Partitus eſt, Dimidiavit.* וְחָצוּ אֶת־כַּסְפּוֹ Et *partientur* argentum ejus, Exod. 21, 35. Fut. יֶחֱצֶה *Dividet*, Jeſ. 30, 28. וַיַּחַץ אֶת־הָעָם Unde diviſit populum, Gen. 32, 8. ה per Apocopen reſecto. Niphal נֶחֱצָה *Diviſus eſt.* Fut. וְתֵחָץ Et *dividetur*, Dan. 11, 4. ה per Apocopen reſecto, pro וְתֵחָצֶה.

1) Generatim importat *diviſionem totius in partes*, ſive *æquales*, ſive *inæquales*. 2) Speciatim *α*) eſt *dimidiare, in æquales partes dividere*, vel *etiam aliquid æquis partibus inter plures diſtribuere.* Ita dicitur de dimidiatione Iſraelitarum militantium, Num. 31, 42. captivorum, Num. 31, 27. dierum vitæ, Pſalm. 55, 24. de partitione æquali argenti & cadaveris, Exod. 21, 35. item de diviſione populi vel exercitûs, Jud. 7, 16. conf. Gen. 32, 8. *β*) *Dividere in partes ut inæquales*, Gen. 33, 1. Job. 40, 25. conf. Jeſ. 30, 28. ubi *ſpiritus dicitur usque ad collum dividere*, i. e. aliquam hominis partem usque ad collum inundare.

חֲצִי m. *Dimidium, Pars dimidiata; Medium.* חֲצִי הַדָּם *Dimidia pars* ſangvinis, Exod. 24, 6. Appoſito accentu Domino eſt חֵצִי, (ֲ) in (ֵ) & hoc per alternationem amplius in (ֶ) tranſeunte, 1. Reg. 10, 7.

10, 7. Cum Suff. מֵחֶצְיוֹ A *medio* ejus, Zach. 14, 4. חֶצְיָם *Medium* eorum, Neh. 4, 10.

1) Generatim *aliquid ſeparati & diviſi* importat, ſive ſit *rei pars dimidia*, ſive *non*. 2) Specialim notat α) *partem dimidiam* cujuscunque rei, die Helffte eines Dinges / e.g. aulæi, Exod. 26, 12. altaris, Exod. 26, 5. carnis, Num. 12, 12. menſuræ, Exod. 15, 9. 10. c. 28, 14. tribûs, Jeſ. 22, 13. 15. 29. 31. 1. Chron. 5, 18. 23. c. 6, 45. 56. c. 27, 20. 21. barbæ, 2. Sam. 10, 4. populi, 1. Reg. 16, 2. Neh. 12, 38. tractus, Neh. 3, 9. 12. 16. 17. 18. ſangvinis, Exod. 24, 6. &c. β) *Medium*, etiamſi ab extremis non æqualiter diſtet, e. g. *noctis*, Exod. 12, 23. Jud. 16, 3. Ruth. 3, 8. cœli, Joſ. 10, 13.

חֲצוֹת f. *Medium.* Ter legitur de medio *noctis*, Exod. 11, 4. Job. 34, 20. Pſalm. 119, 62.

מֶחֱצָה f. *Dimidium*, *Dimidia pars*, Num. 31, 36. In Statu conſtr. מֶחֱצַת הָעֵדָה *Dimidia pars* cœtûs, Num. 31, 43. Sæpius non legitur.

מַחֲצִית f. *Dimidium*, *Dimidia pars rei*; *Medium.* מַחֲצִית הַשֶּׁקֶל *Dimidia pars* ſicli, Exod. 30, 13. מִמַּחֲצִית מַטֵּה מְנַשֶּׁה De *dimidia parte* tribûs Manaſſis, 1. Chron. 6, 55. Cum Suff. מַחֲצִיתוֹ *Dimidium ejus*, Exod. 30, 23. מִן־הָאוֹר עַד־מַחֲצִית הַיּוֹם A luce usque ad *medium* diei, Neh. 8, 3.

חָצַן *Nutrivit*, *Educavit*, propriè *in ſinu*, quô matres fovent liberos, quando illis ubera præbent, eosque porrectis uberibus potant, apud Arabes & Æthiopes. Inde eſt

חֹצֶן m. *Sinus*; *Lacertum*, *Brachium*, juxta alios. בְּחֹצֶן In *Sinu*, Jeſ. 49, 22. Cum Suff. חָצְנִי *Sinus meus*, Neh. 5, 13. חָצְנוֹ *Sinum ſuum*; vel juxta Seb. Schmidium & alios: *Brachium ſuum*, Pſal. 129, 7. Sæpius non legitur.

חָצַץ *Dimidiavit*, *Diviſit*, *Diſcidit*, *Incidit*, *Excidit*; *Ejaculatus eſt* apud Chaldæos; *Celeriter ivit*, apud Arabes. Part. חֹצֵץ כֻּלּוֹ *Excidens* omnia, herbas ſcil. & fruges, Prov. 30, 27. Vid. R. Sal. ben. Melech in Michlal Jophi in h. l. Aſt juxta Aben Eſram idem eſt ac מְקֻבָּץ, מְאֻסָּף *Congregata*, *collecta*, i.e. turmatim procedit. Piel חִצֵּץ *Jacula emiſit*, *Ejaculatus eſt*, *Sagittas jecit*; quæ ſignificatio eſt à nomine חֵץ *Sagitta.* Legitur ſaltem in Participio pl. מִקּוֹל מְחַצְצִים A ſono, vel ſtrepitu *Sagittas ejicientium*, i. e. Sagittariorum, Jud. 5, 11. Pual חֻצַּץ *Dimidiatus*, *Exciſus fuit*: Extat ſaltem Job. 21, 21. וּמִסְפַּר חֳדָשָׁיו חֻצָּצוּ Et numerus menſium ejus *dimidiatus* vel *in medio abruptus fuit*; ubi verbum convenit cum nomine poſteriori, cum reſpondere deberet priori. Sæpius hoc verbum non legitur.

חֵץ m. *Sagitta*, à *dividendo* & *diſcindendo* ſic dicta, eò quod cohæren-

rentia penetrando ſoleat *dividere* & *diſcindere*. חֵץ תְּשׁוּעָה *Sagitta* ſalutis Jehovæ, i.e. *Sagitta*, quam emiſiſti, erit ſalutifera Jſraeli, Autore Domino, 2. Reg. 13, 17. וְלֹא יוֹרֶה שָׁם חֵץ Et non jaculabitur huc *ſagittam*, 2. Reg. 19, 32. Cum Suff. חִצִּי *Sagitta* mea, Job. 34, 6. Sed 1. Sam. 20, 36. 37. 38. & 2. Reg. 9, 24. חֵצִי eſt cum י Paragogicò, differentiæ ergò compenſatione ſecundæ radicalis per Dageſch forte neglectâ. חֵץ חֲנִיתוֹ *Lignum* haſtæ ejus, 1. Sam. 17, 7. Plur. חִצִּים *Sagittæ*, Ezech. 39, 9. In Statu Conſtr. חִצֵּי רָעָב *Sagittæ* famis, Ezech. 5, 16. Cum Suff. חִצֶּיךָ *Sagittæ* tuæ, Ezech. 39, 3.

1) Generatim ſignificat *Sagittam*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *telum*, quod emiſſum ſecat, diſcindit atque dividit, quæ tangit, Gen. 49, 23. 1. Sam. 20, 36. 37. 38. 2. Reg. 9, 24. c. 13, 17. 18. c. 19, 32. 1. Chron. 12, 2. Jeſ. 37, 33. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *malum ſubitò irruens, periculum repentinum & inevitabile*, Pſalm. 91, 5. 2) *Rem efficaciter lædentem*, cujus generis eſt *lingua doloſa*, Pſalm. 120, 4. Jer. 9, 7. verbum amarum, Pſalm. 64, 4. falſum teſtimonium, Prov. 25, 18. 3) *Filios probè educatos*, Pſalm. 127, 4. 4) Speciatim *Sagittæ Dei* per Metaphoram notant a) *Fulmina, lapides fulmineos, inſtar ſagittarum è nubibus exploſos*, 2. Sam. 22, 15. Pſalm. 18, 15. Pſalm. 144, 6. Hab. 3, 11. b) *Vim & virtutem verbi Evangelici* in piis ſalvandis, impiis verò judicandis & damnandis, Pſalm. 45, 6. Jeſ. 49, 2. c) *Plagas* vel *pœnas*, quas Deus hominibus ſubitò immittit, Devt. 32, 23. 42. Job. 6, 4. c. 34, 6. Pſalm. 38, 3. Pſalm. 64, 8. Thren. 3, 13. Ezech. 5, 16. Zach. 9, 14.

חָצָץ m. *Scrupus; Lapillus*, quaſi *inciſum* vel *ſegmentum lapidis* dicas; item *Sagitta*, ſecans & dividens, quæ tangit. Ter tantùm legitur in Scripturâ, nempe α) de *calculis aſperis, acutis, penetrantibus ac dentes comminuentibus*, Prov. 20, 17. Thren. 3, 16. β) de *fulminibus*, quæ inſtar ſagittarum ex nubibus colliſis cum tonitru exploduntur & emittuntur. Plur. חֲצָצֶיךָ *Sagittæ tuæ*, Pſalm. 77, 18.

חָצַר *Incoluit, Accoluit, Præſens fuit* it. *Viruit*, apud Arabes.

חָצֵר c. ſed f. Sæpius. *Atrium*, ab *incolendo* vel *accolendo* ſic dictum. חָצֵר הַחִיצוֹנָה *Atrium* exterius, Ezech. 40, 31. בֶּחָצֵר הַפְּנִימִי In *atrio* interiori, Ezech. 40, 44. In Statu Conſtr. חֲצַר הַמִּשְׁכָּן *Atrium* habitaculi, Exod. 27, 9. Cum Suff. בַּחֲצֵרוֹ In *atrio* ejus, 2. Sam. 17, 18. Plur. חֲצֵרִים *Atria, Villæ*, Neh. 12, 29. In Statu Conſtr. בְּחַצְרֵי בֵּית אֱלֹהִים In *atriis* domûs Domini, Neh. 13, 7. Cum Suff. חֲצֵרֶיךָ *Atria* tua, Pſalm. 65, 5. חַצְרֵיהֶם *Villæ* eorum, Joſ. 13, 28. Et in forma Fœm. חֲצֵרוֹת *Atria*, Ezech. 47, 22. In Statu Conſtr. חַצְרוֹת בֵּית יְהוָה *Atria* domûs domini, 2. Reg. 21, 5. Cum Suff. חֲצֵרֹתָיו *Atria* ejus, Pſalm. 100, 4. Et Pſalm. 96, 8. eſt לְחַצְרוֹתָיו In *atria* ejus.

1) Generatim & vi originis notat *locum*, qui ubi aliquid præſens ſiſtitur,

ſtitur, vel incolitur. 2) Speciatim ſignificat α) *atrium*, ſeu *ſpatium ſubdiale*, tabernaculum, Exod. 27, 9. 12. 13. 16. 17. 18. vel templum Domini ambiens & includens. Hoc atrium erat duplex, nempe פְּנִימִית ſeu *interius*, 1. Reg. 6, 36. ubi commorabantur Sacerdotes & Levitæ, & חִיצוֹנָה *Exterius*, 1. Reg. 6, 3. ubi conveniebat populus, quod diviſum erat in atrium virorum & fœminarum. De atriis templi Salomonis vid. L'Emper. Middoth p. 70. ſeq. p. 169, ſeq. β) *Locum amplum ſubdialem aulæ* ſeu *regiæ*, Eſth. 5, 2. c. 6, 4. 5. γ) *Villas* circa urbem jacentes, Joſ. 19, 8. c. 21, 12. muro carentes, Lev. 25, 31. quales incolebantur à Kedarenis, Jeſ. 42, 11.

חָצִיר m. *Gramen*; *Fœnum*; *Porrum*; à virendo ſic dictum; item *Atrium*, ita vocatum, tum quod ex inundatione guttarum, quæ ex tecto cadunt, ibi *gramen* ſuccreſcere ſolet; tum, quod ibi accolunt homines. מַצְמִיחַ חָצִיר לַבְּהֵמָה Germinare faciens *gramen* beſtiæ, Pſalm. 104, 14. יָבֵשׁ חָצִיר Exaruit *gramen*, Jeſ. 40, 7. In Statu Conſtr. eſt חֲצִיר גַּגּוֹת *Gramen* tectorum, 2. Reg. 19, 26.

1) Generatim & vi originis notat *quodcunque virens*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat 1) *Gramen & fœnum oblongum & craſſius*, quod in locis incultis, ut in atriis & campis creſcere ſolet. Inde in Scripturâ hoc nomine venit gramen *tectorum*, 2. Reg. 19, 26. Pſalm. 129, 6. Jeſ. 37, 27. *camporum*, quod beſtiis cedit in pabulum, 1. Reg. 18, 5. Pſalm. 104, 14. montium, Pſalm. 147, 8. quod eſt ſymbolum fragiliſſimæ ſortis & conditionis hominum, Pſalm. 39, 3. Pſalm. 90, 5. Pſalm. 103, 15. Jeſ. 40, 6. 7. 8. 2) *Porrum*, quod eſt olus quoddam gramini majuſculo quàm ſimillimum, & herbaſcente quadam viriditate cæteris excellens, Num. 11, 5. β) *Metonymicè* notat *atrium*, ubi gramen quandoque ſuccreſcere ſolet, Jeſ. 34, 13.

חֲצֹצְרָה f. *Tuba*, geminata ſecunda radicali צ. Formata cenſetur vox hæc à *ſono*, quem edit; vel ita dicitur à *loco*, quia in atriis ſæpius *ſonare* ſolebat. Erat חֲצֹצְרָה Inſtrumentum quoddam muſicum, quod adhibebatur, quando homines, vel ad ſolennitatem & lætitiam publicam, vel ad bellum convocandi erant. Plur. חֲצֹצְרוֹת כֶּסֶף *Tubæ* argenti, i. e. argenteæ, Num. 10, 2. Legitur vox Num. 10, 8. 9. 10. c. 31, 6. 2. Reg. 11, 14. c. 12, 14. 1. Chron. 16, 42. 2. Chron. 23. 13. c. 29, 27. 28. &c. Inde eſt in *Piel*

חִצֵּר *Clanxit*, *Tubicinavit*. Part. מְחַצְּצְרִים *Clangentes*, 2. Chron. 5, 13. & in Hiphil Part. מַחְצְּצְרִים *Clangentes*, 1. Chron. 15, 24. 2. Chron. 5, 12. c. 7, 6. c. 13. 14. c. 29, 28. In quibus omnibus צ poſterius juxta Maſorethas redundat. Sed quia in Codice ſacro vix litera otioſè poſita videtur, forte non errabit, ſi in omnibus legas מְחַצְּרִים; ut ſit Part. pl. τῦ *Piel*.

חָקָה

Digitized by Google

חָקָה▭ *Impreſſit, Expreſſit, Exſculpſit, Effigiavit, Imaginem, Exſculpſit.* Unde dicitur tàm de picturâ, quàm de cælaturâ. Saltem quater legitur. Part. Pual מְחֻקֶּה *Expreſſum, Effigiatum*, Ezech. 8, 10. c. 23, 14. מְחֻקָּה Cum *Sculpto*, 1. Reg. 6, 35. Hithpael Fut. תִּתְחַקֶּה▭ *Exprimeris; tute ipſum inſculpis radicibus pedum meorum*, Job. 13, 27. Sed quia Seb. Schmidio חקה▭ *Circumducendi* ſignificationem habere videtur, hinc reddit: *Circumducis te*, ut ſenſus ſit: *Circumdas per te ipſum pedes meos, & veſtigia eorum, quibus inſiſtunt, ut loco ſe movere non queant.*

חָקַק *Scripſit, Deſcripſit; Pinxit; Expreſſit, Sculpſit, Inſculpſit, Exſculpſit, Incîdit, Excidit, cum auctoritate decrevit, Statuit, Mandavit.* וְחַקּוֹתָ עָלֶיהָ עִיר Et *ſculpe* ſuper eum urbem, Ezech. 4, 6. עַל־כַּפַּיִם חַקּוֹתִיךְ Super manus *inſculpſi* te, Jeſ. 49, 46. Part. חֹקֵק *Incidens.* חֹקְקִי בַסֶּלַע מִשְׁכָּן לוֹ *Incidens* in petram habitaculum ſibi, Jeſ. 22, 16. ubi י eſt Paragogicum, ut in אֹסְרִי *Ligans*, Gen. 49, 11. Plur. חֹקְקִי▭ *Decernentes*, Jeſ. 10, 1. Particip. Paul חָקוּק *Pictus.* Plur. בַשָּׁשֵׁר ▭חֲקֻקִם ▭צַלְמֵי כַשְׂדִּי Imagines Chaldæorum *pictas* miniô, Ezech. 23, 14. ubi juxta Maſoram י redundat. Sed quid obſtat, quò minus ſecundum literas legas: ▭כַּשְׂדִּי. Infin. בְּחֻקּוֹ In *ſtatuere* ipſum, i. e. cum ſtatueret ipſe, Prov. 8, 27. Sed in eodem capite v. 29. legitur. בְּחוּקוֹ מוֹסְדֵי אָרֶץ In *ſtatuere ipſum*, i. e. *cum ſtatueret fundamenta terræ*, ubi compenſatio literæ ק abjectæ per Dageſch Forte negligitur, & more verborum Imperfectorum quieſcentium ſecundâ (וֹ) in (וּ) mutatur. Piel חוֹקֵק *Statuit, Decrevit, legem ſanxit.* Fut. ▭וְרוֹזְנִ יְחֹקְקוּ צֶדֶק Et Dominatores *decernunt* juſtitiam, i. e. juſta ſtatuta, juſtas ſententias; Prov. 8, 15. Part. מְחוֹקֵק Νομοθέτης, *Legulator*, qui definit, quid faciendum, quidve omittendum, Deut. 33, 21. Pual Part. מְחֻקָּק *Statutum*, Prov. 31, 5. Hophal Fut. בַּסֵּפֶר וְיֻחָקוּ In librum ut *deſcribantur*, Job. 19, 23. ubi deeſt Dageſch forte, imitaturque verba quieſcentia ſecundâ.

1) Generatim notat aliquid *delineare, & conſpiciendum, obſervandumve ſiſtere*, ſive *ſcripturâ*, ſive *picturâ*, ſive *cælaturâ*, ſive *alio modo.* Unde 2) Speciatim notat α) *Pingere, Depingere*, Ezech. 23, 14. β) *Scribere, Deſcribere* memoriæ causâ, quia, qui ſcribunt, literas *pingere* dicuntur, Job. 19, 23. Jeſ. 30, 5. γ) *Sculpere, Inſculpere*, non ſolum, quia Statuarii & Cælatores delineant, quæ ſculpere volunt, ſed etiam quia Veteres literas ſtilo ferreo *inſculpere* conſveverunt. Exod. 4. 1. Conf. Jeſ. 49, 16. ubi *Deus* Metaphoricè dicitur *Zionem ſuper manus inſculpſiſſe*, memoriæ ſcil. ergò, ut ſenſus ſit: *Ego ſemper tui ſum memor, tuque perpetuò mihi ante oculos verſaris, quaſi ſcripſiſſem te in manibus meis.* Reſpici videtur ad memorialia, quæ in manibus haberi aut geſtari ſolent, ne rei alicujus oblivio obrepat. δ) *Incîdere, Excidere*, quia ſculptura *facta delineatione, incidendo* vel *excidendo* fieri ſolet, Jeſ. 22, 16. ε) *Decernere* vel *ſta-*

tuere

Digitized by Google

tuere aliquid, leges ferre; tum quia, qui aliquid decernunt, vel leges ferunt, *delineant*, quid fieri, quidve omitti debeat; tum, quia apud Veteres leges & ſtatuta tabulis vel libris inſculpi inſcribique ſolebant. Inde dicitur de *legiſlatore*, tùm in Kal Jeſ. 10, 1. tùm in Piel, Gen. 49, 10. Num. 21, 18. Devt. 33, 21. Jud. 5, 9. Pſ. 60, 9. Pſ. 108, 9. Prov. 8, 15. Jeſ. 33, 22.

חֹק m. *Delineatio, Statutum, Conſtitutio, Decretum, Demenſum, Præſcriptum, Pars ſtatuta, Penſum, Modus, Ratio.* וְחֹק נָתַן לָמוֹ Et *ſtatutum* dedit iis, Pſalm. 99, 7. חָק־עוֹלָם *Statutum* ſeculi, i.e. æternum, Exod. 30, 21. ubi (ֹ) ob tonum per Makkeph ablatum in (ָ) Catuph mutatum fuit. וּפָעֲרָה פִיהָ לִבְלִי חֹק Et diſtendit os ſuum in abolitionem *modi* ſeu *ſtatuti*, i.e. in immenſum, Jeſ. 5, 14. Cum Suff. חֻקִּי *Statutum* meum, Job. 23, 10. מַדּוּעַ לֹא כִלִּיתֶם חָקְכֶם Quare non abſolviſtis *demenſum* veſtrum? Exod. 5, 14. Plur. חֻקִּים *Statuta*, Devt. 4, 5. Cum Suff. חֻקֶּיךָ *Statuta* tua, Pſalm. 119, 5. חֻקָּיו *Statuta* ejus, Devt. 6, 17.

1) Generatim notat *ſtatutum quodcunque*, connotatâ delineatione rei, actionis vel modi agendi &c. Unde 2) ſpeciatim ſignificat α) *Demenſum* vel *Penſum*, quod *delineatum* & ſtatutum fuit. Ita dicitur de penſô laboris, quod perficiendum, Exod. 5, 14. quò referunt LXX, Mercerus & Syrus, illud Prov. 31, 15. it. de *cibo* vel *victu* neceſſario, ordinario & quaſi demenſo, Gen. 47, 22. Prov. 30, 8. Ezech. 16, 27. β) *Rei præfinitum tempus, terminum, limitem, motum ac curſum.* Inde legitur de termino vitæ, Job. 14, 5. de limite aquarum ſtatuto, Job. 26, 10. c. 38, 10. Prov. 8, 29. de præfinito ordine, motu ac revolutione cœli ejusque aſtrorum, Pſalm. 148, 6. Jer. 31, 36. conf. c. 31, 35. item de tempore & ratione pluviæ, quando, quâ copiâ, ubi & quo eventu ac fructu cadere debeat, Job. 38, 26. γ) *Modum rei* vel *actionis*, Job. 14, 13. Jeſ. 5. 14. δ) *Receptum morem ac conſvetudinem*, Jud. 11, 39. 2. Chron. 35, 25. ε) *Legem*, quæ rationem vivendi & agendi *delineat* ac ſtatuit, ſive ſit Dei, ſive hominum. Denotat autem *Legem Dei* vel in *univerſum omnem*, vel reſtrictè *legem ceremonialem*. *Univerſam Dei legem* denotat, fere ſi *ſolitariè* ponitur, Devt. 4. 6. c. 6, 24. Pſalm. 50, 16. Pſalm. 119, 5. 8. 12. 23. 26. 33. 48. 54. 64. 68. 71. 80. 83. 112. 117. 118. 124. 135. 145 155. 171. Malach. 3, 7. *Ceremonialem* autem indigitat, fere, ſi junctam habet vocem מִשְׁפָּטִים quæ *leges forenſes* denotare cenſetur, Lev. 26, 46. Devt. 6, 1. c. 7, 11. 2. Reg. 17, 37. Eſr. 7, 10. Unde quoque legitur de conſtitutione divinâ circa ſacrificia, Lev. 3, 16. c. 6, 11. 15. c. 24, 9. circa lotionem Sacerdotum, Exod. 30, 21. circa feſtum, delineato *tempore, loco* & *modo* feſtivitatis, Pſ. 81, 5. conf. Exod. 12, 24. Devt. 16, 12. De lege *hominis* autem legitur, Gen. 47, 26. ζ) *Doctrinam Evangelicam*, Pſalm. 2, 7. η) *Proprium* quaſi *jus* ac *privilegium*, Exod. 29, 28. Lev. 10, 13.

חֻקָּה f. *Statutum, Conſtitutio, Decretum, Præſcriptum, Conſvetudo, Mos*

Digitized by Google

Mos &c. חֻקָּה אַחַת יִהְיֶה לָכֶם *Statutum* unum erit vobis, Num. 9, 24. In Statu conſtr. חֻקַּת עוֹלָם *Statutum* ſeculi, i. e. æternum, Num. 10, 8. Plur. חֻקּוֹת *Statuta*, Ezech. 44, 5. Cum Suff. אִם־בְּחֻקֹּתַי תֵּלֵכוּ Si in *ſtatutis meis* ambulabitis, Lev. 26, 3.

1) Generatim notat *quodcunque ſtatutum*, connotata delineatione rei, actionis vel modi agendi. 2) Speciatim ſignificat α) *Dei legem*, vel in univerſum omnem, 1. Reg. 11, 6. Pſalm. 119, 16. vel reſtrictè *ceremonialem*, ferè, ſi junctam habet vocem מִשְׁפָּטִים, quæ *legem forenſem* deſignare ſolet, Devt. 8, 11. c. 11, 1. 1. Reg. 6, 12. Inde quoque adhibetur de conſtitutione divinâ circa cultum Leviticum, e. g. circa ſacrificia, Lev. 18, 4. 5. 6. circa adornationem lampadum, Ezech. 27, 21. circa Sacerdotum officium & amictum, Exod. 29, 9. item circa feſtum agni paſchalis, Exod. 12, 14. 43. c. 13, 10. Num. 9, 12. Inde transfertur ad inſtituta Gentilium de cultu idolorum, Jer. 10, 3. item Iſraelitarum de eodem, 2 Reg. 17, 8. 19. β) *Morem* vel *Conſuetudinem*, e. g. Gentium, Lev. 20, 23. Conf. 1. Reg. 3, 3. ubi deſignat Davidis *rationem vivendi*. γ) *Rei naturam, ordinem, curſum*, ac *conditionem*, quæ ſtatuto præfinita ſunt, Job. 38, 33. Jer. 31, 35. c. 33, 25. conf. Jer. 5, 24. ubi indigitat tempus, quô Deus dat pluviam, ut fruges creſcere & matureſcere queant. δ) *Proprium jus & privilegium*, quô quis gaudet, Exod. 29, 9.

חֲקָקִים m. pl. *Statuta*. Bis ſaltem legitur in Statu conſtr. גְּדֹלִים חִקְקֵי לֵב Magni *ſtatutis* cordis, i. e. qui acumine ingenii & ſapientiâ cordis illuſtres ſunt, Jud. 5, 15. חִקְקֵי אָוֶן *Statuta* iniquitatis, i. e. iniqua, Jeſ. 10, 1.

חָקַר *Scrutatus, Perſcrutatus eſt, Perveſtigavit, Inveſtigavit, Inquiſivit, Exploravit.* וַחֲקָרוֹ Et *perveſtiget* illum, Prov. 18, 17. חֲקַרְנוּהָ *Perveſtigavimus* hoc, Job. 5, 27. Inf. חֲקֹר *Perveſtigare*, Prov. 25, 2. בַּעֲבוּר חֲקֹר אֶת־הָעִיר Propterea ut *perveſtiget* urbem, 2. Sam. 10, 3. Part. חֹקֵר לֵב *Scrutans* cor, Jer. 17, 10. וּלְחָקְרָהּ Et ad *explorandum* eam, Jud. 18, 2. Fut. אֶחְקוֹר אֶת־אָבִי *Explorabo* Patrem meum, 1. Sam. 20, 12. Niphal נֶחְקַר *Perveſtigatum, Inveſtigatum, Exploratum* eſt. לֹא נֶחְקַר מִשְׁקַל הַנְּחֹשֶׁת Non perveſtigatum eſt pondus æris, 1. Reg. 7, 47. Fut. יֵחָקֵר *Perveſtigabitur*, Jer. 26, 23. Piel חִקֵּר *Accuratè perveſtigavit*. Extat ſaltem Eccl. 12, 9.

1) Generatim *ſcrutandi* notionem habet. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *ſtudii* hominum, indigitans *ſollicitam & accuratam rei perveſtigationem ac disquiſitionem*, quâ in rei occultæ aut dubiæ intimos receſſus deſcenditur, eaque ſecundum omnes circumſtantias & adjuncta diſcutitur & exploratur. Unde Mercero idem eſt ac *perſcrutatus eſt ad imum usque, ſeu funditus perveſtigavit, ſcrutatus eſt fontes rei*. Coccejus reddit per Græcorum ἐξεϱευνᾷν & ita explicat: *Eſt rem integram in omnibus ſuis partibus inſpicere*, durchſuchen/ durchſehen. Ita legitur de ſollicita inqui-

quiſitione idololatriæ ab aliqua urbe admiſſæ, Devt.13,15. de ſedulâ exploratione urbis vel regionis ratione ſtatûs, vel invaſionis commodæ, Jud. 18, 2. 2. Sam. 10, 3. 1. Chron. 19, 3. de accurato ſcrutiniô cauſæ in forô ventilatæ, Job. 29, 16. de diligentiori exploratione affectuum Saulis erga Davidem, 1. Sam. 20, 12. de inveſtigatione proximi erratorum reprehenſione dignorum, Prov. 18, 17. & ſedulà diſcuſſione à pœnitentibus inſtitutâ, Thren. 3, 40. β) Ἀνθρωποπαθῶς eſt *Dei*, indigitans *exquiſitiſſimum intuitum*, quô omnes res, quoad minutiſſimas etiam circumſtantias exactiſſimè & accuratiſſimè cognoſcit, omnesque cordis receſſus & arcana optimè perſpicit, Job. 28, 3. Pſalm. 44, 22. Pſalm. 139, 1. 23. Jer. 17, 10.

חֵקֶר m. *Scrutinium*, *Perſcrutatio*, *Perveſtigatio*. אֵין חֵקֶר לִתְבוּנָתוֹ Non eſt *perveſtigatio* intelligentiæ ejus, Jeſ. 40, 28. Plur. in Statu Conſtr. חִקְרֵי לֵב *Perveſtigationes* cordis, Jud. 5, 16.

1) Generatim dicit *ſcrutinium & perveſtigationem*. 2) Speciatim α) accipitur activè, notans *actum*, quô quis aliquid ſollicitè ſcrutatur & curatè inveſtigat, Jud. 5, 18. Job. 8, 8. β) Sumitur *paſſivè*, notans *ſollicitam & accuratam inveſtigationem*, quâ aliquid inveſtigatur. Sed ita ferè negativè legitur, indicans, *rei non dari accuratam perveſtigationem*, etſi omnis detur opera. Sic dicitur 1) de *Regis voluntate*, conſiliis ac inſtitutis clam habitis, prudenterque celatis, Prov. 25, 3. 2) De *Deo rebusque divinis*, quarum non datur perveſtigatio, Job. 5, 9. c. 9, 10. c. 11, 7. c. 34, 26. Pſalm. 145, 3. Jeſ. 40, 28.

מֶחְקָרִים m. pl. *Scrutationes*, *Perveſtigationes*. Legitur ſaltem in Statu conſtr. Pſalm. 95, 4. מֶחְקְרֵי־אָרֶץ *Perveſtigationes* terræ, i. e. terræ imi receſſus, qui ſciri nequeunt, niſi exquiſitâ perſcrutatione; vel, qui homini ſunt imperveſtigabiles, Deo autem ſunt perſpectiſſimi.

חָרֵב *Siccatus*, *Exiccatus fuit*; *Vaſtatus*, *Devaſtatus*, *Deſolatus fuit*; *Stupuit*, *Obſtupuit*. חָרְבוּ הַמַּיִם *Exiccatæ ſunt* aquæ, Gen. 8, 13. הַגּוֹיִם חָרֹב יֶחֱרָבוּ Gentes *deſolando deſolabuntur*, i. e. penitus deſolabuntur, Jeſ. 60, 12. Fut. וְנָהָר יֶחֱרַב Et fluvius *exiccatur*, Job. 14, 11. Niphal נֶחֱרַב *Deſolatus fuit*. נֶחֶרְבוּ *Deſolati ſunt*, 2. Reg. 3, 23. Part. Fœm. נֶחֱרָבוֹת *Deſolatæ*, Ezech. 26, 19. Pual חֹרַב *Exiccatus fuit*. חֹרָבוּ *Exiccata fuerunt*, Jud. 16, 7. Hiphil הֶחֱרִיב *Exiccavit*; *Vaſtavit*, *Deſolavit*. וְעָרֵיהֶם הֶחֱרִיב Et civitates eorum *vaſtavit*, Ezech. 19, 7. Fut. אַחֲרִיב *Exiccabo*, Jeſ. 50, 7. Hophal הָחֳרַב *Vaſtatus eſt*. F. הָחֳרָבָה *Vaſtata eſt*, Ezech. 26, 2.

1) Generatim deſignat *conſumtionem & privationem*, 2) Speciatim α) *propriè* importat *conſumtionem & privationem aquarum*, vel *cujuscunque humiditatis*, & in Kal & Pual idem eſt ac *ſiccari*, *exſiccari*. Ita in *Kal* dicitur de exiccatione aquarum diluvii, Gen. 8, 13. fluviorum, Job. 14, 11. Jeſ. 19, 5. 6. maris Pſalm. 106, 9. abyſſi, Jeſ. 44, 27. fontium, Hoſ. 13, 15.

Digitized by Google

13, 19. & in Pual de exiccatione funiculorum, Jud. 16, 7. 8. In Hiphil fit tranſitivum, notans *exiccare*, fluvios, 2. Reg. 19, 24. Jeſ. 37, 25. mare, Jeſ. 50, 2. Jer. 51, 36. β) *Metaphoricè* transfertur 1) ad *vaſtitatem & deſolationem*, tum quia flumina exiccata videntur deſerta, quando aquis ſuis privantur; tum quia *deſolatio* inducit conſumtionem & privationem ornamentorum omnium, urbium, domorum, hominum, pecudum, opum &c. Inde in Kal & Niphal notat *vaſtari, deſolari, perdi*, 2. Reg. 3, 23. Jeſ. 34, 10. c. 60, 12. Jer. 2, 12. c. 26, 9. Ezech. 6, 6. c. 12, 20. c. 26, 19. c. 30, 7. Am. 7, 9. & in Hiphil notat *vaſtare, in ſolitudinem redigere*, 2. Reg. 19, 17. Jeſ. 37, 18. Ezech. 19, 7. Zeph. 3, 6. 2) Ad *ſtuporem animi*, quia, qui obſtupeſcit, privatur animi præſentiâ, conſiliis &c. & ſe inſtar fluvii exiccati habet, cui deeſt aqua. *Stupere* autem vel *obſtupeſcere* ſignificat, Jer. 2, 12.

חָרֵב m. *Siccus; Vaſtus, Deſolatus.* Fœm. חֲרֵבָה *Vaſtata*, Neh. 2, 3. Plur. הֶחֳרֵבוֹת *Deſolatæ, Vaſtatæ*, Ezech. 36, 35. (ֵ) cum (ֶ) alternante.

1) Generatim in concreto involvit *conſumtionis & privationis* notionem. Inde 2) ſpeciatim α) *propriè* notat *exiccatum, aridum*, quod dicit conſumtionem & privationem humoris. Ita dicitur de buccellâ panis, Prov. 17, 1. de Mincha, Levt. 7, 10. β) Metaphoricè ſignificat *vaſtatum, deſolatum*, importans conſumtionem & privationem ornamentorum, urbium, ædium, incolarum, domorum, opum &c. Jer. 33, 10. 12. Ezech. 36, 35. 6. Hag. 1, 4. 9.

חֹרֶב m. *Siccitas; Vaſtitas, Deſolatio, Æſtus.* וַיְהִי חֹרֶב אֶל־הַגִּזָּה Fuit enim *ſiccitas* ſuper vellere, Jud. 6, 39. עָרֵי חֹרֶב Urbes vaſtitatis, i. e. *vaſtatæ*, Jeſ. 6, 4. בַיּוֹם אֲכָלַנִי חֹרֶב Interdiu conſumebat me *æſtus*, Gen. 31, 40.

1) Generatim notat *conſumtionem & abſentiam.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſiccitatem*, quæ abſentiam humoris importat, Devt. 28, 22. Jud. 6, 37. 39. 40. β) *Tropice* 1) *Metonymicè* notat *æſtum*, qui humorem abſumit. Æſtus enim ſiccitatis cauſa eſt, Gen. 31, 40. Jeſ. 4, 6. c. 25, 4. Jer. 31, 40. c. 36, 30. 2) *Metaphoricè* notat *vaſtitatem, deſolationem*, quâ urbes aliæve res vaſtantur, Jeſ. 61, 4. Ezech. 29, 10. Zeph. 2, 14.

חֹרֵב m. *Choreb*, eſt nomen proprium montis à *ſiccitate & vaſtitate* ſic dicti, qui aliàs dicitur סִינַי quam vocem vide infra.

חֶרֶב f. *Gladius*, à *conſumendo & vaſtando* ſic dictus, quia eſt inſtrumentum conſumtionis & vaſtationis; item *Culter, Cælum.* לְפִי חָרֶב Ore vel mucrone *gladii*, Exod. 17, 13. כְּחֶרֶב חַדָּה Sicut *gladium acutum*, Jeſ. 49, 2. Cum Suff. אָרִיק חַרְבִּי Evaginabo *gladium* meum, Exod. 15, 9. חַרְבְּכֶם *Gladius* veſter, Jer. 2, 29. Plur. חֲרָבוֹת *Gladii*, Pſalm. 59, 8. In Statu conſtr. חַרְבוֹת גִּבּוֹרִים *Gladii* fortium, Ezech. 32, 12. Cum Suff. בְּחַרְבוֹתָם *Gladiis ſuis*, Ezech. 16, 40.

 1) Ge-

1) Generatim notat *rem conſumentem*, *perdentem & privantem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *gladium*, qui eſt inſtrumentum bellicum, Exod. 5, 21. c. 17, 13. Num. 19, 16. c. 21, 25. c. 22, 29. Devt. 13, 15. c. 20, 13. c. 32, 25. Joſ. 6, 21. &c. β) *Tropicè* 1) *Synecdochicè* notat *qualibet arma bellica*, ſeu univerſum apparatum bellicum, Pſalm. 44, 7. Et juxta Autorem libri *Ohel Moed*, deſignat omnem rem, quæ ſcindit, ſive *ferrum* fuerit, ſive *lapis durus*. Unde hoc nomine venit non ſolum culter, Joſ. 5, 2. 3. ſed etiam *celum*, *malleus*, 2. Chron. 34, 6. 2) *Metonymicè* notat *bellum*, *cædem*, & *vim hoſtilem*, quæ gladiis peraguntur, Exod. 5, 3. c. 18, 4. Lev. 26, 6. 2. Sam. 12, 10. Pſalm. 144, 10. Jeſ. 1, 20. Jer. 14, 12. 13. 15. 16. c. 43, 11. Ezech. 21, 8. 9. 10. 3) *Metaphoricè* notat *a*) *rem noxiam & illætabilem*, e. g. *dolores acutiſſimos*, quibus aliquis transfigitur, Pſalm. 22, 21. conf. Luc. 2, 35. *linguam maledicam & virulentam*, Job. 5, 15. Pſalm. 55, 22. Pſalm. 57, 5. Pſalm. 59, 8. Pſalm. 64, 4. *b*) *Rem penetrantem & valde efficacem*, Pſalm. 149, 6. Mich. 5, 5.

חָרָבָה f. *Siccitas*, *Siccum*, *Locus ſiccus*. Novies legitur, & eſt formæ יַבָּשָׁה, Dageſch forti ex ר extruſô, & per vocalem longam (ָ) compenſatô. וְנָתַתִּי יְאֹרִים חָרָבָה Tum dabo fluvios *ſiccitatem*, i. e. ſiccos, Ezech. 30, 12. בֶּחָרָבָה In *ſicco*, Gen. 7, 22. Joſ. 3, 17. 2. Reg 2, 8. לֶחָרָבָה In *ſiccum*, Exod. 14, 21.

חָרְבָּה f. *Vaſtatio*, *Vaſtitas*, *Deſolatio*. וְעָרֵיכֶם יִהְיוּ חָרְבָּה Et urbes veſtræ erunt *vaſtatio*, i. e. *vaſtatæ*, Lev. 26, 23. וַתְּהִי אַרְצְכֶם לְחָרְבָּה Et facta eſt terra veſtra in *vaſtitatem*, i. e. plane devaſtata eſt, Jer. 44, 22. וְהָיְתָה אֶרֶץ־מִצְרַיִם לִשְׁמָמָה וְחָרְבָּה Et erit terra Ægypti in *deſolationem & vaſtitatem*, i. e. vaſtatiſſima, Ezech. 29, 9. Duo enim Synonyma intendunt ſignificationem. Plur. חֳרָבוֹת *Vaſtitates*. נִבְנֶה חֳרָבוֹת Ædificabimus *vaſtitates*, i. e. loca vaſtata, Mal. 1, 4. עַל־חֳרָבוֹת נוֹשָׁבוֹת Super *vaſtitates* habitatas, i. e. ſuper loca, quæ antea quidem vaſta fuerunt, nunc autem iterum à quibusdam habitantur, ceu Kimchi & R. Salomon explicant, Ezech. 38, 12. In Statu conſtr. לְחָרְבוֹת עוֹלָם In *vaſtitates* ſeculi, i. e. ſempiternas, perpetuas, Jer. 25, 9. Cum Suff. חָרְבוֹתֶיהָ *Vaſtitates* ejus, Jeſ. 44, 26.

1) Generatim importat *conſumtionem & privationem*. 2) Speciatim α) *proprie* notat *vaſtitatem* vel *deſolationem*, quâ incolæ extremè deperduntur, liberis opibusque privantur, & urbium non niſi rudera relinquuntur, Lev. 26, 31. 33. Jeſ. 52, 9. c. 58, 12. c. 61, 4. Jer. 26, 16. c. 44, 22. Ezech. 35, 4. β) *Metonymicè* deſignat *locum vaſtatum*, *vaſtum*, Jeſ. 44, 26. c. 48, 21. Ezech. 13, 4.

חַרְבוֹנִים m. pl. *Siccitates*. Tantum legitur in Statu conſtr. בְּחַרְבֹנֵי קַיִץ In *ſiccitates* æſtatis, i. e. æſtivas, Pſ. 32, 4.

חָרַג *Horruit*, *Contremuit*. Occurrit ſaltem in Fut. וְיַחְרְגוּ Et *contremiſcent*, i. e. contremiſcentes prodibunt, Pſalm. 18, 4.

חַרְגֹּל

חַרְגֹּל m. *Canbarus.* Aliis eſt *locuſta* ſpecies. Unde hoc nomen deſcendat, *Hebræi* neſciunt. Majus ex Arabica lingua ejus petit originem, ubi חרגל notat *longus fuit, explevit rectam ſeriem.* Unde חַרְגֹּל ipſi ſignificat *agmen equorum & locuſtarum.* Legitur Lev. 11, 22.

חָרַד *Tremuit, Contremuit, Trepidavit, Perterritus, Exterritus fuit; Sollicitus fuit, trepidè accurrit; Motus, Commotus fuit.* Conſtruitur intervenientibus particulis אֶל & אַחַר vel אַחֲרֵי. וְחָרַד וּפָחַד Et *trepidavit* & pavebit, Jeſ. 19, 16. וְכָל־הָעָם חָרְדוּ אַחֲרָיו Et totus populus *trepidarunt* poſt eum, 1. Sam. 13, 7. Fut. וַיֶּחֶרְדוּ אִישׁ אֶל־אָחִיו לֵאמֹר Et *trepidarunt* unus ad alterum, i. e. trepidè ſe vertit unus ad alterum dicendo, Gen. 42, 28. וַיֶּחֶרְדוּ זִקְנֵי הָעִיר לִקְרָאתוֹ Ideò *trepidabant,* i. e. trepidè accurrebant Seniores in occurſum ejus, 1. Sam. 16, 4. Vid. Oſ. 3, 5. c. 11, 11. Hiphil הֶחֱרִיד *Terruit, Perterrefecit, Exterruit, Deterruit, Perculit.* וְאֶת־הַמַּחֲנֶה הֶחֱרִיד Et caſtra *perterruit,* Jud. 8, 12. Inf. לְהַחֲרִיד Ad *terrendum,* Ezech. 30, 9. Part. מַחֲרִיד *Terrens,* Lev. 26, 6. Zeph. 3, 13.

1) Generatim notat *commotionem aliquam,* ſive *ſit animi,* ſive *ſit corporis,* ſive *alterius cujuſdam rei,* ſive oriatur ex ſollicitudine & curâ, ſive ex metu alicujus mali. Unde 2) ſpeciatim notat α) *anxium & ſollicitum eſſe.* Ita legitur de piâ & officioſâ Sunanimitidis, hoſpitæ Eliſæi curâ & anxia ſollicitudine in eo excipiendo, 2. Reg. 4, 13. cujus veſtigia legit Martha, Luc. 10, 40. 41. quando ſuſcepit Jeſum. Sed Seb. Schmidius interpretatur de *honore reverentiæ* ſive *inferioris erga ſuperiorem,* & dictum locum ita reddit: *En reverita nos es omni reverentia hac, quid petis ad faciendum tibi?* β) Deſignat *trepidationem* & *terrorem,* etſi pro diverſitate conjugationum diverſimodè. Scilicet in Kal 1) ſi ſermo eſt de *hominibus,* indigitat tàm *vehementiorem animi motum, ex metu alicujus mali enatum,* quàm *trepidum motum corporis, quò quis territus ita contremiſcit, ut continuò motu agitetur, nec locò ſubſiſtere queat, ſed è loco in locum feratur.* Ita legitur de tremore fratrum Joſephi, Gen. 42, 28. Iſraelitarum, cum Deus in montem Sinai deſcendiſſet, Exod. 19, 16. adventante hoſte, 1. Sam. 13, 7. Boaſi, neſcientis accubitum mulieris, Ruth. 3, 9. Abimelechi, adveniente Davide, 1. Sam. 21, 2. Saulis, cujus cor viſô Philiſtæorum exercitu valde cohorreſcebat, 1. Sam. 28, 5. Elihu, cujus cor audito Dei tonitru trepidabat, & è loco ſuo ſubſiliebat, Job. 37, 1. Vocatorum Adoniæ, qui perlatâ famâ de Salomonis ad regium culmen evectione cohorreſcebant, 1. Reg. 1, 49. 2) Sin autem ſermo eſt de aliis rebus, notat *ſaltem vehementiorem motum,* quô agitatæ contremiſcunt & trepidant, Exod. 19, 18. In Hiphil notat *terrorem* vel *pavorem incutere, perterrefacere, terrefaciendo in fugam conjicere,* vel *abigere.* Ita dicitur tùm in ordine ad *homines,* quos alii terrefaciunt, & terrefaciendo in fu-

gam conjiciunt, Lev. 26, 6. Jud. 8, 12. 2. Sam. 17, 2. Jer. 30, 10. c. 46, 27. Ezech. 39, 26. Mich. 4, 4. Zeph. 3, 13. tum in ordine ad bruta, quæ incuſſo terrore abiguntur, werden geſcheucht/ Devt. 28, 26. Jer. 7, 33.

חָרֵד m. *Trepidus*, *Tremens*, *Trepidans*. Deſignat commotionem tàm *corporis*, quàm *animi*. הָיָה לִבּוֹ חָרֵד Erat cor ejus *trepidans* ſuper arcâ, 1. Sam. 4, 13. חָרֵד עַל־דְּבָרִי *Timens* propter verbum meum, Jeſ. 66, 2. Vid. Jud. 7, 3. Eſr. 9, 4. Plur. הַחֲרֵדִים *Trepidantes*, Eſr. 10, 3. Jeſ. 66, 5. Sæpius non legitur.

חֲרָדָה f. *Tremor*, *Trepidatio*, *Sollicitudo*, Gen. 27, 33. וַיֶּחֱרַד יִצְחָק חֲרָדָה גְּדֹלָה עַד־מְאֹד Et contremuit Iſaac *tremore* magnô nimium, i. e. tremore maximô & prorſus incredibili. Nomen enim Conjugatum verbi ſui ſignificationem intendit. קוֹל חֲרָדָה שָׁמָעְנוּ Vocem *trepidationis* audivimus, i. e. vocem, quæ nos trepidare facit, Jer. 30, 5. In Statu conſtr. חֶרְדַּת אָדָם *Trepidatio* hominis, Prov. 29, 25. Plur. חֲרָדוֹת *Trepidationes*, Ezech. 26, 16.

1) Generatim infert *aliquam commotionem*, ſive ſit *corporis*, ſive ſit animi, undecunque enaſcatur. 2) Speciatim α) denotat *anxiam trepidationem & conſternationem* ex metu mali, vel aliunde ortam, Gen. 27, 33. 1. Sam. 14, 15. Prov. 29, 25. Jeſ. 21, 4. Jer. 30, 5. Ezech. 26, 16. Dan. 10, 7. conf. 1. Sam. 14, 15. ubi *trepidatio Dei* eſt trepidatio maxima à Deo hoſtibus immiſſa. Nomina enim divina magnitudinem & excellentiam quidem inferunt, aſt nonniſi conſequenter & ſecundariò, quia, quod extra ordinem à Deo fit, non poteſt eſſe niſi ſummum & eximium. Proinde ſignificatio cauſalis & primaria non debet negligi. β) Denotat *piam & ſollicitam curam pro amicis*, 2. Reg. 4, 13. Sed Seb. Schmidio hîc *reverentiam* ſignificat. Sæpius non legitur.

חָרָה *Arſit*, *Exarſit*, *Ferbuit*. Regit Accuſativum perſonæ communiter intercedente בְּ. Imperſonaliter autem & reciprocè adhibitum conſtruitur cum Dativo. חָרָה אַף יְהוָה בְּעַמּוֹ *Exarſit* ira Domini contra populum ſuum, Jeſ. 5, 25. הַהֵיטֵב חָרָה לָךְ Num juſtè *exarſit* ira tibi? Jon. 4, 4. Inf. וְאִם חָרֹה יֶחֱרֶה לוֹ Sin verò *excandeſcendo excandeſcet* ei ira, h. e. ſin verò totus irâ *exardeſcet*, ut nonniſi flammas ſpiret, 1. Sam. 20, 7. בַּחֲרוֹת אַפָּם בָּנוּ In *ardere*, i. e. *cum arderet* ira eorum contra nos, Pſalm. 124, 3. Fut. לָמָּה יְהוָה יֶחֱרֶה אַפְּךָ בְּעַמֶּךָ Quare Domine *accendetur* ira tua contra populum tuum, Exod. 32, 11. Sed Gen. 18, 30. eſt יִחַר *Accendetur*, tertiâ radicali per Apocopen reſectâ. Et cum ו Converſivo. וַיִּחַר לְקַיִן מְאֹד Et *accenſus eſt* Kaino ardor iræ valde, Gen. 4, 5. Niphal נֶחֱרָה *Irâ accenſus eſt*. נִחֲרוּ בִי Irâ *accenſi ſunt* contra me, Cant. 1, 6. Hiphil הֶחֱרָה *Ardere*, vel *exardeſcere fecit*, *Accendit*; item *Exarſit*. Fut. וַיַּחַר עָלַי אַפּוֹ Et *accendit* contra me iram ſuam, Job. 19, 11. ה per Apocopen reſectô. Hithpael הִתְחָרָה *Accenſus eſt*; *Accendit*

Digitized by Google

cendit ſe ipſum. Fut. אַל־תִּתְחַר Ne *irâ accendaris*, Prov. 24, 19. tertia radicali ה per Apocopen reſectâ.

1) Generatim ſignificat *accendi* vel *ardere.* 2) Speciatim α) *propriè* eſt *ignis* & *rerum uſtibilium.* Sed ſic non legitur. β) *Metaphoricè* transfertur ad *animum*, deſignans 1) *gravem animi indignantis æſtum*, ubi quis totus ferme in flammas vertitur, ob rei injucunditatem, turpitudinem & fœditatem accenſum. Ita tribuitur α) *Deo*, tùm additâ voce אַף *ira*, Exod. 4. 14. c. 32. 11. Num. 11, 10. 33. c. 12, 9. c. 22, 22. Devt. 6, 15. c. 7, 4 c. 11, 17. Joſ. 23, 16. 2. Sam. 6, 7. c. 24, 1. 2. Reg. 13, 3. c. 23, 26. 1. Chron. 13, 10. 2 Chron. 25, 15. Job. 42, 7. Pſalm. 106, 40. Jeſ. 5, 25. Hoſ. 8. 5. Zach. 10, 3. tùm ſine eâ, quæ tamen in verſione ſuppleri debet, Gen. 18, 30 32. 2. Sam. 22, 8. Pſalm. 18, 8. Hab. 3, 8. *b*) *Homini*, tùm adjectâ voce אַף *ira*, Gen. 30, 2. c. 39, 19. c. 44, 18. c. 45, 5. Exod. 32, 19. 22. Num. 22, 27. c. 24, 10. Job. 32, 2. 3. Pſalm. 124, 3. tùm ſine eâ, quæ tamen in verſione ſupplenda eſt, Gen. 4, 5. c. 31, 35. 36. c. 34, 7. 1. Sam. 20, 7. 2. Sam. 10, 43. Jon. 4, 4. 9. 2) *Ingentem animi commotionem ac dolorem*, ut idem ſit ac *dolore*, vel *triſtitiâ affici*, 2. Sam. 6, 8. 1. Chron. 13, 11. 3) *Fervorem ac ſtudium rei* vel *operis faciendi*, Neh. 3, 20.

חֳרִי m. *Ardor*; Occurrit Exod. 11, 8. Devt. 29, 24. 1. Sam. 20, 34. 2. Chron. 25, 10. Jeſ. 7, 4. Thren. 2, 3. Sed ubique combinatur cum voce אַף *ira*, ad deſignandam *iræ magnitudinem & gravitatem.*

חָרוֹן m. *Ardor*; *Excandeſcentia, Exarſio, Aduſtio*; *Aduſtus.* וְאַתֶּם מוֹסִיפִים חָרוֹן Et vos augetis *iram*, Neh. 13, 18. כְּמוֹ חַי כְּמוֹ חָרוֹן יִשְׂעָרֶנּוּ Quem ſive vivum, ſive *aduſtum* propellet, Pſalm. 58, 10. In Statu conſtr. חֲרוֹן אַף *Ardor* iræ, i.e. ardentiſſima ira, Num. 25, 4. Cum Suff. חֲרוֹנִי *Excandeſcentia* mea, Ezech. 7, 14. בַּחֲרוֹנוֹ In *æſtu* iræ ſuæ, Pſalm. 2, 8. Plur. חֲרוֹנִים *Ardores.* Cum Suff. חֲרוֹנֶיךָ *Excandeſcentiæ* tuæ, Pſalm. 88, 17.

1) Generatim denotat *ardorem* vel *excandeſcentiam.* 2) Speciatim α) *propriè* competit *igni*, unde *eſt aduſtio* rei uſtibilis e.g. rhamni, Pſalm. 58, 10. β) *Tropicè* 1) *Metaphoricè* transfertur ad deſignandum, *iræ divinæ fervorem & excandeſcentiam*, vel abſolutè, Exod. 15, 7. Neh. 13, 18. Pſalm. 2, 8. Ezech. 7, 12. 14. vel additâ voce אַף *ira*, ut *vehementia & gravitas iræ divinæ* indigitetur, Exod. 32, 12. Num. 25. 4. c. 32, 14. Devt. 13, 17. Joſ 7, 26. 1. Sam. 28, 18. 2. Reg. 23, 26. 2. Chron. 28, 11. 13. c. 29, 10. c. 30, 8. Eſr. 10, 14. Job. 20, 23. Pſalm. 69, 25. Pſalm. 78, 49. Pſalm. 85, 4. Jeſ. 13, 13. Jer. 4, 8. 26. c. 12, 13. c. 25, 37. 38. c. 30, 24. c. 49, 37. c. 51, 45. Thren. 1, 12. c. 4, 11. Hoſ. 11, 9. Zeph. 2, 2. c. 3, 8. Nah. 1, 6. Jon. 3. 9. 2) *Metonymicè* notat *plagas* ex irâ divinâ immiſſas, Pſalm. 88, 17. Sæpius non legitur.

חָרַז *Fixit*, *Perforavit*, *perforando in ordinem collegit & compoſuit*, ut certo numero & ordine res cohæreant. Ita in Præfat. libr. Akeda legitur.

Digitized by Google

gitur: אית דירע למחרוז ולא ידע למקרח h. e. *Eſt, qui novit colligere, diſponere, filo indere margaritas, ſed non novit perforare eas.* הוינא דרוזא ואנא הוינא קרוחא Ego fui colligens, & etiam fui perforans, germanicè anfaſſen. Vid. Buxtorff. Lex. Talmud. Inde eſt

חָרוּז m. *Ordo, Series certarum rerum, ordine & numero collectarum.* חרוז מרגליות *Series margaritarum in filo collectarum.* Eine Perlen-Schnur. Legitur ſaltem in Plurali Cant. 1, 10. צַוָּארֵךְ בַּחֲרוּזִים Collum tuum in *torquibus* vel *monilibus*, i. e. collum tuum ornamento ex margaritis & lapidibus pretioſis ordine collectis & diſpoſitis ornatum eſt. R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi hanc vocem ita interpretatur: הם אבנים טובות מרגליות נקובות מחוברות בחוט h. e. חֲרוּזִים ſunt lapides pretioſi, margaritæ perforatæ, & in filo conſociatæ.

חָרַט *Pœnituit*, apud Chaldæos; *Sculpſit* apud Syros; *Tornavit, Rotundavit*, apud Arabes, cum ח punctatô.

חֶרֶט m. *Stilus, Cælum, Marſupium*, quia & ſtilo & marſupio conica eſt figura. בְּחֶרֶט אֱנוֹשׁ Et ſcribe ſuper eô *ſtilo* hominis, Jeſ. 8, 1. Hûc ferè communiter refertur illud, Exod. 32, 4. וַיָּצַר אֹתוֹ בַּחֶרֶט Et formavit illud *ſtilo* vel *cælo*, & fecit ex eô vitulum fuſilem. Sed rejicit hanc interpretationem Bochartus in Hieroz. P. I. Lib. 2. c. 34. p. 335. inquiens: *Quomodo fuſile dicatur, quod cælo formatum eſt? Aut cælo formari vitulus, qui ad ignem in typo fuſus eſt? Unde eſt, quod Moſi dicit Aaron v. 24. Aurum tibi conjeci in ignem, prodiit iſte vitulus* &c. Mavult autem ſignificationem *marſupii*, & verba Moſis ita interpretatur: *Et è manu eorum acceptum illud aurum in marſupio recondidit, & fecit ex eô fuſilem vitulum.* Sæpius non legitur.

חֲרִיטִים m. pl. *Loculi, Marſupia*, 2. Reg. 5, 23. item *Aciaria, Mulierum acus crinales*, Haar-Nadeln/ Jeſ. 3, 22. Sæpius non occurrit.

חַרְטוֹם m. *Magus.* Plur. חַרְטֻמִּים *Magi*, Dan. 1, 20. c. 2, 2. In Statu conſtr. חַרְטֻמֵּי מִצְרָיִם *Magi* Ægypriorum, Gen. 41, 8. Exod. 8, 3. Originatio autem hujus vocis variè traditur. Füllerus lib. 5. Miſc. Sacr. c. 1. derivat ex חָרַט quia *Arioli in incantationibus ſuis ſuperſtitioſos characteres & figuras adhibere ſoliti fuerunt.* R. Saadias deducit ex חר *Foramen*, & אָטַם *Clauſit*, quia Magi ex arboris obturato foramine divinationes ſuas elicere conſveverunt, velut ex Dodonæâ quercu. Ita enim hic ad Dan. 1, 20. commentatur: היו נוקבים חור באילן ומכניסין בו דבר כשפין אוטמין אותו והוא מגיד להם כל דבר h. e. *Perforabant arborem, & in foramine aliquid ponebant ad divinationes pertinens, eoque obſtructo id quidvis iis revelabat.*

Sed

Digitized by Google

Sed Bochartus in Hieroz. P. II. Lib. IV, c. 18. p. 580. deducit ex Arabum طَمْطَمَ *Murmuravit, ignotæ linguæ verba protulit*, quod Chaldaicè notat *Incantavit*, Devt. 18, 11. Pſalm. 58, 6. mutatô ן in ט, & aſpiratione initiali, quæ perierat, redeunte. Unde חַרְטֹּם ipſi eſt ἐπαοιδός *Incantator*. Sed ferè durior videri poterat hæc Bocharti deductio. Unde ſunt, qui Füllero accedere malunt.

חֲרִיוֹנִים m. pl. *Excrementa columbarum*, vide infra in חרר.

חָרַךְ *Aduſſit*. Semel legitur in Fut. Prov. 12, 27. לֹא־יַחֲרֹךְ Non *aduret*, aſſando ſcilicet. Sed ſi conjugatam vocem חֲרַכִּים attendas, non ineptè *concludendi* ſignificationem huic radici aſſignabis, ut hic enaſcatur ſenſus: *Venationem, ſeu quod venando cepit, non concludet vel aſſervabit clathris vel cancellis*. Vid. Fülleri Miſcell. Sacr. Lib. 1. c. 13.

חֲרַכִּים m. *Clathri, Cancelli*, à *concludendo* ſic dicti. Saltem extat Cant. 2, 9.

חָרַל *Uſſit*. Inde eſt

חָרוּל m. *Urtica*, ab urendo ſic dicta, Job. 30, 7. Zeph. 2, 9. Plur. חֲרֻלִּים *Urticæ*, Prov. 24, 31.

חָרַם *Anathemati obnoxius eſt* &c. In Kal non legitur. In Hiphil eſt. הֶחֱרִים *Anathematizavit, anathemati ſubjecit, internecioni* vel *perditioni devovit, devotum effecit, conſecravit, excîdit, deſtruxit*. הֶחֱרִים אֵת־כָּל־יֹשְׁבֵי הָעָי׃ *Devotioni* vel *internecioni dedit* omnes incolas Ai, Joſ. 8, 26. וְאֶת־עֲמָלֵק הֶחֱרַמְתִּי Et Amalekum *devotioni dedi*, 1. Sam. 15, 20. Sed cum ו converſivo eſt וְהַחֲרַמְתִּי *Et devovebo*, Num. 21, 3. Infin. הַחֲרִים *Devovere*, 2. Chron. 20, 23. Sed Jer. 50, 21. eſt הַחֲרֵם, (ֵ.) cum (..) alternante. Fut. אַל־תַּחֲרִימוּ Ne *devotionem cauſetis*, ne *faciatis vosmet ipſos anathema*, Joſ. 6, 18. Hophal הָחֳרַם *Devotus eſt*. Fut. יָחֳרַם *Devovebitur*, Lev. 27, 29.

1) Generatim notat *ſeparare, removere vel privare*, quam ſignificationem Arabica corroborat lingua. 2) Speciatim ſignificat α) *Deo conſecrare, dicare*, quia, quæ Deo conſecrantur, & dicantur, à communi uſu ſeparantur & removentur, Lev. 27, 28. Mich. 4, 13. β) Funditus *extirpare, internecioni dare, diſperdere, excindere*; quia, quicquid funditus extirpatur, internecioni datur, diſperditur & excinditur, id à communi conſortio ſeparatur, è medio removetur, vitâ privatur &c. Num. 21, 3. Devt. 3, 6. c. 7, 2. c. 20, 17. Joſ. 2, 10. c. 8, 26. c. 10, 28. 35. 40. c. 11, 11. 12. 20. 21. 1. Sam. 15, 18. 20. 1. Reg. 9, 21. 2. Chron. 20, 23. Jeſ. 11, 15. Jer. 25, 9. c. 50, 21. Dan. 11, 44.

חֵרֶם vel חֶרֶם m. *Devotum, Res devota, Anathema; Rete, Sagena, Plaga*. כָּל־חֵרֶם Omne *devotum*, Num. 18, 14. וְחֵרֶם לֹא־יִהְיֶה עוֹד

Et *anathema* non erit amplius. Zach. 14, 11. Cum Suff. בְּחֶרְמוֹ *Sagenâ ſua*, Hab. 1, 15. Plur. חֲרָמִים *Retia*, Ezech. 26, 5.

1) Generatim innuit *ſeparationem* vel *remotionem*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *devotionem*, quâ aliquid à conſortio aliorum ſeparatur, vel è medio removetur atque excinditur, 1. Reg. 20, 42. Jeſ. 34, 5. confer verſum 2. hujus capitis. *β*) *Tropicè* per Metonymiam denotat 1) *Objectum devotionis*, ſeu *rem, quæ devovetur.* Sed tunc accipitur *vel* pro *re* quæ Deo dicata & conſecrata fuit, Lev. 27, 28. 29. Num. 18, 14. *vel* pro *re*, quæ deteſtanda, execranda, excindenda, & ſic è medio removenda eſt, Devt. 7, 26. Duplicem hanc ſignificationem reſpicit Seldenus lib. 4. de Jure Nat. & Gent. juxta Diſcipl. Ebr. c. 7. p. m. 520. *Interdum*, inquiens, *denotat rem pietatis ergò Numini ſacratam, interdum diris onuſtam.* 2) *Inſtrumentum ſeparationis*, nempe *rete*, quô piſces à conſortio reliquorum ſeparantur, & ab aquæ uſu removentur, Eccl. 7, 26. Ezech. 26, 5. 14. c. 32, 3. c. 47, 10. Hab. 1, 15. 17.

חָרוּם m. *Curtus membris; privatus* debitâ membrorum quantitate, Lev. 21, 18. Oppoſitum eſt שָׂרוּעַ *Superfluus membris*, aut habens unum altero majus membrum, juxta Aben-Eſram.

חֶרְמוֹן m. *Hermon*; nomen montis celebratiſſimi, *ſeparationem ab aliis indigitantis*; ſitus enim eſt in finibus ſeptentrionalibus terræ Iſraeliticæ trans Jordanem, & perpetua nive per æſtatem tegitur. Zidonii eum vocant *Schirion*, Emoræi autem *Senir*, Devt. 3, 9.

חֶרְמֵשׁ m. *Falx meſſorum*, quâ fruges *abſcindendo* ab agris *removentur.* Legitur ſaltem, Devt. 16, 9. c. 23, 26.

חָרַס *Siccus, Aridus fuit*; & tranſitivè *ſiccum* vel *aridum fecit*, juxta non neminem. Sed in uſu non eſt. Inde eſt

חֶרֶס m. *Sol*; ſic dictus, quia æſtu ſuô terram *reddit aridam & ſiccam*; *Prurigo*, ſcabiei ſpecies, eaque *ſicca.* Sed teſte Robertſonio aliis חֶרֶס eſt *Coruſcatio*, & *propriè* dicitur de *ſole coruſcante*, quando radios ſuos ſpargit; *figuratè* autem de *ulcere tumeſcente & coruſcante*, inſtar ſpeculi aut ollæ cruſtratæ. De *prurigine* legitur Devt. 28, 27. aſt de *Sole* occurrit, Jud. 8, 13. Job. 9, 7. Sed Jud. 14, 18. eſt חַרְסָה cum ה Paragogico.

חַרְסוּת f. *Solaris.* Semel legitur Jer. 19, 2. שַׁעַר הַחַרְסוּת Porta *ſolaris*, i. e. Orientalis. Maſorethæ legunt הַחַרְסִית. Sed quid obſtat, quô minus juxta literas legas חַרְסוּת ad formam מַלְכוּת *Regnum.*

חָרַף *Exprobravit, Probris affecit, Probro expoſuit; Cum ignominia, vel opprobriis provocavit.* Infin. בְּחָרְפָם בַּפְּלִשְׁתִּים *In provocare eos*, i. e. quum *cum ignominiâ provocarunt* Philiſtæos, 2. Sam. 23, 9. Part. חֹרְפִי *Probrô afficienti me*, Pſalm. 119, 42. Fut. יְחָרֵף *Probro exponet*, Job.

Digitized by Google

Job. 27, 6. Niphal נֶחֱרַף *Probrò affectus eſt, Probro expoſitus eſt.* Part. Fœm. נֶחֱרֶפֶת *Probro cujuſque expoſita*, Lev. 19, 20. Judæorum Doctoribus eſt *deſponſata*; unde etiam Talmudiſtis חֲרִיפַת *Deſponſatam* notat. Seb. Schmidius ita reddit: *Cum illa ſit ancilla emancipata viro.* Sed Aben-Eſra primæ ſubſcribit expoſitioni. Piel חֵרֵף *Probrò affecit, probroſè expoſuit, cum probró provocavit.* חֵרֵף נַפְשׁוֹ לָמוּת *Probroſè expoſuit* animam ſuam ad moriendum, i. e. vitam ſuam periculo mortis expoſuit, eam quaſi nihili habens, Jud. 5, 18. חֵרְפוּנִי אֹיְבָי *Probrò affecerunt* me hoſtes mei, Pſalm. 42, 11. Infin. לְחָרֵף Ad *afficiendum probrò*, Jeſ. 37, 4. Fut. אֲחָרֵף *Probró afficiam.* יְחָרְפֵנִי *Probro afficiet* me, Pſalm. 58, 13.

1) Generatim notat *probroſam tractationem* ſive *perſonæ*, ſive *rei*. Unde 2) ſpeciatim *α*) *propriè* eſt *conviciari, probrò aliquem afficere, vel verbo vel facto exiſtimationem alicujus imminuere, probro exponere, aliquid turpe & ad contemtum faciens alicui objicere.* Ita adhibetur *tùm* in ordine ad *Deum*, quem improbi conviciantur, quando eum impiè blaſphemant, *contemtim de Deò loquuntur, ejus majeſtatem atque potentiam profano ore deludunt* &c. 2. Reg. 19, 4. 16. 2. Chron. 32, 17. Pſalm. 69, 10. Pſalm. 74, 10. 18. Prov. 14, 31. c. 17, 5. Jeſ. 37, 4. 7. 23. 24. *tùm* in ordine ad *hominem alium*, qui probro & conviciis proſcinditur. Ita dicitur de incolis Succoth Gideonem probroſè tractantibus, Jud. 8, 15. de inimicis Davidis, ipſum probris afficientibus, Pſalm. 42, 11. Pſalm. 44, 17. Pſalm. 57, 4. Pſalm. 102, 9. Pſalm. 119, 42. de *Moabitis & Ammonitis*, Iſraelitas probro afficientibus, Zeph. 2, 8. 10. de inimicis, qui Parentibus ægre facturi, iis objiciunt liberos malè moratos, peſſimè educatos, &c. Prov. 27, 11. *β*) *Metonymicè* notat 1) *cum probro vel ignominioſè provocare*, ſicut faciebat Goliathus, Iſraelitas deludens & cum opprobrió provocans, 1. Sam. 17, 10. 25. 45. 2. Sam. 21, 21. c. 23, 9. 1. Chron. 20, 7. 2) *Contemnere*, Jeſ. 18, 6. Alii hic exponunt *hiemare*; ſed hanc interpretationem rejicit Seb. Schmidius, & *contemnendi* præfert ſignificationem.

חֹרֶף m. *Hiems*, quaſi *probrum* terræ dicta, quia eam quaſi dehoneſtat & probrô afficit, dum, quicquid tempore æſtivô in eâ germinarat & floruerat, vitiatur atque corrumpitur. Oppoſitum ejus eſt קַיִץ *Æſtas*, ceu patet ex Gen. 8, 22. Quandoque videtur *eam* quoque *anni partem* complecti, quâ arandum & ſeminandum eſt, Prov. 20, 4. niſi d. l. vocem חֹרֶף *impropriè* accipere malis, pro *omnis generis incommodis atque moleſtiis*, quæ otio deditos à laboribus deterrere queunt. *Hiemem* quoque notat Pſalm. 74, 17. Jer. 36, 22. Am. 3, 15. Zach. 14, 8. Item *Juventus*, quæ à *probrò* dici cenſetur, quia hæc ætas multa *probroſè* committere ſolet, vel quia *probro* obnoxia eſſe conſvevit. Niti putatur hæc ratio illô Jeremiæ 31, 19. נָשָׂאתִי חֶרְפַּת נְעוּרָי׃ Portavi *opprobrium* juventutis meæ. In *juventutis* ſignificatione capi ſtatuunt R. Sal. ben Melech. Merco-

Digitized by Google

Mercerus, Coccejus & Lutherus, Job. 29, 4. בִּימֵי חָרְפִּי *In diebus juventutis meæ*, **zur Zeit meiner Jugend.** Tremellius autem vertit: *In diebus hibernorum meorum*, quum inſtar militis ſtationarii in hibernis ſtationibus *requieſcerem* à labore & calamitatibus, Deusque tanquam Dux meus de victu mihi proſpiciebat. Aſt Jac. Guſſetius in Comment. Ling. Ebr. ita interpretatur: *Sicut fuit in diebus opprobrii mei.* h. e. *Quando quodam tempore, cujus ſingulari modo memini, tenebræ & dies opprobrii advenerunt mihi, quibusdam hominibus rebusve ad me obſcurandum ac deturpandum paratis.* Ratio ita interpretandi ei eſt, quia primitiva vocis ſignificatio preſſius retinetur. Fere conſentit Seb. Schmidius, qui *probri* ſignificationem admittit, חָרְפִּי autem pro Infinitivô cum Suff. primæ perſonæ accipit, & locum ita reddit: *Quemadmodum fui in diebus, quibus probro me expoſuit Deus;* per afflictiones ſcilicet, quas patiebatur.

חֶרְפָּה f. *Probrum; Opprobrium.* חֶרְפָּה הִוא לָנוּ *Opprobrium* hoc nobis eſt, Gen. 34, 14. In Statu Conſtr. חֶרְפַּת אָדָם *Probrum* hominis, Pſalm. 22, 7. Cum Suff. אָסַף אֱלֹהִים אֶת־חֶרְפָּתִי Collegit, i. e. abſtulit, removit Deus *opprobrium* meum, Gen. 30, 23. חֶרְפָּתָם *Opprobrium* eorum, Neh. 4, 4. Plur. חֲרָפוֹת *Probra*, Pſalm. 69, 11. In Statu conſtr. וְחֶרְפּוֹת חוֹרְפֶיךָ Et *opprobria* probris afficientium te, Pſalm. 69, 10.

1) Generatim dicit *opprobrium.* 2) Speciatim *α) propriè* ſignificat *convicium*, quô aliquis ignominioſè vel probroſè tractatur, ſeu *dictum*, quod alterius honori atque exiſtimationi adverſatur. Ita dicitur de ſcommatibus, ſannis & injuriis, quibus afficiebantur captivi Judæi, Jer. 51, 51. David, Pſalm. 15, 3. Pſalm. 119, 22. Jeremias c. 15, 15. item Meſſias, Pſalm. 69, 8. 21. *β) Metonymicè* א) deſignat *omne id, quod probro eſt, cedit vel exponitur.* Inde dicitur 1) de *perſonâ*, quæ conviciis, ſcommatibus atque deluſionibus exponitur, e. g. Meſſiâ Pſalm. 22, 7. Pſalm. 31, 12. Pſalm. 89, 42. Pſalm. 109, 25. Davide, Pſalm. 31, 9. Pſalm. 44, 14. Judæis, Pſalm. 79, 4. Ezech. 22, 4. Joel. 2, 19. 2) de *facto*, quod probrô eſt homini, Gen. 34, 14. 1. Sam. 11, 2. 3) de *re*, quæ probroſa & vilis cenſeſetur ac reputatur. Ita Judæis verbum Dei opprobrium factum dicitur, i. e. velut res probroſa, vilis, imò abominanda, à quâ quis abhorret, exiſtimatum fuit, Jer. 6, 10. c. 20, 8. ב) *Contemtum*, quem convicium cauſat vel comitem habet, Dan. 12, 2. ubi in Plurali adhibetur de ſummâ contemtu ac ignominia maximâ damnatorum, quos locô æſtimii ac honoris ſecularis maximum vilipendium, deſpectus atque probrum perpetuò manebunt.

חָרַץ *Movit*, *Motus fuit*, *vel Movit ſe* juxta quoſdam; *Acuit*, vel *alacriter egit*; *Secuit*, *Decidit*, *Præcidit*, *Concidit*, *Excidit*, *Statuit*, *Decrevit.* כֵּן מִשְׁפָּטֶךָ אַתָּה חָרָצְתָּ Juſtum eſt judicium tuum, tu *decidiſti*, 1. Reg. 20, 40. Fut. לֹא יֶחֱרַץ כֶּלֶב לְשֹׁנוֹ Non *movebit*, vel potius *acuet*

Digitized by Google

acuet canis *linguam* ſuam, Exod. 11, 7. Part. Paul חָרוּץ *Deciſus*, *Præciſus*, *Definitus*, *Decretus*. כִּלָּיוֹן חָרוּץ Conſummatio *definita*, Jeſ. 10, 22. Niphal נֶחֱרַץ *Acutus*, *Conciſus*, *Definitus*, *Decretus*, *Deſtinatus eſt*. Part. Fœm. כָלָה וְנֶחֱרָצָה אֲדֹנָי יְהוִה צְבָאוֹת עֹשֶׂה Conſumtionem, eamque *præciſam* Dominus, Dominus exercituum facturus eſt, Jeſ. 10, 23. נֶחֱרֶצֶת שֹׁמֵמוֹת *Deſtinatum* deſolationum, i. e. *deſtinata* erit ſumma deſolatio, Dan. 9, 26.

1) Generatim *movendi* ſignificationem habere cenſetur: Sed ſi vocis hujus uſum, ejusque conjugata expendes, potius in *genere* ſignificare videtur *acutum* eſſe vel *acuere*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *acuere in mucronem* vel *aciem*, quæ obtuſa ſunt. Ita in Part. Paul dicitur de tribula recenti, Jeſ. 41, 15. de ſaxo acuto, Job. 41, 21. & in Fut. de cane, linguam ſuam acuente, ſeu in acumen exerente, eam inter dentes vibrando producente, Exod. 11, 7. Joſ. 10, 21. Vid. Bochart. Hieroz. P. I. lib. 2. c. 55. p. 668. Cui accedit R. Salomon, qui interpretatur לא ישנן *Non acuet*. β) *Tropicè* 1) *Metonymicè* notat *ſecare*, *incidere*, *excidere*, *concidere*, *præcidere*, *abſcindere*, ceu ex derivatis patet. Inde dicitur de mutilô, qui aliquâ corporis parte eſt *conciſus*, Lev. 22, 22. niſi cum Bocharto P. I. lib. 2. c. 46. p. 522. ex Arabiſmo interpretari velis, *capite contuſum*. 2) *Metaphoricè* a) eſt *acriter* vel *alacriter agere*, vel *ſe gerere*, 2. Sam. 5, 24. Inde חָרוּץ denotat *ſolertem*, & *induſtrium*, qui acumine ingenii valet, & alacriter agit, Prov. 10, 4. c. 12, 24. c. 13, 4. c. 21, 5. b) *Decidere*, *decernere*, *definire*, *determinare*. Ita dicitur de definitâ ſententiâ, 1. Reg. 20, 40. de decretâ conſummatione, Jeſ. 10, 22. c. 28, 22. Dan. 9, 26. 27. item de diebus vitæ determinatis, cum aliqua abſciſſione, ut, quum aliàs ſecundum primam naturæ inſtitutionem ſe longius extendiſſent, per divinum decretum aliquam abſciſſionem & decurtationem patiantur, Job. 14, 5.

חָרוּץ m. *Tribula*; *Foſſa*; *Aurum*. בֶּחָרוּץ יְדוּשׁ Tribula trituratur, Jeſ. 28, 27. חָרוּץ נִבְחָר *Aurum* electum, Prov. 8, 10. Plur. בַּחֲרֻצוֹת הַבַּרְזֶל *Tribulis* ferri, i. e. ferreis, Am. 1, 3.

1) Generatim *inciſi* notionem utcunque infert. 2) Speciatim α) ſignificat *Tribulam*; quia plena erat cæſuris ſeu inciſionibus, inſtar inſtrumenti fabrorum ferrariorum, quod *lima* dicitur, & ſuper trituram trahebatur, donec ſpicæ abſcinderentur, & granis excuſſis ſtramen fieret palea, Jeſ. 28, 27. Vid. Raſchi in Jeſ. 41, 15. ubi eadem vox habetur. Conf. Am. 1, 3. β) *Foſſam*, quæ non ſolum fit terram *incidendo*, ſed etiam eſt aliquid terræ *inciſum*, Dan. 9, 25. Sed Geierus dictum locum exponit de *ruderibus*, vel *mutilis laceriſque mœnibus ac ædificiis publicis*. γ) *Aurum*, quod è penetralibus terræ eruitur, eam *incidendo*, Pſalm. 68, 14. Prov. 3, 14. c. 8, 10. 19. c. 16, 16. Zach. 9, 3.

חֲרִיצִים m. pl. *Caſei*, quaſi ex lacte *exciſiones* dicas, 1. Sam. 17, 18. item *Fodinæ*. חֲרִיצֵי הַבַּרְזֶל Et in *fodinas* ferri, 2. Sam. 12, 31. 1. Chron.

Digitized by Google

1.Chron. 20, 3. Communiter hæc redduntur: *Et tribulis ferreis.* Sed quia hæc interpretatio omni fundamentô deſtituitur, & Davidem maximæ crudelitatis incuſat, eam celeb. Dn. D. Danzius in Diſſ. de Davidis in Ammonitas devictos mitigata crudelitate §. 23. p. 26. meritò explodit, ac verba textûs Ebræi ad literam ita reddit: *Et poſuit populum ad ferrum & in ferrifodinas, ac ad ſcalpra ferrea* (in lapicædinis) *poſtquam tranſire feciſſet eos unà cum Rege ſuô.*

חַרְצֹב m. *Vinculum, Nexus.* Bis ſaltem occurrit. Plur. term. Fœm. חַרְצֻבּוֹת לְמוֹתָם *Vincula* ad mortem eorum, Pſ. 73, 4. פַּתֵּחַ חַרְצֻבּוֹת רֶשַׁע Solvendo *vincula* improbitatis, Jeſ. 58, 6.

חַרְצָן m. *Acinus*, à חָרַץ *Acris fuit.* Inde ſaltem legitur Plur. חַרְצַנִּים *Acini*, Num. 6, 4.

חָרַק *Frenduit.* Eſt abominantis aut exſibilantis præ indignatione. Unde adhibetur ad deſignandos hominis furore & irâ correpti geſtus, qui vel dentium ſtridore indicat, ſe ad dilaniandum adverſarium paratum eſſe. חָרַק עָלַי בְּשִׁנָּיו *Frendet* contra me dentibus, Job. 16, 9. Particip. חֹרֵק עָלָיו שִׁנָּיו *Frendens* ſuper eo dentibus, Pſalm. 37, 12. Infin. חָרֹק *Frendere*, Pſalm. 35, 16. pro *frendent*, per Enallagen. Fut. יַחֲרֹק *Frendet*, Pſalm. 112, 10. וַיַּחַרְקוּ שֵׁן Et *frendent* dente, Thren. 2, 16. Sæpius non legitur.

חָרַר *Exarſit, Exuſtus, Aduſtus, Uſtulatus fuit; Liber fuit* apud Chaldæos & Syros; *Perforavit, Excavavit* apud Thalmudiſtas. וְעַצְמִי חָרָה מִנִּי־חֹרֶב Et os meum *exarſit* præ ſiccitate, Job. 30, 30. וְחָרָה נְחֻשְׁתָּהּ Et *adurator* (ferveſcat) æs ejus, Ezech. 24, 11. Niphal נָחַר *Incaluit, Combuſtus, Uſtulatus, Exiccatus fuit.* נָחַר מַפֻּחַ *Incaluit* follis, Jer. 6, 29. Sed Pſalm. 69, 4. eſt נִחַר גְּרוֹנִי *Exiccatum eſt* guttur meum, ex formâ Chaldaicâ, juxta quam vocali ordinariâ ſub Præformativo manente compenſatio literæ abjectæ fit in literâ abjectam præcedente per Dageſch forte, quod interdum ſine compenſatione excidit, ceu videre eſt in נִחַת *Contritus fuit*, Mal. 2, 5. נִחַל *Profanatus fuit*, Ezech. 25, 3. Fut. וַיֵּחַר *Et uſtulatus eſt*, Ezech. 15, Piel Infin. לְחַרְחַר Ad *accendendum*, Prov. 26, 21.

1) Generatim quid ſignificet, ob diverſitatem ſignificationum, quas radix cum derivatis obtinet, vix determinabis. Unde 2) ſpeciatim quid notet, indicandum. Scilicet *α*) *propriè* eſt *igne incaleſcere* vel *exardeſcere*, ut æs ollæ, Ezech. 24, 11. item follis, Jer. 6, 29. ubi tamen *follis incaleſcens, & ignem ſuſcitans*, translatè deſignat *Babylonios*, qui furore accenſi atrociſſimum belli ignem adverſus impiam Judæorum gentem excitaturi, eamque eô conſumturi & perdituri erant. *β*) *Tropicè* א) per *Metonymiam* notat 1) *exiccari*, quia ardor & æſtus ſiccitatem cauſare ſolent. Ita *exiccari* dicitur *guttur* anxia vociferatione, arteriæque aſperæ continuâ commotione, Pſalm. 69, 4. *Oſſa* æſtu anxietatum graviſſimarum,

rum, Pſalm. 102, 4. 2) *Amburi & ad ignem comburi.* Ita dicitur de *titione*, Pſalm. 102, 4. de ligno vitis, Ezech. 24, 4. 5. item oſſibus ollæ immiſſis, Ezech. 24, 10. Inde transfertur ad *oſſa hominis*, quæ præ ſiccitate quaſi ambuſta & contracta videntur, Job. 30, 30. ב) Per *Metaphoram* deſignat 1) *æſtum animi* graviter indignantis, ut idem ſit ac *irâ exardeſcere in aliquem*, Cant. 1, 6. 2) *Conſumtionem impiorum*, per ignem iræ & maledictionis divinæ, Jeſ. 24, 6. 3) *Suſcitationem* rixarum & contentionum, Prov. 26, 21. Sæpius non legitur.

חַרְחֻר m. *Adustio, Inflammatio, Febris ardens.* Eſt genus morbi ardentis præ nimiò calore. Occurrit ſaltem Devt. 28, 22.

חֲרֵרִים m. pl. *Siccitates, Loca ſicca & torrida* ob nimium ſolis æſtum & pluviæ defectum. Extat tantùm, Jer. 17, 16.

חוֹרִים m. pl. *Nobiles, Illuſtres, Liberi.* Coccejo eſt à חָיַר *Albuit*, ut deſignet *viros, albâ ſplendidaq; veſte auctoritatis causâ incedentes, vel alioqu n ſapientiæ virtutumque nomine maximè inſignes, claros aut præ aliis illuſtres*, prout apud Romanos non ſolum *candidati* honores in comitiis ambientes, ſed etiam alii cives honoratiores veſtitu candido utebantur. Vid. Geier. in Eccl. 10. Conf. Maji animadv. & Supplem. Lex. Coccej. Sed alii malunt eam derivare à חָרַר prout Chaldaicè & Syriacè in *Peal* ſignificat *liberum eſſe*, & in *Pael liberum efficere, libertate donare.* Vid. Lex. Buxt. p. 267. Legitur autem hæc vox α) de *Optimatibus*, qui regimini alicujus regionis vel urbis præfecti ſunt, 1. Reg. 21, 8. β) De *Optimatibus*, qui Iſraelitis è captivitate Babylonicâ reducibus præfecti erant, Neh. 2, 16. c. 4, 13. c. 5, 7. c. 6, 17. c. 7, 5. c. 13, 17. γ) De *Nobilibus*, tùm in genere Eccl. 10, 17. tùm in ſpecie de *Nobilibus* Judæ, Jer. 27, 19. c. 39, 6. & Edomi, Jeſ. 34, 12. Sæpius hæc vox non legitur.

חֹר m. *Foramen*, à *perforando & excavando* ſic dictum. Vulgò à חִוֵּר quod Chaldaice ſignificat *albeſcere, candidum eſſe*, quia *candidum* admittit *lumen.* Sed præſtat prior deductio. וַיִּקֹּב חוֹר Et perforabit *foramen*, 2. Reg. 12, 10. Sed Jeſ. 11, 8. eſt חֻר (ו) cum (ֻ) alternante. Plur. חוֹרִים *Foramina*, 1. Sam. 14, 11. סַלֵּי חֹרִי Caniſtra *foraminum*, i. e. foraminoſa, Gen. 40, 16. ubi חֹרִי eſt pro חֹרִים, literâ ם per Apocopen reſectâ. Sed R. Salomon interpretatur: Caniſtra *candida*, ex decorticatis virgulis facta, in quibus placentæ & cruſtulata lautiora deferri ſolent. אֹרְגִים חוֹרָי Texentes *foraminoſa opera*, i. e. retia, Jeſ. 19, 9. ubi חֹרָי eſt pro חֹרִים, ad formam Status conſtructi Syrorum, perinde ut in חַלּוֹנָי *Feneſtra*, Jer. 22, 14. In Statu conſtr. חֹרֵי עָפָר In *foraminibus* vel *cavernis* pulveris, Job. 30, 6. לֶאֱכֹל אֶת־חראיהם Ad comedendum *excrementa ſua*, Jeſ. 36, 12. Puncta ſubſtrata his literis non competunt, ſed reſpiciunt literas marginales צוֹאָתָם *Egeſta ſua.* Scribæ enim ſubſtituere voluerunt aliud vocabulum legendum, quod in auri-

Digitized by Google

auribus honeſtius ſonet. Genuina autem vocis puncta ſunt חֲרָאֵיהֶם vel חֲרֵיהֶם. Nam א adventitium eſt.

1) Generatim & vi originis notat, *quicquid excavati & perforati* rationem habet. 2) Speciatim *α*) *proprie* notat *foramen*, quale eſt in arcâ, 2. Reg. 12, 10. in pariete, Ezech. 8, 7. *β*) *Tropicè* 1) per *Synecdochen* ſpeciei notat *a*) *Cavernam*, in quâ habitant miſeri, Job. 30, 6. ſe occultant bello vexati, 1. Sam. 14, 11. degunt leones, Nah. 2, 13. viperæ, Jeſ. 11, 8. *b*) *Podicem*, foramen ventris poſterioris, unde execrementa exeunt; & per *Metonymiam Subjecti*, deſignat *excrementa & feces ſolidiores*, pleno meatu per anum toto foramine diſtentum erumpentes, Jeſ. 36, 12. prout è contrario d. l. שֵׁינֵיהֶם notat *excrementum liquidius*, quod muſculos anum conſtringentes ſæpius, invito Dominô fallit. Vid. cel. Dn. D. Danzii Literat. ed. 2. §. 6. p. 76. 77. 2) Per *Metonymiam* denotat *rete*, velut *opus foraminoſum*, Ezech. 19, 9.

מַחֲרוֹת m. pl. *Latrinæ*, 2. Reg. 10, 27. וַיְשִׂמֻהוּ לְמַחֲרָאוֹת Et poſuerunt eam in *latrinas*. Puncta, quæ ſubſtrata conſpiciuntur, ſunt aliena, & reſpiciunt literas vocis לְמוֹצָאוֹת tanquam honeſtius in auribus ſonantis, quam Maſorethæ legendam ſubſtituerunt. Punctatio genuina foret מַחֲרוֹת.

חֲרִיוֹנִים m. pl. *Excrementa columbarum*, 2. Reg. 6, 25. Vox conflata dicitur ex duabus, nempe ex חֲרֵי יוֹנִים *Excrementa columbarum*; pro quâ, cum obſcœna videatur, Maſorethæ legendam ſubſtituerunt vocem דִּבְיוֹנִים, *Fluxus columbarum*, quæ compoſita eſt ex דב *Fluxus* & יוֹנִים *Columbæ*. Scilicet Maſoræ conditores honeſtati in legenda & pronuncianda ſcriptura conſulturi, voces in communi & profano uſu obſcœnas cum aliis permutarunt, ne in re ſacra lectoris vel auditoris aures offenderentur; adeoque pro voce, quæ hîc extat, honeſtiorem in margine ſubſtituerunt, quæ pro eâ in Synagogis legenda. Spectat huc axioma Talmudicum Cod. Meg. c. 3. כל המקראות הכתובין בתורה לגנאי קורין אותן לשבח *Omnes voces, quæ in lege ſcriptæ ſunt obſcœnè, honeſtè legunt.* Hinc eſt, quod pro שגל *Coire*, Devt. 28, 30. legunt שכב *Concumbere*, pro עפולים *Morbi ani*, Devt. 28, 27. טחורים *Mariſcæ*; pro מחוראות *Latrinæ*, 2. Reg. 10, 27. מוצאות *Seceſſus*; pro חרים *Stercora*, & שינים *Urinæ*, 2. Reg. 18, 27. צואה *Excrementum*, & מימי רגלים *Aquæ pedum*, & h. l. pro חריונים *Stercora columbarum*, דביונים *Fluxus columbarum*. Bochartus P. II. Hieroz. Lib. 1. c. 7. p. 44. & ſeqq. à communi Interpretum ſententia recedit, & per חֲרִיוֹנִים non intelligit *excrementa columbarum*, ſed *cicer*, vel *ciceris ſpeciem*, quia *α*) cicer in Judæa fuit notiſſimum, *β*) *Cabus* tàm leguminum, quàm frugum menſura eſt, *γ*) *Stercus columbarum* ſignificare *vile aliquod cibi genus*, textus ſacer indicat.

חָרַשׁ *Aravit*, *Exaravit*, *Expreſſit*, *Impreſſit*, *Inſculpſit*, *Fabricatus*, *Machinatus eſt*; *Siluit*, *Surdum egit*, *Continuit ſe.* עַל־גַּבִּי חָרְשׁוּ חֹרְשִׁים Super tergo meo *ararunt aratores*, Pſalm. 129, 3. חֲרַשְׁתֶּם רֶשַׁע *Araſtis* impietatem, i. e. omni conatu ſummoque ſtudio ſectati eſtis idololatriam & turpiſſimis ſceleribus operam dediſtis, Hoſ. 10, 14. Fut. אַל־תֶּחֱרַשׁ Ne *ſileas*, Pſalm. 83, 2. אַל־תַּחֲרֹשׁ Ne *machineris* contra proximum tuum malum, Prov. 3, 29. אָזְנֵיהֶם תֶּחֱרַשְׁנָה Aures eorum *obſurdeſcent*, Mich. 7, 16. Part. חֹרֵשׁ נְחֹשֶׁת *Fabricans* æs, i. e. faber ferrarius, 1. Reg. 7, 14. Niphal נֶחֱרַשׁ *Aratus eſt.* Fut. תֵּחָרֵשׁ *Arabitur*, Jer. 26, 18. Hiphil הֶחֱרִישׁ *Siluit*, *Tacuit*, *Obmutuit.* Fut. אַחֲרִישׁ *Tacebo*, Job. 6, 24. Hithpael הִתְחָרֵשׁ *Siluit*, *Conticuit.* Fut. וַיִּתְחָרְשׁוּ *Et conticuerunt*, Jud. 16, 2.

1) Generatim *incidendi* notionem obtinere videtur. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat 1) *arare*, quia, qui arat, vomere terram *incidit*, Devt. 22, 10. 1. Sam. 8, 12. 1. Reg. 19, 19. Job. 1, 14. Jeſ. 28, 24. 2) *Sculpere*, *Inſculpere*, quia qui ſculpit, notas, literasve incidit, Jer. 17, 1. β) *Tropicè* א) per Synecdochen eſt *fabricari*, quia, qui fabricationibus operam dant, *incidendo & ſulcando* effigiem figuramque materiæ inducunt, Gen. 4, 22. 1. Reg. 7, 14. ב) Per *Metaphoram* a) *arandi* notio transfertur 1) ad deſignandam *calamitatem & afflictionem*, ratione petitâ ex ſciſſurâ & quaſi vulneratione agri, quæ aratrô fit, Pſalm. 129, 3. 2) *Vaſtationem & deſolationem*, quia terra vomere ſciſſa vertitur, Jer. 26, 18. Mich. 3, 12. b) Eſt *rimari*, *ſcrutari*, *perſcrutari*, *perquirere*, quia *arare* propriè eſt *terram vomere inciſam atque proſciſſam vertere*, ut interior ejus pars in ſuperficiem attollatur. Ita legitur Jud. 14, 18. c) Notat *machinari*, *inſidias ſtruere*, *moliri*, *intentum eſſe rei conficiendæ*, tùm, quod, dum fit aratio, vomer ſub terrâ occultus fertur, tùm, quod arator terræ præparandæ ad ſeminationem intentus eſt quàm maximè. Ita dicitur tàm de *iis*, qui toti ad flagitia & injurias inferendas ſunt intenti, Job. 4, 8. ſummoque ſtudio idololatriam & alia ſcelera ſectantur, Hoſ. 10, 14. quàm de *iis*, qui proximo inſidias ſtruunt, & mala adverſus eum machinantur, Prov. 3, 29. ג) Per *Metonymiam* a) eſt *ſilere*, quia machinantes ſilentium tenent. Ita tribuitur 1) *hominibus*, qui *ſilere* vel *tacere* dicunt, tùm quando *ſermonem intermittunt*, Gen. 34, 5. Num. 30, 5. 8. 12. 15. 2. Reg. 18, 36. Job. 6, 24. c. 13, 19. c. 18, 36. Prov. 17, 28. Jeſ. 36, 21. vel *agere ceſſant aut quieti ſunt*, Jud. 16, 2. conf. Exod. 14, 14. 2) Ἀνθρωποπαθῶς *Deo*, qui *tacere* dicitur, *tùm*, quando non fert opem, aut ab operando ceſſat, prout è contrariô *Dei dicere* eſt *Dei facere ac operari*, Pſalm. 28, 1. Pſalm. 35, 22. Pſalm. 39, 13. Pſalm. 50, 3. Pſalm. 83, 2. Pſalm. 109, 1. *tùm*, quando ad peccata connivet, nec promeritas pœnas immittit, Pſalm. 50, 21. Jeſ. 42, 14. Hab. 1, 13. b) *Obſurdeſcere.* Ita dicitur de *auribus* gentium obſurdeſcentibus ad auditum eorum, quæ Deus tunc in gratiam populi ſui

facturus erat, Mich. 7, 16. item de Saule quaſi obſurdeſcente ad omnia, quæ ab ejus inimicis dicebantur, 1. Sam. 10, 27.

חָרָשׁ m. *Faber; Artifex.* Eſt formæ גַּנָּב *Fur.* Dageſch forte enim ex ר evitandæ *κακοφωνιας* ergò extruſum fuit, factâ ejus compenſatione per (ָ). כָּל־מְלָאכָה חָרָשׁ Omne opus *artificis*, Exod. 35, 35. Cum ה Articuli הֶחָרָשׁ 2. Reg. 24, 14. In Statu Conſtr. חָרַשׁ בַּרְזֶל *Faber* ferri, i. e. ferrarius, Jeſ. 44, 12. Plur. חָרָשִׁים *Fabri, Fabricatores, Artifices*, 1. Reg. 29, 5. In Statu Conſtr. חָרָשֵׁי עֵצִים *Fabri* lignorum, 1. Chron. 14, 1. Aſt 1. Chron. 4, 14. Neh. 11, 35. & Jeſ. 3, 3. eſt חֲרָשִׁים *Fabri*, ex formâ non Dageſchatâ דָּבָר.

1) Generatim notat *quemcunque opificem*, qui operi, cujuscunque ſit materiæ, eſt intentus; hinc Coccejus reddit *τεχνίτην*, cujus eſt parare omnem materiam. 2) Speciatim α) dicitur de *fabro ferrario*, 2. Chron. 24, 12. Jeſ. 44, 13. β) De *fabro lignario*, 2. Sam. 5, 11. 2. Reg. 12, 12. 1. Chron. 14, 1. c. 22, 15. Jeſ. 44, 13. γ) De *fabro lapidario* vel *latomo*, Exod. 28, 11. 1. Chron. 22, 15. δ) De *fabro ærario*, 1. Reg. 7, 14. Jer. 10, 9.

חֵרֵשׁ m. *Surdus*, Exod. 4, 11. Plur. חֵרְשִׁים *Surdi*, Jeſ. 35, 5.

1) Generatim notat *ſurdum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *eum*, qui auribus captus eſt, cujus auditus ceſſat, nec alteri loquenti attendere poteſt, Exod. 4, 11. Lev. 19, 14. Pſalm. 58, 5. Jeſ. 35, 5. β) *Metaphoricè* dicitur 1) de *infidelibus*, impiis & obſtinatè Deo reluctantibus, quoniam verbum corde non excipiunt, eique obediunt, Jeſ. 42, 18. c. 43, 8. 2) de *iis*, qui infidelitati & peccatis renunciant, & ad Deum ſe convertunt, Jeſ. 29, 18.

חֶרֶשׁ m. *Silentium*, & adverbialiter *clam*. Semel legitur Joſ. 2, 1.

חָרִישׁ m. *Aratio*, Gen. 45, 6. Exod. 34, 21. Cum Suff. לַחֲרֹשׁ חֲרִישׁוֹ Ad arandum *arationem ſuam*, vel *arvum* ſuum, 1. Sam. 8, 12. Sæpius non legitur.

חֹרֶשׁ m. *Sylva, Nemus, Saltus, Virgultum* denſum & implexum, faciendæ umbræ commodum, à חרשׁ quod Chaldæis notat *implicari, condenſari more ſylvæ, ſylveſcere.* Vid. Kimchium in Ezech. 31, 3. & R. Sal. ben Melech in l. c. Cum ה locali eſt חֹרְשָׁה *In ſylvam*, 1. Sam. 23, 16. & cum ה Paragogico בַּחֹרְשָׁה *In Sylvâ*, 1. Sam. 23; 15. 18. Plur. בֶּחֳרָשִׁים In *ſaltibus*, 2. Chron. 27, 4. Præter l. c. legitur Jeſ. 17, 9.

חֲרִישִׁית f. *Silens.* Semel legitur Jon. 4, 8. רוּחַ קָדִים חֲרִישִׁית Ventum Orientalem *ſilentem*, h. e. *ſubtiliſſimum*, qui æſtum ſolis ſubtilitate ſuâ magis augebat, quàm ſpirando corrigebat. Vid. Buxt. Lex.

חֲרֹשֶׁת f. *Sculptura.* וּבַחֲרֹשֶׁת אֶבֶן Et in *ſculpturâ* lapidis, Exod. 31, 5. c. 35, 33. Sed Jud. 4, 2. 13. eſt nomen propr. *loci*, ubi Siſera, Dux

Digitized by Google

Dux exercitûs Jabini habitabat, inde populum Iſraeliticum facilius coerciturus, & ſub jugo retenturus.

מַחֲרֵשָׁה f. *Rutrum, Sarculum, Ligo.* Cum Suff. מַחֲרַשְׁתּוֹ *Rutrum ſuum*, 1. Sam. 13, 20. Plur. לַמַּחֲרֵשׁוֹת Pro *rutris, ligonibus*, 1. Sam. 13, 21.

מַחֲרֵשֶׁת f. *Vomer*, inſtrumentum, quô aratur. Semel legitur cum Suff. מַחֲרַשְׁתּוֹ *Vomerem* ſuum, 1. Sam. 13, 20.

חָרַשׂ *Figulino opere aliquid confecit*, apud Arabes. Inde eſt

חֶרֶשׂ m. *Teſta.* כְּלִי חֶרֶשׂ Vas *teſtæ*, i. e. teſtaceum, Lev. 11, 33. Plur. חֲרָשִׂים *Teſtæ.* Cum Suff. חַרְשֵׂי אֲדָמָה *Teſtæ* terræ, Jeſ. 45, 9. Cum Suff. חֲרָשֶׂיהָ *Teſtæ* ejus, Ezech. 23, 34.

1) Generatim notat *fictile.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *teſtam* ex argillâ factam, quæ vel ſolis æſtu vel ignis vi indureſcere ſolet, Pſalm. 22, 16. Jer. 19, 1. β) *Tropicè* 1) per *Synecdochen partis* denotat *fragmen abjectum*, Job. 2, 8. Jeſ. 30, 14. Unde 2) per *Metaphoram* quandoque eſt ſymbolum *rei*, *quæ fragilis, abjecta & nullius pretii aut uſus eſt*, Thren. 4, 2. conf. Jeſ. 30, 14. 3) Per *Metonymiam* notat *argillam* vel *lutum*, unde fit teſta. Hinc ſæpius dicitur כְּלִי חֶרֶשׂ Vas *teſtæ* i. e. teſtaceum, **ein Erden-Gefäß**/ Lev. 6, 21. c. 11, 33. c. 14, 5. 50. c. 15, 12. Num. 5, 17. Jer. 32, 14.

חָרַת *Exaravit, Sculpſit, Inſculpſit.* Semel legitur Part. Pauk חָרוּת הַלֻּחֹת *Inſculpta* tabulis, Exod. 32, 16.

חָשַׁב *Cogitavit, Excogitavit, Cogitando machinatus eſt, Exiſtimavit, Æſtimavit, Imputavit, Reputavit.* לֹא חָשַׁב אֱנוֹשׁ Non *reputat* hominem, Jeſ. 33, 8. אֲשֶׁר חָשַׁב לַעֲשׂוֹת לוֹ Quod *cogitavit* facere ei, Jer. 18, 8. Infin. לַחְשֹׁב מַחֲשָׁבֹת Ad *excogitandum, inveniendum* inventiones, Exod. 31, 4. Fut. אַל־יַחֲשָׁב־לִי אֲדֹנִי עָוֹן Ne *imputet* mihi Dominus meus iniquitatem, 2. Sam. 19, 20. Cum Suff. יַחְשְׁבֵנִי לְאוֹיֵב לוֹ *Reputat* me pro hoſte ſibi, i. e. ſuo, Job. 33, 10. Niphal נֶחְשַׁב *Imputatus, Reputatus, Æſtimatus, Annumeratus eſt.* כֶּסֶף לֹא נֶחְשָׁב בִּימֵי שְׁלֹמֹה Argentum non *æſtimabatur* in diebus Salomonis, 1. Reg. 10, 21. Fut. יֵחָשֵׁב *Imputabitur*, Lev. 17, 18. Piel חִשֵּׁב vel חִשַּׁב *Cogitavit, Excogitavit, Reputavit, Numeravit, Supputavit.* וְחִשַּׁב לוֹ Tum *computabit* illi Sacerdos, Lev. 27, 18. Part. מְחַשֵּׁב לְהָרֵעַ *Cogitans* malefacere, Prov. 24, 8. Fut. יְחַשְּׁבוּ רָע *Cogitant* malum, Hoſ. 7, 15. Hithpael הִתְחַשֵּׁב *Reputatus, Numeratus eſt.* Fut. וּבַגּוֹיִם לֹא יִתְחַשָּׁב׃ Et inter gentes non *numerabitur*, Num. 23, 9.

1) Generatim notat *cogitare.* 2) Speciatim α) *propriè* dicit actum *mentis*, & quidem א) *intellectus*, notans 1) *ſollicitè meditari, examinare, perluſtrare, ponderare*, Pſalm. 119, 59. Prov. 16, 9. 2) *Ingenioſe excogitare, ſolerter*

Digitized by Google

ſolerter invenire, artes, artificioſaque & exquiſita opera, ubi omnes mentis vires intenduntur, erſinnen/erfinden/ ausſinnen/ ausdencken/ Exod. 31, 4. c. 35, 32. 35. 2. Chron. 2, 13. Unde חֹשֵׁב eſt is, qui ingenioſè aliquod opus artificioſum excogitavit, & invenit, Exod. 26, 1. 31. c. 28, 6. 15. c. 36, 8. c. 39, 5. 3) *Reputare, æſtimare, hôc vel illô locô habere*, vel *alicujus ſtatum aut conditionem reſpicere*, e. g. reputare hominem pro hoſte, Job. 19, 11. c. 33, 10. inſtar pecudis, Job. 18, 3. Pſalm. 44, 23. ut nihil coram Deo, Jeſ. 40, 15. fidelem, Neh. 13, 13. ſtultum velut ſapientem, Prov. 17, 28. figulum tanquam lutum, Jeſ. 29, 16. Ita quoque adhibetur ad deſignandum *hominis æſtimium*, quô Deus ejus rationem habet, & paternam pro eô curam ſuſcipit, Pſalm. 144, 3. item *vilipendium* hominis, Thren. 4, 2. copioſi argenti, 1. Reg. 10, 21. 2. Chron. 9, 20. armorum, Job. 41, 21. legis divinæ, Hoſ. 8, 12. 4) *Imputare alicui aliquid*, vel in bonum, e. g. in juſtitiam, Gen. 15, 6. Pſalm. 106, 31. conf. Lev. 7, 18. vel in malum, Lev. 17, 4. Cæterum *peccatum* Pſalm. 32, 2. non imputari dicitur, quando Deus intuitu meriti Chriſti fide à pœnitente apprehenſi, hominem non amplius pro peccatore habet, ſed eum ab accuſatione & obligatione ad ſubeundam pœnam abſolvit. In hac ſignificatione reſpondet τῷ λογίζεσθαι Græcorum, Rom. 4, 8. & ſeqq. ב) Simul infert *actum voluntatis*, ſubjunctâ voce מַחֲשָׁבָה vel מְזִמָּה *ipſam operationem* indigitante, ut idem ſit ac *cogitando decernere, machinari, moliri*. Ita tribuitur a) *Deo*, innuenti ipſius *voluntatem, voluntatisque decretum*, prout tendit vel in *bonum*, Gen. 50, 20. Jer. 29, 1. vel in *malum*, Thren. 2, 8. b) *Hominibus*, qui non ſolum excogitant & ſollicitè curant, quâ ratione alteri nocere queant, ſed etiam volunt ac decernunt excogitatum malum alteri inferre. Ita *malum cogitaſſe & decreviſſe* dicuntur fratres Joſephi contra ipſum, Gen. 50, 20. Saul contra Davidem, 1. Sam. 18, 25. Haman contra Judæos, Eſth. 8, 3. c. 9, 24. 25. impii Judæi contra Jeremiam, Jer. 11, 19. Vide Jer. 48, 2. Dan. 11, 25. β) *Tropicè*, 1) *Metonymicè*, quia *numerus* & *computatio* ex *cogitatione* pendent, notat tùm *numerare, arithmeticè ſupputare, computare*, Lev. 25, 50. 52. c. 27, 18. tùm *rationem inire, rationem exigere*, berechnen / Rechnung fodern/ 2. Reg. 12, 16. c. 22, 7. 2) *Catachreſticè* dicitur de *nave* periclitante de naufragiô, Jon. 1, 4. Nam quod homini proprium eſt, tribuitur navi. Sunt, qui hîc Metonymiam continentis ſubeſſe putant; unde locum ita reddunt: *Vectores navis putabant eam fractum iri.*

חֹשֵׁב m. *Excogitator, Inventor, Artifex*, qui aliquid ſolerter & ingenioſè excogitat atque invenit. מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב Opus *artificis*, i. e. artificioſiſſimum, Exod. 26, 1. 31. c. 28, 6. c. 36, 8. 35. c. 39, 8. Vide ſupra dicta.

חֵשֶׁב m. *Cingulum*, quô juxta R. Salomonem Ephod induebatur, Sacerdoti applicabatur, ipſumque ornabat. A ſingulari artificiô & ingenio.

Digitized by Google

genioſô opere, quô confectum erat, ita dictum putatur, Exod. 28, 8. 27. 28. c. 29, 5. c. 39, 5. 20. 21. Lev. 8, 7.

חֶשְׁבּוֹן m. *Cogitatio, Inventio acuta, Ratiocinium ex ſupputatione*, vel *verum ad* ſe *invicem collatione proveniens.* Extat ſaltem Eccl. 7, 25. 27. c. 9, 10. Aliàs eſt nomen loci *piſcinis* inſignis, Cant. 7, 5.

חִשְּׁבֹנוֹת *Cogitationes, Inventiones.* Eſt m. pl., utut terminatione ſit fœmininum. Bis ſaltem legitur חִשְּׁבֹנוֹת רַבִּים *Cogitationes* multæ, Eccl. 7, 29. וַיַּעַשׂ בִּירוּשָׁלַם חִשְּׁבֹנוֹת מַחֲשֶׁבֶת חוֹשֵׁב Porrò fecit in Hieroſolyma *excogitata cogitatione* artificis, i. e. opera ingenioſiſſimè & ſummâ induſtriâ ab artifice excogitata, 2. Chron. 26, 15.

מַחֲשָׁבָה vel מַחֲשֶׁבֶת f. *Cogitatio, Excogitatio, Inventio ingenioſa.* וְחֹשֵׁב עֲלֵיכֶם מַחֲשָׁבָה Et cogitans ſum contra vos *cogitationem*, Jer. 18, 11. בְּכָל־מְלֶאכֶת מַחֲשָׁבֶת׃ In omni opere *excogitationis*, i. e. ingenioſiſſimè excogitato, Exod. 35, 33. Cum Suffixo מַחֲשַׁבְתּוֹ *Cogitatio* ejus, Eſth. 8, 3. Plur. מַחֲשָׁבוֹת *Cogitationes, Inventiones*, Exod. 31, 4. In Statu conſtr. מַחְשְׁבוֹת לִבּוֹ *Cogitationes* cordis ejus, Pſalm. 33, 11. Cum Suff. מַחְשְׁבוֹתַי *Cogitationes* meæ, Jeſ. 55, 9.

1) Generatim notat *cogitationem.* 2) Speciatim α) *propriè* refert *actum mentis*, ſive ſit *intellectus*, ſive ſit *voluntatis*, 1. Chron. 28, 9. Pſalm. 94, 11. Inde eſt, quod denotet 1) *cogitationem* tùm *bonam*, Prov. 12, 6. tùm *malam*, Prov. 6, 18. c. 15, 26. conf. Gen. 6, 5. Jer. 4, 16. c. 18, 12. ubi indigitat *motus pravos*, tàm primos & indeliberatos, quam deliberatos & cum conſenſu conjunctos. 2) *Excogitationem & inventionem*, quâ artifex ingenioſè & ſolerter aliquid invenit & excogitat, Exod. 35, 33. 2. Chron. 26, 15. 3) *Machinationem*, quâ quis alteri malum parat & molitur, Pſalm. 56, 6. Jer. 11, 19. c. 18, 18. c. 49, 30. Thren. 3, 60. 61. Ezech. 38, 10. Dan. 11, 24. 4) *Conſilium, conatum, deſiderium aut inſtitutum* de hoc vel illo fine obtinendo, Prov. 15, 22. c. 20, 18. Jeſ. 59, 7. c. 65, 2. Ita *Deo* tributum deſignat *ipſius voluntatem, affectum, conſilium, ac decretum*, ſive in *bonum*, 2. Sam. 14, 14. Pſalm. 40, 6. Jer. 29, 11. ſive in *malum*, Jer. 18, 11. c. 49, 20. c. 50, 45. c. 51, 29. Mich. 4, 12. β) *Metonymicè* notat *opus ingenioſè & ſolerter excogitatum*, Exod. 31, 4. c. 35, 32. 35. 2. Chron. 2, 13.

חָשָׁה *Siluit, Tacuit, Mutus fuit.* Infin. עֵת לַחֲשׁוֹת Tempus *ſilendi*, Eccl. 3, 7. Fut. אֶחֱשֶׁה *Tacebo*, Jeſ. 62, 1. Hiphil הֶחֱשָׁה *Silere fecit*; item intranſitivè *Tacuit, Siluit.* הֶחֱשֵׁיתִי *Silui*, Pſalm. 39, 3. Part. מַחְשֶׁה *Silens*, Jeſ. 57, 11. מַחְשִׁים לְכָל־הָעָם *Silere faciebant* totum populum, Neh. 8, 11.

1) Generatim dicit *ceſſationem* ſive *ſermonis*, ſive *operationis.* Unde 2) ſpeciatim α) *propriè* ſignificat *ſilere, tacere*, opponiturque locutioni, Eccl. 3, 7. conf. 2. Reg. 2, 3. 5. c. 7, 9 β) *Metaphoricè* adhibetur ad de-

deſignandam *ceſſationem actionis & operationis*, ut idem ſit ac *quieſcere, ab operatione ceſſare.* Ita tribuitur 1) *Deo*, qui *ſilet*, quando quieſcit, preces non exaudit, nec afflictis opem fert; contrà autem *negatur ſilere*, quando operatur, preces afflictorum exaudit, iisque opem fert, Pſalm. 28, 1. Jeſ. 42, 14. c. 64, 11. c. 65, 6. conf. Jeſ. 57, 11. ubi tamen Sanctius interpretatur de abuſu longanimitatis divinæ, ut ſenſus ſit: *Quia ego ex longanimitate meâ tacui, nec te punivi, tu inde ſumſiſti licentiam peccandi. Sed falleris.* 2) *Hominibus*, qui *ſilent*, quando quieſcunt, non operantur, Jud. 18. 9. 1. Reg. 22, 3. 2) *Fluctibus marinis*, qui *ſilent*, quando non amplius fremunt, tumultuantur &c. Pſalm. 107, 29.

חָשַׁךְ *Obſcurus, Obſcuratus, Tenebroſus* vel *Obtenebratus* eſt. אוֹר חָשַׁךְ בְּאָהֳלוֹ Lux *obtenebratur* in tentoriô ejus, Job. 18, 6. חָשְׁכוּ עֵינֵינוּ *Obtenebrati ſunt* oculi noſtri, Thren. 5, 17. Fut. תֶּחְשַׁךְ הַשֶּׁמֶשׁ *Obſcurabitur* ſol, Eccl. 12, 2. Hiphil הֶחְשִׁיךְ *Obtenebravit, Tenebras attulit vel induxit, Tenebras effecit.* וְהַחֲשַׁכְתִּי לָאָרֶץ Et *obtenebrabo* terram, Am. 8, 9. Fut. בְּטֶרֶם יַחְשִׁךְ Antequam *tenebras efficiat*, Jer. 13, 15.

1) Generatim notat *obſcurari* vel *obtenebraſcere.* 2) Speciatim α) *propriè* dicit *privationem luminis.* Inde dicitur de privatione lucis ſtellarum tempore nocturno, Job. 3, 8. de obtenebratione terræ Ægypti, Exod. 10, 15. Pſalm. 105, 28. de caligatione oculorum, Eccl. 12, 3. Jer. 5, 17. β) *Metaphoricè* 1) translatione ad *mentem* factâ, notat *privationem luminis intellectus & errorum tenebras*, Pſalm. 69, 24. Mich. 3, 6. 2) Deſignat *privationem proſperitatis & gaudii*, imò *quævis mala, infelicitatem, calamitatem & mœrorem*, Job. 18, 6. Jeſ. 5, 30. Jer. 13, 16. Am. 8, 9.

חֹשֶׁךְ m. *Caligo, Tenebræ.* יֹשְׁבֵי חֹשֶׁךְ וְצַלְמָוֶת Sedentes in *tenebris* & umbrâ mortis, Pſalm. 107, 10. יוֹם חֹשֶׁךְ וַאֲפֵלָה Dies *tenebrarum* & caliginis, i. e. tenebroſiſſima & caliginoſiſſima, Joel. 2, 2. Cum Suff. חָשְׁכִּי *Tenebræ* meæ, 2. Sam. 22, 29.

1) Generatim notat *tenebras.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *privationem luminis*, Gen. 1, 2. Exod. 10, 21. 22. Pſalm. 104, 20. Pſâlm. 105, 28. Pſalm. 139, 11. β) *Metaphoricè* 1) ſicut *lux* eſt *ſymbolum gaudii & proſperitatis omnigenæ*: ita è contrariò *tenebræ* deſignant *quævis mala, quamvis infelicitatem, adverſitatem, ærumnam, confuſionem ac mœrorem*, 2. Sam. 22, 29. Job. 5, 14. c. 15, 22. c. 17, 12. c. 23, 17. Pſalm. 18, 29. Pſalm. 35, 6. Pſalm. 112, 4. Prov. 20, 20. Jeſ. 5, 30. c. 47, 5. c. 59, 9. Thren. 3, 2. Ezech. 32, 8. Joel. 2, 2. c. 3, 4. Mich. 7, 8. Nah. 1, 8. Zeph. 1, 15. 2) Sicut *lux* denotat *vitam*: ita è contrariò *tenebræ* ſunt ſymbolum *mortis*, Job. 10, 21. Pſalm. 88, 13. 3) Sicut *lux* quandoque ſumitur pro *manifeſtô*; ita ex adverſô חֹשֶׁךְ interdum notat *occultum, ſecretum ac incognitum*, Job. 12, 22. Jeſ. 45, 19. 4) Ad *mentem* relatum notat *inſcitiam Dei & errores* extra Evangelium regnantes, Jeſ. 9, 1. c. 60, 2. conf.

Digitized by Google

Jeſ. 5, 20. ubi *errores, mendacia & perverſitates doctrinæ* innuit. 5) Deſignat *incredulitatem & peccatorum ſtudium*, Prov. 2, 13.

חֲשֵׁכָה f. *Tenebræ.* In Statu conſtr. חֶשְׁכַת מַיִם *Tenebræ* aquarum, i. e. aqueæ nubes, quæ denſitate ſua tenebras luciſque interceptionem efficiunt, Pſalm. 18, 12. Plur. חֲשֵׁכִים *Tenebræ*, Jeſ. 50, 10.

1) Generatim notat *tenebras.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *privationem lucis*, Gen. 15, 12. Pſal. 139, 12. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *ignorantiam & errores*, Pſalm. 82, 5. Jeſ. 50, 10. 2) *Ingentes afflictiones & calamitates*, Jeſ. 8, 23.

חֲשֻׁכִּים m. pl. *Obſcuri, Ignobiles, infimæ ſortis homines, à famæ ſplendore alieni.* Occurrit ſaltem Prov. 22, 29.

מַחְשָׁךְ m. *Tenebræ; loca tenebricoſa.* וְהָיָה בְמַחְשָׁךְ מַעֲשֵׂיהֶם Et fit (fiunt) in *tenebris* opera eorum, Jeſ. 29, 15. Plur. מַחֲשַׁכִּים *Tenebræ*, Pſalm. 88, 7. In Statu conſtr. מַחֲשַׁכֵּי אֶרֶץ *Tenebricoſa* terræ, Pſalm. 74, 20.

1) Generatim notat *tenebras.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *privationem luminis.* β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* eſt Symbolum *graviſſimarum calamitatum & ærumnarum*, Pſalm. 74, 20. Pſalm. 88, 7. Jeſ. 42, 16. conf. Pſalm. 143, 3. ubi deſignat *ſtatum abjectum, derelictum, ſolatii expertem, metuque & moleſtiarum pleniſſimum*, Pſalm. 143, 3. 2) Per *Metonymiam* notat *loca tenebricoſa & abſcondita.* Ita *opera peccaminoſa* dicuntur patrari in locis tenebricoſis, Jeſ. 29, 15. & *ſocii Meſſiæ* præ nimiô timore in abſcondita loca aufugere, Pſalm. 88, 19.

חָשַׂךְ *Cohibuit, Subtraxit, Pepercit.* וְלֹא חָשַׂךְ מִמֶּנִּי מְאוּמָה Et non *ſubtraxit* à me quicquam, Gen. 39, 4. וְלֹא חָשַׂכְתָּ אֶת־בִּנְךָ מִמֶּנִּי Et non *cohibuiſti* filium tuum à me, vel, non *peperciſti* filio tuo propter me, Gen. 22, 12. Part. חֹשֵׂךְ שְׂפָתָיו *Cohibens, Coercens* labia ſua, Prov. 10, 19. Fut. אֲנִי לֹא אֶחֱשָׂךְ־פִּי Ego non cohibebo os meum, Job. 7, 11. Niphal נֶחְשַׂךְ *Cohibitus, Subtractus fuit.* Fut. יֵחָשֵׂךְ *Cohibebitur*, Job. 16, 6.

1) Generatim ferè notat *cohibitionem*, ne aliquid fiat, ob aliquam cauſam vel conditionem præſuppoſitam. Vide Job. 16, 5. Prov. 10, 19. c. 13, 24. Jeſ. 58, 1. Unde 2) ſpeciatim ſignificat α) *abſtrahere* ab aliquâ actione vel *re*, ne fiat, vel contingat, e. g. hominem à peccato. Gen. 20, 6. 1. Sam. 25, 6. à cæde fugitivorum, 2. Sam. 18, 16. à poteſtate & conſortio pravorum, Pſalm. 19, 14. ab exitiô, ne illud incidat, Job. 33, 18. conf. Pſ. 78, 50. pedem à receſſione à viis Domini, Jer. 14, 10. β) *Subtrahere aliquid alteri*, ne circa id fiat, quod alteri libitum fuerit, Gen. 22, 12. 16. c. 39, 9. γ) *Reſervare aliquid*, ut de poſterô demum circa illud fiat, quod aliàs jam ei obtigiſſet. Ita *malus* dicitur *reſervari* in diem iræ,

Digitized by Google

Job. 21, 30. conf. Job. 38, 23. δ) *Præpedire*, ne quid eveniat, Prov. 24, 11. Jeſ. 54, 2. ε) *Parcere*, ne aliquid adverſi alicui obtingat, Eſr. 9, 13.

חָשַׁל *Debilitavit.* In Kal non legitur. Niphal נֶחֱשַׁל *Debilitatus eſt.* Legitur ſaltem Part. הַנֶּחֱשָׁלִים Qui debiles, vel debilitate affecti erant, Devt. 25, 18.

חַשְׁמַל m. *Pruna*, ſummè ſcilicet ignita, adeoque ardentiſſima. Referente Bocharto in Hieroz. P. II. Lib. 6. c. 16. p. 876. Hebræi volunt eſſe unum ex Angelorum decem ordinibus, cujus nomen ſit contractum ex חיות אש ממללות q. d. *animalia ignea loquentia*; vel compoſitum eſt ex verbis חשה *Siluit*, & מלל *Locutus eſt*, quod Deo loquente *ſileat*, *ſilente* autem Deo loquatur, os in laudes ipſius reſolvens. Aſt Kimchi & Jarchi *colorem ignis* eſſe volunt, quos ſequitur Junius, illud *colorem vividiſſimum* reddens. Quia autem חשמל Ezech. 1, 4. 27. neque Angeli, neque rei divinæ nomen eſſe, adjecta vox כְּעֵין arguit; ipſe Bochartus arbitratur, חשמל notare *metallum ex auro & ære conflatum*, Ezechielemque illam vocem mutuatum eſſe à Chaldæis, inter quos erat captivus, cum ſuas Prophetias traderet. Chaldæis autem חשמל compoſitum eſſe ex נחש *Æs*, & מלל *Aurum*, voce utrinque decurtatâ, ab initio נ per Aphæreſin ablatô, in fine autem ל per Apocopen reſectô. Proinde juxta eum חשמל eſt *metallum* χαλκόχρυσον i. e. *ex ære & auro conſtans*, Ezech. 8, 2. legitur cum ה Paragogico הַחַשְׁמַלָה.

חַשְׁמַן m. *Magnas, Primas.* Legitur ſaltem in Plurali חַשְׁמַנִּים *Magnates, Optimates*, Pſalm. 68, 32. Kimchi exponit per אֲנָשִׁים גדולים ונגידים *Viros magnos & Principes.* Seb. Schmidius reddit *Pingues*, per eos *Viros Principes & Magnates* intelligens, haud dubiè reſpiciens ad R. שָׁמַן *Pinguis eſt*, ita ut litera ח ſervire videatur. Aliorum opiniones exhibet Hottingerus Theſ. Phil. Lib. 2. c. 2. p. 523. ipſe verò deducit ex Arabum חשם *iraſci*, quia Chasmonæi juſtâ *irâ* zeloque accenſi Eccleſiæ hoſtes ſtrenuè oppugnaverunt.

חָשַׁן *Pulcher, Elegans fuit*, apud Arabes. Inde

חֹשֶׁן m. *Pectorale*, Exod. 28, 22. ſic dictum, quod eô nil *pulchrius* & *elegantius* fuit. Inde quoque dicitur מַעֲשֵׂה חשב *Opus artificis*, i. e. artificioſiſſimum. Vide, ſis, de pectorali ſ. Pontificis Braunium in Tract. de Veſtit. Sacerd. Hebr. lib. 2. c. 7. Teſte Mercero ſunt, qui deducunt à חָשָׁה *Tacuit*, quod in eo Dei myſteria & *tacita* voluntas comprehenſa & inde elicita fuerit, Exod. 28, 15. חשן הַמִּשְׁפָּט *Pectorale judicii*, quia de jure reſponſurus eô induebatur ſummus Sacerdos, & per אוּרִים וְתֻמִּים, quæ ei incluſa erant, reſponſa cognovit, Num. 27, 21.

חָשַׂף *Nudavit, Denudavit; Hauſit, Exhauſit, Depromſit.* חָשַׂף יְהוָה אֶת־זְרֹעַ קָדְשׁוֹ *Nudavit* Dominus brachium ſanctitatis ſuæ, i. e.

Digitized by Google

i. e. ſanctum ſuum, Jeſ. 52, 7. חָשֹׂף חֲשֻׂפָה *Denudando denudavit* eam, i. e. penitus *denudavit* eam, Joel. 1, 7. Inf. לַחְשֹׂף Ad *hauriendum*, Hagg. 2, 16. Fut. וַיֶּחֱשֹׂף Et *denudavit*, Pſalm. 29, 9. Part. Paul חֲשׂוּפַי שֵׁת *Denudatos* natibus, Jeſ. 20, 4. ubi חֲשׂוּפַי eſt terminatio Statûs conſtructi Syrorum. Fœm. וּזְרֹעֲךָ חֲשׂוּפָה Brachiumque tuum erit *denudatum*, Ezech. 4, 7.

1) Generatim ſignificat *rem ſuo tegumento* vel *ornatu privare*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *nudare, denudare*, quod tectum vel abſconditum fuit. Ita dicitur de nudatione *podicis*, Jeſ. 20, 4. *fimbriarum*, ad deſignandam ignominioſam Judæorum in captivitatem abductionem, Jer. 13, 13, 26. *brachii*, Ezech. 4, 7. conf. Jeſ. 52, 10. ubi per *Metaphoram* indigitatur opus redemtionis velut opus omnipotentiæ divinæ nomine *brachii* deſignatæ, publicè peractum, & per prædicationem Evangelii manifeſtatum; *Sylvarum*, per translationem, quæ *denudantur*, arborum, quibus velut *tecta* erant, proſtratione, & ferarum, quæ in iis erant, expulſione, Pſalm. 29, 9. Aſt Joel. 1, 7. *ficus* denudari dicitur, quando decorticatur. β) *Figurate* ſignificat *Haurire, Exhaurire*, quia hauriendo aquam fundum denudamus. Ita legitur de hauſtione liquidorum, Jeſ. 30, 14. Hag. 2, 16.

חֲשִׂיפִים m. pl. *Greges*, quaſi *nudos*, i. e. *raros* dicas. Semel legitur in Statu conſtr. חֲשִׂיפֵי עִזִּים *Greges* caprarum, 1. Reg. 20, 27. Intelliguntur *greges parvi*, qui dicuntur à *denudando*, quia præ ipſorum paucitate & raritate terra quaſi nuda apparebat, cum è contrariò Syri ſua multitudine terram implerent. Buxt.

מַחְשֹׂף m. *Denudatio*. Saltem extat, Gen. 30, 37.

חָשַׁק *Propensô animô in aliquem fuit; Amavit, amore propenſus fuit; Deſideravit*. Conſtruitur cum Accuſativô & ב. חָשַׁק יְהוָה בָּכֶם *Propensô animô fuit* Dominus in vos, Devt. 7, 7. וְחָשַׁקְתָּ בָהּ *Et deſideraveris* eam, Devt. 21, 11. Piel חִשֵּׁק *Cinxit, Redimivit*. וְחִשַּׁק אֹתָם Et *cinxit*, vel faſciis redimivit eas, Exod. 38, 28. Pual חֻשַּׁק *Cinctus eſt*. Part. מְחֻשָּׁקִים כֶּסֶף *Cinctæ erant* argentô, i. e. faſciis argenteis, Exod. 27, 16. c. 38, 17.

1) Generatim *amplexum & conjunctionem* denotat. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *rerum materialium*, quæ includuntur, notans *cingere*. Ita legitur in Piel Exod. 38, 28. & in Pual Exod. 27, 17. c. 38, 17. β) *Metaphoricè* dicitur de *animo*, notans *conjunctionem cum re amatâ & amplexum ejus arctum*, imò *deſiderium rei*, quam amamus, inde redditur 1) *amare impensè, amore in perſonam propenſum eſſe*. Ita tribuitur tùm *Deo*, Devt. 7, 7. c. 10, 15. Jeſ. 38, 17. tùm *hominibus*, impensè amantibus, Gen. 34, 8. Devt. 21, 11. 2) *Deſiderare, Concupiſcere*, Luſt zu etwas haben, 1. Reg. 9, 19. 2. Chron. 8, 6. Aſt Pſalm. 91, 14. involvit tàm *deſiderium arden-*

tius fruendi aliquâ re, quàm *amplexum arctum* rei deſideratæ, Pſal. 91, 14. Sæpius non legitur.

חֵשֶׁק m. *Deſiderium; Propenſio voluntatis.* חֵשֶׁק שְׁלֹמֹה *Deſiderium* Salomonis, i. e. quicquid habebat in votis, vel deſiderabat ædificare, 1. Reg. 9, 1. 19. 2. Chron. 8, 6. Cum Suff. נֶשֶׁף חִשְׁקִי Crepuſculum *deſiderii mei*, i. e. *deſideratiſſimum*, Jeſ. 21, 4. Præterea non legitur.

חֲשׁוּקִים m. pl. *Cinctura, Faſcia, Orbes.* Cum Suff. וַחֲשֻׁקֵיהֶם זָהָב Et *faſciæ* earum erant aurum, i. e. aureæ, Exod. 36, 38. Præter l. c. reperitur, Exod. 27, 10. 11. c. 38, 11. 12. 17. 19.

חִשֻּׁקִים m. pl. *Canthi*, qui exteriorem rotæ *cinctum* conſtituunt. Semel legitur cum Suff. וְחִשֻּׁקֵיהֶם Et *canthi* earum, 1. Reg. 7, 33.

חָשַׁר *Ligavit*, juxta Kimchium; *Congregavit* apud Arabes.

חִשֻּׁרִים m. pl. *Radii rotarum*, qui ſunt quaſi earum *ligamenta*, vel *congregationes*, quibus uno orbe radii congregantur. Semel legitur cum Suff. וְחִשֻּׁרֵיהֶם Et *radii* earum, 1. Reg. 7, 33.

חַשְׁרָה f. *Ligatura, Colligatio; Congregatio* juxta Arabiſmum. Semel legitur in Statu conſtr. 2. Sam. 22, 12. חַשְׁרַת מַיִם *Ligatura* vel *congregatio aquarum*.

חָשַׁשׁ *Exuſſit, ignem accendit*, apud Arabes.

חֲשַׁשׁ m. *Quisquiliæ*, quæ cremium ignem facilè concipiunt, eoque conſumuntur. Legitur ſaltem Jeſ. 5, 24. c. 33, 11.

חָתָה *Cepit, Accepit, Abripuit.* Part. חֹתֶה *Capiens*, i. e. acceptas coacervans eris, Prov. 25, 22. Inf. לַחְתּוֹת אֵשׁ מִיָּקוּד Ad *capiendum* ignem ex focô, Jeſ. 30, 14. Niphal נֶחְתָּה *Captus eſt*. Fut. תֵּחַת *Capietur*, juxta Buxtorffium, Prov. 17, 10. ה per Apocopen reſectô, ſed præſtat referre ad R. חתת.

1) Generatim notat *tranſlationem è priſtinô loco* vel *ſtatu*. 2) Speciatim α) dicitur de *ablatione prunarum* vel *ignis* è focô, Prov. 6, 27. c. 25, 22. Jeſ. 30, 14. β) De *tranſlatione improbi* ex priſtinô ſtatu & felicitate, Pſalm. 52, 7. Sæpius non occurrit.

מַחְתָּה f. *Acerra, Thuribulum, Trulla, Forceps.* וְלָקַח מְלֹא־הַמַּחְתָּה גַּחֲלֵי־אֵשׁ Et accipiet plenitudinem *thuribuli*, prunas ignis, i. e. thuribulum prunis ignitis repletum, Lev. 16, 12. Cum Suff. מַחְתָּתוֹ *Thuribulum* ſuum, Lev. 10, 1. Plur. מַחְתּוֹת *Thuribula*, Num. 16, 6. מַחְתּוֹת הַנְּחֹשֶׁת *Thuribula* æris, i. e. ænea, Num. 16, 39. Cum. מַחְתֹּתָיו *Forcipes* ejus, Exod. 27, 3.

1) Generatim notat *receptaculum*. 2) Speciatim α) notat *Acerram* vel *Thuribulum*, quod erat receptaculum ignis & carbonum ad faciendum ſuffitum, eine Feur-Pfanne/ mit welcher ein Rauch kan gemachet werden/ Lev. 10, 1. Num. 16, 12. 17. 18. 38. 39. c. 17, 2. 2. Reg. 25, 15.

Digitized by Google

25, 15. Jer. 52, 19. β) *Forcipem*, inſtrumentum, quo capitur, removetur vel admovetur ignis, Exod. 27, 3. c. 38, 3. Num. 4, 14. γ) *Trullam*, quæ juxta R. Salomonem eſt inſtrumentum inſtar parvi cochlearis, quô capiebant cinerem & ſordes ellychnii, tota nocte in lucernis collectas, quum mane rurſus incenderent eas, Exod. 25, 38. c. 37, 23.

חָתַךְ *Decidit*, *Definivit.* Niphal נֶחְתַּךְ *Deciſus*, *Definitus eſt.* Legitur ſaltem Dan. 9, 24. שָׁבֻעִים שִׁבְעִים נֶחְתַּךְ Septimanæ 70 *deciſa*, *definitæ ſunt.*

חָתַל *Ligavit*, *faſciis involvit*, ut infantes faſciis ſeu linteis involvi ſolent. Legitur ſaltem in Præterito Pual & in Infinitivo Hophal, Ezech. 16, 4. הָחְתֵּל לֹא חֻתָּלְתְּ *Involvendo* non *involuta es faſciis.*

חִתּוּל m. *Faſcia.* Legitur ſaltem Ezech. 30, 21.

חֲתֻלָּה f. *Faſcia.* Cum Suff. חֲתֻלָּתוֹ *Faſcia* ejus, Job. 38, 9. Præter l. c. non legitur.

חָתַם *Signavit*, *Conſignavit*, *Obſignavit*, *ſigilli impreſſione notavit*, *munivit.* Inf. וְלַחְתֹּם חָזוֹן Et ad *obſignandum* viſionem, Dan. 9, 24. Imper. חֲתוֹם תּוֹרָה *Obſigna* legem, Jeſ. 8, 17. Imp. וְחִתְמוּ בְּטַבַּעַת הַמֶּלֶךְ Et *obſignate* annulo Regis, Eſth. 8, 8. Fut. וַתַּחְתֹּם חֹתָמוֹ *Obſignavitque* ſigillo ejus, 1. Reg. 21, 8. Niphal נֶחְתָּם *Obſignatum eſt*, Eſt. 8, 8. per alternationem vocalium (ֵ) & (ֶ) eſt pro נֶחְתָּם. Piel חִתֵּם *Signavit*, *Deſignavit.* חִתְּמוּ *Deſignaverant*, Job. 24, 16. Hiphil הֶחְתִּים *Obſtruxit* ; *Obſtructus fuit.* אוֹ הֶחְתִּים בְּשָׂרוֹ מִזּוֹבוֹ Aut *obſtructa fuerit* caro ejus à fluxu ipſius, Lev. 15, 3.

1) Generatim *ſignandi* notionem obtinet. Vide Job. 24, 16. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *ſigillo ſignare*, ſeu *obſignare*, vel confirmationis causâ, 1. Reg. 21, 8. Eſth. 8, 8. 10. Jer. 32, 10. 11. 44. vel ne res aliis innoteſcat, Jeſ. 29, 11. Conf. Job. 33, 16. ubi *Deus* dicitur *obſignare verbum ſuum*, quod non mutat, ſed per ſigillum quaſi confirmat, & homines arctius ad illud adſtringit. β) *Metaphoricè* 1) notat *perficere*, *complere*, *finire*, quia *ſigillare* eſt rei ultimam manum imponere, literæque *finitæ* obſignantur, Ezech. 28, 12. conf. Dan. 9, 24. ubi de viſione & Prophetiâ implenda adhibetur, ita, ut ipſa reali rerum promiſſarum præſtatione tanquam infallibili quodam ſigillô veritas vaticiniorum V. T. muniatur &c. 2) *Occultare*, *abſcondere*, *recondere*, quia, quæ *obſignantur*, occultantur, obſeratisque ſigilla imprimi ſolent, Job. 9, 7. Jeſ. 8, 16. Dan. 8, 26. c. 12, 4. 9. conf. Dan. 9, 24. ubi emphaticè *peccata obſignari* dicuntur, quia, ſicut res, quæ obſignantur, ex hominum conſpectu removentur, occultantur, & abſconduntur: ita etiam peccata hominum obſignantur, quando è conſpectu Dei removentur, & in profunditatem maris projiciuntur. 3) *Arcere*, *prohibere*, ne quis operetur, Job. 37, 7. ubi deſignatur manuum impedimentum & coercitio, quaſi prorſus obſignatæ eſſent, ut aperiri

riri

riri nequeant. 4) *Diligenter aſſervare*, quia diligenter aſſervanda obſignari ſolent, Devt. 32, 34. Job. 34, 17. 5) *Claudere*, *obſtruere*, quæ clauduntur & obſtruuntur, interdum obſignantur, Lev. 15, 4.

חֹתָם m. *Sigillum.* פִּתּוּחֵי חוֹתָם *Sculpturæ* ſigilli, Exod. 28, 11. וַתַּחְתֹּם בְּחֹתָמוֹ Obſignavitque *ſigillo* ejus, 1. Reg. 21, 8.

1) Generatim notat *ſigillum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *inſtrumentum*, quô aliquid obſignatur. Ita legitur de annulô ſignatoriô, Gen. 38, 18. Exod. 28, 11. 21. c. 39, 14. 1. Reg. 21, 8. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam cauſæ* denotat *ipſam notam* ſeu *figuram ſigilli impreſſam*, Job. 38, 14. 2) *Metaphoricè* deſignat *a*) *arctam unionem*, *adhæſionem* vel *cohæſionem*, Job. 41, 6. Jer. 22, 24. *b*) *Amorem*, *præſtantiam & pretioſitatem*, Cant. 8, 6. ubi ſponſa cupit poni *ſigillum ſuper cor & brachium ſponſi*, i. e. ſummè atque arctiſſimè ipſi adjungi, & ab ipſo amari impenſiſſimè. Conf. Hagg. 2, 24.

חֹתֶמֶת f. *Sigillum*, quo aliquid obſignatur. Legitur ſaltem, Gen. 38, 25.

חָתַן *Affinitatem iniit* vel *contraxit*, *per deſponſationem iniit propinquitatem*, ut cum duæ cognationes & familiæ, quæ diverſæ ſunt inter ſe, per nuptias copulantur. Unde ſub ſuo ambitu omnes fermè affinitatis gradus complectitur, nempe *ſocerum*, *ſocrum*, *generum & fratres ſponſæ*. Legitur ſaltem in Hithpael הִתְחַתֵּן *Affinitatem iniit*, vel *contraxit*, *affinitate ſe junxit*, *vel junctus fuit.* Conſtruitur cum particulis ב, ל, & אֶת. וְהִתְחַתַּנְתֶּם בָּהֶם *Et affinitatem contrahetis* cum illis, Joſ. 23, 12. Inf. הִתְחַתֵּן בַּמֶּלֶךְ *Affinitate jungi* cum Rege, 1. Sam. 18, 23, 26. 27. Imper. וְהִתְחַתְּנוּ אֹתָנוּ *Et affinitatem inite* nobiſcum, Gen. 34, 9. Fut. לֹא תִתְחַתֵּן בָּם *Ne affinitatem contrahas* cum illis, Devt. 7, 3. וַיִּתְחַתֵּן לְאַחְאָב Et *affinitate junxit ſe* Achabo, 2. Chron. 18, 1.

חָתָן m. *Gener*, ratione *ſoceri* vel *ſocrûs*, 1. Sam. 18, 18. *Sponſus* autem reſpectu *Sponſæ*, Jer. 7, 34. In Statu conſtr. חֲתַן דָּמִים *Sponſus* ſanguinum, Exod. 4. 25, 26. חֲתַן הַמֶּלֶךְ *Gener* Regis, 1. Sam. 22, 14. Cum Suff. אֶל־חֲתָנוֹ Ad *generum* ſuum, Jud. 19, 5. Plur. cum Suff. אֶל־חֲתָנָיו Ad *generos ſuos*, Gen. 19, 14.

חֹתֵן m. *Socer* reſpectu *generi.* Nam nurus ſocerum ſuum vocat חָם, ceu patet ex Gen. 38, 25. חֹתֵן מֹשֶׁה *Socer* Moſis, Exod. 18, 1. 2. 5. Cum Suff. חֹתֶנְךָ *Socer tuus*, Exod. 18, 6. חֹתְנוֹ *Socer* ejus, Exod. 3, 1. Jud. 19, 7. 9.

חֹתֶנֶת f. *Socrus*, uxoris mater. Legitur ſaltem cum Suff. עִם־חֹתַנְתּוֹ Cum *ſocru* ſuâ, Devt. 27, 23.

חֲתֻנָּה f. *Deſponſatio*, *Nuptiæ.* Semel legitur cum Suff. בְּיוֹם חֲתֻנָּתוֹ In die *nuptiarum* ejus, Cant. 3, 11. ubi intelligitur dies paſſionis & mortis, quâ Chriſtus ſponſus propriô ſanguine ſibi Eccleſiam deſponſavit,

Digitized by Google

ſavit, & in cruce exaltatus expanſis manibus ſuaviſſimô amplexus eſt amore.

חָתַף *Rapuit.* Semel legitur in Futurô הֵן יַחְתֹּף Si *rapuerit*, Job. 9, 12.

חֶתֶף m. *Rapina.* Tantum extat Prov. 23, 28.

חָתַר *Fodit, Perfodit; Remigavit.* חָתַר בַּחֹשֶׁךְ בָּתִּים *Perfodit* in tenebris domos, Job. 24, 16. Fut. וָאֶחְתֹּר בַּקִּיר *Perfodi* itaque parietem, Ezech. 8, 8.

1) Generatim *incidendi* notionem habet. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *fodere, perfodere,* e. g. domum, Job. 24, 16. parietem, Ezech. 8, 8. Ezech. 12, 5. 12. conf. Am. 9, 2. β) *Metaphoricè* notat *remigare,* quia remiges mare quaſi *incidere & perfodere* videntur, Jon. 1, 13. Sæpius non legitur.

מַחְתֶּרֶת f. *Effoſſio.* Bis legitur, Exod. 22, 2. Jer. 2, 34.

חָתַת *Fractus, Contritus, Attritus; item Territus, Conſternatus fuit.* חַת *Contritus eſt*, Jer. 50, 2. חַתּוּ גִלּוּלֶיהָ *Conſternata ſunt* ſimulacra ejus, Jer. 50, 2. Part. קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים Arcus fortium *fracti*, 1. Sam. 2, 4. ubi conſtruitur verbum cum nomine poſteriori, cum deberet conſtrui cum nomine priori, perinde ut Gen. 4, 10. Fœm. הָאֲדָמָה חַתָּה Terra *confracta*, Jer. 14, 4. Imper. חֹתּוּ *Conterimini*, Jeſ. 8, 10. Niphal נִחַת *Fractus, Contritus, Territus, Conſternatus fuit.* וְנִחֲתָה קֶשֶׁת נְחוּשָׁה Et *conteretur* arcus æneus, 2. Sam. 22, 25. compenſatio ſecundæ radicalis abjectæ more Chaldæorum per Dageſch forte inſtituenda erat in litera ח, quæ abjectam præcedit; ſed Dageſch ſine compenſatione excidit, perinde ut in נִחַל *Profanatus fuit*, Ezech. 25, 3. Fut. אֵחַתָּה *Terrebor*, Jer. 17, 18. cum ה Paragogicô. יֵחַתּוּ *Conſternabuntur*, Jer. 10, 2. Piel חִתַּת *Contrivit, Conſternavit*, vel *conſternatum reddidit.* חִתְּתָה קַשְּׁתוֹתָם *Contrivit* arcus eorum, Jer. 51, 56. niſi cum Kimchio in libr. Rad. velis legere in Pual חֻתְּתָה, & cum eô diſtributivè vertere: *Contritus eſt quisque arcuum ipſorum.* Hiphil הֵחַת *Fregit, Contrivit, Conſternatum reddidit, Exterruit, Perterrefecit.* הַחִתֹּתָ *Contriviſti*, Jeſ. 9, 4. וְהַחִתֹּתִי Et *conſternatos reddam, perterrefaciam*, Jer. 49, 37. Fut. אֲחִתְּךָ *Conteram te*, Jer. 1, 17. יְחִיתַן *Terrebit eas*, Hab. 2, 17. pro יְחִתַּן Compenſatione Dageſch fortis ex ח excidentis facta per vocalem longam (ִי) & Suffixo Futurorum (ֵ) cum Suff. (ַ) Præterit. permutatô, & inſuper (ַ) locô (ָ) adhibitô.

1) Generatim Bohlio notat *ceſſavit ita vel ita eſſe.* 1) Speciatim α) *proprie* notat 1) *frangi & conteri*, quia, quæ franguntur & conteruntur, ceſſant ita vel ita eſſe. Ita dicitur de fracturâ *arcuum* 2. Sam. 22, 35. Pſ. 18, 35. Jer. 51, 56. item de rupturis terræ, Jer. 14, 5. 2) *Perire*, quia, quæ pereunt, eſſe ceſſant. Ita negatur, juſtitiam Dei perituram, Jeſ. 15, 6. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* notat *ingentem metum, pavorem &*

con-

conſternationem, quia, qui ingenti metu, pavore & conſternatione percelluntur, animô quaſi *franguntur* & conteruntur. Ita in *Kal* & Niphal eſt *terreri*, *expaveſcere*, *conſternari* diciturque in Kal de pavore & conſternatione ob hoſtium vim & atrocitatem, 2. Reg. 19, 26. Jeſ. 37, 27. Jer. 46, 5. c. 48, 20. 39. conf. Jer. 50, 36. Obad. 1, 9. ob excidium aliorum, Jeſ. 20, 5. c. 31, 9. ob ſapientiæ everſionem, Jer. 8, 9. Et in *Niphal* de pavore & conſternatione ob hoſtium multitudinem, vim & atrocitatem, Devt. 1, 21. c. 31, 8. Joſ. 1, 9. c. 8, 1. 2. Reg. 19, 6. 2. Chron. 20, 15. 17. c. 32, 7. calumnias, Jeſ. 51, 7. Domini vocem, Jeſ. 30, 31. cœlorum ſigna, Jer. 10, 2. In *Piel* & *Hiphil* eſt *conſternare, perterrefacere*, diciturque in *Piel* de *Deo* Jobum ſomniis conſternatum reddente, Job. 7, 14. In *Hiphil* autem de Deo Elam coram hoſtibus conſternatum reddente, Jer. 49, 36. de contemtu familiarum Jobum terrente, Job. 31, 34. 2) Per *Synecdochen* transfertur ad deſignandum *timorem religioſum* coram *Deo vero*, Mal. 2, 5.

חַת m. *Terror, Timor.* לִבְלִי חָת Sine *timore*, *terrore*. Job. 41, 24. cum Suff. וְחִתְּכֶם Et *terror* veſter. Gen. 9, 2. Sæpius non legitur.

חֲתַת m. *Terror.* Legitur ſaltem Job. 6, 21.

חִתָּה f. *Terror.* Semel occurrit in Statu conſtr. חִתַּת אֱלֹהִים *Terror Dei.* Gen. 36, 5.

חִתִּית f. *Terror.* Tantùm in Ezechiele legitur. חִתִּית גִּבֹּרִים *Terror* fortium, potentium, Ez. 32. 27. v. 32. 27. cum Suff. נָתַתִּי אֶת־חִתִּיתוֹ Dabo *terrorem* ejus. Ich will ſchaffen/ daß die Lebendigen über ihn erſchrecken ſollen. Ez. 32, 32. Suffixum enim objectivè explicandum eſt. קרי habet חִתִּיתִי *Terrorem* mei. Sed quia corruptionem textus arguit, meritò rejicitur. חִתִּיתָם *Terrorem* ipſorum. Ez. 26, 17. c. 32, 24. 25. 26. 30. Sæpius non legitur.

מְחִתָּה f. *Contritio, Conſternatio, Terror*; *Pernicies.* שַׂמְתָּ מִבְצָרָיו מְחִתָּה Poſuiſti munitiones ejus *contritionem*, i. e. ut eſſent extremè vaſtatæ atque everſæ. Pſ. 89, 40. אַל־תִּהְיֵה לִי לִמְחִתָּה Ne ſis mihi in *terrorem*, i. e. ne ſis mihi terribilis, ne terribilem te mihi præbeas, non defendendo aut deſerendo. Jer. 17, 17. In Statu Conſtr. מְחִתַּת דַּלִּים *Conſternatio* pauperum. Prov. 10, 15. מְחִתַּת רָזוֹן *Terror* maciei, i. e. tabefaciens, valdeque attenuans. Prov. 14, 28.

1) Generatim infert *ceſſationem rei*, à *tali* vel *tali eſſe*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *confractionem* vel *contritionem*, eſtque rerum rigidarum. Vide Pſ. 89, 4. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* deſignat terrorem vel conſternationem, quæ eſt velut animi confractio. Prov. 10, 15. c. 14, 28. Jeſ. 54, 14. Et inde 2) per *Metonymiam* notat *cauſam terroris & conſternationis.* Jer. 17, 17. c. 48, 39.

חַתְחַתִּים m. pl. *Terrores varii*, iique ingentes. Geminatio enim radicalium ſignificationem intendit. Extat ſaltem Eccl. 12, 5.

ט

טָאט In Kal non occurrit. In Piel mediâ radicali geminatâ, eſt טֵאטֵא *Everrit*, ſemel legitur Jeſ. 14, 73. וְטֵאטֵאתִיהָ Et *everram* eam. Jeſ. 14, 23.

מַטְאֲטֵא m. *Everriculum, Scopa.* Extat ſaltem Jeſ. 14, 73.

טָבַח *Mactavit; Coxit* apud Arabes. טָבְחָה טִבְחָהּ *Mactavit* mactationem ſuam. Prov. 9, 2. Part. Paul טָבוּחַ *Mactatum*. Devt. 28, 31. Inf. לִטְבֹחַ Ad *mactandum*. Jer. 11, 19.

1) Generatim notat *cadere*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *mactare*, diciturque de pecudibus, quæ ad coctionem, vel aſſationem *cadi* & mactari ſolent. Gen. 43, 16. Ex. 22, 1. Devt. 28, 31. 1. Sam. 25, 11. β) *Metaphoricè* ſignificat *occidere*, quia, quæ mactantur, occidi ſolent. Ita dicitur de violenta hominum occiſione, Pſ. 39, 14. Jer. 25, 34. c. 51, 40. Thren. 2, 21. Ez. 21, 15.

טַבָּח m. *Coquus*, à *mactando* vel *coquendo* ſic dictus. Plur. טַבָּחִים *Coqui; Satellites.* רַב טַבָּחִים Princeps *Satellitum*. 2. Reg. 55, 8. Fœm. טַבָּחוֹת *Coquæ*. 1. Sam. 8, 13.

1) Generat notat *cadentem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *coquum*, cujus officium eſt *cadere* & *mactare* pecudes, e. g. gallinas, anſeres &c. 1. Sam. 9, 24. β) *Metaphoricè* ſignificat *ſatellitem*, quaſi hominum *mactatorem* dictum, cujus officium eſt ſontes *cadere*, & quaſi *mactare* Gen. 37, 36. 2. Reg. 25, 8. 10. 11. 12. 15. 18. 20. Jer. 39, 9. 10. 11. c. 40, 1. 2. 5. c. 41, 10. c. 43, 6. c. 52, 12. 14. 15. 16. 19. 24. 26. 30.

טֶבַח m. *Mactatio*. וּטְבֹחַ טֶבַח Et macta *mactationem*. Gen. 43, 16. Cum Suff. טָבְחָה טִבְחָהּ Mactavit *mactationem* ſuam. Prov. 9, 2.

1) Generatim notat *caſionem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *mactationem pecudis*. Prov. 7, 22. Jeſ. 53, 7. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* deſignat *violentam hominis occiſionem*, eamque ſæpius per hoſtes, Deo puniente, illatam, Jeſ. 34, 2. 6. c. 65, 12. Jer. 48, 15. c. 50, 27. Ez. 21, 20. 2) Per *Metonymiam* notat *animal mactandum*, Gen. 43, 16. Prov. 9, 2.

טִבְחָה f. *Mactatio*. Cum Suff. טִבְחָתִי *Mactatio* mea, 1. Sam. 25, 11.

1) Generatim notat *caſionem*. 7) Speciatim α) *propriè* notat *mactationem pecudis*, Pſ. 44, 23. Jer. 12, 3. β) *Metonymicè* denotat *animal mactatum*. 1. Sam. 25, 11. Sæpius non legitur.

מַטְבֵּחַ m. *Mactatio*. Legitur ſaltem Jeſ. 14, 21; *Metaphoricè* deſignans *violentam hominum occiſionem*.

טָבַל *Tinxit, Intinxit; Immerſit, Demerſit.* וְטָבַל בַּמַּיִם *Intingetque* in aquas. Num. 19, 18. Fut. תִּטְבְּלֵנִי *Demerges* me. Job. 9, 31. וַיִּטְבֹּל אֶצְבָּעוֹ בַּדָּם Et *intinxit* digitum ſuum in ſanguinem Lev. 9, 9. Niphal נִטְבַּל *Intinctus eſt.* נִטְבְּלוּ בִּקְצֵה הַמָּיִם *Intincti* in extremitatem aquarum. Joſ. 3, 15.

1. Ge-

1) Generatim *immergendi* notionem habet. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *intingere aliquid*, 1) ut attingat humorem ex toto, aut ſaltem ex parte. Ita dicitur de Sacerdotibus *digitum* vel alias res intingentibus in ſanguinem, Lev. 4, 6. 17. c. 9, 9. conf. Lev. 14, 6. 51. in oleum, Lev. 14, 16. pedes in aquam Jordanis Joſ. 3, 15. de Ruthâ intingente bolum in acetum, Ruth. 2, 14. de Jonathane, intingente extremitatem baculi in favum mellis, 1. Sam. 14, 28. 2) Ut abluatur, 2. Reg. 5, 14. β) *Metaphoricè* adhibetur ad deſignandam α) *immiſſionem* graviorum calamitatum, Job. 9, 31. β) Fruitionem abundantiæ olei. Deut. 33, 24.

טָבַע *Inditus, Infixus, Immerſus, Demerſus fuit*; item *Submerſus eſt, Subſidit.* טָבְעוּ בָאָרֶץ שְׁעָרֶיהָ *Subſederunt* in terram portæ ejus. Thren. 2, 9. Fut. וַיִּטְבַּע יִרְמְיָהוּ בַּטִּיט Et *immerſus fuit* Jeremias in lutum Jer. 38, 6. Pual טֻבַּע *Demerſus, Submerſus fuit.* טֻבְּעוּ בְיַם *Submerſi ſunt* in mari, Ex. 15, 4. Hophal הָטְבַּע *Demerſus eſt.* הָטְבָּעוּ *Demerſi* ſunt. Job. 38, 22.

1) Generatim Guſſetio notat *indere*, ſive res, quæ alteri inditur, tegatur ex toto, ſeu ex parte tantùm. Inde 2) ſpeciatim α) *proprie* ſignificat 1) *infigi.* Ita dicitur de lapide fronti Goliathi infixo, 1. Sam. 17, 49. de radicibus montium terræ infixis, Prov. 8, 25. 2) *Immergi, demergi.* Ita dicitur de *Ægyptiis* in mare demerſis, Ex. 16, 4. de Jeremiâ in foveam lutoſam immerſo, Jer. 38, 6. β) *Metaphoricè* adhibetur 1) ad deſignandam *detruſionem hominis in periculum, excidium atque interitum*, Pſ. 9, 16. Jer. 38, 22. 2) *Graviſſimam Meſſiæ paſſionem*, Pſ. 69, 3. 15.

טַבַּעַת f. *Annulus*, ab indendo vel infigendo ſic dicitur, quod digitus vel aliud quippiam ei indatur & infigatur. טַבַּעַת הַמֶּלֶךְ *Annulus* Regis. Eſth. 3, 12. Cum Suff. וַיָּסַר אֶת־טַבַּעְתּוֹ Et amovit, vel detraxit *annulum ſuum.* Eſth. 3, 10. c. 8, 2. Plur. טַבָּעוֹת *Annuli.* Ex. 25, 12. In Statu conſtr. טַבְּעוֹת זָהָב *Annuli* auri, i. e. aurei. Ex. 28, 2. 3. טַבְּעֹת נְחֹשֶׁת *Annuli* æris, i. e. ænei. Ex. 27, 4. Cum Suff. מִטַּבְּעֹתָיו Ex *annulis* ſuis, Ex. 28, 28.

1) Generatim notat *annulum*, qualiſcunque ſit. 2) Speciatim α) notat *annulum*, cui aliquid inditur & infigitur, ut firmius cohæreat, vel ut geſtationi & translationi rei è loco in locum inſerviat. Ita dicitur de annulis arcæ fœderis, quibus *indebantur* vectes, ut portari poſſet, Ex. 25, 12. 14. 15. menſæ, Ex. 25, 26. 27. c. 37, 13. 14. pectoralis, Ex. 39, 16. 19. 20. Ephodi, Ex. 28, 28. c. 39, 21. β) *Annulum obſignatorium*, Eſth. 3, 12. c. 8, 8. 10. γ) *Annulum*, qui ornatûs causâ geſtari ſolet. Gen. 41, 42. Jeſ. 3, 21.

טַבּוּר m. *Umbilicus*; Metaphoricè *medium terræ*, quia umbilicus eſt medium corporis. Bis occurrit, ſed utrinque de terræ & provinciarum meditullio. הִנֵּה־עָם יוֹרְדִים מֵעִם טַבּוּר הָאָרֶץ Ecce populus

pulus deſcendit, de nexu *umbilici* terræ hujus, Jud. 9, 37. עַל־טַבּוּר הָאָרֶץ Super umbilico terræ. Ez. 38, 12.

טֵבֵת m. *Tebbeth.* Nomen menſis decimi, qui Decembri noſtro reſpondet. Eſth. 2, 16.

טָהַר *Mundus, Purus fuit.* טָהַרְתִּי מֵחַטָּאתִי *Mundus ſum* à peccato meô. Prov. 20, 9. Piel טִהַר *Mundum fecit, Mundavit, Purgavit, Purificavit, mundum declaravit, pronunciavit.* וְטִהַר אֶת־הַנֶּגַע Tùm *mundum pronunciabit* plagam, Lev. 13, 13. וְטִהֲרוֹ Tùm *mundum eum pronunciabit.* Lev. 13, 6. וְטִהַרְתִּים מִכָּל־עֲוֺנָם Et *mundabo* eos ab omni iniquitate eorum, Jer. 33, 8. וְטִהַרְתִּיךְ Quamvis *mundaverim te*, i. e. mundare voluerim te. Ez. 24, 13. Inf. לְמַעַן טַהֵר אֶת־הָאָרֶץ *Ob mundare*, i. e. ut mundent terram. Ez. 39, 12. Püal טֹהַר *Mundatus, purgatus eſt*; ubi (ֹ) compenſat Dageſch Characteriſticum extruſum. Part. F. אֶרֶץ לֹא מְטֹהָרָה הִיא Terra, quæ non purgata eſt. Ez. 22, 24. Hithpael הִטַּהֵר *Mundavit, Purificavit ſe; Mundatus, Purificatus eſt*, pro הִתְטַהֵר, ת Characteriſtico in ט per Dageſch F. exhibito. הִטֶּהָרוּ *Mundati* fuerunt. 2. Chron. 20, 3. Part. מִטַּהֵר *Mundandus.* Lev. 14, 7. Imper. הִטַּהֲרוּ *Mundate vos.* Gen. 35, 2.

1) Generatim deſignat *mundiciem*, qualiscunque ſit. 2) Speciatim α) *Propriè* importat *mundiciem phyſicam & naturalem*, quâ quid caret ſordibus, labe, vel quocunque alieno. Vide Job. 37, 11. ubi dicitur de purgatione *cœli*, à vaporibus & nubibus, ut ſerenum fiat. Inde β) transfertur ad deſignandam *mundiciem ritualem & moralem*, & 1) in Kal ſignificat *mundum eſſe* vel *fieri*, a) à *ſordibus peccati*, Job. 4, 17. Pſ. 51, 9. Prov. 20, 9. Jer. 13, 27. Ez. 24, 13. b) à labe per contactum cadaveris contractâ, Lev. 11, 32. c. 22, 7. Num. 19, 19. c) à leprâ, Lev. 13, 6. c. 13, 34. 58. c. 14, 8. 9. 20. 53. conf. 2. Reg. 5, 10. 12. 13. 14. ubi *Metonymicè ſanationem à lepra* infert. d) à fluxu carnis, Lev. 15, 13. vel ſanguinis menſtrui. Lev. 12, 7. 8. c. 15. 28. 2) in *Piel*, ſignificat a) *Mundare*, vel *mundum facere*, e. g. *peccatores* à ſordibus peccatorum, peccata tollendo & remittendo, Pſ. 51, 4. Jer. 33, 8. Ez. 36, 25. 33. c. 37, 23. conf. Ez. 24, 13. ubi intelligendum eſt de *conatu mundandi* Judæos. Aſt Mal. 3, 3. Meſſias adveniens dicitur *purgare* filios Levi, h. e. miniſtros verbi à ſcoriis doctrinæ & ſordibus pravæ vitæ. b) *Mundum pronunciare* vel *declarare*, Lev. 13, 13. 17. 23. 28. 34. 37. c. 14, 6, 48.

טָהוֹר m. *Mundus, Purus.* מָקוֹם טָהוֹר Locus *mundus.* Lev. 4, 12. זָהָב טָהוֹר Aurum *purum*, Ex. 25, 11. In Statu Conſtr. טְהֹר עֵינַיִם *Purus* oculis, Hab. 1, 13. טְהָר־לֵב *Mundus* corde Prov. 22, 11. Plur. טְהֹרִים *Mundi.* Eſr. 6, 19. Fœm. טְהוֹרָה *Munda.* Gen. 7, 2. Plur. טְהֹרוֹת *Munda*, Lev. 14, 4.

1) Generatim notat quicquid caret ſordibus & addidamentis abeſſe debitis. Inde 2) ſpeciatim α) notat *mundum*, & quidem a) *mundum mundicie & puritate phyſicâ ac naturali*, quâ quid ſordibus caret,

ret, vel labe. Ita dicitur de *loco*, qui ſordibus caret, Lev. 4, 12. c. 6, 4. c. 10, 12. de *aqua*, quæ ſorde caret, Ez. 36, 25. ubi *aqua munda* cenſetur eſſe ſymbolum *aquæ baptiſmalis*, quâ Chriſtus mundat Eccleſiam, Eph. 5, 26. β) Inde transfertur ad deſignandum, *quicquid eſt mundum mundicie rituali* ac *morali*. Ita dicitur de *homine*, qui à ſordibus lepræ mundatus, ceremoniali caret inquinatione, Lev. 13, 13. 17. Aſt Job. 14, 4. negatur, dari *hominem mundum*, qui careat ſordibus peccati tum originalis, tum actualis, cum natus ſit ex immundo. Sic de mundô *mundicie morali* dicitur, cum tribuitur *cordi*, à peccatorum ſordibus per veram & ſeriam pœnitentiam purgato, & priorem vivendi rationem deteſtanti. Prov. 22, 11. conf. Pſ. 51, 12. Sed Hab. 1, 13. *oculi Domini* dicuntur *mundi*, quod iis rerum obſcœnarum ac turpium aſpectu non oblectetur, ſed eas maximè averſetur. 2) Significat *purum*, quod caret addidamentis abeſſe debitis. Ita dicitur de *aurô*, quod à ſcoriis aliisque depreciantibus addidamentis eſt purgatum, Ex. 25, 11. 17. 24. 29. 39. c. 37, 22. 23. c. 39, 15. Job. 28, 19. de ſuffimento aromatum *purô*, Ex. 37. 29. Inde transfertur ad *eloquia Dei*, quæ dicuntur *pura*, quia omni addidamento fraudis, mendacii &c. carent, Pſ. 12, 7. conf. Pſ. 19, 10. ubi *timor Dei*, h. e. doctrina verum Dei timorem, qui ab omni hypocriſi alienus eſt, inculcans atque mandans, puritate illuſtris prædicatur.

טֹהַר m. *Mundicies*, *Mundatio*, *Purgatio*, *Nitor*. Ter ſaltem legitur. יְמֵי טָהֳרָה Dies *purgationis*, *mundiciei* ipſius. Lev. 12, 4. 6. כְּעֶצֶם הַשָּׁמַיִם לָטֹהַר Sicut ſubſtantia cœli quoad *nitorem*, *mundiciem*. Ex. 24, 10.

טָהֳרָה f. *Mundicies*, *Mundatio*, *Purgatio*. בִּדְמֵי טָהֳרָה In ſanguinibus *mundationis*, i. e. à quibus mundanda, purificanda eſt. Lev. 12, 4. 5. In Statu conſtr. כְּטָהֳרַת הַקֹּדֶשׁ Juxta mundiciem ſanctitatis, i. e. ceremonialem, quam Moſes mandaverat. Si reſpicias animum, erant mundi, aſt ſi ritum & ceremonias ſpectes, non erant mundi; Dominus autem reſpicit mundiciem internam, 2. Chron. 30, 19. עַל־טָהֳרַת לְכָל־קֹדֶשׁ Super *mundationem* cujusque rei ſanctæ, vaſorum ſcil. ſanctorum, 1. Chron. 23, 28. אַחֲרֵי טָהֳרָתוֹ Poſt *mundationem* ipſius. Lev. 13, 35. Ez. 44. 26. conf. Lev. 14, 2. Num. 6, 9. לְטָהֳרָתוֹ Ad *mundiciem* ipſius, Lev. 13, 7. בַּיּוֹם הַשְּׁמִינִי לְטָהֳרָתוֹ In die octavo mundationis ſuæ. Lev. 14, 23.

מְטֹהָר m. *Nitor*. Semel legitur cum Suff. Pſ. 89, 45. הִשְׁבַּתָּ מִטְּהָרוֹ Ceſſare feciſti *nitorem* ejus; pro מִטְהָרוֹ literæ ט Dageſch euphonico impreſſo, ut in מִקְּדָשׁ, & pro (:) ſimplici, ſchevate compoſito (ֲ) adhibitô.

טוֹב *Bonum eſſe*. מַה־טֹּבוּ אֹהָלֶיךָ יַעֲקֹב Quàm *bona ſunt tabernacula* tua Jacob? Num. 25, 5. מַה־טֹּבוּ דֹדַיִךְ מִיַּיִן Quam *boni ſunt* amores tui præ vino? Cant. 4, 10. Inf. כְּטוֹב לֵב הַמֶּלֶךְ Cum *bonum eſſet*

Digitized by Google

eſſet cor Regis. Eſth. 1, 10. הֵטִיב *Benefecit, egregiè ſe geſſit.* הֱטִיבֹ֣תָ לַעֲשׂ֣וֹת *Egregiè te geſſiſti* faciendo. 2. Reg. 10, 30. הֱטִיבֹתָ *Bene feciſti.* 1. Reg. 8, 18. 2. Chron. 6, 8. וְהֵטִיבֹתִי *Et bene faciam.* Ez. 36, 11. Eſt forma mixta ex טוֹב & יָטַב, quod arguit (..) ſub Præformativo ה. Sæpius non legitur.

טוֹב m. *Bonus, Elegans, Præſtans.* טוֹב מְאֹד *Bonum valde* i. e. optimum. Gen. 1, 31. וּזֲהַב הָאָרֶץ הַהִוא טוֹב Et aurum terræ iſtius eſt *bonum* i. e. præſtans. Gen. 2, 9. טוֹב מִמֶּנּוּ *Elegantior* illò. 1. Sam. 9, 2. וַתֵּרֶא אֹתוֹ כִּי טוֹב הוּא Cum videret eum, quod *bonus* eſſet, nempe aſpectu & formâ, h. e. *pulcher.* Ex. 2, 2. Interdum adhibetur *ſubſtantivè.* לְטוֹב לָנוּ In *bonum* nobis, i. e. ut bene ſit nobis. Devt. 6, 24. עֲרֹב עַבְדְּךָ לְטוֹב Oblecta ſervum tuum in *bonum*, i. e. ut ſalus & felicitas vera mihi illinc obtingat. Pſ. 119, 122. פֶּן תְּדַבֵּר עִם־יַעֲקֹב מִטּוֹב עַד־רָע Ne loquaris cum Jacobo à *bono* usque ad malum, i. e. ſive *bonum* ſive malum. Gen. 31, 24. Fœm. טוֹבָה *Bona,* & Subſtantivè, *Bonitas, Bonum.* תִּקָּבֵר בְּשֵׂיבָה טוֹבָה Sepelieris in canicie *bona*, Gen. 15, 15. שִׁלַּמְתֶּם רָעָה תַּחַת טוֹבָה Retribuiſtis malum pro bono. Gen. 44, 4. In Statu conſtr. טוֹבַת מַרְאֶה *Bona* aſpectu. Gen. 24, 16. c. 26, 7. Cum Suff. טֹבָתִי *Bonum* meum, Pſ. 16, 2. בְּטוֹבָתְךָ Pro *bonitate* tuâ. Pſ. 65, 11. Plur. טֹבוֹת *Bona.* טֹבוֹת מַרְאֶה *Bona* aſpectu: Eſth. 2, 2. יְדַבְּרוּ אֵלֶיךָ טוֹבוֹת Loquentur ad te *bona.* Jer. 12, 6.

1) Generatim notat *bonum*, ſive *abſolutè*, ſive *reſpectivè* tale, quod judicio vel appetitui eſt conveniens, ſive *Adjectivè*, ſive *Subſtantivè.* 2.) Speciatim א) *Adjectivè* tribuitur a) *Deo*, qui bonus eſt, non ſolum *abſolutè*, quatenus omnes perfectiones tàm ſimpliciter, quàm ſecundum quid tales in ſe in eminentiſſimo gradu continet, ſed etiam *relatè*, quatenus bonus eſt creaturis, inprimis, quatenus benignus eſt in peccatis condonandis, malis pœnæ auferendis, & bonis variis conferendis. Pſ. 25, 8. Pſ. 34, 9. Pſ. 86, 5. Pſ. 100, 5. Pſ. 135, 3. Pſ. 145, 9. Jer. 33, 11. Thren. 3, 25. Nah. 1, 7. *ejusque verbo*, quod eſt ſuave & ſalutare homini, 2. Reg. 20, 19. Jeſ. 39, 8. ϐ) *Homini*, 1) *pio*, qui bonitati morali ſtudet, ac peccata vitat. Pſ. 14, 1. 3. Pſ. 53, 2. 4. Pſ. 125, 4. Eccl. 9, 2. 2) *Felici*, qui proſperis rebus utitur, & hinc beatus prædicatur. Pſ. 112, 5. Jeſ. 3, 10. Jer. 22, 6. c. 44, 17. 3) *Formoſo*, ſive ſit *mas*, Ex. 2, 2. 1. Reg. 1, 6. ſive *fœmina*, Gen. 6, 2. c. 24, 16. c. 26, 7. 1. Sam. 25, 3. 2. Sam. 11, 2. Eſth. 1, 11. c. 2, 3. 7. γ) *Rei* phyſicè *bonæ*, quæ bonitatem ſui generis habet, e. g. *luci* à Deo creatæ, Gen. 1, 4. imò cuicunque rei ab ipſo conditæ, Gen. 1, 31. terræ Canaan copiâ optimarum rerum abundanti, Ex. 3, 8. Devt. 1, 35. c. 3, 25. c. 4, 21. 22. c. 6, 18. c. 8, 10. c. 9, 6. c. 11, 17. Joſ. 23, 13. 15. 16. agro fertili, 2. Reg. 3, 19. 25. arbori 2. Reg. 3, 19. 25. ficui, Jer. 24, 2. 3. ficûs proventui, Jud. 9, 11. ariſtæ, Gen. 41, 5. 24. pecudi immolandæ, Lev. 27, 10. 12.

Digitized by Google

oleo fragranti & pretioſo, Eccl. 7, 1. δ) *Operi bono*, vel *rei actionive laudabili*. Devt. 1, 14. 1. Sam. 26, 16. Eccl. 12, 14. item *rei jucunda ſalutari ac honeſta*, ut ſalutari doctrinæ, Prov. 13, 15. conf. Neh. 9, 13. conſilio, 2. Sam. 17, 14. honeſtæ famæ, 1. Sam. 2, 24. Prov. 15, 30. læto nuncio, 2. Sam. 18, 27. nec non *rei præſtanti & eximia*, ut ſapientiæ, Prov. 8, 25. Eccl. 9, 16. 18. ε) *Cordi hilari ac læto*, ob fruitionem alicujus boni, Jud. 16, 25. 1. Sam. 25, 36. 1. Reg. 21, 7. Eſth. 5, 9. Eccl. 9, 7. cui opponitur *cor malum*, i. e. triſte, mœſtum, Neh. 2, 2. 2) *Subſtantivè* deſignat a) *omnis generis bonum*, Num. 10, 29. 1. Reg. 8, 66. Pſ. 65, 12. Pſ. 68, 11. Pſ. 103, 5. Pſ. 107, 9. Jer. 5, 25. c. 18, 10. Inde eſt, quod deſignat b) *felicitatem & proſperum ſtatum*, qui omnis generis bonorum copiam involvit; tàm in Maſculinô, Devt. 10, 13. Jer. 32, 39. quàm in Fœmíninô, Devt. 23, 7. 1. Sam. 25. 30. Neh. 2, 10. Job. 9, 25. Eccl. 5, 17. c. 6, 6. Jer. 32, 42. c. 39, 16. c. 44, 27. Thren. 3, 17. Am. 9, 4. c) *Beneficium*, quod alteri confertur, idque in Fœmininô, 1. Sam. 24, 18. c. 25, 21. Pſ. 35, 12. Pſ. 38, 21. Prov. 17, 13. Jer. 18, 30. d) *Opes*, Eccl. 5, 10. c. 6, 3. e) *Bonum jucundum*, ſeu, quidquid ſuave, gratum & acceptum eſt, quod placet. Num. 24, 1. 2. Sam. 3, 19. c. 25, 26. 1. Reg. 22, 8. 2. Chron. 18, 17. Job. 21, 13. Pſ. 39, 3. f) *Id, quod decens, juſtum, rectum ac honeſtum eſt*, 1. Reg. 3, 9. Pſ. 14, 1. Pſ. 52, 5. Sic *bonum facere* dicitur, qui pietati ſtudet, & præſtat, *quicquid juſtum, decens, rectum & honeſtum eſt*. Pſ. 34, 15. Pſ. 37, 3. 27. Eccl. 3, 12. c. 7, 20. g) *Id, quod utile, ſalutare & conducibile eſt*, Eccl. 6, 12. item, quod *jucundum, utile ac honeſtum*. Eccl. 7, 3. 24. Ita *bonum eſt celebrare Deum*, Pſ. 54, 8. Pſ. 92, 2.

טוּב *Bonitas; Bonum.* וַאֲכַלְתֶּם אֶת־הָאָרֶץ Et comedatis *bonum* terræ. Eſr. 9, 12. Cum Suff. לְמַעַן טוּבְךָ Propter *bonitatem* tuam, Pſ. 25, 7. מִטּוּב לֵב Præ *bonitate*, i. e. lætitiâ cordis, Jeſ. 65, 14.

1) Generatim *boni* notionem involvit, ſive in abſtracto, ſive in concreto. Inde 2) ſpeciatim α) notat *bonitatem*, ſive ſit *eſſentialis*, ſive *accidentialis*, ſive *abſoluta*, ſive *reſpectiva*, ſive *rem perficiat*, ſive *oblectet*. Inde deſignat 1) *bonitatem & amorem Dei* erga homines, Pſ. 25, 7. Jeſ. 63, 7. 2) *Bonitatem ſenſus*, quô verum à falsô, bonum à malô, utile à noxio dignoſcitur & diſcernitur. Pſ. 119, 66. 3) *Bonitatem* ſeu *lætitiam cordis*. Devt. 28, 47. Jeſ. 65, 14. 4) *Bonitatem* ſeu *proſperitatem ſtatûs*. Pſ. 128, 5. Prov. 11, 10. conf. Job. 7, 7. ubi legitur de felicitate hujus ſeculi. β) *Omnis generis bonum*, quod delectat, juvat, ſatiat, ſive corpus, ſive animam. Inde dicitur de *bonis divinis*, quæ Deus confert & largitur, Ex. 33, 19. Pſ. 27, 13. Pſ. 31, 20. Neh. 9, 35. peculiariter de frumento, oleo, vino &c. Jer. 31, 12. 14. de facultatibus, Devt. 6, 11. de rebus pretioſis Abrahami, Gen. 24, 10. de bonis terræ Ægypti, Gen. 45, 18. 20. 23. terræ Canaan, Neh. 9, 25. Jeſ. 1, 19.

טָוָה *Nevit*. Bis legitur Ex. 35, 25. 26. טָווּ *Neverunt*.

מַטְוֶה m. *Netum*. Extat ſaltem, Ex. 35, 25.

Digitized by Google

טוּחַ *Inducere, Obducere, Linere, Oblinere, Incruſtare.* וְטָח אֶת־הַבָּיִת Et *incruſtabit* domum. Lev. 14, 42. Sed Jeſ. 44, 18. eſt טַח, quaſi à טָחַח. Part. טָחִים *Oblinentes.* Ez. 13, 11. לָטוּחַ קִירוֹת Ab *oblinendum* parietes. 1. Chron. 29, 4. Niphal נִטַּח *Oblitus, Obductus eſt.* Inf. אַחֲרֵי הִטּוֹחַ הַבָּיִת Poſt *incruſtatam eſſe*, i.e. poſtquam *incruſtata fuit* domus. Lev. 14, 48.

1) Generatim *obducendi* notionem habet. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *cementariorum*, notans *incruſtare, obtinere*, ſeu *tectorio obducere.* Inde adhibetur de *pariete*, aut *muro*, qui cæmentô, calce, aliave materiâ obducitur & oblinitur. Lev. 14, 42. 43. 48. 1. Chron. 29, 4. β) *Metaphoricè* 1) deſignat *excœcationem ſpiritualem*, Jeſ. 44, 18. 2) Tribuitur *falſis Prophetis*, qui heterodoxa & falſa dogmata inanibus coloribus pingunt, & quaſi fulcire laborant, inanique conſolatione peccatores in ſuis peccatis confortant. Ez. 13, 10. 11. 12. 14. 15. c. 22, 28. Sæpius non legitur.

טִיחַ m. *Tectorium.* Tantùm extat Ez. 13, 12. ubi *Metaphoricè* eſt ſymbolum *inanitatis* doctrinæ & conſolationis falſorum Prophetarum.

טֻחוֹת f. pl. *Præcordia* vel *Renes*, ſic dicti, quod adipe velut tectorio quodam obducti ſunt. Tantùm extat Job. 38, 36. ubi Seb. Schmidius intelligit *partes obductas* quaſi ſepe aut parietibus, *viſcera* ſcilicet, in quibus poſita dicitur ſapientia ob *cor*, quod inter viſcera præcipuum eſt.

טוּל In Kal non ſequitur. Piel טִלְטֵל *Ejecit, Projecit, Migrare, Vagari fecit, Transtulit, Deportavit.* Part. מְטַלְטֶלְךָ טַלְטֵלָה *Projiciens, Migrare faciens te* migratione vel projectione viri i.e. virili, forti, vehementi, niſi cum Seb. Schmid. per migrationem viri intelligere malis, migrationem hominis vilis. Hiphil הֵטִיל *Jecit, Ejecit, Dejecit, Injecit, Projecit.* יְהוָה הֵטִיל רוּחַ גְּדֹלָה Dominus *injecit, immiſit* ventum magnum. Jon. 1, 4. וְהֵטַלְתִּי אֶתְכֶם Et *ejiciam* vos, Jer. 16, 13. Fut. אֲטִילְךָ *Ejiciam* te. Ez. 32, 4. וַיָּטֶל שָׁאוּל אֶת־הַחֲנִית Et *Projecit* Saul haſtam. 1. Sam. 18, 11. וַיְטִלֻהוּ אֶל־הַיָּם Et *projecerunt* eum in mare. Jon. 1, 16. Hophal הוּטַל *Jactus, Ejectus, Projectus, Abiectus fuit.* Fut. בַּחֵיק אֶת־הַגּוֹרָל In ſinum *projicitur* ſors. Prov. 16, 33.

1) Generatim *movendi* notionem obtinet, ſive ex priſtino locô, ſive ex priori ſtatu. 2) Speciatim α) ſignificat *migrare*, & in Piel *migrare facere*, & ſic ex priſtinô locô *movere*, Jeſ. 22, 17. β) In Hiphil *Jacere, Ejicere, Injicere, Projicere*, connotatâ ſubinde *violentiâ.* Unde legitur de *violentâ ejectione* Judæorum ex terrâ patriâ, Jer. 16, 13. conf. Jer. 22, 20. de *ejaculatione haſtæ* non ſine vi facta, 1. Sam. 18, 11. de ejectione Jonæ in mare, Jon. 1, 12. 16. & eorum, quæ in navi fuerunt, Jon. 1, 5. item de immiſſione venti vehementis, Jon. 1, 4. In Hophal autem deſignat *projectionem*, quæ ſæpe comitem habet ſpem, vel eandem excludit.

Legitur enim de *projectione ſortis*, quæ non ſine ſpe fieri ſolet, Prov. 16, 33. de *projectione Chonjæ* in terram ignotam, quæ excludebat omnem in patriam redeundi ſpem, Jer. 22, 18. Imò etiam de abjectione piorum, quæ coram mundo totalis eſſe videtur, ut nulla amplius iis ſpes divinæ gratiæ, curæ, auxilii &c. ſupereſſe putetur, Pſalm. 37, 24.

טַלְטֵלָה f. *Migratio, Ejectio.* Tantum extat Jeſ. 22, 17.

טוּר m. *Series rerum coordinatarum, Ordo, Diſpoſitio*, Exod. 28, 17. c. 39, 10. 1. Reg. 7, 3. Plur. טוּרִים *Ordines*, Exod. 28, 17. 1. Reg. 7, 4. 12. 18. 24. 42. & per alternationem (ו) cum (ִ) טִרִים 1. Reg. 7, 20. In Statu conſtr. טוּרֵי אֶבֶן *Ordines* lapidis, Exod. 39, 10. טוּרֵי גָזִית *Ordines* cæſorum lapidum, 1. Reg. 6, 36.

טוּשׁ *Volare, Involare.* Saltem extat Job. 9, 26. in Fut. כְּנֶשֶׁר יָטוּשׂ Ut aquila *involat*.

טָחָה *Jaculatus eſt.* In Kal non legitur. Piel טִחָה *Jaculatus eſt.* Occurrit ſaltem Part. Gen. 21, 16. כִּמְטַחֲוֵי קֶשֶׁת Sicut *jaculantes* arcu, i. e. quantum eſt jactus teli vel ſagittæ, vel quantum jaculatores ſolent à ſcopô recedere, ut poſſint telum emittere. ו eſt locô tertiæ radicalis ה, perinde ut in שָׁלַוְתִּי *Tranquillus fui*, Job. 3, 26.

טָחַן *Comminuit, Contudit, Moluit, Commoluit.* וְטָחֲנוּ בָרֵחַיִם Et *moluerunt* molis, Num. 11, 8. Part. טֹחֵן *Molens*, Jud. 16, 21. Inf. וָאֶכֹּת אֹתוֹ טָחוֹן הֵיטֵב Et contudi eum *molendo* probè, Deut. 9, 21. בַּחוּרִים טְחוֹן נָשָׂאוּ Juvenes ad *molendum* abduxerunt, Thren. 5, 13. Fut. וַיִּטְחַן Et *commoluit*, Exod. 32, 20.

1) Generatim *comminuendi* notionem obtinet. Vid. Exod. 32, 20. Eccl. 12, 3. 2) Speciatim *α*) *propriè* eſt *molere*, quia in molâ frumentum comminuitur, Num. 11, 8. Jud. 16, 21. Sed quia in regionibus Orientalibus duriſſima ſervitus erat, in molendinum ac piſtrinum tradi, hinc β) *Metaphoricè* adhibetur ad deſignandum *duriſſimæ ſervitutis & captivitatis* genus, Jeſ. 47, 2. Thren. 5, 13. conf. Jud. 16, 21. Huc refert R. Levi illud Jobi 31, 10. *Molat alteri uxor mea*; quia mulieres, captivæ maximè & ancillæ factæ in piſtrinis molere cogebantur. Sed veteres Ebræi, Lutherus & alii cenſent, hac phraſi ſubinnui *honeſtam & occultam cognominationem concubitûs venerei.* Huic ſententiæ ſubſcribit Seb. Schmidius, hunc conſtituens ſenſum: *Per vim cogatur uxor mea ad patiendum alterius coitum, ſicut in piſtrinis coguntur ad molendum.*

טַחֲנָה f. *Mola.* Legitur ſaltem Eccl. 12, 3. קוֹל הַטַּחֲנָה Vox *molæ*, i. e. oris, Metaphoricè voce *molæ* deſignati.

טָחַר *Conſtrinxit, Preſſit, Compreſſit*, apud Chaldæos; Unde טחור *Anguſtus meatus.*

טְחוֹרִים m. pl. *Mariſcæ, Hæmorrhoides*, Morbus ani. Porcheto notat τεινεσμὸν, h. e. *irritum egerendi conatum, cum tumore & inflammatio-*

Digitized by Google

matione ſedis. In Statu conſtr. טְחֹרֵי זָהָב *Mariſcæ auri,* i. e. *aureæ,* 1. Sam. 6, 17. Cum Suff. צַלְמֵי טְחֹרֵיהֶם Imagines mariſcarum ſuarum, 1. Sam. 6, 11. Hæc vox quaſi pronunciatu honeſtior à Maſorethis ſubſtituta legitur pro עֳפָלִים velut voce obſcœniori, non quidem prima ſua origine, ſed ſubſequente opinione hominum & conſvetudine ævi poſterioris.

טֹטָפוֹת f. pl. *Frontalia,* Exod. 13, 16. Devt. 6, 8. c. 11, 18. Originatio hujus vocis obſcura & parum cognita eſt. Fullerus Lib. V. Miſcell. Sacr. c. 7. rationi maximè conſentaneum putat, ſi ex Arabicâ petatur linguâ, in quâ טוף eſt *circumire,* quia frontem brachiumque *circumire,* iisque ex ritu Judaicô circumdari ſolent. *Sunt enim* טֹטָפוֹת *Monimenta frontis & manuum ex ſchedis ſcriptis, quæ alligantur fronti & manui ſiniſtræ, ut iis Judæi moneantur ad obſervationem legis, unde in N. T. appellantur Phylacteria;* Scribit Buxtorff. in Lex. Thalmud.

טִיט m. *Cœnum, Lutum.* טִיט חוּצוֹת *Lutum* platearum, Zach. 10, 5. כְּטִיט חוּצוֹת אֲרִיקֵם Sicut *lutum* platearum attenuabo eos, Pſalm. 18, 43.

1) Generatim notat *lutum.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *lutum,* quali figulus utitur, Jeſ. 41, 25. quando fluctus marini ad littus propellere ſolent, Jeſ. 57, 20. datur in plateis, 2. Sam. 22, 43. Pſalm. 18, 43. Mich. 7. 10. Zach. 9, 3. c. 10, 5. & erat in foveâ, in quam Jeremias demergebatur, Jer. 38, 6. β) *Metaphoricè* notat *mala, adverſitates & difficultates,* unde homo difficulter eluctari poteſt, Pſalm. 40, 3. Pſalm. 69, 15.

טִירָה m. *Series rerum coordinatarum, Ordo;* item *Palatium, Caſtellum,* juxta R. D. Kimchium ſic dictum, quod ſit *ædificatum lapidibus lævigatis vel exciſis, æqualiter ordinatis.* Cum Suff. טִירָתָם *Palatium* eorum, Pſalm. 69, 26. In Statu Conſtr. טִירַת כֶּסֶף *Palatium* argenti, i. e. argenteum, Cant. 8, 9. Plur. טִירוֹת *Ordines,* Ezech. 46, 23. *Caſtella,* Gen. 25, 16. Num. 31, 10. 1. Chron. 6, 54.

טָלָא *Aſſuit, Reſarcivit* apud Rabbinos; unde טְלָאֵי *Fruſtula* ad reſarciendum notant; hinc, quia, quicquid varia fruſtula aſſuta habet, quaſi *maculis aſperſum* apparet, quoque notat, *Maculavit, Maculis grandioribus aſperſit.* Inde eſt Part. Paul טָלוּא *Maculoſus, maculis grandioribus aſperſus eſt.* שֶׂה נָקוֹד וְטָלוּא Pecus punctatum & *maculoſum,* Gen. 30, 32. Plur. טְלֻאִים *Maculoſi,* Gen. 30, 35. בָּמוֹת טְלֻאוֹת Excelſa *variegata,* i. e. variis pannis & multorum colorum inſtrata, Ezech. 16, 15. Pual טֻלָּא *Conſutus, Reſartus fuit.* Legitur ſaltem Participium pl. fœm. Joſ. 9, 5. נְעָלוֹת בָּלוֹת וּמְטֻלָּאוֹת Calcei inveterati & *reſarti.*

טָלֶה m. *Agnus,* à *maculis* ita dictus, quas ætas delet. Vid. Bochart. Hieroz. P. I. Lib. 2. c. 43. Vid. Jeſ. 65, 25. In Statu conſtr. טְלֵה חָלָב

Agnus lactis, i.e. lactens, 1. Sam. 7, 9. Plur. טְלָאִים *Agni*, Jeſ. 40, 11. ח & א alternantibus. Sæpius non legitur.

טְלָאִים m. pl. *Telaim*; eſt nomen propr. loci, ubi Saul Iſraelitas contra Amalekitas luſtravit, 1. Sam. 15, 4.

טָלַל *Humidus fuit*, apud Æthiopes; *Leviter terram humectavit*, apud Arabes. Piel טִלֵּל *Texit, Contexit, Obtexit.* Legitur ſaltem in Fut. וִיטַלְלֶנּוּ *Et contexit* eam, Neh. 3, 15. Sed וּמְטַלְטֶלְךָ Jeſ. 22, 17. Vide in rad. טוּל. p. 469.

טַל m. *Ros*; ſic dictus vel ab *humectatione* terræ & herbarum, vel quia terram herbaſque & gramina ex terrâ enata *obtegit*. עַל־כָּל־הָאָרֶץ יִהְיֶה טָל Super totâ terrâ ſit *ros*, Jud. 6, 39. וְכַטַּל מַשְׁכִּים Et ſicut *ros* matutinus, Hoſ. 6, 4. c. 13, 3. מִטַּל הַשָּׁמַיִם De *rore* cœli, Gen. 27, 28. Cum Suff. הַשָּׁמַיִם יִתְּנוּ טַלָּם Et cœli dabunt *rorem* ſuum, Zach. 8, 12.

1) Generatim & vi originis *humorem* deſignat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *rorem*, qui in inferiori aëris regione generatur, & herbas langventes humore ſuo frigidiuſculo reficit & erigit, Jud. 6, 37. 38. 39. Num. 11, 9. 2. Sam. 1, 21. 1. Reg. 17, 1. Job. 38, 28. β) *Tropicè* 1) per *Synecdochen* ſpeciei denotat *omnem cœleſtem efficaciam*, in procreandis terræ fructibus, Gen. 27, 28. 39. 2) *Metaphoricè* eſt ſymbolum a) *ſuavitatis*, Devt. 32, 2. Pſalm. 133, 3. b) *Copiæ*, 2. Sam. 17, 12. c) *Utilitatis & efficaciæ*, Hoſ. 14, 6. conf. Prov. 19, 12. item Jeſ. 26, 19. ubi *ros Domini* denotat *omnipotentiam divinam*, quæ, ſicut ros herbas velut emortuas vivificat, reficit & recreat, ita etiam mortuos vivificat & ex pulvere terræ erigit. d) *Status Eccleſiæ Chriſti*, Pſalm. 110, 3. *Ibi enim innumera, amabilis & fœcunda militum Chriſti copia* deſignatur, quæ ex verbo & baptiſmo æque mirabiliter ac ros ex aurorâ naſcitur

טָמֵא *Immundus, Impurus, Pollutus, Contaminatus fuit.* וְטָמֵא Et *immundus erit*, Lev. 15, 15. טָמֵאת *Polluta es*, Ezech. 22, 4. Infin. cum ה Paragogicô. בַּעֲבוּר טָמְאָה Propter *pollui*, i. e. propterea, quod *polluta* eſt, Mich. 2, 10. לְטָמְאָה Ad *polluendum ſe*, Lev. 15, 32. Fut. יִטְמָא *Polluetur*, Lev. 5, 3. Niphal נִטְמָא *Immundus, Pollutus factus eſt, Polluit ſe.* נִטְמֵאת *Immunda facta es*, Num. 5, 20. נִטְמֵאתֶם *Polluiſtis vos*, Ezech. 20, 43. Sed Lev. 11, 43. eſt נִטְמֶתֶם, literâ א per Syncopen extruſâ. נִטְמִינוּ *Sordemus, polluti reputamur*, Job. 18, 3. ubi א eſt in י mutatum, more verborum לה. Piel טִמֵּא *Immundum reddidit, Contaminavit, Polluit, Vitiavit; Immundum* vel *Pollutum pronunciavit, Declaravit.* טִמֵּא אֶת־דִּינָה *Vitiavit* Dinam, Gen. 34, 13. וְטִמֵּא אֹתוֹ Et *immundum pronunciabit* eum, Lev. 13, 3. Fut. cum Infin. טַמֵּא יְטַמְּאֶנּוּ *Immundum pronunciando pronunciabit*, i. e. omninò immundum pronunciabit eum, Lev. 13, 44. בְּטַמַּאֲכֶם אֹתָהּ

Ob

Ob polluere vos eam, i. e. propterea, quod polluitis eam, Lev. 18, 28. Pual טֻמָּא *Pollutus eſt.* Part. נַפְשִׁי לֹא מְטֻמָּאָה Anima mea *polluta eſt*, Ez. 14. 4. Hithpael הִטַּמָּא *Polluit ſe; Pollutus eſt.* ת Characteriſticô, quia ſequitur litera cognatæ pronunciationis ט, per Dageſch forte in eadem exhibitô. Fut. לֹא יִטַּמָּא Non *polluet ſe*, Lev. 21, 1. לֹא תִטַּמְּאוּ Non *polluetis vos*, Lev. 11, 43. Sed ob præſentiam accentus Domini Ezech. 20, 7. eſt תִּטַּמָּאוּ Aſt forma mixta eſt ex Hophal & Hithpael Devt. 24, 4. אַחֲרֵי אֲשֶׁר הֻטַּמָּאָה Poſteaquam factum eſt, ut *pollueretur.*

1) Generatim *immundiciei* notionem involvit. 2) Speciatim α) *propriè* notat *immundum eſſe*, vel *fieri immundicie phyſicâ.* Inde β) transfertur ad deſignandam *immundiciem ritualem & Leviticam*, quæ à ſacris & puris abſtrahit, & *moralem*, quæ ab unione & communione ſancti abigit &c. ac in *Kal* ſignificat *immundum eſſe*, vel *polluere ſe.* Ita dicitur de *immundicie* puerperæ, Lev. 12, 2. 5. ex leprâ, Lev. 13, 14. 46. ex contactu cadaveris, Lev. 11, 24. 26. 27. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 39. c. 22, 5. mulieris ſanguinis fluxu laborantis, Lev. 15, 19. 20. 23. Viri fluxu carnis affecti, Lev. 15, 4. 5. 6. 9. 10. ex ingreſſu in domum plagâ lepræ affectam, Lev. 14, 46. Aſt de *immundicie morali*, quæ contrahitur ex idololatriâ, aliisque gravioribus peccatis legitur Lev. 18, 27. Pſ. 106, 39. Ez. 22, 3. 4. In Niphal notat *immundum fieri, pollui*, vel *polluere ſe.* Ita legitur de pollutione tùm *rituali*, Lev. 11, 43. tùm *morali* per fornicationem tàm *corporalem*, Num. 5, 13. 14. 20. 27. 28. quàm *ſpiritualem*, nempe per idololatriam, aliaque graviora peccata, Jer. 2, 23. Ezech. 20, 7. 18. 30. 31. 43. c. 23, 7. 13. 30. Hoſ. 5, 3. c. 6, 10. In *Piel* ſignificat 1) *Immundum facere, Polluere, Contaminare, Inquinare, pollutione rituali*, Lev. 11, 43. vel *morali*, ut fornicatione & adulterio, ſive *corporali*, Gen. 34, 5. 13. 27. Ezech. 18, 6. 11. 15. c. 22, 11. c. 33, 26. ſive *ſpirituali*, nempe idololatriâ aliisque gravioribus peccatis, Lev. 18, 28. Num. 35, 34. Ezech. 23, 16. 17. c. 36, 17. 18. Et hinc 2) *profanare*, Dei habitaculum, Lev. 15, 31. templum, Pſalm. 79, 1. 2. Chron. 36, 14. Jer. 7, 31. c. 32, 34. item altare, 2. Reg. 23, 16. 3) *Immundum judicare* vel *pronunciare*, Lev. 13, 3. 8. 11. 15. 20. 22. 25. 27. 30. In Hithpael notat *polluere ſe*, vel *pollui*, vel *pollutione ceremoniali* ac *Leviticâ*, e. g. ex contactu cadaveris, Lev. 11, 24. 43. vel propinqui demortui, Lev. 21, 1. 3. 4. 11. vel *morali*, ex ſcortatione ſpirituali, nimirum idololatriâ, aliisque gravioribus peccatis, Ezech. 14, 11. c. 37, 23.

טָמֵא m. *Immundus, Impurus, Pollutus.* טָמֵא הוּא לָכֶם *Immundum* erit vobis, Lev. 11, 38. בֵּין הַטָּמֵא וּבֵין הַטָּהֹר Inter *immundum* & inter mundum, Lev. 11, 47. In Statu conſtr. אִישׁ טְמֵא שְׂפָתַיִם Vir *immundus* labiis, Jeſ. 6, 5. Plur. טְמֵאִים *Immundi*, Lev. 11, 8. Fœm. טְמֵאָה *Immunda, Polluta*, Lev. 5, 2. בְּהֵמָה טְמֵאָה Beſtia *immunda*, Lev. 27, 11.

1) Generatim notat *immundum* quacunque immundicie. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *immundum immundicie phyſicâ*, Lev. 14, 40. 41. 45. Inde *β*) transfertur ad deſignandum 1) *immundum immundicie Leviticâ & ceremoniali*, quæ contrahitur ex attactu rei immundæ, Lev. 5, 2. c. 11, 25. c. 13, 45. ex lepra, Lev. 13, 11. 15. 36. 44. 51. 55. ex fluxu carnis, Lev. 15, 2. ſanguinis menſtrui, Lev. 15, 26. 2) *Immundum immundicie morali*, ſeu *fœditate peccati* ſive originalis, ſive actualis, Job. 14, 4. Jeſ. 6, 5. c. 64, 5.

טֻמְאָה f. *Immundicies, Pollutio, Impuritas; Res immunda.* אַל־תֹּאכְלִי כָּל־טֻמְאָה Ne comedas ullam *rem immundam*, Jud. 13, 7. רוּחַ הַטֻּמְאָה Spiritus *immundiciei*, i. e. immundus, Zach. 13, 2. In Statu conſtr. כִּי יִגַּע בְּטֻמְאַת אָדָם Cum attigerit *immundiciem* hominis, i. e. hominem immundum, Lev. 5, 3. Cum Suff. טֻמְאָתוֹ *Immundicies* ejus, Lev. 5, 3. Plur. טֻמְאוֹת *Impuritates.* וּטְהַרְתֶּם מִכֹּל־טֻמְאוֹתֵיכֶם Ut mundemini ab omnibus veſtris *impuritatibus*, Ezech. 36, 25.

1) Generatim *immundiciei* notionem obtinet. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *immundiciem phyſicam.* Inde *β*) transfertur ad denotandam 1) *immundiciem* tum *ritualem & Leviticam*, Lev. 5, 3. c. 7, 20. 21. c. 15, 3. 25. 26. 30. c. 18, 19. tùm *moralem*, ſeu fœditatem peccati, Ez. 22, 15. c. 24, 13. c. 36, 25. 29. conf. Ezech. 39, 24. 2) *Metonymicè rem immundam*, Jud. 13, 7. 14. 2. Chron. 29, 16.

טָמַן *Abſcondit, Occultavit, Abdidit, Recondidit.* וּטְמַנְתָּם Et *abſcondes* eos, Jer. 43, 9. טָמְנוּ לִי שַׁחַת *Abſconderunt* mihi foveam, Pſalm 35, 7. Part. Paul טָמוּן *Abſconditus*, Job. 20, 26. Infin. לִטְמוֹן בְּחֻבִּי עֲוֹנִי Ad *abſcondendum* in ſinu meo iniquitatem meam, Job. 31, 33. Fut. וָאֶטְמְנֵהוּ Et *abſcondi* illud, Jer. 13, 5. Niphal נִטְמַן *Abſconditus, Occultatus eſt; Abſcondit, Occultavit ſe.* Fut. וְהִטָּמֵן בֶּעָפָר Et *abſconde te* in pulvere, Jeſ. 2, 10. Hiphil הִטְמִין *Abſcondit, Occultavit.* וַיַּטְמִנוּ *Et abſconderunt*, 2. Reg. 7, 8.

1) Generatim deſignat *remotionem rei ex alterius conſpectu vel cognitione.* Unde 2) ſpeciatim *α*) notat *aliquid abſcondere* vel *occultare, ne aliis pateat vel innoteſcat.* Ita dicitur de furtô Achanis, Joſ. 7, 21. 22. de exploratoribus terræ Canaan, Joſ. 2, 12. de occiſô in arenâ, Exod. 2, 12. de cingulô, Jer. 13, 4. 5. 6. de peccatô, quod intus premitur, nec foris ullo indiciô cognoſcitur, Job. 31, 33. de abortu, qui *abſconditus* dicitur, quia ab eo lux eſt *abſcondita.* Ita quidem, ut in luce hujus vitæ, nunquam vixerit, Job. 3, 16. de prædâ, 2. Reg. 7, 8. de rebus inſidias clandeſtinas deſignantibus, e. g. de reti, Pſalm. 9, 16. Pſalm. 31, 5. Pſalm. 35, 8. de laqueô, Pſalm. 64, 6. Pſalm. 140, 6. Pſalm. 142, 4. Jer. 18, 22. de foveâ, Pſalm. 35, 7. Aſt Job. 40, 8. *abſcondere in pulvere* eſt ſignum *humiliationis & dejectionis* improborum. Et quando impii Judæi Jeſ. 2, 10. juben-

Digitized by Google

jubentur *ſe in pulvere abſcondere*, innuitur *calamitoſus ipſorum ſtatus*, quem tum effugituri erant, ſi agerent ſeriam pœnitentiam. β) Significat *reſervare* ac *reponere aliquid*, ut ſuo tempore ſit paratum vel etiam illæſum. Sic Job. 20, 26. oculis impii omnes tenebræ reconditæ dicuntur, i. e. omnes pœnæ ac calamitates, maximè tenebræ infernales impio reſervantur ac paratæ ſunt.

טָמוּן m. *Abſconditum.* פְּנֵיהֶם חֲבוֹשׁ בַּטָּמוּן Facies eorum obliga in *abſconditò*, Job. 40, 8. i. e. tantis tenebris obvolve faciem eorum, ut quaſi veſtibus & faſciis obligata videatur, ne quicquam ejus appareat. Plur. טְמוּנִים *Abſconditi.* In Statu Conſtr. וּשְׂפֻנֵי טְמוּנֵי חוֹל Et occulta *abſconditorum* arenæ, i. e. theſauros in arena occultos, Devt. 33, 19.

מַטְמוֹן m. *Theſaurus*, ſic dictus, quod ſoleat *recondi* & *reſervari*, Gen. 43, 23. Plur. מַטְמֹנִים *Theſauri*, Job. 3, 20. Prov. 2, 4. Jer. 41, 8. In Statu Conſtr. וּמַטְמֻנֵי מִסְתָּרִים Et *theſauri* latebrarum, i. e. abſconditi, in latebris repoſiti, Jeſ. 45, 3. Sæpius non legitur.

טֶנֶא m. *Vas; Corbis, Calathus*, ubi aliquid continetur. Quater legitur, Devt. 26, 2. 4. Cum Suff. בָּרוּךְ טַנְאֲךָ Benedictus *calathus* tuus, Devt. 28, 5. 17.

טָנַף *Inquinavit, Fœdavit.* Legitur ſaltem in Futuro. אֵיכָכָה אֲטַנְּפֵם Quomodo *fœdarem* vel *inquinarem* eos? Cant. 5, 3.

טָעָה *Erravit, Aberravit, à ſcopô receſſit.* Hiphil הִטְעָה *Errare fecit, in errorem induxit, ſeduxit.* Legitur ſaltem Ezech. 13, 10. הִטְעוּ אֶת־עַמִּי *Fecerunt, ut erraret* populus meus.

טָעַם *Guſtavit.* טָעַמְתִּי מְעַט דְּבַשׁ *Guſtavi* parum mellis, 1. Sam. 14, 30. טָעֹם טָעַמְתִּי *Guſtando guſtavi*, i. e. utique *guſtavi*, 1. Sam. 14, 45. Fut. אֶטְעַם *Guſtabo*, 2. Sam. 3, 35. אַל־יִטְעֲמוּ מְאוּמָה Ne *guſtent* quicquam, Jon. 3, 7.

1) Generatim *cognoſcendi* notionem obtinet, ſive ſenſu aliquô externô, ſive mente fiat. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *palati* vel *linguæ*, notans vel *beneficiô linguæ* aut *palati ſaporem alicujus rei explorare*, vel *rem ſapidam ad organum guſtûs applicare*, 1. Sam. 14, 24. 30. 45. 2 Sam. 3, 35. c. 19, 36. Job. 12, 11. c. 34, 3. β) *Metaphoricè* transfertur *ad mentem*, notans *cognoſcere, intelligere, ipſo opere experiri*, & quidem non ſine peculiari oblectatione, quæ ſit rei vel actionis ſuſceptæ utilitas, jucunditas, quisve effectus, Pſalm. 34, 9. Prov. 31, 18.

טַעַם m. *Guſtus, Sapor; Ratio, Conſilium* &c. וְטַעַם זְקֵנִים יִקָּח Et *rationem* ſenum aufert, Job. 12, 20. Cum Suff. טַעְמוֹ *Sapor* ejus, Num. 11, 8. עַל־כֵּן עָמַד טַעְמוֹ בּוֹ Propterea conſtitit *guſtus* ejus in eô, Jer. 48, 11.

1) Generatim notat *id, quòd in rei cognitionem ducit* aut venit. 2) Speciatim

ciatim α) *propriè* notat *guſtum*, prout eſt potentia cognoſcendi rei guſtabilis ſaporem, den Geſchmack. Sed ita non legitur. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam* notat *objectum guſtûs*, ſeu *ſaporem rei guſtabilis*, ut Mannæ, Exod. 16, 31. Num. 11, 8. Vitelli ovorum, Job. 6, 6. Vini, Jer. 48, 11. 2) *Metaphoricè* transfertur ad *animum*, quô rem velut guſtamus, diſcernimus ac decernimus. Inde eſt, quod non ſolum 1) denotat *mentem* ac *rationem*, 1. Sam. 25, 33. Pſalm. 34, 1. ubi in Davide deſignatur immutatio mentis ac rationis exterius apparens, quando ſe ejus recto uſu carere, vel ſe inſanum eſſe ſimulavit; ſed etiam 2) *Judicium*, quo res cognitæ diſcernuntur, bonum ſcilicet à malo, verum à falſo, Pſalm. 119, 66. Prov. 11, 22. 3) *Prudentiam* ac *conſilium*, Job. 12, 20. conf. 1. Sam. 25, 33. Prov. 26, 16. 4) *Sententiam* ac *decretum*, Jon. 3, 7.

מַטְעַמִּים m. pl. *Cupediæ*, cibi palato ſapidi, grati, delectabiles, Gen. 27, 4. 7. 9. 14. 17. 31. Fœm. cum Suff. לְמַטְעַמּוֹתָיו *Cupedias* ejus, Prov. 23, 3. 6. Sæpius non legitur.

טָעַן *Oneravit*; item *Fixit*, *Transfixit*, *Perfodit* apud Chaldæos. Imper. טַעֲנוּ אֶת־בְּעִירְכֶם Onerate beſtiam veſtram, Gen. 47, 17. Pual טֹעַן *Confoſſus eſt*. Part. in Statu Conſtr. מְטֹעֲנֵי חָרֶב *Confoſſi* gladiô, Jeſ. 14, 9. Sæpius non legitur.

טֶפַח m. *Palmus*; *Menſura quatuor digitorum junctorum*; *Metaphoricè* autem, *quicquid habet palmi longitudinem aut latitudinem*, וְעָבְיוֹ טֶפַח Et craſſitudo ejus erat *palmus*, i. e. palmaris ſeu quatuor digitorum, 1. Reg. 7, 26. 2. Chron. 4, 5. Plur. טְפָחוֹת *Palmites*. טְפָחוֹת נָתַתָּה יָמַי *Palmos*, i. e. *palmares* dediſti dies meos, h. e. pauciſſimos, Pſalm. 39, 6. מִמַּסָּד עַד־הַטְּפָחוֹת A fundamento ad *palmos*, i. e. præcinctiones ſeu circumferentias, quibus laquearia & tectum innituntur, quæ ferè palmares eſſe ſolent, Vid. Buxt. Lex. Sæpius non legitur.

טֹפַח m. *Palmus*; Menſura quatuor digitorum. מִסְגֶּרֶת טֹפַח סָבִיב Tænia *palmi*, i. e. palmaris circumcirca, Exod. 25, 25. c. 37, 12. conf. Ezech. 40, 5. 43. c. 43, 13. Sæpius non occurrit.

טִפַּח *Palmis diſtendit aut explanavit, explicavit, expendit, palmis duxit vel geſtavit, ceu infantes geſtari ſolent*, i. e. juxta Kimchium, *educavit*. Bis ſaltem legitur. וִימִינִי טִפְּחָה שָׁמָיִם Et dextera mea *palmavit*, i. e. palmo extendit vel metata eſt cœlos, Jeſ. 48, 13. אֲשֶׁר טִפַּחְתִּי Quos *palmis geſtavi*, i. e. à teneris *educavi*, Thren. 2, 22.

טִפֻּחִים m. pl. *Educationes*, quaſi *palmationes* dicas. Extat ſaltem Thren. 2, 20. עֹלְלֵי טִפֻּחִים Parvuli *educationum* dicuntur, qui palmis adhuc geſtantur & educantur.

מִטְפַּחַת f. *Ventrale*, vel *Peplum* juxta alios, Ruth. 3, 15. Plur. מִטְפָּחוֹת *Ventralia*, Jeſ. 3, 22. Sæpius non legitur.

טָפַל *Concinnavit*, *Aſſuit*, *Conſuit*, *filo conſtrinxit*. טָפְלוּ עָלַי שֶׁקֶר

Con-

Digitized by Google

Conſuerunt, Concinnarunt contra me mendacium, Pſalm. 119, 69. Part. טֹפְלֵי שֶׁקֶר *Conſarcinatores, Concinnatores* mendacii, Job. 13, 4. Fut. וַתִּטְפֹּל עַל־עֲוֺנִי Et *aſſuis* ad iniquitatem meam, i. e. adjungis iniquitatem iniquitati, ut gravius punias; Seb. Schmidius ita interpretatur: *Et filo colligas* iniquitatem, Job. 14, 17. Sæpius non legitur.

טִפְסָר m. *Imperator, Dux, Princeps*, Jer. 51, 27. Plur. טִפְסְרִים *Principes*, Cum Suff. טַפְסְרַיִךְ *Principes tui*, Nah. 3, 17. Sæpius non occurrit.

טָפַף *Parvulos imitatus eſt.* Legitur ſaltem in Inf. הָלוֹךְ וְטָפֹף תֵּלַכְנָה Eundo & *parvulos imitando* incedunt, i. e. minutis paſſibus utendo parvulos imitantur, Jeſ. 3, 16.

טַף m. *Parvulus.* Eſt nomen collectivum, ideoque caret Plurali & tàm de *maribus*, quàm de *foemellis* dicitur, Gen. 47, 12. Exod. 12, 37. Num. 31, 18. c. 32, 17. Devt. 2, 34. Jud. 18, 21. 2. Sam. 15, 22. Eſth. 3, 13. c. 8, 11. Jer. 43, 6. Cum Suff. טַפֵּנוּ *Parvuli* noſtri, Gen. 43, 8. Num. 14, 3. c. 32, 17. 26. Eſr. 8, 21. טַפָּם *Parvuli* ipſorum, Gen. 34, 29. c. 46, 5. c. 50, 8. Num. 31, 9. 2. Chron. 2, 31, 18.

טָפַשׁ *Obeſatum, Impinguatum eſt.* Legitur ſaltem Pſalm. 119, 70. טָפַשׁ כַּחֵלֶב לִבָּם *Obeſatum eſt* quaſi adipe cor eorum. Eſt deſcriptio ſuperborum in malo obfirmatorum, qui inſenſibile cor habent.

טָרַד *Aſſiduum eſt, Continuum eſt in opere, jugiter occupatum eſt.* Legitur ſaltem Part. טֹרֵד *Continuans, Continua*, Prov. 19, 13. c. 27, 15.

טָרָה *Humidus fuit.* Inde eſt טְרִיָּה *Humens, Humida, Recens.* Bis legitur. לְחִי חֲמוֹר טְרִיָּה Maxilla aſini *recens*, Jud. 15, 15. מַכָּה טְרִיָּה Plaga *recens, humida*, ſic dicta, quia ſanie & pure ſemper fluente videtur indies renovari, Jeſ. 1, 6.

טָרַח *Laboravit, Fatigavit ſe.* Semel legitur in Hiphil in Fut. יַטְרִיחַ עָב *Laborare facit* denſam nubem, vel *faſtigat* nubem, Job. 37, 11.

טָרַם *Repletus, Completus fuit*, apud Arabes. Inde

טֶרֶם m. *Tempus complendum*, ſeu *imminens* & *futurum* cum excluſione *præſentis.* Vide cel. Danzii Interpr. §. 146. ed. 2. Sed variè adhibetur. Nam α) nominalem ſignificationem retinere poteſt vel ſine vel cum Præpoſitione ב vel מ. הֲטֶרֶם תֵּדַע An *tempore* futurô demum cognoſces? Exod. 10, 7. וּבְטֶרֶם תֵּצֵא מֵרֶחֶם הִקְדַּשְׁתִּיךָ Quum *tempore futuro* demum egreſſurus es ex uterô, conſecravi te, Jer. 1, 5. בְּטֶרֶם לֹא־יָבוֹא עֲלֵיכֶם חֲרוֹן אַף־יְהוָה *Tempore imminente* non veniet ſuper vos æſtus iræ Domini, Zach. 2, 2. מִטֶּרֶם שׂוּם אֶבֶן אֶל־אֶבֶן *A tempore imminente* poni lapidem, i.e. à quo tempore imminebat, ut imponeretur lapis lapidi, Hag. 2, 15. β) Sæpe tamen in particulam abit, notans 1) *antequam*, Joſ. 3, 1. Jud. 14, 18. 2. Reg. 2, 9.

2, 9. Job. 10, 21. Pſalm, 39, 14. Pſalm. 119, 67. Jeſ. 65, 24. 2) *Nondum*, Gen. 2, 5. c. 24, 15. 45. Exod. 9, 30. 1. Sam. 3, 7. γ) In nominali ſignificatione Præterito præmiſſum, ei ſignificationem Futuri infert, Pſ. 90, 2. Aſt in Adverbii ſignificatione Futuro præmiſſum, ei ſignificationem Præteriti concedit, Prov. 18, 13. טֶרֶם יִהְיֶה Nondum erat.

טָרַף *Rapuit, Prædatus eſt, Laniavit, Laceravit, Dilaceravit, Rapiendo diſcerpſit; Cibavit.* אַפּוֹ טָרַף Ira ejus *diſcerpit*, Job. 16, 9. i. e. vehementiſſima eſt. Part. טֹרֵף *Diſcerpens*, Job. 18, 4. Fut. פֶּן אֶטְרֹף וְאֵין מַצִּיל Ne *abripiam*, nec ſit eripiens, Pſalm. 50, 22. Niphal. נִטְרַף *Raptus, Laniatus, Diſcerptus fuit.* Fut. אִם־טָרֹף יִטָּרֵף *Si diſcerpendo diſcerptum fuit*, Exod. 22. 12. Pual טֹרַף *Diſcerptus, Dilaniatus eſt*, Gen. 37, 33. Hiphil הִטְרִיף *Aluit, Cibavit.* Imp. הַטְרִיפֵנִי לֶחֶם חֻקִּי *Ale, ciba* me pane demenſi mei, Prov. 30, 5.

1) Generatim notat *carpere.* 2) Speciatim α) eſt *carpere vi, laniare, diſcerpere*, tribuiturque *feris*, quæ vi carpunt, horribiliterque dilaniant, dilacerant & diſcerpunt, Gen. 37, 33. c. 44, 28. Exod. 22, 12. Pſalm. 17, 12. Pſalm. 22, 14. Ezech. 22, 27. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* tribuitur a) *Deo*, ad deſignandam *graviſſimam ejus iram & horrendum impiorum excidium*, Pſ. 50, 22. Hoſ. 5, 14. item *ira ipſius*, quando hominem graviſſimè affligit, ejusque corpus quaſi lancinat & dilacerat, Job. 26, 9. b) *Hominibus*, ad indigitandum *ipſorum immanitatem, furorem intractabilem, & ſanguinolentiam ingentem*, dum immaniſſimorum leonum & luporum immanitatem imitantur, Pſalm. 7, 3. Jer. 5, 6. Am. 1, 11. conf. Gen. 49, 27. Devt. 33, 20. 2) *Synecdochicè* notat *cibare, alere*, quia feræ rapiendô & diſcerpendo ſibi ſuisque catulis cibum parare ſolent, Prov. 30, 8.

טָרָף m. *Carptum, Decerptum*; item *Folium*, quod à ventô decerpitur. וְהִנֵּה עֲלֵה־זַיִת טָרָף בְּפִיהָ Et ecce folium oleæ *decerptum* in ore ejus erat, Gen. 8, 11. Plur. טְרָפִים *Folia.* In Statu conſtr. טַרְפֵּי צִמְחָהּ *Folia* vel *frondes* germinis, Ezech. 17, 9. Sæpius non legitur.

טֶרֶף m. *Raptum, Rapina; Præda, Eſca.* וְטֶרֶף אֵין לוֹ Et *præda* ipſi non eſt, Am. 3, 4. הַכְּפִירִים שֹׁאֲגִים לַטָּרֶף Leones rugientes ad *prædam*, Pſ. 104, 21. Cum Suff. טַרְפּוֹ *Prædam* ſuam, Jeſ. 31, 4.

1) Generatim notat, *quicquid carpitur.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *rem vi carptam*, ſeu *rapinam*, diciturque de rapina *ferarum*, unde vivunt, Job. 38, 39. Pſalm. 104, 21. & translatè de prædâ *hominum*, qui more immanium leonum & luporum rapiunt, quæ poſſunt, Gen. 49, 9. Num. 23, 24. Job. 4, 11. c. 29, 17. Pſalm. 124, 6. Ezech. 19, 3. 6. β) *Impropriè* per *Synecdochen* deſignat *omne id*, unde vivitur, nempe *eſcam, victum*, Pſalm. 111, 5. Prov. 31, 15. Mal. 3, 10.

טַרְפָּה

Digitized by Google

טְרֵפָה f. *Diſcerptum, Raptum, Laceratum*, Gen. 31, 39, Exod. 22, 12. 30. Lev. 7, 24. c. 17, 15. c. 22, 8.

י

יָאַב *Deſideravit.* Conſtruitur cum לְ. Saltem legitur Pſalm. 119, 131. לְמִצְוֹתֶיךָ יָאָבְתִּי Præcepta tua *deſideravi.*

יָאָה *Convenit, Decuit, Acquievit alicui*, vel *in aliquô.* Semel legitur Jer. 10, 7. כִּי לְךָ יָאָתָה Num tibi *convenit*, ut timearis; in voluntate & imperiô tuô acquieſcere tenetur, quicquid rerum eſt.

יָאַל *Voluit.* In Kal non legitur. Niphal נוֹאַל *Stultus factus eſt; Stolidè egit.* נוֹאֲלוּ שָׂרֵי צֹעַן *Stulti facti ſunt* Principes Zoanis, Jeſ. 19, 13. נוֹאַלְנוּ *Stultè egimus*, Num. 12, 11. Hiphil הוֹאִיל *Voluit, Acquievit, adſenſum præbuit.* הוֹאִיל מֹשֶׁה בֵּאֵר *Voluit* Moſes exponere, Devt. 1, 5. הוֹאַלְתִּי לְדַבֵּר יְהוָה *Volui, ſuſcepi*, loqui ad Dominum, Gen. 18, 27. וְלוּ הוֹאַלְנוּ וַנֵּשֶׁב Utinam ergò *acquieviſſemus*, ut ſederemus, Joſ. 7, 7. Imper. הוֹאֵל *Placeat tibi*, 2. Sam. 7, 29. Sed Jud. 19, 6. eſt הוֹאֶל־ ob tonum per Makkeph ablatum (··) in (∵) mutatô.

1) Generatim ferè notat *motum voluntatis liberum*, quem in ſe elicit. 2) Speciatim α) propriè eſt *placere, allubeſcere, totâ voluntate aliquam rem, in qua ſvaviter acquieſcere* licet, amplecti. Ita tribuitur 1) *Deo*, cui placuit eligere Iſraelitas in populum ſuum, 1. Sam. 12, 22. benedicere domui Davidis, 2. Sam. 7, 29. 1. Chron. 17, 27. 2) *Homini*, cui allubeſcit transgredi legem, Hoſ. 5, 11. accipere Donum, 2. Reg. 5, 23. cum aliis abire, 2. Reg. 6, 3. aliquid reſpicere, Job. 6, 28. manere apud alterum, Exod. 2, 21. Jud. 17, 11. β) Metonymicè transfertur ad conſequentia & adjuncta complacentiæ. Inde notat a) *ſuſcipere*, quæ complacent & allubeſcunt, ut explicationem legis, Devt. 1, 5. colloquium humillimum cum Deo, Gen. 18, 27. 31. vel *incipere alicubi habitare*, Joſ. 17, 12. Jud. 1, 27, 35. b) *Acquieſcere in re*, quæ placere vel allubeſcere poteſt, Joſ. 7, 7. c) Eſt *ſtolidè ac inconſideratè agere*, & hinc *ſtulteſcere, ſtolidum fieri*, quia ſtultorum eſt, *cupidè audere, temerè attentare, inconſideratè agere*, quicquid allubeſcit, Num. 12, 11. Jeſ. 19, 13. Jer. 5, 4. c. 50, 36.

יְאֹר m. *Rivus, Fluvius.* עַל־פִּי יְאוֹר Juxta os *fluminis*, Jeſ. 19, 7. Cum ה locali Præpoſitionis vim ſuſtinente הַיְאֹרָה in *fluvium*, Exod. 1, 22. כַּיְאֹר Sicut *rivus*, Jer. 46, 7. 8. pro כְּהַיְאֹר Per Syncopen ה Articuli conciſô, & Dageſch forti ex ׳, quia eſt Schevatum, excidente. Sed Am. 8, 8. eſt כָּאֹר Sicut *rivus*, literâ ׳ per Aphæreſin ablatâ. Cum Suff. יְאֹרִי *Rivus* meus, Ezech. 29, 3. Plur. יְאֹרִים *Rivi, Fluvii*, Job. 28, 10. Jeſ. 33, 21. In Statu Conſtr. יְאֹרֵי מָצוֹר *Rivi Ægypti*, 2. Reg. 19, 24. Cum Suff. יְאֹרָיו *Rivi* ejus. Ezech. 29, 3

1) Ge-

Digitized by Google

1) Generatim *rivum* denotat. 2) Speciatim *α*) *propriè* Coccejo videtur notare *foſſam*, in quâ aqua ex fluvio deducta decurrit, vel continetur, Ex. 8, 8. Job. 28, 10. Ita quoque accipi poſſe cenſet יְאֹרֵי מָצוֹר 2. Reg. 19, 24. Jeſ. 37, 25. pro *foſſis*, quibus urbes munitionis cauſâ cinguntur. *β*) *Tropicè* 1) per *Metonymiam* notat a) *ipſum aquæ fluxum*, tàm *minorem*, ut *rivum*, quàm *majorem*, ut *flumen*, vel *fluvium*. Inde eſt, quod dicitur de *Nilô*, fluviô Ægypti ingenti, Am. 8, 8. c. 9, 5. conf. Gen. 41, 1. 2. 3. 18. qui in multos *rivos minores* per totam Ægyptum ſe diffundit, Pſ. 78, 44. Ezech. 29, 3. 4. 5. 10. item de *Tigride*, vel *Chiddekele*, Dan. 12, 5. 6. 7. b) *Regionem* accolam, per quam *rivus* vel *fluvius* fluit, Jeſ. 23, 3. 2) Per *Antonomaſiam* deſignat *Nilum*, Gen. 41, 1. 2. 3. 17. 18. Exod. 7, 15. Jeſ. 23, 10. &c. cujus natura hæc eſt, ut quotannis ultra ripas ſuas adſcendat, & terram inundet ac riget. 3) *Metaphoricè* eſt ſymbolum tùm *multitudinis*, tùm *impetûs hoſtium*, Jer. 46, 7. 8.

יָאַשׁ In Kal non legitur. Niphal נוֹאַשׁ *Deſperavit, ſpem abjecit*, vel impersonaliter, *Deſperatum, actum, conclamatum eſt*. Part. נוֹאָשׁ *Deſperatus*, אִמְרֵי נוֹאָשׁ Verba *deſperati*, h. e. ejus, qui adeò graviter afflictus eſt, ut nulla illi ſuperſtes ſit ſpes vel de ſe, vel aliis de ipſô, Job. 6, 26. Piel יִאֵשׁ *Spe deſtituit*. Legitur ſaltem in Infin. לְיַאֵשׁ אֶת־לִבִּי *Spe deſtituendo* animum meum, Eccl. 2, 20.

1) Generatim notat *abductionem animi à re*, quæ fieri, perfici aut obtineri nequit. 2) Speciatim *α*) in Niphal eſt *deſperare, abjicere ſpem, ab incepto deſiſtere, omni fruſtratum ſpe omittere rem, cujus ſucceſſus non potuit ſperari*; Item imperſonaliter *actum, conclamatum eſt*. Ita verò adhibetur, ut præſcindatur vel *ſpes propria*, 1. Sam. 27, 1. Jeſ. 57, 10. vel *ſpes aliena*, Jer. 2, 25. c. 18, 12. vel *propria & aliena ſimul*, Job. 6, 26. *β*) In Piel notat *ſpe aliquem deſtituere* vel *fruſtrare*, Eccl. 2, 20. Sæpius non legitur.

יָאַת *Acquievit, Conſenſit*. Quater ſaltem occurrit. בְּזֹאת נֵאוֹת לָכֶם In hoc *conſentiemus* vobis, Gen. 34, 15. Et cum ה Paragogico נֵאוֹתָה לָכֶם *Conſentiemus* vobis, Gen. 34, 23. יֵאוֹתוּ לָנוּ *Conſentient* nobis, Gen. 34, 22. וַיֵּאוֹתוּ *Acquieverunt* autem, 2. Reg. 12, 9.

יָבַב *Vociferatus eſt*. Extat ſaltem Futurum וַתְּיַבֵּב Et *vociferata eſt*, Jud. 5, 28.

יָבַל *Fluxit, Profluxit*, & tranſlatè *Proceſſit, Provenit*, quia aqua, quando profluit, *procedit* vel *progreditur*. Hiphil הוֹבִיל *Tulit, Attulit, Apportavit, Adduxit, Abduxit, Deduxit, Reduxit*. Fut. אוֹבִילֵם *Adducam* eos, Jer. 31, 8. מִי יוֹבִלֵנִי Quis *deducet* me? Pſalm. 60, 11. יוֹבִלוּן מִנְחָתִי *Adducent* munus meum, Zeph. 3, 10. Hophal הוּבַל *Adductus, Eductus, Deductus fuit*. Fut. יוּבַל שַׁי לַיהוָה *Adducetur* munus Domino, Jeſ. 18, 7. תּוּבַלְנָה בִּשְׂמָחֹת וָגִיל *Adducentur* cum gaudiis & exultatione, Pſalm. 45, 16.

1) Gene-

1) Generatim dicit *motum* vel *lationem rei ad terminum.* 2) Speciatim notat α) *adducere* connotatô terminô *ad quem.* Ita adhibetur de adductione captivorum & exulum in patriam terram, Jer. 31, 8. credentium ad Chriſtum, Pſalm. 45, 15. 16. muneris ad Dominum, Pſalm. 68, 30. Pſalm. 76, 11. Jeſ. 18, 7. conf. Zeph. 3, 10. ovis ad mactationem, in ſymbolum adductionis Meſſiæ ad paſſionem, Jeſ. 53, 7. conf. Jer. 11, 19. β) *Deducere* vel *abducere*, connotatô terminô *à quo*, & ad *quem.* Ita legitur de deductione *Davidis* in urbem munitam, Pſalm. 60, 11. Pſalm. 108, 11. corporis defuncti in ſepulchrum, Job. 10, 19. c. 21, 32. olei in exteram regionem, Hoſ. 12, 2. item de abductione hominis in exilium & captivitatem, Jeſ. 23, 7. Hoſ. 10, 6. in diem irarum, Job. 21, 30. γ) *Pabulum dare*, quæ verò ſignificatio videtur eſſe à nomine, Jud. 19, 21.

יְבוּל m. *Proventus.* יְבוּל הָאָרֶץ *Proventus* terræ, Jud. 6, 4. וִיבוּל לַחֲמוֹרִים Et *pabulum* pro aſinis, Jud 19, 21. Cum Suff. אֶרֶץ נָתְנָה יְבוּלָהּ Terra dedit *proventum* ſuum, Pſalm. 85, 13. Per Aphæreſin eſt בּוּל, Job. 40, 15. בוּל הָרִים יִשְׂאוּ *Pabulum* montes proferunt, Jer. 40, 15.

1) Generatim notat *proventum*, undecunque ſit. 2) Speciatim α) *propriè* denotat 1) *terræ naſcentia*, ad uſum ſive hominum, ſive brutorum producta, Lev. 26, 4. 20. Deut. 11, 17. c. 32, 22. Jud. 6, 4. Pſalm. 85, 13. Ezech. 44, 27. 2) *proventum vitis*, Hab. 3, 16. vel *arboris*, Jeſ. 44, 19. ubi notat *ramum*, quem arbor producit, & amplius per *Metonymiam*, ſignificat *idolum* ex ramô arboris factum. 3) *Pabulum*, Jud. 19, 21. Job. 40, 15. vel 20, β) *Metaphoricè* Pſalm. 67, 7. cenſetur notare *veros Dei cultores.* Vid. Geier. in h. l.

יָבָל m. *Aquæ ductus.* Bis legitur in Statu conſtr. יִבְלֵי מַיִם *Ductus* aquarum, Jeſ. 30, 25. c. 44, 4.

יוּבַל m. *Fluvius*, qui ducit aquas. Tantum extat Jer. 17, 8. Aliàs per alternationem literarum י & א eſt

אוּבַל m. *Fluvius*, Dan. 8, 2. & אֻבַל Dan. 8, 3. 6. Sæpius non legitur.

יַבֶּלֶת f. *Fluxu affectum*, vel juxta Ebræos: *Verrucoſum.* Legitur tantum Lev. 22, 22.

יוֹבֵל c. ſed f. Sæpius. *Aries* juxta Ebræos, Coccejum & alios. Sed Bochartus negat, *arietem* ſignificare, quia יוֹבֵל neque apud Arabes *arietem* ſignificat, neque apud Veteres veſtigium deprehenditur, *tubam* vel *buccinam* ex cornu arietino factam eſſe. Unde interpretatur de *cornu bubulo.* Vid. Hieroz. P. I. lib. 2. c. 43. p. 425. & ſeq. Avenario autem notat *ſonum* vel *clangorem* è tuba productum. A quô non abit Maſius, cui notat *jubilum*, contendens, illud à *Jubal*, primô Muſices inventore, Gen. 4, 21. deductum eſſe. Si uſum hujus vocis ſpectes, videtur 1) deſignare *buccinam*, ſi non ex cornu arietino, vel bubulô factam, tamen ſic dictam à *forma*, quâ cornu arietis vel bovis intortum & infle-

Digitized by Google

xum refert, utut ex aliâ materiâ facta ſit, Joſ. 6, 7. 2) *Metonymicè*, tùm *ſonum* vel *clangorem*, qui buccinâ producitur, Exod. 19, 13. tùm *Jubilaum*, annum ſcilicet quinquageſimum, quô buccinæ inflabantur & earum clangore captivis liberatio, ſervis manumiſſio, debitoribus remiſſio fœnoris, venditoribus fundorum reſtitutio, & cujusque ad familiam ſuam reditus promulgabatur, Lev. 25, 10. 11. 12. 13. 15. 28. 40. 50. 52. 54. c. 27, 17. 18. 23. 24. Num. 36, 4.

יָבָם m. *Mariti frater, Levir, Affinis.* Bis legitur cum Suff. יְבָמִי *Levir* meus, *affinis* meus, Lev. 25, 7. יְבָמָהּ *Levir* ejus, Devt. 25, 5.

יְבֵמֶת f. *Glos, Fratria, Uxor fratris.* Quinquies legitur cum Suff. יְבִמְתֵּךְ *Fratria* tua, Ruth. 1, 15. יְבִמְתּוֹ *Fratria* ſua vel ejus, Devt. 25, 7. 9.

יִבֵּם *Fratris absque liberis defuncti uxorem duxit, Leviratum* vel *Leviri & affinis proximi jus & officium praſtitit.* Ter legitur. וְיִבְּמָהּ Atque ſic *leviratum praſtabit* illi, Lev. 25. 5. Inf. cum Suff. לֹא אָבָה יַבְּמִי Non vult *jure affinitatatis ducere* me, *vel leviratum praſtare* mihi, Lev. 25, 7. Imp. וְיַבֵּם Et *leviratum praſta*, Gen. 38, 8.

יְבוּס *Jebus;* nomen proprium urbis munitiſſimæ, quæ poſtea *Salem* & *Jeruſalem* vocata fuit, Jud. 19, 10. 2. Sam. 5, 5. & ſeqq. Eſt autem יְבוּס à בּוּס *Pedibus conculcare*, q. d. tanto propugnaculo hoſtes facilè proſterni & conculcari poſſe. Sita fuit hæc urbs in tractu Judæ & Benjamin, ita ut pars ejus ad hanc, pars ad alteram partem pertineret. Vid. Summè Rev. Dn. D. Buddei Hiſt. Eccl. Tom. I. in Ind.

יְבוּסִי m. *Jebuſita*, 2. Sam. 5, 6.

יָבֵשׁ *Aruit, Exaruit, Arefactus, Exiccatus fuit.* יָבֵשׁ כַּחֶרֶשׂ כֹּחִי *Exaruit* ſicut teſta virtus mea, Pſalm. 22, 16. יָבְשָׁה הָאָרֶץ *Arefacta* plane eſt terra, Gen. 8, 14. יָבְשׁוּ נְאוֹת מִדְבָּר *Exaruerunt* paſcua deſerti, Jer. 23, 10. Inf. זְרֹעוֹ יָבוֹשׁ תִּיבָשׁ Brachium ejus *areſcendo areſiet*, i. e. penitus areſiet, Zach. 11, 17. כָּל־חָצִיר יִיבָשׁ Omne gramen *areſcet*, Job. 8, 12. Sed Hoſ. 13, 15. יֵבוֹשׁ מְקוֹרוֹ *Exiccabitur* ſcaturigo ejus; Forma mixta ex יָבֵשׁ & בּוֹשׁ. וַיִּבַשׁ *Et exaruit*, Pſalm. 102, 5. pro וַיִּיבַשׁ, literâ י per Syncopen concisâ. Piel יִבֵּשׁ *Arefecit, Exiccavit.* Legitur ſaltem in Futurô וַיַּבְּשֵׁהוּ *Et arefecit* ipſum, Nah. 1, 4. pro וַיְיַבְּשֵׁהוּ, primâ radicali per Syncopen concisâ, & (-) in locum (:) ſub Præformativo tranſeunte, perinde ut in יַגָּה *Mœrore afficit*, Thren. 3, 33. pro וַיְיַגֶּה, Hiphil הוֹבִישׁ *Arefecit, Exiccavit*, & intranſitivè ac paſſivè, *Exaruit*, *Exiccatus eſt*. הוֹבַשְׁתָּ נַהֲרוֹת אֵיתָן *Exiccaſti* fluvios *roboris*, i. e. robuſtos, Pſalm. 74, 15. וְהוֹבִישׁוּ מְצוּלוֹת יְאֹר *Exiccabuntur* profunditates fluminis, Zach. 10, 11.

1) Generatim *areſcendi* notionem habet. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *ablationem & privationem humoris*, diciturque non ſolum de *humo-*

Digitized by Google

humore, qui abſumitur, ſed etiam de *re*, quæ humida fuit. Inde 1) in Kal eſt *areſcere, exiccari*, diciturque tùm de exiccatione maris, Joſ. 2, 10. & fluvii, Joſ. 5, 1. Job. 14, 12. Pſalm. 74, 15. Jeſ. 19, 5. tùm de exiccatione vegetabilium, quæ, abſumtô ſuccô nativô, omni decore privantur, ut graminis, Job. 8, 12. Jeſ. 15, 11. c. 40, 7. 8. herbæ agri, Jer. 12, 4. arboris, Joel. 1, 12. 2) In Piel & Hiphil eſt *arefacere, exiccare*, e. g. aquas maris, Joſ. 2, 10. c. 4, 23. Nah. 1, 4. fluvii, Joſ. 4, 23. c. 5, 1. Pſalm. 74, 5. Jeſ. 44, 27. item herbam, Jeſ. 42, 15. β) *Memphoricè* deſignat *abſumtionem & privationem roboris & virium*, Pſ. 22, 16. Pſ. 102, 5. 12.

יָבֵשׁ m. *Aridus, Siccus.* קַשׁ יָבֵשׁ *Stipula arida*, Job. 13, 25. Plur. יְבֵשִׁים *Aridi, Sicci.* וַעֲנָבִים לַחִים וִיבֵשִׁים לֹא יֹאכֵל *Et uvas recentes aut aridas non comedet*, Num. 6, 3. Fœm. יְבֵשָׁה *Arida*, Num. 11, 6. Plur. יְבֵשׁוֹת Ezech. 37, 2.

1) Generatim notat *aridum, ſiccum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *omne id, quod humore deſtituitur.* Ita dicitur de uvis exiccatis, Num. 6, 3. de aridâ arbore, Ezech. 21, 1. ſtipulâ, Nah. 1, 10. item de oſſibus aridis, Ezech. 37, 2. 3. β) *Memphoricè* deſignat *id*, quod viribus deſtituitur, Num. 11, 6.

יַבֶּשֶׁת & יַבָּשָׁה f. *Arida, Aridum, Siccum.* בַּיַּבָּשָׁה *In ſicco*, Exod. 14, 16. הָפַךְ יָם לְיַבָּשָׁה Vertit mare *in aridam*, Pſalm. 66, 6.

1) Generatim notat *aridum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat id, quod *humore privatum & deſtitutum eſt.* Inde non ſolum dicitur de *terrâ aridâ*, mari & fluviis contradiſtinctâ, Gen. 1, 9. 10. Exod. 4, 9. Jon. 1, 9. 13. c. 2, 11. ſed etiam de locis ad tempus ſiccatis, donec factus erat tranſitus, Exod. 14, 16. 22. 29. Joſ. 4, 22. Neh. 9, 11. Pſalm. 66, 6. β) *Metaphoricè* deſignat *cor humanum*, æſtu iræ divinæ, crucis & tentationum Satanæ exuccum, fluentis Spiritus Sancti refocillandum, Jeſ. 44, 3.

יְבֹשֶׁת f. *Exiccatio.* עַד־יְבֹשֶׁת הַמָּיִם Usque ad exiccationem aquarum, Gen. 8, 7. Aliis eſt Infinitivus, formæ partim perfectæ, partim imperfectæ, perinde ut in יְכֹלֶת *Poſſe*, Devt. 9, 28.

יָגֵב m. *Ager.* Legitur ſaltem in Plurali יְגֵבִים *Agri*, Jer. 39, 10.

יֹגֵב m. *Agricola.* Bis legitur in Plur. יֹגְבִים *Agricolæ*, 2. Reg. 25, 12. Jer. 52, 16.

יָגָה *Dolore affectus eſt, Afflictus eſt.* Octies legitur, ſed ubique ingentem dolorem & afflictionem indigitat. In Kal non legitur. In Niphal נוּגָה *Dolore, mæſtitiâ affectus.* Particip. Plur. in Statu conſtr. נוּגֵי מִמּוֹעֵד *Mæſti ob feſtum*, Zeph. 3, 18. Ubi eſt נוּגֵי pro נוֹגֵי per alterhationem vocalium (וֹ) & (וּ) ita quoque in Fœminino Thren. 1, 4. בְּתוּלֹתֶיהָ נוּגוֹת Virgines ejus *mæſtæ.* Piel יִגָּה *Dolore vel mæſtitia affecit.* Legitur ſaltem Futurum וַיַּגֶּה Et *triſtitia* affecit, Thren. 3, 33.

pro וַיַּגֶּה primâ radicali per Syncopen conciſâ, & (-) ei ſubſtrato in locum (:) præcedentis migrante. Hiphil הוֹגָה *Mœrore affecit*, vel *Afflixit*, Thren. 1, 5. 12. c. 3, 32. Part. cum Suff. מוֹגַיִךְ *Affligentes te*, Jeſ. 51, 23. Fut. תּוֹגְיוּן נַפְשִׁי *Affligetis* animam meam, Job. 19, 2. ubi tertia radicalis ה in י mobile tranſiit, perinde ut in יִרְבְּיֻן *Multiplicabuntur*, Devt. 8, 13.

יָגוֹן m. *Mœror*, *Mœſtitia.* וְהוֹרַדְתֶּם אֶת־שֵׂיבָתִי בְּיָגוֹן Et deſcendere facietis canitiem meam cum mœrore, Gen. 42, 38. conf. c. 44, 31. Cum Suff. וְשִׂמַּחְתִּים מִיגוֹנָם Et lætificabo eos è *mœrore* ipſorum, Jer. 31, 13.

1) Generatim notat *mœrorem*, eumque ingentem, qui animum rodit, & ſubinde cum gemitu conjunctus eſt, ſive ſit ob malum proprium, ſive enaſcatur ex malo alieno. 2) Speciatim α) legitur de *ingenti mœrore*, qui oritur ex *malo propriô*, qualis eſſe ſolet valde afflictorum, Pſalm. 13, 3. Pſalm. 31, 11. Pſalm. 116, 3. tyrannide oppreſſorum, Pſalm. 107, 39. item captivorum, Jeſ. 35, 10. c. 51, 10. β) De *ingenti mœrore*, qui oritur ex *malô alieno*, Jer. 8, 18.

תּוּגָה f. *Mœror*, isque ingens, qui hominem ferè in deliquium animi detrudit. Quater ſaltem legitur, Pſalm. 119, 28. Pſalm. 14, 13. c. 17, 21. In Statu conſtr. תּוּגַת אִמּוֹ *Mœror* matris ſuæ, Prov. 10, 1.

יָגַע *Laboravit*, *Fatigatus*, *Defatigatus fuit.* יָגְעָה יָדוֹ *Fatigata fuit* manus ejus, 2. Sam. 23, 10. לְרִיק יָגַעְתִּי *In* vanum *laboravi*, Jeſ. 49, 4. יָגַעְנוּ *Laboravimus*, Thren. 5, 5. Fut. אִיגָע *Laborabo*, Job. 9, 29. לֹא יִיגְעוּ לָרִיק Non *laborabunt* in vanum, Jeſ. 65, 23. Piel יִגַּע *Fatigavit, laſſum aliquem fecit.* Fut. אַל־תְּיַגַּע Ne *fatiges*, Joſ. 7, 3. תְּיַגְּעֶנּוּ *Fatigat* ipſum, Eccl. 10, 15. Hiphil הוֹגִיעַ *Laborare fecit*; *Fatigavit, laſſum fecit.* הוֹגַעְתַּנִי *Laborare feciſti me*, Jeſ. 43, 24. הוֹגַעְתֶּם *Fatigatis*, Mal. 2, 17.

1) Generatim notat *laborare.* 2) Speciatim α) *propriè* eſt *anxiè & usque ad delaſſationem operari*, Prov. 23, 4. Jeſ. 62, 8. Thren. 5, 5. in vanum, Jeſ. 65, 23. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* deſignat *moleſtiſſimam & anxietatibus maximis pleniſſimam paſſionem*, quam Chriſtus pro peccatis hominum expiandis ſuſtinuit, Jeſ. 43, 24. Vide Jeſ. 57, 10. ubi *laborare* notat *ingentes moleſtias, jacturas, damna ac incommoda experiri in cultu idololatricô*, ceu in viis longis, arduis & inſuperabilibus evenire ſolet. 2) *Metonymicè* notat *laboris conſequens*, nempe *defatigationem.* Inde in Kal eſt *fatigari, delaſſari*, e. g. fortiter prœliando, 2. Sam. 23, 10. graviter crebroque ingemiſcendo, Pſalm. 6, 7. Jer. 45, 3. vel clamando, Pſalm. 69, 4. In Piel *Defatigare*, Joſ. 7, 3. Eccl. 10, 15. Ita quoque in Hiphil, Jeſ. 43, 23.

יָגֵעַ m. *Laborioſus*, *Laſſus*, *Defatigatus.* וְהוּא יָגֵעַ Et ipſe erat *defatigatus*, 2. Sam. 17, 2. עָיֵף וְיָגֵעַ Laſſus & *defatigatus*, Devt. 25, 18.

Plur.

Plur. כָּל־הַדְּבָרִים יְגֵעִים Omnes res *laborioſæ*, i. e. labore plenæ, Eccl. 1, 8. Sæpius non occurrit.

יָגִיעַ m. *Laſſus*, *Feſſus*. Legitur ſaltem in Plurali Status Conſtr. יְגִיעֵי כֹחַ *Feſſi* viribus, Job. 3, 17. Sed Seb. Schmidio eſt nomen Subſtantivum יְגִיעַ. Unde reddit: *Labores* violentiæ.

יְגִיעַ m. *Labor*; *Opes*, *Facultates*. כִּי תִמְאַס יְגִיעַ כַּפֶּיךָ Ut projicias laborem manuum tuarum, Job. 10, 3. Cum Suff. יְגִיעֲךָ *Labor* tuus, Devt. 28, 33. Plur. יְגִיעִים *Labores*. Cum Suff. יְגִיעַי *Labores* mei, Hoſ. 12, 9.

1) Generatim dicit *laborem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *actionem*, vel *operationem cum moleſtiâ conjunctam*, Gen. 31, 42. β) *Metonymicè* deſignat *bona* aut *res labore productas & acquiſitas*, Devt. 28, 33. Pſalm. 78, 46. Pſalm. 109, 11. Pſalm. 128, 2. Jeſ. 45, 14. Jer. 3, 24. Ezech. 23, 29. Conf. Job. 39, 19, ubi accipitur pro *pullis*, in quibus excludendis avis laboravit.

יָגָע m. *Labor*. מֵשִׁיב יָגָע Repetens *laborem*, Job. 20, 18. Præterea non invenitur.

יְגִיעָה f. *Fatigatio*. Occurrit ſaltem in Statu Conſtructo יְגִעַת בָּשָׂר *Fatigatio carnis*, Eccl. 12, 12.

יָגֹר *Timuit*, *Metuit*, *Formidavit*, *Reformidavit*. אֲשֶׁר יָגֹרְתָּ מִפְּנֵיהֶם *A quibus times*, Devt. 28, 60. יָגֹרְתִּי *Metui*, Devt. 9, 19. Job. 3, 24. c. 9, 28. Pſalm. 119, 39. Præterea non occurrit.

יָגֹר m. *Timens*. אֲשֶׁר אַתָּה יָגוֹר מִפְּנֵיהֶם A quibus tu timens es, i. e. quos tu times & formidas, Jer. 22, 25. Amplius non invenitur.

יָד c. ſed fœm. ſæpius, *Manus*, vide ſub יָדָה.

יָדַד *Extendit*, *Jecit*, *Projecit*. אֶל־עַמִּי יַדּוּ גוֹרָל Super populum meum *jecerunt* ſortem, Joel. 4, 3. Aliis eſt tertia perſ. pl. Fut. in Piel pro יְיַדּוּ (-) in locum Schevatis tranſlato, & (י) per Syncopen conciſô.

יָדִיד m. *Dilectus*, in quem *conjicitur* amor. יְדִיד יְהוָֹה *Dilectus Dei*, Devt. 33, 12. Cum Suffixo לִידִידִי *Dilecto meo*, Jeſ. 5, 1. ubi ſermo eſt de Meſſia, & Jer. 11, 15. ubi ironicè dicitur de hypocritis. לִידִידוֹ *Dilecto ſuo*, Pſalm. 127, 2. ubi ſermo eſt de pio cultore Dei, quem Deus in ſomno ditat. Plural. cum Suffixo יְדִידֶיךָ *Dilecti tui*, Pſalm. 60, 7. Pſalm. 108, 7. Fœm. יְדִידוֹת *Dilecta*. שִׁיר יְדִידוֹת Canticum *dilectarum*, h. e. *amorum*, qui Meſſiæ velut ſponſo interceſſerunt cum ſponſa ſua dilectiſſima, nempe Eccleſia, Pſalm. 45, 1. מַה־יְּדִידוֹת מִשְׁכְּנוֹתֶיךָ Quàm *amabilia ſunt* tabernacula ſua, Pſalm. 84, 2. Amplius non recurrit.

יְדִדוּת f. *Dilectio*, Jer. 12, 7.

ידה *Extendit, Jecit, Projecit, Dejecit, Jaculatus eſt* כָּל־דֹּרְכֵי קֶשֶׁת יְדוּ אֵלֶיהָ Omnes tendentes arcum *jaculamini* in eam. Jer. 50, 14. Piel Fut. יַדּוּ גּוֹרָל *Projecerunt* ſortem. Joel. 4, 3. Obad. 1, 11. Nah. 3, 10. pro יְיַדּוּ (-) in locum (:) transmotô, & primæ radicali (י) per Syncopen conciſâ. וַיַּדּוּ אֶבֶן בִּי *Et projecerunt* lapidem in me. Thren. 3, 53. Infin. לְיַדּוֹת *Ad dejiciendum.* Zach. 2, 4. Hiphil הוֹדָה *Confeſſus eſt, Celebravit, Gratias egit; Laudes projecit.* וְהוֹדוּ *Et celebrabunt.* Conſtruitur cum Accuſativo, ל, vel על 1. Reg. 8, 33. 35. 2. Chron. 6, 24. הוֹדִינוּ לְךָ *Celebramus te.* Pſ. 75, 2. Infin. הוֹדוֹת *Celebrare.* 1. Chr. 25, 3. בְּהוֹדוֹת *In celebrando.* Eſr. 3, 11. לְהוֹדוֹת *Ad celebrandum.* 1. Chron. 16, 7. Fut. אוֹדֶה יְהוָה *Celebrabo Dominum.* Gen. 29, 35. אוֹדְךָ *Celebrabo te.* 2. Sam. 22, 50. אוֹדֶנּוּ *Celebrabo eum.* Pſal. 42, 6. Sed Pſalm. 28, 7. eſt אֲהוֹדֶנּוּ More Chaldæorum Charactere Infinitivi ה retentô, eique novo ſuperinductô. Ita quoque non ſolum legitur יוֹדֶה *Celebrabit.* Pſ. 7, 6. Sed etiam reperitur יְהוֹדֶה Neh. 11, 17. יוֹדוּ *Celebrabunt.* Pſ. 95, 3. וְיוֹדֻךָ *Et celebrabunt te.* Pſal. 49, 19. Hithphael הִתְוַדָּה *Confeſſus eſt.* וְהִתְוַדּוּ Et *confitebuntur* iniquitatem ſuam. Lev. 26, 40. Infin. בְּהִתְוַדֹּתוֹ *In confiteri eum*, i. e. cum confiteretur. Eſr. 10, 1. Fut. וָאֶתְוַדֶּה *Et confeſſus ſum.* Dan. 9, 4.

1) Generatim notat *jacere.* 2) Speciatim α) *propriè* eſt rerum *corporearum & materialium*, & nunc eſt *ejaculari ſagittas*, Jer. 50, 14. nunc *jacere*, vel projicere ſortem, Joel. 4, 3. Obad. 1, 11. Nah. 3, 10. conjicere lapidem in aliquem, Thren. 3, 53. β) *Metaphoricè* notat 1) *confiteri*, quia, quando peccata confitemur, ea quaſi coram altero projicimus. Hanc ſignificationem obtinet tum in Hiphil Pſ. 32, 5. Prov. 28, 13. tum in Hithpael, Lev. 5, 5. c. 16, 21. c. 26, 40. Num. 5, 7. Neh. 1, 6. Dan. 9, 4. 20. 2) *Celebrare, Laudare, laudes dicere*, quia, quando aliquem laudamus & celebramus, eum non ſolum laude dignum eſſe, publicè & intrepidè fatemur, ſed etiam laudes ejus quaſi in publicum projicimus, & coram aliis decantamus. Ita in ordine ad Deum adhibetur, quando ejus *majeſtas, bonitas, veracitas, potentia & beneficia hominibus collata* celebrantur & deprædicantur. 1. Reg. 8, 33. 1. Chron. 29, 13. c. 25, 3. 2. Chron. 7, 3. 6. Eſr. 3, 11. 2. Chron. 16, 41. Pſ. 30, 10. Pſ. 35, 18. Pſal. 42, 6. 12. Pſal. 43, 5. Pſal. 57, 10. Speciatim *Deus* dicitur *laudari & celebrari corde* Pſ. 9, 2. Pſ. 111, 1. Pſ. 119, 7. Pſ. 138, 1. *ore* Pſ. 109, 30. *inſtrumentis Muſicis* Pſ. 33, 2. Pſ. 43, 4. Pſ. 71, 22. Pſ. 91, 22. *publicè* 2. Sam. 22, 50. Pſ. 18, 50. Pſ. 35, 18. Pſ. 57, 10. *conſtanter* Pſ. 30, 13. Pſ. 79, 13. Pſ. 57, 11.

יָד c. ſed f. ſæpius. *Manus*, ab extendendo ſic dicta, ut apud Latinos *manus* dicitur à *manando* vel *emanando.* Item *Ripa, Latus, Tractus, Robur, Vires, Spatium.* אָזְלַת יָד Abiit vel receſſit *manus* i. e. vires

Digitized by Google

vires manuum, robur ac facultas, Devt. 32. poſito Afformativo Chaldæorum ת pro Afformativo Ebræorum ה. In Statu Conſtructo בְּיַד מֹשֶׁה *Per manum*, i. e. miniſterium Moſis. 2. Chron. 35, 8. לְיַד הַמֶּלֶךְ *Ad manum Regis*. 1. Chron. 18, 17. הֲרִימֹתִי יָדִי אֶל־יְהוָה *Elevavi manum* meum ad Dominum. Gen. 14, 22. יָדֵנוּ *Manus* noſtra. Devt. 32, 27. בְּיֶדְכֶם *In manum* veſtram. Gen. 9, 2. ubi ob ſuffixum grave כֶם (ָ) ſub (י) α) mutatur in (-) & β) per alternationem in (ֶ). Ita quoque in בְּיֶדְכֶן *In manu* veſtrâ. Ezech. 13, 21. Dualis יָדַיִם *Manus*, *Spatia* &c. הָאָרֶץ רַחֲבַת יָדַיִם Terra ampla *ſpatiis*. Jud. 18, 10. In Statu Conſtructo מַעֲשֵׂה יְדֵי אָדָם Opus *manuum hominis*. Devt. 4, 28. מִידֵי רָשָׁע *A manibus impii* Pſ. 140, 5. יָדַי *Manus meæ*. 2. Sam. 22, 21. יְדֵיכֶם *Manus veſtra*. Devt. 31, 29. הִתְעַנִּי תַּחַת יָדֶיהָ *Humilia te ſub manus ejus*. Gen. 16, 9. בְּיָדֵינוּ *In manibus noſtris*. Num. 31, 49. Fœm. יָדוֹת *Manus*. שְׁתֵּי יָדוֹת *Duo cardines* Exod. 26, 17. וְיָדוֹת מִזֶּה וּמִזֶּה *Et manus (erant) hinc & inde*, h. e. *Fulcra manualia utrinque erant*. 1. Reg. 10, 19. Cum Suffixo יְדֹתֶיהָ *Manus ejus*. 1. Reg. 7, 35.

1) Generatim ſignificat *manum*, 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *membrum* corporis humani, quô agimus & operamur. Gen. 14, 22. c. 24, 2. c. 38, 28. β) Quia variæ conditiones & munia manûs alicujus ſunt, per *Metaphoram* ad varia deſignanda adhiberi ſolet. Nimirum א) quia *manu* firmiter ac potenter retinemus id, quod eâ prehendimus, hinc ſæpius in Scriptura accipitur pro *robore & viribus*, quibus aliquis pollet, Exod. 18, 9. Devt. 32, 36. item pro *poteſtate*, quâ quis gaudet, Pſ. 49, 16. Pſ. 89, 49. Pſ. 107, 2. Pſ. 140, 5. Prov. 18, 21. Prov. 21, 1. Hoſ. 13, 14. Ita *poteſtatem hoſtium*, è quâ quis liberatur, notat Joſ. 2, 16. 18. c. 6, 9. c. 8, 34. c. 9, 17. c. 13, 5. 1. Sam. 7, 3. c. 8, 14. c. 9, 16. c. 10, 18. c. 12, 10. 11. c. 14, 50. c. 20, 16. 2. Sam. 12, 7. c. 18, 31. Jer. 33, 3. c. 18, 18. &c. *In manu alicujus eſſe*, idem eſt ac *ſub imperio, ductu ac regimine ejus eſſe*, Jer. 38, 10, 11. Speciatim manus *Deo* tributa deſignat *Dei potentiam*, quæ ſe exerere ſolet 1) *in potentiſſima & miraculoſa ipſius operatione* Num. 11, 23. Job. 10, 8. c. 12, 9. 10. Pſal. 8, 7. Pſal. 95, 4. 5. Jeſ. 11, 11. c. 59, 1. 2) *In potenti auxilio* Gen. 49, 24. Devt. 9, 26. 29. Pſal. 89, 22. Eſr. 8, 22. ac *potente & gratioſa protectione piorum* Pſ. 31, 6. Pſ. 144, 7. Confer Sap. 3, 1. Jeſ. 62, 3. 3) *In pœnarum immiſſione* Exod. 9, 3. Pſal. 17, 14. Pſal. 21, 9. Pſal. 38, 3. Inde per *Metonymiam* quandoque *ipſam pœnam* vel *plagam* divinitus immiſſam deſignare ſolet, Job. 19, 21. c. 23, 2. Ezech. 39, 21. Ita quoque *pœna divina immiſſio* denotatur, quando *manus Dei extendi* dicitur Exod. 7, 5. Jeſ. 5, 25. c. 9, 11, 16. 20. c. 10, 4. c. 14, 27. c. 31, 3. Jer. 6, 12. Ezech. 6, 27. c. 25, 7. Zeph. 1, 4. c. 2, 13. Aſt *pœna vel plagæ averſio* innuitur, quando *manus*

nus Dei dicitur *reduci* Ez. 20, 22. Saltem Jeſ. 1, 25. *pœnæ repetitionem & iterationem* ſignificat. Alias Prov. 1, 22. Jeſ. 65, 2. *manum extendere* idem eſt ac ad *pœnitentiam vocare.* ב) Quia *manus* eſt *inſtrumentum actionum humanarum*, hinc frequenter per *Metaphoram* denotat *miniſterium* quodcunque, ſive ſit *animi*, ſive ſit *corporis* &c. Huc ſpectat, quod Deus dicitur locutus *per manum Prophetarum* i. e. *per miniſterium Prophetarum* 2. Reg. 17, 13. Jeſ. 20, 2. Hagg. 1, 1. c. 2, 1. &c. Ita quoque *miniſterium* innuit. 2. Chron. 29, 27. ג) Quia *manibus* actiones perficiuntur, vel etiam promoventur, inde quandoque *manus* deſignat *conſilium, opem, machinationem*, &c. 1. Sam. 22, 17. יָדָם עִם דָּוִד *Manus eorum eſt cum Davide*, i. e. *Davidem conſilio, & alia quacunque re adjuvant.* Ita etiam capitur Exod. 23, 1. 2. Sam. 3, 12. c. 14, 19. Sic *manus roborare* eſt *conſilio & ope ſublevare.* 1. Sam. 23, 16. Job. 4, 3. Jeſ. 35, 3. 2. Reg. 15, 19. ד) Quoniam *manibus* nos vel alios tuemur, hinc quoque notat *curam* aut *tutelam.* 1. Sam. 17, 22. Jeſ. 3, 6. ה) Quia manibus rem aliquam ſignamus vel indigitamus, inde etiam denotat *trophæum*, *ſignum* vel *monumentum victoriæ.* 1. Sam. 15, 12. ו) Deſignat *locum* vel *ſpatium.* Num. 34, 3. Devt. 23, 13. 2. Reg. 11, 16. 2. Chron. 23, 15. Pſal. 141, 6. Jeſ. 22, 15. c. 56, 5. Ezech. 21, 19. *latus, latera*, Exod. 2, 5. 1. Sam. 2, 18. c. 19, 3. 2. Sam. 14, 30. c. 15, 2. Job. 1, 14. Pſ. 140, 6. Prov. 8, 3. & inde amplius per Metonymiam *laterales cuſtodias* 2. Reg. 11, 7. 16, 2. Chron. 23, 15. *ripam* Devt. 2, 37. imò *cujusvis rei partes* Gen. 43, 34. 2. Sam. 19, 44. Dan. 1, 20. *fulcra ad latus ſolii Salomonei* 1. Reg. 10, 19. 2. Chron. 9, 18. *axes in rotis*, 1. Reg. 7, 32. *anſas.* 1. Reg. 7, 35. 36. *cardines*, Ex. 26, 17. 19. 3) Quandoque abundat. בְּיַד עֲוֺנֵנוּ *Ob manum iniquitatis noſtræ i. e. ob iniquitatem noſtram.* Jeſ. 64, 6. Gen. 9, 5. 4) *Manum ponere ſuper os* ſignificat geſtum convictionis geſtæ, Job. 21, 5. Mich. 7, 16.

תודה f. *Confeſſio, Laus, Celebratio, Gratiarum actio, Sacrificium evchariſticum.* בקול תודה אזבחה־לך *Cum voce confeſſionis ſacrificabo tibi.* Jon. 2, 10. *In Statu conſtructo* על־זבח תודת שלמיו Præter ſacrificium *confeſſionis* pacificorum ſuorum. Lev. 7, 3. Plur. בתודות *Laudibus* Neh. 12, 27.

1) Generatim notat *quamcunque confesſionem*, ſive ſit *culpæ*, ſive ſit *laudis & gloriæ.* Inde 2) Speciatim α) *propriè* in ſacris dicitur 1) *de confesſione culpæ*, quâ peccata & delicta admiſſa confitemur, Joſ. 7, 19. Eſr. 10, 11. 2) *de confesſione laudis & gloriæ*, quâ Deus celebratur ob beneficia ejus ſingularia & multa &c. Proinde *talis confesſio* eſt nihil aliud, quàm *Dei celebratio* ob beneficia, quæ ex inſigni bonitate ſua in homines contulit. Pſal. 42, 5. Pſal. 50, 14. & ult. Pſal. 56, 13. Pſal. 69, 31. Pſal. 94, 2. Pſal. 100, 1. 4. Pſal. 107, 22. Pſal. 116, 17. Pſal. 147, 7. β) *Metonymicè* denotat *Sacrificium evchariſticum.* 2. Chron. 29, 31. Jer. 17, 26. cap. 33, 11.

הידות

Digitized by Google

הֻיְדוֹת f. p. *Celebrationes.* Neh. 12, 8. Præterea non legitur.

יְהוּדָה *Jehuda*, filius Jacobi, ſic dictus *à celebratione*, qua mater ipſius à partu ejus Deum celebravit, eumque fratres ejus celebraturi erant. Gen. 29, 35. c. 49, 8. *Metonymicè* notat *Poſteros* Judæ, Gen. 49, 10. Jud. 1, 2. 3. 4. 9. 10. Mich. 5, 1. Tribuum ſciſſurâ poſt obitum Salomonis factâ, ſola tribus Jehudæ id nominis ſortita eſt, & cum tribu Benjamin, quæ ei adjuncta fuit, *regnum Judaicum* conſtituit. Poſt captivitatem Babylonicam autem nomen hoc omnibus reſiduis commune eſſe cœpit.

יְהוּדִי m. *Judæus.* Eſth. 3, 4. Pl. יְהוּדִים *Judæi.* Eſth. 3, 6. Jer. 43, 9. c. 52, 28.

יְהוּדִית *Judaicè.* 2. Reg. 18, 26. Inde deſcendit verbum in Hithpael הִתְיַהֵד *Judaizavit, Judæorum ritus & mores amplexus eſt.* Particip. מִתְיַהֲדִים *Judaizabant, Judæorum mores & ritus amplectebantur, Judæi fiebant.* Eſth. 8, 17.

יָדַע *Scivit, Novit, Agnovit, Cognovit, Obſervavit, Animadvertit, Rationem alicujus habuit.* וְהָאָדָם יָדַע אֶת־חַוָּה Et Adam *cognovit* Evam. Gen. 4, 1. וְהִיא לֹא יָדְעָה אִישׁ Ipſa autem *non cognoverat virum.* Jud. 11, 39. הֲיָדַעְתָּ לָמָּה בָּאתִי אֵלֶיךָ *An noſti, quare* venerim ad te. Dan. 10, 20. יְדַעְתּוֹ *Noviſti eum.* Devt. 22, 2. Fœm. יָדַעַתְּ *Noſti* Ruth 2, 11. לֹא יָדַעְתִּי *Non novi.* Gen. 4, 9. יְדַעְתִּיו *Novi eum.* Gen. 18, 19. i. e. amo eum. יְדַעְתִּיהָ *Novi illud.* Ezech. 11, 5. לֹא יָדְעוּ אִישׁ *Non cognoverunt virum.* Gen. 19, 8. Cum ן Paragogico וְלֹא יָדְעוּן *Nec noverunt* patres tui. Deut. 8, 16. יְדָעוּנִי *Agnoverunt me.* Jer. 2, 8. לֹא יָדַעְנוּ *Non ſcimus.* Gen. 43, 22. Cum Suff. יְדַעֲנוּךָ *Cognoſcimus te.* Hoſ. 8, 2. Participium יֹדֵעַ *Sciens.* Gen. 3, 5. Fœm. יֹדַעַת *Sciens.* Pſ. 139, 14. Partic. Paul יָדוּעַ *Notus, Peritus.* In Statu Conſtr. וִידוּעַ חֹלִי *Et notus* morbi, vel expertus morbum, Eſa. 53, 3. Infin. יָדֹעַ תֵּדַע *Sciendo ſcias*, i. e. certiſſimè ſcias. Gen. 15, 13. 1. Sam. 20, 9. c. 28, 1. Aliàs quoque in Infinitivo eſt דַּעַת *Scire, Cognoſcere.* לְמַעַן דַּעַת הַגּוֹיִם אֹתִי *Propter cognoſcere* gentes me. Ezech. 38, 16. לָדַעַת *Adſciendum* Gen. 3, 22. מִיּוֹם דַּעְתִּי אֶתְכֶם A die *cognoſcere* me vos, i. e. à die, quô cognovi vos. Devt. 9, 24. Imperat. דַּע *Scito, Cognoſce.* Gen. 20, 7. Sed Prov. 24, 14. eſt דְּעָה cum ה Paragogico præcedente (∴) per alternationem; juxta Kimchium in libro Rad. eſt Infinitivus. Fut. אֵדַע *Sciam, Cognoſcam.* Gen. 15, 18. Cum ה Paragog. וְאֵדְעָה *Et cognoſcam.* Gen. 42, 24. לֹא נֵדַע מַה־נַּעֲבֹד אֶת־יְהוָה *Non ſcimus*, quô ſervire debeamus Domino. Exod. 10, 26. Cum ה Paragogico נֵדְעָה *Cognoſcamus.* Job. 34, 4. לְמַעַן תֵּדְעוּ *Ut cognoſcatis.* Devt. 29, 6. לְמַעַן יֵדְעוּן *Ut cognoſcant.* 1. Reg. 8, 43. Niphal נוֹדַע *Notum factum eſt, Cognitum*

eſt, Obſervatum, Animadverſum eſt. אָכֵן נוֹדַע הַדָּבָר *Reverà notum factum eſt hoc verbum.* Exod. 2, 14. נוֹדָע בִּיהוּדָה אֱלֹהִים *Notus eſt in Juda Deus.* Pſal. 76, 2. וְנוֹדְעָה יַד יְהוָה *Atque ſic cognoſcetur* manus Domini i. e. atque hâc ratione *innoteſcet*, quanta bona Dominus conferat & præſtet ſervis ſuis. Jeſ. 66, 14. Infin. הִוָּדַע *Notum fieri.* וְאַחֲרֵי הִוָּדְעִי *Et poſt agnoſci me.* i.e. poſtquam agnitus fuero. Jer. 31, 19. Fut. הֲיִוָּדַע *An cognoſcetur?* Pſal. 88, 13. Piel יִדַּע *Notum fecit, Indixit, Indicavit.* יִדַּעְתָּ *Notum feciſti.* Job. 38, 12. יוֹדַעְתִּי *Notum feci, indicavi.* 1. Sam. 21, 2. Ubi (ו) eſt locô Dageſch Characteriſtici, ceu in שׁוֹרֵשׁ *Radices egit.* Jeſ. 40, 24. Pual Particip. מְיֻדָּעִי *Notus meus.* Pſal. 55, 14. Plur. cum Suffixo מְיֻדָּעַי *Noti mei.* Pſal. 88, 9, 19. Job. 19, 14. לִמְיֻדָּעַי *Notis meis.* Pſal. 31, 12. וּמְיֻדָּעָיו *Et noti ejus.* 2. Reg. 10, 11. Hiphil הוֹדִיעַ *Notum fecit, Scire, Experiri fecit, Indicavit, Oſtendit, Inſtruxit.* Conſtruitur cum Dativô & Accuſativô. וַיהוָה הוֹדִיעַנִי Cæterum Dominus notum fecit mihi. Jer. 11, 18. וְלֹא הוֹדַעְתָּ אֶת־עֲבָדֶיךָ *Et non indicaſti* ſervis tuis. 1. Reg. 1, 27. וְאֶת־מִשְׁפָּטַי הוֹדַעְתִּי אוֹתָם Et judicia mea nota feci illis. Ezech. 20, 11. Infin. הוֹדִיעַ *Notum facere.* Gen. 41, 39. לְהוֹדִיעָם *Ad notum facere* illis, i. e. ut notum faciat illis. Pſal. 25, 14. Fut. אוֹדִיעַ *Notum faciam.* Ezech. 39, 7. יוֹדִיעֶנּוּ *Notum faciet ei*, Jeſ. 40, 13. Hophal הוּדַע *Notum factum eſt.* Lev. 4, 23. 28. מוּדַעַת juxta קְרִי Participium Fœm. *Notum factum.* Jeſ. 12, 5. Sed literis retentis poteſt eſſe Participium Fœm. in Pual מְיֻדַּעַת. Hithpael הִתְוַדַּע *Innotuit, Notum fecit ſe.* בְּהִתְוַדַּע *In notum facere ſe*, i. e. cum notum faceret ſe. Gen. 45, 1. Fut. בַּמַּרְאָה אֵלָיו אֶתְוַדָּע *In viſione illi notus fiam.* Num. 12, 6.

1) In genere ſignificat *cognoſcere* quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* notat *cognitionem*, qua ſpecies rei in cognoſcente producitur, ſive fiat *ſenſu*, Gen. 19, 33. 35. ſive *intellectu*, ut Lev. 5, 3. c. 5, 4. 2. Sam. 2, 26. Job. 21, 27. β) *Tropicè* א) per *Metaphoram* dicitur etiam de *rebus inanimatis*, Ezech. 17, 24. ב) Per *Metonymiam præter notitiam* connotat etiam *varios motus, affectus & effectus*, qui *notitiam* conſequuntur. Inde 1) idem eſt ac *expendere, conſiderare, ad animum revocare*, genau erwegen/ wohl zu Hertzen nehmen/ Job. 34, 4. Pſalm. 90, 11. Pſalm. 92, 7. Jeſ. 1, 3. Jer. 8, 7. c. 15, 15. 2) Valet *rem cognitam approbare*, Pſalm. 101, 4. Jer. 1, 5. 3) Eſt verbum *confeſſionis*, ubi aliquis ad veram agnitionem perductus, rem confitetur, uti eſt, cum prius non agnoviſſet, Devt. 8. 5. Jer. 10, 23. 4) Connotat *ſeriam pœnitentiam*, quâ homo agnitis peccatis ſeriò de iis dolet, eaque deteſtatur, Pſalm 51, 5. Jer. 14, 20. 5) De *experimentali notitiâ* dicitur, & idem eſt ac *reipſâ experior, experimento expertus ſum*, Gen. 22, 12. Exod. 14, 4. 18. Devt. 32, 27. Pſalm. 20, 7. 2. Chron. 25, 16. Pſalm. 50, 14. Eccl. 8, 4. Jeſ. 47, 8. 6) Deſignat *conſcium eſſe*, Pſalm. 35, 11. 1. Sam. 22, 15. Jer. 38, 24. 7) Innuit *familia-*

rim-

ritatem cum aliquo, Pſ. 55, 14. 8) Dicitur *de conjunctione maris & fœminæ*, ſeu *de experimentali tori conſuetudine*, Gen. 4, 1. c. 19, 8. c. 24, 16. Jud. 11, 39. c. 21, 12. 1. Reg. 1, 4. &c. Dicitur autem non tantum de venere licita, ceu patet ex locis citatis, ſed etiam de *venere illicita*, e. g. de *ſtupro*, quod intentabant Sodomitæ *hoſpitibus Loti*, Gen. 19, 5. Gibeonitæ *viro Levitæ*, Jud. 19, 22. ejusque *pellici*, Jud. 19, 25. 9) Includit *cultum, reverentiam, æſtimium, honorem* &c. Pſal. 9, 11. Pſal. 36, 11. Hoſ. 6, 3. Prov. 3, 6. 10) Accipitur pro *curare, fovere*, Gen. 39, 6. Exod. 1, 8. Jud. 2, 10. Prov. 12, 10. c. 29, 7. 11) Connnotat *fidem, fiduciam, ſpem*, Job. 19, 25. Jer. 9, 24. c. 31, 34. Hoſ. 2, 20. 12) Speciatim de *Deo* uſurpatum notat *affectum amoris, paternam curam ac providentiam, effectumque beneficentiæ divinæ.* יְדַעְתִּיו *Cognovi eum*, i. e. *amo eum*, Gen. 18, 19. יֹדֵעַ יְהוָֹה דֶּרֶךְ צַדִּיקִים *Novit*, i. e. *curat & ſecundat Dominus juſtorum viam*, Pſalm. 31, 8. Pſalm. 37, 18. Jer. 24, 5. Am. 3, 2. Confer. Exod. 33, 12.

דֵּעַ m. *Scientia*, vel, ut alii malunt, *Sententia.* Legitur ſaltem in Jobo. Cum Suffixo אֲחַוֶּה דֵעִי *Indicabo ſcientiam meam, ſententiam meam*, Job. 32, 10. Ita quoque legitur Job. 32, 6. 17. c. 36, 3. Plur. תְּמִים דֵּעִים *Perfectus ſcientiis*, Job. 37, 16.

דֵּעָה f. *Scientia, Cognitio*, Pſalm. 73, 11. Jeſ. 11, 9. c. 28, 9. Jer. 3, 15. Plur. דֵּעוֹת *Scientiæ.* אֵל דֵּעוֹת יְהוָֹה *Deus ſcientiarum Dominus eſt*, i. e. *omnem ſcientiam poſſidens*, 1. Sam. 2, 3. תְּמִים דֵּעוֹת *Integer ſcientiis*, i. e. qui in ſuâ ſcientiâ, & iis verbis, quæ ex ſcientia ſuâ profert, nulla fraude & aſtu utitur, ſed ſincerè agit, Job. 36, 4. Præterea vox hæc non legitur.

דַּעַת f. *Scientia, cognitio.* Eſt aliàs infinitivus in Kal, qui in naturam Nominis degenerat. בִּבְלִי דַעַת *In defectu ſcientiæ*, i. e *inſcienter*, Devt. 4, 42. Joſ. 20, 5. אִישׁ דַּעַת *Vir ſcientiæ*, i. e. *qui inſtructus eſt dextrâ rerum tùm ſcibilium tùm agibilium notitiâ*, Prov. 24, 5. בְּמִלִּין בְּלִי דַעַת *Sermonibus abſque ſcientia, indoctis, inſcitè prolatis*, Job. 38, 2. Cum Suffixo לְדַעְתִּי *Ad ſcientiam meam*, Prov. 22, 17. כְּדַעְתְּכֶם *Secundum ſcientiam veſtram*, Job. 13, 1.

1) Generatim importat *cognitionem.* 2) Speciatim α) *propriè* dicit *actum intellectûs*, quô aliquid cognoſcitur. Ita enunciatur tum de *Deo*, tum de *hominibus*, & verſatur tam circa res divinas, quam circa res humanas & naturales. De ſcientiâ, *qua Deus pollet*, legitur Prov. 3, 20. Pſalm. 139, 6. De ſcientiâ autem, quæ datur in hominibus, ſæpius occurrit. Hæc verò cum ſit varia, pro varietate objectorum, circa quæ datur; hinc legitur 1) de *cognitione Dei verâ* ratione eſſentiæ & voluntatis, Prov. 2, 5. & de *verâ & ſalutari cognitione*, quâ Meſſias cognoſcitur, Jeſ. 53, 11. 2) De *ſcientiâ rerum*, quæ ex peculiari Dei revelatione ſciuntur, Prov. 9, 10. c. 30, 3. Mal. 2, 7. 3) De *notitiâ rerum divinarum & humanarum*, Prov. 1, 7. c. 24, 4. 4) De *ſcientia* rerum tàm naturalium,

quam

Digitized by Google

quam politicarum, Dan. 1, 4. β) *Metonymicè* præter notitiam & cognitionem etiam importat *ea, quæ notitiam conſequuntur*, nimirum *curam, providentiam, induſtriam, cultum, conſilium*, &c. enunciaturque in hac ſignificatione tàm de *Deo*, quàm de *hominibus*. *De curâ & providentia* Dei dicitur Prov. 3, 20. Sed Hoſ. 4, 1. præter veram *Dei agnitionem* dicit verum ejus *cultum, honorem, amorem* &c. De *curâ, attentione & conſilio* hominis occurrit, Prov. 13, 16.

יִדְּעֹנִי m. *Ariolus*, futurorum divinator, quaſi *ſciolus* dictus. Ebræi hunc ita dictum volunt ab oſſiculo quodam avis, cui nomen יַדּוּעַ fuerit, quod ſuò imponat ori, ut exinde id ipſum loquatur, homine tacente & in furorem vel ἔκςασιν abrepto. Maimonides in Hilcoth Avoda Sara c. VI. §. 2. rem ita declarat: *Quomodo ſe habet factum Arioli? Imponit quis oſſiculum avis* יַדּוּעַ *dictæ ori ſuo, & ſuffitum facit, actionesque alias, donec in morbum incidat caducum, & loquitur de ore ejus res in futuro demum eventuras.* Sed R. Abarbanel in Jeſ. VIII. & R. S. ben Melech in Michlal Jophi ad Lev. XX, 27. non ad avem, ſed ad beſtiolam, cujus nomen ידוע, referunt, quæ juxta R. Obad. de Bartenura ad Cod. Sanhedrin c. 7. Th. 7. quoad vultum, corpus, manus ac pedes formâ humanâ gaudeat. Plur. יִדְּעֹנִים *Arioli*, Lev. 19, 31. c. 20, 6. 1. Sam. 28, 3. 2. Reg. 23, 24. Jeſ. 8. 20, c. 19, 3.

מַדָּע vel מַדַּע m. *Scientia*, eaque fere *erudita*, qualem expetebat Salomo à Deo, 2. Chron. 1, 10. 11. 12. & habebant adoleſcentes Ebræi, juſſu Nebucadnezaris ad ejus miniſterium deſtinandi, Dan. 1, 4. 17. Sed Eccl. 10, 20. deſignat *animum & cogitationes hominis*, ut ſenſus ſit: In animo & cogitationibus tuis, quas nemo ſcit, niſi tu, h. e. conſcientia tua, ne maledicas Regi. Vid. Aben-Eſra in h. l. Sæpius non legitur.

מוֹדָע m. *Notus, Cognatus, Propinquus; Familiaris.* Saltem extat Ruth. 2, 1. Prov. 7, 4.

מוֹדַעַת f. *Cognatio, Affinitas.* Tantum legitur cum Suff. מוֹדַעְתָּנוּ *Cognatio* noſtra, i. e. cognatus noſter, Ruth. 3, 2. Poſitò abſtractò pro concretò.

מַדּוּעַ *Quare?* Eſt *interrogativum de causâ*; conflatum ex Pronomine Interrogativô מָה *Quid?* & nomine דּוּעַ *Scientia, Ratio*, ut idem ſit ac quæ *ſcientia* vel *ratio?* ה Pronominis interrogativi, quia cum דּוּעַ coaleſcere debebat, per Syncopen conciſum fuit, perinde ut in מַלָּכֶם *Quid vobis?* pro מַה־לָּכֶם. דּוּעַ autem eſt ad formam זְבוּל, primâ radicali pereunte, ut in בּוּל *Proventus*, Jeſ. 44, 19. pro יְבוּל. מַדּוּעַ בָּאתֶם אֵלָי *Quare* veniſtis ad me? Gen. 26, 27.

יָהּ m. *Jah, Dominus.* Eſt unum ex nominibus divinis, à R. הָיָה *Fuit, Extitit*, Deum ab *exiſtentiâ & eſſentiâ independente* denominans. R. Moſ. Gerundinenſis & R. Aben-Eſra ex nomine יְהוָה decurtatum eſſe putant, ut duas priores ex eo habeat literas. Sed Fullerus in Ap-

Digitized by Google

Append. Theol. Miſcell. ex eodem per Syncopen ita contractum eſſe arbitratur, ut ſaltem primam & ultimam ejus literam retineat. Huic deductioni ſubſcribere renuit Waltherus in Miſcell. Theol. P. 2. p. 346. α) quia impoſſibile, ut nomen יְהוָה quod non ſolum quà ſignificationem, ſed etiam quà formationem & conſtructionem, prorſus eſt ſingulare, vel tantillum immutetur. β) Quia ה in יָהּ ſemper punctô Mappik eſt notatum, quod in nomine יְהוָה nuſpiam inveniatur. Omnium horum derivationes deſerit Guſſetius in Comment. Ling. Ebr., formans illud ex R. יָאָה *Convenit, Conveniens eſt*, quia *Deus non modò in ſe, ſed etiam reſpectu noſtri nobis optimè convenit, omnia, quæ nobis conducunt, nobis communicans, adeoque perfectè & unicè dignus, cui inhæreamus, & maximè hominem decet ei fidere.* Legitur autem Exod. 15, 2. Pſalm. 104, 36. Pſalm. 105, 45. Pſalm. 106, 1. 48. Pſalm. 111, 1. Pſalm. 112, 1. Pſalm. 113, 1. 9. Pſalm. 115, 18. Pſalm. 116, 19. &c. conf. Pſalm. 68, 5. ubi tribuitur *Filio Dei.*

יָהַב *Dedit.* Imper. הַב *Da*, Prov. 30, 15. Cum ה Paragogico הָבָה *Da*, Gen. 29, 21. הָבוּ מִקְנֵיכֶם *Date* pecora veſtra, Gen. 47, 16. Sed Hoſ. 4, 18. eſt הֵבוּ Date, per alternationem. Fœm. הָבִי הַמִּטְפַּחַת *Da* peplum tuum, Ruth. 3, 15. In alio tempore non legitur. Obſerves autem, hunc Imperativum ſæpius obire munus *hortandi* particularum, *age, agite, agedum.* הָבָה נִלְבְּנָה לְבֵנִים Agedum formemus lateres, Gen. 11, 3. Conf. Gen. 11, 4. 7.

יְהָב m. *Onus, Cura*, propriè *illarum rerum*, quibus caremus, & quas nobis *dari* anxiè & ſollicitè expetimus. Teſte R. S. ben Melech in Pſalm. 55. Rabbini interpretantur per vocem מַשָּׂא *Onus.* Saltem legitur Pſalm. 55, 23. הַשְׁלֵךְ עַל־יְהוָה יְהָבְךָ Projice ſuper Dominum *onus tuum, curas tuas.*

הַבְהָבִים m. pl. *Dona, Donaria.* Tantum legitur cum Suff. Hoſ. 8, 4. זִבְחֵי הַבְהָבַי Sacrificia *donorum meorum.* Coccejus putat hanc vocem eſſe ex הַב הַב Prov. 30, 15. q. d. *ſacrificia mea*, de quibus dicunt, *cedo, cedo*, h. e. ad quæ offerenda ſe mutuò excitant.

יהד Unde videtur eſſe מִתְיַהֲדִים, item יְהוּד & יְהוּדָה vide infra in ידה. p. 486.

יְהוֹשֻׁעַ m. *Joſua*, nomen propr. filii *Nunis*, Moſis miniſtri, & ipſô mortuô Ducis Iſraelitarum maximi. Radix eſt ישע in Hiphil הוֹשִׁיעַ *Servavit.* Antea dicebatur הוֹשֵׁעַ *Hoſchea*, ſed poſtea dictus fuit יְהוֹשֻׁעַ *Joſua*, nec ſine omine, quia futurus erat is, qui populum prudentiâ & conſiliô *ſervaturus*, tandemque ad quietem perducturus erat.

יָהַר *Superbus eſt* apud Chaldæos; *Dementatus fuit, mentis inops factus eſt*, apud Talmudiſtas. Inde eſt

יָהִיר m. *Superbus, Arrogans*, quia ſuperbus & arrogans velut *ſtultus* & *dementatus* cenſendus eſt. Saltem legitur Hab. 2, 5. גֶּבֶר יָהִיר Vir *Superbus, Arrogans.*

יוֹם m. *Dies; Tempus; Annus;* Ab Arabum يوم *Per diem extitit* in Conjug. 1.; Item *pactus fuit cum aliquô in diem* vel *dies ſingulos* in Conjug. 3. יוֹם אֶחָד *Dies* primus, Gen. 1, 5. יוֹם יוֹם *Die, die*, i. e. quotidie, ſingulis diebus. Ex. 16, 5. הַיּוֹם *Hodie.* Pſal. 95, 7. הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ *Hodie* genui te, i. e. in præſentiſſimo unicoque æternitatis fluxu & momento, ubi nihil præteritum, nihilque futurum. Pſal. 2, 7. כְּיוֹם בְּיוֹם Sicut *die in diem*, i. e. ſicut quotidie facere ſolebat. 1. Sam. 18, 10. דְּבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ Rem *diei* in *die ſuô*, i. e. opus demenſum in ſingulos dies tempore ſuô. Exod. 5, 13. דְּבַר כְּיוֹם בְּיוֹמוֹ Rem *diei* in *die ſuô*, i. e. ſecundum ritum cujusque diei. Cum Suff. בָּא יוֹמְךָ Venit *dies* tuus. Jer. 50, 51. Ubi Suffixum *paſſivè* accipiendum, ut ſenſus ſit: Venit *dies*, qui tibi à me conſtitutus eſt dies vindictæ & pœnæ. לְמִיּוֹם Inde à *die*. Jud. 19, 30. 2. Sam. 7, 6. Jeſ. 7, 17. ubi Præpoſitio Præpoſitioni ſuperinducta, abit in Adverbium *Inde*. Dualis יוֹמַיִם *Biduum, Dies duo* יוֹם אוֹ יוֹמַיִם *Diem* unum aut *biduum*. Exod. 21, 21. Plur. יָמִים *Dies; Tempora; Anni.* וַיְהִי מִקֵּץ יָמִים Factum autem eſt à fine dierum. Gen. 4, 3. Aſt Dan. 12, 13. eſt יָמִין More Chaldæorum. לְמִיָּמִים Inde à diebus. 1. Chron. 17, 10. מִיָּמִים יָמִימָה Ab *annis* in *annos*, i. e. annuatim, quotannis. Exod. 13, 10. 1. Sam. 1, 3. In Statu conſtr. כָּל־יְמֵי חַיֶּיךָ Omnibus *diebus* vitæ tuæ. Gen. 3, 14. Cum Suff. יָמַי *Dies* mei. Job. 7, 6. יְמֵיכֶם *Dies* veſtri. Devt. 11, 21. Fœm. in Statu conſtr. יְמוֹת עוֹלָם *Dies* ſeculi. Devt. 32, 7.

1) Generatim notat *diem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *tempus lucis*, quod opponitur *nocti*. Gen. 1, 5. 14. 16. c. 31, 39. c. 19, 9. Devt. 9, 9. 11, 18. β) *Tropicè* א) per *Synecdochen* denotat 1) *Tempus*, quod diebus conſtat, Gen. 8, 22. 2. Reg. 20, 1. Pſal. 18, 19. Pſ. 50, 15. Pſal. 102, 12. Pſal. 103, 5. Jeſ. 4, 1. c. 9, 4. c. 43, 13. Hoſ. 9, 9. Item *Tempus*, quod tùm *die*, tùm *nocte* conſtat, ſeu *diem naturalem*. Gen. 1, 5. c. 50, 3. 2) *Annum*, idque ferè, quando ſine numerali reſtringente ponitur, includens dies ad annum completum ſufficientes. לַיָּמִים In ſingulos *annos*. Jud. 17, 10. מִקֵּץ יָמִים Poſt finem *dierum*, i. e. annô integrô elapſô, ex quô ſcilicet quisque certo vitæ generi ſe mancipârat. מִיָּמִים יָמִימָה Ab *annis* in *annos*, i. e. annuatim. 1. Sam. 1, 3. Singulis enim diebus non adſcendebat Elkana, ſed ſingulis annis. Conf. Exod. 13, 10. Jud. 11, 40. c. 21, 19. 1. Sam. 2, 19. Aliàs vox יָמִים Nominibus *annum* vel *menſem* ſignificantibus poſtpoſita, infert illis tempus completum; In Statu autem conſtructô *annis* præpoſita videtur abundare. מִקֵּץ שְׁנָתַיִם יָמִים A fine *biennii dierum*, i. e. poſt duos annos completos, Gen. 41. conf. 2. Sam. 13, 23. c. 14, 28. Jer. 28, 3. 11. יֶרַח יָמִים Menſis *dierum* i. e. integer. Devt. 21, 13. conf. Gen. 29, 14. Sed Gen. 49, 9. abundat יְמֵי שְׁנֵי מְגוּרַי Dies annorum, i. e. anni peregrinationum mearum. Vid. Danz. Interpr. §. 34.

Digitized by Google

34. כ) *Metonymicè* deſignat *res*, quæ certis diebus vel tempore aliquô contigerunt; & quidem 1) *indefinitè*, ſive ſint *bona*, ſive *mala*. שְׁאַל־נָא לְיָמִים רִאשֹׁנִים Inquire de diebus priſcis, i.e. de rebus geſtis, ſeu hiſtoriâ priſcorum temporum. Devt. 4, 32. Ita libri Chronicorum dicuntur דִּבְרֵי הַיָּמִים Verba *dierum*, i.e. recenſio *rerum* temporis illius; vel 2) *definitè*, a) in *bonum*. Sic deſignat *beneficium* aliquô die alteri præſtitum, 1.Sam. 24, 20. item *proſperitatem* & *felicitatem*, piis à Deo promiſſam. Job. 24, 1. b) in *malum*. Ita denotat *ingentes calamitates* vel *fatale excidium* atque *interitum*, 1. Sam. 26, 10. Job. 8, 20. Pſ. 37, 13. Pſ. 137, 7. Jer. 50, 31. Ezech. 21, 34. c. 30, 9. Obad. 1, 12.

יוֹמָם *Interdiu*, des Tages / bey Tage. Exod. 13, 22. גַּם לַיְלָה גַּם יוֹמָם Tàm *noctu*, quàm *interdiu*. 1. Sam. 25, 16. Neh. 9, 19.

יָוֵן m. *Lutum*, idque ferè *tenax* ac *profundum*, unde pedem difficulter extrahere poteris. Bis legitur Pſal. 40, 3. Pſal. 69, 3. ubi per *Metaphoram* eſt ſymbolum *magnarum afflictionum & paſſionum*.

יוֹנָה f. *Columba*, vide in R. יָנָה

יָזַם *Cogitavit*. Tantum extat Gen. 11, 6. אֲשֶׁר יָזְמוּ לַעֲשׂוֹת Quod *cogitarunt* facere.

יָזַן *Saginavit*. Unde juxta quosdam eſt מְיֻזָּנִים pro quo קרי habet מוּזָנִים Jer. 5, 8. Sed vide hoc in R. זון

יָזַע *Sudavit*. Inde eſt

יֶזַע m. *Sudor*. Saltem extat Ez. 44, 18. בַּיָּזַע Cum *Sudore*, i.e. veſte laneâ, ſudorem excitante, ceu R. Salomon interpretatur.

זֵעָה f. *Sudor*, quod juxta Aben Eſrâm eſt יזע ceu שֵׁנָה *Somnus* à יָשֵׁן *Dormivit*. Sed ob (..) immutabile rectius alii deducunt à זוע *Se movere*, quia *ſudor* ex labore & *commotione* oritur. Saltem legitur in Statu Conſtr. בְּזֵעַת אַפֶּיךָ In *ſudore* vultûs tui. Gen. 3, 19.

יָחַד *Conjunctus*, *Adunatus fuit*, *Univit ſe*. Fut. אַל־תֵּחַד Ne *adunator*. Gen. 49, 6. לֹא תֵחַד Non *unies* te. Jeſ. 20, 14. Piel יַחֵד *Adunavit*. Imper. יַחֵד לְבָבִי *Aduna* cor meum. Pſ. 86, 11. Sæpius non legitur.

יָחִיד m. *Unicus*, *Unigenitus*, *Solitarius*. אֵבֶל יָחִיד Juxta luctum *unigeniti*, Am. 8, 10. Cum Suff. אֶת־יְחִידְךָ *Unigenitum* tuum. Gen. 22, 2. Plur. יְחִידִים *Solitarii*, Pſ. 68, 7. Fœm. יְחִידָה *Unica*. Jud. 11, 34.

1) Generatim notat *unicum*. 2) Speciatim α) notat *unicum geniturâ*, ſeu *unigenitum*. Ita dicitur de filiô, Gen. 22, 2. 12. 16. Prov. 4, 3. Jer. 6, 26. Am. 8, 10. Zach. 12, 10. & de filiâ, Jud. 11, 34. β) *Unicum ſolitudine*, i.e. *ſolitarium*, qui 1) deſtituitur præſidio & auxlio aliorum, adeoque ab his deſertus eſt, Pſal. 22, 21. Pſal. 25, 16. Pſal. 35, 17. 2) Ἄτεκνος eſt, ſeu liberis caret. Pſ. 68, 7.

יַחַד *Unà*, *Simul*, *Pariter*. אֲנַחְנוּ יַחַד נִבְנֶה Nos *unà* ædificabimus. Eſr. 4, 3. יִהְיֶה לִי עֲלֵיכֶם לֵבָב לְיָחַד Erit mihi cor erga vos in *unum*. 1. Chron. 12, 18. Legitur quoque יַחְדָּו & יַחְדָּיו *Unà*, *Simul*.

Simul. לָשֶׁבֶת יַחְדָּו Ut habitarent *unà.* Gen. 13, 6. נָסוּ יַחְדָּיו Fugerunt *ſimul.* Jer. 46, 21.

1) Generatim notat *qualemcunque conjunctionem.* 2) Speciatim α) denotat *conjunctionem localem*, ſeu reſpectu *loci.* Gen. 13, 6. c. 36, 7. Devt. 25, 5. c. 33, 5. Jud. 11, 5. 1. Sam. 11, 11. c. 31, 6. 1. Reg. 3, 18. β) *Identitatem temporis*, quo quædam contingunt. 2. Sam. 2, 16. Jeſ. 1, 31. c. 45, 8. Jer. 46, 12. γ) Aſſociationem plurium, Pſal. 141, 10. vel *conjunctionem omnium partium*, Pſal. 122, 3. Inde quandoque deſignat numerum abſolutum, cum excluſione exceptionis, *in univerſum omnes.* Ex. 19, 8. Job. 16, 10. c. 24, 17. c. 31, 38. Pſal. 14, 3. Pſal. 19, 10. Pſal. 33, 15. Jeſ. 1, 28. c. 27, 4. c. 31. 3. Jer. 8, 5. Hoſ. 11, 7. 8. δ) *Conjunctionem & unionem animorum*, Job. 2, 11. Pſal. 2, 2. Pſal. 31, 14. Pſal. 41, 8. Jeſ. 45, 21. conf. Pſ. 133, 1. ubi deſignat non ſolum conjunctionem reſpectu *loci*, ſed etiam reſpectu *animorum.* ε) *Exæquationem*, ratione conditionis, Pſal. 49, 11. curæ divinæ, Pſal. 33, 15. & prædæ diſtribuendæ, 1. Sam. 30, 24.

יִחֵל *Speravit, Expectavit, Præſtolatus, Moratus eſt*; & ſemel tranſitivè, *ſperare fecit*, vel *ſpem fecit.* Conſtruitur cum אֶל, ל, & עַל. לְמִשְׁפָּטֶךָ יִחָלְתִּי Judicia tua *expectavi*, Pſal. 119, 43. Imper. יַחֵל יִשְׂרָאֵל אֶל־יְהוָה *Spem* Iſrael in Deum. Pſal. 130, 7. Fut. אֲיַחֵל *Expectabo.* Job. 14, 14. יְיַחֵל לִבְנֵי אָדָם *Præſtolatur* filios hominis. Mich. 5, 7. Inde eſt וַיָּחֶל Et *expectavit.* Gen. 8, 10. pro וַיְיַחֵל, literâ י per Syncopen conciſâ, & (ְ) in locum (:) transmotô. Sed quia ante ח Dageſch etiam ſine compoſitione per vocalem longam excidere ſolet, ſumme Rev. Dn. D. Danzius formare mavult ad analogiam quieſcentium mediâ חוּל. Niphal נוֹחַל *Spe aluit ſe, ſpe detentus fuit, Expectando continuit ſe.* כִּי נוֹחֲלָה Quod ſpe aluiſſet ſe. Ez. 19, 5. Fut. וַיִּיָּחֶל *Expectans continuit ſe.* Gen. 8, 12. Hiphil הוֹחִיל *Expectavit, Præſtolatus eſt.* הוֹחַלְתִּי לְדִבְרֵיכֶם *Expectavi* verba veſtra Job. 32, 11. Fut. אוֹחִיל *Expectabo.* Thren. 3, 23.

1) Generatim importat *tendentiam voluntatis in aliquod objectum*, ut eô potiamur & fruamur, qualicunque ſe habeat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *ſpe & fiduciâ in aliquam rem ferri*, connotatô pio deſiderio eâ potiundi & fruendi, vel piè *ſperare & confidere* in aliquâ re. Ita dicitur de firma ſpe & fiduciâ repoſitâ in Deô, in Piel, Job. 13, 15. Pſal. 33, 22. Pſal. 69, 4. Pſal. 71, 14. Pſal. 130, 7. Pſal. 131, 3. in Hiphil Pſal. 42, 6. 12. Pſal. 143, 5. Thren. 3, 23. 24. Mich. 7, 7. ejusque verbô promiſſionis, Pſal. 130, 5. Aſt Pſal. 119, 49. accipitur tranſitivè, notans *ſperare facere.* β) *Metonymicè* notat *expectare*, *præſtolari*, quia ſperans fert moram, & patienter expectat tempus, quo bonô deſiderato potiri & frui liceat. Legitur autem de piâ & firma expectatione inſtructionis ex verbo Dei, Pſal. 119, 43. opis in verbo Dei promiſſæ, utut aliquamdiu differatur, in Piel, Pſal. 119, 74. 81. 114. 147. in Hiphil

Digitized by Google

Hiphil. Pſal. 130, 5. Dei *miſericordiæ*, Pſ. 33, 18. Pſ. 147, 11. *potentiæ*, voce brachii deſignatæ, Jeſ. 51, 5. ac *vindictæ*, Pſal. 38. 16. de *expectatione anxiâ* ſermonis alterius, in Piel Job. 29, 21. 23. in Hiphil, Job. 37, 11. 12. de *expectatione irritâ* liberationis, in Piel Job. 14, 14. in Hiphil 2. Reg. 6, 33. & boni anxiè deſiderati, Job. 30, 26. de *expectatione patiente*, quâ ſe quis patientem gerit in malis, reſpiciens Deum, & obſervans, quis ipſi finis placeat, Job. 6, 11. conf. Gen. 8, 10. Aſt, 2. Sam. 18, 14. *morandi* ſignificationem habet. 2. Sam. 18, 14.

יָחִיל m. *Expectans*. Tantùm extat, Thren. 3, 26. ubi deſignat *eum*, qui in malis patientem ſe gerit, Deique opem, firma fretus ſpe expectat, etſi aliquamdiu differatur.

תּוֹחֶלֶת f. *Spes*, *Expectatio*. תּוֹחֶלֶת צַדִּיקִים שִׂמְחָה *Spes* juſtorum eſt lætitia, i. e. lætitia denique coronatur. Prov. 10, 28. Cum Suff. תּוֹחַלְתִּי *Spes* mea. Pſal. 39, 8.

1) Generatim notat *tendentiam voluntatis in bonum aliquod*, quô potiri ac frui cupimus. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſpem*, quæ in conſecutionem & fruitionem alicujus boni fertur. Ita dicitur 1) de *ſpe & fiduciâ firmâ piorum* in Deô, tanquam ſolo bono, veraci & omnipotente, cujus promiſſionum impletionem indubitanter expectat, Pſal. 39, 8. quæ lætô exitu coronatur, Prov. 10, 28. à qua ſe dejectum conqueritur Jeremias, Thren. 3, 18. 2) de *ſpe irritâ* capturi balænam, Job. 40, 28. & impiorum, qui fine ſuo fruſtrantur, Prov. 11, 7. β) *Metonymicè* ſignificat *expectationem*, quæ, ſi protrahitur, infirmat cor, Prov. 13, 12. Sæpius non legitur.

יָחַם *Caluit*, *Incaluit*, *Coivit*, *fervore coitûs arſit*, *Concepit*. Fut. וְלֹא יִחַם לוֹ Nec tamen *calor* fiebat ei. 1. Reg. 1, 1. יֵחַמְנָה Ut *conciperent*. Gen. 30, 30. pro וַתֵּחַמְנָה (··) cum (··) & (··) cum (··) alternantibus. Niphal Part. נֵחָמִים *Incaleſcentes*, *Inflammati*. Jeſ. 57, 5. juxta Kimchium, R. Aben Eſram, & R. Salomonem, ſed potius eſt ex חמם. Nam ſecundâ radicali extruſâ, more Chaldæorum compenſatio per Dageſch forte inſtituenda erat in literâ abjectum præcedente, ſed, quia ח eſt litera indageſchabilis, (.) ſub literâ Præformativâ נ tranſit in (··), ut in נֵאָרִים *Maledicti eſtis*. Mal. 3, 9. Piel יִחֵם *Calefecit*, item intranſitivè *Coiit*, *Concepit*. יֶחֱמַתְנִי *Calefecit me*. Pſal. 51, 7. pro יְחֵמַתְנִי alternante (··) cum (··), & (··) cum (··) Inf. בְּעֵת יַחֵם הַצֹּאן In tempore *incaleſcendi*, i. e. Tempore, quô fervore coitûs ardebat, & concipere ſolebat grex. Gen. 31, 41.

1) Generatim *incaleſcendi* notionem obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* dicit *receptionem caloris*, vel ex igne, vel aliunde nati. Ita dicitur de ollâ ex prunis ſuppoſitis incaleſcente. Ezech. 24, 11. Aſt 1. Reg. 1, 1. negatur de Davide ſeniori, etiamſi veſtibus contegeretur, & Eccl. 4, 11. de ſolitariè cubante, β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam Adjuncti* eſt coire,

24, 5. Ita quoque legitur Gen. 41, 37. c. 45, 16. Lev. 10, 20. Devt. 1, 23. Joſ. 22, 30. 33. 1. Sam. 18, 5. 2. Sam. 3, 36. c. 18, 4. 1. Reg. 3, 10. Eſth. 1, 21. 2) Indigitat *felicitatem & proſperum ſtatum*, ut idem ſit ac *bene eſſe alicui*. Gen. 12, 13. c. 40, 14. Devt. 4, 40. c. 5, 16. 29. c. 6, 3. 18. c. 12, 25. 28. c. 22, 7. 2. Reg. 25, 24. Jer. 38, 20. c. 40, 9. 3) Innuit *gaudium & lætitiam*, reddique poteſt, *lætum, bilarem eſſe*. Jud. 18, 20. c. 19, 6. 9. Ruth. 3, 7. 1. Reg. 21, 7. Eccl. 7, 3. c. 11, 9. β) In Hiphil א) ſumitur *efficienter*, notans *benefacere* vel *agere*, *bonum facere*. Sed ita refert 1) *Bonitatem moralem*, quâ homo juxta voluntatem Dei facienda facit, & omittenda omittit, adeoque legi ipſius conformiter vivit, Lev. 5, 4. Pſal. 36, 4. Jeſ. 1, 17. Jer. 4, 22. c. 13, 23. Mich. 7, 3. conf. Jer. 7, 5. c. 18, 11. ubi infert *vitæ & actionum emendationem*. 2.) *Beneficentiam*, quâ quis alteri beneficia confert. Ita tribuitur tùm *Deo*, qui hominibus varia beneficia præſtat. Gen. 32, 9. 13. Num. 10, 32. Devt. 30, 5. 1. Sam. 2, 32. c. 25, 31. Pſal. 51, 20. Pſal. 119, 68. Pſal. 125, 4. Jer. 32, 40. tùm *homini*, qui aliis benefacit. Gen. 12, 16. Num. 10, 29. 32. 3.) *Exhilarationem*, ut idem ſit ac *lætum reddere*, *exhilarare*, *lætitiâ afficere*. Jud. 19, 22. 4) *Ornatum* & *elegantiam*, ut valeat *elegantem* vel *pulchrum reddere*, Prov. 30, 29. *ornare*, 2. Reg. 9, 30. 5) *Præſtantiam* & *excellentiam*. Ruth. 3, 10. 2) Accipitur quandoque *intranſitivè*, notans *bonum eſſe*, connotatâ 1) *præſtantiâ* & *prærogativâ*, Nah. 3, 8. 2) *Suavitate* & *jucunditate*, Ezech. 33, 32.

מֵיטַב m. *Bonum, optimum rei.* Sexies legitur in Statu conſtr. de *optimo* agri, Ex. 22, 4, vineæ, Ex. 22, 4. terræ, Gen. 47, 6. 11. gregis, 1. Sam. 15, 9. 15.

יַיִן m. *Vinum.* נַשְׁקֶה אֶת־אָבִינוּ יַיִן Potemus patrem noſtrum *vino*. Gen. 19, 32. וַיֵּשְׁתְּ מִן־הַיַּיִן Et bibit de vinô. Gen. 9, 29. In Statu conſtr. יֵין נְסִיכָם *Vinum* libaminis eorum. Devt. 32, 38. Cum Suff. יֵינִי *Vinum* meum. Cant. 5, 2. שְׁתֵה בְלֶב טוֹב יֵינֶךָ Bibe animo hilari *vinum* tuum. Eccl. 9, 7.

1) Generatim notat *vinum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *liquorem ex uvis expreſſum*. Gen. 9, 21. c. 19, 32. 33. 34. c. 27, 25. Lev. 10, 9. 1. Sam. 16, 20. c. 25, 18. Job. 1, 13. β) *Tropice* 1) per *Metonymiam cauſæ* denotat *crapulam*, quæ vinum immodicè ſumtum conſequitur. Gen. 9, 24. 1. Sam. 1, 14. c. 25, 37. Prov. 20, 1. Jeſ. 28, 7. Hoſ. 4, 11. 2) Per *Metaphoram* deſignat a) *amoris & gratiæ divinæ effecta*, qualia ſunt *juſtitia*, *gaudium Spiritus Sancti*, *pax & alia beneficia Chriſti ſpiritualia* &c. quibus animæ hominis nil ſuavius, nil efficacius aut ſalubrius eſt. Cant. 2, 4. Jeſ. 55, 1. conf. Prov. 9, 5. b) *Iræ & vindictæ divinæ effecta*, cujus generis ſunt variæ atque graviſſimæ afflictiones, Pſalm. 60, 5. Pſalm. 75, 9. Jer. 51, 7.

Digitized by Google

יכח *Arguit.* Sed in Kal non legitur. Niphal נוכח *Argutus, Redargutus eſt; Diſceptavit.* ישר נוכח עמו Rectus *arguitur* cum eô, Job. 23, 7. Fut. ונוכחה Et *diſceptemus*, Jeſ. 1, 18. Hiphil הוכיח *Arguit, Redarguit, Increpavit, Reprehendit, Objurgavit, Corripuit, Diſceptavit, Diſſeruit:* ubi fere conſtruitur cum Accuſativô; *Dijudicavit*, ubi conſtruitur cum בין *Inter; Adjudicavit*, ubi conſtruitur cum Dativô. והוכיח לעמים Et *corripiet* populos, Jeſ. 2, 4. Fut. הוכח יוכיח אתכם *Arguendo arguet* vos, Job. 13, 10. אל־באפך תוכיחני Ne in irâ tuâ *corripe* me, Pſalm. 6, 2. Pſalm. 38, 2. ויוכיחו בין שנינו Et *dijudicent* inter nos ambos, Gen. 31, 37. Part. לא יש־בינינו מוכיח Non eſt inter nos *judicans*, i. e. judex, arbiter, Job. 9, 33. Hithpael התוכח *Diſceptavit.* Fut. יתוכח *Diſceptavit*, Mich. 6, 2.

1) Generatim *arguendi* & *demonſtrandi* notionem obtinet. 2) Speciatim α) propriè notat *rem ſignis & rationibus certis ac convincentibus indicare ac demonſtrare*, Gen. 31, 42. Huc refert Guſſetius non ſolum illud, Gen. 20, 16. *Abimelech Saræ dixit, ecce dedi fratri tuo mille ſiclos argenti, ecce hoc eſt tibi tegumentum oculorum, omnibus, qui tecum verſantur, & cum quibuscunque fueris* ונכחת *etiam demonſtratione certâ indicaberis eſſe id, quod es;* Sed etiam iſtud, Gen. 24, 14. 44. *Fiat ergò, puellam, ad quam dixero, declina quaſo cadum tuum, ut bibam, illa verò dixerit; bibe, etiamque camelos tuos potabo, eam demonſtraveris ſervo tuo Iſaac.* Sed in poſtremo loco *deſtinandi* notionem involvere videtur. β) Per *Metonymiam Adjuncti*, 1) ad *peccata* relatum, notat *corripere, reprehendere, objurgare, increpare*, quia, qui alterum ob peccata admiſſa corripit, increpat & objurgat, rationibus convincentibus utitur, eumque officii immemorem fuiſſe demonſtrat. Legitur autem *a*) de *correptione & reprehenſione verbali*, Gen. 21, 25. 2. Reg. 19, 4. Pſalm. 50, 8. collato v. 2. Am. 5, 10. *b*) Transfertur ad *correptionem & reprehenſionem realem*, 2. Sam. 7, 14. 50. Pſalm. 105, 14. *c*) Utramque infert, Prov. 28, 23. Huc refer Pſalm. 6, 2. Pſalm. 38, 2. ubi David deprecatur Dei correptionem & reprehenſionem, tum *verbalem*, quæ fit comminationibus & maledictis legalibus, tùm *realem*, quæ fit gravioribus pœnis delicta plectendo. 2) *Diſceptare, contendere, litigare cum aliquo*, quia in diſceptationibus, quid legibus ſit conforme, quidve ab iis recedat, demonſtrari debet & ſolet, Job. 22, 4. Jeſ. 1, 18. 3) *Judicare*, quia judex inter partes litigantes veritatem definit & demonſtrat, Gen. 31, 37. Job. 9, 33.

תוכחה f. *Correptio, Objurgatio.* Quater legitur. יום תוכחה Dies *correptionis*, Hoſ. 5, 9. conf. 2. Reg. 19, 3. Jeſ. 37, 3. Plur. *Objurgationes*, Pſalm. 149, 7.

תוכחת f. *Demonſtratio; Correptio, Reprehenſio, Increpatio, Redargutio, Caſtigatio.* שונא תוכחת Odio habens *correptionem*, Prov. 15, 10. Cum Suff. ותוכחתי לא אביתם Et *correptioni* meæ

יָדָה *Extendit, Jecit, Projecit, Dejecit, Jaculatus eſt* כָּל־דֹּרְכֵי קֶשֶׁת יְדוּ אֵלֶיהָ Omnes tendentes arcum *jaculamini* in eam. Jer.50,14. Piel Fut. יַדּוּ גוֹרָל *Projecerunt* ſortem. Joel.4,3. Obad.1,11. Nah.3,10. pro יְיַדּוּ (-) in locum (:) transmotô, & primæ radicali (י) per Syncopen concisâ. וַיַּדּוּ אֶבֶן בִּי *Et projecerunt* lapidem in me. Thren. 3, 53. Infin. לְיַדּוֹת *Ad dejiciendum.* Zach. 2, 4. Hiphil הוֹדָה *Confeſſus eſt, Celebravit, Gratias egit; Laudes projecit.* וְהוֹדוּ *Et celebrabunt.* Conſtruitur cum Accuſativo, ל, vel על 1.Reg. 8, 32.35. 2.Chron. 6, 24. הוֹדִינוּ לְךָ *Celebramus te.* Pſ.75, 2. Infin. הוֹדוֹת *Celebrare.* 1.Chr. 25, 3. בְּהוֹדוֹת *In celebrando.* Eſr. 3,11. לְהוֹדוֹת *Ad celebrandum.* 1.Chron. 16, 7. Fut, אוֹדֶה יְהוָה *Celebrabo Dominum.* Gen. 29, 35. אוֹדְךָ *Celebrabo te.* 2.Sam. 22, 50. אוֹדֶנּוּ *Celebrabo eum.* Pſal. 42, 6. Sed Pſalm. 28, 7. eſt אֲהוֹדֶנּוּ More Chaldæorum Charactere Infinitivi ה retentô, eique novo ſuperinductô. Ita quoque non ſolum legitur יוֹדֶה *Celebrabit.* Pſ.7, 6. Sed etiam reperitur יְהוֹדֶה Neh. 11, 17. יוֹדוּ *Celebrabunt.* Pſ. 95, 3. וְיוֹדֻךָ *Et celebrabunt te.* Pſal. 49, 19. Hithphael הִתְוַדָּה *Confeſſus eſt.* וְהִתְוַדּוּ Et *confitebuntur* iniquitatem ſuam. Lev. 26, 40. Infin. בְּהִתְוַדֹּתוֹ *In confiteri eum*, i. e. cum confiteretur. Eſr. 10, 1. Fut. וָאֶתְוַדֶּה *Et confeſſus ſum.* Dan. 9, 4.

1) Generatim notat *jacere.* 2) Speciatim α) *propriè* eſt rerum *corporearum & materialium*, & nunc eſt *ejaculari ſagittas*, Jer.50, 14. nunc *jacere*, vel projicere ſortem, Joel. 4, 3. Obad. 1, 11. Nah. 3, 10. conjicere lapidem in aliquem, Thren. 3, 53. β) *Metaphoricè* notat 1) *confiteri*, quia, quando peccata confitemur, ea quaſi coram altero projicimus. Hanc ſignificationem obtinet tum in Hiphil Pſ. 32, 5. Prov. 28, 13. tum in Hithpael, Lev. 5, 5. c. 16, 21. c. 26, 40. Num. 5, 7. Neh. 1, 6. Dan. 9, 4. 20. 2) *Celebrare, Laudare, laudes dicere*, quia, quando aliquem laudamus & celebramus, eum non ſolum laude dignum eſſe, publicè & intrepidè fatemur, ſed etiam laudes ejus quaſi in publicum projicimus, & coram aliis decantamus. Ita in ordine ad Deum adhibetur, quando ejus *majeſtas, bonitas, veracitas, potentia & beneficia hominibus collata* celebrantur & deprædicantur. 1. Reg. 8, 33. 1. Chron. 29, 13. c. 25, 3. 2. Chron. 7, 3. 6. Eſr. 3, 11. 2. Chron. 16, 41. Pſ. 30, 10. Pſ. 35, 18. Pſal. 42, 6. 12. Pſal. 43, 5. Pſal. 57, 10. Speciatim *Deus* dicitur *laudari & celebrari corde* Pſ. 9, 2. Pſ. 111, 1. Pſ. 119, 7. Pſ. 138, 1. *ore* Pſ. 109, 30. *inſtrumentis Muſicis* Pſ. 33, 2. Pſ. 43, 4. Pſ. 71, 22. Pſ. 91, 22. *publicè* 2. Sam. 22, 50. Pſ. 18, 50. Pſ. 35, 18. Pſ. 57, 10. *conſtanter* Pſ. 30, 13. Pſ. 79, 13. Pſ. 57, 11.

יָד c. ſed f. ſæpius. *Manus*, ab extendendo ſic dicta, ut apud Latinos *manus* dicitur à *manando* vel *emanando.* Item *Ripa, Latus, Tractus, Robur, Vires, Spatium.* אָזְלַת יָד Abiit vel receſſit *manus* i. e. vires

Digitized by

vires manuum, robur ac facultas, Devt. 32. poſito Afformativo Chaldæorum ת_ pro Afformativo Ebræorum ה_. In Statu Conſtructo ביד משה *Per manum*, i. e. miniſterium Moſis. 2. Chron. 35, 8. ליד המלך *Ad manum Regis.* 1. Chron. 18, 17. הרימתי ידי אל־יהוה *Elevavi manum* meum ad Dominum. Gen. 14, 22. ידנו *Manus* noſtra. Devt. 32, 27. בידכם *In manum* veſtram. Gen. 9, 2. ubi ob ſuffixum grave כם (ָ) ſub (י) α) mutatur in (-) & β) per alternationem in (·.·). Ita quoque in בידכן *In manu* veſtrâ. Ezech. 13, 21. Dualis ידים *Manus, Spatia* &c. הארץ רחבת ידים Terra ampla *ſpatiis*. Jud. 18, 10. In Statu Conſtructo מעשה ידי אדם Opus *manuum hominis*. Devt. 4, 28. מידי רשע *A manibus impii* Pſ. 140, 5. ידי *Manus mea*. 2. Sam. 22, 21. ידיכם *Manus veſtra*. Devt. 31, 29. התעני תחת ידיה *Humilia te ſub manus ejus*. Gen. 16, 9. בידינו *In manibus noſtris*. Num. 31, 49. Fœm. ידות *Manus*. שתי ידות *Duo cardines* Exod. 26, 17. וידות מזה ומזה *Et manus (erant) hinc & inde*, h. e. *Fulcra manualia utrinque erant*. 1. Reg. 10, 19. Cum Suffixo ידותיה *Manus ejus*. 1. Reg. 7, 35.

1) Generatim ſignificat *manum*, 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *membrum* corporis humani, quô agimus & operamur. Gen. 14, 22. c. 24, 2. c. 38, 28. β) Quia variæ conditiones & munia manûs alicujus ſunt, per *Metaphoram* ad varia deſignanda adhiberi ſolet. Nimirum א) quia *manu* firmiter ac potenter retinemus id, quod eâ prehendimus, hinc ſæpius in Scriptura accipitur pro *robore & viribus*, quibus aliquis pollet, Exod. 18, 9. Devt. 32, 36. item pro *poteſtate*, quâ quis gaudet, Pſ. 49, 16. Pſ. 89, 49. Pſ. 107, 2. Pſ. 140, 5. Prov. 18, 21. Prov. 21, 1. Hoſ. 13, 14. Ita *poteſtatem hoſtium*, è quâ quis liberatur, notat Joſ. 2, 16. 18. c. 6, 9. c. 8, 34. c. 9, 17. c. 13, 5. 1. Sam. 7, 3. c. 8, 14. c. 9, 16. c. 10, 18. c. 12, 10. 11. c. 14, 50. c. 20, 16. 2. Sam. 12, 7. c. 18, 31. Jer. 33, 3. c. 18, 18. &c. *In manu alicujus eſſe*, idem eſt ac *ſub imperio, ductu ac regimine ejus eſſe*, Jer. 38, 10, 11. Speciatim manus *Deo* tributa deſignat *Dei potentiam*, quæ ſe exerere ſolet 1) *in potentiſſima & miraculoſa ipſius operatione* Num. 11, 23. Job. 10, 8. c. 12, 9. 10. Pſal. 8, 7. Pſal. 95, 4. 5. Jeſ. 11, 11. c. 59, 1. 2) *In potenti auxilio* Gen. 49, 24. Devt. 9, 26. 29. Pſal. 89, 22. Eſr. 8, 22. ac *potente & gratioſa protectione piorum* Pſ. 31, 6. Pſ. 144, 7. Confer Sap. 3, 1. Jeſ. 62, 3. 3) *In pœnarum immiſſione* Exod. 9, 3. Pſal. 17, 14. Pſal. 21, 9. Pſal. 38, 3. Inde per *Metonymiam* quandoque *ipſam pœnam* vel *plagam* divinitus immiſſam deſignare ſolet, Job. 19, 21. c. 23, 2. Ezech. 39, 21. Ita quoque *pœna divina immiſſio* denotatur, quando *manus Dei extendi* dicitur Exod. 7, 5. Jeſ. 5, 25. c. 9, 11, 16. 20. c. 10, 4. c. 14, 27. c. 31, 3. Jer. 6, 12. Ezech. 6, 27. c. 25, 7. Zeph. 1, 4. c. 2, 13. Aſt *pœna vel plaga averſio* innuitur, quando *manus*

nus Dei dicitur *reduci* Ez. 20, 22. Saltem Jeſ. 1, 25. *pœnæ repetitionem & iterationem* ſignificat. Alias Prov. 1, 22. Jeſ. 65, 2. *manum extendere* idem eſt ac ad *pœnitentiam vocare.* ב) Quia *manus* eſt *inſtrumentum actionum humanarum*, hinc frequenter per *Metaphoram* denotat *miniſterium* quodcunque, ſive ſit *animi*, ſive ſit *corporis* &c. Huc ſpectat, quod Deus dicitur locutus *per manum Prophetarum* i. e. *per miniſterium Prophetarum* 2. Reg. 17, 13. Jeſ. 20, 2. Hagg. 1, 1. c. 2, 1. &c. Ita quoque *miniſterium* innuit. 2. Chron. 29, 27. ג) Quia *manibus* actiones perficiuntur, vel etiam promoventur, inde quandoque *manus* deſignat *conſilium, opem, machinationem*, &c. 1. Sam. 22, 17. יָדָם עִם דָּוִד *Manus eorum eſt cum Davide*, i. e. *Davidem conſilio, & alia quacunque re adjuvant.* Ita etiam capitur Exod. 23, 1. 2. Sam. 3, 12. c. 14, 19. Sic *manus roborare* eſt *conſilio & ope ſublevare.* 1. Sam. 23, 16. Job. 4, 3. Jeſ. 35, 3. 2. Reg. 15, 19. ד) Quoniam *manibus* nos vel alios tuemur, hinc quoque notat *curam* aut *tutelam.* 1. Sam. 17, 22. Jeſ. 3, 6. ה) Quia manibus rem aliquam ſignamus vel indigitamus, inde etiam denotat *trophæum*, *ſignum* vel *monumentum victoriæ.* 1. Sam. 15, 12. ו) Deſignat *locum* vel *ſpatium.* Num. 34, 3. Devt. 23, 13. 2. Reg. 11, 16. 2. Chron. 23, 15. Pſal. 141, 6. Jeſ. 22, 15. c. 56, 5. Ezech. 21, 19. *latus, latera*, Exod. 2, 5. 1. Sam. 2, 18. c. 19, 3. 2. Sam. 14, 30. c. 15, 2. Job. 1, 14. Pſ. 140, 6. Prov. 8, 3. & inde amplius per Metonymiam *laterales cuſtodias* 2. Reg. 11, 7. 16, 2. Chron. 23, 15. *ripam* Devt. 2, 37. imò *cujusvis rei partes* Gen. 43, 34. 2. Sam. 19, 44. Dan. 1, 20. *fulcra ad latus ſolii Salomonei* 1. Reg. 10, 19. 2. Chron. 9, 18. *axes in rotis*, 1. Reg. 7, 32. *anſas.* 1. Reg. 7, 35. 36. *cardines*, Ex. 26, 17. 19. 3) Quandoque abundat. בְּיַד עֲוֹנֵנוּ *Ob manum iniquitatis noſtræ i. e. ob iniquitatem noſtram.* Jeſ. 64, 6. Gen. 9, 5. 4) *Manum ponere ſuper os* ſignificat geſtum convictionis geſtæ, Job. 21, 5. Mich. 7, 16.

תּוֹדָה f. *Confeſſio, Laus, Celebratio, Gratiarum actio, Sacrificium evcharisticum.* בְּקוֹל תּוֹדָה אֶזְבְּחָה־לָּךְ *Cum voce confeſſionis ſacrificabo tibi.* Jon. 2, 10. *In Statu conſtructo* עַל־זֶבַח תּוֹדַת שְׁלָמָיו Præter ſacrificium *confeſſionis* pacificorum ſuorum. Lev. 7, 3. Plur. בְּתוֹדוֹת *Laudibus* Neh. 12, 27.

1) Generatim notat *quamcunque confeſſionem*, ſive ſit *culpæ*, ſive ſit *laudis & gloriæ.* Inde 2) Speciatim α) *propriè* in ſacris dicitur 1) *de confeſſione culpæ*, quâ peccata & delicta admiſſa confitemur, Joſ. 7, 19. Eſr. 10, 11. 2) *de confeſſione laudis & gloriæ*, quâ Deus celebratur ob beneficia ejus ſingularia & multa &c. Proinde *talis confeſſio* eſt nihil aliud, quàm *Dei celebratio* ob beneficia, quæ ex inſigni bonitate ſua in homines contulit. Pſal. 42, 5. Pſal. 50, 14. & ult. Pſal. 56, 13. Pſal. 69, 31. Pſal. 94, 2. Pſal. 100, 1. 4. Pſal. 107, 22. Pſal. 116, 17. Pſal. 147, 7. β) *Metonymicè* denotat *Sacrificium evcharisticum.* 2. Chron. 29, 31. Jer. 17, 26. cap. 33, 11.

Digitized by

הֻיְדוֹת f. p. *Celebrationes.* Neh.12, 8. Præterea non legitur.

יְהוּדָה *Jehuda,* filius Jacobi, ſic dictus *à celebratione*, qua mater ipſius à partu ejus Deum celebravit, eumque fratres ejus celebraturi erant. Gen. 29, 35. c.49, 8. *Metonymicè* notat *Poſteros* Judæ, Gen. 49, 10. Jud. 1, 2. 3. 4. 9. 10. Mich. 5, 1. Tribuum ſciſſurâ poſt obitum Salomonis factâ, ſola tribus Jehudæ id nominis ſortita eſt, & cum tribu Benjamin, quæ ei adjuncta fuit, *regnum Judaicum* conſtituit. Poſt captivitatem Babylonicam autem nomen hoc omnibus reſiduis commune eſſe cœpit.

יְהוּדִי m. *Judæus.* Eſth.3, 4. Pl. יְהוּדִים *Judæi.* Eſth. 3, 6. Jer. 43, 9. c. 52, 28.

יְהוּדִית *Judaicè.* 2.Reg.18,26. Inde deſcendit verbum in Hithpael הִתְיַהֵד *Judaizavit, Judæorum ritus & mores amplexus eſt.* Particip. מִתְיַהֲדִים *Judaizabant, Judæorum mores & ritus amplectebantur, Judæi fiebant.* Eſth. 8, 17.

יָדַע *Scivit, Novit, Agnovit, Cognovit; Obſervavit, Animadvertit, Rationem alicujus habuit.* וְהָאָדָם יָדַע אֶת־חַוָּה Et Adam *cognovit* Evam. Gen. 4, 1. וְהִיא לֹא יָדְעָה אִישׁ Ipſa autem *non cognoverat virum.* Jud. 11, 39. הֲיָדַעְתָּ לָמָּה בָּאתִי אֵלֶיךָ. *An noſti, quare* venerim ad te. Dan. 10, 20. יְדַעְתּוֹ *Noviſti eum.* Devt.22, 2. Fœm. יָדַעַתְּ *Noſti* Ruth 2, 11. לֹא יָדַעְתִּי *Non novi.* Gen. 4, 9. יְדַעְתִּיו *Novi eum.* Gen. 18, 19. i.e. amo eum. יְדַעְתִּיהָ *Novi illud.* Ezech. 11, 5. לֹא יָדְעוּ אִישׁ *Non cognoverunt virum.* Gen. 19, 8. Cum ן Paragogico וְלֹא יָדְעוּן *Nec noverunt* patres tui. Deut. 8, 16. יְדָעוּנִי *Agnoverunt me.* Jer. 2, 8. לֹא יָדַעְנוּ *Non ſcimus.* Gen. 43, 22. Cum Suff. יְדַעֲנוּךָ *Cognoſcimus te.* Hoſ. 8, 2. Participium יֹדֵעַ *Sciens.* Gen. 3, 5. Fœm. יֹדַעַת *Sciens.* Pſ. 139, 14. Partic. Paul יָדוּעַ *Notus, Peritus.* In Statu Conſtr. וִידוּעַ חֹלִי *Et notus* morbi, vel expertus morbum, Eſa. 53, 3. Infin. יָדֹעַ תֵּדַע *Sciendo ſcias*, i.e. certiſſimè ſcias. Gen. 15, 13. 1.Sam. 20, 9. c. 28, 1. Aliàs quoque in Infinitivo eſt דַּעַת *Scire, Cognoſcere.* לְמַעַן דַּעַת הַגּוֹיִם אֹתִי *Propter cognoſcere* gentes me. Ezech. 38, 16. לָדַעַת *Adſciendum* Gen. 3, 22. מִיּוֹם דַּעְתִּי אֶתְכֶם A die *cognoſcere* me vos, i.e. à die, quò cognovi vos. Devt. 9, 24. Imperat. דַּע *Scito, Cognoſce.* Gen. 20, 7. Sed Prov. 24, 14. eſt דְּעָה cum ה Paragogico præcedente (..) per alternationem; juxta Kimchium in libro Rad. eſt Infinitivus. Fut. אֵדַע *Sciam, Cognoſcam.* Gen. 15, 18. Cum ה Paragog. וְאֵדְעָה *Et cognoſcam.* Gen. 42, 24. לֹא נֵדַע מַה־נַּעֲבֹד אֶת־יְהוָה *Non ſcimus*, quô ſervire debeamus Domino. Exod. 10, 26. Cum ה Paragogico נֵדְעָה *Cognoſcamus.* Job. 34, 4. לְמַעַן תֵּדְעוּ *Ut cognoſcatis.* Devt. 29, 6. לְמַעַן יֵדְעוּן *Ut cognoſcant.* 1. Reg. 8, 43. Niphal נוֹדַע *Notum factum eſt, Cognitum*

eſt, Obſervatum, Animadverſum eſt. אכן נודע הדבר *Reverà notum factum eſt hoc verbum.* Exod. 2, 14. נודע ביהודה אלהים *Notus eſt in Juda Deus.* Pſal. 76, 2. ונודעה יד יהוה *Atque ſic cognoſcetur* manus Domini i. e. atque hâc ratione *innoteſcet*, quanta bona Dominus conferat & præſtet ſervis ſuis. Jeſ. 66, 14. Infin. הודע *Notum fieri.* ואחרי הודעי *Et poſt agnoſci me.* i. e. poſtquam agnitus fuero. Jer. 31, 19. Fut. היודע *An cognoſcetur?* Pſal. 88, 13. Piel ידע *Notum fecit, Indixit, Indicavit.* ידעת *Notum feciſti.* Job. 38, 12. ודעתי *Notum feci, indicavi.* 1. Sam. 21, 2. Ubi (ו) eſt locô Dageſch Characteriſtici, ceu in שורש *Radices egit.* Jeſ. 40, 24. Pual Particip. מידעי *Notus meus.* Pſal. 55, 14. Plur. cum Suffixo מידעי *Noti mei.* Pſal. 88, 9, 19. Job. 19, 14. למידעי *Notis meis.* Pſal. 31, 12. ומידעיו *Et noti ejus.* 2. Reg. 10, 11. Hiphil הודיע *Notum fecit, Scire, Experiri fecit, Indicavit, Oſtendit, Inſtruxit.* Conſtruitur cum Dativô & Accuſativô. ויהוה הודיעני Cæterum Dominus notum fecit mihi. Jer. 11, 18. ולא הודעת את־עבדיך *Et non indicaſti* ſervis tuis. 1. Reg. 1, 27. ואת משפטי הודעתי אותם Et judicia mea nota feci illis. Ezech. 20, 11. Infin. הודיע *Notum facere.* Gen. 41, 39. להודיעם *Ad notum facere* illis, i. e. ut notum faciat illis. Pſal. 25, 14. Fut. אודיע *Notum faciam.* Ezech. 39, 7. יודיענו *Notum faciet ei*, Jeſ. 40, 13. Hophal הודע *Notum factum eſt.* Lev. 4, 23. 28. מודעת juxta קרי Participium Fœm. *Notum factum.* Jeſ. 12, 5. Sed literis retentis poteſt eſſe Participium Fœm. in Pual מידעת. Hithpael התודע *Innotuit, Notum fecit ſe.* בהתודע *In notum facere ſe*, i. e. cum notum faceret ſe. Gen. 45, 1. Fut. במראה אליו אתודע *In viſione illi notus fiam.* Num. 12, 6.

1) In genere ſignificat *cognoſcere* quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* notat *cognitionem*, qua ſpecies rei in cognoſcente producitur, ſive fiat *ſenſu*, Gen. 19, 33. 35. ſive *intellectu*, ut Lev. 5, 3. c. 5, 4. 2. Sam. 2, 26. Job. 21, 27. β) *Tropicè* א) per *Metaphorm* dicitur etiam de *rebus inanimatis*, Ezech. 17, 24. ב) Per *Metonymiam præter notitiam* connotat etiam *varios motus, affectus & effectus*, qui *notitiam* conſequuntur. Inde 1) idem eſt ac *expendere, conſidemre, ad animum revocare*, genau erwegen/ wohl zu Hertzen nehmen/ Job. 34, 4. Pſalm. 90, 11. Pſalm. 92, 7. Jeſ. 1, 3. Jer. 8, 7. c. 15, 15. 2) Valet *rem cognitam approbare*, Pſalm. 101, 4. Jer. 1, 5. 3) Eſt verbum *confeſſionis*, ubi aliquis ad veram agnitionem perductus, rem confitetur, uti eſt, cum prius non agnoviſſet, Devt. 8, 5. Jer. 10, 23. 4) Connotat *ſeriam pœnitentiam*, quâ homo agnitis peccatis feriò de iis dolet, eaque deteſtatur, Pſalm 51, 5. Jer. 14, 20. 5) De *experimentali notitiâ* dicitur, & idem eſt ac *reipſâ experior, experimentò expertus ſum*, Gen. 22, 12. Exod. 14, 4. 18. Devt. 32, 27. Pſalm. 20, 7. 2. Chron. 25, 16. Pſalm. 59, 14. Eccl. 8, 4. Jeſ. 47, 8. 6) Deſignat *conſcium eſſe*, Pſalm. 35, 11. 1. Sam. 22, 15. Jer. 38, 24. 7) Innuit *familia-*

rita-

Digitized by Google

ritatem cum aliquo, Pſ. 55, 14. 8) Dicitur *de conjunctione maris & fœminæ*, ſeu *de experimentali tori conſuetudine*, Gen. 4, 1. c. 19, 8. c. 24, 16. Jud. 11, 39. c. 21, 12. 1. Reg. 1, 4. &c. Dicitur autem non tantum de venere licita, ceu patet ex locis citatis, ſed etiam de *venere illicita*, e. g. de *ſtupro*, quod intentabant Sodomitæ *hoſpitibus Loti*, Gen. 19, 5. Gibeonitæ *viro Levitæ*, Jud. 19, 22. ejusque *pellici*, Jud. 19, 25. 9) Includit *cultum, reverentiam, æſtimium, honorem* &c. Pſal. 9, 11. Pſal. 36, 11. Hoſ. 6, 3. Prov. 3, 6. 10) Accipitur pro *curare, fovere*, Gen. 39, 6. Exod. 1, 8. Jud. 2, 10. Prov. 11, 10. c. 29, 7. 11) Connotat *fidem, fiduciam, ſpem*, Job. 19, 25. Jer. 9, 24. c. 31, 34. Hoſ. 2, 20. 12) Speciatim de *Deo* uſurpatum notat *affectum amoris, paternam curam ac providentiam, effectumque beneficentiæ divinæ*. יְדַעְתִּיו *Cognovi eum*, i. e. *amo eum*, Gen. 18, 19. יֹדֵעַ יְהוָה דֶּרֶךְ צַדִּיקִים *Novit*, i. e. *curat & ſecundat Dominus juſtorum viam*, Pſalm. 31, 8. Pſalm. 37, 18. Jer. 24, 5. Am. 3, 2. Confer. Exod. 33, 12.

דֵּעַ m. *Scientia*, vel, ut alii malunt, *Sententia*. Legitur ſaltem in Jobo. Cum Suffixo אֲחַוֶּה דֵעִי *Indicabo ſcientiam meam, ſententiam meam*, Job. 32, 10. Ita quoque legitur Job. 32, 6. 17. c. 36, 3. Plur. תְּמִים דֵּעִים *Perfectus ſcientiis*, Job. 37, 16.

דֵּעָה f. *Scientia, Cognitio*, Pſalm. 73, 11. Jeſ. 11, 9. c. 28, 9. Jer. 3, 15. Plur. דֵּעוֹת *Scientiæ*. אֵל דֵּעוֹת יְהוָה *Deus ſcientiarum Dominus eſt*, i. e. *omnem ſcientiam poſſidens*, 1. Sam. 2, 3. תְּמִים דֵּעוֹת *Integer ſcientiis*, i. e. qui in ſuâ ſcientiâ, & iis verbis, quæ ex ſcientia ſuâ profert, nulla fraude & aſtu utitur, ſed ſincerè agit, Job. 36, 4. Præterea vox hæc non legitur.

דַּעַת f. *Scientia, cognitio*. Eſt aliàs infinitivus in Kal, qui in naturam Nominis degenerat. בִּבְלִי דַעַת *In defectu ſcientiæ*, i. e *inſcienter*, Devt. 4, 42. Joſ. 20, 5. אִישׁ דַּעַת *Vir ſcientiæ*, i. e. *qui inſtructus eſt dextrâ rerum tùm ſcibilium tùm agibilium notitiâ*, Prov. 24, 5. בְּמִלִּין בְּלִי דָעַת *Sermonibus abſque ſcientia, indoctis, inſcitè prolatis*, Job. 38, 2. Cum Suffixo לְדַעְתִּי *Ad ſcientiam meam*, Prov. 22, 17. כְּדַעְתְּכֶם *Secundum ſcientiam veſtram*, Job. 13, 1.

Generatim importat *cognitionem*. 2) Speciatim *a*) *propriè* dicit *actum intellectûs*, quô aliquid cognoſcitur. Ita enunciatur tum de *Deo*, tum de *hominibus*, & verſatur tam circa res divinas, quam circa res humanas & naturales. De ſcientiâ, *qua Deus pollet*, legitur Prov. 3, 20. Pſalm. 139, 6. De ſcientiâ autem, quæ datur in hominibus, ſæpius occurrit. Hæc verò cum ſit varia, pro varietate objectorum, circa quæ datur; hinc legitur 1) de *cognitione Dei verâ* ratione eſſentiæ & voluntatis, Prov. 2, 5. & de *verâ & ſalutari cognitione*, quâ Meſſias cognoſcitur, Jeſ. 53, 11. 2) De *ſcientiâ rerum*, quæ ex peculiari Dei revelatione ſciuntur, Prov. 9, 10. c. 30, 3. Mal. 2, 7. 3) De *notitiâ rerum divinarum & humanarum*, Prov. 1, 7. c. 24, 4. 4) De *ſcientia* rerum tàm naturalium, quam

quam politicarum, Dan. 1, 4. β) *Metonymicè* præter notitiam & cognitionem etiam importat *ea, quæ notitiam conſequuntur*, nimirum *curam, providentiam, induſtriam, cultum, conſilium*, &c. enunciaturque in hac ſignificatione tàm de *Deo*, quàm de *hominibus*. *De curâ & providentiâ* Dei dicitur Prov. 3, 20. Sed Hoſ. 4, 1. præter veram *Dei agnitionem* dicit verum ejus *cultum, honorem, amorem* &c. De *curâ, attentione & conſilio* hominis occurrit, Prov. 13, 16.

יִדְּעֹנִי m. *Ariolus*, futurorum divinator, quaſi *ſciolus* dictus. Ebræi hunc ita dictum volunt ab oſſiculo quodam avis, cui nomen יִדּוּעַ fuerit, quod ſuô imponat ori, ut exinde id ipſum loquatur, homine tacente & in furorem vel ἔκστασιν abrepto. Maimonides in Hilcoth Avoda Sara c. VI. §. 2. rem ita declarat: *Quomodo ſe habet factum Arioli? Imponit quis oſſiculum avis* יִדּוּעַ *dictæ ori ſuo, & ſuffitum facit, actionesque alias, donec in morbum incidat caducum, & loquitur de ore ejus res in futuro demum eventuras.* Sed R. Abarbanel in Jeſ. VIII. & R. S. ben Melech in Michlal Jophi ad Lev. XX, 27. non ad avem, ſed ad beſtiolam, cujus nomen ידוע, referunt, quæ juxta R. Obad. de Bartenura ad Cod. Sanhedrin c. 7. Th. 7. quoad vultum, corpus, manus ac pedes formâ humanâ gaudeat. Plur. יִדְּעֹנִים *Arioli*, Lev. 19, 31. c. 20, 6. 1. Sam. 28, 3. 2. Reg. 23, 24. Jeſ. 8. 20, c. 19, 3.

מַדָּע vel מַדַּע m. *Scientia*, eaque fere *erudita*, qualem expetebat Salomo à Deo, 2. Chron. 1, 10. 11. 12. & habebant adoleſcentes Ebræi, juſſu Nebucadnezaris ad ejus miniſterium deſtinandi, Dan. 1, 4. 17. Sed Eccl. 10, 20. deſignat *animum & cogitationes hominis*, ut ſenſus ſit: In animo & cogitationibus tuis, quas nemo ſcit, niſi tu, h. e. conſcientia tua, ne maledicas Regi. Vid. Aben-Eſra in h. l. Sæpius non legitur.

מוֹדָע m. *Notus, Cognatus, Propinquus; Familiaris.* Saltem extat Ruth. 2, 1. Prov. 7, 4.

מוֹדַעַת f. *Cognatio, Affinitas.* Tantum legitur cum Suff. מוֹדַעְתָּנוּ *Cognatio* noſtra, i. e. cognatus noſter, Ruth. 3, 2. Poſitô abſtractô pro concretô.

מַדּוּעַ *Quare?* Eſt *interrogativum* de *causâ*; conflatum ex Pronomine Interrogativô מָה *Quid?* & nomine דּוּעַ *Scientia, Ratio*, ut idem ſit ac quæ *ſcientia* vel *ratio?* ה Pronominis interrogativi, quia cum דּוּעַ coaleſcere debebat, per Syncopen conciſum fuit, perinde ut in מַלָּכֶם *Quid vobis?* pro מַה־לָּכֶם. דּוּעַ autem eſt ad formam גְּבוּל, primâ radicali pereunte, ut in בּוּל *Proventus*, Jeſ. 44, 19. pro יְבוּל. מַדּוּעַ בָּאתֶם אֵלָי *Quare* veniſtis ad me? Gen. 26, 27.

יָהּ m. *Jah, Dominus.* Eſt unum ex nominibus divinis, à R. הָיָה *Fuit, Extitit*, Deum ab *exiſtentiâ & eſſentiâ independente* denominans. R. Moſ. Gerundinenſis & R. Aben-Eſra ex nomine יְהוָה decurtatum eſſe putant, ut duas priores ex eo habeat literas. Sed Fullerus in Ap-

Digitized by Google

Append. Theol. Miſcell. ex eodem per Syncopen ita contractum eſſe arbitratur, ut ſaltem primam & ultimam ejus literam retineat. Huic deductioni ſubſcribere renuit Waltherus in Miſcell. Theol. P. 2. p. 346. α) quia impoſſibile, ut nomen יהוה quod non ſolum quà ſignificationem, ſed etiam quà formationem & conſtructionem, prorſus eſt ſingulare, vel tantillum immutetur. β) Quia ה in יה ſemper punctô Mappik eſt notatum, quod in nomine יהוה nuſpiam inveniatur. Omnium horum derivationes deſerit Guſſetius in Comment. Ling. Ebr., formans illud ex R. נאה *Convenit, Conveniens eſt*, quia *Deus non modò in ſe, ſed etiam reſpectu noſtri nobis optimè convenit, omnia, quæ nobis conducunt, nobis communicans, adeoque perfectè & unicè dignus, cui inhæreamus, & maximè hominem decet ei fidere.* Legitur autem Exod. 15, 2. Pſalm. 104, 36. Pſalm. 105, 45. Pſalm. 106, 1. 48. Pſalm. 111, 1. Pſalm. 112, 1. Pſalm. 113, 1. 9. Pſalm. 115, 18. Pſalm. 116, 19. &c. conf. Pſalm. 68, 5. ubi tribuitur *Filio Dei.*

יהב *Dedit.* Imper. הב *Da*, Prov. 30, 15. Cum ה Paragogico הבה *Da*, Gen. 29, 21. הבו מקניכם *Date* pecora veſtra, Gen. 47, 16. Sed Hoſ. 4, 18. eſt הבו Date, per alternationem. Fœm. הבי המטפחת *Da* peplum tuum, Ruth. 3, 15. In alio tempore non legitur. Obſerves autem, hunc Imperativum ſæpius obire munus *hortandi* particularum, *age, agite, agedum.* הבה נלבנה לבנים Agedum formemus lateres, Gen. 11, 3. Conf. Gen. 11, 4. 7.

יהב m. *Onus, Cura*, propriè *illarum rerum*, quibus caremus, & quas nobis *dari* anxiè & ſollicitè expetimus. Teſte R. S. ben Melech in Pſalm. 55. Rabbini interpretantur per vocem משא *Onus.* Saltem legitur Pſalm. 55, 23. השלך על־יהוה יהבך Projice ſuper Dominum *onus tuum, curas tuas.*

הבהבים m. pl. *Dona, Donaria.* Tantum legitur cum Suff. Hoſ. 8, 4. זבחי הבהבי Sacrificia *donorum meorum.* Coccejus putat hanc vocem eſſe ex הבהב Prov. 30, 15. q. d. *ſacrificia mea*, de quibus dicunt, *cedo, cedo*, h. e. ad quæ offerenda ſe mutuò excitant.

יהד Unde videtur eſſe מתיהדים, item יהוד & יהודה vide infra in ידה. p. 486.

יהושע m. *Joſua*, nomen propr. filii *Nunis*, Moſis miniſtri, & ipſô mortuô Ducis Iſraelitarum maximi. Radix eſt ישע in Hiphil הושיע *Servavit.* Antea dicebatur הושע *Hoſchea*, ſed poſtea dictus fuit יהושע *Joſua*, nec ſine omine, quia futurus erat is, qui populum prudentiâ & conſiliô *ſervaturus*, tandemque ad quietem perducturus erat.

יהר *Superbus eſt* apud Chaldæos; *Dementatus fuit, mentis inops factus eſt*, apud Talmudiſtas. Inde eſt

יהיר m. *Superbus, Arrogans*, quia ſuperbus & arrogans velut *ſtultus* & *dementatus* cenſendus eſt. Saltem legitur Hab. 2, 5. גבר יהיר Vir *Superbus, Arrogans.*

יוֹם m. *Dies; Tempus; Annus;* Ab Arabum يَوِمَ *Per diem extitit* in Conjug. 1.; Item *pactus fuit cum aliquô in diem* vel *dies ſingulos* in Conjug. 3. יוֹם אֶחָד *Dies* primus, Gen. 1,5. יוֹם יוֹם *Die, die*, i.e. quotidie, ſingulis diebus. Ex. 16,5. הַיּוֹם *Hodie*. Pſal. 95,7. הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ *Hodie* genui te, i.e. in præſentiſſimo unicoque æternitatis fluxu & momento, ubi nihil præteritum, nihilque futurum. Pſal. 2,7. כְּיוֹם בְּיוֹם Sicut *die in diem*, i.e. ſicut quotidie facere ſolebat. 1.Sam. 18,10. דְּבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ Rem *diei* in *die ſuô*, i.e. opus demenſum in ſingulos dies tempore ſuô. Exod. 5,13. דְּבַר כְּיוֹם בְּיוֹמוֹ Rem *diei* in *die ſuô*, i.e. ſecundum ritum cujusque diei. Cum Suff. בָּא יוֹמְךָ Venit *dies* tuus. Jer. 50,51. Ubi Suffixum *paſſivè* accipiendum, ut ſenſus ſit: Venit *dies*, qui tibi à me conſtitutus eſt dies vindictæ & pœnæ. לְמִיּוֹם Inde à *die*. Jud. 19,30. 2. Sam. 7,6. Jeſ. 7,17. ubi Præpoſitio Præpoſitioni ſuperinducta, abit in Adverbium *Inde*. Dualis יוֹמַיִם *Biduum, Dies duo* יוֹם אוֹ יוֹמַיִם *Diem* unum aut *biduum*. Exod. 21,21. Plur. יָמִים *Dies; Tempora; Anni*. וַיְהִי מִקֵּץ יָמִים Factum autem eſt à fine dierum. Gen. 4,3. Aſt Dan. 12,13. eſt יָמִין More Chaldæorum. לְמִיָּמִים Inde à diebus. 1.Chron. 17,10. מִיָּמִים יָמִימָה Ab *annis* in *annos*, i.e. annuatim, quotannis. Exod. 13,10. 1.Sam. 1,3. In Statu conſtr. כָּל־יְמֵי חַיֶּיךָ Omnibus *diebus* vitæ tuæ. Gen. 3,14. Cum Suff. יָמַי *Dies* mei. Job. 7,6. יְמֵיכֶם *Dies* veſtri. Devt. 11,21. Fœm. in Statu conſtr. יְמוֹת עוֹלָם *Dies* ſeculi. Devt. 32,7.

1) Generatim notat *diem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *tempus lucis*, quod opponitur *nocti*. Gen. 1,5. 14. 16. c. 31,39. c. 19,9. Devt. 9,9. 11,18. β) *Tropicè* א) per *Synecdochen* denotat 1) *Tempus*, quod diebus conſtat, Gen. 8,22. 2. Reg. 20,1. Pſal. 18,19. Pſ. 50,15. Pſal. 102,12. Pſal. 103,5. Jeſ. 4,1. c. 9,4. c. 43,13. Hoſ. 9,9. Item *Tempus*, quod tùm *die*, tùm *nocte* conſtat, ſeu *diem naturalem*. Gen. 1,5. c. 50,3. 2) *Annum*, idque ferè, quando ſine numerali reſtringente ponitur, includens dies ad annum completum ſufficientes. לַיָּמִים In ſingulos *annos*. Jud. 17,10. מִקֵּץ יָמִים Poſt finem *dierum*, i.e. annô integrô elapſô, ex quô ſcilicet quisque certo vitæ generi ſe mancipârat. מִיָּמִים יָמִימָה Ab *annis* in *annos*, i.e. annuatim. 1.Sam. 1,3. Singulis enim diebus non adſcendebat Elkana, ſed ſingulis annis. Conf. Exod. 13,10. Jud. 11,40. c. 21,19. 1.Sam. 2,19. Aliàs vox יָמִים Nominibus *annum* vel *menſem* ſignificantibus poſtpoſita, infert illis tempus completum; In Statu autem conſtructô *annis* præpoſita videtur abundare. מִקֵּץ שְׁנָתַיִם יָמִים A fine *biennii dierum*, i.e. poſt duos annos completos, Gen. 41. conf. 2.Sam. 13,23. c. 14,28. Jer. 28,3. 11. יֶרַח יָמִים Menſis *dierum* i.e. integer. Devt. 21,13. conf. Gen. 29,14. Sed Gen. 49,9. abundat יְמֵי שְׁנֵי מְגוּרַי Dies annorum, i.e. anni peregrinationum mearum. Vid. Danz. Interpr. §. 34.

Digitized by Google

34. כ) *Metonymicè* deſignat *res*, quæ certis diebus vel tempore aliquô contigerunt; & quidem 1) *indefinitè*, ſive ſint *bona*, ſive *mala*. שְׁאַל־נָא לְיָמִים רִאשֹׁנִים Inquire de diebus priſcis, i.e. de rebus geſtis, ſeu hiſtoriâ priſcorum temporum. Devt. 4, 32. Ita libri Chronicorum dicuntur דִּבְרֵי הַיָּמִים Verba *dierum*, i.e. recenſio *rerum* temporis illius; vel 2) *definitè*, a) in *bonum*. Sic deſignat *beneficium* aliquô die alteri præſtitum, 1.Sam. 24, 20. item *proſperitatem* & *felicitatem*, piis à Deo promiſſam. Job. 24, 1. b) in *malum*. Ita denotat *ingentes calamitates* vel *fatale excidium* atque *interitum*, 1. Sam. 26, 10. Job. 8, 20. Pſ. 37, 13 Pſ. 137, 7. Jer. 50, 31. Ezech. 21, 34. c. 30, 9. Obad. 1, 12.

יוֹמָם *Interdiu*, des Tages / bey Tage. Exod. 13, 22. גַּם לַיְלָה גַּם יוֹמָם Tàm *noctu*, quàm *interdiu*. 1. Sam. 25, 16. Neh. 9, 19.

יָוֵן m. *Lutum*, idque ferè *tenax* ac *profundum*, unde pedem difficulter extrahere poteris. Bis legitur Pſal. 40, 3. Pſal. 69, 3. ubi per *Metaphoram* eſt ſymbolum *magnarum afflictionum & paſſionum*.

יוֹנָה f. *Columba*, vide in R. יָנָה

יָזַם *Cogitavit*. Tantum extat Gen. 11, 6. אֲשֶׁר יָזְמוּ לַעֲשׂוֹת Quod *cogitarunt* facere.

יָזַן *Saginavit*. Unde juxta quosdam eſt מְיֻזָּנִים pro quo קרי habet מוּזָנִים Jer. 5, 8. Sed vide hoc in R. זון

יָזַע *Sudavit*. Inde eſt

יֶזַע m. *Sudor*. Saltem extat Ez. 44, 18. בַּיֶּזַע Cum *Sudore*, i.e. veſte laneâ, ſudorem excitante, ceu R. Salomon interpretatur.

זֵעָה f. *Sudor*, quod juxta Aben Eſrâm eſt יזע ceu שֵׁנָה *Somnus* à יָשֵׁן *Dormivit*. Sed ob (..) immutabile rectius alii deducunt à זוע *Semovere*, quia *ſudor* ex labore & *commotione* oritur. Saltem legitur in Statu Conſtr. בְּזֵעַת אַפֶּיךָ In *ſudore* vultûs tui. Gen. 3, 19.

יָחַד *Conjunctus*, *Adunatus fuit*, *Univit ſe*. Fut. אַל־תֵּחַד Ne *adunator*. Gen. 49, 6. לֹא תֵחַד Non *unies* te. Jeſ. 20, 14. Piel יִחֵד *Adunavit*. Imper. יַחֵד לְבָבִי *Aduna* cor meum. Pſ. 86, 11. Sæpius non legitur.

יָחִיד m. *Unicus*, *Unigenitus*, *Solitarius*. לְאֵבֶל יָחִיד Juxta luctum *unigeniti*, Am. 8, 10. Cum Suff. אֶת־יְחִידְךָ *Unigenitum* tuum. Gen. 22, 2. Plur. יְחִידִים *Solitarii*, Pſ. 68, 7. Fœm. יְחִידָה *Unica*. Jud. 11, 34.

1) Generatim notat *unicum*. 2) Speciatim α) notat *unicum genitura*, ſeu *unigenitum*. Ita dicitur de filiô, Gen. 22, 2. 12. 16. Prov. 4, 3. Jer. 6, 26. Am. 8, 10. Zach. 12, 10. & de filiâ, Jud. 11, 34. β) *Unicum ſolitudine*, i.e. *ſolitarium*, qui 1) deſtituitur præſidio & auxlio aliorum, adeoque ab his deſertus eſt, Pſal. 22, 21. Pſal. 25, 16. Pſal. 35, 17. 2) Ἄτεκνος eſt, ſeu liberis caret. Pſ. 68, 7.

יַחַד *Unà*, *Simul*, *Pariter*. אֲנַחְנוּ יַחַד נִבְנֶה Nos *unà* ædificabimus. Eſr. 4, 3. יִהְיֶה לִּי עֲלֵיכֶם לֵבָב לְיָחַד Erit mihi cor erga vos in *unum*. 1. Chron. 12, 18. Legitur quoque יַחְדָּו & יַחְדָּיו *Unà*, *Simul*.

Simul. לָשֶׁבֶת יַחְדָּו Ut habitarent *unà.* Gen. 13, 6. נָסוּ יַחְדָּיו Fugerunt *ſimul.* Jer. 46, 21.

1) Generatim notat *qualemcunque conjunctionem.* 2) Speciatim α) denotat *conjunctionem localem*, ſeu reſpectu *loci.* Gen. 13, 6. c. 36, 7. Devt. 25, 5. c. 33, 5. Jud. 11, 5. 1. Sam. 11, 11. c. 31, 6. 1. Reg. 3, 18. β) *Identitatem temporis*, quo quædam contingunt. 2. Sam. 2, 16. Jeſ. 1, 31. c. 45, 8. Jer. 46, 12. γ) Aſſociationem plurium, Pſal. 141, 10. vel *conjunctionem omnium partium*, Pſal. 122, 3. Inde quandoque deſignat numerum abſolutum, cum excluſione exceptionis, *in univerſum omnes.* Ex. 19, 8. Job. 16, 10. c. 24, 17. c. 31, 38. Pſal. 14, 3. Pſal. 19, 10. Pſal. 33, 15. Jeſ. 1, 28. c. 27, 4. c. 31. 3. Jer. 8, 5. Hoſ. 11, 7. 8. δ) *Conjunctionem & unionem animorum*, Job. 2, 11. Pſal. 2, 2. Pſal. 31, 14. Pſal. 41, 8. Jeſ. 45, 21. conf. Pſ. 133, 1. ubi deſignat non ſolum conjunctionem reſpectu *loci*, ſed etiam reſpectu *animorum.* ε) *Exæquationem*, ratione conditionis, Pſal. 49, 11. curæ divinæ, Pſal. 33, 15. & prædæ diſtribuendæ, 1. Sam. 30, 24.

יָחַל *Speravit, Expectavit, Præſtolatus, Moratus eſt*; & ſemel tranſitivè, *ſperare fecit*, vel *ſpem fecit.* Conſtruitur cum אֶל, ל, & עַל. לְמִשְׁפָּטֶךָ יִחָלְתִּי Judicia tua *expectavi*, Pſal. 119, 43. Imper. יַחֵל יִשְׂרָאֵל אֶל־יְהוָה *Spera* Iſrael in Deum. Pſal. 130, 7. Fut. אֲיַחֵל *Expectabo.* Job. 14, 14. יְיַחֵל לִבְנֵי אָדָם *Præſtolatur* filios hominis. Mich. 5, 7. Inde eſt וַיָּחֶל Et *expectavit.* Gen. 8, 10. pro וַיְיַחֵל, literâ י per Syncopen conciſâ, & (ָ) in locum (:) tranſmotô. Sed quia ante ח Dageſch etiam ſine compoſitione per vocalem longam excidere ſolet, ſumme Rev. Dn. D. Danzius formare mavult ad analogiam quieſcentium mediâ חוּל. Niphal נוֹחַל *Spe aluit ſe, ſpe detentus fuit, Expectando continuit ſe.* כִּי נוֹחֲלָה Quod ſpe aluiſſet ſe. Ez. 19, 5. Fut. וַיִּיָּחֶל *Expectans continuit ſe.* Gen. 8, 12. Hiphil הוֹחִיל *Expectavit, Præſtolatus eſt.* הוֹחַלְתִּי לְדִבְרֵיכֶם *Expectavi* verba veſtra Job. 32, 11. Fut. אוֹחִיל *Expectabo.* Thren. 3, 23.

1) Generatim importat *tendentiam voluntatis in aliquod objectum*, ut eô potiamur & fruamur, qualicunque ſe habeat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *ſpe & fiduciâ in aliquam rem ferri*, connotatô pio deſiderio eâ potiundi & fruendi, vel piè *ſperare & confidere* in aliquâ re. Ita dicitur de firma ſpe & fiduciâ repoſitâ in Deô, in Piel, Job. 13, 15. Pſal. 33, 22. Pſal. 69, 4. Pſal. 71, 14. Pſal. 130, 7. Pſal. 131, 3. in Hiphil Pſal. 42, 6. 12. Pſal. 143, 5. Thren. 3, 23. 24. Mich. 7, 7. ejusque verbô promiſſionis, Pſal. 130, 5. Aſt Pſal. 119, 49. accipitur tranſitivè, notans *ſperare facere.* β) *Metonymicè* notat *expectare*, *præſtolari*, quia ſperans fert moram, & patienter expectat tempus, quo bonô deſiderato potiri & frui liceat. Legitur autem de piâ & firma expectatione inſtructionis ex verbo Dei, Pſal. 119, 43. opis in verbo Dei promiſſæ, utut aliquamdiu differatur, in Piel, Pſal. 119, 74. 81. 114. 147. in Hiphil

Digitized by Google

Hiphil. Pſal. 130, 5. Dei *miſericordiæ*, Pſ. 33, 18: Pſ. 147, 11. *potentiæ*, voce brachii deſignatæ, Jeſ. 51, 5. ac *vindictæ*, Pſal. 38. 16. de *expectatione anxiá* ſermonis alterius, in Piel Job. 29, 21. 23. in Hiphil, Job. 37, 11. 12. de *expectatione irritá* liberationis, in Piel Job. 14, 14. in Hiphil 2. Reg. 6, 33. & boni anxiè deſiderati, Job. 30, 26. de *expectatione patiente*, quâ ſe quis patientem gerit in malis, reſpiciens Deum, & obſervans, quis ipſi finis placeat, Job. 6, 11. conf. Gen. 8, 10. Aſt, 2. Sam. 18, 14. *morandi* ſignificationem habet. 2. Sam. 18, 14.

יָחִיל m. *Expectans.* Tantùm extat, Thren. 3, 26. ubi deſignat *eum*, qui in malis patientem ſe gerit, Deique opem, firma fretus ſpe expectat, etſi aliquamdiu differatur.

תּוֹחֶלֶת f. *Spes*, *Expectatio.* תּוֹחֶלֶת צַדִּיקִים שִׂמְחָה *Spes* juſtorum eſt lætitia, i. e. lætitia denique coronatur. Prov. 10, 28. Cum Suff. תּוֹחַלְתִּי *Spes* mea. Pſal. 39, 8.

1) Generatim notat *tendentiam voluntatis in bonum aliquod*, quô potiri ac frui cupimus. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *ſpem*, quæ in conſecutionem & fruitionem alicujus boni fertur. Ita dicitur 1) de *ſpe & fiduciâ firmâ piorum* in Deô, tanquam ſolo bono, veraci & omnipotente, cujus promiſſionum impletionem indubitanter expectat, Pſal. 39, 8. quæ lætô exitu coronatur, Prov. 10, 28. à qua ſe dejectum conqueritur Jeremias, Thren. 3, 18. 2) de *ſpe irritâ* capturi balænam, Job. 40, 28. & impiorum, qui fine ſuo fruſtrantur, Prov. 11, 7. *β*) *Metonymicè* ſignificat *expectationem*, quæ, ſi protrahitur, infirmat cor, Prov. 13, 12. Sæpius non legitur.

יָחַם *Caluit*, *Incaluit*, *Coivit*, *fervore coitûs arſit*, *Concepit.* Fut. וְלֹא יָחַם לוֹ Nec tamen *calor* fiebat ei. 1. Reg. 1, 1. ויחמו Ut *conciperent.* Gen. 30, 30. pro ויחמו (..) cum (:) & (-.) cum (-:) alternantibus. Niphal Part. נֵחָמִים *Incaleſcentes*, *Inflammati.* Jeſ. 57, 5. juxta Kimchium, R. Aben Eſram, & R. Salomonem, ſed potius eſt ex חמם. Nam ſecundâ radicali extruſâ, more Chaldæorum compenſatio per Dageſch forte inſtituenda erat in litera abjectum præcedente, ſed, quia ח eſt litera indageſchabilis, (.) ſub literâ Præformativâ נ tranſit in (-), ut in נֵאָרִים *Maledicti eſtis.* Mal. 3, 9. Piel יִחַם *Calefecit*, item intranſitivè *Coiit*, *Concepit.* יֶחֱמַתְנִי *Calefecit me.* Pſal. 51, 7. pro יְחֵמַתְנִי alternante (..) cum (:), & (-.) cum (-:) Inf. בְּעֵת יַחֵם הַצֹּאן In tempore *incaleſcendi*, i. e. Tempore, quô fervore coitûs ardebat, & concipere ſolebat grex. Gen. 31, 41.

1) Generatim *incaleſcendi* notionem obtinet. 2) Speciatim *α*) *propriè* dicit *receptionem caloris*, vel ex igne, vel aliunde nati. Ita dicitur de ollâ ex prunis ſuppoſitis incaleſcente. Ezech. 24, 11. Aſt 1. Reg. 1, 1. negatur de Davide ſeniori, etiamſi veſtibus contegeretur, & Eccl. 4, 11. de ſolitariè cubante, *β*) *Tropicè* 1) per *Metonymiam Adjuncti* eſt *coire*,

 vel

vel etiam *concipere*, quia in coitu & conceptione *calor* excitatur, ubi mater non ſolùm *calore* & pruritu in ſe accensô concipit, ſed etiam ſemen genitale conceptum, in uterô calefacit & calore fovet. Ita legitur de conceptione tùm *hominis*, Pſal. 51, 7. tùm *brutorum*, Gen. 30, 37. 38. 41. c. 31, 10. 2) Per *Metaphoram* transfertur ad deſignandum a) *affectum iræ*, ex cujus æſtu, ſanguine ebulliente, cor incaleſcit, Devt. 19, 6. b) *Fornicationem ſpiritualem*, Jeſ. 57, 5. ubi impenſiſſimum ſtudium idololatriæ Judæis exprobatur, quod ſimile erat ardori libidinis, quô adultera in adulterum *incaleſcit*.

חֵמָה f. *Calor, Æſtus, Excandeſcentia; Ira æſtuans; Venenum.* אִישׁ חֵמָה Vir *iræ æſtuantis*, i. e. totus irâ æſtuans. Prov. 15, 18. בַּעַל חֵמָה Vir *excandeſcentiæ*, qui irâ exarſit, modumque ac terminum in irâ reperire neſcit. וְחֵמָה גְדֹלָה קִנֵּאתִי Et cum *excandeſcentiâ* magnâ zelavi. Zach. 8, 2. Sed Dan. 11, 44. eſt חֵמָא literâ ה cum א alterante. In Statu conſtr. חֲמַת מִיָּיִן *Æſtu* à vino. Hoſ. 7, 5. Cum Suff. וְנִצְּתָה חֲמָתִי Et accenſa eſt *ira mea*. 2. Reg. 22, 17. שָׁפַכְתִּי חֲמָתִי עֲלֵיכֶם Effudi exandeſcentiam meam ſuper vos. Ez. 22, 22. Plur. חֵמוֹת *Excandeſcentiæ*. אִישׁ חֵמוֹת Vir *excandeſcentiarum*, i. e. immodicè efferveſcens, & terminum excandeſcentiæ figere neſciens. Prov. 22, 24.

1) Generatim denotat *calorem*, undecunque ſit. 2) Speciatim α) *proprie* ſignificat *calorem*, qui eſt in igne, vel ab igne aliaque aptâ materia producitur. Vide Pſal. 89, 47. Thren. 2, 4. β) *Tropicè* 1) *Metaphoricè* deſignat *æſtum animi irati*, ubi ſanguine circa cor inflammatô ac ebulliente, omnes mentis operationes turbantur, ut homo ferè in furorem abripiatur. Ita legitur de æſtu *Eſavi* contra Jacobum, Gen. 27, 44. *Hamanis* contra Mardochæum & reliquos Judæos, Eſth. 3, 5. c. 5, 9. *Ahaſveri* contra Reginam, Eſth. 2, 1. & Hamanem, Eſth. 7, 10. Vide præter ll. cc. 2. Sam. 11, 20. Job. 36, 18. Pſal. 37, 7. Prov. 15, 18. c. 16, 14. c. 29, 22. &c. Ἀνθρωποπαθῶς tribuitur *Deo*, ad deſignandam *iræ ipſius gravitatem & magnitudinem*. Num. 25, 11. Devt. 9, 19. c. 29, 27. 2. Reg. 22, 13. 17. 2. Chron. 12, 7. c. 34, 21. 25. c. 36, 16. Pſal. 6, 2. Pſal. 38, 2. Jeſ. 42, 25. Jer. 4, 4. c. 21, 12. c. 23, 19. c. 25, 15. c. 30, 23. Thren. 2, 4. c. 4. 11. Dan. 9, 6. Nah. 1, 2. &c. & inde porrò per *Metonymiam, iræ divinæ effectum*, nempe *pœnas & plagas à Deo iratô proficiſcentes*, Pſal. 79, 6. Pſal. 88, 8. Pſal. 89, 46. Mich. 7, 9. 2) *Metonymicè* notat *Venenum*, quia calidâ ſuâ naturâ ſanguinem æſtuantem reddit, gravique æſtu cruciat & enecat hominem. Devt. 32, 24. 33. Job. 6, 4. Pſal. 58, 5. Pſ. 140, 4.

יָחֵף m. *Diſcalceatus*. Quinquies legitur. עָרוֹם וְיָחֵף Nudus & *diſcalceatus*. Jeſ. 20, 2. 3. 4. conf. 2. Sam. 15, 30. מִנְעִי רַגְלֵךְ מִיָּחֵף Arce pedem tuum à *diſcalceatô*, i. e. ne ſit diſcalceatus & nudus. Jer. 2, 25.

יחד

Digitized by Google

יָחַר *Moratus eſt.* Fut. וַיִּיחַר *Sed moratus eſt.* 2. Sam. 20, 5. Aſt ex mente Maſoretharum eſt Fut. in Hiphil וַיּוֹחֶר. Sæpius non legitur. Vide tamen R. אחר pag. 45.

יַחַשׂ m. *Genealogia, Genus, Recenſio familiæ.* Saltem extat Neh. 7, 5. סֵפֶר הַיַּחַשׂ Liber *recenſionis* ſecundum familias. Inde eſt

יָחַשׂ *Familiam recenſuit, Genus duxit, Stemmata numeravit.* Legitur ſaltem in Hithpael הִתְיַחֵשׂ *Recenſitus fuit per genus*, vel *genealogicè*; *Recenſuit ſe per genus* vel *familiam.* כֻּלָּם הִתְיַחְשׂוּ Omnes iſti *recenſiti fuerunt.* 1. Chron. 5, 17. Inf. לְהִתְיַחֵשׂ Ad *recenſendum.* 1. Chr. 5, 1. 2. Chron. 12, 15. c. 31, 18. הִתְיַחְשָׂם *Recenſeri* eorum, i. e. *recenſio* eorum genealogica. 1. Chron. 7, 5. Nominaſcit hic Infinitivus, perinde ut 2. Chron. 31, 16. מִלְּבַד הִתְיַחְשָׂם Præter *catalogum* eorum; vid. Eſr. 8, 3.

יָטַב *Bonus eſt*, vel *viſus eſt*, *Bene eſt*, *Jucundus fuit*, *Placuit.* Fut. וּלְמַעַן יִיטַב לָךְ Ut *bene ſit* tibi. Deut. 5, 16. הֲיִיטַב בְּעֵינֵי יְהוָה *Num bonum erit* in oculis Domini? i. e. Num *placebit* Domino? Lev. Lev. 10, 19. וַיִּיטַב לֵב הַכֹּהֵן Et *bonum*, i. e. *lætum* erat cor Sacerdotis. Jud. 18, 20. Hiphil הֵיטִיב *Benefecit*, *Bene egit*; *Melius* aut *præſtantius reddidit.* Conſtruitur cum Dativo vel Accuſativo, & interdum intercedentibus Præpoſitionibus אֶל & עִם. לְאַבְרָם הֵיטִיב בַּעֲבוּרָהּ Abrahamo autem *benefecit* propter eam. Gen. 12, 16. וְהֵיטַבְנוּ Et *benefaciemus.* Num. 10, 29. Sed v. 32. eſt וְהֵטַבְנוּ literâ י per Syncopen conciſâ. Part. מֵטִיב *Benefaciens.* 1. Sam. 16, 17. Inf. הֵיטֵב & per Syncopen הֵטִיב *Benefacere, bene agere.* הֵיטֵב אֵיטִיב *Benefaciendo benefaciam*, i. e. *certiſſimè benefaciam.* Gen. 32, 3. Interdum Infinitivus *adverbiaſcit*, notans *bene, probe, admodum.* וָאֶכֹּת אֹתוֹ טָחוֹן הֵיטֵב Et contudi eum molendo *probè.* Devt. 5, 21. Maximè autem in Adverbium degenerat, quando in tempore Infinitivo jungitur Infinitivo, qui in tempus, numerum ac perſonam finiti conjuncti verti debet. הֵיטַבְתָּ לִרְאוֹת *Benefeciſti* videre, i. e. *bene* vidiſti. Jer. 1, 12. הֵיטִיבִי נַגֵּן *Benefac* pulſando, i. e. *bene* pulſa. Jeſ. 23, 16. conf. Pſal. 33, 3. Fut. אֵיטִיב *Benefaciam.* Gen. 32, 10. הֲלוֹא אִם תֵּיטִיב שְׂאֵת Nonne, ſi *benefeceris*, eſt elevare? i. e. Omninò benefactis elevatio, ſcil. vultûs, quem nunc maleficii memor dejicis. Gen. 4, 7. וַתֵּיטֶב אֶת־רֹאשָׁהּ Et *benefecit*, i. e. exornavit caput ſuum, 2 Reg. 9, 30.

1) Generatim notat *bonitatem quamcunque*, tàm *inhæſivè*, quàm *efficienter.* 2) Speciatim α) in *Kal* ſignificat *bonum eſſe*, ſed diverſimodè. Scilicet 1) refert *complacentiam & approbationem*, ut idem ſit ac *placet*, *gratum & acceptum eſt* &c. In quâ ſignificatione combinatur cum voce עֵינַיִם *Oculi*, ut כַּאֲשֶׁר יִטַב בְּעֵינֶךָ Prout *bonum erit in oculis tuis*, i. e. prout tibi placebit, gratum, acceptumque erit. 1. Sam.

24, 5. Ita quoque legitur Gen. 41, 37. c. 45, 16. Lev. 10, 20. Devt. 1, 23. Joſ. 22, 30. 33. 1. Sam. 18, 5. 2. Sam. 3, 36. c. 18, 4. 1. Reg. 3, 10. Eſth. 1, 21. 2) Indigitat *felicitatem & proſperum ſtatum*, ut idem ſit ac *bene eſſe alicui.* Gen. 12, 13. c. 40, 14. Devt. 4, 40. c. 5, 16. 29. c. 6, 3. 18. c. 12, 25. 28. c. 22, 7. 2. Reg. 25, 24. Jer. 38, 20. c. 40, 9. 3) Innuit *gaudium & lætitiam*, reddique poteſt, *lætum*, *hilarem eſſe.* Jud. 18, 20. c. 19, 6. 9. Ruth. 3, 7. 1. Reg. 21, 7. Eccl. 7, 3. c. 11, 9. β) In Hiphil א) ſumitur *efficienter*, notans *benefacere* vel *agere*, *bonum facere.* Sed ita refert 1) *Bonitatem moralem*, quâ homo juxta voluntatem Dei facienda facit, & omittenda omittit, adeoque legi ipſius conformiter vivit, Lev. 5, 4. Pſal. 36, 4. Jeſ. 1, 17. Jer. 4, 22. c. 13, 23. Mich. 7, 3. conf. Jer. 7, 5. c. 18, 11. ubi infert *vitæ & actionum emendationem.* 2.) *Beneficentiam*, quâ quis alteri beneficia confert. Ita tribuitur tùm *Deo*, qui hominibus varia beneficia præſtat. Gen. 32, 9. 13. Num. 10, 32. Devt. 30, 5. 1. Sam. 2, 32. c. 25, 31. Pſal. 51, 20. Pſal. 119, 68. Pſal. 125, 4. Jer. 32, 40. tùm *homini*, qui aliis benefacit. Gen. 12, 16. Num. 10, 29. 32. 3.) *Exhilarationem*, ut idem ſit ac *lætum reddere*, *exhilarare*, *lætitiâ afficere.* Jud. 19, 22. 4) *Ornatum* & *elegantiam*, ut valeat *elegantem* vel *pulchrum reddere*, Prov. 30, 29. *ornare*, 2. Reg. 9, 30. 5) *Præſtantiam* & *excellentiam.* Ruth. 3, 10. 2) Accipitur quandoque *intranſitivè*, notans *bonum eſſe*, connotatâ 1) *præſtantiâ* & *prærogativâ*, Nah. 3, 8. 2) *Suavitate* & *jucunditate*, Ezech. 33, 32.

מֵיטַב m. *Bonum, optimum rei.* Sexies legitur in Statu conſtr. de *optimo* agri, Ex. 22, 4, vineæ, Ex. 22, 4. terræ, Gen. 47, 6. 11. gregis, 1. Sam. 15, 9. 15.

יַיִן m. *Vinum.* נַשְׁקֶה אֶת־אָבִינוּ יַיִן Potemus patrem noſtrum *vino.* Gen. 19, 32. וַיֵּשְׁתְּ מִן־הַיַּיִן Et bibit de vinô. Gen. 9, 29. In Statu conſtr. יֵין נְסִיכָם *Vinum* libaminis eorum. Devt. 32, 38. Cum Suff. יֵינִי *Vinum* meum. Cant. 5, 2. שְׁתֵה בְלֶב טוֹב יֵינֶךָ Bibe animo hilari *vinum* tuum. Eccl. 9, 7.

1) Generatim notat *vinum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *liquorem ex uvis expreſſum.* Gen. 9, 21. c. 19, 32. 33. 34. c. 27, 25. Lev. 10, 9. 1. Sam. 16, 20. c. 25, 18. Job. 1, 13. β) *Tropice* 1) per *Metonymiam cauſæ* denotat *crapulam*, quæ vinum immodicè ſumtum conſequitur. Gen. 9, 24. 1. Sam. 1, 14. c. 25, 37. Prov. 20, 1. Jeſ. 28, 7. Hoſ. 4, 11. 2) Per *Metaphoram* deſignat a) *amoris & gratiæ divinæ effecta*, qualia ſunt *juſtitia*, *gaudium Spiritus Sancti*, *pax & alia beneficia Chriſti ſpiritualia* &c. quibus animæ hominis nil ſuavius, nil efficacius aut ſalubrius eſt. Cant. 2, 4. Jeſ. 55, 1. conf. Prov. 9, 5. b) *Iræ & vindictæ divinæ effecta*, cujus generis ſunt variæ atque graviſſimæ afflictiones, Pſalm. 60, 5. Pſalm. 75, 9. Jer. 51, 7.

יָבַח

Digitized by Google

יָכַח *Arguit.* Sed in Kal non legitur. Niphal נוֹכַח *Argutus, Redargutus eſt; Diſceptavit.* יָשָׁר נוֹכָח עִמּוֹ Rectus *arguitur* cum eô, Job.23,7. Fut. וְנִוָּכְחָה Et *diſceptemus*, Jeſ.1,18. Hiphil הוֹכִיחַ *Arguit, Redarguit, Increpavit, Reprehendit, Objurgavit, Corripuit, Diſceptavit, Diſſeruit*: ubi fere conſtruitur cum Accuſativô; *Dijudicavit*, ubi conſtruitur cum בֵּין *Inter; Adjudicavit*, ubi conſtruitur cum Dativô. וְהוֹכִיחַ לְעַמִּים Et *corripiet* populos, Jeſ.2,4. Fut. הוֹכֵחַ יוֹכִיחַ אֶתְכֶם *Arguendo arguet* vos, Job.13,10. אַל־בְּאַפְּךָ תוֹכִיחֵנִי Ne in irâ tuâ *corripe* me, Pſalm. 6, 2. Pſalm. 38, 2. וְיוֹכִיחוּ בֵּין שְׁנֵינוּ Et *dijudicent* inter nos ambos, Gen. 31, 37. Part. לֹא יֵשׁ־בֵּינֵינוּ מוֹכִיחַ Non eſt inter nos *judicans*, i.e. judex, arbiter, Job. 9, 33. Hithpael הִתְוַכַּח *Diſceptavit.* Fut. יִתְוַכָּח *Diſceptavit*, Mich. 6, 2.

1) Generatim *arguendi* & *demonſtrandi* notionem obtinet. 2) Speciatim *α*) *proprie* notat rem *ſignis & rationibus certis ac convincentibus indicare ac demonſtrare*, Gen. 31, 42. Huc refert Guſſetius non ſolum illud, Gen. 20, 16. *Abimelech Saræ dixit, ecce dedi fratri tuo mille ſiclos argenti, ecce hoc eſt tibi tegumentum oculorum, omnibus, qui tecum verſantur, & cum quibuscunque fueris* וְנֹכַחַת *etiam demonſtratione certâ indicaberis eſſe id, quod es*; Sed etiam iſtud, Gen. 24, 14. 44. *Fiat ergò, puellam, ad quam dixero, declina quæſo cadum tuum, ut bibam, illa verò dixerit; bibe, etiamque camelos tuos potabo, eam demonſtraveris ſervo tuo Iſaac.* Sed in poſtremo loco *deſtinandi* notionem involvere videtur. *β*) Per *Metonymiam Adjuncti*, 1) ad *peccata* relatum, notat *corripere, reprehendere, objurgare, increpare*, quia, qui alterum ob peccata admiſſa corripit, increpat & objurgat, rationibus convincentibus utitur, eumque officii immemorem fuiſſe demonſtrat. Legitur autem *a*) de *correptione & reprehenſione verbali*, Gen. 21, 25. 2. Reg. 19, 4. Pſalm. 50, 8. collato v. 2. Am. 5, 10. *b*) Transfertur ad *correptionem & reprehenſionem realem*, 2. Sam. 7, 14. 50. Pſalm. 105, 14. *c*) Utramque infert, Prov. 28, 28. Huc refer Pſalm. 6, 2. Pſalm. 38, 2. ubi David deprecatur Dei correptionem & reprehenſionem, tùm *verbalem*, quæ fit comminationibus & maledictis legalibus, tùm *realem*, quæ fit gravioribus pœnis delicta plectendo. 2) *Diſceptare, contendere, litigare cum aliquo*, quia in diſceptationibus, quid legibus ſit conforme, quidve ab iis recedat, demonſtrari debet & ſolet, Job. 23, 4. Jeſ. 1, 18. 3) *Judicare*, quia judex inter partes litigantes veritatem definit & demonſtrat, Gen. 31, 37. Job. 9, 33.

תּוֹכֵחָה f. *Correptio, Objurgatio.* Quater legitur. יוֹם תּוֹכֵחָה Dies *correptionis*, Hoſ. 5, 9. conf. 2. Reg. 19, 3. Jeſ. 37, 3. Plur. *Objurgationes*, Pſalm. 149, 7.

תּוֹכַחַת f. *Demonſtratio; Correptio, Reprehenſio, Increpatio, Redargutio, Caſtigatio.* שֹׂנֵא תוֹכַחַת Odio habens *correptionem*, Prov. 15, 10. Cum Suff. תּוֹכַחְתִּי לֹא אֲבִיתֶם Et *correptioni* meæ

non

non acquieſcitis, Prov. 1, 25. Pur. תּוֹכָחוֹת *Demonſtrationes, Correptiones, Redargutiones.* אִישׁ תּוֹכָחוֹת *Vir correptionum*, Prov. 23, 1. In Statu conſtr, תּוֹכְחוֹת מוּסָר Increpationes eruditionis, i. e. erudientes, Prov. 6, 23.

1) Generatim *qualemcunque demonſtrationem* notat. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *evictionem rei* per rationes & argumenta, vide Job. 23. 4. β) *Metonymicè* notat *correptionem* & *redargutionem*, quia, qui alterum redarguit & increpat, rationibus convincentibus utitur, eumque officii immemorem fuiſſe, *demonſtrat*. Notat autem *correptionem* tùm *verbalem*, Pſalm. 38, 15. Prov. 12, 1. c. 13. 18. c. 15, 5. 31. 32. tùm *realem*, Pſalm. 39, 12. Pſalm. 73, 14. Prov. 3, 11. Ezech. 5, 15. c. 25, 16. tùm *utramque*, Prov. 27, 5.

יָכֹל *Potuit, Valuit, Prævaluit, Superavit.* Conſtruitur cum ל. וַיַּרְא כִּי לֹא יָכֹל לוֹ Cum videret, quod non *prævaleret* ei, Gen. 32, 25. יָכֹלְתִּי *Prævalui*, Gen. 30. 8. Aſt cum Suff. eſt יְכָלְתִּיו *Prævalui ei*, Pſalm. 13, 5. Infin. יְכֹל *Poſſe*, Num. 13, 30. Sed Num. 14, 16. eſt יְכֹלֶת niſi malis accipere pro Nomine, ad formam יַבֶּשֶׁת *Ariditas*, Fut. אוּכַל *Potero*, primâ radicali in ו, quod quieſcit in Schurek, mutatâ, & ſecundâ cum (-) notatâ, ad imitationem verborum פֵּי in Hophal. לֹא אוּכַל לְבַדִּי שְׂאֵת Non *potero* ſolus ſuſtinere vos, Devt. 1, 9.

1) Generatim *potentiæ* notionem quacunque involvit ratione. 2) Speciatim α *propriè* dicit *potentiam & facultatem agendi* vel *operandi*, ut idem ſit ac *valere, poſſe*, Gen. 44, 1. Jud. 8, 3. c. 14. 13. Eſr. 2. 29. β) *Tropicè* א) per *Synecdochen* dicit 1) *licentiam & poteſtatem* vel *debitum agendi*, ut idem ſit ac *licere, licitum eſſe*, vel *debere*. Sed ſic ſæpe negationem præmiſſam habet, ut deſignetur *negatio liciti* vel *debiti*. לֹא נוּכַל דַּבֵּר אֵלֶיךָ Non *poterimus* loqui ad te bonum aut malum, i. e. directioni divinæ repugnare *non licet*, illi refragari *minimè debemus*, Gen. 24, 50. לֹא נוּכַל לַעֲשׂוֹת הַדָּבָר הַזֶּה Non *poſſumus*, i. e. *non debemus, nullo jure* valemus facere rem iſtam, Gen. 34, 14. Conf. Gen. 43, 32. c. 44, 26. Devt. 16, 5. Jud. 21, 18. 2) *Superationem alterius*, ut idem ſit ac *prævalere, ſuperare, ſuperiorem eſſe, vincere*, Gen. 30, 8. c. 32, 28. Jud. 16, 5. Pſalm. 13, 5. Pſalm. 21, 12. Jer. 20, 10. c. 28, 22. Hoſ. 12, 5. 3) *Sufficientiam virium*, ut idem ſit ac *ſufficere, ſufficientem* eſſe, Pſalm. 139, 6. ב) Per *Metonymiam*, maximè, ſi combinatur cum *voculâ negante*, denotat *difficultatem, moleſtiam*, vel *etiam mœrorem*, ut idem ſit ac *non poſſum ſuſtinere, ferre, tolerare* &c. אֹתוֹ לֹא אוּכָל Ipſum *non potero ferre*, i. e. mihi moleſtum eſt eum ferre, Pſalm. 101, 5. וְאֵיכָכָה אוּכַל וְרָאִיתִי בָּרָעָה Quomodo enim *ſuſtineam*, ut videam malum illud? i. e. ſine moleſtia & mœrore inſigni non poſſum videre malum iſtud, Eſth. 8, 6.

מוּכַל

Digitized by Google

מִיכַל m. *Rivus.* Tantum legitur in Statu Conſtr. 2. Sam. 17, 20. מִיכַל מַיִם *Rivus aquarum.* Aliàs eſt nomen proprium filiæ Saulis, quæ Davidi nupſit, 1. Sam. 14, 49. c. 18, 27.

יָלַד *Genuit, Genenuit; Peperit.* יָלַד אֶת־מְחוּיָאֵל *Genuit* Mechujaelem, Gen. 4, 18. יְלָדַתּוּ *Peperit* eum, Ruth. 4, 15. pro יְלָדַתְהוּ, ה Suffixi cum (:) præcedente extruſo, & in ת per Dageſch compenſatô, perinde ut in גְּנָבַתּוּ *Furata eſt* eum, Job. 21, 18. יְלִדְתִּיךָ *Genui* te, Pſalm. 2, 7. pro יְלַדְתִּיךָ, (-) ſub ל cum (.) alternante. Part. יוֹלֵד *Genitor*, Prov. 23, 24. Fœm. יוֹלֶדֶת *Pariens*, Gen. 17, 19. Sed in וְיֹלַדְתְּ Et mox *paritura es*, Gen. 16, 11. eſt forma mixta ex Participio & Præterito. Part. Paul יָלוּד *Natus*, 1. Reg. 3, 26. In Statu conſtr. יְלוּד אִשָּׁה *Natus* muliere, Job. 14, 1. Inf. יָלֹד *Parere*, Job. 15, 35. Sed Job. 39, 1. eſt לֶדֶת & 1. Sam. 4, 19. per Syncopen eſt לַת. Fut. אֵלֵד *Pariam*, Gen. 18, 13. בְּעֶצֶב תֵּלְדִי בָנִים Cum dolore *paries* filios, Gen. 3, 16. Niphal נוֹלַד *Natus fuit*, 1. Chron. 2, 3. Inf. בְּהִוָּלֵד *In naſci*, i. e. cum *naſceretur*, Gen. 21, 5. Part. נוֹלָד *Natus*, 1. Chron. 22, 9. Piel יִלֵּד *Parere fecit, Obſtetricavit.* Part. Fœm. מְיַלֶּדֶת *Parere faciens*, i. e. Obſtetrix, Gen. 35, 17. Inf. בְּיַלֶּדְכֶן *In obſtetricare vos*, cum obſtetricaveritis, Exod. 1, 16. Pual יֻלַּד & per alternationem יוּלַּד *Genitus, Natus fuit.* יֶלֶד יֻלַּד־לָנוּ *Natus eſt* filius nobis, Jeſ. 9, 6. אָדָם לְעָמָל יוּלָּד Homo ad laborem *natus eſt*, Job. 5, 7. Hiphil הוֹלִיד *Genuit, Parere fecit.* אַבְרָהָם הוֹלִיד אֶת־יִצְחָק Abraham *genuit* Iſaacum, Gen. 25, 19. Inf. אַחֲרֵי הוֹלִידוֹ Poſt *genuiſſe* eum, i. e. poſtquam genuerat, Gen. 5, 4. Fut. אוֹלִיד *Gignam*, Jeſ. 66, 9. Hophal Inf. יוֹם הֻלֶּדֶת Die *naſci*, i. e. die, quô natus erat, Gen. 40, 20. בְּיוֹם הוּלֶּדֶת אֹתָךְ In die *naſci* te, i. e. quô nata es, Ezech. 16, 4. In utroqe forma apparet mixta ex Kal & Hophal, Dageſch literæ ל citra ullam urgentem neceſſitatem impreſſô, & inſuper in poſteriori (וּ) cum (ֻ) alternante. Hithpael Fut. וַיִּתְיַלְדוּ Et *natales ſuos profeſſi ſunt*, Num. 1, 18.

1) Generatim infert *productionem rei*, ſive *ut ſit*, ſive *ut lucem videat.* Hinc 2) ſpeciatim α) *propriè* notat tùm *gignere*, tùm *parere.* In *gignendi* ſignificatione tribuitur 1) *Deo Patri*, qui de ſuâ ſubſtantiâ ab æternô *genuit* filium ſibi ὁμοούσιον, qui eſt ejuſdem numerô eſſentiæ cum ipſo, Pſalm. 2, 7. 2) *Hominibus*, qui generant *ſobolem* ſibi conſubſtantialem quà ſpeciem, ſeu quæ eſt ejuſdem ſpecie eſſentiæ cum iis, & quidem tùm in Kal, Gen. 4, 18. c. 10, 8. 13. 15. 24. 26. c. 22, 23. c. 25, 3. 1. Chron. 1, 10. &c. tùm in Hiphil Gen. 11, 27. c. 25, 19. Num. 26, 29. 58. Ruth. 4, 18. 19. 1. Chron. 2, 10. 11. 12. 13. &c. *Pariendi* ſignificatio *propriè* tribuitur *fæmellis*, Gen. 4, 22. c. 16, 1. 15. c. 19, 38. c. 21, 3. 9. c. 22, 20. 23. c. 24, 24. 47. c. 25, 12. c. 30, 21. 25. 28. c. 34, 1. c. 36, 4. 5. c. 44, 27. c. 46, 15. Eccl. 3, 2. &c. β) *Tropicè*, א) per *Metaphoram* adhibetur ad deſignandum

1) *Generationem ſpiritualem*, quâ credentes gignuntur & filii Dei fiunt, Pſalm. 22, 32. Pſalm. 87, 4. 5. 6 Hæc generatio tribuitur Deo ut Patri, Jeſ. 66, 9. *Eccleſia* autem ut matri, Jeſ. 54, 1. c. 66, 7. 8. 2) *Creationem*, Job. 38, 28. 29. Pſalm. 90, 2. 3) *Eventum*, Prov. 27, 1. & *irritum conatum* & *laborem improborum*, qui dicuntur *parere ventum, ſtipulam, vanitatem*, adeoque omni ſuo labore nil proficere aut efficere, Job. 15, 35. Pſalm. 7, 15. Jeſ. 26, 28. c. 33, 1. c. 59, 4. ב) *Metalepticè* in Hithpael notat *juxta natales recenſeri*, Num. 1, 18.

וָלָד m. *Proles*, primâ radicali י in ו mutatâ. Tantùm extat Gen. 11, 30. Sic quoque

וָלָד m. *Proles*; Saltem legitur, 2. Sam. 6, 22.

יֶלֶד m. *Natus, Puer, Puerulus*, Gen. 4, 23. Plur. יְלָדִים *Nati, Pueri, Liberi*, Gen. 33, 1. In Statu conſtr. יַלְדֵי זְנוּנִים *Liberi ſcortationum*, Hoſ. 1, 2. Cum Suff. יְלָדָיו *Nati* ejus, Gen. 32, 22. יַלְדֵיהֶם *Nati* eorum, Gen. 33, 2.

1) Generatim notat *natum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *fœtum*, א) *Hominis*; Et ſic notat *puerum*. Diciturque tùm de recens natô, Ezech. 1, 17. c. 2, 7. Ruth. 4, 16. 2. Sam. 12, 15. 18. 19. 1. Reg. 3, 25. Jeſ. 9, 6. tùm de ablactatô, Gen. 21, 8. tùm etiam de eô, qui eſt provectiori ætate, Gen. 21, 14. 15. 16. c. 37, 30. Ruth. 1, 5. 2. Reg. 2, 24. Dan. 1, 15. conf. 1. Reg. 12, 8. ב) *Beſtiæ*; Et ſic redditur, *partus, pullus*, Job. 16, 11. c. 38, 41. β) *Tropicè* 1) per *Synecdochen* in Plurali complectitur etiam *ſequiorem ſexum*, vertiturque *liberi*, Gen. 33, 2. Neh. 12, 43. 2) *Metaphoricè* notat *fideles*, qui ſic vocantur reſpectu *regenerationis ex aquâ & ſpiritu, & ex ſemine incorruptibili*, quod eſt verbum Dei viventis, Jeſ. 8, 19.

יִלּוֹד m. *Natus*, Exod. 1, 22. Joſ. 5, 5. 2. Sam. 12, 14. Plur. יִלּוֹדִים *Nati*, Joſ. 5, 5.

יָלִיד m. *Natus*. יְלִיד בַּיִת οἰκογενής, *natus domûs*, Gen. 17, 12. אִם־יְלִיד בַּיִת הוּא Num *natus* domûs, i. e, verna eſt. Jer. 2, 14. Plur. יְלִידִים *Nati*. In Statu conſtr. יְלִידֵי בֵיתוֹ *Natos* domus ſuæ, Gen. 14, 14. c. 17, 23.

לֵדָה *Partus*, Jer. 13, 21. וְכֹחַ אַיִן לְלֵדָה Sed vires non ſunt ad *partum*, 2. Reg. 19, 3. Jeſ. 37, 3. מִלֵּדָה A *partu*, Hoſ. 9, 11. Sæpius non legitur.

יַלְדָּה f. *Nata, Puella*. Ter legitur, Gen. 34, 4. Joel. 4, 3. Plur. יְלָדוֹת *Puellæ*, Zach. 8, 5.

יַלְדוּת f. *Juventus*. Notat totam illam ætatem, quæ infra ætatem virilem eſt, Eccl. 11, 10. Cum Suff. יַלְדֻתֶךָ *Juventa* tuæ, Pſalm. 110, 3. בְּיַלְדוּתֶךָ In juventute tuâ, Eccl. 11, 9. Sæpius non legitur.

מְיַלֶּדֶת f. *Obſtetrix*. Eſt Participium nomina ſcens ex Piel. Gen. 35. 17. Plur. הַמְיַלְּדוֹת *Obſtetrices*, Exod. 1, 17.

מוֹלֶדֶת

Digitized by Google

מוֹלֶדֶת f. *Generatio; Nativitas; Progenies; Cognatio; Patria.* מוֹלֶדֶת אָבִיךָ *Generatio* Patris tui, Lev. 18, 11. Cum Suff. אֶרֶץ מוֹלַדְתֵּנוּ Terra *nativitatis* noſtræ, Jer. 46, 16. מוֹלַדְתְּךָ *Progenies* tua, Gen. 48, 6. Plur. מוֹלְדוֹת *Generationes,* Ezech. 16, 3.

1) Generatim *productionis* notionem quacunque involvit ratione. 2) Speciatim α) *propriè* notat tùm *generationem,* Ezech. 16, 3. tùm *nativitatem,* Ezech. 16, 4. 5. Inde אֶרֶץ מוֹלֶדֶת eſt *terra patria,* ubi aliquis genitus & natus eſt, Gen. 11, 18. c. 24, 7. c. 31, 13. Ruth. 2, 11. Jer. 22, 10. c. 46, 16. β) *Metonymicè* notat 1) *Prolem & progeniem,* quæ generatur & naſcitur, Gen. 48, 6. Lev. 18, 9. 11. 2) *Cognationem,* vel *cognatum,* Gen. 12, 1. c. 24, 4. c. 43, 7. Num. 10, 30. Eſth. 2, 10. 20. c. 8, 7.

תּוֹלְדוֹת f. pl. *Generationes.* אֵלֶּה תֹּלְדוֹת יַעֲקֹב Iſtæ ſunt *generationes* Jacobi, Gen. 37, 2. Cum Suff. כְּתוֹלְדוֹתָם Juxta *generationes* ſuas, Gen. 10, 32.

1) Generatim denotat *productionem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *generationem,* ſivè *activè,* ſive *paſſivè,* Gen. 10, 32. Exod. 6, 16. 19. c. 28, 10. Num. 1, 20. 1. Chron. 1, 29. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* notat *originem rei,* Gen. 2, 4. 2) *Metonymicè* ſignificat *hiſtoriam* vel res geſtas alicſijus ætatis aut ſeculi, Gen. 5, 1. c. 37, 2.

יָלַךְ *Ivit, Profectus, Progreſſus eſt; Acceſſit; Proceſſit; Abiit.* Inf. לֶכֶת *Ire,* Ruth. 3, 10. לְמִן הַיּוֹם לֶכֶת הַמֶּלֶךְ Inde à die, quô *abierat* Rex, 2. Sam. 19, 25. Cum Suff. בְּיוֹם לֶכְתִּי In die *ire me,* i. e. in die, quô ibam, 1. Reg. 2, 8. בְּלֶכְתּוֹ In *ire* eum, i. e. quando *ibat,* 1. Sam. 9, 9. Imp. לֵךְ *Ito,* Exod. 4, 19. Cum ה Paragogicô. וּלְכָה Et ito, Pſalm. 80, 3. Imperativus interdum *hortantis* vicem ſuſtinet, reddendus, *age, agedum, agite* לְכָה נִכְרְתָה בְרִית אֲנִי וָאָתָּה *Age,* pangamus fœdus, ego & tu, Gen. 31, 44. conf. Gen. 19, 32. 1. Sam. 9, 5. 10. c. 20, 11. Neh. 6, 2. 7. לְכוּ נָא וְנִוָּכְחָה *Agite,* redarguemur, i. e. correptionem ſuſtineamus vel increpemus nos invicem, Jeſ. 1, 18. Fut. אֵלֵךְ *Ito,* Lev. 26, 41. Cum ה Paragogicô וְאֵלְכָה Et *ibo,* Gen. 24, 56. הֲתֵלֵךְ אִתִּי Num *ibis* mecum? 1. Reg. 22, 4. תֵּלְכוּ *Ibitis,* Gen. 42, 38. Et cum ן Paragogicô תֵּלְכוּן Devt. 6, 14. Hiphil הוֹלִיךְ *Ire* vel *abire fecit, Duxit, Abduxit, Deduxit, Eduxit, Attulit, Detulit, Pertulit.* הוֹלִיךְ גּוֹלָה *Abduxit* captivitatem, 2. Sam. 24, 15. הוֹלִיכוֹ בְּדֶרֶךְ לֹא טוֹב Et *ire fecit* eum per viam non bonam, i. e. vehementer pernicioſam, Prov. 16, 29. Inf. לְהוֹלִיכוֹ Ad *ducendum* eum, 2. Chron. 36, 6. Fut. אוֹלִיךְ *Ire faciam,* 2. Sam. 13, 13. יוֹלִיךְ אֶת־הַקּוֹל *Perferet,* abducet vocem, Eccl. 10, 20. Aſt Devt. 28, 36. per alternationem eſt יוֹלֵךְ *Ducat.* שֶׁיֹּלֵךְ בְּיָדוֹ Quod *auferat* in manu ſuâ, Eccl. 5, 14. וַיֹּלִכוּ אֹתוֹ Et *deduxerunt* eum, 1. Reg. 1, 38. Imper. וְהוֹלֵךְ Et *defer,* Num. 16, 46. הֵילִכִי

 Abduc,

Abduc, porta, Exod. 2, 9. Primâ radicali י retentâ, eaque in (ֹ) quieſcente. Part. מוֹלִיךְ *Ducens*, Job. 12, 17.

1) Generatim *itionem* notat. 2) Speciatim 1) *propriè* deſignat *motum & lationem è loco in locum*, etſi pro diverſitate Conjugationum diverſimodè. Scilicet א) in *Kal* notat 1) *Ire, Incedere, Vadere*, Gen. 3, 15. Devt. 6, 7. c. 11, 19. 1. Sam. 17, 39. Prov. 30, 29. Jeſ. 3, 16. 2) *Abire*, Gen. 11, 31. c. 12, 5. 19. c. 24, 51. c. 27, 9. c. 28, 2. Exod. 4, 21. 27. 1. Sam. 10, 2. c. 15, 17. 2. Sam. 15, 14. c. 17, 21. 2. Chron. 24, 25. Jer. 41, 17. &c. 3) *Accedere*, Gen. 41, 55. Exod. 15, 14. Joſ. 5, 13. 1. Sam. 17, 48. 2. Reg. 3, 13. 4) *Pervadere*, Devt. 1, 19. c. 2, 7. 5) *Sequi*, ſi conſtruitur cum אַחַר vel אַחֲרֵי *Poſt*, Gen. 24, 61. Ruth. 3, 10. 1. Sam. 30, 21. ב) In Hiphil fit tranſitivum, ſignificans 1) *Ire facere, Ducere*, Ezech. 43, 1. conf. Devt. 8, 15. c. 29, 5. Joſ. 24, 3. Pſalm. 106, 9. Pſalm. 136, 16. Am. 2, 10. 2) *Abducere*, Devt. 28, 36. 2. Reg. 6, 19. c. 24, 15. c. 25, 20. 2. Chron. 33, 11. c. 36, 6. vel *deducere*, 1. Reg. 1, 38. 2. Chron. 35, 24. 3) *Auferre*, Eccl. 5, 14. β) *Metaphoricè* 1) deſignat *rationem vivendi*, eamque *a*) *bonam*, tum, quando homo dicitur vel jubetur *ambulare in Dei lege*, *ſtatutis* vel *viis*, obſervando ipſius præcepta, eisque conformiter vivendo, Exod. 16, 4. Devt. 8, 6. c. 10, 12. c. 11, 22. c. 19, 9. c. 26, 17. c. 30, 16. Joſ. 22, 5. 1. Reg. 2, 3. c. 3, 14. c. 6, 14. c. 8, 58. 2. Reg. 10, 31. 2. Chron. 6, 16. 31. Neh. 10, 30. Pſ. 78, 10. Jer. 26, 14. Dan. 9, 10. Mich. 4, 2. Zach. 3, 7. Conf. Mich. 6, 8. ubi *ire cum Deo*, eſt *pie & ſanctè vivere*; & 1. Reg. 8. 25. c. 9, 4. 2. Chron. 7, 17. ubi *ambulare coram Deo* eſt *Deum præſentem ſemper intueri, in vero ejus timore perpetuò vivere, peccata fugere, & quæcunque ipſi grata ſunt, præſtare*; tum quando aliorum bonos mores & actiones imitatur, 1. Reg. 22, 43. 2. Reg. 22, 2. 2. Chron. 20, 32. *b*) *Malam*, quando homo legem Dei inſuper habet, & peccata, pravæ concupiſcentiæ illecebris & ſtimulis indulgendo, datâ operâ & reclamante conſcientiâ patrat, Prov. 2, 13. Jer. 9, 13. c. 11, 8. vel aliorum pravos mores & peccata malitioſè imitatur, 1. Reg. 16, 19. 26. 31. c. 22, 53. 2. Reg. 16, 3. c. 17, 8. 15. 22. 2. Chron. 21, 13. 2) Denotat *cultum Dei*, ſive *veri*, qui unicè religioſè coli debet, 1. Reg. 18, 21. 2. Reg. 23, 3. 2. Chron. 34, 31. ſive *falſi*, qui deteſtandus, Devt. 13, 2. Jud. 2, 12. 19. 1. Reg. 11, 5. 10. c. 17, 15. c. 18, 18. 21. Jer. 2, 5. c. 9, 13. c. 13, 10. c. 16, 11. Utrinque verò in hâc ſignificatione conſtruitur cum אַחַר & אַחֲרֵי *Poſt*. 3) Cum Verbô alio vel Nomine, interveniente copulâ conſtructum, ſaltem innuit continuationem actionis vel qualitatis, quam vox appoſita ſignificat. וַיֵּלֶךְ וַיֵּשֶׁב אֶת־הָעָם Et *iverat & habitaverat*, i. e. continuò habitarat ſeu manſerat cum populô, Jud. 1, 16. וַיֵּלֶךְ וַיַּךְ אֶת־יִשְׂרָאֵל Et *ivit*, & percuſſit, i. e. *continuò percuſſit* Iſraelem, Jud. 3, 13. וַתֵּלֶךְ יַד־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל הָלוֹךְ וְקָשָׁה עַל־יָבִין מֶלֶךְ כְּנַעַן Et *progrediebatur* manus filiorum Iſrael eundo & dura, i. e. *continuò magis magisque* evadens durior, adverſus Jabin, Cananæorum Regem, Jud. 4, 24. conf. Gen. 26, 13. 1. Chron. 11, 9. Jer. 5, 23.

Tan-

Digitized by Google

Tandem obſervandum, quod Imperativus ſæpe deſignet voculas *hortandi*, nempe *age*, *agedum*, *agite*, Gen. 19, 32. c. 31, 44. c. 37, 20. 27. 2. Reg. 7, 4. 9. Pſalm. 95, 1. Jeſ. 1, 18. c. 2, 3. Jer. 18, 18. c. 48, 2. Hoſ. 6, 1. Jon. 1, 7. Mich. 4, 2.

יָלַל *Ejulavit*; Sed in Kal non legitur. Hiphil הֵילִיל *Ejulavit*, primâ radicali י retentâ, & in (..) quieſcente. וְהֵילִל *Et ejulabit*, Jer. 47, 2. Literâ י ante ultimam radicalem per Syncopen conciſâ. Fut. אֲיֵלִיל *Ejulabo*, Jer. 48, 31. prima radicali per (..) motâ, & Præformativo א ſchevatô. Sed Mich. 1, 8. eſt וְאֵילִילָה *Et ejulabo*, primâ radicali in (..) quieſcente, & in fine ה Paragogicô appoſitô. Fut. יְיֵלִיל *Ejulabit*, Jeſ. 15, 7. 8. c. 16, 7. יְיֵלִילוּ *Ejulabunt*, Hoſ. 7, 14. Sed Jeſ. 52, 5. eſt יְהֵילִילוּ more Chaldæorum Characteri Infinitivi ה etiam Charactere Futuri ſuperinducto, adeoque utroque Charactere exhibitô, perinde ut in יְהוֹשִׁיעַ *Servabit*, Pſalm. 116, 6.

1) Generatim notat *ejulare*. 2) Speciatim *α*) *propriè* eſt *hominum*, qui non ſine inſigni cordis mœrore & triſtitia flebilem vocem emittunt. Ita dicitur 1) de *ſeriò pœnitentibus*, Joel. 1, 13. 2) de *aliis*, qui ejulant ſuper aliquô malô, quod contigit, e. g. ſuper vaſtatione & excidiô, Jeſ. 16, 7. c. 52, 1. 5. c. 65, 14. Jer. 25, 34. c. 48, 20. c. 49, 3. item ſuper privatione muſti vel vini, Joel. 1, 5. Hoſ. 7, 14. tritici & hordei, Joel. 1, 11. *β*) *Metaphoricè* eſt arborum, aliarumque rerum inanimatarum, ad deſignandam mali, & doloris inde orti gravitatem, Zach. 11, 2. conf. Jeſ. 14, 31. vel c. 15, 4. c. 23, 1. 14. ubi *Metonymia continentis* ſubeſt.

יְלֵל m. *Ejulatus*. Legitur ſaltem Devt. 32, 10.

יְלָלָה f. *Ejulatus*. Quinquies legitur. וִילָלָה Et *ejulatus*, Zeph. 1, 10. In Statu conſtr. קוֹל יִלְלַת הָרֹעִים Vox *ejulatus* paſtorum, Zach. 11, 3. Sed Jer. 25, 36. eſt וִילְלַת Et *ejulatus*, pro וִילְלַת. Per Syriasmum (:) remotô, & (.) in ejus locum translato, in quô י quieſcit. Cum Suffixo יִלְלָתָהּ *Ejulatus* ejus, Jeſ. 15, 8. ubi bis legitur.

אַלְלַי *Va*. Vox *ejulantis*. א eſt locô י per alternationem. Tantùm extat Mich. 7, 1. אַלְלַי לִי *Va* mihi.

תּוֹלָלִים m. pl. *Lamenta*, *Ejulatus*, juxta R. D. Kimchium & Coccejum. Semel legitur Pſalm. 137, 3. תּוֹלָלֵינוּ *Lamenta* noſtra, i. e. auctores lamentorum noſtrorum. Vide tamen infra תלל.

הֵילֵל m. *Lucifer*, *Stella matutina*, vid. in הלל p. 288.

יָלַף *Adhæſit*, *Collegit*, apud Arabes. Inde

יַלֶּפֶת f. *Scabies*, ſic dicta, quia tenaciter *adhæret*, & ſaniem *colligit*. Lev. 21, 20. c. 22, 22.

יֶלֶק m. *Bruchus*, *Locuſtæ* ſpecies, à *lingendo* nomen ducens, vide in R. לָקַק *Linxit*, *Lambit*.

יָמַם *In mare projectus eſt*, apud Arabes.

יָם m. *Mare; Lacus; Occaſus.* Si cum סוּף conjungitur, (ָ) permutatur cum (ַ) Num. 13, 18. גְּבוּל יָם Terminus *maris*, Num. 34, 6. In Statu conſtr. יָם הַמֶּלַח *Mare* ſalis, lacus Asphaltites, Gen. 14, 3. Cum ה locali יָמָּה Verſus *mare*, Gen. 28, 14. Cum Suff. יַמָּהּ *Mare* ejus, Jer. 51, 36. Plur. יַמִּים *Maria*, Gen. 1, 6.

1) Generatim notat *mare*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat מִקְוֵה הַמַּיִם *Collectionem aquarum*, quò aquæ confluunt, Gen. 1, 6. 22. 26. 28. Ita dicitur de mari mediterraneo, Joſ. 23, 4. item de mari *alga* ſeu *rubro*, quod à rubicundo fundi colore nomen traxiſſe dicitur, Exod. 15, 4. Num. 13, 18. c. 14, 25. c. 21, 5. c. 33, 10. Devt. 1, 40. c. 2, 1. c. 11, 4. Joſ. 2, 10. c. 24, 6. Pſalm. 106, 7. 9. Pſalm. 136, 15. Jeſ. 49, 21. de mari ſalis, Gen. 14, 3. Devt. 3, 12. Joſ. 3, 16. quod ſic dictum putatur à *ſcaturiginibus ſalis*, quæ in eo erant, idque ſalſum reddebant. Idem eſt cum *mari planiciei*, quod ideò ſic appellatum fuit, quia exeuntibus ex deſerto magno & montibus ibi planicies ſe aperiebat. Vid. Sebaſt. Schmid. in Joſ. 6, 16. *β*) *Tropicè* 1) per *Synecdochen* notat *ſtagnum* vel *lacum*, Num. 34, 11. 2) *Metonymice* notat 1) *Maris accolas*, Jeſ. 60, 5. Ezech. 26, 17. Hag. 2, 7. coll. v. 8. 2) *Maris bona* & *merces*, Devt. 33, 19. 3) *Occidentem, occaſum*, quia mare mediterraneum ſitum fuit ad *plagam occidentalem* terræ Iſraeliticæ, Gen. 28, 14. Exod. 26, 22. Devt. 33, 23. Jeſ. 49, 12. Ez. 48, 17. item *plagam auſtralem* ſeu *meridiem*, quia mare rubrum ſitum erat ad plagam auſtralem terræ Iſraeliticæ, Pſalm. 107, 3. 4) *Metaphoricè* a) ob aquarum copiam, fluctuumque & ventorum impetum deſignat *hoſtium multitudinem & impetum*, Jer. 6, 23. c. 50, 42. conf. Pſalm. 65, 8. b) Vas illud aheneum capaciſſimum, quod Salomo lotioni ſacerdotum deſtinaverat, 1. Reg. 7, 26.

יֵמִם m. pl. *Muli*, Gen. 36, 24. פְּרָדִים Interprete Kimchio & R. Salomone. Horum inventor dicitur *Ana* l. c. qui aſinum equæ admiſit, quæ poſtea mulum peperit. Vid. R. Sal. Jonathan in Paraphraſi & Bereſchith rabba Sect. 82. Sed Bocharto in Hierozoico P. I. lib. 2. c. 21. p. 239. eſt merum commentum, 1) quia in oriente gens nulla fuit, quæ mulos ſic vocaverit. 2) Quia מָצָא apud Ebræos non ſignificat *excogitare* id, quod non eſt, ſed *reperire* rem jam exiſtentem. 3) Quia Ana non niſi *aſinos* paviſſe dicitur, ex quibus ſolis muli non procreentur, ſed ex aſinô & equa, vel ex onagri cum equâ aut aſina coitu &c. Contra ea adſtipulatur Samaritano & Onkeloſo, quorum ille *Emæos*, hic autem *Gigantes* interpretatur, quæ ei fere eodem recidere videntur, quia *Emæi* excelſi erant, ut Anacæi, & *Gigantes* reputabantur ut Anacæi. Sed licet ſatis ſpecioſe hæc dicantur, Wagenſeilius tamen ad Sotæ c. 1. §. 29. n. 8. p. 217. dubitat Bocharto aſſurgere, quia 1) neſcit, quid ſibi ſcriptura velit, ſi dicat: Hic eſt Ana, qui invenit Emæos in deſerto, cum paſceret aſinos

Digitized by

aſinos Zibonis Patris ſui. 2) Quia ſi vel maximè מֹצְאִ֑י notet in *eos irruere*, oratio tamen ſit manca & imperfecta &c. Juxta Aben-Eſram ſunt, qui vocem הַיֵּמִם de *herbarum aliquâ nunc parum cognitâ ſpecie* interpretantur. Quam ſententiam Wagenſeilius minimis obnoxiam difficultatibus arbitratur. Conjecturæ ejus robur accedere videtur, quia non ſolum Ana in eremo & ſylva in ejusmodi herbas incidere potuit, ſed etiam, quia vel ex odore, vel guſtu vim magnam ei ineſſe ſenſit, aut ejus aſpectu delectabatur, ut eam radicitus avulſam domum aſportaret &c.

יָמִין c. *Dexter, a, m; Dexterum latus, Dexteram manus; Meridies* vel *Auſter.* דֶּרֶךְ הַמֶּלֶךְ נֵלֵךְ לֹא נִטֶּה יָמִין וּשְׂמֹאול *Via* Regis, (i. e. regia ſeu publica, quæ ampliſſima & frequentiſſima eſt, qua ſcilicet Regibus cum totis copiis iter eſt) ibimus, non declinabimus ad dexteram vel ſiniſtram, Num. 20, 17. שׁוֹק הַיָּמִין Armus *dexter*, Exod. 29, 22. עֵין יָמִין Oculus *dexteri*, ſcil. lateris, i. e. *dexter*, 1. Sam. 11, 2. לַיָּמִין Ad *dexteram*, Neh. 12, 31. מִיָּמִין A *dexterâ*, 1. Reg. 7, 39. In Statu conſtr. יַד יְמִין יוֹאָב Manus *dextera* Joabi, 2. Sam. 20, 9. בִּימִין צִדְקִי *Dextera* juſtitiæ meæ, Jeſ. 41, 10. אָחַזְתָּ בְּיַד יְמִינִי Apprehendiſti manum *dexteræ* meæ, Pſalm. 73, 23. מִימִינָם A *dexterâ* eorum, Exod. 14, 22.

1) Generatim notat, *quicquid dexterum eſt*, vel *dexteri ullam rationem* obtinet. 2) Speciatim *α) propriè* 1) deſignat *manum dexteram*, Gen. 48, 14. 17. 18. Jud. 3, 15. 16. c. 5, 26. c. 7, 20. c. 20, 16. 2) Tribuitur *oculo dextero*, 1. Sam. 11, 2. Zach. 11, 17. 3) Cruri dextero, Exod. 29, 22. Lev. 7, 32. c. 8, 25. Num. 18, 18. 4) *Lateri dextero*, 1 Chron. 6, 24. Ezech. 10, 3. *β) Tropicè* א) per *Metaphoram* a) *Deo* tributum, 1) eſt Symbolum *immenſæ ac infinitæ ipſius potentiæ*, quia in dextera manu ſita eſt virtus, potentia ac firmitudo; & quidem tàm *in genere*, Pſalm. 118, 15, 16. Pſalm. 139, 10. Jeſ. 48, 13. quàm in *ſpecie*, quando erga pios & fideles miſericordiæ, beneficentiæ & auxilii documenta edit, Pſalm. 18, 36. Pſalm. 20, 7. Pſalm. 44, 4. Pſalm. 63, 9. Pſalm. 80, 16. 18. erga inimicos autem & impios, iram & vindictam exercet, Exod. 15, 6. 12. Hab. 2, 16. Thren. 2, 4. 2) Eſt index *firmitatis juramenti divini*, quia dextera fidei ac veritati eſt conſecrata, indeque veteres per dexteram tanquam fidei ſedem jurabant, Jeſ. 62, 8. 3) Innuit *æqualitatem dignitatis, gloriæ, majeſtatis ac potentiæ divinæ*, Pſalm. 110, 1. b) *Aliàs* eſt ſymbolum 1) *amoris & curæ.* Sic *Benjamin* notat *filium dilectum ex chariſſima matre ſusceptum*, paternâ ſemper curâ proſequendum. 2) *Agendi.* Inde ad *dexteram* aut *ſiniſtram ſe vertere*, idem eſt ac noſſe, quid agendum, quidve omittendum ſit, Gen. 24, 49. Aliàs *neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinare*, notat *præceptis divinis obſequium præſtare, eamque cultus divini & ſanctæ vitæ rationem inire, quam Deus in verbo ſuo præſcripſit atque præcepit*, Devt. 17, 11. 20. c. 28, 14. Joſ. 1, 7. c. 23, 6. Prov. 4, 27. conf.

Digitized by Google

conf. Jeſ. 30, 21. ב) Per *Metonymiam* notat *meridiem*, ſeu *plagam auſtralem*, quia ſolem orientem intuenti eſt verſus dexteram, prout quoque aliàs anterior mundi pars vocatur *oriens*, poſterior autem *occaſus*, Pſalm. 89, 13.

יְמָנִי m. *Dexter.* וַיָּקֶם אֶת־הָעַמּוּד הַיְמָנִי Erexit, inquam, columnam *dexteram*, 1. Reg. 7, 21. Fœm. יְמָנִית *Dextera.* אֹזֶן הַיְמָנִית Auris *dextera*, Exod. 29, 20. Eadem vox legitur Lev. 8, 23. c. 8, 24. c. 14, 17. 21. 25. 1. Reg. 6, 8. 39.

הֵימִין *Dexteram petiit, ad dexteram flexit vel abiit.* Part. pl. מֵימִינִים וּמַשְׂמִאלִים *Dexteram* & ſiniſtram petentes, 1. Chron. 12, 2. Infin. לְהֵימִין *Abire ad dexteram*, 2. Sam. 14, 19. Fut. וְאֵימִנָה *Et dexteram petam*, Gen. 13, 9. תַּאֲמִינוּ Jeſ. 30, 21. א per alternationem pro י poſitô. Imper. הֵימִינִי *Dexteram pete*, Ezech. 21, 21. Sæpius non occurrit.

תֵּימָן m. *Auſter, Meridies.* אֶל־אֶרֶץ הַתֵּימָן In terram *auſtri*, i. e. auſtralem, Zach. 6, 6. לְתֵימָן Verſus *auſtrum*, Job. 39, 26. Cum ה locali תֵּימָנָה Verſus *meridiem*, Exod. 26, 18.

1) Generatim & vi originis *dexteri* notionem involvit. Inde 2) ſpeciatim α) notat *auſtrum*, eò quod orientem reſpiciens, unde lux expectanda, auſtralem cœli plagam ad *dexteram* habeat, Exod. 26, 28. 35. Num. 2, 10. Devt. 3, 27. Joſ. 13, 4. β) *Auſtralem ventum*, Pſal. 78, 26. Conf. Cant. 4, 15. ubi, quia eſt moderatè calidus, aerem temperans & purificans, & hinc ſaluberrimus, *Metaphoricè* eſt ſymbolum *officii Spiritus S. conſolatorii*, in eô conſiſtentis, quod contritos corde, Evangelii ſolatio efficaciſſimè erigit, & credentes indubiâ perſvaſione de gratia Dei & merito Chriſti obſignat. γ) Eſt nomen propr. tum *primogeniti filii Eliphazi*, Gen. 36, 11. tùm *loci*, in terra Edomi, ubi fuerunt *viri ſapientiſſimi*, Jer. 49, 7. conf. Am. 1, 12.

תֵּימָנִי m. *Themanita.* Eſt nomen patronymicum vel gentilitium, Job. 2, 11. conf. 1. Chron. 1, 45.

ימר Unde deducunt illud Jeſ. 61, 6. תִּתְיַמָּרוּ *Gloriabimini:* Sed reducitur ad R. אָמַר, per alternationem poſito י pro א. Vid. pag. 82.

יָנָה *Vi* vel *fraude oppreſſit, fraudem fecit, Defraudavit, Damnum dedit* vel *fecit; Vim intulit.* Part. F. יוֹנָה *Opprimens*, Zeph. 3, 1. Fut. cum Suff. נִינָם *Opprimemus* eos, Pſalm. 74, 8. pro נִינֶה אֹתָם, & hoc pro נִיְנֶה, (:) ſub prima radicali י, quia in præcedente (.) quieſcere poteſt, remotô. Simile deprehenditur Num. 21, 30. וַנִּירָם Et *projecimus* eos, ex יָרָה. Hiphil הוֹנָה *Afflixit, Defraudavit, Oppreſſit.* עָנִי וְאֶבְיוֹן הוֹנָה Miſerum & pauperem *fraude & vi oppreſſit*, Ezech. 18, 12. Infin. cum Suff. לְהוֹנֹתָם *Opprimendo* eos, Ezech. 46, 18.

Fut.

Digitized by Google

Fut. וְגֵר לֹא תוֹנֶה Et peregrinum non *opprimes*, Exod. 22, 21. Part. אֶת־מוֹנַיִךְ *Oppreſſores* tuos, Jeſ. 49, 26.

1) Generatim notat *affligere*, vel *injurium eſſe in aliquem*, ſive *fraude*, ſive *vi*. 2) Speciatim α) eſt *defraudare*, ſive verbis, ſive reipſa, Jer. 22, 3. Ezech. 22, 7. 29. Conf. Lev. 25, 14. 17. ubi Iſraelitæ vetantur fratrem vel proximum in venditione & emtione defraudare. β) Notat *vim inferre, opprimere*. Ita dicitur de *hoſtibus* populi Dei, Pſalm. 74, 8. Jeſ. 49, 26. de incolis Hieroſolymæ opprimentibus alios, Zeph. 3, 1. de opprimentibus peregrinum, Lev. 19, 33.

יוֹנָה f. *Defraudatio*; & *Metonymicè*, poſitô abſtractô pro concretô *defraudatus*. Ita hanc vocem capit Seb. Schmidius Jer. 25. 38. c. 46, 16. c. 50, 16. & in primô locô per *defraudatum* intelligit *ipſum Deum*, quem ſic dici putat, quia Judæi omnem ejus admonitionem, ſpem & expectationem fefellerunt, & ſubinde pejores facti ſunt. In ſecundo & tertio autem locô per *defraudatum* intelligit *virum fraudibus & injuriis illatis exacerbatum*.

יוֹנָה f. *Columba*, ſic dicta, quia *oppreſſioni* & *prædæ* expoſita eſt. Sed Bochartus P. II. lib. 1. c. 1. cenſet eſſe à *Javan* ſeu *Ionia*, i. e. Græcia, ubi columbæ jam olim frequentes erant. Aſt Dn. D. Danzio eſt pro יְאוֹנָה ex יָאָה *Pulcher* eſt, quaſi *pulchram* dixeris. Vid. Paradigm. p. 61. Form. LXXVII. בְּנֵי יוֹנָה Filii, i. e. pulli *columbæ*, Lev. 5, 7. In Statu conſtr. יוֹנַת אֵלֶם *Columba* obmuteſcentiæ, Pſalm. 56, 1. Cum Suff. יוֹנָתִי *Columba* mea, Cant. 2, 14. Plur. יוֹנִים *Columbæ*, Nah. 2, 7. In Statu conſtr. כְּיוֹנֵי הַגֵּאָיוֹת Sicut *columbæ* vallium, Ez. 7, 16.

1) Generatim & vi originis notat *pulchram*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *columbam*, quæ pulchritudine ſe commendat, Gen. 8, 8. 9. 10. 11. 12. Lev. 1, 14. c. 14, 30. Pſal. 68, 14. β) *Metaphoricè* eſt ſymbolum 1) *amabilitatis & integritatis*, Cant. 2, 14. c. 5, 2. ubi ſponſa Chriſti columba dicitur; ejusque oculi ſicut columbarum dicuntur, Cant. 1, 15. c. 4, 1. non vagi, ſed unicè directi ad ſponſum & Deum ſuum. 2) *Simplicitatis & fatuitatis*, Hoſ. 7, 11. ubi Ephraim *columbæ ſimplici* aſſimilatur 3) *Simplicis ingenuitatis pacificæque innocentiæ*, Pſalm. 56, 1.

יוֹנָה m. *Jonas*, nomen Prophetæ, quem à Parentibus ſic dictum putant quidam, quod ſimplicitate & innocentiâ vitæ *columbam* imitari eum deceret. Patria ejus fuit *Gath-Zepher*; Patrem ſortitus eſt Amitthajum; Vaticinatus eſt tempore Jerobeami, & coævus extitit Amoſo & Hoſeæ, 2. Reg. 14, 25. Juſſu divino Ninevitis pœnitentiam prædicavit.

יָנַח *Statuit* &c. In Kal non legitur. Hiphil הֵנִיחַ *Statuit, Collocavit, Depoſuit, Repoſuit, Manere fecit, Reliquit, Sivit, Permiſit, Omiſit*. Imitatur verba imperfecta פּנ; unde י ſchevandum extruditur, & compenſa-

penſatur per Dageſch forte, literæ abjectam ſequenti imprimendum. אֲשֶׁר הִנִּיחַ יְהוָה Quas *reliquit* Dominus, Jud. 3, 1. וְהִנַּחְתּוֹ Et *relinques* eum, Devt. 26, 10. Fut. שֶׁאַנִּיחֶנּוּ Quia *relicturus ſum* eum, Eccl. 2, 18. וַיַּנִּיחֵהוּ Et *collocavit* eum, Exod. 16, 34. Part. מַנִּיחַ *Permittens*, Eccl. 5, 11. Ex Hiphil & Hophal forma mixta eſt וְהֻנִּיחָה *Collocata* prius ab aliô etiam invita, deinde *locavit* quaſi ſeipſam, Zach. 5, 11. Nam (ֻ) ſub ה eſt index τῦ Hophal, (ִ) autem ſub נ indicat Hiphil.

1) Generatim ferè notat *poſitionem rei*, ſive in *loco*, ſive in *alterius arbitrio*, & *extra eumm* &c. 2) Speciatim α) notat *Locare*, *Statuere*, Devt. 26, 4. Jud. 6, 20. 2. Chron. 1, 14. c. 48. & in compoſitione *deponere* Gen. 39, 16. Devt. 14, 28. Jud. 6, 28. *reponere*, Exod. 16, 33, 34. 1. Sam. 10, 25. 1. Reg. 8; 9. c. 13, 30. 31. vel *dejicere*, Jeſ. 28. 2. β) *Relinquere*, ſed variô ſenſu. Nam 1) valet *poſt ſe linquere*, zurück laſſen/ hinterlaſſen/ Gen. 42, 33. 2. Sam. 16, 21. 1. Reg. 19, 3. 2) *Reliquum* vel *reſiduum* facere vel *ſinere*, übrig laſſen/ Lev. 7, 15. Jud. 2, 23. c. 3, 1. 3) *Manere facere*, bleiben laſſen/ Num. 32, 15. Jeſ. 14, 1. Jer. 27, 11. 4) *Deſerere*, e. g. locum, Eccl. 10, 4. vel *hominem* in labore & anxietate verſantem, Jer. 14, 9. γ) *Permittere*, zulaſſen/ Ex. 32, 10. Jud. 16, 26. 2. Sam. 16, 11. Eccl. 5, 11. vel überlaſſen/ Pſal. 119, 121. δ) *Remittere*, vel *removere*, e. g. manum, Eccl. 7, 18. c. 11, 6. vel peccata, Eccl. 10, 4.

מֻנָּח m. *Relictum*, *Locus liber & vacuus*, *ſpacium vacuum*, *Area*. Ter ſaltem legitur. וַאֲשֶׁר מֻנָּח Et quod *relictum erat* ſine ſtructurâ vacuum, i. e. ſpacium vacuum & liberum. Ez. 41, 9. לַמֻּנָּם In *derelictum* ſeu ſpacium vacuum, Ezech. 41, 11. מְקוֹם הַמֻּנָּח Locus *ſpacii vacui*, ibid.

נַחַת f. *Depoſitio*, *Depoſitum*. וְנַחַת שֻׁלְחָנְךָ Et *depoſitio* menſæ *tuæ*, i. e. quicquid cibi ſuper menſam tuam ponetur. Job. 36, 16.

יָנַק *Suxit*. וְיָנַקְתְּ חֲלֵב גּוֹיִם Et *ſuges* lac gentium. Jeſ. 60, 16. Part. יוֹנֵק *Sugens*. Devt. 32, 25. Fut. אִינָק *Sugam*. Job. 3, 12. Hiphil הֵינִיק *Sugere fecit*, *Lactavit*. הֵינִיקָה בָנִים *Lactavit* filios. Gen. 21, 7. הֵינִיקוּ גּוּרֵיהֶן *Lactarunt* fœtus ſuos. Thren. 4, 3. Part. מֵינֶקֶת *Lactans*, *nutrix*. Gen. 38, 8. Cum Suff. וְאֶת־מֵינִקְתּוֹ Et *nutricem* ejus, 2. Reg. 11, 2. Aſt 2. Chron. 22, 11. eſt מֵינִקְתּוֹ. Inf. לְהֵינִיק Ad *lactandum*. 1. Reg. 3, 22.

1) Generatim *ſugendi* notionem obtinet. 2) Speciatim α) propriè in Kal eſt *infantum*, ex uberibus matrum lac haurientium, notans *ſugere*, *lactere*, Job. 3, 12. Pſal. 8, 3. Jer. 44, 7. Thren. 2, 11. c. 4, 4. Joel. 2, 16. In Hiphil autem eſt *matrum*, quæ fœtui ubera præbent, notans *lactare*, ita tribuitur tum *homini*, Gen. 21, 7. c. 35, 8. Exod. 2, 7. 9. 1. Sam. 1, 23. 1. Reg. 3, 22. 2. Reg. 11, 2. 2. Chron. 22, 11. tùm *brutis*. Gen. 32, 16. Thren. 4, 3. β) *Metaphoricè* 1) tribuitur *Eccleſiæ primitivæ Chriſti*, quæ inter gentes ei per verbum & Sacramenta colligebatur, earumque

libe-

liberalitate alebatur & conſervatur. Jeſ. 49, 23. c. 60, 16. 2) Adhibetur ad deſignandum *ſolatium*, quod fideles ex Evangelio hauriunt. Jeſ. 66, 11. 12. 3) Tribuitur *tribubus Sebulon & Iſaſchar*, quæ affluentiâ bonorum marinorum potiri & frui debebant. Devt. 33, 19.

יוֹנֵק m. *Surculus*, ex trunco arboris reſectæ vel exciſæ. Semel legitur Jeſ. 53, 2. deſignans *tenuem conditionem* ortûs Meſſiæ.

יוֹנֶקֶת f. *Surculus*, ſic dictus, quod arboris ſuccum *ſugit*, & inde incrementa capit. Cum Suff. יוֹנַקְתּוֹ *Ramus* ejus. Job. 8, 16. Plur. יוֹנְקוֹת *Surculi*. Cum Suff. יוֹנְקוֹתָיו *Rami* ejus. Ez. 17, 22.

1) Generatim & vi originis notat *ſurculum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſurculum* ſive arboris, ſive vitis, quæ arboris vel vitis, unde emittitur, ſuccum ſugit, & incrementa capit. 2) *Metaphoricè*, notat 1) *Sobolem* vel *poſteros*, Job. 8, 16. Pſal. 80, 12. Ezech. 17, 22. Hoſ. 14, 7. 2) *Surculus, qui ex trunco arboris reſectæ vel exciſæ ſurgit*, eſt ſymbolum *revaleſcentiæ*, novarum virium & conatuum ſurgendi è miſeria & calamitatibus. Job. 14, 7. c. 15, 30.

יְנִיקוֹת f. pl. *Surculi, Rami teneri*, ſic dicti, quod arboris ſuccum ſugunt, & inde incrementa capiunt. Tantum extat Ezech. 17, 4. ubi *Metaphoricè* notat *filios*.

יָסַד *Firmavit*, *Fundavit*. Cum Suff. יְסָדָהּ *Fundavit* eam. יְסַדְתּוֹ *Fundaſti* eum. Inf. בְּיָסְדִי In *fundare* me, i. e. cum fundarem. Job. 38, 4. Niphal נוֹסַד *Fundatus eſt*, item *Deliberavit*, *Conſultavit*. נוֹסְדוּ יָחַד *Conſultarunt* unà. Pſ. 2, 2. Fut. וְהֵיכָל תִּוָּסֵד Et templum *fundabitur*, Jeſ. 44, 28. Piel יִסַּד *Firmavit*, *Fundavit*. יִסְּדוּ הַבַּיִת *Fundarunt* domum, Zach. 4, 9. Infin. לְיַסֵּד Ad *fundandum*, 1. Reg. 5, 17. Pual יֻסַּד *Fundatum fuit*, 1. Reg. 6, 37. Part. וּמְיֻסָּד Et *fundatum*, 1. Reg. 7, 10. Hophal הוּסַד *Fundatus eſt*. Infin. עַל־הוּסַד בֵּית יְהוָה Propter *fundari*, i. e. propterea quod *fundaretur* domus Domini, Eſr. 3, 11. Ita, referente Buxtorffio, quidam huc referunt illud 2. Chron. 3, 3. *Hæc verò ſunt fundari Salomonis*, i. e. fundationes Salomonis. Sed quia in hoc verſu commemorantur menſuræ domûs Domini, quam fundaverat Salomo, non ineptè, ſuppleta hac voce, in Præterito ita reddi poterit: Hæ autem ſunt menſuræ, quibus fundamentum jactum fuit à Salomone, cum ædificaret domum Dei. Part. מוּסָד מוּסָּד Fundationis *fundatæ*, Jeſ. 28, 16. R. Salomoni utraque vox eſt nomen, & *fundatio fundationis* idem eſt ac fundatio fundatiſſima.

1) Generatim notat *firmare ſtructuram*. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *fundare*, *ponere* vel *jacere fundamentum*, cui ſtructura firmiter innititur, 1. Reg. 5, 17. c. 6, 37. Eſr. 3, 14. Jeſ. 44, 28. Zach. 4, 9. β) *Metaphoricè* 1) quia ex ſtabilitate & firmitate fundamenti totum ædificium robur & ſtabilitatem accipit, inde dicitur de *creatione* terræ, ſolidi & immoti

Kk illius

illius corporis, ejusque partium, Exod. 9, 18. Job. 38, 4. Pſalm. 24, 2. Pſalm. 89, 12. Pſalm. 102, 26. Prov. 3, 19. Jeſ. 48, 13. c. 51, 13. Zach. 12, 1. 2) *Deliberare, Conſultare, Conſilium agere.* Prout enim fundamentum eſt principium & præcipua pars ædificii, quod ſtruitur, ita quoque conſilium eſt fundamentum rerum gerendarum, ſine quo nec ex voto ſuſcipi, nec feliciter perfici queunt, Pſalm. 2, 2. Pſalm. 31, 14. 3) *Statuere, Decernere*, ut aliquid firmum fixumque maneat, 1. Chron. 9, 22. Eſth. 1, 8. Pſalm. 8, 3.

יִסַּד m. *Fundator.* הִנְנִי יִסַּד Ecce ego *fundator* ſum, Jeſ. 28, 16. Sed potius eſt 3. Præteriti, deficiente Relativo אֲשֶׁר *Qui*, quô ſuppletû ita verti poteſt. Ecce ego ſum is, qui *fundavit.*

יְסֹד m. *Fundamentum.* יְסוֹד מִזְבֵּחַ *Fundamentum* altaris, Exod. 29, 12. Cum Suff. יְסוֹדוֹ *Fundamentum* ejus, Ezech. 13, 14. Plur. יְסֹדִים & יְסוֹדוֹת. Unde cum Suff. וִיסֹדֶיהָ Et *fundamenta* ejus, Mich. 1, 6. יְסֹדֹתֶיהָ *Fundamenta* ejus, Thren. 4, 11.

1) Generatim notat *fundamentum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *imam ſtructuræ partem*, cui ſuperiora reliqua innituntur, e. g. templi, 2. Chron. 24, 27. parietis, Ezech. 13, 14. altaris, Exod. 29, 12. Lev. 4, 7. 18. 25. 30. 34. β) *Metaphoricè* dicitur 1) de *ſolo*, quod calcatur, Hab. 3, 13. 2) De *pedibus*, quibus hominis corpus innititur & ſuſtentatur, Job. 4, 19. 3) De *juſtô*, qui fide & ſpe ſua Deo nixus, non conculcatur, dimovetur aut vacillat, Prov. 10, 25. 4) De *omni eo*, quô *impii* nituntur, & in quo fiduciam ac ſpem collocare ſolent, Job. 22, 17.

יְסֻד m. *Fundamentum.* Legitur ſaltem Eſr. 7, 9.

יְסוּדָה f. *Fundamentum.* Semel legitur cum Suff. יְסוּדָתוֹ *Fundamentum* ejus, Pſalm. 87, 1.

מַסַּד m. *Fundamentum.* Legitur ſaltem 1. Reg. 7, 9.

מוּסָד m. *Fundatio, Fundamentum*, Jeſ. 28, 16. vide in Verbo.

מוּסָדָה f. *Fundatio, Fundamentum.* מַטֵּה מוּסָדָה Virga *fundamenti*, Jeſ. 30, 32. Plur. מוּסָדוֹת *Fundamenta.* In Statu conſtr. מוּסְדוֹת הַצְּלָעוֹת Fundamenta ſubſtructionum, Ezech. 41, 8. juxta קְרִי; Sed juxta כְּתִיב eſt מְיֻסְּדוֹת. Aſt quid obſtat, quò minus retentis literis, dicas eſſe Part. Pual pl. fœm. מְיֻסָּדוֹת *Fundata.* Sæpius non legitur.

מוֹסָדִים m. pl. *Fundamenta.* Legitur ſaltem in Statu Conſtr. מוֹסְדֵי הָרִים *Fundamenta* montium, Devt. 32, 22.

1) Generatim notat *fundamenta.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *imas ſtructuræ partes*, quibus tota ſuperſtructa moles innititur. β) *Metaphoricè* dicitur 1) de *centrô terræ*, quia ſuper hoc terra videtur requieſcere, velut ædificium ſuper ſuis fundamentis, & imum eſt in terra,

ceu

Digitized by Google

ceu fundamenta ædificii ima pars ſunt, Prov. 8, 29. Jer. 31, 37. Aſt Jeſ. 24, 18. *fundamenta terræ concuti* dicuntur, quando Deus graviſſimam ſumit ultionem, conf. Pſalm. 18, 16. ubi eſt fœmininum מוֹסְדוֹת. 2) De *viſceribus montium*, Pſalm. 18, 8. 3) De *originibus generationis*, Jeſ. 58, 12.

מוֹסָדוֹת f. pl. *Fundamenta.* אֶבֶן לְמוֹסָדוֹת *Lapis fundamentorum*, Jeſ. 51, 26. In Statu conſtr. מוֹסְדוֹת הַשָּׁמַיִם *Fundamenta* cœlorum, 2. Sam. 22, 8.

1) Generatim notat *fundamenta.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *imas ædificiorum partes*, quibus hæc ſuperſtruuntur & innituntur, vide Jeſ. 51, 26. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *terræ imum* ſeu *centrum*, quia ſuper hoc terra perinde ut ædificium ſuper fundamento requieſcit, eique innititur, Jeſ. 40, 21. conf. 2. Sam. 22, 16. Pſalm. 18, 16. 2) *Firmitatem & immobilitatem cœli*, 2. Sam. 22, 8. quia, ut Sebaſt. Schmidius interpretatur, juxta Creatoris ordinem naturæ datum, cœlum eſt immobile in ſuo loco, nec ex eo movetur, quaſi ſuis firmis fundamentis impoſitum eſſet.

יָסַךְ Unxit. Legitur ſaltem in Futuro. יִיסָךְ *Unget*, Exod. 30, 32.

יָסַף *Addidit, Adjecit, Adjunxit; Perrexit*, ſequente Infinitivo. יָסַף יְהוָה יָגוֹן עַל־מַכְאֹבִי *Addidit* Deus triſtitiam ſuper dolorem meum, Jer. 45, 3. וְיָסַפְתִּי לְיַסְּרָה אֶתְכֶם Et *addam*, i. e. *pergam* caſtigare vos, vel *amplius* caſtigabo vos, verbô יָסַפְתִּי perinde ut alibi adverbiaſcente, & Infinitivo in tempus, numerum ac perſonam finiti conjuncti latinè converſô, Lev. 26, 18. Part. הִנְנִי יוֹסִף Ecce ego *additurus ſum*, Jeſ. 29, 14. pro יוֹסֵף, (.) cum (..) alternante, ut in תּוֹמִיךְ *Suſtentans*, Pſalm. 16, 5. Niphal נוֹסַף *Additus, Adjunctus, Adjectus fuit; Addidit ſe.* וְעוֹד נוֹסַף עֲלֵיהֶם דְּבָרִים רַבִּים Et amplius addita ſunt præter illa verba multa, Jer. 36, 32. וְנוֹסַף גַּם הוּא עַל שֹׂנְאֵינוּ Et *adjunget ſe* etiam ille inimicis noſtris, Ex. 1, 10. Part. נוֹסָף *Cui additur*, Prov. 11, 24. Plur. נוֹסָפוֹת *Addita, Addidamenta*, Jeſ. 15, 9. Hiphil הוֹסִיף *Addidit, Adjecit*; item *Perrexit*, inprimis ſequente Infinitivo, ubi ſæpe in Adverbium degenerat, Infinitivo in tempus finitum contextui congruum mutatô. וְהֹסַפְתִּי עַל־יָמֶיךָ Et *addam* etiam ſuper dies tuos, 2. Sam. 20, 6. Infin. לְהוֹסִיף Ad *addendum*, Eccl. 3, 14. Fut. וְלֹא אוֹסִיף לִהְיוֹת עִמָּכֶם Non *addam* eſſe vobiſcum, i. e. non *amplius* ero vobiſcum, Joſ. 7, 12. אַל־תּוֹסְףְ Ne *addas*, Prov. 30, 6. pro תּוֹסֵף per alternationem pro (··) adhibitô ſub ס (:), ob quod etiam ף (:) accipit. וַתֹּסֶף לָלֶדֶת Et *addidit* parere, i. e. *ulterius* peperit, Gen. 4, 2. לֹא תֹסִפוּן לִרְאוֹת פָּנָי׃ Non addetis, i. e. non *ulterius* videbitis facies meas, Gen. 44, 23. Sed Ex. 5, 7. eſt תֹאסִפוּן *Addetis*, pro תּוֹסִפוּן, א cum ו alternante.

1) Generatim notat *addere*, quacunque id fiat ratione, & in quemcunque contingat finem. Hinc 2) ſpeciatim infert α) *incrementum* & *auctionem*, 2. Reg. 20, 6. 2. Chron. 9, 6. Prov. 9, 19. c. 10, 27. &c. β) *Adſociationem*, Exod. 1, 10. γ) *Itemtionem*, Gen 8, 12. 21. Devt. 5, 22. c. 17, 16. 2. Reg. 24. 7. Pſalm. 41, 9. Joſ. 24, 10. δ) *Continuationem*, Gen. 4, 11. c. 37, 5. Exod. 8, 25. Joſ. 7, 12. Jeſ. 1, 5. 1. Sam. 27, 4.

יוסף m. *Joſeph.* Nomen propr. filii 11. Jacobi, notans *addentem*, quia Rahel precata, ut Deus adhuc alium *adderet* ſibi filium. Aliàs etiam dicitur יְהוֹסֵף Pſalm. 81, 6. inſertâ litera ה, quam ex nomine יְהוָה ab Angelo Gabriele ei inditum garriunt Talmudiſtæ, ut Joſephum redderet πολύγλωττον, quia regimini præficiendus ex ſententia Aſtrologorum callere debebat LXX. linguas. Vid. Wagenſeilius in Sota c. 7. pag. 781. Sed nugæ ſunt. יְהוֹסֵף eſt ex Infinitivo הוֹסֵף, cui more Chaldæorum novus Character י ſuperinductus fuit. Cæterum α) *propriè* notat *ipſam Joſephi perſonam*, Gen. 30, 24. β) *Metonymicè* notat 1) *Joſephi poſteros*, Devt. 33, 13. Pſalm. 80, 2. 2) *Totam Iſraelis poſteritatem*, quia Joſeph in Ægypto in maxima fuit dignitate, & jus primogenituræ maximam partem in eum translatum fuit, imò populus Iſraeliticus à Joſepho in Ægypto erat accerſitus, Pſalm. 81, 6. Zach. 12, 6. 3) *Decem tribus*, quæ à poſteritate Davidis defecerant, & inter quas tribus Ephraim & Manaſſe velut numeroſiſſimæ & præſtantiſſimæ eminebant, Ezech. 37, 16. 19. Am. 5, 6. 15. c. 6, 6. Zach. 10, 15.

יָסַר *Coercuit, Caſtigavit, Corripuit, Erudivit.* Part. יֹסֵר לֵץ לֹקֵחַ לוֹ קָלוֹן *Caſtigans, corripiens* irriſorem, accipit ſibi ignominiam, Prov. 9, 7. Fut. וְאֶסֳּרֵם Ut *corripiam, caſtigem* eos, Hoſ. 10, 10. Prima radicalis י more verborum פ״נ extruſa, & per Dageſch forte in ſequente literâ compenſata eſt; (ֳ) autem per alternationem eſt locô (:) ſimplicis. Ita & more verborum פ״נ eſt וַיִּסְּרֵנִי *Ut erudiret me*, Jeſ. 8, 11. Niphal נִוַּסֵּר *Correptus, Caſtigatus, Eruditus fuit.* Fut. וְאִוָּסֵר *Et caſtigatus ſum*, Prov. 31, 18. יִוָּסֵר *Caſtigabitur*, Prov. 29, 19. תִּוָּסְרוּ *Caſtigabimini*, Lev. 26, 23. Imperat. הִוָּסְרוּ *Erudimini*, Pſalm. 2, 10. Sed וְנִוַּסְּרוּ *& erudient ſe*, vide in Hithpael. Piel יִסַּר *Coercuit, Caſtigavit, Corripuit, Erudivit*, connotatâ ſæpe *intenſione & frequentatione*. אָבִי יִסַּר אֶתְכֶם *Pater meus caſtigavit vos*, 1. Reg. 12, 11. 14. וְיִסְּרוֹ *Et erudit eum*, Jeſ. 28, 26. יִסְּרוּנִי *Erudiverunt me*, Pſalm. 16, 7. Infin. יַסֹּר יִסְּרַנִּי יָהּ *Caſtigando caſtigavit me Dominus*, Pſalm. 118, 18. Fut. אֲיַסֵּר אֶתְכֶם *Caſtigabo vos*, 1. Reg. 12, 11. Hiphil Fut. אַיְסִירֵם *Caſtigabo eos*. Hoſ. 7, 12. Sequitur naturam verborum perfectorum. Hithpael וְנִוַּסְּרוּ *Et erudient ſe*, es werden ſich daran ſpiegeln/ Ezech. 23, 48. Eſt forma mixta ex Niphal & Hithpael.

1) Generatim notat aliquem *coercere*, ut ad bonum reducatur, ſive *doctrinâ & præceptis*, ſive *aliis mediis* id fiat. Unde 2) in ſpecie α) notat *erudi-*

erudire, ubi quis ſalutari doctrinâ inſtruitur, à moribus factiſque turpibus revocatur, & ad honeſtatis officiique lineam perducitur &c. Prov. 31, 1. Devt. 4, 36. Job. 4, 3. Jeſ. 8, 12. Sed quia *erudiendi* nunc *ſtimulis*, nunc *correptione* & *caſtigatione* opus habent; Inde quoque non ſolum β) notat *impellere, ſtimulare*, Pſalm. 16, 7. Sed etiam 3) ſignificat *corripere, caſtigare*, ſive *lenius*, Devt. 8, 5. Jer. 10, 24. c. 30, 11. c. 46, 28. ſive *durius*, Pſalm. 6, 2. Pſalm. 38, 2. Pſalm. 39, 12. Jer. 31, 18. ſive *verbis*, indignitatem dicti vel facti cum pondere demonſtrantibus, deteſtantibus, comminantibus, Prov. 29, 19. ſive *verberibus, aliisque mediis & pœnis*, Lev. 26, 23. 1. Reg. 12, 11. 12. 2. Chron. 10, 11. De utraque caſtigationis ſpecie, tàm *leniori*, quàm *duriori*, tàm *verbali*, quàm *reali* legitur Devt. 21, 8. Prov. 19, 18. c. 29, 17.

יסור m. *Eruditio*; Semel occurrit Job. 39, 35. הרב עם שדי יסור Num contendere cum omnipotente *eruditio* eſt? h. e. *eruditionem* indicat? Sebaſt. Schmidius reddit: *Num contentioni cum omnipotente defenſio eſt?*

יסורים m. pl. *Caſtigati.* Semel occurrit Jer. 17, 13. יסורי *Caſtigati mei*, i. e. *à me.* Maſorethæ legunt וסורי *Et recedentes à me.* Sed quia hæc Maſoretharum lectio Scripturæ corruptionem arguit, præſtat ſervare literas, inprimis, cum ſenſus non incommodus enaſcatur: *Omnes deſerentes te pudefient, & qui ideo à me caſtigati ſunt, nec tamen vera pœnitentia ducuntur, in terram ſcribentur.*

מוסר m. *Coërcitio, Eruditio, Diſciplina, Caſtigatio, Correptio.* ואת שנאת מוסר Cum tu odio habeas *diſciplinam*, Pſalm. 50, 17. הוא ימות באין מוסר Ille morietur ob defectum vel repudiationem *caſtigationis*, Prov. 5, 23. לא לקחה מוסר Non admiſit *diſciplinam*, Zeph. 3, 2. In Statu conſtr. יראת יהוה מוסר חכמה Timor Domini eſt *diſciplina*, vel *eruditio ſapientiæ*, i. e. *ad ſapientiam ducens*, Prov. 15, 33. מוסר שלמנו *Caſtigatio* pacis noſtræ, i. e. qua nobis acquiſivit pacem, Jeſ. 53, 5. Cum Suffixo קחו מוסרי Accipite *diſciplinam* meam, Prov. 8, 10.

1) Generatim notat *coërcitionem*, ſive ea fiat *doctrinâ & præceptis*, ſive *correptione & caſtigatione.* Unde 2) ſpeciatim notat α) *doctrinam, diſciplinam*, Jer. 10, 8. Hic notanda phraſis: *diſciplinam accipere*: Idem enim eſt ac *informari, erudiri, prudentiorem ac ſaniorem reddi vel aliorum doctrinâ, vel propriâ meditatione & argumentatione.* Ita Jer. 35, 13. *accipere diſciplinam*, idem eſt ac *erudire ſeipſum, ſtimulum ſibi addere ex motivo argumentationis.* Vid. Seb. Schmid. in h. l. Confer. Prov. 8, 10. β) *Correptionem* ſive *caſtigationem*, eamque vel *verbalem*, quæ fit verbis, Prov. 5, 12. unde inſtar ſynonymi nunc jungitur *legi*, Devt. 11, 2. Prov. 6, 23. nunc *conſilio*, Prov. 19, 20. Jer. 7, 28. c. 17, 23. vel *realem*, quæ fit *verberibus*, vel aliô modô, Prov. 13, 24. c. 22, 15. c. 23, 13.

 Inde

Digitized by Google

Inde eſt, quod notat *pœnam* ob antegreſſa peccata, vel *propria*, vel *aliena, imputata tamen,* inflictam. De illa vid. Jer. 30, 14. de hâc autem Jeſ. 53, 5. Speciatim dicitur de *pœna exemplari*, quâ alius moneatur, ne ſimilia patret peccata, Prov. 7, 22. Ezech. 5, 15.

מֻסָּר m. *Eruditio.* Tantùm occurrit Job. 33, 16. וּבְמֹסָרָם יַחְתֹּם Et *eruditionem eorum* obſignat.

מוֹסֵר m. *Vinculum*, à יָסַר *Coercuit*, ſic dictum, quod eſt medium *coërcendi* improbos. In Singulari non legitur; ſed in Plurali occurrit in Statu conſtr. מוֹסְרֵי צַוָּארֵךְ *Vincula colli tui*, Jeſ. 52, 2. Cum Suff. פִּתַּחְתָּ לְמוֹסֵרָי *Solviſti vincula mea*, Pſalm. 116, 16. מוֹסְרֵיכֶם *Vincula veſtra*, Jeſ. 28, 22. Fœm. מוֹסֵרוֹת *Vincula*, Jer. 5, 5. c. 27, 1. Cum Suff. מוֹסְרוֹתֵימוֹ *Vincula eorum*, Pſalm. 2, 7.

1) Generatim notat id, *quô aliquis coerceri* poteſt. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *vinculum*, Jer. 27, 1. *β*) *Metaphoricè* 1) eſt ſymbolum *ſervitutis*, *captivitatis*, *oppreſſionis*, *calamitatis & pœnarum*, Pſalm. 116, 17. Jeſ. 28, 22. c. 52, 2. Jer. 2, 20. Nah. 1, 13. 2) Deſignat *jura, leges, ſtatuta ac dogmata*, quibus quaſi vinciuntur, & coërcentur homines. Ita legitur de doctrinâ cœleſti, Pſalm. 2, 3. Et Jer. 5, 5. Judæi legi divinæ obedientiam denegantes dicuntur *rupiſſe vincula.*

יָעַד *Convenire fecit ad locum tempusque ſtatutum, Condixit, Indixit, Conſtituit, locum* vel *tempus*, *ubi vel quando aliquid fieri debeat; Deſponſavit.* וַיּוֹחֶר מִן־הַמּוֹעֵד אֲשֶׁר יְעָדוֹ Sed moratus eſt ultra tempus ſtatutum, quod *præſtituerat* ei Rex, 2. Sam. 20, 5. אֲשֶׁר לֹא יְעָדָהּ Ut non *deſponſet* eam, Exod. 21, 8. שָׁם יְעָדָהּ *Eo deſtinavit, Conſtituit illum*, Jer. 47, 7. מִי יְעָדָהּ *Quis conſtituerit* hoc, Mich. 6, 9. Fut. יִיעָדֶנָּה *Deſponſet eam*, Exod. 21, 9. Niphal נוֹעַד *Convenit, Congregatus eſt, Congregavit ſe.* וְנוֹעַדְתִּי לְךָ שָׁם Tum *conveniam* te ibi, Exod. 25, 21. הַמְּלָכִים נוֹעֲדוּ Reges *convenerunt*, Pſalm. 48, 5. וְנוֹעֲדוּ אֵלֶיךָ הַנְּשִׂיאִים Tunc *congregabunt* ſe ad te Principes, Num. 10, 4. Fut. אֲשֶׁר אִוָּעֵד לָכֶם Ubi *conveniam* vos, Exod. 29, 22. Confer. c. 30, 6. 36. נִוָּעֵד *Conveniamus*, Neh. 6, 10. Cum ה Paragogico לְכָה וְנִוָּעֲדָה יַחְדָּו Age, *conveniemus* unà, Neh. 6, 2. Hiphil הוֹעִיד *Conſtituit*, ſcilicet *tempus* &c. Fut. מִי יוֹעִידֵנִי *Quis conſtituit mihi tempus certum pro die judicii*, Job. 9, 19. Ita redditur juxta Ralbag, Coccejum, Pagninum &c. Sed quia in Niphal ſignificat quidem *convenire, ſed ad conſultandum, aut ad communem cauſam ſuſcipiendam & defendendam, & eſt quædam participatio, ubi invicem manus manum adjuvat, & in medium conſilia viresque conferuntur;* hinc Seb. Schmidius arbitratur, in Hiphil ſignificare *aliquem ſibi adjungere, aut ad ſe recipere, ad adjuvandum conſiliò & patrociniò.* Unde hunc elicit ſenſum: *Quis meus erit conſiliarius de agendâ causâ in judicio feliciter, & quis meus patronus erit?* Atque hoc egregiè convenire putat locis, Jer. 49, 19. c. 50,

c. 50, 44. ut Deus dicat: מִי כָמוֹנִי וּמִי יוֹעִידֶנִּי *Quis ſicut ego? & quis erit conſiliarius, patronusque meus?* Vid. Seb. Schmid. Comment. in Job. 9, 19. Hophal הוּעַד *Conſtitutus eſt*, ſed vide infra radicem עוּד Particip. pl. תְּאֵנִים מוּעָדִים לִפְנֵי יְהוָה Duæ corbes *ficuum conſtituta ante* templum Domini, Jer. 24, 1. Fœm. מוּעָדוֹת *Conſtituta*, Ezech. 21, 16.

1) Generatim juxta Guſſetium infert indicationem, ubi *quis locum, tempus, perſonam, aliamve rem à ſe determinatam alteri indicat, ut conſentiat in ea, ad aliquid agendum; ſive α) determinatio facta ſit ab uno ſolo, ſive ex communi conſilio, ſive β) ex judicio* aut ex effectu ac propenſione, ſive γ) *indicatio* fiat verbis, aut actibus aliis &c. Hinc 2 Speciatim notat α) *Statuere.* Ita legitur de *tempore*, quod indictum & ſtatutum fuit, 2. Sam. 20, 5. item de *re*, quæ in loco quodam ſtatuitur, Jer. 24, 1. β) *Convenire* in certô locô, qui determinatus fuit. Exod. 25, 22. c. 29, 43. c. 30, 6. 36. Num. 10, 4. c. 17, 19. Neh. 6, 10. Sic quoque dicitur de ſociis viæ, qui alicubi conveniunt, Job. 2, 11. item de ſociis expeditionis bellicæ, qui junctis copiis hoſtem aggreſſuri certô in locô conveniunt, Joſ. 11, 5. conf. Pſal. 48, 5. γ) *Deſponſare*, quia deſponſaturus ſibi ſponſam, indicat ei affectum & propenſionem, initurque ſocietas animorum & corporum, Exod. 21, 8. 9.

עֵדָה *Conventus, Congregatio, Cœtus.* נְשִׂיאֵי עֵדָה Principes *cœtus*, Exod. 16, 2. In Statu conſtr. עֲדַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Cœtus* filiorum Iſrael. Num. 1, 2. Cum Suff. עֲדָתְךָ *Cœtus* tuus, Num. 16, 11.

1) Generatim notat *quamvis congregationem* vel *cœtum convenientium & accedentium ad ſe.* 2) Speciatim α) notat *congregationem* vel *cœtum hominum.* Ita dicitur de cœtu vel congregatione Sanctorum, Pſal. 1, 5. Pſal. 111, 1. malorum, Pſal. 22, 17. Pſal. 86, 14. Iſraelitarum, Exod. 12, 3. 6. 47. c. 16, 22. c. 38, 25. Lev. 4, 13. c. 16, 5. c. 19, 2. Num. 1, 2. &c. quorum cœtus quandoque dicitur *coetus Dei*, Num. 27, 17. c. 31, 16. Joſ. 22, 16. 17. &c. β) Denotat *coetum* vel *examen apium*, in leonis cadavere, Jud. 14, 8.

מוֹעֵד m. *Tempus ſtatutum, Conventus ſolennis, Cœtus, Solennitas, Feſtivitas.* וַיָּשֶׂם יְהוָה מוֹעֵד Poſuitque Dominus *tempus certum*, Exod. 9, 5. בְּאֹהֶל מוֹעֵד In tentorio conventûs, Exod. 26, 21. לַמּוֹעֵד Ad *tempus ſtatutum, hoc eodem tempore*, Gen. 17, 21. Cum Suff. שִׁחֵת מוֹעֲדוֹ Perdidit *conventum ejus*, Thren. 2, 6. Plur. מוֹעֲדִים *Tempora ſtatuta*, Dan. 12, 7. Cum Suff. בְּמוֹעֲדֵיכֶם In *ſolennitatibus* veſtris, Num. 10, 10. Fœm. וְלַמּוֹעֲדוֹת Et *ſtatis temporibus.* 2. Chron. 8, 13.

1) Generatim notat *id, quod indictum, ſtatutum, & determinatum eſt.* Inde 2) Speciatim notat α) *tempus ſtatutum*, Gen. 1, 14. c. 17, 21. c. 18,

Digitized by Google

c. 18, 14. c. 21, 2. Ex. 23, 15. Num. 9, 2. 3. 7. 13. c. 28, 2. Devt. 31, 10. 1. Sam. 13, 11. &c. Huc refer *feſta ſtata*, quæ ſtatô tempore juſſu divino celebranda erant, Lev. 23, 2. 4. 44. Num. 10, 10. c. 15, 3. c. 29, 39. Jeſ. 1, 14. β) *Locum ſtatutum*, ubi quidam conveniunt, vel convenire debent, 1. Sam. 20, 35. collatô v. 19. Job, 30, 23. Pſal. 74, 8. ubi per מוֹעֲדֵי אֵל intelliguntur *loca feſtalia*, ubi nomine Dei cœtus agebantur. γ) *Conventum*, qui ſtato tempore & locô inſtitui ſolet, Jeſ. 15, 4. Inde אֹהֶל מוֹעֵד *Tabernaculum conventûs* dicitur, quia ad illud populus ſtatis temporibus & ſolennitatibus conveniebat, ibi ad Deum oraturus, laudes ejus nuncupaturus, & legem Dei auditurus, Exod. 27, 21. c. 28, 43. c. 29, 4. 11, 32. 42. 44. c. 30, 16. 18. 26. 36. c. 31, 7. c. 33, 7. c. 35, 1. c. 38, 8. 30. &c.

מוּעָדָה f. *Conventus*, *Deſtinatio*, *Conſtitutio*. Extat ſaltem Joſ. 20, 9. עָרֵי הַמּוּעָדָה Urbes *deſtinationis*, i. e. deſtinatæ perfugio.

יָעָה *Abſtulit*, *Removit*. Extat ſaltem Jeſ. 28, 17. וְיָעָה בָרָד מַחְסֵי כָזָב Sed *auferet* grando perfugium mendacii.

יָעִים m. pl. *Palæ*; Inſtrumenta, quibus cinis ab altari *removebatur*, Ex. 38, 3. Num. 4, 14. 1. Reg. 7, 40. 45. &c.

יָעַז *Robuſtus fuit*. Saltem legitur Part. Niphal עַם נוֹעָז Populus *robuſtus*, Jeſ. 33, 19.

יָעַט *Amicivit*. Tantum extat Jeſ. 61, 10. מְעִיל צְדָקָה יְעָטָנִי Amiculo juſtitiæ *amicivit* me.

יָעַל In Kal inuſitatum eſt. Hiphil הוֹעִיל *Utile fuit*, *Profuit*, *Profecit*. מַה־הוֹעִיל פֶּסֶל Quid *profuit* ſculptile? Hab. 2, 18. Inf. הוֹעִיל *Prodeſſe*, Jeſ. 47, 12. Inf. cum Fut. וְהוֹעִיל לֹא יוֹעִילוּ Sed *prodeſſendo* non *proderunt*, i. e. nullô modô *proderunt*, Jer. 23, 32. Part. וְאֵין בָּם מוֹעִיל In quibus nihil *proficit*, i. e. quæ inutilia ſunt, Jer. 16, 19.

1) Generatim *commodi & utilitatis* notionem involvit, ſive *relatè*, ſive *abſolutè*. 2) Speciatim α) notat *prodeſſe*, *utile eſſe*, &c. Ita negatur de *idolis*, ex quorum cultu nil plane utilitatis in eorum cultores redit, 1. Sam. 12, 21. Jeſ. 44, 10. Jer. 2, 8. 11. c. 16. 19. Hab. 2, 18. de *mendaciis falſorum Prophetarum*, quæ nulla proſunt ratione, Jer. 23, 32. de *opibus & facultatibus*, quæ non juvant in die iræ, Prov. 11, 4. conf. c. 10, 2. Vide Job. 21, 15. ubi impii negant, aliquid utilitatis ex ſtudiô pietatis & precum in ſe redire; & Jeſ. 57, 12. ubi de operibus Judæorum dicitur, quod non proſint illis. β) *Feliciter ſuccedere*, *proſperum rerum ſucceſſum habere*, vel *proficere*. Job. 30, 13. Jer. 12, 13. Vide Jeſ. 48, 17.

יַעֲלָה f. *Rupicapra*. Saltem legitur in Statu conſtr. יַעֲלַת־חֵן *Rupicapra* gratiæ, i. e. gratioſa. Sed Bocharto in Heroz. P. I. lib. 3. c. 23. p. 915.

Digitized by Google

p. 915. eſt *Ibex*, ortum trahens à R. עָלָה *Scandit*, *Aſcendit*, cum *ibicis* id maximè proprium ſit, ut ſemper *ſcandat ad ſumma*.

יְעֵלִים m. pl. *Rupicapræ*; vel *Ibices*, juxta Bochartum & Hieronymum, à R. עָלָה *Scandit*, *Adſcendit*, quia *ad ſumma ſcandunt*, cum ſedes earum ſit in excelſis montibus, Pſalm. 104, 18. צוּרִים הַיְּעֵלִים Petræ *rupicaprarum*, 1. Sam. 24, 3. In Statu conſtr. יַעֲלֵי סָלַע *Ibices* petræ, quaſi petræ incolæ, Job. 39, 4. Sæpius non legitur.

בְּלִיַּעַל m. *Belial*, ex בְּלִי, *Non*, *nihil*, & יָעַל, quod in Hiphil notat *prodeſſe*; juxta R. Davidem notans *inutilem*, qui nec ſibi, nec aliis prodeſt. Quia conſtruitur cum vocibus בֵּן, בְּנֵי & בַּת *decies*, cum nominibus אָדָם, אִישׁ & אַנְשֵׁי autem aliquoties; hinc Guſſetius putat, eſſe nomen Patris & capitis improborum, nempe Diaboli. Huic ſententiæ 1) robur addit Paulus, 2. Cor. 6, 15. ubi Diabolus expreſsè hoc nomine inſignitur. 2) Diabolus nil facit, quod nobis verè proſit, etſi βλαινομένως Inde dicitur de hominibus nullius frugis, qui inſtinctu & impulſu Satanæ, omnis malitiæ autoris, omni malitiæ indulgent, damnis aliorum intenti, &c. Legitur quippe de idololatris & impiis in Deum, Devt. 13, 13. de impiis in magiſtratum, 1. Sam. 10, 27. 2. Sam. 22, 1. 2. Chron. 13, 7. de impiis in parentes, 1. Sam. 2, 27. de invidis & avaris, Devt. 15, 9. 1. Sam 25, 25. de ebrioſis, 1. Sam. 1, 16. de falſis teſtibus, 1. Reg. 21, 18. de libidinoſis, Jud. 19, 22. de inſidiatoribus, Prov. 16, 27. Vide tamen infra עלל & עול.

יַעַן *Propter*, *Propterea*, *Eò quod*, vide in R. עָנָה.

יַעֲנָה & יְעֵנָה f. *Ulula*, vide infra in R. עָנָה.

יָעֵף *Laſſus*, *Laſſatus*, *Fatigatus*, *Defeſſus fuit*. Fut. לֹא יִיעַף Non defatigatur, Jeſ. 40, 28. וַיִּעֲפוּ Et *defetiſcuntur*, Jeſ. 40, 30. prima radicali per Syncopen conciſa.

1) Generatim dicit *diminutionem & defectum virium*, undecunque enaſcatur. 2) Speciatim notat *laſſari*, *fatigari*, *defetiſci*, ex copiâ & gravitate laboris, Jer. 51, 58. 64. Hab. 2, 13. vel ex curſu, Jeſ. 40, 31. Jer. 2, 24. Vide Joſ. 40, 30. Sed Jeſ. 40, 28. negatur de *Deo*, utpote qui in operando non delaſſatur. Sæpius non legitur.

יָעֵף m. *Feſſus*, *Laſſus*, *Defeſſus*, ſive corpore, ſive animô. לָעוּת אֶת יָעֵף דָּבָר Loqui tempeſtivè cum *feſſo* verbum, Jeſ. 50, 4. נֹתֵן לַיָּעֵף כֹּחַ Dans *feſſo* robur. Jeſ. 40, 29. Plur. אֲנָשִׁים הַיְּעֵפִים Viri *feſſi*. Jud. 8, 15.

יְעָף m. *Laſſitudo*, Dan. 9, 21.

תּוֹעָפוֹת f. pl. *Robora*, *Vires*; ſignficatione à contrariò petita, quia, quæ viribus & robore valent, alteri laſſitudinem & defatigationem inferre queunt & ſolent, וְכֶסֶף תּוֹעָפוֹת לָךְ Et argentum *roborum* tibi erit, i. e. Prout aliàs argentum eſt nervus rerum gerendarum, in eoque maximum poni ſolet præſidium: Ita Deus tibi erit *robur*, in quo

Digitized by Google

præſidium ponas tuum, vireſque reperias in omni vitâ, & in omnibus neceſſitatibus ſufficientiſſimas, Job. 22, 25. In Statu conſtr. כְּתוֹעֲפֹת רְאֵם לוֹ Ut *robora* unicornis ei ſunt, i. e. tanto pollet robore & viribus, quanto robore, quantiſque viribus unicornis pollet, Num. 23, 22. c 24, 8. וְתוֹעֲפוֹת הָרִים לוֹ *Robora* montium ipſius ſunt, Pſ. 95, 4. Aſt Coccejus reddit: *Altiſſima montium, quæ delaſſant adſcendentem & occupare volentem.* Fortaſſe R. Davidem ſecutus, qui interpretatur: *Altitudines montium* per Hypallagen, pro *montes altitudinum*, i. e. *altiſſimi*, quaſi *montes laſſitudinum* dicti, quod laſſitudinem pariant, dum conſcenduntur. Vid. Buxt. Lex.

יָעַץ *Conſuluit, Conſilium iniit, dedit, Conſilium cepit; Decrevit.* מִי יָעַץ זֹאת עַל־צֹר Quis *deliberavit hoc* ſuper Tyrum. Jeſ. 23, 8. יְעָצָנִי *Conſuluit mihi.* Pſal. 16, 7. יְהוָה צְבָאוֹת יְעָצָהּ Dominus exercituum *deliberavit, decrevit hoc.* Jeſ. 23, 9. Fut. אִיעֲצָה עָלֶיךָ עֵינִי *Conſulam ſuper te oculo meo,* Pſ. 32, 8. וְכִי אִיעָצְךָ לֹא תִשְׁמַע אֵלָי׃ *Quod ſi conſuluero tibi*, non attendes ad me, Jer. 38, 15. לְכִי אִיעָצֵךְ נָא עֵצָה Agedum *conſulam* tibi quæſo conſilium. 1. Reg. 1, 12. Particip. יוֹעֵץ *Conſulens, Conſilium iniens*, ſed ferè nominis naturam ſortitur. יֹעֵץ בְּלִיָּעַל *Conſiliarius Belial*, qui aliorum damnis intentus eſt, Diaboli inſtinctu aliis noxia conſilia ſuggerit, Nah. 1, 11. Fœm. יוֹעַצְתּוֹ *Conſiliaria ejus*, 2. Chr. 22, 3. Part. Paul Fœm. הַיְּעוּצָה *Quod conſultum fuit*, Jeſ. 14, 26. Niphal נוֹעַץ *Conſultavit, Conſilium iniit, Conſilium communicavit.* אֶת־מִי נוֹעָץ Cum quo *deliberavit*, Jeſ. 40, 14. נוֹעֲצוּ לֵב יַחְדָּו *Conſultant* corde unà, Pſal. 83, 6. Fut. וַיִּוָּעַץ *Et conſilium iniit*, 1. Reg. 12, 6. Part. מָה־אַתֶּם נוֹעָצִים *Quid vos conſultantes eſtis*, 1. Reg. 12, 6. Hitphael Fut. וְיִתְיָעֲצוּ *Et conſultant* contra abſconditos tuos. Pſal. 83, 4.

1) Generatim *conſilium* involvit, ſive *ineatur & capiatur*, ſive *detur & ſuggeratur.* Sed 2) ſpeciatim *α*) *propriè* notat 1) *conſilium inire, capere, deliberare.* Qua in ſignificatione dicitur *de hominibus*, qui ineunt conſilium, vel *bonum*, 1. Chron. 13, 1. 2. Chron. 20, 21. cap. 30, 2. vel *malum*, Pſal. 62, 5. Jeſ. 7, 5. Jer. 49, 30. Mich. 6, 5. Hab. 2, 10. 2) *Conſilium dare, ſuggerere*, &c. Hac in ſignificatione dicitur tùm *de Deo* Patre, qui Filio conſuluit in bonum & gloriam, Pſ. 16, 7. tum *de Meſſia*, qui fuit conſiliarius Dei in opere creationis, Prov. 8, 22. ipſumque redemtionis conſilium non ſolum invenit, ſed etiam in tempore peregit, Eph. 1, 9. 11. c. 3, 10. adeoque ſaluti noſtræ ſapientiſſimè conſuluit per ſeipſum, Jeſ. 9, 5. tum *de hominibus*, qui conſilium ſuggerunt, idque vel *bonum*, Exod. 18, 19. Num. 24, 14. 1. Reg. 1, 12. c. 12, 8. 13. 2. Chron. 10, 8. Pſal. 32, 8. Jer. 38, 15. vel *malum*, 2. Sam. 16, 23. c. 17, 7. 15. 21. Ezech. 11, 2. Huc ſpectat Participium nominaſcens יוֹעֵץ *Conſiliarius*, qui aliis conſilia dat, 2. Sam. 15, 12. 2. Chron. 25, 16. Job. 3, 14. Mich. 4, 9.

4, 9. Speciatim legitur de conſiliario bono, Prov. 11,14. c. 12,20. Jeſ. 1, 26, *malo*, Nah. 1, 11. 2. Chron. 22, 4. Eſr. 4, 5. *prudente*, 1. Chron. 26, 14. Prov. 24, 6. & de eo, *cujus conſilia fatuantur*; Job. 12, 17. Jeſ. 19, 11. β) *Metonymicè* notat *decernere*. Ita tribuitur *Deo*, qui decernit aliquid, ut fiat, 2. Chon. 25, 16. Jeſ. 14, 24. 27. c. 19, 12. c. 23, 3. Jer. 49, 20.

עֵצָה f. *Conſilium*. הָבוּ לָכֶם עֵצָה Date vobis *conſilium*, 2. Sam. 16, 20. הִפְלִיא עֵצָה Mirificum reddidit *conſilium*, vel, *mirificè egit conſilio*. Jeſ. 28, 29. גְּדֹל הָעֵצָה Magnus *conſilio*, Jer. 32, 19. In Statu Conſtr. עֲצַת הַזְּקֵנִים *Conſilium* ſeniorum, 1. Reg. 12, 13. Cum Suffixo אַנְשֵׁי עֲצָתִי Viri *conſilii* mei, i.e. *conſiliarii mei*, Pſalm. 119, 24. Plur. עֵצוֹת *Conſilia*, Jeſ. 25, 1. גּוֹי אֹבַד עֵצוֹת, Gens perdita *conſiliis*, Devt. 32, 28. i.e.; perditis utens conſiliis, cujus conſilia irrita fiunt. Cum Suffixo נִלְאֵית בְּרֹב עֲצָתָיִךְ Defeſſus es multitudine *conſiliorum tuorum*, Jeſ. 17, 13. pro עֲצוֹתָיִךְ more Chaldæorum juxta Coccejum, qui in Plurali habent ין & ת. Sed dixerim potius eſſe Singularem cum Suffixo nominum Pluralium, perinde ut in תַּזְנוּתָיִךְ *Scortatio tua*, Ezech. 16, 15.

1) Generatim notat *conſilium*, ſive ſit *bonum*, ſive ſit *malum*, ſive detur, ſive capiatur. 2) Speciatim α) *propriè* de conſilio *bono* legitur, 1. Reg. 1, 12. cap. 12, 13. 2. Chron. 25, 16. de *malo* autem conſilio occurrit, 2. Sam. 17, 7. Pſalm. 33, 10. Ezech. 11, 2. de conſiliô, *quod datur*, vide 1. Reg. 1, 12. c. 12, 8. Ezech. 7, 26. de conſilio autem, *quod capitur*, evolve Pſalm. 20, 5. Ezech. 11, 2. 2) *Metonymicè* refertur α) *ad ipſius cauſas*, notans *cogitationem*, *deliberationem*, aut *conſilii inquiſitionem*. Ita invenitur, Pſalm. 13, 3. Prov. 20, 5. c. 21, 30. Jeſ. 47, 13. β) *ad ipſius effectus*, denotans *decretum*, *conatum*, *opem*, *liberationem* &c. Hoc in ſignificatu tribuitur tàm *Deo*, quàm *hominibus*. *Deo* tributum innuit ejus *decretum*, Pſalm. 33, 11. Prov. 19, 21. Jer. 49, 20. *effectum* ſeu *opus per conſilii executionem* editum, Jeſ 5, 19. *Opem* Pſalm. 106, 13. &c. *Hominibus* autem tributum deſignat eorum *decretum*, Jer. 6, 6. *conatum*, Pſal. 14, 6. &c. Confer Job. 10, 3. ubi notat *omne impiorum propoſitum in vita*, in qua impii ſæpe diteſcunt, & omnia ipſis feliciter cedunt, Job. 21, 16. ubi itidem deſignat *propoſitum vivendi*, Job. 22, 28.

מוֹעֵצוֹת f. *Conſilia*, Prov. 22, 20. Eſt quidem vox mediæ ſignificationis, h.e. tam in *bonam*, quàm in *malam* partem adhibetur, ceu ex collatione locorum, in quibus occurrit, manifeſtum eſt; Sæpius tamen in malam, quam in bonam partem uſurpatur. In bonam partem accepta notat *conſilia*, Prov. 22, 20. In malam autem partem ſumta deſignat *prava impiorum ſtudia*, *pravasque machinationes eorum*, Prov. 1, 31. Pſal. 5, 11. Hoſ. 11, 6. Speciatim *in conſiliis improborum ambulare* dicuntur homines, Mich. 6, 16. quando ſuggeſtiones ipſorum admittunt, eorundem mala facta imitantur, eorumque ſtudia & machinationes pravas ſectantur. Contrà Pſalm. 81, 13. Iſraelitæ בְּמוֹעֲצוֹתֵיהֶם *In conſiliis*

ſuis

ſuis ibant, quando non vivebant ſecundum conſilia Dei, ſed ſecundum conſilia propria, quæ corrupta caro ipſis ſuggerebat. Confer. Jer. 3, 17. Præterea non legitur.

יָעַר *Fremuit*, apud Arabes.

יַעַר m. *Sylva*, quia *ſylva*, aut arbores *ſylvæ* vento agitatæ fremitum edere ſolent. יַעַר צוֹמֵחַ עֵצִים *Sylva* germinans arbores, i. e. quæ profert vel germinare facit arbores, Eccl. 2, 6. Cum ה locali עֲלֵה לְךָ הַיַּעְרָה Aſcende tibi in *ſylvam*, Joſ. 17, 15. Cum Suffixo כְּבוֹד יַעְרוֹ Gloria *ſylvæ ejus*, Jeſ. 10, 18. Plural. יְעָרִים *Sylvæ*, Ezech. 39, 10. Sed c. 34, 24. eſt בַּיְּעוֹרִים *In Sylvis*, ubi ו videtur eſſe mater lectionis, niſi velis aliam formam conſtituere, quæ uti in יְאֹר ſecundum radicalem cum Cholem effert.

1) Generatim notat *ſylvam*. Speciatim α) *propriè* notat *terræ partem*, *multis arboribus & virgultis varii generis ſponte natis conſtantem*, 1. Sam. 14, 26. 2. Sam. 18, 6. 8. 2. Reg. 2, 24. Pſalm. 50, 10. Pſalm. 96, 12. Pſalm. 104, 20. β) *Tropicè* א) per *Metonymiam* notat 1) *favum*, poſito Subjecto pro *Adjuncto*, quia in terra Canaan ingens mellis copia in ſylvis inveniebatur Cant. 5, 1. 2) *Domos*, quæ ex arboribus ſylvæ factæ & ædificatæ ſunt, poſita ſcilicet non ſolum materiâ pro materiato, ſed poſito etiam continente pro contento. Ita Deus, Jer. 21, 14. minatur ſe accenſurum ignem *in ſylva ejus*, i. e. *in templo Hieroſolymitano* ex lignis optimis è ſylva Libani exſtructo, & *palatio regio*, quod 1. Reg. 7, 1. c 10, 17. 21. *domus ſylvæ libani* vocatur. ב) *Metaphoricè* α) quia *ſylva* ferè conſtat ex arboribus ſterilibus, deſignat *hominum improbitatem & incredulitatem*, Jeſ. 32, 15. β) Quia ſylva multis arboribus & dumetis referta eſt, deſignat quoque *integrum exercitum*, Jeſ. 10, 34.

יַעְרָה f. *Sylva*; item *Metonymicè*, *favus*, *ſylveſtris* propriè, quia in ſylvis terræ Canaan non parva mellis copia inveniebatur. Bis ſaltem legitur; Nimirum in Statu conſtr. בְּיַעְרַת הַדְּבָשׁ *In favum* mellis, 1. Sam. 14, 27. & in Plurali יְעָרוֹת *Sylvæ*, Pſ. 29, 9.

יָפָה *Pulcher fuit.* מַה־יָּפִית וּמַה־נָּעַמְתְּ Quàm *pulchra* & quàm jucunda es? Cant. 7, 7. מַה־יָּפוּ דֹדַיִךְ Quàm pulchri ſunt amores tui? Cant. 4, 10. Confer. c. 7. 2. Fut. וַתִּיפִי בִּמְאֹד מְאֹד Unde *pulchra* facta fuiſti intenſione intenſionis, i. e. intenſiſſimè *ultra modum*, Ezech. 16, 13. וַיְּיף בְּגָדְלוֹ *Pulchra* itaque *fuit* magnitudine ſua, Ezech. 31, 7. pro וַיִּיפֶה tertiâ radicali ה per Apocopen reſectâ. Piel יִפָּה *Pulchrum reddidit, fecit, Exornavit.* Occurrit ſaltem Futurum וּבְזָהָב יְיַפֵּהוּ Et auro *pulchrum reddit, exornavit ipſum*, Jer. 10, 4. Pual יָפְיָפִיתָ *Valde pulcher effectus es*, magis quàm filii hominum, Pſal. 45, 3. Quæ enim præter analogiam conſvetam duas priores radicales geminant, ſignificationem augent. Cæterum (ֳ) Chatuph ſub primâ rad. eſt loco (ִ) per alternationem, & (ָ) ſub י vicem mediæ hîc ſuſtinen-

Digitized by Google

nente, eſt pro (-), quod in oppoſitam longam tranſiit, ut perfectioni ſyllabæ conſuleretur. Hithpael הִתְיַפָּה *Ornavit ſe, Pulchrum ſe reddidit.* Legitur ſaltem in Fut. לַשָּׁוְא תִּתְיַפִּי In vanum te *ornas*, vel *pulchram te reddis*, Jer. 4, 30.

1) Generatim *pulchritudinis* notionem infert. 2) Speciatim α) *propriè* notat *pulchrum eſſe*, tùm *pulchritudine externa*, Ezech. 31, 7. tùm *internâ*, Cant. 7, 6. ubi ſponſa Chriſti dicitur *pulchra*, quia intus eſt ornata fide, pietate, juſtitia, patientiâ &c. de utraque legitur, quando Pſ. 45, 5. Chriſtus *valdè pulcher* redditus dicitur, quia *omnibus gratiarum ac venuſtatum dotibus ultra aliorum ſortem maximè exornatus fuit*, partim *quoad externam corporis pulchritudinem*, partim *& inprimis quoad animæ dona excellentia, ſapientiam, juſtitiam, benignitatem, conſtantiam.* Vid. Bajeri Theol. Poſ. P. III. c. 2. §. 9. not. f. β) *Metonymicè*, quia, quod pulchrum eſt, delectat & afficit, inde etiam idem eſt ac *delectabilem eſſe.* Ita capiendum videtur, Cant. 4, 10. ubi amores ſponſæ *pulchri*, i. e. *delectabiles* prædicantur.

יָפֶה m. *Pulcher, Formoſus.* לֹא הָיָה אִישׁ יָפֶה Non fuit vir *pulcher*, 2. Sam. 14, 25. In Statu conſtr. יְפֵה תֹאַר *Pulcher formâ*, Gen. 39, 6. יְפֵה עֵינַיִם *Pulcher oculis*, 1. Sam. 16, 12. וִיפֵה מַרְאֶה *Et pulcher aſpectu*, Gen. 39, 6. Fœm. כִּי יָפָה הִוא מְאֹד *Quod pulchra valde eſſet*, Gen. 12, 14. נַעֲרָה יָפָה *Puella pulchra*, 1. Reg. 1, 3. הַיָּפָה בַּנָּשִׁים *Pulchra* inter mulieres, i. e. *pulcherrima mulierum*, Cant. 1, 8. In Statu conſtr. אֵשֶׁת תֹּאַר Mulier *pulchra* formâ, Devt. 21, 11. אִשָּׁה יְפַת מַרְאֶה Mulier *pulchra aſpectu*, 2. Sam. 14, 27. טוֹבַת שֶׂכֶל וִיפַת תֹּאַר Bona intellectu & *pulchra* formâ, 1. Sam. 25, 3. Cum Suffixo יָפָתִי *Pulchra mea*, Cant. 2, 10. 13. (ָ) quod accedente Suffixo in (:) mutandum erat, retentô, ut in אָלָתוֹ Iuramentum *ejus*, Ezech. 17, 16. Plur. יָפוֹת *Pulchræ.* נָשִׁים יָפוֹת *Mulieres* pulchræ, Job. 42, 15. In Statu conſtr. יְפוֹת הַמַּרְאֶה *Pulchræ aſpectu*, Gen. 41, 2.

1) Generatim notat *pulchrum*, ſive radiet pulchritudine *externa & aſpectabili*, ſive *interna.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *pulchrum* 1) pulchritudine *externa* & *aſpectabili*, quando dicitur de *viro*, 2. Sam. 14, 25. confer. Gen. 39, 6. de *puella*, Gen 29, 17. 2. Sam. 13, 1. 1. Reg. 1, 3. 4. de *fœmina*, Gen. 12, 14. Prov. 11, 22. 1. Sam. 25, 3. de *cedro nimis decora*, Ezech. 31, 3. 9. de *vaccis*, Gen. 41, 2. 4. 18. 2) *pulchritudine interna*, quam etiam animi dicunt, quando ſponſa Chriſti, Cant. 1, 8. c. 5, 9. c. 6, 1. it. c. 2, 10. 13. dicitur *pulchra*, quia intus ornata eſt fide, pietate, juſtitia &c. β) *Synecdochicè* transfertur quoque ad *deſignandam quamcunque rerum vel factorum convenientiam, bonitatem, jucunditatem, utilitatem &c.* Ita Eccl. 3, 11. Deus dicitur omnia feciſſe *pulchra* in tempore ſuo, quando cuncta ſapientiſſimè condidit, convenientiſſimeque ordina-

Digitized by Google

dinavit ac diſpoſuit, ut ſuum juxta naturæ curſum habeant certum tempus &c. Vide Eccl. 5, 16. ubi *pulchrum* dicitur *edere, bibere*, i. e. *conveniens, jucundum, utile*. Vid. Geier. in h. l.

יְפֵה־פִיָּה *Valde pulchra, pulcherrima, formoſiſſima*, Jer. 46, 20. Kimchi annotat, ſcriptum eſſe duabus vocibus, ſed rem unam eſſe; ſecundam autem & tertiam radicalem geminatam eſſe ſcribit, intendendæ ſignificationis causâ. Vide R. Sal b. Melech in Michlal Jophi in h. l.

יֳפִי m. *Pulchritudo*, Ezech. 28, 7. Per alternationem autem eſt יְפִי, ut in רְמִי *Oppobalſamum*. Inde in pauſa eſt יֹפִי Prov. 31, 30. מִכְלַל יֹפִי *Perfectio pulchritudinis*, i. e. *perfectiſſima pulchritudo*, Pſalm. 50, 2. Cum Suffixo בְּיָפְיוֹ *In pulchritudine ſua*, Jeſ. 33, 17. Ezech. 31, 8.

1) Generatim notat *pulchritudinem quamcunque*. Hinc 2) ſpeciatim α) deſignat pulchritudinem externam, quæ eſt *corporis*, deſignans *tum* juſtam corporis quantitatem, qualitatem & complexionem, *tum* congruam membrorum proportionem ac *συμμετρίαν*, *tum* gratam coloris ſvavitatem. Ita legitur Eſth. 1, 11. Prov. 6, 25. c. 31, 30. De pulchritudine autem *externa*, quæ eſt *aliarum rerum*, legitur Jeſ. 3, 24. ubi transfertur ad *quemcunque muliebrem ornatum*, & Thren. 2, 15. Ezech. 27, 3. 4. 11. ubi dicitur de *urbe* ædificiis ſplendidis inſigni & omnigena rerum optimarum affluentia ditatâ. Vide Ezech. 16, 14. coll. v. 13. β) Denotat *pulchritudinem internam*, quæ eſt animi. Sic Pſalm. 45, 12. refert *pulchritudinem* ſponſæ Chriſti *internam*, conſiſtentem in fide, & ſanctitate tam inchoata, quàm imputata; prout è contrario, Jeſ. 33, 17. dicitur de pulchritudine Chriſti.

יָפַח *Spiravit*; ſed in Kal non legitur; in Hithpael autem eſt הִתְיַפֵּחַ *Anhelavit, Suſpiravit, præ anxietate ingemuit*, cujus Futur. legitur Jer. 4, 31. תִּתְיַפֵּחַ *Suſpirat, præ anxietate ingemiſcit*.

יָפֵחַ m. *Spirans*. Legitur tantum in Statu conſtr. Pſalm. 27, 12. וִיפֵחַ חָמָס Et *ſpirans* violentiam.

יָפַע *Splenduit, Illuxit* &c. in Kal inuſitatum eſt; ſed in Hiphil occurrit הוֹפִיעַ, *Splenduit, Illuxit, Illuſtris apparuit, Illuſtravit*. אֱלֹהִים הוֹפִיעַ Deus *illuſtris apparuit*, Pſalm. 50, 2. Imper. הוֹפִיעַ *Illuſtris appare*, Pſalm. 94, 1. Fut. וְאַל־תּוֹפַע עָלָיו נְהָרָה *Nec ſplendeat* vel *appareat ſuper eo lux*, Job. 3, 3.

1) Generatim notat *ſplendere*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſplendorem inſignem emittere*, qualis eſt ſolis, Job. 3, 4. c. 33, 4. *nubium lucidarum*, Job. 37, 15. β) *Tropicè* 1) eſt *apparere apparitione illuſtri & magnifica*, Devt. 33, 2. Pſalm. 50. 2. 2) Deſignat *apparitionem Dei illuſtrem* ad *auxiliandum, proſperandum, liberandum*, vel *vindicandum*, qua piis apparet in ſolatium, iis opem ferendo, impiis autem in terrorem, vindictam in eos exercendo, Pſalm. 80, 2. Pſalm. 94. 1.

יִפְעָה f. *Splendor*. Bis legitur. וְחִלְּלוּ יִפְעָתֶךָ Et profanabunt

bunt *ſplendorem* tuum, Ezech. 28, 7. עַל־יִפְעָתֶךָ Ob *ſplendorem* tuum, Ezech. 28, 17.

יָפַת *Oſtentavit, Demonſtravit.* In uſu non eſt apud Hebræos.

יֶפֶת m. *Japhet*, tertius Noachi filius; à פָּתָה *Dilatavit* nomen habere cenſetur. Probatio petitur ex Gen. 9, 28. ubi Parens ejus inquit: יַפְתְּ אֱלֹהִים לְיֶפֶת *Dilatabit Deus Japhetum;* quibus verbis *Japheto*, alluſione ad nomen ejus factâ, tanta promittitur dilatatio & amplificatio, ut poſteri ejus maximam orbis partem occupent.

מוֹפֵת m. *Oſtentum, Portentum, Prodigium.* תְּנוּ לָכֶם מוֹפֵת Date vobis *prodigium*, Exod. 7, 9. אֲנִי מוֹפֶתְכֶם Ego ſum *prodigium, portentum* veſtrum, Ezech. 12, 11. Plur. מוֹפְתִים *Prodigia*, Pſalm. 105, 27. Cum Suffixo מֹפְתָיו *Prodigia ejus*, 1. Chron. 16, 12.

1) Notat *Oſtentum inſolitum, Portentum, Prodigium.* Unde Kimchius diſtinguit à voce אוֹת, eò quod hæc notet *ſignum generalius*, iſta autem *ſignum ſpecialius.* Hac autem voce deſignari ſolet non ſolum *res mirabilis*, quæ fit juxta verbum Viri in nomine Dei loquentis, in teſtimonium veritatis, cui contradicitur, aut demonſtrationem eventûs, qui venturus eſt, Exod. 7, 9. Devt. 13, 2. 3. Sed etiam notat, *quicquid peculiare & inconſvetum eſt, in oculos incurrit, & ſpectantes in admirationem* rapit, neſcientes, cur & quo conſilio fiat, Ezech. 12, 6. c. 24, 24. 27. Hinc 2) occurrit tàm *de rebus mirabilibus*, quæ in demonſtrationem veritatis, aut eventûs certò futuri fiunt, e. g. de *prodigiis Ægyptiacis*, cladem Ægypti prænunciantibus, verbique per Moſen editi veritatem demonſtrantibus, præter Exod. 7, 9. vide Devt. 26, 8. Pſalm. 78, 43. Pſalm. 105, 5. de *sciſſione altaris* in teſtimonium veritatis verborum à Propheta in nomine Dei prolatorum *facta*, 1. Reg. 13, 3. de *reductione umbræ* in horologio Ahaſi, in demonſtrationem ſanitatis Hiskiæ reſtituendæ *facta*, 2. Chron. 32, 24. quàm de *homine ob inconſvetam ipſius fortunam, conditionem, ſtatum vel actionem præ aliis notabili ac conſpicuô, alioſque in admirationem adducente* &c. Ita David adverſiſſimis caſibus, exiliis ac perſecutionibus expoſitus dicitur *prodigium*, Pſalm. 71, 7. Sic quoque *Meſſias* ejusque *diſcipuli facti* dicuntur *prodigia*, Jeſ. 8, 18. quando *ille* non ſolum fuit ſignum, cui contradictum fuit Luc. 2, 34. ſed etiam à Deo ad miraculum usque afflictus fuit, ut ab eo abhorruerint, Jeſ. 53, 2. 3. 4. *Hi* autem mundi περικαθάρματα reputati fuerunt, 1. Cor. 4, 13. Similiter Joſaias diſcalceatus incedens, c. 20, 3. Ezechiel c. 12, 6. c. 24, 24. 27. Joſua ejusque amici prodigia dicuntur, Zach. 3, 8.

יָצָא *Exiit, Egreſſus eſt, Prodiit, Progreſſus eſt, Proceſſit, Digreſſus eſt, Ortus eſt.* מִן הָאָרֶץ הַהִוא יָצָא אַשּׁוּר Ex terra iſta *egreſſus* eſt in Aſſyriam, Gen. 10, 11. יָצָאתִי לִקְרָאתֶךָ *Egreſſus ſum* obviam tibi, Prov. 7, 15. Sed Job. 1, 21. eſt יָצָתִי *Egreſſus ſum*, א per Syn-

Syncopen conciſo. יָצְאוּ מִן הָעִיר *Egreſſi ſunt* ex urbe, Joſ. 8, 22. אֲשֶׁר לֹא־יָצְאוּ אִתְּכֶם בַּגּוֹלָה Qui non *exiverunt*, i. e. non coacti ſunt exire vobiſcum in captivitatem, Jer. 29, 16. Infin. יָצוֹא *Exire*, Gen. 8, 7. Item צֵאת Gen. 24, 11. בְּצֵאת נַפְשָׁהּ *In egredi* animam ejus, i. e. cum egrederetur anima ejus, Exod. 38, 18. בְּיוֹם צֵאתֵנוּ In die *egredi nos*, i. e. quo egrederemur, Joſ. 9, 12. Fut. אֵצֵא *Exibo*, Exod. 11, 8. & cum ה Paragogico וְאֵצְאָה *Et procedam*, 2. Chron. 1, 10. וַיֵּצֵא יִרְמְיָהוּ *Tum exiit*, i. e. *voluit exire* Jeremias, Jer. 37, 12. Nam de *inſtituto & conatu* capi debet, non verò de *effectu*. יֵצְאוּ *Exibunt*, Gen. 15, 4. & in pauſa יֵצֵאוּ Gen. 17, 6. וַתֵּצֶאנָה *Et egreſſæ ſunt*, 1. Sam. 18, 6. Sed Exod. 15, 20. eſt וַתֵּצֶאןָ, ה per Apocopen reſecto. Imper. צֵא *Egredere*, Gen. 27, 3. צְאוּ *Exite*, Gen. 19, 14. Particip. יֹצֵא *Egrediens*, Exod. 4, 14. שֶׁיֹּצָא *Qui egreditur*, Eccl. 10, 5. יֹצֵאת *Exibat*, Jud. 11, 34. Sed Devt. 28, 57. eſt יוֹצֵת litera א per Syncopen conciſâ. Hiphil הוֹצִיא *Exire* vel *egredi fecit*, *Eduxit*, *Produxit*, *Protulit*, *Extulit*, *Depromſit*, *Exegit*. הוֹצִיא יְהוָה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Eduxit Dominus filios Iſrael*, Exod. 12, 51. הוֹצִיא לֶחֶם וָיָיִן *Protulit panem & vinum*, Gen. 14, 15. הוֹצֵאתָ *Eduxiſti*, Exod. 32, 11. & cum Suffixo הוֹצֵאתוֹ *Eduxiſti eum*, Neh. 9, 7. Infin. הוֹצִיא *Efferre*, *Exportare*, Ezech. 46, 20. לְהוֹצִיא *Ad educendum*, Exod. 6, 13. בְּהוֹצִיאִי In *educere* me, i. e. cum educerem, Exod. 16, 32. Fut. אוֹצִיא *Educam*, Exod. 3, 11. יוֹצִיא *Efferet*, Lev. 16, 27. Sed Job. 28, 11. eſt יֹצִא, literâ י per Syncopen extruſâ. Imper. הוֹצִיא *Educ*, Jeſ. 43, 8. Item הוֹצֵא Gen. 19, 12. Aſt Gen. 8, 17. eſt הוֹצֵא *egredi fac*, pro הַיְצֵא ex mente Maſoretharum, *Perfectorum* formam applicantium; ſed quid impedit, quo minus, literis ſervatis, legas הוֹצֵא, ſecundum uſitatam huic imperfectorum ſpeciei formationem. Vide Dn. D. Danzii Literator edit. 2. p. 20. Particip. מוֹצִיא *Egredi faciens*, Pſalm. 68, 7. מוֹצֵא רוּחַ מֵאוֹצְרוֹתָיו *Educent* ventum ex theſauris ſuis, Pſalm. 135, 7. מוֹצִאִים אֶל־כַּשְׂדִּים *Educent* ad Chaldæos, Jer. 38, 73. In Statu Conſtr. מוֹצִאֵי דִבַּת הָאָרֶץ רָעָה *Proferentes* famam terræ malam, Num. 14, 37. Hophal הוּצָא *Eductus eſt*. הוּצָאת *Educta*, Ezech. 38, 8.

1) Generatim notat *egreſſionem*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* eſt animantium, innuens *motum localem*, quô è locô in locum tenditur; ſed pro diverſitate Conjugationum diverſimodè. Scilicet 1) in Kal eſt *exire*, *egredi*, c. g. e regione, Gen. 15, 14. Exod. 13, 3. c. 16, 1. Num. 1, 1. Devt. 4, 45. 46. Joſ. 2, 1. c. 5, 5. 1. Reg. 8, 9. 2. Chron. 5, 10. Pſal. 105, 38. &c. ex urbe, Gen. 19, 14. c. 24, 13. 15. c. 34, 24. Joſ. 6, 1. Jud. 1, 24. c. 9, 43. conf. Jer. 37, 12. ubi connotat conatum & inſtitutum; ex vineâ, Jud. 21, 21. ex thalamo, Pſal. 19, 6. Joel. 2, 26; &c. Ita dicitur de exercitu in apertum campum egrediente, contra hoſtem pugna-

pugnaturo, **das auszjehet/ zu Felde gehet/** Gen. 10, 11. Exod. 71, 9. Jud. 9, 35. c. 20, 14. 2. Sam. 11, 1. Jer. 37, 5. Dan. 11, 44. &c. Unde egrediens ad bellum ſæpius notat *eum*, qui ad militiam aptus eſt, Num. 1, 3. 20. 26. 30. 32. 34. 36. 40. 42. 45. 2) In Hiphil eſt *egredi facere*, *educere*, Exod. 12, 51. c. 13, 3. c. 16, 6. c. 18, 1. Devt. 6, 23. Joſ. 25, 5. & *deducere*, Jer. 38, 23. β) *Tropice* א) per *Metaphoram* deſignat 1) *ortum ac originem*. Inde a) ſi dicitur de *ſideribus*, eſt *oriri* vel *apparere*. Sic tribuitur *ſoli orienti*, Gen. 19, 23. Jud. 5, 31. Pſal. 19, 6. & ſtellis apparentibus, Neh. 4, 15. b) Si refert *ortum & nativitatem hominis*, notat *naſci*, item *ortum* vel *originem ab aliquo habere*. Ita adhibetur vel *abſolutè & ſimpliciter*, Gen. 10, 14. 1. Chron. 2, 53. conf. Jeſ. 11, 1. Jer. 30, 25. Mich. 5, 2. ubi innuitur ortus & nativitas Meſſiæ; vel *cum addito*, quando homo dicitur egredi ex uterô, Job. 1, 21. c. 3, 10. ex lumbis, Gen. 15, 11. 1. Reg. 8, 19. 2. Chron. 6, 9. ex femore, Gen. 46, 26. ex viſceribus, 2. Sam. 16, 11. c) Si transfertur ad *terrâ naſcentia*, in Kal valet *naſci*, *progerminare*, *procreſcere*, &c. Ita dicitur de *pane*, qui naſcitur ex terrâ, Job. 28, 5. de eô, quod procreſcit ex vite, Jud. 13, 14. de hyſſopô, in pariete progerminante, 1. Reg 5, 13. In Hiphil autem eſt *progerminare facere*, *producere*, e.g. florem, Num. 17, 23. ב) *Indemnem evaſionem periculi*, *mali vel mortis*, ut notet *evadere*, *effugere*, Eccl. 7, 18. vel *liberationem* ex alicujus poteſtate, 2. Reg. 13, 5. aut à crapulâ, 1. Sam. 25, 37. ג) *Terminum ac limitem*, *ejusque vel lineæ productionem*, Joſ. 15, 3. 4. 9. 11. c. 16, 2. 6. c. 18, 15. 17. Jer. 31, 29. 3) *Verbi* vel *ſermonis prolationem*, *promulgationem* vel *divulgationem*. Devt. 23, 21. Eſth. 1, 17. Jer. 44, 17. 4) *Expenſas & exactionem pecuniæ*. Unde in Kal eſt *expendi* 2. Reg. 12, 13. & in Hiphil *exigere*, 2. Reg. 15, 20. 5) *Protuberantiam* vel *prominentiam rei*, quâ *illa* non quidem totaliter ab altero ſeparatur, ſed ſaltem prominet. Ita Pſal. 73, 7. Oculus præ pinguedine *exire* dicitur, quando ita turget & prominet, ut excidere videatur. 6) *Diſceſſum à regulâ rectitudinis*, Jer. 9, 2. ubi Judæi dicuntur de *malo ad malum egredi*, ad deſignandum continuationem & incrementum malitiæ ipſorum, cum ſubinde pejores facti fuerint. ד) Per *Synecdochen*, non tamen excluſa Metaphorâ, notat hominis *conatus*, *actiones*, *negotia*, *functiones* &c. fere ſi combinatur cum voce בוֹא *Ingredi*. יְהוָה יִשְׁמָר־צֵאתְךָ וּבוֹאֶךָ Dominus cuſtodiat *egredi tuum & ingredi tuum*, i.e. te, omnesque tuos conatus, negotia & functiones, Pſalm. 121, 8. conf. 1. Sam. 29. 6. 2. Reg. 19, 27. Jeſ. 36, 28. item *adminiſtrationem* & *gubernationem* לֹא אוּכַל עוֹד לָצֵאת וְלָבוֹא Non poſſum amplius *egredi & ingredi*, i.e. gubernatoris munus obire, Devt. 31, 2. conf. 1. Sam. 8, 20. c. 18, 5. 13. 16. 1. Reg. 3, 7. 2. Chron. 1, 10. ג) Per ἀνθρωποπάθειαν tribuitur *Deo*, quando a) *juvat*, *conatus ſecundat*, *victoriam* largitur &c. 2. Sam. 5, 24. 1. Chron. 14, 15. Pſal. 44, 10. Pſal. 60, 12. Pſ. 108, 12. b) Punit ac vindictam exercet, Jeſ. 26, 21. Mich. 1, 3. Zach. 14, 3.

Digitized by Google

צֵא m. *Stercus*, Jeſ.30,22. Luthero & aliis eſt Imperativus, interjectionis vim obtinens, *apage*. Sæpius non legitur.

צֵאָה f. *Excrementum*, ab *exeundo* ſic dictum. Bis ſaltem legitur. צֵאָתְךָ *Excrementum* tuum, Devt.23,14. In Statu conſtr. צֵאַת אָדָם *Excrementum* hominis, Ezech. 4,12.

צֹאָה f. *Excrementum, Stercus, Sordes.* שֻׁלְחָנוֹת מָלְאוּ קִיא צֹאָה Menſæ repletæ ſunt vomitu & *excremento*, Jeſ.28,8. In Statu conſtr. צוֹאַת בְּנוֹת צִיּוֹן *Excrementum* filiarum Zion, Jeſ.4,4.

1) Generatim & vi originis notat id, quod ab altero exit. 2) Speciatim α) *propriè* notat *excrementum*, quod ex humano corpore ad ἀφεδρῶνα egreditur. Ita juxta קרי legitur, 2. Reg. 18, 27. Jeſ. 36, 12. β) *Tropicè* 1) per Synecdochen notat *ſordes*, Jeſ.28,8. ubi Propheta invehitur in *ebrietatem* propriè ſic dictam, in vino & potu contractam, non tamen excluſâ ebrietate Metaphoricâ per errores Sacerdotum in Spiritualibus, & Judicum in foro admiſsâ. 2) *Metaphoricè* notat *ſordes peccatorum*, quibus homo inquinatur, Prov. 30,12. Jeſ. 4,4.

צֹאִים m. pl. *Sordidi.* Bis legitur Zach.3,3.4. הַבְּגָדִים הַצֹּאִים Veſtes *ſordidæ, pollutæ*, Zach. 3,3.4.

צֶאֱצָאִים m. pl. *Propagines, Res prognatæ, Germina, Filii.* In Statu Conſtr. צֶאֱצָאֵי מֵעֶיךָ *Nati* viſcerum tuorum, Jeſ. 48,19. Cum Suff. תֵּבֵל צֶאֱצָאֶיהָ Orbis & omnes *prognati* ejus, Jeſ.34,1.

1) Generatim & vi originis notat *egreſſum*, vel quod egreditur & prodit, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) notat *propaginem* vel *progeniem*, quæ progerminando vel naſcendo prodit. Inde non ſolum deſignat *germina terræ*, quæ ex terra naſcuntur, & prodeunt, Job.31,8. Jeſ.42,5. Sed etiam *proventum ventris* ſeu *liberos, natos, prognatos*, qui naſcendo ex utero egrediuntur & in lucem prodeunt, Job.5,25. c.21,8. c.27,14. Jeſ. 44,3. Inde β) transfertur ad deſignandam *progeniem Chriſti ſpiritualem*, quæ per verbum & ſacramenta generatur & naſcitur, Jeſ. 61,9.

מוֹצָא m. *Exitus, Egreſſio, Egreſſus; Ortus, Exortus, Progreſſus; Eductio, Productio, Prolatum, Effatum, Pronunciatum.* מוֹצָא שְׂפָתֶיךָ תִּשְׁמֹר *Effatum* labiorum tuorum cuſtodies, Devt.23,24. מוֹצָא הַסּוּסִים *Eductio* equorum, 1.Reg.10,28. מוֹצָא מַיִם *Exitus* aquarum, Jeſ.58,11. מִמּוֹצָא וּמִמַּעֲרָב Ab *ortu* & occaſu, Pſalm.75,7. Cum Suff. מוֹצָאוֹ *Ortus, Exitus ejus*, Pſalm.19,7. Plur. מוֹצָאִים *Exitus* &c. Cum Suff. וּמוֹצָאָיו וּמוֹבָאָיו Et *exitus* & introitus ejus, Ezech. 43,11. Fœm. מוֹצָאוֹת *Exitus.* Cum Suff. וּמוֹצָאֹתָיו Et *exitus* ejus, Mich.5,2. Maſorethæ hanc vocem tanquam honeſtiorem, in margine 2.Reg.10,27. ſubſtituunt pro מַחֲרוֹת, ad deſignandum *locum* ſeu *receptaculum excrementorum*. Vide ſupra מַחֲרוֹת in חרר p.448.

1) Generatim notat *exitum* vel *egreſſionem*, qualicunque fiat ratione.

2) Spe-

2) Speciatim *α) propriè* notat *motum localem*, quo è locô in locum tenditur, Num. 33, 2. Ezech. 12, 4. *β) Tropicè* א) per *Metaphoram* transfertur ad deſignandum *ortum & originem.* Inde non ſolum dicitur de *ortu ſolis*, Pſalm. 19, 7. Sed etiam de *nativitate Chriſti æternâ*, quâ de Patris ſubſtantia per æternam generationem proceſſit, Mich. 5, 2. adhibetur autem l. c. vox hæc in Plurali, ad deſignandam nativitatis hujus excellentiam & ſublimitatem. ב) Per *Synecdochen* non excluſâ tamen *Metaphorâ* notat *conatus*, *actiones*, *negotia* & *functiones*, & quidem ſi jungitur voci מָבוֹא *Ingreſſus.* וְלָדַעַת אֶת־מוֹצָאֲךָ וְאֶת־מְבוֹאֶךָ Et ad cognoſcendum *exitum tuum* & ingreſſum tuum, i. e. omnes tuos conatus, actiones & negotia. ג) Per *Metonymiam* 1) notat id, quod poſitâ illa egreſſione egreditur, vel exit. Ita dicitur *a)* de *proventu terræ*, Job. 38, 27. *b)* de *ſermone*, qui propriè eſt ſonus labiis efformatus, indeque procedens, vel de *pronunciato*, quod è labiis exit, & emittitur. Ita dicitur de votô uxoris, Num. 30, 13. de effato labiorum, Devt. 23, 24. Pſalm. 89, 35. Jer. 17, 16. 2) *Locum*, & quidem *a) locum, unde res egreditur.* Ita per *exitum ſolis* innuitur *oriens*, Pſ. 75, 7. per *egreſſionem aquarum* indigitatur *fons* vel *ſcaturigo*, unde exeunt aquæ, Pſalm. 107, 33. Jeſ. 58, 11. per exitum argenti innuitur locus, ubi argentum ex terra educitur, Job. 28, 1. prout mox auro tribuitur *locus*, ubi effoditur. *b) Locum*, quà res egrediens tranſit. Ita 2. Chron. 32, 30. per exitum aquarum Gihonis ſuperioris intelligendus eſt canalis aquæ ex alio locô exortæ. Et Ezech. 42, 11. c. 43, 11. c. 44, 5. per *exitus* deſignantur portæ & oſtia varia templi ab Ezechiele viſi.

מִיצִיאִים m. pl. *Nati*, *Prognati.* Legitur ſaltem 2. Chron. 32, 21. וּמִיצִיאֵו מֵעָיו Et *prognati* viſcerum ejus, ubi Maſorethæ legunt וּמִיצִיאֵי, litera ו in י mutatâ. Sed potius videtur eſſe יְצִיאִים ad formam יְלִידִים *Nati*, R. יָלַד, & מ non eſt Heemanthicum, ſed Præpoſitio, quæ quidem aliàs præfigitur per (.) ſequente Dageſch forti, ſed quia ſequens litera eſt י ſchevatum, ex eadem unà cum (:) excidit, ceu in מִיְּדֵי *Ex manibus*, Gen. 49, 24. ו finale innuit Suffixum Pluralium ſingulare, י, quod aliàs illud præcedit, per Syncopen conciſô. Unde erit וּמִיצִיאָו pro וּמִיצִיאָיו Et de natis ejus ex viſceribus ejus.

תּוֹצָאוֹת f. pl. *Exitus*, *Egreſſiones*, Pſalm. 68, 21. In Statu conſtr. תּוֹצְאוֹת הַגְּבוּל *Exitus* termini, Joſ. 15, 4. Cum Suff. תּוֹצְאֹתָיו *Exitus* ejus, Num. 34, 4. Joſ. 15, 7.

1) Generatim notat *exitus* vel *egreſſiones.* 2) Speciatim *α) propriè* denotat *motus locales*, *quibus è loco in locum tenditur.* *β) Tropicè* 1) per *Metaphoram* notat *a) evaſionem & liberationem.* Ita Pſal. 68, 21. Domino dicuntur *eſſe in ipſa morte exitus*, quando ipſe facit & facere poteſt, ut quis ex morte exeat, etiamſi à morte jam conſtrictus teneatur tùm lethalis morbi, tum ipſius ſepulchri vinculis. *b) Excurſum terminorum*,

Digitized by Google

norum, vel *limitum* alicujus regionis, Num. 34, 4. 5. 9. 12. Joſ. 15, 7. c. 16, 3. 8. c. 17, 9. 18. c. 18, 12. 2) per *Metonymiam*, notat *id, quod exit.* Ita Prov. 4, 23. *Exitus vitæ* ſunt *aquæ vitales.*

יצב In Kal non legitur. In Niphal נִצַּב *Stetit, erecte ſtetit, Conſtitit; Conſtitutus, Collocatus eſt.* Imitatur verba פנ, in quibus prima radicalis cum (: quieſcente efferenda extruditur, factâ ejus compenſatione per Dageſch forte in litera, quæ extruſam ſequitur. נִצְּבָה שֵׁגַל לִימִינְךָ *Conſtitit* regina ad dexterám tuam, Pſalm. 45, 10. וְנִצְּבוּ אִישׁ פֶּתַח אָהֳלוֹ Et *conſtiterunt* vir, i. e. unusquisque in oſtio tentorii ſui, Exod. 33. 8. Part. נִצָּב *Conſtitutus, Conſiſtens, Stans, Præſtitutus.* אָנֹכִי נִצָּב עַל־עֵין הַמָּיִם Ego *ſtans* eram, i. e. ſtabam ad fontem aquarum, Gen. 24, 13. נִצָּב לָרִיב יְהוָה *Stitit* ſe ad litigandum Dominus, Jeſ. 3, 13. Plur. נִצָּבִים *Stantes*, Gen. 18, 2. שָׂרֵי נִצָּבִים Principes *Præfectorum*, 1. Reg. 9, 23. Hiphil הִצִּיב *Statuit, Conſtituit, Erexit.* הִצִּיב דְּלָתֶיהָ *Statuit* valvas ejus, 1. Reg. 16, 34. Infin. לְהַצִּיב Ad *conſtituendum*, 1. Chron. 18, 3. Fut. יַצִּיב *Statuet*, Joſ. 6. 26. וַיַּצִּיבֵנִי כַּמַּטָּרָא לַחֵץ Et *conſtituet* me ſicut ſcopum telo, Thren. 3, 13. Part. מַצִּיב *Conſtituens*, 1. Sam. 15, 12. Hophal הֻצַּב *Conſtitutum eſt*, Nah. 2, 8. Sed Ebræis nomen Reginæ eſt, quæ ſic dicitur, quia juxta Regem ſtat, vide R. S. b. Melech in Michlal Jophi in h. l. Part. מֻצָּב *Conſtitutus.* וְהִנֵּה סֻלָּם מֻצָּב Et ecce ſcala *conſtituta erat*, Gen. 28, 12. Hithpael הִתְיַצֵּב *Stitit* vel *Statuit ſe, Conſtitit, Adſtitit, Subſtitit, Obſtitit.* Inf. לְהִתְיַצֵּב עַל־יְהוָה Ad *ſiſtendum ſe* coram Domino, Job. 1, 6. Fut. cum ה Paragogico וְאֶתְיַצְּבָה Et *conſiſtam*, Hab. 2, 1. וַתֵּתַצַּב Et *ſtitit ſeſe*, pro וַתִּתְיַצֵּב, Exod. 2, 4. prima radicalis י Syrorum more (:) ante ſe ſub ת reſpuit, in cujus locum (-) ei ſubſcriptum retrogreditur. Hoc facto י per Syncopen conciditur, &, quia ſic (:) ſub altero ת ſublatô, (.) ſub primo ת in (:) rediret, ut eſſet וַתְּתַצַּב, (:) hoc per alternationem in (..) tranſit, unde enaſcitur וַתֵּתַצַּב, Imper. וְהִתְיַצֵּב Et *ſiſte te*, Exod. 8, 20. aſt Job. 33, 5. eſt: הִתְיַצָּבָה *Conſiſte*, cum ה Paragogico, (:) ſub צ ob præſentiam accentûs Domini in (-) mutatô.

1) Generatim notat *quamcunque ſtationem* vel *conſiſtentiam.* Unde 2) Speciatim pro diverſitate conjugationum, in quibus occurrit, ſtationis vel conſiſtentiæ varietas eſt obſervanda. Scilicet α) in Niphal notat 1) *ſtare*, vel ſimpliciter, Gen. 24, 23. 43. Exod. 33, 8. 21. 1 Sam. 1, 26. vel modificatè, ut deſignetur *a*) *conſiſtentia erecta*, Gen. 37, 7. Exod. 15, 8. *b*) *Conſpicua & illuſtris*, qualis eſt Reginæ, Pſalm. 45, 10. Dei ſuper ſcala à Jacobo viſa, Gen. 28, 13. juxta altare, Am. 9, 1. inſtar judicis judicum in cœtu judicum, Pſ. 82, 1. ad judicandum populos, Jeſ. 3, 13. *c*) *Firma*, Pſalm. 119, 89. *d*) *adverſandi* vel reſiſtendi cauſâ ſuſcepta, Num. 22, 23. 2) *Præeſſe, Præfectum* conſtitutum eſſe, ut innuatur dignitas & emi-

eminentia, quâ quis pollet, Ruth. 2, 5. 6. 1. Sam. 19, 22. 9. 1. Reg. 4, 27. c. 5, 16. β) In *Hiphil* ſignificat 1) *Statuere*, *Conſtituere*. ſtellen/ ſetzen/ vel *ſimpliciter*, Gen. 21, 28. 1. Chron. 18, 3. vel *modificate*, ut innuat a) *ſtationem firmam*, quâ aliquid inviolatum ſubſtitit, Pſalm. 41, 13. Prov. 15, 25. conf. Devt. 32, 8. Pſalm. 74, 17. ubi legitur de certâ & immobili limitum alicujus regionis, quousque progreſſurum ſit ejus dominium, conſtitutione & aſſignatione. b) *Stationem erectam*, qualis erat aquarum marinarum, quæ inſtar corporis ſolidi conſiſtebant, Pſalm. 78, 13. Hinc notat 2) *Erigere*, Gen. 35, 14. 20. c. 33, 20. 2. Sam. 18, 18. 2. Reg. 17, 10. γ) In Hithpael ſignificat 1) *ſeipſum ſiſtere*, a) *comparendi cauſâ*. Ita Moſes jubebatur ſe ſiſtere Pharaoni, Exod. 8, 20. c. 9, 13. item LXX. Seniores, tanquam populo commendandi & præficiendi, Num. 21, 16. conf. Job. 1, 6. c. 2, 1. b) *Aſſociandi* causâ, 2. Chron. 11, 13. ubi Levitæ deſertô Jerobeamô ſe ſiſtebant Rehabeamo, ei poſthac adhæſuri. c) *Adverſandi* vel *oppugnandi causâ*, Num. 22, 22. Devt. 7, 24. c. 9, 20. c. 11, 25. Joſ. 1, 5. 1. Sam. 17, 16. 2. Sam. 23, 12. 2. Chron. 20, 6. Job. 33, 5. c. 41, 1. Pſalm. 2, 2. Pſalm. 94, 16. d) Animô expediendi cogitata, Pſalm. 36, 5. 2) *Stare* vel *conſiſtere*, Exod. 2, 4. c. 14, 13. c. 19, 16.

נִצָּב m. *Præfectus*, *Præſtitutus*, qui præeſt provinciæ, vel vicem alicujus gerit; item *Capulus culteri vel enſis*, ſeu *manubrium*, in quô ſtat ferrum, ſeu in quô lamina eſt conſtituta. וּמֶלֶךְ אֵין בֶּאֱדוֹם נִצָּב מֶלֶךְ Tunc Rex non erat in Edom, ſed *Præfectus* regni erat Rex vel vicarius Regis, 1. Reg. 22, 48. וַיָּבֹא גַם־הַנִּצָּב אַחַר הַלַּהַב Intrabatque etiam capulus poſt aciem. Jud. 3, 22. In hoc ſignificatu non recurrit.

מַצָּב vel מֻצָּב m. *Statio*. וַהֲדַפְתִּיךָ מִמַּצָּבֶךָ Depellam enim te de *ſtatione* tua, Jeſ. 22, 19. מַצַּב פְּלִשְׁתִּים *Stationarius* Philiſtæorum, 1. Sam. 14, 11.

1) Generatim dicit *ſtationem quamcunque*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *Locum ſtationis*, ubi quid ſtat aut conſiſtit, Joſ. 4, 3. 9. β) *Tropicè* 1) per Metaphoram deſignat *conditionem* vel *ſtatum hominis*, Jeſ. 22, 19. 2) per *Metonymiam* notat *Præſidium* vel *Militem ſtationarium*, 1. Sam. 13, 23. c. 14, 1. 4. 6. 11. 2. Sam. 23, 14.

מֻצָּב m. *Statua*, Jud. 9, 2. item *Statio*, *Caſtra*, vel *Munitiones*, in quibus milites conſiſtunt. וְצַרְתִּי עָלַיִךְ מֻצָּב Et obſidebo te *ſtatione*, ſeu propugnaculô, in quô milites conſiſtunt, ſtatione obſidionis, Jeſ. 29, 3. Sæpius non legitur.

מַצָּבָה f. *Statio*. Tantum extat 1. Sam. 14, 12. אַנְשֵׁי הַמַּצָּבָה Viri *ſtationis*, i. e. Stationarii.

מַצֵּבָה & מַצֶּבֶת f. *Statua*. שַׂמְתִּי מַצֵּבָה Poſui *ſtatuam*, Gen. 28, 22. In Statu conſtr. מַצְּבַת הַבַּעַל *Statua* Baal, 2. Reg. 3, 2. מַצֶּבֶת אָבֶן *Statua* lapidis, i. e. lapidea, Gen. 35, 14. Cum

Digitized by Google

Suff. מַצַּבְתָּהּ *Statio* ejus, *Stirps* ejus, Jeſ. 6, 13. Plur. מַצֵּבוֹת *Statua*, 2. Reg. 17, 10. In Statu conſtr. וּמַצְּבוֹת עֻזֵּךְ Et *ſtatua* roboris tui, Ezech. 26, 11. Cum Suff. מַצְּבֹתָם *Statua* ipſorum, Exod. 34, 13.

1) Generatim notat omne *id, quod erectum ſtat & apparet*, ſive factum ſit memoriæ & cultûs causâ, ſive non, ſive ſit culpabile, ſive culpâ vacet. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſtatuam*. Ita dicitur 1) *de monumentô*, quod culpa caret, nempe de lapide erecto vel ſtatua lapidea ſignante locum memorabilem, monente de facto, quod ibi contigit, & de deſtinatione, quæ inde ſequitur, e. g. de ſtatua à Jacobo erecta, Gen. 28, 18. c. 31, 45. 51. 52. c. 35, 14. de lapide ſepulchrali, Gen. 35, 20. de lapidibus à Moſe erectis, Exod. 24, 4. conf. 2. Sam. 18, 18. Jeſ. 19, 19. 2) de *ſtatuâ culpabili*, quæ religioſi cultûs causâ erecta fuit, Exod. 23, 24. c. 34, 13. Devt. 12, 3. 1. Reg. 14, 23. 2. Reg. 3, 2. c. 10, 27. Hoſ. 3, 4. β) *Metaphoricè* dicitur de *ſtirpe arboris*, Jeſ. 6, 13.

יָצַג In Kal non occurrit. Hiphil הִצִּיג *Stitit, Statuit, Locavit, Poſuit; Reliquit in locô.* הִצִּיגָנוּ כְּלִי רִיק *Conſtituit* nos vas inanitatis, i. e. vacuum & inane, Jer. 51, 34. juxta Maſorethas eſt הִצִּיגַנִי *Conſtituit me*, ſed nil obſtat, quo minus legas, הִצִּיגָנִי literæ ו retentâ. Fut. וַיַּצֵּג *Et poſuit, ſtatuit*, Gen. 30. 38. Inf. הַצֵּג *Statuere*, Devt. 28, 56. Hophal Fut. יֻצָּג *Siſtitor, relinquatur*, Exod. 10, 24.

1) Generatim notat *ſtatuere*. 2) Speciatim α) notat aliquid alicubi ponere & locare, ut ibi velut fixum maneat, vel ſemper, vel ſaltem ad tempus. Ita dicitur de *baculis decorticatis*, quos Jacob in canalibus ponebat, Gen. 30, 38. de arca Dei, quam Philiſtæi in templo Dagonis, 1. Sam. 15, 2. & David in tentorio locabat, 2. Sam. 6, 17. 1. Chron. 16, 1. de vellere, quod Gideon in area ponebat, Jud. 6, 37. de lambentibus aquam inſtar aquæ, quos idem juſſu Dei ſeorſim locabat, Jud. 7, 5. conf. Jud. 8, 27. β) *Siſtere aliquem præſentem*, Gen. 43. 9. c. 47, 2. vel quaſi in publico theatro aut locô infami, unde facinoroſi oſtentabantur, Job. 17, 6. Et ſtatuit vel ſtitit me, ut de me Proverbium faciant populi, i. e. me quaſi in loco infami ſtitit, vel ita proſtituit, ut proverbium de me faciant. γ) *Conſtituere* vel *Facere, ut aliquid fiat.* Ita Iſraelitæ jubentur *conſtituere judicium*, i. e. facere, ut judicium fiat, & cuique ſuum jus reddatur, Am. 5, 15. δ) *Aliquid in loco relinquere*, Exod. 10, 24.

יָצַע *Stravit.* In Kal non legitur. Hiphil הִצִּיעַ *Stravit, Subſtravit, Stratum fecit, Suppoſuit.* Formatur more verborum Defectivorum פנ. Fut. וְאַצִּיעָה שְׁאוֹל Aut *ſtratum fecero* in inferno, Pſalm. 139, 8. וְשַׂק וָאֵפֶר יַצִּיעַ Et ſaccum & cinerem *ſubſternet*, Jeſ. 58, 5. Hophal הֻצַּע *Stratus, Subſtratus eſt.* Fut. שַׂק וָאֵפֶר יֻצַּע לָרַבִּים Saccus & cinis *loco ſtrati erunt* multis, Eſth. 4, 3. תַּחְתֶּיךָ יֻצַּע רִמָּה

Sub

Sub te *ſubſtratus erit* vermis, i. e. in vermibus cubabis, Jeſ. 14, 11. Sæpius non legitur.

יָצֻעַ *Stratum.* Cum Suff. חִלַּלְתָּ יְצוּעִי Profanaſti *ſtratum* meum, Gen. 49, 4. Plur. יְצוּעִים *Strata.* In Statu Conſtr. וּבְחַלְּלוֹ יְצוּעֵי אָבִיו Sed propter *polluere ipſum*, i. e. propterea, quod polluit ſtrata Patris ſui, 1. Chron. 5, 1. Cum Suff. בַּחֹשֶׁךְ רִפַּדְתִּי יְצוּעָי׃ In tenebris ſtravi *ſtrata mea*, Job. 17, 14.

1) Generatim notat *ſtratum quodcunque.* Unde 2) ſpeciatim dicitur *α*) de thoro Jacobi, Gen. 49, 4. 1. Chron. 5, 1 *β*) de ſtrato in ſepulchro, Job. 17, 14. *γ*) de lecto Davidis nocturno, Pſalm. 63, 7. Pſalm. 132, 3. Sæpius non legitur.

יָצִיעַ *Stratum, Pavimentum.* Ita juxta Coccejum dicitur ſolum & tabulatum undique templi parietibus adjectum, 1. Reg. 5, 6. Huc referunt Maſorethæ הַיָּצוּעַ v. 10. Ita ut ו ſit locô י. Sed literâ ו retentâ, ſalvô ſenſu referri poteſt ad יָצוּעַ, cum יָצוּעַ notet *ſtratum*, vel quicquid ſubſternitur.

מַצָּע m. *Stratum.* Legitur ſaltem Jeſ. 28, 20.

יָצַק Fudit, Effudit, Infudit, Perfudit, Profudit; & intranſitivè *Effluxit, Fuſus eſt; item Firmatus, Durus, Solidus eſt, Compactus fuit, Conſtitit.* Interdum imitatur verba פנ. יְצָקָם *Fudit* ea, 1. Reg. 7, 46. Infin. בְּצֶקֶת עָפָר לַמּוּצָק In *dureſcere*, i. e. cum dureſcit pulvis in ſolidum, Job. 38, 38. לָצֶקֶת Ad *fundendum*, Exod. 38, 27. Fut. אֶצָּק מַיִם *Effundam* aquam, Jeſ. 44, 3. ubi more verborum פנ prima radicalis ſchevata abjicitur, & per Dageſch forte in literâ abjectam ſequente compenſatur. יִצֹק *Fundet*, Lev. 14, 26. Interdum formam cum צוק permutat. יָצוּק *Fundet*, Job. 28, 2. conf. Job. 29, 6. Part. Paul יָצוּק *Fuſum, Firmum.* לִבּוֹ יָצוּק כְּמוֹ־אָבֶן Cor ejus *firmum eſt* ſicut lapis, Job. 41, 15. יְצוּקִים *Fuſi*, 2. Chron. 4, 3. Hiphil הִצִּיק *Fudit, Infudit; Statuit, Collocavit.* Fut. וַיַּצִּקוּ Et *ſtatuerunt*, 2. Sam. 15, 24. Part. Fœm. מוֹצָקֶת׃ *Infundens* erat, i. e. *infundebat*, 2. Reg. 4, 5. Hophal הוּצַק *Fuſus, Effuſus eſt.* Fut. יוּצַק *Effundetur*, Job. 21, 16. Part. מוּצָק *Fuſum*, Job. 37, 18.

1) Generatim *fundendi* notionem habet. 2) Speciatim *α*) *propriè* eſt *rerum per ſe liquidarum.* Ita dicitur de aquâ, 2. Reg. 3, 11. de fluviô, Job. 22, 16. de ſanguine, Lev. 8, 15. c. 9, 9. 1. Reg. 22, 35. de oleô, Gen. 35, 14. Exod. 29, 7. Lev. 2, 6. c. 21, 10. *β*) *Tropicè* א) per *Metaphoram* dicitur de 1) *metallis*, & *iis*, quæ inde fiunt, e. g. de fuſione *ahenorum*, è metallô poſtmodum conſiſtente 1. Reg. 7, 46. unde talia dicuntur מוּצָקִים 1. Reg. 7, 23. 33. 37. *annulorum* ex auro, Exod. 25, 12. baſium ex ære, Exod. 26, 37. ex argento, Exod. 38, 27. 2) De *copioſâ effuſione donorum Spiritûs S.* Jeſ. 44, 3. 3) De *copioſâ* venuſtate, ac penetran-

netrante ſvavitate ſermonum Chriſti, Pſalm. 45, 3. ב) *Metalepticè*, quia metalla, quæ vi caloris liquefacta funduntur, rurſus conſiſtunt, coagulantur & firmiora fiunt, hinc etiam notat 1) *firmari*, dureſcere, indurari, Job. 41, 15. 16. 2) *Statuere, locare*, Joſ. 7, 23. 2. Sam. 15, 24.

יָצוּק m. *Fuſum; Firmum, Validum.* וְיָצוּק כְּפֶלַח תַּחְתִּית Et *firmum* eſt ſicut molaris inferior, Job. 41, 16. יְצוּקִים *Fuſi*, 2. Chron. 4, 3. Sed 1. Reg. 7, 24. per alternationem (ו) cum (ֻ) eſt יְצֻקִים. Fœm. יְצֻקוֹת *Fuſæ*, 1. Reg. 7, 30.

1) Generatim dicit *fuſum.* 2) Speciatim α) *propriè* eſt *rei per ſe liquidæ*, ut eſt *aqua.* β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* dicitur de *metallis*, quæ *vi caloris* liquefacta funduntur, ut inde vaſa formentur, 1. Chron. 7, 24. 30. 2. Chron. 4, 3. 2) Per *Metalepſin*, quia metalla fuſa iterum conſiſtunt & indurantur, hinc etiam notat *firmum* inſtar fuſi & conſiſtentis metalli, Job. 41, 14. 15.

יְצוּקָה f. *Fuſio, Fuſura.* Semel legitur cum Suff. בְּיְצֻקָתוֹ In *fuſurâ* ejus, 1. Reg. 7, 24. ubi (ו) cum (ֻ) alternat.

מוּצָק m. *Fuſum, Firmum, Solidum, Validum; Fuſura.* הַיָּם מוּצָק Mare *fuſum*, 1. Reg. 7, 23. מֻצַק נְחֹשֶׁת *Fuſile æs*, 1. Reg. 7, 16. מוּצָק אֶחָד *Fuſura* una, 1. Reg. 7, 37.

1) Generatim *fuſi* notionem quacunque involvit ratione. 2) Speciatim א) *concretive* ſeu *adjective* α) *propriè* eſt *rerum per ſe liquidarum.* β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* eſt metallorum, quæ vi caloris liquefacta inſtar aquæ funduntur. Ita dicitur de *mari* æneo, quod Salomon fundi curabat, 1. Reg. 7, 23. 2. Chron. 4, 2. de *rotis*, earumque partibus, 1. Reg. 7, 33. 2) Per *Metalepſin*, quia in arte fuſoriâ metallorum res ita funduntur, ut conſiſtant & duriſſimæ ac ſolidiſſimæ fiant, notat *firmum, ſolidum*, Job. 38, 38. conf. Job. 11, 15. ubi figuratè deſignatur *confidentia & certitudo rei.* ב) *Subſtantivè* notat *fuſuram*, 1. Reg. 7, 37.

מוּצָק m. *Anguſtum.* Vide in R. צוק.

מוּצֶקֶת f. *Fuſura*, 2. Reg. 4, 5. Cum Suff. בְּמֻצַקְתּוֹ In *fuſurâ* ſuâ, 2. Chron. 4, 3.

מוּצָקוֹת f. pl. *Infundibula*; Inſtrumenta, quibus liquores in vaſa infunduntur. Saltem extat Zach. 4, 2.

יָצַר *Finxit, Formavit*, ubi conſtruitur cum Accuſativô; *Arctatus eſt, in anxietate eſt, Anxietas alicui eſt*, ubi conſtruitur cum Dativo. Cum Suff. יְצָרָהּ *Formavit* eam, Jeſ. 45, 18. עַם זוּ יָצַרְתִּי לִי *Populus*, quem *formavi* mihi, Jeſ. 43, 21. Fut. בְּטֶרֶם אֱצּוֹרְךָ בַבֶּטֶן Antequam formarem te in uterô, Jer. 1, 5. ubi imitatur formationem verborum פֵּנ; ו expreſſum notat vocalem *o* præmittendam; niſi malis ex צוּר formare אֱצּוֹרְךָ in ſignificatu *formandi & effigiandi* penes Chaldæos & Rabbi-

nos

Digitized by Google

nos receptiſſimô. Vide Dn. D. Danz. Lit. §. 44. ed. 2. Obſ. 3. β. וַיִּיצֶר אֱלֹהִים אֶת־הָאָדָם Et *formaverat* Deus hominem, Gen. 2, 7. Sed in alterâ ſignificatione in Futurô litera Præformativa notatur cum (..), primâ radicali per Syncopen ſublatâ. וַיֵּצֶר־לוֹ Et *anxietas fuit* ipſi, Gen. 32, 7. יֵצְרוּ *Arctabuntur*, Job. 18, 7. Part. יוֹצֵר *Formans*, Pſalm. 94. 9. יוֹצֵר אוֹר וּבוֹרֵא חֹשֶׁךְ *Formans* lucem & creans tenebras, Jeſ. 45. 7. Niphal נוֹצַר *Formatus eſt*, Jeſ. 43, 10. Püal יֻצַּר *Formatus eſt*. יֻצָּרוּ *Formata ſunt*, Pſalm. 139, 16. Hophal הוּצַר *Formatus eſt*. Fut. יוּצַר *Formabitur*, Jeſ. 54, 17.

1) Generatim *fingendi* notionem obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* notat *formare, effigiare*, & *producere* aliquid, prout mente conceptum fuit. Ita legitur de formæ externæ inductione, ſeu formatione vaſis ex argillâ à figulo factâ, Jeſ. 45, 9. c. 64, 7. Jer. 19, 1. de effigiatione idoli, Jeſ. 44, 9. 10. 12. de formatione & productione hominis, Gen. 2, 7. 8. Jer. 1, 5. oculi, Pſalm. 94, 9. cordis, Pſalm. 33, 15. beſtiarum terræ, Gen. 2, 19. cetorum, Pſalm. 104, 26. terræ, Pſalm. 95, 5. Jeſ. 45, 18. montium, Am. 4, 13. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* a) eſt *rem mente concipere, cogitare, meditari*, Pſalm. 94, 20. Jer. 18, 11. b) *Diſponere*. Ita dicitur de eleganti, ordinata, & utili temporum anni diſpoſitione, Pſalm. 74, 17. 2) *Metonymicè*, quia res, quæ antea informis extitit, dum formatur ac figuratur, quodammodo in arctum redigitur, inde notat *angi, arctari, anguſtum eſſe alicui, in anxietate eſſe*, Gen. 32, 7. Jud. 2, 15. Job. 18, 7. ubi legitur de *arctatione* greſſuum.

יוֹצֵר m. *Fingens, Formans, Formator, Figulus*. Cum Suff. יוֹצְרִי *Formator* meus, Jeſ. 49, 5. לְיֹצְרוֹ *Fictori* ſuo, Jeſ. 29, 16. Plur. יֹצְרִים *Formatores*. In Statu conſtr. יֹצְרֵי פֶסֶל *Formatores* ſculptilis, Jeſ. 44, 9.

1) Generatim notat *omnem eum*, qui fingit & producit aliquid. 2) Speciatim α) dicitur de *figulo*, qui ex luto vel argillâ certum aliquod vas efformat, 2. Sam. 17, 28. Pſalm. 2, 9. Jeſ. 29, 16. c. 30, 14. c. 41, 9. Jer. 18, 2. 3. 4. 6. c. 19, 1. 11. β) De *opifice*, qui affabrè idolum aliquod effigiat, Jeſ. 44, 9. Hab. 2, 18. γ) De *Deo creatore*, Jeſ. 27, 11. c. 43, 1. c. 44, 2. 24. c. 45, 11. c. 64, 7.

יֵצֶר m. *Figmentum; Cogitatio*. וְיֵצֶר אָמַר לְיֹצְרוֹ Num dixerit *figmentum* de fictore ſuo? Jeſ. 29, 16. כִּי יֵצֶר לֵב הָאָדָם רַע Quamvis *figmentum* cordis hominis malum eſt, Gen. 8, 21. Cum Suff. יִצְרֵנוּ *Figmentum* noſtrum, Pſalm. 103, 14.

1) Generatim notat *figmentum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *rem corpoream*, quæ, prout mente concepta fuit, foris delineatur, effigiatur, formatur & producitur, Pſalm. 103, 14. Jeſ. 29, 16. Hab. 2, 18. β) *Metaphoricè* eſt *mentis*, notans *cogitationem*, quæ *figmentum cordis* vocatur, Gen. 8, 21. Ita autem adhibetur vel in *bonam partem*, 1. Chron. 29, 18.

Digitized by Google

vel in *malam*, Gen. 6, 5. c. 8, 21. Devt. 31, 21. vel promiſcuè, 1. Chron. 28, 9.

יְצֻרִים m. pl. *Membra.* Semel legitur cum Suff. וִיצֻרַי Et *membra* mea, Job. 17, 7.

צוּרָה f. *Forma*, vide in R. צור.

יָצַת *Incendit, Accendit*; item *Incenſus, Succenſus, Exuſtus fuit.* Imitatur autem formationem verborum פנ, ita ut prima radicalis ob Præformativum ſchevanda abjiciatur & compenſetur per Dageſch forte ſequenti literæ imprimendum. Fut. וַתִּצַּת בְּסִבְכֵי הַיַּעַר Et *accendet* implexa ſylvæ, Jeſ. 9, 17. בָּאֵשׁ יִצַּתּוּ Igne *exurentur*, Jeſ. 33, 12. Niphal נִצַּת *Accenſus, Incenſus, Succenſus fuit.* חֲמַת יְהוָה נִצְּתָה בָּנוּ Ira Domini *accenſa eſt* contra nos, 2. Reg. 22, 13. וּשְׁעָרֶיהָ נִצְּתוּ בָאֵשׁ Et portæ ejus *ſuccenſæ ſunt* igne, Neh. 1, 3. Aſt Jer. 2, 15. legitur עָרָיו נִצְּתָה Civitates ejus *ſuccenſæ ſunt*, quod juxta Maſorethas eſt pro נִצְּתוּ. Sed quid obſtat, quò minus juxta literas legas נִצְּתָה *Succenſa eſt*, ut ſenſus ſit: Quælibet civitatum ejus ſuccenſa eſt. Hiphil הִצִּית *Incendit, Accendit*, &c. הִצִּית אֵשׁ *Accendit* ignem, Jer. 11, 16. וְהִצַּתִּי אֵשׁ Et *accendam* ignem, Jer. 17, 27. pro הִיצַתְּתִּי primâ radicali more verborum פנ extrusâ, & per Dageſch forte in ſequenti litera compenſatâ; tertiâ verò radicali, quia ſequitur ת, conciſâ, & in ſequenti literâ per Dageſch forte exhibitâ, perinde ut in כָּרַתִּי *Pepigi*, pro כָּרַתְתִּי. Part. מַצִּית *Succendens*, Ezech. 21, 3. Fut. תַּצִּיתוּ אֶת־הָעִיר בָּאֵשׁ *Incendit* urbem igne, Joſ. 8, 8. Imper. וְהוֹצִיתִיהָ Et *accendite* eam, 2. Sam. 14, 30. Juxta Maſorethas legendum וְהַצִּיתוּהָ. Sed juxta literas legeres potius וְהוֹצִיתִיהָ applicatâ formâ huic verborum Imperfectorum ſpeciei uſitatâ, ut innuatur ipſum Abſolomum cum ſervis abiiſſe, & agrum Joabi accendiſſe; niſi malis obſervare adjunctum Conj. Hiphil quod eſt *jubere.* Unde hôc obſervatô, hic enaſcitur ſenſus: *Agedum, jubeo vos, ut ſuccendatis eam.*

1) Generatim notat *accendere* vel *i.* 2) Speciatim α) *propriè* eſt *ignis*, & rerum ignem concipientium, Joſ. 8, 8. 19. c. 9, 49. Neh. 1, 3. c. 2, 17. 2. Sam. 14, 30. β) *Tropicè* 1) per *Memphonum* tribuitur iræ Dei inſtar ignis ardenti & conſumenti, 2. Reg. 22, 13. 2) *Metonymicè* eſt *vaſtare, i*, quia quicquid accenditur & comburitur in vaſtitatem redigitur, Jer. 9, 9. 11.

יָקַב *Cavus*, vel *Depreſſus eſt*, apud Arabes.

יֶקֶב m. *Torcular, Locus torcularis*, Jeſ. 5, 2. Cum Suff. וּמִיִּקְבֶךָ Et de *torculari* tuo, Devt. 15, 14. Plur. יְקָבִים *Torcularia*, Joel. 2, 24. In Statu Conſtr. יִקְבֵי הַמֶּלֶךְ *Torcularia Regis*, Zach. 14, 10. Cum Suff. יְקָבֶיךָ *Torcularia tua*, Prov. 3, 10.

1) Generatim notat *cavum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *Torcular*, prout deſignat vel *vas amplum*, in quo *uvæ* calcantur & contunduntur

tur, Job. 24, 11. coll. Jeſ. 63, 3. vel *lacum*, in quem *muſtum* pedibus preloque expreſſum influit, Devt. 15, 14. 2. Reg. 6, 27. Jer. 48, 13. Prov. 3, 10. Hagg. 2, 16. β) *Metaphoricè* eſt ſymbolum *iræ & ultionis divinæ*, Jeſ. 63, 3. Thren. 1, 15. Joel. 4, 13. Confer. Apoc. 14, 19.

יָקַד *Arſit, Exarſit, Urſit.* Infin. יְקֹד *Ardendo*, Jeſ. 10, 16. כִּיקוֹד אֵשׁ Juxta *ardere* ignem, i. e. ſicut ardet ignis. Ita à nonnullis redditur, Jeſ. 10, 16. Sed ab aliis ad nomen refertur, ut idem ſit ac: *Sicut focus ignis.* Fut. יֵקַד יְקוֹד *Ardebit focus*, Jeſ. 10, 16. וַתִּיקַד Et *exarſit*, Devt. 32, 22. Hophal הוּקַד *Succenſus eſt; Arſit.* Fut. וְאֵשׁ הַמִּזְבֵּחַ תּוּקַד בּוֹ Et ignis altaris *ſuccendetur* in eo, i. e. ſuccenſus *aletur*, Lev. 6, 2. תּוּקַד לֹא תִכְבֶּה *Succenſus aletur, ardebit, non extinguetur*, Lev. 6, 5.

1) Generatim notat *ardere*. 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de igne, Lev. 6, 2. 5. 6. β) *Metaphoricè* transfertur ad *iram Dei graviſſimam*, quæ inſtar ignis maximi ardet, urit, comburit, Jer. 15, 14. c. 17, 4. Jeſ. 65, 6. Confer. Devt. 32, 22.

יְקֹד m. *Focus; Ardor*, Jeſ. 10, 16.

יְקוֹד m. *Focus*, ubi eſt fomentum ignis, Jeſ. 30, 14.

מוֹקֵד m. *Focus*, ubi ignis candeſcens fovetur, item *titio* vel *quicquid foco adurendum* imponitur. כְּמוֹקֵד נִחָרוּ Sicut *titio* aduſti ſunt, Pſalm. 102, 4. In Plurali in Statu conſtr. מוֹקְדֵי עוֹלָם *Foci æternitatis*, i. e. *æterni, perpetui*, Jeſ. 33, 14.

מוֹקְדָה f. *Focus; Pyra* juxta Coccejum. Legitur ſaltem Lev. 6, 2.

יָקַה *Paruit, Obedivit, dicto audiens fuit*, apud Arabes.

יְקָהָה f. *Obedientia, Obſequium.* Kimchi in Lexico interpretatur per משמעת וקבול המצוה *Obedientiam & receptionem mandati.* Confer. R. S. b. Melech in Michlal Jophi in Gen. 49. R. Salomo exponit per אסיפה *Congregationem, collectionem;* ſed hæ duæ expoſitiones facilè conciliari queunt, ſi obſervetur, populos ad Regem ideò congregari, ut ei *obſequium* præſtent, & ad nutum ejus ſe gerant. Occurrit ſaltem bis, in Statu conſtr. nempe Prov. 30, 17. ubi dicitur תָּבוּז לִיקְּהַת אֵם Contemnit *obedientiam* matris, Gen. 49, 10. יִקְּהַת עַמִּים *Congregatio, adhæſio* gentium, Dageſch literæ ק impreſſum eſt Euphonicum, ut in בִּיקְּרוֹתֶיךָ Pſalm. 45, 10.

יָקַע *Luxatus eſt, Luxatus pependit, Avulſus, Divulſus eſt, Receſſit.* Fut. פֶּן־תֵּקַע נַפְשִׁי מִמֵּךְ *Ne luxetur, vel avellat ſe anima mea à te.* Jer. 6, 8. וַתֵּקַע כַּף יֶרֶךְ יַעֲקֹב *Et pendebat luxatum acetabulum femoris Jacobi*, Gen. 32, 25. Hiphil הוֹקִיעַ *Pendere fecit, Suſpendit.* וְהוֹקַעֲנוּם *Et ſuſpendemus eos*, 2. Sam. 21, 6. Imperat. וְהוֹקַע אוֹתָם *Et ſuſpende eos;* non quidem *Seniores*, prout quidam ſomniant, ſed eos,

Digitized by Google

eos, qui idololatria rei erant. Num. 25, 4. Antimeria enim in verſu hoc deprehenditur, per quam Pronomen vicem Nominis ſuſtinere ſolet. In hunc ſenſum etiam R.S.Iſaacides ſcribit: קח את כל ראשי העם לשפוט את העבדים לפעור והוקע אותם ארת העוברים *Sume omnia capita populi, ut judicent eos, qui coluerunt Peor, & ſuſpendes eos, ſcilicet idololatras.* Vide Diſſert. meam I. de Pœnis Ebr. Capit. Theſ. 17. §. 19. וַיֹּקִיעֻם *Et ſuſpendit eos*, 2. Sam. 21, 9. Hophal הוּקַר *Suſpenſus fuit.* Particip. מוּקָעִים *Suſpenſi*, 2. Sam. 21, 13.

1) Generatim obtinet ſignificationem *diſtendendi* 2) ſpeciatim α) *propriè* notat *luxari*, prout deſignat dimotionem rei è ſuo loco. Ita dicitur de membris corporis luxatis, quæ è loco ſuo moventur & avelluntur; Gen. 32, 25. 2) *Tropicè* 1) per Metaphoram ſignificat *avelli, abalienari, abhorrere, faſtidire, lædere.* In hoc ſignificatu dicitur α) de *anima hominis*, quæ luxata dicitur ab alterô, quando ab altero eſt *abalienata, tædio ejus tenetur, converſationem & familiaritatem ejus abhorret &c.* Ezech. 23, 17. β) *de Deo*, cujus anima luxata dicitur ab Iſraele, *quando tanquam luxatum aut eliſum membrum ab eô diſcedit, unionem gratioſam ſolvit, eum faſtidit*, &c. Jer. 6, 8. Ezech. 23, 18. 2) Per Metalepſin in Hiphil notat *ſuſpendere*, quia ſuſpenſorum membra diſtenduntur atque divelluntur, 2. Sam. 21, 6. 9. 13. Num. 25, 4.

יקף In Kal non legitur; In Hiphil autem eſt הִקִּיף *Circuivit, Circumdedit, Ambivit, Cinxit, Circumegit, Annexuit, Conjunxit, in orbem rediit.* וּמְצוּדוֹ עָלַי הִקִּיף Et rete ſuum circa me *circumdedit*, Job. 19, 6. הִקִּיפוּ יְמֵי הַמִּשְׁתֶּה *Circumiverunt* dies convivii, Job. 1, 5. עֲדַת מְרֵעִים הִקִּיפוּנִי Cœtus malignorum *circumdederunt* me, Pſal. 22, 17. Infin. הַקֵּף *Circumeundo*, Joſ. 6, 11. Sed v. 3. eſt וְהַקִּיף אֶת־הָעִיר Et *circumeundo* urbem, litera י per Epentheſin indita. Fut. לֹא תַקִּיפוּ פְּאַת רֹאשְׁכֶם *Non tondebitis* vel *radetis in orbem* angulum capitis veſtri, Lev. 19, 27.

1) Generatim notat *circuire, in orbem redire, circumdare*, quacunque id ratione fiat. Sed 2) in ſpecie ſignificat α) *circuire per vices, ſucceſſivè*, Joſ. 6, 3. 11. Job. 1, 5. β) *Circumdare, Cingere, Circumcingere undique, omni ex parte*, 2. Reg. 6, 14. 2. Chron. 23, 7. Job. 19, 6. Pſal. 22, 17. Pſal. 88, 19.

תְּקוּפָה f. *Revolutio, Reditus circularis, Ambitus, Periodus, Circumactio*; Refert radicem קוף, ſed ſignificatio eſt à יָקַף perinde ut תְּשׁוּעָה deſcendit à שׁוּע ſed ſignificationem petit à radice יָשַׁע. Cum Suffixo וּתְקוּפָתוֹ *Et revolutio vel circuitio ejus*, Pſal. 19, 7. In Statu conſtr. תְּקוּפַת הַשָּׁנָה *Revolutione* anni i. e. ineunte anno, Exod. 34, 22. וַיְהִי לִתְקוּפַת הַשָּׁנָה Et accidit in *circumactione* anni, i. e. anno vertente, 2. Chron. 24, 23. Vide infrà radicem קוף.

יָקַץ *Evigilavit*, *Expergefactus eſt è ſomno.* Fut. וָאִיקַץ *Et evigilavi*, Gen. 41, 21. אוּלַי יָשֵׁן הוּא וְיִקָץ Fortaſſe dormivit, ut *evigilet*, 1. Reg. 18, 27. Litera י per Syncopen conciſa fuit. וַיִּיקַץ *Et evigilavit*, Gen. 9, 24. וַיִּיקַץ יַעֲקֹב מִשְּׁנָתוֹ Cum ergo *expergefactus eſſet* Jacob è ſomno ſuo, Gen. 28, 16.

1) Generatim *evigilare* notat. 2) *Speciatim* α) *propriè* notat, *expergiſci è ſomno corporis*, Gen. 28, 16. c. 41, 4. 7. 21. Jud. 16, 14. 20. 1. Reg. 3, 15. β) *Metaphoricè* dicitur α) de *hoſtibus Chaldæorum*, qui hactenus quaſi altiſſimo ſomno oppreſſi ac conſopiti videbantur, nunc *expergiſcuntur*, h. e. alacriter & ſubito advolant &c. Hab. 2, 7. β) *de Deo*, qui evigilare dicitur, quando priorem gratiam redintegrat, ſuisque auxilium potenter præſtat; Pſal. 78, 65. prout è contrariò *dormire* dicitur, quando auxilium tardat vel denegat.

יָקַר *Rarus*, *Pretioſus fuit*, *Pretioſus viſus vel habitus eſt*, *pretioſè vel magni æſtimatus fuit*, *in pretio fuit*, *Clarus*, *Illuſtris fuit.* יִקְרָה נַפְשִׁי בְּעֵינֶיךָ *Pretioſa fuit* anima mea in oculis tuis, 1. Sam. 26, 21. מֵאֲשֶׁר יָקַרְתָּ בְעֵינַי Propterea quod *pretioſus* fuiſti in oculis meis, Jeſ. 43, 4. אֲשֶׁר יָקַרְתִּי מֵעֲלֵיהֶם Quo *pretioſus vel dignus æſtimatus ſum* ab illis, Zach. 11, 13. Fut. וְיֵקַר פִּדְיוֹן נַפְשָׁם Nam *pretioſa* eſt redemtio animæ eorum, Pſal. 49, 9. וַיֵּיקַר שְׁמוֹ מְאֹד Ideò *in pretio fuit*, vel *clarum factum eſt* nomen ejus, 1. Sam. 18, 30. Hiphil הוֹקִיר *Rarum*, vel *Pretioſum fecit*, *habuit.* אוֹקִיר אֱנוֹשׁ מִפָּז *Rarum reddam* hominem præ auro, Jeſ. 13, 12. הֹקַר רַגְלְךָ מִבֵּית רֵעֶךָ *Rarum fac pedem tuum* à domo proximi tui, Prov. 25, 17. i. e. raro accede domum proximi tui.

1) Generatim infert *æſtimium rei.* Inde 2) Speciatim. α) notat *rarum eſſe*; prout liquet ex Hiphil, Jeſ. 13, 12. Prov. 25, 17. & ex nomine inde deſcendente, 1. Sam. 3, 1. β) Quia omne rarum *carum*, hinc etiam notat 1) *pretioſum eſſe*, vel *haberi*; prout dicitur non ſolum de *redemtione hominis*, quæ nullo æquari poteſt pretiô, Pſal. 49, 9. de *pretio*, quo æſtimatus vel dignus habitus fuit Meſſias, Zach. 11, 13. 2) *Charum*, *dilectum*, & *gratum eſſe alicui*, ita, ut quis ejus curam gerat, nec patiatur, ut ullo modo lædatur &c. Ita Deo *pretioſus* dicitur *ſanguis* piorum, Pſal. 72, 14. quando ei eſt charus, ut non temere eum profundi ſinat, ſed ſtudioſè conſervet, vel ſi effuſus fuerit, eum graviſſimè vindicet. Sic quoque Dei cogitationes vel conſilia Davidi erant pretioſa, i. e. valde grata & accepta, ita ut iisdem, quicquid alias ſuave & jucundum eſt, poſtponeret, & ex iis oblectationem caperet uberrimam, Pſal. 139, 17. 3) *Parcere* alicui. Ita anima Saulis *pretioſa erat* coram Davide, quando magnifaciens eum, *vitæ ipſius parcebat*, 1. Sam. 26, 21. Sic Centurio Eliam ſupplex orabat: *Pretioſa ſit anima mea in oculis tuis* i. e. *parce*, quæſo, *vitæ meæ*, ne tanquam res nauci ab igne

igne abripiatur & deleatur, 2. Reg. 1, 13. 14. 4) *Clarum, illuſtrem, & honorabilem eſſe*, 1. Sam. 18, 30.

יָקָר m. *Rarus, Carus, Pretioſus, Illuſtris, Honorabilis* וּדְבַר יְהוָה הָיָה יָקָר Verbum autem Domini erat *rarum*, 1. Sam. 3, 1. מַה־יָּקָר חַסְדְּךָ Quàm *pretioſa eſt* gratia tua, Pſalm. 36, 8. Plural. יְקָרִים *Pretioſi*, Thren. 4, 2. Fœm. יְקָרָה *Pretioſa*, Prov. 6, 26. אֶבֶן יְקָרָה *Lapis pretioſus*, 2. Sam. 12, 30. יְקָרָה הִיא מִפְּנִינִים *Pretioſa eſt* præ margaritis, ſeu pretioſior margaritis, Proverb. 3, 15. Stat. Conſtr. פִּנַּת יִקְרַת מוּסָד *Angulus pretioſitatis* fundati, ein Eckſtein, der das gegründete köſtlich macht. Jeſ. 28, 26. Plural. אֲבָנִים יְקָרוֹת Lapides *pretioſi*, 1. Reg. 5, 17. בִּיקְּרוֹתֶיךָ In *pretioſis* tuis, Pſal. 45, 10. pro בִּיקְרוֹתֶיךָ, (:) per Syriasmum ſub ב remotô, & (.) ſub י in ejus locum transeunte; Dageſch autem literæ ק impreſſum eſt Euphonicum.

1) Generatim refert *æſtimabile quid.* 2) Speciatim α) notat *rarum*, 1. Sam. 3, 1. β) Quia vero quicquid *rarum* eſt, etiam *caritatis* ſpeciem refert, hinc idem nomen α) deſignat, *quicquid eſt pretioſum*, diciturque de *lapidibus*, 2. Sam. 12, 30. 1. Reg. 5, 17. c. 7, 9. 10. 11. c. 10, 10. 11. 1. Chron. 20, 2. c. 29, 2. 2. Chron. 3, 6. c. 9, 1. 9. 10. c. 32, 27. de *margaritis*, Prov. 3, 15. de *ſuppellectile*, Prov. 1, 13. de *piis*, qui in pretio ſunt apud Deum, Jer. 15, 19. de *anima*, qua homini nil pretioſius eſt, Prov. 6, 26. item de *morte piorum*, quæ in pretio apud Deum eſt, quando ſpeciali ſua providentia circa eam verſatur, eam differt, diſponit & curat, Pſal. 116, 15. β) *Nobile, Illuſtre, Honorabile*, Eccl. 10, 1. ubi *nobiles & illuſtres* ſapientiâ prædicantur. Conf. Thren. 4, 2. γ) *Clarum*, quando de *luce* dicitur, Job. 31, 6. conf. Zach. 14, 6. ubi ſubſtantivè ſumtum *claritates & ſplendores* innuit.

יְקָר m. *Pretium, Pretioſum*, item *Honor, Gloria.* כְּלִי יְקָר Vas *pretii*, i. e. pretioſum, Prov. 20, 15. כָּל־יְקָר רָאֲתָה עֵינוֹ Omnem rem *pretioſam* vidit oculus ejus, Job. 28, 10. Cum Suffixo יְקָרָהּ *Pretioſum ejus*, Jer. 20, 5.

1) Generatim *æſtimii* notionem qualicunque involvit ratione. 2) Speciatim α) notat *pretium* Zach. 11, 13. Confer. Prov. 20, 15. & inde quicquid *pretioſum* eſt. Ita Jer. 20, 5. nomine *pretioſi* venit gemma, vas aureum, argenteum &c. Job. 28, 10. β) *Splendorem rei alicui inhærentem.* Ita capitur de ſplendore *regni*, Eſth. 1, 4. *Status* Pſal. 49, 13, 21. Atque hinc etiam 3) *dignitatem & honorem alicui exhiberi ſolitum*, e. g. *Maritis*, Eſth. 1, 20. Confer. Eſth. 6, 3. 6. ubi mentio fit honoris Mardochæo præſtiti, & Eph. 8, 16. ubi memoratur honor, qui Judæis acceſſit.

יַקִּיר m. *Pretioſus, Carus.* Semel legitur. הֲבֵן יַקִּיר, Num filius *pretioſus*, i. e. valde charus & dilectus, Jer. 31, 20.

יָקֹשׁ vel יָקֵשׁ *Laqueum tetendit, Illaqueavit.* יָקֹשְׁתִּי לָךְ *Laqueum tetendi tibi*, Jer. 50,24. יָקְשׁוּ לִי *Laqueum tetenderunt, poſuerunt* mihi, Pſ. 141, 9. Niphal נוֹקַשׁ *Illaqueatus eſt, Illaqueavit ſe.* בְּפֹעַל כַּפָּיו נוֹקֵשׁ רָשָׁע Per opus manuum ſuarum *illaqueatus eſt impius*, Pſ. 9,17. נוֹקַשְׁתָּ בְאִמְרֵי פִיךָ *Illaqueatus es ſermonibus oris tui*, Prov. 6, 2. פֶּן תִּוָּקֵשׁ בּוֹ *Ne* forte *illaqueeris* eo, Devt. 7, 25.

1) Generatim notat *illaqueare.* 2) Speciatim α) *propriè notat aucupium & venationem*, ubi *aves* decipulâ irretiuntur, & *feræ* retibus capiuntur. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *impiorum capturam*, qui inſtar ferarum vel avium capiendi, Jeſ. 8,15. c. 28,15. Huc refer *deliberationem divinam* de capienda Babele, Jer. 50, 25. item eorundem *perditionem & exitium*, quia laqueus feris exitialis eſſe ſolet, Devt. 7, 25. Pſal. 9, 17. 2) *Inſidias*, quas impii piis ſtruunt, Pſal. 141, 9. 3) *Obligationem*, quæ cavenda, Prov. 6, 2.

יוֹקֵשׁ m. *Auceps*, qui avibus capiendis intentus eſt. Plural. מִפַּח יוֹקְשִׁים De laqueô *aucupum*, Pſal. 124, 7. Sæpius non legitur.

יָקוּשׁ m. *Auceps.* Occurrit ſaltem, Hoſ. 9, 8.

יָקוֹשׁ m. *Auceps.* Pſalm. 91, 3. Prov. 6, 5. Plur. כְּשַׁךְ יְקוּשִׁים Secundum tendere *aucupes*, i. e. ſicut aucupes tendere ſolent, Jer. 5, 26.

יוֹקְשִׁים m. pl. *Irretiti.* Legitur tantum Eccl. 9, 12.

מוֹקֵשׁ m. *Laqueus, Tendicula.* יִהְיֶה זֶה לָנוּ לְמוֹקֵשׁ Erit nobis in *laqueum*, Exod. 10, 7. Plural. מוֹקְשִׁים שָׁתוּ לִי *Laqueos* poſuerunt mihi, Pſal. 140, 6. In Statu Conſtr. מוֹקְשֵׁי מָוֶת *Tendiculæ, Laquei mortis*, 2. Sam. 22. 6. Pſalm. 18, 6. Prov. 13, 14. Fœmin. וּמוֹקְשׁוֹת פֹּעֲלֵי אָוֶן *Et tendiculis* operantium iniquitatem, Pſalm. 141, 9.

1) Generatim notat *laqueum.* 2) Speciatim α) *proprie* notat id, quod avibus, vel feris capiendis paratur, ut ſine aucupum, vel venatorum magno labore iis improviſò conſtringantur, arctè retineantur, vel faucibus etiam planè præcluſis enecentur, Am. 3, 5. β) *Metaphoricè* deſignat α) *inſidias*, quæ alteri ſtruuntur, Pſ. 18, 6. Pſ. 64, 6. Pſal. 140, 6. Pſ. 141, 9. Prov. 12, 13. c. 13, 14. β) *Pericula ingentia*, Prov. 29, 25. γ) *Perniciem inopinatam, ineluctabilem, doloriferam*, Pſalm. 69, 23. Prov. 18, 7. c. 22, 25. c. 29, 6. δ) *Cauſam talis perniciei*, Exod. 10, 7. c. 34, 12. Devt. 7, 16. Joſ. 23, 13. 1. Sam. 18, 21.

יָרֵא *Timuit, Reveritus eſt, Metuit;* Conſtruitur non ſolum abſolutè cum Accuſativo, ſed etiam intercedentibus particulis מִן, לְ, nec non, מִפְּנֵי & מִלִּפְנֵי ceu ex inductione patet. יָרֵא לֵאמֹר *Timebat* dicere, Gen. 26, 7. וּשְׁמוּאֵל יָרֵא מֵהַגִּיד *Timebat* enim Samuel indicare, 1. Sam. 3, 15. יָרֵא אֶת־יְהוָה *Timebat* Dominum, 1. Reg. 18, 3. יָרֵאתָ מֵאֱלֹהֶיךָ *Timebis* à Deo tuô. Lev. 19, 14. יִרְאוּ מִפְּנֵיהֶם

Digitized by Google

מִפְּנֵיהֶם *Timuerunt* ab iis, Jer. 41, 18. Infin. יְרֹא *Timere*, Joſ. 22, 25. Sed 1. Sam. 18, 29. eſt רָא *Timere*, pro לִירֹא, literâ י per Syncopen conciſâ, & (.) in (..) transeunte, ut ſyllaba evadat perfecta. Sæpius occurrit Infinitivus cum ה Paragogicô, ut Devt. 4, 10. לְיִרְאָה אֹתִי Ad *timendum* me. Fut. אִירָא רָע Non *timebo* malum, Pſal. 23, 4. Cum Suff. אֶת־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ תִּירָא Dominum Deum tuum *timebis*, Devt. 6, 13. אַל־תִּירָא כִּי־גְאַלְתִּיךָ Ne *timeas*, quia redemi te, Jeſ. 43, 1. Cum Suff. תִּירָאוּם *Timetote* illos. Devt. 3, 22. וַתִּירֶאןָ Sed *timuerunt*, Exod. 1, 17. pro וַתִּירֶאנָה per Apocopen ה reſectô. Niphal נוֹרָא *Timitus eſt.* Part. נוֹרָא *Timendus, Reverendus, Venerabilis, Terribilis, Formidabilis.* מַה־נּוֹרָא הַמָּקוֹם הַזֶּה *Quàm venerabilis eſt* hic ipſe locus? Gen. 28, 17. נוֹרָא תְהִלֹּת *Venerabilis* laudibus, Exod. 15, 11. אֵל גָּדוֹל וְנוֹרָא Deus magnus & *formidabilis*, Devt. 7, 21. Fœm. בָּא מֵאֶרֶץ נוֹרָאָה Venit è terra *terribili*, Jeſ. 21, 1. וְתוֹרְךָ נוֹרָאוֹת Et docebit te *mirabilia*, Pſalm. 45, 5. Fut. לְמַעַן תִּוָּרֵא Ut *timearis*, Pſal. 130, 4. Piel יֵרֵא *Timorem injecit, Metum incusſit, Metuere fecit, Terruit.* יֵרְאֻנִי *Timorem incuſſerunt* mihi, 2. Sam. 14, 15. Inf. לְיָרְאֵנִי Ad *timorem injiciendum* mihi, Neh. 6, 19. לְיָרְאָם Ad metum incutiendum illis, 2. Chr. 32, 18. Part. pl. מְיָרְאִים אֹתָנוּ *Terrentes* ſunt nos. Neh. 6, 9.

1) Generatim *timoris* notionem involvit, ſive in bonum, ſive in malum. 2) Speciatim *α*) notat *timere*, prout idem eſt ac *venerari, colere, revereri, in reverentiâ habere.* Ita adhibetur 1) in ordine ad *Deum*, & quidem א) *verum*, quem homo ex verbo ipſius rectè agnoſcit, religiosè colit, ut Dominum ſummæ majeſtatis humillimè veneratur, ut omniſcium & omnipræſentem piè reveretur, ac tanquam Patrem benigniſſimum filiali reverentiâ ac cultu proſequitur, Devt. 1, 10. c. 5, 29. c. 6, 24. c. 10, 12. c. 14, 23. 26. c. 17, 19. c. 28, 58. c. 31, 13. Joſ. 4, 24. c. 24, 14. 1. Sam. 12, 24. 1. Reg. 18, 3. 12. 2. Reg. 17, 28. 2. Chron. 6, 31. Pſal. 33, 8. Pſal. 34, 10. Pſal. 55, 20. Pſal. 86, 11. Pſ. 112, 1. Pſal. 130, 4. Prov. 3, 7. c. 24, 21. Eccl. 3, 14. c. 12, 13. Jeſ. 29, 13. Jer. 5, 24. c. 44, 10. ב) *Falſum*, quem neglectô verô Deô, idololatra religiosè colit & veneratur, 2. Reg. 17, 7. 35. 37. 38. 2) In ordine ad *hominem*, qui veneratione & obſequio dignus judicatur, ut Magiſtratum, Joſ. 4, 14. & Parentes, Lev. 19, 3. 3) In ordine ad *rem*, quæ ob ſuam ſublimitatem, ſanctitatem vel ſingularitatem venerabilis eſt. Ita dicitur de loco, Gen. 28, 17. Lev. 19, 30. c. 26, 2. de nomine Dei, Devt. 28, 58. Pſal. 99, 3. Pſ. 111, 9. ejusque operibus, Exod. 34, 10. *β*) Significat *timere*, prout 1) eſt ac *metuere imminentiam alicujus mali*, vel *oculis animoque averſari* ſive *perſonam* ſive *rem* ut terrificam & noxiam. Inde legitur de *homine metuente* vel *timente* a) *alios ut ſibi adverſarios & hoſtes*, Gen. 32, 12. 1. Sam. 18, 29. 2. Sam. 3, 11. 2. Reg. 25, 26. Pſal. 3, 7. Pſal. 27, 1. maximè ob eorum poten-

tentiam, copiam & atrocitatem, Num. 14, 9. Devt. 20, 3. c. 31, 6. Joſ. 10, 25. 2. Chron. 20, 15. b) *Rem*, ut maximè terrificam & noxiam 1. Sam. 14, 26. 2. Reg. 19, 6. Pſal. 23, 4. Pſal. 91, 6. Ezech. 11, 8. 2) *Non audere* loqui vel agere aliquid, Gen. 19, 30. 1. Sam. 3, 15.

יָרֵא m. *Timens*, *Reverens*; *Timidus*. Regit caſum verbi ſui, & more nominis conſtruitur. יָרֵא אָנֹכִי אֹתוֹ *Timens* ego ſum eum. Gen. 32, 11. הַיָּרֵא וְרַךְ לֵבָב Qui *timidus* & mollis corde, Devt. 30, 8. In Statu Conſtr. יְרֵא יְהוָה *Timens* Dominum, Pſ. 25, 12. Plur. יְרֵאִים *Timentes*. In Statu conſtr. יִרְאֵי יְהוָה *Timentes* Dominum, Pſal. 15, 4. Cum Suff. יְרֵאָיו *Timentes* eum, Pſal. 147, 11.

1) Generatim notat *timentem*, à quocunque ſic dicatur *timoris* genere. 2) Speciatim α) notat *eum*, qui reveretur ac colit ſive perſonam, ſive rem. Ita adhibetur 1) in ordine ad *Deum*, quem homo rectè agnoſcit, religiosè colit, ut omnipræſentem & omniſcium piè reveretur, & tanquam Dominum ſummæ majeſtatis, ac Patrem benigniſſimum humillima & filiali ſubjectione ſemper veneratur, Gen. 22, 12. cap. 42, 18. 2. Reg. 17, 32. Job. 1, 8. c. 2, 3. Pſal. 15, 4. Pſal. 25, 12. Pſal. 22, 24. Pſal. 33, 18. Pſal. 34, 8. Pſal. 66, 16. Pſal. 115, 11. Pſal. 128, 1. 4. Eccl. 7, 18. Jeſ. 50, 10. 2) In ordine ad *hominem alium*, qui veneratione & obſequio proſequendus eſt, Dan. 1, 10. 3) In ordine ad *rem bonam & ſanctam*, quæ omni reverentia vel obſequio digna eſt, cujus generis eſt *Dei nomen*, Pſal. 61, 6. Mal. 3, 20. & præceptum, Prov. 13, 13. β) Denotat *eum*, qui mali imminentiam metuit, vel oculo animoque averſatur ſive perſonam, ſive rem. Ita homo dicitur *timere alterum*, ut hoſtem & adverſarium, Gen. 32, 11. Devt. 7, 1. 19. Jer. 42, 11. & *metuere atque averſari rem*, ut ingratam, moleſtam, malam & noxiam, Eccl. 9, 2. Jer. 42, 16. Huc refer, quando notat *timidum*, Devt. 30, 8.

יִרְאָה f. *Timor*, *Reverentia*, *Terror*. יִרְאָה וָרַעַד יָבֹא בִי *Timor* & tremor venit in me, Pſal. 55, 6. עִבְדוּ אֶת־יְהוָה בְּיִרְאָה Servite Domino in *timore*. Pſal. 2, 11. In Statu conſtr. רֵאשִׁית חָכְמָה יִרְאַת יְהוָה Initium ſapientiæ eſt timor Domini, Pſal. 119, 10. Cum Suff. יִרְאָתִי אֶתֵּן בִּלְבָבָם *Timorem* mei dabo in cor eorum, Jer. 32, 40.

1) Generatim notat *timorem*, qualiscunque ſit. 2) Speciatim, α) *propriè* denotat tùm *talem animi commotionem*, quâ homo propter malum vel periculum inſtans cohorreſcit, metuens, ne inde læſionem, ruinam vel interitum ſubeat, Jeſ. 7, 25. Jon. 1, 10. 16. tùm *reverentiam Deo debitam*, quatenus importat vel *univerſum ejus cultum*, qui dicitejus veram agnitionem, ipſius ubique præſentis piam meditationem, voluntatis humillimam ſubmiſſionem, mali & offenſionis fugam, boni ſtudium indefeſſum &c. Pſal. 2, 11. Pſal. 34, 12. Prov. 8, 13. vel ſaltem *virtutem*

primi præcepti, qua quis Deum omniſcium, omnipræſentem, omnipotentem atque juſtiſſimum ſubmiſſiſſimè reveretur, in quovis dicto, facto atque cogitato eum reſpicit, mandatis ejus morem gerit, atque inſtar morigeri filii ſuo Patri in omnibus placere laborat, Prov. 1, 7. β) *Metonymicè* notat *doctrinam*, quæ verum Dei timorem inſtillat, Pſal. 19, 10. conf. Devt. 17, 18. 19.

מוֹרָא n. *Timor*, *Reverentia*, *Terror*. וָאֶתְּנֵם לוֹ מוֹרָא Quæ dedi illis cum *timore*, Mal. 2, 5. Cum Suff. מוֹרָאִי *Timor* mei, Mal. 1, 6. מֹרַאֲכֶם *Timor* veſter, Jeſ. 8, 13. Plur. מוֹרָאִים *Terrores*, Devt. 4, 34. Sed Pſal. 9, 21. eſt מוֹרָה *Timor*, א cum ה alterante.

1) Generatim notat *timorem*, qualiscunque ſit. 2) Speciatim *a*) *propriè* denotat tùm *terrorem*, quô aliquis ob mali alicujus imminentiam cohorreſcit, metuens, ne inde læſionem vel interitum ſubeat, qualis à Deo hoſtibus & impiis incutitur, Devt. 4, 34. c. 26, 8. c. 34, 12. Pſal. 9, 21. Jer. 32, 21. tum *reverentiam Deo debitam*, Mal. 1, 6. *c*) *Metonymicè* notat *objectum timoris*, nempe *Deum timendum*, Pſal. 76, 12. Jeſ. 8, 13. Alias Deus dicitur פַּחַד יִצְחָק *Timor* Iſaaci, h. e. is, quem Iſaacus timuit, atque coluit.

יְרֻבַּעַל m. *Jerubaal*; eſt cognomen Gideonis, compoſitum ex רוּב *Litigare*, & בַּעַל *Baal*, ideò ipſi inditum, quod contra cives pro Baal litigantes litigavit, Jud. 6, 31. c. 9, 1.

יְרוּשָׁלַיִם *Hieroſolyma*, Jer. 28, 18. Aliàs defectivè ſcribitur, יְרוּשָׁלַם, ne, ut quidam volunt, pro Duali habeas. Forte ſecundum literas legendum יְרוּשָׁלֵם Ad analogiam priſtini nominis שָׁלֵם Gen. 14, 18. Pſal. 68, 3. Vid. Dn. D. Danzii Liter. ed. 2. §. 9. not. 2. & §. 56. obſ. 6. ſunt, qui deducunt ex שָׁלוֹם *Pax*, & יִרְאוּ *Videbunt*, eò, quod incolæ ejus, quia erat munitiſſima, fruituri eſſent pace. Sed alii malunt derivare ex antiquo nomine שָׁלֵם & Imper. יִרְאוּ *Timete*, R. יָרֵא *Timuit*, quaſi Autores hujus appellationis dicere voluiſſent: Timete *Salem*, ô hoſtes. Erat enim urbs valde munita, propugnaculo gaudens robuſtiſſimò. Unde Jebuſæi de deditione poſtulati, propugnaculo urbis freti, Davidem ejusque copias riſerunt, quod vel à cœcis & claudis defendi poſſit. Aliàs dicta fuit *Jebus*, Jud. 19, 10. Sita fuit in tractu Judæ & Benjamin montano, ita, ut pars ejus ad hanc, pars ad alteram tribum pertineret, ita tamen, ut major pars ſita eſſet in regione tribûs Benjamin, quâ ratione conciliari poſſunt ſcripturæ loca, quæ mox huic, mox alteri eam attribuunt. Vid. Dn. D. Buddei Hiſt. Eccl. Tom. 1. Index Geograph.

יָרַד *Deſcendit*. יָרַד אֶל־בֵּיתוֹ Deſcendit in domum ſuam. 2. Sam. 11, 9. וְהַיּוֹם רַד מְאֹד Cum dies *deſcendiſſet*, *declinaſſet* valde, Jud. 19, 11. ubi prima radicalis י per Aphæreſin ablata cenſetur. hoc

Sed hoc ſine hac figurâ ex רָדַד Pſ.144,2. formare licet, ut ſenſus ſit: *Dies proſtravemt*, ſcil. *ſe* vel *lucem ſuam ad occaſum nimium.* Inf. יָרֹד יָרַדְנוּ *Deſcendendo deſcendimus*, Geneſ. 43, 20. Huc Kimchi, conſentientibus ad mentem Maſorethatum plerisque, refert illud Pſal. 30,4. מִיָּרְדִי A *deſcendere* me, i.e. ne deſcendam in foveam. Sed quia Infinitivus hujus thematis à Præpoſitione rectus ferè eſt רֶדֶת, ceu patet ex Gen. 44,26. Exod. 34, 29. Job. 33,24. contextu non repugnante, ſervatis literis, potes legere מִיּוֹרְדֵי Conſervaſti me à *deſcendentibus* in foveam, ut ſit Participium Benoni plur. in Kal, in Statu conſtr. poſitum. Conf. Dn. D. Danzii Literator §. 8. ed. 2. p.85.86. אַל־תִּירָא מֵרְדָה מִצְרַיְמָה Ne timeas *deſcendere* in Ægyptum, Gen. 46, 3. ubi primâ radicali per Aphæreſin ablatâ, in fine acceſſit ה Paragogicum. בְּרֶדֶת In *deſcendere*, i.e. cum deſcenderet, Exod. 34, 29. בְּרִדְתִּי In *deſcendere* me, i.e. ſi deſcendero, Pſal. 30, 10. Fut. אֵרֵד *Deſcendam*, Gen. 37, 35. primâ radicali per Syncopen conciſâ. Imper. רֵד *Deſcende*, Gen. 19, 21. Cum ה Paragogicô רְדָה אֵלַי *Deſcende* ad me, Geneſ. 49, 9. Hiphil הוֹרִיד *Deſcendere fecit* vel *ſivit*, *Dejecit*, *Demiſit*, *Detruſit*, *Deturbavit*, *Depoſuit*, *Detulit*, *Deportavit*. וְהוֹרִיד מִמֵּךְ עֻזֵּךְ Et *dejiciet* de te robur tuum, Am. 3, 11. הוֹרִידוּ אֶת־אֲרוֹן יְהוָה *Depoſuerunt* arcam Domini, 1. Sam. 6, 15. Inf. לְהוֹרִיד Ad *deportandum*, Gen. 37, 25. Fut. אוֹרִיד *Dejiciam*, Jeſ. 10, 13. תּוֹרִדֵם לִבְאֵר שַׁחַת *Dejicies* eos in puteum foveæ, Pſal. 15, 24. וַתֹּרֶד כַּדָּהּ עַל־יָדָהּ Et *demiſit* cadum ſuper manum ſuam, Gen. 24, 19. Hophal הוּרַד *Deſcendere factus*, *Depoſitus*, *Deductus*, *Dejectus fuit*. וְיוֹסֵף הוּרַד מִצְרָיְמָה Interea Joſeph *deductus fuit* in Ægyptum, Geneſ. 39, 1. וְהוּרַד גְּאוֹן אַשּׁוּר Et *dejicietur* ſuperbia Aſchuris, Zach. 10, 11. Fut. אֶל־שְׁאוֹל תּוּרָד In infernum *dejicieris*, Jeſ. 14, 15. Part. מוּרָד *Ductum*, 1. Reg. 7, 29.

1) Generatim *deſcenſum* notat, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* infert *motum localem rei è loco ſublimiori & editiori in locum inferiorem & depreſſiorem.* Inde 1) in Kal notat *deſcendere*, diciturque de *hominibus*, qui è loco, utcunque ſuperiori, in inferiorem ſe conferunt, e.g. de deſcendentibus in puteum, Geneſ. 24, 16. 45. è monte, Ex. 19, 21. 24. c. 32, 7. c. 34, 29. Devt. 9, 12, 15. c. 10, 5. Jud. 9, 36. 2. Reg. 1, 9. 11. de curru, Jud. 4, 15. de navi, Ezech. 27, 29. de throno, Ezech. 26, 1. item de deſcendentibus, & proficiſcentibus ex terra Canaan in Ægyptum, quæ reſpectu iſtius erat inferior, Gen. 42, 2. 38. c. 44, 23, 26. c. 46, 3. Jeſ. 30, 2. &c. 2) In Hiphil eſt tranſitivum, notans *deſcendere facere*, vel *demittere*, Joſ. 2, 18. 1. Sam. 19, 12. *deducere*, Gen. 39, 1. Jud. 7, 4. 1. Sam. 30, 15. 16. Reg. 1, 33. c. 18, 40. 2. Chron. 23, 20. *dejicere*, Jer. 49, 16. β) *Figuratè & tropicè* α) per *Metaphoram* eſt 1) *rerum inanimatarum*, ut *aqua*, quæ deorſum labitur & fluit, Joſ. 3, 16. Ezech. 47, 1. *rivi*, qui è monte defluit, Devt. 9, 21. *pluvia*, quæ

deſtillat, Devt. 28, 24. Jeſ. 55, 10. *roris*, qui delabitur, Pſalm. 133, 6. *ignis*, qui cœlitus demittitur, 2. Reg. 1, 10, 12. 14. 2. Chron. 7, 1. 2) Eſt *hominum*, qui *è priori opum, dignitatis, eminentiæ atque felicitatis ſtatu deturbantur, ut ad ima egeſtatis, contemtûs, ſubiectionis, miſeriæ atque infelicitatis ſubſellia deveniſſe* videantur, Devt. 28, 43. Pſal. 59, 12. Jeſ. 10, 13. conf. Jer. 13, 18. c. 48, 18. Thren. 1, 9. Prout è contrariò verbum עָלָה *Aſcendit* quandoque deſignat *dignitatem, præſtantiam, dominium & felicitatem*, Devt. 28, 43. 3) Eſt *rerum*, quæ *evertuntur, deſtruuntur atque corruunt*, Devt. 20, 20. c. 28, 52. Jeſ. 32, 19. Zach. 11, 2. b) Per *Hypallagen* tribuitur *oculo*, qui lacrimis deſcendere dicitur, quando ingentem lacrimarum copiam emittit & profundit, Pſal. 119, 136. Jer. 9, 17. c. 13, 17. Thren. 3, 48. c) Per ἀνθρωποπάθειαν tribuitur 1) *Deo* ad deſignandam *ejus illuſtrem apparitionem*, Exod. 19, 11. & peculiarem ejus præſentiam, ac propoſitum de ſingulari opere inter homines efficiendo, tum in *bonum* reſpectu *gratiæ, auxilii & liberationis*, Exod. 3, 8. Pſal. 144, 5. Jeſ. 31, 4. tùm in *malum*, reſpectu *iræ, pœnæ ac vindictæ*, Geneſ. 11, 5. 7. c. 18, 21. 2. Sam. 22, 10. Pſal. 18, 10. 2) *Chriſto*, ad deſignandum adventum ejus in carnem, Jeſ. 64, 1. Huc Veteres referunt illud Pſal. 72, 6. *Deſcendet ſicut pluvia ſuper vellus.* Sed Seb. Schmidius explicat de *demiſſione Spiritûs gratiæ & ſolatii Evangelii.* Conf. Geier. in h. l.

יַרְדֵּן m. *Jordan.* Nomen pr. fluvii, totius Palæſtinæ maximi & celeberrimi, quod Hadr. Relandus in Palæſt. lib. 1. c. 63. à יָרַד *Deſcendit*, derivat, ut deſignet *fluvium* κατ᾽ ἐξοχήν. Sed potius dicendum, יַרְדֵּן eſſe nomen compoſitum ex יְאֹר *Rivus, Amnis, Fluvius*, & דָּן quod *lacum* ſeu *voraginem ad radices montis Libani ortam* deſignat, ut יַרְדֵּן denotet *rivum* vel *fluvium Danis*, ſeu fluvium ex Dane natum. Oritur enim ex lacu, quem accolæ vocarunt דָּן, Joſephus autem *Phialam* vocavit. Vide ſupra dicta ad vocem דָּן pag. 249. Deinde 120. ſtadia ſub terrâ means atque è Paneo erumpens, ſecat lacum Samochonitin, & poſt alia 120. ſtadia lacum Genneſar. Tandem poſt multam ſolitudinem in lacum Aſphaltitem exit. Tempore meſſis exundat, contra naturam reliquorum fluviorum, qui hieme aquis maximè abundant. Conf. Dn. D. Buddei Hiſt. Eccl. Tom. I. ind. *Tropicè*, Jer. 12, 5. *Elatio Jordanis* deſignat *Magnates Judæorum faventes*; Sed Jer. 49, 19. indigitat *Chaldæorum patriam*, vbi velut leones innutriti, & magni celebresque facti ſunt. Vid. Seb. Schmid. in ll. cc.

מוֹרָד m. *Deſcenſus, locus declivis, Declivitas.* כְּמַיִם מֻגָּרִים בְּמוֹרָד Ut aquæ fluentes per *declive*, Mich. 1, 4. וַיַּכּוּם בַּמּוֹרָד Et percutiebat eos in *declivi*, Joſ. 7, 5. In Statu conſtr. בְּמוֹרַד בֵּית־חוֹרֹן In *declivi* Bethchoron, Joſ. 10, 11. vid. Jer. 48, 5. Sæpius non legitur.

יָרָה *Jecit, Projecit, Dejecit, Præcipitavit, Jaculatus, Ejaculatus eſt, Jaculis petiit* vel *confecit.* וְחֵילוֹ יָרָה בַיָּם Et exercitum ejus *præcipi-*

cipitavit in mare, Exod. 15, 4. וְהִנֵּה הַמַּצֵּבָה אֲשֶׁר יָרִיתִי Et ecce ſtatua hæc, quam *jeci*, *poſui*, Geneſ. 31, 51. Inf. יָרֹה יִיָּרֶה *Jaculando jaculis conficietur*, Exod. 19, 13. לִירוֹת Ad *jaculandum*, Pſal. 11, 2. Sed 2. Chron. 26, 15. eſt לִירוֹא, tertiâ radicali ה cum א alternante. Fut. וַנִּירָם Et *jaculati ſumus* in eos, Num. 21, 30. pro וַנִּירֵם, ex נִירֶה *Jaculabimur*. Part. יוֹרֶה *Jaculans*, Prov. 26, 18. Niphal Fut. יִיָּרֶה *Jaculis conficietur*, Exod. 19, 13. Hiphil הוֹרָה *Jecit, Projecit, Jaculatus, Ejaculatus eſt; item Docuit, Informavit, Inſtituit, Oſtendit, Monuit, Præmonuit.* הֹרָנִי לַחֹמֶר *Projecit* me in lutum, Job. 30, 19. הוֹרָהוּ *Docuit* eum, 2. Reg. 12, 2. וְהוֹרֵיתִי אֶתְכֶם אֵת אֲשֶׁר תַּעֲשׂוּן Et *docebo* vos ea, quæ facere debetis, Exod. 4, 15. Inf. לְהוֹרֹת Ad *monſtrare*, i. e. ut monſtraret, ſeu curaret ſe rectà in Goſen deducendum, Gen. 46, 28. Fut. אוֹרֶה אֶתְכֶם בְּיַד אֵל *Docebo* vos manum Dei, Job. 27, 11. לֹא יוֹרֶה שָׁם חֵץ Neque *jaculabitur* huc ſagittam, 2. Reg. 19, 32. Sed 2. Reg. 13, 17. eſt וַיּוֹר Et *jaculatus fuit*, ה per Apocopen reſectô. וַיֹּרוּ הַיֹּרִים לַמֶּלֶךְ Et tela *jaculati ſunt* jaculatores in Regem, 2. Chron. 35, 23. Sed 2. Sam. 11, 24. eſt וַיֹּראוּ Et *jaculati ſunt*, א per Epentheſin inſertô. Part. מוֹרֶה *Jaculans*, 1. Sam. 20, 37. *Docens*, 2. Reg. 17, 28.

1) Generatim *jaciendi* notionem obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *rerum materialium & corporearum*, pro quarum diverſitate notat 1) *ponere*, e. g. lapidem angularem, Job. 38, 6. item *ſtatuam lapideam*, quam Jacobus & Laban, jaciendo lapidos, poſuerant, Gen. 31, 58. 2) *Projicere*, ſortem, Joſ. 18, 6. 3) *Jaculari*, *Ejaculari* telum vel ſagittam, tàm in *Kal*, Ex. 19, 13. 1. Sam. 20, 36. 37. 1. Chr. 10, 3. 2. Chr. 26, 15. c. 35, 23. quàm in Hiphil, 1. Sam. 20, 20. 37. c. 31, 3. 2. Sam. 11, 24 c. 20, 4. 2. Reg. 13, 17. c. 19, 32. 1. Chron. 10, 3. 2. Chron. 35, 23. Jeſ. 37, 33. 4) *Præcipitare*, Exod. 15, 4. β) *Tropicè* per *Metaphoram* deſignat 1) *damnum & excidium*, quod impii piis moliuntur, Pſal. 11, 2. Pſal. 64, 5. & Deus ex juſto judicio impiis immittit, Pſal. 64, 8. 2) Significat *Depluere*, quia pluvia ſagittarum inſtar in terram jacitur, & hinc porro per *Metonymiam cauſa* eſt *rigare*, *irrigare*, Hoſ. 6, 3. conf. Prov. 11, 13. ubi figuratè deſignatur compenſatio liberalitatis divinitus facta. 3) Transfertur ad *doctrinam & inſtitutionem*, quæ inſtar pluviæ homines rigat & fœcundat; vel quæ in hominum mentes tanquam telum ei defixum manſurum projicitur, notans *informare*, *docere*, *erudire*. Ita tribuitur *Deo*, homines docenti ſuam voluntatem, & piam vivendi rationem, 1. Reg. 8, 36. 2. Chron. 6, 27. Pſal. 25, 8. 12. Pſal. 27, 11. Pſal. 86, 11. Pſal. 119, 33. Jeſ. 2, 3. c. 28, 9 26. Mich. 4, 2. vel ea, quæ nomine ipſius dicenda, Ex. 4, 15. *Angelo*, nativitatis Simſonis nuncio ipſius Parentes docenti, quæ facienda, quæve omittenda, Jud. 13, 8. item *hominibus* alios docentibus, Deut. 24, 8. Prov. 4, 4. Job. 6, 24. c. 27. 11. Quia verò *docen-*

Digitized by Google

tes ſolent erudiendis *monſtrare*, quæ diſcenda & obſervanda ſunt, hinc 4) quoque notat *monſtrare*, Gen. 46, 28. Exod. 15, 25.

יוֹרֶה m. *Pluvia prima* ſeu *tempeſtiva*, ſic dicta, quod è nubibus in terram projiciatur, eamque feriat, riget atque fœcundet; *pluvia autumnalis*, quæ ſtatim, jactâ ſemente, cadit, eamque excitat, provehit & fœcundat. Legitur Devt. 11, 14. Jer. 5, 24. Joel, 2, 23. Opponitur autem ei מַלְקוֹשׁ *Pluvia ſerotina*, Joel. 2, 23.

מוֹרֶה m. *Doctor*. Eſt Participium nominaſcens. מוֹרֶה שֶׁקֶר *Doctor* mendacii, Jeſ. 9, 14. Hab. 2, 18. Plur. מוֹרִים *Doctores*. Cum Suff. וְלֹא שָׁמַעְתִּי בְּקוֹל מוֹרָי Nec obedivi voci doctorum meorum, Prov. 5, 13. מוֹרֶיךָ *Doctores* tui. Jeſ. 30, 20.

מוֹרֶה m. *Rebellis*, vide in R. מָרָה *Rebellis fuit*.

תּוֹרָה f. *Doctrina*, *Inſtitutio*, *Lex*. Sic dicta, quod liberè projiciatur; vel quod monſtret viam, & faciat ad ſcopum collimare, ne aberremus, vel quod inſtar pluviæ aridam hominis mentem riget & fœcundet. תּוֹרָה צִוָּה לָנוּ מֹשֶׁה *Legem* præcepit nobis Moſes, Devt. 33. 4. בַּתּוֹרָה In *lege*, 2. Chron. 25, 4. In Statu conſtr. תּוֹרַת יְהוָה *Lex* Domini, Exod. 13, 9. Cum Suff. תּוֹרָתִי לֹא שָׁמָרוּ *Legem* meam non obſervarunt, Jer. 16, 11. תּוֹרָתְךָ לֹא שָׁכָחְתִּי *Legis* tuæ non oblitus ſum, Pſalm. 119, 61. Plur. תּוֹרוֹת *Leges*, Jeſ. 25, 5. Cum Suff. לָלֶכֶת בְּתוֹרֹתָיו Ut ambularent in *legibus* ejus, Dan. 9, 10.

1) Generatim & vi originis notat, *quicquid in aliorum gratiam, informationis cauſa* projicitur & traditur. 2) Speciatim α) *propriè* notat tùm *doctrinam & inſtitutionem*, quâ inſcii erudiuntur & monentur, Prov. 1, 8. c. 3, 1. c. 4, 2. c. 7, 2. c. 13, 14. c. 31, 26. tùm *legem*, quâ docetur & monſtratur, quid agendum, quidve omittendum. Ita legitur de *totâ lege Moſaica*, Joſ. 8, 31. 1. Reg. 2. 3. 2. Reg. 22, 8. 11. 2. Chron. 17, 9. & peculiariter de *lege* lepræ, Lev. 13, 59. c. 14, 57. holocauſti, Lev. 6, 2. pacificorum, Lev. 7, 11. naſiræi, Num. 6, 13. 21. puerperæ, Lev. 12, 7. &c. β) *Tropicè* 1) per *Synecdochen* deſignat *univerſum Dei verbum*, quod nos tàm *Dei voluntatem legalem*, quàm *evangelicam* edocet, Pſalm. 1, 2. Pſalm. 19, 8. Pſalm. 37, 31. Pſalm. 119, 1. 18. 34. 70. 72. 77. 92. 163. Jeſ. 8, 20. 2) Per *Metaphoram* dicitur de *diſpoſitione*, *ſtatu & conditione*, inſtar legis alicujus immutabilis ſeſe habente, 2. Sam. 7, 19. confer. hìc Comment. B. Seb. Schmid.

יָרֵחַ m. *Luna*, Pſalm. 8, 4. כַּיָּרֵחַ Sicut *luna*, Pſ. 89, 38. לַיָּרֵחַ *Luna*, Jer. 8, 2.

1) Generatim notat *lunam*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *luminare* illud minus, quod Deus Creator in dominium noctis conſtituit, Gen. 1, 16. Ita legitur Devt. 17, 3. Joſ. 10, 12. 13. Pſal. 8, 4. Pſ. 72, 7. Pſ. 104, 19. Pſalm. 136, 9. Jer. 8, 2. c. 31, 35. β) *Metaphoricè* 1) eſt ſymbolum *Matris*, prout ſol eſt ſymbolum Patris, Gen. 37, 9. item *hominis* in ſplendore

Digitized by Google

do'e & auctoritatis luce augeſcentis, Job. 31, 26. 2) *Propetuus luna & ſolis ſplendor* eſt ſymbolum *æternæ beatitudinis & felicitatis*, Jeſ. 60, 20. & *ıecretio lucis lunaris & ſolaris* deſignat magnam & inſignem felicitatem ſpiritualem, Jeſ. 30, 29.

יֶרַח m. *Menſis*, à lunâ ſic dictus, quia Orientales populi habebant *menſes lunares.* וַיִּמְלֹךְ יֶרַח יָמִים Et regnavit *menſem* dierum, i. e. integrum, 2. Reg. 15, 13. conf. Devt. 21, 13. Plur. יְרָחִים *Menſes*, Exod. 2, 2. In Statu conſtr. יַרְחֵי שָׁוְא *Menſes* vanitatis, i. e. vani, calamitoſi, Job. 7, 3.

יְרִיחוֹ *Jericho*, nomen proprium urbis, quod à R. ריח *Odorari*, deductum, ob *odorem balſami* circa eam nati ei inditum dicitur. Vid. Talm. Bab. Berac. f. 43, 1. & Gloſſam ad h. l. Hanc urbem Joſua ferro & flammis vaſtatam devotioni dedit, ſed Hiel eam è pulvere & ruderibus ſuſcitavit, 2. Chron. 21, 2. quæ poſt reſtaurationem ſcholis Prophetarum nobilitata fuit, 2. Reg. 2. 5. floruitque cum reliquis Judææ urbibus usque ad excidium gentis Judaicæ per Chaldæos. Sub templo ſecundo maxime floruit, ut omnes Judææ urbes, ſi Hieroſolymam excipias, ei cederent.

יָרַט *Declinavit* vel *declinare fecit.* יָרַט הַדֶּרֶךְ לְנֶגְדִּי *Declinavit*, i. e. mala eſt hæc via coram me, Num. 22, 32. juxta Seb. Schmidium. Sed Bochartus in Hieroz. L. 2. c. 14. p. 196. reddit *intricam eſt.* Fut. יִרְטֵנִי *Declinare fecit me*, Job. 16, 11. pro יִירְטֵנִי, primâ radicali per Syncopen conciſâ. Sæpius non legitur.

יָרַךְ In *latere recubuit, in latus deſtinavit, coſta innixus eſt, alicubi commoratus eſt*, apud Arabes.

יָרֵךְ f. *Femur; Latus.* עַל־כַּף הַיָּרֵךְ Super acetabulo *femoris* Gen. 32, 33. In Statu conſtr. וַתֵּקַע כַּף יֶרֶךְ יַעֲקֹב Ut luxaretur acetabulum *femoris* Jacob., Gen. 32, 26. Cum Suff. תַּחַת יְרֵכִי Sub *femore* meo, Gen. 24, 2. יְרֵכָהּ *Femur ejus, ſcapus* ejus, Exod. 25. 31. c. 37, 17. Num. 5, 27. Dual. יְרֵכַיִם *Femora*, Exod. 28, 42. Cum Suff. חַמּוּקֵי יְרֵכַיִךְ Ambitus *femorum tuorum*, Cant. 7, 1.

1) Generatim notat *femur.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *partem craſſiorem in utroque lætere hominis juxta teſticulos, à lumbis uſque ad genua tendentem inſtar caulicis vel caulis oblongi*, Gen. 24, 9. c. 32, 32. β) *Tropice* 1) *Synecdochicè* honeſtè adhibetur pro *parum honeſta parte* tàm *viri*, Gen. 46, 26. Exod. , 5. Jud. 8, 30. quàm *fœmina*, Num. 5, 21. Quia ergo ex femore eſt procreatio, quidam arbitrati ſunt, inde ortum traxiſſe *ritionem jurandi* apud Veteres, quâ juramento ſe obligaturi, manum ſubjiciebant femori illius, cui ſe obligabant, Gen. 24, 2. 9. c. 48, 29. 2) *Metaphoricè* notat *latus*, ſi ſermo eſt de *rebus inanimatis*, Exod. 40, 22. 24. Lev. 1, 11. Num. 3, 29. 35. 2. Reg. 16, 14.

יַרְכָה f. *Latus*; ſemper tribuitur *rebus inanimatis.* Cum Suffixo וְיַרְכָתוֹ *Et latus ejus*, Gen. 49, 1. In Duali בְּיַרְכָתַיִם In utroque late-

latere, Ezech. 46, 19. Confer. Exod. 26, 23. c. 36, 28. In Statu conſt. עַד יַרְכְּתֵי־הַר אֶפְרָיִם Ad *latera* montis Ephraim, Jud. 19, 18. אֶל־יַרְכְּתֵי בוֹר Ad *latera* foveæ, Jeſ. 14, 15. אֶל־יַרְכְּתֵי הַסְּפִינָה Ad *latera* navis, Jon. 1, 5. Aſt 1. Reg. 6, 16. utriusque generis terminatio ſimul exhibetur מִיַּרְכּוֹתֵי *A lateribus*, ſi literas attendas. Maſorethæ verò legunt in Duali מִיַּרְכְּתֵי *Ab utroque latere*.

יִרְמְיָהוּ m. *Jeremias*; Eſt nomen proprium Prophetæ, conflatum ex רום *Altum*, *Exaltatum eſſe*, & יְהוָה *Dominus*, notans *exaltatum Domini*. *a*) ratione *regenerationis*, *b*) ratione *muneris Prophetici*, *c*) ratione *protectionis divinæ*. Aſt Seb. Schmidio potius videtur eſſe à רָמָה *Projecit*, & יְהוָה *Dominus*, ut ſit idem, ac *projiciet Dominus*, ſcil. hoſtes meos, &c.

יָרַע *Malus eſt* vel *viſus eſt*, & tranſitivè, *Malefecit*. נַפְשׁוֹ יָרְעָה לּוֹ Anima ejus *mala eſt* ipſi, Jeſ. 16, 4. Fut. אַל־יֵרַע בְּעֵינֶיךָ Ne *malum videatur* in oculis tuis, i.e. ne diſpliceat tibi, Gen. 21, 12. וְלֹא יֵרַע לְבָבְךָ בְּתִתְּךָ לוֹ Nec erit cor tuum *malum*, i.e. *dolebit*, *cum dederis ei*, Devt. 15, 10. וְלָמֶה יֵרַע לְבָבֵךְ Et quare malum, i.e. *triſte* eſt cor tuum, 1. Sam. 1, 8. יָרַע לָנוּ *Malefaciet* nobis, 2. Sam. 20, 6.

1) Generatim notat *malum eſſe vel videri*; ſive phyſicè, ſive moraliter. Unde 2) ſpeciatim variè adhibetur. Nam *α*) relatum ad *vultum*, notat *male diſpoſitum eſſe*, übel ausſehen/ Neh. 2, 3. Unde colligitur mœror animi. *β*) Si conſtruitur ſequentibus particulis ל vel אֶל, aut voce עַיִן *Oculus*, cui ב præmiſſum fuit, notat *diſplicere*, idque ſubinde *vehementer*, Gen. 21, 11. 12. 1. Sam. 8, 6. c. 18, 8. 2. Sam. 11, 25. 1. Chron. 21, 7. Neh. 2, 10. c. 13, 7. Pſalm. 106, 32. Jon. 4, 1. 3) *Triſtem eſſe, dolere* ſignificat, 1. Sam. 1, 8. Conf. Devt. 15, 10. Jeſ. 15, 4. 4) Denotat *invidere*, Devt. 28, 54. 56.

יְרִיעָה f. *Aulæum*; *Cortina*. Sunt, qui malunt referre ad רעה, *Aſſociatus* eſt, quia ex multis cortinis per laqueaos *combinatis*, tentorium ac tabernaculum efficiebatur; unde & ipſa tentoria יְרִיעוֹת vocata fuerunt. Vid. J. H. M. Animad. & ſupplem. Lex. Cocc. & Robertſon in Lex. in R. ירע, *Malus fuit*, *vel habitus fuit*. בִּקְצֵה הַיְרִיעָה *In extremitate aulæi*, Exod. 36, 12. בַּיְרִיעָה *In aulæo*, Exod. 26, 5. In Plur. יְרִיעוֹת *Aulæa*, Exod. 26, 1. 3. 7. 8. בַּיְרִיעֹת *In aulæis*, Exod. 26, 12. Cum Suffixo יְרִיעוֹתֵיהֶם *Aulæa eorum*, Jer. 49, 29.

יָרַק *Spuit*, *Exſpuit*, *Inſpuit*, *Sputum ejecit*. וְיָרְקָה בְּפָנָיו *Et ſpuit in faciem ejus*, Devt. 25, 9. Infin. יָרֹק יָרַק בְּפָנֶיהָ *Spuendo ſpuiſſet*, i. e. omnino *ſpuiſſet* in faciem ejus, Num. 12, 14. Sæpius in Codice ſacro non legitur, ceu ex Concordantiis patet.

יָרָק m. *Olus*, quod Schindlerus à יָרַק *Spuit*, dictum putat, quia eſt quaſi *terræ ſputum*, ſupra eam eminens; prout alii quoque inde *virorem* dictum putant, quod quaſi terræ & plantarum *ſputum* ſit. Sed præſtat ad

Digitized by Google

ad Arabicam linguam confugere, ubi وَرَقَ ſignificat, *fronduit, frondoſa fuit arbor*, unde eſt nomen, Ebræorum ירק reſpondens, quod ſignificat *Frontem, Folium*. Unde facilè judicari poteſt de reliquis. Scilicet יָרָק notat *virens*, quod naſcitur è terrâ, vel *virorem*, qui ineſt iis, quæ è terra naſcuntur. גַּן יָרָק *Hortus oleris*, 1.Reg.21,2. טוֹב אֲרֻחַת יָרָק Bonus eſt commeatus *oleris*, Prov.15,17. כְּגַן יָרָק Sicut hortus *oleris*, Devt.11,10. In Statu conſtructo וִירַק דֶּשֶׁא Et *viror* herbulæ teneræ, 2.Reg.19,26. Jeſ.37,27.

יָרוֹק m. *Viride, Herba virens*. Legitur ſaltem Job.39,8.

יֶרֶק m. *Viror, Viride*. Deſignat non ſolum *herbam viridem*, ſed etiam *frondes arborum*, ceu patet ex Exod,10,15. ubi Locuſtæ in Ægypto omnia depaviſſe dicuntur, ut non remanſerit, כָּל־יֶרֶק בָּעֵץ וּבְעֵשֶׂב הַשָּׂדֶה Ullum *viride* in arbore aut herba terræ. כָּל־יֶרֶק עֵשֶׂב Omnis *viriditas* herbæ, i.e. Omnis herba viridis, Gen.1,30. conf. Gen. 9,3. וּכְיֶרֶק דֶּשֶׁא יִבּוֹלוּן Et ſicut *viror* herbulæ teneræ, i.e. herbula tenera virens marceſcent, Pſalm.37,2. יֶרֶק הַשָּׂדֶה *Viror agri*, Num.22,4. Vide quoque Jeſ.15,11.

יֵרָקוֹן m. *Pallor, Aurigo*, ſi ſermo eſt de *hominibus*; *Rubigo*, ſi ſermo eſt *de ſegete*, cujus morbus eſt. כָּל־פָּנִים לְיֵרָקוֹן Omnes facies in *pallorem* verſæ erunt, Jer.30,6. וּבַשִּׁדָּפוֹן וּבַיֵּרָקוֹן *Uredine & aurigine*, Devt.28,22.

1) Generatim videtur deſignare *colorem flavum* vel *ſubviridem*, prout ex *albo, flavo & viridi* eſt concretus. Inter flavum enim & viride eſt aliqua cognatio: Herbæ facile *virorem* ſuum in aliquam flavedinem commutant, & vice verſa vultus pallore flavus quandoque *virideſcit*. Inde 2) in ſpecie α) dicitur de *facie hominis* metu & terrore correpti in pallorem verſa, Jer.30,6. β) de *aurigine*, der Gelbſucht/ quæ *flavedinem faciei* inducit, Devt.28,22. γ) de *rubigine*, ſegetum morbô, qui culmis frumentorum innaſcitur ex nimio humore, vel etiam ex nimio æſtu, 1.Reg.8,37. 2.Chron.8,26. Hagg.2,17.

יְרַקְרַק m. *Subviridis*. Duæ poſteriores radicales geminatæ, licet aliàs ſignificationem augeant, ut in עֲקַלְקַלּוֹת *Valde tortuoſa*, hic tamen ſignificationem minuunt, ut in אֲדַמְדָּם *Subrubidus*, Lev. 13,49. וְהָיָה הַנֶּגַע יְרַקְרַק אוֹ אֲדַמְדָּם Si fuerit plaga iſta *ſubviridis* aut rubicunda nonnihil, Lev.13,49. Plur. שְׁקַעֲרוּרֹת יְרַקְרַקֹּת אֲדַמְדַּמֹּת Foſſulæ *ſubvirides* & ſubrubidæ, Lev.14,37. Sed Pſalm.68,14. notat *ſubfulvum*, ut *ſubfulvus* innuatur pallor, qualis in auro apparet. Præterea non occurrit.

ירשׁ & יָרַשׁ *Hæreditavit, Hæreditatem adiit, in hæreditatem ſucceſſit, Hæres effectus eſt, jure hæreditario poſſedit.* וְיָרַשְׁתָּ אֶת־הָאָרֶץ Et *poſſideas* terram, Devt.6,18. וִירֵשׁוּהָ Et *poſſideant* eam, Jeſ.34,11.

Infin. הֲלְיָרְשֵׁנוּ קְרָאתֶם לָנוּ Num ad *hæreditandum* vocaſtis nos? juxta Seb. Schmid. Jud. 14, 15. לָרֶשֶׁת אֲחֻזָּה *Ad hæreditandum* pro poſſeſſione, Lev. 25, 46. Cum Suffixo לְרִשְׁתָּהּ *Ad poſſidendam* eam, Devt. 5, 31. Fut. יִירַשׁ *Jure hæreditario, pro proprietate poſſidebit*, Jud. 11, 24. לֹא יִירַשׁ בֶּן־הָאָמָה Non *hæreditabit*, vel *hæres erit* filius ancillæ, Gen. 21, 10. הוּא יִירָשֶׁךָ Ipſe *hæreditabit* te, Gen. 15, 4. יִירָשׁוּהָ *Poſſidebunt* eam, Devt. 1, 39. Imper. רֵשׁ *Poſſide*, Devt. 1, 21. Sed Devt. 33, 23. eſt יְרָשָׁה *Poſſideto*, cum ה Paragogico. Niphal נוֹרַשׁ *Pauper factus* vel *effectus eſt*, quam ſignificationem habet ex affini verbo רוּשׁ *Pauperari*. Fut. פֶּן־אִוָּרֵשׁ Ne *pauper* fiam, Prov. 30, 9. פֶּן־תִּוָּרֵשׁ Ne *pauper* fias, Gen. 45, 11. Piel Fut. יְיָרֵשׁ *Jure hæreditario poſſidebit, aut faciet poſſidere*, Devt. 28, 42. Hiphil הוֹרִישׁ *Poſſidere fecit, Poſſidendum dedit vel tradidit, Hæredem inſtituit:* Imò ſæpe contrariam ſignificationem obtinet: *Poſſeſſione expulit, Occupavit, Pauperem fecit;* הוֹרִישׁוֹ *Expulit eum*, Joſ. 17, 13. וְהוֹרַשְׁתֶּם אֶת־הָעִיר Et *occupabitis* urbem, Joſ. 8, 7. וְהוֹרַשְׁתֶּם לִבְנֵיכֶם *Et poſſidendam tradatis filiis veſtris*, Eſr. 9, 12. Infinitivus. וְהוֹרֵשׁ יוֹרִישׁ מִפְּנֵיכֶם אֶת־הַכְּנַעֲנִי *Et expellendo expellet*, i. e. certiſſimè expellet Cananitam, Joſ. 3, 10. Fut. אוֹרִישׁ *Expellam*, Exod. 34, 24. Cum Suff. אוֹרִשֶׁנּוּ *Expellam* eum, Num. 14, 12. אֶת־אֲשֶׁר יוֹרִישְׁךָ *Quod poſſidere faciet te*, Jud. 11, 24.

1) Generatim *poſſeſſionem* dicit, ſive ea capiatur, ſive ea amittatur. Unde 2) ſpeciatim α) habet ſignificationem *occupandi*, ſive fiat *jure hæreditatis*, ſive *jure belli*, ſive *alio modo*. Unde pro diverſitate ſubjectorum & objectorum *nunc* ſignificat *hæreditare, hæredem fieri*, Gen. 21, 10. Jer. 49, 2. & in Hiphil *hæreditare facere*, 2. Chron. 20, 11. *nunc* notat *occupare*, e. g. *terram*, Devt. 1, 21. c. 3, 12. c. 4, 5. c. 9, 23. *urbem*, Joſ. 8, 7. Joſ. 17, 12. *vineam*. 1. Reg. 21, 15. nunc denotat *poſſidere firmiter*, Pſalm. 37, 9. 11. 22. 29. & in Hiphil *poſſidere facere*, Eſr. 9, 12. c. 11, 24. β) Obtinet contrariam ſignificationem *amittendi poſſeſſionem*. Unde 1) *in Hiphil* ſignificat *ejicere, expellere ex poſſeſſione, poſſeſſione ſuâ aliquem privare, ſede ſuâ expellere, eamque alteri poſſidendam relinquere*, vel *tradere*. Ita dicitur *de Iſraelitis* gentes juxta voluntatem Dei non expellentibus, Joſ. 13, 13. Jud. 1, 27. 29. 30. 31. 33. *de Deo* gentes exturbante, & terram earum Iſraelitis poſſidendam tradente, Num. 32, 21. Devt. 4, 38. Joſ. 23, 13. Jud. 2, 24. 1. Reg. 14, 24. c. 21, 26. 2. Reg. 16, 3. c. 17, 8. Pſalm. 44, 3. 2) In Niphal notat *depauperari, pauperem fieri*, Gen. 45, 11. Prov. 20, 13. c. 23, 21. c. 30, 9.

יְרֵשָׁה f. *Hæreditas*. Bis legitur, Num. 24, 18.

יְרֻשָּׁה f. *Hæreditas*, Devt. 2, 5. In Statu conſtr. יְרֻשַּׁת יִרְאֵי שְׁמֶךָ *Hæreditas* timentium nomen tuum, Pſalm. 61, 6. Cum Suff. מִירֻשָּׁתְךָ

Ab

Ab *hæreditate* tua, 2. Chron. 20, 11. וְשַׁבְתֶּם לְאֶרֶץ יְרֻשַּׁתְכֶם Tum revertemini in terram *hæreditatis* veſtræ, Joſ. 1, 15.

1) Generatim notat *poſſeſſionem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *rem*, quæ vel poſſidetur jure hæreditario, vel hæredibus poſſidenda relinquitur, Devt. 2, 5. 9. 19. Joſ. 1, 5. c. 12, 6. 7. β) *Tropicè* notat *occupationem* rei, quæ jure hæreditario alteri cedit, Jer. 32, 8.

יְרוּשָׁלַיִם *Hieroſolyma* vide in יָרֵא *timuit*, pag. 546.

מוֹרָשׁ m. *Poſſeſſio*, *Hæreditas*. Ter ſaltem legitur. In Statu conſtr. לְמוֹרַשׁ קִפּוֹד *In hæreditatem anataria*, Jeſ. 14, 23. In Plur. in Statu conſtr. מוֹרָשֵׁי לְבָבִי *Hæreditates* cordis mei, Job. 17, 11. ubi notat *res*, quas ſua occupatione cogitando *cor* ſibi videtur jam quaſi poſſidere, cujusmodi ſunt res indubiâ ſpe expectatæ. Vid. Seb. Schmid. in h.l. Cum Suff. אֶת־מוֹרָשֵׁיהֶם *Hæreditates* eorum, Obad. 1, 17.

מוֹרָשָׁה f. *Poſſeſſio*, *Hæreditas*. לָכֶם מוֹרָשָׁה אֲנִי יְהוָה *Vobis* i. e. *veſtra hæreditas* ſum ego Dominus, Exod. 6, 8. נִתְּנָה הָאָרֶץ לְמוֹרָשָׁה Data eſt terra in *hæreditatem*, Ezech. 11, 15.

מוֹרֶשֶׁת f. *Hæreditas*. Aſt aliis eſt nomen propr. loci Moreſcheth, Mich. 1, 14.

תִּירוֹשׁ m. *Muſtum*, quaſi hominem ſibi *acquirens* & *ſubjiciens*, poſtquam ſui impotem fecit, mentem è recta ſede ſua velut expulit, Gen. 27, 28. Cum Suffixo תִּירוֹשִׁי *Muſtum meum*, Hoſ. 2, 11. תִּירוֹשָׁם *Muſtum eorum*, Pſalm. 4, 8.

1) Generatim notat *vinum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *vinum* 1) *novum* ſeu *muſtum*, ſive uvis adhuc contentum, Jud. 9, 13. Jeſ. 65, 8. ſive uvis expreſſum, Prov. 3, 10. Joel. 2, 24. 2) *Vinum* vetus, Gen. 27, 28. 37. Devt. 28, 51. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *potum ſpiritualem ſuavitatis pleniſſimum*, Jer. 31, 12. 2) *Suavitatem & efficaciam Evangelii*, Zach. 9, 17.

יָשַׁב *Sedit*, *Conſedit*; *Manſit*, *Permanſit*; *Habitavit*, & paſſivè *Habitatus eſt*. אֲשֶׁר יָשַׁב בָּהֵן לוֹט In quibus, i. e. in quarum unâ *habitaverat* Lot, Gen. 19, 29. Per enallagen ponitur Pluralis pro Singulari. וְיָשַׁבְתָּ עִמּוֹ Ut *maneas* apud eum, Gen. 27, 44. עַל דְּרָכִים יָשַׁבְתְּ לָהֶם Super viis *ſediſti* iis, Jer. 3, 2. Sed Jer. 22, 23. eſt יֹשַׁבְתִּי Quæ hactenus *habitaſti*, & etiamnum habitas. Eſt enim forma mixta ex Præterito & Participio. י in fine eſt Paragogicum לֹא יָשַׁבְתִּי בְּבַיִת Non *habitavi* in domo, 2. Sam. 7, 6. Sed Pſalm. 23, 6. eſt וְשַׁבְתִּי pro וְיָשַׁבְתִּי Et *manebo*, primâ radicali per Aphæreſin ablata. Sed ſi Dn. D. Danzium in Literat. c. 8. §. 55. audimus, nil inepti ſignificat, ſi, ſervatis literis, ex שׁוּב derives, q.d. *ſæpius illuc redibo, adibo iterum, iterumque, ad meam interea domum reverſus*. Particip. יוֹשֵׁב עַל־כִּסֵּא מַלְכוּתוֹ *Sedens* ſuper ſolio regni ſui, Eſth. 5, 1. יוֹשֵׁב הָאָרֶץ *Incola* terræ Jer. 47, 2. Sed Pſalm. 123, 1. eſt cum י Paragogico בַּשָּׁמָיִם

Digitized by Google

הַיֹּשְׁבִי בַּשָּׁמָיִם Qui reſidens es in cœlo. Fœm. יוֹשֶׁבֶת לָבֶטַח *Habitans es* in ſecuritate, i.e. *ſecure*, Jud. 18, 7. Infin. יָשׁוֹב אֵשֵׁב *Sedendo ſedebo*, i.e. omninò *ſedere* debeo, 1. Sam. 20, 5. Sed Jer. 42, 10. eſt שׁוֹב pro יָשׁוֹב *Sedendo, manendo*, prima radicali per Aphæreſin ablatâ. Sequitur enim תֵּשְׁבוּ *Manebitis*. Aliàs frequens eſt Infinitivus שֶׁבֶת *Sedere, manere, habitare*. טוֹב שֶׁבֶת בְּאֶרֶץ מִדְבָּר Bonum eſt *habitare* in terra deſerti, Prov. 21, 19. לְשִׁבְתִּי *Ad inhabitare me*, i.e. *ut inhabitem*, 2. Sam. 7, 5. Fut. אָנִי אֵשֵׁב עַד שׁוּבֶךָ *Ego manebo usque ad reverti te*, i.e. usque dum revertaris, Jud. 6, 18. יֵשְׁבוּ עֲבָדֶיךָ בְּאֶרֶץ גֹּשֶׁן *Habitabunt ſervi tui in terra Goſen*, Gen. 47, 4. Niphal נוֹשַׁב *Habitatus, Inhabitatus fuit*. אֶרֶץ לוֹא נוֹשָׁבָה Terra non *inhabitata*, Jer. 6, 8. כֶּעָרִים אֲשֶׁר לֹא נוֹשָׁבוּ Sicut urbes, quæ non *inhabitantur*, Ezech. 26. 19. עָרִים לוֹא נוֹשָׁבָה *Urbes, quæ non inhabitantur*, Jer. 22, 6. Ita legunt Maſorethæ; ſed nil impedit, quò minus legas נוֹשָׁבָה, literis retentis, ut ſit tertia ſingularis fœm. cum optimus enaſcatur ſenſus. *Urbes, quarum nulla habitabitur*. Particip. Fœm. אֶרֶץ נוֹשָׁבֶת *Terra habitata*, Exod. 16, 35. Piel יִשֵּׁב *Collocavit*. וְיִשְּׁבוּ *Et collocent*, Ezech. 25, 4. Hiphil הוֹשִׁיב *Sedere, Reſidere fecit; Habitare, Cohabitare fecit, habitationem alicui conceſſit; vel ſi de loco ſermo ſit, incolas eidem dedit, Collocavit, Statuit*. הוֹשַׁבְתִּי אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Habitare feci* filios Iſrael, Lev. 23, 43. וְהוֹשְׁבוֹתִים *Et reductos eos locabo*, Zach. 10, 1. eſt forma mixta ex יָשַׁב & שׁוּב *Redire*; de qua laudatus Dn. D. Danzius in Literat. ita ſcribit: ו Præformativi indicat quieſcens primâ יָשַׁב, unde foret וְהוֹשַׁבְתִּים Et *habitare faciam* ſeu *locabo eos*: Sed ו literæ ב arguit imperfectum ſecundâ שׁוּב, ex quo ſolo dicendum fuiſſet וַהֲשִׁיבוֹתִים *Et redire faciam* ſeu *reducam eos*. Et fallor, aut (:) literæ ש, quod in nulla memoratarum ſpecie locum ibi invenit, ſubinnuit inſuper quieſcens tertiâ שְׁבוּת, è voce paſſivâ נִשְׁבִּים *Exules*; in hunc ſenſum: *Et in captivitatem deportatos ſeu exules hactenus reducam, & locabo eos firmiter*. Infin. לְהוֹשִׁיב *Ad habitare faciendum*, 1. Sam. 2, 8 Part. מוֹשִׁיב *Habitare faciens*, Pſalm. 68, 7. Fut. אוֹשִׁיבְךָ בְּאֹהָלִים *Et habitare faciam* te in tentoriis, Hoſ. 12, 10. וַתֹּשִׁיבוּ נָשִׁים נָכְרִיּוֹת *Dum cohabitare feciſtis mulieres peregrinas*, Eſr. 10, 10. Hophal הוּשַׁב *Habitator effectus eſt, Habitatus eſt*. וְהוּשַׁבְתֶּם *Et habitatores efficiamini*, Jeſ. 5, 8. Fut. תּוּשַׁב *Habitatur*, Jeſ. 44, 26.

1) Generatim *ſeſſionis* notionem quacunque involvit ratione. 2) Speciatim א) in Kal α) notat 1) *ſedere* in certô aliquô locô, vel abſolutè Gen. 18, 1. 1. Sam. 20, 19. vel *modificatè*, inferens a) *quietem* & *tranquillitatem*, Gen. 49, 24. Mich. 5, 3. b) *Honorem & dignitatem*, 1. Reg. 2, 19. c) Præter *dignitatem* & *honorem* etiam *dominium* & *imperium*, quia ſedere eſt Regum, Principum, Judicum &c. Hinc per Metonymiam

nymiam

Digitized by Google

nymiam ſigni ſæpius idem eſt ac *regnare, dominari, imperare.* Atque in hoc ſignificatu tribuitur tum *hominibus*, qui *in ſolio ſedere* dicuntur, quando funguntur officio Regis vel Judicis alicujus, Exod. 11, 5. c. 18, 13. Devt. 17, 18. Jud. 5, 10. 1. Reg. 1, 13. 17. 20. Jeſ. 14, 13. Jer. 22, 2. 30. c. 33, 16. tum *Deo*, qui tanquam Dominus Dominorum, & Rex Regum ſupremus in cœlis ſedere & regnare dicitur, Pſalm. 9, 8. Pſalm. 29, 10. Pſalm. 47, 9. Jeſ. 40, 22. tum *Chriſto*, qui *ad dexteram Patris ſedere* dicitur, ad deſignandam *ejus majeſtatem, honorem & dominium*, Pſalm. 110, 1. d) *Miſeriam, luctum & contemtum.* Hinc dicitur de *captivis* Jer. 32, 16. de *lugentibus*, Jeſ. 47, 1. 5. de *abjectis & contemtis hominibus*, Eccl. 10, 6. de *deſolatis* 1. Sam. 12, 16. Job. 1, 20, c. 2, 13. Jeſ. 3, 26. Jer. 13, 18. Ezech. 26, 16. e) *Converſationem, conſortium, commercium, communia ſtudia & conſilia*, ut idem ſit ac *converſari, communionem, conſortium cum aliquo habere*, Pſalm. 1, 4. Pſalm. 26, 4. 2) Quia, qui *ſedet*, alicubi *manet*, hinc quoque ſignificat non ſolum *manere, permanere*, ſed etiam *habitare, commorari.* *Manendi* ſignificationem obtinet, Gen. 19, 30. c. 22, 5. Jud. 6, 18. 2. Reg. 2, 2. 4. 6. Sed Pſalm. 102, 13. *Deus* dicitur *permanere* ad indicandam *perennem & uniformem eſſentiæ divinæ durationem.* Conf. Thren. 5, 19. *Habitandi* autem & *commorandi* ſignificationem ſæpiſſime obtinet, Gen. 47, 4. 6. Devt. 3, 19. 2. Sam. 2, 3. Jer. 29, 5. c. 35, 10. 1. Reg. 2, 35. &c. Interdum innuit *mutuam Conjugum cohabitationem*, Prov. 21, 19. c. 25, 24. ב) In Hiphil notat *habitationem alicui concedere*, ſi ſermo eſt *de perſona*, Ezech. 36, 11. Hoſ. 11, 11. Pſalm. 68, 7. Gen. 47, 6. vel ſi de loco ſermo ſit, ſignificat *incolas eidem concedere*, Ezech. 36, 33.

שִׁיבָה f. *Seſſio, Reſidentia, Mora.* Occurrit ſaltem cum Suffixo בְּשִׁיבָתוֹ *In reſidentia* vel *mora ejus*, h. e. dum reſedit vel moratus eſt, 2. Sam. 19, 33.

מוֹשָׁב m. *Sedes, Seſſio, Habitatio.* עִיר מוֹשָׁב *Urbs habitationis*, Pſalm. 107, 4. In Statu conſtructo וּבְמוֹשַׁב לֵצִים לֹא יָשָׁב Et in *ſede* irriſorum non ſedet, Pſalm. 1, 1. Cum Suffixo מוֹשָׁבָם *Habitatio eorum*, Gen. 10, 30. In Plural. in Statu conſtr. מוֹשְׁבֵי הָאָרֶץ *Habitationes* terræ, Ezech. 34, 13. Et Fœm. מוֹשְׁבֹתֵיכֶם *Habitationes* veſtræ, Exod. 12, 20. מוֹשְׁבֹתֵיהֶם *Habitationes* ipſorum, Ezech. 37, 23. it. מוֹשְׁבוֹתָם *Habitationes* eorum, 1. Chron. 4, 33.

1) Generatim notat *ſedem* vel *habitationem.* Unde 2) in ſpecie deſignat α) *locum terramque habitationis*, ubi quis ſedem capit vel figit, Exod. 12, 4. Lev. 25, 29. 2. Reg. 2, 19. Pſalm. 107, 4. 7. Pſalm. 132, 13. β) *Conſeſſum* vel *conventum aliquem*, v. g. *Deriſorum*, Pſalm. 1, 4. *Senum*, Pſalm. 107, 32. γ) *Sedile*, e. g. *Regis* ad parietem in diſcubitu, 1. Sam. 20, 24. *Jobi* ceu judicis in platea, Job. 29, 7.

תּוֹשָׁב m. *Incola, Inquilinus*, Advena, παρεπίδημος. גֵּר וְתוֹשָׁב אָנֹכִי

אָנֹכִי *Peregrinus & advena ego ſum*, Gen. 23, 4. וּלְתוֹשָׁבְךָ *Et inquilino tuo*, Lev. 25, 6. Plur. תּוֹשָׁבִים *Inquilini*, Lev. 25, 45. כִּתֹּשָׁבֵי גִלְעָד *Ex inquilinis Gilead*, vel *ex Habitatoribus Gilead*, 1. Reg. 17, 1.

1) Generatim notat *incolam*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *eum*, qui *aliunde adveniens alicubi commoratur tanquam incola receptus*. Hieronymus nunc *advenam*, nunc *inquilinum* interpretatur, nunc *colonum* reddit. Ita תּוֹשָׁב dicitur Abraham, Gen. 23, 4. Sic legitur Exod. 12, 45. Lev. 22, 10. c. 25, 6. 47. Confer. Lev. 25, 23. 1. Chron. 29, 13. β) *Metaphoricè* transfertur ad *pios*, qui in hoc mundo inſtar advenarum & inquilinorum exiſtentes, cœleſtem civitatem quærunt, Pſalm. 39, 13.

יָשַׁשׁ *Fuit, Extitit.* Radix inuſitata; indè autem eſt

יֵשׁ Quod tàm *nominaliter*, quàm *verbaliter* capi invenitur. Nam β) *Nominis* ſignificationem exprimit, denotans *eſſentiam*, ὕπαρξιν, Prov. 8, 21. *exiſtentiam*, *exiſtens*, Gen. 39, 4. *ſoliditatem*, Prov. 13, 23. c. 8, 21. Vid. Synopſis Interpretis Ebræo-Chaldæi Dn. D. Danzii c. 3, 55. β) Exprimit ſignificationem *verbi Subſtantivi* Sum *in quolibet tempore, perſona ac numero*, quæ à contextu determinantur, & ex appoſito Suffixo ſæpius colligitur. יֵשׁ מְפַזֵּר וְנוֹסָף עוֹד *Eſt, qui ſpargit, & qui augetur eò magis*, Prov. 11, 24. אִם יֶשְׁךָ *Si es tu nunc*, Gen. 24, 42. יֶשְׁנוֹ *Eſt ipſe*, Eſth. 3, 8. ubi נ per Epentheſin inſertum eſt. אִם יֶשְׁכֶם עֹשִׂים חֶסֶד וֶאֱמֶת Si vos eſtis facientes benignitatem & veritatem, Gen. 24, 49.

תּוּשִׁיָּה f. *Eſſentia, Subſtantia, Res*, item *Sapientia*, quia ſtabilis hujus eſt eſſentia. וְלֹא תַעֲשֶׂינָה יְדֵיהֶם תּוּשִׁיָּה *Ut non faciant manus eorum ſapientiam*, i. e. *res ſapienter & prudenter deliberatas*, poſito abſtracto pro concreto, Job. 5, 12. וַתְּמֹגְגֵנִי תּוּשִׁיָּה Et liquefacis me *in toto, ſecundum ſubſtantiam, totaliter, plane*, h. e. ad mortem usque & corruptionem, Job. 30, 22. נְצֹר תֻּשִׁיָּה וּמְזִמָּה *Cuſtodi ſapientiam & cogitationem*, Prov. 3, 21. Pagninus vertit: *Cuſtodi legem* &c.

1) Generatim & vi originis notat *eſſentiam*, vel *ſubſtantiam*. 2) Speciatim *α*) *propriè* dicitur *ſubſtantiam* & *eſſentiam*, per quam quid in eſſe ſuo conſtituitur & perſeverat, quamque quid habet, Job. 30, 22. β) *Metonymicè*, quia quicquid *exiſtere & conſiſtere* debet, ſapientiam exigit in eo, à quo eſſe ſuum habet, *diſponitur* & *regitur*, hinc etiam notat *ſapientiam*, eamque *veram* & *ſolidam*. In hoc autem ſignificatu dicitur *a*) de *Deo*, deſignans infinitam ejus ſapientiam, tàm *ſpeculativam*, quâ omnes res, omniumque rerum cauſas exactiſſimè novit, quàm practicam, quâ omnibus rebus eſſe ſuum largitur, rerumque cauſas & effectus omnes modo planè admirabili diſponere, & ad finem bonum dirigere novit, Job. 11, 6. c. 12, 13, 16. Prov. 8, 14. Jeſ. 28, 29. *b*) de *Homine*, tàm *ab-*

ſtracti-

ſtructivè, ubi deſignat mox *ſapientiam* tum *ſpeculativam*, tum *practicam*, juxta quam homo in vita ſua & vitæ accidentibus ſapienter & prudenter ſe gerit, Job. 6, 13. mox ſaltem *ſcientiam practicam*, ſeu *prudentiam*, qua homo prudenter conſtituit, quid ſibi faciendum, Job. 26, 3. Quàm *concretive*, ubi denotat *rem ſapienter & prudenter deliberatam & ſuceptam*, Job. 5, 12.

יֶשַׁח m. *Corruptio.* Occurrit ſaltem Mich. 6, 14. cum Suffixo יֶשְׁחֲךָ *Corruptio tui.*

יָשַׁט In Kal non legitur; In Hiphil autem eſt הוֹשִׁיט *Extendit, Porrexit.* מֵאֲשֶׁר יוֹשִׁיט־לוֹ הַמֶּלֶךְ אֶת־שַׁרְבִיט הַזָּהָב Excepto eo, cui Rex *extenderit*, vel *protenderit* ſceptrum aureum, Eſth. 4, 11. Fut. וַיּוֹשֶׁט הַמֶּלֶךְ לְאֶסְתֵּר שַׁרְבִיט הַזָּהָב *Ut extenderet Rex Eſtheræ ſceptrum aureum*, Eſth. 5, 2. c. 8, 4. Præterea non legitur.

יִשְׁמָעֵאל m. *Iſmael*; Eſt nomen propr. filii Abrahami ex Hagare geniti, ob *exauditionem divinam Hagari factam* ei impoſitum, Gen. 16, 11. Inde יִשְׁמְעֵאלִים *Iſmaelitæ*, poſteri Abrahami ex Hagare oriundi, quorum *numeroſitas* promittitur, Gen. 16, 20. c. 21, 18. & *mercatura* memoratur, Gen. 37, 25. Ab his originem ducunt Arabes, qui ad imitationem circumciſionis Iſmaelis anno 13. factæ, pueros anno 13. ætatis circumcidere conſueverunt.

יָשַׁם *Deſolatus fuit*, *Vaſtatus fuit.* Convenit cum שָׁמֵם *Deſolatus fuit.* Occurrit ſaltem in Futuro. וְהָאֲדָמָה לֹא תֵשָׁם *Et terra non deſoletur*, Gen. 47, 19. לְמַעַן תֵּשַׁם אַרְצָהּ Ut *devaſtetur terra ejus*, Ezech. 12, 19. Conf. c. 19, 7. וְהַבָּמוֹת תִּישַׁמְנָה Et excelſa *deſolabuntur*, Ezech. 6, 6. Sæpius non occurrit.

יְשִׁימוֹן m. *Solitudo*, *Deſertum*, Devt. 32, 10. בִּישִׁימוֹן דָּרֶךְ In *ſolitudine via*, i. e. *in loco vaſto & invio, ubi mera aſperitas, cultura aut itineribus ineptis*, Pſalm. 107, 4.

1) In genere notat *quamvis ſolitudinem & vaſtitatem*, ceu colligi poteſt ex Jeſ. 43, 20. 2) In ſpecie α) *propriè* dicitur de *tota illa regione vaſta & inhabitabili*, per quam Iſrael per annos 40. circumactus fuit, Pſalm. 68, 8. β) *Metaphoricè* deſignat *gentiles, à regno Chriſti alienos, & commodis vitæ æternæ deſtitutos*, qui per ſalutiferam Chriſti doctrinam ad Eccleſiam vocantur, Jeſ. 43, 20.

יָשֵׁן *Dormivit, Obdormivit, Redormivit.* יָשַׁנְתִּי *Dormivi*, Job. 3, 13. Infin. יְשׁוֹן *Dormire.* וְהַשָּׂבָע לֶעָשִׁיר אֵינֶנּוּ מַנִּיחַ לוֹ לִישׁוֹן Sed ſatietas divitis non ſinit eum *dormire*, Eccl. 5, 11. Fut. פֶּן אִישַׁן הַמָּוֶת Ne forte *obdormiam* morte, Pſalm. 13, 4. Sed eſt cum ה Paragogico וָאִישָׁנָה *Et dormiam*, Pſalm. 3, 6. יִשְׁנוּ *Dormient*, Prov. 4, 16. primâ radicali per Syncopen conciſâ. Niphal נוֹשַׁן *Inveteratus fuit.* וְנוֹשַׁנְתֶּם בָּאָרֶץ *Et inveterati fueritis in terra*, Devt. 4, 25.

4, 25. Particip. ישָׁן נוֹשָׁן *Vetus inveteratum*, i. e. *valde vetus*, Lev. 26, 10. Fœm. צָרַעַת נוֹשֶׁנֶת הִיא Lepra *inveterata eſt*, Lev. 13, 11. Piel יִשֵּׁן *Dormire fecit*, *ſomnum induxit*. Occurrit ſaltem in Futuro וַתְּיַשְּׁנֵהוּ *Et dormire fecit eum*, Jud. 16, 19.

I) Generatim *mutationem aliquam* involvit, ſive *ad ſomnum*, ſive *ad vetuſtatem*; Unde II) in ſpecie ſignificat 1) *dormire*, & quidem α) *propriè*, Gen. 2, 21. c. 41, 5. 1. Reg. 19, 5. Eccl. 5, 11. β) *Impropriè* & per *Metaphoram*, ubi ſi de *hominibus* dicitur, deſignat a) *ſummam in Deo tranquillitatem* & *ſecuritatem*, cum timidos alioquin ſomnus fugiat, Pſ. 3, 6. Pſ. 4, 9. b) *Mortem*, & quidem tam temporalem, Job. 3, 13. quàm *æternam*, Pſalm. 13, 4. Sed *de Deo* dicitur, quando *ſuos* videtur *deſerere*, & *opem ſuam iis denegare*, Pſal. 44, 24. Pſal. 121, 4. 2) Significat *inveteraſcere*, *inveterari*, Lev. 26, 10.

יָשֵׁן m. *Dormiens*, 1. Sam. 26, 7. Plur. יְשֵׁנִים *Dormientes*, 1. Sam. 26, 12. In Statu conſtr. רַבִּים מִיְּשֵׁנֵי אַדְמַת עָפָר Multi de *dormientibus* in pulvere terræ, Dan. 12, 2. Fœm. אֲנִי יְשֵׁנָה וְלִבִּי עֵר Ego *dormio*, ſed cor meum vigilat, Cant. 5, 2.

1) Generatim notat *dormientem*. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *dormientem*, qui *ſomno naturali* obrutus eſt, 1. Sam. 26, 7. 1. Reg. 3, 20. β) *Metaphoricè* dicitur 1) de *mortuis*, qui in pulvere terræ veluti dormiunt, Dan. 12, 2. Job. 3, 12. 2) de *Deo*, qui *dormire* videtur, quando pios deſerit, opem ſuam iis denegat, & hoſtium furori eos permittit, Pſalm. 78, 65.

יָשָׁן m. *Vetus*. תֹּאכְלוּ יָשָׁן Comedetis *vetus*, Lev. 25, 22. Plur. חֲדָשִׁים גַּם יְשָׁנִים Nova etiam *vetera*, Cant. 7, 13. Fœm. שַׁעַר הַיְשָׁנָה Porta *nova*, Neh. 12, 39.

שֵׁנָה f. *Somnus*. אַל תִּתֵּן שֵׁנָה לְעֵינֶיךָ Ne da *ſomnum* oculis tuis, Prov. 6, 4. Sed Pſalm. 127, 2. eſt שֵׁנָא א cum ה alternante. In Statu Conſtr. שְׁנַת הַמֶּלֶךְ *Somnus regis*, Eſth. 6, 1. Sed Pſalm. 132, 4. שְׁנָת non eſt forma conſtructa, quod (ָ) ſub נ arguit. Perinde ſe habet, ut נַחֲלָת *Poſſeſſio*, Pſalm. 16, 6. עֶזְרָת *Auxilium*, Pſalm. 60, 13. Cum Suffixo וַתִּדַּד שְׁנָתִי מֵעֵינָי׃ Et expulſus eſt *ſomnus* meus ex oculis meis, Gen. 31, 40. וַיִּיקַץ יַעֲקֹב מִשְּׁנָתוֹ *Quum ergo expergefactus eſſet Jacob à ſomno ſuo*, Gen. 28, 16. וְלֹא יֵעֹרוּ מִשְּׁנָתָם *Nec excitantur à ſomno ſuo*, Job. 14, 12. Plural. שֵׁנוֹת *Somni*, Prov. 6, 10. c. 24, 33. ubi numerus pluralis crebrum ignavi decubitum, & inveteratam ſomnolentiam deſignat.

1) Generatim notat *ſomnum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſomnum naturalem*, Gen. 31, 40. c. 28, 16. Jud. 16, 14. 20. Zach. 4, 1. β) *Metaphoricè* 1) deſignat *mortem* & *excidium*; non ſolum, quia ſomnus eſt ſimillima mortis imago, & pii morientes non tàm moriuntur, quàm dormi-

dormiunt, ſed etiam, quia ſicut dormientes habent *ſpem evigilandi*, ita & ipſi habent ſpem ex pulvere terræ reſurgendi. Sed quia inter mortem piorum & impiorum diſcrimen intercedit, inde tenendum, Pſalm. 76, 6. Jer. 51, 39. non indigitari *requiem amicam*, nec fauſtæ reſurrectionis ſpem, ſicut in morte piorum, ſed *nudam ab actionibus* prioribus ceſſationem, perennemque *ἀδυναμίαν* &c. 2) Notat *ignaviam, tarditatem & ceſſationem*, ſicut ſomnolenti deſides eſſe ſolent & ad agendum inutiles, Prov. 6, 9. c. 20, 30. c. 24, 33.

ישע In Kal non occurrit; Sed in Hiphil הוֹשִׁיעַ *Salvavit, Salvum præſtitit, Servavit, Saluti & auxilio fuit.* Conſtruitur cum Dativo & Accuſativo. ל ponitur ante ſubjectum, cui auxilium præſtatur, Joſ. 10, 6. Jud. 7, 2. c. 10, 14. 1 Sam 25, 26. c. 30, 33. 2. Sam. 10, 11 Job. 40, 14. Pſalm. 44, 4. הוֹשִׁיעַ יְהוָה מְשִׁיחוֹ *Salvat Dominus unctum ſuum*, Pſalm. 20, 7. וְהוֹשֵׁעַ יָדְךָ לָךְ Nec manus tua *opem tibi ferret*, 1. Sam. 25, 26. וְהוֹשַׁעְתִּיךָ Et *ſervabo* te, 1. Chron. 19, 12. Infin. לְהוֹשִׁיעַ אֶתְכֶם Ut *ſervet* vos, Devt. 20, 4. לֹא קָצְרָה יַד יְהוָה מֵהוֹשִׁיעַ Non abbreviata eſt manus *Domini à ſalvare*, i. e. ut non ſalvare poſſit, Jeſ. 59, 1. Fut. בַּמָּה אוֹשִׁיעַ אֶת־יִשְׂרָאֵל Per quid *liberabo* Iſraelem? Jud. 6, 15. יוֹשִׁיעַ לִבְנֵי אֶבְיוֹן *Servabit* filios egeni, Pſ. 72, 4. Sed 1. Sam. 17, 47. eſt יְהוֹשִׁיעַ *Servet*, ubi more Chaldæorum Characteri Infinitivi novus Character ſuperinductus fuit, ceu in יְהוֹדֶה *laudabit*, Ezech. 46, 22. יוֹשִׁיעֶנּוּ *Servabit eum*, Jeſ. 46, 7. הוֹשַׁע עַבְדְּךָ *Serva* ſervum tuum, Pſalm. 86, 2. הוֹשִׁיעֵנִי לְמַעַן חַסְדֶּךָ *Serva* me propter miſericordiam tuam, Pſalm. 6, 5. עַם נוֹשַׁע בַּיהוָה Populus *ſalvatur* per Dominum, Devt. 33, 29. Fut. וּמֵאֹיְבַי אִוָּשֵׁעַ Tum ab *hoſtibus meis ſervabor*, 2. Sam. 22, 4. Participium נוֹשָׁע בְּרָב־חָיִל *Servatus* per multitudinem exercitûs, Pſalm. 33, 16. Sed Zach. 9, 9. capitur activè, *Servator.* Verba enim, quæ in Kal inuſitata ſunt, quandoque in Niphal activè ſignificant, e. g. נִשְׁבַּע *Juravit*, Gen. 50, 24.

1) Generatim notat omnis generis *ſervationem*, importatque ab *una parte* mali & miſeriæ remotionem, *ab altera* autem *parte* boni ſeu felicitatis priſtinæ reſtitutionem. Proinde 2) ſpeciatim α) notat *opitulari, liberare, eripere.* Ita dicitur 1) de *Deo*, qui piis opem præſtat, eosque liberat ab *hoſtium perſecutione & poteſtate*, Num. 10, 9. 1. Sam. 7, 8. Jud. 2, 18. Pſalm. 3, 8. Pſalm. 7, 2. Pſalm. 18, 4. Pſalm. 22, 22. *ex anguſtiis*, Pſalm. 6, 5. Pſalm. 34, 7. Pſalm. 39, 40. Pſalm. 86, 2. Pſalm. 107, 13. 19. Jer. 14, 8. imò à *quocunque malo*, Prov. 28, 18. Confer. Jeſ. 25, 9. qui ſuos ſervat, & contra malorum vim immunes præſtat, defendit atque tuetur, 2. Reg. 19, 34. Zach. 10, 6. Jer. 31, 7. ſed negatur de Idolis, Jud. 10, 14. Jeſ. 46, 7. Jer. 2, 28. c. 11, 12. 2) de *Meſſia*, qui ex magna cum hoſtibus humani generis *pugna* incolumem ſeipſum eripuit, ac redivivum ex ſepulchro ſe ſtitit, Pſ. 98, 1. Conf. Jeſ. 63, 1. 5. 3) de *Hominibus*,

Digitized by Google

qui aliis opem & præſidium præſtant, e. g. de Rege, 1. Sam. 10, 27. 2. Sam. 14, 4. item de Ducibus Iſraelitarum, Jud. 3, 15. c. 6, 14. c. 8, 22. Neh. 9, 27. De Syris, Ammonitis opem ferentibus, 2. Sam. 10, 10. β) *Redimere & ſalvare*, interpoſitô aliquo λύτρῳ, quô ſatisfiat juſtitiæ divinæ læſæ. Ita adhibetur ad deſignandam ſalvationem & redemtionem generis humani, quà per Chriſtum, ſolutô λύτρῳ, ex miſeria extrema, in quam per peccatum prolapſum erat, à Dei ira, Diaboli, mortis ac inferni poteſtate, nec non à peccato liberatum, & in feliciſſimum ſtatum delatum fuit, Jeſ. 35, 4. Zach. 9, 9. Conf. Pſalm. 118, 25.

יֶשַׁע & יֵשַׁע m. *Salus*, *Auxilium*. אָשִׁית בְּיֵשַׁע Ponam in *ſalute*, Pſalm. 12, 6. וְכֹהֲנֶיהָ אַלְבִּישׁ יֶשַׁע Et Sacerdotes ejus veſtiam *ſalute*, Pſalm. 132, 16. Cum Suff. קֶרֶן יִשְׁעִי Cornu *ſalutis* meæ, 2. Sam. 22, 3. מֵאֱלֹהֵי יִשְׁעוֹ A Deo *ſalutis* ſuæ, i. e. à Deo, qui è malis liberat & in feliciorem ſtatum transfert, Pſalm. 24, 5.

1) Generatim notat *ſalutem*, ſervationis indicem. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *proſperitatem & felicem ſtatum*, Job. 5, 4. 11. Pſalm. 12, 6. β) Per *Metonymiam* notat 1) *Auctorem ſalutis*, nempe *Deum*, Pſalm. 27, 1. & *Meſſiam*, Jeſ. 62, 11. unde quoque Deus dicitur *Deus ſalutis*, Pſalm. 18, 47. Pſalm. 25, 5. Pſalm. 27, 9. Pſalm. 65, 6. Pſalm. 79, 9. Pſalm. 85, 5. 2) *Auxilium*, homini in miſeria & anguſtiis conſtituto præſtitum, quô è ſtatu miſero & triſti transfertur in ſtatum lætiorem & feliciorem, 1. Chron. 16, 35. Pſalm. 85, 8. Hab. 3, 13. conf. Pſalm. 51, 14. ubi notat *libemtionem* à *malo* ſpirituali.

יֵשׁוּעַ m. *Jeſchua*; nomen propr. *Servatorem* notans, Eſr. 2, 2. 6. 40. c. 3, 2.

יְשׁוּעָה f. *Salus*, *Auxilium*. וַיְהִי לִי לִישׁוּעָה Et factus eſt mihi in *ſalutem*, Exod. 15, 2. Cum ה intendendi יְשׁוּעָתָה *Omnimoda ſalus*, *Omnigenum auxilium*. אֵין יְשׁוּעָתָה לּוֹ Non eſt ei ullum auxilium, Pſ. 3, 3. In Statu conſtr. וּרְאוּ אֶת־יְשׁוּעַת יְהוָה Et videte *ſalutem*, *opem* Domini, i. e. quam Dominus vobis præſtabit, eripiendo vos è præſentiſſimis hoſtis periculis, Exod. 14, 13. יְהוָה אֱלֹהֵי יְשׁוּעָתִי Dominus Deus *ſalutis* meæ, i. e. qui mihi in adverſis opem præſtas potentiſſimam, meque è ſtatu miſero & triſti, anguſtiarumque & periculorum pleniſſimô in ſtatum tranquillum, lætum & felicem transfers, Pſalm. 88, 2. אֵל יְשׁוּעָתֵנוּ Deus eſt *ſalus* noſtra, i. e. ſalutis noſtræ Auctor unicus, Pſalm. 68, 20. Plur. יְשׁוּעוֹת *Salutes*, *Auxilia*. מַגְדִּל יְשׁוּעוֹת מַלְכּוֹ Magnificans *ſalutes* Regis ſui, i. e. conſpicuas & illuſtres reddit auxilia & beneficia Regi ſuo præſtita, Pſalm. 18, 51. מָעוֹז יְשׁוּעוֹת *Propugnaculum* vel fortalitium *ſalutum*, i. e. ſalutiferum, Pſalm. 28, 8.

1) Generatim notat *ſalutem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *proſperitatem & felicem ſtatum*, Job. 30, 15. conf. Pſalm. 91, 16. ubi deſignat *ſalu-*

Digitized by Google

ſalutem & *proſperitatem* tàm in temporalibus, quàm in ſpiritualibus atque æternis, Pſalm. 91, 16. Jeſ. 12, 2. ubi deſignatur ſalus per Chriſtum acquiſita, & in Evangelio manifeſtata. β) *Tropicè* per *Metonymiam* 1) deſignat *ſalutis Auctorem*, à quô ſalus noſtra pendet unicè. Ita dicitur de *Deo*, Pſalm. 35, 3. Jeſ. 33, 2. & de Meſſiâ, Gen. 49, 18. Pſalm. 14, 7. Pſalm. 53, 7. Pſalm. 68, 20. Jeſ. 12, 2. c. 49, 6. 2) *Opem & auxilium* alteri præſtandum vel præſtitum, quod tàm malorum, quibus homo premitur, averſionem, quàm ejus in bonum fauſtumque ſtatum translationem, Exod. 14, 13. 1. Chron. 16, 23. Pſalm. 3, 3. Pſalm. 9, 15. Pſalm. 13, 6. Pſalm. 18, 51. Pſalm. 22, 2. Pſalm. 35, 9. Pſalm. 69, 30. Pſalm. 96, 2. &c. peculiariter ſalvationem per Meſſiam præſtitam, & inde manantia beneficia, Jeſ. 56, 1.

יְשַׁעְיָהוּ m. *Jeſaias*; Eſt nomen Prophetæ, conflatum ex יֶשַׁע *Salus, Auxilium*, & יְהֹוָה *Dominus*, ut idem ſit ac *Dominus eſt ſalus & auxilium*. Videtur coincidere cum Germanorum nomine Gotthelff. Nominis ſui memor, concionum ſuarum præcipuum objectum conſtituit JEſum, quem Deus propoſuit ſalutare omnium populorum, Luc. 2, 30.

תְּשׁוּעָה f. *Salus, Salvatio*. Potius refert radicem שׁוּעַ, quàm יָשַׁע, quia aliàs Præformativum ת ob ſequentem primam radicalem י h. l. deficientem non poſſet habere (:), ſed poſtularet vocalem longam. Aſt hæc quieſcentium genera quandoque formas permutare ſolent. נָתַתִּי בְצִיּוֹן תְּשׁוּעָה Dedi in Zione *ſalutem*, Jeſ. 46, 13. וְהָיִיתָ לִּי לִתְשׁוּעָה Tunc eſto mihi in *auxilium*, 1. Chron. 19, 12. In Statu conſtr. שָׁוְא תְּשׁוּעַת אָדָם Vanitas, i. e. vaniſſimum eſt *auxilium* hominis, Pſalm. 60, 13. Cum Suff. יְהֹוָה תְּשׁוּעָתִי Dominus eſt *ſalus* mea, i. e. Autor ſalutis meæ, Pſalm. 38, 23.

1) Generatim notat *ſalutem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *proſperitatem* & *felicem ſtatum*, Prov. 11, 14. β) *Metonymicè* 1) notat *opem, auxilium*, complectens *tàm* mali ablationem, *quàm* boni collationem, Pſalm. 37, 39. Pſalm. 40, 11. Pſalm. 119, 41. Pſalm 146, 2. *auxilium contra hoſtium impetum, vim & invaſionem*, ubi Rex, ſubditi, urbes, opes &c. ſervantur, hoſtis ſuperatur, libertas adſeritur, & pax reſtituitur, 1. Sam. 11, 9. 13. c. 19, 5. 2. Sam. 19, 3. c. 23, 10. 12. c. 13, 17. Confer. Jud. 15, 18. item *ſalvationem* vel *redemtionem* generis humani per Chriſtum factam, Jeſ. 45, 17. 2) Denotat *ſalutis auctorem*, à quô ſalus omnimoda unicè pendet, nimirum *Deum*, Pſalm. 38, 23. Pſalm. 51, 6. *Meſſiam*, Jeſ. 46, 13.

מוֹשָׁעוֹת f. pl. *Salutes, omnimoda ſalus*. Occurrit ſaltem, Pſalm. 68, 21.

ישׁף Radix inuſitata; Inde eſt

יָשְׁפֵה m. *Jaspis*, lapis pretioſus, Exod. 28, 20. c. 39, 13.

יָשַׁר *Rectus fuit, vel viſus eſt*. יָשַׁר הַדָּבָר בְּעֵינֵי כָל־הָעָם *Rectum fuit*

fuit verbum in oculis totius populi, 1. Chron. 13, 4. Fut. אוּלַי יִישַׁר בְּעֵינֵי הָאֱלֹהִים Fortaſſe *rectum erit* in oculis Dei, i. e. Fortaſſe Deo placebit, probabitur, Num. 23, 27. Sed 1. Sam. 18, 20. eſt וַיִּשַׁר *Et recta fuit*, primâ radicali per Syncopen conciſâ. וַיִּשַּׁרְנָה Et *direxerunt*, rectâ iverunt, 1. Sam. 6, 12. Imitatur formationem verborum פנ, quæ primam radicalem ob Præformativum cum (:) quieſcente notatam abjiciunt, factâ ejus compenſatione in ſequenti literâ per Dageſch forte. Piel יִשֵּׁר *Rectum fecit*, *Rectificavit*, *Direxit*, *Æquavit*, *Complanavit*, *rectâ deduxit*, *rectâ ivit* vel *contendit*. יְשָׁרֵהוּ *Dirigit* illud, Job. 37, 3. Dageſch ex literâ ſchevata excidente. יִשַּׁרְתִּי *Rectificavi*, ut recta approbavi, pronunciavi, cenſui, Pſalm. 119, 128. וְכָל־דְּרָכָיו אֲיַשֵּׁר Et omnes vias ejus *rectificabo*, Jeſ. 45, 13. Sed verſu 2. eſt אוֹשֵׁר pro quo Maſorethæ legi volunt אֲיַשֵּׁר. Aſt nil impedit, quò minus, literis retentis, legas ex Hiphil אוֹשִׁר, eadem manente ſignificatione. וְהוּא יְיַשֵּׁר אֹרְחֹתֶיךָ Tum ille *diriget* ſemitas tuas, Prov. 3, 6. וַיַּשְּׁרֵם Et *direxit* eas, 2. Chron. 32, 30. pro וַיְיַשְּׁרֵם, per Syriaſmum, vi cujus (:) ſub Præformativo י tollitur, & (-) ſub prima radicali in ejus locum transfertur. Pual יֻשַּׁר *Directum*, *rectificatum fuit*. Particip. זָהָב מְיֻשָּׁר Aurum *rectificatum, aptatum & exacte inductum* ſuper figurato, 1. Reg. 6, 35. Hiphil הוֹשִׁיר *Direxit*, *Complanavit*. Imper. הַוְשַׁר לְפָנַי דַּרְכֶּךָ׃ *Dirige* coram me viam tuam, Pſalm. 5, 9. pro הַיְשַׁר juxta Maſorethas, formam applicantes Perfectorum. Secundum literas legeres הוֹשֵׁר juxta uſitatam huic imperfectorum ſpeciei formationem. יַיְשִׁירוּ *Dirigant*, Prov. 4, 25.

1) In genere infert *rectitudinem*, qualiscunque ſit, notans *rectum eſſe* vel *facere*, & inde *dirigere*. Aſt 2) in ſpecie α) *propriè* refertur ad *rectitudinem phyſicam*, ita dicitur de *vaccis rectâ tendentibus* ad oppidum Bethſemes, viæ inſiſtentibus, nec ad dexteram aut ſiniſtram declinantibus, 1. Sam. 6, 12. *de ductu aquarum*, 2. Chron. 32, 30. β) *Metaphoricè* 1) conſtructum cum voce עַיִן *Oculus*, ſignificat *placere*, *gratum eſſe*, *probari*. Oculis enim non placet, quod *obliquum*, aſperum, tortuoſum, durum aut malum eſt, ſed quod *rectum*, *planum*, & *venuſtum* eſt; prout è contrario יֵרַע *malus eſt*, cum eadem voce conſtructum, notat *diſplicere*. Capitur autem ita 2. Sam. 17, 4. 1. Reg. 9, 12. Num. 23, 27. 1. Sam. 18, 20. c. 18, 26. 1. Chron. 13, 4. 2. Chron. 30, 4. Jud. 14, 3. Jer. 18, 4. c. 27, 4. 2) Cum voce דֶּרֶךְ *via* vel אֹרַח *via*, *ſemita*, conſtructum deſignat *rectitudinem* vel *directionem vitæ & actionum* &c. Ita dicitur α) *de Deo*, quando non ſolum hominem in omnem veritatem & virtutem ducit, ſed etiam impedimenta, actionum & conatuum noſtrorum ſucceſſus tardantia, removet, Prov. 3, 6. Conf. Jeſ. 45, 13. β) de *homine*, quando ad normam legis & voluntatis divinæ actiones ſuas componit, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinans, Prov. 9, 5. Confer. Prov. 15, 21. Sed aliter accipitur Jeſ. 40, 3. ubi *ſemitas rectifi-*

ed by Google

rectificari jubetur, quando per pœnitentiam Meſſias excipiendus eſt.

יָשָׁר m. Rectus, m. *Æquus.* יֵשׁ דֶּרֶךְ יָשָׁר לִפְנֵי אִישׁ Eſt via *recta* coram viro, Prov. 14, 12. צַדִּיק וְיָשָׁר הוּא Juſtus & *rectus* ille eſt, Devt. 32, 4. In Statu Conſtr. יְשַׁר דָּרֶךְ *Rectus* viâ, Prov. 29, 27. Plur. יְשָׁרִים *Recti.* תָּמֹת נַפְשִׁי מוֹת יְשָׁרִים Moriatur anima mea, i.e. ipſe ego moriar morte rectorum, Num. 23, 10. In Statu Conſtr. יִשְׁרֵי לֵבָב *Recti* corde, 2. Chron. 29, 34. Fœm. יְשָׁרָה *Recta, m.* דֶּרֶךְ יְשָׁרָה Via *recta*, Eſr. 8, 21. רֶגֶל יְשָׁרָה Pes *rectus*, Ezech. 1, 7. In Statu Conſtr. בְּיִשְׁרַת לֵבָב In *rectitudine* cordis, 1. Reg. 3, 6. In Plurali כַּנְפֵיהֶם יְשָׁרוֹת Alæ eorum *rectæ* erant, Ezech. 1, 23.

1) In genere notat *rectum*, ſive *phyſicè*, ſive *moraliter.* Unde 2) in ſpecie α) *propriè* notat *rectum*, in oppoſitione ad *curvum*, *obliquum*, *tortuoſum*, *à lineâ deflectens.* Ita *pes* dicitur *rectus*, quatenus non eſt curvus, Ez. 1, 7. β) *Impropriè* autem & *Metaphoricè* infert א) *rectitudinem moralem*, & adhibetur tùm in ordine ad *Deum*, *& quæ Dei ſunt*, tùm in ordine *ad hominem*, *& quæ ejus ſunt.* *Priori modo* dicitur 1) de *Deo*, qui eſt juſtiſſimus, ſummaque clementiâ & veritate agit cum omnibus ſperantibus in eum, Pſalm. 25, 8. Pſalm. 92, 16. 2) de *Dei verbo*, quod ab omni errore & defectu liberum eſt in ordine ad theoriam, vitioſitate autem caret quoad praxin, Pſalm. 33, 4. Pari ratione *præcepta* Dei *recta* dicuntur Pſalm. 19, 9. Pſalm. 119, 128. quatenus carent omni curvitate errorum, & cum ſanctiſſima & rectiſſima voluntatis divinæ normâ exactè conveniunt, nec ſolum recta ſunt in ſe, ſed etiam ratione hominum, quos rectos faciunt, præſcribendo, quomodo voluntati divinæ conformiter ſe gerere & vivere debeant. 3) de *Dei judiciis*, quæ ſunt juſtiſſima, Pſalm. 119, 137. 4) de *viis Dei*, *doctrinam cæleſtem* deſignantibus, quia *hæc* immunis eſt ab omni errorum curvitate, &, quæ voluntati divinæ conformia ſunt, præſcribit, Hoſ. 14, 10. *Poſteriori autem modo* dicitur 1) de *homine*, qui ad rectam voluntatis divinæ normam incedit, ſincera intentione Deum colit, nec per tortuoſas mundi ambages, à mandatis ejus dextrorſum aut ſiniſtrorſum recedit. Ita dicitur de Jobo c. 1, 8. c. 2, 3. Confer. Pſalm. 33, 1. Pſalm. 112, 2. 4. Pſalm. 107, 42. Prov. 2, 21. Huc refer יִשְׁרֵי לֵב *rectos corde*, qui ſincere, ſine hypocriſi Deum colunt, Pſalm. 64, 11. Pſalm. 94, 15. 2) de *viâ hominis*, ejus *vitam*, *actiones*, *conatus*, *ſtudia* &c. deſignante, Prov. 14, 12. c. 15, 19. c. 16, 28. conf. Prov. 20, 11. c. 21, 8. ubi deſignatur rectitudo actionum & operum hominis. ב) Conſtructum cum voce עַיִן *Oculus*, idem eſt ac *gratum*, *acceptum*, *probatum*, *quod placet* &c. Devt. 12, 25. c. 13, 18. c. 21, 9. Judic. 17, 6. 1. Sam. 29, 6. 2. Sam. 19, 7. 1. Reg. 11, 33. 38. c. 14. 8. c. 22, 43. 2. Reg. 14, 3. c. 15, 3. 34. c. 18, 3. c. 22, 2. 2. Chron. 20, 32. c. 24, 2. c. 25, 2. c. 26, 4. c. 27, 2. c. 29, 2. c. 34, 2. Jer. 34, 15. c. 40, 4.

 3) Neu-

Digitized by Google

ב) Neutraliter denotat *rectum*, quod conſentit cum verbi divini normâ, Devt. 6, 18. Pſalm. 37, 37.

יֹשֶׁר m. *Rectitudo*, *Rectum*. בְּיֹשֶׁר לֵבָב *In rectitudine cordis mei*, Pſalm. 119, 7. לְהַגִּיד לְאָדָם יָשְׁרוֹ *Ad annunciandum homini rectitudinem ſuam*, Job. 33, 23.

1) Generatim notat *rectitudinem*, ſive ſit *phyſica*, ſive *moralis*. 2) In ſpecie α) *propriè* refertur *ad res corporeas*, & opponitur *curvitati*, *à lineâ reflexioni* &c. β) Per *Metaphoram* deſignat *rei alicujus cum ſua normâ congruentiam*, quæ vitioſitate & pravitate caret. Proinde notat *morum factorumque integritatem*, Prov. 17, 26. confer. Prov. 14, 2. juſtam Deique legibus convenientem dilectionem proximi, qua quod nobis fieri volumus, etiam ei præſtare cupimus, Prov. 11, 24. Confer. Job. 6, 25. ubi dicitur *de verbis*, quæ recta ſunt, nec quicquam improbitatis, injuriæ, aſperitatis & duritiei in ſeſe continent. Aſt Prov. 2, 13. dicitur de *viis*, prout notant *rectè credendi & faciendi normam ac regulam*, ſcilicet *verba ac præcepta divina*, Prov. 4, 11.

מִישׁוֹר m. *Rectitudo*, *Planicies*, *Planum*. וְהָיָה הֶעָקֹב לְמִישׁוֹר Fiat etiam curvum in *rectitudinem*, Jeſ. 40, 4. וּמַעֲקַשִּׁים לְמִישׁוֹר Et (ponam) contorta *in rectitudinem*, Jeſ. 42, 16.

1) Generatim notat *rectitudinem quamcunque*. 2) Speciatim α) *rectitudinem phyſicam & corpoream*, protuberante curvitate & tortuoſitate deſtitutam. Ita tribuitur *terræ planæ*, collibus carenti, Devt 3, 10. c. 4, 43. β) *Rectitudinem moralem*, quâ aliquid cum *regulâ* convenit, neque ab ea in exceſſu, neque in defectu recedit. Ita dicitur 1) de *vitæ integritate*, quæ improbitatis, fraudis ac nequitiæ curvitatibus, tortuoſitatibus & anfractibus caret, Pſalm. 26, 12. Confer. Pſalm. 143, 10. 2) de *ſceptro Meſſiæ*, à quo omnis injuſtitia, tyrannis & imprudentia longiſſimè abeſt, Pſalm. 45, 7.

מֵישָׁרִים m. pl. *Rectitudines*, *Recta*. עֵינֶיךָ תֶּחֱזֶינָה מֵישָׁרִים Oculi tui vident *rectitudines*, Pſalm. 17, 2. יָדִין לְאֻמִּים בְּמֵישָׁרִים Judicabit populos in *rectitudinibus*, i. e. *rectiſſimè*, ut ſemper & ubique juſtitiæ perfectæ documenta conſpicienda ſint. Pſalm. 9, 9. לַעֲשׂוֹת מֵישָׁרִים Ad faciendum *rectitudines*, Dan. 11, 6.

1) In genere *rectitudines* quaſcunque notat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *rectitudines phyſicas*; aſt ſic in Scriptura non occurrit. β) *Metaphoricè* deſignat *rectitudines morales*, quæ exactam cum norma morum congruentiam involvunt. Quô in ſignificatu transfertur ad *actiones juſtas* omni exceſſûs aut defectûs enormitate carentes, Prov. 1, 3. item ad *judicium* tum *divinum*, Pſalm. 9, 9. Pſalm. 75, 3. Pſalm. 69, 10. Pſalm. 98, 9. tum *humanum*, Pſalm. 58, 2. quod juſtum eſſe debet ac juſtitiæ conveniens. Ita quandoque concretivè notat *id, quod juſtum* *eſt*,

eſt, quod cum regulâ morum probè convenit, 1. Chron. 29, 17. Pſalm. 96, 4.

יָשַׁשׁ *Decrepitus fuit*; Sed in uſu non eſt; Inde autem eſt nomen

יָשֵׁשׁ m. *Decrepitus*. זָקֵן וְיָשֵׁשׁ Senex & *decrepitus*, 2. Chron. 35, 17.

יָשִׁישׁ m. *Decrepitus*. גַּם־שָׂב גַּם־יָשִׁישׁ בָּנוּ Tàm canus *quàm decrepitus eſt* inter nos, Job. 15, 10. Plur. יְשִׁישִׁים *Decrepiti*, Job. 12, 6. Vid. Job. 12, 12. c. 29, 8.

יִשָּׂשכָר m. *Iſachar* nomen propr. filii Jacobi V. à שָׂכַר *Mercede conduxit*, notans *mercede conductum*, ceu liquet ex Gen. 30, 18. etſi probroſum ſit viro, mercede ab uxore adigi ad generandum. Pro firmiori Dageſch fortis memoriâ litera ipſa geminatur. Vid. Danz. Paradig. p. 72. Metonymicè notat *poſteros Iſcharis*, Gen. 49, 14. Devt. 33, 18.

יָתֵד f. *Paxillus, Palus, Clavus*, Ezech. 15, 3. In Statu conſtr. יְתַד הָאֹהֶל *Paxillus tentorii*, Jud. 4, 21. In Plurali וְכָל־הַיְתֵדֹת לַמִּשְׁכָּן *Et omnes paxilli tentorii*, Exod. 38, 20. In Statu conſtr. יִתְדֹת הֶחָצֵר *Paxilli atrii*, Exod. 27, 19. Cum Suff. יְתֵדֹתָיו *Paxilli ejus*, Exod. 27, 19.

1) *Propriè* notat *clavum* vel *paxillum* ex quacunque materia, qui terræ vel parieti infigitur, & ex quo aliquid ſuſpenditur, vel quo aliquid firmatur, aut foditur, Exod. 27, 19. c. 35, 18. 31. c. 39, 40. Num. 3, 37. c. 4, 32. Jud. 4, 22. c. 5, 26. 2) *Tropicè* א) per *Metaphoram*, quia *clavus* vel *palus* benefixus certò ſuum obtinet locum, inde *Metaphoricè* deſignat α) *Virum*, rebus in republica gerendis aptum, Jeſ. 22, 23. β) *Sedem certam* & *fixam*, Esdr. 9, 8. ב) *Synecdochice*, poſitâ parte pro toto notat *tentorium militare*, quod clavis & palis pangitur & figitur, Zach. 10, 4.

יָתוֹם m. *Pupillus, Orphanus*. שִׁפְטוּ יָתוֹם Judicate *Pupillum*, i. e. judicium pupilli, Jeſ. 1, 17. Plur. יְתוֹמִים *Pupilli tui*, Exod. 22, 23. Cum Suff. יְתֹמֶיךָ Jer. 49, 11.

1) Generatim notat *Pupillum* vel *Orphanum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *natum* vel *natam minorennem* Parentibus carentem, ſive utroque, ſive alterutro, Exod. 22, 24. Jer. 7, 6. &c. β) *Metaphoricè* ratione deſertionis ac paupertatis notat *quamvis perſonam omni ope deſtitutam, contemtam & calamitatibus preſſam*, Pſal. 10, 14. 18. Job. 14, 18. Pſal. 68, 5. 6. Thren. 5, 3.

יָתַר *Reliquus fuit, Superfuit, Excelluit; Intendit*. In Kal non occurrit; Sed in Hiphil eſt הוֹתִיר *Reliquit, Reliquum vel reſiduum eſſe fecit, Abundavit, Abundantem, vel Excellentem fecit*. אֲשֶׁר הוֹתִיר הַבָּרָד *Quem reſiduum fecit* grando, Exod. 10, 15. וְהוֹתִירְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ Et *abundare faciet te* Dominus Deus tuus, vel *faciet, ut reſiduum habeas*, Devt. 30, 9. הוֹתִרָה *Reliquum fecerat*, Ruth. 2, 18. וְהוֹתַרְתִּי *Et reliquos*

quos

quos faciam, Ezech. 6, 8. Fut. אוֹתִיר *Relinquam*, Ezech. 39, 28. וְלֹא תוֹתִירוּ מִמֶּנּוּ עַד־בֹּקֶר Et nil *reliquum facietis* usque ad mane, Exod. 12, 10. Hophal Fut. אַל־תּוֹתַר Ne fias *excellens*, Gen. 49, 4 ubi (וֹ) eſt loco (ו) juxta Aben-Eſram. Niphal נוֹתַר *Relictus eſt, Reliquus factus eſt, Superfuit, Remanſit.* וְלֹא נוֹתַר מֵהֶם אִישׁ Et non *relictus fuit* ex illis vir, i. e. nullus, Num. 26, 65. אֲנִי נוֹתַרְתִּי נָבִיא לַיהוָה *Ego relictus ſum* Propheta Domini, 1. Reg. 18, 22. Particip. נוֹתָר *Reliquus, Reſiduus*, Exod. 29, 34. c. 12, 10. Fœm. נוֹתֶרֶת וָאִוָּתֵר Et relictus ſum ego in ſolitudine mea, i. e. ſolus, 1. Reg. 19, 10. &c.

1) Generatim *reſidui* notionem involvit. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *quantitatis*, importatque reſpectum ad *totum*, cujus pars ſuperſtes eſt & relinquitur. Ita legitur de *hominibus*, qui relinquuntur, ne univerſali clade vel excidio abripiantur, Pſal. 79, 11. Jeſ. 1, 9. Ezech. 12, 16. β) de *cibo*, qui relinquitur, Ruth. 2, 14. 18. 2. Reg. 4, 44. Exod. 16, 20. vel relinqui prohibetur, Exod. 16, 19. c. 12, 10. Lev. 22, 30. γ) de *fructu*, quem grando reliquerat, & de *viridi* in arbore & agro, quod locuſta reliquum ſiverat, Exod. 10, 15. δ) *Metonymicè* notat 1) *abundare, abundare facere*, forte, quia reſiduum quandoque ubertatis & abundantiæ nota eſt, Devt. 28, 11. cap. 30, 9. 2) Significat *excellentem eſſe* vel *facere*, fortaſſe, quia interdum relinquitur, quod eſt *optimum & excellentiſſimum*, Gen. 49, 4.

יָתִר m. *Excellens, Praſtans*, cui ineſt *major valor, dignitas, conſtantia, utilitas.* Occurrit ſaltem, Prov. 12, 26.

יֶתֶר m. *Reſiduum: Excellentia; Nervus, Reſtis, Funis, Chorda*, ex ſignificatione Arabica *intendendi.* יֶתֶר הָעָם *Reliquum* populi, Jud. 7, 6. יֶתֶר הָאַרְבֶּה Quod *reliquum* fecerit locuſta, Joel. 1, 4. וְיֶתֶר דִּבְרֵי שְׁלֹמֹה Et *reliquum* rerum geſtarum Salomonis, 1. Reg. 11, 41. יֶתֶר שְׂאֵת וְיֶתֶר עָז *Excellentior* ſeu *ſuperior honoris gradu, & ſuperior robore*, Gen. 49, 3. ubi ponitur abſtractum pro concreto. Cum Suffixo וְיִתְרָם תֹּאכַל חַיַּת הַשָּׂדֶה *Et reſiduum eorum comedet beſtia agri*, Exod. 23, 11. כּוֹנְנוּ חִצָּם עַל־יֶתֶר *Praparant telum ſuum ſuper nervo*, Pſalm. 11, 2. In Plurali יְתָרִים *Reſtes, Funes*, Jud. 16, 7. 8.

1) Generatim *reſidui* notionem quacunque importat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* involvit reſpectum ad *totum*, cujus pars exiſtit, & ſuperſtes manet. Proinde dicitur 1) de *populo*, qui reſiduus eſt vel manet, Jud. 7, 6. 2. Sam. 10, 10. c. 12, 28. 1. Chron. 19, 11. Hab. 2, 8. 2) de *rebus geſtis*, quæ alibi recenſentur, 1. Reg. 11, 41. c. 14, 19. 29. c. 15, 7. 23. 31. c. 16, 5. 14. 20. 27. c. 22, 39. 46. &c. 3) de *familia*, quæ adhuc ſuperſtes eſt, Devt. 3, 11. Joſ. 12, 4. c. 13, 12. 4) de *opibus* quas Parentes, dum vivunt, non abſumunt, ſed liberis relinquunt, ut habeant, unde ſuſten-

ſuſtentari queant, Pſalm. 17, 14. &c. β) *Metonymicè* deſignat 1) *Præſtantiam & excellentiam*, qua quid eminet & reliquis ſuperius eſt; item *Præſtantem, excellentem*, *ſuperiorem*, qui reliquis ſuperior eſt & eminet. Ita dicitur Gen. 49, 3. de *Rubene*, primogenito Jacobi, quod fuerit *ſuperior honoris gradu*, & *ſuperior potentiâ*, id quod quidam interpretantur de *eminentia* tum *ſacerdotii*, tum *regni*, Prov. 17, 7. dicitur de *labio* ſtulti, quia ſtultus loquens præ reliquis omnibus vult *eminere* ſolus, ſolus loqui, ſolus audiri, ſolus æſtimari &c. Aſt Job. 4, 21. dicitur de *excellentia imaginis divinæ & juſtitiæ originalis*, quâ primus homo eminebat. Vid. Seb. Schmid. in h. l. 2) Notat *reſtem* ſeu *funem*, quô aliquid ligari poteſt, forte, ut aliquid alicubi relinquatur & reſiduum maneat, Jud. 16, 7. 8. 9. Inde per *Synecdochen* transfertur ad deſignandum *nervum* vel *chordam*, arcubus aptari ſolitam, die Sehne/ juxta Lutherum, Pſal. 11, 2. ubi per integram phraſin innuitur *promtiſſima nocendi voluntas & facultas.* Sed Job. 30, 11. redditur *nervus*, deſignans *id, quod homines intra obedientiam coercet*, e. g. *auctoritatem*, *potentiam* &c.

יְתוּר m. *Excellens.* In Statu conſtr. יְתוּר הָרִים *Excellentiſſimum montium*, Job. 39, 11. Sed aliis notat *perveſtigationem*, ex radice תּוּר.

יוֹתֵר m. *Reſiduum*; *Excellentia*; *Emolumentum*; *Amplius.* וְאֶת־הַיּוֹתֵר הֶחֱרַמְנוּ *Sed reſiduum* devotioni *dedimus*, 1. Sam. 15, 15. חָכַמְתִּי אֲנִי אָז יֹתֵר Ego ſapiens factus ſum adhuc *magis*, Eccl. 2, 1. מַה־יּוֹתֵר לֶחָכָם מִן־הַכְּסִיל Quid enim *amplius eſt* ſapienti præ ſtulto? Eccl. 6, 8. אַל־תִּתְחַכַּם יוֹתֵר Neque ſapientiam adhibeas *nimis*, Eccl. 7, 16. לְמִי יַחְפֹּץ הַמֶּלֶךְ לַעֲשׂוֹת יְקָר יוֹתֵר מִמֶּנִּי Cui cupiat Rex facere honorem *magis*, quàm mihi, Eſth. 6, 6.

יִתְרָה f. *Reſiduum.* Jeſ. 15, 7. Et in ת, Jer. 48, 36. יִתְרַת עָשָׂה אָבָדוּ *Reliquum*, quod fecerat, perierunt.

יִתְרוֹן m. *Emolumentum, Lucrum*; *Præſtantia, Præcellentia.* Legitur ſaltem in Eccleſiaſte. מַה־יִּתְרוֹן לָאָדָם Quid *lucri* eſt homini? Eccl. 1, 3. וְאֵין יִתְרוֹן תַּחַת הַשָּׁמֶשׁ Nec eſt *lucrum* ſub ſole. Eccl. 2, 11. שֶׁיֵּשׁ יִתְרוֹן לַחָכְמָה מִן־הַסִּכְלוּת כִּיתְרוֹן הָאוֹר מִן־הַחֹשֶׁךְ Quod ſit *excellentia* ſapientiæ præ ſtultitiâ, ſicut eſt *excellentia* lucis præ tenebris, Eccl. 2, 13. Vid. Eccl. 3, 9. c. 5, 8. 15. c. 7, 12. c. 10, 10.

יֹתֶרֶת f. *Reticulum hepatis.* Legitur Exod. 29, 22. Lev. 8, 16, 25. c. 9, 19.

מוֹתָר m. *Commodum*, quod è re aliquâ ſuperſtes eſt; *Præſtantia*, *Prærogativa*, quam quis ſibi relictam habet. בְּכָל־עֶצֶב מוֹתָר In Statu conſtr. מוֹתַר הָאָדָם מִן־הַבְּהֵמָה אָיִן *Prærogativa* hominis præ beſtia eſt nulla, Eccl. 3, 19. Sæpius non legitur.

מֵיתָרִים m. pl. *Funes, Nervi.* Cum Suff. וְכָל־מֵיתָרַי נִתָּקוּ Et omnes *funes* mei evulſi ſunt, Jer. 10, 20. מֵיתָרָיו *Funes* ejus, Ex. 39, 40. מֵיתְרֵיהֶם *Funes* eorum, Ex. 36, 18.

1) Generatim notat *quoscunque funes*, quibus aliquid ligari & firmari poteſt. Inde dicitur de funibus tentorii, Exod. 39, 18. 40. Jeſ. 54, 2. 2) Speciatim denotat *funiculum*, vel *nervum ſagittarii*, Pſal. 21, 13.

כ.

כ Particula connexa, quæ præfigitur cum (:) ut כְּדֶרֶךְ *Juxta* viam, Num. 11, 31. Sed ante vicinum tonum quandoque etiam cum (ָ), ut כָּעֵת *Circa Tempus*, Gen. 18, 10. כָּהֵנָּה *Secundum* illa, Gen. 41, 19. Eſt varii uſûs. Nam I) eſt vocula *ſimilitudinis*, valens *Sicut, Quaſi, Ut, Tanquam* &c. כַּמּוֹץ *Ut* gluma, Pſal. 1, 4. Vide Gen. 9, 3. Jeſ. 41, 25. Si in eadem oratione repetitur, vel reduplicatur, nunc πρότασιν, nunc ἀπόδοσιν conſtituit, connotatâ ſubinde *paritate*, valens: *Sicut, Ita; Perinde, ac; Tàm, quàm; Talis, Qualis, Quantus, Tantus.* כָּכֶם כַּגֵּר לִפְנֵי יְהוָה *Sicut* vos, *ita* peregrinus erit in facie Dei, Num. 15, 15. כַּגֵּר כָּאֶזְרָח *Tàm* peregrinus, *quàm* indigena, Levit. 24, 16. כָּמוֹךָ כְמוֹהֶם *Qualis* tu, *tales* illi erant, Jud. 8, 18. כְּכֹחִי אָז כְּכֹחִי עָתָּה *Quantum* robur meum tunc erat, certè *tantum* etiam nunc eſt, Joſ. 14, 11. Ita reduplicatum *paritatem* infert, Gen. 44, 18, 1. Sam. 30, 24. 2. Reg. 3. 7. Pſal. 139, 12. Jer. 24, 2. II) *Æſtimationem* innuit, & *conjecturale* eſt *numeri, temporis, menſuræ*, ac *loci*, ſive *ſpatii*, notans *circa, circiter, juxta, prope, propemodum.* כְּאַלְפַּיִם אַמָּה *Circiter* duo millia cubitorum, Joſ. 3, 4. כִּשְׁלֹשִׁים וְשִׁשָּׁה אִישׁ *Circiter* triginta & ſex viri, Joſ. 7, 5. conf. Exod. 12, 37. Joſ. 7, 3. 4. כַּחֲצוֹת הַלַּיְלָה *Circa* medium noctis, Exod. 11, 4. כְּאֵיפָה שְׂעֹרִים *Circiter* Epha hordei, Ruth. 2, 17. כְּדֶרֶךְ יוֹם *Circiter* iter diei, Num. 11, 31. III) Eſt expreſſivum *veri*, valens *certè, profectò, verè, tanquam verè* כְּאָח לִי *Verè* frater meus, Cant. 8, 1. Quò Coccejus refert, Zach. 12, 8. IV) Infinitivo in tempus finitum reſolvendo exprimit *α*) adverbia א) *temporis* 1) *antequam, priusquam* כְּבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ *Anteqaam* occumbat ſol, Devt. 24, 13. 2) *Poſtquam,* כִּשְׁכַּב *Poſtquam* accubuerit, 1. Reg. 1, 21. 3) כְּרֻם *Quamprimum* elevantur, i. e. ad fortunatum & ſplendidum ſtatum evehuntur, Pſalm. 12, 9. 4) *Quum,* כְּשָׁמְעָתוֹ Quum audit, Jeſ. 30, 19. Devt. 20, 2. 1. Sam. 9, 13. Eſr. 10, 1. 2. Reg. 3, 15. Jeſ. 30, 19. c. 33, 1. Ezech. 17, 10. Dan. 8, 23. ב) *Comparationis, Sicut, Quemadmodum, Tanquam.* כְּהִנָּדֹף *Sicut* impellitur, Pſal. 68, 3. conf. Jeſ. 5, 24. Hoſ. 9, 10. *β*) Conjunctionem conditionalem *ſi* כְּבֹאִי אֶל־עַבְדְּךָ אָבִי *Si venirem ego ad ſervum tuum, patrem meum,* Geneſ. 44, 30. Confer. Dn. D. Danz. Interpres, cap. 4.

כָּאַב *Doluit, Dolore affectus* vel *correptus fuit* יִכְאַב לֵב *Dolebit* cor, Prov. 14, 13. Particip. בִּהְיוֹתָם כֹּאֲבִים Cum ipſi eſſent *dolentes,*

tes, vel dolore correpti, Gen. 34, 25. Hiphil הִכְאִיב *Dolore affecit.* הִכְאַבְתִּיו *Dolore affici* eum, Ezech. 13, 22. Part. קוֹץ מַכְאִב Spina *dolore afficiens*, i.e. dolorifica, Ez. 28, 24. ubi י per Syncopen extruſum eſt. וְכֹל הַחֶלְקָה הַטּוֹבָה תַּכְאִבוּ בָּאֲבָנִים Et omnem agrum bonum, *dolore afficietis*, i. e. *affligetis*, *incommodum reddetis lapidibus*, 2. Reg. 3, 19.

1) In genere *dolendi* notionem habet. 2) In ſpecie α) *propriè* eſt *rerum animatarum*, ſive doleat *corpus*, ſive *anima*. Inde in Kal eſt *valde dolere* & dicitur, de *Meſſia*, acutiſſimos animæ & corporis dolores in acerbiſſima paſſione ſua, ſuſtinente, Pſal. 69, 30. 2) de *circumciſis Sichemitis*, qui facta circumciſione graviſſimos ſentiebant dolores, Gen. 34, 25. 3) de *corde*, dolores penetrantiſſimos ſentiente, Prov. 14, 13. 4) de *carne* doloribus correpta, Job. 14, 22. In Hiphil notat *dolore afficere*, Ezech. 13, 22. Conf. Ezech. 24, 24. ubi tribuitur ſpinæ acutiſſimos dolores inducente. β) *Metaphoricè* eſt *rerum inanimatarum*, notans *corrumpere*. Ita legitur 2. Reg. 3, 19. de *agro*, qui lapidibus obruitur & corrumpitur, & his obrutus & corruptus dolorem affert poſſeſſori vel colenti.

כְּאֵב m. *Dolor.* תִּצְעֲקוּ מִכְּאֵב לֵב *Clamabitis* præ *dolore cordis*, Jeſ. 25, 26. Cum Suffixo לָמָּה הָיָה כְאֵבִי נֶצַח Quare factus eſt dolor meus perpetuus, Jer. 15, 18.

1) Generatim notat *dolorem quemcunque*. Hinc 2) Speciatim α) dicitur de *acutiſſimo & multiplici dolore*, quô *corpus* Jobi detinebatur, & lancinabatur, Job. 2, 13. c. 16, 6. de *graviſſimo dolore cordis*, Jeſ. 25, 15. Pſ. 39, 3. *deſperato*, Jeſ. 17, 11. & *perpetuô*, Jer. 15, 18.

מַכְאוֹב m. *Dolor*, Eccleſ. 1, 18. יָסַף יְהוָה יָגוֹן עַל־מַכְאֹבִי Addidit Dominus triſtitiam ſuper *dolorem*, Jer. 45, 3. Cum Suffixo מַכְאֹבִי *Dolor meus*, Pſalm. 38, 18. קְחוּ צֳרִי לְמַכְאוֹבָהּ Sumite balſamum pro *dolore ejus*, Jerem. 51, 8. Plur. רַבִּים מַכְאוֹבִים לָרָשָׁע *Multi ſunt dolores impio*, Pſal. 32, 10. Cum Suffixo יָדַעְתִּי אֶת־מַכְאֹבָיו *Novi dolores ejus*, Exod. 3, 7. Fœm. אִישׁ מַכְאֹבוֹת *Vir dolorum*, i. e. *dolores maximos ſentiens*, Jeſ. 53, 4.

1) In genere notat *dolorem* quemcunque. Unde 2) ſpeciatim α) *propriè* notat dolorem vehementem & acutum corporis, & per translationem etiam animi. Hinc dicitur 1) de *acutiſſimis & vehementiſſimis doloribus animæ & corporis*, quos *Chriſtus* patiens ſuſtinuit, Jeſ. 53, 4. Pſal. 69, 27. 2) de *conſcientiæ ſauciatæ dolore*, qui *corpus* etiam graviter afficit, hominemque miſerè conſumit, Pſal. 38, 18. 3) de *doloribus impiorum*, quos ſentiunt partim in conſcientia, quæ ſauciata eſt, & ob culpam contractam inſtar carnificis affligit & cruciat, partim in corpore & anima ob pœnarum à Deo vindice peccatorum juſtiſſimo, immiſſarum

ſarum, aut in alterâ vitâ immittendarum gravitatem, atrocitatem & perennitatem, Pſalm. 32, 10. β) *Metonymicè* notat *id, quod dolorem affert*. Inde dicitur 1) de *maxima miſeria & afflictione Iſraelitarum in Ægypto degentium*, Exod. 3, 7. *Judæorum*, Hieroſolymâ & universâ Judæâ à Nebucadnezare devaſtatâ, Thren. 1, 12. 18. 2) de *variis, iisque graviſſimis ærumnis* hujus vitæ, Eccl. 2, 23.

כָּאָה In Kal non occurrit; Sed in Hiphil eſt הִכְאָה *Attrivit, ægritudine* vel *dolore affecit*. Infin. יַעַן הַכְאוֹת לֵב צַדִּיק Propterea quod *atterunt* animum juſti, Ezech. 13, 22. Niphal נִכְאָה *Attritus, dolore affectus fuit*. וְנִכְאָה Unde *dolore afficietur*, Dan. 11, 30. Particip. in Statu conſtr. וְנִכְאֵה לֵבָב Et *attritus* corde, Pſalm. 109, 16.

נְכֵאָה f. *Attritus, ægritudine affectus*. רוּחַ נְכֵאָה *Spiritus attritus*, Prov. 15, 13. c. 17, 22. c. 18, 14.

נְכָאִים m. pl. *Attriti, Contriti*. Occurrit ſaltem Jeſ. 16, 7.

כָּבֵד & כָּבַד *Gravis eſt, Aggravatus, Auctus, Honoratus fuit*. וְכָבַד עָלֶיהָ פִּשְׁעָהּ Et *gravis erit* ſuper ea defectio ejus, Jeſ. 24, 20. כָּבְדָה מְאֹד יַד הָאֱלֹהִים *Gravis* valde fuit manus Dei, 1. Sam. 5, 11. וְהַמִּלְחָמָה כָּבֵדָה Et bellum *grave* erat, Jud. 20, 34. Fut. תִּכְבַּד הָעֲבֹדָה *Aggravetur* itaque ſervitium, Exod. 5, 9. יִכְבְּדוּ בָנָיו *Honorabuntur* filii ejus, Job. 14, 21. Niphal נִכְבַּד *Honoratus, Glorificatus fuit, Glorificavit ſeipſum, Glorioſus fuit*. Infin. בְּהִכָּבְדִי בְּפַרְעֹה Quum *glorioſus redditus fuero* in Pharaone, Exod. 14, 18. Fut. וְאִכָּבְדָה Et *glorioſus reddar*, Exod. 14, 4. 17. cum ה Paragogicô. Sed Hab. 1, 8. eſt אִכָּבֵד *Glorificabor*, ה Paragogico per Apocopen reſectô. Piel כִּבֵּד *Grave fecit* vel *reddidit, Aggravavit; Honoravit, Honore affecit, Honorem exhibuit*. Fut. וְלָמָּה תְכַבְּדוּ אֶת־לְבַבְכֶם Quare enim *aggravabitis* cor veſtrum, 1. Sam. 6, 6. Imp. כַּבֵּד אֶת־אָבִיךָ *Honora* Patrem tuum, Exod. 20, 12. כַּבְּדוּ יְהוָה *Honorate* Dominum, Jeſ. 24, 15. Pual כֻּבַּד *Honoratus eſt*. Fut. יְכֻבָּד *Honorabitur*, Prov. 13, 18. Part. מְכֻבָּד *Honoratus*, Jeſ. 58, 13. Hiphil הִכְבִּיד *Grave reddidit, Aggravavit, Ingraveſcere fecit, Honorificavit, Gloriatus eſt, Gloriam ſibi arrogavit*. אָבִיךָ הִכְבִּיד אֶת־עֻלֵּנוּ Pater tuus *aggravavit* jugum noſtrum, 1. Reg. 12, 10. אֲנִי הִכְבַּדְתִּי אֶת־לִבּוֹ Ego *aggravavi* cor ejus, Exod. 10, 1. Inf. לְהַכְבִּיד Ut *gloriam tibi arroges*, 2. Chron. 25, 19. Hithpael הִתְכַּבֵּד *Gravem ſe fecit, Honore ſe effert, Honorat ſeipſum*. Imper. הִתְכַּבֵּד *Gravem*, i. e. *numeroſum effice te*, multiplica te, Nah. 3, 13. Part. מִמִּתְכַּבֵּד *Præ honorante* ſe, ſeu præ eo, qui honore ſe extollit, Prov. 12, 9.

1) Generatim *gravitatem* quacunque deſignat ratione. 2) Speciatim α) *proprie* eſt *ponderis*, notans in Kal *grave eſſe*. Ita dicitur de arenâ maris, Job. 6, 3. item de vinculis æneis, Thren. 3, 7. β) *Metaphoricè* eſt

eſt 1) *oneris & moleſtiæ*, notans *moleſtum eſſe*, 2. Sam. 13, 25. Huc refer, quando in Hiphil Salomo dicitur *aggravaſſe jugum ſubditorum ſuorum*, h. e. ſubditos gravioribus tributis, aliisque ſervilibus oneribus oneraſſe, 1. Reg. 12, 10. 14. 2. Chron. 10, 10. 14. 2) Eſt *magnitudinis, augmenti, & multitudinis*, ut in Kal idem ſit, ac *magnum eſſe, multum* vel *numeroſum eſſe, multiplicari, augeri*. Ita dicitur de magnitudine & multitudine peccatorum, Gen. 18, 20. Jeſ. 24, 20. conf. Pſalm. 38, 5. ſervitii, Exod. 5, 9. *belli*, quod ſumma vi geritur, & alterutri pugnantium parti gravius incumbit, & magis magisque contra eam invaleſcit, Jud. 20, 34. 1. Sam. 31, 3. 1. Chron. 10, 3. In Hiphil *Augere, multiplicare, numeroſum reddere*, Jer. 30, 19. Et in Hithpael *Multiplicare ſe*, Nah. 3, 15. 3) Deſignat *afflictionem*, vel etiam *præpollentiam*. Ita dicitur de *manu* Dei & hominum. *Manus enim Dei gravis eſt* vel *aggravatur*, quando vehementius affligit, caſtigat, & punit, 1. Sam. 5, 6. 11. Conf. Pſalm. 32, 4. ubi David de gravitate manûs Dei conqueritur, ſentiens graviores ejus caſtigationes, quæ inſtar oneris eum deprimere videbantur. Contra *manus hominis gravis eſſe* dicitur, ad deſignandam potentiam & præpollentiam, qua quis pollet, aliisque prævalet; quæque alterum ſic premit & coercet, ut ſe erigere, aut quicquam facere non poſſit, Jud. 1, 35. ut dolores ſentiat maximos, Job. 33, 7. 4) Innuit *Obdurationem*. Ita dicitur 1) in ordine ad *aurem*, tum *hominis*, tum *Dei*. *Auris hominis aggravari* dicitur ad deſignandam *animi obdurationem & contumaciam*, Jeſ. 6, 10. Zach. 7, 11. Contra *auris Dei aggravata* negatur, Jeſ. 59, 1. ad innuendam ejus clementiam & promtitudinem, tum ad audiendum hominum deſideria & preces, tùm ad juvandum. 2) In ordine ad *cor*, quod *aggravari* & *obdurari* dicitur, quando homo ſe pertinacem & obſtinatum præſtat, nullisque monitis aut pœnis ſe moveri ſinit, Exod. 9, 8. 32. c. 9, 7. 34. 1. Sam. 6, 6. *Cordis aggravatio* vel *induratio* quandoque *Deo* tribuitur, Exod. 10, 1. non quod Deus operatione aliquâ poſitivâ cauſa fuerit illius duriciei, aut quod illam intenderit, ſed quod ob antegreſſa delicta Pharaoni gratiam ſuam, quâ aliàs emolliuntur corda, ex juſtiſſimo judicio ſubtraxit, & in duritie, cujus ſibi ipſi cauſa fuit, eum reliquit. 3) Refertur ad *honorem & dignitatem*, notans *in honore eſſe*, *honorari*, vel in Piel *honorare, honore afficere, proſequi*. Sicut oppoſitum קָלַל, quod proprie deſignat *levitatem*, ad *abjectionem & contemtum perſonæ* vel *rei* referri ſolet: Ita è contrario כָּבֵד, quod *gravitatem* infert, ad *dignitatem, honorem & gloriam* transfertur, cum, quæ honoramus, nobis ſint *gravia*, non *levia*. Unde Latinis *vir gravis* dicitur, qui eſt *honorabilis, & magnæ æſtimationis*. Atque in hac ſignificatione involvit omnia, in quibus aliàs *honoris veri* ratio formalis conſiſtere dicitur, nimirum *honorificam animi de alio ſententiam, externam reverentiam atque ſubjectionem, honorificos de altero ſermones*, nec non *officioſos actus*. Adhibitum autem legitur a) in ordine ad *Deum*, qui ab hominibus honorandus eſt, tum *internè*

cor-

cordis ſubmiſſi æſtimio atque affectu, quô eum maximi facimus, eum pro ſummo noſtro bono reputamus, ejusque beneficia nobis collata piè recolimus; tum *externó oris præconio*, quô eum laudamus, ejus bonitatem, veracitatem, potentiam &c. celebramus, atque pro collatis beneficiis debitas gratias ei perſolvimus; tùm *ipsó opere*, quô piæ vitæ & ſubjectionis documenta edimus quàm plurima. Sed ſi perluſtramus loca Scripturæ, ubi adhibetur, nunc in *genere*, nunc *in ſpecie* ſic Dei honor deſignatur & poſtulatur. *In genere* 1. Sam. 2, 30. Pſalm. 50, 15. Jeſ. 24, 15. &c. *In ſpecie* autem, per *ſacrificia*, Jeſ. 43, 23. per *ſacrificium laudis & confeſſionis*, Pſalm. 50, 23. per *vitam piam*, Jeſ. 58, 13. &c. β) In ordine *ad homines*, quos 1) *honorat Deus*, quando eos *in ſtatu gratiæ* variis beneficiis velut favoris ſui ſignis cumulat, contra contemtum mundi tuetur, & quandoque non ſine admiratione aliorum evehit, ceu David, Joſeph, Eſthera ſuis comprobant exemplis; *In ſtatu gloriæ*, quando iis confert ſempiternam cœli gloriam &c. Pſalm. 91, 15. Confer. 1. Sam. 2, 30. 2) honorant alii, tùm *Superiores* prout *Balack* Bileamum honorare decreverat, Num. 22, 17. c. 24, 11. tùm *inferiores*, prout liberi Parentes honorant, Exod. 20, 12. Devt. 5, 16. Mal. 1, 6. tùm *promiſcuè omnes*, prout fortes belli Heroes honorantur, 1. Chron. 11, 21. 25. 1. Sam. 22. 14.

כָּבֵד m. *Gravis*; *Numeroſus*; *Ingens*; *Dives*; *Jecur.* כִּי כָבֵד הָרָעָב בָּאָרֶץ Nam *gravis* erat fames in *terra iſta*, Gen. 12, 10. וְאַבְרָם כָּבֵד מְאֹד Et Abram *erat dives valde*, Gen. 13, 2. מִסְפֵּד גָּדוֹל וְכָבֵד Luctus magnus & *gravis*, Gen. 50, 10. In Statu conſtr. כְּבַד פֶּה *Gravis ore*, Exod. 4, 10. Sed alia forma eſt Jeſ. 1, 4. כֶּבֶד עָוֹן *Gravis* iniquitate. כְּבֵדוֹ *Jecur* ejus, Prov. 7, 23. Plur. וִידֵי מֹשֶׁה כְּבֵדִים *Cum ergò manus Moſis factæ eſſent graves*, Exod. 17, 12. In Statu conſtr. כִּבְדֵי לָשׁוֹן *Graves linguâ*, Ezech. 3, 5. 6.

1) Generatim denotat *grave.* 2) Speciatim α) *propriè* eſt *ponderis*, 1. Sam. 4, 18. Pſalm. 38, 5. β) *Tropicè* א) per *Metaphoram* 1) eſt *magnitudinis*, ut idem ſit, ac *ingens*, *magnus.* Ita dicitur de irâ, Prov. 27, 3. fame, Gen. 12, 10. c. 43, 1. c. 47, 4. 13. luctu, Gen. 50, 10. peccato, Pſal. 38, 5. 2) eſt *numeri & multitudinis*, ut idem ſit ac *multus*, *numeroſus.* Ita dicitur de *exercitu*, 1. Reg. 10, 2. 2. Reg. 6, 14. c. 18, 17. 2. Reg. 9, 1. Jeſ. 36, 2. 3) Eſt *difficultatis & impedimenti.* Ita dicitur de *lingua impedita*, Ezech. 3, 5. 6. &c. ב) *Metonymicè* notat *jecur*, quod Galenus lib. 6. de uſu partium c. 17. vocat *omnium viſcerum graviſſimum & denſiſſimum.* Legitur Exod. 29, 13. 22. Lev. 3, 4. 10. 15. c. 4, 9. c. 7, 4. c. 8, 16. 25. c. 9. 10. 19. Ezech. 21, 26.

כֹּבֶד m. *Gravitas*, Tropicè, *Multitudo*, *Copia.* כֹּבֶד אֶבֶן *Gravitas* lapidis, Prov. 27, 3. כֹּבֶד מַשָּׂאָה *Gravitas eſt* onus, i. e graviſſima *eſt Prophetia*, Jeſ. 30, 27. כֹּבֶד פָּגֶר *Copia* cadaveris, Nah. 3, 3. Præterea non legitur.

כָּבוֹד m. *Honor, Gloria.* כִּסֵּא כָבוֹד *Thronus gloriæ*, 1. Sam. 2,8. מֶלֶךְ הַכָּבוֹד *Rex gloriæ*, i. e. glorioſiſſimus, Pſalm. 24, 7. In Statu conſtr. כְּבוֹד יְהוָה *Gloria* Domini, Exod. 16, 7. Cum Suff. כְּבוֹדִי *Gloria* mea, Gen. 45, 13. סַפְּרוּ בַגּוֹיִם כְּבוֹדוֹ Narrate inter Gentes *gloriam ejus*, 1. Chron. 16, 24.

1) Generatim & vi originis notat *gravitatem*, ſive ſit *ponderis*, ſive *dignitatis*, ſive *opum*. Unde 2) Speciatim *a*) *propriè* notat *gravitatem ponderis*. Sed ita non legitur in Sacris. א) *Tropicè* notat *honorem* & *gloriam*, quæ juxta Auguſtinum Tr. 100. in Job. p. 493. D. eſt *frequens de alio fama cum laude*; vel juxta Ciceronem in Orat. pro Marcello c. 8. eſt *illuſtris ac pervagata multorum & magnorum vel in ſuos, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum.* Sed in hac ſignificatione dicitur *a*) de *hominibus*, notans 1) eorum *honorem* & *æſtimium*, quô mactantur, nec non *laudis famam*, quâ gaudent, Gen. 45, 13. 1. Reg. 3, 13. Prov. 3, 35. Pſalm. 7, 6. 2) Meton. *Proceres*, qui populum glorificant. Ita Jeſ. 5, 13. Populi Iſraelitici *Proceres* dicuntur כָּבוֹד *gloria*, quia glorificant & exornant populum, *β*) de *Deo*, ſed admodum variè. Nam 1) notat *celebrationem ac prædicationem Dei*, Jeſ. 42, 8. c. 48, 11. Confer. Pſalm. 29, 1. ubi *gloriam Deo dare* idem eſt ac *Deo laudem gloriæ tribuere, eumque celebrare.* 2) Deſignat *id*, quod *Deo gloriam maximam & ſine pari conciliat, laudemque ejus excitat*, Prov. 25, 2. Unde hac voce non ſolum deſignatur *glorioſiſſima ipſius divinitas & majeſtas*, Exod. 33, 18. necnon *glorioſisſimus Dei ſplendor, majeſtas & præſentia omnibus modis admiranda*, Jeſ. 6, 1. ſed etiam eàdem deſignatur ipſius *infinita ſapientia, bonitas & potentia*, item *ejus providentia*, 1. Chron. 16, 24. Pſalm. 19, 2. Pſalm. 96, 3. Pſalm. 102, 16, 17. Jeſ. 58, 8. c. 66, 18. 3) *Deus* dicitur *gloria hominis*, per Metonymiam, tùm, quia homo de eo poteſt gloriari, tùm quia ipſe homini gloriam confert, Pſalm. 3, 4. *γ*) De *Chriſto*, notat *infinitam & divinam glorlam & majeſtatem*, quam ſecundum divinam naturam habet *per ſe*, ſecundum humanam autem naturam *per communicationem*, Pſalm. 8, 6. Pſalm. 24, 7. 8. 9. *δ*) Dicitur per *Metonymiam* de *rebus glorioſis, excellentibus & præſtantibus*, quæ gloriam, decus, æſtimium, auctoritatem, famam atque laudem conciliant. Ita dicitur 1) de *ſcrutinio rei*, Prov. 25, 2. 2) de *arca Dei*, qua Deus videbatur cultum ſuum ſpecioſè exornaſſe, 1. Sam. 4, 21. 22. 3) de *anima*, quæ eſt gloria corporis, Gen. 49, 6. 4) de *lingua*, quia eſt organum, quo Deus glorificatur, aut certè glorificari debet, Pſalm. 16, 9. Pſalm. 30, 13. Pſalm. 57, 9. 5) De *glorioſo glorioſisſimi Dei cultu*, quo Iſraelitæ contra gentes & Deos earum gloriari poterant, Pſalm. 106, 20. Jer. 2, 11. ב) Notat *divitias amplas*, Gen. 31, 1. forte, quia gloriam & famam Poſſeſſori conciliare ſolent. ג) Significat *ornamentum*, Exod. 28, 40.

כְּבוּדָּה f. *Honorata*, Pſalm. 45, 14. עַל־מִשְׁפַּחַת כְּבוּדָּה Super

per

per lecto *honorifico*, Ezech. 23, 41. Sed Jud. 18, 21. occurrit Subſtantivè notans *ſarcinam*. Præterea non legitur.

כְּבֵדֻת m. *Gravitas*. Occurrit ſaltem Exod. 14, 25. בִּכְבֵדֻת Cum *gravitate*, i. e. *graviter*, *tardè*.

נִכְבָּד m. *Honoratus*, *Honorabilis*, *Glorioſus*. Refert formam & ſignificationem Participii Niphal וְהוּא נִכְבָּד מִכֹּל בֵּית אָבִיו Cumque ille *honoratus eſſet* præ omni domo Patris ſui, Gen. 34, 19. וְנִכְבָּד בְּבֵיתֶךָ Et *honoratus eſt* in domo tuâ, 1. Sam. 22, 14. Plural. נִכְבָּדִים *Honorati*, Num. 22, 15. In Statu conſtr. נִכְבַּדֵּי מָיִם: *Graves* aquis, i. e. copioſi aquis, Prov. 8, 24. Cum Suffixo וְעַל־נִכְבַּדֶּיהָ יַדּוּ גוֹרָל Et ſuper *honoratos* ejus jecerunt ſortem, Nah. 3, 10. וְנִכְבְּדֵיהֶם Et *honorati* eorum, Pſalm. 149, 8. Fœm. נִכְבָּדוֹת *Glorioſa*, Pſalm. 87, 3.

1) Generatim refert ſignificationem ſui thematis, deſignans *gravitatem* ſive *ponderis*, ſive *dignitatis*, ſive *copiæ*. Unde 2) in ſpecie α) *propriè* notat *grave pondere*. β) *Metaphoricè* in ſacris literis notat א) *grave dignitate*. Ita dicitur 1) de *homine*, qui *honore*, *dignitate*, *auctoritate & fama* illuſtris eſt, e. g. de *Sichemo*, Gen. 34, 19. de *Samuele*, 1. Sam. 9, 6. de *Davide*, 1. Sam. 22, 14. de *heroibus Davidis*, 2. Sam. 23, 19. 23. 1. Chron. 11, 21. 25. de *Inſtitoribus Tyrii*, Jeſ. 23, 8. 9. de legatis Balaki, Num. 22, 15. Tali homini opponitur *vilis* & *deſpectus*, Jeſ. 3, 5. 2) de *glorioſiſſimo* Dei *nomine*, Devt. 28, 58. 3) de *eximiis & tremendis dogmatibus*, quæ ſunt de divinis myſteriis, decretis, operibus, nec non de voluntate Dei, Pſalm. 87, 3. ב) *Grave copiâ & multitudine*. Ita dicitur de *fontibus*, qui copiam aquarum habent, Prov. 8, 24. Aſt Geierus in h. l. ad *præſtantiam* refert, & hunc conſtituit ſenſum: *Antequam eſſent fontes, præ reliquo aquarum genere, ut ſtagnorum, paludum, piſcinarum &c. commendatiſſimi, quippe vivi, perpetuò moti, dulcedine ſitim reſtinguentes, ſorditiem eluentes, frigiditate reficientes, terram fœcundantes.*

כָּבָה *Extinctus eſt*. כַּפִּשְׁתָּה כָבוּ Inſtar lini *extinguerentur*, Jeſ. 43, 17. Fut. לֹא יִכְבֶּה בַלַּיְלָה נֵרָהּ Non *extinguitur* noctu lucerna ejus, Prov. 31, 18. בְּאֶפֶס עֵצִים תִּכְבֶּה אֵשׁ In defectu *lignorum*, i. e. ubi deſunt ligna, *extinguitur* ignis, Prov. 26. 19. Piel כִּבָּה *Extinxit*. וְכִבּוּ אֶת־גַּחַלְתִּי *Ita extinguere* volunt prunam meam, 2. Sam. 14, 7. Infin. לֹא יוּכְלוּ לְכַבּוֹת Non poterit *extinguere*, Cant. 8, 7. בְּכַבּוֹתְךָ In *extinguere* te, i. e. cum extinxero te, Ezech. 32, 7. Fut. וְלֹא תְכַבֶּה אֶת־נֵר יִשְׂרָאֵל Ut non *extinguas* lucernam Iſraelis, 2. Sam. 21, 17. וּפִשְׁתָּה כֵהָה לֹא יְכַבֶּנָּה Et linum fumigans non *extinguet*, Jeſ. 42, 3. Particip. מְכַבֶּה *Extinguens*, Jeſ. 1, 31.

1) Generatim notat *extinguere*, vel *extingui*. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *extinctionem rei ardentis*, deficiente pabulo, diciturque tàm

de

Digitized by Google

de *igne*, Lev. 6, 5. 6. Prov. 26, 29. quàm de *lucerna*, 1. Sam. 3, 3. Prov. 31, 15. 2) Per *Metaphoram* transfertur *α*) ad *iram Dei* igni comparatam, quæ *negatur extingui*, ad denotandam ipſius *gravitatem*, *durationem & perpetuitatem*, Jer. 7, 20. 2. Reg. 22, 17. 2. Chron. 34, 25. β) ad *amorem* igni aſſimilatum, qui negatur extingui poſſe, ad deſignandam ejus vehementiam & conſtantiam, Cant. 8, 7. γ) Ad *fidem infirmam* lychno fumiganti comparatam, quam Meſſias non *extinguet*, affundendo oleum Evangelii, quo igniculus fidei fovetur & conſervatur, Jeſ. 42, 3.

כָּבַל, *Compedibus conſtrinxit*, *ligavit captivum*, apud Chaldæos, Syros & Arabes legitur. Inde apud Ebræos eſt

כֶּבֶל m. *Compes.* עִנּוּ בַכֶּבֶל רַגְלָיו Afflixerunt in *compede* pedem ejus, Pſalm. 105, 18. Plur. in Statu conſtr. בְּכַבְלֵי בַרְזֶל *Compedibus* ferri, i. e. ferreis, Pſalm. 149, 8. Præterea non occurrit.

כָּבוּל *Cabbul*; nomen *regionis*, quod Chiram, Rex Tyri ei impoſuit, 1. Reg. 9, 13. Quare eam ſic vocaverit, non una eſt ſententia inter Autores. Joſephus l. 8. c. 2. Antiqu. ex Phœnicum lingua rationem appellationis petit, in qua ſignificat id, quod minus placet. Putat ergo, *tractum illum*, quo Salomon Regem Tyri remuneratus erat, ab hoc ſic nominatum fuiſſe, eò quod minus ei placeret. R. Salomon ſcribit, iſtam regionem ſic appellatam fuiſſe, quaſi *compeditam*, i. e. *argillaceam*, *tenacem & infrugiferam*. Sed Bochartus in Geograph. ſacra Lib. 2. c. 4. p. 794. has ſententias rejicit, & ſubſcribit Græcorum interpretationi, quibus כבול idem eſt ac גבול *Terminus*, כ & ג inter ſe invicem permutatis; Putans iſtum tractum rectè dici terminum, quia eo verſus Ptolemaidem Galilæa finiebatur. Hæc regio poſtea dicta fuit *Decapolis*, cujus mentio fit, Matth. 4, 25. Marc. 5, 20. c. 7, 31.

כָּבַס *Lavit*, *Abluit.* וְאֶת־בְּגָדָיו לֹא כִבֵּס Et veſtes ſuas *non lavenit*, 2. Sam. 19, 25. וְכִבַּסְתֶּם בִּגְדֵיכֶם *Et lavabitis veſtes veſtras*, Num. 31, 24. Fut. תְּכַבְּסֵנִי וּמִשֶּׁלֶג אַלְבִּין *Lavabis me*, ut præ nive dealber, Pſalm. 51, 9. Imper. כַּבְּסֵנִי מֵעֲוֺנִי *Lava* me ab iniquitate mea, Pſalm. 51, 4. Pual כֻּבַּס *Lotus fuit.* וְכֻבַּס *Et lavabitur*, Lev. 13, 58. c. 15, 17. Sed אַחֲרֵי הֻכַּבֵּס *Poſt lotum eſſe*, i. e. poſtquam lotum fuit, Lev. 13, 55. 56. eſt forma mixta Infin. ex Hophal & Hithpael.

1) Generatim ſignificat *lavare*, *abluere*, ita, ut dicat mundationem à ſordibus, qualeſcunque ſint. 2) In ſpecie *α*) *propriè* infert *lotionem veſtimentorum*, quæ fit aquâ, Exod. 19, 10. Lev. 13, 6. 34. c. 14, 8. 9. c. 15, 8. 11. 13. 27. c. 17, 15. Num. 19, 7. 2. Sam. 19, 25. &c. β) *Metaphoricè* transfertur ad *lotionem ſpiritualem*, nempe ad *internam animæ emundationem.* Atque in hac ſignificatione tribuitur tum *Deo*, qui hominem abluit, quando *gratiosè ei remittit peccata*, Pſalm. 51, 4. 9. tum *homini*, quando à peccatis abſtinet, & vitæ ſanctimoniam & puritatem ſectatur, Jer. 2, 22. c. 4, 14.

כּוֹבֵס m. *Fullo*, quaſi *lotor* dictus, qui veſtibus, cujuscunque ſint coloris, ſi conſpurcatæ ſunt, nativum & nitidum colorem reſtituit. L'Empereur in Bab. Kam. c. 10. §. 10. p. 301. Ter ſaltem legitur, nempe 2.Reg. 18, 17. Jeſ. 7, 3. c. 36, 2.

כבע Radix ignota; Inde autem eſt

כּוֹבַע m. *Galea*. כּוֹבַע נְחֹשֶׁת *Galea æris* i.e. *ænea*, 1. Sam. 17, 5. כּוֹבַע יְשׁוּעָה *Galea ſalutis*, Jeſ. 59, 17. Plur. כּוֹבָעִים *Galeæ*, 2. Chron. 26, 14. Jer. 46, 4.

כָּבַר In Kal non legitur; deſignat verò tàm *magnitudinem*, quàm *multitudinem*; prout uſus vocis, ejusque conjugata comprobant, & Lingua Syriaca & Arabica evincunt. In Hiphil eſt הִכְבִּיר *Multiplicavit*. Fut. יַכְבִּר מִלִּין *Multiplicat verba*, Job. 35, 16. Particip. יִתֶּן אֹכֶל לְמַכְבִּיר Dat *cibum ad multiplicantem*, *multiplicantis in modum*, i. e. *ad copiam*, *affatim*, *abunde*, Job. 36, 31. Sed diſſentit Seb. Schmidius, qui hanc ſententiam convenienter contextui interpretaturus reddit: *Dat cibum multiplicanti* comedere h. e. multum comedenti. Ejusmodi vero ſunt voraces beſtiæ, leones, urſi, lupi &c. Præterea hoc verbum non legitur.

כַּבִּיר m. *Valde magnus*, *vel valde multus*, *Validus*, *Ingens*. רוּחַ כַּבִּיר *Ventus validus*, Job. 8, 2. כְּאַבִּיר *Sicut fortis*, Jeſ. 10, 13. vide in אַבִּיר, *Fortis*, *Robuſtus*. Plur. כַּבִּירִים *Validi*. מַיִם כַּבִּירִים *Aquæ validæ*, Jeſ. 17, 12. c. 28, 2.

1) Generatim notat *omne id*, quod *magnitudine*, *robore* & *multitudine* valet. Unde 2) ſpeciatim notat *α*) *validum* robore, magnitudine. Ita dicitur 1) de *Deo*, qui potentia & robore eſt maximus, validiſſimus, Job. 36, 5. 2) de *hominibus*, qui potentiæ ſuæ confidunt, Job. 34, 24. & *vehementes* ſunt tum ratione *roboris*, tùm ratione *inſolentiæ*, tùm ratione *iræ*, Job. 8, 2. Confer. Sebaſt. Schmid. in h. l. 3) de *aquis* magnis & validis, Jeſ. 17, 12. c. 28. 2. 4) de *magnis opibus*, Job. 31, 25. *β*) Refert *multitudinem*, ita de ſene multorum annorum legitur, Job. 15, 10.

כְּבִיר m. *Stragula*; *Pulvinar*, juxta Kimchium. Sed celeberr. Bochartus in Hierozoico P. I. Lib. II. c. 51. p. 624. ſignificationem magnitudinis retinet, & ellipticam ſtatuit eſſe orationem 1. Sam. 19, 13. in qua ſupplenda vox שֵׂעָר *pilus*; quaſi ſcripſiſſet ſacer Vates. וְאֵת שְׂעַר הָעִזִּים הַכָּבִיר Et magnum ſeu longiorem caprarum pilum poſuit *ad cervical ejus*. Et ne alicui ellipſis vocis שֵׂעָר dura videatur, affert conſimilia Scripturæ loca elliptica, Ex. 25, 4. שֵׁשׁ וְעִזִּים Byſſus & capræ, i.e. *& pilus caprarum*, Ex. 26, 7. יְרִיעוֹת עִזִּים *Aulæa caprarum*, i.e. *è pilo caprarum*. Conf. Ex. 35, 26. Michal ergo longiorem caprarum pilum à cervicali Davidis poſuiſſe cenſetur, ut ejus cæſariem quodammodo referret, cum

Digitized by Google

cum caprini pili in oriente, humanis non prorſus abſimiles ſint. Confer. Jo. H. Maji Animadverſ. in Lex. Cocceji p. 46.

כְּבָר *Kebar*, nomen Fluvii, ab aquarum copiâ, quibus abundare videtur Babylonia, ſic dicti, Ezech. 1, 1.

כְּבָר *Jam, modò, anteà, jamdudum.* Eſt vocula temporis tàm *præſentis*, Eccl. 3, 15. quàm *præteriti*, Eccl. 2, 12. 16. c. 3, 15. c. 4, 2. c. 6, 10. c. 9, 6.

כְּבָרָה f. *Cribrum*; Forte à *multitudine* foraminum ſic dictum, Am. 9, 9. Niſi forte velis deducere à כָּבַר, quod Rabbinis *cribrare* ſignificat.

כִּבְרָה f. *Milliare*, à *magnitudine* ſic dictum, quia eſt maxima menſura viæ. Sed juxta Kimchium כ eſt ſervile, & radix eſt בָּרָה ſignificans *ſpatium viæ*, quantum homo conficit à mane usque ad paſtum. Ter legitur in ſtatu conſtructo כִּבְרַת הָאָרֶץ *Milliare terræ*, Gen. 35, 16. c. 48, 7. 2. Reg. 5, 19.

מִכְבָּר m. *Cribrum*, fortaſſe à *multitudine foraminum* ſic dictum; niſi derivare malis à כָּבַר prout Rabbinis *cribrare* ſignificat. Aliis eſt *crates*, *craticula*, à *foraminum multitudine*, aut cribri ſimilitudine nomen trahens. מִכְבַּר מַעֲשֵׂה רֶשֶׁת *Cribrum opus retis*, Exod. 38, 4. מִכְבַּר נְחֹשֶׁת Cribrum *æris*, i. e. *æneum*, Exod. 35, 10. c. 38, 30. c. 39, 39.

מַכְבֵּר m. *Stragula*, ex multiplicibus pilis facta, 2. Reg. 8. 15.

כָּבַשׁ *Subegit, Subjecit, Subjugavit, Domuit.* וְכָבְשׁוּ אַבְנֵי קֶלַע Et *ſubigant* lapides fundæ, Zach. 9, 15. וְהִנֵּה אֲנַחְנוּ כֹבְשִׁים אֶת־בָּנֵינוּ Sed ecce nos *ſubjicere* cogimur filios noſtros, Neh. 5, 5. Inf. לִכְבּוֹשׁ *Subigere*, Eſth. 7, 8. Fut. יִכְבּוֹשׁ עֲוֹנֹתֵינוּ *Subiget, Supprimet* iniquitates noſtras, Mich. 7, 19. Imper. וְכִבְשֻׁהָ Et *ſubigite* eam, Gen. 1, 28. Niphal נִכְבַּשׁ *Subjectus, Domitus fuit.* וְהָאָרֶץ נִכְבְּשָׁה לִפְנֵיהֶם Terra enim *ſubacta erat* coram illis, Joſ. 18, 1. Confer. Num. 32, 22. 29. 1. Chron. 22, 18. Particip. pl. fœm. וְיֵשׁ מִבְּנֹתֵינוּ נִכְבָּשׁוֹת Et ſunt de *filiabus* noſtris *ſubjectæ*, Neh. 5, 5. Piel כִּבֵּשׁ *Subjecit*, 2. Sam. 8, 11. Hiphil הִכְבִּישׁ *Subegit, Subjecit.* Fut. וַיַּכְבִּישׁוּם Et *ſubigebant* eos; Iuxta Maſorethas legendum eſt וַיִּכְבְּשׁוּם, quaſi eſſet Fut. in Kal; ſed præſtat legere juxta literas, ſubjectis punctis in Futuro Hiphil receptis.

1) In genere *ſubigendi* & *ſubjiciendi* notionem habet, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *ſubigere*, *poteſtati ſubjicere*; Ita dicitur de *gentibus ſubactis*, 2. Sam. 8, 11. de *ſervis & ancillis* à Dominis denuo ſubactis, & in poteſtatem redactis, ut priſtinum obirent ſervitium, Jer. 34, 11. 16. de *terrâ ab Iſraëlitis ſubactâ*, Num. 32, 22. 29. Joſ. 18, 1. 1. Chron. 22, 18. *β*) *Metaphoricè* transfertur ad *peccatum*, quod Mich. 7, 19. *Deus ſubigere* dicitur, quando ei dominium aufert, illud ſupprimit, & homini remittit, non amplius ejus rationem habiturus.

כֶּבֶשׁ m. *Clivulus*, altiori loco ſubjectus, 2. Chron. 9, 18.

כִּבְשָׁן m. *Fornax*, Gen. 19, 28. Exod. 9, 8. 10. c. 19, 18.

כֶּבֶשׂ m. *Agnus*. Unde dicatur, diſceptatur. Celeberr. Majus à *quæſtu* dictum putat, qui populis orientis maximus fuit ex pecore. Unde Arabum كسب, *quæſtum facere, lucrari*. Vid. Maji Hiſtor. Animal. lib. 2. c. 7. כֶּבֶשׂ בֶּן שְׁנָתוֹ *Agnus filius anni ſui*, i. e. *anniculus*, Lev. 12, 6. Plural. כְּבָשִׂים *Agni*, Ezech. 46, 6. כְּבָשִׂים בְּנֵי שָׁנָה *Agni filii anni*, i. e. *anniculi*, Exod. 29, 39. Cum Suffixo מִגֵּז כְּבָשָׂי *A vellere agnorum meorum*, Job. 31, 20.

1) *Propriè* notat *agnum*, inprimis *mediæ ætatis*. Unde in ſcripturâ dicuntur *anniculi*, Exod, 29, 39. Num. 7, 87. 88. Cæterum in propria ſignificatione occurrit, Lev. 3, 7. c. 4, 32. c. 12, 6. c. 14, 21. 24. 25. c. 23, 12. Num. 6, 12. 14. c. 7, 15. 21. 27. 39. 45. 51. 57. &c. 2) *Metaphoricè* deſignat *homines humiles & innocentes*, Jeſ. 5, 17. Conf. c. 11, 6. ubi nomine agni venit Eccleſiæ Chriſti membrum.

כִּבְשָׂה f. *Agna*, 2. Sam. 12, 3. 6. Sed Lev. 14, 10. Num. 6, 14. eſt כַּבְשָׂה. In Statu conſtr. כִּבְשַׂת הָאִישׁ *Agna viri*, 2. Sam. 12, 4. In Plurali כְּבָשׂוֹת *Agnæ*, Gen. 21, 29. 30. In Statu conſtr. כִּבְשׂוֹת הַצֹּאן *Agnæ gregis*, Gen. 21, 28.

כדד Radix inuſitata. Inde eſt

כִּידוֹד m. *Scintilla*. Occurrit ſaltem in Plurali Status Conſtr. כִּידוֹדֵי אֵשׁ *Scintillæ ignis*, Job. 41, 10.

כַּדְכֹּד m. *Pyropus*, quaſi *Scintillans* dictus, Jeſ. 54, 12. Ezech. 27, 16. prima radicalis duplicata fuit.

כַּד f. *Cadus, Hydria*. Celeberrimus Dn. Majus deducendum conjicit ex Arab. كدّ quod generatim notat *laborare, moleſtiam perferre*, & ſpeciatim *exhaurire aquam putei*. Inde eſt كدود *Difficilis & laborioſus puteus*, cujus aqua magno labore hauriri debet. Proinde arbitratur, כַּד *propriè* notare *inſtrumentum* ſeu *vas*, quô aqua *hauriri* ſolet, ut *ſitulam, urceum, hydriam*. Poſtea latius adhibetur de *aliis* quoque *vaſis*. וְתִשָּׁבֶר כַּד Et *contuſus* eſt cadus, Eccl. 12, 6. Cum Suffixo הַטִּי נָא כַדֵּךְ *Declina*, quæſo, cadum tuum, Gen. 24, 14. וַתְּמַלֵּא כַדָּהּ Et *implevit* cadum ſuum, Gen. 24, 16. Plur. כַּדִּים *Cadi, Hydriæ*, 1. Reg. 18, 34. כַּדִּים רֵקִים *Cadi vacui*, Jud. 7, 16.

כדר Radix inuſitata. Inde deducunt

כַּדּוּר m. *Pila, Acies militum; Orbis*. Sed hanc derivationem rejicit Bochartus in Hierozoico P. II. Lib. 5. c. 8. p. 712. contendens, כ Præfixum eſſe, hoc nixus argumento, quod דור etiam per ſe *pilam* & *circulum* denotet, ceu ex Arabicâ conſtat linguâ. יִצְנָפְךָ צְנֵפָה כַּדּוּר Volura-

lutabit te volutatione ſicut *pilam*, Jeſ. 22, 18. וְחָנִיתִי כַדּוּר עָלָיִךְ Et metabor caſtra in *orbem* contra te, Jeſ. 29, 3.

כִּידוֹר m. *Acies pilata.* עָתִיד לַכִּידוֹר Paratus *ad aciem*, Job. 15, 24. Sæpius non legitur.

כֹּה *Ita, ſic.* Eſt 1) particula *ſimilitudinis, ita, ſic,* quaſi ſit præfixum כ, literæ ה eſſentiali Pronominis tertiæ perſonæ conjunctum, *juxta illud,* Gen. 15, 5. Num. 32, 8. Sæpe præmittitur *ſermoni alterius*, quum recitatur & adducitur, Jeſ. 54, 11. 14. 18. c. 48, 17. c. 49, 7. 8. 22. c. 50, 1. 2) Particula *loci, hic, huc,* Gen. 31, 37. In hac ſignificatione, ſi in eadem ſententiâ repetitur, accipitur diſtributivè, deſignans *locum* tàm remotum, quàm *propinquum*, notans *hinc, inde, illinc, huc, illuc,* Num. 11, 31. כְּדֶרֶךְ יוֹם כֹּה וּכְדֶרֶךְ יוֹם כֹּה Circiter iter diei *hinc*, & circiter iter diei *illinc*, Ex. 2, 12. וַיִּפֶן כֹּה וָכֹה Et proſpexit *huc* & *illuc*. 3) Cum Præpoſitione conſtructum habet ſignificationem *modi, loci,* & *temporis*, quandoque per adverbia *huc, illuc, huc uſque* commodè exprimendam, 1. Reg. 22, 20. וַיֹּאמֶר זֶה בְּכֹה וְזֶה אוֹמֵר בְּכֹה Et reſpondit unus *hoc modo*, & alius dicebat *alio modô*, Gen. 22, 5. נֵלְכָה עַד־כֹּה Abeamus ad *illum locum*, i. e. *illuc*. לֹא־שָׁמַעְתָּ עַד־כֹּה Non audiviſti ad *hoc tempus*, i. e. *hucuſque*, Exod. 7, 16.

כָּהָה *Hebes factus eſt*; In linguâ Arabicâ notat *decrepitum eſſe*; quâ in ætate vires hebeſcunt & deficiunt. Iuxta Buxtorffium eſt: *Caligavit*: Propriè, *contrahi, ſtringi,* ut fit humore *exhauſtô, rugari, rugas contrahere*. Sed Majo generalis & propria ſignificatio eſt *hebeſcere*. לֹא כָהֲתָה עֵינוֹ Non hebes aut *obtuſus factus eſt* oculus ejus, Devt. 34, 7. וְעֵין יְמִינוֹ כָּהֹה תִכְהֶה Et oculus dexteræ ejus *hebeſcendo hebeſcet*, i. e. *plane hebeſcet, caligabitur*, Zach. 11, 17. לֹא יִכְהֶה *Non hebetabitur*; vel *non caligabit*, i. e. interprete Buxtorffiô, non obſcurè lucebit, Jeſ. 42, 4. וַתֵּכַהּ מִכַּעַשׂ עֵינִי Præterea præ indignatione *hebeſcit, caligat* oculus meus, Job. 17, 7. ה per Apocopen reſectum eſt. Piel כִּהָה *Hebetem fecit, contraxit frontem, Corrugavit, Coercuit, Repreſſit, Retudit*. Interdum *intranſitive* accipitur, notans *hebeſcere*. וְלֹא כִהָה בָּם *Sed non corrugavit frontem adverſus eos*; vel: *non hebetavit eos* i. e. *non retudit, non repreſſit eorum malitiam*, 1. Sam. 3, 13. וְכִהֲתָה כָל רוּחַ Et hebeſcet *omnis ſpiritus*, Ezech. 21, 12. כֵּהָה הַנֶּגַע *Hebetata eſt*, i. e. *ſubſtitit plaga*, Lev. 13, 6.

1) Generatim ſignificat *hebeſcere*, quocunque fiat modo. Unde 2) ſpeciatim α) *propriè* eſt *rerum*, quæ acie vel mucrone privantur. β) *Tropicè* 1) *Metaphoricè* in Scriptura a) dicitur de *oculis caligantibus*, quod in Senibus, vel etiam in aliis aliam ob cauſam acies eorum hebeſcit, infirmatur & ſeſe remittit, Gen. 27, 1. Devt. 34, 7. Joſ. 17, 8. Zach. 11, 17. b) de *animo*, vel *ſpiritu*, qui *hebeſcere* dicitur, quando *cadit, infirmatur, deficit*, Ezech. 21, 12. c) de *plagâ*, quæ *hebeſcit*, quando infirmatur, ſubſiſtit,

Digitized by Google

nec extendit ſe, aut progreditur, Lev. 13, 6. 56. 2) *Metaleptice*, quia, quicquid *hebeſcit*, obtunditur, retunditur, hinc etiam quandoque notat *retundere*, *ſupprimere*, 1. Sam. 3, 13. Sed aliis d. l. notat, *corrugare frontem*.

כֵּהָה f. *Hebes*, & abſtractivè *Hebetatio*; quaſi ex maſculinò כֵּהֶה. פִּשְׁתָּה כֵהָה Linum, cujus flamma *hebeſcit*, *minuitur*. Vulgò redditur: *Linum fumigans*, Jeſ. 42, 3. מַעֲטֵה תְהִלָּה תַּחַת רוּחַ כֵּהָה Pallium laudis pro ſpiritu *hebete*, i. e. animo perculſo, mœſto, Jeſ. 61, 3. אֵין כֵּהָה לְשִׁבְרֶךָ Non eſt *hebetatio*, i. e. mitigatio fracturæ tuæ, Nah. 3, 19. Plural. כֵּהוֹת *Hebetes*. וְעֵינָיו הֵחֵלּוּ כֵהוֹת Et oculi ejus incipiebant eſſe *hebetes*, *caligantes*, 1. Sam. 3, 2. בֶּהָרוֹת כֵּהוֹת *Papulæ hebetes*, *contrahentes*, die nicht ſpitzig ſind/ Lev. 13, 39.

כִּהֵן *Sacerdotem egit*; *Sacerdotio functus eſt*, *rem ſacram peregit*, וְקִדַּשְׁתָּ אֹתוֹ וְכִהֵן לִי Et ſanctificabis eum, ut *ſacerdotio mihi fungatur*, Lev. 40, 13. וְקִדַּשְׁתָּ אֹתָם וְכִהֲנוּ לִי Et ſanctificabis eos, *ut ſacerdotio mihi fungantur*, Exod. 28, 41. c. 40, 15. Infin. לְכַהֵן *Ad ſacerdotio fungendum*, Exod. 29, 1. וְאֶמְאָסְאָךָ מִכַּהֵן לִי Et repudiabo te, *ut ſacerdotio non fungaris mihi*, Hoſ. 4, 6. א per Epentheſin inſertum eſt. Fut. וַיְכַהֵן *Et ſacerdotio functus eſt*, Num. 3, 4. יְכַהֵן פְּאֵר *Sacerdotem agit* ornatu, h. e. *magnificè*, *inſtar Sacerdotis ornatum parat*, Jeſ. 61, 10.

1) Generatim ſignificat *miniſtrare*, ſive in *ſacris*, quod eſt *Sacerdotum*, ſive in *politicis*, quod eſt *primariorum miniſtrorum*, *Satraparum*, *Præfectorum* &c. Unde etiam Targum interpretatur שַׁמֵּשׁ *Miniſtravit*. Coccejo notat *accedere*, *appropinquare*; ſed hanc ſignificationem prior includit, cum, qui alteri miniſtrat, ad eum *accedat*, vel *appropinquet*. 2) In ſpecie in Scriptura α) dicitur de *Sacerdotibus*, qui in ſacris miniſtrant, & ad Deum accedunt, Exod. 29, 1. 44. c. 30, 30. c. 31, 10. c. 35, 19. c. 39, 41. c. 40, 15, Lev. 7, 35. c. 16, 32. &c. β) *Catachreſticè* dicitur de *ſponſo*, qui ornatum ſuum tàm benè concinnare & tàm nitidum, tamque auro ac gemmis ſplendidum reddere laborat, ut videatur æmulari Sacerdotem ſummum, cujus omnes veſtes erant pretioſæ, concinnè diſpoſitæ & maximè nitidæ, Jeſ. 61, 10.

כֹּהֵן m. *Sacerdos*. וְהוּא כֹהֵן לְאֵל עֶלְיוֹן *Et ipſe erat Sacerdos Dei ſupremi*, Gen. 14, 18. הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל *Sacerdos magnus*, Zach. 3, 1. Plural. כֹּהֲנִים *Sacerdotes*, Joſ. 6, 6. In Statu Conſtr. כֹּהֲנֵי יְהוָה *Sacerdotes Domini*, 1. Sam. 22, 21. Cum Suffixo כֹּהֲנֵינוּ *Sacerdotes noſtri*, Eſr. 9, 7.

1) Generatim notat *Miniſtrum*, ſive in *Sacris*, ſive in *Politicis*. 2) In ſpecie α) notat *Sacerdotem*, qui offerendis victimis, aliisque ſacris peragendis deſtinatus & ſolenniter conſecratus eſt, Exod. 29, 30. Lev. 1, 7. 9. 11. 13.

12.13.15.17. c. 2, 2. 8. 9. 16. c. 3, 11. 16. c. 4, 3. 5. 6. 7. 10. 16. 17. 20. 25. 34. c. 5, 8. 12. 13. 25. c. 6, 5. 19. c. 7, 5. 7. 34. c. 12, 6. &c. Horum *primarius* vocabatur הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל *Sacerdos maximus* vel *ſummus*, Zach. 3, 1. Joſ. 20, 6. Hic gerebat typum Chriſti, ſemetipſum Deo Patri victimam offerentis in odorem bonæ fragrantiæ, & intercedentis pro hominibus peccatoribus totius mundi; prout & Melchiſedech typum Chriſti geſſiſſe innuitur, Pſalm. 110, 4. Confer. Gen. 14, 18. Aſt per *Metaphoram* fideles Sacerdotes dicuntur, ob ſacrificia ſpiritualia, quæ Deo offerre tenentur, Jeſ. 61, 6. β) Deſignat *virum in dignitate politicâ conſtitutum, primarium Miniſtrum* vel *Officialem, Præſidem, Præfectum, Satrapam*, Gen. 41, 45. c. 47, 22. 26. Exod. 2, 16. c. 3, 1. c. 18, 1. Inprimis vide 2. Sam. 18, 18. ubi filii Davidis nuncupantur כֹּהֲנִים h. e. juxta textum parallelum 1. Chron. 18, 17. *primi*, vel *proximi* aut *primarii ad manus Regis*. Sacerdos enim eſſe non poterat, niſi qui ex tribu Levi oriundus erat; aſt filii Davidis ex tribu Judæ ortum ſortiti erant ſuum. Ferè aliter ſentit Guſſetius in Commentario L. Ebr. f. 366. Nimirum quia Sacerdotis nomen reſpicit *oblationes*, nomen מִנְחָה autem donis Regi oblatis attribuitur, & hinc neceſſe fuit conſtituere officiarios, qui dona illa à ſubditis acciperent & ad Regem deferrent; hinc colligit, ſtatui poſſe, filios Regis dici כֹּהֲנִים eò quod τᾶν מִנְחוֹת Regi oblatis præfecti eſſent; eosque pro populo apud Regem id feciſſe, quod Sacerdos apud DEUM pro populo, dona ab hoc oblata illi tradendo.

כְּהֻנָּה f. *Sacerdotium, Sacerdotalis functio.* וְהָיְתָה לָהֶם כְּהֻנָּה Ut ſit illis *Sacerdotium*, Exod. 29, 9. In Statu conſtr. בְּרִית כְּהֻנַּת עוֹלָם Fœdus *Sacerdotii* æternitatis, Num. 25, 13. כְּהֻנַּת יְהוָה *Sacerdotium* Domini, Joſ. 18, 7. Cum Suffixo כְּהֻנַּתְכֶם *Sacerdotium* veſtrum, Num. 18, 1. 7. Plural. כְּהֻנּוֹת *Sacerdotia*, 1. Sam. 2, 36.

כָּוָה *Uſſit, Aduſſit.* In Kal non occurrit; ſed in Niphal נִכְוָה *Uſtus, Aduſtus fuit.* Fut. תִּכָּוֶה *Ureris*, Jeſ. 43, 2. תִּכָּוֶינָה *Adurentur*, Prov. 6, 28. Sæpius non reperitur in Scriptura.

כִּי m. *Uſtio, Aduſtio.* Legitur ſaltem Jeſ. 3, 24.

כְּוִיָּה f. *Uſtio, Aduſtio.* כְּוִיָּה תַּחַת כְּוִיָּה *Uſtio pro uſtione*, Exod. 21, 25. Sæpius non legitur.

מִכְוָה f. *Uſtio, Aduſtio*, Lev. 13, 24. 25. 28. In Statu conſtructo מִכְוַת אֵשׁ *Aduſtio* ignis, Lev. 13, 24. Non recurrit.

כוח *Pugnando vicit*, apud Arabes.

כֹּחַ m. *Vis, Vires, Virtus, Robur, Facultas*; item *Lacerta*. נֹתֵן לַיָּעֵף כֹּחַ Dans feſſo *vires*, Jeſ. 40, 29. וַאֲשֶׁר כֹּחַ בָּהֶם לַעֲמֹד בְּהֵיכַל הַמֶּלֶךְ Et quibus eſſet *facultas* ſtandi in palatio Regis, Dan. 1, 4.

Digitized by

1, 4. Cum Suffixo בְּכָל־כֹּחִי עָבַדְתִּי Ex omnibus *viribus* meis ſervivi, Gen. 31, 6. בְּכוֹחִי הַגָּדוֹל *Virtute* mea magna, Jer. 27, 5. כֹּחֲכֶם *Virtus veſtra*, Lev. 26, 20. בְּכֹחָם Pro *facultate* ſua dederunt, Eſr. 2, 69.

1) Generatim notat *quascunque vires, robur atque virtutem* cujuscunque ſubjecti. Unde 2) in ſpecie α) *propriè* tribuitur 1) *Deo*, deſignans *infinitam ejus potentiam & virtutem operandi, immenſumque ejus robur*, Num. 14, 17. Job. 23, 6. c. 30, 18. c. 37, 23. Pſalm. 147, 5. Jer. 10, 12. c. 51, 15. Peculiariter deſignat Dei *potentiam* juvandi, 2. Chron. 25, 8. Jeſ. 50, 2. Confer. Exod. 32, 11. Devt. 4, 37. Pſalm. 65, 7. 2) *Homini*, deſignans *tum* ejus *robur & vires corporis* atque *membrorum* ipſius. Ita dicitur de robore *Gideonis*, Jud. 8, 21. *Simſonis*, Jud. 16, 6. 15. 17. *Davidis*, Pſalm. 71, 9. ubi conqueritur de robore, quod appropinquante ſenio decreſcebat. Confer. 1. Sam. 28, 20. 21. Prov. 5, 10. c. 20, 29. tùm *vires animi*, Prov. 24, 10. Eccl. 9, 10. Dan. 11, 25. 3) De *equo*, qui quaſi robur ſuum jactat, Job. 39, 24. β) *Metonymicè* notat a) *facultates & opes*, viribus, robore & labore acquiſitas, in quibus homines robur ſuum ponere ſolent, Job. 6, 22. Confer. Job. 30, 2. ubi opes dicuntur *robur manuum*, quia manuum robore & induſtria acquiruntur. b) *Fructus terræ*, quos terra vi ſua profert, Gen. 4, 12. Job. 31, 39. c) Notat ſpeciem *lacerti*, à viribus ſic dicti. Bocharto in Hierozoico P. I. lib. 3. c. 3. p. 1069. videtur eſſe الورل *alvvarlo* ſeu *graril*, cujus robur maximè eminet in pugna contra ſerpentes & crocodilum.

כּוּל *Menſurare, Capere, Continere, Complecti.* Præt. וְכָל בַּשָּׁלִשׁ עֲפַר הָאָרֶץ *Et menſus eſt trientali pulverem terræ*, Jeſ. 40, 12. Piel כִּלְכֵּל *Cepit, Continuit, Suſtentavit, Suſtinuit, Moderatus eſt, Diſpoſuit.* וְהוּא כִּלְכַּל אֶת־הַמֶּלֶךְ Et ipſe *ſuſtentavit* Regem, 2. Sam. 19, 33. כִּלְכַּלְתָּם *Suſtenmſti eos*, Neh. 9, 21. וְנִלְאֵיתִי כַּלְכֵּל Ut laboraverim *continendo*, Jer. 20, 9. Fut. אֲכַלְכֵּל אֶתְכֶם *Suſtentabo vos*, Gen. 50, 21. יְכַלְכֵּל דְּבָרָיו בְּמִשְׁפָּט *Moderabitur verba ſua in judicio*, Pſalm. 112, 5. Part. וּמִי מְכַלְכֵּל אֶת־יוֹם בּוֹאוֹ *Quis verò ſuſtinens erit diem adventus ejus?* Mal. 3, 2. וּשְׁמֵי הַשָּׁמַיִם לֹא יְכַלְכְּלוּךָ *Et cæli cælorum non capient, comprehendent te*, 1. Reg. 8, 27. Pual וְכָלְכְּלוּ Et *ſuſtentati ſunt, ſuſtentatione & commeatu inſtructi ſunt*, 1. Reg. 20, 27. Hiphil הֵכִיל *Cepit, Continuit, Comprehendit, Suſtinuit.* Infin. נִלְאֵיתִי הָכִיל Defatigatus ſum *continendo*, Jer. 6, 11. קָטֹן מֵהָכִיל אֶת־הָעֹלָה *Minus erat* (altare) *quàm ut caperet holocauſtum*, 1. Reg. 8, 64. Fut. אַרְבָּעִים בַּת יָכִיל Quadraginta bathos *capiebat, continebat*, 1. Reg. 7, 38. אֲשֶׁר לֹא יָכִלוּ הַמָּיִם Quæ non *continent* aquas, Jer. 2, 13. וּמִי יְכִילֶנּוּ Quis ergo *ſuſtinebit eum?* Joel. 2, 11.

1) Signi-

1) Significat *menſurare*, Jeſ. 40, 12. Quam ſignificationem obtinet in linguâ Syriacâ, Chaldaicâ & Arabicâ. 2) Quia *menſura* capit & continet menſuratum, inde quandoque etiam ſignificat *capere, complecti, comprehendere, continere*, 1. Reg. 7, 26. 38. 2. Chron. 4, 5. Jer. 2, 13. 3) Quia menſura *ſufficientiam* requirit, inde videtur transferri poſſe ad deſignandam ſufficientiam *loci, alimentorum* & *roboris*, notans *α) capere*, prout cœli cœlorum non poſſunt Deum *capere*, 1. Reg. 8, 27. β) *Suſtentare*, alimentorum, aliorumque neceſſariorum ſuppeditatione, in menſura, ſeu ſecundum menſuram uniuscujusque, Gen. 45, 11. c. 50, 21. 2. Sam. 19, 33. 34. 1. Reg. 17, 4. 9. Neh. 9, 21. Pſalm. 55, 23. γ) *Ferre, ſuſtinere*, Prov. 18, 14. Jer. 20, 9. Confer. Mal. 3, 2. ubi notat *ferre, ſuſtinere*, ita, ut non ſuccumbamus & pereamus. 4) Quia menſura refert diſpoſitionem, directionem &c. hinc quoque notat *dirigere, moderari*, Pſalm. 112, 5.

כון *Aptare, Formare, Diſponere, Dirigere.* Futur. וַיְכֻנֶנּוּ Et *aptavit, formavit* eum, Job. 31, 15. Niphal נָכוֹן *Aptatus, Paratus, Statutus, Conſtitutus, Firmatus fuit; Rectus, Firmus, Stabilis fuit.* וְהַמַּמְלָכָה נָכוֹנָה *Et regnum ſtabilitum eſt*, 1. Reg. 2, 46. נָכוֹנוּ לַלֵּצִים שְׁפָטִים *Parata ſunt irriſoribus judicia*, Prov. 19, 29. Fut. לֹא תִכּוֹן אַתָּה וּמַלְכוּתֶךָ Non *firmus eris tu* & regnum tuum, 1. Reg. 2, 46. Imperat. הִכּוֹן לִקְרַאת אֱלֹהֶיךָ *Diſpone te* erga Deum tuum; *paratus eſto* coram Deo tuo, Am. 4, 12. Particip. נָכוֹן *Certum, ſtatum, firmum, aptum, conveniens, Rectum.* לֹא נָכוֹן לַעֲשׂוֹת כֵּן Non *conveniens eſt* ſic facere, Exod. 8, 22. כִּי נָכוֹן הַדָּבָר Quod *firmiter decreta ſit* hæc res, Gen. 41, 32. כִּסְאֲךָ יִהְיֶה נָכוֹן עַד־עוֹלָם Thronus *tuus firmus erit in æternum*, 2. Sam. 7, 16. In Statu conſtructo עַד־נְכוֹן הַיּוֹם Usque ad *firmum* vel *diſpoſitum* diei, i. e. usque ad meridiem. Sub meridiem enim lux eſt in perfecta ſua diſpoſitione & potentia, ceu ſcribit R. Levi, Prov. 4, 18. Plural. וְהָיוּ נְכֹנִים לַיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי Et ſint *parati* in diem tertium, Exod. 19, 11. Piel כּוֹנֵן *Aptavit, Paravit, Diſpoſuit, Direxit, Firmavit, Stabilivit, Statuit, Confirmavit, Conſtituit.* כּוֹנֵן לַמִּשְׁפָּט כִּסְאוֹ *Præparavit* ad judicium thronum ſuum, Pſalm. 9, 8. הוּא כוֹנְנָהּ Ipſe *ſtabilivit* eam, Jeſ. 45, 18. אַתָּה כּוֹנַנְתָּ מֵישָׁרִים Tu *firmaſti* rectitudines, i. e. quod juſtum eſt, rectæque voluntatis regulæ exactè conveniens, Pſalm. 99, 4. וְכוֹנַנְתִּי אֶת־כִּסֵּא מַמְלַכְתּוֹ Et *ſtabiliam* thronum regni ejus, 2. Sam. 7, 13. Fut. תְּכוֹנֵן עַל פְּנֵיהֶם *Diriges* (tela) contra facies eorum, Pſalm. 21, 13. יָדֶיךָ עָשׂוּנִי וַיְכוֹנְנוּנִי Manus tuæ fecerunt & *paraverunt* me, Pſalm. 119, 73. Pual מֵיְהוָה מִצְעֲדֵי־גֶבֶר כּוֹנָנוּ A Domino greſſus viri *firmantur*, Pſalm. 37, 23. vide Ezech. 28, 13. Hiphil הֵכִין *Aptavit, Paravit, Præparavit, Firmavit, Confirmavit, Stabilivit, Direxit, Diſpo-*

Diſpoſuit, Statuit. הֵכִין יְהוָה אֶת־מַמְלַכְתְּךָ *Confirmaturus fuiſſet* Dominus regnum tuum, 1. Sam. 13, 13. לֹא הֵכִין לִבּוֹ לִדְרוֹשׁ אֶת־יְהוָה Non *paravit* cor ſuum ad quærendum Dominum, 2. Chron. 12, 14. וְלוֹ הֵכִין כְּלֵי מָוֶת Et ſibi *præparavit* tela mortis, Pſalm. 7, 14. הֱכִינַנִי *Stabilivit* me, 1. Reg. 2, 24. וְעֵצִים וַאֲבָנִים הֲכִינוֹתִי Ligna etiam & lapides *præparavi*, 1. Chron. 22, 14. הֵכִינוּ לָהֶם אֲחֵיהֶם *Paraverant* iis fratres eorum, 1. Chron. 12, 39. הֲכִינוֹנוּ *Præparavimus*, 1. Chron. 29, 16. Sed 2. Chron. 29, 16. הֵכַנּוּ, ex הֲכִינוֹנוּ, tertiâ radicali, quia aliud ſequitur נ, extrusâ, & per Dageſch forte in ſequenti literâ compenſata. Infin. הָכִין *Firmare*, Joſ. 4, 3. בְּהָכִין *In ſtabiliendo*, i. e. cum ſtabiliret, 2. Chron. 12, 1. Fut. בָּרְחוֹב אָכִין מוֹשָׁבִי In plateâ *parari mihi faciebam* ſedem meam, Job. 29, 7. תָּכִין לְךָ הַדֶּרֶךְ *Parabis tibi viam*, Devt. 19, 3. וַיָּכִינוּ עֵצִים Et *pararunt* ligna, 1. Reg. 5, 18. Part. מֵכִין הָרִים בְּכֹחוֹ *Firmans* montes virtute ſuâ, Pſalm. 65, 7. Hophal הוּכַן *Paratus, Præparatus fuit* &c. וְהוּכַן בַּחֶסֶד כִּסֵּא *Firmatus* autem eſt per miſericordiam thronus, Jeſ. 16, 5. Sed Nah. 2, 6. eſt וְהֻכַן *Et præparabitur.* ו cum (ֻ) alternante. Particip. מוּכָן *Paratus*, Prov. 21, 31. Hithpael הִתְכּוֹנֵן *Paravit ſe, Stabilitus, Firmatus fuit.* Fut. יִתְכּוֹנָן *Stabilietur*, Prov. 24, 3. וְתִכּוֹנֵן Et *ſtabilietur*, Num. 21, 27. Pſalm. 59, 5. תְ Characteriſticum extruſum, & per Dageſch forte compenſatum fuit. בִּצְדָקָה תִּכּוֹנָנִי In juſtitiâ *ſtabilieris*, Jeſ. 54, 14.

1) Generatim dicit *rei aptationem*, ſive ad *exiſtendum*, ſive ad *operandum.* Inde 2) ſpeciatim *α*) *propriè* obtinet ſignificationem *parandi* vel *præparandi.* Ita in *Kal* dicitur de *formatione hominis* in utero matris, Job. 31, 15. In *Niphal* autem dicitur de *Iſraelitis*, qui *parati* eſſe jubebantur ad illuſtrem Dei in montem Sinai deſcenſum, Exod. 19, 11. 15. de *militantibus*, qui *parati* eſſe debebant ad capiendam urbem, Joſ. 8, 4. Confer. Exod. 34, 2. de *paratis cibis*, Neh. 8, 10. In *Piel* legitur de *paratione* arcûs, Pſalm. 7, 13. Pſalm. 11, 4. de formatione hominis, Pſalm. 119, 73. In *Pual* de *præparatione* variarum rerum Regis Tyri, Ezech. 28, 13. In *Hiphil* occurrit de præparatione *donorum*, Gen. 43, 25. *lignorum, lapidum* &c. ad ædificationem templi Hieroſolymitani, 1. Reg. 5, 18. 1. Chron. 22, 14. c. 29, 2. *Cibi*, 1. Chron. 12, 39. conf. Prov. 30, 25. ubi adhibetur de collectione cibi à formica inſtitutâ; *Viæ*, Devt. 19, 3. *Orbis* per ſapientiam, pro habitatione hominum, dum Deus ſapientiſſimè unicuique locum ſuum attribuit, ut nullibi hominibus deeſſent neceſſaria, Jer. 10, 12. c. 51, 15. Aſt Pſalm. 57, 7. dicitur de inſidiis, quæ alicui parantur & ſtruuntur. *β*) *Metonymicè* 1) quia, quæ aptantur, parantur, aut præparantur, non ſine directione, diſpoſitione aut ordinatione fiunt; inde idem verbum quandoque etiam notat *dirigere, aptè* & *concinnè diſponere, ordinare, ſtatuere*; Ita legitur de *directione* greſſuum, Pſalm.

Digitized by Google

Pſalm. 119, 33. de *diſpoſitione cordis* ad quærendum Dominum, 2. Chron. 12, 14. Eſr. 7, 10. Conf. Pſalm. 21, 13. 2) Quia quicquid *bene paratum*, & *diſpoſitum* eſt, *firmum ac ſtabile eſt*, inde quoque adhibetur ad deſignandum *rei firmitatem*, *ſtabilitatem* & *certitudinem*, & opponitur *inconſtantiæ*, *mutabilitati*, *concuſſioni*, *interitui* &c. ceu patet ex 1. Sam. 20, 31. Pſalm. 78, 37. Pſalm. 93, 1. Pſalm. 101, 7. Pro diverſitate autem Conjugationum variè redditur; ſcilicet in *Niphal* notat *firmum*, *ſtabile* eſſe, *firmari*, *ſtabiliri*, Jud. 16, 26. Prov. 12, 3. 19. c. 16, 12. c. 20, 18. c. 29, 14. Vide Pſalm. 112, 7. ubi dicitur de *cordis* ſeu *animi obfirmatione* adverſus quævis mala, quæ impendent. Speciatim Participium idem eſt ac *firmum*; *rectum*, quod ita verum eſt, ut conſiſtat; *conveniens*; *certum*. נָכוֹן הַדָּבָר *Certa eſt hæc res, firmiter decreta eſt hæc res*, Gen. 41, 32. לֹא נָכוֹן לַעֲשׂוֹת כֵּן *Non conveniens, non conſultum eſt facere ita*, Exod. 8, 22. אֵין בְּפִיהוּ נְכוֹנָה Non eſt *in ore ejus firmum, veritati conſentaneum*, Pſalm. 5, 10. Confer. Job. 42, 7. 8. ubi amici Jobi non locuti dicuntur נְכוֹנָה i. e. *nil ſani verique* tàm in rebus fidei, quàm quoad moralia aut in vita communi. Ita adhibetur de *certitudine rei*, Devt. 13, 15. c. 17, 4. 1. Sam. 23, 23. c. 26, 3. de *firmitate throni*, 2. Sam. 7, 16. 1. Reg. 2, 45. 1. Chron. 17, 4. *Domûs Davidis*, 2. Sam. 7, 26. 1. Chron. 17, 14. In *Piel* notat *firmare*, *ſtabilire*, *firmum*, *ſtabile reddere*. Ita legitur de *firmatione* pedum, Pſalm. 37, 23. greſſuum, Pſalm. 40, 3. *Sionis* contra ingruentes adverſitates, ac pericula, Pſalm. 81, 5. *juſti*, ut contra vim iniquam firmus ac immobilis ſervetur, ne dejiciatur de ſuô ſtatu ac bonitate cauſæ, Pſalm. 7, 10. *Throni*, ne cadat, 2. Sam. 7, 13. 1. Chron. 17, 12. item de *confirmatione operis manuum*, quando Deus laboribus & conatibus noſtris felices ſucceſſus largitur, ut in bono propoſito ſtemus immoti, & conatui vires reſpondeant, Pſalm. 90, 17. In *Hiphil* notat *ſtabilire*, *firmare*, *confirmare*, *firmum* vel *ſtabile aliquid reddere*. Ita legitur de firmatione *idoli*, ne recedat vel dimoveatur, Jeſ. 40, 20. de confirmatione *Regis*, 2. Sam. 5, 12. 1. Reg. 2, 24. 1. Chron. 14, 2. *regni*, 2. Sam. 7, 12. 1. Chron. 17, 11. c. 22, 10. c. 28, 7. 2. Chron. 12, 1. *montium*, Pſalm. 65, 7. *veritatis divinæ*, ſervando promiſſa in verbo facta, Pſalm. 89, 3. *cordis*, omnem ei puſillanimitatem eximendo, Pſalm. 10, 17. In *Hithpael* notat *firmari*, *ſtabiliri*. Ita dicitur de *Zione*, Jeſ. 54, 14. *domo*, Prov. 24, 3. de urbe firmanda, Num. 21, 28. de animo obfirmando ad perſequenda inſtituta in perniciem alterius vergentia, Pſalm. 59, 5.

כֵּן m. *Rectum, Firmum; Ita, ſic.* I.) Extra comparationem α) *nominis ſignificationem* obtinet, & idem eſt ac *rectum*, *firmum*, *certum*, *veritas*, *certitudo*, *aptitudo* &c. כֵּן דִּבַּרְתָּ *Rectum locutus es*, Exod. 10, 29. כֵּן בְּנוֹת צְלָפְחָד דֹּבְרֹת *Rectum filiæ Zelophchad loquentes ſunt*, Num. 27, 7. Confer. Num. 36, 5. לֹא כֵן בֵּיתִי Nonne firma erit *domus mea?* 2. Sam. 23, 5. לֹא־כֵן אֲנַחְנוּ עֹשִׂים Non rectum

rectum nos facimus, 2. Reg. 7, 9. כַּאֲשֶׁר שָׁמְמוּ עָלֶיךָ רַבִּים כֵּן־מִשְׁחַת מֵאִישׁ מַרְאֵהוּ Quemadmodum obſtupuerunt tecum multi *veritatem* corruptionis formæ ejus præ viro i. e. formam ejus reverà deperditam magis, quàm cadit in virum. Vid. Interp. Dn. D. Danzii §. 156. edit. 2. בַּל־יְחַזְּקוּ כֵן־תָּרְנָם בַּל פָּרְשׂוּ נֵס *Vix firmabunt aptitudinem mali ſui*, (i. e. *vix firmabunt malum ſuum*,) *vix expandent velum*, Jeſ. 33, 23. וְהוּא לֹא־כֵן יְדַמֶּה וּלְבָבוֹ לֹא־כֵן יַחְשֹׁב *Quamvis ipſe non rectum*, (i. e. *iniquum*) *proponat, & cor ejus iniquum cogitet*, nimirum &c. Jeſ. 10, 7. וּבְכֵן *Et in veritate* i. e. *verè, certè*, Eccl. 8, 10. Plural. כֵּנִים *Recti, probi, integri*, Gen. 42, 11. 31. 33. 34. β) Exprimit voculas aſſeverandi & confirmandi, *certè, profectò, rectè, omninò, reverà*, ſive præpoſitionem præmiſſam habeat, ſive minus. כֵּן תִּמְצְאוּן אוֹתוֹ *Omninò* invenietis eum, 1. Sam. 9, 13. לָכֵן *Certè, Profectò*, Geneſ. 4, 16. אָכֵן יֵשׁ יְהוָה בַּמָּקוֹם הַזֶּה pro אָכֵן *In veritate & reverà* eſt Dominus in hoc loco, Gen. 28, 16. γ) Notat Pronomen *hoc, hæc*, &, accedentibus præpoſitionibus עַל, ל, אַחֲרֵי, אַחַר, particulas, *ideò, propterea, poſtea, quantum ad hoc*. יָדַע כֵּן Novit *hoc*, 1. Sam. 23, 17. עַל־כֵּן Propter *hoc*, i. e. *propterea*, Gen. 2, 24. לָכֵן *Quantum ad hoc*, Jud. 8, 7. *Propterea*, Jud. 10, 13. אַחַר כֵּן Poſtea, Lev. 14, 36. מֵאַחֲרֵי כֵן A tergo *hujus*, i. e. *poſtea*, 2. Sam. 3, 28. In comparatione deſignat ἀπόδοσιν, cujus πρότασις exprimitur per כ, כַּאֲשֶׁר, אֲשֶׁר, ו, כְּמוֹ. Tunc autem notat α) Similitudinem, *tale, ſic, ita, ſimiliter, eodem modo, pari ratione.* לֹא עָשׂוּ מִימֵי יֵשׁוּעַ בִּן־נוּן כֵּן בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Non fecerant à diebus Joſuæ filii Nun *tale* filii Iſrael, Nehem. 8, 17. כְּדִבְרֵיכֶם כֶּן־הוּא Sicut verba veſtra, *ita* erit, Joſ. 2, 21. כְּחִצִּים בְּיַד גִּבּוֹר כֵּן בְּנֵי הַנְּעוּרִים *Quemadmodum* ſagittæ in manu robuſti, *ita* filii pueritiæ, Pſal. 127, 2. Confer. Eſth. 4, 16. Pſal. 90, 12. Pſal. 128, 4. וְיוֹשְׁבֶיהָ כְּמוֹ־כֵן יְמוּתוּן *Et habitatores ejus ſimiliter morientur*, Jeſ. 51, 6. β) Habet ſignificationem intendendi, *tantò magis, eò magis*; יְעַנּוּ אוֹתוֹ כֵּן יִרְבֶּה וְכֵן יִפְרֹץ *Et quo magis* affligebant eum, *eo magis* multiplicabatur, & *tantò magis* erumpebat, Exod. 1, 12. Hoſ. 4, 7. c. 11, 2. &c.

כֵּן m. *Baſis*, à *firmitate* ſic dicta; in qua aliquid conſtituitur, 1. Reg. 7, 29. 31. item *Statio, Status, Officium.* Cum Suffixo כַּנּוֹ *Baſis ejus*, Exod. 30, 28. וַהֲשִׁיבְךָ עַל־כַּנֶּךָ *Et* reſtituet te ſuper *ſtationem* tuam, Gen. 40, 13. Dageſch forte literæ נ impreſſum arguit radicem כנן, quam vide infra.

אָכֵן *Certè, Reverà, Profectò*, pro אָכֵן vide ſuperius in כֵּן.

כַּנָּה f. *Surculus, Planta*, Pſal. 80, 16. Nuſpiam recurrit; Dageſch forte literæ נ impreſſum refert radicem inuſitatam כנן. Kimchi ſumit pro מָכוֹן *Habitatio, Sedes.* Sed verbum נָטְעָה *Plantavit*, priorem ſignificationem ſuadere videtur. כ eſt majuſculum, ob *per-*

Google

perpetuam beneficii eductionis ex ſervitute Ægyptiaca memoriam recolendam. Vid. Buxtorffii Tiberias c.14. p.140.

כִּיּוּן m. *Baſis*, juxta nonnullos, referente Buxtorffio; Sed rectius alii putant, *Chion* eſſe nomen *idoli* proprium. Quidam Hebræorum, teſte Vatablo & Munſtero, arbitrantur, eſſe *ſtellam* שבתי i.e. *Saturnum*, quem Perſæ quoque vocant כיואן, in cujus honorem fecerant imagines. Vide Michlal Jophi R. Sal. b. Melech in Am. 5, 26. Alii *Herculem* fuiſſe ſuſpicantur, qui à Gigantea ſtatura, qua olim pingebatur, alio nomine *Repha* dictus ſit; hac vero nituntur ratione, quod Ægyptii Herculem *Chonem* vocarint, ut obſervat Lilius Giraldus ex Antiocho quodam Xenophanis. Vide Druſius in Amos. 5, 26.

כַּוָּנִים m. pl. *Placentæ effigiatæ*, quibus forte impreſſa erat *imago idoli*, quod colebant, & cui eas offerebant. Juxta R. Salomonem eis impreſſa erat imago ſtellæ cujuſdam majoris, quam colebant. R. Salomonis opinioni adſtipulatur Grotius in Jer. VII, 18. Præterea non niſi ſemel occurrit, nempe Jer. 44, 19.

מָכוֹן m. *Locus paratus, firmus, diſpoſitus; Baſis; Sedes; Statio.* בָּנֹה בָנִיתִי בֵּית זְבֻל לָךְ מָכוֹן לְשִׁבְתְּךָ עוֹלָמִים׃ Ædificavi domum commorationis tibi, *locum* quô habites in perpetuum, 1. Reg. 8, 13. 2. Chron. 6, 2. In Statu Conſtr. מְכוֹן שִׁבְתְּךָ *Sedes* habitationis tuæ, 1. Reg. 8, 43. Cum Suffixo בִּמְכוֹנִי *In loco meo*, Jeſ. 18, 4. Plur. מְכוֹנִים *Baſes.* Cum Suffixo מְכוֹנֶיהָ *Baſes* ejus, Pſalm. 104, 5.

1) Generatim notat *rem, quæ parata & firma* eſt. 2) Speciatim *α*) notat *locum paratum, firmum, diſpoſitum; Sedem paratam; Habitationem.* Ita adhibetur de *monte ſancto*, qui vocatur מָכוֹן, quia Deus in eo habitat, Exod. 15, 17. de cœlo, 1. Reg. 8, 39. 43. 49. 2. Chron. 6, 30. 33. 39. Pſal. 33, 14. de templo Hieroſolymitano, 1. Reg. 8, 13. 2. Chron. 6, 2. *β*) Notat *fundamentum* ſeu *baſin*, cui aliquid firmiter innititur, Eſr. 2, 68. Pſal. 104, 5. Metaphoricè adhibetur ad deſignandam *rem firmam* atque immotam. Ita Pſal. 89, 15. Pſal. 97, 2. Imperium vel regnum Dei, (quod voce throni denotatur, Pſal. 45, 7. Pſal. 93, 2. Pſal. 103, 19. Thren. 5, 19.) *firmum, immotum* ac inſuperabile fore innuitur.

מְכוֹנָה f. *Baſis*, 1. Reg. 7, 27. 28. 34. 38. בַּמְּכֹנָה In *Baſi*, 1. Reg. 7, 32. Plur. מְכֹנוֹת *Baſes*, 1. Reg. 7. 27. 37. 38. 39. 43. 2. Reg. 16, 17. c. 25, 13. Cum Suff. מִזְבֵּחַ עַל־מְכוֹנֹתָיו *Altare* ſuper baſibus ſuis, Eſr. 3, 3.

תְּכוּנָה f. *Locus paratus, ſedes parata; Diſpoſitio; Apparatus.* וְאֵין קֵצֶה לַתְּכוּנָה Nec ſit finis *apparatus*, Nah. 2, 9. Cum Suff. וּתְכוּנָתוֹ

Et

Digitized by

Et *diſpoſitionem* ejus, Ezech. 43, 11. אָבוֹא עַד־תְּכוּנָתוֹ Irem usque ad *ſedem ejus*, Job. 23, 3. Præterea legitur.

כּוֹס f. *Calix.* Teſte Dn. Majo quidam referunt ad radicem כָּסַס *Numeravit*, *Annumeravit*, quia in eô portio certa alicui quaſi annumeratur, & deſignatur demenſum; ſed hæc derivatio falſitatis arguitur, quia accedente aliquo incremento finali literæ ס nullum Dageſch forte impreſſum invenitur, quod defectiva ex geminantibus ſecundam, voce in fine creſcente, ultimæ radicali imprimere ſolent. כּוֹס יְשׁוּעוֹת *Calix* ſalutum, i. e. maximè ſalutaris, Pſal. 116, 13. וָאֶתֵּן הַכּוֹס עַל־כַּף פַּרְעֹה Et dedit *calicem* in manum Pharaonis, Geneſ. 40, 21. Cum Suffixo כּוֹסִי *Poculum* meum, Pſal. 16, 5. Plural. כּוֹסוֹת *Calices, Pocula*, Jer. 35, 5.

1) Generatim notat *calicem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *vas*, in quo potus aliquis offertur alteri, Gen. 40, 11. 13. β) *Tropicè* א) per *Metaphoram*, quia *poculum* eſt vas ſeu organon recipiendi quemcunque potum, tàm ſuavem, quàm amarum, deſignat *ſortem* & *conditionem* tàm *fauſtam*, quàm *adverſam*, eſtque ſymbolum *tùm* divinorum beneficiorum & gaudii inde enaſcituri, *tùm* pœnarum & ſuppliciorum divinitus immiſſorum. Hinc B. Glaſſius in Philologia Sacra lib. 3. Tract. 1. duplex Deo eſt *poculum* ſeu *calix* Metaphoricè ſic dictus, 1) *iræ & vindictæ*, Job. 21, 20. Pſal. 11, 6. Jer. 25, 15. Jeſ. 51, 22. Ezech. 23, 33. 2) *Gratiæ* & *amoris*, ſeu divini ſolaminis, Pſal. 23, 5. Pſal. 116, 13. Prior impiis obſtinatis, poſterior pœnitentibus & piis præbetur. ב) Metonymicè accipitur pro potu vel vino in poculo contento, Jer. 49, 12. ubi *bibere calicem*, idem eſt ac bibere *illud*, quod in calice continetur. Neque enim calix bibitur, ſed id, quod in calice eſt. Confer. Ezech. 23, 32.

כּוֹס *Bubo*, Lev. 11, 10. Devt. 14, 16. כְּכוֹס חֳרָבוֹת *Sicut bubo vaſtitatum*, i. e. *in locis vaſtis degens*, Pſalm. 102, 7. Eſt avis immunda, quam Hebræi à כָּסָה *Texit* dictam arbitrantur, *quod ſe tegat de die.* Bochartus P. 1. Hieroz. lib. 1. c. 9. pag. 66. cenſet, hac voce deſignari *Onocrotalum*, quem Romani veteres *truonem* appellabant, quia tanquam truam habet è roſtro dependentem, i. e. vas magnum, cujus *trulla* diminutivum.

כּוּר *Fodere.* Inde eſt Participium pl. m. כָּאֲרִי *fodientes*, Pſal. 22, 17. pro כָּרִים, ם per Apocopen reſecto, & א per Epentheſin inſerto. Vid. Celeb. Dn. D. Danzii Literator §. 53. ed. 2. Inde etiam eſt

כּוּר m. Catinus; *Fornax.* מַצְרֵף לַכֶּסֶף וְכוּר לַזָּהָב *Eſt conflatorium pro argento & catinus pro auro*, Prov. 17, 3. מִכּוּר בַּרְזֶל *Ex fornace ferri*, Devt. 4, 24.

1) Generatim notat *fornacem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *fornacem*, ubi metalla liquantur, Ezech. 18, 20. 22. β) *Tropicè* 1) per *Synecdochen* notat *catinum*, in quo metalla liquantur, Prov. 17, 11.

2) *Meto-*

2) *Metaphoricè* eſt Symbolum *affl:ctionis & ſervitutis.* Ita Devt. 4, 20. 1. Reg. 8, 51. Jer. 11, 4. Ægyptus dicitur *fornax ferri*, ad deſignandam ſervitutis & afflictionum duritiem & gravitatem; Fornax enim, in qua ferrum liquatur, longe fervidior eſt, quàm in qua aurum, argentum vel aliud metallum tractabile & minus durum conflatur. Hinc *fornax ferri omnium fervid:ſſima eſt ſymbolum graviſſimæ ſervitutis & afflictionis.* Confer Jeſ. 48, 10. ubi vox עֳנִי *Afflictio* additur, & innuitur, quod populum ſuum purgaturus ſit, non ut argentum, neque ſicut aurum, quod exactiſſime purgari ſolet, q. d. Ita attempero caſtigationem, ut magis imbecillitatis, quàm iniquitatis tuæ rationem habeam: non ago tecum ſummo jure, quia, ſi ab omni ſcoria ut argentum, expurgandus eſſes, totus diſperires. Vid. Glaſſ. in Rhet. Sacr. Tract. 1. c. 10.

כֹּר m. *Corus.* Propriè *aridorum* menſura maxima eſt, ut farinæ, tritici, 1. Reg. 4, 22. quandoque tamen etiam de *liquidis*, e. g. de oleo dicitur, 1. Reg. 5, 11. Pluralis כֹּרִים *Cori*, 2. Chron. 2, 9. c. 27, 5.

מְכֵרוֹת f. pl. *Arma omnis generis*, quibus corpora hominum *perfodiuntur; Gladii.* Semel legitur cum Suff. Gen. 49, 5. מְכֵרֹתֵיהֶם *Gladii* ipſorum.

כּוּשׁ *Chuſch;* primus filiorum Chami, Gen. 10, 6. qui Æthiopibus nomen dedit, unde Æthiopia Chuſch dicta fuit, 2. Reg. 19, 9. Inde כּוּשִׁי *Æthiops*, Jer. 13, 23. Fœm. כֻּשִׁית *Æthiopiſſa*, Num. 12, 1. Plur. כֻּשִׁיִּים *Æthiopes*, Am. 9, 7.

כָּזַב *Mentitus eſt* affirmando. Particip. כָּל־הָאָדָם כֹּזֵב *Omnis homo mendax*, Pſal. 116, 11. Niphal נִכְזַב *Mendax factus*, vel *mendacii convictus eſt.* וְנִכְזָבְתָּ *Et mendax efficiaris*, vel *mendacii convincaris*, Prov. 30, 6. הֵן תֹּחַלְתּוֹ נִכְזָבָה Ecce ſpes ejus *mendax fit* vel *eſt*, Job. 41, 1. Piel כִּזֵּב *Mentitus eſt.* וָשֶׁקֶר כִּזֵּב *Et mendacium effutit*, Mich. 2, 11. Fut. אִם אֲכַזֵּב *Si mentiar*, Job. 28. עֵד אֱמוּנִים לֹא יְכַזֵּב Teſtis fidelitatum non *mentitur*, i. e. *teſtis fidelis*, qui conſcientiæ rationem habet in ſermonibus ſuis, omnem dans operam, ne proferat ore, quæ à re ipſa & corde aliena ſunt & diſſentiunt, Prov. 14, 5. אֲשֶׁר לֹא יְכַזְּבוּ מֵימָיו *Cujus non mentientur aquæ*, Jeſ. 58, 11. Hiphil הִכְזִיב *Mendacem fecit*, *mendacii arguit, convicit.* Fut. מִי יַכְזִיבֵנִי *Quis me mendacem faciet*, vel *me mendacii aut erroris arguet & convincet?* Job. 24, 25.

1) In genere *mentiendi* ſignificationem habet, ſive propriè, ſive impropriè, ſive inferat actum, ſive innuat ſtatum ac conditionem. 2) In ſpecie α) *propriè* notat *artem verborum fallacem*, quâ quis captandi lucri gratiâ, vel ex alia levi cauſa garrit, quæ à re & corde diſcrepant; vel magnificè quidem promittit, ſed promiſſa non adimplet. Ita negatur *Deus* mentiri, Num. 23, 19. *teſtis fidelis*, Prov. 14, 5. Vide 2. Reg. 4, 16.

Digitized by Google

4, 16. Pſal. 78, 36. Pſal. 89, 36. Ezech. 13, 19. Aſt Job. 6, 28. ſignificat *errare, ex errore aut infirmitate malè ſtatuere, falſumque ex falſa opinione loqui.* Et Pſal. 116, 11. connotatur *ſtatus & conditio* hominum, qui ad mentiendum proni ſunt ac proclives, magnificentius promittunt, quàm præſtant &c. Cæterum bis notat, *aliquem mendacii* vel *erroris convincere, arguere*, Prov. 30, 6. Job. 24, 25. β) *Metaphoricè* notat 1) *defectum rerum non implentium ſpem*, quæ ſecundum naturæ ordinem de ipſis concipiebatur, e. g. aquæ fluentis, Jeſ. 58, 11. *vita* ante tempus oppreſſæ, Job. 34, 6. 2) *vanitatem ſpei*, quæ mentitur, quando fallit, Job. 41, 1.

כָּזָב m. *Mendacium.* דִּבְרֵי כָזָב *Verba mendacii*, i.e. *falſa*, Pſal. 58, 4. Plur. כְּזָבִים *Mendacia*, Jud. 16, 10. וְיָפִיחַ כְּזָבִים יֹאבֵד *Qui loquitur mendacia, peribit*, Prov. 19, 9. Cum Suff. כִּזְבֵיהֶם *Mendacia eorum*, Am. 2. 4.

1) Notat *mendacium*, quod eſt ſermo à rei veritate diſſonans, vel captandi lucri gratiâ, vel proximum diffamandi cauſa, vel ex alia levi ratione prolatus. Ita de verbali mendacio, quo proximus falſo & mendaciter diffamatur legitur, Pſal. 5, 7. Prov. 6, 19. c. 21, 28. Ita verbalis mendacii Delila arguit Simonem, cum eum de cauſa roboris ſui interrogatum, aliud, quàm quod res eſſet, dixiſſe cognoſceret, Jud. 16, 10. 13. Similiter verbalis mendacii accuſantur falſi Prophetæ, qui perſuadebant populo, ſe ex revelatione divina ad eum loqui, Ezech. 13, 6. 7. 19. Cæterum de verbali mendacio legitur, Prov. 14, 5. 25. c. 19, 5. 22. c. 30, 8. 2) Notat *rem mendacem ac fallentem*, quæ non præſtat, quod externa ſpecie polliceri videtur. Ita dicitur de *homine*, qui deſtitutus eſt facultate præſtandi illud, quod vel verbis, vel externo habitu polliceri videbatur, Pſ. 62, 10. de *divitiis* & *aliis rebus mundanis*, quæ ſpem poſſeſſoris deludunt, Pſal. 4, 3. Geier. Confer Pſal. 40, 5. ubi itidem deſignat *res fallaces & mendaces*, quæ non præſtant, quod promittere videbantur. Vide inſuper Prov. 23, 3. ubi *panis* Principis dicitur *panis mendaciorum*, quia eſt multifariam edentem decipiens cibus, ita, ut aliud ſuccedat, quam quod initiò polliceri videbatur. Vid. Guſſetius in Commentario Ling. Ebr. & Geierus in h. l.

כְּזִיב *Keſibb*, nomen pr. civitatis in Palæſtina, Gen. 38, 5.

אַכְזָב m. *Fallax*; Ita Jer. 15, 18. fons dicitur אַכְזָב *fallax, mendax*, quia perennes videbatur polliceri aquas, ſed mox exareſcit. Item *Mendacium, Fruſtratio*, Mich. 1, 14. Præterea non legitur.

כזר *Sævus fuit, Crudelis fuit*; apud Rabbinos.

אַכְזָר m. *Crudelis, Sævus.* וְרֹאשׁ פְּתָנִים אַכְזָר *Et fel aſpidum crudele*, Devt. 32, 33. תֵּהָפֵךְ לְאַכְזָר לִי *Converteris in crudelem mihi*, Job. 30, 21. Sæpius occurrit אַכְזָרִי *Crudelis.* אַכְזָרִי הוּא וְלֹא יְרַחֵמוּ *Crudelis ille, nec miſerantur*, Jer. 6. 23. c. 50, 42. דְּרָכֶיךָ סוֹפֵר

אַכְזָרִי

אַכְזָרִי *Percuſſi te caſtigatione tyranni*, i. e. *caſtigatione, quam tyrannus ſine miſericordia infligit*, Jer. 30, 14.

1) In genere notat *crudelem, ſævum, immanem.* Sed 2) in ſpecie *α*) *propriè* dicitur de *homine*, qui omnem charitatis & miſericordiæ affectum exuit aut ſuppreſſit, duro prorſus ac intractabili animo graſſans, pro ſæva nocendi libidine, Prov. 11, 17. c. 17, 11. Jer. 6, 23. c. 30, 14.. c. 50, 42. Confer. Thren. 4, 3. ubi dicitur de Zione, quæ videbatur omnem amoris & miſerationis affectum erga ſuos exuiſſe. *β*) Cum crudelitatis affectus in anima reſideat, & ideo animalibus proprie tribuatur; hinc *impropriè* dicitur 1) de *Deo*, gravius hominem caſtigante, puniente, Job. 40, 21. 2) de *die vindictæ divinæ*, Jeſ. 13, 9. 3) de *felle aſpidum*, Devt. 32, 33.

אַכְזְרִיּוּת f. *Crudelitas, Sævitia.* Occurrit ſaltem, Prov. 27, 4.

כָּחַד *Abſcondit, Celavit.* וְלֹא כִחֵד מִמֶּנּוּ *Et non abſcondit à me*, 1. Sam. 3, 18. Fut. לֹא אֲכַחֵד *Non celabo*, Job. 27, 11. אַל־נָא תְכַחֲדִי מִמֶּנִּי דָּבָר *Ne quæſo celes à me verbum*, 2. Sam. 14, 18. Niphal נִכְחַד *Celatus, Abſconditus, Exciſus, Succiſus fuit* אִם לֹא נִכְחַד קִימָנוּ *An non exſcinditur, qui ſurgit contra nos?* Job. 22, 20. Fut. וְכָל־דָּבָר לֹא יִכָּחֵד *Nullum tamen verbum occultatur à Rege*, 2. Sam. 18, 13. וַתִּכָּחֵד מִן־הָאָרֶץ *Et exciſus fuit ex terrâ*, Exod. 9, 15. Hiphil הִכְחִיד *Celavit, Excidit;* וְהִכְחַדְתִּיו *Et exſcindam eum*, Ex. 23, 23. Infin. וּלְהַכְחִיד וּלְהַשְׁמִיד מֵעַל־פְּנֵי הָאֲדָמָה *Et ad exſcindendum & perdendum à ſuperficie terræ*, 1. Reg. 13, 14. Fut. וָאַכְחִד אֶת־שְׁלֹשֶׁת הָרֹעִים *Et excindam tres Paſtores*, Zach. 11, 8. יְכַחִידֶנָּה *Celaverit illud*, Job. 20, 12.

1) Generatim videtur ſignificare *abſcindere* vel *ἀφανίζειν*, ne audiatur, videatur, aut appareat amplius. Inde 2) in *ſpecie α*) notat *celare*, deſignans reticentiam, qua rem non ita cum omnibus circumſtantiis, prout geſta eſt, recenſemus, ſed aliquid reſervamus, vel ſupprimimus, Gen. 47, 18. Joſ. 7, 19. 1. Sam. 3, 18. 2. Sam. 14, 18. Pſal. 40, 11. Jer. 38, 14. 25. Proinde, quando Deo nil abſconditum dicitur, innuitur *perfectiſſima & infallibilis ejus cognitio*, quâ exactiſſimè aliquid novit, e. g. peccata hominis, Pſal. 69, 6. os ejus, Pſal. 139, 15. conf. Hoſ. 5, 3. *β*) Quia quæ *exſcinduntur*, abſconduntur, nec amplius apparent, hinc etiam notat *exſcindere, tollere, delere aliquid*, ne amplius ſuperſit, aut ejus extet memoria. Ita legitur de exciſione hominis, Exod. 9, 15. c. 23, 23. 1. Reg. 13, 34. 2. Chron. 32, 21. Job. 4, 7. Pſal. 83, 5. Zach. 11, 8. 9. ovium, Zach. 11, 9. 16. urbium, Job. 15, 28.

כָּחַל *Fucavit, Coloravit.* Tantum extat Ezech. 23, 40. כָּחַלְתְּ עֵינַיִךְ *Fucaſti* oculos tuos.

כָּחַשׁ *Mentitus eſt, Negavit; Denegavit, Emaciatus eſt, Emacuit.* וּבְשָׂרִי כָּחַשׁ מִשָּׁמֶן Et caro mea *emaciata eſt* ob defectionem pinguedinis,

dinis, Pſal. 109, 24. Sæpius in Kal non legitur. Niphal Fut. וַיִּכָּחֲשׁוּ אֹיְבֶיךָ לָךְ Et *macie ſe conficient* hoſtes tui erga te, i. e. debilitabuntur, Devt. 33, 29. Aliter reddit Seb. Schmidius: *Ac fallentur hoſtes tui circa te.* Piel כִּחֵשׁ *Mentitus eſt*, *Negavit*, *Abnegavit*, *Blanditus eſt.* וְכִחֵשׁ בַּעֲמִיתוֹ בְּפִקָּדוֹן Dum *negavit* proximo depoſitum, Lev. 5, 21. כִּי כִחַשְׁתִּי לָאֵל מִמָּעַל: Quia *abnegaſſem* Deum, qui eſt ſuperius. Job. 31, 28. Inf. כָּחֵשׁ בַּיהוָה *Mentiendo* contra Dominum, Jeſ. 59, 13. מְשַׂנְאֵי יְהוָה יְכַחֲשׁוּ לוֹ Oſores Domini *blandirentur* illi, Pſal. 81, 16. Hithpael, הִתְכַּחֵשׁ *Mendax factus eſt.* יִתְכַּחֲשׁוּ לִי *Mendaces fient*, vel blandientur mihi, 2. Sam. 22, 45.

1) Generatim notat *deficere*, ſive *verborum veritate*, ſive *rei exiſtentiâ*. Inde 2) ſpeciatim α) dicit *defectionem veritatis verborum*, & 1) notat *mentiri*, **Lügen/ die Unwarheit reden /** 1. Reg. 13, 18. Hoſ. 4, 2. 2) *Negare*, **leugnen/** Geneſ. 18, 15. Lev. 19, 11. 3) *Abnegare*, **verleugnen.** Ita *homo* dicitur *abnegare Deum*, Joſ. 24, 27. Job. 31, 28. Proverb. 30, 8. Jer. 5, 2. & figuratè *locus* dicitur *abnegare* hominem, qui ita è locô ſuô exſcinditur, & interit, ut nemo jam agnoſcat, eum ibi unquam fuiſſe, adeoque ille reſtitutionem in locum ſuum obtinere nequeat, Job. 8, 18. 4) *Denegare*, **verſagen /** ita Lev. 5, 22. 21. injuſtus poſſeſſor, rem injuſtè poſſeſſam *denegare* dicitur. Huc refer, quando *Metaphoricè* Hoſ. 9, 2. *muſtum* dicitur *denegare*, quando non alit, nec præſtat, quod aliàs naturaliter pollicetur. Conf. Hab. 3, 17. ubi tribuitur *olea*, quando ſpem poſſeſſoris fallit, votis non reſpondet, proventum ſuum denegat. 5) *Diſſimulare*, Joſ. 7, 11. Zach. 13, 4. 6) *Blandiri*, *Adulari*, quia *blandientes* mentiuntur, diſſimulant &c. Ita tribuitur *oſoribus Dei*, qui precibus ementitis, & externô cultu ei abblandiuntur, Pſal. 81, 17. Et 2. Sam. 22, 45. Pſal. 18, 45. *filiis alienigenæ*, quando mendaciter, animô reluctante, fucatisque geſtibus, aut obſequiô externô ſe Davidi ſubjiciebant, ficto tali cultu & obſequio periculum præſentiſſimum evitaturi, & meliori fruituri ſorte. β) Infert *defectum exiſtentiæ rei*, notans *deficientibus viribus & pinguedine emaciari*, *marceſcere*, *extabeſcere*, *debilitari*, Devt. 33, 19. Pſal. 109, 24.

כַּחַשׁ m. *Mendacium*; *Macies.* אֲכַלְתֶּם פְּרִי כָחַשׁ Comediſtis fructum *mendacii*, Hoſ. 10, 13. Cum Suff. כַּחֲשִׁי *Macies* mea, Job. 16, 8. Plur. כְּחָשִׁים *Mendacia.* Cum Suff. וּבְכַחֲשֵׁיהֶם Et *mendaciis* ſuis, Hoſ. 7, 3.

1) Generatim *defectûs* notionem quacunque importat ratione. 2) Speciatim α) notat *mendacium*, quod dicit *defectum veritatis verborum*, utpote quô multa nequiter finguntur, nunquam facta pro verè factis venditantur, verè facta autem negantur, Pſal. 59, 13. Sed *figuratè* Hoſ. 10, 13. *Fructus mendacii* dicitur, qui expectanti eum nocet, eum deſtituit, votis ejus non reſpondet. Et quia mendacium ſubinde fraudem & dolum vel comitem habet, vel intendit, hinc etiam β) interdum *frau-*

fraudem & dolum denotat, Hoſ. 7, 3. c. 11, 1. Nah. 3, 1. γ) Notat *maciem*, Job. 16, 8.

כְּחָשִׁים m. pl. *Mendaces.* Tantùm extat, Jeſ. 30, 9.

כִּי *Quia, Ut, Quod* &c. cl. Kœrberus deducit à כָּוָה *Urſit*, & coſequenter *uſſit*, *aduſſit*. Inde ei *propriè* notat *urſionem* ; *uſtionem*, adeoque & *Rationem*, *Impulſionem*, *Oppoſitionem*, *Quaeſtionem* ; item *omne id*, *quod urget*, ſeu *conditionem rei*, *veritatem rei*, & denique *id*, *quod urgendo promovetur*, ſeu *conſequens*. Si autem uſum hujus voculæ ſpectas, 1) Nominaliter *aduſtionem* dicit, Jeſ. 3, 24. 2) particularum variarum ſignificationem induit. Scilicet א) Exprimit *Conjunctiones varias*, nempe a) Cauſales, *nam*, Geneſ. 2, 17. c. 3, 5. 19. Pſal. 128, 2. Eccl. 2, 12. *quia* Geneſ. 3, 14. 17. c. 30, 14. *Ut*, Exod. 3, 11. Jud. 8, 15. Job. 3, 12. c. 6, 11. c. 7, 17. c. 10, 6. c. 15, 14. Pſal. 8, 5. Jeſ. 36, 20. β) *Adverſativas*, quando eſt ante orationem præcedenti contrariam, *ſed*, *aſt*, Gen. 18, 15. c. 24. 4. Ex. 16, 8. 1. Sam. 16, 18. Pſal. 14, 5. Pſal. 22, 10. Pſal. 37, 20. Pſal. 44, 8. Pſal. 115, 1. Eccl. 9, 11. Ezech. 46, 9. Hoſ. 1, 6. *Tamen*, Jer. 2, 20. *Quin imò*, Eccl. 6, 2. Jeſ. 7, 16. b) Conditionalem, *Si*, Gen. 4, 24. Num. 5, 20. c) Raticionativas, *ideo*, *idcircò*, *propterea* &c. 1. Sam. 2, 25. d) Conceſſivas, *etſi*, *etiamſi*, *quamvis*, Gen. 8, 21. Exod. 34, 9. Pſal. 25, 11. Pſal. 41, 5. Pſal. 44, 20. Pſal. 49, 19. Pſal. 71, 15. Ezech. 3, 9. ב) *Adverbia*, & quidem a) adſeverandi, *certè*, *profectò*, *omninò*, Num. 22, 33. 1. Chron. 29, 14. Job. 8, 6. Pſal. 10, 14. Pſal. 22, 17. Eccl. 4, 6. b) Dubitandi, *forte*, *fortaſſis*, 1. Reg. 18, 27. c) Comparandi, *quemadmodum*, *ſicut*, *ut*, *uti*, Eccl. 5, 2. Jeſ. 7, 8. c. 44, 3. d) Interrogandi, *an? num? numquid?* Gen. 4, 23. c. 18, 5. 2. Reg. 18, 34. Jeſ. 29, 16. *qui?* Jeſ. 8, 19. e) Temporis, tàm indeterminari, *quum*, *quando*, Gen. 4, 12. Jud. 21, 22. 2. Sam. 7, 1. Pſal. 23, 4. 9. Pſal. 32, 3. Pſal. 37, 24. Pſal. 41, 12. Pſal. 102, 1. Prov. 24, 12. Jeſ. 43, 20. c. 60, 9. Jer. 31, 25. Ezech. 39, 2. quàm determinati, *poſtquam*, Job. 1, 5. Pſal. 73, 21. Pſal. 90, 4. 3) Poſt formulam jurandi α) חַי *quàm verè vivit*, notat *tàm verè*. חַי יְהוָה כִּי בְנֵי מָוֶת אַתֶּם *Quam verè* vivit Dominus, *tàm verè filii*, i. e. *rei* mortis eſtis, 1. Sam. 26, 16. Confer. Gen. 42, 16. β) Si mala imprecatio omiſſa eſt, negandi vim habet, exprimendam per voculas *ſi non*, *niſi*, 1. Sam. 14, 44. כֹּה יַעֲשֶׂה אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִף כִּי מוֹת תָּמוּת יוֹנָתָן Ita faciat Deus, & ita addat, *niſi* omninò moriaris Jonathan, 1. Sam. 14, 44. 4) Suſtinet vicem Pronominis relativi אֲשֶׁר *Qui*, *quæ*, *quod*, ejusque ſequitur conſtructionem, ita, ut, ſi Præpoſitio ei præponatur, non regat ipſum Pronomen, *qui*, *quæ*, *quod*, ſed vel ejus antecedens ſubintelligendum מִי *ille*, מָה *illa*, *illud*, vel voculam עֵת *tempus* ſupplendam, & tandem induat naturam particularum *quod*, *dum*, *uſque dum* &c. כְּיוֹם אֶתְמוֹל כִּי יַעֲבוֹר Sicut dies heſternus, *qui* præteriit, Pſal. 90, 4. יַעַן כִּי יָעַץ עָלֶיךָ אֲרָם

אֲרָם רָעָה Propter *id, quod,* i. e. propterea quod conſuluit contra te Syrus malum, Joſ. 7, 5. עַד־כִּי גָדֵל, Usque ad tempus, quô crevit, *usque dum creverit,* Geneſ. 26, 13. עַל־כִּי עָשׂוּ אֶת־הָרַע בְּעֵינֵי יְהוָה Propter *id quod,* i. e. *propterea quod* fecerant malum in oculis Domini, Jud. 3, 12. 5) כִּי Præmitti ſolet ſermonibus in aliorum perſonâ prolatis, in interpretatione omittendum, ut 1. Reg. 1, 13. הֲלֹא אַתָּה אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ נִשְׁבַּעְתָּ לַאֲמָתְךָ לֵאמֹר כִּי־שְׁלֹמֹה בְנֵךְ יִמְלֹךְ אַחֲרַי Nonne tu, mi Domine Rex juraſti ancillæ tuæ dicendo: Salomo filius tuus regnabit poſt me. Ita & occurrit, Pſal. 75, 7.

כיד *Dolum ſtruxit,* apud Arabes.

כִּיד m. *Exitium, Pernicies.* Derivari poteſt ex Arab. كَاد *Decepit dolo, inſidiis.* Unde vox כִּיד *Dolus, Fraus, Inſidia.* Occurrit ſaltem cum Suffixo כִּידוֹ *Exitium ſuum,* Job. 21, 20.

כִּידוֹן m. *Lancea.* Joſ. 8, 18. 26. *Haſta,* Jer. 6, 23. c. 50, 42. Coccejo videtur eſſe *pilum,* quod manu conjicitur vel arcu, Job. 39, 23. 1. Sam. 17, 6. 45. Strepit (nempe pendens ſuper armatura) ad lædendum comparatum eſt, pendet à collo inter ſcapulas vel ab humero: in manu Joſuæ eſt ſignum. *Clypeus* non eſt, quia ab eo diſtinguitur; neque haſta; 1. Sam. 17, 41. 45. Job. 39, 23. ubi & à pharetra diſtinguitur. Cum arcu jungitur, Jer. 6, 23. c. 50, 42. Hactenus Coccejus. At R. Abarbanel cenſet eſſe *ſignum,* quod ſecum afferunt pugnaturi, ut notum faciant, quis quilibet ex ipſis ſit, h. e. *teſſeram bellicam.*

כירה *Proculcare,* apud Æthiopes.

כִּילַי m. *Tenax, Avarus,* qui omnes honeſtatis & liberalitatis leges *proculcat.* Kimchius derivat à כול *Menſurare,* quia avarus *ſollicite menſurare & numerare* conſuevit omnia. Sed alii malunt derivare à כָּלָה *Conſumtum eſt,* quia avarus perpetuo habendi deſiderio ſemetipſum *conſumit.* וְלְכִילַי Et *tenaci,* Jeſ. 32, 5. Sed v. 7. eſt כֵּלַי, literâ, per Syncopen extrusâ. Sæpius non legitur. Ei verò opponitur נָדִיב & שׁוֹעַ *Liberalis.*

כִּימָה f. *Plejades,* Job. 9, 9. c. 38, 31. Am. 5, 8. Majus deducit ex Arabum كَوَم vel كَامَ, inter alia ſignificante *magnum eſſe, accumulari.* Inde כִּימָה ei videtur eſſe *conſtellatio magna,* & quaſi *cumulus* ſtellarum, quod in Plejades bene quadrat.

כִּיס m. *Loculus, Crumena, Marſupium.* Aben Eſra derivat à כָּסַס *Numeravit, ſupputavit,* quia exinde ſemper depromuntur *numeranda & exſolvenda;* vel etiam, quia *numerata pecunia* in crumena reponi & recondi ſolet. Sed ſi uſum hujus vocis ſpectes.

1) In genere notat *receptaculum quodcunque.* Unde legitur de receptaculô *ponderum,* Deut. 25, 13. Prov. 16, 11. Mich. 6, 11. & apud Rabgnas

binos de receptaculo *embryonis*, i.e. matrice 2) In ſpecie autem deſignat *crumenam pecuniæ recondendæ* vel *reponendæ* aptam, Proverb. 1, 15. Jeſ. 46, 6. Talmudiſtæ dicunt: בשלשה דברים אדם ניכר בכיסו בכוסו ובכעסו *In tribus rebus homo cognoſcitur, in loculo ſuo, in poculo ſuo, & in ira ſua.*

כיף Radix Ebræis ignota. Inde deducunt

כֵּפִים m. pl. *Petræ*; Speciatim *cavæ*, in quibus aliquis habitare, vel degere poteſt, Job. 30, 6. Jer. 4, 29. Præterea non legitur.

כיר Radix Ebræis ignota. Inde derivant

כִּיּוֹר m. *Labrum*, Exod. 30, 18. כִּיּוֹרוֹת *Labra*; 1. Reg. 7, 35. Item כִּיֹּרִים 2. Chron. 4, 6.

1) Generatim notat *receptaculum*. 2) Speciatim α) notat *labrum*, genus vaſis ad lavandum accommodati, Exod. 30, 18. cap. 40, 7. 11. 1. Reg. 7. 35. β) *Foculum* ſeu *vas ad fovendum ignem*, Zach. 12, 6. Seb. Schmidius reddit *fornacem*. γ) *Suggeſtum*, 2. Chron. 6. 13.

כִּירַיִם m. d. *Teſtus*; genus *vaſis fictilis*, in quo placentæ, liba, & alia hujus generis coqui ſolebant. Nonniſi cum operculo adhibebatur, unde quaſi duplum cenſebatur, cui ſervit forma Dualis, ceu Buxtorfius ſcribit. Occurrit ſaltem, Lev. 11, 35.

כָּךְ *Sic, ita*; cujus frequens uſus apud Rabbinos. Inde accedente ה Paragogicô enaſcitur כָּכָה *ſic, ita* כָּכָה תַּעֲשֶׂה לַלְוִיִּם Ita *facies* Levitis, Num. 8, 26. Cum Præfixo שֶׁ eſt שֶׁכָּכָה לוֹ *Cui ita eſt*, Pſalm. 144, 15. שֶׁכָּכָה *Quod ſic*, Cant. 5, 9. Cum præmiſſo interrogativo אֵי notat *quomodo?* habens α) *vim negandi* כִּי אֵיכָכָה אוּכַל וְרָאִיתִי בָּרָעָה Nam *quomodo* poſſem, ut intuear malum iſtud? Eſth. 8, 6. i. e. minimè poſſum intueri malum iſtud, β) *vim expoſtulandi*. פָּשַׁטְתִּי אֶת־כֻּתָּנְתִּי אֵיכָכָה אֶלְבָּשֶׁנָּה Exui tunicam meam, quomodo induerem illam? Cant. 5, 3.

כָּכַב *Micuit, Fulſit*, apud Arabes. Inde eſt

כּוֹכָב m. *Stella*, à *fulgendo* vel *micando* ſic dicta, Num. 24, 17. In Statu Conſtr. כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם *Stella Dei veſtri*, Am. 5, 26. In Plurali כּוֹכָבִים *Stellæ*, Gen. 37, 9. וְכוֹכָבִים לֹא־זַכּוּ בְעֵינָיו Et *ſtellæ* non ſunt puræ in oculis ejus, Job. 25, 5. In Statu Conſtr. כְּכוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם Sicut *ſtellæ* cœli, Gen. 22, 17. Cum Suffixo כּוֹכְבֵיהֶם *Stellæ* eorum, Ezech. 31, 7.

1) Generatim & vi originis notat *rem micantem* vel *ſplendentem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſtellam*, quæ ſuo ſplendore noctis tenebras illuſtrat, Gen. 1, 16. c. 15, 5. Deut. 4, 19. β) *Metaphoricè* nomine *ſtella* deſignatur a) *Meſſias*, Num. 24, 17. non ſolum, quia in cœlo ſpirituali illuſtris & glorioſus futurus erat, ſed etiam, quia Iſraelem illuminaturus, & iis, qui in tenebris & mortis caligine ſedebant, exoptatiſſimam lucem & veram felicitatem allaturus erat. b) Stellæ dicuntur *Viri illuſtres*, inprimis *Eccleſiæ Doctores*, quia ſicut ſtellæ in cœlo, ita ipſi in Ec-

Digitized by Google

cleſia lucere, & aliis prælucere debent, Dan. 8, 10. γ) *Stellæ matutæ* dicuntur *Angeli*, Job. 38, 7. ob *pulchritudinem ſapientiæ & ſanctitatis*, in quâ lucebant creati. Vid. Seb. Schmidius in h. l. δ) *Stellarum obſcuratione* deſignantur *calamitates & afflictiones*, Jeſ. 10, 13. Ezech. 32, 7. Joel. 2, 10.

כִּכָּר f. *Planities; Fruſtum, Placenta; Talentum.* וְלוֹט יָשַׁב בְּעָרֵי הַכִּכָּר Habitabat autem Loth in civitatibus planitiei, Gen. 13, 12. תֵּשַׁע וְעֶשְׂרִים כִּכָּר Novem & viginti talenta, Exod. 38, 24. In Statu Conſtructo כִּכַּר הַיַּרְדֵּן *Panities* Jordanis, Gen. 13, 10. כִּכַּר זָהָב טָהוֹר *Talentum* auri puri, Exod. 25, 39. כִּכַּר לֶחֶם *Fruſtum* panis, Prov. 6, 26. Dual כִּכְּרַיִם *Duo talenta*, 2. Reg. 5, 23. 1. Reg. 16, 24. Plural. כִּכָּרִים *Talenta*, 1. Chron. 22, 14, 24. c. 29, 7. In Statu Conſtructo כִּכְּרֵי כֶסֶף *Talenta* argenti, 2. Reg. 5, 5. Term. Fœm. כִּכְּרוֹת *Tracta, Fruſta.* כִּכְּרוֹת לֶחֶם *Tracta, torta* panis, Jud. 8, 5. 1. Sam. 10, 3.

1) Licet Interpretes in deſignandâ hujus vocis etymologiâ & ſignificatione admodum varient; dum quidam arbitrantur, כִּכָּר *proprie* notare *metalli pondus*, quod Græcis & Latinis *talentum* dicitur, per *tranſlationem* autem etiam deſignare *tractam* vel *tortam*, ſi ſermo ſit de *pane*, & *planiciem* ſeu *orbem*, ſi ſermo ſit de *terrâ*; alii verò generali nomine *orbis* exponunt, cum quemadmodum כּוֹר eſt *capaciſſima menſura aridorum*, ita כִּכָּר ſit *maxima rotunditas*, vel in *quantitate in plano*, vel *in pondere*; attamen non malè agere videntur, qui 1) reddunt *planitiem*, ſeu *locum planum & depreſſum*. Ita legitur Gen. 13, 12. c. 19, 17. 25. 28. 29. Devt. 34, 3. 2. Sam. 18, 24. 2) *Placentam* aut *tortam*, quaſi *panem preſſum & planum*, Exod. 29, 23. Jud. 8, 5. 1. Sam. 10, 3. 1. Sam. 2, 36. Prov. 6, 26. Jer. 37, 21. 3) *Ponderis ſpeciem planam & extenſam, placentæ* inſtar; quam vocant *talentum*, Exod. 38, 24. 25. 27. 2. Sam. 12, 12. 30. 1. Reg. 9, 14. c. 10, 10. 14. c. 20, 39. 2. Reg. 5, 22. c. 15, 19. 1. Chron. 16, 3. c. 19, 6. c. 20, 2. 2. Chron. 8, 18. &c.

כָּלָא *Continuit, Cobibuit, omninò Coercuit, Prohibuit, Clauſit, Incluſit, Occluſit.* כְּלָאוֹ *Concluſerat eum*, Jer. 32, 3. כְּלִתַנִי *Cohibuiſti me*, 1. Sam. 25, 33. Formam confundit cum verbis לֹה quæ tertiam radicalem voce creſcente cum (:) notatam in י mutant, quod per Syncopen quandoque eliditur. Unde etiam eſt כָּלֵאתִי *cohibui*, Pſalm. 119, 101. pro כָּלֵאתִי, non ſecus, ac ſi eſſet verbum לֹה, ſecundâ radicali cum (.) notatâ. כָּלְאוּ שָׁמַיִם מִטָּל *Clauſi ſunt* cœli à rore, Hagg. 1, 10. Sed 1. Sam. 6, 10. eſt כָּלוּ *Clauſerunt*, א more verborum לֹה ob accedens incrementum finale *pereunte.* Infin. לִכְלֹא Ad *continendum*, Eccl. 8, 8. Fut. הִנֵּה שְׂפָתַי לֹא אֶכְלָא Ecce labia mea non cohibebo, Pſalm. 40, 10. לֹא תִכְלָא רַחֲמֶיךָ מִמֶּנִּי Non *prohibebis* miſe-

Digitized by Google

miſericordias tuas à me, Pſalm. 40, 12. יְכַלֶּה *Prohibebit*, Gen. 23, 6. ה eſt pro א, per alternationem. Particip. Paul כָּלוּא *Concluſus*, *Incluſus*, Jer. 32, 2. Sed Pſalm. 88, 9. eſt כָּלֻא (ו) cum (ׅ) alternante. Niphal נִכְלָא *Cohibitus eſt.* Fut. וַיִּכָּלֵא *Et cohibitus eſt* imber, Gen. 8, 2. Conf. Exod. 36, 6. וַיִּכָּלְאוּ מַיִם רַבִּים Ut *occludantur, cohibeantur* aquæ magnæ, Ezech. 31, 15. Piel כִּלֵּא *Cohibuit.* Infin. לְכַלֵּא הַפֶּשַׁע Ad *cohibendum* iniquitatem, Dan. 9, 24. Imperat. כַּלֵּה *Cohibe*, Pſalm. 74, 11. ה eſt locò א per alternationem.

1) Generatim *continendi* ſignificationem obtinet. 2) Speciatim α) eſt *cohibere*, ſive cohibitio ſit *verbalis*, ſive *realis*, modò impediatur, ne quid fiat. Inde dicitur 1) de *homine*, qui alterum *cohibet* à negotiis factisque aliis, ne fiant, &c. Ita Moſes rogabatur *cohibere* viros prophetantes in caſtris, Num. 11, 28. Similiter nemo Filiorum Cheth impediturus erat, ne Abrahamus mortuum ſuum in ſepulchris eorum ſepeliret, Gen. 23, 6. Sic Abigail *cohibebat* Davidem, ne veniret contra ſanguinem, 1. Sam. 25, 33. Vide præterea Pſalm. 40, 10. Pſalm 119, 101. Exod. 36, 6. 2) de *Deo*, qui rogatur, ne cohibeat miſericordias ſuas, Pſalm. 40, 12. 3) de *imbre*, qui cohibetur, ne amplius cadat, Gen. 8, 2. Conf. Ezech. 31, 15. 4) de *terrâ*, quæ cohibet proventum, quando eum denegat, Hagg. 1, 10. β) notat *claudere, includere*, quia, qui clauditur vel includitur, utique *continetur, cohibetur*, ne liberè res ſuas agat. *Claudendi* autem ſignificationem obtinet tàm *propriè*, quàm *impropriè*. *Propriè* dicitur de Jeremiâ carceri incluſo, Jer. 32, 2. 3. item de *vitulis* in domo clauſis, 1. Sam. 6, 10. *Impropriè* autem legitur de Davide carceri anguſtiarum variarum incluſô, Pſalm. 88, 9. &c.

כֶּלֶא m. *Carcer*, à *continendo, coercendo*, vel *includendo* ſic dictus. שִׂימוּ אֶת־זֶה בֵּית הַכֶּלֶא Conjicite hunc in domum *carceris*, 1. Reg. 22, 27. 2. Chron. 18, 26. וְשִׁנָּה אֵת־בִּגְדֵי כִלְאוֹ Mutavit etiam veſtes *carceris* ejus, Jer. 52, 33. Plur. כְּלָאִים *Carceres*, Jeſ. 42, 22.

כְּלִיא m. *Carcer*, ſic dictus, quod hominem *contineat*, & inde abire *prohibeat*, vel quod homo ibi *claudatur*, Jer. 37, 4. c. 52, 31. Juxta Maſorethas legendum eſt כְּלוּא. Præter loca citata non legitur.

מִכְלָה f. *Caula*. *Proprie* notat *locum*, in quô greges *includantur* & quaſi *incarcerentur*. Eſt verò מִכְלָה pro מִכְלָאָה, ceu conſtat ex Plurali ejus. מִמִּכְלָה *Ex caula*, Hab. 3, 16. Plur. in Statu conſtr. מִמִּכְלְאוֹת צֹאן Ex *caulis* ovium, Pſalm. 78, 70. Cum Suffixo eſt מִמִּכְלְאֹתֶיךָ Ex *caulis* tuis, Pſalm. 50, 9.

כִּלְאַיִם m. *Varia, Diverſa genera*; duæ diverſæ ſpecies, quæ inter ſe miſcentur juxta Aben-Eſram, e. g. lana & linum, duo genera ſeminum. Talis mixtura ſic dici putatur, tùm, quod plura *contineat*, tùm quod

Digitized by Google

quod ſit *prohibitum.* שָׂדְךָ לֹא־תִזְרַע כִּלְאָיִם Agrum tuum non *ſeres mixtim*, Lev. 19, 19. Idem lègitur Devt. 22, 9.

כָּלַב *Aſſervavit, Cuſtodivit*; Sed eſt radix inuſitata; uſitatæ autem ſunt voces inde derivatæ.

כֶּלֶב m. *Canis*, ab *officiô ſuô* ita nominatus, quoniam eſt *cuſtos* domûs & Domini ſui. לֹא יֶחֱרַץ כֶּלֶב לְשֹׁנוֹ Non movebit *canis* linguam ſuam, Exod. 11, 7. כַּאֲשֶׁר יָלֹק הַכֶּלֶב Sicut *canis* lambit, Jud. 7, 5. Plural. כְּלָבִים *Canes*, Pſalm. 22, 17. In Statu Conſtr. כַּלְבֵי צֹאנִי *Canes* gregis mei, Job. 30, 1. Cum Suffixo כְּלָבֶיךָ *Canes* tui, Pſalm. 68, 24.

1) Generatim & vi originis notat *cuſtodem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *canem*, Exod. 11, 7. Jud. 7, 5. 1. Reg. 14, 11. 2) *Memphoricè* vox *canis* a) ob *mordacitatem & rabiem*, quâ eſt, deſignat *hoſtem crudelem, acrem & rabioſum*, Pſalm. 22, 17. 12. β) Ob *vilitatem ſuam*, denotat tùm *viliſſimum hominem*, 2. Reg. 8, 13. Conf. 1. Sam. 24, 15. 2. Sam. 9, 8. c. 16, 9. Job. 30, 1. tùm *viliſſimam rem*, Eccl. 9, 4. imò *rem abominandam*, Jeſ. 66, 3. γ) Ob *impudentiam & voracitatem ſuam* deſignat *homines impudentiſſimos*, Jeſ. 56, 11.

כְּלוּב m. *Caniſtrum, Corbis*, Am. 8, 1. 2. *Cavea*, Jer. 5, 27. Ratio etymi eſt, quia in *corbe* panis, vel alia quædam res *aſſervatur*, in *caveâ* autem avis incluſa *aſſervatur & cuſtoditur.* Sæpius in ſcripturâ non legitur.

כָּלָה *Finitus fuit; Abſolutus, Perfectus, Conſumtus eſt, Defecit;* & ex uſu Chaldaicô *Speravit, anxiè Expectavit, Confiſus eſt.* כָּלָה הַבַּיִת דְּבָרָיו *Abſoluta* eſt domus quoad omnia verba ejus, 1. Reg. 6, 38. כָּלָה קָיִץ *Conſumtus eſt* autumnus, Jer. 8, 20. כָּלְתָה הָרָעָה אֶל־אֲדֹנֵינוּ *Conſummatum, decretum eſt* malum contra Dominum noſtrum, 1. Sam. 25, 17. כַּד הַקֶּמַח לֹא כָלָתָה Cadus farinæ non *conſumtus eſt, non defecit*, 1. Reg. 17, 16. כָּלוּ עֵינֵיהֶם *Conſumuntur* oculi eorum, Jer. 14, 6. Inf. עַד כְּלוֹת קְצִיר הַשְּׂעֹרִים Uſque ad *conſummari*, i. e. uſque dum conſummata eſt meſſis hordeorum, Ruth. 2, 23. Fut. וְשֵׁבֶט עֶבְרָתוֹ יִכְלֶה Sed virga iræ ejus *conſumetur*, Prov. 22, 8. Sed Job. 33, 21. eſt יִכֶל *Conſumatur*, ה per Apocopen reſectô. וְעֵינֵי רְשָׁעִים תִּכְלֶינָה Sed oculi impiorum *conſumentur*, Job. 11, 20. Piel כִּלָּה *Abſolvit, Complevit, Perfecit, Finivit, Conſummavit, Conſumſit, ſolicitè expectivit, anxiè expectavit.* כִּלָּה לְדַבֵּר *Abſolverat* loqui, Gen. 24, 15. כִּלָּה יְהוָה אֶת־חֲמָתוֹ *Conſummavit* Dominus iram ſuam, Thren. 4, 11. וְכִלְּתָה בַדָּיו Et *conſumet* vectes ejus, Hoſ. 11, 6. Cum Suffixo וְכִלָּתוּ Et *conſumet* eam, pro כִּלַּתְהוּ, tertiâ radicali ה, quæ aliàs in ת mutari debuiſſet, quia nullum confuſionis periculum eſt cum maſculinô, pereunte, & ה ex Suffixo הוּ excidente, cum præmiſsô Schevate, ita, ut quaſi loco compenſa-

Digitized by Google

penſationis ת Dageſch imprimatur, Zach. 5, 4. כִּלּוּ לֶאֱכֹל *Abſolverunt* loqui, Gen. 43, 2. מַדּוּעַ לֹא כִלִּיתֶם חָקְכֶם Quare non *abſolviſtis, perfeciſtis* demenſum veſtrum ? Exod. 5, 14. Infin. כַּלֵּה *Conſumere*, 2. Reg. 13, 17. Sed Num. 7, 1. eſt כַּלּוֹת *Abſolvere*, Num. 7, 1, כְּכַלּוֹת דָּוִד לְדַבֵּר Secundum *abſolviſſe* Davidem loqui, i. e. cum abſolviſſet David loqui, 1. Sam. 24, 16. כְּכַלּוֹתִי חֲמָתִי בָּם Cum *conſummavero* iram meam in iis, Ezech. 5, 13. Fut. וַאֲכַלֶּה אֹתָם Et *conſumam* eos, Num. 16, 21. Sed Ezech. 43, 8. eſt וָאֲכַל Ideo *conſumſi* eos, ה per Apocopen reſecto. וְעַד בָּשָׂר יְכַלֶּה Et usque ad carnem *conſumet*, Jeſ. 10, 18. Sed Gen. 2, 2. eſt וַיְכַל Nam *abſolverat* Deus ante diem ſeptimum opus ſuum, Gen. 2, 2. Pual כֻּלָּה *Abſolutus eſt*. כָּלּוּ תְפִלּוֹת דָּוִד *Abſoluta, finita ſunt* precationes Davidis, Pſalm. 72, 20. Kamets Chatuph pro (ו) alternante. Fut. וַיְכֻלּוּ הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ *Abſoluti* itaque ſunt coeli atque terra, Gen. 2, 1.

1) Generatim videtur *finiendi* ſignificationem habere, quacunque ratione id fiat, ſive fiat rei *perfectione, abſolutione* & *impletione*, ſive ejusdem *conſumtione, deletione* & *extirpatione*. Unde 2) *in ſpecie* notat α) *omni ex parte perficere, abſolvere, implere*, quia, quicquid perficitur, abſolvitur, impletur &c. *finitur, ad finem perducitur, terminatur*. Proinde legitur 1) de *labore*, qui perficitur, abſolvitur, finitur, 2. Chron. 29, 34. de *opere creationis*, quod abſolverat Deus, Gen. 2, 2. de *templo Hieroſolymitano*, 1. Reg. 6, 38. de *operibus* habitaculi tentorii, Exod. 39, 32. 2) de *impletione* Prophetiæ, 2. Chron. 36, 22. Sed 2. Chron. 24, 10. dicitur de *arcâ*, quæ argento replebatur. 3) de *re decretâ* & *ſtatutâ*, innuente *ultimam, certam* & ſuô modô *immutabilem animi ſententiam*, cui tanquam *perfectæ* nil ulterius addatur, 1. Sam. 20, 7. כָּלְתָה הָרָעָה מֵעִמּוֹ *Conſummatum, plane conſtitutum, decretum eſt malum apud eum.* Conf. 1. Sam. 20, 9. כָלְתָה הָרָעָה אֶל־אֲדֹנֵינוּ *Decretum videtur malum contra Dominum noſtrum*, h. e. *inevitabile malum imminere videtur Domino noſtro*, 1. Sam. 25, 17. Confer. Eſth. 7, 7. β) *Conſumere, abſumere*, non quocunque modo, ſed *penitus, totaliter, ut res non ſuperſit amplius* &c. Ita legitur 1) in *Kal* de conſumtione *aquæ* in *lagenâ*, Gen. 21, 15. *farinæ* in cadô, 1. Reg. 17, 17. *dierum* vitæ inſtar fumi à vento diſcuſſi, Pſalm. 102, 4. *nubis* paulatim evaneſcentis, Job. 7, 9. *graminis*, Jeſ. 15, 6. *oculorum* ex nimiô fletu, Thren. 2, 11. vel alia ex cauſa, v. g. ex nimiâ circumſpectione, quâ in rem intenti & ſpectantes expectando deficiunt, Pſalm. 69, 4. Confer. Jer. 14, 6. *cordis*, Pſalm. 73, 26. *carnis*, Job. 33, 21. Prov. 5, 11. *impiorum*, Jeſ. 1, 28. Pſalm. 37, 20. *per famem*, Jer. 16, 4. Ezech. 5, 12. per *gaudium*, Jer. 44, 27. 2) In *Piel* de *totali deletione, conſumtione* & *extirpatione improborum*, Joſ. 24, 20. Num. 22, 11. Pſal. 59, 14. Vide Exod. 33, 5. Jer. 5, 2. c. 9, 15. Ezech. 22, 31. de *extirpatione* hoſtium internecioni datorum, 2. Reg. 13, 17. 19. 2. Chron. 8, 8.

1. Reg. 22, 11. Pſalm. 18, 38. de *conſumtione annorum*, Pſalm. 90, 9. Inde γ) Per *Metonymiam* notat *anxiè ſperare, expectare*, ita, ut oculi vel animus præ deſideriô quaſi *conſumantur*. *Affectus ſpei* ac *deſiderii Metonymicè* per *conſumtionem* denotantur, quia ardor, & defatigatio, iſtos comitantes, hominem conſumunt, Job. 19, 24. Pſalm. 119, 18.

כָּלֶה m. *Deficiens*; Legitur ſaltem in Fœm. Plur. וְכָלוֹת Et *deficientes, contabeſcentes*, Devt. 28, 32.

כָּלָה f. *Conſumtio, Conſummatio; Totum; Conſummatum, Abſolutum.* עָשׂוּ כָּלָה Num fecerint *conſumtionem, totum*, i. e. Num omninò fecerint juxta clamorem, qui pervenit ad me? Num ad *ſummum* pervenerit ipſorum malitia, Gen. 18, 21. לֹא אֶעֱשֶׂה אִתְּכֶם כָּלָה Non faciam vobiscum *conſumtionem*, i. e. non plane conſumam, delebo, extirpabo vos, Jer. 5, 18. conf. Jer. 4, 27.

1) Generatim *finem rei* importat, ſive res *perficiatur, compleatur & decernatur*, ſive *conſumatur & excindatur*. Unde 2) ſpeciatim α) notat non tantum *rei conſummationem, totum complexum*, Gen. 18, 21. Exod. 11, 1. ſed etiam *decretum*, ſeu *ultimam, certam, & ſuô modô immutabilem ſententiam*, ut aliquid fiat, 1. Sam. 20, 33. β) Denotat *conſumtionem rei totalem, omnimodam rei deletionem*, Neh. 9, 31. Jeſ. 10, 23. c. 28, 22. Jer. 5, 19. c. 30, 11. c. 46, 28. Ezech. 11, 13. c. 20, 17.

כִּלָּיוֹן m. *Conſumtio.* כִּלָּיוֹן חָרוּץ *Conſumtio* deciſa eſt, Jeſ. 10, 22. In Statu conſtr. כִּלְיוֹן עֵינַיִם *Conſumtio* oculorum, i. e. vana & irrita expectatio, Devt. 28, 65. Præterea non legitur.

תִּכְלָה f. *Finis, Perfectio.* Semel legitur. לְכָל־תִּכְלָה רָאִיתִי קֵץ Omni *perfectioni*, (h. e. *omni rei perfectæ ſummeque æſtimatæ*) vidi finem, Pſalm. 119, 96. Nihil tàm perfectum & abſolutum eſt, quod non habeat finem.

תַּכְלִית f. *Finis, Perfectio, Conſummatio.* תַּכְלִית שִׂנְאָה *Conſummatio* odii, i. e. odium conſummatum & plenum, Pſalm. 139, 22. וְעַד תַּכְלִית בֵּית אֶלְיָשִׁיב Et usque ad *finem* domûs Eljaſchibh, Neh. 3, 21. Ter adhuc legitur de *fine* vel *terminô rei*, Job. 11, 7. c. 26, 10. c. 28, 3.

מִכְלוֹת f. pl. *Perfectiones.* Semel legitur 2. Chron. 4, 21. מִכְלוֹת זָהָב *Perfectiones* auri, i. e. *aurum* depurgatum & perfectiſſimum.

כְּלִי m. *Vas, Inſtrumentum*, quicquid ad *conſummationem* facit. כָּל־כְּלִי זָהָב *Omne vas* auri, i. e. aureum, Exod. 35, 22. כְּלִי עֵץ *vas ligni*, i. e. ligneum, Lev. 11, 32. בִּכְלִי נְחֹשֶׁת In *vaſe* æris, i. e. æneo, Lev. 6, 21. Plur. כֵּלִים *Vaſa, Inſtrumenta, Arma.* כֵּלִים רֵקִים *Vaſa* vacua, 2. Reg. 4, 3. In Statu Conſtr. כְּלֵי כֶסֶף *Vaſa* argenti, i. e. argentea, Gen. 24, 53. כְּלֵי מִלְחָמָה *Inſtrumenta* belli,

Jud.

Jud. 18, 11. 16. 17. נֹשְׂאֵי כְּלֵי יוֹאָב Portantes *arma* Joabi, 2. Sam. 18, 15. Cum Suffixo כֵּלַי *Vaſa* mea, Gen. 31, 37. הַלֶּחֶם אָזַל מִכֵּלֵינוּ *Panis* abiit, defecit è *vaſis* noſtris, 1. Sam. 9, 7. כֵּלָיו *Inſtrumentum* ejus, Exod. 30, 27.

1) Generatim notat *omne id, quod ad rei conſummationem & uſum facit.* Unde 2) in ſpecie dicitur α) de *vaſe* cujuscunque generis, quod uſui hominum inſervire poteſt, Num. 19, 17. 2. Reg. 4, 6. Jer. 48, 11. de *vaſis aureis* ad fabricam ſacram ornatus causâ allatis, Exod. 35, 22. β) De *Veſte, habitu,* vel *indumento.* Ita *vas pellis*, Lev. 13, 49. 53. eſt *indumentum pelliceum*; Item כְּלִי גֶבֶר *Vas viri*, eſt indumentum virile, Devt. 22, 5. Confer. Zach. 11, 15. ubi כְּלִי רֹעֶה אֱוִלִי *Vas paſtoris ſtolidi* eſt *habitus* ejus. γ) De *ſuppellectili*, Gen. 31, 37. Jer. 49, 29. δ) De *Inſtrumentis* tàm *bellicis*, ſeu *armis*, Devt. 1, 41. Jud. 18, 11. Jer. 51, 20. 1. Sam. 8, 12. 2. Sam. 1, 27. quàm *muſicis*, 2. Chron. 5, 13. Pſalm. 71, 22. ε) De *ornamentis*, Gen. 24, 53.

כְּלָיוֹת pl. f. *Renes*, juxta Bochartum à כָּלָה *auxiè expectavit, expetiit*, ſic dicti, quoniam *appetitus* & *libidinis* ſedes eſt in *renibus*. בֹּחֵן כְּלָיוֹת וָלֵב Probans *renes* & cor, Jer. 11, 20. שְׁתֵּי כְּלָיוֹת Duo *renes*, Exod. 29, 13. In Statu Conſtr. כִּלְיוֹת אֵילִים *Renes* arietum, Jeſ. 34, 6. Cum Suff. וְכִלְיוֹתָי Et *renes* mei, Pſalm. 73, 21. מִכִּלְיוֹתֵיהֶם A *renibus* eorum, Jer. 12, 2.

1) Generatim notat *renes*. 2) Speciatim α) *propriè* notat duas caruncułas, quæ dorſo interius è regione umbilici annexæ ſunt, urinæque purgandæ & genitali ſemini elaborando inſerviunt, Exod. 29, 13. 22. Lev. 3, 4. 10. 15. c. 4, 9. c. 7, 4. Lev. 9, 19. β) *Metonymicè* renes, quia, ſunt affectuum ſedes, in ſcripturâ ſacrâ deſignant *intimos affectus* hominis tàm *in genere*, Pſalm. 7, 10. Pſalm. 16, 2. unde quando *Deus* dicitur *probare renes*, ſenſus eſt; *Deum probare intimos affectus, deſideria & cupiditates*, Jer. 11, 20. c. 17, 10. quàm in ſpeciè *affectum amoris*, Pſalm. 16, 7. *gaudii*, Prov. 23, 13. *triſtitiæ*, Pſalm. 73, 21.

כָּלַל *Auſtero, tetrico & corrugato vultu fuit*, apud Arabes.

כֶּלַח m. *Senectus, Senium*, ita dictum, quod *auſterum, tetricum & corrugatum vultum in hominibus* referat. Legitur Job. 5, 26. c. 30, 2.

כָּלַל *Perfecit, Conſummavit, Abſolvit; ſummatim, totaliter & univerſaliter aliquid complexus eſt & abſolvit.* בֹּנַיִךְ כָּלְלוּ יָפְיֵךְ Architecti tui *perfecerunt*, vel *conſummarunt* pulchritudinem tuam, Ezech. 27, 4. 11. Püal וְכָלְכְּלוּ *Et ſummati fuerunt*, i. e. in unâ ſummâ omnes vel univerſi comprehenſi & inventi fuerunt, 1. Reg. 20, 27. Ita Buxtorfius in Lexico; Sed alii referunt ad radicem כּוּל & vertunt: *Et ſuſtentati & commeatu inſtructi ſunt.* Sæpius in ſacris non occurrit.

כָּלִיל

Digitized by Google

כָּלִיל m. *Totum*, *Perfectum*, *Conſummatum*; & adverbialiter: *Abſolutè*, *prorſus*, *integrè*, *penitus*, *in univerſum*, *univerſaliter*. כָּלִיל תָּקְטָר׃ *Totum* adolebitur, Lev. 6, 15. confer. v. 16. כָּלִיל הוּא בַּהֲדָרִי *Perfecta* hæc eſt in ornatu meo, Ezech. 16, 14. In Statu conſtr. וְהִנֵּה עָלָה כְלִיל הָעִיר Et ecce adſcendebat *totum* urbis, i. e. tota urbs incendiò conſumta fuit, Jud. 20, 40. וּכְלִיל יֹפִי׃ Et *perfectus* pulchritudine, Ezech. 28, 12. Fœm. כְּלִילָה *Perfecta*. In Statu conſtructo כְּלִילַת יֹפִי׃ *Perfecta* pulchritudine, Ezech. 27, 3. Confer. Thren. 2, 15.

1) Generatim refert *rem abſolutam*, ſive quà *partes*, ſive quà *perfectionem*. Inde 2) ſpeciatim α) notat *totum*, *integrum*, diciturque de *quacunque re*; e. g. de *pallio* Ephodi, Exod. 28, 31. de *urbe*, quæ *tota* incendio conſumebatur, Jud. 20, 4. de *ſacrificio*, quod *totum* adolendum, Lev. 6, 15. 16. confer. 1. Sam. 7, 9. Devt. 33, 10. β) Denotat *perfectum*, *conſummatum*, & dicitur de *ornatu*, Ezech. 16, 14. de *pulchritudine*, Ez. 27, 3. c. 28, 12. Thren. 2, 15.

כַּלָּה f. *Sponſa*, *Nurus*. Ita dicitur à *pulchro ornatu*, quo gaudet, cum כלל ſpeciatim de *pulchritudine* & *ornatu* dicatur; וּמְשׂוֹשׂ חָתָן עַל־כַּלָּה Et gaudium ſponſi ſuper *ſponſa*, Jeſ. 62, 5. וְכַכַּלָּה תַּעְדֶּה כֵלֶיהָ Et ſicut ſe ornat *ſponſa* vaſis tuis, Jeſ. 61, 10. Cum Suff. כַּלָּתְךָ *Nurus* tua, Lev. 18, 15. כַּלָּתוֹ *Nurus* ejus, 1. Sam. 4, 19. Plur. כַּלּוֹתֵיכֶם *Sponſæ* veſtræ, Hoſ. 4, 13. 14. כַּלֹּתֶיהָ *Nurus* ejus, Ruth. 1, 7. 8. &c.

1) Generatim notat *perſonam ſequioris ſexûs*, quæ priorem vitæ ſtatum ſive *virginitatis*, ſive *viduitatis abſolvit*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſponſam* reſpectu *ſponſi*, Jeſ. 62, 5. Jer. 2, 32. c. 7, 34. c. 16, 9. c. 25, 10. c. 33, 11. & *nurum* reſpectu *ſoceri* vel *ſocrûs*, Gen. 38, 11. 24. Lev. 18, 15. c. 20, 12. Ruth. 1, 22. 1. Sam. 4, 19. β) *Metaphoricè* nomine *ſponſæ* venit *Eccleſia Chriſti*, & quævis *fidelis & pia anima*, ad deſignandam ſpiritualem eamque ſuaviſſimam unionem inter hanc & inter Chriſtum, Cant. 4, 8. 9. 10, 11. 12. c. 5, 1.

כְּלוּלֹת f. *Sponſalia*. Occurrit tantum Jer. 2, 2. אַהֲבַת כְּלוּלֹתָיִךְ Amor *ſponſaliorum* tuorum, vel deſponſationum tuarum.

כֹּל m. *Complexus*; *Univerſitas*; & adjectivè, *omnis*, *e*, *totum*, *univerſum*; nec non *omnes*, *omnia*, *univerſi*, *a*, ſi plurali jungatur; ſed ſi conſtruitur cum adverbiis negandi לֹא, בִּלְתִּי, item cum אֵין valet: *Ullum*, *quicquam*; *nullum*, *nihil quicquam*. וְכֹל שִׂיחַ הַשָּׂדֶה Et *complexus* virgulti agri, i. e. omne virgultum agri, Gen. 2, 5. כִּי לֹא בְמוֹתוֹ יִקַּח הַכֹּל Quia in morte ſua *non* auferet *omne*, i. e. quando moritur, non auferet *quicquam*, Pſal. 49, 18. וְעַל־כָּל־אֱלוֹהַּ לֹא יָבִין Et ad *omnem* Deum *non* attendet, i. e. ad *nullum* Deum attendet, Dan. 11, 37.

Digitized by Google

37. וְלָרָשׁ אֵין כֹּל Et pauperi iſti *non* erat *omne*, i. e. *nil* erat *quicquam*, 2. Sam. 12, 3. וְכָל־רוּחַ אֵין בְּקִרְבּוֹ Et *omnis ſpiritus non eſt in medio ejus*, i. e. *nullus in eo eſt ſpiritus*, Hab. 2, 19. Cum Suffixo כֻּלֹּה *Totum ejus, Complexus ejus*, i. e. *totus ipſe*, Jer. 8, 10. כֻּלָּם *Complexus, univerſitas ipſorum*, i. e. *Omnes, univerſi ipſi*, 1. Reg. 22, 28. כֻּלָּנָה *Omnia hæc*, cum ה Paragogico Gen. 42, 36. Sed 1. Reg. 7, 37. eſt לְכֻלָּהֵנָה *Omnibus ipſis*.

1) In genere notat *complexum*, ceu ex vi etymi videre *eſt*; qui ſubinde nominibus adjectivis commodiſſimè exprimitur. Sed 2) in ſpecie variè adhibetur: Scilicet α) diſtributivè de *ſingulis generum*, notans **alle und jede**, Pſalm. 5, 6. Pſalm. 14, 3. Pſalm, 39, 6. Eccl. 12, 13. β) De *generibus ſingulorum*, ſignificans **allerley**, Joel. 2, 28. Effundam ſpiritum meum עַל־כָּל־בָּשָׂר *ſuper omnem carnem*, i. e. *omnis generis homines ex omni populo*. Ita quoque legitur Gen. 6, 17. c. 7, 8. c. 24, 10. conf. v. 52. 53. 2. Reg. 8, 9. Ezech. 31, 6. &c. Dicitur autem vox כֹּל hunc ſignificatum obtinere, quando eſt ante nomen, quod *generis* rationem habere poteſt. γ) De *majori* vel *maxima parte*, Exod. 9, 25. Quando læſit *omnem* herbam agri, & omnem *arborem* agri fregit, i. e. *maximam earum partem*, ceu patet ex c. 10, 5. Exod. 32, 10. Devt. 28, 64. 2. Sam. 16, 22. c. 17, 14. 1. Chron. 14, 17. Pſalm. 22, 8. 30. Pſalm. 42, 8. Pſalm. 118, 10. Jer. 26, 9. Hoſ. 7, 4. Hagg. 2, 8.

מִכְלָל m. *Perfectio*. Legitur tantum in Statu Conſtr. מִכְלַל יֹפִי *Perfectione* pulchritudinis, i. e. perfectiſſima, abſolutiſſima pulchritudine, Pſalm. 50, 2.

מִכְלוֹל m. *Perfectio*. Semel legitur לְבֻשֵׁי מִכְלוֹל Induti *armatu perfectiſſimo*, Ezech. 23, 12.

מַכְלוּל m. *Perfectio* Occurrit ſaltem in Plurali בְּמַכְלֻלִים In *perfectionibus*, Ezech. 27, 24.

כלם In Niphal נִכְלַם *Erubuit, Rubore affectus fuit, ignominiâ vel pudore ſuffuſus fuit, ignominiosè tractatus fuit*. וְנִכְלַמְתְּ מִכֹּל רָעָתֵךְ Et *ignominiâ* afficieris ob omnem malitiam tuam, Jer. 22, 22. בּוֹשׁוּ וְגַם נִכְלְמוּ כֻּלָּם Erubeſcite & *pudore ſuffundantur* omnes, Jeſ. 45, 16. Infin. הִכָּלֵם *Erubeſcere*, Jer. 3, 3. Fut. הֲלֹא תִכָּלֵם Nonne *pudere* eam deberet? Num. 12, 14. יֵבֹשׁוּ וְיִכָּלְמוּ Erubeſcant & *ignominiâ afficiantur*, Pſalm. 35, 4. Hiphil הִכְלִים *Ignominiâ affecit*. הִכְלִימוֹ אָבִיו *Ignominiâ affecerat* eum Pater ejus, 1. Sam. 20, 34. Infin. הַכְלִים *Ignominiâ afficere*, Jer. 6, 15. Fut. יַכְלִים אָבִיו *Ignominiâ afficit*, vel *infamat* Patrem ſuum, Prov. 28, 7. Hophal הָכְלַם *Ignominiâ affectus eſt, Pudore ſuffuſus eſt*. בֹּשׁוּ וְהָכְלְמוּ Erubuerunt & *ignominiâ* affecti ſunt, Jer. 14, 3. וְלֹא הָכְלַמְנוּ Neque enim *ignominiâ affecti ſumus*, 1. Sam. 25, 15.

1) *Propriè*

1) *Propriè* notat *ignominiâ afficere*, vel *ignominioſè tractare; ignominiam conciliare*, ſive fiat *verbis*, ſive fiat *facto aliquô*. Ita dicitur de *legatis Davidis* ignominioſe tractatis, 2. Sam. 10, 5. 1. Chron. 9, 5. de *filio* Patri ignominiam conciliante, Prov. 28, 7. Confer. Ruth. 2, 15. 1. Sam. 25, 7. Ezech. 16, 54. 2) *Metonymicè*, quia, qui *ignominioſè tractantur*, vel *ignominiâ afficiuntur*, ſæpius *pudefiunt*, *erubeſcunt*, *pudore ſuffunduntur*, hinc notat quoque *erubeſcere*, *pudefieri*, *pudore ſuffundi*, vel *pudefacere*, *pudore ſuffundere*, ut rem turpem vel pudibundam &c. Ita dicitur de *populo fugitivo*, 2. Sam. 19, 4. de *Mirjam* in Moſem injuriâ, Num. 12, 14. de *pœnitentibus*, qui *agnitâ* peccatorum gravitate, fœditate & copiâ coram Deo erubeſcunt, pudefiunt & confunduntur, Jer. 3, 3. c. 8, 12. Jer. 31, 18. Ezech. 16, 61. c. 36, 32. c. 43, 10. de *eo*, qui ſubſannantem in pudorem dat, Job. 11, 3. de *inimicis* Davidis, Pſalm. 35, 4. Spectiatim *Deus dicitur homines pudefacere* vel *in pudorem dare*, quando *ſuorum preces & ſpem videtur fruſtrare*, *eosque deſerere*, Pſalm. 44, 10. vel ut juſtiſſimus judex impios honore & dignitate privat, & graviſſimè punit, ut coram aliis pudefiant, Pſalm. 35, 4.

כְּלִמָּה f. *Ignominia; Pudor.* כִּסְּתָה כְלִמָּה פָנָי *Obtexit ignominia facies meas*, Pſalm. 69, 8. In Statu conſtr. כְּלִמַּת עוֹלָם *Ignominia ſeculi*, Jer. 20, 11. Cum Suffixo כְּלִמָּתִי *Ignominiâ mea*, Pſal. 69, 20. Plur. כְּלִמּוֹת *Ignominiæ*, Mich. 2, 6.

1) *Propriè* notat *ignominiam*, quâ aliquis verbis factisque ignominioſe tractatur & exagitatur, Job. 20, 3. Pſalm. 44, 16. Jeſ. 45, 16. Ez. 34, 29. c. 36, 15. Jer. 3, 25. 2) *Metonymicè* notat *pudorem*, quô quis ſuffunditur, vel ob ſiniſtros & infelices ſucceſſus, Pſalm. 35, 26. conf. Pſalm. 69, 8. vel ob ignominioſam tractationem, qua quis affectus in pudorem datur, Jer. 51, 51.

כְּלִמּוּת f. *Ignominia.* Legitur ſaltem Jer. 23, 40. כְּלִמּוּת עוֹלָם *Ignominia* ſeculi, i. e. perpetua, æterna, quæ oblivioni non datur.

כֵּלַף *Clavâ* vel *ſecuri percuſſit multis vicibus*, juxta Avenarium; ſed juxta R. Salomonem eſt uſus Arabici, ubi كلف notat *laborare*, *allaborare*, *conari*, item *urgere*, *cogere*. Inde eſt

כֵּילַפּוֹת f. p. *Mallei*; inſtrumenta, quibus ad labores perficiendos utimur. Legitur ſaltem Pſalm. 74, 6.

כָּמַהּ *Deſideravit*, & quidem *vehementer*, ut præ nimiô deſideriô & expectatione caro noſtra quaſi areſcat. Semel occurrit Pſalm. 63, 2. כָּמַהּ לְךָ בְשָׂרִי *Vehementer deſiderat* te caro mea, ita, ut præ nimiô tui deſideriô & expectatione caro mea areſcat.

כמן

Digitized by Google

כְּמוֹ Vide infra in סו.

כָּמַז *Recondidit;* Arabicè notat *rei laxioris collectionem & compreſſionem,* ut rotunda fiat, vel *in rotundiorem formam redegit.* Vide Maj. ad Lex. Cocceji. Inde eſt

כּוּמָז m. *Cingula pendula,* vel *faſcia pectoralis,* quâ mulieres mammas comprimere, vel recondere ſolent, Exod. 35, 22.

כָּמַן *Latuit, Abſcondit,* apud Chaldæos. Inde eſt

מִכְמַנִּים m. pl. *Recondita, theſauri reconditi.* Legitur ſemel in Statu conſtructo בְּמִכְמַנֵּי הַזָּהָב In *recondita* auri, Dan. 11, 43.

כַּמֹּן m. *Cuminum.* Saltem ter legitur Jeſ. 28, 25. 27.

כָּמַס *Recondidit.* Legitur ſaltem Participium Paul כָּמֻס עִמָּדִי *Reconditum eſt* penes me, Devt. 32, 34.

כמר In Niphal נִכְמַר *Incaluit, Arſit, Flagravit, Æſtuavit,* item ex *æſtu* vel *æſtuatione atratus, denigratus fuit;* Per *Metalepſin* autèm *contraxit,* ab effectu, quia *aduſta* contrahuntur. Non niſi quater occurrit; ter *Metaphoricè* de cordis & viſcerum æſtu ex miſericordiæ vel amoris affectu, quô quis erga alterum ducitur. נִכְמְרוּ רַחֲמָיו אֶל־אָחִיו *Incaleſcebant, æſtuabant* viſcera ejus erga fratrem ſuum, Gen. 43, 30. נִכְמְרוּ רַחֲמֶיהָ עַל־בְּנָהּ *Æſtuabant* viſcera ejus erga filium ſuum, 1. Reg. 3, 26. יַחַד נִכְמְרוּ נִחוּמָי Simul *æſtuarunt* pœnitudines meæ, Hoſ. 11, 8. עוֹרֵנוּ כְּתַנּוּר נִכְמָרוּ Pelles noſtræ *denigratæ ſunt* inſtar furni, Thren. 5, 10.

כְּמָרִים m. pl. *Sacrificuli,* ita dicti, quod ſuperſtitioſo quodam ritu ducti, *atrô* ſeu *pullo habitu* incederent, 2. Reg. 23, 5. Zeph. 1, 4. Cum Suffixo כְּמָרָיו *Sacrificuli ejus,* Hoſ. 10, 5. Præterea non legitur.

כִּמְרִירִים m. pl. *Æſtus,* vel *Nigredines.* Tertia radicalis geminata eſt. Semel legitur in Statu Conſtr. Job. 3, 5. יְבַעֲתֻהוּ כִּמְרִירֵי יוֹם Terreant eum *æſtus* vel *nigredines* diei, ex ſpiſſiſſimis nubibus vel eclipſibus ortæ. Aliter ſentit Sebaſt. Schmidius, cui כ eſt ſervile, מְרִירִים autem eſt à *radicè* מרר *Amarus fuit.* Unde reddit: *Sicut amaritudines diei.*

מִכְמָר m. *Rete,* ſic dictum, quod eô *contrahuntur* piſces vel feræ. Semel legitur Jeſ. 51, 20.

מִכְמוֹר *Rete,* ita vocatum, quod eô piſces vel feræ *contrahuntur.* Occurrit ſaltem in Plurali cum Suff. בְּמַכְמוֹרָיו In *retia* ejus, Pſalm. 141, 10.

מִכְמֶרֶת f. *Rete; Jaculum.* Semel occurrit, Jeſ. 19, 8.

מִכְמֶרֶת f. *Rete; Jaculum.* Bis legitur, & quidem cum Suffixo מִכְמַרְתּוֹ *Rete, jaculum ſuum,* Habuc. 1, 15. 16.

כְּמוֹשׁ m. *Camoſch,* nomen *idoli* Moabitarum, Num, 21. 29. 1. Reg. 11, 7.

Digitized by Google

11, 7. 2. Reg. 23, 13. Jer. 48, 7. Sed Jud. 11, 24. vocatur quoque Deus Ammonitarum, quia hoc idolum forte Moabitis cum Ammonitis commune fuit. Hieronymus ad Jeſ. 15. *Camoſchum* eundem cum *Baal Peor* fuiſſe cerſet.

כִּנָּה *Cognominavit*, *Cognomine inſignivit*; *Cognomine* vel *titulo appellavit*, *titulis uſus fuit*, prout honoris vel adulationis gratiâ quandoque fieri conſvevit, vel in bonum, vel in malum, vel in laudem, vel in vituperium; *Per ambages aliquid dixit, quod ſimpliciter dici poterat*, vitandi odii, vel captandæ benevolentiæ cauſâ. Occurrit ſaltem in Futuro. וְאֶל־אָדָם לֹא אֲכַנֶּה Et ab homine non *cognominabo* me, i. e. non addicam me ita favori & benevolentiæ hominis ullius, ut dici poſſim partium ejus, Job. 32, 21. 22. וַאֲכַנֶּה Si *cognominarem* me. וּבְשֵׁם יִשְׂרָאֵל יְכַנֶּה Et nomine *Iſraelis cognominabit ſe*, Jeſ. 44, 5. Cum Suffixo אֲכַנְּךָ *Cognominabo* te, Jeſ. 45, 4.

כַּנָּה f. *Surculus*, vide in כָּנַן.

כְּנָוָה f. *Societas*, *Collegium*. Occurrit ſaltem in Plurali cum Suffixo כְּנָוֺתוֹ *Societatum ejus*, Eſr. 4, 7.

כָּנַן *Firmus*, *ſtabilis fuit*, &c. Inde eſt

כִּנִּים m. pl. *Pediculi*, à כָּנַן ſic dicti, quod ſunt animalcula *firma & ſtabilia*, quæ à corpore non facilè eximuntur. Vid. Bochartus in Hieroz. P. I. lib. I. c. 9. p. 70. Occurrit Exod. 8, 12. 13. Pſalm. 105, 31. Sed Exod. 8, 16. eſt לְכִנָּם *In pediculos*, literâ י in terminatione Plur. per Syncopen excisâ.

כִּנָּם c. *Pediculorum multitudo*, Exod. 8, 13. 14.

כַּנָּה f. *Surculus*. Saltem extat Pſalm. 80, 16.

כָּנַס *Collegit*, *Congregavit*, *Comportavit*, *Congeſſit*: כָּנַסְתִּי לִי גַּם כֶּסֶף וְזָהָב *Collegit* etiam mihi argentum & aurum, Eccleſ. 2, 8. Infin. כְּנוֹס *Colligere*, אֲבָנִים lapides, Eccl. 3, 5. לִכְנוֹס Ad *congerendum*, Eccleſ. 2, 26. Piel כִּנֵּס *Omninò*, *ſollicitè congregavit*, *Collegit*. וְכִנַּסְתִּי אֶתְכֶם Et *omninò congregabo* vos, Ezech. 22, 21. Cum Suff. וְכִנַּסְתִּים Et *omninò congregabo* eos, Ezech. 39, 28. Fut. נִדְחֵי יִשְׂרָאֵל יְכַנֵּס Expulſos Iſraelis *utique colliget*, Pſal. 147, 2. Hithpael הִתְכַּנֵּס *Collegit ſe*. Infinit. וְהַמַּסֵּכָה צָרָה כְּהִתְכַּנֵּס Et tegumentum anguſtius eſt, quàm ut *ſe colligat*, Jeſ. 28, 20.

1) In genere *colligendi* ſignificationem habet, quacunque etiam ratione, & cujúscunque rei *collectio* fiat. Unde 2) in ſpecie dicitur α) de *congregatione* hominum diſperſorum, 1. Chron. 22, 2. Eſth. 4, 16. Pſalm. 147, 2. Ezech. 22, 21. c. 39, 28. β) de *laborioſa congeſtione* lapidum in acervum, Eccl. 3, 5. γ) de *miranda aquarum* toti terrarum ſuperficiei undique ſuperinfuſarum *collectione* in locum unum, Pſal. 33, 7.

Confer.

Confer. Geneſ. 1, 9. δ) de *laborioſâ* & moleſtâ collectione opum, Eccl. 2, 8, 26.

מִכְנָסַיִם m. d. *Femoralia*, ſic dicta, quod in ea *colligantur* pedes. Alii deducunt à כנס *Inſcendere*, *ingredi*, quia non poſſunt *indui*, niſi ea *inſcendamus*. Saltem in ſtatu conſtr. occurrit, מִכְנְסֵי בַד *Femoralia* lini, i. e. linea, Exod. 28, 42. cap. 39, 28. Lev. 6, 3. cap. 16, 4. מִכְנְסֵי פִשְׁתִּים יִהְיוּ עַל־מָתְנֵיהֶם *Femoralia* lini, i. e. linea erunt ſuper lumbis eorum, Ezech. 44, 17.

כָּנַע *Humilis*, *Demiſſus*, *Supplex fuit*. In *Kal* non occurrit; Sed in Niphal eſt נִכְנַע *Humiliavit*, *Demiſit ſe*; *Abjecit ſe*, *Humiliatus*, *Depreſſus*, *Abjectus fuit*. נִכְנַע אַחְאָב *Humiliavit ſe* Achab, 1. Reg. 21, 29. וְלֹא נִכְנַע מִלִּפְנֵי יְהוָה Nec *humiliavit* ſe coram Domino, 2. Chron. 33, 23. נִכְנְעוּ לֹא אַשְׁחִיתֵם *Humiliarunt ſe*, non perdam eos, 2. Chron. 12, 7. In fin. כְּהִכָּנַע Juxta *humiliare ſe*, i. e. ſicut *humiliavemt ſe*, 2. Chron. 33, 23. וּבְהִכָּנְעוֹ Et in *humiliare ſe*, i. e. cum *humiliaret ſe*, 2. Chron. 12, 12. Fut. וַתִּכָּנַע מִפְּנֵי יְהוָה Et *humiliatus es* coram Domino, 2. Chron. 22, 29. וַיִּכָּנְעוּ Et *humiliati*, *depreſſi fuerunt* filii Ammon, Jud. 11, 33. Hiphil הִכְנִיעַ *Humiliavit*, *Depreſſit*, *Proſtravit*, *Abjectum*, *Humilem reddidit*. אֶת־יְהוּדָה הִכְנִיעַ יְהוָה *Humiliavit* Dominus Judam, 2. Chron. 28, 19. וְהִכְנַעְתִּי אֶת־כָּל־אוֹיְבֶיךָ Et *humiliavi*, *depreſſi* omnes inimicos tuos, 1. Chron. 17, 10. Fut. אַכְנִיעַ *Humiliabo*, *deprimam*, Pſal. 81, 15. וְהוּא יַכְנִיעֵם Et ipſe *humiliabit* eos, Devt. 9, 3.

1) Generatim *deprimendi* notionem obtinet. 2) Speciatim α) *proprie* eſt *rei corporea erecta*, quæ terram verſus *deprimitur*. β) *Metaphorice* autem ad *animum* transfertur, qui *deprimitur*, quando *humiliatur*, omnisque faſtus ejus dejicitur; unde utplurimum *humiliare* ſignificat. Inde dicitur 1) de *humiliatione* ſuperbi, Job. 40, 7. item *hoſtium*, qui cladem paſſi ſunt, Jud. 3, 3. c. 4, 23. c. 11, 33. 2. Sam. 8, 1. 1. Chron. 8, 1. Confer. Neh. 9, 24. Devt. 9, 3. Pſalm. 107, 12. Jeſ. 45, 5. 2) de *pœnitentibus*, qui ſe humiliant, quando peccatis agnitis, ſeria cordis contritione ducuntur, & iræ divinæ gravitate perterrefacti, omni ſui fiduciâ, ſecuritate ac ſuperbia abjecta, demiſſô coram Deo ſunt animô, eique ſupplices fiunt humillimè, Dei pœnam, quam peccatoribus comminatus eſt, averſuri, Lev. 26, 41. 2. Chron. 12, 7, 12. c. 23, 26. c. 33, 19, 23.

כְּנַעַן *Canaan*; Nomen proprium *nepotis Noæ* ex Chamo, Gen. 10, 6. *Humiliatum* ſonat. Ab hoc *terra*, quam cum poſteris ſuis occupavit & poſſedit, dicta fuit *Canaan*, Gen. 11, 31. Quia autem incolæ hujus terræ utpote maris accolæ, mercaturæ erant deditiſſimi, hinc etiam dicitur

כְּנַעַן m. *Mercator*, *Inſtitor*. Tyrii enim & Sidonii erant celeberrimi *Mercatores*. אֶל־אֶרֶץ כְּנַעַן *In terram Canaan*, i. e. interprete Buxtorffio, *in terram negotiatoris*, Ezech. 17, 4. Hoſ. 12, 7. Inde eſt

Digitized by Google

כְּנַעֲנִי m. *Cananæus*; item, quia *Cananæi* ob maris viciniam ex mercaturâ erant celebres, notat *Mercatorem*, Prov. 31, 24. eum fere in modum, quô *Chaldæus* ponitur pro *Aſtrologo*; *Arabs* pro *latrone*; *Phrygio* pro *acupictore*. Plur. כְּנַעֲנִים *Negotiatores*, *Mercatores*, Job. 40, 25.

כִּנְעָן m. *Mercator*; *Negotiator*. Occurrit ſaltem in Plurali cum Suffixô כִּנְעָנֶיהָ *Negotiatores ejus*, Jeſ. 23, 8.

כִּנְעָה f. *Merx*, *Mercimonium*, *Negotiatio*. Saltem cum Suffixo legitur. אִסְפִּי מֵאֶרֶץ כִּנְעָתֵךְ Collige ex terrâ *mercem*, *negotiationem tuam*, Jer. 10, 17.

כָּנָף c, ſed f. ſæp. *Ala*, *Ora*; עוֹף כָּנָף Avis *alæ*, i. e. *alata*, Geneſ. 1, 21. In Statu Conſtr. כִּי גִלָּה כְּנַף אָבִיו Quia revelavit *alam* Patris ſui, Deut. 27, 20. כְּנַף הַמְּעִיל *Ora* vel *extremitas* pallii, 1. Sam. 24, 4. מִכְּנַף הָאָרֶץ *Ab ora* vel *extremitate* terræ, Jeſ. 24, 16. Cum Suff. כְּנָפִי *Ala mea*, Ezech. 16, 8. וּפָרַשְׂתָּ כְנָפֶךָ עַל־אֲמָתְךָ Expande ergo *alam* tuam ſuper ancillam tuam, Ruth. 3, 9. Dual. כְּנָפַיִם *Alæ duæ*. פֹּרְשֵׂי כְנָפַיִם Expandentes *utrasque alas*. Exod. 25, 20. In Statu conſtr. כַּנְפֵי הַכְּרֻבִים *Alæ* Cherubinorum, 1. Reg. 6, 27. Cum Suffixo בְּצֵל כְּנָפֶיךָ תַּסְתִּירֵנִי In umbra *alarum* tuarum tege me, Pſal. 17, 8. כַּנְפֵיהֶם *Alæ* eorum, Ez. 1, 8. Fœm. Stat. conſtr. כַּנְפֵי הָאָרֶץ *Alæ* vel *oræ terræ*, Job. 37, 3. c. 38, 13. Jeſ. 11, 12. Ezech. 7, 2. Inde eſt

כָּנַף *Avolavit*, *Alis aufugit*. Occurrit ſaltem in Fut. לֹא יִכָּנֵף עוֹד מוֹרֶיךָ Non *avolabit* amplius Doctor tuus, Jeſ. 30, 20.

1) Generatim notat *alam*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *extremum avis membrum*, quô *volans* è locô in locum transfertur, Gen. 1, 21. c. 7, 14. Pſal. 148, 10. 2) Per *Metaphoram* deſignat *extremitatem cujuscunque rei*. Sed, quia *alæ* ſunt extrema avis membra, latius extendi queunt, & celeris per aërem volatûs organa ſunt, iisque volucris pullos ſuos fovet & protegit; Inde quoque vox *ala* per *Metaphoram* variè adhibetur. Nam α) notat *extremitatem veſtis*, ſeu *oram veſtis*, in partes tanquam *alas* diviſæ, Num. 15, 38. Ruth. 3, 9. 1. Sam. 24, 5. Jer. 2, 34. Hagg. 2, 12. Zach. 8, 23. β) Deſignat *extremitatem terræ*, & *locos*, qui ſunt remotiores, Job. 37, 3. c. 38, 13. Jeſ. 11, 12. c. 24, 16. Ezech. 7, 2. γ) *Latera* & *ordines exercitûs alicujus*, Jeſ. 8, 8. Dan. 9, 27. δ) *Alæ ſolis* & *auroræ* deſignant *radios lucis primos*, qui inſtar *alarum* ſuper univerſam terram ſe expandunt atque extendunt, Pſalm. 139, 9. Mal. 4, 2. ε) *Alæ venti* ſunt ſymbola *celerrimi ejus in cuncta diſcurſûs*, 2. Sam. 22, 11. Pſalm. 18, 11. Pſalm. 104, 3. ζ) Notat *velum navis*, Jeſ. 18, 1. *Vela* enim, quando expanduntur, *alis* ſunt ſimilia, navesque procedunt inſtar avium alis ſuis volitantium η) *Deo* ſi tribuuntur *alæ*; deſignant *peculiare ejus præſidium & protectionem*, quam piis præſtare conſuevit, Pſal. 17, 3. Pſal. 36, 8. Pſal. 57, 2. Pſal. 63, 8. Pſal. 91, 4. &c.

כִּנּוֹר m. *Citharam.* תֹּפֵשׂ כִּנּוֹר Pulſans *citharam*, Gen. 4, 21. אִישׁ יֹדֵעַ מְנַגֵּן בַּכִּנּוֹר *Vir peritus pulſans citharam*, 1. Sam. 16, 16. Cum Suffixo וַיְהִי לְאֵבֶל כִּנֹּרִי *Et converſa eſt in luctum cithara mea*, Job. 30, 31. Plur. כִּנּוֹרוֹת *Citharæ*, 1. Reg. 10, 12. c. 15, 16. Cum Suff. תָּלִינוּ כִּנֹּרוֹתֵינוּ *Suſpendimus citharas noſtras*, Pſalm. 137, 2.

Eſt verò *Cithara* Inſtrumentum Muſicum antiquiſſimum, quod Thubal invenit, Gen. 4, 21. Refertur inter inſtrumenta *pulſatilia*, quæ manu pulſantur & tractantur, ceu liquet ex 1. Sam. 16, 23. 2. Sam. 6, 5. Quam figuram autem habuerit, difficulter determinatur. Vide Bocharti Phaleg. p. 808.

כִּסֵּא m. *Thronus*, *Solium.* עַל־כִּסֵּא מַמְלַכְתּוֹ *Super ſolio regni ſui*, Devt. 17, 18. עַל־כִּסֵּא קָדְשׁוֹ Super *ſolio* ſanctitatis ſuæ, i. e. ſancto ſuo, Pſalm. 47, 9. Cum Suff. כִּסְאֲךָ *Solium* tuum, 1. Sam. 7, 16. כִּסְאוֹ *Solium* ejus, Exod. 11, 5. Plur. כִּסְאוֹת *Solia, Throni.* כִּסְאוֹת לְמִשְׁפָּט *Throni* ad judicium, Pſalm. 122, 5. Cum Suff. כִּסְאוֹתָם *Solia* ipſorum, Ezech. 26, 16.

1) Generatim notat *ſellam quamcunque*, 1. Sam. 1, 9. c. 4, 13. 18. 2) Speciatim autem α) *propriè* notat *Thronum* vel *Solium*, 1. Reg. 10, 18. β) Per *Metonymiam* ſigni, 1) notat *regimen*, 2. Sam. 14, 9. 2) *Regiam auctoritatem & imperialem majeſtatem*, quia regia poteſtas, auctoritas & regnum ſuper regali thronô potiſſimum exerceri ſolet, ex quô Rex præ cunctis aliis conſpicuus, cauſas productas audit, auditas dirimit, ſontibus pœnas denunciat, privilegia confert &c. In hac ſignificatione occurrit Pſalm. 89, 30. 37. Pſalm. 94. 20. Inde *ponere ſuper thronum*, idem eſt ac *Regem facere*, *alicui poteſtatem atque auctoritatem regiam conferre*, 2. Chron. 9, 8. *In Throno* vel *ſoliò ſedere*, idem eſt ac *regiam majeſtatem*, *imperialemque poteſtatem atque auctoritatem exercere*, Prov. 20, 8. Confer. 1. Reg. 1, 13. 17 24. 30. Jer. 22, 2. 30. c. 36, 30. c. 33, 17. *Thronum confirmare*, idem eſt ac *regnum felix*, *ſtabile & ad poſteros transmittendum largiri atque conferre*, 2. Sam 3, 10. c. 7, 13. 1. Reg. 2, 4. c. 9. 5. Prov. 16, 12. &c. 3) Per ἀνθρωποπάθειαν tribuitur a) *Deo* ad deſignandam *ſummam ejus majeſtatem*, *poteſtatem atque auctoritatem.* Maimonides in More Nebochim Part. I. c. 9. ſcribit: *Omnis locus, quem Deus ad manifeſtationem ſplendoris & gloriæ ſuæ deſtinavit, dicitur* כִּסֵּא *Thronus, Solium. Quia enim in throno vel ſolio ſedere ſolent Magnates & potentes, ut Reges & Principes, idcò docet nos vox* כִּסֵּא *de magnificentiâ, potentiâ, & dignitate ejus, cui tribuitur.* In hac autem ſignificatione *Deo* tribuitur, Pſalm. 9, 8. Pſalm. 11, 4. Pſalm. 47, 9. Jeſ. 66, 1. Conf. Jer. 14, 21. ubi *thronus gloriæ* deſignat *templum Hieroſolymitanum*, ita R. Salomo, Seb. Schmidius & alii. β) *Chriſto* aſſignatur Pſal. 45, 7. ad denotandum *divinum regnum & imperium*, ad quod ſecundum humanam naturam in ſtatu exaltationis evectus eſt.

Digitized by Google

כִּסֵּה m. *Thronus, Solium.* ה cum א alternante. Ter legitur, nempe bis 1. Reg. 10, 19. & ſemel Job. 26, 9.

כֵּס m. *Thronus, Solium.* א per Apocopen reſectô. Semel legitur Exod. 17, 16. ad deſignandam *ſummam ſummi Dei majeſtatem atque poteſtatem.*

כֶּסֶא m. *Feria ſtativa, Tempus ſtatutum*; vide inferius in radice כָּסַס *Numeravit, Supputavit.*

כָּסָה *Texit, Obtexit, Operuit, Occultavit, Celavit.* Particip. אָדָם
עָרוּם כֹּסֶה דָּעַת Homo callidus *operiens eſt* ſcientiam, Prov.
12, 23. Particip. Paul כְּסוּי חֲטָאָה *Tectus* quoad peccatum, Pſal. 32, 1.
Niphal נִכְסָה *Tectus, Opertus eſt.* נִכְסָתָה *Opertus eſt*, Jer. 51, 42.
Infin. הִכָּסוֹת *Tegi*, Ezech. 24, 8. Piel כִּסָּה *Texit, Operuit,*
Obtexit. כִּסָּה הֶעָנָן אֶת־הַמִּשְׁכָּן *Operuit* nubes tabernaculum,
Num. 9, 15. Cum Suff. כִּסָּהוּ *Operuit* illud, Num. 16, 42. וְכִסְּתָה
אוֹתָם פַלָּצוּת Et *obteget* eos terror, Ezech. 7, 18. Cum Suffixo
eſt כִּסַּתְנִי *Texit me*, Pſalm. 44, 16. כִּסִּיתָ כָל־חַטָּאתָם *Texiſti*
omne peccatum eorum, Pſalm. 85, 3. Sed cum Suffixo eſt וְכִסִּיתוֹ Et
obteges eum, Jeſ. 58, 7. כִּסִּיתִי *Texi*, Job. 31, 33. Sed Pſalm. 143, 9. eſt
כִּסִּתִי, י per Syncopen conciſô. Et Ez. 32, 7. כִּסֵּיתִי Sed c. 31, 15.
legitur כִּסֵּתִי, literâ י itidem per Syncopen conciſâ. Infin. כַּסּוֹת
Tegere, Exod. 28, 42. Fut. אֲכַסֶּה אֶרֶץ *Operiam* terram, Jer. 46,
8. פָּנֶיךָ תְּכַסֶּה Facies tuas *obteges*, Ezech. 12, 6. Sed ה per Apo-
copen reſectô eſt וַתְּכַס Et *operuiſti*, Pſalm. 44, 20. וַיְכַסּוּ אֵת עֶרְוַת
אֲבִיהֶם Et *operuerunt* nuditatem Patris ſui, Gen. 9, 23. Cum Suffixo
וַיְכַסֻּהוּ Et *texerunt* eum, 1. Reg. 1, 1. Aſt Exod. 15, 5. eſt יְכַסְיֻמוּ *Ope-*
ruerunt eos, ubi tertia radicalis ה in י mutata fuit, & (ֻ) cum ו alterna-
vit. Pual כֻּסָּה *Tectus, Opertus fuit.* כָּסּוּ הָרִים *Operiebantur*
montes, Pſalm. 80, 11. (ָ) Katuph alternante cum (ֻ). Ita & Prov. 24,
31. Fut. יְכֻסֶּה וּבַחֹשֶׁךְ שְׁמוֹ יְכֻסֶּה Et in tenebris *obtegitur* nomen
ejus, Eccl. 6, 4. וַיְכֻסּוּ כָּל־הֶהָרִים הַגְּבֹהִים Et *operti ſunt* omnes
montes alti, Gen. 7, 19. Particip. וְהַזְּקֵנִים מְכֻסִּים בַּשַּׂקִּים Et ſe-
niores *operti erant* ſaccis, 1. Chron. 21, 16. Hithpael הִתְכַּסָּה *Texit,*
Operuit ſe, Tectus, Opertus eſt. Particip. וְהוּא מִתְכַּסֶּה בְשַׂלְמָה
חֲדָשָׁה Et ipſe *opertus erat* veſte nova, 1. Reg. 11, 29. מִתְכַּסִּים בַּשַּׂקִּים
Operti ſaccis, 2. Reg. 19, 2. Jeſ. 37, 2. Fut. וַיִּתְכַּס בַּשָּׂק Et *texit ſe*
ſaccô, 2. Reg. 19, 1. Jeſ. 37, 1. ה per Apocopen ob ו Converſivum re-
ſectum eſt. Et Prov. 26, 26. eſt תִּכַּסֶּה *Teget ſe*, pro תִּתְכַּסֶּה, ת Chara-
cteriſticô extruſô, & in primâ radicali per Dageſch forte exhibitô; niſi
dicere malis eſſe formam mixtam ex Niphal & Hithpael.

1) In genere ſignificat *tegere* vel *operire aliquid*, quacunque id fiat ratione, & in quemcunque etiam finem fiat. 2) Speciatim dicitur α) de *rebus corporeis ac materialibus*, quæ teguntur, quando eædem rebus aliis ſuper-

ſuperimpoſitis è conſpectu aliorum removentur, ne ſentiantur vel conſpiciantur, vel etiam in locis abditis & inacceſſis reconduntur. Ita dicitur de *veſte tegente* nudum, Gen. 9, 23. Ezech. 18, 16. Jeſ. 58, 7. de *mari* operiente & abſorbente Ægyptios, Exod. 14, 28. Pſalm. 78, 53. de *pulvere* ſanguini beſtiæ effuſo injecto, Lev. 17, 13. de *terra effoſſa*, qua tegebantur excrementa, Devt. 23, 14. de *nube* operiente *montem*, Exod. 24, 15. *tabernaculum*, Exod. 40, 34. Num. 9, 15. de *Thamare*, peplô faciem obtegente, Gen. 38, 15. de *locuſtis* agros obtegentibus & depaſcentibus, Exod. 10, 15. de *exercitu numeroſiſſimô* terræ faciem undique operiente, Num. 22, 5. β) De *rebus aliis*, quæ teguntur, quando *celantur*, *diſſimulantur*, *condonantur* &c. Ita legitur de *celatione ſcientiæ*, Prov. 12, 23. de diſſimulatione *odii*, Prov. 10, 18. *ignominiæ*, Prov. 12, 16. *peccati*, quod delinquens vel coram Deô, vel coram hominibus in locô & tempore, ubi decuerat confiteri, diſſimulat & occultat, Job. 31, 33. Pſalm. 32, 5. Prov. 18, 13. de *condonatione* peccatorum, quando offenſus eadem diſſimulat, aut veluti tectorio quodam ſuperimpoſitô occultat, & tegit, ne amplius nauſeam faciant & ad inflictionem pœnæ eum provocent, Neh. 4, 5. Pſalm. 32, 1. Pſalm. 85, 3. Legitur quoque de *pudore*, qui totum hominem, vel potius totam hominis faciem operit vel involvit, Mich. 7, 10. Confer. Pſalm. 44, 16. Pſalm. 64, 16. de *ignominia*, hominem operiente, Jer. 51, 51. Confer. Pſalm. 69, 8. de *terrore* hominem totum operiente & involvente, Ezech. 7, 18.

כְּסוּי m. *Tegmen.* Occurrit Num. 4, 6. 14.

כְּסוּת f. *Tegumentum*, *Operimentum.* כְּסוּת עֵינַיִם *Tegumentum* oculorum, i. e. *Velum faciei velandæ*, Gen. 20, 16. וְאֵין כְּסוּת לָאֶבְיוֹן Et non eſt *tegumentum egeno*, Job. 31, 19. Cum Suff. וְשַׂק אָשִׂים כְּסוּתָם Et ſaccum ponam *tegumentum* eorum, Jeſ. 50, 3. Sed Gen. 49, 11. eſt סוּת *Tegumentum*, primâ radicali per Aphæreſin ablatâ. Cum Suffixo סוּתֹה *Operimentum ſuum.*

מִכְסֶה m. *Tegmen*, *Tectum*, *Operimentum*, *Operculum.* וְעָשִׂיתָ מִכְסֶה לָאֹהֶל *Denique facies tegumentum tentorio*, Exod. 26, 14. In Statu Conſtr. מִכְסֵה הַתֵּבָה *Tectum arcæ*, Gen. 8, 13. מִכְסֵה עֹרֹת *Tegumentum pellium*, Exod. 39, 34. Confer. Exod. 26, 14. c. 36, 17. Num. 4, 8. 11. 12. Cum Suffixo מִכְסֵהוּ *Tegmen ejus*, Exod. 35. 11. Num. 3, 25. c. 4, 25.

מִכְסָה f. *Summa*; *Numeratum.* Vide in R. כָּסַס *Numeravit*, *Supputavit.*

מְכַסֶּה m. *Tegumentum*; Semel legitur וְלִמְכַסֶּה עָתִיק Et ad *tegumentum* vetus, Jeſ. 53, 18.

כָּסַח *Excidit*; *Succidit.* Particip. Paul קוֹצִים כְּסוּחִים Spinæ *ſucciſa*, Jeſ. 33, 12. Fœm. כְּסוּחָה *Succiſa eſt*, Pſalm. 80, 17. Sæpius non legitur.

כְּסוּחָה f. *Succiſum.* Semel occurrit Jeſ. 5, 25. נִבְלָתָם כַּסּוּחָה Cadaver eorum *ſucciſum*, juxta Kimchium & Aben-Eſram, quibus כ eſt radicale; ſed aliis, qui conſtituunt radicem כחה *Expurgavit*, כ eſt ſervile, ut ſenſus ſit: *Factumque ſit cadaver eorum ſicut ſtercus in plateis.* Sed qui ad Arabicam & Æthiopicam confugiunt linguam, facilè deprehendunt, eandem ſignificationem radici כסח competere. Nam apud Arabes ſignificat *domum verrere*, *expurgare*, & nomen inde deſcendens notat *purgamentum*, quod *verrendo* ejicitur, *ſtercus*, *ſordes*, *quisquilias.*

כָּסַל *Stultus eſt*, *Stolidus factus eſt.* Saltem in Futurō occurrit, וְיִכְסְלוּ *Et ſtulteſcunt*, Jer. 10, 8. Inde eſt nomen, niſi malis verbum ex nomine deducere.

כְּסִיל m. *Stultus*, *Stolidus.* בֵּן כְּסִיל Filius *ſtultus*, Prov. 17, 25. אֵין זִכְרוֹן לֶחָכָם עִם־הַכְּסִיל לְעוֹלָם Non eſt memoria ſapienti æquè ac *ſtulto* in æternum, Eccl. 2, 16. Plur. כְּסִילִים *Stulti*, Prov. 1, 32.

1) In genere notat *ſtultum*; ſed in explanatione hujus vocis ingens diſſenſus eſt. Fœrſtero & Mercero in Lexico notat *hominem inconſtantem*, *inſtabilem*, *mobilem*, *mutabilem*, *varium*, *qui ſibi non conſtat*, *ſed ut ſtultus in horas mutatur.* His accedit Leigh. in Criticâ ſacrâ, cui כְּסִיל eſt *Stultus*, *inſipiens*, *varius*, *mobilis*, *levis*, *inconſtans.* Sed Guſſetio ſignificat *eum*, qui *nunc* totus uni rei deditus, nullis rationibus, utut bonis beneque propoſitis perſvaderi poteſt, ut à ſententia ſuâ propoſitoque diſcedat, & novam amplectatur; *nunc* autem facilis eſt ad omnia conſilia ſequenda, quæ aliquid cum ejus propoſitō commune habent, vel habere finguntur. Si uſum vocis, quem in ſcriptura habet, attendas, כְּסִיל denotat *talem homuncionem*, qui nec innatæ rationis ductum ſequitur, nec hominum aliorum ſaluberrima monita admittit, ſed inſtar bruti ſuis ſaltem ſenſibus & carni inſervit, nullamque animæ ac ſalutis æternæ curam habens eligit mala, & ſpernit bona. Unde 2) in ſpecie dicitur de *homine*, qui carnaliter de Deo ejusque operibus ſentit, & ſiniſtrè judicat, Pſalm. 92, 7. qui ſapientiam, unicum cordis ornamentum ac culturam, averſatur, Prov. 1, 22. multiloquus & mendax eſt in verbis, Prov. 10, 18. Eccl. 5, 2. qui ne centum quidem plagis corrigitur, Prov. 17, 10.

כְּסִיל m. *Orion*, Stella. Coccejus cenſet, quod ſit *ſidus* oppoſitum τῷ כִּימָה ut oculus Tauri & cor ſcorpii oppoſita ſint. Buxtorffio, Mercero & Luthero notat *Orionem*, cum quibus alii faciunt. Legitur autem Job. 9, 9. c. 38, 31. Am. 5, 8. Semel occurrit in Plurali cum Suffixo וּכְסִילֵיהֶם Et *oriones eorum*, Jeſ. 13, 10.

כֶּסֶל m. *Stultitia*; *Spes*, *Fiducia.* זֶה דַרְכָּם כֶּסֶל לָמוֹ

Hæc

Digitized by Google

Hæc via eorum *ſpes* illis eſt, Pſalm. 49, 14. Cum Suffixo כִּסְלִי *Spes mea*, Job. 31, 24.

1) Notat *Stultitiam*, qua homo rectæ rationis uſu, Deique agnitione vera deſtitutus, carni brutisque voluptatibus ſervit, bona aliorum monita ſpernit, inconſideratis & inconſtantibus affectibus indulget. Ita legitur Eccl. 7, 25. Huc quoque referunt Pſalm. 49, 14. Sed acceptio, quæ ſequitur, magis conſentanea videtur. 2) Per *Antiphraſin* notat *ſpem & fiduciam*, eamque firmam & immotam, quâ aliquid pro robore habetur, ſive illa ſpes & fiducia ſit *temeraria*, ſive *minus*. De hac legitur Pſalm. 78, 7. Prov. 3, 26. de iſtâ verò occurrit Job. 8, 14. c. 31, 24. Pſalm. 49, 14.

כֶּסֶל m. *Lumbus*, & catachreſticè *Ilia*, quæ ſunt vicinæ ejus partes. Vid. Bochartus P. I. Hieroz. lib. 2. c. 45. pag. 508. In Singulari nonniſi ſemel occurrit Job. 15, 27. וַיַּעַשׂ פִּימָה עֲלֵי־כָסֶל׃ Et fecit rugam ſuper *lumbo*. Schmidius h. l. accipit pro toto ventre per Synecdochen, quia pinguedo ventris maximè ſuper inteſtinis eſt. In Plurali כְּסָלִים *Ilia*, Lev. 3, 4. 10. 15. c. 4, 9. c. 7, 4. Cum Suff. כְּסָלַי *Ilia mea*, Pſalm. 38, 3. Sæpius non legitur.

כִּסְלָה f. *Stultitia, Fatuitas*; item *Spes*. Bis legitur. וְאַל יָשׁוּבוּ לְכִסְלָה Ut ne revertantur ad *ſtultitiam*, Pſalm. 85, 9. Cum Suffixo כִּסְלָתֶךָ *Spes* tua, Job. 4, 10.

כְּסִילוּת f. *Stultitia, Fatuitas*. Semel legitur Prov. 9, 13.

כִּסְלֵו m. *Kislev*, menſis noni nomen, initium capiens à Novilunio Novembris noſtri, Zach. 7, 1.

כָּסַם *Totondit; Tondendo adæquavit*. Occurrit ſaltem in Infin. & Fut. Ezech. 44, 20. כָּסוֹם יִכְסְמוּ אֶת־רָאשֵׁיהֶם *Tondendo tondebunt* capita ſua.

כֻּסֶּמֶת f. *Zea*, frumenti genus, quod aliàs *Spelta* vocatur. Putant verò ſic dici à *detonſione*, vel quod compoſito ordine & velut *comata* creſcat. Occurrit autem Exod. 9, 32. Jeſ. 28, 25. In Plurali eſt כֻּסְּמִים *Spelta*, Ezech. 4, 9. à Sing. כֻּסֶּם

כָּסַס *Numeravit, Supputavit, in numerum redegit*. Occurrit ſaltem in Futuro תָּכֹסּוּ *Numerabitis*, & *æſtimabitis*, quot hominibus unus agnus ſatis ſit.

כֶּסֶא m. *Stata feria*; *Tempus ſtatum*, quod in *numeratum anni diem* ſemper recurrit. R. Nathan in Concordant. exponit per זְמַן נוֹעָד *Tempus ſtatum*. Aben Eſra deducit כָּסָה *Texit, Operuit*, & exponit de *initio menſis*, שֶׁמִּתְכַּסָּה בוֹ הַלְּבָנָה לְיוֹם הַכֶּסֶא quô luna ſole tegitur. Bis occurrit, nempe Prov. 7, 20. לְיוֹם הַכֶּסֶא יָבוֹא בֵיתוֹ In diem *ſtati temporis* venient domum ſuam. Et Pſal. 81, 4. בַּכֶּסֶה *In ſtatâ feriâ*, ibi per alternationem ה eſt pro א.

מֶכֶס m. *Numerus, Portio numerata, Summa.* וַהֲרֵמֹתָ מֶכֶס לַיהוָה Tolles deinde *portionem* Jehovæ, Num. 31, 28. Confer Num. 31, 37, 41. Cum Suffixo מִכְסָם *Portio* eorum, *numerus* eorum, Num. 31, 38. 39. 40. Sæpius non legitur.

מִכְסָה f. *Numerus, Summa.* In Statu Conſtructo מִכְסַת הָעֶרְכְּךָ Summa *æſtimationis* tuæ, Lev. 27, 23. בְּמִכְסַת נְפָשׁוֹת Juxta *numerum* animarum, vel pro numero implendo animarum, Exod. 12, 4. Sæpius non legitur.

כָּסַף *Appetivit, Expetivit, Deſideravit.* Fut. לְמַעֲשֵׂה יָדֶיךָ תִכְסֹף Opus manuum tuarum *expetes, deſiderabis*, Job. 14, 15. כְּאַרְיֵה יִכְסוֹף לִטְרֹף Sicut leo *deſiderat* diſcerpere, Pſalm. 17, 12. Niphal נִכְסַף *Deſiderio affici* vel *teneri* ſignificat. נִכְסְפָה *Deſideriô afficitur*, Pſal. 84, 3. נִכְסֹף נִכְסַפְתָּה לְבֵית אָבִיךָ *Deſiderando deſideraſti*, i. e. vehementiſſimè deſideraſti domum Patris tui, Geneſ. 31, 30. Infin. נִכְסֹף *Deſiderando*, Geneſ. 31, 30. pro הִכָּסֵף Charactere Præteriti retento, & (..) in (ֹ) mutato, perinde ut נִשְׁאֹל *Petendo*, 1. Sam. 20, 28. נִלְחֹם *Pugnando*, Jud. 11, 25. Particip. נִכְסָף *Deſiderio affecta*, Zeph. 2, 1. Præterea non legitur; ex collatione autem locorum patet, vocem hanc deſignare *deſiderium maximum & ardentiſſimum*, quô quis ita in aliquid fertur, ut indeſinenter de eo cogitet, ut nullibi animum tranquillum reddere valeat, niſi voti compos reddatur.

כֶּסֶף m. *Argentum*, ab *appetendo* ſic dictum, quod homo illud *expetit & deſiderat.* כְּלֵי כֶסֶף *Vaſa argenti*, i. e. *argentea*, 2. Chron. 9, 24. Cum Suffixo כַּסְפֵּנוּ *Argentum noſtrum*, Geneſ. 31, 15. כַּסְפְּכֶם בָּא אֵלָי *Argentum veſtrum*, i. e. pecunia veſtra venit ad me, Geneſ. 43, 23. Plur. cum Suffixo כַּסְפֵּיהֶם *Pecuniæ eorum*, Gen. 42, 25. 35.

1) Generatim & vi originis notat *expetibile & deſiderabile.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *argentum*, nobiliorem metallorum ſpeciem, Devt. 7, 25. Prov. 2, 4. &c. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam*, poſitâ *cauſa* pro *cauſato*, notat α) *rem* argento comparatam, Exod. 21, 21. β) rem ex *argentô confectam*, 1. Chron. 29, 2. Pſalm. 115, 4. Speciatim *numiſma* ſeu *pecuniam* ex argento factam, Geneſ. 23, 9. 13. c. 43, 15. 21. cap. 44, 1. 2. cap. 47, 16. &c. Si jungitur nominibus numeralibus, denotat *denarium* ſeu *ſiclum argenteum*, Geneſ. 20, 16. Devt. 22, 19. 29. Hoſ. 3, 2. 2) *Metaphoricè* notat *rem præſtantem* ac *eximiam*, Prov. 10, 20. ubi *præſtantia linguæ juſti* cum argento comparatur, Pſal. 12, 7. ubi *puritas verbi divini* deſignatur per argentum conflatum in clibano. Hinc Meſſias, Mal. 3, 3. *argentum purgare* dicitur, quando repurgationem doctrinæ cœleſtis inſtituit. Argenti in ſcoriam verſio, Jeſ. 1, 22. innuit *doctrinæ corruptionem & vitæ pravitatem.*

כָּסַת Radix inuſitata, Inde eſt כְּסָתוֹת f. pl. *Pulvilli*, Ezech. 13, 18. Cum Suff. כִּסְּתוֹתֵיכֶנָה *Pulvilli veſtri*, Ezech. 13, 20.

כָּעַס *Ægrè tulit, Indignatus fuit, Succenſuit.* וְכָעַס הַרְבֵּה *Et indignatur multum, valde,* Eccl. 5, 16. Infin. לִכְעוֹס *Indignando*, Eccl. 7, 9. Fut. וְלֹא אֶכְעַס עוֹד Et non *ſuccenſebo* amplius, Ezech. 16, 42. וַיִּכְעַס אָסָא אֶל־הָרֹאֶה Sed *indignatus* eſt Aſſa videnti, Chron. 16, 10. Piel כִּעֵס *Irritavit, ad iram provocavit.* וְכִעֲסַתָּה Et *irritabat* eam, 1.Sam. 1, 6. כִּעֲסוּנִי Ad *iram provocarunt* me, Devt. 32, 11. Præterea in Piel non legitur. Hiphil הִכְעִיס *Irritavit, ad iram provocavit.* הִכְעִיס אֶת־יְהוָה Ad *iram provocavit* Dominum, 1. Reg. 15, 30. Cum Suffi. הִכְעִיסוֹ *Irritavit* eum, 2.Reg. 23, 26. הִכְעִיסֻנִי *Irritaverunt* me, Jer. 8,. לְהַכְעִיס Ad *irritandum* Dominum, 1.Reg. 16, 13.

1) In genere notat *commoveri*, ſive ad *iram & indignationem*, ſive ad *mœrorem & triſtitiam*, ſive id *verbo*, ſive *facto* fiat, ac proinde non male videtur reddi poſſe, *ægre aliquid ferre.* 2) In ſpecie *α*) denotat *commotionem ad iram & indignationem*, ſive ira & indignatio, ad quam quis commovetur, ſit *juſta*, ſive *injuſta.* In hac ſignificatione in Kal notat *ſuccenſere, indignari*, legiturque 1) de *irâ hominis injuſtâ*, e.g. Saneballati ædificationem templi Hieroſolymitani ægre ferentis, Neh. 3, 33. Impii ob juſtum & pium dentibus frendentis, Pſal. 112, 10. Regis Aſſæ, Prophetæ eum corripienti graviter ſuccenſentis, 2. Chron. 16, 10. Confer. Eccl. 7, 9. ubi denotat *ſubitam, vehementem, inconſideratam ac injuſtam animi imſcentis commotionem;* Eccleſ. 7, 9. 2) de *irâ juſtiſſimâ Dei*, qui peccatis ſuccenſet graviſſimè, Ezech. 16, 42. In *Piel* autem & *Hiphil* notat *irritare, ad iram provocare*; Ita dicitur in ordine ad *Deum*, qui *per peccata* ad iram & indignationem graviſſimam, ab hominibus peccatoribus provocatur. In Piel quidem Devt. 32, 21. In Hiphil autem Devt. 9, 19. c. 31, 29. 1.Reg. 14, 15. c. 15, 30. c. 16, 13, 26. 33. 2. Reg. 21, 15. c. 17, 11. 2. Chron. 23, 26. c. 34, 25. Jer. 7, 18. c. 8, 19. c. 32, 29. 30. 32. c. 44, 3. 8. Ezech. 8, 17. &c. *β*) Denotat *commotionem animi ad triſtitiam & mœrorem ingentem*, notans in *Piel* & *Hiphil Contriſtare*, 1. Sam. 1, 6. 7.

כַּעַס m. *Indignatio, Mœror;* & per alternationem literarum ס & ש eſt כַּעַשׂ ut Job. 5, 2. c. 17, 7. כַּעַס אֱוִיל *Ira* ſtulti, Prov. 27, 23. Cum Suffixo כַּעְסִי *Indignatio* mea, *Triſtitia* mea, 1. Sam. 1, 16. וְתֶרֶב כַּעַשְׂךָ Et multiplicabis *indignationem* tuam, Job. 10, 17. Plur. כְּעָסִים *Irritamenta*, 2. Reg. 23, 26.

1) In genere notat *quamvis animi commotionem vehementem ac moleſtam*, ſive ſit ad *indignationem, & iram*, ſive ad *mœrorem & triſtitiam.* Unde 2) In ſpecie a) deſignat *iram & indignationem*, eamque *vehementiorem* 1) *hominis*, e. g. mulieris, quæ facile indignatur, aliiſque bilem movet frequentiſſimè, Prov. 21, 19. Patris filio ſuccenſentis, Prov. 17, 25. Sapientis varia vitia, defectus ac infinitas ferme vanitates ægrè ferentis, Eccl. 1, 18. &c. 2) *Dei* ob peccata, 1. Reg. 21, 22. Confer

Devt. 32, 19. ubi dicitur de *Deo* immorigeris ſuis filiis ſuccenſente. *β*) Notat *mærorem & triſtitiam ingentem*, 1. Sam. 1, 16. Pſal. 31, 10. Eccl. 7, 3. ubi opponitur riſui, Confer. Eccl. 11, 10. *γ*) *Utramque commotionem* tàm ad *iram*, quàm ad *triſtitiam* denotat Pſal. 10, 14.

כָּפָה *Superesſit, Extinxit.* Occurrit ſaltem in Futuro, Prov. 21, 14. יִכְפֶּה אָף *Supprimet* vel *extinguet* iram.

כָּפַל *Duplicavit; Iteravit.* וְכָפַלְתָּ אֶת־הַיְרִיעָה Et *duplicabis* cortinam, Exod. 28, 16. c. 30, 9. Niphal נִכְפַּל *Duplicatus, Iteratus eſt.* Fut. וְתִכָּפֵל חֶרֶב Et *iteretur* gladius, Ezech. 21, 19. Sæpius non occurrit.

כֶּפֶל m. *Duplum.* Semel legitur, Job. 41, 4. בְּכֶפֶל רִסְנוֹ יָבוֹא In *duplicaturam* freni ejus quis venit? h. e. Quis audet in *duplicatum* ejus, cui frenum immittitur, frenum immittere? Duplicatum ſ. duplicatura eſt *coitus mandibularum.* Vid. Seb. Schmid. in h. l. In Duali כִּפְלַיִם *Duplicia*, Job. 11, 6. Jeſ. 40, 2. Sæpius non occurrit.

מַכְפֵּלָה f. *Duplicitas.* Sed videtur eſſe nomen proprium cujusdam tractûs vel loci, arboribus conſiti, *Machpela*, in quo fuit ſepulchrum, Geneſ. 23, 9. 19. c. 25, 9. c. 49, 30. c. 50, 13. Vid. Hackſpan. Lib. 1. Miſcell. c. 10. item Dn. D. Buddei Hiſtor. Eccl. Tom. 1. Sect. 3. p. 301.

כָּפַן *A Collegit, Congregavit*, & inde *applicuit; Eſurivit* apud Chaldæos & Syros. Semel legitur, Ezech. 17, 7. הַגֶּפֶן הַזֹּאת כָּפְנָה שָׁרָשֶׁיהָ עָלָיו Vitis hæc *collegit*, applicuit radices ſuas ad eam.

כָּפָן m. *Fames; Annona anguſtia*, quà omnia ſunt collecta, contracta, rara, cara. Bis occurrit, Job. 5, 22. c. 30. 3.

כָּפִיס m. *Trabs, Tignum*, Hab. 2, 11. Sed Bocharto, qui varias hujus vocis explicationes in Hieroz. P. II. lib. 4. c. 24. collegit, videtur eſſe *later.* Unde verba Prophetæ ita reddit: *Lapis ex pariete clamat, & later ex ligno reſpondet ei.*

כָּפַף *Curvavit, Incurvavit.* כָּפַף נַפְשִׁי *Curvavit* animam meam, Pſalm. 57, 7. Infin. כֹּף *Incurvare*, Jeſ. 58, 5. Particip. Paul כְּפוּפִים *Incurvati*, Pſalm. 145, 14. Pſalm. 146, 8. Niphal Fut. אִכַּף *Incurvabo me*, Mich. 6, 6.

1) Generatim notat *curvare, incurvare.* 2) Speciatim *α*) *propriè* dicit *incurvationem* ejus, *quod antea erat rectum* vel *erectum.* *β*) *Metaphoricè* infert *a*) *afflictionem* ab hoſte illatam, Pſalm. 57, 7. Confer. Pſal. 145, 14. Pſal. 146, 8. ubi incurvati dicuntur, qui in miſerum detruſi ſunt ſtatum, & afflictionibus facti ſunt abjectiſſimæ ſortis, ſive quà corpus, ſive quà animam, ſive quà fortunam. *β*) *Triſtitiam & mœrorem*, quia mœſti obſtipo & inclinato capite incedere ſolent. Proinde dicitur de *pœnitentibus*, qui de peccatis ſeriò dolentes Deo ſupplices fiunt, & externô etiam geſtu dolorem animo conceptum oſtendunt,

Mich.

Mich. 6, 6. Vide Jeſ. 58, 5. ubi dicitur de *hypocritis* pœnitentiam mentientibus.

כַּף m. *Cavum, Curvatura; Vola manûs, Manus, Planta pedis, Acerra, Acetabulum, Manubrium.* וַתֵּקַע כַּף־יֶרֶךְ Et luxabatur *acetabulum* femoris Jacobi, Gen. 32, 26. וְהַךְ כַּף אֶל־כַּף Et complode *manum* ad *manum*, Eze. 21, 10. וְכַף יָשִׂימוּ לְפִיהֶם Et manum ponerent ſuper os ſuum, Job. 29, 9. וְאַחְרִב בְּכַף פְּעָמַי Et exiccabo *vola* greſſuum meorum omnes fluvios Ægypti, 2. Reg. 19, 24. Cum Suff. וַהֲסִרֹתִי אֶת־כַּפִּי Ubi removero *manum* meam, Ex. 33, 23. Dual כַּפַּיִם *Manus*, Job. 36, 32. Cum Suff. כַּפַּי *Manus* meæ, Gen. 20, 5. וְנָתַן עַל־כַּפֶּיהָ Dabitque ſuper *manus* ejus, Num. 5, 18. וּפֹעַל חָמָס בְּכַפֵּיהֶם Et factum violentiæ eſt in *manibus* eorum, Jeſ. 59, 6. Plur. Fœm. כַּפּוֹת *Plantæ, Volæ, Acerræ, Spathæ.* תַּחַת כַּפּוֹת רַגְלֵיכֶם Sub *volis* pedum veſtrorum, Mal. 3, 21. Cum Suffixo כַּפֹּתָיו *Acerræ* ejus, Exod. 25, 29. כַּפֹּת תְּמָרִים *Spathæ* palmarum, Lev. 23, 40.

1) In genere notat *curvitatem* vel *concavitatem cujuslibet rei*, & dicitur de *variis rebus*, in quibus aliquid plani vel curvi eſt, quod manus uſum vel operam præſtat aut præſtare valet. 2) In ſpecie *α*) notat *manum*, reſpectu laboris, capturæ, plauſus, fidei datæ, & receptionis rei in ea, velut in quodam vaſe. Legitur verò de *manu* in genere, 2. Reg. 4, 34. In ſpecie autem reſpectu *laboris*, qui per eam fit, Gen. 31, 42. Job. 10, 3. Pſalm. 128, 2. reſpectu *capturæ*, quæ manu peragitur, Ezech. 21, 16. 29. c. 29, 7. reſpectu *plauſus*, qui manibus perficitur, & nunc eſt ſignum *lætitiæ* animo conceptæ, 2. Reg. 11, 12. Job. 27, 23. Pſalm. 47, 2. Pſalm. 98, 8. Ezech. 25, 6. Nah. 3, 19. nunc ſignum *doloris vel dolentium*, Num. 24, 10. Ezech. 21. 14. reſpectu *fidei datæ*, ubi *manum dare* vel *infigere*, idem eſt ac *promittere, ſpondere*, quia, qui promittunt & ſpondent, datâ dexterâ promiſſionem ſolent confirmare, vel manum alterius manui imprimere vel infigere, Prov. 6, 1. c. 17, 18. c. 22, 26. reſpectu *receptionis alicujus rei*, Eccl. 4, 6. Gen. 4, 11. 1. Reg. 17, 12. Sed *Metaphoricè* 1) notat *vim & poteſtatem*. Sic è manu hoſtium liberari dicuntur, qui ab eorum vi & poteſtate liberantur, 2. Sam. 14, 25. 2. Reg. 20, 6. 2. Chron. 32, 1. Pſalm. 18, 1. Jeſ. 38, 6. Jer. 12, 7. Mich. 4, 10. 2) Quia *manu* opera externa peraguntur, hinc quandoque deſignat *ipſius vitæ curriculum* aut *actiones*, Gen. 20, 5. Job 22, 30. c. 31, 7. Pſalm. 7, 4. Pſalm. 26, 6. 3) Eſt ſymbolum *curæ & protectionis*. Ita Pſalm. 91, 12. *Angeli* dicuntur *portare pios ſuper manibus* ad deſignandam *ſingularem curam & protectionem Angelorum*, quâ fruuntur pii. Et Jeſ. 62, 3. *Eccleſia* dicitur corona decoris in *manu Dei*, ad innuendam *ſingularem curam, protectionem, ac favorem Dei*. Tandem hic obſervanda eſt locutio, qua quis *animam ſuam* dicitur *ponere in manu ſua*. Significat enim *præſentiſſimum vitæ periculum ſubire*, Jud. 12, 3. 1. Sam. 19, 5. c. 28, 21. *β*) Notat *volam* vel *plantam pedis*, Deut. 2, 5. c. 11, 24. c. 28, 56. Jeſ. 1, 3. *γ*) Notat *locum femoris*, habentis for-

mam

mam manûs recurvatæ, diciturque *acetabulum*, quod eſt receptaculum coſtæ, Gen. 32, 25. 33. δ) Denotat *vas, cava manûs ſpeciem referens*, nempe *acerrum*, Exod. 25, 29. Num. 7, 84. 86. 2. Reg. 25, 14. *paropſidem*, Jer. 52, 18. 19. ε) Deſignat *curvitatem funda*, cui lapis excutiendus imponitur, quia juxta R. Davidem eſt inſtar *palmæ manus*, 1. Sam. 25, 29. ζ) Cenſetur ſignificare *nubem*, Job. 36, 32. quia, quando gignitur, *palma* manus hominis non abſimilis videtur eſſe, 1. Reg. 18, 44. Sed Seb. Schmidius in l. c. cenſet notare *manum*, ſed *tropicè* acceptam pro *re*, quæ vix palmam ſua magnitudine æquat, & ſpeciem habet in ſubductione, quaſi palmæ ſubducantur. η) Denotat *ſpathas*, *ſeu ramulos palmarum*, Lev. 23. 40.

אַכְפִּי *Manus mea*, Job. 33, 17. Vide in rad. אָכַף *Curvavit, Incurvavit*. p. 64.

כִּפָּה f. *Ramus*, à *curvitate* nomen trahens. Bis legitur Jeſ. 9, 13. c. 19, 15.

כָּפַר *Picavit*, *Pice obduxit*, *Oblinivit*. וְכָפַרְתָּ אֹתָהּ מִבַּיִת וּמִחוּץ בַּכֹּפֶר Et pice *obduces* eam verſus domum & verſus forum, i. e. intus & extus, Gen. 6, 14. In hoc ſignificatu amplius non legitur. In Piel eſt כִּפֶּר *Placavit*, *Expiavit*, *Expiationem fecit*, *Reconciliavit*. וְכִפֶּר אַהֲרֹן עַל־קַרְנֹתָיו Et *expiationem faciet* Aaron ſuper cornibus ejus, Exod. 30, 10. וְכִפֶּר בַּעֲדוֹ וּבְעַד הָעָם: Et *expiationem faciet* pro ſe & pro populo, Lev. 16, 24. וְכִפַּרְתֶּם אֶת־הַבָּיִת Et *expiabitis* domum, Ezech. 45, 20. לְכַפֵּר עַל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Ad *expiandos* filios Iſrael, Num. 8, 19. Imper. כַּפֵּר לְעַמְּךָ יִשְׂרָאֵל *Expia* populum tuum Iſraelem, vel, *condona* populo tuo Iſrael, Devt. 21, 8. Fut. בַּמָּה אֲכַפֵּר Per quid *expiationem faciam*, 2. Sam. 21, 4. Pual כֻּפַּר *Expiatus*, *Reconciliatus eſt*, *expiatio facta eſt*, *Abolitus eſt*. אֲשֶׁר כֻּפַּר בָּהֶם Quibus *expiatio facta* eſt, Exod. 29, 33. וְכֻפַּר בְּרִיתְכֶם Et *abolebitur* fœdus veſtrum, Jeſ. 28, 18. Fut. יְכֻפַּר הֶעָוֹן הַזֶּה *Expiabitur* iniquitas hæc, Jeſ. 22, 14. Hithpael הִתְכַּפֵּר *Expiatus eſt*. Fut. אִם יִתְכַּפֵּר עֲוֹן בֵּית עֵלִי Si expiabitur iniquitas domus Eli, 1. Sam. 3, 14. Sed Devt. 21, 8. וְנִכַּפֵּר Et *expiabitur*, eſt forma mixta ex Niphal & Hithpael.

1) Generatim *tegendi* vel *obducendi* ſignificationem obtinet, quacunque ratione, & in quemcunque finem id fiat. 2) Speciatim notat 1) *Pice obducere*, *picare*; in qua ſignificatione legitur ſaltem de arcâ Noæ, quæ juſſu divino pice obducenda erat, ut contra aquarum eam perditurarum ingreſſum ſervaretur immunis, Gen. 6, 14. 2) Quia quicquid *tegitur* vel etiam *obducitur*, è conſpectu amovetur, imò aboletur, hinc transfertur ad *abolitionem* α) *peccatorum*, quæ expiantur, quando ſanguine victimarum typicô, vel ſanguine Chriſti propitiatoriô veluti tegebantur, ne ab iratô Deô conſpicerentur, eumque ad vindictam ſollicitarent. Sed in

in hoc ſignificatu dicitur tàm de *Deo*, quàm de *hominibus*. De *Deo* dicitur, quando ea remittit atque condonat, tollendo & abolendo ea, tùm quoad reatum culpæ, tum quoad reatum pœnæ, quod eſt *fieri propitium, placatum, peccata condonare, non imputare, aut punire*, Devt. 21, 8. c. 32. v. ult. 2. Chr. 30, 18. 19. Pſ. 65, 4. Pſ. 78, 38. Pſ. 79, 9. Jer. 18, 23. De *homine* dictum, notat *actionem* vel *miniſterium*, quô, ablato peccatô & irâ Dei amotâ, Dei favor, reconciliatio & expiatio quæritur. Ita *Sacerdotes* Veteris T. dicuntur *expiare peccata*, qui oblatione holocauſti, vel alterius cujusdam rei peccatorem cum Deo reconciliabant, Lev. 4, 20. c. 5, 10. c. 14, 19. 20. c. 16, 17. 18. 27. c. 17, 11. Confer. Exod. 30, 10. ubi dicitur, quod Sacerdos ſummus ſemel in annô peccatorum *expiationem facere* debuerit, ſanguinem victimæ typicum inferendo in Sanctuarium, ut Deus iratus peccatoribus placatus redderetur, remittens iis peccata. Sed *aliter* dicitur de *Chriſto*, Dan. 9, 24. Hic enim expiavit peccata, ſemet ipſum pro nobis victimam Deo irato offerendo, & ſanguine ſuo expiatorio ea tegendo, ne ab eô amplius conſpicerentur, cumque ad iram & vindictam ſollicitarent, ſed ipſe peccatoribus propitius eſſet. β) Adhibetur de *abolitione offenſæ humanæ*, Gen. 32, 20. 2. Sam. 21, 3. Prov. 16, 14. γ) Uſurpatur de *abolitione fœderis* ſecurorum cum morte, Jeſ. 28, 18. δ) Legitur de *abolitione* ſeu *averſione calamitatis* à Deo immittendæ, Jeſ. 47, 11.

כֹּפֶר m. *Pix*, Gen. 6, 14. *Expiatio*, *Redemtionis pretium*, quod λύτρον dicunt, item *Vicus*, *Villa*; *Cyprus*, arbor odorata. Cum Suffixo כָּפְרְךָ *Redemtio* tua, Jeſ. 43, 3. In Plur. כְּפָרִים *Villæ*, *Pagi*, 1. Chron. 27, 25.

1) Generatim *tectionis* vel *rei tegentis* notionem involvit. 2) Speciatim α) notat *picem*, quâ arca Noæ juſſu divino oblinebatur, ne aquæ eam penetrarent. Ita ſemel occurrit, Gen. 6, 14. β) *Villam*, vel *pagum*, fortaſſe, quia tecta habet, & ex materiâ glutinosâ conſtruitur, ceu arbitratur Fœrſterus in Lexicô; vel quod tegit homines, qui ibi tentoria fixerunt vel caſas conſtruxerunt, ceu putat Majus, 1. Sam. 6, 18. γ) *Expiationem* vel *piaculum*, ubi quis alterius loco datur, ut hic impunè elabatur. Ita dicitur Prov. 21, 18. impius dicitur *expiatio* pro juſto, ad deſignandam *mirum juſti è periculis liberationem*, ita, ut ejus locô impius pericula ſubeat, ipsô juſtô impunè elabente. Confer. Jeſ. 43. 3. δ) Notat *pretium redemtionis*, quod pro *expiando aliquo delicto*, vel pro *perſona aliqua redimenda* ſolvitur. Ita legitur de *pretiô redemtionis* à Domino bovis petulci pro redimendâ vitâ ſolvendo, Exod. 21, 30. de *pretio redemtionis*, quod nemo hominum pro fratre redimendo & expiando dare poteſt coram rigidô Dei Judiciô, Pſalm. 49, 8. de λύτρῳ *ſatisfactorio plenô, perfectô, verô*, quod Meſſias ſolvit, Job. 33, 24. Vid. Seb. Schmid. Confer. Num. 35, 30. 32. ubi dicitur de *pretiô*, quod pro homicidæ vitâ non admittitur, Num. 30, 12. de pecuniâ Iſraelitarum, quæ pendebatur,

ne

ne numerati interficerentur. ε) Deſignat *munus*, quod datur ad placandum judicem, vel alium quendam. Hinc dicitur non ſolum de *munere judici* oblato, quod acceptat, Am. 5, 12. aut etiam reſpuit, 1. Sam. 12, 3. Sed etiam de *munere*, *marito* ab adultero oblato, quod ille averſatur, Prov. 6, 35. ζ) Eſt nomen *arboris odoratæ* botrum ferentis, quam *Cyprum* vocant, Cant. 1, 14. c. 4, 13. Ita Vatablus refert, quibusdam כֹּפֶר eſſe *arborem aromaticam*, quæ creſcit in Engaddi, quæ fecit grana ſimul juncta, ſicut in uvis vineæ.

כָּפָר m. *Pagus*, *Vicus*. In Statu Conſtr. כְּפַר Joſ. 18, 24. Sed Seb. Schmidio & aliis eſt nomen proprium *loci*. Plural. כְּפָרִים *Pagi*, 1. Chron. 27, 25. Cant. 7, 11.

כֹּפֶר m. *Pagus*. Occurrit ſaltem in Plurali כְּפִירִים *Pagi*, Neh. 6, 2.

כְּפִיר m. *Leo juvenis*, prout liquet ex Ezech. 19, 2. 3. Fœrſterus putat, eum ſic dici à כפר *tegere*, *abſcondere*, quia inter cavernas & ſpeluncas *occultatur*, nec multum inde progreditur; ſed celeb. Majus cenſet, quod, quia כְּפִיר prædæ inhiet, ideòque ex ſpelunca egrediatur, eum ſic dici, non quòd in ſpeluncis, ſed *in inſidiis lateat*, *ac prædam expectet*, in quam oblatam inſiliat. Plural. כְּפִרִים *Leones juvenes*, Job. 10, 10. Cum Suffixo כְּפִירַיִךְ Tui *leones juvenes*, Nah. 2, 14.

1) Generatim notat *juvenem leonem*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *leonem juvenem beſtiam ſylveſtrem*, quæ major eſt, quàm גּוּר Catulus leonis. Propriè autem adhibetur, Jud. 14, 5. 2) *Metaphoricè* deſignat *ſævos & truculentos hoſtes*, qui *leonino* ingenio, rapacitate, immiſericordia ac robore inſtructi ſunt, Job. 4, 10. Pſalm. 17, 12. Pſalm. 34, 15. Pſalm. 35, 17. Pſalm. 58, 7. Ezech. 19, 2. Nah. 2, 12. Hinc etiam *rugitus leonis* dicitur de *violentia & tumultu hoſtili*, Jeſ. 5, 29. Zach. 11, 3.

כְּפוֹר m. *Pruina*, ſic dicta, quod tegat terram, Exod. 16, 14. Job. 38, 29. Pſ. 147, 16. item *Pelvis*, *Crater*. Plur. in Statu conſtr. כְּפוֹרֵי זָהָב *Crateres* auri, i. e. aurei, Eſr. 1, 10. c. 8, 27. כְּפוֹרֵי כֶסֶף *Crateres* argenti, i. e. argentei, Eſr. 1, 10. לִכְפוֹרֵי הַזָּהָב In *pelves* auri, i. e. aureas, 1. Chron. 28, 17. לִכְפוֹרֵי הַכֶּסֶף In *pelves* argenti, i. e. argenteas, ibidem.

כִּפֻּרִים m. *Expiationes*. יוֹם כִּפֻּרִים Dies *expiationum*, Lev. 23, 27. Eadem vox legitur Exod. 29, 36. c. 30, 10. 16. Lev. 25, 9. Num. 5, 8. c. 29, 11.

כַּפֹּרֶת f. *Propitiatorium*, tàm à *tegendo*, quàm ab *expiando* ſic dictum, quia inſtar operculi *tegebat* arcam fœderis, in quâ erant tabulæ legis, Dominusque inde ſe propitium oſtendebat, factâ ſanguinis adſperſione. Erat verò *typus Chriſti*, quem Deus propoſuit *propitiatorium*, per fidem in ſanguine ipſius, ut peccatorum noſtrorum contra legem commiſſo-

miſſorum copiam & gravitatem, nec non maledictionem legis ſuo merito tegeret, ne in Dei venirent conſpectum, eumque ad iram & vindictam ſollicitarent, reconcilians nos Deo per ſanguinem in paſſione & morte ſua effuſum. Occurrit autem hæc vox Exod. 25, 17. c. 28, 18. c. 37, 7. Exod. 25, 19. 20. 21. 22. c. 26, 34. c. 30, 6. c. 31, 7. c. 35, 12. c. 37, 8. 9. c. 39, 35. c. 40, 20. Lev. 16, 2. 13. 14. 15. Num. 7, 89.

כָּבַשׁ *Depreſſus, Suppreſſus fuit.* In Kal non legitur; aſt in Hiphil occurrit. הִכְפִּישׁ *Depreſſit, Suppreſſit*; Aſt R. Salomoni ſignificat *Operuit.* Semel occurrit Thren. 3, 16. הִכְפִּישַׁנִי בָּאֵפֶר *Depreſſit* me in cinerem; vel juxta R. Sal. *Operuit* me cinere.

כַּפְתֹּר m. *Malum, Malogranatum artefactum*, in opificiis & ſtructuris ornatûs causâ adhiberi ſolitum, *Globus, Sphærula.* Adhibitum fuit primùm in candelabrô tabernaculi, Exod. 25, 33. 35. deinde in ædificio, ceu patet ex Am. 9, 1. Plur. כַּפְתֹּרִים *Mala, Malogranata.* Cum Suffixo כַּפְתֹּרֶיהָ *Malogranata* ejus, Exod. 25, 31. 34. c. 37, 20. Zeph. 2, 14. כַּפְתֹּרֵיהֶם *Malogranata* eorum, Exod. 25, 36. c. 37, 22.

כַּר m. *Paſcuum; Agnus.* Vide in radice כָּרַר.

כָּרַב *Aravit*, apud Chaldæos, Syros & Arabes; item *Simulavit*, apud Syros. Inde deducunt

כְּרוּב m. *Cherub, Cherubinus.* Plur. כְּרוּבִים *Cherubini*: etymi rationem ſumunt à *bove aratore*, ita ut tota figura ab unô animali denominetur. Vid. Coccejus in Lexico. Sed quia in linguâ Syriacâ כרב etiam ſignificat *ſimulare*, alii volunt generale nomen ad *omnem figuram* declarare. Guſſetius deducit à רָכַב, factâ transpoſitione literarum, ut כְּרוּב ſit ex רְכוּב *Currus*; quia *ſunt aut iidem, aut ſimillimi iis, quos Paulus θρόνους vocat. Quid enim differt thronus mobilis à curru regio?* Plura vide in Commentario ejus pag. 401. ſeq.

1) Generatim notat *Cherub* vel *Cherubim.* 2) Speciatim α) *propriè* hoc nomine veniunt *Angeli*, Gen. 3, 24. β) *Metaphoricè* notat 1) *imagines aureas* alis inſtructas, propitiatorio arcæ fœderis impoſitas, Exod. 25, 18. 19. 20. & in templo Hieroſolymitano à Salomone extructo locatas, 1. Reg. 6, 23. 24. 25. 29. 32. Sed quam *formam* Cherubini habuerint, difficulter determinari poterit. Iis *facies* fuiſſe *humanas*, agnoſcunt Judæi, ceu liquet ex Gloſſa Jarchii ad Exod. 25, 18. & teſtatur Scriptura, Ezech. 41, 18. 19. Alas quoque iis adjectas fuiſſe, itidem teſtatur ſcriptura. De *figuris Cherubinorum* legi poteſt J. Baptiſta Villalpandus in Explan. in Ezech. Tom. 2. part. 2. lib. 4. c. 43. nec non Viſorii & Moncæi Diſputationes de vitulo aureo, Ezech. 28, 14. 2) Regem Tyriorum, quia, quemadmodum Angeli inter creaturas naturâ & miniſterio præſtant, miſſi à Deo ad hominum protectionem: ita etiam Rex Tyriorum ſuo judicio & opinione fuit, Ezech. 28, 14.

כִּרְבֵּל *Amicivit, Texit.* Legitur ſaltem Participium Pual מְכֻרְבָּל *Amictus* vel *tectus pallio*, 1. Chron. 15, 27. Inde eſt

כַּרְבְּלָה f. *Tegumentum, Paludamentum*, Dan. 3, 21.

כָּרָה *Pavivit, Comparavit, Emit, Fodit, Perfodit, Perforavit.* בּוֹר כָּרָה Ciſternam *fodit*, Pſalm. 7, 16. אֲשֶׁר כָּרִיתִי לִי Quod *fodi* mihi, Gen. 50, 5. Fut. וָאֶכְּרֶהָ לִּי בַּחֲמִשָּׁה עָשָׂר כָּסֶף Et *comparavi* eam mihi pro quindecim nummis argenti, Hoſ. 3, 2. וַיִּכְרוּ שָׁם עַבְדֵי יִצְחָק בְּאֵר Et *foderunt* ibi ſervi Iſaaci puteum, Gen. 26, 25. Niphal Fut. יִכָּרֶה *Fodietur*, Pſalm. 94, 13.

1) In genere videtur habere *pavandi* ſignificationem, quæ pro diverſitate rerum, de quibus dicitur, variat. Nam 2) in ſpecie α) ſi dicitur de re acquirenda, notat *emere*, Devt. 2, 6. *comparare*, Hoſ. 3, 2. β) Si dicitur de *foveâ*, vel *antri excavatione*, aut *de terra egeſtione*, ſignificat *fodere*. Inde uſurpatur de fonte vel puteo, qui foditur, terram egerendo, Gen. 26, 25. Num. 21, 19. de fovea, Exod. 21, 33. Sed ſi dicitur de fovea, per *Metaphoram* ſæpius idem eſt ac *inſidias alicui parare ac ſtruere*, Pſalm. 7, 16. Pſalm. 57, 7. Pſalm. 119, 85. Prov. 26, 27. Jer. 18, 20. 22. Eandem ſignificationem habere creditur, Job. 6, 27. Prov. 16, 27. etiamſi nulla foveæ mentio fiat. Sed licet Job. 6, 27. facilè ſuppleri poſſit vox foveæ; Prov. 16, 27. tamen *pavandi* ſignificationem obtinere poteſt, ut ſenſus ſit: Vir impius parat malum. *Fodiendi* ſignificationem etiam habet, Gen. 50, 5. ubi adhibetur de excavatione antri, in quo ſepeliri cupiverat Jacobus. δ) Si ſermo eſt de *corpore organico*, notat *formare*, Pſ. 40, 7. אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי Aures *formaſti* mihi. Alii reddunt: *Aures fodiſti, perforaſti mihi*, habentes reſpectum ad legem, quâ ſervo voluntario ſubulâ auris perforabatur. Sed ſi indigitare volunt hac ratione obedientiam, quam Meſſias Patri cœleſti præſtiturus erat, eodem redibit, ſi reddatur: *Formaſti mihi aures*.

כֵּרָה f. *Convivium.* Saltem occurrit 2. Reg. 6, 23.

כְּרוֹת f. pl. *Foſſura, Effoſſiones.* Legitur Zeph. 2, 6.

מִכְרֶה m. *Fodina.* Semel legitur in Statu Conſtr. וּמִכְרֵה מֶלַח *Fodina* ſalis, Zeph. 2, 9.

כָּרַךְ *Involvit*, item *Amicivit*, apud Rabbinos & Talmudiſtas.

תַּכְרִיךְ f. *Stola, Pallium*, quaſi *involucrum* dictum. Legitur ſaltem Eſth. 8, 15.

כַּרְכֹּב m. *Ambitus, Circuitus.* תַּחַת כַּרְכֹּב הַמִּזְבֵּחַ Sub *ambitum* altaris, Exod. 27, 5. Cum Suff. כַּרְכֻּבּוֹ *Ambitus* ejus, Exod. 38, 4. Præterea non legitur.

כַּרְכֹּם m. *Crocus.* Occurrit tantum Cant. 4, 14.

כִּרְכֵּר *Saltavit*, vide in כָּרַר.

כָּרַם *Collegit* apud Talmudiſtas; *Amputavit* apud Syros; *Generoſitate indolis præditus fuit*, apud Arabes; Inde eſt apud Ebræos

כֶּרֶם

Digitized by Google

כֶּרֶם m. *Vinea*, ſic dicta, quia in ea multæ vites colliguntur & plantantur; vel quia vites in ea amputantur. נָטַע כֶּרֶם Plantavit *vineam*, Devt. 20, 6. Cum Suff. כַּרְמִי *Vinea* mea, 1. Reg. 21, 6. Plural. כְּרָמִים *Vineæ*, Devt. 6, 11. In Statu Conſtr. כַּרְמֵי Jud. 14, 5. Cum Suffixo כַּרְמֵינוּ *Vineæ* noſtræ, Neh. 5, 3. כַּרְמֶיהָ *Vineæ* ejus, Hoſ. 2, 15.

1) Generatim vi originis infert *collectionem plurium* 2) Speciatim α) *propriè* notat *vineam*, ſeu *locum*, ubi plures vites collectæ & *plantatæ ſunt*, Exod. 22, 4. Devt. 24, 6. c. 28, 30. Num. 16, 14. 1. Sam. 22, 7. 1. Reg. 21. 1. 2. Eccl. 2, 4. &c. β) *Metaphoricè* deſignat *Eccleſiam*, quæ eſt *collectio plurium* è promiſcuo hominum cœtu, & inſtar vineæ ſe habet, Cant. 8, 11. 12. Jeſ. 3, 14. c. 5, 1. c. 27, 2. 3. 6.

כּוֹרֵם m. *Vinitor*, in Plur. כֹּרְמִים *Vinitores*, Joel. 1, 11. 2. Chron. 26. 10. 2. Reg. 25, 12. Jer. 52, 16. Cum Suffixo כֹּרְמֵיכֶם *Vinitores* veſtri, Jeſ. 61, 5. Præterea non legitur.

כַּרְמֶל *Carmel*; Eſt nomen compoſitum; juxta Bochartum quidem ex כַּר *Paſcuum, Ager*, & מול *Succidere*, q. d. *Ager* vel pratum *ſucciſionis*, ex quo fœnum vel ſpicæ ſucciduntur, Vid. ejus Hieroz. P. I. L. 2. c. 48. p. 533. Aſt juxta cel. Danzium in Paradigm. pag. 9. Form. XXVI. eſt ex כִּכַּר *Tractus* & מלל *Fricare*, ut denotet tractum *terræ friabilis*. Cum Suff. eſt כַּרְמִלּוֹ 2. Reg. 19, 23. Vide laudati Danzii Liter. §. 22. IV. Obſ. ult.

1) Generatim & vi originis notat *tractum terræ friabilis*, Ein Stück Landes / ſo lockere Erde hat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *terram frugiferam, arvum*, frugibus & arboribus conſitum, 2. Chron. 26, 10. Jeſ. 10, 8. β) *Metonymicè* 1) notat *ſpicam virentem*, quam terra frugifera profert, Lev. 2, 14. c. 23, 14. 2. Reg. 4, 42. 2) Eſt nomen *montis*, qui præ aliis frugifer fuit, & agris, vineis, oleis & arbuſtis feracibus gaviſus eſt, 1. Reg. 18, 19. 20. 42. 2. Reg. 2, 25. c. 4, 25. Am. 1, 2. Sed Jer. 46, 18. notat *ejus arbores*. 3) Eſt nomen urbis in tribu Judæ, Joſ. 15, 55.

כַּרְמִיל m. *Coccineum*, 2. Chron. 2, 6. 13. 14. Sed Cant. 7, 5. eſt (ר) locô (י.) כַּכַּרְמֶל Sicut *Coccienum*. Præterea non occurrit.

כַּרְמְלִי m. *Carmelita*, 1. Sam. 30, 5. Fœm. כַּרְמְלִית *Carmelitica*, 1. Sam. 27, 3.

כִּרְסֵם *Conculcavit*. Occurrit ſaltem in Fut. cum Suffixo יְכַרְסְמֶנָּה *Conculcabit* eam, Pſalm. 80, 14.

כָּרַע *Incurvavit ſe, Procubuit in genua, Demiſit ſe in genua, Concidit*. רַגְלֶיהָ כָּרַע Inter pedes ejus *incurvavit ſe*, Jud. 5, 27. כָּרְעוּ עַל־בִּרְכֵיהֶם *Incurvarunt ſe* ſuper genua ſua, Jud. 7, 6. מִכְּרֹעַ עַל־בִּרְכָּיו Ab *incurvando ſe* ſuper genibus ſuis, 1. Reg. 8, 54. Fut. וָאֶכְרְעָה עַל־בִּרְכַּי Et *demiſi me* ſuper genua mea, Eſr. 9, 5. וַיִּכְרַע בְּרִכְבּוֹ Unde *concidit* in curru ſuo, 1. Reg. 9, 24. Hiphil הִכְרִיעַ *Ca-*

dere vel *incurvare fecit*, *Proſtravit*, *Depreſſit*, Pſalm. 78, 31. הִכְרַעְתַּנִי *Depreſſiſti* me, Jud. 11, 35. Infin. הַכְרֵעַ *Deprimendo*, Jud. 11, 35. Imp. הַכְרִיעֵהוּ *Proſterne* eum, Pſ. 16, 13.

1) In genere notat *incurvare*, vel *demittere ſe*, infertque non ſolum ſitum *genuum*, quæ ſe incurvant, 1. Reg. 19, 18. Sed etiam *hominis*, aut beſtiæ ſe incurvantis aut in genua ſe demittentis, Jud. 7, 6. &c. 2) In ſpecie א) *propriè* dicitur α) de *incurvatione & demiſſione ad quietem*, Gen. 49, 9. β) de *incurvatione*, quæ fit *ſubmiſſi honoris*, *ſubjectique cultus deferendi cauſa*. in qua ſignificatione legitur tum de *hominibus*, qui *Superioribus* ſubmiſſum honorem exhibent, Eſth. 3, 2. 5. conf. 2. Reg. 1, 13. tùm de *hominibus*, qui *Deo* ſubjectum cultum exhibituri in genua ſe demittunt, 1. Reg. 8, 54. 2. Chron. 7, 3. c. 29, 29. Pſ. 22, 30. Pſ. 72, 9. Pſ. 95, 6. Jeſ. 45, 23. Confer. Eſr. 9, 5. ubi legitur de incurvatione Eſræ pœnitentis. γ) de *incurvatione*, quæ fit *vi*, *in bello & in cæde hominum*, ubi ab hoſte percuſſi & in terrâ jacentes ſe *incurvant & contorquent*, donec moriantur, vel ægrè reſumtis viribus reſurgant, Jud. 5, 27. Confer. Pſalm. 18, 40. Pſalm. 20, 9. Pſalm. 78, 31. δ) De incurvatione *parturientium*, 1. Sam. 4, 19. Job. 39, 4. ε) de incurvatione *genuum*, *ex debilitate virium ortâ*, Job. 4, 4. quæ, homine ſtante, ſemper nutant, & corpus ſuſtinere nolunt, ut tandem homo corruat, prout in ægrotis videre eſt. ב) *Metaphoricè* dicit *conditionis depreſſionem*, *afflictionem*, *& mœſtitiam*, Jud. 11. 35.

כְּרָעַיִם f. d. *Crura*, à *curvitate*, qua ſe incurvant, ſic dicta, Lev. 8, 21. c. 11, 21. c. 1, 13. c. 9, 14. Am. 3, 12. Cum Suffixo כְּרָעָיו *Crura* ejus, Exod. 12, 9. c. 29, 17. Lev. 1, 9. c. 4, 11. Præterea non legitur.

כַּרְפַּס m. *Carbaſus*, Eſt. 1, 6. Sed celeb. Majus, Arabicam ſecutus linguam, potius putat eſſe *goſſypium*.

כָּרַר In Kal non occurrit; Sed in Piel eſt כִּרְכֵּר *Saltavit*, *Subſiliit*, cujus Participium מְכַרְכֵּר *Saltans*, bis legitur 2. Sam. 6, 14. 16.

כִּרְכָּרוֹת f. pl. *Veredarii*; *Dromades*, juxta AbenEſram, Kimchium & Bochartum, à כִּרְכֵּר *Saltavit*, ſic dicti, quia *dromadum* curſus tantæ eſt agilitatis, ut ſaltum mentiatur. Saltem invenitur, Jeſ. 66, 20.

כַּר m. *Paſcuum*; *Agnus*; *Stramentum*, *Clitella*, &c. שִׁלְחוּ כַר Mittite *agnum*, Jeſ. 16, 1. כַּר נִרְחָב *Paſcuum*, *Pratum latum*, Jeſ. 30, 23. Plur. *Agni*, *Duces*, *Primores*. וְאֹכְלִים כָּרִים מִצֹּאן Edentes *agnos* de grege, Am. 6, 4. וְשִׂים עָלֶיהָ כָּרִים Et pone contra eam Duces, Ezech. 4, 2. לָשׂוּם כָּרִים שְׁעָרִים Ad ponendum *Principes*, *Duces* contra portas, Ezech. 21, 27. Sed in his duobus locis quidam accipiunt pro *inſtrumento bellicô* ad oppugnationem urbis faciente, quod *arietem* vocare ſolent. הַכָּרִי *Primores*, 2. Reg. 11, 19. pro הַכָּרִים, ם per Apocopen reſectô. Ita 2. Reg. 11, 4. לַכָּרִי Quoad *Primores*.

1) Notat *Paſcuum*, *Pratum*, in quô nutriri ſolent pecudes, Pſal. 65, 14. Jeſ. 30, 23. 2) Denotat *agnum*, eumque paſcualem, qui à matre depulſus

ſus, paſcualis eſſe cœpit, Devt. 32, 14. 1. Sam. 15, 9. 2. Reg. 3, 4. Pſalm. 37, 20. Sed per *Metaphoram* agnorum nomine veniunt homines infirmi & imbecilliores, Jeſ. 34, 6. Confer. Ezech. 39, 18. 3) Quia videtur ſumtum fuiſſe pro *eximia quadam ovium prole*, hinc transfertur etiam ad ſignificandos *Duces*, *Primores*, *Principes*, 2. Reg. 11, 4. 19. Huc refert Seb. Schmidius & Guſſetius, Ezech. 4, 2. c. 21, 27. 4) Significat *Stramentum* vel *clitellas cameli*, Gen. 31, 34.

כְּרֵשׂ m. *Stomachus*, *Venter*. Semel occurrit Jer. 51, 34. de Nebucadnezare, tanquam de Rege truculento & quaſi carnivoro, מִלָּא כְרֵשׂוֹ Implevit *ventrem* ſuum.

כָּרַת *Secuit*, *Cecîdit*, *Abſcîdit*, *Excîdit*, *Incîdit*, *Præcîdit*, *Succîdit*, *Amputavit*, & nomini בְּרִית *fœdus* junctum, *Pepigit*. כָּרַת יְהוָה אֶת־אַבְרָם בְּרִית *Pepigit* Dominus cum Abrahamo fœdus, Gen. 15, 18. וְכָרַת אֶת־הָאֲשֵׁרָה Et *ſuccîdit* lucum, 2. Reg. 18, 4. וְכָרַתָּ Et *exſcindes*, Devt. 20, 20. Pro וְכָרַתְתָּ, tertiâ radicali, quia ſequitur cognatæ pronunciationis litera, extruſâ, & per Dageſch in ſequenti literâ compenſatâ. Ita & in כָּרַתִּי *Pepigi*, Exod. 34, 27. Jer. 11, 10. pro כָּרַתְתִּי Particip. כֹּרֵת *Pangens*, Exod. 34, 10. *Succidens*, Jeſ. 14, 8. Particip. Paul. וְנָתוּק וְכָרוּת Et avulſum & *præciſum*, Lev. 22, 24. Infinit. כָּרוֹת Neh. 9, 8. & כְּרוֹת *Pangere*, Jer. 34, 8. Fut. אָנֹכִי אֶכְרֹת אִתְּךָ בְּרִית Ego *pangam* tecum fœdus, 2. Sam. 3, 13. וַתִּכְרֹת אֶת־עָרְלַת בְּנָהּ Et *abſcidit*, *amputavit* præputium filii ſui, Exod. 4, 25. Niphal נִכְרַת *Exciſus*, *Succiſus*, *Abſciſſus*, *Diſciſſus fuit*. נִכְרַת מִפִּיכֶם *Exciſum* eſt ex ore veſtro, Joel. 1, 5. וְנִכְרְתָה הַנֶּפֶשׁ Et *exſcindetur* anima iſta, Gen. 17, 14. וְנִכְרַתָּ לְעוֹלָם Et *exſcinderis* in æternum, Obad. 1, 10. pro וְנִכְרַתְתָּ Tertia radicalis ת, quia ſequitur cognatæ pronunciationis litera, exciſa, & per Dageſch forte in ſequenti literâ compenſata fuit. Infin. הִכָּרֵת תִּכָּרֵת הַנֶּפֶשׁ הַהִוא *Exſcindendo exſcindetur*, i. e. certiſſimè excindetur anima iſta, Num. 15, 30. Fut. וְלֹא יִכָּרֵת כָּל־בָּשָׂר עוֹר Ut non *excindatur* omnis caro amplius, Gen. 9, 11. Pual כָּרַּת שָׁרֵּךְ *Præciſus eſt* umbilicus tuus, Ezech. 16, 4. כֹּרָתָה *Exciſus eſt*, Jud. 6, 28. Hiphil הִכְרִית *Excîdit*, *Succîdit*. הִכְרַתִּי גוֹיִם *Excidi* gentes, Zeph. 3, 6. pro הִכְרַתְתִּי Tertiâ radicali ת, quia ſequitur aliud ת, exciſâ, & per Dageſch forte compenſatâ. Infin. הַכְרִית *Exſcindere*, Jer. 44, 8. לְהַכְרִית Ad *exſcindendum*, 2. Chron. 22, 7. Fut. וְאַכְרִית אֶת־כָּל־אֹיְבֶיךָ Et *exſcindam* omnes inimicos tuos, 1. Chron. 17, 8. Hophal. הָכְרַת *Exciſum eſt*, Joel. 1, 9.

1) In genere habet ſignificationem *ſcindendi* vel *cædendi*, quæ pro varietate rei & ſcopi operationis in varias ſcindendi vel cædendi ſpecies abit, optimè per Compoſita exprimendas, *Abſcindere*, *Exſcindere*, *Excîdere*, *Succidere*, *Percutere*, connotatâ ubivis fermè *ſeparatione rei à re*, cum qua

unita fuit, aut communionem habuit, vel *totali interitu rei.* Unde 2) ſpeciatim α) dicitur de *ſciſſione* vel *abſciſſione rerum continuarum*, quæ ſciſſæ vel abſciſſæ à toto ſuo, idem eſſe non amplius habent, ſed tanquam rejectaneæ per amputationem factæ tandem pereunt. Ita legitur de abſciſſione præputii, Exod. 4, 25 rami, Jud. 9, 48. oræ pallii, 1. Sam. 24, 4. veſtimentorum, 2. Sam. 10, 4. Capitis, 1. Sam. 31, 9. 2. Sam. 20, 22. Conf. 1. Sam. 5, 4. Interdum tamen res à toto abſcinduntur certi alicujus finis cauſâ; e. g. quando cæduntur ligna ad exſtructionem ædificii, ut cedri ad ædificationem templi, 1. Reg. 5, 6. Confer. 1. Reg. 6, 36. c. 7, 2. 12. 2. Chron. 2, 7. β) De *totali & violentâ exciſione ejus*, quod hactenus extitit, viguit, floruit &c. Ita legitur de *omnimodâ exciſione* lucorum, Exod. 34, 13. Jud. 6, 30. 2. Reg. 18, 4. c. 24, 14. de totali exciſione & deletione maſculorum Edomi, 1. Reg. 11, 16. hominum & brutorum per Dei plagas, Lev. 26, 22. falſiloquorum, Pſalm. 12, 4. improborum aliorum, Pſalm. 37, 9. Pſalm. 34, 17. Pſalm. 101, 8. Pſalm. 109, 13. Prov. 2, 22. Jeſ. 11, 13. Mich. 5, 8. De exciſione animæ è populô ſuô, Gen. 17, 14. Exod. 12, 15. c. 30, 33. 38. Lev. 17, 4. 9. &c. Fit autem *impiorum exciſio* non ſolum per peſtem, bellum & alia mortis immaturæ genera, ſed etiam per detruſionem eorum in æternam damnationem, ubi è terra & numero viventium exterminati, anima & corpore æternam patiuntur mortem. Quidam Judæorum triplicem ſtatuunt exciſionem impiorum. Apud R. Bechai in Biur Hattora fol. 149. col. 1. hæc leguntur verba הכריתות שבתורה מצאנום על ג׳ חלקים יש כרת לגוף לבדו ויש כרת לנפש לבדה ויש כרת לשניהם לגוף ולנפש *Exciſiones, quæ in lege occurrunt, tripartito diſtribuuntur. Eſt genus exciſionis, qua exciditur corpus tantum; eſt itidem genus exciſionis, qua ſola anima exciditur; eſt quoque genus exciſionis, quâ tam corpus quam anima exciditur.* 3) Cum voce בְּרִית *Fœdus* notat *fœdus pangere, percutere, ferire.* Habet hoc lingua Ebraica cum aliis commune, quod *ſanctio fœderum*, tali efferatur phraſi, quæ propriè *percuſſionem* ſeu *exciſionem* denotat. *Non dubium, quin omnibus eadem extiterit occaſio, quam vel hoſtia ad ſanctionem fœderis percuſſa ſuppeditabat, vel ſanguis fœdè tunc effuſus, ſive ſacrificii ad confirmandum electi ſive ipſarummet perſonarum inter ſe paciſcentium: Veſtigia hujus in ſacris pariter ac profanis* occurrunt, Gen. 15, 9. Exod. 24, 8. Jer. 34, 18. Vid. celeb. Danz. Interpres §. 163. p. 221. & ſeq. Confer. Bocharti Hieroz. P. I. Lib. II. c. 33. p. 326. Legitur autem hæc vox in ſignificatione *pangendi, percutiendi, feriendi*, Gen. 21, 27. 32. Exod. 34, 27. Deut. 31, 16. Joſ. 9, 6. 1. Sam. 11, 1. 2. Sam. 3, 12. 2. Reg. 17, 15. 38. 1. Reg. 8, 9. 21. 1. Chron. 16, 16. 2. Chron. 5, 10. c. 6, 11. Pſalm. 105, 9. Jer. 11, 10. c. 31, 32. c. 34, 13. Hagg. 2, 8. Zach. 11, 10. &c.

כְּרִיתוּת f. *Repudium*, quaſi Conjugii *ſciſſio* vel *reſciſſio.* וְכָתַב לָהּ

Digitized by Google

לָהּ סֵפֶר כְּרִיתֻת Ut ſcribat illi libellum *repudii*, Devt. 24, 1. 3. אֵי זֶה סֵפֶר כְּרִיתוּת אִמְּכֶם Ubi eſt libellus *repudii* matris veſtræ, Jeſ. 50, 1. In Plurali cum Suffixo סֵפֶר כְּרִיתֻתֶיהָ Liber *repudii* ejus, Jer. 3, 8. Præterea non legitur.

כְּרֵתִי m. *Keretaus.* Notat *exciſum.* Cenſetur autem eſſe nomen populare, 1. Sam. 30, 14. Inter δορυφόρους Davidis quidam ex illâ gente fuerunt, quos in cuſtodiam corporis ſumſiſſe videtur, 2. Sam. 8, 18. c. 20, 7. 1. Reg. 1, 38. 44. Plur. כְּרֵתִים *Keretai*, Ezech. 25, 15.

כֶּשֶׂב m. *Agnus, Ovis annicula*, Lev. 3, 7. c. 17, 3. c. 22, 27. Num. 18, 17. Plur. כְּשָׂבִים *Agni, Oves*, Lev. 1, 10. Gen. 30, 32. 33. 35. 40. Lev. 22, 19.

כִּשְׂבָּה *Agna.* Tantum extat Lev. 5, 6.

כָּשָׂה *Obductus, Opertus eſt.* Semel legitur in Præterito, Devt. 32, 15. כָּשִׂיתָ *Obductus es*, ſcil. pinguedine.

כָּשַׁל *Impegit, Offendit, Lapſus eſt, Corruit.* כָּשַׁל בַּעֲוֹנִי כֹחִי Corruit præ iniquitate virtus mea, Pſ. 31, 11. כָּשַׁלְתָּ בַּעֲוֹנֶךָ *Offendiſti* per iniquitatem tuam, Hoſ. 14, 2. Inf. כָּשׁוֹל יִכָּשֵׁלוּ *Impingendo impingunt*, Jeſ. 40, 3. Particip. כּוֹשֵׁל יְקִימוּן מִלֶּיךָ *Impingentem* erigebant ſermones tui, Job. 4, 4. וּבִרְכַּיִם כֹּשְׁלוֹת אַמֵּצוּ׃ Et genua *nutantia* corroborate, Jeſ. 35, 3. Niphal נִכְשַׁל *Impegit, Corruit, Lapſus, Collapſus eſt.* וְנִכְשַׁל Et *impinget*, Dan. 11, 19. Infin. וּבְהִכָּשְׁלָם In *corruere* tamen eos, i. e. Dum tamen corruent, Dan. 11, 34. Sed Prov. 24, 17. eſt וּבִכָּשְׁלוֹ Et in *impingere* eum, i. e. Et cum *impegerit*, Prov. 24, 17. pro וּבְהִכָּשְׁלוֹ Præformativum ob accedens Præfixum ב per Aphæreſin ablatum fuit. Fut. יִכָּשְׁלוּ וְיֹאבְדוּ מִפָּנֶיךָ *Impingent* & peribunt coram te, Pſalm. 9, 4. Piel כִּשֵּׁל *Impingere fecit.* Fut. תְּכַשְּׁלִי *Impingere facies*, Ezech. 36, 14. Hiphil הִכְשִׁיל *Impingere, Corruere fecit, Labefactavit, Impulit.* הִכְשִׁיל כֹּחִי *Labefactavit, impulit* vires meas, Thren. 1, 14. Infin. וּלְהַכְשִׁיל Et ad *impingere faciendum*, 2. Chron. 25, 9. Fut. יַכְשִׁילְךָ *Impingere faciat* te, 2. Chron. 28, 9. Hophal Part. מֻכְשָׁלִים *Impingere facti*, Jer. 18, 23.

1) Generatim *offenſionis* notionem involvit. 2) Speciatim α) *propriè* notat *pede offendere*, vel *impingere*, ita, ut impingens vix, vel plane non à lapſu ſe aſſervare queat; unde etiam ipſi ſæpe ſubjungitur נָפַל *Cecidit*, ceu videre eſt ex Pſalm. 27, 2. Jeſ. 31, 3. Proprie autem legitur de *pueris* ſub onere ligni impingentibus, Thren. 5, 13. conſ. Nah. 2, 6. Jeſ. 63, 14. β) *Tropice* 1) per *Metaphoram* dicitur a) de *homine, qui in afflictionibus ſcandalum patitur*, ex quo fit impatiens, deſperare incipit, aut alia facit, quæ non deberet, ſimilis illi, qui ex imprudentia in viâ impingit, & ruinæ ſuæ cauſa exiſtit, Job. 4. 4. b) De *homine in lapidem infortunii impingente*, qui tandem ruit & perit, Pſalm. 27, 2. c) *De pec-*

cantibus, Hoſ. 14, 2. 10. & *peccare facientibus*, Mal. 2, 8. quorum *illi* in via legis divinæ impingunt & ruunt, *hi* verò in cauſa ſunt, cur alii in ſemita legis divinæ offendant & impingant. Item de *Idolis*, quæ Jer. 18, 15. dicuntur Judæos impingere feciſſe, ad deſignandam *ſeductionem*, quæ reverà offendere facit & corruere mortifero lapſu. Confer. 2. Chron. 28, 21. 2) *Metonymicè*, quia *offenſionem* ſæpe ſequitur *lapſus*, & hic *infirmitatem* & *debilitatem* arguit, hinc *a*) notat *debilitare*, *i*, *infirmare*, *i*. Ita legitur de *debilitatione virium*, Neh. 4, 10. Pſalm. 37, 11. Ezech. 36, 14. Thren. 1. 14. Sic de infirmis & debilitatis legitur 1. Sam. 2, 4. Zach. 12, 8. Conf. Pſalm. 104, 37. *b*) notat *ruere*, *corruere*. Ita dicitur de *iis*, qui per gladium, famem, peſtem &c. cadunt & pereunt, Dan. 11, 33. de *impiis*, qui in omnis generis infortunia & ærumnas ob antegreſſa peccata corruunt & pereunt, Prov. 24, 16.

כַּשִּׁיל m. *Securis*, quâ aliquid impetitur, ut *corruat*. Occurrit ſaltem Pſalm. 74, 6.

כִּשָּׁלוֹן m. *Lapſus*, *Ruina*. Semel legitur Prov. 16, 18. de *ruinâ elati & ſuperbi*; ubi *metaphora* petita eſt ab *eo*, qui offendiculô in via non animadverſô labitur, non ſine ſui deriſione, luxatione vel vulneratione, ad deſignandum ſuperbi & elati lapſum, qui ſuæ ſaltem eminentiæ intentus, non animadverſô periculo vel irâ Dei graviſſimâ, non ſine ſui deriſione labitur, & in æternam miſeriam tandem ruit.

מִכְשׁוֹל m. *Offendiculum*. הָרִימוּ מִכְשׁוֹל מִדֶּרֶךְ עַמִּי Removete *offendiculum* è via populi mei, Jeſ. 57, 14. Plur. מִכְשֹׁלִים *Offendicula*, Jer. 6, 21.

1) Generatim notat *quodcunque offendiculum*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *rem in viâ poſitam*, ad quam ambulans impingit & corruit. Ita Lev. 19, 14. dicitur de re, quæ cœco in via objicitur, ut ad eam impingens proruat. Confer. Jeſ. 57, 14. *β*) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* dicitur *a*) de læſione conſcientiæ & famæ, 1. Sam. 25, 31. *b*) de calamitate, Pſalm. 119, 165. & malis bellicis, Jer. 6, 21. Confer. Sebaſt. Schmid. in h. l. Ita 2) *Metonymicè* eſt *anſa* vel *cauſa peccati* ac *infortunii*, Ezech. 3, 20. c. 7, 19. c. 14, 2. 3. 6. c. 18, 30. c. 21, 20. c. 44, 12.

מַכְשֵׁלָה f. *Offendiculum*, Jeſ. 3, 6. הַמַּכְשֵׁלָה הַזֹּאת תַּחַת יָדֶךָ *Offendiculum* hoc ſit ſub manu tua, i. e. ſuſtentes Patriam, quæ jamjam ruinam minitatur. Plur. מַכְשֵׁלוֹת *Offendicula*, Zeph. 1, 3. i. e. *Dii falſi*, qui ſunt *occaſio ruinæ* eorum, qui ipſos colunt. Sæpius non occurrit.

כִּשֵּׁף *Præſtigiis uſus eſt*; ſed Arabicè, *Detexit*, *Revelavit*. Legitur 2. Chron. 33, 6. Particip. מְכַשֵּׁף *Præſtigiis utens*, *Præſtigiator*, & ſi Arabiſmum ſpectas, *rerum arcanarum revelator*, qualem Præſtigiator & veneficus ſe venditabat, etiamſi talis non erat, Devt. 18, 10. In Plural. מְכַשְּׁפִים

מְכַשְּׁפִים *Præſtigiatores*, Exod. 7, 11. Dan. 2, 2. Malach. 3, 5. Fœm. מְכַשֵּׁפָה *Præſtigiatrix*, Exod. 22, 17.

כַּשָּׁפִים m. pl. *Præſtigiatores*. Legitur ſaltem cum Suffixo כַּשָּׁפֵיכֶם *Præſtigiatores veſtri*, Jer. 27, 8.

כְּשָׁפִים m. pl. *Præſtigiæ*, Mich. 5, 11. Nah. 3, 4. Cum Suffixo כְּשָׁפַיִךְ *Præſtigiæ* tuæ, Jeſ. 47, 9. 12. כְּשָׁפֶיהָ *Præſtigiæ* ejus, 2. Reg. 9, 22. Nah. 3, 4. Sæpius non legitur.

כָּשֵׁר *Rectus eſt; Conveniens eſt*. In Kal ſaltem occurrit Futurum אֵינְךָ יוֹדֵעַ אֵי זֶה יִכְשַׁר Non tu ſciens es, num *rectum futurum ſit?* Eccl. 11, 6. Hiphil הִכְשִׁיר *Rectum fecit, Rectificavit, Direxit*. Legitur ſaltem in Infin. יִתְרוֹן הַכְשֵׁיר חָכְמָה Excellentia *rectificandi* à ſapientia eſt, Eccl. 10, 10.

כָּשֵׁר m. *Rectus*. Legitur ſaltem Eſth. 8, 5. וְכָשֵׁר הַדָּבָר לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ Et *rectum erat* verbum coram Rege.

כִּשְׁרוֹן m. *Rectitudo, Convenientia*, Eccl. 2, 21. c. 4, 4. c. 5, 10. Sæpius non occurrit.

כִּישׁוֹר m. *Verticulum*, quaſi fuſi *directorium*. Occurrit ſaltem Prov. 31, 19. Variè exponitur. Notat autem *inſtrumentum*, quod tractando lino, & filis inde conficiendis accommodatum.

כּוֹשָׁרוֹת f. pl. *Compedes, Catenæ*. Semel legitur Pſalm. 68, 7.

כָּתַב *Scripſit, Deſcripſit, Inſcripſit, Perſcripſit, Reſcripſit, Præſcripſit*. סְפָרִים כָּתַב Literas *ſcripſit*, 2. Chron. 32, 17. וְכָתַבְתָּ עַל־הָאֲבָנִים Et *ſcribes* ſuper lapides, Devt. 27, 8. Particip. Paul כָּתוּב *Scriptum*, Eſr. 4, 7. כָּתוּב בַּסֵּפֶר *Scriptum* in libro, Devt. 28, 61. כַּכָּתוּב בְּתוֹרַת מֹשֶׁה Sicut *ſcriptum* eſt in lege Moſis, 1. Reg. 2, 3. Infin. כְּתוֹב *Scribere*, Pſalm. 87, 6. בְּכָתְבוֹ In *ſcribere* eum, i. e. cum ſcriberet, Jer. 45, 1. Fut. וְאֶכְתֹּב עַל הַלֻּחֹת Et *ſcribam* ſuper tabulis, Devt. 10, 2. אֶכְתֲּבֶנָּה *Scribam* illud, Jer. 31, 33. Niphal נִכְתַּב *Scriptus eſt*. Fut. יִכָּתֵב לְאַבְּדָם *Scribatur*, ut deleantur, Eſth. 3, 9. Piel כִּתֵּב *Scripſit*. עָמָל כִּתֵּבוּ׃ Laborem *ſcripſerunt*, Jeſ. 10, 1. Particip. מְכַתְּבִים *Scribentes*, Jeſ. 10, 1.

1) In genere notat *ſcribere*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *in tabulâ, cerâ, chartâ, aliave materiâ certis claruque characteribus aut literarum notis aliquid delineare & exprimere*. Ita legitur de ſcriptione legis in librô, Devt. 28, 61. in tabulis lapideis, Exod. 34, 28. Devt. 4, 13. c. 5, 22. c. 10, 4. epiſtolæ, 2. Sam. 11, 14. 2. Reg. 10, 1. 6. 2. Chron. 30, 1. c. 32, 17. Cantici Moſis, Devt. 31, 22. Non verò tantum *ſimplicis* ſignificatio occurrit, ſed etiam quandoque pro diverſitate contextûs *compoſitorum ſignificatio* locum obtinet, ita valet *deſcribere*, Joſ. 18, 8. 2. Chron. 9, 1. c. 13, 22. c. 16, 11. *Inſcribere*, Jer. 36, 18. Exod. 17, 14. &c. β) *Metaphoricè* 1) notat aliquid *firmiter infigere*, Jer. 17, 1. Vid. Seb. Schmid. in

 h. l.

Digitized by Google

h. l. 2) Deo tributum deſignat 1) ejus *notitiam*, prout homines ea, quorum oblivio animo ipſorum non obrepere debet, in libro vel charta notare conſueverunt, Jeſ. 65, 6. 2) ejus *gratiam & benignitatem*, quam in renovationis opere exerit, Jer. 31, 33. coll. Hebr. 8, 10. 3) *operationem*, quâ homini juxta ſuum decretum immittit plagam, afflictionem amariſſimam, Job. 13, 26. vel ex juſtiſſimô judiciô hominem proſternit, ut ſpectantibus ſit inſtar ſcripturæ docentis, hoc vel illud non eſſe faciendum; Ita Jer. 17, 13. *Apoſtata* dicuntur *ſcribi in terrâ*, ut innuatur, eos à Deo ita proſtratos eſſe, ut jacentes in terrâ miſerè occiſi aliis ſpectantibus ſint quaſi ſcriptura erudiens, à Deô non eſſe recedendum, quia miſerum experiuntur eventum, qui illum deſerunt, cœlo quippe extorres tandem in æternæ damnationis abyſſum deſcendentes. Conf. Seb. Schmid.

כְּתָב m. *Scriptura, Scriptum*, Eſth. 4, 8. בִּכְתָב In *ſcriptura*, 1. Chron. 28, 19. Cum Suff. כִּכְתָבָהּ Juxta *ſcripturam* ſuam, Eſth. 1, 22. c. 3, 12. c. 8, 9. אֵלֶּה בִּקְשׁוּ כְתָבָם Illi quærebant *ſcripturam* ſuam, Eſr. 2, 62. Neh. 7, 64.

כְּתֹבֶת f. *Inſcriptio, Scriptura.* Occurrit ſaltem Lev. 19, 28.

מִכְתָּב m. *Scriptum, Scriptura.* וַיָּבֹא אֵלָיו מִכְתָּב Ideo venit ad illum *ſcriptum*, 2. Chron. 21, 12. וְהַמִּכְתָּב מִכְתַּב אֱלֹהִים Itemque *ſcriptura* erat *ſcriptura* Dei, Exod. 32, 17. בְּמִכְתָּב Per *ſcriptum*, Eſr. 1, 1. כַּמִּכְתָּב הָרִאשׁוֹן Juxta *ſcripturam* priorem, Devt. 10, 4. In Statu Conſtr. וַיִּכְתְּבוּ עָלָיו מִכְתַּב פִּתּוּחֵי חוֹתָם Et ſcripſerunt ſuper eam *ſcriptura* ſcripturarum ſigilli, Exod. 39, 30.

כתל *Coegit in unum*, apud Arabes; Inde

כֹּתֶל m. *Paries*, ſic dictus, quod lapides & calx *cogi* debeant *in unum*, ſi fieri debet. Cum Suff. כָּתְלֵנוּ *Paries* noſter, Cant. 2, 9.

כָּתַם *Abſcondit, Abdidit*, apud Arabes. Niphal נִכְתַּם *Abſconditus, Abditus eſt.* Ita vertendum putat Bochartus in Geograph. Sac. lib. 3. c. 5. p. m. 151. illud Jer. 2, 22. נִכְתָּם עֲוֹנֵךְ לְפָנַי *Recondita eſt* iniquitas tua coram me. Citat hunc in finem Devt. 32, 33. 34. Job. 21, 9. Hoſ. 13, 12. Sed Seb. Schmid. vertit: *Maculas retinebit iniquitas tua coram me.* Haud dubiè ſecutus Chaldæum & R. Salomonem. Chaldaicè enim & apud Rabbinos כֶּתֶם ſignificat *maculam*, prout R. Salomon notat. Sæpius non legitur.

כֶּתֶם m. *Aurum inſigne*; ſic dictum, vel quod in terræ viſceribus *lateat*, & multo labore inde eruatur; vel, quod ob ſuam pretioſitatem ab hominibus ſollicite *abſcondatur & aſſervetur.* רֹאשׁוֹ כֶּתֶם פָּז Caput ejus eſt *aurum* puriſſimum, Cant. 5, 11. בְּכֶתֶם אוֹפִיר In auro optimo Ophiris, Pſalm. 45, 10.

1) Gene-

Digitized by Google

1) Generatim & vi originis notat *rem ſollicitè recondi ſolitam.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *aurum*, idque inſigne, quod ob ſuam pretioſitatem ſollicitè *recondi & aſſervari* ſolet. Kimchi interpretatur זָהָב טוֹב Aurum bonum, cujusmodi eſt Arabicum, Indicum, vel Hungaricum, Job. 28, 16. 19. Prov. 25, 12. Jeſ. 13, 12. β) *Tropicè*, & quidem 1) per *Metonymiam* notat *rem ex auro factam*, e.g. ornatum aureum, ex filis aureis contextum, qui per Metaph. eſt ſymbolum ſanctitatis Eccleſiæ, Pſalm. 45 10. item cingulum ex auro paratum, Dan. 10, 5. 2) *Metaphoricè* eſt ſymbolum tum *raritatis*, ceu patet ex Jeſ. 13, 12. tum *perfectionis & excellentiæ*, Cant. 5, 11. item *ſanctitatis*, Pſalm. 45, 10.

מִכְתָּם m. Κειμήλιον *aureum*. Hôc titulô Pſaltes regius aliquos Pſalmos inſignivit, nimirum 16, 56. 57. 58. 59. & 60. ob *eximiam argumenti*, quod in tali Pſalmo continetur, *dignitatem & excellentiam*, ita ut ſit Pſalmus *aureus & illuſtris*, qui inſtar aurei cujusdam κειμηλίου in corde memoriaque ſollicitè reponi debeat. Teſte Buxtorffio quidam exiſtimarunt מִכְתָּם eſſe nomen *inſtrumenti muſici.* Sed ab his abit Seb. Schmidius cum B. Luthero, cenſens, מִכְתָּם eſſe *nomen Pſalmi*, ſeu *generis Pſalmorum*, ita vel ob *præſtantiam materiæ* vel *formæ*, ſeu *compoſitionis* dictorum. Vid. Seb. Schmid. Comment. in Pſalm. 16. p. 42. & ſeqq.

כתן Radix ignota. Inde eſt

כְּתֹנֶת f. *Tunica*; Interior veſtis, quam vulgò *Camiſiam* dicunt, transfertur tamen etiam ad deſignandam *veſtem exteriorem*. כְּתֹנֶת פַּסִּים *Tunica* variorum colorum, Gen. 37, 3. 23. 31. 32. 33. וְעָלֶיהָ כְּתֹנֶת פַּסִּים Erat autem ſuper eâ *tunica* variorum colorum, 2. Sam. 13, 18. וְשִׁבַּצְתָּ הַכְּתֹנֶת שֵׁשׁ Denique teſſelabis ſeu teſſelatam facies *tunicam* xylini, Exod. 28, 39.

כֻּתֹּנֶת f. *Tunica*, Gen. 37, 31. וְהִלְבַּשְׁתָּ אֶת־אַהֲרֹן אֶת־הַכֻּתֹּנֶת Et indues Aaroni *tunicam*, Exod. 29, 5. Cum Suffixo כֻּתָּנְתּוֹ *Tunica* ejus, Gen. 37, 23. In Plurali כֻּתֳּנֹת *Tunicæ*, Exod. 28, 40. c. 29, 8. c. 40, 14. Lev. 8, 13. Cum Suff. בְּכֻתֳּנֹתָם In *tunicis* ſuis, Lev. 10, 5.

כָּתְנוֹת f. pl. *Tunicæ*. כָּתְנוֹת עוֹר *Tunicæ* pellis, i.e. ex pelle confectæ, Gen. 3, 21. כָּתְנֹת שֵׁשׁ *Tunicæ* xylini, i.e. ex xylino confectæ, Exod. 39, 27. Præterea extat Eſr. 2, 68. Neh. 7, 70. 72.

כָּתֵף *Humeris portavit, Bajulavit*, apud Talmudiſtas, qui videntur verbum à nomine deduxiſſe. Sed Arabicè & Æthiopicè notat *firmiter & arctè ligavit, conſtrinxit.* Inde videtur eſſe

כָּתֵף m. *Humerus*, ſic dictum à *firmitate vinculorum*, quibus uterque conſtrictus eſt; in iis enim inprimis robur ſpectatur. יִשָּׂאֻהוּ עַל־כָּתֵף Portabunt eum ſuper *humero*, Jeſ. 46, 7. עַל־כָּתֵף נָשָׂאתִי Super *humero* portavi, Ezech. 12, 7. In Statu Conſtr. עַל־כֶּתֶף הַבַּיִת Juxta *humerum*, i.e. juxta latus domûs, 1. Reg. 7, 39. Cum Suffixo כְּתֵפִי *Hume-*

Digitized by Google

Humerus meus, Job. 31, 22. Plural. כְּתֵפוֹת *Humeri, Humeralia, Latera.* שְׁתֵּי כְתֵפֹת חֹבְרֹת יִהְיֶה־לּוֹ Duo *humeri* conjuncti erunt illi, Exod. 28, 7. Maſc. כְּתֵפַיִם Cum Suffixo וּכְתֵפָיו Et *humeros* ſuos, Exod. 28, 12. וַיָּשֶׂם עַל־כְּתֵפָיו Et poſuit ſuper *humeros* ſuos, Jud. 16, 3. כְּתֵפֶיהָ *Humeri* ejus, 1. Reg. 7, 34. In Statu conſtr. וְכִתְפוֹת הַפֶּתַח Et *latera* oſtii, Ezech. 41, 2.

1) Generatim notat *humerum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *partem corporis ſuperiorem, bajulandis oneribus aptam,* Jud. 16, 3. 1. Sam. 17, 6. Ezech. 12, 6. β) *Metaphoricè* 1) in *ædificiis* notat *latus aut partem aliquam ædificii,* inſtar humeri ſe habentem Exod. 21, 14. 15. c. 38, 14. 15. 1. Reg. 6, 8. c. 7, 39. 2. Chron. 11, 11. c. 23, 10. Ez. 40, 41. &c. 2) Reſpectu *geſtationis* eſt ſymbolum *obedientiæ Deo præſtandæ,* Neh. 9, 29. Et dederunt *humerum* refractarium, i. e. noluerunt jugum tuum excipere, tibi debitum obſequium præſtare. 3) Dicitur etiam de *rebus aliis,* quæ humeri ſpeciem & rationem referre queunt, e. g. de *littore maris,* Num. 34, 11. de *terra,* vel *regione,* ejusque *medio,* Jeſ. 11, 14. Et involabunt in humerum Philiſtæorum, i. e. in medium regionis ipſorum, ad inſtar avium, quæ humerum involant, eique inſident. Similiter adhibetur de terrâ Benjamitarum, Devt. 33, 12.

כָּתַר *Cinxit, Circumdedit,* & ex uſu Chaldaicô, & Syriacô *Exſpectavit.* כִּתְּרוּ אֶת־בִּנְיָמִן *Cinxerunt* Benjamin undique, Jud. 20, 43. כִּתְּרוּנִי Cinxerunt me, Pſalm. 22, 13. כַּתַּר לִי זְעֵיר *Expecta* me paulisper, Job. 36, 2. Hiphil הִכְתִּיר *Cinxit, Circumdedit, Circumvenit.* Part. רָשָׁע מַכְתִּיר אֶת־הַצַּדִּיק Impius *circumvenit* juſtum, Habuc. 1, 4. Fut. יַכְתִּירוּ צַדִּיקִים Me *circumdabunt* juſti, Pſalm. 142, 8. וַעֲרוּמִים יַכְתִּרוּ דָעַת׃ Sed prudentes *circumdant,* ſcientiam, quaſi coronatim eam circumſtant, hanc anhelant, & hac unâ ſatiari vel coronari cupiunt, Prov. 14, 18. Præterea hæc vox non legitur.

1) Generatim *ambiendi* notionem obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *cingere,* quia quod alterum cingit, illud *ambit.* Inde tribuitur hominibus, alterum cingentibus, ſive ratio eum *cingendi* ſit *hoſtilis,* ſive ſit *amica* & *venerabunda.* In Piel notat *aliquem cingere hoſtiliter,* ita, ut nulla ei ſit elabendi rima; Ita legitur Jud. 20, 43. Pſalm. 22, 13. In Hiphil autem habet ſignificationem cingendi tàm *hoſtilem,* Hab. 1, 4. quàm *amicam* & *venerabundam,* Pſalm. 142, 8. Prov. 14, 18. β) *Metaphoricè* notat *expectare,* quia, quod expectamus, deſideriô quaſi *ambimus* & *cingimus.* Ita legitur Job. 36, 2.

כֶּתֶר m. *Corona,* ſic dicta, quod *cingit* & *ambit* caput. Ter legitur Eſth. 1, 11. c. 2, 17. c. 6, 8.

כֹּתֶרֶת f. *Coronamentum.* Dicitur de columnis Salomoneis, 1. Reg. 7, 16. 20. 31. In Plurali כֹּתָרוֹת *Coronæ, Coronamenta,* 1. Reg. 7, 19. 20. 41. 42. 2. Chron. 4, 12. 13.

כָּתַשׁ *Contudit*, *Comminuit*. Semel legitur in Fut. אִם תִּכְתּוֹשׁ אֶת־הָאֱוִיל בַּמַּכְתֵּשׁ Si *contuderis* ſtultum in mortario, Prov. 27, 22.

מַכְתֵּשׁ m. *Mortarium*, in quô aliquid *comminuitur*, Prov. 27, 22. *Molaris*, vel *cavitas dentis*, comminuendis cibis inſerviens, Jud. 15, 19. Ita interpretantur Genevenſes & Lutherus. Ab his non plane abit R. Salomo, ſcribens, quod מַכְתֵּשׁ ſit *cavitas*, *in quâ dens habitat*, *facta inſtar mortarii lapidis*. Sed quia mox dicitur, fontem iſtum poſtea manſiſſe, quod de *dente* dici non poteſt; & מכתש *locum* quidem, ſed non *dentem molarem* in ſcripturâ ſignificat; hinc Piſcator, Sebaſt. Schmidius, & Coccejus malunt intelligere de *locô cavô*, qui in *Lechi* erat. Præterea legitur Zeph. 1, 11. ubi incolæ Hieroſolymæ vocantur יֹשְׁבֵי הַמַּכְתֵּשׁ velut amplæ frumentorum vel aromatum comminuendorum officinæ, ceu Geierus interpretatur. Coccejus intelligit h. l. *Partem urbis Hieroſolymæ*, quæ inter montes depreſſior, pilæ ſimilitudinem habebat. AbenEſra autem intelligit *vicum urbis*, qui à *mortario* nomen trahebat, prout ferme inſigniores oppidi alicujus plateæ nomen à certâ aliquâ re habere ſolent.

כָּתַת *Tutudit*, *Contudit*, *Contrivit*. וְכַתּוֹתִי מִפָּנָיו צָרָיו Et *contundam* coram ipſo hoſtes ejus, Pſalm 89, 24. כֹּתּוּ אִתֵּיכֶם לַחֲרָבוֹת *Contundite* ligones veſtros in gladios, Joel. 4, 10. Fut. וָאֶכֹּת Et *contundam*, Devt. 9, 21. pro וָאֶכְּת, more Chaldaico factâ compenſatione in literâ, quæ abjectam præcedit, & (ֶ) ſub א retentô. Piel כִּתֵּת *Tutudit*, *Contudit*, 2. Reg. 18, 4. וְכִתְּתוּ Et *tundent*, Jeſ. 2, 4. Mich. 4, 3. Pual וְכֻתְּתוּ גוֹי בְּגוֹי Ut *contunderentur* gens in gente, 2. Chron. 15, 6. Hiphil Fut. וַיַּכְּתוּ Et *contriverunt*, Devt. 1, 44. pro וַיַּכְתּוּ, compenſatione more Chaldæorum factâ per Dageſch forte in literâ, quæ abjectam præcedit, & vocali brevi ſub Præformativô retentâ. Ita & legitur Num. 14, 45. Hophal Fut. יֻכַּת *Contereretur*, Jeſ. 24, 12. pro יוּכַת ubi itidem per Chaldaiſmum compenſatio literæ abjectæ per Dageſch forte facta eſt in literâ abjectam præcedente, & ו in (ֻ) tranſiit. יֻכַּתּוּ *Contundentur*, Job. 4, 20, Jer. 46, 5. Mich. 1, 7. ubi præter compenſationem more Chaldæorum factam, apparet etiam in ת Dageſch forte, quod, ut conſuleretur perfectioni ſyllabæ, ei impreſſum fuit.

1) In genere ſignificat *contundere*. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *contundendo in partes comminuere*. Ita legitur de contuſione ſerpentis ænei, 2. Reg. 18, 4. imaginum, 2. Chron. 34, 6. Mich. 1, 17. aurei vituli in pulverem, Devt. 9, 21. vaſis teſtacei, Jeſ. 30, 14. portæ, Jeſ. 24, 12. β) *Metaphoricè* dicitur de *hominibus*, qui moriuntur vel *morte naturali*, vel *violentâ*. Ita dicitur Job. 4, de hominibus morientibus, quorum corpora ex luto & pulvere ſunt, & per mortem contunduntur; de fortibus in bello pereuntibus, qui ab hoſte dejiciuntur & quaſi contunduntur ac occiduntur, Jer. 46, 5. Conf. Num. 15, 45. Devt. 1, 44. Pſalm. 89, 24.

כָּתִית m. *Tuſum*, Exod. 27, 20. c. 29, 40. Lev. 24, 2. Num. 28, 5. 1. Reg. 5, 11.

כִּתִּים *Chittim*, Num. 24, 24. eſt nomen regionis, per quam *Macedoniam* intelligendam eſſe, conſtat ex Jeſ. 23, 1. 1. Macc. 1, 1. Sed diſſentit Bochartus in Phaleg. lib. 3. c. 5. p. 179. per כִּתִּים intelligens *Italiam* cum inſulis vicinis, varias in medium proferens rationes, ad quas reſpondet Clericus ad Num. 24, 24. & *Macedoniam cum quibusdam Maris Ægei inſulis* intelligendam eſſe, ſollicitè probat. Conf. Dn. D. Buddei Hiſt. Eccl. Tom. I. Sect. 2. p. 222.

מְכִתָּה f. *Contuſio*. Occurrit ſaltem cum Suffixo, Jeſ. 20, 14. בִּמְכִתָּתוֹ In *confuſione* ejus.

ל

ל ex אֶל decurtatum, eſt Particula connexa, quæ per ſe non integram conſtituit vocem, ſed in oratione ſemper aliis adhæret. Præfigitur cum (:) & ante vicinum tonum interdum cum (ָ). לְאֹתֹת In ſigna, Geneſ. 1, 14. לָמָיִם *Ab* aquis, Geneſ. 1, 6.

I. Exprimit *Præpoſitiones* pro varietate contextus, & conſtructionis varias, nimirum *Ad*, Ruth. 1, 8. *Quantum ad*, Num. 18, 7. *Secundum*, *Juxta*, Gen. 1, 11. c. 2, 21. 24. c. 8, 19. c. 10, 5. c. 27, 5. 1. Sam. 13, 8. Pſal. 119, 153. Prov. 18, 11. Jeſ. 11, 3. c. 26, 8. c. 32, 1. *Poſt*, Geneſ. 7, 4. 10. *Coram*, Jer. 26, 6. *Sub*, cum nomine *tempus* deſignante, Job. 21, 30. c. 24, 14. *Circa, circiter*, Gen. 8, 11. *De*, Geneſ. 20, 13. Exod. 14, 3. Devt. 33, 7. 2. Sam. 11, 7. Pſal. 3, 3. Pſal. 35, 24. Pſal. 91, 11. Jeſ. 5, 1. Jer. 28, 8. *Erga*, Pſal. 119, 132. *Pro*, Lev. 12, 6. Devt. 3, 22. *Per*, Zeph. 1, 5. *Præter*, Devt. 31, 11. *Propter*; Num. 6, 7. *Circum*, Joſ. 8, 33. *Intra*, Eſr. 10, 8. *A, ab*, Geneſ. 1, 6. Neh. 3, 15. *Ex*, Gen. 38, 18, 25. Eſr. 1, 11. *Apud* vel *prope*, Exod. 13, 7. *Ante*, 1. Reg. 6, 22. *In*, Job. 2, 13. Pſal. 16, 10. Thren. 5, 15. *Cum*, Geneſ. 10, 9. Pſal. 56, 10. Pſal. 118, 6. Pſal. 124, 1. 2. Hoſ. 14, 9. Atque hanc ſignificationem obtinet etiam, ſi priori perſonæ interrogativum מַה *quid* vel negativum לֹא *non* præmittatur, ipſum vero ל alteri vel perſonæ vel rei jungatur, copulâ ו, ſi adſit, plane omiſſâ. מַה־לִּי וָלָךְ Quid mihi *tecum* eſt negotii? Jud. 11, 12. conf. Joſ. 22, 24. Jer. 2, 18. *Inter*, Exod. 12, 2. Hanc quoque ſignificationem admittit, ſi alteri diſtinctionis extremo præmittitur; Tunc enim verti debet: & *inter*. מַבְדִּיל בֵּין מַיִם לָמָיִם Dividens inter aquas & *inter* aquas, Gen. 1, 6. Devt. 17, 8.

II. Præmiſſum *Infinitivo* in tempus finitum reſolubili, notat a) *Ut*, לִקְבֹּר *Ad* ſepelire, i. e. *Ut* ſepeliam, Gen. 23, 8. Ita ſumitur tum *cauſaliter* 2. Sam. 4, 10. c. 13, 2. tum *conſecutivè*, innuens *eventum*, Ex. 17, 3. Pſ. 92, 8. Pſ. 14, 11. b) *Quod* כְּשֶׁבַּעְתִּי לַאֲבוֹתָם לָתֵת לָהֶם Juravi Patribus ipſorum, *quod* daturus eſſem illis, Devt. 10, 11. c) *Quia* לִהְיוֹת Quia

Quia fuit, 1. Reg. 16, 7. *Donec, usquedum*, לְפָרוֹשׁ *Donec* exponeret, Lev. 24, 12. Butyrum & mel comedet לְדַעְתּוֹ *Usquedum* novit rejicere malum & eligere bonum, Jeſ. 7, 15. Dan. 9, 24. c. 12, 11. d) *Quum* הַשֶּׁמֶשׁ לָבוֹא *Quum* ſol occumberet, Geneſ. 15, 12. e) *Poſtquam*, לְצֵאתָם Poſtquam illi egreſſi erant, Num. 1, 1.

III. Neglectâ ſui ſignificatione 1) inſervit fere omnibus *Caſibus*, nimirum α) *Nominativo* הַשְּׁלִישִׁי לְאַבְשָׁלוֹם בֶּן־מַעֲכָה Tertius Abſalom, filius Maachæ, 1. Chron. 3, 2. β) Genitivo מִקֶּדֶם לָעִיר Verſus orientem urbis iſtius, Jon. 4, 5. Ita Num. 1, 50. 53. Pſal. 116, 15. Inprimis Genitivo *Autoris*, מִזְמוֹר לְדָוִד Pſalmus Davidis, Pſal. 5, 1. Pſal. 6, 1. nec non quando dominium & poſſeſſionem innuit. לַיהוָה הַמְּלוּכָה Domini eſt regnum, Pſal. 22, 29. Ita & adhibetur, Pſal. 24, 1. Pſal. 98, 12. Pſal. 95, 4. Pſal. 115, 16. Pſal. 119, 94. γ) *Dativo*, וַיֹּאמֶר לְיוֹסֵף Et dixit *Joſepho*, Geneſ. 48, 1. נָתַתִּי לָכֶם Dedi *vobis*, Geneſ. 1, 29. δ) *Accuſativo*, כִּי נִכְסֹף נִכְסַפְתָּה לְבֵית אָבִיךָ Si deſiderando deſideraſti *domum* Patris tui, Geneſ. 31, 30. Ita 2. Sam. 3, 30. ε) *Ablativo*, וַיִּגְדַּל הַמֶּלֶךְ שְׁלֹמֹה מִכֹּל מַלְכֵי הָאָרֶץ לְעֹשֶׁר וּלְחָכְמָה Et crevit Rex Salomo ſupra omnes Reges terræ *divitiis* & *ſapientia*, 1. Reg. 10, 23. 2) Format *Adjectivum* ex Subſtantivo כָּל־רֹאשׁ לָחֳלִי Totum caput eſt *in morbo*, i. e. *morbidum*, Jeſ. 1, 5. Sic & adhibetur Jud. 1, 28. Joſ. 1, 14. 3) Format *Adverbium* ex Subſtantivo וְהִשְׁכַּבְתִּים לָבֶטַח Et cubare faciam eos *ad ſecuritatem* i. e. *ſecurè*, Hoſ. 2, 20. 4) Infinitivo Præmiſſum conſtituit Ebræorum Gerundia fere omnia, nimirum α) *Nominativi caſus* עָלָיו אֵין לְהוֹסִיף וּמִמֶּנּוּ אֵין לִגְרֹעַ Ad illud nihil eſt *addendum*, nihil eſt de eo *detrahendum*, Eccl. 3, 14. Ita quoque 2. Chron. 19, 2. Pſal. 32, 9. Jeſ. 5, 4. β) *Genitivi caſûs*, עֵת לָלֶדֶת Tempus *pariendi*, Eccl. 3, 2. Ita & verſ. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. δ) *Accuſativi Caſus*. לְהַבְדִּיל בֵּין הַיּוֹם Ad *dividendum* inter diem, Gen. 1, 22. לְמַלֵּא בִטְנוֹ Ad *implendum* ventrem ejus, Job. 20, 23. ε) *Ablativi Caſus*. לֵאמֹר dicendo, Geneſ. 1, 22. 5) Eſt nota *Infinitivi* מִי יוּכַל לַעֲמֹד לִפְנֵי יְהוָה Quis poterit *ſtare* ante Dominum? 1. Sam. 6, 20.

לֹא *Non*; quod juxta Maſoram 35. in medio cum ו ſcribitur לוֹא,

I. habet vim particulæ, & præmiſſum 1) Nominibus α) habet *vim privandi*, vel *contrarium fortius affirmandi*. בֵּן לֹא חָכָם Filius *non ſapiens*, i. e. *inſipiens*, Hoſ. 13, 13. מִגּוֹי לֹא חָסִיד A gente *non benigna*, i. e. *crudeliſſima*, Pſal. 43, 1. conf. לֹא כֵן *Non rectus*, i. e. *pravus*, *mendax*, *fallax*, Jer. 8, 6. conf. Prov. 15, 7. Jeſ. 16, 6. vel 15. Jer. 23, 10. c. 48, 30. β) *Univerſaliter negandi* vim obtinet, præpoſitum aut

Digitized by Google

aut poſtpoſitum nominibus כל *Omnis*; איש *Vir*, אחד *Unus*, אדם *Homo*. כי לא במותו יקח הכל Quia in morte ſua non auferet *omne*, i.e. *non* auferet *quicquam*, *nihil* auferet, ולא נפקד ממנו איש *Neque* deſideratur ex nobis *quisquam*, i.e. *nullus*, Num. 31, 49. אחד מהם לא נותר *Unus* ex illis *non* eſt relictus, i.e. *nullus*, Pſal. 106, 11. ואדם לא זכר את־האיש Et *homo non*, i.e. *nemo hominum* vel *nullus* meminit viri iſtius, Eccl. 9, 15. II. *Verbo* in omnibus temporibus præmittitur, exceptô Imperativô; Et quidem, ſi Futuris præponitur, eſt *α*) dehortantis, *ne*, Prov. 22, 24. *β*) Prohibentis, *ne*, *non*, Ex. 20, 3. 4. 7. 13. 14. 20. 23. c. 21, 28. c. 22, 24. 27. Lev. 19. 4. 9, 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 26. c. 20, 23. c. 21, 5. 17. 3. *γ*) Conſequentis, *ut ne*, *ut non*, Lev. 19, 29. Jeſ. 41, 7.

II. Vim *nominis* obtinet, ſignificans *Nihil*, *Nihilum*, *Nullitas*, *Carentia*, *Defectus*. הייתם לא Fuiſtis *nihilum*, Job. 6, 21. זה העם לא היה Hic eſt populus iſte, qui factus eſt *nihilum*, Jeſ. 23, 13. בלוא־כסף, Pro nullitate argenti, Jeſ. 55, 1. ללא דבר De *nullitate* rei, Am. 6, 13. וללא תורה Et in *defectu* legis, 2. Chron. 15, 3.

III. לא pro לו juxta Maſorethas occurrit in quindecim locis, nempe Exod. 21, 8. Lev. 11, 21. & 25. 30. 1. Sam. 2, 3. 2. Sam. 16, 18. Pſal. 100, 3. Pſal. 139, 16. Job. 13, 15. c. 41, 3. Eſr. 4, 2. Prov. 19, 7. c. 26, 2. Jeſ. 9, 3. c. 63, 9. His accenſentur Job. 6, 21. 1. Chron. 11, 20. Jeſ. 49, 5. E contrario bis ſcriptum cenſetur לו pro לא 1. Sam. 2, 16. c. 20, 2.

IV. הלא & per alternationem ה cum א, הלה *Nonne? Annon?* ה Interrogativum ſibi præmiſſum habet, eſtque *α*) *fortiter affirmantis*, & *rei*, de quâ quæri videtur, *certitudinem* indicantis. הלא־צבא לאנוש על־הארץ *Nonne* militia homini ſuper terra eſt? i.e. *Omnino* cuilibet homini tempus ærumnarum ac calamitatis determinatum eſt, nec durat in infinitum, Job. 7, 1. Ita & occurrit, Geneſ. 4, 7. Joſ. 10, 13. *β*) *Indignantis* & *increpantis*. הלא ידעו *Nonne* cognoverunt? *Nonne* ſatis declarata ipſis eſt Dei voluntas? Pſal. 14, 4. Ita & Pſal. 2, 2. Pſal. 94, 9. 10. *γ*) *Admirantis* de rei exiſtentiâ. הלא שמעת כי מלך אדניהו *Nonne* audiviſti, quod Regno præſit Adonia? 1. Reg. 1, 11. Vid. Cel. Danz. Interpres.

לאב *Sitivit* apud Arabes; Inde apud Ebræos eſt

תלאובה f. *Sitis, Siccitas*. Occurrit ſaltem in Plurali, Hoſ. 13, 5. בארץ תלאבות In terra *ſiccitatum* i.e. ſiticuloſa, ſicca.

לאה *Laboravit*, *Labore defatigatus*, *Defeſſus fuit*, *Ægrè tulit*. Fut. תלאה *Ægrè feres*, *impatiens eris*, Job. 4, 2. Sed v. 5. eſt ותלא Tertiâ radicali ob ו converſivum per Apocopen reſectâ. וילאו למצא הפתח Ut *defatigarentur* ad inveniendum oſtium, Gen. 19, 11. Niphal נלאה *Defeſſus*, *Defatigatus eſt*. נלאה להשיבה אל־פיו

Defa-

Digitized by Google

Defatigatur reducendo eam (manum) ad os ſuum, Proverb. 26, 15. נִלְאֵיתִי נְשֹׂא *Defaſtigatus ſum* ferendo, Jeſ. 1, 14. וְנִלְאוּ מִצְרַיִם לִשְׁתּוֹת Et *defatigentur* Ægyptii bibendo, Exod. 7, 18. Hiphil הֶלְאָה *Fatigavit*, *Defatigavit* per alternationem pro הֶלְאָה, perinde ut in הֶרְאָה Oſtendit, Geneſ. 41, 28. הֶלְאָנִי *Fatigat* me, Job. 16, 7. הֶלְאַת *Defatigavit*. Eſt tertia perſona fœm. Præt. pro Afform. Ebr. ה ad formam Chaldaicam poſito ת, &, quia eſt quieſcens לְת, (·) in (ₜ) mutatô, perinde ut in הָגְלַת *Deportata fuit*, Jer. 13, 19. עָשָׂת *fecit* Lev. 25, 21. In omnibus his tertia radicalis ה, quia nullum periculum confuſionis cum maſculino metuendum, ob accedens Afformativum abjecta fuit. Vid. Celeb. Danz. Literat. c. 5. §. 42. obſ. 2. & §. 48. 11. obſ. 2. Infin. הַלְאוֹת *Fatigare*, Jeſ. 7, 13. וַיַּלְאוּךָ Et *defatigarunt* te, Jer. 12, 5.

1) Generatim notat *operari*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *laborare*, & quidem usque ad *virium fatigationem & ceſſationem*, Jer. 20, 9. β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam*, quia laborem ſequitur *fatigatio*, hinc etiam ſignificat *fatigare*, i. Ita dicitur de *defatigatione* vel *laſſitudine* pigri in rebus peragendis, Prov. 26, 15. Sodomitarum in inveniendo oſtio domûs Loti, Geneſ. 19, 11. *Jobi*, doloribus ita defatigati & infirmati, ut impatientiæ & tentationibus ferme ſuccubuerit, Job. 16, 7. *Chaldaea*, multitudine conſiliorum delaſſatæ, Jeſ. 47, 13. & per *Metaphoram* tribuitur *Deo*, Jeſ. 1, 14. & Jer. 15, 6. qui *ibi* negat, ſe amplius ferre poſſe Judæorum cultum hypocriticum; *hic* autem minatur, ſe non amplius eorum miſerturum, &c. 2) *Metaphoricè* notat α) *Impatienter* vel *agrè aliquid ferre*, Job. 4, 2, 5. β) *Nauſcâ* vel *tadio alicujus rei affici*, *duci*, *teneri*. Ita dicitur de Ægyptiis, qui nauſeâ bibendarum aquarum cruciabantur, Exod. 7, 18. & de *Moabo*, qui tædiô cultûs Idolorum tenebatur, Jeſ. 16, 14. γ) In Hiphil *moleſtiâ afficere*, Ita Jeſ. 7, 13. *Judai* dicuntur *Deum moleſtiâ afficere*, quando eum contemtu ipſius, verbique ejus, offendebant graviſſimè. Eodem verſu Judæi dicuntur *moleſtiâ afficere homines*, i. e. Prophetas & Miniſtros Dei, quando eos contemnebant, verbisque eorum nullam fidem habebant &c. Vid. Mich. 6, 3.

תְּלָאָה f. *Labor*, *Defatigatio*, *Moleſtia*. וַיַּקַּף רֹאשׁ וּתְלָאָה Et circumdedit me cicuta & *moleſtia*, Thren. 3, 5. Vide Exod. 18, 8. Num. 20, 14. Neh. 9. 32. מַתְּלָאָה Quæ *fatigatio?* Mal. 1, 13. pro מַה־תְּלָאָה, ה per Syncopen extruſo, & מַ cum ſequente, voce coaleſcente. Sæpius non occurrit.

לָאַט *Obvolvit*, *Involvit*. לָאַט אֶת־פָּנָיו *Obvolvit* faciem ſuam, 2. Sam. 19, 4.

בְּלָאט *Clam*, *Senſim*, vide in Radice לוט Obvolvit, Abſcondit.

לָאַךְ *Miſit*, apud Arabes & Æthiopes; inde eſt apud Ebræos

מַלְאָךְ

Digitized by Google

מַלְאָךְ m. *Miſſus*, *Legatus*; *Nuncius*; *Angelus*. וּמַלְאָךְ בָּא אֶל־שָׁאוּל Et *nuncius* venit ad Saulem, 1. Sam. 23, 27. In Statu Conſtr. מַלְאַךְ יְהוָה *Angelus* Domini, Geneſ. 16, 7. Cum Suff. הוּא יִשְׁלַח מַלְאָכוֹ לְפָנֶיךָ Ipſe mittet *Angelum* ſuum ante te, Gen. 24, 7. In Plur. מַלְאָכִים *Nuncii*, Geneſ. 32, 3. In Statu conſtr. מַלְאֲכֵי אֱלֹהִים *Angeli* Dei, Geneſ. 28, 12. Cum Suff. מַלְאָכֶיךָ *Nuncii* tui, Num. 24, 12. מַלְאָכֵכֵה *Nunciorum* tuorum, Nah. 2, 14. ה in fine eſt Paragogicum, & (..) ante illud eſt locô (ָ) per alternationem. Sic Buxtorffio, Schmidio & aliis eſt Pluralis cum Suffixo; ſed Celeb. Danzio eſt Singularis cum Suff. Fœm. accedente ה Paragogico, redditurque ab eo: *Opemtio tua*. Vid. Literat. §. 54, 1. p. 473.

I) In genere notat *quemvis miſſum*, *nuncium* vel *legatum*, ſive ſit *hominis*, ſive ſit *Dei*. Unde II) Speciatim in Scriptura dicitur 1) de *nunciis* vel *legatis hominum*, e. g. Jacobi, Geneſ. 32, 3. 6. Moſis, Num. 20, 14. Iſraelis, Num. 21, 22. Balaki ad Bileamum, Num. 22, 5. Sebulis ad Abimelechum, Jud. 9, 31. Jephthæ ad Ammonitarum Regem, Jud. 11, 14. Confer 1. Sam. 6, 21. c. 11, 3. c. 19, 11, 14. 20. 21. c. 25, 14. 2. Sam. 2, 5. c. 3, 14. c. 11, 4. c. 3, 12. 26. c. 5, 11. c. 12, 27. 1. Reg. 20, 2. 2. Reg. 1, 2. 16. c. 14, 8. c. 16, 7. c. 17, 4. c. 19, 9. 1. Chron. 14, 1. c. 19, 2. 16. &c. 2) de *nunciis & legatis Dei*, quorum nomine veniunt α) *Præcones* ſeu *Miniſtri verbi*, quod legatione Dei inter homines funguntur. Tales ſunt Prophetæ varii, 2. Chron. 36, 15. 16. Speciatim Haggeus Propheta, c. 1, 13. Sacerdotes, Mal. 2, 7. Johannes, Meſſiæ præcurſor, Mal. 3, 1. β) *Angeli*, qui miniſteriis & legationibus divinitus deſtinati ſunt, Gen. 19, 1. c. 28, 12. c. 32, 1. Pſal. 34, 8. Pſal. 91, 11. Pſal. 103, 20. Pſal. 104, 4. Pſal. 148, 2. Jeſ. 37, 36. γ) *Filius Dei*, qui divinitus fuit miſſus, ut nota faceret hominibus, quæ ipſis Deus nota fieri volebat. Quando autem in Scriptura nomen Angeli *Filio Dei* tribuatur, colligi poteſt ex attributione eorum, quæ Dei propria ſunt, nempe 1) quando ei tribuitur nomen יְהוָה, quod eſt nomen Dei eſſentiale & proprium 2) quando ei aſſignantur attributa verè divina e. g. omniſcientia, omnipotentia, æternitas &c. 3) quando ei attribuuntur opera verè divina e. g. creatio, redemtio &c. 4) quando ei tribuitur cultus divinus. E. g. Geneſ. 16, 7. ſeq. intelligitur *Angelus increatus*, *Filius Dei*, 1) quia non tantum dicitur אֵל, ſed etiam יְהוָה v. 13. 2) quia ei aſſignantur opera divina, e. g. multiplicatio poſteritatis, auxilium in afflictione 3) Cultus divinus; Hagar enim eum nuncupavit: Tu es Deus videns, quod Targum ita declarat: Oravit in nomine Domini. Præter l. c. מַלְאָךְ dicitur etiam de *Filio Dei*, Geneſ. 21, 1. c. 33, 20. c. 48, 16. Exod. 3, 2. c. 23, 20, 21. item Mal. 3, 1. ubi dicitur *Angelus fœderis*, quia miſſus eſt ad conſummandum & annunciandum *fœdus gratiæ* à Deo cum hominibus initum.

מַלְאָכוּת

Digitized by Google

מַלְאָכוּת f. *Legatio.* Semel legitur in Statu conſtr. בְּמַלְאֲכוּת יְהוָה In *Legatione* Domini, Hagg. 1, 13.

מְלָאכָה f. *Operatio, Functio, Res peragenda*, vel *paranda*, *Opus*, *Artificium.* כָּל־מְלָאכָה לֹא יֵעָשֶׂה בָהֶם Nullum *opus* fiet in illis, Exod. 12, 16. In Statu conſtr, & accedente Suffixo adhibetur מְלֶאכֶת ut כָּל־מְלֶאכֶת חָרָשׁ Omne *opus* fabri, i. e. omnis res, quam facit faber, Exod. 35, 35. לַעֲשׂוֹת בְּכָל־מְלֶאכֶת מַחֲשָׁבֶת׃ Ad laborandum in omni *opere* excogitationis, i. e. artificioſo, Exod. 35, 33. Cum Suff. מְלַאכְתּוֹ *Opus* ſuum, Geneſ. 2, 2. Plur. מְלָאכוֹת *Opera.* In Statu conſtr. כָּל־מַלְאֲכוֹת תַּבְנִית Omnia *opera* ſtructuræ, 1. Chron. 28, 19. Cum Suff. מַלְאֲכוֹתֶיךָ *Opera* tua, Pſalm. 73, 28.

1) Generatim notat *operationem*, quâ aliqua res conficitur, peragitur, acquiritur, vel negotium demandatum executioni datur. Inde 2) Speciatim α) notat *functionem* vel *negotiationem*. Ita dicitur non ſolum de functione Sacerdotum in tentoriô, Num. 4, 3. ſed etiam de negotiatione Jonæ, Jon. 1, 8. β) *Metonymicè* transfertur ad deſignandam *rem* functione vel operatione producendam, peragendam, acquirendam &c. Atque in hac ſignificatione dicitur α) de operibus Dei in creatione productis, Gen. 2, 2. β) de opere animum & vires avocante ac de laſſante, quod in re familiari & domeſtica peragendum & obeundum, Exod. 20, 9. Prov. 24, 27. quô impeditur ſanctificatio Sabbati, Exod. 20, 10. Devt. 5, 14. γ) de re artefactâ, Exod. 35, 31. Lev. 13, 51. 1. Reg. 7, 14. 2. Chron. 4, 11. c. 5, 1. δ) de poſſeſſione, ſeu re per laborem acquiſitâ, Geneſ. 33, 24.

לְאֹם *Natio* vide ſupra in אמם. p. 74.

לָבָא *Multum cibi expetiit* vel *uſurpavit.* Inde juxta Celeberr. Majum in Hiſtor. Anim. Sect. 2. c. 1. p. 637. deſcendit apud Ebræos

לָבִיא m. *Leo* immanis, quia eſt fera voraciſſima, & in ſacris ad ejus voracitatem ſæpe reſpicitur. שְׁאָגָה לוֹ כַּלָּבִיא Rugitus ei eſt ſicut *leonis*, Jeſ. 5, 29. Plural. לְבָאִים Leones, Pſal. 57, 5. Fœm. לְבִיָּא *Leæna*, Ezech. 19, 2. Cum Suff. in Plur. לְלִבְאֹתָיו *Leunculis* ſuis, Nah. 2, 13.

1) Generatim & vi originis notat *voracem*, 2) Speciatim α) *propriè* notat *leonem*, qui eſt fera voraciſſima, hinc immanis & robore in- inſigni prædita, Job. 39, 1. β) *Metaphoricè* 1) dicitur de *Juda*, reliquas tribus robore, potentiâ & excellentiâ ſeu eminentiâ ſuperante, Geneſ. 49, 9. 2) de *truculentis hoſtibus & tyrannis*, qui immanitate & ferocia leonibus immanibus non ſunt abſimiles, Job. 4, 11. Pſalm. 57, 5. Nah. 2, 12. Prout etiam *leonis rugitus* deſignat *hoſtilem immanitatem, violentiam & tumultum*, Jeſ. 5, 29.

Digitized by Google

לָבַב *Animavit, Animum addidit, Animum ſumſit, Animoſus fuit*; apud Chaldæos, Syros, Samaritanos & Rabbinos. In Niphal נִלְבַּב *Cordatus factus eſt, Animum ſumſit.* Apud Ebræos ſemel legitur in Futuro, Job. 11. 12. וְאִישׁ נָבוּב יִלָּבֵב Sed vir inflatus *animum ſumit.* Ein Unnützer blähet ſich auf / prout reddit Lutherus. Sed Mercerus in contraria ſignificatione ſumit: *Corde privatur.* Verum præſtat primam retinere notionem. Vid. Seb. Schmid. in h. l. Piel לִבֵּב *Animavit.* לִבַּבְתִּנִי *Animaſti* me, Cant. 4, 9. Aben-Eſra interpretatur: *Animum meum impuliſti, corde me privaſti.* Sed quia Sponſo cœleſti minus conveniens eſt, *animi* vel *cordis privatio*, ſatius eſt accipi pro, *affectum cordis dare & commovere, affectum* ſcilicet *amoris.* Sed aliam ſignificationem habet in Fut. וּתְלַבֵּב לְעֵינַי שְׁתֵּי לְבִבוֹת Et *placentet, præparet* coram oculis meis duas placentas, tales ſcil. quæ cor reficiant, quæ ſint quaſi *cordialia*, 2. Sam. 13,6.8. Præterea non occurrit.

לֵבָב m. *Cor, Animus.* חֲכַם לֵבָב Sapiens *corde*, Job. 9, 4. אַנְשֵׁי לֵבָב Viri *cordis*, i. e. ſapientes & prudentes, Job. 34, 34. In Statu Conſtr. לְבַב אֱנוֹשׁ *Cor* hominis, Pſal. 104, 15. Cum Suffixo צָרוֹת לְבָבִי Anguſtiæ *cordis* mei, Pſalm. 25, 17. אַחֵינוּ הֵמַסּוּ אֶת־לְבָבֵנוּ Fratres noſtri liquefecerunt *cor* noſtrum, Devt. 1, 28. לְבַבְכֶם *Cor* veſtrum, Num. 15, 39. וְאִמֵּץ אֶת־לְבָבוֹ Et obfirmaverat *cor* ejus, Devt. 2, 30. Plur. לְבָבִים *Corda.* Cum Suffixo עַל לִבְבֵהֶן Ad *corda* ſua, Nah. 2, 7. Sed 1. Chron. 28, 9. eſt לְבָבוֹת *Corda.*

1) Generatim ſignificat *cor*, 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *membrum illud internum carneum*, quod medium pectus tenet, & eſt fons, unde arteriæ ſanguinem hauriunt, & quò venæ eum refundunt. *β*) *Tropicè*, 1) per *Metonymiam* deſignat *animam*, ejusque facultates, intellectum & voluntatem, nec non ipſius adjuncta, ſapientiam, prudentiam, cogitationes, deſideria, vota & affectus. Ita dicitur *α*) de *anima*, cujus ſedes in *corde* tanquam metropoli ſtatuitur, Prov. 24, 4. Joel. 2, 13. *β*) de ejus facultatibus, nempe de intellectu, Job. 9, 4. Pſal. 95, 10. Jeſ. 6, 10. de *voluntate*, quia in *corde voluntatis* motus maxime ſentiuntur, 2. Samuel. 19, 15. Ita, de *animo* ſeu *voluntate* dicitur, quando *cor* dicitur *perfectum* ſeu *integrum*, i. e. *ſincerum, ſerium*, ab hypocriſi, ſimulatione & dolo alienum, 1. Reg. 15, 14. 2. Reg. 20, 3. 1. Chron. 12, 38. 2. Chron. 15, 17. c. 25, 20. *γ*) de *Adjunctis facultatum animæ*, ſcilicet de *conſcientiâ*, quia effectus conſcientiæ in corde maximè ſentiuntur, 2. Sam. 24, 10. de *ſapientiâ*, cujus ſedes in corde ſtatuitur, Job. 12, 3. Unde *vir cordis* eſt vir ſapiens, Job. 34, 10. 34. Et Job. 9, 4. *ſapiens corde* Seb. Schmidio eſt ſapientiſſimus; de *proba attentione* tàm *theoreticâ*, quàm *practicâ*, Devt. 32, 46. de *animoſitate*, Devt. 20, 3. 8. Joſ. 7, 5. Jeſ. 13, 7. de *decreto voluntatis*, אֲשֶׁר בִּלְבָבְךָ Fac omne, quod

quod in corde tuo eſt, i.e. quicquid in animo habes, quidquid decreviſti facere, 1. Sam. 14, 7. Confer. 2. Sam. 7, 3. 1. Reg. 8, 17. 1. Chron. 17, 2. 2. Chron. 29, 10. de *votis*, *deſideriis*, *gemitibus*, &c. יִתֶּן־לְךָ כִלְבָבֶךָ Dabit tibi ſecundum *cor* tuum, i.e. *cordis tui vota & deſideria*, Pſalm. 20, 5. שִׁפְכוּ־לְפָנָיו לְבַבְכֶם Effundite coram ipſo *cor* veſtrum, i.e. veſtra cordis *vota*, *deſideria*, *& gemitus* precibus Deo exponite, Pſal. 62, 9. Confer. Num. 15, 39. Thren. 3, 42. Vide quoque 1. Chron. 29, 17. ubi *Deus* dicitur *probare cor*, i.e. omnes cogitationes, deſideria, affectus & machinationes. 3) *Metaphoricè* notat *quamvis rei medietatem*, vel *talem ſitum*, qualis eſt *ſitus cordis* in corpore humano. Ita dicitur de *medio maris*, Jon. 2, 4.

לֵב m. *Cor*. וַיְדַבֵּר עַל־לֵב הַנַּעַר Et loquebatur ad *cor* puellæ, i.e. *ſuaviter*, prout jucundum, gratum & acceptum erat, Geneſ. 34, 3. וַאֲנִי אַקְשֶׁה אֶת־לֵב פַּרְעֹה Et ego indurabo *cor* Pharaonis, Exod. 7, 3. בְּלֵב וָלֵב In *animo* atque *animo* i.e. aliô atque aliô animo loquuntur, Pſ. 12, 3. Subſtantivum enim repetitum interpoſitâ copulâ ו diverſitatem indicat. בְּלֹא לֵב וָלֵב Abſque *corde* & *corde*, i.e. integro animo, 1. Chron. 12, 33. Cum Suff. בּוֹ יִשְׂמַח לִבֵּנוּ In ipſo lætabitur *cor* noſtrum, Pſal. 33, 21.

1) Generatim notat *cor*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *corporis organici partem intimam, carnoſam, denſam, rubram*, quam fontem caloris & officinam ſanguinis vocant, unde arteriæ ſanguinem hauriunt, & quò venæ eum refundunt, 2. Sam. 18, 14. *β*) *Tropicè* א) per *Metonymiam* deſignat *animam*, quia ea in *corde* velut in propriâ ſuâ ſede reſidet; unde *cordi* omnis *vis intelligendi, eligendi, volendi & agendi* adſcribi ſolet. Occurrit autem in Scriptura *α*) de *animæ facultatibus*, nimirum tùm de *intellectu*, Exod. 31, 6. c. 35, 10. c. 36, 1. Pſal. 14, 1. Prov. 3, 3. c. 8, 5. Eccl. 1, 16. tum de *voluntate*, Pſal. 7, 11. Pſal. 11, 2. Pſal. 36, 11. Confer. Num. 16, 28. 2. Sam. 7, 21. *γ*) De *Adjunctis facultatum animæ*. Unde *cor* deſignat 1) *ſapientiam*, Prov. 8, 5. c. 15, 32. Hinc *carens corde* deſignat *inſipientem & ſtultum*, Prov. 6, 32. c. 7, 7. c. 9, 4. 16. c. 10, 13. 21. conf. Jer. 5, 21. ubi notat *intelligentiam* mentis. 3) *Conſcientiam*, 1. Sam. 24, 6. 2. Sam. 24, 10. 4) *Scientiam & curam*, Pſal. 37, 31. Jeſ. 51, 7. 5) *Attentionem, meditationem*, & *conſiderationem ſedulam & debitam*; imò *ſtudium & curam*. Ita Salomo Eccl. 1, 13. dicit ſe *dediſſe cor* ad disquirendum; i.e. omne ſtudium curaſque cordis intendiſſe. Ita Prov. 22, 17. *Pone cor tuum ad ſcientiam*, i.e. illi vaca, illi operam da. Ita *ponere cor ad aliquid* eſt *ei animum advertere*, *intenſius illud cogitare, perpendere*, &c. connotatô ſubinde affectu & certô fine, ſcilicet vel *bene*, vel *malefaciendi alicui*; id, quod juſtum eſt, faciendi aut negligendi. Ita Exod. 9, 21. dicitur *ponere cor ſuum ad verbum Domini*, qui ei credit & morem gerit. Jeſ. 57, 1. impius negatur cor apponere ad in-

 teritum

teritum juſti cum debito affectu luctûs. Confer 2. Sam. 13, 20. ubi Abſolon ad Thamarem inquit: Ne ponas ad cor, i. e. noli hujus rei meminiſſe cum vindictæ affectu. Confer. 1. Sam. 25, 25. 6) *Animoſitatem* Num. 32, 7. 9. 7) *Deſideria, vota, intentionem, gemitus* &c. Ita Pſal. 62, 11. Ne apponite cor ad opes, i. e. ne omni deſiderio affectu & conatu opibus vacate, Ezech. 33, 31. Poſt lucrum cor eorum abit, i. e. omni deſiderio, affectu & conatu lucro vacant. Confer. Thren. 2, 19. Effunde cor tuum, i. e. deſideria & gemitus tuos. 8) *Affectus*, Pſalm. 12, 3. 9) *Memoriam* videtur notare, Pſal. 31, 13. ב) *Metaphoricè*, quia cor fere in medio pectoris & interius in corpore eſt, interdum deſignat cujusque *rei medium* vel *interiorem partem*, e. g. medium quercûs, 2. Sam. 18, 14. *maris*, Exod. 15, 8. Pſal. 46, 3. Prov. 23, 34. c. 30, 19. Ezech. 27, 4. 25. c. 28, 2.

לִבָּה f. *Cor, Animus.* Cum Suff. לִבָּתֵךְ *Cor* tuum, Ezech. 16, 30. וּבֹחֵן לִבּוֹת Et probans *corda*, Pſal. 7, 10. Cum Suffixo לִבּוֹתָם *Corda* ipſorum, Jeſ. 44, 18.

1) Generatim notat *cor.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *corporis organici partem intimam, carnoſam, denſam & rubram.* β) *Metonymice* transfertur ad *animam* ejusque *facultates & Adjuncta.* Hinc deſignat α) *intellectum*, Jeſ. 44, 18. β) *animæ operationes*, ſcilicet *cogitationes, conſilia, instituta, machinationes, deſideria*, item *affectus*, Pſalm. 7, 10. Prov. 15, 11. c. 17, 3. At Pſalm. 125, 4. *Recti in cordibus ſuis* dicuntur, qui alieni ſunt ab omni hypocriſi, ſimulatione, & fraudum tortuoſitate.

לַבַּת Vide in לַהֶבֶת Flamma.

לְבִבוֹת f. pl. *Placentæ ſuaves*, quaſi *Cordialia*, aut *cordis refectoria*, prout Buxtorffius interpretatur. Legitur 2. Sam. 13, 6. 8, 10.

לְבַד *In ſolitudine*, i. e. *Seorſim*, *Solum* &c. Vide in בָּדַד. pag. 123.

לָבַט *Implicuit*, Aben-Eſra ex Arabicâ linguâ ejus ſignificationem petit, ubi ipsô teſte deſignat *perplexum in rebus ſuis*, ita, ut ignoret, quid faciendum, quidve omittendum. Kimchi & Mercerus *impingendi & corruendi* ſignificationem ei attribuunt; Forte, quia *perplexus & attonitus* facilè *impingit & corruit.* In Kal non occurrit, ſed in Niphal, ubi Futurum eſt יִלָּבֵט *Implicitus & perplexus redditur*, Prov. 10, 8. 10. וְעָם לֹא יָבִין יִלָּבֵט Et populus non intelligens *impingit, corruit* &c. Hoſ. 4, 14. Præterea non legitur.

לָבַן *Albus fuit*; item, *lateres formavit è luto, ac coxit, ut albeſcant*, apud Arabes, teſte Majo. Caſtellus reddit: *Lateres formavit ſubalbos ex argillâ & materiâ ſubalbâ*, qualis in Ægyptô & terrâ Canaan. Vid. Celeber. Majus in Animad. in Lex. Coccej. p. 59. Infin. לִלְבֹּן הַלְּבֵנִים *Ad formandum* lateres, Exod. 5, 7. 14. Futur. נִלְבְּנָה

לְבֵנִים

Digitized by Google

לְבֵנִים *Formemus* lateres, Geneſ. 11, 3. Præterea in Kal non legitur. Hiphil הִלְבִּין *Valde albuit, plane albus evaſit.* Quia neutralis ſignificatio τοῦ Kal retinetur, ea hîc intenditur. Tranſitivè ſignificat *dealbavit.* הִלְבִּינוּ שָׂרִיגֶיהָ Penitus *albi evaſerunt* palmites ejus, Joel. 1, 7. Infin. וְלַלְבֵּן Et ad *dealbandum*, Dan. 11, 35. pro וּלְהַלְבֵּן Præformativô ה ob Præfixum ל per Aphæreſin ablatô. Fut. אַלְבִּין *Valde albus fiam*, Pſal. 51, 9. כַּשֶּׁלֶג יַלְבִּינוּ Inſtar nivis *valde albeſcent*, Jeſ. 1, 18. Hithpael Fut. וְיִתְלַבְּנוּ Et *dealbabuntur*, Dan. 12, 10.

1) *Propriè albeſcendi* ſignificationem refert; vid. Joel. 1, 7. 2) *Tropicè* α) per *Metonymiam*, quia lateres benè coćti *albeſcunt*, ad *formationem* laterum transfertur, Geneſ. 11, 3. Exod. 5, 7. 14. β) *Metaphoricè* eſt ſymbolum *puritatis, remiſſionis peccatorum & innocentiæ*; prout è contrario *nigredo* vel *rubedo* deſignat *malitiam* & *peccatum.* Ita *puritatem interiorem* ſeu *remiſſionem peccatorum* deſignat, Pſal. 51, 9. Jeſ. 1, 18. Similiter de *puritate* & *innocentiâ*, nec non *ſinceritate manifeſtanda* occurrit, Dan. 11, 35. c. 12, 10.

לָבָן m. *Albus, Candidus*; & Subſtantivè, *Album, Albor.* אֲשֶׁר לָבָן בּוֹ In quô eſt *album*, ſeu *aliquid albi*, Gen. 30, 35. מַחְשֹׂף הַלָּבָן Denudatio *albi*, Gen. 30, 37. In Statu Conſtr. וּלְבֶן־שִׁנַּיִם מֵחָלָב *Candidus* dentibus præ lacte, Gen. 49, 12. Plur. יִהְיוּ בְגָדֶיךָ לְבָנִים Sint veſtes tuæ *alba*, Eccl. 9, 8. Fœm. לְבָנָה *Alba*, Lev. 13, 4. Plur. לְבָנוֹת *Alba*, Gen. 30, 37. Lev. 13, 38. 39.

לָבָן m. *Laban*; nomen propr. viri Syri, fratris Rebeccæ, notans *candidum*, Gen. 24, 28. Sed nomen non reſpondit omini, quia ſine omni ferè candore fuit, Gen. 31, 7.

לְבָנָה f. *Luna*, ab *albedine* nomen trahens, Cant. 6, 7. Jeſ. 24, 23. c. 30, 26. Præterea non legitur.

לִבְנֶה m. *Populus alba*; Arbor, cujus cortex *alba* apparet, Gen. 30, 37. Hoſ. 4, 14.

לְבֹנָה f. *Thus*, à *candore* nomen ducens, Lev. 2, 1. 15. c. 5, 11. cap. 24, 7. 1. Chron. 9, 29. Jeſ. 43, 23. Aliàs eſt nomen *urbis*, *Lebona*, Jud. 21, 19.

לְבָנוֹן m. *Libanus*; Mons, cedris præſtantiſſimis celebris; Juxta Fœrſterum & Mercerum à *thure*, quod in eô naſcitur, nomen adeptus. Sed quia *thus* afferri ſolebat ex regione *Saba*, in Arabiâ felici ſitâ, ſylvam habente, cujus arbores ſunt abieti ſimiles, & circa canis ortum inciſæ edunt humorem ſpumeum, qui concreſcit, & thus vocatur, Mercerus & alii hunc montem potius dictum putant à *candore nivium*, quibus ſemper albebat, ſicut Latinis *Alpes* ab *albis nivibus*, Jer. 18, 14. Cant. 4, 11. Facit huc illud Hieronymi in Jer. lib. 4. *Nix de ſummitatibus Libani deficere non poteſt, nec ullo ut omnis liqueſcat ſolis ardore ſuperatur.*

Mercero adſtipulatur Bochartus in Geograph. S. lib. 1. P. II. c. 42. p. 754. Mentio autem fit hujus montis, Joſ. 9, 1. c. 11, 17. c. 12, 7. Jud. 3, 3. c. 9, 15. 1. Reg. 5, 6. 9. &c. 2) *Metaphoricè*, Jeſ. 10, 34. ob ſuam celſitudinem & arborum proceritatem & copiam deſignat *Proceres in exercitu Regis Aſſyriorum.* 3) *Synecdochicè* Zach. 11, 1. notat *totam Judaeae terram.* Vide Tarnov. in h. l.

לְבֵנָה f. *Later*, ab *albedine* ita vocatus, quod dum igne probè coquitur, *albeſcat*, Gen. 11, 3. Ezech. 4, 1. Item per *Metonymiam cauſae* notat *Pavimentum, Pavimentationem lateritiam.* Ita ſaltem in Statu Conſtr. legitur, Exod. 24, 10. לִבְנַת סַפִּיר *Pavimentatio* Sapphiri, h. e. tanquam ſtructura pavimentata Sapphiro pro lateribus. Plural. לְבֵנִים *Lateres*, Gen. 11, 3. Exod. 5, 18. Jeſ. 9, 9. Cum Suff. מִלִּבְנֵיכֶם *De lateribus* veſtris, Exod. 5, 19.

מַלְבֵּן m. *Fornax lateraria.* Saltem legitur 2. Sam. 12, 31. Jer. 43, 9. Nah. 3, 14.

לָבַשׁ & לָבֵשׁ *Induit, Veſtivit, ſc.* וְלָבַשׁ בְּגָדִים אֲחֵרִים Et *induit* veſtes alias, Lev. 6, 4. Infin. לְבוֹשׁ *Induere.* וְנָתַן־לִי לֶחֶם לֶאֱכֹל וּבֶגֶד לִלְבֹּשׁ Si dederit mihi panem ad comedendum & veſtem ad *induendum*, Gen. 28, 20. Particip. Paul לָבוּשׁ *Indutus*, 1. Sam. 17, 5. In Statu Conſtr. אִישׁ לְבוּשׁ הַבַּדִּים Vir *indutus* linteis, Ezech. 9, 11. Fut. cum Suffixo אֶלְבָּשֶׁנָּה *Induam* eam, Cant. 5, 3. וְלָבַשׁ הַכֹּהֵן מִדּוֹ בַד וּמִכְנְסֵי־בַד יִלְבַּשׁ עַל־בְּשָׂרוֹ Deinde *induet* Sacerdos amictum ſuum lini, & femoralia lini *induet* ſuper carnem ſuam, Lev. 6, 3. שֹׂנְאֶיךָ יִלְבְּשׁוּ בֹשֶׁת Oſores tui *induantur* pudore, Job. 8, 22. יִלְבְּשׁוּ בֹשֶׁת וּכְלִמָּה *Induantur* pudore & ignominiâ, Pſalm. 35, 26. Pual Particip. מְלֻבָּשִׁים בְּגָדִים *Induti* veſtibus, 1. Reg. 22, 10. Hiphil הִלְבִּישׁ *Induere fecit, Induit, Veſtivit alium.* הִלְבִּישַׁנִי בִּגְדֵי יֶשַׁע *Induit* me veſtibus ſalutis, Jeſ. 61, 10. הִלְבִּישָׁה עַל־יָדָיו *Induit* ſuper manus ejus, Gen. 27, 16. לְהַלְבִּישׁ Ad *veſtiendum*, Eſth. 4, 4. Fut. כֹּהֲנֶיהָ אַלְבִּישׁ יֶשַׁע Sacerdotes ejus *veſtiam* ſalute, Pſalm. 132, 16. כִּי תַלְבְּשִׁי שָׁנִי Si *indueris te* dibapho, Jer. 4, 30. וַיַּלְבִּשֻׁהוּ בְּגָדִים Et *induerunt* veſtibus, Zach. 3, 5.

1) In genere *induendi* ſignificationem obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *veſtibus*, quae induuntur, Gen. 3, 21. Lev. 6, 3. 4. c. 16, 24. 1. Sam. 28, 8. 2. Sam. 14, 2. 2. Chron. 18, 9. Eſth. 4, 4. c. 6, 9. Ezech. 9, 11. c. 10, 2. 6. 7. c. 12, 6. 7. Dan. 10, 5. Zach. 3, 3. β) *Metaphoricè*, quia veſtis corpus tegit, ornat, eique tàm arctè adhaeret, ut propemodum quaſi unum cum eo facta eſſe videatur, hinc ſignificat, non ſolum *totum aliquâ re tegi & operiri, arctiſſimè alteri jungi & adhaerere*, tanquam rem propriam, ſed etiam involvit *decus & ornatum rei collatum* &c. Atque in hac Metaphoricâ ſignificatione transfertur a) ad *res corporeas.* Ita atrâ

cali-

Digitized by

caligine cœlum veſtiri dicitur, Jeſ. 50, 3. quando ei involvitur, eaque tegitur. *Caro* Jobi *vermem induit*, quando mortuum vermes tegunt & conſumunt, Job. 7, 5. *Prata pecore induunt*, quando oves, capræ &c. gramini inhæreſcentes inſtar elegantis veſtimenti videntur nuditatem pratorum viridantium operuiſſe, eademque mirificè exornaſſe, Pſalm. 65, 14. *b*) ad *res incorporeas*, quâ quis veſtiri dicitur ob *arctiſſimam adhæſionem*, *appropriationem*, *ornatum*, *aliamve cauſam*. Ita dicitur 1) de *Deo*, qui *induit celſitatem*, quando eam non ſolum poſſidet, ſed etiam tanquam celſiſſimus agnoſcitur ex operibus atque effectibus planè ſtupendis, Pſal. 93, 1. *Decus & honorem*, quando ipſum non tantum poſſidet & inſtar veſtimenti ſibi ubique præſentem habet, ſed etiam inter homines conſpicuum & illuſtrem reddit, Pſalm. 104, 1. 2) de *Spiritu Domini*, quando hominem ingreſſus efficaciſſimè per eum operatur, vel ad agendum incitat eum; non ſecus ac ſi homo veſtimentum indueret, eoque opertus ageret, Jud. 6, 34. 1. Chron. 12, 18. 2. Chron. 24, 20. 3) De *homine*, qui *trepidationem induit*, quando meris involutus terroribus, undique perculſi animi ſigna edit, Ezech. 26, 16. *ignominiam*, cui involutus omnibus conſpicuus redditur & contemnitur, Job. 8, 22. Pſalm. 35, 26. Pſalm. 109, 29. Pſalm. 132, 18. *juſtitiam*, quando ei ſe totum dedit, ita, ut ea cum totum undique inſtar pulcherrimi veſtimenti circumdet, eique arctiſſimè adhæreat, Job. 29, 4. Confer. Pſalm. 132, 9. 4) De *Eccleſiâ*, quæ *induitur fortitudine* & *veſtimentis gloriæ*, quando ſe fortem & animoſam gerit, & ſe exornat, Jeſ. 52, 1. *Veſtibus ſalutis*, quando juſtitia Chriſti, morte ac reſurrectione ipſius parta, per fidem ipſi imputata, ac ſi eſſet ejus propria eam inſtar ſplendidiſſimi veſtimenti, tectis peccatorum maculis, exornat, & de ſalute æterna certam reddit, Jeſ. 61, 10.

לְבוּשׁ m. *Tegumentum*, *Veſtis*, *Veſtimentum*. לְבוּשׁ מַלְכוּת *Veſtis* regni, i. e. regia, Eſth. 6, 8. עָרוֹם הִלְּכוּ בְּלִי לְבוּשׁ Nudum ire faciunt ſine *veſte*, Job. 24, 10. לְבֻשׁ הֲרֻגִים *Veſtimentum* occiſorum, Jeſ. 14, 19. Cum Suffixo בִּלְבוּשׁוֹ In *veſte* ſua, Jeſ. 63, 1. Plur. Cum Suff. בִּלְבֻשֵׁיהֶם *Veſtimentis* ſuis, Thren. 4, 14.

1) In genere notat quodvis *indumentum* vel tegumentum. Hinc 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *indumentum corporis*, & uſurpatur non ſolum de *veſtimento regio*, Eſth. 4, 4. c. 6, 8. c. 8, 15. ſed etiam de *tegumento ſacci*, Eſth. 4, 2. 4. Pſalm. 35, 13. Pſalm. 69, 12. &c. Vid. Prov. 31, 22. 25. *β*) *Metaphoricè*, *veſtimenti*, (quô aliàs corpus tegitur, munitur & ornatur,) *nomine* venit in Scripturâ *a*) *Humanitas* ſeu *humana natura Chriſti*, quam in conceptione inſtar veſtimenti induit, Gen. 49, 11. Jeſ. 63, 1. 2. *β*) *Nubes* & *nebula*, ex mari maximè oriunda, quæ mare tegunt & operiunt, Job. 38, 9. *γ*) *Squamæ* Leviathanis, quæ ipſius corpus tanquam veſtimentum tegunt, Job. 41, 4.

מַלְבּוּשׁ m *Veſtimentum*, *Indumentum*. מַלְבּוּשׁ נָכְרִי *Veſtimentum*

tum alienigenæ, Zeph. 1, 8. Cum Suff. מַלְבּוּשֵׁךְ *Indumentum* tuum, Ezech. 16, 13. Plur. מַלְבּוּשִׁים *Veſtimenta.* Cum Suff. מַלְבּוּשַׁי *Veſtimenta* mea, Jeſ. 63, 3. מַלְבּוּשֵׁיהֶם *Veſtimenta* eorum, 2. Chron. 9, 4. וּמַלְבֻּשֵׁיהֶם Et *veſtimenta* eorum, 1. Reg. 10, 5.

1) In genere deſignat *quodvis indumentum*, vel *veſtimentum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *veſtimentum*, quô corpus ſolet tegi, muniri atque ornari, 1. Reg. 10, 5. 2. Reg. 10, 22. β) *Metaphoricè* deſignat *humanitatem Chriſti*, Jeſ. 63, 3.

תִּלְבֹּשֶׁת f. *Veſtitus*, Jeſ. 59, 17.

לגם unde אַלְגּוּם Vide ſupra in litera א. p. 65.

לָהַב *Arſit, Æſtuavit*, apud Arabes; *Flammavit*, apud Samaritanos. Inde apud Hebræos

לַהַב m. *Flamma*; item *Gladius, Mucro, Acies, Lamina flammans.* וְלַהַב מִפִּיו יֵצֵא Ita ut *flamma* ex ore ejus egrediatur, Job. 41, 12. וְלַהַב אֵשׁ אוֹכֵלָה Et *flamma* ignis comedentis, Jeſ. 29, 6. c. 30, 30. וְלַהַב חֶרֶב Et *lamina flammans* gladii, Nah. 3, 3. Plur. פְּנֵי לְהָבִים פְּנֵיהֶם Facies *flammarum*, i. e. flammantes ſunt facies eorum, Jeſ. 13, 8. In Statu Conſtr. בְּלַהֲבֵי אֵשׁ In *flammis* ignis, Jeſ. 66, 15.

1) Generatim & vi originis notat *flammam.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *flammam* ignis, Joel. 2, 5. Jud. 13, 20. β) *Metaphoricè* dicitur a) de *faciebus rubore maximè ſuffuſis, ob anxietatis & doloris copiam & gravitatem*, Jeſ. 13, 8. b) de *laminâ politâ & fulgente*, Jud. 3, 22. Confer. Nah. 3, 3.

לֶהָבָה , לַהֶבֶת , לֶהָבָה f. *Flamma*; *Lamina flammans.* לֶהָבָה תְּלַהֵט רְשָׁעִים *Flamma* inflammavit impios, Pſalm. 106, 18. אֵשׁ לֶהָבָה Ignis *flamma*, i. e. flammans, Jeſ. 4, 5. וּכְלֶהָבָה תְּלַהֵט הָרִים Et ſicut *flamma* imflammat montes, Pſalm. 83, 5. לַהֶבֶת חֲנִיתוֹ *Lamina* haſtæ ejus, 1. Sam. 17, 7. Sed Exod. 3, 2. בְּלַבַּת *In flamma* ignis, pro בְּלַהֶבֶת, literâ ה per Syncopen conciſâ. Plural. לֶהָבוֹת *Flammæ*, Pſalm. 105, 32. In Statu conſtr. לַהֲבוֹת אֵשׁ *Flammæ* ignis, Pſalm. 29, 7.

1) Generatim & vi originis notat *flammam.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *flammam ignis*, Pſ. 106, 18. Dan. 11, 33. *fulguris*, Pſ. 29, 7. Pſ. 105, 32. β) *Metaphoricè* dicitur a) de *laminâ politâ & fulgente*, 1. Sam. 17, 7. β) de *pœnis Dei graviſſimis*, Jeſ. 47, 14. γ) De ira *Dei graviſſimâ*, Thren. 2, 3. Pſ. 83, 15. δ) De *malo belli* ſeu *hoſtium vi & impetu*, inſtar ignis & flammæ omnia abſumente, Jer. 48, 45. Joel. 2, 3.

שַׁלְהֶבֶת f. *Flamma.* ש eſt Prostheticum ex uſu Chaldæorum. לַהֶבֶת שַׁלְהֶבֶת *Flamma flammæ*, i. e. *flamma maxima* & *vehementiſſima.* Deſignat *pœnas Dei graviſſimas*, Ezech. 21, 3. יוֹנַקְתּוֹ תְּיַבֵּשׁ שַׁלְהֶבֶת Surculum ejus areſaciet *flamma*, i. e. *nova & vehementior*

Digitized by Google

mentior calamitas à Deo immiſſa, revaleſcentiam, novas vires & conatus è miſeria reſurgendi ſupprimet, Job. 15, 30. שַׁלְהֶבֶת יָהּ *Flamma Domini*, i. e. *maxima, vehementiſſima & inextinguibilis*, Cant. 8, 6. Nomina enim divina aliis nominibus appoſita, inſerviunt circumſcriptioni Superlativi, modo cauſa primariæ ratio habeatur. Hinc amor l. c. dicitur *Domini flamma*, quoniam eum Dominus luce Spiritûs S. in perpetuum duraturum excitat atque fovet. Cæterum hic tenendum, juxta ben Aſcher שַׁלְהֶבֶתְיָה eſſe *vocem unicam*; juxta Aben Eſram autem eſſe *voces duas*. Præterea non occurrit.

לָהַג *Avidus, deditus, valde intentus fuit rei*, apud Arabes. Inde apud Ebræos eſt

לַהַג m. *Studium diligens & attentum*; Speciatim *locutionis*; لَهْجَة enim apud Arabes etiam *linguam* notat. Occurrit ſaltem Eccl. 12, 12.

לָהָה *Laboravit, Defecit, Defatigatus eſt*, & inde *Furioſus eſt, Inſanivit*, quia *furioſus* ſe multum fatigat. Bis ſaltem legitur. וַתֵּלַהּ מִצְרַיִם Et *labombat, ad extremam debilitatem redigebatur* terra Ægypti, Gen. 47, 13. ה per Apocopen reſectum eſt. Hithpael Particip. כְּמִתְלַהְלֵהַּ Ut *inſaniens*, Prov. 26, 18. ultimâ radicali abjectâ & duabus prioribus duplicatis.

לָהַט *Arſit, Flammavit*. Particip. אֵשׁ לֹהֵט Ignis *flammans*, Pſal. 104, 4. Plural. לֹהֲטִים *Flammantes*, Pſalm. 57, 5. Præterea in Kal non legitur. Piel לִהֵט *Inflammavit, Incendit, Ardere fecit*. וְלִהַט אֹתָם Et *inflammabit* eos, Mal. 4, 16. לִהֲטָה כָּל־עֲצֵי הַשָּׂדֶה *Inflammavit* omnes arbores agri, Joel. 1, 19. Fut. תְּלַהֵט *Accendet*, Job. 41, 12.

1) Generatim *ardendi* vel *flammandi* ſignificationem habet. 2) Speciatim α) *propriè* de *igne* prædicatur, Pſalm. 106, 18. β) *Metaphoricè* 1) in *Kal* dicitur *a*) de *Angelis bonis*, ratione velociſſimæ maximè penetrantis, & formidabilis ipſorum potentiæ, Pſalm. 104, 4. *b*) de *Miniſtris Saulis*, Davidi infenſiſſimis, qui irâ accenſi meros quaſi ignes & flammas ſpirabant, Pſalm. 57, 5. 2) In Piel notat *inſtar ignis cruciare, penitus abſumere, totaliter deſtruere*. Ita dicitur α) de *irâ Dei* inſtar ignis abſumentis, Pſalm. 97, 3. Pſalm. 83, 5. β) de *pœnâ Dei ex irâ divinâ immittendâ*, Devt. 32, 22. Mal. 4, 19. vel *immiſſâ*, Jeſ. 42, 25.

לַהַט m. *Flamma*. Occurrit ſaltem, Gen. 3, 24. Plur. בְּלַהֲטֵיהֶם In *incantationibus* ſuis, Exod. 7, 11. vide in radice לוּט.

לחם In Kal non occurrit; ſed ſaltem in Hithpael הִתְלַהֵם *Blanditus eſt*, cujus Particip. plural. bis legitur. כְּמִתְלַהֲמִים Sicut *blandientium*, Prov. 18, 8. c. 26, 2.

לָהַק Radix apud Ebræos non legitur; forte *congregandi* vel *conveniendi* ſignificationem quondam habuit. Inde eſt apud Ebræos

לַהֲקָה f. *Congregatio, Cœtus*; Semel in Statu conſtructo occurrit,

Digitized by Google

rit, 1. Sam. 19, 20. אֶת־לַהֲקַת הַנְּבִיאִים *Cœtum* Prophetarum.

לוּ *Utinam*; Particula α) *optantis*, Gen. 17, 18. Num. 14, 2. c. 20, 3. Pſalm. 81, 14. Jeſ. 48, 18. c. 64, 1. 5. β) *Dubitantis, fortaſſe*, Gen. 50, 15. γ) *Conditionalis* ſi, Gen. 23, 13. Jud. 8, 19. Interdum occurrit cum א Paragogicô לוּא Jeſ. 1, 64. וְלוּא *Etiamſi*, 2. Sam. 18, 12. Compoſitum eſt לוּלֵא *Niſi, ſi non*, Gen. 43, 10. pro quo etiam legitur לוּלֵי *ſi non, niſi*, Pſalm. 125, 1. 2. י cum א alternante. Conf. 1. Sam. 25, 34.

לוּב, *Lybia*, & populi לוּבִים *Lubai*; Nah. 3, 9.

לֹג m. *Logus, Sextarius*, Lev. 14, 10. 12. 15. 21. 24. *Menſum liquidorum minima*. Secundum Kimchium eſt *vigeſima quarta* ſati, capiens ſex ova.

לָוָה *Mutuatus eſt, Mutuum accepit*; item *Adhæſit*. לָוִינוּ כֶסֶף *Mutuamus* argentum, Neh. 5, 4. לֹוֶה רָשָׁע וְלֹא יְשַׁלֵּם *Mutuò accipiens* eſt impius, ſed non reſtituit, Pſalm. 37, 21. Fut. תִּלְוֶה *Mutuò acceperis*, Devt. 28, 12. יִלְוֶנּוּ *Adhærebit* ei, Eccl. 8, 15. Niphal נִלְוָה *Adhæſit, Adjunxit ſe, Adjunctus fuit*. וְנִלְוָה הַגֵּר עֲלֵיהֶם Ubi *adjungit ſe* peregrinus iis, Jeſ. 14, 1. בֹּאוּ וְנִלְווּ אֶל־יְהוָה Venite, ut *adhæreamus* Domino, Jer. 50, 5. Fut. יִלָּוֶה אִישִׁי אֵלַי *Adhærebit* vir meus mihi, Gen. 29, 34. Hiphil הִלְוָה *Mutuavit, mutuò dedit*. וְהִלְוִיתָ גּוֹיִם רַבִּים *Mutuo dabis* populis multis, Devt. 28, 12. Part. מַלְוֶה *Mutuò dans*, Pſalm. 112, 5. In Statu Conſtr. מַלְוֵה יְהוָה חוֹנֵן דָּל *Mutuò dat Domino* miſerens pauperis, Prov. 19, 17. תַּלְוֶנּוּ *Mutuabis* ei, Devt. 28, 44.

1) Generatim *mutui* notionem infert, ſive *accipiatur*, ſive *detur*. Hinc 2) ſpeciatim α) *propriè* 1) in Kal ſignificat *mutuò ſumere* vel *accipere aliquid*, quod pondere, numero ac menſurâ conſtat, reſtituendum vel ſine, vel cum fœnore, licet non idem numero, ejuſdem tamen naturæ ac qualitatis, Devt. 28, 12. Pſalm. 37, 21. Neh. 5, 4. Prov. 22, 7. Jeſ. 24, 2. 2) In Hiphil ſignificat *mutuò dare*, Devt. 28, 12. Pſalm. 37, 21. Pſalm. 112, 5. Prov. 22, 7. Jeſ. 24, 2. β) *Tropicè* quia, qui accepit mutuò, creditori tenetur obſtrictusque eſt, inde quoque *indivulsè adhærendi* ſignificationem obtinet, infertque *propinquitatem & nexum arctiorem*, cujus generis eſt inter maritum & uxorem, Gen. 29, 34. inter Aronem & Levitas ei miniſtrantes, Num. 18, 2. 4. inter Iſraelitam & Proſelytum & Dominum, Jeſ. 56, 3. 6. Vide Eſth. 9, 27. Eccl. 8, 15. Jer. 50, 5. Dan. 11, 34. Zach. 2, 15.

לִוְיָה f. *Adjectio, Additamentum*. Bis legitur in Statu Conſtr. לִוְיַת חֵן *Additamentum* gratiæ, i. e. gratioſum, gratiam concilians, Prov. 1, 9. c. 4, 9.

לִוְיָתָן m. *Cetus*, vulgo Leviathan dictus, à לָוָה Adhæſit, Sociatus fuit,

Digitized by Google

fuit, forte, quod corporis ingens moles, membra ac ſquamæ mirè invicem quaſi compacta ſibi *cohæreant*, Job. 3, 8. c. 40, 20. Pſalm. 104, 26. *Metaphoricè* deſignat *α*) *Pharaonem*, quem mare rubrum cum omnibus copiis ſubmerſit & ſuffocavit, Pſalm. 74, 14. *β*) *Regnum Aſſyrium* ſeu *Babylonicum* & *Ægyptium*, Jeſ. 27, 1. Vid. Seb. Schmid. in h. l.

לֹיוֹת f. pl. *Adjectiones; Additamenta.* Saltem legitur 1. Reg. 7, 29. 30. 36.

לֵוִי m. *Levi;* Tertius Jacobi ex Leâ filius, quem Pater à לָוָה *Adhæſit*, appellabat, quoniam ſperabat, maritum de poſtero ſvaviter ſibi adhæſurum, Gen. 29, 34. Quandoque eſt *gentile*, Exod. 4, 14. In Plurali לְוִיִּם *Levitæ*, qui Aharoni Sacerdoti, ejusque filiis in miniſterio ſancto adjuncti erant, ut iis miniſtrarent, Devt. 17, 9.

לוז *Recedere, Retrocedere, Decedere.* Fut. אַל־יָלֻזוּ מֵעֵינֶיךָ *Ne recedant* ab oculis tuis, Prov. 3, 21. Niphal נָלוֹז *Perverſus fuit.* Inde eſt Participium נָלוֹז *Perverſus*, qui non rectô gradu incedit, ſed à Deô ejusque lege deflectit & *recedit*, Prov. 3, 32. Jeſ. 30, 12. In Statu conſtr. וּנְלוֹז דְּרָכָיו Et *perverſus* viis ſuis, Prov. 14, 2. Plural. וּנְלוֹזִים Et *perverſi*, Prov. 2, 14. Hiphil Fut. יַלִּיזוּ *Recedere faciant*, vel, potius retenta ſignificatione τῦ Kal cum aliquâ intenſione, ullatenus recedant, Prov. 4, 21. Dageſch euphoniæ causâ impreſſum fuit, (ᵀ) in (-) mutatô. Sæpius non legitur.

לוּז m. *Corylus*, Gen. 30, 37. Ita Buxtorffius Talmudem ſecutus reddit. Sed Bochartus arbitratur *amygdalum* eſſe, nec aliter Arabibus vocari ex Avicenna, & aliis docet. Vid. ejusdem Geograph. Sacr. P. II. lib. I. c. 35.

לוּז *Lus;* Nomen proprium urbis, ab *amygdalorum copiâ* ſic dictæ, Gen. 28, 19. Vid. Maj. Animadv.

לָזוּת f. *Pravitas, Receſſio,* quaſi à לָזָה. Semel occurrit Prov. 4, 24. לָזוּת שְׂפָתַיִם *Pravitas* labiorum.

לוח *Intueri*, apud Arabes; Inde

לוּחַ m. *Tabula;* forte ſic dicta, quod ſæpius *intuenda.* עַל־לוּחַ לִבָּם Super *tabulâ* cordis ipſorum, Jer. 17, 1. In Plurali לוּחוֹת & לֻחֹת *Tabulæ.* לוּחֹת אֲבָנִים *Tabulæ* lapidum, i. e. lapideæ, Devt. 9, 9. לֻחֹת הָעֵדוּת *Tabulæ* teſtimonii, Exod. 34, 29. Dualis & Pluralis ſimul לֻחֹתַיִם *Tabulæ, Tabulatæ*, Ezech. 27, 5.

1) Generatim notat *tabulam quamcunque*, ſive ſit ex lapide, ſive ex ligno confecta. 2) Speciatim *α*) *propriè* dicitur 1) de tabulis lapideis, quibus Decalogus immediatâ Dei operatione inſcriptus erat, Exod. 27, 8. c. 28, 12. c. 31, 18. c. 32, 15. c. 34, 1. 4. 29. Devt. 5, 22. c. 10, 3. 1. Reg. 8, 9. 2) De tabulis, quibus viſio Habacuci inſcribenda erat, Hab. 2, 2. 3) De tabulâ, cui Jeſaias inſcribere jubebatur, quod populus Judaicus ſit rebellis,

lis, Jeſ. 30, 8. β) *Metaphoricè* tribuitur *cordi*, dum tenaciſſimè infixum ei aliquid deſignatur, ſicut olim in tabulis ſcribebatur, Prov. 3, 3. Jer. 17, 1.

לַח m. *Viror*, vide in לָחַח.

לוט *Involvere, Abſcondere, Operire.* Part. הַלּוֹט הַלּוֹט Tegminis, operimenti, quod ſuperimpoſitum eſt, Jeſ. 25, 7. poſito (ֹ) pro ו. Fœm. לוּטָה *Involutus eſt*, 1. Sam. 21, 9. Hiphil Fut. וַיָּלֶט פָּנָיו בְּאַדַּרְתּוֹ *Obvolvit* facies ſuas togâ ſuâ, 1. Reg. 19, 13. Præterea non legitur.

לָט m. *Abſconſio*; ב præpoſitô, degenerat in Adverbia, *abſconditè, clàm, clanculò*, Ruth. 3, 7. 1. Sam. 18, 22. c. 22, 4. Sed Jud. 4, 21. eſt בַּלָּאט *clam, ſenſim*, א per Epentheſin inſitô. Plur. לָטִים *Incantationes*, ſic dictæ, quia *abſconditæ ſunt & occultè fiunt*, aut faſcinô oculi ſpectantium obvolvuntur, ut rerum veram ſpeciem non videant. In hac ſignificatione ter legitur, ſed ubique cum Suffixo בְּלָטֵיהֶם In *incantationibus ſuis occultis*, Exod. 7, 22. c. 8, 3. 14. Præterea non legitur.

לוֹט m. Tegmen, Operimentum. Sic ſemel occurrit Jeſ. 25, 7.

לֹט m. *Stacte, Maſtyche.* Eſt *lacryma*, quam teſte Plinio lib. 12. *lentiſcus* arbor gummi modô ſudat, Gen. 37, 24. c. 43, 11.

לוּל m. *Cochlea, Scala rotunda*, quâ domum per circuitum conſcendimus; eine Wendel-Treppe. Semel occurrit in Plurali וּבְלוּלִים יַעֲלוּ Cochleis, ſeu gradibus in ſpiram gyratis aſcendebant, 1. Reg. 6, 8.

לֻלָאוֹת f. pl. *Laqueoli, Ligulæ*, Exod. 26, 5. 10. 11. 26. c. 36, 12. 17. In Statu Conſtr. לֻלְאֹת תְּכֵלֶת *Laqueoli, Lorumenta* hyacinthi, Exod. 26, 4. c. 36, 11.

לוּלֵא *Niſi, ſi non*, vide ſupra in לוּ p. 642.

לוּן *Pernoctare, Divertere, Commorari.* וְהוּא לָן בַּלַּיְלָה־הַהוּא Ipſe autem *pernoctavit* nocte iſta, Gen. 32, 22. וְלַנּוּ Et *pernoctemus*, Jud. 19, 13. Pro וְלַנְנוּ, Tertiâ radicali, quia aliud ſequitur נ, cum (:) abjectâ, & in ſequenti literâ per Dageſch forte compenſatâ. Particip. Fœm. וְלָנֶת Et *pernoctans*, Zach. 5, 4. (ֶ) eſt locô (ָ) per alternationem. Plur. לָנִים *Pernoctantes*, Neh. 13, 21. Infin. לָלוּן Ad *pernoctandum*, Gen. 24, 25. Jud. 19, 10. 15. c. 20, 4. Jer. 14, 8. Hiphil הֵלִין *Pernoctavit, Murmuravit.* Infin. לָלִין Ad *pernoctandum*, Gen, 24, 23. pro לְהָלִין, Præformativo ה ob Præfixum ל per Aphæreſin ablatô. Fut. אָלִין *Pernoctabo*, Ruth. 1, 16. וְלֹא יָלִין לַבֹּקֶר Neque *pernoctabit* uſque ad matutam, Exod. 34, 25. וַיָּלֶן Et *pernoctavit*, Gen. 28. 11. Imperat. לִין *Pernocta*, Jud. 19, 9. pro הָלִין, ה per Aphæreſin ablatô. לִינוּ *Pernoctate*, Num. 22, 8. וַיַּלִּינוּ Et *murmurare fecerunt*, ad *murmurationem* incitarunt, Num. 14, 36. תַּלּוֹנוּ *Murmurabitis*, Exod. 16, 7. ex Hiphil ſecundum Maſorethas; Aſt ſecundum literas legeres ex Niphal

Niphal תִּלּוֹנוּ ſub eadem ſignificatione. Particip. מַלִּינִים *Murmurantes*, Exod. 16, 8. Hithpael Fut. יִתְלוֹנָן *Pernoctat, permanet*, Pſal. 91, 1. Job. 39, 28. vel 31.

1) In genere obtinet ſignificationem *manendi* vel *commorandi* alicubi, ſive fiat ſaltem per noctem, ſive per *diem noctemque*, ſive *unam*, ſive *plures*. Unde α) notat *pernoctare, per unam noctem alicubi manere, vel commorari*, Gen. 19, 2. c. 24, 25. c. 32, 21. Num. 22, 8. Exod. 34, 25. Devt. 16, 4. Jud. 19, 10. 15. c. 20, 4. 2. Sam. 17, 16. β) *Diu noctuque manere alicubi, conſtanter manere* vel *perſeverare alicubi*, Ruth. 1, 16. Pſalm. 25, 13. Pſalm. 91, 1. Prov. 15, 31. Jeſ. 1, 21. Zach. 5, 4. 2) Significat *murmurare*, quia murmuratio eſt intemperies, quæ in hominibus commoratur, ſemelque locum occupans ibi remanet, & inhabitationem ſuam continuat. Vid. Leighii Critica Sacra p. m. 206. Atque *murmurandi* ſignificationem præ *impatientiâ* obtinet ſemper in Niphal Exod. 15, 24. c. 16, 2. Num. 14, 2. c. 16. 6. Joſ. 9, 8. In Hiphil autem, Exod. 16, 7. 8. c. 17, 3. Num. 14, 29. 36. c. 16, 11. c. 17, 20. Pſalm. 59, 16.

מָלוֹן m. *Diverſorium, Hoſpitium, Locus pernoctationis*. גֶּבַע מָלוֹן לָנוּ Gibea erit *diverſorium* nobis Jeſ. 10, 29. בָּאנוּ אֶל־הַמָּלוֹן Venimus in *diverſorium*, Gen. 43, 21. Confer. Joſ. 4, 3. 8. בַּמָּלוֹן In *diverſorio*, Gen. 42, 27. Exod. 4, 24. In Statu Conſtr. מְלוֹן אֹרְחִים *Diverſorium* viatorum, Jer. 9, 2. Vide quoque 2. Reg. 19, 23.

מְלוּנָה f. *Tuguriolum*, Jeſ. 1, 8. c. 24, 19. Præterea non legitur.

תְּלוּנָּה f. *Murmuratio*. Occurrit ſaltem in Plurali, תְּלֻנֹּת *Murmurationes*, Exod. 16, 12. תְּלֻנּוֹת Num. 14, 26. c. 17, 20. Cum Suff. תְּלֻנֹּתֵיכֶם *Murmurationes* veſtræ, Exod. 16, 7. 8. 9. תְּלֻנּוֹתָם *Murmurationes* ipſorum, Num. 17, 25.

לוּעַ *Abſorbere, Deglutire*; & per Metaphoram *Corrumpere, Perdere*. דְּבָרַי לָעוּ Verba mea *abſorpta ſunt*, Job. 6, 3. וְשָׁתוּ וְלָעוּ Et bibent & *abſorbebunt*, Obad. 1, 14. Piel Fut. יְעַלְעוּ *Sorbent*, Job. 39, 30. pro יְלַעֲעוּ per Metatheſin. Hiphil Fut. יָלַע *Deglutiet*, Prov. 20, 25. Amplius non legitur.

לֹעַ m. *Guttur, Gula, Fauces*, ab *abſorbendo* vel *deglutiendo* nomen ducentes. Semel occurrit cum Suffixo בְּלֹעֶךָ In *fauces* tuas, Prov. 23, 2.

לִיץ *Eloqui, Interpretari, Irridere, Deridere, Illudere, Ludificare*. Præt. וְלַצְתָּ Sin *irriſor fueris*, Prov. 9, 12. Hiphil הֱלִיצֻנִי *Derident* me, Pſalm. 119, 51. Fut. יָלִיץ *Deridet*, Prov. 3, 34. c. 19, 28. מֵלִיץ *Interpres*, Job. 33, 23. Hithpael Fut. תִּתְלוֹצָצוּ *Irrideatis*, Jeſ. 28, 22.

1) Juxta Kimchium notat ignota & arcana revelare, ſcitè eloqui, interpretari. Confer. L'Empereur ὁδοιπος. M. Kimchi p. 34. Inde in Hiphil Participium מֵלִיץ ſignificat *Interpretem*, qui inter duos diverſis linguis utentes intervenit, & verborum mentem interpretatur, ut ſe mutuò intelligant, Gen. 42, 23. Adhibetur quoque de *Doctore*, qui alium de

de rectitudine ſua informat, Job. 33, 23. de Doctoribus Iſraelitarum prævaricantibus, Jeſ. 43, 27. de legatis Oratoribus certâ de cauſâ miſſis, 2. Chron. 32, 31. 2) Quia ignotis & arcanis revelatis quandoque homines aliorum deriſioni & ludibrio exponuntur, inde eadem vox accepiſſe videtur ſignificationem *deridendi, irridendi, ludificandi*, & quidem *ſcurriliter, petulanter, ignominiosè*, & *faſtuosè*, ſi dicitur de *hominibus*. Ita Prov. 14, 9. Stultus *deridet* delictum tanquam rem non magni momenti, illudque ſusque deque habet; Teſtis iniquus vilipendit & eludit judicium, Prov. 19, 28. Impii pium Davidem derident, Pſalm. 119. Sed ſi dicitur de *Deo*, notat *impios vilipendere, in infortuniis deſerere ac tàm acerbè tractare, quàm acerbè hoſtis deludet adverſarium*, qui prius ſarcaſticè ei inſultaverat, nunc autem de ſuô deturbatus eſt ſtatu & felicitate. Ita capitur Prov. 3, 34. Vid. Geier in h. l.

לֵץ m. *Deriſor, Illuſor*; In Plurali לֵצִים *Deriſores, Illuſores*, Pſalm. 1, 1. In Scripturâ ſacrâ dicitur de *homine profligatiſſimæ vitæ*, qui omne pietatis & honeſtatis ſtudium deludit, & pro nugis habet, quæ de divina irâ & pœnis peccatorum in Scripturâ dicuntur, Pſalm. 1, 1. Prov. 1, 22. c. 3, 34. c. 9, 7. 8. c. 14, 6. c. 15, 12. c. 19, 25. c. 22, 10. c. 24, 9. c. 29, 8. Jeſ. 28, 14. c. 29, 20. Jer. 15, 17.

לוֹצֵץ m. *Irriſor*. Legitur ſaltem in Plurali לֹצְצִים *Deriſores*, Hoſ. 7, 5.

לָצוֹן m. *Deriſio, Illuſio*, inferens Dei, hominumque, imò omnis pietatis & honeſtatis contemtum. אַנְשֵׁי לָצוֹן Viri *illuſionis*, i. e. irriſioni vacantes, qui Deum hominesque contemnunt, pietatis & honeſtatis ſtudium deludunt, & minas Dei ſusque deque habent. Ter legitur Prov. 1, 22. c. 29, 8. Jeſ. 28, 14.

מֵלִיץ m. *Interpres, Orator*, vide Participium ſuperius enucleatum. Item *Illuſor, Deriſor*. Plur. מְלִיצִים *Interpretes, Illuſores*. Cum Suffixo מְלִיצַי *Illuſores* mei, Job. 16, 20. Cum Suff. מְלִיצֶיךָ *Interpretes* tui, Jeſ. 43, 27.

מְלִיצָה f. *Interpretatio*, ſeu *enodatio dicti alicujus intricati & obſcuri*. Bis legitur Prov. 1, 6. Hab. 2, 6.

לוּשׁ *Subigere, Depſere*. Particip. fœm. Plur. וְהַנָּשִׁים לָשׁוֹת בָּצֵק Mulieres autem *Depſentes* maſſam, Jer. 7, 18. Infin. מִלּוּשׁ A *ſubigendo* vel *depſendo* maſſam, Hoſ. 7, 4. Fut. וַתָּלָשׁ Et *depſit*, 1. Sam. 25, 24. 2. Sam. 13, 8. Imper. לוּשִׁי וַעֲשִׂי עֻגוֹת *Depſe* & fac placentas, Gen. 18, 6. Præterea non occurrit.

לָז c. *Ille, Illa, Iſte, Iſta*. Adhibetur cum הַ ſequ. Dag. forti. הַסֶּלַע הַלָּז Rupes *iſta*, Jud. 6, 20. Interdum occurrit cum ה in fine מִי הָאִישׁ הַלָּזֶה Quis nam eſt vir *iſte?* Gen. 24, 65. quaſi ſit conflatum ex זֶה & לָז. Similiter הַלֵּזוּ *Hæc ipſa*, Ezech. 36, 35. Videtur ſimul compoſitum eſſe ex זוּ.

לָזוּת

לָזַח *Receſſit, Deceſſit*; Radix inuſitata; Inde eſt

לְזוּת f. *Pravitas*, Prov. 2, 24.

לָחָה *Barbatus evaſit*, Arabicè; *Pulcher, Formoſus eſt* vel *fuit*, Æthiopicè. Inde deſcendiſſe putatur

לְחִי m. *Gena; Maxilla*; vel quia inde enaſcitur *barba*, vel quia homini *formæ venuſtatem & pulchritudinem* afferunt genæ. לְחִי חֲמוֹר טְרִיָּה *Maxilla* aſini recens, Jud. 15, 15. וַיַּכֶּה אֶת־מִיכָיְהוּ עַל־הַלְּחִי Et *percuſſit* Micham ſuper maxillam. Cum Suff. לֶחְיוֹ *Maxilla* ejus, Job. 40 21. Dual. וְהַלְּחָיַיִם Et ambæ *maxillæ*, Devt. 18, 3. In Statu Conſtr. לְחָיֵי עַמִּים *Maxilla* populorum, Jeſ. 30, 28. Cum Suff. לְחָיַי *Maxilla* meæ, Jeſ. 50, 6. לְחָיָו *Gena* ejus, Cant. 5, 13. לְחִיהֶם *Genæ* eorum, Thren. 1, 2. Hoſ. 11, 4.

1) Notat *genam*, Cant. 1, 10. c. 5, 13. Thren. 1, 2. 2) Notat *maxillam*, e. g. aſini, Jud. 15, 15. 16. 17. 19. Leviathanis ſeu ceti, Jobi 40, 21. &c. 3) Quandoque deſignat *anteriorem faciei partem*, ubi dentes conſiſtunt, & cui colaphi infligi ſolent, 1. Reg. 22, 24. 2. Chron. 18, 23. Jeſ. 50, 6. Thren. 3, 30. Atque tunc eſt per *Metaphoram* ſignum *contemtûs & deſpectionis*, Job. 16, 10. Mich. 5, 1. & *ſupplicii divini improbis immiſſi*, Pſ. 3, 8. 4) Eſt nomen *loci*, clade Philiſtæorum maxillâ aſini, unde nomen accepit, à Simſone factâ, nobilis, Jud. 15, 17.

לָחַח *Humidus fuit, Humectavit*; apud Rabbinos; & apud Arabes in Conjugat. 4. *Continuò pluit*; Inde eſt

לַח m. *Humidus*; & inde *Virens, Succuloſus, Recens*; Oppoſitum eſt יָבֵשׁ *Aridus*. מַקַּל לִבְנֶה לַח Baculus populi *recens*, *viridis*, Gen. 30, 37. כָּל־עֵץ לַח וְכָל־עֵץ יָבֵשׁ Omnem arborem *viridem* & omnem arborem aridam, Ezech. 17, 24. c. 21, 3. Plur. לַחִים *Virides, Recentes*. וַעֲנָבִים לַחִים וִיבֵשִׁים Uvæ *recentes* aut aridæ, Num. 6, 3. יְתָרִים לַחִים Funiculi *recentes*, Jud. 16, 7. 8. Præterea non occurrit.

לֵחַ m. *Humor*, *Viror*. Semel legitur cum Suffixo, Devt. 34, 7. וְלֹא נָס לֵחֹה Nec fugit *humor* ejus.

לָחַךְ *Linxit, Delinxit, Lambit*. כִּלְחֹךְ Juxta *lambere, depaſcere*, i. e. ſicut lambit, depaſcit, Num. 22, 4. Piel לִחֵךְ *Linxit, Delinxit, Lambit*. לִחֵכָה *Delinxit*, 1. Reg. 18, 38. Fut. יְלַחֲכוּ *Lambent*, Num. 22, 4.

1) Generatim habet ſignificationem *lingendi* ſeu *lambendi*, ſive res lambendo ſeu lingendo abſumatur, ſive non. Speciatim 2) dicitur α) *propriè* de jumentis lingendo aliquid abſumentibus, Num. 22, 4. de ſerpente pulverem lambente, Mich. 7, 17. β) *Impropriè* 1) de *igne* aquam lingente & lambendo abſumente, 1. Reg. 18, 38. 2) de *hominibus* aliquid abſumentibus penitus, Num. 22, 4. Sed quando Pſalm. 72, 9.

Jeſ.

Digitized by Google

Jeſ. 49, 23. Mich. 7, 17. dicuntur *lingere pulverem pedum*, deſignatur *ſervitus, ſubmiſſio & veneratio.*

לָחַם *Conſumſit, Edit, Pugnavit, Impugnavit, Oppugnavit.* לָחַם *Oppugnavit*, Jud. 5, 8. (ּ) eſt loco (.) לָחֲמוּ לֶחֶם *Veſcuntur* pane, Prov. 4, 17. Infin. לִלְחֹם Ad *veſcendum*, Prov. 23, 1. Fut. אֶלְחַם *Edam, veſcar*, Pſalm. 141, 4. Imper. לְחַם *Impugna*, Pſalm. 35, 1. Particip. לֹחֵם *Impugnans*, Pſalm. 57, 2. Niphal נִלְחַם *Pugnavit, Bellavit, Præliatus eſt, Oppugnavit.* וְהוּא נִלְחַם בְּמֶלֶךְ מוֹאָב Hic enim *pugnaverat* cum Rege Moabi, Num. 21, 26. וְנִלְחַם עִם הַפְּלִשְׁתִּי Et *pugnavit* cum Philiſtæo, 1. Sam. 17, 32. Infin. אוּלַי אוּכַל לְהִלָּחֶם בּוֹ Forte potero *pugnare* cum eo, Num. 22, 11. בְּהִלָּחֲמוֹ אֶת־חֲזָהאֵל *In pugnare* ipſum, i. e. cum *pugnaret* cum Haſahele, 2. Reg. 8, 29. Sed Jud. 11, 25. eſt נִלְחֹם *Pugnando*, pro הִלָּחֵם Charactere Præteriti נ in Infinitivô retentô, perinde ut in נִכְסֹף *Deſiderando*, Gen. 31, 30. Fut. יְהוָה יִלָּחֵם לָכֶם Dominus *pugnabit* pro vobis, Ex. 14, 14. וַיִּלָּחֲמוּנִי חִנָּם Et *impugnant* me gratis, Pſalm. 109, 4.

1) In genere ſignificat *conſumere*, ſive illud fiat *ore avidô*, ſive *manu hoſtili*, ſive *ore gladii.* Unde 2) ſpeciatim notat *α*) *edere, veſci*, quia edendo cibus *abſumitur.* Ita adhibetur tàm propriè, Prov. 23, 1. 6. quàm *Metaphoricè*, innuens *fruitionem & commodi perceptionem*, prout, quæ ab eſurientibus comeduntur, & delectationem & commodum afferunt, Pſalm. 141, 4. Confer. Prov. 9, 5. *β*) *Pugnare, bellare*, quia bellum omnia *abſumit*, Exod. 1, 6. Num. 21, 26. Jud. 9, 17. 45. c. 11, 25. 2. Sam. 8, 10. 1. Reg. 14, 19. 2. Reg. 13, 12. c. 14, 15. 2. Chron. 27, 6. Jeſ. 30, 32. &c. Quandoque dicitur de quovis *certamine privato*, Jer. 1, 19. c. 15, 20.

לֶחֶם m. *Panis, Cibus*, à *conſumendo* ſic dictus, q. d. *res conſumtibilis.* וְנָתַן לִי לֶחֶם לֶאֱכֹל Et dederit mihi *panem* ad comedendum, Gen. 28, 20. Cum Suff. לַחְמִי *Panis* meus, Num. 28, 2. מִלַּחְמוֹ De *pane* ſuo, Prov. 22, 9.

1) Generatim notat *omne alimenti genus*, quod edendo abſumitur, ſive ſit *panis*, ſive *cibus alius.* Unde 2) ſpeciatim *α*) *propriè* transfertur ad deſignandum *panem*, ex farina confectum, qui alimoniæ fulcrum eſt, Gen. 14, 18. c. 18, 5. c. 21, 14. 2. Sam. 12, 20. Exod. 29, 2. &c. Imo *cibum quemcunque*, tàm *hominis*, 1. Sam. 20, 27. Job. 20, 14. Pſalm. 41, 10. Pſalm. 102, 5. Pſalm. 104, 14. 15. Pſalm. 136, 25. Prov. 27, 27. quàm *bruti*, Pſalm. 147, 9. Prov. 30, 25. *β*) *Tropicè* 1) per *Synedochen* deſignat *omnia ad vitam ſuſtentandam neceſſaria*, ac proinde non ſolum ea, quæ comedimus, ſed etiam cætera, quæ ad vitæ ſuſtentationem faciunt, Gen. 49, 20. Jeſ. 3, 7. Ita & ἄρτος, Matth. 6, 11. 2) *Metaphoricè α*) *Deo* tributum deſignat *ſacrificia*, quibus delectatur, ut homo pane vel cibo delectari ſolet,

Num.

Num. 28, 2. β) *Homini* tributum, eſt *ſymbolum variarum rerum.* Nimirum Prov. 9, 17. *eſus panis furtivi* denotat *brevem & veſanam carnis voluptatem*, quæ in adulteriô eſt. Num. 14, 9. *Hoſtes Iſraelitarum* dicuntur *ipſorum panis*, quia ſperabant, ſe tàm facilè eos ſuperaturos & abſumturos eſſe, quàm facilè editur & abſumitur panis. *Panis lacrimarum*, Pſalm. 80, 6. eſt ſymbolum *afflictionis & mœroris ingentis.* Confer. Pſalm. 42, 4. ubi *lacrymæ* dicuntur Davidis *panis die ac nocte*, quia ab eo nunquam diſcedebant, inſtar *panis utendæ.*

לְחוּם m. *Cibus; Caro.* Cum Suff. בִּלְחוּמוֹ In *carnem* ejus, (vel, ut Seb. Schmidius interpretatur: per *Chylum* ejus) Job. 20, 23. לְחֻמָם *Caro* eorum, Zeph. 1, 17. Amplius non extat.

מִלְחָמָה, מִלְחֶמֶת f. *Bellum*, q. d. *conſumptivum quid*, à לחם *Conſumſit.* יְהוָה אִישׁ מִלְחָמָה Dominus eſt vir *belli*, i. e. *bellator*, Exod. 15, 3. וַיַּעַרְכוּ מִלְחָמָה Et diſpoſuerunt *bellum*, 1. Sam. 17, 2. לִמּוּדֵי מִלְחָמָה Periti *belli*, 1. Chron. 5, 18. לָצֵאת לַמִּלְחָמָה Ad egrediendum in *bellum*, Jud. 20, 14. Cum Suffixo מִלְחַמְתִּי *Bellum* meum, 2. Chron. 35, 21. Plur. מִלְחָמוֹת *Bella*, 1. Chron 25, 3. In Statu Conſtr. מִלְחֲמוֹת יְהוָה *Bella* Domini, 1. Sam. 18, 17. Cum Suff. וּלְהִלָּחֵם מִלְחֲמֹתֵנוּ Et ad debellandum *bella* noſtra, 2. Chron. 32, 8.

לָחַץ *Preſſit, Compreſſit, Depreſſit, Oppreſſit.* לָחַץ אֶתְכֶם *Preſſit* vos, 2. Reg. 13, 4. Fut. תִּלְחָץ *Opprimes*, Exod. 23, 9. Cum Suffixo תִּלְחָצֶנּוּ *Opprimes* eum, Exod. 22, 20. וַתִּלְחַץ אֶת־רֶגֶל בִּלְעָם Et *compreſſit* pedem Bileami, Num. 22, 25. וַיִּלְחָצוּם Et *oppreſſerunt* eos hoſtes eorum, Pſalm. 106, 42. Niphal נִלְחַץ *Preſſus, Compreſſus fuit.* Fut. וַתִּלָּחֵץ אֶל־הַקִּיר Et *compreſſus fuit* ad parietem, Num. 22, 25.

1) Generatim habet notionem *premendi* vel *comprimendi*, quacunque etiam ratione id fiat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *intra anguſtias concluſum validè comprimere*, prout Bileami pes ab aſinâ ad parietem comprimebatur, Num. 22, 25. vel nuntius intra oſtium, 2. Reg. 6, 32. β) *Metaphoricè* transfertur ad *preſſuram hoſtium*, qui genti libertatem omnem adimunt, eamque graviſſimis exactionibus, & expilationibus vexant, & variis ærumnis anguſtant, Jud. 1, 34. c. 2, 18. c. 4, 3. c. 6, 9. c. 10, 12. c. 13, 22. 2. Reg. 13, 22. Pſalm. 106, 42. Jeſ. 19, 20. Jer. 30, 20. Am. 6, 14. item ad preſſuram, quæ peregrinis infertur, Exod. 22, 20. c. 23, 9. Confer. Exod. 3, 9. ubi deſignat *graviſſimam preſſuram*, quâ Ægyptii Iſraelitas anguſtabant.

לַחַץ m. *Preſſio, Preſſura, Oppreſſio*, 1. Reg. 22, 27. Cum Suffixo לַחֲצֵנוּ *Oppreſſio* noſtra, Deut. 26, 7.

1) Generatim notat *quamcunque preſſionem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *rei intra anguſtias concluſæ compreſſionem.* β) *Metaphoricè*

 eſt

eſt *hominum graviter afflictorum*, deſignans *preſſionem & afflictionem gravem*, quæ homines ita conſtringit undique & circumcingit, ut non habere videantur, quò ſe vertant. Unde dicitur *a*) de *oppreſſione*, quam quis perpetitur à tyrannis & perſecutoribus immaniſſimis, Ex. 3, 9. Devt. 26, 7. Pſalm. 44, 23. Pſalm. 62, 10. *b*) de *oppreſſione hoſtium*, quâ gentem premunt, eam ſubigendo, affligendo, exigendo, atque omnia vaſtando, 2. Reg. 13, 4. *c*) de *alia afflictione duriori*, quæ hominem comprimit atque conſtringit graviſſimè, Job. 36, 15. Jeſ. 30, 20. Confer. 1. Reg. 22, 27. 2. Chron. 18, 26. ubi *talem afflictionem* importat, quâ parciſſimè cibus & potus captivo Prophetæ porriguntur. Præterea non occurrit.

לָחַשׁ *Muſſitavit; Submiſſâ voce locutus eſt. Incantavit*, quod *muſſitando* fieri ſolet. Particip. מְלַחֲשִׁים *Muſſitantes, verborum notorum* vel *ignotorum muſſitatione incantantes*, Pſ. 58, 6. Hithpael Fut. יִתְלַחֲשׁוּ *Muſſitant* inter ſe, fraudes atque inſidias contra me machinaturi, Pſalm. 41, 8. Particip. מִתְלַחֲשִׁים *Muſſitantes* inter ſe, & capita conferentes mutuò, 2. Sam. 12, 19. Præterea non legitur.

לַחַשׁ m. *Muſſitatio; Sermo ſubmiſſus; Incantatio.* Unde adhibetur *α*) de *hominibus* in afflictione graviori ad Deum vocantibus, Jeſ. 26, 16. *β*) de *incantatoribus*, qui ſuſurrò & muſſitatione certorum verborum ſive notorum, ſive barbarorum incantationes peragunt, Jeſ. 3, 3. Eccl. 10, 11. Jer. 8, 17.

לְחָשִׁים m. pl. *Amuleta*; vel juxta alios, *Inaures, ornamenta auris*, cujus eſt audire muſſitationem. Semel legitur Jeſ. 3, 20.

לטא *Terra adhæſit*, apud Arabes, inde eſt apud Ebræos.

לְטָאָה f. *Stellio*, juxta Pagninum, Ariam, Junium, Caſtalionem, Seb. Schmidium; *Lacerta* juxta Münſterum, Schindlerum, Genevenſes, Anglos, Italos. Bochartus in Hieroz. P. I. lib. 4. c. 4. p. 1074. intelligit *lacertæ ſpeciem*, quæ Arabicè وحرة *Wachra*, vel *Wacharæ* dicitur. Ita dicitur, quod *terræ adhæreat.* Refertur inter animalia immunda, Lev. 11, 30.

לָטַשׁ *Acuit, Polivit*; item *Erudivit.* Particip. לֹטֵשׁ כָּל־חֹרֵשׁ נְחֹשֶׁת *Informans* omnem elaborantem æs, Gen. 4, 22. Infinit. לִלְטוֹשׁ Ad *acuendum* vomerem ſuum, 1. Sam. 13, 20. Fut. יִלְטֹשׁ חַרְבּוֹ *Acuet* gladium ſuum. צָרִי יִלְטוֹשׁ עֵינָיו לִי Hoſtis meus *acuit* oculos ſuos contra me, i. e. torvè videt ad terrendum & nocendum, Job. 16, 10. Piual לֻטַּשׁ *Acutus eſt probe.* Occurrit ſaltem in Participio כְּתַעַר מְלֻטָּשׁ Sicut novacula valde *acuta*, Pſalm. 52, 4.

1) Generatim obtinet ſignificationem *acuendi* quamcunque rem, & quacunque ratione. Hinc 2) ſpeciatim *α*) *propriè* dicitur de inſtrumentis ferreis, quæ acuuntur, ut melius ſecent, 1. Sam. 13, 20. Pſal. 52, 4.

β) Per

β) Per *Metaphoram* 1) dicitur de *oculis*, qui acui dicuntur, quando torvè in aliquem diriguntur, ut terreatur, damnumque ei inferatur, Job. 16, 10. 2) Notat *informare & probè inculcare aliquid*, Gen. 4, 22.

לֵיל *Noctem ingreſſus eſt*, apud Arabes.

לַיִל m. *Nox*. In Statu conſtr. לֵיל שִׁמֻּרִים הוּא *Nox* cuſtodiarum eſt, Exod. 12, 42. Cum ה Paragogico לַיְלָה Ex. 12, 30. בַּלַּיְלָה In *nocte* iſtâ, Gen. 19, 35. Plur. לֵילוֹת *Noctes*, 1. Sam. 30, 12. בַּלֵּילוֹת In *noctibus*, Pſalm. 92, 3.

1) Generatim notat *noctem*. 2) Speciatim α) propriè notat *tempus caliginis*, quod opponitur *diei*, Gen. 1, 5. c. 7, 4. c. 14, 15. c. 31, 39. Exod. 12, 30. c. 13, 22. c. 34, 28. c. 40, 38. &c. β) *Metaphoricè* eſt ſymbolum *rerum adverſarum & calamitatum magnarum*. *Noctis* enim *caligo* cordibus hominum *mœrorem, metum & pavorem* incutit, Job. 35, 10. Jeſ. 21, 11, 12. Mich. 3, 6.

לִילִית f. *Strix*, avis *noctu* volans, Jeſ. 34, 14. Sic dicta putatur, quia ejus natura eſt, ut *noctu* clamet. Aſt ſpectri genus eſſe, veteres ſummo conſenſu docuerunt, licet de ſpecie non conſtet. Vide Bochartus P. II. lib. 6. c. 9.

ליש *Fortem, ſtrenuum, intrepidum eſſe* denotat apud Arabes; Inde apud Ebræos

לַיִשׁ m. *Leo*, quia juxta effatum ſapientiſſimi Salomonis eſt fortis in beſtiis, i. e. fortiſſimus. Aſt qui Leonis originem ex Ebræa repetere volunt lingua, illi hanc vocem deducunt à לוש, quæ in genere notat *ſubigere*, quia leo prædam ſubigit & conculcat. Nonniſi ter occurrit, nempe Job. 4, 11. Prov. 30, 6. c. 30, 30.

לָכַד *Cepit, Deprehendit, Occupavit*. לָכַד הָאוֹרֵב אֶת־הָעִיר Inſidiator *occupavit* urbem, Joſ. 8, 21. לָכַדְתִּי אֶת־עִיר *Cepi, Occupavi* urbem, 2. Sem. 12, 27. וְלָכוֹד רֹא יִלְכּוֹד Et *capiendo* non *capietur*, i. e. minime *capietur*, Am. 3, 5. פֶּן אֶלְכֹּד אֲנִי אֶת־הָעִיר Forte capiam ego urbem, 2. Sam. 12, 28. אֲשֶׁר יִלְכְּדֶנּוּ Quam *deprehendet* Dominus, Joſ. 7, 14. וַיִּלְכְּדֻהוּ Et *ceperunt* eum, 2. Chron. 22, 9. Niphal נִלְכַּד *Captus, Occupatus, Deprehenſus fuit*. נִלְכְּדָה הָעִיר *Capta eſt* urbs, 1. Reg. 16, 18. נִלְכַּדְתָּ בְאִמְרֵי פִיךָ *Captus es* ſermonibus oris tui, Prov. 6, 2. Fut. יִלָּכֵד בַּפָּח *Capietur* laqueo, Jeſ. 24, 18. Hithpael הִתְלַכֵּד *Tenuit, Continuit ſe, Conſtrictus eſt*. Fut. יִתְלַכְּדוּ וְלֹא יִתְפָּרָדוּ *Continent ſe*, & non ſeparantur, Job. 41, 8. וּפְנֵי תְהוֹם יִתְלַכָּדוּ Et facies abyſſi *conſtringuntur*, Job. 38, 30.

1) Generatim *capiendi* ſignificationem habet. Unde 2) ſpeciatim α) dicitur de *occupatione* alicujus *urbis*, Joſ. 8, 21. c. 10, 1. c. 11, 10. 2. Sam. 12, 28. Jer. 34, 22. c. 37, 8. regni, 1. Sam. 14, 49. β) De *capturâ hominis* in aſtutia, Job. 5, 13. in ſuperbia, Pſalm. 59, 13. in bello, Job. 11, 12. 17.

Digitized by Google

12. 17. 1 Chron. 18, 4. Jer. 51, 56. per ſortem, Joſ. 7. 16. 17. 18. 1. Sam. 10, 20. 21. 43. 44. Quando autem uſurpatur de *captura hominis*, ſæpius *Metaphora* ineſſe videtur, petita è *re venatoria* vel ex *aucupio*, ubi fovea, vel reti vel tendicula capiuntur feræ & aves, Jer. 18. 22. c. 48, 44. Jeſ. 24, 18. Pſalm. 9, 16. Pſalm. 35, 8. Prov. 6, 2. Eccl. 7, 28.

לֶכֶד m. *Captura.* Semel occurrit Prov. 3, 26. וְשָׁמַר רַגְלְךָ מִלָּכֶד׃ Et cuſtodiet pedem tuum à *captura*, i. e. ne capiatur.

מַלְכֹּדֶת f. *Decipula.* Semel legitur cum Suff. וּמַלְכֻּדְתּוֹ Et *decipula* ejus, Job. 18, 10.

לָמַד *Didicit.* לָמַדְתִּי חָכְמָה *Didici* ſapientiam, Prov. 30, 3. Inf. אִם לָמֹד יִלְמְדוּ דַּרְכֵי עַמִּי Si *diſcendo diſcent* vias populi mei, Jer. 12, 16. אֶלְמַד חֻקֶּיךָ *Diſcam* ſtatuta tua, Pſalm. 119, 71. Piel לִמֵּד *Diſcere fecit*, *Docuit.* לִמַּד־דַּעַת אֶת־הָעָם *Docuit* ſcientiam populum, Eccl. 12, 9. לִמַּדְתַּנִי *Docuiſti* me, Pſalm. 71, 17. Infin. לַמֵּד *Docere*, Jer. 32, 33. אֲלַמְּדָה פֹשְׁעִים דְּרָכֶיךָ *Docebo* prævaricatores vias tuas, Pſalm. 51, 15. אֲלַמֶּדְכֶם *Docebo* vos, Pſalm. 34, 12. Pual לֻמַּד *Doctus*, *Aſſuetus fuit.* כְּעֵגֶל לֹא לֻמָּד Sicut vitulus, qui non *aſſuetus eſt*, Jer. 31, 18. Particip. מְלֻמָּד *Edoctus*, *Aſſuetus*. Plur. in Statu Conſtr. מְלֻמְּדֵי מְלֻמְּדֵי מִלְחָמָה *Edocti* bellum, Cant. 3, 8. מְלֻמְּדֵי שִׁיר לַיהוָה *Periti* cantûs Domini, 1. Chron. 25, 7. Fœm. מְלֻמָּדָה *Edocta*, *aſſueta*, Jeſ. 29, 13. Hoſ. 10, 11.

1) Generatim *doctrinam* refert, ſive *capiatur*, ſive *tradatur*. Unde 2) ſpeciatim *a*) *propriè* 1) in *Kal* eſt *diſcere*, e. g. Dei ſtatuta, Devt. 5, 1. Pſalm. 119, 71. præcepta, Pſalm. 119, 73. timorem, Devt. 4, 10. c. 14, 23. c. 17, 19. item juſtitiam, Jeſ. 26, 9. 10. bellum, Jeſ. 2, 4. Mich. 4, 3. diſciplinam, Jeſ. 29, 24. 2) In *Piel* ſignificat *docere*. Ita dicitur *a*) de *Deo*, qui docet homines ſcientiam, Job. 21, 22. voluntatem ſuam, Pſalm. 143, 10. legem ſuam, Pſalm. 94, 12. viam ſuam & ſemitas ſuas, Pſalm. 24, 4. 9. Confer. Pſalm. 18, 35. Jeſ. 48, 17. Pſalm. 71, 17. Pſalm. 144, 1. *b*) De *hominibus*, qui docent alios ſcientiam, Eccl. 12, 9. Dei timorem, Pſalm. 34, 12. ſtatuta, Devt. 4, 5. 21. c. 5, 31. c. 6, 1. vias, Pſ. 51, 15. item lamentationem, Jer. 9, 19. *β*) *Tropicè* notat *aſſuefacere*, quia per doctrinam aſſueſcimus literis, moribus &c. Hanc ſignificationem etiam apud Æthiopes obtinet; in ſacro radice autem occurrit, Jer. 31, 18. &c.

לִמּוּד vel לִמֻּד m. *Doctus*, *Eruditus*, *Aſſuefactus*. לִמֻּד מִדְבָּר *Aſſuetus* deſerto, Jer. 2, 24. Plural. לִמּוּדִים *Docti*, *Edocti*. נָתַן לִי לְשׁוֹן לִמּוּדִים Dedit mihi linguam *Doctorum*, i. e. donum officii ordinarii, importans non ſolum eloquentiam eximiam, ſed etiam prudentiam loquendi, quando & quomodo loqui oporteat, Jeſ. 50, 4. In Statu conſtr. לִמּוּדֵי יְהוָה *Docti* Domini, i. e. à Domino, Jeſ. 54, 13. לִמֻּדֵי הָרֵעַ *Edocti*

Digitized by Google

Edocti malum. Jer. 13, 23. Cum Suff. בְּלִמֻּדָי Pro *erudiendis*, ſeu pro Diſcipulis meis, Jeſ. 8, 16. Præterea non occurrit.

לָמוּד m. *Peritus*. לְמוּדֵי מִלְחָמָה *Periti* belli, 1. Chron. 5, 18. Eſt Participium Paul.

כִּלְמַד *Kilmad*; Nomen propr. provinciæ Medorum; legitur Ezech. 27, 23. Aliis eſt Nomen appellativum, conſtructum cum Præfixo, ita reddendum: Quaſi edoctus & aſſuetus tecum mercari.

מַלְמַד *Stimulus*, quem ſic dici putant, quod boves arare *doceat*. Vid. Bochart. Hieroz. P. I. L. II. c. 39. p. 385. Sed juxta Arabicam linguam, ubi למד notat *percutere*, ita dicitur, quod ſit *inſtrumentum*, quô percutiuntur boves. Semel legitur Jud. 3, 31. בְּמַלְמַד הַבָּקָר Cum *ſtimulo* bovis.

תַּלְמִיד m. *Diſcipulus*, à *diſcendo* nomen trahens. Semel legitur 1. Chron. 25, 8.

לְמַעַן *Propter, Ob; Propterea ut, propterea quod* &c. Vide עָנָה *Reſpondit*.

לָעַב *Subſannavit, Irriſit, Illuſit*; Semel legitur in Participio Hiphil מַלְעִבִים *Subſannantes*, 2. Chron. 36, 16.

לָעַג *Subſannavit, Irriſit*. בָּזָה לְךָ לָעֲגָה לָךְ Spernit te, *ſubſannat* te, 2. Reg. 19, 21. Jeſ. 37, 22. Particip. לֹעֵג לָרָשׁ חֵרֵף עֹשֵׂהוּ *Subſannans* pauperem, blasphemat factorem ejus, Prov. 17, 5. Fut. אֶלְעַג *Subſannabo*, Prov. 1, 26. עַיִן תִּלְעַג לְאָב Oculus, qui *ſubſannat* Patrem, Prov. 30, 17. Niphal Particip. in Statu conſtr. נִלְעַג לָשׁוֹן *Ridiculus* linguâ, i. e. *Barbarus*, qui ignotis & non intelligentibus ridiculè loquitur. Hiphil הִלְעִיג *Subſannavit* valde, quovis modo. Fut. כָּל־רֹאַי יַלְעִגוּ לִי Omnes videntes me, *ſubſannant* me quovis modo, Pſalm. 22, 8. מַלְעִגִים בָּם Valde *ſubſannantes* eos, 2. Chron. 30, 10.

1) Generatim notat *ſubſannare*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *verbis geſtibusque aliquem ſarcaſticè deludere*, ceu deludebatur Sanharibus, obſidionem Hieroſolymæ ſolvere coactus, 2. Reg. 19, 21. Jeſ. 37, 22. Jeremias ab impiis & contumacibus Auditoribus, Jer. 20, 7. Meſſias cruci affixus ab aſtantibus, Pſalm. 22, 8. Iſraelitæ ab hoſtibus ſuis, Pſal. 80, 7. Parens ab immorigero filio, Prov. 30, 17. Judæi à Saneballat, Neh. 2, 19. c. 4, 1. β) *Metaphoricè* & per ἀνθρωποπάθειαν dicitur de *Deo*, qui impios ſubſannat, quando eos ſubſannandos præbet, maximæ ignominiæ exponit, & conatus eorum irritos reddit, Pſalm. 2, 4. Pſalm. 59, 9. Confer. Prov. 1, 26. ubi *cœleſtis ſapientia* dicitur ſubſannare impios, ad deſignandam eorum neglectionem & rejectionem in adverſitatibus, q. d. Prout vos monita mea ſpernitis, negligitis & rejicitis: ita etiam vos in pernicie veſtra ſpernam, negligam, rejiciam &c.

Digitized by Google

לַעַג m. *Subſannatio*, Job. 34, 7. Cum Suffixo לַעֲגָם *Subſannatio* ipſorum, Hoſ. 6, 16.

1) Generatim notat *ſubſannationem.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *ſarcaſticam irriſionem* ac *deluſionem*, quæ verbis geſtibusque contumelioſis alicui infertur, Pſalm. 123, 4. Hoſ. 7, 16. β) *Metonymicè* notat *ſubſannationis & irriſionis materiam & objectum*, Pſalm. 44, 14. Pſalm. 79, 4. Ezech. 23, 32. c. 36, 4.

לֹעֵג m. *Subſannator, Sannio, Irriſor.* Bis ſaltem legitur in Plural. Stat. Conſtr. לַעֲגֵי Pſalm. 35, 16. Jeſ. 28, 11.

לָעַז *Barbarè loquutus eſt, peregrinô vel exoticô ſermone uſus eſt.* Inde in uſu eſt Particip. לֹעֵז *Barbarus, peregrino ſermone utens.* Legitur ſaltem Pſalm. 114. 1. Rabbinis *Barbari* ſunt Græci, Romani, reliquique omnes, qui non loquuntur linguâ ſanctâ ſeu Ebraicâ.

לָעַט *Sorbuit.* Semel legitur in Hiphil Gen. 25, 30. הַלְעִיטֵנִי נָא מִן־הָאָדֹם הָאָדֹם הַזֶּה *Sine me* quæſo! ſorbere partem rufi, rufi iſtius, i. e. edulii iſtius admodum rufi.

לָעַן *Abegit, procul abeſſe juſſit*, apud Arabes; Inde eſt

לַעֲנָה f. *Abſinthium*; herba amara ſic dicta, quod eam à naribus *abigamus.* 1) In ſacris deſignat *ipſam herbam*, Prov. 5, 4. 2) Metaphoricè ob *ſuam amaritudinem & ſaporem* ingratum tranfertur, α) ad deſignandam hominum *improbitatem & malitiam*, homini nonniſi ingratiſſimam amaritudinem conciliare ſolitam, Devt. 29, 18. Am. 5, 7. c. 6, 12. β) ad denotandas *graviſſimas Dei pœnas* quovis abſinthiô amariores, Jer. 9, 15. c. 23, 15. Thren. 3, 15. 19.

לָפַר Radix ignota; Forte *fulgendi*, vel *ſplendendi* ſignificationem quondam obtinuit. Inde ſuperſtes eſt

לַפִּיד m. *Lampas, Fax, Tæda.* לַפִּיד אֵשׁ *Fax* ignis, Gen. 15, 17. Plur. לַפִּידִים *Faces*, Jud. 6, 15. Job. 41, 10. In Statu Conſtr. כְּלַפִּידֵי אֵשׁ Sicut *faces* ignis, Dan. 10, 6.

לָפַת *Apprehendit, Complexus eſt.* Coccejo notat *amplecti, contorquere*; Ludovicus de Dieu reddit, *tenere.* Sed Seb. Schmidius in Commentario in Job. 6, 18. interpretatur *amplecti*, & *quaſi contorqueri, implicari*, &c. Fut. וַיִּלְפֹּת שִׁמְשׁוֹן אֶת־שְׁנֵי עַמּוּדֵי הַתָּוֶךְ Et *amplexus eſt, brachiisque quaſi intorſit* duas columnas medias, Jud. 16, 29. Niphal Fut. וַיִּלָּפֵת Et *inclinavit ſe, huc illuc vertit ſe*, juxta Aben-Eſram, Ruth. 3, 8. Sed laudato Schmidio videtur ſignificare, quod *Boas perterrefactus circumtorſerit quaſi & inflexerit corpus, usque ad pedes*, ut manibus palpare poſſet, quis ad pedes ſuos eſſet. יִלָּפְתוּ *Contorquentur, circumducentur* viæ eorum, Job. 6, 18. Præterea non legitur.

לָקַח *Cepit, Accepit, Abſtulit, Suſtulit, Sumſit, Aſſumſit, Deſumſit.*

וְאֵינֶנּוּ כִּי לָקַח אֹתוֹ אֱלֹהִים Non diutius fuit, quoniam *aſſumſit* eum Deus, Geneſ. 5, 24. בִּרְכָתִי לָקָח Benedictionem meam *abſtulit*, Geneſ. 27, 36. לְקָחַנִי *Sumſit* me, Geneſ. 24, 7. Sed Ezech. 17, 5. eſt קַח *Sumſit*, pro לָקַח primâ radicali per Aphæreſin ablatâ. Et Hoſ. 11, 3. legitur קָחָם *Accepit* eosdem, pro לְקָחָם. וְלָקַחְתִּי אֶתְכֶם לִי לְעָם Et *ſumam* vos mihi in populum, Ex. 6, 7. Infin. לָקַחַת *Accipere*. Devt. 31, 26. Sed 2. Reg. 12, 9. eſt קַחַת, primâ radicali juxta morem Verborum פ״נ abjectâ, & ת in fine aſſumtô. בְּקַחְתּוֹ In *accipere* eum, i. e. cum *acciperet* Rebeccam, Geneſ. 25, 20. Fut. אֶקַּח *Accipiam*, Geneſ. 14, 23. Cum ה Paragogico אֶקְחָה *Accipiam*, Jeſ. 56, 12. Imper. קַח *Accipe*, 1. Sam. 21, 10. קָחֶנּוּ *Accipe* eum, 1. Sam. 20, 21. Niphal נִלְקַח *Captus*, *Sumtus*, *Aſſumtus eſt*. נִלְקַח אֲרוֹן הָאֱלֹהִים *Capta* eſt arca Dei, 1. Sam. 4. 22. Sed 1. Sam. 4, 17. eſt וַאֲרוֹן הָאֱלֹהִים נִלְקָחָה Et arca Dei *capta eſt*. Infinit. הִלָּקַח *Capi*, 1. Sam. 4, 19, 21. Fut. בְּטֶרֶם אֶלָּקַח Antequam *aſſumar*, 2. Sam. 2, 9. וַתִּלָּקַח אֶסְתֵּר Et *aſſumta fuit* Eſther, Eſth. 2, 8. 16. Pual לֻקַּח *Sumtus*, *Acceptus*, *Sublatus eſt*, אֲשֶׁר לֻקַּח מִשָּׁם Unde *ſumtus eſt*, Geneſ. 3, 23. כִּי מֵאִישׁ לֻקֳחָה זֹּאת Quia de viro *ſumta eſt* hæc, Geneſ. 2, 23. Fut. יֻקַּח נָא מְעַט מַיִם *Sumatur* quæſo parum aquæ, Gen. 18, 4. Hithpael Particip. מִתְלַקַּחַת *Immiſcens ſe*, Exod. 9, 24. Confer Ezech. 1, 4.

1) Generatim obtinet *capiendi* vel *ſumendi* ſignificationem, undecunque & quomodocunque id fiat. 2) Speciatim α) *propriè* notat 1) ſimpliciter capere, ſumere, nehmen/ Geneſ. 40, 11. Jud. 9, 48. Jer. 36, 32. Num. 19, 19. &c. 2) *Accipere à dante*, Jud. 13, 23. Pſal. 15, 5. 3) *Capere*, *Abripere per vim*, 1. Sam. 4, 11, 17. 19. 22. 1. Chron. 5, 21. Pſal. 31, 15. Prov. 24, 1. item *auferre*, Gen. 27, 35. 36. 4) *Accipere cum approbatione*. Ita dicitur de precibus, quas Deus acceptas habet, Pſal. 6, 10. Confer. Gen. 33, 10. Mal. 2, 13. 5) *Aſſumere*, *Suſcipere humaniter & gratiosè*, auf⸗nehmen/ annehmen/ zu ſich nehmen. Pſal. 49, 16. Pſal. 78, 70. Pſal. 73, 24. Jer. 39, 12. c. 40, 2. Ita quoque legitur non ſolum de Eſtheræ aſſumtione in aulam regiam, Eſth. 2, 8. ſed etiam de aſſumtione Enochi & Eliæ in cœlum, Gen. 5, 22. 2. Reg. 2, 3. 5 10. Huc refer 1. Reg. 19, 5. & Jon. 4, 5. ubi mori cupientes expetunt, *animæ* à Domino *aſſumtionem*. 6) *Capere*, *Occupare*, einnehmen/ erobern/ e. g. urbes, Num. 21, 25. terram, Num. 21, 26. Jud. 11, 13. Joſ. 11, 16. 23. 7) *Auferre* alicui rem, quam habuit & poſſedit &c. Jud. 17, 2. 1. Sam. 4, 11. Job. 1, 21. Hoſ. 2, 11. Job. 12, 20. Ita quoque dicitur de abreptione & ablatione vaſorum templi Hieroſolymitani, Jeſ. 52, 18. β) *Tropicè* 1) *Metonymicè* ſignificat *capere ad dandum*, Pſal. 68, 19. Exod. 25, 2. Hoſ. 14, 2. Pocokius not. miſc. p. 24. cenſet לָקַח olim tàm ſumtionem, quam donationem deſignaſſe. 2) *Synecdochicè* ſignificat α) *emere*, *comparare*, 1. Sam. 4, 5. 1. Reg. 10, 28. Neh. 10, 31. Prov. 31, 16. Jeſ. 52, 5. β) *Accipere*, *ducere in uxo-*

uxorem, Geneſ. 4, 19. c. 11, 19. c. 24, 67. c. 28, 9. Exod. 2, 1. Levit. 21, 14. Devt. 23, 1. c. 24, 5. 1. Chron. 2, 19. 21. 3) *Metaphoricè* notat *diſcere* & *intelligere* doctrinam. *Accipere* enim eſt *diſcentis*, *dare* autem *docentis*, Prov. 1, 3. c. 4, 10. Job. 22, 22.

לֶקַח m. *Acceptio: Doctrina*, ſic dicta non ſolum, quia ab aliis *accipitur*, &, ſi vera & utilis eſt, eâ animus hominis *capitur* & demulcetur, ſed etiam digna eſt, quæ ab omnibus accipiatur. לֶקַח טוֹב נָתַתִּי לָכֶם *Doctrinam* bonam dedi vobis, Proverb. 4, 2. Cum Suff. יַעֲרֹף כַּמָּטָר לִקְחִי Defluet ſicut pluvia *doctrina* mea, Devt. 32, 2. Præterea occurrit, Prov. 1, 5. c. 7, 21. c. 9, 9. c. 16, 21. 23. Job. 11, 4. Jeſ. 29, 24.

מִקָּח m. *Sumtio*, *Acceptio*. Semel occurrit in Statu Constructo וּמִקַּח שֹׁחַד Et ſumtio muneris, 2. Chron. 19, 7.

מַקָּחוֹת f. pl. *Merces*, *res*, quæ emuntur & accipiuntur. Occurrit ſaltem, Neh. 10, 32.

מַלְקוֹחַ m. *Captum*; *Faux*. מַלְקוֹחָי *Faucibus* meis, Pſal. 22, 16.

1) Notat *captum*, h. e. rem, quæ per prædam accipitur, Num. 31, 11, 12. 26. 27. 32. Jeſ. 49, 24. 25. 2) In Duali, in quo ſolo legitur, Pſal. 22, 16. notat *fauces*, ſeu *partem oris utramque*, *mandibulam* tàm *inferiorem*, quàm *ſuperiorem*, quæ moventur, ut forcipes ad capiendum, & propinquæ ſunt linguæ ibidem junctæ.

מֶלְקָחַיִם m. d. *Forcipes*, ex duabus conſtantes laminis, quibus aliquid capitur, 1. Reg. 7, 49. 2. Chron. 4, 21. Jeſ. 6, 6. Cum Suffixo מַלְקָחֶיהָ *Forcipes* ejus, Exod. 25, 28. c. 37, 23. Num. 4, 9.

לָקַט *Legit*, *Collegit*. לָקְטוּ לֶחֶם *Collegerunt* panem, Exod. 16, 22. Inf. לִלְקֹט Ad *colligendum*, Exod. 16, 27. Fut. יִלְקְטוּ *Colligent*, Exod. 16, 5. Piel לִקֵּט *Collegit*. Inf. לְלַקֵּט Ad *colligendum*, Ruth. 2, 15. Fut. אֲלַקֳּטָה־נָּא *Colligam*, Ruth. 2, 7. Part. כִּמְלַקֵּט שִׁבֳּלִים Quaſi *colligens* ariſtas, Jeſ. 17, 5. Pual. Fut. תְּלֻקְּטוּ *Colligemini*, Jeſ. 27, 12. Hithpael הִתְלַקֵּט *Collegit ſe*, *Congregavit ſe*, Jud. 11, 3.

1) Generatim ſignificat *colligere rès diſperſas*, aut *disjectas quascunque*. Unde 2) Speciatim dicitur α) de collectione Mannæ, Exod. 16, 4. 18. 22. 27. Num. 11, 8. β) de collectione lapidum diſperſorum, Gen. 31, 46. γ) de collectione ſpicarum à meſſore in arvo ſparſim relictarum, Ruth. 2, 5. 7. 15. 17. 19. Jeſ. 17, 5. Lev. 19, 9. δ) Sagittarum disjectarum, 1. Sam. 20, 38. ε) Pecuniæ Ægyptiorum, Geneſ. 47, 14. ζ) Hominum, Jud. 11, 3. η) Liliorum, Cant. 6, 2.

לֶקֶט m. *Collectio*, *Spicilegium*, Nachleſe. Lev. 19, 9. c. 23, 22. Amplius non legitur.

יַלְקוּט m. *Pera*, ita nuncupata, quia res neceſſariæ in eam *colliguntur*. Extat ſaltem, 1. Sam. 17, 40.

לָקַק *Lambit*, *Linxit*. Eſt ferè *canum* proprium. לָקְקוּ הַכְּלָבִים *Lin-*

Linxerunt canes, 1.Reg.21,19. Fut. אֲשֶׁר יָלֹק בִּלְשׁוֹנוֹ מִן־הַמַּיִם כַּאֲשֶׁר יָלֹק הַכֶּלֶב Qui *lambet* linguâ ſuâ aquas, quemadmodum canis *lambit*, Jud. 7, 6. יָלֹקּוּ הַכְּלָבִים אֶת־דָּמְךָ *Lingent* canes ſanguinem tuum, 1. Reg. 21, 19. Confer. c. 22, 38. Piel Particip. הַמְלַקְקִים *Lambentes*, Jud. 7, 6. Præterea non legitur.

יֶלֶק m. *Bruchus*, *Locuſtæ* ſpecies; à *lingendo* vel *lambendo* nomen trahens, quia *lingit* & *lambit* ſata & fruges, & ita abſumit, Joel. 1, 4.

לקשׁ *Collegit*, ſed judice Buxtorffio *propriè ſeros fructus*, & inde *vindemiavit*. וְכֶרֶם רָשָׁע יְלַקֵּשׁוּ Et vineam impii *vindemiabunt*, *racemabunt*, q. d. impii cogunt pauperes agreſtes vineas ſuas non tantum vindemiare, ſed etiam racemare, atque adeo ne racemationem quidem, quæ aliàs pauperibus debetur, Lev. 19, 10. pro mercede laboris, nedum gratis relinquunt. Vid. Seb. Schmid. in Job. 24, 6. ubi ſaltem legitur.

לֶקֶשׁ m. *Fœnum cordum*, gramen ſerotinum poſt primam ſectionem recreſcens, Grummet. Semel legitur Amos. 7, 1.

מַלְקוֹשׁ m. *Pluvia ſerotina*, quaſi *collectionis pluvia*, meſſem antecedens, & meſſis collectionem promovens, Devt. 11, 14. Prov. 16,15, Job. 29, 23. Jer. 3,3. c. 5,24. Hoſ. 6, 3. Joel. 2,22. Zach. 10, 1.

לְשַׁד m. *Humor*. Bis legitur in Statu conſtr. לְשַׁד הַשָּׁמֶן *Humor olei*, Num. 11, 8. לְשַׁדִּי *Humor* meus omnimodus, Pſalm. 32, 4. Dageſch impreſſum intendit ſignificationem.

לָשַׁךְ Radix ignota; inde eſt

לִשְׁכָּה f. *Cubiculum, Cella, Conclave*. וַיַּעַשׂ לוֹ לִשְׁכָּה גְדוֹלָה Et fecit ſibi *cellam* magnam, Neh. 13, 5. 8. Circa templum Hieroſolymitanum erant conclavia diverſa, non ſolum ad varios uſus, ſed etiam ad colloquia de rebus ſacris inprimis deſtinata. In Statu conſtr. לִשְׁכַּת נְתַן מֶלֶךְ *Cubiculum* Nethan Melech, 2. Reg. 23, 11. Cum ה Locali vim Præpoſitionis ſuſtinente לִשְׁכָּתָה In *cubiculum*, 1. Sam. 9, 22. Plur. לְשָׁכוֹת *Cubicula*, 2. Chron. 31, 11. In Statu conſtr. לִשְׁכוֹת שָׂרִים *Cubicula* Principum, Ezech. 40, 44. בְּלִשְׁכוֹת In *cubiculis*, Ezech. 44, 19.

לֶשֶׁם m. *Cyanus*, lapis pretioſus cœrulei coloris, Exod. 28, 19.

לשׁן Radix ignota. Inde eſt

לָשׁוֹן c. ſed fœm. ſæpius. *Lingua, Sermo*. כְבַד לָשׁוֹן Gravis *linguâ* ego ſum, Exod. 4, 10. In Statu conſtr. לְשׁוֹן יָם *Lingua*, i. e. ſinus maris, Jeſ. 11, 15. Cum Suff. לְשׁוֹנָם *Lingua* ipſorum, Pſal. 5, 10. Plural. לְשֹׁנוֹת *Linguæ*, Pſal. 31, 21.

1) Generatim notat *linguam*, 2) Speciatim α) *propriè* notat *membrum oris potiſſimum*, guſtûs organon, maſticationis, cibos volvendo, adjutorium, & loquelæ in hominibus inſerviens inſtrumentum, Exod. 11, 7.

Digitized by Google

Jud. 7, 5. Pſ. 12, 4. Job 33, 2. β) *Tropicè* per *Metaphoram* tribuitur a) *igni & flammæ*, non ſolum, quia extrema ignis flamma ad inſtar linguæ projicitur, ſed etiam apprehendit, lambit & abſumit quævis obvia, Jeſ. 5, 24. b) *Mari*, ad ſinum ejus denotandum, Joſ. 15, 5. c. 18, 19. Jeſ. 2, 21. c. 11, 15. 2) *Metonymicè* accipitur a) pro *ſermone*, Prov. 25, 15. Jer. 18, 18. b) Pro *idiomate ſermonis*, Geneſ. 10, 5. 31. Eſth. 1, 22. c. 3, 12. c. 8, 9.

לָשַׁן *Linguâ proſcidit*, item *pupugit ſcorpio*, apud Arabes. In Kal apud Ebræos non legitur. In Piel eſt לוֹשֵׁן *Linguâ detraxit*, *Calumniatus* eſt, Particip. מְלָוֹשְׁנִי *Linguâ detrahens*, *Calumnians*, Pſ. 101, 5. Cum י Paragogico. Hiphil Fut. אַל־תַּלְשֵׁן Ne *calumnieris*, *linguâ lædas*, Prov. 30, 10. Amplius non legitur.

לתח *Adhæſit*, *Adhærere fecit*, apud Arabes. Inde eſt

מֶלְתָּחָה f. *Veſtiarium*. Semel legitur, 2. Reg. 10, 22.

לֶתֶךְ m. *Semicorus*, *menſura quinque Epharum*. Legitur ſaltem Hoſ. 3, 2.

לָתַע *Commoluit*. Sed in Kal non legitur. Semel legitur in Niphal נִתָּעוּ *Commoluntur*, Job. 4, 10. Ad imitationem verborum פּ״נ primâ radicali extruſâ, & per Dageſch forte compenſatâ.

מַלְתְּעוֹת f. pl. *Dentes molares*. Occurrit ſaltem, Pſal. 58, 7. Sed literis tranſpoſitis dicitur מְתַלְּעוֹת Joel. 1, 6.

מ

מ *A*, *Ex*, *De*, decurtatum eſt ex מִן, & præfigitur cum (.) ſequente Dageſch forti, quod eſt compenſativum pereuntis נ. מִתַּחַת A *parte inferiori*, Geneſ. 1, 7.

I) Exprimit Præpoſitiones varias, nempe *a*, *ab*, Jud. 20, 32. 1. Reg. 18, 22. Pſalm. 73, 29. ita quandoque connotat *eventum*, ut Job. 17, 4. Obſcuraſti cor eorum *ab* intelligentia, i. e. *ut non* intelligant. *E*, *ex*, Geneſ. 2, 19. 23. c. 17, 6. 1. Sam. 2, 20. Jeſ. 40, 15. *De*, Exod. 29, 22. Pſalm. 22, 26. Jeſ. 21, 11. *Per*, Obad. v. 9. *Inter*, Dan. 1, 19. *Propter*, *Ob*, Exod. 6, 9. Pſalm. 104, 7. *Coram*, Num. 32, 22. *Adverſus*, *Contra*, Lev. 5, 15. 16. Pſalm. 43, 1. *In*, Lev. 14, 16. c. 27, 17. *Verſus*, Gen. 13, 11 Junctum *illis*, *quæ tempus* connotant, valet *poſt*, Joſ. 23. Neh. 13, 21. item *ante*, Prov. 8, 23. Pſalm 93, 2. Jeſ. 48, 16. Mich. 5, 1. In *Oratione Comparativa* valet *præ*, Devt. 14, 2. Eccl. 2, 13. *magis quam*, Jud. 2, 19. 2. Sam. 20, 6. *Supra*, Devt. 17, 20.

II) Partitive ſumtum idem eſt ac *Pars*, *quidam*, *aliquis*, *aliquot*. מִן־הָאָדֹם הָאָדֹם *Pars* rufi, rufi iſtius, i. e. edulii iſtius admodum rufi, Gen. 25, 30. c. 45, 22. Exod. 6, 25. c. 17, 5. c. 29, 12. 20. 34. Lev. 11, 32. 33. 35. 37. 39. c. 25, 26. 49. Num. 19, 4. 17. Jud. 10, 11. Eſr. 2, 70. c. 7, 7. 1. Reg. 12, 9.

III) Præmiſſum *Infinitivo* in tempus finitum reſolvendo valet *α*) *Ante-*

Antequam, מִהְיוֹתָם *Ante* fieri, i. e. *antequam* fierent, Hag. 2, 16. β) *Poſtquam*, מִן־שַׁלְּחוֹ אוֹתָם *Poſt* dimiſiſſe eos, i. e. *Poſtquam* dimiſerat, 1. Chron. 8, 8. Num. 24, 23. Pſal. 73, 20. Jeſ. 44, 7. Hoſ. 7, 4. Zach. 6, 5. γ) *Ut* מִשָּׁמְרוֹ Ob obſervare eum, i. e. *ut* obſervet ille, Devt. 7, 8. δ) *Eò quod*, מִדַּעְתִּי *Propter* ſcire me, i. e. *eo quod* ſcio, Jeſ. 48, 4. ε) *Ne*, *ut ne*, מֵחֲטוֹא *A peccare*, i. e. *ut ne peccem*, Pſ. 39, 2. conf. 1. Sam. 8, 7. Job. 33, 18. Hoſ. 4, 6. ζ) *Si* מֵעֲשׂוֹת *A* facere, i. e. *ſi* faceres, Gen. 18, 25. η) *Quod non.* נִשְׁבַּעְתִּי מִקְּצֹף עָלַיִךְ וּמִגְּעָר־בָּךְ Juravi, *quod* non efferveſcere velim contra te, *nec* te increpare, Jeſ. 54, 9. θ) In *oratione comparativa valet magis quam*, vel *quam ut.* טוֹב שְׁפַל־רוּחַ אֶת־עֲנָיִים מֵחַלֵּק שָׁלָל אֶת־גֵּאִים *Melius* eſt humiliari ſpiritu cum pauperibus, *quàm* dividere ſpolium cum eminentibus, Prov. 16, 19. גָּדוֹל עֲוֹנִי מִנְּשׂוֹא *Major* eſt iniquitas mea *præ* ferre i. e. *major* eſt pœna iniquitatis, *quàm* ut ſuſtineam, Gen. 4, 13.

IV. Præmiſſum *nomini Subſtantivo* format interdum Adjectivum. הַגִּידוּ בָאִיִּים מִמֶּרְחָק Indicate in inſulis *à longinquo*, i. e. *longe remotis*, Jer. 31, 10. Interdum conſtituit *Adverbium* מִבַּיִת וּמִחוּץ *Ab interiori* & *exteriori*, i. e. *intus* & *extus*, Geneſ. 6, 1.

V) Conſtituit *Comparativum*, ſi præmittitur membro, quod vincitur. עָמֹק מִן־הָעוֹר *Profundior* cute, Jer. 13, 4. מַה־מָּתוֹק מִדְּבַשׁ Quid *dulcius* melle, Jud. 14, 18.

מוֹאָב *Moab*, Nomen proprium filii *Loti* ex inceſtuoſo cum ipſius filia concubitu geniti, Geneſ. 19, 37. *Metonymicè* notat *poſteros Lotbi*, Pſalm. 83, 7. habitantes in terra fertili vinique feraci, Num. 21, 13. c. 22, 36. Jud. 11, 18. Iſraelitis infenſos, Pſalm. 60, 10. Pſalm. 108, 10. Jeſ. 25, 10. Ezech. 25, 8. Zeph. 2, 8. 10. faſtu elatos, Jeſ. 16, 6. Jer. 48, 29. Inde eſt gentile מוֹאָבִי *Moabita*, Devt. 23, 3. Plur. מוֹאָבִים *Moabitæ*, Devt. 2, 11. Fœm. מוֹאֲבִיָּה *Moabitis*, Ruth. 4, 5. item מוֹאָבִית 2. Chron. 24, 26. Plur. מֹאֲבִיּוֹת *Moabitidæ*, Ruth. 1, 4.

מְאֹד m. *Intenſio*, *Extenſio*, *Vires*, & Adverbialiter *valde*, *admodum*, *vehementer.* וְאַרְבֶּה־אֹתְךָ בִּמְאֹד מְאֹד Et multiplicabo te *intenſione intenſionis*, i. e. *intenſiſſimè*, Geneſ. 17, 9. וּבְכָל־מְאֹדֶךָ Et omni *extenſione* tua, i. e. omnibus nervis membriſque corporis tui extenſioni obnoxiis; quacunque tui parte extendi potes; ceu interpretatur Dn. D. Danzius in Interprete §. 132. p. 137. Devt. 6, 5. מְאֹד מְאֹד *Valde*, *valde*, i. e. *vehementiſſimè*, 2. Reg. 10, 6. עַד־מְאֹד Uſque ad *intenſionem* i. e. *admodum*, Exod. 1, 7. וּבְכָל־מְאֹדוֹ Et totis *viribus* ſuis, 2. Reg. 23, 25.

מֵאָה f. *Centum*, à radice Arab. مَأَى *Extendit*, *Dilatavit*, quia numerus centenarius eſt numerus *extenſus* & *dilatatus*. Vide Maji Animadv. in Cocceji Lex. p. 64. מֵאָה וְעֶשְׂרִים שָׁנָה *Centum* & vigin-

Digitized by Google

viginti anni, Gen. 6,3. In Statu conſtr. שְׁלֹשִׁים וּמְאַת שָׁנָה Triginta & *centum* anni, Gen. 5,3. Plural. מֵאוֹת *Centum*, Gen. 5,4. הַמֵּאיוֹת *Centuriones*, 2.Reg. 11,4. Dual. מָאתַיִם *Ducenti*, Gen. 32,14.

מאם Radix inuſitata; inde eſt

מְאוּמָה f. *Aliquid*, *Quicquam*. וְלֹא חָשַׂךְ מִמֶּנִּי מְאוּמָה Nec continuit à me *quicquam*, Gen. 39,9. מְאוּמָה רָע *Quicquam* mali, Jer. 39,12. Semel legitur מְאוּם Job. 31,7. ה Per Apocopen ablato. Sed juxta Maſorethas legendum eſt מוּם *Macula*, *Labes*.

מֵאֵן *Renuit*, *Recuſavit*, *Abnuit*, *Noluit* מֵאֵן לְשַׁלַּח הָעָם *Renuit* dimittere populum, Exod. 7,14. וּבְתוֹרָתוֹ מֵאֲנוּ לָלֶכֶת Et in lege ejus *noluerunt* ambulare, Pſalm. 78,10. Infin. אִם מָאֵן יְמָאֵן אָבִיהָ Si *recuſando recuſat*, i.e. penitus recuſat Pater ejus, Exod. 22,16. Fut. וַיְמָאֵן לָסוּר Sed *renuit* recedere, 2.Sam.2,23. וַיְמָאֲנוּ לְהַקְשִׁיב Sed *renuerunt* auſcultare, Zach. 7,11.

1) Generatim habet *renuendi* ſignificationem, vel quia moleſtum tædioſum ac moleſtum eſt, quod poſtulatur ab aliquô, vel quia non poſſumus ſatis capere, quæ proponuntur. 2) Speciatim tribuitur α) *propriè homini*, 1) qui præfractè & malitioſè renuit aliquid facere, quod facere debebat. Ita dicitur de Pharaone, qui renuebat Iſraelitas dimittere, Ex. 7,14. de Iſraelitis renuentibus obſervare legem Dei, Exod. 16,28. Pſalm. 78,10. ſe convertere, Jer. 5,3. c. 8,5. Hoſ. 11,5. Conf. Jeſ. 1,20. Jer. 9,5. audire verba Dei, Jer. 11,10. Zach. 7,11. de meretrice putidâ, renuente erubeſcere, Jer. 3,3. 2) Qui renuit aliquid facere, quia peccaminoſum, Gen. 39,8. vel quia tædioſum, 2.Sam. 13,9. vel quia non commodum, Eſth. 1,12. vel quia noxium, 1.Sam. 28,23. 3) Qui renuit admittere ſolatium humanum, Gen. 37,35. Pſalm. 77,3. Jer. 31,15. β) *Impropriè & per Proſopopœiam* tribuitur *manibus pigri*, renuentibus quicquam facere, Prov. 21,25. Tribuitur membro, quod eſt perſonæ.

מָאֵן m. *Renuens*. Conſtruitur more verbi. Ubique in ſcripturâ deſignat *eum, qui præfractè & penitus renuit aliquid facere*. וְאִם מָאֵן אַתָּה לְשַׁלַּח Si tu vero *renuens* es dimittere, Exod. 7,17. c. 9,2. c. 10,4. וְאִם מָאֵן אַתָּה לָצֵאת Sed ſi tu renuens es exire, Jer. 38,21. Plur. הַמֵּאֲנִים לִשְׁמֹעַ *Renuentes* audire, Jer. 13,10. Sæpius non legitur.

מָאַס *Reſpuit*; *Reprobavit*, *Rejecit*, *Aſpernatus*, *Averſatus eſt*, *Sprevit*, *Nauſeavit*. Conſtruitur cum Accuſativô & Præpoſitione ב. מָאַס יְהוָה בָּהֶם *Reprobavit* eos Dominus, Jer. 6,30. אֱלֹהִים מְאָסָם Deus *reprobavit*, *rejecit* eos, Pſalm. 53,6. מְאַסְתִּיו *Rejeci* eum, 1.Sam. 16,7. Infin. הֲמָאֹס מָאַסְתָּ אֶת־יְהוּדָה Num *reprobando reprobaſti* Judam? i.e. penitus rejeciſti? Jer. 14,19. Fut. אֶמְאַס חַיָּי *Reprobo* vitam meam, Job. 9,21. וְאֶמְאָסְאךָ מִכַּהֵן לִי Et *repudiavi* te, ut ſacer-

ſacerdotiô non fungaris mihi, Hoſ. 4, 6 א per Epentheſin inſitum fuit. Niphal נִמְאַס *Spretus*, *Reprobatus*, *Rejectus ſuit*. Fut. וַיִּמָּאֵס Et *ſpretus* fuit, Job. 7, 5. Part. כֶּסֶף נִמְאָס Argentum *reprobatum*, Jer. 6, 30.

1) Generatim dicit *aliquam averſationem*, habetque ſibi oppoſitum בָּחַר *Elegit*, ceu conſtat ex Job. 34, 33. 2. Reg. 23, 27. 2) Speciatim α) notat *rejicere*, *repudiare*, *reprobare*, diciturque 1) de *Deo*, qui ex juſtisſimô judiciô & irâ reſpuit & reprobat homines ob antegreſſa peccata, contemtum ipſius, verbique ejus &c. 1. Sam. 15, 23. 2. Reg. 17, 20. Jer. 2, 37. c. 6, 30. c. 7, 29. c. 8, 9. c. 31, 37. Hoſ. 9, 15. c. 4, 6. Pſalm. 78, 59. &c. β) de *hominibus*, tum *iis*, qui ex *odio*, *contemtu*, *& faſtidio*, *adeoque ſæpe ex deſtinata malitia* rejiciunt & repudiant aliquid tanquam *vile*, *contemtum*, *indignum*, *inutile aut etiam moleſtum*. Ita dicitur de rejicientibus *Deum*, 1. Sam. 8, 7. c. 10, 19. Num. 11, 20. ejusque *verbum*, Jer. 8, 9. Jeſ. 30, 12. *legem*, Jeſ. 5, 22. Am. 2, 4. *ſtatuta*, Lev. 26, 15. 2. Reg. 17, 15. *Meſſiam*, Pſalm. 118, 22. *diſciplinam*, Prov. 3, 11. Job. 5, 17. tum *iis*, qui *aliquid rejiciunt tanquam non rite ſe habens*, *culpabile* &c. Ita Jobus c. 9, 21. *rejiciebat* vitam ſuam, tanquam non ſanctam & imperfectam plane. β) Quia, quæ rejiciuntur, reprobantur, & repudiantur, ſpernuntur, hinc etiam notat *ſpernere*, *faſtidire aliquid*, tanquam *rem vilem*, *nullius momenti*, *tædio & nauſeâ plenam*, &c. Job. 7, 16. vitam; Am. 5, 21. feſta; Jeſ. 33, 15. oppreſſiones propter lucrum.

מאר *Irritavit* apud Arabes, qui hanc vocem de *vulnere irritato* adhibent. Apud Ebræos occurrit tantum Participium in ſenſu *pungendi* in Hiphil סִלּוֹן מַמְאִיר Sentis *pungens*, Ezech. 28, 24. Fœm. צָרַעַת מַמְאֶרֶת Lepra *pungens*, Lev. 13, 51. 52. c. 14, 44. Amplius non legitur.

מְאֵרָה f. *Defectus*, *Diminutio*, *Penuria* juxta R. Salomonem, Devt. 28, 20. Mal. 3, 9. Sed vide ſupra radicem ארר.

מָגַד *Superavit aliquid* vel *aliquem gloriâ*, *Excelluit*, apud Arabes; Inde apud Ebræos eſt

מֶגֶד m. *Pretioſum*; *Res pretioſa*; *quicquid in re aliqua eximium & præſtans eſt*. מִמֶּגֶד שָׁמַיִם De *pretioſis rebus* cœli, Devt. 33, 13. Vide etiam Devt. 33, 14. 15. 16. Plur. מְגָדִים Cant. 4, 13. c. 7, 14. Cum Suffixo וְיֹאכַל פְּרִי מְגָדָיו Et comedet fructum ejus *præſtantiſſimum*, Cant. 4, 16. Alii reddunt: fructum *aromatum* ejus, Cant. 4, 16.

מִגְדָּנוֹת f. pl. *Res pretioſæ*, Gen. 24, 53. 2. Chron. 21, 3. c. 32, 23. Eſr. 1, 6.

מַגָּל m. *Falx meſſoria*, Jer. 50, 16. Joel. 4, 13. Teſte Buxtorffio à quibusdam derivatur à גָּלַל, quia *rotunditate* ſemicirculum refert. Alii ſtatuunt radicem נגל, apud Arabes uſitatam; quorum ſententiæ

Digitized by Google

tiæ accedit celeb. Majus in Supplem. Lex. Coccej. Sed ſi מגל apud Arabes notat *callum contraxit manus ex opere*, quidni inde deducatur, cum meſſores firmiter & diu falcem tenentes, manibus *callum contrahere* ſoleant.

מִגֵּן *Dedidit, Tradidit.* אֲשֶׁר מִגֵּן צָרֶיךָ בְּיָדֶךָ Qui *tradidit* hoſtes tuos in manum tuam, Gen. 14, 20. Fut. אֲמַגֶּנְךָ Dedam te, Jeſ. 11, 8. תְּמַגֶּנְךָ *Trades* tibi. Sæpius non legitur.

מְגִנַּה f. *Traditio, Abjectio.* Semel occurrit in Statu Conſtr. מְגִנַּת־לֵב *Traditio* cordis, ut cor tradant, abjiciant & perdant, Thren. 3, 65.

מָגַר *Detruſit, Dejecit.* Particip. Paul מְגוּרֵי אֶל־חֶרֶב *Detruſi* in gladium Ezech. 21, 17. Ita quidam reddunt, referente Buxtorffio. Sed Seb. Schmidius & alii deducunt à גור *Metuere, formidare* &c. & reddunt *Pavores* ob gladium. Piel מִגֵּר *Dejecit, Detruſit* penitus. וְכִסְאוֹ לָאָרֶץ מִגַּרְתָּה Et thronum ejus in terram *dejeciſti* penitus, Pſalm. 89, 45. Præterea non occurrit Ebraicè; Chaldaice autem legitur Eſr. 6, 12.

מָדַד *Menſuravit, Menſus, Dimenſus, Emenſus eſt.* מִי מָדַד בְּשָׁעֳלוֹ מַיִם Quis *menſus eſt* pugillô ſuô aquas? Jeſ. 40, 65. מָדַד אָרְכּוֹ וְרָחְבּוֹ *Menſus* eſt longitudinem & latitudinem ejus, Ezech. 40, 20. וּמַדֹּתִי פְעֻלָּתָם רִאשֹׁנָה עַל־חֵיקָם Ideo *admetiar* pretium operæ eorum in ſinum eorum, Pſ. 56, 7. Infin. לָמֹד Ad *menſurandum*, Zach. 2, 6. Fut. וַיָּמָד Et *menſus eſt*, Ruth. 3, 16. Ez. 40, 5. וַיָּמֹדּוּ Et *menſi ſunt*, Exod. 16, 18. Niphal נָמַד *Menſuratus* eſt. Fut. וְלֹא יִמַּד חוֹל הַיָּם Et non *menſurabitur* arena maris, Jer. 33, 22. Hoſ. 2, 1. אִם יִמַּדּוּ שָׁמַיִם Si *menſurabuntur* cœli ſurſum, Jer. 31, 37. i. e. menſurari poterunt. Piel מִדֵּד *Menſus eſt.* וּמִדַּד עָרֶב Tum *admenſus eſt* mihi veſperam, Job. 7, 4. Futur. וַיְמַדֵּד שְׁנֵי חֲבָלִים *Dimenſus* autem eſt duos funes ad occidendum, 2. Sam. 8, 2. Hithpael Fut. וַיִּתְמֹדֵד Et *menſus eſt* ſe, 1. Reg. 17, 21.

מַד m. *Menſura*; item *veſtimentum*, quod corpus quaſi *metitur*, vel corpori *commenſuratum eſt.* מִדָּה *Menſura* ejus, Job. 11, 9. כְּמַדּוֹ Inſtar *veſtimenti* ſui, Pſalm. 109, 18. וְלָבַשׁ הַכֹּהֵן מִדּוֹ בַד Et induet Sacerdos *veſtem* ſuam lineam, Lev. 6, 3. חָגוּר מִדּוֹ לְבֻשׁוֹ Cinctus *veſte* amictûs ſui, 2. Sam. 20, 8. Plur. מִדִּים *Menſuræ.* מְנָת מִדַּיִךְ Portio *menſurarum* tuarum, Jer. 13, 25. Item מִדּוֹת *Menſuræ.* אַנְשֵׁי מִדּוֹת Viri *menſurarum*, i. e. ſtaturæ proceræ, Num. 13, 33. מִדּוֹתָיו *Veſtium* ejus, Pſalm. 133, 2. וּמַדֵּיו קְרֻעִים Et *veſtes* ejus erant laceratæ, 1. Sam. 4, 11. מַדְוֵיהֶם *Veſtes* eorum, ו per Epentheſin inſitô, 2. Sam. 10, 4.

מִדָּה f. *Menſura, Dimenſio*; *Tributum*; ex uſu Chaldaico. מִדָּה אַחַת *Menſura* una, Exod. 26, 2. חֶבֶל מִדָּה Funiculus *menſuræ*,

ſura, i.e. menſorius, Zach. 2, 5. In Statu Conſtr. לְמִדַּת הַמֶּלֶךְ Pro *tributo* Regis, Neh. 5, 4. Plur. אֶבְנֶה לִּי בֵּית מִדּוֹת Ædificabo mihi domum *menſurarum*, i.e. amplam, Jer. 22, 14. מִדּוֹתֶיהָ *Dimenſiones* ejus, Ezech. 48, 16.

1) Generatim notat *menſuram quamcunque.* 2) Speciatim notat *id, quo rei alicujus quantitas determinatur, & cognoſcenda exhibetur* &c. Ita legitur de fune menſorio, Zach. 2, 5. de calamo menſorio, Ezech. 40, 3. 5. c. 42, 16. 17. β) *Metaphoricè* transfertur ad dies vitæ, Pſ. 39, 5.

מָדוֹן m. *Menſura*, juxta quosdam, 2. Sam. 21, 20. אִישׁ מָדוֹן Vir *menſuræ*, i.e. ſtaturæ proceræ. Sed juxta כְּתִיב eſt מָדִין referendum ad Radicem דִּין.

מְמַדִּים m. pl. *Menſuræ.* Occurrit ſaltem cum Suffixo מְמַדֶּיהָ *Menſuræ* ejus, Job. 38, 5.

מְדִינָה f. *Provincia*, vide ſupra in R. דִּין p. 250.

מַדּוּעַ *Quare*, vide in Radice יָדַע *Cognovit, Scivit* p. 492.

מָה, *Quid? Quod? Quæ?* Pronomen defectivum interrogativum, interrogans de *re*. *Quam? Quantopere?* Pro quo ſæpius ante Dageſch Euphonicum & lineolam Makkeph, nec non ante Gutturales החע non Kametſatas adhibetur מַה, & ante iſtas Kametſatas, מֶה. מָה אֱנוֹשׁ *Quid* eſt homo? Pſalm. 8, 5. מַה־שְּׁמֶךָ *Quodnam* eſt nomen tuum? Gen. 32, 27. מָה־אֵלֶּה *Quid* iſta ſibi volunt? Zach. 1, 9. מַה־טּוֹב וּמַה־נָּעִים *Quàm* bonum & *quàm* jucundum? Pſalm. 133, 1. מַה־חַטָּאתִי *Quodnam* eſt peccatum meum? Gen. 31, 36. מֶה־עָזַרְתָּ *Quid* juviſti? Job. 26, 2. Si coaleſcit cum ſequente voce in unam, ה per Syncopen amittit. מַזֶּה *Quid* eſt *hoc?* pro מַה־זֶּה Exod. 4, 2. מַלָּכֶם *Quid* vobis? Jeſ. 3, 15. pro מַה־לָּכֶם. מָהֵם pro מָה הֵם *Quid* illi? Ezech. 8, 6. לְמַדַּי Secundum *id, quod* ſufficit, 2. Chron. 30, 3. לְמִבָּרִאשׁוֹנָה *Propterea quod* in principio, 1. Chron. 15, 13. מַתְּלָאָה *Quæ* fatigatio? pro מַה־תְּלָאָה Mal. 1, 13. compoſitum כַּמָּה *Quantum?* Gen. 47, 8. כַּמָּה *Quoties?* Job. 21, 17. עַד־מָה *Quouſque?* Num. 24, 22. עַד־כַּמָּה *Quod?* 1. Reg. 22, 16. כַּמָּה *Tot*, Zach. 7, 3. &c. Cæterum obſervandum, quod α) habeat vim *intendendi & exaggerandi*, Pſalm. 3, 2. Pſalm. 8, 2. Pſalm. 31, 20. Pſalm. 36, 8. Pſalm. 66, 3. Pſalm. 84, 2. Pſalm. 92, 6. Pſalm. 104, 24. Pſalm. 119, 97. 103. Pſalm. 133, 1. Prov. 15, 23. c. 16, 26. c. 30, 13. Joel. 1, 18. β) Eſt *admirantis*, Gen. 28, 16. Pſ. 21, 2. γ) Eſt *expoſtulantis*, Gen. 20, 9. c. 31, 36. δ) Eſt *exprobrantis*, Gen. 44, 15. ε) Habet vim *extenuandi*, Gen. 23, 15. Pſalm. 8, 5. Pſalm. 39, 5. Eccl. 2, 22. ζ) Obtinet vim *inſultandi*, 2. Sam. 6, 20. Jer. 22, 23.

מָהַהּ In Kal non eſt in uſu; Occurrit autem in Hithpael prima radicali geminata הִתְמַהְמַהּ *Cunctatus, Moratus eſt.* הִתְמַהְמָהְתִּי *Cun-*

ctatus

Digitized by Google

ctatus ſum, Pſ. 119, 60. הִתְמַהְמָהוּ *Cunctantur*, Jeſ. 29, 9. Jud. 19, 8. לוּלֵי הִתְמַהְמָהְנוּ Niſi *cunctati fuiſſemus*, Gen. 43, 10. Inf. הִתְמַהְמֵהַּ *Cunctari*, Exod. 12, 39. Cum Suff. הִתְמַהְמְהָם *Cunctari eos*, Jud. 4, 26. Fut. יִתְמַהְמָהּ *Cunctabitur*, Hab. 2, 3. Gen. 19, 13. Particip. מִתְמַהְמֵהַּ *Cunctans*, 2. Sam. 15, 28. Præterea non legitur.

מָהַל *Miſcuit*. Legitur ſaltem Particip. Paul מָהוּל *Mixtus*, Jeſ. 1, 22.

מָהַר *Feſtinavit, Dotavit, Dotem conſtituit*. אַחֵר מָהָרוּ Poſt alium *feſtinant*, Pſalm. 16, 4. Infin. cum Fut. מָהֹר יִמְהָרֶנָּה *Dotando dotabit* eam, Exod. 22, 15. Piel מִהֵר *Feſtinavit, Acceleravit*. וְהָאִישׁ מִהַר Et vir iſte *feſtinabat*, 1. Sam. 4, 14. מַדּוּעַ מִהַרְתֶּן בֹּא Quare *feſtinaſtis* venire? i.e. citò & feſtinanter venitis? Exod. 2, 18. Verbum enim מִהֵר ſi in tempore finito jungatur Infinitivo, *adverbiaſcit*, infinitivo illo in tempus, numerum ac perſonam finiti conjuncti latinè converſo. Infin. מַהֵר *Feſtinare*. כְּמַהֵר צִפּוֹר אֶל־פָּח Secundum *feſtinare*, i.e. ſicut feſtinat avis ad laqueum, Prov. 7, 23. Fut. וַיְמַהֵר לַעֲשׂוֹת אוֹתוֹ Qui *feſtinavit* facere illum, i.e. *feſtinanter & cito fecit eum*, Gen. 18, 7. Niphal נִמְהַר *Feſtinus, Præceps factus fuit, Præcipitatus fuit*. וַעֲצַת נִפְתָּלִים נִמְהָרָה׃ Et Conſilium intorquentium fit *præcipitatum*, i.e. præceps adeoque temerarium & irritum ſit, Job. 5, 13. Particip. הַגּוֹי הַמַּר וְהַנִּמְהָר Gens amara & *præceps*, Hab. 1, 6. וּלְבַב נִמְהָרִים יָבִין לָדָעַת Et cor *præcipitantium ſe* conſiderabit ad cognoſcendum, Jeſ. 32, 4. In Statu conſtr. אִמְרוּ לְנִמְהֲרֵי לֵב Dicite *præcipitibus* corde, Jeſ. 35, 4.

1) Generatim *penetrandi* notionem in Arabica lingua receptam obtinere cenſetur. 2) Speciatim α) *propriè* notat *feſtinare, accedere*, quia, qui feſtinant, obſtacula penetrant &c. *Propriè* autem dicitur de *iis*, qui, miſſis aliis rebus, feſtinant aliquid peragere, vel cito ac feſtinanter rem peragunt, inveniunt, obtinent &c. Gen. 19, 22. c. 27, 20. c. 42, 11. Exod. 12, 32. 1. Sam. 9, 12. c. 17, 48. Jeſ. 4, 10. 2. Reg. 9, 13. &c. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* transfertur ad *animum*, ad deſignandam *temeritatem, præcipitantiam & inſipientiam*, Job. 5, 13. Jeſ. 35, 4. 2) *Metonymicè* notat *dotare*, forte, quia *dos accelerat*, vel *puellas*, ut è domo paterna cito per matrimonium exeant, vel *procos*, ut eas ducere cupiant. Ita bis ſaltem legitur, Exod. 22, 15.

מָהִיר m. *Promptus, Feſtinus, Expeditus*. סוֹפֵר מָהִיר Scriba *celer, expeditus*, Eſr. 7, 6. Pſalm. 45, 2. אִישׁ מָהִיר בִּמְלַאכְתּוֹ Vir *promtus, expeditus* in opere ſuo, Prov. 22, 29. In Statu Conſtr. מְהִר צֶדֶק *Feſtinans* juſtitiam; *Promtus* ad juſtitiam, Jeſ. 16, 5. Sæpius non legitur.

מֹהַר m. *Dos*, Gen. 22, 15. 16. c. 43, 12. 1. Sam. 18, 28. Sæpius non legitur.

מַהֵר

Digitized by

מַהֵר m. *Feſtinus*; קָרוֹב וּמַהֵר מְאֹד Propinquus eſt & *feſtinus* valde, Zeph. 1, 14. Sæpe *Adverbialiter* adhibetur, *citò*, *feſtinanter*. אַל־תֵּצֵא לָרִיב מַהֵר Ne egrediaris in contentionem *cito*, Job. 25, 8. Confer. Exod. 22, 8. Joſ. 2, 5. Jud. 2, 17. 23. Vide quoque Pſalm. 69, 18. Pſalm. 79, 8. Pſalm. 102, 3. Pſalm. 143, 7. Ubi videtur eſſe Imperativus, qui *Adverbii* naturam induit.

מְהֵרָה f. *Feſtinatio*, *Celeritas*, *Velocitas*. Ubivis tamen locorum induit naturam Adverbiorum *citò*, *feſtinanter*, *ſubitò*, ſive præmittatur ei Præpoſitio, ſive non, negatque nunc *morum omnem*, nunc *opinionem*. *Morum* negat *omnem*, Num. 17, 11. Joſ. 8, 19. c. 10, 6. Jud. 9, 54. 1. Sam. 20, 38. 2. Sam. 17, 16. 18. 21. 2. Reg. 1, 11. Pſalm. 31, 5. &c. *Opinionem* autem *negat*, Pſalm. 37, 2.

מוֹ eſt *α*) *Suffixum*, & quidem nominum Singularium, ſi ei præmittitur (ָ), nominum pluralium autem, ſi ei præmittitur (ֵי). *β*) *Particula expletiva*, ante ſe aſſumens Præfixa בְ, ut בְּמוֹ *In*, *cum*, Pſal. 11, 2. כְ, ut כְּמוֹ *Sicut*, *quemadmodum*, Job. 12, 3. לְ, ut לְמוֹ *Ad*, Job. 39, 2.

מוּג *Liquefieri*, *Solvi*, *Diſſolvi*; & ſemel activè *Diſſolvit*, Jeſ. 64, 7. לְמַעַן לָמוּג לֵב Ad *liquescendum*, ut *liquefiat* cor, Ez. 21, 15. Fut. תָּמוּג *Liquefiet*, Pſ. 46, 7. וַתְּמוּגֵנוּ Et *diſſolvis* nos, Jeſ. 64, 11. Niphal נָמוֹג *Liquefactus eſt*, *Diffluit*, *Solutus* vel *diſſolutus fuit*, *ſe diſſolvit*. וְהַהֵיכָל נָמוֹג Et palatium *diſſolvitur*, Nah. 2, 7. נָמֹגוּ כָּל־יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ *Liquefacti ſunt* omnes habitatores terræ, Joſ. 2, 9. 24. Particip. Plur. נְמֹגִים *Diſſoluti*, Pſalm. 75, 4. Piel מֹגֵג *Solvit*, *Diſſolvit*, *Liquefecit*, *Fecit diffluere*. Fut. תְּמֹגְגֵנִי *Facis*, *ut diffluam*, Job. 30, 22. תְּמֹגְגֶנָּה *Diſſolvis* eam, Pſalm. 65, 11. Hithpael הִתְמוֹגֵג *Solvit*, *Diſſolvit ſe*, *Liquefactus eſt*. וְהַגְּבָעוֹת הִתְמֹגָגוּ Et colles *liquefiunt*, Nah. 1, 5. Fut. נַפְשָׁם בְּרָעָה תִתְמוֹגָג Anima eorum ob malum *colliquesceret*, Pſ. 107, 26. וְכָל־הַגְּבָעוֹת תִּתְמוֹגַגְנָה Et omnes colles *diffluant*, Am. 9, 13.

1) Generatim notat *Solvi*, *Diſſolvi*, *Perſolvi*, & hinc etiam *liquefieri* quia, quæ liqueſcunt, aut liquefiunt, ſolvuntur, diſſolvuntur, reſolvuntur. Proinde 2) in ſpecie *α*) dicitur de *iis*, quæ antea *dura*, *compacta*, *aut conjuncta exiſtebant*, nunc ſolvuntur, dilabuntur &c. Ita adhibetur de terrâ imbribus madefactâ, cujus glebæ duriter prius compactæ, nunc in fruſta reſolvuntur ac molleſcunt, Pſalm. 65, 11. de palatiô, quod deſtruendo ſolvitur, Nah. 2, 7. de exercitu confusô, qui per fugam dilabitur & ſic ſolvitur, 1. Sam. 14, 16. *β*) *Metaphoricè* de *hominibus* adhibitum 1) deſignat *ipſorum metum*, *conſternationem*, *pavorem*, *anxietatem & dolores*, Exod. 15, 15. Joſ. 2, 9. 24. Job. 30, 22. Pſalm. 75, 4. Jeſ. 64, 7. Ezech. 21, 15. 2) Præter *animi deſertionem ac timiditatem* innuit quoque *omnium conatuum*, *imò totius apparatûs annihilationem & everſionem*, Pſalm. 46, 7. Jer. 49, 23.

Digitized by Google

מחח *Emedullavit*, apud Arabes in Conjug. 2. & in 4. *Medulloſum fuit, Pingue evaſit;* inde apud Ebræos

מֹחַ m. *Medulla.* Occurrit ſaltem Job. 21, 24.

מֵחִים m. pl. *Pinguia*, quaſi medullata. Saltem legitur, Pſalm. 66, 15. Jeſ. 5, 17.

מְמֻחָיִם m. *Medullata.* Semel legitur Jeſ. 25, 6.

מוט *Moveri, Dimoveri, Nutare, Vacillare, Declinare.* מָטָה רַגְלִי *Vacillat, nutat* pes meus, Pſalm. 94, 18. מָטוּ מַמְלָכוֹת *Commoveant ſe* regna, Pſalm. 46, 18. Particip. צַדִּיק מָט לִפְנֵי רָשָׁע Juſtus *dimotus* coram impio, Prov. 25, 26. Infin. לֹא יִתֵּן לְעוֹלָם מוֹט לַצַּדִּיק Non dabit in æternum *dimoveri* juſto, Pſalm. 55, 23. i. e. non permittet Deus, juſtum in perpetuum calamitatum procellis affligi &c. Fut. תָּמוּט *Vacillabit*, Jeſ. 54, 10. Niphal נָמוֹט *Motus, Dimotus fuit, Nutavit, Declinavit.* בַּל נָמוֹטּוּ פְעָמָי Ut non *dimoveantur* inceſſus mei, Pſalm. 17, 5. Fut. בַּל אֶמּוֹט Non *dimovebor*, Pſ. 10, 7. Pſalm. 16, 8. יִמּוֹטוּ כָּל־מוֹסְדֵי אָרֶץ *Nutant*, vacillant omnia fundamenta terræ, Pſalm. 82, 5. Hiphil הֵמִיט *Movit, Admovit, Conjecit.* Occurrit ſaltem in Fut. יָמִיטוּ עָלַי אָוֶן *Conjiciunt* in me iniquitatem, Pſalm. 55, 4. Hithpael הִתְמוֹטֵט *Movit, Commovit ſe.* הִתְמוֹטְטָה אֶרֶץ *Commovit ſe*, ſeu *commota eſt* terra, Jeſ. 24, 19.

1) In genere obtinet ſignificationem *movendi*, ſive ex *loco*, ſive ex *ſtatu priſtinô.* 2) In ſpecie adhibetur α) de *motione ex locô*, qualis contingit *montibus* per horrendos terræ motus, vel per fluctuum & ventorum impetum ingentem in mare conjiciendis, Pſalm. 46, 3. *terra* in gravioribus concuſſionibus, Pſalm. 60, 4. *idolo* clavis probè affixo, Jeſ. 40, 20. c. 41, 7. β) de *motione è ſtatu priſtinô*, tùm *corporali*, quando homo rebus proſperis uſus, in calamitates & infortunia varii generis labitur, jacturam faciens exiſtimationis, opum, vitæ &c. Pſalm. 10, 6. Pſalm. 13, 5. Pſ. 30, 7. Pſalm. 15, 5. Pſalm. 112, 6. Confer. Pſalm. 55, 23. & Prov. 25, 26. Ubi dicitur de *juſtis in calamitatibus & periculis verſantibus;* Vide quoque Pſalm. 38, 17. ubi dicitur de *Davide afflicto & periclitante, petitâ Metaphorâ* ab hominis pedibus impingentis, aut in lubrica glacie vacillantis lapſu; Tum *ſpirituali*, quando homo à legis divinæ orbitâ exorbitans in peccata prolabitur, atque ex ſtatu gratiæ dimovetur, Pſ. 17, 5.

מוֹט m. *Dimotio; Vectis.* לַמּוֹט In *dimotionem*, i. e. ut dimoveatur, Pſalm. 66, 9. וַיִּשָּׂאֻהוּ בַמּוֹט Et portarunt eum vecte, Num. 24, 24.

1) Generatim ſignificat *motionem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *dimotionem rei è loco.* β) *Tropicè* 1) Pſ. 66, 9. Pſ. 121, 3. per *Metaphoram* ab *imbecillitate talorum & ſoli lubricitate* deductam, adhibetur ad deſignandum *lapſum in aliquod infortunium grave*, aut *omnimodum exitium.*

2) Me-

Digitized by Google

2) *Metonymicè* notat *vectem*, quô aliquid è locô in locum movetur & transfertur, Num. 4, 10. c. 4, 12. c. 13, 24.

מוֹטָה f. *Vectis; Jugum; Lorum jugi; Temo*, quaſi *motionis inſtrumentum*. הַתֵּר אֲגֻדּוֹת מוֹטָה Solvere nodos *jugi*, Jeſ. 58, 6. Plural. וָאֶשְׁבֹּר מֹטֹת עֻלְּכֶם Et fregi *vincula, lora* vectes jugi veſtri, Lev. 26, 13.

1) Generatim notat *quicquid motioni* vel *dimotioni* inſervit. 2) Speciatim α) *propriè* notat 1) *vectem*, inſtrumentum *motionis*, quô res è loco in locum movetur & transfertur, 1. Chron. 15, 15. 2) *Jugum*. a) *propriè* deſignans *inſtrumentum*, quô boves alligantur ad trahendum currum aut aratrum, & ſic è loco in locum movendum. Vide Jer. 28, 10, 12.* β) *Tropicè* 1) per *Metonymiam ſubjecti* notat *lorum* ſeu *vinculum*, quô jugum cornua vel collum bovis amplectens, detinetur. Conf. Lev. 26, 13. 2) *Metaphoricè* a) notat *gravem afflictionem & oppreſſionem violentam*, nec non *duram ſervitutem*, Jeſ. 58, 6. 9. Ezech. 30, 18. Confer. Jer. 27, 1. b) Prout verò *jugum* Metaphoricè eſt ſymbolum *gravioris afflictionis & oppreſſionis*, nec *non duræ ſervitutis*, ita & *vinculum* ſeu *lorum jugi* una transfertur ad deſignandam *graviorem afflictionem, ærumnam, oppreſſionem & ſervitutem*, Lev. 26, 13. Ezech. 34, 27.

מוּךְ *Tenuem, Attenuatum eſſe* vel *fieri, Depauperari*. Præt. וּמָךְ אָחִיךָ Et *attenuatus fuerit* frater tuus, Lev. 25, 47. Fut. כִּי יָמוּךְ Cum *attenuatus fuerit*, Lev. 25, 25.

מוּל *Circumcidit, Amputavit*. וּמָל יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֶת־לְבָבְךָ Et *circumcidet* Deus cor tuum, Devt. 30, 6. וּמַלְתָּה Et *circumcides*, Exod. 12, 44. מָלוּ *Circumciderunt*, Joſ. 5, 7. Particip. Paul מוּל *Circumciſus*, Jer. 9, 24. Fut. וַיָּמָל אֶת־בְּשַׂר עָרְלָתָם Et *circumcidit* carnem præputii eorum, Gen. 17, 23. Niphal נִמּוֹל *Circumciſus eſt*. Infin. הִמּוֹל לָכֶם כָּל־זָכָר *Circumcidi* vobis omnem maſculum, Gen. 17, 10. בְּהִמֹּלוֹ בְּשַׂר עָרְלָתוֹ In *circumcidi*, i. e. cum *circumcideretur* caro præputii ejus, Gen. 17, 24. Fut. יִמּוֹל *Circumcidetur*, Gen. 17, 12. Piel מוֹלֵל *Succidit*. Fut. יְמוֹלֵל *Succidet* ſcil. aliquis, i. e. *ſuccidetur*, imperſonaliter, Pſalm. 90, 6. Hiphil הֵמִיר *Excîdit, Succîdit*. Fut. אֲמִילַם *Exſcindam* eos, Pſalm. 118, 10. 11. 12. Hithpael Fut. יִתְמֹלָלוּ *Excindantur*, Pſalm. 58, 8.

1) In genere ſignificat *ſecare*. 2) In ſpecie α) *propriè* notat *ſuccidere*, quod dicitur de *gramine*, quod falce ſucciditur, Pſalm. 90, 6. *impropriè* de *homine*, qui inſtar *graminis* excinditur, Pſalm. 58, 8. Pſalm. 118, 10. 11. 12. β) Transfertur ad deſignandam *circumciſionem*, tùm *corporalem*, quæ fiebat juxta inſtitutionem divinam amputando præputium, Gen. 17, 10. 12. 13. 14. c. 34, 22. Exod. 12, 44. 48. Joſ. 5, 3. 4. 5. 7. tùm *ſpiritualem*, quæ fit *ſupprimendo* peccatum originis, hujusque pravos mo-

tus, & *removendo* pravós habitus per illud acquiſitos, unde mala opera copioſè pullulant, Devt. 10, 16. c. 30, 6. Jer. 4, 4.

מוּלָה f. *Circumciſio.* Semel legitur in Plurali לַמּוּלֹת *Ob circumciſiones*, Exod. 4, 26.

מוּל, מוֹל, α) Exprimit Præpoſitiones *Coram*, *Apud*, Exod. 28, 19. *è regione*, *Contra*, 1. Sam. 14, 5. β) Maxime ſi *conſtruitur cum Præpoſitione* obtinet *nominalem ſignificationem*, & idem eſt *ac abſciſſio*, pars *extrema*, *terminus*, ac *frons*, *oppoſitio*, *plaga oppoſita*, *pars adverſa*, *cuſpis*. אֶל־מוּל כְּנַעַן Ad *frontem* terræ Canaan, Joſ. 22, 11. אֶל־מוּל פְּנֵי הָאֹהֶל Ad *frontem* anterioris tentorii partis, Exod. 26, 9. וּמוּל מֶחֱזָה אֶל־מֶחֱזָה Et *oppoſitio* feneſtræ erga feneſtram i. e. oppoſitio feneſtræ unius erga alteram, 1. Reg. 7, 5. מִמּוּל נֶגֶב *Verſus* plagam oppoſitam meridiei, ſeu auſtralem, 1. Reg. 7, 39. מִמּוּל עָרְפּוֹ Ex *oppoſito* cervicis, Lev. 5, 8. אֶל־מוּל פְּנֵי הַמִּצְנֶפֶת יִהְיֶה In *cuſpide* partis anterioris tiaræ iſtius erit, Exod. 28. 37. הָבוּ אֶת־אוּרִיָּה אֶל־מוּל פְּנֵי הַמִּלְחָמָה Locate Uriam in *fronte* vel *cuſpide* facierum prœlii, i. e. adverſi prœlii, 2. Sam. 11, 15. Vide celeb. Danz. Interpr. §. 171. p. 250. Cum Suffixo מִמֻּלִי E *regione* mei, Num. 22, 5. לְמוּאל Ex *adverſô*, Neh. 12, 38. א per Epentheſin eſt inſertum.

מוּם m. *Vitium*; *Labes*; *Macula.* אֲשֶׁר יִהְיֶה בוֹ מוּם In quô erit *macula*, Lev. 21, 17. Sed Job. 31, 7. Dan. 4, 10. eſt מְאוּם Vitium, Labes, א per Epentheſin inſito. Cum Suffixo מוּמָם *Vitium* ipſorum, Devt. 32, 5.

1) Generatim notat *quodcunque vitium*, *quamcunque labem* & *maculam*, undecunque enaſcatur, & in quacunque etiam re deprehendatur. 2) Speciatim α) *propriè* videtur deſignare *labem* vel *maculam* ex *morbo*, vel *alio quodam malô ortam.* Ita dicitur de maculâ, quæ victimam inhabilem reddebat, Lev. 22, 20. 21. 25. Devt. 15, 21. c. 17, 1. inidoneum faciebat Sacerdotem ad functionem officii ſacerdotalis, Lev. 21, 17. 18. 21. 23. per læſionem alterius contrahebatur, cujus generis eſt oculi dentisve carentia, pedis fractura, Lev. 24, 19. 20. Confer. 2. Sam. 14, 25. Dan. 1, 4. ubi dicitur de maculâ, quæ abſolutam pulchritudinem impedire ſolet. β) *Metaphoricè* denotat *maculam moralem*, quæ animam coram Deo deformem reddit. Talis eſt *peccatum*, *res peccaminoſa* &c. Devt. 32, 5. Job. 16, 15. c. 31, 7.

מון *Alicui ſurrogari*, *ejus vicem ſubire*, *gerere*, apud Arabes. Inde apud Ebræos eſt

תְּמוּנָה f. *Imago*, *Similitudo*, *Figura*, *Species*, quia aliquid repræſentat, ejusquæ repræſentandi causâ fieri ſolet. לֹא תַעֲשֶׂה פֶסֶל כָּל־תְּמוּנָה Non facies tibi ſculptile ullius *figuræ*, Devt. 5, 8. In Statu Conſtr. פֶּסֶל תְּמוּנַת כָּל־סָמֶל Sculptile *ſpeciei* ullius ſimili-

militudinis, Devt. 4, 16. תְּמֻנַת יְהוָה *Similitudo* Domini, Devt. 12, 8. Cum Suff. תְּמוּנָתֶךָ *Similitudine* tuâ, Pſalm. 17, 15.

1) In genere & vi originis notat *id, quod alteri ſurrogatur, ejusque vicem gerit.* 2) Speciatim notat *imaginem & ſimilitudinem*, quæ aliquid repræſentat, aut *alicujus* vicem ſubit & gerit, ſive *illud* ſit *corporale*, ſive ſit *ſpirituale*, ſive *per ſenſus* percipiatur, ſive *intellectu* cognoſcatur. Inde α) dicitur de *imagine alicujus rei*, quæ idoli rationem habet, Exod. 20, 4. Devt. 4, 12. 15. 16. 23. 25. c. 5, 5. β) de *figura & ſpecie Dei*, quam Eliphas non agnovit, Job. 4, 16. Prophetis autem conſpicienda datur, Num. 12, 8. & in alterâ vita non ſine inſigni voluptate conſpicietur, Pſ. 17, 15.

מוֹץ m. *Gluma; folliculus* grani frumentarii, qui, quum ſpica teritur, vel fruges in culmo percutiuntur, avolat & à vento abripitur; prout videre eſt ex Hoſ. 13, 3. *Metaphoricè* eſt ſymbolum *totalis interitus* ac *excidii impiorum*, ut, prout *paleæ* vel *glumæ* à vento abreptæ, ita & impiorum nullum reperiri queat veſtigium, Pſ. 1, 4. Pſ. 35, 5. Job. 21, 8. Jeſ. 17, 13. c. 29, 5. Zeph. 2, 2. Hoſ. 13, 3.

מוּק In Kal inuſitatum eſt; in Hiphil eſt הֵמִיק *Tabidum fecit.* Semel occurrit Pſalm. 73, 8. יָמִיקוּ *Tabidos faciunt.*

מוּר In Kal non legitur; in Niphal legitur ſemel, Jer. 48, 11. וְרֵיחוֹ לֹא נָמָר Et odor ejus non eſt *mutatus*, ubi eſt α) נָמָר pro נָמַר ob accentum Dominum; β) נָמַר autem pro נָמֹר, ob ultimam radicalem ר (-) pro וֹ adhibitô. Hiphil הֵמִיר *Mutavit, Commutavit, Permutavit.* הֵמִיר כְּבוֹדוֹ *Mutavit* gloriam ſuam, Jer. 2, 11. Infin. בְּהָמִיר אָרֶץ Si *commutaret* terra, ſcil. locum ſuum, Pſalm. 46, 3. Fut. כְּבוֹדָם בְּקָלוֹן אָמִיר Gloriam eorum in ignominiam *convertam*, Hoſ. 4, 7. וְאִם הָמֵר יְמִירֶנּוּ Quodſi *permutando permutaverit* illud, Lev. 27, 33. וַיָּמִירוּ אֶת־כְּבוֹדָם Et *mutarunt* gloriam ſuam, Pſ. 106, 20.

1) Generatim notat *mutare*, *commutare*, quocunque modo id fiat. 2) Speciatim autem ſignificat α) *unum cum alterô permutare*, **eines mit dem andern verwechſeln /** e. g. animal exilius cum pingviori promiſſo, Deo offerendo, Lev. 27, 10. 33. territorii portionem vel agrum cum alio, Ezech. 48, 14. Cultum Dei veri cum cultu Deorum alienorum, ſeu Deum ab aliquo populo cultum, malitiosè deſerere, electô in ejus locum Deô aliô, Pſalm. 106, 20. Jer. 2, 11. β) *rei ſtatum vel locum immutare*, e. g. mutare gloriam in ignominiam, Hoſ. 4, 7. Confer. Pſalm. 46, 3. ubi *terra* ingentibus concuſſionibus è locô in locum transferri dicitur.

תְּמוּרָה f. *Mutatio, Commutatio, Permutatio*, Ruth. 4, 7. Cum Suffixo תְּמוּרָתוֹ *Permutatio* ejus, Lev. 27, 10. 33. Job. 15, 31. c. 20, 18. וּתְמוּרָתָהּ Et *permutatio* ejus, Job. 28, 17. Sæpius non occurrit.

מוֹר m. *Myrrha.* Vide infra in מָרַר.

מוֹרִיָּה f. *Morija.* Dicitur de terrâ Abrahamo à Deô oſtensâ, Gen. 22, 2. ubi filium immolare juſſus erat. De etymô ejus non una eſt eruditorum

ditorum ſententia. Cl. Hillerus in Onomaſt. Sacr. c. 30. p. 448. ſeqq. confidenter adſerit, originem ejus ad ſex etyma, permittente analogiâ linguæ, referri poſſe. In Cod. Taanith fol. 16, a. l. 22. ſeqq. ex Talmudiſtis R. Levi fil. Chammæ ex יָרָה *Docuit*, deducit, quia inde prodierit *doctrina* ad Iſraelitas, juxta Jeſ. 2, 4. Aſt R. Chahina derivat à יָרֵא *Timuit*, eò quod inde exierit *terror* ad reliquas mundi gentes. Sed his palmam præripit deductio Dn. D. Danzii, à רָאָה *Vidit*. Huic enim eſt Participium Hophal, quod in maſc. foret מָרְאֶה & in fœmin. tertiâ radicali analogicè abjectâ, מָרְאָה vel in י mobile mutatâ, מָרְאִיָּה. Quum autem Syrorum more א (:) ante ſe reſpuat, & (.) ſibi ſubſcriptum in locum (:) extruſi remittat, hôc factô א non ſolum excidit, ſed etiam vocalis brevis ſyllabæ primæ in ſimplicem reductæ elevatur in analogam longam וֹ. Inde emergit מוֹרִיָּה *Videri facta, conſpectui oblata, viſui expoſita*, vel *objecta*; quod terræ in collem vel montem elevatæ proprium eſt. Inde Aquila reddidit: Ἐίς τὴν γῆν τὴν καταφανῆ, in terram illam conſpicuam. *Ad hoc nomen*, (eruditè ſcribit laudatiſſimus Dn. D. Danzius) *ſua jam ætate receptum Abraham novam attulit explicationem, qua compoſitum diceret ex* מָרְאֶה *&* יָהּ, *ultimâ ob commercium cum ſequenti in* י *mutatâ, quod in cognatum* (.) *quieſceret, quæ deinceps abjecta per Dageſch compenſatur, quod in vicinitate cognatarum & earundem literarum ferme arbitrarium eſt. Quomodo rurſus foret* מָרְאִיָּהּ *vel* מָרְאִיָּהוּ *niſi* א *juxta jam dicta excidiſſet, ſecundum compoſitionem non amplius* conſpectui expoſitam *ſignificaret, fœminino unicè accommodandum,* ſed Deum conſpicuum; *ad literam:* videtur *vel* conſpiciendum ſe præbet Jehova, apparet Jehova. *Quod eſt ipſiſſimum* יְהוָה יֵרָאֶה *vocibus ſaltem transpoſitis, ut debitam acquirant rotunditatem, nominibus propriis convenientem. Hanc autem explicationem fecit non intuitu templi poſt plura demum ſecula ibidem exſtruendi; ſed gratioſæ apparitionis ipſi die iſto factæ, ac præſtiti ſibi ſuoque filio miraculoſi auxilii. Atque adeo nihil eſt, quod impediat, quo minus Moſes hæc ſcribere potuerit, quæ Abrahami evenerunt ætate, & res hujus ætate geſtas reſpiciunt. Integer enim verſus ita vertendus: Deinceps vocavit Abraham nomen loci iſtius* מוֹרִיָּה *dicti, Jehova providet, proſpicit, quod unica voce* רֹאִיָּה dicores, *ſubſtituendum veluti in locum* מריה *recepti.*

מוּשׁ *Recedere, Diſcedere, Movere ſe, Amoveri, Dimoveri,* & ſic conſtruitur cum Præpoſ. מִן; Semel tranſitivè ſumitur, notans *Amovere*; Interdum notat etiam *Contrectare, Palpare*, quæ ſignificatio mutuatur à radice מָשַׁשׁ. Præt. וּמָשׁ חֲצִי הָהָר צָפוֹנָה Et *recedet* pars montis verſus ſeptentrionem, Zach. 14, 4. לֹא־מָשׁוּ מִקֶּרֶב הַמַּחֲנֶה Non *moverunt ſe* è medio caſtrorum, Num. 14, 44. Fut. וְחַסְדִּי מֵאִתֵּךְ לֹא יָמוּשׁ Gratia tamen mea à te non *recedet*, Eſa. 54, 10. הֶהָרִים יָמוּשׁוּ Montes *recedent*, Jeſ. 54, 10. Hiphil הֵמִישׁ *Recedere fecit*, *Amo-*

Amovit; & quandoque intranſitivè *Receſſit*. Fut. אָמִישׁ *Recedam*, Job. 23, 12. לֹא יָמִישׁ עַמּוּד הֶעָנָן Non *recedebat* columna nubis, Exod. 13, 22. Imper. וְהֵימִשֵׁנִי *Fac, ut palpem*, Jud. 16, 26.

1) In genere *motum quendam* infert, ſive *in locô*, ſive *è locô*, ſive ſit *phyſicus*, ſive *moralis*. *Motum è locô* inferre cenſetur, quando conſtruitur cum מ e. g. Jud. 6, 18. Num. 14, 44. Exod. 33, 11. &c. *Motum* autem *in locô* deſignare dicitur à Guſſetio, quando ſine מ conſtruitur Jeſ. 22, 25. 2) Speciatim α) ſi infert motum è loco, tunc *recedendi*, *diſcedendi*, vel etiam *amovendi* ſignificationem obtinet, & ferè emphaſin involvit, dicens 1) totalem receſſionem vel amotionem, Jeſ. 54, 10. Zach. 12, 4. Huc refer Zach. 3, 9. ubi Deus promittit ſe amoturum eſſe peccatum terræ. 2) Cum particulâ negativâ conſtructum etiam *minimum motum* negat, e. g. לֹא יָמוּשׁ סֵפֶר הַתּוֹרָה הַזֶּה מִפִּיךָ *Ne minimum* quidem liber legis hujus *recedat* ab ore tuo, Joſ. 1, 8. Confer. Job. 23, 12. ubi Jobus dicit, ſe *ne minimum* quidem *motum* obſervationi præceptorum divinorum promiſſæ contrarium edere. Vide Exod. 13, 22. c. 33, 11. Prov. 17, 13. Jeſ. 54, 10. c. 59, 21. Jer. 31, 36. β) Quia, quicquid è loco priſtino recedit, deſinit & ceſſat ibi eſſe; hinc etiam notat *ceſſare*, Jer. 17, 8. γ) Significat *palpare, contrectare*, quia contrectatio ſine motu fieri nequit, Gen. 27, 21.

מוּת *Mori, Emori*. אָחִיו מֵת Frater ejus *mortuus eſt*, Gen. 42, 38. וָמַתָּה Et *morieris*, Ezech. 28, 8. cum ה Paragogico pro מַתְּ tertia radicali, quia ſequitur ת afform. extruſâ, & per Dageſch forte compenſatâ. Ita & וָמַתִּי Et *moriar*, Gen. 19, 19. מֵתוּ *Mortui* ſunt; Ad formam perfectorum חָפֵץ, אָהֵב, Gen. 7, 22. Particip. מֵת *Moriens*, Gen. 20, 3. כְּמֵת Sicut *mortuus*, Num. 12, 12. Plur. מֵתִים *Mortui*, Exod. 12, 3. Infinitivus habet מוֹת & מוּת. לָמוּת Ad *moriendum*, Gen. 25, 32. לִפְנֵי מוֹתוֹ Antequam *moriatur*, Gen. 27, 10. Fut. מוֹת תָּמוּת *Moriendo morieris*, i. e. certiſſime morieris, Gen. 2, 17. יָמוּתוּ *Morientur*, Exod. 30, 20. Sed Jeſ. 51, 6. eſt יְמוּתוּן Cum ן Paragogicô. Piel מוֹתֵת *Morte affecit, Mori fecit, Occidit*, מוֹתְתָנִי *Morte affecit* me, Jer. 20, 17. מֹתַתִּי *Occidi*, 2. Sam. 1, 16. pro מֹתַתְתִּי Tertiâ radicali ת, ob ת afformativum extruſâ, & per Dageſch forte compenſatâ. Infin. לְמוֹתֵת Ad *morte afficiendum*, Pſalm. 109, 16. Particip. מְמוֹתֵת *Occidens*, 1. Sam. 14, 13. Hiphil הֵמִית *Mori fecit, Morte affecit, Occidit, Interfecit*. Imp. וְאִם יֶשׁ בִּי עָוֺן וֶהֱמִתָנִי Quod ſi eſt in me iniquitas, tunc *occidat* me, 2. Sam. 14, 32. וְהֵמַתִּי Et *occidam*, Hoſ. 9, 16. pro הֵמַתְתִּי Tertiâ radicali ob ת afformativum extruſâ, & per Dageſch forte compenſatâ. Similiter extruditur in ſequentibus הֲמִתֶּם *Occidiſtis*, Num. 16, 41. וַהֲמִתֶּן Et *occidatis* Exod. 1, 16. Infin. הָמִית & הָמֵת *Interficere*, Lev. 20, 4. Jer. 38, 15. לַהֲמִיתוֹ Ad *interficiendum* eum, Gen. 37, 18. Fut. אָמִית *Occi-*

dam, Devt. 32, 39. יָמִית אֶת־רֹצֵחַ *Occidet* occiſorem, Num. 35, 19. 21. יְמִיתֶנּוּ *Interficiet* eum, Num. 35, 19. Hophal הוּמַת *Mori factus eſt, Morte affectus eſt, Morti traditus eſt, Occiſus eſt.* הֻמָּתוּ *Occiſi ſunt*, 2. Sam. 21, 9. Particip. מוּמָת *Morte affectus eſt*, 1. Sam. 19, 11. Fut. יוּמַת *Morte afficietur*, Devt. 13, 5.

1) Generatim infert *privationem vitæ* ſive *naturalis*, ſive *ſpiritualis*, ſive *temporalis*, ſive *æternæ*, ſive fiat *naturaliter*, ſive *vi*. 2) Speciatim α) in Kal eſt *mori*, & quidem vel *morte naturali*, Gen. 5, 5. 8. 11. 14. 17. 27. c. 8, 29. c. 23, 2. c. 48, 21. c. 50, 5. 24. Devt. 34, 5. Joſ. 24, 29. 1. Sam. 25, 1. 1. Reg. 2, 1. &c. vel *morte violentâ*, Gen. 26, 9. Exod. 11, 5. c. 21, 12. 20. 28. Devt. 17, 12. c. 22, 21. 25. Jud. 4, 21. 1. Sam. 4, 17. 18. 19. c. 17, 51. c. 25, 38. c. 31, 5. 6. 2. Sam. 1, 17. c. 2, 23. c. 10, 18. c. 11, 17. 24. c. 13, 32. 33. 1. Reg. 1, 52. 2. Reg. 7, 17. 20. c. 12, 22. 1. Chron. 10, 5. 2. Chron. 10, 16. c. 13, 20. c. 24, 25. vel *morte temporali, ſpirituali & æterna*, Gen. 2, 17. c. 3, 3. 4. β) In Piel eſt *occidere, & morte afficere*, Jud. 9, 54. 1. Sam. 14, 13. c. 17, 51. 2. Sam. 1, 9. 10. 16. Pſalm. 34, 22. Jer. 20, 17. γ) In Hiphil *Occidere, Interficere, Morte afficere*, Gen. 37, 18. c. 42, 37. Devt. 9, 28. c. 13, 9. c. 17, 7. 1. Sam. 22, 17. Jer. 41, 8. δ) In Hophal *Occidi, Morte affici*, Exod. 19, 12. c. 21, 12. 15. 16. 17.

מֵת m. *Mortuus*. Eſt Participium nominaſcens, Exod. 21, 34. Num. 19, 11. Cum Suffixo מֵתִי *Mortuus* meus, Gen. 23, 4. Plural. מֵתִים *Mortui*, Exod. 12, 33. כַּמֵּתִים Sicut *mortui*, Jeſ. 59, 10. In Statu Conſtr. מֵתֵי עוֹלָם *Mortui* mundi, Pſalm. 143, 3. Thren. 3, 6.

מְתִים m. pl. *Homines*, vide in radice מְתַר.

מָוֶת m. *Mors*. מִשְׁפַּט מָוֶת Judicium *mortis*, Devt. 19, 6. Cum ה Paragogico הַמָּוְתָה לַחֲסִידָיו Mors ſanctorum ejus, Pſal. 116, 15. בֶּן־מָוֶת Filius *mortis*, i. e. reus mortis, 1. Sam. 20, 31. In Statu conſtr. בְּמֹתָם In *morte* eorum, Lev. 11, 31. Plur. מוֹתִים *Mortes*. מוֹתֵי עֲרֵלִים תָּמוּת *Mortibus* præputiatorum morieris, Ezech. 28, 10. בְּמֹתָיו In *mortibus* ſuis, Jeſ. 53, 9.

1) In genere notat *mortem*, ſive ſit *corporalis*, ſive ſit *ſpiritualis*, ſive *æterna*. Unde 2) in ſpecie α) dicitur de *morte corporali*, quæ conſiſtit in privatione vitæ ex diſſolutione animæ & corporis reſultante, Ruth. 1, 17. 1. Sam. 20, 3. Jon. 4, 9. Eccl. 7, 1. β) de *morte æterna*, Pſalm. 13, 4. Pſalm. 49, 15. γ) de *morte ſpirituali & æterna*, Prov. 8, 36. c. 12, 28. c. 13, 14. c. 14, 27. δ) de *morte corporali, ſpirituali & æterna*, Pſalm. 33, 19. Prov. 2, 18. c. 5, 5. c. 7, 25. 3) Per *Metonymiam* effectûs pro cauſa deſignat α) *ſumma pericula, plagas & calamitates*, quæ mortem facilè inferre queunt, Exod. 10, 17. Pſalm. 56, 14. β) *Cibum mortiferum*, 2. Reg. 4, 40. ubi mors in ollâ eſſe dicitur.

מוּת m. *Mors*, Pſalm. 48, 15. juxta Buxtorffium.

מְמוֹתִים

Digitized by Google

מְמוֹתִים m. pl. *Mortes.* Bis legitur in Statu Conſtructo מְמוֹתֵי תַחֲלֻאִים *Mortibus* ægritudinum, ſeu morborum, morientur, i. e. ſinguli ſingulis ſuis mortibus ex peſte ſuum in individuo corpus deſtruente morientur, Jer. 16, 4. מְמוֹתֵי חָלָל *Mortibus* confoſſi, Ezech. 28, 8.

תְּמוּתָה f. *Occiſio*, *Mors.* בְּנֵי תְמוּתָה Filii mortis, i. e. morti addicti, deſtinati, Pſalm. 79, 11. Pſalm. 102, 21. Sæpius non occurrit.

מָזַג *Miſcuit*, *Diluit*, *Temperavit*, apud Rabbinos & Chaldæos. Inde eſt

מֶזֶג m. *Mixtio, potus infuſus & mixtus.* Saltem legitur Cant. 7, 3.

מָזָה Radix inuſitata, quæ, ſi in uſu quondam fuit, forte *conſumendi, exhauriendi* ſignificationem habuit: Inde ſuperſtes eſt

מָזֶה m. *Conſumtus*, *Exhauſtus.* Semel occurrit in Plurali in Statu Conſtr. מְזֵי רָעָב *Exhauſti, conſumti* fame, Devt. 32, 24.

מֵזַח m. *Zona*, *Cingulum*, Pſalm. 109, 19. Et ita quoque reddit Seb. Schmid. Jeſ. 23, 10. Sed Kimchio & aliis, qui eum ſequuntur, *Metonymicè* notat *robur*, *vires.* Vid. R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi. Radix, unde deſcendit, ignoratur; niſi quis refugere velit ad Arab. مَسَكَ, quod ſignificat *tenere*, *continere*, *partes inter ſe cohærentes habere*, ita ut *Zona* à *continendo* nomen trahat, quia *continet* corpus & *colligit* ejus robur ac vires. Præter l. c. non occurrit.

מְזִיחַ m. *Cingulum.* Semel occurrit Job. 12, 21. וּמְזִיחַ אֲפִיקִים רִפָּה Et *cingulum* fortium laxat.

מזר. Radix inuſitata. Inde eſt

מַמְזֵר *Spurius*; *Nothus*, Devt. 23, 2. Zach. 9, 6. Talmudiſtis in Cod. Jevammoth f. 76. מַמְזֵר eſt quaſi מוּם זָר *Labes* ſeu *macula* aliena, ortûs & ſanguinis alieni nota. Vid. Buxtorff. in Lex.

מַזָּרוֹת f. pl. *Planetæ*, vide in Rad. נָזַר.

מָחָא *Percuſſit*, *Comploſit manu*; *Attigit*, *Pervenit*, *Tetendit aliquo.* וּמָחָה עַל־כֶּתֶף Et *attinget* littus maris, Num. 34, 11. Infin. יַעַן מַחְאֲךָ יָד Propter *complodere* te manum, i. e. propterea, quod complodis manum, Ezech. 25, 6. Fut. יִמְחֲאוּ־כָף *Complodant* manu, Pſalm. 98, 8. Jeſ. 55, 12.

1) Generatim ſignificat *ferire.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *complodere manu*, adhibeturque de manuum comploſione, ad deſignandam *lætitiam ſuper aliquâ re*, Pſalm. 98, 8. Jeſ. 55, 12. Ezech. 25, 6. β) *Metonymicè* quia, qui comploſit manu, manum attigit, inde etiam notat *attingere*, Num. 34, 11.

Digitized by Google

מָחָה *Delevit, Abſterſit.* וּמָחָה יְהוָה אֶת־שְׁמוֹ Et *delebit* Dominus nomen ejus, Devt. 29, 20. מָחִיתִי כָעָב פְּשָׁעֶיךָ *Delebo* ſicut nubem prævaricationes tuas. Jeſ. 44, 22. Fut. אֶמְחֶה אֶת־הָאָדָם *Delebo* hominem, Gen. 6, 7. Infin. מָחֹה אֶמְחֶה *Delendo delebo,* i. e. certiſſime & penitus delebo, Exod. 17, 14. לִמְחוֹת Ad *delendum,* 2. Reg. 14, 27. Niphal נִמְחָה *Deletus fuit.* וְנִמְחוּ מַעֲשֵׂיכֶם Et *delebuntur* opera veſtra, Ezech. 6, 6. Fut. וְלֹא יִמָּחֶה שְׁמוֹ מִיִּשְׂרָאֵל Ut non *deleatur* nomen ejus ex Iſraele, Devt. 25, 6. Sed Pſalm. 109, 13. eſt יִמַּח *Deleatur.* יִמָּחוּ מִסֵּפֶר חַיִּים *Deleantur* ex librô vitæ, Pſal. 69, 29. Hiphil הִמְחָה *Delevit.* Infinit. לַמְחוֹת Ad *delendum,* Prov. 31, 3. pro לְהַמְחוֹת, Præformativô ה ob accedens Præfixum ל per Aphæreſin ablatô. Fut. וְאַל־תֶּמַח חֲסָדַי Neque *extinguas, deleas* miſericordias meas, i. e. benefacta mea, Neh. 13, 14. Eſt Futurum Apocopatum, pro תַּמְחֶה.

1) In genere *amotionem* involvit, vel *remotionem,* quacunque etiam ratione illa fiat. 2) In ſpecie α) ſignificat *abſtergere,* quia quicquid abſtergitur, *amovetur.* Ita *abſtergi* dicuntur *ſordes* patinæ, ne amplius appareant. 2. Reg. 21, 13. *litera* à membranâ, ne amplius conſpiciantur, Num. 5, 23. *lacryma,* ad deſignandam *amotionem calamitatum, afflictionum, dolorum & mærorum,* Jeſ. 25, 5. β) *Delere;* Quicquid enim deletur, *penitus amovetur, è medio removetur ac tollitur,* ut non amplius ſit, appareat, aut ratio ejus habeatur. Ita dicitur 1) de *totali deletione & devaſtatione urbis,* 2. Reg. 21, 13. 2) de *omnimoda deletione & excidio* hominum & animantium per diluvium, Gen. 6, 7. c. 7, 4. 23. Amaleki, Exod. 17, 14. Devt. 25, 19. Confer. Jud. 21, 17. 3) de *deletione nominis,* ad denotandam ejusmodi *extirpationem,* ut nulla talis hominis memoria amplius extet, Devt. 29, 19. Pſalm. 9, 6. Pſalm. 109, 13. Confer. Devt. 25, 6. 4) de *deletione hominis ex librô vitæ,* ſeu ex numerô ſalvandorum, ſi *poſſibilis foret,* Exod. 32, 33. Confer. Pſalm. 69, 29. ubi innuitur *ſimplex inſcriptionis negatio, ejusque manifeſtatio,* quod non ſint in numero ſalvandorum ſeu hæredum vitæ æternæ. 5) de *plena peccatorum deletione,* quæ delet *Deus,* ea remittendo & abolendo tum ratione *culpæ,* tum ratione *reatûs,* Pſalm. 51, 3. 11. Pſalm. 109, 14. & Jer. 18, 23. *Meſſias,* pro peccatis juſtiſſimo Deo per paſſionem & mortem ſatisfaciendo, eaque abolendo &c. Jeſ. 43, 25. c. 44, 22. 6) de *annihilatione nubis* per ſolem, Jeſ. 44, 22.

מְחִי קָבָלוֹ m. *Aries;* machina bellica deſtructioni murorum inſerviens, dicta quaſi *percuſſio adverſi ſui,* Ezech. 26, 9.

מָחַץ *Percuſſit, Fregit, Vulneravit, Sauciavit.* מָחַץ רֹאשׁ *Percuſſit* caput, Pſalm. 110, 6. מָחַצְתִּי וַאֲנִי אֶרְפָּא *Percusſi* & ego ſanabo, Devt. 32, 39. Fut. אֶמְחָצֵם וְלֹא יֻכְלוּ קוּם *Percutiam* eos, ut non poſſint reſurgere, Pſalm. 18, 39. לְמַעַן תִּמְחַץ Ut *imprimat,* Pſalm. 68, 24.

1) In-

1) In genere ſignificat *percutere*, ita, ut integritas rei, quæ percutitur, lædatur, ſive *frangendo*, ſive *vulnerando*, ſive *penetrando* & *transfodiendo* id contingat, ſive *alia quadam ratione* id fiat. 2) Speciatim α) dicitur de *clavo*, Siſeræ tempora penetrante, Jud. 5, 26. & de ſagittis penetrantibus, Num. 24, 8. β) De *victore* hoſtem penitus debellante, eundem percutiendo, vulnerando, proſternendo, & necando, 2. Sam. 22, 39. Pſalm. 18, 38. γ) de *Deo* & Chriſto *θεανθρώπῳ*, horrenda ſua adverſus hoſtes violentos judicia excercente, eosque è medio tollente, perdente &c. Num. 24, 17. Devt. 33, 11. Pſalm. 68, 22. Pſalm. 110, 5. 6. Hab. 3, 13. Sed Devt. 32, 39. Job. 5, 18. deſignat quasvis Dei caſtigationes, ſive in bonis, ſive in corpore, quæ piis etiam à Deo infliguntur, prout Jobus ſuo id exemplo comprobat.

מָחַק ***Percuſſit, Conquaſſavit.*** Semel legitur Jud. 5, 26. מָחֲקָה רֹאשׁוֹ *Percusſit, Conquaſſavit* caput ejus.

מָחַר ***Delectum habuit, Selegit, meliorem partem cepit;*** apud Arabes in Conjug. 8. Inde apud Ebræos

מָחָר m. ***Cras; Tempus Craſtinum;*** & per Synecdochen ***Tempus poſterum, poſthac, inpoſterum.*** Etymi ratio celeb. Majo videtur eſſe, *quia iſtud tempus eligitur tanquam optimum ex opinione eorum, qui non libenter hodiè ſeu præſens tempus arripiunt, ſed differunt ſemper, dicuntque:* **Ey morgen iſts beſſer/ als heute.** מָחָר יַעֲשֶׂה *Cras* faciet, Exod. 9, 5. 18. c. 10, 4. c. 16, 23. c. 17, 9. c. 32, 5. Num. 14, 25. Joſ. 11, 6. Jud. 19, &c. *Poſthac* verò ſignificat, & *tempus poſterum* deſignat Gen. 30, 33. Exod. 13, 14. Devt. 6, 2. Joſ. 4, 6. 21. Jeſ. 22, 24. 27.

מָחֳרָת f. ***Craſtinum.*** כָּל־הַיּוֹם הַמָּחֳרָת *Toto die craſtino*, Num. 11, 32. לְמָחֳרָת Die *poſtero*, Jon. 4, 7. וַיְהִי מִמָּחֳרָת Et fiebat *à craſtino, die poſtero*, Exod. 18, 13. c. 32, 30. Num. 17, 23. Jud. 9, 42. c. 21, 4. In Statu Conſtr. לְמָחֳרַת הַיּוֹם הַהוּא In *craſtinum* diei iſtius, 1. Chron. 29, 21. Cum Suff. לְמָחֳרָתָם In *craſtinum ipſorum*, 1. Sam. 30, 17.

מְחִיר m. ***Pretium;*** forte ſic dictum, quia libenter dari ſolet, vel debet pro eô, quod *eligitur.* וּבְלוֹא מְחִיר Et pro nullitate *pretii*, Jeſ. 55, 1. מְחִיר כֶּלֶב *Pretium* canis, Devt. 23, 19. אֶקְנֶה מֵאוֹתְךָ בִּמְחִיר Emam à te pro *pretiô*, 2. Sam. 24, 24. Cum Suffixo מְחִירָהּ *Pretium* ejus, Job. 28, 15. Plural. cum Suffixo בִּמְחִירֵיהֶם *Pretiis* eorum, Pſalm. 44, 13.

1) In genere notat *pretium*, quod venditori datur ab emtore pro re ſibi venditâ quacunque. 2) Speciatim dicitur de *pretio ſolvendo* pro *vinea*, 1. Reg. 21, 2. pro areâ, 2. Sam. 24, 24. pro *lignis*, Thren. 5, 4. pro doctrina palato auditorum occupata, Mich. 3, 11. Confer. Pſalm. 44, 13. Jer. 15, 3.

מִטָּה f. *Lectus*; מַטֶּה m. *Virga, Baculus*; מַטָּה *Infra, Inferne, Deorſum*, vide in rad. נָטָה *Inclinavit, Declinavit*.

מָטַל *Extendit, Prolongavit*, apud Arabes; Inde apud Ebræos eſt

מְטִיל m. *Vectis, Palus*. Occurrit ſaltem Job. 40, 13.

מָטַר *Pluit*. In Kal non eſt in uſu; In Niphal occurrit ſemel in Fut. תִּמָּטֵר *Compluta fuit*, Am. 4, 7. Sæpius autem legitur in Hiphil הִמְטִיר *Pluere fecit* vel *ſivit*, *Depluit*, *pluviam demiſit*. לֹא הִמְטִיר יְהוָה אֱלֹהִים Non *demiſerat pluviam* Dominus DEUS, Geneſ. 2, 5. וְהִמְטַרְתִּי עַל־עִיר אֶחָת Et *deplui*, ſeu *pluviam demiſi* ſuper urbem unam, Am. 4, 7. Infin. לְהַמְטִיר *Depluendo*, Job. 38, 26. Particip. מַמְטִיר *Pluviam demittens*, Geneſ. 7, 4. Fut. אַמְטִיר *Depluam*, Ezech. 38, 22.

1) Generatim notat *pluere*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *pluviam demittere*, ad *rigandam terram*, Geneſ. 2, 5. c. 7, 4. Am. 4, 7. β) *Metaphoricè*, quia *pluvia immodica* & *nimia* damnum affert & noxam frugibus, in ſcripturâ quandoque notat *caſtigationes*, *pœnas* & *ſupplicia divina* copioſiſſimè & graviſſimè immiſſa, Pſalm. 11, 6. Ezech. 38, 22. haud dubiè alluſione factâ ad demiſſionem pluviæ ſulphureæ ſuper Sodomam & Gomorrham. Confer. Job. 20, 23.

מָטָר m. *Pluvia quacunque*. וְאֶתְּנָה מָטָר עַל־פְּנֵי הָאֲדָמָה Et dabo *pluviam* ſuper ſuperficiem terræ, 1. Reg. 18, 1. וְיִתֵּן קֹלֹת וּמָטָר Et dabit Dominus voces (tonitrua) & *pluviam*, 1. Sam. 17, 18. In Statu Conſtr. מְטַר אַרְצְכֶם *Pluvia* terræ veſtræ, Devt. 11, 14. מְטַר גֶּשֶׁם *Pluvia* imbris, i. e. larga, abundans, copioſa, Zach. 10, 1. Subſtantivum enim cum Synonymo conſtructum ſignificationem intendit. Plur. וְגֶשֶׁם מִטְרוֹת עֻזּוֹ Et imbri *pluviarum* roboris ſui, i. e. imbri vehementiſſimo, ut inſtar multarum pluviarum eſſe videatur, Job. 37, 6.

מִי *Quis? Qui? Quæ?* Interrogativum eſt I.) utplurimum *perſonæ*, 1) cum particula לֹא *Non* conſtructum, obtinet *vim univerſaliter negandi*. מִי לֹא־יָדַע *Quis non* novit? i. e. *omnes* norunt, Job. 12. 9. 2) Sine particula negativa α) infert *univerſalem negationem* per voculas *nemo*, *nullus* indicandam. מִי־תִכֵּן אֶת־רוּחַ יְהוָה *Quis* direxit Spiritum Domini? i. e. *Nemo*, Jeſ. 40, 13. אֶת־מִי נוֹעָץ Cum *quo* deliberavit? i. e. cum *nemine*, Jeſ. 40, 14. Confer. Exod. 2, 14. β) Deſignat *paucitatem*. מִי הֶאֱמִין לִשְׁמֻעָתֵנוּ *Quis* credidit lectioni noſtræ? i. e. *quàm pauci?* Jeſ. 53, 1. γ) *Extenuationem*. מִי אָנֹכִי *Quis ego ſum?* qui ſcil. auſim cum Rege affinitatem contrahere? 1. Sam. 18, 18. δ) *Contemtum*. מִי־אֲבִימֶלֶךְ *Quis* Abimelech? Jud. 9, 28. ε) *Votum*. מִי יַשְׁקֵנִי מַיִם *Quis* potabit me aquis, i. e. ô utinam quis potaret me aquis, 2. Sam. 23, 15. Confer. Pſalm. 14, v. ult. ζ) *Fiduciam*.

duciam. מִי יוֹדֵעַ יָשׁוּב וְנִחַם הָאֱלֹהִים *Quis* novit, convertet ſe & pœnitebit Dominum, Jon. 3, 9. II.) Quandoque *rei*, ſive exprimatur *pronominaliter*, ſive *adverbialiter*, *quomodo?* מִי שְׁמֶךָ *Quod* nomen tuum eſt? Jud. 13, 17. מִי חַיַּי *Quæ* eſt vita mea? 1. Sam. 18, 18. סְלַח־נָא מִי יָקוּם יַעֲקֹב Condona quæſo? *Quomodo* aliàs reſurget Jacob? Am. 7, 2. 5. III.) Relativo אֲשֶׁר *qui, quæ, quod* præmiſſum, induit ſignificationem relativam *ille.* מִי אֲשֶׁר חָטָא־לִי *Ille*, qui peccat contra me, Exod. 32, 32. IV.) Subſtantivo poſtpoſitum, aut notatum cum ל, in Genitivô efferendum eſt. לְמִי אַתָּה *Cujus* es tu? Gen. 32, 18. בַּת־מִי אַתְּ Filia *cujus* es? Gen. 24, 13. בְּשֶׁלְּמִי *Cujus* cauſâ? Propter *quem?* Jon. 1, 7.

מַיִם m. *Aqua, æ.* Radix apud Arabes ماه idem eſt ac *aquam conſpicuam habuit, & nitidus fuit, nituit.* Cenſetur itaque *aquæ* nomen à *nitore* accepiſſe. הַמַּבּוּל מַיִם Diluvium *aquarum*, Gen. 6, 17. בַּמַּיִם In *aquis*, Exod. 20, 4. In Statu Conſtr. מֵי הַמַּבּוּל *Aquæ* diluvii, Gen. 7, 7. In Statu conſtr. interdum ei præmittitur ſyllaba מֵי, מֵימֵי מִצְרַיִם *Aquæ* Ægypti, Exod. 7, 19. c. 8, 2. Idem fieri ſolet accedentibus Suffixis מֵימַי *Aquæ* meæ, Hoſ. 2, 7. מֵימֶיךָ *Aquæ* tuæ, Exod. 23, 25. מֵימֵיהֶם *Aquæ* eorum, Exod. 7, 19.

1) In genere notat *aquam quamcunque*, ſive ſit *elementaria*, ſive *non*. 2.) Speciatim α) *propriè* dicitur 1) de *aquis terræ ſuperficiem ambientibus*, Gen. 1, 2. 2) de *aquis* in nubibus congregatis, Gen. 1, 9. Pſalm. 18, 12. Pſalm. 29, 3. Pſalm. 104, 3. Pſalm. 148, 4. 3) de *aquis* in maribus & fluminibus collectis, Gen. 1, 9. 10. 4) de *lacrimis*, Pſalm. 119, 136. Jer. 9, 1. Thren. 1, 16. β) *Tropicè* a) per *Synecdochen* 1) vox *aquæ* tùm ſolitariè, ut Neh. 4, 23. tùm voci לֶחֶם *panis* juncta, ut Jeſ. 3, 1. c. 33, 16. deſignat *omnia vitæ neceſſaria.* 2) accipitur pro quolibet potu, Hoſ. 2, 5. b) *Metaphoricè* α) nomine *aquæ* venit *Spiritus S.* Jeſ. 44, 3. β) *Doctrina vera & cœleſtis*, Zach. 14, 8. γ) *Beneficia Salvatoris, & conſolatio donaque Spiritus S.* Jeſ. 12, 3. δ) *Populus numeroſus & validus*, inprimis, qui aliquam regionem *hoſtiliter* invadit, atque eam in ſolitudinem redigit, Jeſ. 8, 7. Jer. 47, 2. Confer. Jeſ. 17. 12. 13. Ez. 26, 3. 19. ε) *Afflictiones, ærumnæ, paſſioneſque graviores & numeroſiores*, imò *pericula vitæ præſentiſſima*, quæ omnem evadendi occaſionem præcludunt, 2. Sam. 22, 17. Pſalm. 18, 17. Pſalm. 32, 6 Pſalm. 66, 12. Pſalm. 124, 4. 5. Pſalm. 144, 7. Jeſ. 28, 17. c. 43, 2. Thren. 54, Imò *Chriſti acerbiſſima & ignominioſiſſima paſſio*, Pſalm. 69, 2. 3. 15. 16. ζ) *Poſteritas*, quæ ex ſtirpe ſuâ, velut ex fonte quodam profluit, Num. 24, 7. Jeſ. 48, 1. η) *Interitus totalis*, 2. Sam. 14. 14. Job. 14, 11. θ) *Auxilia*, quibus à malis, quæ premunt, ſperatur & fit *recreatio*, tùm *humana*, quæ quæruntur apud peregrinos, Jer. 2, 18. tum *divina*, quæ præſtat *Deus* hominibus, Jeſ. 8, 7. ubi *Deus* ſe vocat *aquas Siloah leniter euntes*, quia Judam libe-

Digitized by Google

liberare inceperat non armis, ſed mirabili ſua providentia, 2. Chron. 28, 8. ſeqq. Vid. Sebaſt. Schmid. in h. l.

מִין m. *Species.* Deducitur ab Arabum (مـــوـــن) *Aravit, ſulcavit terram, ad ſeminandum ſemina*, quæ ſecundum *ſpeciem ſuam* producit ex benedictione divina primitus ſibi conceſſa, quicquid ei mandatur. עֹשֶׂה־פְּרִי לְמִינוֹ Faciens fructum ſecundum *ſpeciem* ſuam, Gen. 1, 11. וְאֵת־כָּל־עֹרֵב לְמִינוֹ Et omnem corvum ſecundum *ſpeciem* ſuam, Lev. 11, 15. מַזְרִיעַ זֶרַע לְמִינֵהוּ Seminificans ſemen ſecundum *ſpeciem* ſuam, Gen. 1, 12. Plural. cum Suff. לְמִינֵיהֶם Secundum *ſpecies* ſuas, Gen. 1, 21.

מִיץ m. *Preſſura*; Deſcendere putatur à מָצַץ *Expresſit.* מִיץ חָלָב *Preſſura* lactis, Prov. 30, 33. מִיץ אַף *Preſſura* naſi, מִיץ אַפַּיִם *Preſſura* irarum, Prov. 30, 33. Præterea non legitur.

מֵץ m. *Preſſor.* אָפֵס הַמֵּץ Deſiit, ceſſavit, *Preſſor, Oppreſſor*, Jeſ. 16, 4.

מִיק Vide in מוק.

מִיר Vide in מור.

מָכַךְ *Attenuatus, Depauperatus eſt. Facultatibus viribusque defecit.* Fut. וַיָּמֹכּוּ Et *attenuati fuerunt*, Pſalm. 106, 43. Niphal Fut. בַּעֲצַלְתַּיִם יִמַּךְ הַמְּקָרֶה Per *pigritiam attenuatur*, i. e. *infirmatur, minuitur, deprimitur contignatio*, Eccl. 10, 17. Hophal וְהֻמַּכּוּ Et *attenuantur*, Job. 24, 24. pro הוּמְכוּ More Chaldæorum compenſatione literæ abjectæ per Dageſch factâ in præcedente; ob quod Dageſch non ſolum (:) retrahitur, ſed etiam ו Præformativi in (ֻ) tranſit, ut perfectioni ſyllabæ conſulatur.

מָכַר *Vendidit, Tradidit quaſi venditum.* אֲשֶׁר מָכַר לוֹ Cui *vendidit*, Lev. 25, 27. מְכָרָנוּ *Vendidit* nos, Geneſ. 31, 15. Infin. מָכֹר *Vendere*, Devt. 21, 14. לִמְכּוֹר Ad *vendendum*, Neh. 10, 32. Cum Suff. מִכְרָם *Vendere* eos, Neh. 13, 15. Fut. כִּי יִמְכֹּר אִישׁ אֶת־בִּתּוֹ Cum *vendiderit* vir filiam ſuam, Exod. 21, 7. Niphal נִמְכַּר *Venditus* fuit, Lev. 25, 48. Pſal. 105, 17. מִשְּׁנַת הִמָּכְרוֹ Ab annô, quô *venditus fuit*, Lev. 25, 50. Fut. יִמָּכֵר *Vendetur*, Lev. 25, 34. Hithpael הִתְמַכֵּר *Vendidit ſe*, 1. Reg. 21, 25. Infin. יַעַן הִתְמַכֶּרְךָ Propter *vendidiſſe*, i.e. propterea quod *vendidiſti te*, 1. Reg. 21, 20. Fut. וַיִּתְמַכְּרוּ לַעֲשׂוֹת הָרַע Et *vendiderunt* ſe ad faciendum malum, 2. Reg. 17, 17.

1) Generatim notat *actum, quô aliquid in alterius jus & poteſtatem venit.* 2) Spetiatim *α*) notat *vendere*, quia quæ venduntur, in alterius poteſtatem veniunt. In hac ſignificatione adhibetur tum de *perſonis*, e.g. Joſepho, Pſ. 105, 17. Gen. 37, 27, 28. Iſraelitâ, ſe vendente venditione verbi, ut mancipium fiat, velut mancipia ſolent vendi, Lev.

25, 39.

Digitized by Google

25, 39. 42. 47. 48, 50. tum de *rebus*, e.g. de poſſeſſione, Lev. 25, 25. domo, Lev. 25, 29. terra, Lev. 25, 23. β) Notat *tradere.* Aſt *tradendi* ſignificationem obtinet a) quando Deus in Scripturis dicitur *vendidiſſe Iſraelitas.* Tunc enim deſignatur *eorum traditio in poteſtatem hoſtium à Deo irato facta*, prout apud homines res venditæ in aliorum jus arbitriumque tranſire atque venire ſolent, Devt. 32, 30. Jud. 2, 14. c. 3, 8. c. 4, 2. 9. c. 10, 7. 1. Sam. 12, 9. Pſal. 44, 13. Jeſ. 50, 1. Ezech. 30, 12. β) Quando *homines peccatis* malitioſè addicti & indulgentes *venditi* dicuntur ad faciendum malum, 1. Reg. 21, 20. 25. 2. Reg. 17, 17.

מֶכֶר m. *Res venalis*, Neh. 13, 16. Metonymicè *Pretium venditionis.* וְרָחֹק מִפְּנִינִים מִכְרָהּ Nam procul eſt à margaritis *pretium* ejus, Prov. 31, 10. וְנָתַתִּי מִכְרָם Et dabo *pretium* venditionis earum, Num. 20, 19. Præterea non occurit.

מְכוּרָה f. *Commercium*, *Negotiatio.* עַל־אֶרֶץ מְגוּרָתָם Super terram *negotiationis* ipſorum, Ezech. 29, 14. Plural. בְּאֶרֶץ מְכֻרוֹתַיִךְ In terra *negotiationum* tuarum, Ezech. 21, 35. Sed Ezech. 16, 3. eſt cum (ו) מְכוֹרֹתַיִךְ *Commercia* tua, *negotiationes* tuæ; quam formam cenſetur habere à כּוּר

מְכֵרוֹת f. pl. *Machera*, Gen. 49, 5. juxta R. Salomonem & Sebaſt. Schmidium. Aliis notat *conventiones*, *pactiones*, juxta R. Aben-Eſram & Buxtorffium, מְכֵרֹתֵיהֶם *Pactiones* eorum, quibus Sichemitas in fœdus tranſmiſerunt. Caſtellus reddit *machinationes*, Ex Arab. مَكَرَ *machinari.* Sed potius deſcendit à כּוּר *Fodere*, quod vide.

מִמְכָּר m. *Venditio*; *Res venalis*, vel *vendita*; *Merces.* מֹכְרֵי כָל־מִמְכָּר Vendentes omnis generis *merces.* Neh. 13, 20. אֶל־הַמִּמְכָּר לֹא יָשׁוּב Ad *rem venditam* non redibit, Ez. 7, 13. In Stat. conſtr. וְגָאַל אֵת מִמְכַּר אָחִיו Redimere poterit *venditionem* i. e. *rem venditam* fratris ſui, Lev. 25, 25. מִמְכַּר בַּיִת *Venditio* domûs, Lev. 25, 33. Cum Suffixo מִמְכָּרוֹ *Venditio* ipſius, Lev. 25, 27. 28. 29. Plural. Cum Suff מִמְכָּרָיו *Venditiones* ejus, i. e. pretium rerum venditarum, Devt. 18, 8

מִמְכֶּרֶת f. *Venditio.* Occurrit ſaltem, Lev. 25, 42.

מָלֵא *Plenus eſt*, *Completus*, *Impletus*, *Repletus fuit*; & quandoque activè *Implevit*, *Complevit.* כְּבוֹד יְהוָה מָלֵא אֶת־הַמִּשְׁכָּן Et gloria Domini *replevit* habitaculum, Ex. 40, 34. 35. מָלְאָה הָאָרֶץ חָמָס *Plena* eſt terra violentia, Gen. 6, 13. אָנֹכִי מָלֵאתִי כֹחַ Ego *impletus ſum* virtute, Mich. 3, 8. Sed Job. 32, 18. eſt מָלֵתִי מִלִּים *Impletus* ſum verbis, Job. 32, 18. א per Syncopen conciſô. מָלְאוּ מָתְנַי חַלְחָלָה *Impleti ſunt* lumbi mei dolore graviſſimo, Jeſ. 21, 3. Sed Ezech. 28, 16. eſt מָלוּ *Impleti ſunt*, Ezech. 28, 16. ad imitationem verborum לה tertiâ radicali א cum (:) præcedente ob finale incremen-

mentum pereunte. Infin. מְלֹאת *Impleri*, Lev. 12, 4. Ad imitationem verborum ל״ה וּבִמְלֹאת יְמֵי טָהֳרָהּ In *impleri* autem, i. e. cum impleti fuerint dies munditiæ ipſius, Lev. 12, 6. Fut. תִּמְלָאֵמוֹ נַפְשִׁי *Implebitur* iis anima mea, Exod. 15, 9. Niphal נִמְלָא *Repletum eſt*, Canticor. 5, 2. Fut. יִמָּלֵא פִי תְּהִלָּתֶךָ *Implebitur* os meum laude ſua, Pſ. 71, 7. Piel מִלֵּא *Implevit, Replevit.* מִלֵּא אֹתָם חָכְמַת לֵב *Implevit* eos ſapientia cordis, Exod. 35, 35. Sed Jerem. 51, 34. eſt מִלָּא *Implevit*, more verborum ל״ה, cum quibus verba ל״א ſæpiſſimè formas permutare ſolent. מִלֵּאתִיו רוּחַ חָכְמָה *Implevi* eum ſpiritu ſapientiæ, Exod. 28, 3. Infin. לְמַלֵּא Ad-*implendum*, Exod. 29, 29. Sed Exod. 31, 8. eſt לְמַלְאוֹת Fut. אֶת־מִסְפַּר יָמֶיךָ אֲמַלֵּא Numerum dierum tuorum *implebo*, Exod. 23, 26. Pual Particip. מְמֻלָּאִים *Impleti*, Cant. 5, 14. Hithpael Fut. יִתְמַלָּאוּן *Explent ſeſe*, Job. 16, 10.

1) In genere *plenitudinis* vel *impletionis* notionem obtinet, & pro diverſitate conſtructionis & contextûs nunc ſignificat intranſitivè *plenus, refertus fuit*, nunc notat tranſitivè, *Implevit, Replevit.* Quocunque autem ſumatur modo, 2) ſpeciatim *a*) notat *impletionem* vaſis vacui, Geneſ. 24, 16. 2. Reg. 4, 6. Joſ. 9, 13. *β*) Deſignat *complementum* tum *temporis* e. g. partus, Geneſ. 25, 24. mundicei Lev. 12, 4. naſiræatûs, Num. 6, 13. captivitatis Jer. 25, 12. obſidionis Ezech. 5, 2. vitæ, 1. Chron. 17, 11. Confer Gen. 29, 21. 1. Reg. 18, 26. Jer. 25, 34. &c. tum *Verborum*, ut Dei promiſſoriorum, 1. Reg. 8, 15. 24. Comminatoriorum, 1. Reg. 2, 27. utraque enim videntur eſſe vacua & inania, donec ea eventus impleverit; Tum *ſummæ* vel *numeri*, 1. Sam. 18, 27. *γ*) Dicit *copiam magnam*, & *inſignem multitudinem* rei alicujus, quando e. g. terra dicitur repleta violentiâ, Gen. 6, 13. reatu, Jer. 51, 5. ſanguinibus, Ezech. 9, 9. Dei laude, Hab. 3, 3. gloriâ, Num. 14, 21. miſericordia, Pſal. 33, 5. cognitione, Jeſ. 11, 9. Hab. 2, 14. item adulteris, Jer. 23, 10. hoſtibus, 1. Reg. 20, 27. urbs plena violentiâ, Ezech. 7, 23. lumbi repleti graviſſimo dolore, Jeſ. 21, 3. &c. *δ*) Notat *inaugurationem* & *conſecrationem*; quâ in ſignificatione frequentius conſtruitur *cum voce* יָד *manus*, Exod. 28, 21. c. 29, 9. c. 32, 29. Num. 3, 3. Proinde *manum alicujus implere*, eſt *aliquem miniſterio conſecrare.* Quæ locutio, judice Buxtorfio, inde enata eſt, *quod tradendo certas partes ſacrificiorum in manus Sacerdotum, immitterentur ſolenniter in poſſesſionem muneris ſacrificandi, in eoque pleniſſimè confirmarentur: inde ad quamvis conſecrationem traductum eſt.*

מָלֵא m. *Plenus, Implens.* בְּכֶסֶף מָלֵא יִתְּנֶנָּה לִּי Pro argento *pleno* dabit eam mihi, Gen. 23, 9. In Statu Conſtr. זָקֵן עִם־מְלֵא יָמִים Senex cum *pleno* dierum, Jer. 6, 11. Plur. וּבָתִּים מְלֵאִים כָּל־טוּב Et domos *replentes* omni bono, Devt. 6, 11. Neh. 9, 25. וְשׁוּלָיו מְלֵאִים Et fimbriæ ejus *implentes* erant templum, Jeſ. 6, 1. הַמְּלֵאִים חֲמַת יְהוָה

Et

Digitized by Google

Et *pleni erant* excandeſcentiâ Domini, Jeſ. 51, 20. Fœm. מְלֵאָה *Plena.* וְהִנֵּה כָל־הַדֶּרֶךְ מְלֵאָה בְגָדִים Et ecce tota via erat *plena* veſtibus, 2. Reg. 7, 15. וְהִיא מְלֵאָה עֲצָמוֹת Et iſta erat *plena* oſſibus, Ezech. 37, 1. מְלֵאֲתִי מִשְׁפָּט *Plena* judicii. Cum י Paragogico, Jeſ. 1, 11. Quandoque accipitur ſubſtantivè, & idem eſt ac *impletio*, *plenitudo*, Num. 18, 27. מְלֵאָתְךָ וְדִמְעֲךָ לֹא תְאַחֵר *Plenitudinem* tuam & lacrymam tuam, Exod. 22, 27. i. e. Primitias frugum ac vini tui & olei tui; ceu dicitur, Devt. 18, 4. ne dare differas. *Plenitudinis* voce indicantur plenæ ac maturæ ſpicæ; Voce *lacrymæ* autem deſignantur *muſtum & oleum*, quæ calcata inſtar lacrymarum manant, & guttatim ſtillant. Plural. מְלֵאוֹת *Plenæ*, Geneſ. 41, 22. שִׁבֳּלִים הַבְּרִיאוֹת הַמְּלֵאוֹת *Ariſtæ pingues & plenæ*, Gen. 41, 7.

I) In genere refert ſignificationem verbi, unde deſcendit, & pro varietate conſtructionis & contextus nunc ſignificat intranſitivè, & idem eſt ac *plenus*, *repletus*, nunc ſignificat tranſitivè, & idem eſt ac *implens*, *replens*.. II) Speciatim 1) intranſitive acceptum α) refert Subjectum, quod aliquâ re *plenum* vel *repletum eſt*. Ita dicitur de *acerra*, quæ plena eſt ſuffimento, Num. 7, 14. 20. 26. de ſcutellâ & cratere ſimilagine repletis, Num. 7, 13. 25. 31. 37. de fœminæ utero, qui fœtu repletus eſt, Eccl. 11, 5. de domibus repletis omni bono, Devt. 6, 11. Neh. 9, 25. de fraude, Jer. 5, 27. de caveâ avibus plenâ, Jer. 5, 27. 2.) dicit *copiam & abundantiam*, Devt. 33, 23. Ruth. 1, 21. Deut. 6, 11. Pſal. 144, 13, Confer. Jer. 6, 11. ubi de homine decrepitô, qui multos annos vixit, adhibetur. 3) Deſignat *rei ſufficientiam.* Ita Gen. 23, 9. 1. Chron. 21, 22. 24. *plenum argentum* notat *monetam valori ſufficientem & juſtam*, voll Geld. 4) Innuit *rei perfectionem*, vollkommen. Gen. 41, 7. 22. ubi dicitur de ariſtis, quæ granis ſunt plenæ, perfectæ & maturæ. Huc referri forte poterit illud, Jer. 12, 6. הֵמָּה אַחֲרֶיךָ קָרְאוּ Iſti clamant poſt te: מָלֵא, ubi Seb. Schmidio *plenus* eſt is, cujus tempus occidendi venit impletumque eſt, Germ. Erſt zeitig. 2) Tranſitivè acceptum idem eſt ac *implens*, *replens.* Ita dicitur α) de *Deo*, qui ſecundum eſſentiam ſuam nullô locô circumſcriptus cœlum & terram replet, Jer. 23, 24. β) de *fimbriis* Domini templum replentibus, per quas denotatur partim *præſentia Domini in templo*, quod fimbriæ ejus replebant, velut ſcabellum pedum ipſius, partim *modus præſentiæ*, quod ſcilicet præſens *ſine ſui incluſione* aut *circumſcriptione*, cum templum vel fimbrias veſtis ejus non poſſet comprehendere. Vid. Seb. Schmid. in h. l.

מְלֹא m. *Plenitudo.* וְזַרְעוֹ יִהְיֶה מְלֹא הַגּוֹיִם Et ſemen ejus erit *plenitudo* gentium, Gen. 48, 19. קְחוּ לָכֶם מְלֹא חָפְנֵיכֶם Sumite vobis *plenitudinem* pugnorum veſtrorum, Exod. 9, 8.

Aſt Ezech. 41, 8. eſt מִלּוֹ *Plenitudo.* Cum Suffixo וּמְלֹאָהּ Et *plenitudo* ejus, Devt. 33, 16.

1) Generatim notat *plenitudinem* ſive in abſtracto, ſive in concreto. Inde 2) ſpeciatim α) in *abſtracto* infert 1) *perfectionem & integritatem* rei. Ita dicitur de tota Saulis ſtatura, 1. Sam. 28, 20. de calamo menſorio, Ezech. 41, 8. *Copiam & multitudinem*, Gen. 48, 19. Jeſ. 31, 4. β) In concreto ſæpius notat *rem*, quæ *ſpatium* vel *capacitatem aliquam explet*, *replet* &c. Ita: Si dederit mihi Balack *plenitudinem domûs ſuæ*, i. e. quicquid eſt in domo ejus, Numer. 22, 18. *Plenitudo civitatis*, i. e. quidquid civitatem implet, Am. 6, 8. *Plenitudo pugilli*, i. e. quicquid pugillum implet, vel quantum quis pugillo ſuo capere & continere poteſt, Eccl. 4, 6. *Domini eſt terra & plenitudo ejus*, i. e. quicquid terram implet, vel in ea continetur, ſive ſint res animatæ, ſive inanimatæ, Pſal. 24, 1. Confer Pſal. 50, 12. Pſal. 89, 12. Jeſ. 34, 1. Jer. 8, 16. c. 47, 2. Ezech. 30, 12.

מִלּוֹא m. *Munitio*, Jud. 19, 6. 20. juxta Tremellium, Piſcatorem, Buxtorffium & alios. Seb. Schmidio autem videtur fuiſſe *nomen viri alicujus*, cujus familia dicta *Beth Millo*, ſeu *domus Millo.* Vide Schmid. Comment. in h. l. Eadem vox legitur, 2. Sam. 5, 9. ubi videtur eſſe *pars quædam montis Zion*, quæ מִלֹּא fore mominata fuit, quia *quoddam quaſi complementum* ſeu *appendix* montis iſtius videbatur eſſe. Vid. laudatus Schmid. in h. l. Quæſt. 10. p. 216. ſeq.

מְמַלֵּא m. *Plenus, repletus.* Kimchio eſt nomen Toar ſ. formæ, ſed refert formam Participii Piel intranſitivè accepti. Semel legitur 1. Chron. 12, 15.

מִלֻּאִים m. pl. *Impletiones.* אַבְנֵי מִלֻּאִים Lapides *impletionum*, Exod. 25, 7. i. e. gemmæ, quibus pala annuli impletur. Sed 1. Chron. 29, 2. eſt מִלּוּאִים *Impletiones.*

1) In genere quidem *impletionem* deſignare videtur; ſed 2) Speciatim in Scripturâ denotat α) *conſecrationem.* Ita Exod. 29, 22. 26. 27. 31. Lev. 8, 22. 29. memoratur *aries impletionum*, i. e. conſecrationum; quem R. Salomon ſic dictum putat, quoniam eo *complebatur & perficiebatur actus ſacerdotalis*; vel potius, quia per eum Sacerdos *conſecrabatur, initiabatur & idoneus reddebatur* ad functionem officii ſacerdotalis, ſcil. ad oblationem ſacrificiorum, & tractationem aliarum rerum ſacrarum. Inde Lev. 8, 33. dicitur: יְמֵי מִלֻּאֵיכֶם Dies *conſecrationis, initiationis* veſtræ, quibus Sacerdotium capeſſitis, & res ſacras peragere incipitis. β) Deſignat *alveolum*, aut *capſulam*, cui inſeritur gemma, adeoque *non rem*, quæ implet, ſed *id*, quod impletur, Exod. 25, 7. c. 35. 9. 1. Chron. 29, 2.

מִלֻּאָה f. *Impletio.* In Statu Conſtr. מִלֻּאַת אֶבֶן *Impletio* lapidis, h. e. *receptaculum*, quod impletur lapide, Exod. 28, 17. Plur. cum

cum Suff. בְּמִלֻּאֹתָם In *impletionibus* ſuis, h.e. in *alveolis*, *receptaculis*, quibus lapides inſeruntur, ſeu quæ lapidibus implentur, replentur, explentur, Exod. 28, 20. c. 39, 13. Præterea non occurrit.

מִלֵּאת f. *Impletio, Inſitio.* Occurrit ſaltem, Cant. 5, 12.

מָלַח *Sale condivit, Salivit; Evanuit, Conſumtus eſt; Remigavit* apud Chaldæos. Fut. בַּמֶּלַח תִּמְלָח Sale *ſalies*, Lev. 2, 13. Niphal נִמְלַח *Evanuit, Conſumtus eſt.* כֶּעָשָׁן נִמְלָחוּ Inſtar fumi *evaneſcent*, Jeſ. 51, 6. Pual Particip. מְמֻלָּח *Salitum, ſalſum.* Exod. 30, 35. Hophal Præteritum cum Infinit. הָמְלֵחַ לֹא הֻמְלַחַתְּ *Saliendo* non *fuiſti ſalita*, Ezech. 16, 4. Præterea non legitur.

מֶלַח m. *Sal.* וַתְּהִי נְצִיב מֶלַח Ideo facta eſt *ſtatua ſalis*, Gen. 19, 26. Qua de re vid. Pfeifferi Dub. Vexata Cent. 1. pag. 147. בְּגֵיא מֶלַח In valle *ſalis*, 2. Sam. 8, 13. יָם הַמֶּלַח Mare *ſalis*, i.e. lacus Aſphaltites, Gen. 14, 3. מִכְרֵה מֶלַח *Salina, fodina ſalis*, Zeph. 2, 9.

I) Generatim notat *Sal* quodcunque. II) Speciatim 1) *propriè* notat α) *Sal* tum *commune*, Lev. 2, 13. Job. 6, 6. tum *minerale*, cujus generis cenſetur fuiſſe illud, ex quo conſtabat ſtatua, in quam uxor Loti ob incredulitatem, in re ſervatu facili inobedientiam & præpoſterum terrenorum deſiderium quoad corpus diriguit, ut eſſet ceu marmoreum quoddam divinæ caſtigationis monumentum. Tale enim ſal pluviis reſiſtere creditur, ceu ex Plinio l. 31. c. 7. refert B. Pfeifferus l. c. β) *Metaphoricè* eſt Symbolum *diuturnitatis & perpetuitatis*, Lev. 2, 13. Num. 18, 19. 2. Chron. 13, 5. ubi *fœdus ſalis* eſt *fœdus diuturnum ac perpetuum.* Ratio eſt, quia ſalita diutius durant, nec putreſiunt.

מַלּוּחַ m. *Herba ſalſilaginoſa*, quam quidam *malvam*, alii *urticam* interpretantur. Legitur ſaltem, Job. 30, 4.

מְלֵחָה f. *Salſugo, Vaſtatio.* אֶרֶץ מְלֵחָה Terra *ſalſuginis*, vel *vaſtationis*. i.e. ſalſuginoſa vel vaſtata, Jer. 17, 6. וּמִשְׁכְּנוֹתָיו מְלֵחָה Et habitacula ejus (poſui) *ſalſuginem*, i.e. terram ſalſuginoſam & incultam, in quâ herbæ ſalſæ creſcunt, Job. 39, 9. אֶרֶץ פְּרִי לִמְלֵחָה Terram fructus i.e. frugiferam convertit in *ſalſuginem*, Pſalm. 107, 34. i.e. reddit *ſterilem & infœcundam*; Omnis enim locus juxta Plinium l. 13. c. 9. in quô reperitur ſal, ſterilis eſt, nihilque gignit. Præterea non reperitur.

מְלָחִים m. pl. *Evanida, Veſtimenta detrita.* Bis legitur, Jerem. 38, 11. 12.

מַלָּחִים m. pl. *Nautæ; Remiges*; ſic dicti à *remigando*, quem ſignificatum habet מְלַח apud Chaldæos; niſi quis malit Arabicam ſectari linguam, in qua verbum hoc inter alia etiam ſignificat *validè incedere*, ut *nautæ* vel *remiges* ſic dicantur, quia *naves validè incedere fa-*

Digitized by Google

ciunt, Ezech. 27, 29. Cum Suff. מַלָּחַיִךְ *Nautæ* tui, Ezech. 27, 26. Cum Suff. מַלָּחֵיהֶם Et *nautæ* ipſorum, Ezech. 29, 9. Amplius non legitur.

מָלַט *Liberavit, Eripuit*; In Kal non eſt in uſu. Niphal נִמְלַט *Liberatus, Ereptus fuit; Evaſit, Eripuit, Eruit, Liberavit ſe, item Recepit ſe.* וְלֹא נִמְלַט מֵהֶם אִישׁ Nec *evaſit* ex illis vir, 1. Sam. 30, 17. נַפְשֵׁנוּ כְּצִפּוֹר נִמְלְטָה Anima noſtra ſicut avis *evaſit*, Pſal. 125, 7. Infin. לֹא אוּכַל לְהִמָּלֵט הָהָרָה Non potero *evadere*, vel recipere me in montem, Gen. 19, 19. Fut. אִמָּלֵט אֶל־אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים *Evadam, recipiam me* in terram Philiſtæorum, 1. Sam. 27, 1. Piel מִלֵּט *Liberavit, Eruit, Eripuit*: item *Peperit*. וְהוּא נִזְהָר נַפְשׁוֹ מִלֵּט Quod ſi *caviſſet* ſibi, animam ſuam *eruiſſet*, Ezech. 33, 5. וּמִלַּט־הוּא אֶת־הָעִיר Et *eripuit* ipſe urbem, Eccl. 9, 15. Infin. מַלֵּט *Eripere*, Jeſ. 46, 2. Fut. אֲמַלֵּט עָנִי מְשַׁוֵּעַ *Liberabam* pauperem clamantem, Job. 29, 12. מַלֵּט אֲמַלֶּטְךָ *Eripiendo eripiam te*, i. e. certiſſimè eripiam te, Jer. 39, 18. בְּיוֹם רָעָה יְמַלְּטֵהוּ יְהוָה In die mali *eripiet* eum Dominus, Pſal. 41, 2. Hiphil וְהִמְלִיט Et *eripiet*, Jeſ. 31, 5. וְהִמְלִיטָה זָכָר Et *peperit, enixa eſt* maſculum, Jeſ. 66, 7. Hithpael Fut. וָאֶתְמַלְּטָה Et *ereptus ſum*, Job. 19.

1) In genere infert *aliquam evaſionem*, quacunque ratione fiat. 2) Speciatim *a*) deſignat *evaſionem* ex malò aliquò, ſive *quis ſemetipſum ex illo eripiat*, ſive *ab alio ex eo eripiatur*. *Priori modo* dicitur quis *evadere*, ſono buccinæ admonitus, periculum mortis, Ezech. 33, 5. *Moabitæ* atrocitatem hoſtis, Jer. 48, 6. Bathſeba malum ab Adonia metuendum, 1. Reg. 1, 12. *Judæi* excidium Babeli imminens, Jer. 51, 6. 45. Ita *fugâ* periculum mortis *evaſiſſe* perhibetur Ehud, Jud. 3, 26. *David*, 1. Sam. 19, 10. 12, 17. 18. c. 23, 13. c. 27, 1. *Amalakitæ*, 1. Sam. 30, 17. *Filii Sanheribi*, 2. Reg. 19, 37. Similiter *Lothus* periculum mortis præſentiſſimum evadebat ſe recipiendo in oppidum Zoar, Gen. 19, 17. 22. Confer. Mal. 3, 15. ubi *impii* dicuntur evaſiſſe malum, pœnam Dei &c. Contra Am. 2, 14. 15. negatur. *Poſteriori modò* dicitur eripere 1) *Deus* gratioſè & potenter à periculo mortis, Jer. 39, 18. è poteſtate mortis & ſepulchri, Pſal. 89, 30. Pſal. 107, 20. ab adverſitatibus & malis quibuscunque; Pſal. 41, 2. Pſal. 116, 4. Prov. 11, 21. è captivitate, Jeſ. 46, 4. 2) *Homo*, e. g. *ſapiens pauper* dicitur eripere & liberare urbem ab obſidione, Eccl. 9, 25. *David* Iſraelitas è manu hoſtium, 2. Sam. 9, 10. *Iſraelitæ* Davidem ejusque familiam à præſentiſſimo mortis periculo, 2. Sam. 19, 6. *Amici* Jobum è manu hoſtis, Job. 6, 23. *Jobus* pauperem clamantem, Job. 29, 12. Contra negatur eripere *impietas* impium, Eccl. 8, 8. *equus* ſeſſorem per robur ſuum, Pſal. 33, 17. β) Deſignat *evaſionem ex utero*, & in Piel ac Hiphil idem eſt ac *eniti, parere*; Jeſ. 34, 15. c. 66, 7.

מֶלֶט m. *Argilla, Cæmentum*, ex Arab. مَلَطَ, *Oblinendo lutum induxit, Incruſtavit*; Semel occurrit, Jer. 43, 9. בַּמֶּלֶט In *argilla, in cæmento.*

מָלַךְ *Regnavit, Rex fuit.* Sæpius conſtruitur cum עַל *Super, Supra.* מָלַךְ עֲלֵיכֶם *Regnavit* ſuper vos, 1. Sam. 12, 14. Infin. בֶּן־שָׁנָה שָׁאוּל בְּמָלְכוֹ Filius anni, i. e. anniculus erat Saul in *regno* ſuo; h. e. Interprete Celeb. Danzio, *annum transegerat Saul in imperio ſuo ſine peculiari & notabili ſatellitio*, 1. Sam. 13, 1. כְּמָלְכוֹ Secundum *regnare* ipſum, h. e. cum regnavit ipſe, 1. Reg. 15, 29. Fut. אֶמְלוֹךְ עֲלֵיכֶם *Regnabo* ſuper vos, Ezech. 20, 33. Niphal נִמְלַךְ *Conſilium iniit.* Fut. וַיִּמָּלֵךְ Et *conſilium iniit*, Neh. 5, 7. Hiphil הִמְלִיךְ *Regnare fecit, Regem fecit, conſtituit, præfecit.* כִּי הִמְלִיךְ אֶת־שָׁאוּל Quod *regem feciſſet* Saulem, 1. Sam. 15, 35. הִמְלַכְתָּ אֶת־עַבְדְּךָ *Regnare feciſti* ſervum tuum, 1. Reg. 3, 7. Infin. לְהַמְלִיךְ אוֹתוֹ Ad *faciendum* eum *Regem*, 1. Reg. 12, 1. Fut. וָאַמְלִיךְ עֲלֵיכֶם מֶלֶךְ Et *regnare feci* ſuper vos Regem, 1. Sam. 12, 1. וַיַּמְלִיכֶהָ Et *reginam conſtituit* eam, Eſth. 2, 17. Hophal הָמְלַךְ *Rex factus eſt*, Dan. 9, 1.

1) Generatim ſignificat *regnare*, quocunque modô id fiat, ſive *independenter* ſive *dependenter* &c. Hinc in ſpecie α) *propriè* tribuitur *Deo*, qui ſummum in omnes creaturas jus atque dominium habet, & cuncta, quæ ſunt, pro ſanctiſſima ſua voluntate dirigit, homines legibus, quas iis dedit, ſapientiſſimè gubernat, pios è periculis eripit, contra inſultus hoſtium tàm corporalium, quàm ſpiritualium potentiſſimè tuetur, & omnis generis bonis cumulat &c. Tribuitur autem Deo, Exod. 15, 18. 1. Chron. 16, 31. Pſal. 47, 8. Pſal. 74, 12. Pſal. 93, 1. Pſal. 96, 10. Pſal. 97, 1. Pſal. 99, 1. Pſal. 146, 10. Jeſ. 24, 23. c. 33, 22. Jer. 23, 5. Mich. 4, 7. β) *Hominibus*, quos Deus vel immediate *Reges conſtituit*, ut ſint ipſius Vicarii in terris, ſubditos ſapienter regant, juſtitiam exerceant, malos puniant, contra impetus hoſtium defendant &c. 1. Sam. 12, 1. 14. c. 13, 1. 2. Sam. 5, 5. 1. Reg. 1, 17. 2. Chron. 23, 3. &c. 2) *Metonymicè*, quia Regis eſt *conſiliô pollere, & conſilio regere ſubditos ſuos*, hinc etiam *conſulendi* ſignificationem obtinet, quam Bohlius Diſp. II. contendit eſſe formale hujus radicis, & *regnandi* ſignificationem ſub hac forma contineri. In hoc autem ſignificatu ſemel ſaltem legitur in Niphal, Neh. 5, 7.

מֶלֶךְ m. *Rex.* מֶלֶךְ תָּשִׂים עָלֵינוּ *Regem* pones, conſtitues ſuper nos, 1. Sam. 10, 19. מֶלֶךְ הַכָּבוֹד *Rex* gloriæ, i. e. glorioſiſſimus, Pſ. 24, 8. Cum Suff. מַלְכִּי *Rex* meus, 2. Sam. 19, 44. Plural. מְלָכִים *Reges*, Gen. 14, 9. Sed Prov. 31, 3. eſt מְלָכִין ad formam Chaldæorum, qui pro ים. habent ין. & 2. Sam. 11, 1. eſt הַמְּלָאכִים *Reges*, א per Epentheſin inſitô. In Statu conſtr. מַלְכֵי הָאָרֶץ *Reges* terræ, Pſal. 148, 11. Cum Suff. מַלְכֵינוּ *Reges* noſtri, Eſr. 9, 7. מַלְכֵיהֶם *Reges* eorum, Deut. 7, 24.

1) In genere notat *Regem*, ſive *abſolutum & ſummum*, qui à nullo dependet, ſive *inferiorem*, qui ſuperiorem agnoſcit, & ab eo dependet. Unde 2) ſpeciatim tribuitur *α*) *Deo*, qui eſt ſupremus atque unicus omnium creaturarum Dominus & Monarcha, qui dominatur & imperat omnibus, ipſi verò imperanti & dominanti nemo dominatur & imperat alius; qui Reges in terris conſtituit; qui ſapientiſſime omnia regit atque gubernat &c. 1. Sam. 12, 12. Pſalm. 5, 3. Pſalm. 10, 16. Pſalm. 29, 10. Pſalm. 43, 3. Pſalm. 48, 3. Pſalm. 74, 12. Pſalm. 95, 3. *β*) *Meſſiæ*, qui inde ab uterô vi unionis perſonalis *Rex* factus eſt, Pſalm. 2, 6. Pſalm. 24, 8. Jer. 23, 5. Zach. 9, 9. *γ*) *Hominibus*, qui regiâ dignitate pollentes aliis imperant ac dominantur, 1. Sam. 8, 18. c. 12, 2. c. 18, 6. 2. Sam. 2, 11. 1. Reg. 3, 1. Sed *hominibus* tributum, quandoque notat *quoscunque magiſtratus ſuperiores, Principes, Duces, Dynaſtas*, &c. ceu patet ex Gen. 36, 31. Devt. 33, 4. Pſ. 110, 5. Pſ. 119, 46.

מַלְכָּה f. *Regina*, Eſth. 1, 9. 11. 12. In Statu Conſtr. מַלְכַּת־שְׁבָא *Regina* Schebæ, 1. Reg. 10, 4. Plur. מְלָכוֹת *Reginæ*, Cant. 6, 8. 9.

מַלְכָּה f. *Regina*, 1. Reg. 10, 3. 2. Chron. 9, 12.

מֹלֶךְ m. *Molech*. Idolum Ammonitarum, Lev. 20, 2. 5. 2. Reg. 23, 11. Jer. 32, 35. Vid. Diſſ. III. de Pœn. Ebr. Capit. Cultum ejus vide in voce גַּיְא pag. 209.

מְלוּכָה f. *Regnum*. מִשְׁפַּט הַמְּלוּכָה Jus *regni*, 1. Sam. 10, 25. עַל־כִּסֵּא הַמְּלוּכָה Super thronô *regni*, 1. Reg. 1, 46.

1) In genere notat *regnum* quodcunque, ſive ſit *divinum*, ſive *humanum*. 2) Speçiatim *α*) notat *regnum* Dei, Pſalm. 22, 29. Obad. 1, 21. *β*) regnum *hominum*, 1. Sam. 10, 25. c. 11, 14. c. 14, 47. c. 18, 8. 2. Sam. 16, 8. 1. Reg. 1, 46. c. 2, 15. 22. c. 11, 35. c. 12, 21.

מַלְכוּת f. *Regnum*, 1. Chron. 12, 23. חֲצִי הַמַּלְכוּת Dimidium *regni*, Eſth. 5, 3. Cum Suff. מַלְכוּתְךָ *Regnum* tuum, Pſ. 148, 11. Plural. מַלְכֻיוֹת *Regna*, Dan. 8, 22.

1) Generatim notat *regnum quodcunque*, ſive *Dei*, ſive *hominum*. 2) Speciatim *α*) notat *regnum Dei*, quô eminentiſſimè & potentiſſimè omnia regit atque gubernat, Pſalm. 103, 19. Pſalm. 145, 11. 12. 13. item *Meſſiæ*, Pſalm. 45, 7. *β*) *regnum hominum*, 1. Chron. 12, 23. c. 28, 5. c. 29, 25. 2. Chron. 11, 17. c. 12, 1. c. 20, 30. c. 36, 20. &c.

מַלְכִּי־צֶדֶק m. *Melchiſedech*, nomen proprium Regis Salemi, ex poſteris Noachi oriundi, Viri juſtitiæ & ſanctitatis laude, prout nomen ejus indigitat, conſpicui, qui pro iſtius temporis more Sacerdotis officio functus fuit, Gen. 1, 18. & typum Chriſti geſſit, Ebr. 7, 1.

מַמְלָכָה f. *Regnum*. In Statu Conſtr. & accedente Suffixo adhibetur מַמְלֶכֶת. בְּעִיר מַמְלָכָה In urbe *regni*, 1. Sam. 27, 5. וַיִּקְרַע יְהוָה אֶת־מַמְלָכָה מִיָּדְךָ Et abripuit Dominus *regnum* è manu

manu tuâ, 1. Sam. 28, 17. מַמְלֶכֶת כֹּהֲנִים *Regnum* Sacerdotum, i. e. Sacerdotale, Exod. 19, 6. Cum Suffixo מַמְלַכְתִּי *Regnum* meum, Gen. 20, 9. Plural. מַמְלָכוֹת *Regna*, 1. Reg. 10, 20. In Statu Conſtr. מַמְלְכוֹת הָאָרֶץ *Regna* terræ, Devt. 28, 25.

מַמְלָכוּת f. *Regnum*, Joſ. 13, 12. 1. Reg. 15, 28. Jer. 26, 1.

מָלַל *Verba fecit, Locutus eſt, & quidem plene & copioſè.* Celeb. Majus conjicit olim *copiæ* notionem in hoc verbo uſitatam fuiſſe, ut ſignificarit, *copioſè produxit.* Particip. מוֹלֵל בְּרַגְלָיו *Loquens* pedibus ſuis, Prov. 6, 13. Piel מִלֵּל Dixit, locutus eſt. מִי מִלֵּל לְאַבְרָהָם Quis *dixiſſet* Abrahamo? Gen. 21, 7. בָּרוּר מִלֵּלוּ׃ Purum *loquentur*, Job. 33, 3. Fut. תְּמַלֵּל *Loqueris*, Job. 8, 2. מִי יְמַלֵּל גְּבוּרוֹת יְהוָה Quis *eloquetur* virtutes Domini? Pſalm. 106, 2. Amplius non extat.

מִלָּה f. *Verbum, Sermo, Dictio.* אֵין מִלָּה בִּלְשׁוֹנִי Non eſt *verbum* in linguâ meâ, Pſalm. 139, 4. Cum Suff. מִלָּתִי *Sermo* meus, Job. 13, 17. Plur. מִלִּים *Verba*, more maſculinorum, Job. 6, 26. Aſt Job. 12, 11. eſt מִלִּין ad formam Chaldaicam. Cum Suffixo מִלֶּיךָ *Verba* tua, Job. 4, 4. מִלֵּיהֶם *Verba* eorum, Pſalm. 19, 5.

1) Generatim notat *quodcunque verbum* aut *dictionem*, ſive *Dei*, ſive *hominum*. 2) Speciatim α) deſignat *verbum Dei*, quod per Davidis linguam emanaverat, 2. Sam. 23, 2. β) Notat *verbum* vel *ſermonem hominum*, e. g. Davidis quodcunque, Pſalm. 139, 4. Jobi apologeticum, c. 13, 17. c. 21, 2. c. 24, 25. aut deciſivum, Job. 29, 22. dicterium, Job. 30, 9. eruditum ac ſapiens, Prov. 23, 9.

מְלִילוֹת f. pl. *Spicæ*, Devt. 23, 26. ſic dictæ, quia grana copioſè proferunt; niſi etymi rationem petere velis ex Chaldaiſmo, ubi מלל ſignificat *fricare, confricare*, ut ſpicæ ſic dicantur, quia manibus facile *fricantur.* Confer. Maj. Supplement. Lex. Coccej.

מָלַץ In Kal non occurrit; aſt in Niphal eſt נִמְלַץ *Svave, dulce eſt*, cujus Plural. מַה־נִּמְלְצוּ Quàm *ſvavia* fuerunt, Pſalm. 119, 103. Præterea non legitur.

מָלַק *Ungue ſecuit, Abſcerpſit.* וּמָלַק אֶת־רֹאשׁוֹ Et *ungue ſecabit, abſcerpet* caput ejus, Lev. 1, 15. c. 5, 8. Præterea non legitur.

מִן, *A, ab, de, e, ex, præ,* & comparativè *magis, quàm.* מִן־הָעֵת הַהִיא *A* tempore iſto, i.e. poſt tempus iſtud, Neh. 13, 21. מִן־הַסִּכְלוּת *Præ* ſtoliditate, Eccl. 2, 13. עַתָּה יֵרַע לָנוּ שֶׁבַע בֶּן־בִּכְרִי מִן־אַבְשָׁלוֹם Nunc malum inferet nobis Seba filius Bicri *magis quam* Abſalom, 2. Sam. 20, 6. Cum Suff. מִמֶּנִּי *A* me, Jeſ. 22, 4. מִמֶּנּוּ *Ab* eô, Pſalm. 68, 24. Interdum legitur cum י Paragogicô, ut Jud. 5, 14. מִנִּי *A*, Jud. 5, 14. Jeſ. 46, 3. לְמִן־עוֹלָם Inde *a* ſeculô, Jer. 7, 7. Varias ſignificationes tàm integri מִן, quàm decurtati מ vide ſupra in מ p. 658.

מִנְּהָ

Digitized by Google

מָנָה *Definivit certa quantitate, Numeravit, Dinumeravit; Supputavit; Præfecit, Conſtituit.* מִי מָנָה עֲפַר יַעֲקֹב Quis *numeravit* pulverem Iacob? Num. 23, 10. Infin. מְנוֹת *Numerare,* Gen. 13, 16. מוֹנֶה מִסְפָּר לַכּוֹכָבִים *Numerans* numerum ſtellarum, Pſ. 147, 4. Fut. וְאַתָּה תִמְנֶה־לְךָ חַיִל Tu vero *numera,* conſtitue tibi exercitum, 1. Reg. 20, 25. Niphal נִמְנָה *Certâ quantitate definitus eſt, Numeratus, Annumeratus, Supputatus eſt.* וְאֶת־פֹּשְׁעִים נִמְנָה Et prævaricatoribus *annumeratus eſt,* Jeſ. 53, 12. Infin. הִמָּנוֹת *Numerari,* Eccl. 1, 15. Fut. יִמָּנֶה זַרְעֲךָ Semen tuum *numerabitur,* Gen. 13, 16. וְלֹא יִמָּנוּ מֵרֹב Neque *recenſebantur* præ multitudine, 2. Chron. 5. 5. Piel מִנָּה *Paravit, Præparavit, Præfecit, Conſtituit.* מִנָּה אֶת־מַאֲכַלְכֶם Qui *conſtituit, deſtinavit* cibum veſtrum, Dan 1, 10. Fut. וַיְמַן יְהוָה דָּג גָּדוֹל Verùm Dominus *paravit* piſcem magnum, Jon. 2, 1. ה per Apocopen reſectum eſt. Imperat. חֶסֶד וֶאֱמֶת מַן Miſericordiam & veritatem *para,* Pſalm. 61, 8. ה per Apocopen reſectum eſt. Pual מֻנָּה *Paratus, Conſtitutus, Præfectus fuit.* Inde Particip. וּמֵהֶם מְמֻנִּים עַל־הַכֵּלִים Quidam ex illis erant *conſtituti, præpoſiti* ſuper vaſa, 1. Chron. 9, 29.

1) In genere notat *certa quantitate* vel *certo modo definire rem, quæcunque etiam ſit.* Bohlio autem Diſp. 10. §. 15. formale radicis מָנָה eſt *Exhibuit;* materiale autem *numeravit,* ſeu *ad numerum exhibuit.* 2) Speciatim *α)* notat *numerare,* quia, quicquid numeratur, certâ quantitate *definitur. Numerandi* autem ſignificationem habet, Num. 23, 10. Gen. 13, 16. 2. Sam. 24, 1. 2. Chron. 5, 5. 1. Chron. 21, 1. 17. c. 27, 24. Pſalm. 90, 12. Pſalm. 147, 4. & *annumerare* notat Jeſ. 53, 12. c. 55, 12. *β)* Significat *parare, præparare;* quia, quicquid *paratur* aut *præparatur,* certa quàntitate, certoque modo fit, definitur, aut etiam datur. Ita dicitur de *cibô,* qui certâ quantitate & qualitate definiebatur & porrigebatur, Dan. 1, 10. de *cetô magnô* à Deo ad abſorbendum Jonam parato, Jon. 2, 1. item de *virgulto, verme & vento* divinitus parato, Jon. 4, 6. 7. 8. *γ)* Significat *Conſtituere, Præficere, Præponere,* quia nec hoc ſine modi & quantitatis definitione fieri ſolet. Ita occurrit Dan. 1, 11. 1. Chron. 9, 29. 1. Reg. 20, 24.

מְנִי m. *Meni;* nomen proprium idoli, Jeſ. 65, 11.

מָנֶה m. *Mina, Libra, Pondus,* à מָנָה *Definivit certa quantitate,* quia *rei definitam quantitatem* deſignat. הַמָּנֶה יִהְיֶה לָכֶם *Libra* erit vobis, Ezech. 45, 12. Plur. מָנִים *Minæ, Libræ,* 1. Reg. 10, 17. Eſr. 2, 69. Neh. 7, 71. 72.

מָנָה f. *Pars, Portio.* וּלְחַנָּה יִתֵּן מָנָה אַחַת Hannæ autem dedit *portionem* unam, 1. Sam. 1, 5. In Statu Conſtr. מְנָת מִדַּיִךְ *Portio* menſurarum tuarum, Jer. 13, 25. Sæpius autem more Chaldæorum eſt מְנָת ut 2. Chron. 31, 3. 4. Pſalm. 11, 6. Pſalm. 16, 5. Pſalm. 63, 11.

Plural.

Plural. מָנוֹת *Partes, Portiones*, 1. Sam. 1, 4. 2. Chron. 31, 10. Sed Neh. 12, 44. eſt מְנָאוֹת *Portiones*, & c. 12, 47. c. 13, 10. eſt מְנָיוֹת. Cum Suff. מָנוֹתֶהָ *Portiones* ejus, Eſth. 2, 9.

1) Generatim notat *rem certâ quantitate & modô definitam & alicui conſtitutam*. 2) Speciatim α) *proprie* notat *partem* vel *portionem*, quæ *certâ quantitate definita ac conſtituta eſt*, quæque ex diſtributione alicui obtingit, e.g. Sauli, 1. Sam. 9, 23. Hannæ, 1. Sam. 1, 5. Sacerdotibus, Exod. 29, 16. Lev. 7, 20. Confer. Neh. 8, 10. 12. ubi dicitur de *cibariis*, quæ ab opulentioribus mittebantur egenis. β) *Metaphorice* dicitur 1) de *pœnis*, quas Deus impiis *definivit & conſtituit*, Pſalm. 11, 6. Jer. 13, 25. 2) de *Deô*, quô Meſſias ſvaviſſimè fruebatur, &c. Pſalm. 16, 5.

מֹנִים m. pl *Vices*. Tantum extat Gen. 31, 7. 41.

מָן m. *Manna*, quaſi præparatus cibus; vel quaſi portio à Deo *definita & data*, juxta R. Sal. Jarchium, R. Aben Eſram, alioſque multos. Sed quia eô viſô Iſraelitæ dixerunt מָן הוּא, neſcientes, quid eſſet, nec ſenſus ritè fluit, ſi hunc eſſe dicas: *Vocarunt cibum paratum, quia neſciebant, quid eſſet*; Alii putant, מָן fuiſſe voculam Ebræis olim uſitatam, quæ deinceps in deſvetudinem venit, & adhuc in lingua Chaldaica & Syriaca ſuperſtes eſt, notans *quid?* Et ita ſenſus ſibi optime conſtat, Exod. 16, 15. 31. 33. Num. 11, 6. 9. Devt. 8, 16. Joſ. 5, 12. Pſ. 78, 24. Cum Suff. וּמַנְךָ Et *Manna* tuum, Neh. 9, 20.

מָנַח *Donavit*, apud Arabes; inde eſt apud Ebræos

מִנְחָה f. *Donum, Munus, Oblatio*. וְהוֹרִידוּ לָאִישׁ מִנְחָה Ut deducatis Viro iſti *munus*, Gen. 43, 11. In Statu Conſtr. מִנְחַת הַבֹּקֶר *Oblatio* mane, i. e. matutina, Num. 28, 8. Cum Suff. מִנְחָתִי *Munus* meum, Gen. 33, 10. מִנְחָתָם *Oblatio* eorum, Num 16, 15. Plural. cum Suff. יִזְכֹּר כָּל־מִנְחוֹתֶיךָ Recordabitur omnium *oblationum* tuarum, Pſalm. 20, 4.

1) In genere notat quodcunque *donum*, vel *munus*, à quocunque, & cuicunque offeratur. 2) Speciatim α) *proprie* notat *donum* vel *munus*, fere *placativum*, tùm quod homo homini dat, Gen. 32, 13. 18. c. 43, 11. 25. 26. c. 33, 10. Jud. 2, 15. tum quod homo offert *Deo*, tàm ex *rebus animatis*, Gen. 4, 4. quàm ex *rebus inanimatis*, v. g. frugibus terræ, Gen. 4, 3. item ſimilagine, oleo & thure, Lev. 2, 1. ſeq. c. 7, 9. & ſeqq. β) Per *Metaphoram* transfertur ad deſignandum *cultum ſpiritualem N. T.* Mal. 1, 11.

מָנַן & apud Arabes مَنَّ *Præcidit, Abrupit, Diminuit numerum*; item *bene meritus eſt, bene fecit, gratiam favoremque petiit*. Inde à celeb. Majo deducitur Ebræorum

מִנִּים m. pl. *Species inſtrumenti muſici*, quod abruptum, diminutumque numerum habuit; vel, quô Deo gratiæ agerentur pro collatis beneficiis,

ficiis, iteratis repetitisve vicibus, vel ejus gratia identidem rogaretur. Juxta Mercerum eſt nomen *inſtrumenti Muſici*, forſan à *variis & inter ſe diſtinctis chordis* ſic dictum. Buxtorffius reddit *fides, chordas*; à quô non abit Seb. Schmidius.

מָנַע *Inhibuit, Cohibuit, Probibuit, Negavit.* מָנַע מִמֵּךְ פְּרִי בָטֶן *Cohibuit* à te fructum ventris, Gen. 30, 2. Fut. לֹא אֶמְנַע מִכֶּם דָּבָר Non *cobibebo* à vobis verbum, Jer. 42, 4. יְהוָה לֹא יִמְנַע־טוֹב לַהֹלְכִים בְּתָמִים Dominus non *probibebit* bonum ab ambulantibus in integritate, Pſalm. 84, 12. Imper. מִנְעִי קוֹלֵךְ מִבֶּכִי *Cohibe* vocem tuam à fletu, Jer. 31, 16. Niphal נִמְנַע *Cohibitum, Probibitum, Inhibitum eſt.* נִמְנַע מִבֵּית אֱלֹהֵיכֶם מִנְחָה *Probibita eſt* à domo Dei veſtri Mincha, Joel. 1, 13. Fut. אַל־נָא תִמָּנַע מֵהֲלֹךְ אֵלַי Ne quæſo, *probibearis*, vel ne *abſtineri te patere* ab eundo ad me, Num. 22, 16.

1) In genere obtinet *retinendi* ſignificationem, quacunque ratione id fiat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *denegare*, verſagen / nicht geben / zurück halten; *ſubtrahere aliquod bonum, vel alicujus rei participationem & uſum.* Nam qui ſic *denegat* & ſubtrahit, omninô rem *retinet*, Gen. 30, 2. Ubi Deus dicitur negaſſe Raheli fructum ventris. Confer. 2. Sam. 13, 13. 1. Reg. 20, 7. Neh. 9, 20. Pſ. 21, 3. Pſ. 84, 12. Prov. 11, 26. Jer. 5, 26. Prov. 3, 27. Job. 22, 7. c. 31, 16. Eccl. 2, 10. β) notat *impedire*, ne quid fiat, vel *remoras alicui injicere*, aliàs in hanc vel illam rem propenſo. Verwehren / hindern / abhalten / zurück halten. Qui enim ita impedit, & moras alicui injicit, utique eum à facto *retinet*. Ita Deus Davidem ad ſanguinis profuſionem jamjam feſtinantem *impedivit* ac *retinuit*, 1. Sam. 25, 26. 34. Confer. Prov. 1, 15. Jer. 2, 25.

מנר Radix inuſitata; inde ſuperſtes judicatur

מָנוֹר m. *Jugum textorium.* Sed alii potius cenſent ejus radicem eſſe נור quæ apud Arabes adhuc uſitata eſt, notans *telam ſignare virgâ diverſi coloris.* Saltem occurrit in Statu Conſtr. כִּמְנוֹר אֹרְגִים Sicut *jugum* textorum, 1. Sam. 17, 7. 2. Sam. 21, 19. 1. Chron. 11, 23. c. 20, 5.

מְנַשֶּׁה m. *Manaſſe*, nomen proprium α) *Primogeniti filii Joſephi*, ſignificans *obliviſci facientem*, Gen. 41, 51. à radice נָשָׁה *Oblitus eſt*, in Piel נִשָּׁה *Obliviſci fecit.* *Metonymice* notat *poſteros Manaſſis*, Pſalm. 80, 3. β) *Filii Moſis*, Jud. 18, 30. γ) *Filii Hiskiæ*, Regis Judæ, 2. Reg. 20, 21. qui peſſimè vixit.

מָסָה *Liquefactus, Diſſolutus eſt.* In Kal non occurrit, ſed in Hiphil הִמְסָה *Liquefecit, Diſſolvit.* הִמְסִיו *Liquefecerunt* cor populi, Joſ. 14, 8. pro הִמְסוּ Tertia radicalis tranſiit in י, quod more Chaldæorum quieſcit in (.) unde vocalis literæ ו periit. Fut. אַמְסֶה *Liquefacio*, Pſalm. 6, 7. וַתֶּמֶס Et *liquefeciſti*, Pſalm. 39, 12. Tertiâ radicali per Apocopen reſectâ, & (:) ſub primâ radicali unà cum (-) ſub Præformativô ת in (··) mutatô. וַיַּמְסֵם Et *liquefaciet* ea, Pſ. 147, 18.

1) In

1) In genere *liquefaciendi* ſignificationem obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* notat *liquefacere* inſtar nivis vel grandinis, Pſalm. 147, 18. β) *Metaphoricè* notat 1) *cordis tumorem & pavorem*, in quô omne robur & ſolatium *diffluit & liqueſcit*, Joſ. 14, 8. 2) *deſtructionem*, quâ res ſuam conſiſtentiam ac formam priorem amittit, Pſalm. 39, 12.

מָסַךְ *Miſcuit.* יְהוָה מָסַךְ בְּקִרְבָּהּ רוּחַ עִוְעִים Dominus *miſcuit* in medio ejus ſpiritum perverſitatum, Jeſ. 19, 14. מָסְכָה יֵינָהּ *Miſcuit* vinum ſuum, Prov. 9, 2. וּשְׁתוּ בְּיַיִן מָסָכְתִּי Et bibite de vino, quod *miſcui*, Prov. 9, 5. וְשִׁקֻּוַי בִּבְכִי מָסָכְתִּי Et potus meos cum lacrimis *miſcui*, Pſal. 102, 10. לִמְסֹךְ שֵׁכָר Ad *miſcendum* ſiceram, Jeſ. 5, 22. Præterea non occurrit.

מֶסֶךְ m. *Mixtio, Potus temperatus ad ſaporem gratum.* Legitur ſaltem Pſalm. 75, 9.

מִמְסָךְ m. *Mixtum, Libamen.* Bis legitur. לַבָּאִים לַחְקֹר מִמְסָךְ Euntibus ad disquirendum *mixtum* (vinum) Prov. 23, 30. וְהַמְמַלְאִים לַמְנִי מִמְסָךְ Et qui impletis Menio *libamen*, Jeſ. 65, 11.

מָסַס *Diſſolutus, Liquefactus eſt.* In Kal legitur ſaltem Infinitivus, Jeſ. 10, 18. וְהָיָה כִּמְסֹס נֹסֵס Eritque (Aſſyrius) ſicut *liqueſcit* (metu) ſignifer; vel ut Seb. Schmidius interpretatur: *ſicut liquefactio ſigniferi*, Infinitivô naturam & ſignificationem nominis induente, Jeſ. 10, 18. Niphal נָמַס, vel נָמֵס *Liquefactus, Diſſolutus eſt.* לִבִּי נָמֵס בְּתוֹךְ מֵעָי Cor meum *liquefactum* eſt in mediô viſcerum meorum, Pſal. 22, 15. הָרִים כַּדּוֹנַג נָמַסּוּ Montes ſicut cera *liqueſient*, Pſalm. 97, 5. Infin. הִמֵּס יִמַּס *Liqueſcendo liqueſcet*, i. e. planè liqueſcet, metu & pavore ferme diſſolvetur, 2. Sam. 17, 10. Fut. יִמַּס *Liqueſcet*, Devt. 20, 8. Sed Job. 1, 5. eſt וַיִּמְאַס Et *liqueſit*; more Syrorum ſecundâ radicali in א mutatâ. וַיִּמַּסּוּ אֱסוּרָיו Et *diſſoluta ſunt* vincula ejus, Jud. 15, 14. Sed Pſalm. 58, 8. eſt יִמָּאֲסוּ כְמוֹ מַיִם *Colliqueſcant* ſicut aquæ. Hiphil הֵמַסּוּ *Liqueſecerunt*, Devt. 1, 28.

1) In genere *ſolvendi* vel *diſſolvendi* ſignificationem obtinet & hinc notat *liqueſcere & liquefacere*, quia, quæ *liqueſcunt*, ſolvuntur, diſſolvuntur. Unde 2) ſpeciatim α) dicitur de *iis*, quæ antea *conjuncta, compacta atque* dura exiſtebant, nunc *ſolvuntur, liqueſiunt, diffluunt*, ut ſæpius prior facies penitus corrumpatur & amittatur &c. Ita dicitur de *vinculis Simſonis diſſolutis*, Jud. 15, 14. quæ adeô facile ab ipſo ſoluta & disrupta ſunt, ac ſi liquefacta diffluxiſſent; de *cerâ*, quæ liquefacta priorem formam & conſiſtentiam amittit, Pſalm. 22, 15. de *montibus*, qui inſtar ceræ liquefactæ diffluunt, vel inſtar ingentis cinerum aggeris ſenſim ſubſidentis concidunt ac dilabuntur, Pſalm. 97, 5. Mich. 1, 4. de *Manna*, quæ irradiante ſole liqueſcebat, & ſuam conſiſtentiam & formam amittebat, Exod. 16, 21. β) *Metaphoricè* 1) tributum *cordi* notat ejus *debilitationem, deliquium, metum, terrorem*, ac *pavorem*, ob malorum graviſſimorum

Digitized by Google

rum *vel* præſentiam, *vel* ingruentiam, ubi omne cordis robur ac ſolatium liqueſcit ac diffluit, Devt. 1, 28. Joſ. 2, 11. c. 5, 1. c. 7, 6. 2. Sam. 17, 10. Pſalm. 22, 15. Jeſ. 13, 7. Jeſ. 19, 1. Ezech. 21, 12. Nah. 2, 11. 2) Deſignat *totalem impiorum interitum* atque *excidium*, qui inſtar ceræ liqueſcunt, Pſalm. 68, 3. & diffluunt inſtar aquarum, quæ ex imbribus coortæ, per rivulos diſperſæ evaneſcunt, in vapores reſolvuntur, inque terram ſenſim ſe inſinuant, ut nuſpiam amplius videantur, Pſ. 58, 8.

מַס m. *Liqueſcens.* Semel occurrit Job. 6, 14. לַמָּס Contra *liqueſcentem* ab amico ſuo miſericordiâ ſeu benignitate, h.e. cujus benignitas inſtar *aquæ* vel *ceræ liquefactæ* diffluxit atque evanuit.

מַס m. *Tributum;* à מָסַס *Liqueſcere* ita dictum, quia paulatim *liqueſcere* facit *vires & facultates*, ſi nimium imponatur. וַיְהִי לְמַס־עֹבֵד Et erit in *tributum* ſervire facientis, i.e erit tributarius ei, cui ſervire tenebitur, Gen. 49, 15. Joſ. 16, 10. וּבַחוּרָיו לָמַס יִהְיוּ Et juvenes ejus erunt in tributum, Jeſ. 31, 8. Plural. מִסִּים *Tributa.* שָׂרֵי מִסִּים Principes *tributorum*, Exod. 1, 11.

מִסַּת f. *Tributum, Cenſus.* Semel occurrit in Statu conſtructo מִסַּת נִדְבַת יָדְךָ *Tributum, Cenſus* voluntarii muneris manus tuæ, Devt. 16, 10.

תֶּמֶס m. *Liquefactio.* Semel occurrit Pſalm. 58, 9. כְּמוֹ שַׁבְּלוּל תֶּמֶס יַהֲלֹךְ Sicut teſtudo in *liquefactionem* abeat, Pſalm. 58, 9.

מָסַר *Tradidit, Suppeditavit.* Infin. לִמְסָר־ *Tradendo*, Num. 31, 16. Niphal נִמְסַר *Traditus eſt.* Fut. וַיִּמָּסְרוּ Et *traditi ſunt*, Num. 31, 5. Sæpius non legitur.

מָסֹרֶת f. *Traditio*, Ezech. 20, 37. Sebaſt. Schmidio autem notat *vinculum*, eſtque מָסֹרֶת pro מַאֲסֹרֶת ex radice אָסַר, quam vide p. 91.

מָעַד *Nutavit, Vacillavit, Lapſus eſt.* וְלֹא מָעֲדוּ קַרְסֻלָּי Et non *vacillarunt* tali mei, 2. Sam. 22, 37. Fut. וּבַיהוָה בָּטַחְתִּי לֹא אֶמְעָד Et in Domino confiſus ſum, nec *vacillavi*, Pſalm. 26, 1. Pual Particip. Fœm. רֶגֶל מוּעָדֶת Pes *vacillans, titubans*, Prov. 25, 19. Hiphil הַמְעִיד *Nutare, Vacillare fecit.* Imper. מָתְנֵיהֶם תָּמִיד הַמְעַד Lumbos eorum ſemper fac *nutare, vacillare*, Pſalm. 69, 24.

1) In genere deſignat *ſolidæ conſiſtentiæ & virium abſentiam*, quæ *nutandi* vel *vacillandi* notione exprimi ſolent, in quacunque etiam deprehendatur re. 2) Speciatim α) adhibetur de *pedum & talorum nutatione*, qui molem corporis firmiter non ſuſtinent, dubios greſſus faciunt, huc illucve vacillant, &, accedente ſoli lubricitate, penitus concidunt, Prov. 25, 19. confer. Job. 12, 5. 2. Salm. 22, 37. Pſalm. 18, 37. ubi *Metaphoricè* dicitur de *iis*, qui in *calamitates incidunt;* prout illi, qui in viâ titubant, facilè labuntur & damnum accipiunt. Et Pſalm. 37. 31. ubi *negative*

gative dicitur de *eô*, qui ſine ſcandalô, ſuam peragit vitam, nec mundi lenociniis aut comminationibus ſe à virtutis tramite abduci patitur, ſed conſtanter in eo pergit. Pſalm. 26, 1. dicitur de *Davide*, firmiſſimam in Deô fiduciam ponente, & contra omnes hoſtium inſultus *immotô animô ſtante*. β) De *lumborum nutatione & vacillatione*, innuens *ſolidæ conſiſtentiæ & virium privationem*, ubi ligamenta velut flaccida aut corrupta, vacillans reddunt corpus, Pſalm. 69, 24.

מָעָה *Extendit ſe*; item *Sonuit*, apud Arabes; Inde

מֵעִים m. d. *Viſcera*. In Statu Conſtr. וַיְהִי יוֹנָה בִּמְעֵי הַדָּגָה Et fuit Jona in *viſceribus* piſcis iſtius, Jon. 2, 1. מִמְּעֵי אִמִּי A *viſceribus* matris meæ, Jeſ. 49, 1. מֵעַי רֻתְּחוּ וְלֹא דָמּוּ *Viſcera* mea ad ebullitionem usque effervefacta ſunt, ut non ſileant, Job. 30, 27. מֵעֶיךָ *Viſcera* tua, 2. Chron. 21, 15. וַיִּשְׁפֹּךְ מֵעָיו אַרְצָה Ut effunderet *viſcera* ſua in terram, 2. Sam. 20, 10. וּמֵעֵיהֶם Et *viſcera* eorum, Ezech. 7, 19.

1) Generatim notat *viſcera*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *partes ventris interiores*, nempe 1) *cor*, quod eſt viſcerum præcipuum, Pſalm. 40, 9. 2) *Partes genitales* maris, Gen. 15, 4. 2. Sam. 16, 11. 3) *Uterum* fœminæ, Gen. 25, 23. Ruth. 1, 11. Pſalm. 71, 6. Jeſ. 49, 1. 4) *Inteſtina*, quæ in gravioribus morbis per ſeceſſum exeunt, 2. Chron. 21, 15. & cibo repleri queunt, Ezech. 3, 3. 5) *Ventriculum* balænæ, Jon. 2, 1. collato v. 2. β) *Metaphoricè Deo* tributum, notat *immenſam ejus miſericordiam & dilectionem ardentiſſimam*, Jeſ. 63, 15. Jer. 31, 20.

מָעוֹת f. *Lapilli*. Semel legitur cum Suff. כִּמְעֹתָיו Sicut *lapilli* ejus, Jeſ. 48, 19. Non errabis, ſi reddas cum quibusdam: *Viſcera* ejus, nempe *maris*.

מָעַט *Parum, Paucus, Parvus, Exiguus eſt*, vel *factus eſt*, *Minutus, Diminutus eſt*. Infin. לְפִי מְעֹט הַשָּׁנִים Juxta *diminui*, i. e. juxta *paucitatem* annorum, Lev. 25, 16. Fut. אִם יִמְעַט הַבַּיִת Si *minor fuerit* domus iſta, Exod. 12, 4. וַיִּמְעֲטוּ Et *imminuti fuerunt*, Pſalm. 107, 39. Piel מִעֵט *Diminuit*. מִעֲטוּ *Diminuunt*, Eccl. 12, 3. Hiphil הִמְעִיט *Diminuit*. וְהִמְעִיטָה אֶתְכֶם Et *diminuet* vos, Lev. 26, 22. Fut. תַּמְעִיט מִקְנָתוֹ *Diminues* pretium ejus, Lev. 25, 16. תַּמְעִיטוּ *Minuetis*, Num. 35, 8.

1) In genere *quamcunque paucitatem & imminutionem deſignat*. 2) Speciatim α) notat *imminui numero*, Lev. 25, 16. c. 26, 22. Eccl. 12, 3. Jeſ. 21, 17. Pſalm. 107, 39. 2. Reg. 4, 3. Jer. 29, 6. c. 30, 19. β) *Imminui quantitate & magnitudine*, Exod. 30, 15. Num. 26, 54. c. 33, 54. Prov. 13, 11. Neh. 9, 32. γ) *Imminui viribus*, Ezech. 29, 15.

מְעַט m. *Paucitas, Parum, Paucum, Minimum, Paucus, Parvus, Exiguus*. מְעַט מַיִם *Parum* aquæ, Gen. 18, 4. מְעַט מִזְעָר *Paucitas* pauci-

paucitatis, i.e. valde parum, exiguum, Jeſ. 16, 14. Nomen enim cum Synonymo conſtructum habet vim intendendi. אֵין לַיהוָה מַעְצוֹר לְהוֹשִׁיעַ בְּרַב אוֹ בִמְעָט Non eſt Domino impedimentum ad ſervandum per multos aut per *paucos*, 1. Sam. 14, 6. בִּמְעַט גּוֹי Cum *parvâ, exiguâ* gente, Dan. 11, 23. בֵּין רַב לִמְעָט Inter multum & *paucum*, Num. 26, 56. מְעַט מְעַט אֲגָרְשֶׁנּוּ *Paulatim*, expellam eum, Exod. 23, 30. כִּמְעַט Quaſi *parum*, *pene*, *fere*, *parum abſuit*, *quin* &c. *brevi*. כִּמְעַט נָטָיוּ רַגְלָי *Parum abſuit*, quin declinaſſem pedibus meis, Pſalm. 73, 2. Cum כ quandoque habet vim *extenuandi*, Pſalm. 105, 12. Prov. 10, 20. Plural. מְעַטִּים *Pauci*. יִהְיוּ יָמָיו מְעַטִּים Sint dies ejus *pauci*, Pſalm. 109, 9. יִהְיוּ דְבָרֶיךָ מְעַטִּים Sint verba tua *pauca*, Eccl. 5, 1.

1) In genere *paucitatem & exiguitatem quamcunq; deſignat*. 2) Speciatim α) dicitur de *numero*, מְעַט הַצֹּאן Parum ovium, i. e. paucæ numero oves, 2. Sam. 17, 28. Neh. 2, 22. Jeſ. 10, 7. Ezech. 5, 3. 1. Sam. 14, 6. Eccl. 5, 1. β) de *tempore*, Ruth. 2, 7. Pſalm. 37, 10. Pſalm. 81, 15. Pſalm. 109, 8. Jeſ. 26, 20. Hoſ. 1, 4. γ) de *particulâ continui*. הַגְמִיאִינִי נָא מְעַט מַיִם Sine, quæſo, me ſorbere *parum* aquæ, Gen. 18, 4. c. 24, 17, 43. 1. Sam. 14, 30. 45. 1. Reg. 17, 10. &c. δ) de *re exigua, & vili*, quæ eſt parvi, vel nullius fere momenti aut pretii &c. Pſal. 105, 12. Prov. 10, 20. ε) de *re nec facta, nec facienda*, cujus autem tanti jam ſunt progreſſus, ut nihil fere deſit, quin fiat adeoque illam exequi, reipſa parvum aliquid ſit, Gen. 26, 10. Job. 32, 22. Pſalm. 73, 2.

מָעַךְ *Preſſit*, *Compreſſit*, *Depreſſit*, *Infixit*. Particip. Paul מָעוּךְ *Compreſſum*, Lev. 22, 24. Fœm. וַחֲנִיתוֹ מְעוּכָה בָאָרֶץ Et haſta ejus erat *depreſſa*, *infixa* in terram, 1. Sam. 26, 7. Pual שָׁמָּה מֹעֲכוּ שְׁדֵיהֶן Ibi *compreſſa fuerunt* ubera earum, Ezech. 23, 3. Præterea non occurrit.

מָעַל *Prævaricatus eſt*. Conſtruitur intercedente ב, & utplurimum ſibi junctum habet מַעַל, *Prævaricatio*. מָעַל מַעַל בַּחֵרֶם *Prævaricatus eſt* prævaricatione in devotione, Joſ. 22, 20. בְּמַעֲלָם אֲשֶׁר מָעֲלוּ בִי Ob prævaricationem eorum, quâ *prævaricati ſunt* contra me, Lev. 26, 40. מָעַלְנוּ בֵּאלֹהֵינוּ *Prævaricati ſumus* adverſus Deum noſtrum, Eſr. 10, 2. Infin. לִמְעוֹל מַעַל בַּיהוָה *Prævaricando* ſimul prævaricationem contra Dominum, Numer. 5, 6. Sed 2. Chron. 28, 19. eſt מָעוֹל *Prævaricando*. בְּמַעֲלָם In *prævaricatos eſſe eos*, i. e. quando prævaricati ſunt, Ezech. 20, 27. Futur. וַיִּמְעַל בַּיהוָה אֱלֹהָיו Et *prævaricatus eſt* contra Dominum Deum ſuum, 2. Chron. 26, 16.

1) In genere notat *prævaricari*, *malitioſè*, *proæreticè*, &, ſi Arabicam ſpectes linguam, *abſtructo animo* ab *eo*, contra quem fit prævaricatio, ſive *is*, contra quem fit prævaricatio, ſit *Deus*, ſive *homo*. 2) Speciatim notat

Digitized by Google

tat α) *prævaricari contra Deum*, ejusque præceptum protervè & malitiosè transgredi, Lev. 6, 2. Num. 5, 6. Devt. 32, 51. Joſ. 7, 1. c. 22, 16. 20. 31. 2. Chron. 12, 2. c. 28, 19. 22. Eſr. 10, 2. Neh. 13, 27. Ezech. 17, 20. c. 20, 27. β) *Prævaricari contra hominem*, prout prævaricatur adultera contra maritum, Num. 5, 12. 27.

מַעַל m. *Prævaricatio*. מַעַל בַּיהוָה *Prævaricatio* contra Dominum, Lev. 5, 21. Cum Suff. בְּמַעֲלוֹ *Prævaricatione* ſua, 1. Chron. 10, 13. מַעֲלָם *Prævaricatio* ipſorum, Ezech. 39, 26.

1) Generatim notat *prævaricationem malitioſam & proæreticam quamcunque*, ſive fiat contra *Deum*, ſive contra *hominem*. 2) Speciatim α) notat *prævaricationem*, quâ homo malitioſè & proæreticè delinquit *contra Deum ejusque præceptum*, Lev. 5, 21. Num. 5, 7. c. 31. 16. Joſ. 22, 16. 22. 31. 1. Chron. 10, 13. 2. Chron. 28, 19. Eſr. 9, 4. Ezech. 17, 20. Dan. 9, 7. β) *Prævaricationem hominis adverſus hominem*, e. g. adulteræ adverſus maritum, Num. 5, 12. 27.

מְעִיל m. *Pallium*. Celeb. Majus hanc vocem deducit ex עול vel עיל, quarum utraque in linguâ Arabicâ ſuperſtes exiſtit, ſignificans *honeſtè, graviter ex generoſiori animo, vel etiam ex ſuperbia inceſſit*, quia pallio veſtiti & induti, quod gravium & dignitate conſpicuorum hominum eſt, *gravitatem* in inceſſu oſtentant. מְעִיל צְדָקָה יְעָטָנִי *Pallio* juſtitiæ texit me, Jeſ. 61, 10. Cum Suff. מְעִילְךָ *Pallium* tuum, 1. Sam. 24, 11. וַיִּקְרַע אֶת־מְעִלוֹ Et ſcidit *pallium* ſuum, Job. 1, 20. Plur. מְעִילִים *Pallia*, *Amicula*, 2. Sam. 13, 18. Cum Suff. וְהֵסִירוּ אֶת־מְעִילֵיהֶם Et removebunt, abjicient *pallia* ſua, Ezech. 26, 16.

מַעַן *Propter*, *Ob*, & cum Infinitivô, *propterea*, *ut*, *propterea quod*, vide infra in radice עָנָה.

מַעַר m. *Nuditas*; מַעֲרָה *Nuditas*, *Denudatio*, nec non מְעָרָה *Spelunca*, *Foſſa*, vide in radice עָרָה *Nudatus eſt*.

מָצָא *Invenit*, *Deprehendit*, *Aſſecutus*, *Conſecutus eſt*, & cum ל conſtructum interdum notat *ſatis eſſe*, *ſufficere*. וּלְאָדָם לֹא־מָצָא עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ Aſt homini (i. e. ſibi, poſitô per Enallagen Nomine pro Pronomine) non *invenit* adjutorium correſpondens ei, Gen. 2, 20. מְצָאוֹ *Invenit* eum, Job. 31, 29. מָצָאתִי *Inveni*, Gen. 18, 3. Sed Num. 11, 11. eſt מָצָתִי tertia radicali א pereunte. מְצָאוּנִי הָרָעוֹת הָאֵלֶּה *Invenerunt* me mala iſta, Devt. 31, 17. Particip. מוֹצֵא *Inveniens*, Eccl. 7, 26. Fœm. מוֹצֵאת pro מֹצֵאֶת, א quieſcente in (..), & (∴) quod ei ſubſtratum fuit, ablatô. Fut. אֶמְצָא *Inveniam*, Gen. 18, 26. יִמְצָאֶךָּ *Inveniet* te, 1. Reg. 18, 10. Niphal נִמְצָא *Inventus*, *Repertus eſt*, *Deprehenſus fuit*. אֲשֶׁר נִמְצָא הַגָּבִיעַ בְּיָדוֹ In cujus manu *inventus fuit* ſcyphus, Gen. 44, 17. נִמְצֵאתִי לְלֹא בִקְשֻׁנִי *Inventus ſum* ab iis, qui non quæſiverunt me, Jeſ. 65, 1. Particip. כֶּסֶף הַנִּמְצָא בְּבֵית יְהוָה Argentum, quod *inveniebatur* in domô Domi-

Domini, 2. Reg. 22, 9. Plural. הַנִּמְצְאִים Qui *inveniebantur*, 1. Sam. 13, 15. Sed Eſr. 8, 25. eſt הַנִּמְצָאִים Qui *inveniebantur.* (ᐟ) ſub צ retentô. Infin. דִּרְשׁוּ יְהוָה בְּהִמָּצְאוֹ Quærite Dominum in *inveniri* eum, i. e. dum inveniri poterit, Jeſ. 55, 6. Fut. יִמָּצֵא *Invenietur*, Gen. 44, 9. Hiphil הִמְצִיא *Invenire fecit, effecit, ut præſto eſſet, Porrexit, Tradidit, Exhibuit, Obtulit.* וְלֹא הִמְצִיתִךָ בְּיַד שָׁאוּל Et non *tradidi* te in manum Saulis, 2. Sam. 3, 8. Imitatur formationem verborum לה, א in י mutatô. וְאֶת־הָעֹלָה הִמְצִיאוּ Holocauſtum etiam *attulerunt*, Lev. 9, 13. וּכְאֹרַח אִישׁ יַמְצִאֶנּוּ Et juxta viam viri *invenire faciet* eum, Job. 34, 11. וַיַּמְצִאוּ Et *attulerunt*, Lev. 9, 12.

1) In genere notat *invenire*, ſive *ſimpliciter*, ſive *modificatè & certa ratione*, ſive res, quæ invenitur, *antea extiterit*, ſive *minime.* 2) Speciatim α) notat *invenire*, **finden/** vel ſine prævio ſtudiô, labore & induſtria, Gen. 30, 14. vel poſt antegreſſum diligens ſtudium, laborem atque curam circa aliquam rem, Gen. 8, 9. Prov. 3, 12. c. 24, 14. Eccl. 7, 27. 28. 29. Cant. 3, 4. c. 5, 6. β) *Deprebendere*, **finden/ antreffen/** Gen. 31, 37. c. 38, 20. 22. c. 44, 10. Exod. 21, 16. c. 22, 4. 1. Reg. 21, 20. *Adſequi*, **finden/ einholen/** Joſ. 2, 22. γ) *Potiri, acquirere, conſequi*, **finden/ erhalten/ erlangen/ zuwege bringen/** Gen. 26, 12. Prov. 17, 20. c. 18, 22. Jer. 10, 14. Huc ſpectat illud: *Invenire gratiam*, quod idem eſt ac *conſequi alterius favorem, atque gratiam*, Gen. 6, 8. c. 19, 19. Exod. 33, 12. 17. 1. Sam. 1, 18. c. 20, 3. 25. c. 27, 5. 2. Sam. 14, 22. Jud. 6, 17. Ruth. 2, 10. Eſth. 5, 8. &c. δ) *Sufficere*, Num. 11, 22. Joſ. 17, 16. Jud. 21, 14. Pſalm. 42, 6. ε) *Obtingere, evenire*, **begegnen/ widerfahren/ betreffen.** Ita dicitur de *malis & calamitatibus*, quæ dicuntur *invenire hominem*, quaſi circumambulantes eum quæſiviſſent ac perſecutæ eſſent, Gen. 44, 34. Ex. 18, 8. Devt. 28, 45. c. 31, 17. 25. 29. Jud. 6, 13. &c. Jer. 10, 18. ζ) *Manus invenire* dicitur, quando homini ſunt *vires & facultates aliquid expediendi, præſtandi*, &c. Lev. 12, 8. 1. Sam. 10, 7. η) *Deus* dicitur *invenire hominem & inveniri ab homine* ſenſu diverſô. Nimirum *Deus invenit hominem* a) quando eum, nihil tale cogitantem, ambientem aut merentem, ſuo complectitur favore, peculiariter in ſuum adſciſcit patrocinium, & variis iisque eximiis beneficiis mactat, Devt. 32, 10. Pſalm. 89, 21. Hoſ. 9, 10. b) *Quando impium comprebendit fortiſſimè*, ita, ut elabi non poſſit, eumque ex juſtiſſimo judicio graviſſime punit, Pſalm. 21, 9. *Deus* autem *invenitur ab homine*, quando ei ſuâ gratiâ præſtò eſt, 2. Chr. 15, 2. Jeſ. 55, 6. c. 65, 1. θ) Quia, quæ inveniuntur, ſubinde exiſtere vel adeſſe oportet, inde quandoque etiam notat *exiſtere, adeſſe, præſtò eſſe*, Gen. 19, 15. 1. Sam. 13, 15. Eccl. 9, 15. Dan. 11, 19. In Hiphil notat a) *incidere facere, tradere*, 2. Sam. 3, 8. Zach. 11, 6. b) *Afferre*, Lev. 9, 12. 13. 18.

מִצָּר m. *Arx, Propugnaculum, Munitio.* וַיֵּשֶׁב דָּוִיד בַּמְּצָר David itaque habitavit in *arce*, *munimento*, 1. Chron. 11, 7. לַמְּצָר In *arcem*, *munimentum*, 1. Chron. 12, 8. 17. Plural. מְצָרוֹת *Munitiones*, *Propugnacula.* מְצָדוֹת סְלָעִים מִשְׂגַּבּוֹ In *munitionibus* petrarum erit refugium ejus, Jeſ. 33, 16. וְהַמְּצָרוֹת נִתְפָּשָׂה Et *munitiones* occupata eſt, i. e. unaquæque munitionum occupata eſt, Jer. 48. 41. יָשְׁבוּ בַּמְּצָרוֹת Sedent in *munitionibus*, 1. Sam. 23, 14. 29. Jer. 51, 30. Ezech. 33, 27.

מָצוֹר m. *Munitio*, *Munimentum.* In Statu Conſtr. מְצוֹר רָעִים *Munitio* malorum, i. e. contra mala, Prov. 12, 12. Plur. מְצוֹדִים *Munitiones*, Eccl. 9, 14. Præterea non legitur.

מְצֻרָה f. *Munitio*, *Munimentum.* Cum Suff. מְצָדָתָהּ *Munitio* ejus, Jeſ. 29, 7. Plur. בַּמְּצָדוֹת In *munitiones*, Ezech. 19, 9. Amplius non legitur.

מְצוּדָה f. *Arx*, *Propugnaculum*, *Munitio*, *Munimentum.* וְיִתְלֹנָן עַל־שֶׁן־סֶלַע וּמְצוּדָה Et pernoctat ſuper dente petræ, i. e. prominentia petræ & arce, i. e. *loco munitó*, Job. 39, 31. עָלוּ עַל מְצוּדָה Adſcenderunt in *munimentum*, 1. Sam. 24, 23. In Statu Conſtr. מְצֻדַת צִיּוֹן *Arx* Zion, 2. Sam. 5, 7. Cum Suff. מְצֻדָתִי *Munitio* mea, 2. Sam. 22, 2. Plural. מְצוּדוֹת *Munitiones*, Pſalm. 31, 3.

1) Generatim notat *munimentum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *locum*, qui *munitus* eſt probe & inacceſſus, ſive *arte hominum*, ſive *naturâ*, ubi quis contra impetum & vim aliorum tutus eſſe poteſt; qualis erat Davidis fugitivi, 1. Sam. 22, 4. 5. c. 24, 13. arx Sion, 2. Sam. 5, 7, 9. conf. Job. 39, 31. ubi intelligitur *munimentum naturale magis*, quàm arte hominum factum, rupes ſcilicet excelſa & prærupta & ſuâ naturâ munita ac valida. Ita Mercerus. β) *Metaphoricè* dicitur de *Deo*, quia in ejus præſidiô homo tutus eſt contra omnes inſultus hoſtium tàm corporis quàm animæ, Pſalm. 18, 3. Pſalm. 31, 4. Pſalm. 71, 4. Pſalm. 91, 2. 3. Pſalm. 144, 2.

מָצָה *Expreſſit*, *Exſuxit.* מָצִית *Exſuxiſti*, Jeſ. 51, 17. Futur. וַיִּמֶץ טַל מִן הַגִּזָּה Et *expreſſit* rorem ex vellere, Jud. 6, 38. ה per Apocopen reſectum eſt. אַךְ־שְׁמָרֶיהָ יִמְצוּ יִשְׁתּוּ Veruntamen feces ejus *exugent*, bibent, Pſalm. 75, 9. Niphal נִמְצָה *Expreſſus eſt.* וְנִמְצָה דָמוֹ Et *exprimetur* ſanguis ejus, Lev. 1, 15. Fut. וְהַנִּשְׁאָר בַּדָּם יִמָּצֵה Reliquum autem de ſanguine *exprimetur*, Lev. 5, 9.

מֵצַח c. *Frons.* Deducitur à quibusdam à צָחַח *Serenus fuit*, *Nituit*, *Eminens fuit*, quia in omnibus ferme linguis *frons* dicitur *ſerena*, *clara atque nitida.* Sed hæc derivatio non probatur Mercero. עַל־מֵצַח Super *fronte* Aaronis, Exod. 28, 39. מֵצַח אִשָּׁה זוֹנָה *Frons* mulieris meretricis, Jer. 3, 3. i. e. impudens. Cum Suff. מִצְחוֹ *Frons* ejus,

 Exod.

Digitized by Google

Exod. 28, 39. מִצְחֲךָ *Frons* tua, Jeſ. 48, 4. Plural. in Statu Conſtr. עַל־מִצְחוֹת הָאֲנָשִׁים Super *frontibus* virorum, Ez. 9, 4.

1) Generatim notat *frontem.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *partem faciei ſuperiorem*, quæ inter capillos, oculos & aures interjacet, Exod. 28, 39. 1. Sam. 17, 49. 2. Chron. 26, 19. 20. *β*) *Metaphoricè* transfertur ad deſignandum *interiorem animi affectum.* Et quidem 1) *frons dura aut obfirmata* deſignat *animi robur ac conſtantiam*, ſive in *bono*, ſive in *malo. In bono* denotat *conſtantiam, magnanimitatem & zelum* in cultu divinô adverſus impiorum & contumacium hominum turbam, Ezech. 3, 8. 9. *In malo* autem innuit *improborum ſummam contumaciam, Deoque contradicendi & adverſus eum delinquendi ſtudium*, Jeſ. 48, 4. Ezech. 3, 7. 8. 9. 2) *Frons meretricis* eſt ſymbolum *maximæ impudentiæ & obfirmationis animi in malo*; prout publica proſtibula omnem pudorem deponere, & in turpiſſimo ſcortandi ſtudio perſeverare ſolent, Jer. 3, 3.

מִצְחָה f. *Frontale.* Occurrit ſaltem in Statu Conſtr. 1. Sam. 17, 6. מִצְחַת נְחֹשֶׁת *Frontale æris*, i. e. æneum.

מִצְפָּה f. *Mizba*, nomen urbis Benjamiticæ, ubi convenire ſolebat populus, Jud. 20, 1. Radix eſt צָפָה *Speculatus eſt.*

מִצְפֶּה *Mizbe*; eſt nomen *α*) *vallis* in finibus ſeptentrionalibus terræ Iſraeliticæ ſub monte Libano, Joſ. 11, 8. *β*) *Urbium variarum*, nempe 1) *urbis* in tribu *Benjamin*, Joſ. 18, 26. 2) *Urbis* in tribu *Judæ*, Joſ. 15, 38. 3) *Urbis* in tribu *Dan*, trans Jordanem, Jud. 10, 17.

מָצַץ *Expreſſit.* Semel legitur in Futuro לְמַעַן תָּמֹצּוּ Ut *exprimatis*, Jeſ. 66, 11.

מַצָּה f. *Azymum, Infermentatum*; à מָצַץ *compreſſit*, quia manibus ejus paſta *comprimitur* & maſſa fit. Sed rejicit Bochartus in Hieroz. P. I. L. II. c. 50. p. 601. hanc deductionem, & mavult derivare ex Arabum illô مَصَّصْ, quod ſignificat *purum* & *ſincerum*; Unde מַצָּה ei notat *panem purum & ſincerum*, ab *omni* quippe *fermento repurgatum.* חַלַּת מַצָּה Placenta *azymi*, Num. 6, 19. Plural. תֹּאכְלוּ מַצֹּת Comedetis *azyma*, Exod. 12, 18.

מָצוֹר & מִצְרַיִם *Ægyptus*, vide in צוּר.

מַקֵּל m. *Baculus.* וַיַּךְ אֶת־הָאָתוֹן בַּמַּקֵּל Et percutiebat aſinam *baculô*, Num. 22, 27. In Statu Conſtr. מַקַּל לִבְנֶה *Baculus* populi, Gen. 30, 37. Cum Suff. מַקְלִי *Baculus* meus, Zach. 11, 10. מַקֶּלְכֶם Baculus veſter, Exod. 12, 11. Plural. מַקְלוֹת *Baculi*, Zach. 11, 7.

1) Generatim notat *baculum quemcunque*, cui euntes innitimur, quô percutimus alterum, vel quicquam aliud peragimus. 2) Speciatim *α*) *propriè* dicitur de *baculo*, quô Jacobus in Meſopotamiam abiturus uteba-

utebatur, Gen. 32, 10. Bileam aſinam percutiebat, Num. 22, 27. Iſraelitæ ex Ægypto egreſſuri inſtructi eſſe debebant, Exod. 12, 11. Conf. Gen. 30, 37. 1. Sam. 17, 43. β) *Metaphoricè* a) deſignat *potentiam* & *imperium*, Jer. 48, 17. b) *Verbum* tum *Evangelii*, Zach. 11, 10. tum *legis*, Zach. 11, 12.

מָקַק *Tabefacere*; In Kal non occurrit, aſt in Niphal נָמַק *Tabuit*, *Contabuit*, *Tabefactus eſt.* נָמַקּוּ חַבּוּרֹתָי *Contabuerunt* vulnera mea, Pſalm. 38, 6. וְנָמַקּוּ כָּל־צְבָא הַשָּׁמַיִם Et *contabeſcent* omnis exercitus cœlorum, Jeſ. 34, 4. וּנְמַקֹּתֶם בַּעֲוֹנֹתֵיכֶם Et *contabeſcetis* iniquitatibus veſtris, Ezech. 24, 23. Particip. Plur. נְמַקִּים *Tabidi*, Ezech. 33, 10. Fut. וּלְשׁוֹנוֹ תִּמַּק בְּפִיהֶם Ac lingua ejus *contabeſcat* in ore eorum, Zach. 14, 12. Hiphil הֵמִיק *Tabidum reddidit*, *Tabefecit.* Infin. הָמֵק בְּשָׂרוֹ *Tabefaciendo* carnem ejus, Zach. 14, 12.

1) Generatim notat *tabeſcere*, *tabefieri*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *tabefieri*, ita, ut ſuccus nativus amittatur, vireſque & nitor omnis pereant, reſque ipſa tandem deſtruatur, Lev. 26, 39. Ezech. 24, 23. c. 33, 10. β) *Improprie* deſignat 1) *deſtructionem exercitûs cœlorum*, Jeſ. 34, 2. 2) *amiſſionem virium*, Zach. 14, 12. 14. ubi dicitur *tabeſcere caro*, ad innuendam *privationem potentiæ & conſilii*; *oculi*, ad deſignandam amiſſionem *judicii & prudentiæ*; *lingua*, ad denotandum defectum *eloquentiæ*. Vid. Bald. in d. l.

מַק m. *Tabes*. Bis occurrit Jeſ. 3, 24. c. 5, 24.

מַר m. *Guttula*. Semel legitur Jeſ. 40, 15.

מָרָא In Kal non legitur; Semel occurit in Hiphil הִמְרִיא *Elevavit*, *Extulit ſe*. Fut. תַּמְרִיא *Extollet ſe*, Job. 39, 1.

מְרִיא m. *Pingue*, *Saginatum*. וַיִּזְבַּח שׁוֹר וּמְרִיא Et ſacrificavit bovem & *ſaginatum*, 2. Sam. 6, 13. Eadem vox extat 1. Reg. 1, 9. 19. 25 Jeſ. 11, 6. Plural. וְחֵלֶב מְרִיאִים Et adeps *pinguium*, Jeſ. 1, 11. Cum Suff. מְרִיאֵי בָשָׁן כֻּלָּם *Saginatos* Baſanis omnes, Ezech. 39, 18. מְרִיאֵיכֶם *Pinguium* veſtrorum, Am. 5, 22.

1) Generatim & vi originis notat *elevatum*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *pecus pingue & ſaginatum*, ubi partes carnis elevantur, e. g. oves, boves &c. Jeſ. 1, 11. Am. 5, 22. Confer. 2. Sam. 6, 13. 1. Reg. 1, 9. β) *Metaphoricè* notat *Magnates & potentes hujus mundi*, Ez. 39, 18.

מָרַג *Huc illuc verſavit & volvit*, apud Arabes; Inde deducunt

מוֹרַג m. *Tribula*, quia per totam agri ſuperficiem *huc & illuc verſari* ſolet. לְמוֹרַג חָרוּץ חָדָשׁ In *tribulam* tribulæ recentis, Jeſ. 41, 15. Plural. מוֹרִגִּים *Tribulæ*, 2. Sam. 24, 22. 1. Chron. 21, 23.

מָרַד *Rebellavit*, *Defecit*. Conſtruitur cum Præpos. ב & על. מָרַדְתָּ בִּי *Rebellaſti* adverſus me, 2. Reg. 18, 20. מָרַדְנוּ בוֹ *Rebellavimus*

vimus adverſus eum, Dan. 9, 9. הַעַל הַמֶּלֶךְ אַתֶּם מֹרְדִים Num contra Regem vos *rebellantes* eſtis? Neh. 2, 19. Infin. לִמְרֹד בַּיהוָה *Rebellare* contra Dominum, Joſ. 22, 29. Fut. וַיִּמְרֹד עַל־אֲדֹנָיו Et *rebellavit* contra Dominum ſuum, 2. Chron. 13, 6.

1) In genere notat *rebellare contra ſuperiorem*, & ab eô *deficere*, quicunque etiam ille ſit. 2) Speciatim *α*) notat *rebellare contra Deum*, protervè & malitioſè peccando ab eo deficere, licentioſè ſecundum proprium arbitrium vivere, honorem & obſequium debitum ei negare & alios Deos ſectari &c. Num. 14, 9. Joſ. 16, 18. c. 22, 9. 16. 29. Ezech. 2, 3. c. 20, 38. Dan. 9, 5. β) *Contra hominem*, denegando ei obſequium, Geneſ. 14, 4. 2. Chron. 13, 6. 2. Reg. 18, 1. 36. c. 24, 1. Neh. 9, 26. Jer. 52, 3.

מֶרֶד m. *Rebellio.* Semel occurrit Joſ. 22, 22.

מַרְדּוּת f. *Rebellio.* Saltem legitur 1. Reg. 20, 30.

מָרוּד m. *Planctus*, vide in radice רוּד. Plur. מְרוּדִים *Exules*, ejecti ut rebelles, Jeſ. 58, 7.

מָרָה *Rebellis fuit, Rebellavit.* Conſtruitur cum אֵת & cum Præpoſ. ב. Interdum mutuatur ſignificationem à מִיר, item à מָרַר. מָרָה מָרוּ אֶת־פִּי יְהוָה *Rebellavit* contra os Domini, 1. Reg. 13, 26. Infin. מָרוֹ מָרִיתִי *Rebellando* rebellavi, Thren. 1, 20. Particip. בֵּן־סוֹרֵר וּמוֹרֶה Filius contumax & *rebellus*, Devt. 21, 18. 20. שִׁמְעוּ נָא הַמֹּרִים Audite quæſo *rebelles*, Num. 20, 10. Hiphil הִמְרָה *Rebellavit, Exacerbavit, Mutavit.* הִמְרוּ אֶת־רוּחוֹ *Exacerbarunt* ſpiritum ſuum, Pſalm. 106, 33. Infin. לַמְרוֹת עֶלְיוֹן *Exacerbare* Altiſſimum, Pſalm. 78, 17. pro לְהַמְרוֹת Præformativô ה ob Præfixum ל per Aphæreſin ablatô. וּבְהַמְּרוֹתָם Et in *exacerbare* eos, i. e. dum *exacerbant*, Job. 17, 3. Fut. וַתֶּמֶר Et *mutavit*, Ezech. 5, 6. pro וַתַּמְרֶה, ה per Apocopen reſectô. Sed תַּמֵּר *Exacerbes*, vide in radice מרר. יַמְרוּהוּ *Exacerbarunt* eum, Pſalm. 78, 40.

1) Generatim notat *rebellare, adverſarium*, aut *immorigerum* ſe opponere ei, cui par erat obedire, ſive ſit *Deus*, ſive ſit *homo*. 2) Speciatim *α*) infert *rebellionem* tum *hominis adverſus Deum*, quâ homo ſe ei immorigerum opponit, mandata ejus ſusque deque habet, jugique contumaciâ ſuâ eum graviſſimè offendit, Num. 20, 10. Devt. 1, 26. 43. c. 9, 7. 24. 1. Reg. 13, 21. 26. c. 12, 15. Pſalm. 5, 11. Pſalm. 78, 8. Pſalm. 107, 11. Jeſ. 1, 20. c. 3, 8. c. 50, 5. Jer. 4, 17. c. 5, 23. Thren. 1, 20. c. 3, 42. Ezech. 20, 8. 13. 21. tum *hominis adverſus hominem*, ſe ei adverſarium opponendo & inobedientem, cui par erat obſequi, Devt. 21, 18. 20. Joſ. 1, 18. β) *Exacerbationem* ejus, cui homo vel *contumacem atque immorigerum ſe opponit*, mandata atque monita ipſius proterve ſpernendo, Pſalm. 78, 17. Pſalm. 106, 33. Jeſ. 63, 10. vel *incredulum ſe gerit*, DEI poten-

Digitized by Google

potentiam atque promiſſiones in dubium vocando, Num. 20, 24. coll. v. 12. Num. 27, 14. γ) *Metonym.* notat *mutare*, forte, quia, qui rebellem ſe gerit & immorigerum, *mutare* nititur *alterius dictum, præceptum, fœdus* &c. niſi dicere velis, quod hæc ſignificatio mutuetur à radice מוּר, quæ *mutare* ſignificat, Ezech. 5, 6.

מָרָה *Mara*, vide in מָרַר p. 703.

מוֹרָה f. *Novacula*, à מָרָה *Mutavit* ſic dicta, quia radendo caput vel faciem *mutat*, Jud. 16, 7. c. 13, 5. 1. Sam. 1, 1, 11. Conſtr. מֹרַת vide in radice מָרַר.

מְרִי m. *Rebellio*, Job. 23, 2. Præſente accentu Dominô eſt מֶרִי, Num. 17, 25. Cum Suff. מֶרְיְךָ *Rebellio* tua, Devt. 31, 27.

1) Generatim notat *rebellionem*, quâ quis excuſſâ omni reverentiâ debitâ obſequium denegat ei, cui obedire par erat, mandata atque monita ejus protervè ſpernit, eumque graviſſimè offendit atque exacerbat, ſive ejusmodi rebellio feratur in *Deum*, ſive in *hominem*. 2. Speciatim infert α) *rebellionem & immorigeram* duritiem hominis adverſus *Deum*, Devt. 31, 27. Neh. 9, 17. Job. 23, 2. Jeſ. 30, 9. Ezech. 2, 5. 6. c. 3, 26. 27. c. 12, 2. 3. 9. β) *Rebellionem & repugnantiam malitioſam* adverſus *Deum & Magiſtratum*, Num. 17, 10. Prov. 17, 11.

מְרָתַיִם m. d. *Rebelliones.* Occurrit ſaltem Jer. 50, 21.

מָרַח *Contrivit, Contudit.* Semel legitur in Fut. Jeſ. 38, 21. יִשְׂאוּ דְּבֶלֶת תְּאֵנִים וְיִמְרְחוּ עַל־הַשְּׁחִין Accipient maſſam ficuum & *conterunt* ſuper ulcus, i. e. *contritam imponant ulceri.*

מְרוֹחַ m. *Attritus, Contuſus.* Semel occurrit Lev. 21, 20. מְרוֹחַ אָשֶׁךְ *Attritus* teſte.

מָרַט *Pilos evulſit, Depilavit, Glabravit, Lævigavit, Polivit, Expolivit, Exterſit.* Particip. לְמֹרְטִים *Depilantibus*, Jeſ. 50, 6. Particip. Paul. חֶרֶב הוּחַדָּה וְגַם־מְרוּטָה Gladius exacutus eſt, etiamque *expolitus*, Ezech. 21, 14. 33. וְכָל־כָּתֵף מְרוּטָה Et omnis humerus *depilatus*, Ezech. 29, 18. Infin. לְמָרְטָה Ad *expoliendum*, Ezech. 21, 11. Fut. וָאֶמְרְטָה מִשְּׂעַר רֹאשִׁי וּזְקָנִי Et *evellebam* partem pilorum capitis mei & barbæ meæ, Neh. 9, 3. Niphal נִמְרַט *Depilatus, Glaber factus, Expolitus eſt.* Fut. יִמָּרֵט רֹאשׁוֹ *Glabrum fiet* caput ejus, Lev. 13, 5. Pual מֹרָטָה *Expolitus* eſt, Ez. 21, 15. 16. Particip. נְחֹשֶׁת מְמֹרָט *Æs politum*, 1. Reg. 7, 45.

1) Generatim notare videtur *tollere, removere.* 2) Speciatim α) notat *pilos tollere, evellere*, & ſic *glabrare, deglabrare, glabrum reddere, pilos evellendo*, Lev. 13, 40, 41. Eſr. 9, 3. β) *Polire, expolire æs* vel *ferrum*, ab eo æruginem *removendo.* Ita 1. Reg. 7, 45. dicitur de *ære* ab omni ærugine & ſcoria purgato, Ezech. 21, 14. 15. 16. 33. dicitur de *gladio*, qui ſublatâ ærugine polita eſt, & fulgore ſuo homines terret.

Digitized by Google

מָרַץ In Kal non occurrit; Niphal נִמְרַץ *Roboratus, Vehemens, Validus, Acris eſt.* מַה־נִּמְרְצוּ אִמְרֵי יֹשֶׁר Quàm *acria ſunt? quid duritiei habent* verba rectitudinis? Job. 6, 25. Particip. חֶבֶל נִמְרָץ Perditio *acris, vehemens*, Mich. 2, 10. Fœm. קְלָלָה נִמְרֶצֶת Maledictio *acris, vehemens*, 1. Reg. 2, 8. Hiphil Fut. מַה־יַּמְרִיצְךָ כִּי תַעֲנֶה Quid *cogit* te, quod reſpondeas? Quid *urget* te adeò, ut tacere non poſſis, ſed reſpondeas? Job. 16, 3. Aben-Eſra ſic exponit: *Quis erit te fortior, cogetque te, ut reſpondeas?* Sæpius non legitur.

מָרַק *Terſit, Abſterſit, Expolivit, Defæcavit, Purgavit.* נְחֹשֶׁת מָרוּק Æs *politum*, 2. Chron. 4, 16. Imperat. מִרְקוּ הָרְמָחִים *Expolite* lanceas, Jer. 46, 4. Pual וּמֹרַק Et *detergetur.* Præterea non legitur.

מָרָק m. *Jus, Juſculum?* eine reine abgeſchäumte Brüh-Suppe. Legitur ſaltem Jud. 6, 19. 20.

מְרוּקִים m. pl. *Mundationes.* Semel legitur cum Suffixo יְמֵי מְרוּקֵיהֶן Dies *mundationum* ipſorum, Eſth. 2, 12.

תַּמְרוּק m. *Mundatio; Abſterſio*, Prov. 20, 30. juxta קרי; Sed juxta כתיב eſt תַּמְרִיק formæ תַּלְמִיד *Diſcipulus*, 1. Chron. 25, 8. In Statu Conſtr. וּבְתַמְרוּקֵי הַנָּשִׁים Et *mundationibus* mulierum, Eſth. 2, 12. Cum Suff. תַּמְרוּקֶיהָ *Mundationes*, vel *mundum* ejus, Eſth. 2, 9. תַּמְרֻקֵיהֶן *Mundum* earum, Eſth. 2, 3. Præterea non occurrit.

מָרַר *Amarus fuit.* מַר לִי מִכֶּם *Amarum* mihi eſt præ vobis, Ruth. 1, 13. מָרָה נֶפֶשׁ כָּל־הָעָם *Amarus, exacerbatus erat* animus totius populi, 1. Sam. 30, 6. Niphal נִמַּר *Amarus factus eſt.* Fut. יֵמַר שֵׁכָר לְשֹׁתָיו *Amara erit* ſicera bibentibus eam, Jeſ. 24, 9. pro יִמַּר, Dageſch forti citra neceſſitatem excidente, & vocali præcedente brevi in longam elevatâ, perinde ut in אֵקַל *vilis videor*, vel *contemnor*, Gen. 16, 5. ex קָלַל. Piel מֵרַר *Amarum fecit* vel *reddidit*, Fut. אֲמָרֵר בַּבֶּכִי *Amare me geram* in fletu, Jeſ. 22, 4. וַיְמָרְרוּ אֶת־חַיֵּיהֶם Et *amaram reddiderunt* vitam eorum, Exod. 1, 14. וַיְמָרֲרֻהוּ *Amarum quidem faciunt*, vel *exacerbabunt* eum, Gen. 49, 23. Hiphil הֵמַר *Amarum fecit, reddidit, amaritudine affecit, Exacerbavit, amarè geſſit ſe, Planxit*, כִּי הֵמַר שַׁדַּי לִי Quia *amaram reddidit* omnipotens me, Ruth. 1, 20. וְשַׁדַּי הֵמַר נַפְשִׁי Et omnipotens *amaritudine affecit* animam meam, Job. 27, 2. Infin. וְהָמֵר עָלָיו כְּהָמֵר עַל־הַבְּכוֹר Et *acerbè plangant, lugeant ſuper eô, ſecundum acerbè plangere, lugere*, i.e. *ſicut acerbè plangunt*, lugent ſuper primogenito, Zach. 12, 10. Fut. אַל־תַּמֵּר בּוֹ *Exacerbes* eum, Ex. 23, 21. Secunda radicalis abjecta more Chaldæorum compenſata eſt in literâ abjectam præcedente. Hithpael Fut.¹) וַיִּתְמַרְמַר Et *exacerbatus* fuit, Dan. 8, 7. וְיִתְמַרְמַר מֶלֶךְ Et *exacerbabitur* Rex, Dan. 11, 11.

1) Gene-

1) Generatim notat *amarum eſſe.* 2) Speciatim *α) propriè* eſt *guſtûs*, diciturque de *rebus*, quæ *amara*, & ob amaritudinem ſuam guſtui ingratæ ſunt, ceu colligi poteſt ex Jeſ. 24, 9. Utplurimum tamen β) legitur *Metaphoricè*, deſignans 1) *calamitates & miſerias magnas, mœroresque ingentes*, quibus homo afficitur, & obruitur, Exod. 1, 14. Ruth. 1, 20. Job. 27, 2. Zach. 12, 10. 2) *Iram, & animi exacerbationem*, Gen. 49, 23. 1. Sam. 30, 6. Dan. 8, 7. Dan. 11, 11. Conf. Exod. 23, 21.

מַר m. *Amarus*, item *Amaritudo*. אִישׁ מַר נֶפֶשׁ Vir *amarus*, *afflictus* animo, 1. Sam. 22, 2. מַר הַמָּוֶת *Amaritudo* mortis, 1. Sam. 15, 32. מַלְאֲכֵי שָׁלוֹם מַר יִבְכָּיוּן Angeli pacis *amarè* flent, Jeſ. 33, 7. בְּמַר נַפְשִׁי In *amaritudine* animæ meæ, Job. 7, 11. Plural. מָרִים *Amari*, Exod. 15, 23. In Statu Conſtr. אֲנָשִׁים מָרֵי נֶפֶשׁ Viri *amari* animo, Jud. 18, 25. Fœm. מָרָה *Amara*. נַפְשָׁהּ מָרָה לָהּ Anima ejus *amara* ei eſt, 2. Sam. 4, 27. In Stat. Conſt. וְהִיא מָרַת נָפֶשׁ Illa itaque erat *amara*, *perturbata* animo, 1. Sam. 1, 10.

1) Generatim *amaritudinem* dicit 2) ſpeciatim *α) propriè* tribuitur *rebus*, quæ amaræ ſunt, e. g. aquæ, Exod. 15, 23. Num. 5, 18, 19. 23. 24. 2) Per *Metaphoram* innuit *α) inſignem mœrorem* atque *triſtitiam*, quâ animus hominis obrutus eſt, 1. Sam. 1, 10. c. 22, 2. 2. Reg. 4, 27. 2. Reg. 4, 27. Job. 3, 19. c. 7, 11. c. 21, 25. Prov. 31, 6. Jeſ. 38, 15. 17. Ezech. 27, 11. Thren. 1, 4. Am. 8, 10. β) *Iram* & *acerbitatem animi*, Jud. 18, 8. 2. Sam. 17, 8. γ) *Crudelitatem*, Hab. 1, 6. δ) *Pernicioſitatem*, Pſal. 64, 4. Prov. 5, 4. Jer. 2, 19.

מֹר m. *Myrrha*, ab *amaritudine* ſic dicta, Pſal. 45, 9. Cum Suffixo מוֹרִי *Myrrha* mea, Cant. 5, 1.

1) Generatim notat *myrrham.* 2) Speciatim *α) propriè* notat *arbuſculam*, quæ in Arabia naſcitur, 5. cubitos alta, non ſine ſpina, caudice duro & intorto, cujus cortice inciſo defluit lacryma, quæ & ipſa myrrha vocatur; folium à Plinio perhibetur eſſe ſicut olivæ, ſed criſpius, ſapore juniperi. Vid. Plin. lib. 13. c. 15. 16. Confer. Cant. 1, 13. β) *Tropicè* 1) *Metonymicè* deſignat a) *aromatis præſtantiſſimi genus*, cujus uſus erat in præparatione unguenti ſacri, Exod. 30, 27. Aliàs ejus mentio fit, Pſal. 45, 9. Prov. 7, 16. b) *Unguentum* ex myrrhâ paratum pretioſiſſimum, Eſth. 2, 14. 2) *Metaphoricè α)* eſt Symbolum *acerbiſſimarum paſſionum & amariſſimorum dolorum Chriſti*, Cant. 1, 13, c. 4, 6. β) Deſignat *mortificationem carnis*, qua Sponſa Chriſti ejus illecebris & voluptatibus reſiſtit, Cant. 3, 5. c. 4, 14. c. 5, 1.

מָרָה f. *Mara*; ſonans *amaram*. Eſt nomen *α) Naemi*, quod illa marito & filiis privata ſibi imponi volebat, Ruth. 1, 20. β) *Stationis Iſraelitarum prima* poſt tranſitum per mare rubrum, aquis amaris nobilitatæ, Exod. 15, 23.

מֶמֶר m. *Amaritudo.* Semel legitur, Prov. 17, 25. & deſignat *ingentem mœrorem & triſtitiam.*

מְרִירוּת f. *Amaritudo*, Saltem occurrit, Ezech. 21, 11. & deſignat *ingentem mœrorem & triſtitiam.*

מְרֵרָה f. *Fel*, ab *amaritudine* nomen trahens. In Statu Conſtr. מְרֹרַת פְּתָנִים *Fel* aſpidum, Job. 20, 14. Cum Suff. מִמְּרֹרָתוֹ E *felle* ejus, Job. 20, 25.

מְרֹרָה f. *Fel*, ab *amaritudine* nomen ducens. Cum Suff. מְרֵרָתִי *Fel* meum, Job. 16, 13.

מְרִירִי m. *Amarus.* קֶטֶב מְרִירִי Excidio *amaro*, i. e. *triſti*, Devt. 32, 24. In Plur. Stat. Conſtr. כִּמְרִירֵי יוֹם Tanquam *amaritudines* diei, i. e. dies valde *amarus*, admodum triſtis, Job. 3, 5.

מְרֹרִים m. pl. *Amaritudines, Res amaræ, Amara.* עַל מַצּוֹת וּמְרֹרִים יֹאכְלֻהוּ Cum azymis & *amaritudinibus* comedent illud, Devt. 9, 11. Confer Exod. 12, 8. הִשְׂבִּיעַנִי בַמְּרֹרִים Satiavit me *amaritudinibus*, Thren. 3, 15. Fœm. אַשְׁכְּלֹת מְרֹרֹת Botri *amaritudinum*, Devt. 32, 32. תִכְתֹּב עָלַי מְרֹרוֹת Scribis ſuper me *amaritudines*, i. e. *Dolores amariſſimos, plagasque acerbiſſimas* mihi quaſi inſculpis ſeu ſtilo inſculpis, ut deleri nequeant, h. e. nullam intermiſſionem habeant, Job. 13, 26. Præterea non occurrit.

מַמְּרֹרִים m. pl. *Res amaræ.* Occurrit ſaltem, Job. 9, 18.

תַּמְרוּרִים m. pl. *Amaritudines.* מִסְפַּד תַּמְרוּרִים Planctus *amaritudinum* i. e. amariſſimus, Jer. 6, 26. בְּכִי תַמְרוּרִים Fletus *amaritudinum* i. e. amariſſimus, Jer. 15. הִכְעִיס אֶפְרַיִם תַּמְרוּרִים Provocavit Ephraim ad iram cum *amaritudinibus*, Hoſ. 12, 15. Huc referunt quidam illud, Jerem. 31, 21. Sed diſſentit Seb. Schmidius, per תַּמְרוּרִים intelligens *columnas*, voce deducta à תָּמָר *Palma.* Præterea non occurrit.

מָשָׁה *Extraxit.* מְשִׁיתִהוּ *Extraxi* eum, Exod. 2, 10. Hiphil הִמְשָׁה *Extraxit.* Fut. יַמְשֵׁנִי מִמַּיִם רַבִּים *Extrahit* me ex aquis multis, h. e. ex ſummis calamitatibus, & immaniſſimorum hoſtium vitæ meæ undique inſidiantium turbis ſummè tumultuantibus, Pſal. 18, 17. 2. Sam. 22, 17.

מֹשֶׁה *Moſes*, Dux populi Iſraelitici, ſic dictus, quia ex aquis *extractus* & à mortis periculo præſentiſſimo liberatus fuit, Exod. 2, 10. Aſt Fl. Joſephus ex Ægyptiorum linguâ Moſis deducit nomen. Ita enim Antiq. Jud. l. 2. c. 5. Deinde ei appellationem hanc ex eo, quod contigerat, impoſuerunt in lumen delapſo. Τὸ γὰρ ὕδωρ μῶ οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὕσης δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας. Nam *aquam μῶ* Ægyptii vocant, *ὕσης* verò *ex aquâ ſervatos.* Combinata ergò utrorumque appellatione, hanc impoſuerunt. Joſepho accedit Philo in vita Moſis lib. 1. p. 605. Athanaſius Kircherus, in prodrom. Copt. p. 135. Joh. Clericus in Exod. 2.

Digitized by Google

מֶשִׁי m. *Sericum*, fortè à *ſubtilitate* ſic dictum, quod protrahatur & rarum ſit; Ezech. 16, 10. 13.

מָשַׁח *Unxit.* מָשַׁח אֹתוֹ *Unxit* eum, Num. 35, 25. מְשָׁחוֹ *Unxit* eum, 2. Chron. 22, 7. מְשַׁחְתִּיו *Unxi* eum, Pſal. 89, 21. Particip. Paul מָשׁוּחַ *Unctus*, 2. Sam. 3, 39. Infin. לִמְשֹׁחַ Ad *ungendum*, Jud. 9, 8. Fut. תִּמְשַׁח לְמֶלֶךְ עַל־יִשְׂרָאֵל *Unges* in Regem ſuper Iſrael, 1. Reg. 19, 16. Niphal נִמְשַׁח *Unctus fuit*, 1. Chron. 14, 8. Infin. בְּיוֹם הִמָּשַׁח אֹתוֹ In die, quô *ungetur* ille, Lev. 6, 13.

1) Generatim notat *ungere*, ſive *ſubjectum ungendum* ſit *perſona*, ſive *res*. Hinc 2) Speciatim α) deſignat *unctionem* ſeu *conſecrationem* perſonæ, ad *munus* vel *officium* aliquod obeundum. Ita dicitur a) de *Chriſto*, qui *ungendo* gratioſiſſimis atque infinitis Spiritûs S. donis inſtructus atque ad officium Meſſiæ inauguratus fuit, Pſ. 45, 8. Jeſ. 61, 1. b) De *Regibus*, qui ad munus regium ſolenni unctione inaugurati fuerunt, 1. Sam. 9, 17. c. 15, 17. 2. Sam. 12, 7. 1. Reg. 1, 45. 2. Reg. 9, 3. 12. c. 23. 30. 1. Chron. 11, 3. c. 29, 22. c) De *Sacerdotibus* V. T. qui ad munus Sacerdotale obeundum unctione divinitus mandatâ inaugurati fuerunt, Exod. 28, 21. c. 29, 7. d) De *Prophetis*, 1. Reg. 19, 16. β) Denotat *unctionem vel conſecrationem rei alicujus*, e. g. *Statuæ*, Gen. 31, 13. *altaris*, Exod. 29, 36. c. 40, 10. Lev. 8, 11. γ) *Metalepticè* notat *pingere*, forte, quia pictor rem aliquam picturus, manum ſuper ea trahit, vel ducit, prout in unctione fieri ſolet, Jer. 22, 14.

מָשִׁיחַ m. *Unctus*. מָגֵן שָׁאוּל בְּלִי מָשִׁיחַ בַּשָּׁמֶן Clypeus Saulis, quaſi non *unctus* fuiſſet oleo, 2. Sam. 1, 21. In Statu Conſtructo מְשִׁיחַ יְהוָה הוּא *Unctus* Domini eſt, 1. Sam. 24, 6. Cum Suff. מְשִׁיחוֹ *Unctus* ejus, 1. Sam. 12, 5.

1) Generatim notat *unctum*, ſive ſubjectum ungendum ſit *perſona*, ſive *res*. Unde 2) ſpeciatim in ſcriptura α) tribuitur *perſonis*, nimirum 1) *Meſſiæ*, qui ad munus ſuum unctus dicitur, quando peculiaribus Spiritûs S. donis præ Conſortibus ſuis exornatus fuit, Pſalm. 2, 2. 2) *Summo Sacerdoti*, Lev. 4, 3. c. 6, 15. 3) *Regibus*, ut Sauli, 1. Sam. 24, 6. 10. c. 26, 9. 2. Sam. 1, 14. 16. Davidi, 2. Sam. 19, 22. Coreſo, Jeſ. 45, 1. 4) *Prophetis*, Pſ. 105, 15. 1. Chron. 16, 22. β) *Rei*, ut clypeo, 2. Sam. 1, 21.

מִמְשַׁח m. *Unctus*. Semel legitur Ezech. 28, 14. מִמְשַׁח הַסּוֹכֵךְ *Unctus* tegminis, i. e. ut ſis tegmen.

מִשְׁחָה f. *Unctio*, Exod. 25, 10. In Statu Conſtr. מִשְׁחַת קֹדֶשׁ *Unctio* ſanctitatis, i. e. ſacra, Exod. 30, 15.

1) Generatim notat *unctionem* ſeu *conſecrationem* ſive *perſonæ*, ſive *rei*. 2) Speciatim α) dicitur de *unctione perſonæ* ad aliquod officium obeundum, Exod. 29, 7. 21. Lev. 7, 35. β) *Rei*, Exod. 40, 9. Lev. 18, 10.

מָשְׁחָה f. *Unctio*. Semel occurrit cum Suff. מָשְׁחָתָם *Unctio* eorum, Ex. 40, 15.

מָשַׁךְ *Traxit, Extraxit, Protraxit.* מָשַׁךְ בַּקֶּשֶׁת *Traxit* arcum, 1. Reg. 22, 34. וּמָשַׁךְ אַבִּירִים בְּכֹחוֹ Et *trahit* validos robore ſuo, Job. 24, 22. מְשַׁכְתִּיךְ חָסֶד *Traxi* te per miſericordiam, Jer. 31, 3. הוֹי מֹשְׁכֵי הֶעָוֹן בְּחַבְלֵי הַשָּׁוְא Væ *trahentibus* iniquitatem funibus vanitatis, Jeſ. 5, 18. Infin. לִמְשׁוֹךְ Ad *protrahendum*, Eccl. 2, 3. Fut. אֶמְשְׁכֵם *Traham* eos, Hoſ. 11, 4. Imp. מְשֹׁךְ חַסְדְּךָ לְיֹדְעֶיךָ *Protende* benignitatem tuam erga cognoſcentes te, Pſalm. 36, 11. Niphal נִמְשַׁךְ *Tractus, Protractus eſt.* Fut. לֹא תִמָּשֵׁךְ עוֹד Non *protrahetur* amplius, Ezech. 12, 25. 28. יָמֶיהָ לֹא יִמָּשֵׁכוּ Dies ejus non *protrahentur*, Jeſ. 13, 22. Pual Particip. עַם מְמֻשָּׁךְ Populus *diſtractus*, Jeſ. 18, 7. Fœm. תּוֹחֶלֶת מְמֻשָּׁכָה Spes *protracta*, Prov. 13, 12.

1) Generatim notat *trahere*, ſive *phyſicè*, ſive *moraliter*, ſive *vi quadam externa*, ſive *non*, ſive *in longitudinem rei*, ſive *temporis*, ſive connotetur terminus *à quo*, ſive *per quem*, ſive *ad quem*. 2) Speciatim α) notat ſimpliciter *trahere*, prout trahitur *ſtilus ſcriptorius*, Jud. 5, 14. *ſtella*, ut certum motum ſervet, Job. 39, 31. β) Involvit *tractionem*, quæ fit *vi quadam externa*, prout arcus, quum tenditur, trahi dicitur, 1. Reg. 22, 34. 2. Chron. 18, 33. Jeſ. 66, 29. Leviathan, qui hamo trahitur, Job. 40, 25. miſer, quem impius vi in rete ſuum trahit, Pſalm. 10, 9. Huc refer, quando *Deus tractione tremenda trahere* dicitur *impios ad ſupplicium & excidium*, Job. 24, 22. Ezech. 32, 26. Unde David Pſalm. 28, 39. orat, ne cum impiis trahatur ad paria ſupplicia & excidia. γ) Valet *extrahere*, connotatô terminô *à quo*, unde fit extractio, Gen. 37, 28. Jer. 38, 13. δ) Notat *protrahere*, involvens *extenſionem*, *protractionem*, *continuationem* atque *prorogationem* tùm *rei*, tum *temporis*. Ita dicitur de extenſione manûs propinantium, Hoſ. 7, 5. de extenſione & continuatione *gratiæ divinæ*, ut ſit prolixior, ac diuturna, nec unquam ejus ſiſtatur fluxus, Pſalm. 36, 11. Confer. Pſalm. 109, 12. de protractione & continuatione *iræ divinæ*, Pſal. 85, 6. de prorogatione *temporis*, Neh. 9, 30. Jeſ. 13, 12. de prorogatione & dilatione rei in tempore exituræ, Ez. 12, 25. 28. ſpei, Prov. 13, 12. Hûc ſuô modô referri poteſt illud Jeſ. 5, 18. ubi improbi homines *iniquitatem trahere*, i. e. ſubinde patrare & continuare dicuntur funibus vanitatis; ita, ut, prout res graviores funibus trahi ſolent, ita improbi homines velut per funes iniquitatem ſemper poſt ſe trahunt, continuant, nec de ea ſeriam pœnitentiam agunt. ε) Involvit *tractionem moralem*, notans vel *occultò impetu aliquem impellere*, quò velis, Jud. 4, 7. vel *verbis atque rationibus aliquem in ſuas partes trahere*, quò libet, Jud. 4, 6. *Deo* tributum Cant. 1, 4. Jer. 31, 4. Hoſ. 11, 4. deſignat *voluntatis à Deo averſæ benevolam flexionem* per verbum revelatum aut prædicatum.

נְשָׂא מֶשֶׁךְ מֶשֶׁךְ m. *Tractio*, *Tractus* temporis, *Dilatio*, *ſpatium*. וּמֶשֶׁךְ הַזָּרַע Portans *tractionem* vel *jactum* ſeminis, Pſalm. 126, 5. חָכְמָה מִפְּנִינִים Et *tractio* ſapientiæ præ margaritis, i.e. electio ſapientiæ præ margaritis. *Eligendo* enim rem ex pluribus ad nos trahimus, Job. 28, 18. גַּרְתִּי מֶשֶׁךְ *Peregrinus* tamdiu, juxta Iunium, Pſalm. 120, 5. qui vocem hanc pro *diuturnitate*, vel *aliquò temporis tractu*, ac *ſpatio* accipit. Sed Geiero notat *gentem planè barbaram moribus efferam*, quia in ſequente hemiſtichio קדר mentio fit.

מָשַׁל *Poteſtatem habuit*, *Dominatus eſt*, *Dominium habuit* vel *exercuit*. Hac in ſignificatione conſtruitur intercedentibus particulis עַל & ב, item *pambolicè locutus eſt*, *pambolis* vel *proverbiis uſus eſt*. וּמָשַׁל עַל־ כִּסְאוֹ Et *regnabit*, *dominabitur* ſuper ſoliô ſuo, Zach. 6, 13. וּמָשַׁלְתָּ בְּגוֹיִם רַבִּים Et *dominaberis* in gentes multas, Devt. 15, 6. Infin. אִם מָשׁוֹל תִּמְשֹׁל בָּנוּ Num *dominando dominaberis* in nos, Gen. 37, 8. וּבִמְשֹׁל רָשָׁע יֵאָנַח עָם Quum autem *dominatur* impius, gemet populus, Prov. 29, 2. Fut. לֹא אֶמְשֹׁל בָּכֶם Non *dominabor* in vos, Jud. 8, 23. יִמְשֹׁל לֵאמֹר *Pambolâ utetur* dicendo, Ez. 16, 44. Niphal נִמְשַׁל *Similis factus eſt*, *Aſſimilatus eſt*. נִמְשַׁל כַּבְּהֵמוֹת *Aſſimilatus* eſt ſicut beſtiæ, i. e. beſtiis, Pſalm. 49, 13. 21. אֵלֵינוּ נִמְשָׁלְתָּ Nobis aſſimilatus es, Jeſ. 14, 10. וְנִמְשַׁלְתִּי עִם יֹרְדֵי בוֹר Et *ſimilis fiam* deſcendentibus in foveam, Pſalm. 28, 1. Pſalm. 143, 7. Piel מְשַׁל *Pambolicè locutus eſt*. Particip. מְמַשֵּׁל *Parabolicè loquens*, Ezech. 20, 49. Hiphil הִמְשִׁיל *Dominari fecit*, *Dominatorem conſtituit*; *Compamvit*, *Aſſimilavit*. וְהִמְשִׁילָם בָּרַבִּים Et *dominari eos facitt* in multos, Dan. 11, 39. Infin. הַמְשֵׁל וָפַחַד *Dominari* & formido, i. e. dominatus formidabilis, Job. 25, 2. Infinitivus per Enallagen ponitur locô nominis, & ו negligitur, poſteriori nomine in Genitivum verſo, ut ſit *dominatus formidinis*. Sed quia in tali conſtructione poſterius nomen in Genitivô efferendum commodiſſimè *adjectivè* verti poteſt, hinc redditur: *Dominatus formidabilis*. Fut. תַּמְשִׁילֵהוּ *Dominari facies* eum, Pſalm. 8, 7. וְתַמְשִׁלוּנִי Et *comparabitis* me, Jeſ. 46, 5. Hithpael Fut. וָאֶתְמַשֵּׁל Et *ſimilis factus* ſum, Job. 30, 19.

1) Generatim notat jus, auctoritatem & poteſtatem habere, ſive in rem, ſive in perſonam, quacunque ratione id fiat. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *dominari*, & א) κατ' ἐξοχὴν tribuitur *Deo*, cujus *imperium* eſt *abſolutum* ac *univerſale*, extenditque ſe tàm ad inanimata, e. g. mare, fluvios, &c. quàm ad animata e. g. homines, bruta &c. 1. Chron. 29, 11. 2. Chron. 20, 6. Pſalm. 22, 7. Pſalm. 66, 7. Pſalm. 89, 10. Pſalm. 59, 14. Jeſ. 63, 19. β) *Chriſto* θεανθρώπῳ, cui imperium iſtud univerſale ſecundum divinam naturam *per ſe*, ſecundum humanam autem naturam *communicativè* competit, Pſal. 8, 7. Jer. 30, 21. Mich. 5, 1. Zach. 9, 10. ב) Secundariò & dependenter tribuitur *Homini*, auctoritatem cum imperio, quacunque etiam

tem, diciturque tum de *Deo*, Pſalm. 59, 14. *Chriſtoque* θεανθρώπῳ, Mich. 5, 1. tum de *hominibus*, Prov. 29, 26. Eccl. 9, 17. Jer. 51, 46. Vide ſupra radicem.

מִמְשָׁל m. *Dominium*, *Dominatio*. וּמָשַׁל מִמְשָׁל רַב Qui dominabitur *dominio* amplo, Dan. 11, 3. מִמְשָׁל רַב מֶמְשַׁלְתּוֹ *Dominium* amplum erit dominium ejus, Dan. 11, 5. Plur. מִמְשָׁלִים *Dominia*, i. e. *Dominatores*, *Præſides*, 1. Chron. 26. 6. Præterea non legitur.

מֶמְשָׁלָה f. *Dominium*, *Dominatus*, *Dominatio*, *Præfectum*, *Ditio*. וּבָאָה הַמֶּמְשָׁלָה הָרִאשֹׁנָה Et redibit *regnum* prius, Mich. 4, 8. In Statu Conſtructo & accedente Suffixo adhibetur מֶמְשֶׁלֶת ut לְמֶמְשֶׁלֶת הַיּוֹם In *dominium* diei, Gen. 1, 16. Cum Suffixo בְּכָל־אֶרֶץ מֶמְשַׁלְתּוֹ In omni terra dominii ſui, 1. Reg. 9, 19. Plur. לְמֶמְשְׁלוֹת בַּלָּיְלָה In *dominia* noctis, Pſalm. 136, 9. Cum Suff. מַמְשְׁלוֹתָיו *Dominia* ejus, Pſ. 114, 2.

1) Generatim infert ἐξουσίαν, *poteſtatem*, *jus & auctoritatem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *Dominium*. Ita κατ' ἐξοχὴν competit *Deo*, cujus dominium abſolutum, ſummum & univerſale, Pſalm. 103, 22. *Meſſiæ*, cujus dominium eſt in univerſum orbem, Mich. 4, 8. *Secundariò & dependenter* autem competit *hominibus*, 1. Reg. 9, 19. 2. Chr. 8, 6. Jer. 51, 28. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* tribuitur *ſoli & lunæ*, Gen. 1, 16. Pſalm. 136, 8. 9. 2) per *Metonymiam* deſignat *a*) *objectum dominii*, Pſal. 104, 2. *b*) *Inſtrumenta regiæ dignitatis*, ſive ad majeſtatem, ſive ad vires faciant, 2. Chron. 32, 9.

מָשַׁק *Vomuit meliores pabuli partes & ſic locum derelictum fecit*, apud Arabes

מִמְשַׁק m. *Derelictio*, *locus derelictus*; ſed Coccejo notat *diſcurſationem*. Semel legitur in Statu Conſtr. מִמְשַׁק חָרוּל *Locus derelictus* urticæ, Zeph. 2, 9. Juxta Coccejum *Diſcurſatio urticæ*, quia *urtica* ſolet *diſcurſare*, um ſich zu lauffen.

מֶשֶׁק m. *Diſcurſitatio*, item מַשָּׁק *Diſcurſio*, vide infra in radice שָׁקַק.

מָשַׁשׁ *Palpavit*, *Contrectavit*. Fut. גְּשָׁה נָּא וַאֲמֻשְׁךָ בְּנִי Accede quæſo, ut *contrectem* te, mi fili, Gen. 27, 21. יְמֻשֵּׁנִי *Palpabit* me, Gen. 27, 12. Piel מִשֵּׁשׁ *Contrectavit*, *Palpavit*. מִשַּׁשְׁתָּ אֶת־כָּל־כֵּלַי *Contrectaſti* omnia vaſa mea, i. e. totum ſupellectilem meum, Gen. 31, 37. Partic. וְהָיִיתָ מְמַשֵּׁשׁ בַּצָּהֳרַיִם כַּאֲשֶׁר יְמַשֵּׁשׁ הָעִוֵּר בָּאֲפֵלָה Et eris *palpans* in meridie, ſicut *palpat* cœcus in caligine, Devt. 28, 29. Vid. Job. 5, 14. c. 12, 25. Hiphil. Fut. וְיָמֵשׁ חֹשֶׁךְ Et *palpabit* quis tenebras, Exod. 10, 21. Cætera vide in מוּשׁ.

מֶתֶג m. *Frenum*, Prov. 26, 3. Cum Suff. וּמִתְגִּי Et *frenum* meum, 2. Reg. 19, 28.

1) Ge-

1) Generatim notat *frenum*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *inſtrumentum*, brutorum ori indi vel circumponi ſolitum, quo coercentur & diriguntur, Prov. 26, 3. Confer. Pſalm. 32, 9. *β*) *Metaphoricè* denotat *coercitionis medium durius*. Ita adhibetur, 2. Reg. 19, 28. Jeſ. 37, 29. ubi infert violentiæ hoſtium potentiſſimam inhibitionem coercitionem atque averruncationem. Confer. Pſalm. 32, 9. ubi translatione ad peccatores factâ, innuit *duriora coercendi media*, quibus præfracti peccatores vel inviti ad ſaniorem animum reducuntur, & à peccatorum via abſtrahuntur.

מתה Radix ignota in ſacris. Inde legitur.

מְתִים m. pl. *Homines*. מֵעִיר מְתִים יִנְאָקוּ Ex urbe *homines* gemunt, Job. 24, 12. בַּדֶּיךָ מְתִים יַחֲרִישׁוּ Mendacia tua *homines* tacebunt? Job. 11, 3. In Statu Conſtr. מְתֵי מִסְפָּר *Homines* numeri, i. e. pauci, quorum numerus facili negotiô & levi curâ iniri poteſt, Gen. 34, 30. מְתֵי רָעָב *Homines* famis, i. e. famelici, Jeſ. 5, 13. מְתֵי־שָׁוְא *Homines* vanitatis, i. e. vani, vanitate excellentes, Job. 11, 11. מְתֵי סוֹדִי *Homines* ſecreti mei, i. e. amici intimi mei, qui ad res meas arcanas & ſecretiora conſilia adhibentur, Job. 19, 19. וִיהִי מְתָיו מִסְפָּר Erit tamen *homines* ejus numerus, i. e. erunt pauci, Devt. 33, 6.

1) Generatim notant *homines* cujusjunque ſexûs, Gen. 34, 30. Job. 11, 11. c. 31, 31. Pſalm. 26, 4. 2) Speciatim ponitur pro *viris*, Devt. 2, 34. ubi fœminæ & parvuli ipſis allociantur.

מְתֹם m. *Homo*. Saltem legitur Jud. 20, 48. מֵעִיר מְתֹם Ab urbe *hominis*, i. e. ab hominibus urbis, per Hypallagen.

מָתַח *Extendit*. Semel occurrit. Fut. וַיִּמְתָּחֵם Et *extendit* eos, Jeſ. 40, 22.

אַמְתַּחַת f. *Saccus*, ita dictus, quod implendo *extendatur*. בְּפִי אַמְתַּחַת In ore *ſacci*, Gen. 44, 2. Cum Suff. בְּאַמְתַּחְתִּי In *ſaccô* meô, Gen. 42, 28. Plural. in Statu Conſtr. אַמְתְּחֹת הָאֲנָשִׁים *Sacci* Virorum, Gen. 44, 1. Cum Suff. אַמְתְּחֹתֵינוּ *Sacci* noſtri, Gen. 43, 21.

מָתַי ex מָה & עֵת Conflatum, quærit de *tempore*, notans *quando? quo tempore? quum, quousque, usque quò?* מָתַי אֶעֱשֶׂה גַם־אָנֹכִי לְבֵיתִי *Quando* operabor etiam ego pro familiâ mea? Gen. 30, 30. עַד־מָתַי *Quousque?* Pſalm. 6, 4. Prov. 1, 21. Pſalm. 74, 16. Pſalm. 80, 5. אַחֲרֵי מָתַי עֹד Poſt *quantum temporis* adhuc? Jer. 13, 27. לְמָתַי In *quod tempus*, Exod. 8, 5. מָתַי יָמוּת *Quando* morietur? Pſalm. 41, 6. מָתַי אָקוּם *Quando* ſurgam? Job. 7, 4.

מָתַן *Expectavit* apud Chaldæos; *Firmus fuit* apud Arabes. Inde eſt

מָתְנַיִם m. d. *Lumbi*, à *firmitate & robore* ſic dicti; niſi *expectandi* notio arrideat, habitô reſpectu ad verba Salvatoris, Luc. 12, 35. 36. וְחַלְחָלָה בְּכָל־מָתְנַיִם Et graviſſimus dolor in omnibus *lumbis*, Nah. 2, 11.

Digitized by Google

2, 11. In Statu Conſtr. מָתְנֵי אִישׁ *Lumbi* Viri, Jer. 13, 11. מָלְאוּ מָתְנַי חַלְחָלָה Impleti ſunt *lumbi mei dolore graviſſimô*, maximo, Jeſ. 21, 3. Cum Suff. נָשִׂימָה נָּא שַׂקִּים בְּמָתְנֵינוּ Ponamus, quæſo, ſaccos in *lumbis* noſtris, 1. Reg. 20, 31. מָתְנָיו *Lumbi* ejus, Dan. 10, 5.

1) Generatim notat *lumbos*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *carnoſam circa ſpinam dorſi partem*, quinque inferiores vertebras atque ſub his renes complectentem, Gen. 37, 34. 1. Reg. 20, 32. 2. Reg. 4, 29. c. 9, 1. &c. β) Quia in lumbis *robur* ac *virtus* corporis eſt, juxta Job. 40, 11. unde apud profanos *delumbati* dicuntur, qui ita *debilitati* ſunt, ut ad obeundum laborem vel negotium aliquod inhabiles ſint, vix trahentes lumbos; hinc *Metonymicè* quandoque notare dicunt *ipſum robur*, Pſalm. 69, 24. Jeſ. 45, 1. Aſt *cinctura lumborum*, Jeſ. 11, 5. notat *fidelem & alacrem officii Meſſiæ expeditionem*. Viam enim ingreſſuri, laborem expedituri aut certamen ſubituri *lumbos cingunt*, ut vires corporis colligant & confirment ad ſtrenuè currendum, laborandum vel pugnandum, 1. Reg. 18, 46. Prov. 31, 17. Jer. 1, 17.

מָתַק *Dulce, Svave eſt, Dulceſcit.* Oppoſitum ejus eſt מָרַר *Amarus fuit.* מְתָקוֹ רִמָּה *Svavis ipſi* eſt vermis i.e. ſvavis eſt ipſi mors, etiamſi vermibus eſca fiat, Job. 24, 2. מָתְקוּ לוֹ רִגְבֵי נָחַל *Svaves* ipſi ſunt glebæ vallis, Job. 21, 33. Fut. מַיִם גְּנוּבִים יִמְתָּקוּ Aquæ furtivæ *ſunt dulces*, Prov. 9, 17. Hiphil הִמְתִּיק *Dulce fuit, Dulce effecit.* Fut. אִם תַּמְתִּיק בְּפִיו רָעָה Si *dulce fuerit* in ore ejus malum, Job. 20, 12. נַמְתִּיק סוֹד *Dulce reddemus* conſilium, Pſalm. 55, 15.

1) Generatim *dulcedinis notionem* infert. 2) Speciatim α) *propriè* refertur ad *ſenſum guſtûs*, quando linguæ vel palato aliquid gratum eſt, notans *dulce eſſe, dulceſcere*. Ita dicitur de aquis amaris, quæ dulces reddebantur, Exod. 15, 25. β) *Metaphoricè* notat *delectare, valde placere & gratum eſſe*. Ita dicitur de ſvavitate *verbi divini*, mentem hominis ſummopere delectantis, Pſalm. 19, 11. *ſomni* delaſſatum operantis corpus oblectantis, ejusque vires fractas ſvaviſſimè reſtaurantis, Eccl. 5, 11. *conſuetudinis illicitæ* cum adulterâ, Prov. 9, 17. *mali* impio placentis, Job. 20, 12. *conſilii* initi vel ineundi, Pſalm. 55, 15.

מָתוֹק m. *Dulcis, e.* מַה־מָּתוֹק מִדְּבַשׁ Quid *dulce eſt* præ melle, i.e. dulcius melle? Jud. 14, 18. וְנֶפֶשׁ רְעֵבָה כָּל־מַר מָתוֹק Animæ autem famelicæ omne amarum *dulce*, Prov. 27, 7.

1) Generatim notat *dulce*. 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *rebus linguæ* vel *palato* gratis, e.g. de melle, quò nil dulcius, Jud. 14, 14. 18. de favo, Prov. 16, 24. 2) *Metaphoricè* deſignat *omne*, quod *ſvave & delectabile* eſt. Ita dicitur de beneficiis Sponſi ſpiritualibus, ſponſam mirifice recreantibus, Cant. 2, 3. de luce oculis ſvaviſſimâ, Eccl. 11, 7.

מֶתֶק m. *Dulcedo.* Bis occurrit, ſed in utroque loco *Metaphoricè*. Nimirum,

Digitized by Google

mirum, Prov. 16, 21. de *verborum ſuavitate*; & Prov. 27, 9. de *amico*, *ſincerisque ejus monitis*.

מֹתֶק m. *Dulcedo*. Semel legitur cum Suffixo Jud. 9, 11. מָתְקִי *Dulcedo* mea. Dicitur de *ficu*.

מַמְתַּקִּים m. pl. *Dulcedines*. Notat objecti *ſuavitatem*, diciturque α) *proprie* de *potu dulci*, Neh. 1, 10. β) *Metaphorice* de *ſuavitate palati ſponſi*, h. e. prædicationis Evangelii, Cant. 5, 16. Sæpius non legitur.

נ

נָא Particula α) Obſecrantis, *quæſo*, *obſecro*, Gen. 12, 13. c. 18, 30. Num. 10, 3. c. 12, 12. β) Temporis, *nunc*, Gen. 12, 11. Pſalm. 122, 8. Eccl. 2, 1. γ) Expletiva, Pſ. 116, 14. Pſ. 118, 2. Cant. 3, 2.

נָא m. *Crudum*, Exod. 12, 9. à radice נוא, vel נִיא, quæ apud Arabes ſignificat *ſemicocta fuit caro*.

אָנָּא *Quæſo*, *Obſecro*, Pſalm. 118, 25. ubi bis occurrit; aliàs legitur in eodem ſignificatu אָנָּה Pſalm. 116, 4. 16. Sexies ſic ſcriptum reperiri, Maſorethas annotarunt.

נֹאד m. *Uter*, pellis conſuta, quâ liquida recipiuntur, aſſervantur, & deferuntur. נֹאוד הֶחָלָב *Uter* lactis, Jud. 4, 19. נֹאד יַיִן *Uter* vini, 1. Sam. 16, 20. כְּנֹאד בְּקִיטוֹר Sicut *uter* in fumô, Pſalm. 119, 83. Cum Suff. בְנֹאדֶךָ In *utre* tuo, Pſalm. 56, 9. Plur. נֹאדוֹת הַיַּיִן *Utres* vini, Joſ. 9, 4. 13. Amplius non occurrit.

נאה *Pulcher*, *Decorus*, *Amœnus eſt*; *Decet*, *Convenit*, *Conveniens eſt*. לְבֵיתְךָ נַאֲוָה קֹדֶשׁ Domui tuæ *pulchra* eſt ſanctitas, Pſalm. 93, 5. לַיְשָׁרִים נָאוָה תְהִלָּה Rectos *decet* celebratio, Pſalm. 33, 1. (-) per Syncopen conciſô, & utrinque tertiâ radicali in ו mobile mutatâ. נָאווּ לְחָיַיִךְ בַּתֹּרִים *Pulchræ ſunt* genæ tuæ in ordinibus, Cant. 1, 10. pro נָאֲווּ (-) per Syncopen ſublatô. Particip. לֹא־נָאוֶה לִכְסִיל תַּעֲנוּג Non eſt *conveniens* ſtulto delectatio, Prov. 19. 10. Idem Particip. occurrit Prov. 26, 1. Cant. 2, 14. c. 4, 3. Fœm. נָאוָה *Decet*, Prov. 17, 7. Sed hæc non incommodè referri poſſunt ad אוה *Deſideravit*, ut ſint Participia Niphal.

נָוֶה m. *Amoenus*, *Pulcher*. שְׁתוּלָה בְנָוֶה Plantata in *pulchrô*, Hoſ. 9, 13. Fœm. הַנָּוָה וְהַמְּעֻנָּגָה *Pulchra* ac delicata, Jer. 6. 2. Ubique ו cum א alternat.

נְאוֹת f. pl. *Caulæ* vide in radice נָוָה *Habitavit*.

נאם *Dixit*. Occurrit ſaltem in Futurô וַיִּנְאֲמוּ נְאֻם Et *dixerunt*: Oraculum (eſt) Jer. 23, 31. Inde à quibusdam deducitur illud Plur. Job. 12, 20. לְנֶאֱמָנִים *Facundis*; ſed potius deducendum eſt ex אָמַן, quod vide p. 75.

נְאֻם m. *Dictum*, *Oraculum*. Formæ גְּבֻל, (-) cum ו alter-

nanto

nante, ſi excipias illud Jer. 23, 31. ſemper legitur in Regimine, Genitivusque rectus deſignat *perſonam loquentem*, præter Pſalm. 36, 2.

1) In genere notat *dictum, effatum quodcunque.* 2) Speciatim α) dicitur de *effató* vel *pronunciato* Dei per Prophetas viroſque θεοπνεύστους cum pondere ad alios promulgatô, quod omnis mendacii & incertitudinis expers eſt. Unde ei æquipollere cenſetur illud πιστὸς ὁ λόγος *Dictum fidele, certum & indubitatum*, Gen. 22, 16. Num. 14, 28. 1. Sam. 2, 30. 2. Reg. 9, 26. c. 19, 33. c. 22, 19. Pſalm. 110, 1. &c. β) Legitur de *dicto* vel *effato hominis*, ſcil. Bileami, Num. 24, 3. 4. 15. 16. Davidis, 2. Sam. 23, 1. Aguris ad Ithielem, Prov. 30, 1. impii prævaricantis, Pſalm. 36, 1. falſorum Prophetarum, qui ſermones ſuos *effata Dei* eſſe dictitabant, Jer. 23, 31. quum eſſent mera eorum mendacia ac ſpurciſſima figmenta.

נָאַף *Adulteravit, Adulterium commiſit, Mœchatus eſt.* Part. נֹאֵף אִשָּׁה חֲסַר־לֵב *Adulterium committens* cum muliere caret corde, i. e. rectæ rationis uſu, quem libidines prorſus mollem fecerunt, & judiciô vacuum & ſtupidum reddiderunt, Prov. 6, 32. נֹאֶפֶת *Adultera*, Lev. 20, 10. Plur. נֹאֲפוֹת *Adulteræ*, Ezech. 16, 38. Infin. נָאֹף *Adulterando*, Hoſ. 4, 2. לֹא תִנְאָף Non *adulteraberis*, Exod. 20, 14. אֲשֶׁר יִנְאַף אֶת־אֵשֶׁת רֵעֵהוּ Qui *adulterium commiſerit* cum uxore ſocii ſui, Lev. 20, 10. Piel נִאֵף *Adulteratus eſt.* נִאֲפָה *Adulterata* eſt, Jer. 3, 8. Particip. מְנָאֵף *Adulterans, adulter*, Jeſ. 57, 3. Plur. מְנָאֲפִים *Adulteri*, Pſ. 50, 18. Jer. 9, 1. מְנָאֶפֶת *Adultera*, Hoſ. 3, 1.

1) Generatim ſignificat *adulterari, adulterium committere.* 2) Speciatim α) *proprie* dicit *illicitum actum*, quô ſive a) maritus aut ſponſus cum ſoluta, aut ſolutus cum alterius uxore aut ſponſa, ſive b) maritus cum alterius uxore, aut etiam ſponſus cum deſponſata mœchetur, Lev. 20, 10. Pſalm. 50, 18. Prov. 6, 32. Jer. 9, 1. Jer. 29, 23. Sed β) *Tropicè* 1) per *Synecdochen*, poſitâ ſpecie pro genere, dicitur de *omni illicita libidine* aut *re venerea*, Exod. 20, 14. Devt. 5, 18. Nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus atque illorum membrorum non legitimus uſus prohibitus debet intelligi, ait Auguſt. in Exod. 9, 71. *Metaphoricè* notat *idololatriam exercere, idola colere*, Jer. 3, 8. 9. c. 23, 10. Ezech. 16, 32. 38. c. 23, 37. Ratio *Metaphoræ* eſt, quod Deus Eccleſiam ſpirituali fœdere ſibi conjunxit, & quaſi deſponſavit, ut ex eâ liberos ſpirituales gigneret. Quodſi igitur relictô Deô, tanquam maritô ſuô, idola ſectatur, fœderis conjugalis turpiter obliviſcitur, & improbitate ſuâ ab eô nefandè diſcedit. Vid. Glaſſ. Rhet. Sac. Tract. I. c. 12. pag. 383.

נִאֻפִים m. pl. *Adulteria.* Bis legitur Ezech. 23, 42. Cum Suff. נִאֻפַיִךְ *Adulteria* tua, Jer. 13, 27. utroque autem in locô deſignat *idololatriam.*

נַאֲפוּפִים m. pl. *Adulteria*, tertiâ radicali geminatâ, ceu in נַעֲצוּץ *Ve-*

Digitized by Google

pretium, ex נֶאֶץ. Semel occurrit cum Suffixo נַאֲפוּפֶיהָ *Adulteria* ejus, Hoſ. 2, 4.

נָאַץ *Sprevit*, *Contemſit*. וְתוֹכַחַת נָאַץ לִבִּי Et increpationem *ſprevit* cor meum, Prov. 5, 12. Fut. אֱוִיל יִנְאַץ מוּסַר אָבִיו Stultus *contemnit* correctionem Patris ſui, Prov. 15, 5. Piel נִאֵץ *Contemſit*, *Contemnendo irritavit*, *Provocavit*. עַל־מֶה נִאֵץ רָשָׁע אֱלֹהִים Quare *ſpernet* impius Deum? Pſalm. 10, 13. נִאֲצוּ אֶת־קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל *Irritarunt*, *ad iram provocarunt* ſanctum Iſraelis, Jeſ. 1, 4. וְנִאֲצוּנִי Et *irritabunt* me, Devt. 31, 20. Infinit. cum Præter. נִאֵץ נִאַצְתָּ אֶת־אֹיְבֵי יְהוָה *Irritando irritaſti*, i. e. ſcandalizaſti valde inimicos Domini, 2. Sam. 12, 14. ubi eſt נִאֵץ pro נַאֵץ (.) cum (-) alternante. Fut. יְנָאֵץ *Irritabit*, Pſalm. 74, 10. עַד־אָנָה יְנַאֲצֻנִי הָעָם הַזֶּה Quousque *irritabunt* me populus hic? Num. 14, 11. Hithpael Particip. כָּל־הַיּוֹם שְׁמִי מִנֹּאָץ Totô die nomen meum contemnitur, Jeſ. 52, 5. Forma ex Pual & Hithpael mixtâ; ת Characteriſto per Dageſch forte in ſequenti literâ exhibitô.

1) Generatim involvit *averſationem*, ſive referat *contemtum* ac *vilipendium*, ſive *iram* ac *indignationem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat contemnere ſuperciliosè & protervè. Ita 1) dicitur *homo* protervè & malitiosè averſari atque contemnere conſilium Dei, Pſalm. 107, 11. increpationem, Prov. 1, 31. c. 5, 12. correctionem paternam, Prov. 15, 5. imò Deum ipſum, Pſalm. 10, 3. 13. Pſalm. 74, 10. 18. & ejus verbum, Jer. 23, 17. ſacrificium, 1. Sam. 2, 17. 2) *Deus* contemnere dicitur impios, quando irâ exacerbatus faciem ſuam abſcondit, Devt. 32, 19. Thren. 2, 6. β) *Metonymicè* notat *irritare*, *ad iram provocare*, quia, qui ſuperciliosè & protervè ab alterô contemnitur & deſpicitur, ad iram provocari ſolet. Ita contemtim *Deus* ad iram provocari dicitur, Num. 16, 30. Jeſ. 1, 4. c. 5, 24.

נְאָצָה f. *Irritatio contumelioſa*; *Contumelia*; pro quo etiam legitur נֶאָצָה, נֶאָצָה, ex forma יַבָּשָׁה. יוֹם־צָרָה וְתוֹכֵחָה וּנְאָצָה Dies anguſtiæ, increpationis & *contumeliæ*, 2. Reg. 19, 3. Jeſ. 37, 3. Plur. וַיַּעֲשׂוּ נֶאָצוֹת גְּדֹלוֹת Atque adeò fecerunt *irritamenta* magna, Neh. 18, 26. נָאֲצוֹתֶיךָ *Contumeliæ* tuæ, Ezech. 35, 12. Sæpius non legitur.

נָאַק *Gemuit*. וְנָאַק נַאֲקוֹת חָלָל Et *gemuit* gemitibus confoſſorum, Ezech. 30, 24. Fut. מֵעִיר מְתִים יִנְאָקוּ Ex urbe homines *gemunt*, Job. 24, 12. Sæpius non legitur.

נְאָקָה f. *Gemitus*. Cum Suff. וַיִּשְׁמַע אֱלֹהִים אֶת־נַאֲקָתָם Audivit itaque Deus *gemitum* eorum, Exod. 2, 24. מִנַּאֲקָתָם Ex *gemitu* eorum, Jud. 2, 18. In Statu Conſtr. אֶת־נַאֲקַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Gemitum* filiorum Iſrael, Exod. 6, 5. Plur. in Statu Conſtr. נַאֲקוֹת חָלָל *Gemitus* confoſſi, Ezech. 30, 24.

נָאַר

Digitized by Google

נָאַר *Deteſtatus eſt*, *Abominatus eſt.* נֵאַר מִקְדָּשׁוֹ *Abominatus eſt ſanctuarium*, Thren. 2, 7. נֵאַרְתָּה בְּרִית עַבְדְּךָ *Abominatus es fœdus ſervi tui*, Pſalm. 89, 10. Sæpius non legitur. נֵאָרִים *Maledicti* vide in radice אָרַר p. 106.

נָבָא *Annunciavit* apud Arabes; apud Ebræos. In Niphal נִבָּא *Prophetavit*, *Prophetam egit*, *Vaticinatus eſt.* נִבָּא אֶת־הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה *Vaticinatus eſt* verba illa, Jer. 20, 1. נִבֵּאתָ לָהֶם בַּשָּׁקֶר: *Prophetaſti* illis in mendacio, i. e. mendaciter, Jer. 20, 6. Sed Jer. 26, 9. eſt נִבֵּיתָ *Prophetaſti*, א more verborum ל״ה in י mutatô. Participium נִבָּא *Prophetans*, Jer. 32, 3. Plur. נִבָּאִים Ezech. 13, 2. Sed utplurimum eſt נִבְּאִים (ְ) ſub ב in (:) mutatô, 1. Sam. 19, 21. 1. Reg. 22, 12. 2. Chron. 18, 11. In Statu Conſtr. נִבְּאֵי הַשֶּׁקֶר *Prophetantes* mendacium, Jer. 23, 26. Infin. יְהוָה שְׁלָחַנִי לְהִנָּבֵא Dominus miſit me ad *prophetandum*, Jer. 26, 12. בְּהִנָּבְאוֹ Propter *prophetare* eum, i. e. propterea, quod prophetavit, Zach. 13, 3. Fut. וַיִּנָּבֵא עַל־הָעִיר Et *prophetavit* contra urbem hanc, Jer. 26, 20. Hithpael הִתְנַבֵּא *Prophetavit*, *Vaticinatus eſt.* וְהִתְנַבִּיתָ עִמָּם Et *prophetabis* cum illis, 1. Sam. 10, 6. tertiâ radicali א more verborum ל״ה in י mutatâ הִנַּבְּאוּ בַבַּעַל *Prophetarunt* per Baalem, Jer. 23, 13. ת Characteriſticô per Dageſch in primâ radicali exhibitô. אֵינֶנּוּ מִתְנַבֵּא עָלַי לְטוֹבָה Non erit *prophetans* de me in bonum, 2. Chron. 18, 7. Infin. בְּהִנָּבְאוֹ In *prophetare* eum, i. e. cum prophetaverit, Zach. 13, 4. Fut. לֹא יִתְנַבֵּא עָלַי טוֹב Non *prophetabit* de me bonum, 1. Reg. 22, 8.

1) Generatim notat *annunciare*, ſive vera ſint, quæ dicuntur, ſive falſa. 2) Speciatim ſignificat *prophetare*, *vaticinari*, ex cujuscunque id fiat impulſu & inſtinctu. Unde α) dicitur de *veris Prophetis*, qui ex divino Spiritus S. afflatu prophetarunt, Jer. 20, 1. c. 25, 13. c. 26, 11. 20. c. 28, 8. Ezech. 11, 13. Am. 7, 16. β) De *Impoſtoribus*, fingentibus ſe Prophetas, inſtinctum Dei mentientibus, & falſa annunciantibus, 2. Chron. 18, 9. Jer. 14, 14. c. 23, 26. c. 27, 10. c. 29, 9. 26. c. 43, 32. Ezech. 13, 17. Zach. 13, 4. γ) De *aliis*, donô prophetandi ad tempus gaudentibus, e. g. de 70 Senioribus, Num. 11, 25. 26. de Saule, agitatô tum â ſpiritu bono, 1. Sam. 10, 10. tum malo, 1. Sam. 18, 10.

נָבִיא m. *Propheta.* יָקוּם בְּקִרְבְּךָ נָבִיא Surget in medio tui *Propheta*, Devt. 13, 2. Cum Suff. וְאַהֲרֹן אָחִיךָ יִהְיֶה נְבִיאֶךָ Et Aron frater tuus erit *Propheta*, *Orator* tuus, Exod. 7, 1. נְבִיאֲכֶם *Propheta* veſter, Num. 12, 6. Plur. נְבִיאִים *Propheta*, Num. 11, 29. Sed Jer. 29, 15. eſt נְבִאִים, literâ י excidente. In Statu Conſtr. נְבִיאֵי יְהוָה *Propheta* Domini, 1. Reg. 18, 4. Cum Suffixo נְבִיאֶיךָ *Propheta* tui, 1. Reg. 19, 10. נְבִיאֵיכֶם *Propheta* veſtri, Jer. 27, 8. Fœm. נְבִיאָה *Prophetiſſa*, Jud. 4, 4. Exod. 15, 20. 2. Reg. 22, 14. Jeſ. 8, 3.

1) In genere & vi originis notat *annunciantem*, ſive *vera* ſint, quæ dicit,

Digitized by Google

dit, ſive *non.* 2) Speciatim *α*) ſignificat *Prophetam*, ſive Prophetiæ donô revera ſit inſtructus, ſive illud mentiatur. Unde *α*) dicitur de *verô Propheta*, tùm homine, qui erat orator ac interpres Dei, cui Deus tanquam amico ac familiari res occultas revelabat, ut eas nomine ipſius aliis annunciaret, peccatores à peccatorum via avocaret &c. 1. Reg. 18, 4. 13. 1. Sam. 3, 20. 1. Reg. 18, 22. Jeſ. 37, 2. Jer. 20, 2. Hagg. 1, 1. &c. tum de Meſſiâ, Propheta omnium eminentiſſimo, Devt. 18, 15. 18. β) de *Propheta falsò*, qui inſtinctum & miſſionem divinam mentitur, Neh. 6, 7. Devt. 18, 20. 1. Reg. 19, 1. Jeſ. 9, 14. Jer. 5, 31. Ezech. 13, 9. &c.

נְבוּאָה f. *Prophetia*, 2. Chron. 15, 8. Neh. 6, 12. In Statu Conſtructo נְבוּאַת אֲחִיָּה *Prophetia* Ahiæ, 2. Chron. 9, 29. Sæpius non legitur.

נבב נָבוּב m. *Vacuus*, vide ſupra in בוב.

נבח נָבַח *Latravit.* Semel occurrit in Infinitivo, Jeſ. 56, 10. לֹא יוּכְלוּ לִנְבֹּחַ Non poſſunt *latrare.*

נבט נָבַט *Intuitus eſt*, *Aſpexit*, *Proſpexit.* וְנִבַּט לָאָרֶץ Et *proſpiciet* in terram, Jeſ. 5, 36. Hiphil הִבִּיט *Intuitus eſt*, *Proſpexit*, *Aſpexit*, *Reſpexit.* מִשָּׁמַיִם הִבִּיט יְהוָה E cœlo *proſpexit* Dominus, Pſal. 33, 13. הִבִּיטוּ אֵלָיו *Reſpicient* ad illum, Pſalm. 34, 6. Infin. הַבִּיט *Intuendo*, Hab. 2, 15. בְּהַבִּיטִי אֶל־כָּל־מִצְוֹתֶיךָ In *reſpicere* me, i. e. cum reſpicerem ad omnia præcepta tua, Pſalm. 119, 6. Fut. אַבִּיט אֵלֶיךָ *Intuebor* te, 2. Reg 3, 14. וַתַּבֵּט אִשְׁתּוֹ מֵאַחֲרָיו Sed *reſpexit* uxor ejus à tergô ipſius, Gen. 19, 26. Imper. הַבֵּט שָׁמַיִם *Intuere* æthera, Job. 35, 5. Sed Pſalm. 143, 5. eſt הַבִּיט literâ י per Epentheſin inſitâ.

1) In genere obtinet ſignificationem *ſpectandi* & *intuendi*, quacunque id fiat ratione. 2) Speciatim *α*) *propriè* eſt *oculorum corporis*, notatque 1) abſolute, vel *ſpectare*, Jeſ. 38, 11. vel *reſpicere*, 1. Sam. 24, 9. 1. Reg. 19, 6. 2) *attentius* & *fixis oculis aliquid intueri*, Gen. 15, 5. 1. Sam. 17, 42. 1. Reg. 18, 43. 3) *Cum animi delectatione & gaudiô aliquid intueri*, idque ferè, ſi conſtruitur cum ב Pſalm. 22, 8. Pſalm. 92, 12. 4) Cum *animi propenſione* & *æſtimio aliquô perſonæ* vel *rei intueri*, vel *adſpicere*, Gen. 19, 17. 26. 1. Sam. 16, 7. 2. Reg. 3, 14. 5) *Conſtanter & attentè aliquid intueri*, ſi combinatur cum רָאָה Job. 35, 5. Thren. 1, 12. β) *Metaphoricè* refertur ad *mentem*, & 1) *homini* tributum notat *cognoſcere*, *conſiderare*, *contemplari*, Pſalm. 119, 15. 18. Jeſ. 51, 1. 2. 2) *Deo* tributum *α*) eſt *notitiæ ſimplicis*, quâ exactiſſimè omnia cognoſcit & perſpecta habet, Job. 28, 24. Pſalm. 94, 9. *b*) Eſt *gratiæ* ac *bonitatis*, quâ homines complectitur, Pſalm. 84, 10. Jeſ. 64, 8. c. 66, 2. γ) Eſt *gratioſi auxilii benevolæque curæ ac defenſionis*, Pſalm. 13, 4. Pſalm. 80, 15. Thren. 5, 1. Jeſ. 63, 1. δ) *Indignationis*, Pſalm. 104, 32. ε) Eſt *approbationis*, Hab. 1, 13.

מַבָּט

Digitized by Google

מַבָּט m. *Expectatio.* Cum Suff. מַבָּטָם *Expectatio* eorum, Jeſ. 20, 5. מַבָּטָהּ *Expectatio* ejus, Zach. 9, 5. (-) cum (ּ) alternante.

1) Generatim & vi originis notat *aſpectum.* 2) Speciatim *α*) *proprie* eſt *oculorum.* *β*) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* eſt *animi* & notat *exſpectationem, ſpem* & *fiduciam.* 2) *Metonymicè* deſignat objectum *ſpei* vel *fiduciæ*, in quod reſpicitur, Jeſ. 20, 5. 6. Zach. 9, 5.

נָבֵל *Cecidit, Concidit, Decidit; Emarcuit; Stultus factus eſt, Stultè egit.* נָבֵל צִיץ *Decidit* flos, Jeſ. 40, 7. אָבְלָה נָבְלָה הָאָרֶץ Lugebit & *cadet* terra, Jeſ. 24, 4. נָבַלְתָּ *Stulte egiſti*, Prov. 30, 32. Infin. נָבֹל תִּבֹּל *Emarceſcendo emarceſces*, i. e. certè & penitus emarceſces, Exod. 18, 18. כִּנְבֹל עָלֶה מִתְּאֵנָה Juxta *decidere*, i. e. ſicut *decidit* folium è ficu, Jeſ. 34, 4. Piel נִבֵּל *Vilipendit, turpitudine affecit.* וְנִבַּלְתִּיךְ Et *vilem faciam* te, Nah. 3, 6. Part. בֵּן מְנַבֵּל אָב Filius *vilipendit* Patrem, Mich. 7, 6. Fut. אַל־תְּנַבֵּל כִּסֵּא כְבֹדֶךָ Ne *vilipendas, deturpes* thronum gloriæ tuæ, Jer. 14, 21. וַיְנַבֵּל צוּר יְשֻׁעָתוֹ Et *vilipendit* petram ſalutis ſuæ, Devt. 32, 15.

1) Generatim quibusdam videtur *cadendi* obtinere ſignificationem, quacunque id fiat ratione. Coccejo & Guſſetio primaria ſignificatio eſt *marceſcere, contabeſcere.* Sed aliis præferenda videtur prior. 2) Speciatim notat *marceſcere*, diciturque *α*) *propriè* de *floribus* & *foliis* arborum ob interioris ſucci defectum, externique æſtus vehementiam decidentibus & marceſcentibus. De *floribus* legitur, Jeſ. 40, 7. 8. De *foliis* autem Pſalm. 1, 3. Pſalm. 37, 2. Jeſ. 1, 30. c. 34, 4. c. 64, 5. Jer. 8, 13. Ezech. 47, 12. *β*) *Impropriè* de *hominibus*, tùm *delaſſatis*, Exod. 17, 18. tum *intereuntibus*, 2. Sam. 22, 47. Pſalm 18, 46. 2) *Stulteſcere, ſtultè agere*, quia ſtulto ratio & mens *cadit*, ut vel ſtultè vel turpiter agat, Prov. 30, 32. 3) *Vilipendere, aliquid tanquam rem nihili facere*, quia, quicquid vilipenditur, ei æſtimium & dignitas competens *cadit* & velut marceſcit, Devt. 32, 15. Jer. 14, 21. Mich. 7, 6. Nah. 3, 6.

נָבָל m. *Stultus*, cui ratio & mens *concidit.* עַם נָבָל וְלֹא חָכָם Populus *ſtultus* & non ſapiens, Devt. 32, 6. Plur. נְבָלִים *Stulti*, 2. Sam. 13, 13. Fœm. נְבָלוֹת *Stultæ*, Job. 2, 10.

1) Generatim notat *ſtultum quemcunque*, ejusque oppoſitum eſt חָכָם *ſapiens*, ceu videre eſt ex Devt. 32, 6. 2) Speciatim in ſcriptura notat *talem hominem*, qui lumine mentis, omnique ſapientiâ circa animæ ſuæ curam deſtituitur, neque Deum rectè agnoſcit, de divinis judiciis & actionibus ſtolidè ſentit, etiamſi ſapientiâ quadam circa mundana & terrena pollere videtur, voluntate ſubinde in mala fertur, & turpiſſimorum affectuum turbini obnoxius, non niſi turpes & malas actiones patrat. Hoc nomine venit ingratus Iſrael, Devt. 32, 6. avarus Nabal, 1. Sam. 25, 25. Confer. Jer. 17, 11. ſupplicium mortis meritus, 2. Sam. 3, 33. Amnon inceſtuoſus, 2. Sam. 13, 13. hoſtis blaſphemans, Pſ. 74, 18. 22. Atheus &

impius, Job. 2, 10. c. 30, 8. Pſalm. 14, 1. Pſalm. 39, 9. Pſeudo-Propheta & hypocrita, Jeſ. 32, 6. Ezech. 13, 3. Vide Seb. Schmid. in Jeſ. 32, 6.

נְבָלָה f. *Stultitia*, ſive *verbis*, ſive *facto* prodatur. De *ſtultitiâ*, quæ *verbis* proditur, vide Jeſ. 32, 6. de *ſtultitiâ* autem, quæ *facto aliquo* ſe exerit, vide Gen. 34, 7. Devt. 32, 21. Joſ. 7, 15. Jud. 2, 6. c. 19, 23. 24. c. 20, 10. 2. Sam. 13, 12. Jer. 29, 23. ubi nomine *ſtultitiæ* intelligitur *flagitium* vel ejusmodi *crimen*, quod contra omnem ſanam rationem & bonam conſcientiam eſt, ita, ut homo videatur eſſe mente ſanâ privatus, nec ſcire diſcrimen honeſti & inhoneſti, pietatis & impietatis.

נַבְלוּת f. *Stultitia*. Semel occurrit cum Suffixo נַבְלֻתָהּ *Stultitiam, turpitudinem ejus*, Hoſ. 2, 10.

נְבֵלָה f. *Cadaver*. לֹא תֹאכְלוּ כָל־נְבֵלָה Ne comedatis ullum *cadaver*, Devt. 14, 21. In Statu Conſtr. נִבְלַת עֲבָדֶיךָ *Cadaver* ſervorum tuorum, Pſalm. 79, 2. Cum Suff. נִבְלָתוֹ *Cadaver* ejus, Devt. 21, 22. וּבְנִבְלָתָם לֹא תִגָּעוּ Et *cadaver* eorum ne attingatis, Lev. 11, 8.

1) Generatim & vi originis notat *deciduum* vel *marceſcens*. 2) Speciatim notat *cadaver* α) *hominis*, e. g. pii in diuturna Eccleſiæ afflictione extincti & ad vitam æternam reſuſcitandi, Jeſ. 26, 19. ſuſpenſi ſuper ligno, Devt. 21, 22. Joſ. 8, 29. Iſabelis impiæ, 2. Chron. 9, 37. Prophetæ à leone occiſi, 1. Reg. 13, 19. Populi judaici gladiô interfecti, Jer. 7, 33. c. 9, 21. β) *Beſtiæ*, Lev. 5, 2. c. 7, 24. c. 17, 15. c. 22, 8.

נֵבֶל m. *Uter; Lagena; Nablium, Inſtrumentum muſicum*. Quandoque eſt נֶבֶל 1. Sam. 1, 24. נֵבֶל יַיִן *Uter* vini, 1. Sam. 10, 3. כָּל־נֵבֶל יִמָּלֵא יָיִן Omnis *uter* replebitur vino, Jer. 13, 12. אוֹדְךָ בִכְלִי נֶבֶל Laudabo te inſtrumento *nablii*, Pſalm. 71, 22. Plur. נְבָלִים *Nablia*, 1. Reg. 10, 12. 1. Chron. 15, 16. In Statu Conſtr. נִבְלֵי יַיִן *Utres* vini, 1. Sam. 25, 18. אֵיכָה נֶחְשְׁבוּ לְנִבְלֵי חֶרֶשׂ Quomodo reputati ſunt pro *lagenis* teſtæ, i. e. teſtaceis, Thren. 4, 2. Cum Suff. נִבְלֵיהֶם *Utres* eorum, Jer. 48, 12. הֶמְיַת נְבָלֶיךָ Strepitus *nabliorum* tuorum, Jeſ. 14, 11. זִמְרַת נְבָלֶיךָ לֹא אֶשְׁמָע Cantum enim *nabliorum* tuorum non audiam, Am. 5, 23. נִבְלֵי הַשָּׁמַיִם *Utres* cœli, i. e. *nubes*, velut in *utres* digeſtæ, in quibus aqua pluvialis continetur & inde effunditur; niſi cum Seb. Schmidio per eos intelligere malis *facultatem cœlorum attrahendi in nubibus aquas & in ſe continendi*. Vid. ejus Comment. Job. 38, 37.

1) Notat *utrem* vel *lagenam*; *Utrem* fere denotat, ſi ſit vas ex pellibus factum; *lagenam* autem vel *urceum* ſignificat, ſi adjectum eſt nomen *teſtæ*, aut alia quædam vox, unde figuli opus ex argilla confectum intelligi poteſt,

Digitized by Google

poteſt, & contritioni obnoxium eſt. De *utribus* vini legitur 1. Sam. 10, 3. c. 25, 28. Jer. 13, 12. De *lagenis* vel *urceis teſtaceis* autem occurrit, Jeſ. 30, 14. Thren. 4, 2. Quando autem *nubes* hoc nomine veniunt, Job. 38, 37. Metaphora eſt. 2) Notat *Nablium*, inſtrumentum muſicum, ab *utris* ſimilitudine ſic dictum; tam in ſacris, quam profanis gaudiis uſitatum, Pſalm. 33, 2. Pſalm. 57, 9. Pſalm. 71, 22. Pſalm. 81, 3. Pſalm. 92, 4. Jeſ. 5, 12. c. 14, 11. Am. 6, 5. Judæi germani *Panduram* interpretantur.

מַבּוּל m. *Diluvium*, ubi imbres tam denſi ceciderunt, ac ſi *lagenis* effuſi eſſent; & per illud omne animal vivum extra arcam exiſtens *cecidit* atque periit, Gen. 6, 17. c. 7, 7. 10. 17. c. 9, 11. 28. c. 10, 32. c. 11, 10. Pſalm. 29, 10.

בּוּל m. *Bul*, nomen menſis octavi, qui *Octobri* noſtro reſpondet, & ita vocatus fuit, quoniam in eo terræ naſcentia *emarceſcere* & *emarcida concidere* ſolent, 1. Reg. 6, 38.

נָבַע *Scaturivit*, *Emanavit*, ut fontis aquæ ſcaturiunt, emanant &c. Particip. נַחַל נֹבֵעַ מְקוֹר חָכְמָה Fluvius *ſcaturiens* eſt fons ſapientiæ, Prov. 18, 4. Hiphil הִבִּיעַ *Copioſe ebullivit*, *effudit inſtar ſcatebræ*, *Protrudit inſtar fœcundæ cujusdam ſcaturiginis*. Fut. אַבִּיעָה חִידוֹת *Copiosè inſtar ſcatebræ alicujus effundam*, *eloquar* ænigmata, Pſalm. 78, 2. יוֹם לְיוֹם יַבִּיעַ אֹמֶר Dies diei copiosè ac conſtanter inſtar divitis cujusdam ſcatebræ protrudit, profert ſermonem, Pſal. 19, 3. פִּי כְסִילִים יַבִּיעַ אִוֶּלֶת Os ſtultorum *copioſe & ſuperflue emittit*, *protrudit* ſtultitiam, Prov. 15. 2.

1) Generatim *ſcaturiendi & emanandi* ſignificationem obtinet, quæcunque id fiat ratione. 2) Speciatim *α*) *propriè* dicitur de *fontibus* aquam copiosè emittentibus. Vide Prov. 18, 4. ubi dicitur de fluvio, vel torrente aquæ materialis & naturalis, cum quo deinde fons ſapientiæ comparatur. *β*) *Metaphoricè* transfertur ad *elocutionem*, ubi vel *homo* inſtar *ſcaturiginis* copiosè & ſuperflue effundit atque profert vel protrudit laudes Dei, Pſalm. 119, 171. verba dura, Pſalm. 94, 4. ænigmata, Pſalm. 78, 2. ſtultitiam aut malitiam, Prov. 15, 2. 28. Pſalm. 59, 8. vel *ſapientia* largiter atque copiosè effundit ſpiritum ſuum, i. e. animi ſenſa atque cogitata abunde exponit, Prov. 1, 23. vel *dies diei* largiter & copiosè non minus, quam conſtanter profert ſermonem, Pſ. 19, 3.

מַבּוּעַ m. *Scatebra*, *Scaturigo*, Eccl. 12, 6. Plural. Conſtr. מַבּוּעֵי מַיִם *Scaturigines* aquarum, Jeſ. 49, 10. c. 35, 7. Amplius non legitur.

נָגַב *Aridus eſt*, *Exaruit*, *Exſiccavit*; apud Rabbinos & in Targum. Inde eſt

נֶגֶב m. *Auſter*, *Meridies*, *Tractus meridianus*, *Plaga meridionalis*, quia in plaga meridionali magna eſt *ariditas*, nec ita habitabilis eſt, ut

Digitized by Google

cæteræ mundi plagæ, ob nimium æſtum, qui ibi eſt. וְהָיָה לָכֶם פְּאַת־נֶגֶב Ut ſit vobis terminus *meridiei*, Num. 34, 3. אֶרֶץ הַנֶּגֶב Terra *meridiei*, i. e. meridionalis, auſtralis, Joſ. 15, 19. Cum ה locali נֶגְבָּה Verſus *meridiem*, Exod. 26, 18. בַּנֶּגְבָּה In *meridiano tractu*, Joſ. 15, 21. ubi ה eſt Paragogicum.

נָגַד *Manifeſtus, Clarus fuit*, item *Animoſus, Strenuus fuit*, apud Arabes. Hinc apud Ebræos in Hiphil eſt הִגִּיד *Manifeſtavit, Nunciavit, Annunciavit, Indicavit, Expoſuit, Narravit, Retulit, Prædixit.* מִי הִגִּיד לְךָ כִּי עֵירֹם אָתָּה Quis *manifeſtavit, indicavit* tibi, quod nudus ſis? Gen. 3, 11. Infin. לְהַגִּיד לַאדֹנִי Ad *indicandum* Domino meo, Gen. 32, 5. וְכֹל־אֲשֶׁר בִּלְבָבְךָ אַגִּיד לָךְ Et omne, quod eſt in corde tuo, *indicabo* tibi, 1. Sam. 9, 19. Cum Suff. אַגִּידֶנּוּ *Indicabo* ei, Job. 31, 37. תַּגִּיד *Indicabis*, 2. Sam. 13, 4. Sed Exod. 19, 3. eſt תַּגֵּיד. Hophal הֻגַּד *Manifeſtatum, Annunciatum, Indicatum eſt.* הֻגֵּד לַעֲבָדֶיךָ *Indicatum eſt* ſervis tuis, Joſ. 9, 29. Fut. וַיֻּגַּד לְאַבְרָהָם לֵאמֹר Et *nunciatum fuit* Abrahamo, dicendo, Gen. 22, 20.

1) Generatim habet ſignificationem *manifeſtandi* & *referendi*, quocunque modô id fiat. 2) Speciatim α) notat *indicare*, quæ clara aut coram ſunt, Gen. 3, 11. Pſalm. 9, 12. Pſalm. 19, 2. Pſalm. 97, 6. Pſalm. 142, 3. Jer. 36, 16. &c. β) *Indicare* & *prædicere*, quæ futura ſunt, Jeſ. 41, 22, 23. c. 44, 7. c. 46, 10. c. 48, 3. 5. 6. γ) *Annunciare*, quæ facta ſunt, ut innoteſcant, Gen. 22, 20. 27. 42. Joſ. 9, 29. Jud. 14, 6. 1. Sam. 23, 13. c. 25, 19. 2. Sam. 1, 20. δ) *Ingenue fateri, confiteri*, e. g. iniquitatem, Pſ. 38, 19. factum, Devt. 26, 3. Jud. 16, 15.

נָגִיד m. *Anteceſſor, Antiſtes, Dux, Præſul, Princeps*; Etymi ratione petitâ, vel ex ſignificatione *ducendi & regendi*, quæ apud Chaldæos recepta, vel ex ſignificatu hujus radicis, apud Arabes uſitato, *animoſum, ſtrenuum*, vel *magnanimum eſſe*. נָגִיד הָיָה עֲלֵיהֶם *Princeps* fuit ſuper eos, 1. Chron. 9, 20. לִהְיוֹת נָגִיד עַל־עַמִּי Ut ſis *princeps* ſuper populum meum, 1. Chron. 17, 7. In Statu Conſtr. נְגִיד עַמִּי *Princeps* populi mei, 2. Reg. 20, 5. נְגִיד בֵּית הָאֱלֹהִים *Antiſtes* domus Dei, 1. Chron. 9, 13. Plural. נְגִידִים *Duces*, 2. Chron. 11, 11. In Statu Conſtr. נְגִידֵי בֵּית הָאֱלֹהִים *Duces, Antiſtites* domûs Dei, 2. Chron. 35, 8.

1) Generatim notat *quemcunque Principem* vel *Ducem*, qui alios antecedit, ducit, regit atque gubernat. 2) Speciatim hoc nomine veniunt α) *Meſſias*, qui Dux Eccleſiæ ſuæ eſt, Jeſ. 55, 4. Dan. 9, 25. β) *Homines*, ſive fuerint *Principes & Duces populi inſignes & ſupremi*, ut David 2. Sam. 6, 21. c. 7, 8. &c. Salomo, 1. Reg. 1, 35. Jerobeam, 1. Reg. 14, 7. Baaſe, 1. Reg. 16, 2. ſive *Duces populi inferiores*, 1. Chron. 13, 1. Præfecti Levitarum, 2. Chron. 31, 12. Antiſtites templi, 1. Chron. 9, 11. Præ-

Digitized by Google

Præfecti theſaurorum, 1. Chron. 26, 24. 3) Quia Principes ſolent, minimum debent, uti ſermonibus & verbis ipſorum perſonas decentibus, hinc Prov. 8, 6. dicitur de *ſermonibus*, qui aliorum ſcriptis dictisque inſtar principum præferendi, qui ſummâ ſunt dignitate & pondere &c.

נֶגֶד Obtinet I.) *nominis* ſignificationem, inprimis ſi conſtruatur cum Præpoſitione aliquâ, notatque α) *conſpectum*, לְנֶגֶד עֵינָי In *conſpectu* oculorum meorum, Job. 4, 16. conf. Pſalm. 18, 25. Pſalm. 31, 23. Pſalm. 101, 7. Jeſ. 1, 7. 16. Jon. 2, 5. β) *Præſentiam*. עֲנוּ בִי נֶגֶד יְהוָה וְנֶגֶד מְשִׁיחוֹ Reſpondete contra me in *præſentia* Domini, & in *præſentia* uncti ejus, 1. Sam. 12, 3. Confer. Geneſ. 31, 32. Ruth. 4, 4. γ) *Oppoſitum, Oppoſitionem*. אִישׁ עֹמֵד לְנֶגְדּוֹ Vir ſtabat ex *oppoſito* ejus, Joſ. 5, 13. מִנֶּגֶד לַגִּבְעָה Ex *oppoſito* Gibeæ, Jud. 20, 34. וְאַתָּה תִּתְיַצֵּב מִנֶּגֶד Et tu ſiſteres te ex *oppoſito*, 2. Sam. 18, 13. וְאֵין עֵצָה לְנֶגֶד יְהוָה Et nullum conſilium eſt in *oppoſitione* Domini, i. e. contra Dominum, Prov. 21, 30. δ) *Vicinitatem e regione ſitam*. וְאֵלְכָה לְנֶגְדֶּךָ Eam, quæſo, *in vicinitate tua*, i. e. *juxta te*, Gen. 33, 12. וַאֲחֵיהֶם לְנֶגְדָּם Et fratres ipſorum in *vicinitate* eorum vel *juxta* illos, Neh. 12, 24. ε) *Correlatum, Correſpondens*. אֶעֱשֶׂה־לּוֹ עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ Faciam ei adjutorium certe *correlatum ejus*, vel *correſpondens ei*, Gen. 2, 18. 20. Vide celeb. Danz. Interpres §. 171. II.) Exprimit *Præpoſitiones* varias, nempe α) *Coram*, נֶגֶד יְרֵאָיו *Coram* timentibus eum, Pſalm. 22, 26. נֶגֶד פְּנֵיכֶם *Coram* facie veſtra, Exod. 10, 10. confer. Num. 25, 4. 1. Sam. 12, 3. c. 15, 30. Pſalm. 116, 14. Eccl. 6, 8. Jeſ. 49, 16. β) *Prope*. נֶגֶד בֵּיתוֹ *Prope* domum ſuam, Neh. 3, 10. γ) *Contra*. לְנֶגֶד יְהוָה *Contra* Dominum, Prov. 21, 30. תְּחַדֵּשׁ עֵדֶיךָ נֶגְדִּי Inſtauras teſtes tuos *contra* me, Job. 10, 17. δ) *Procul*, præpoſitionem disjungentem. מִנֶּגֶד נִגְעִי יַעֲמֹדוּ A præſentia plagæ meæ, i. e. *procul* à plaga meâ conſiſtunt, Pſalm. 38, 12. Vide Devt. 32, 51. 2. Reg. 2, 15. Ita & מִנֶּגֶד *eminus* reddi poteſt, Devt. 32, 51. 2. Reg. 3, 22. c. 4, 25.

נָגַהּ *Splenduit, Affulſit*, Jeſ. 9, 2. וְעַל־דְּרָכֶיךָ נָגַהּ אוֹר Et ſuper vias tuas *ſplendebit* lux, Job. 22, 28. Fut. וְלֹא יִגַּהּ שְׁבִיב אִשּׁוֹ Et non *ſplendebit* ſcintilla ignis ejus, Job. 18, 5. Hiphil הִגִּיהַּ *Splendere fecit, Illuſtravit*. Fut. וַיהוָה יַגִּיהַּ חָשְׁכִּי Dominus *illuſtrat* tenebras meas, 2. Sam. 22, 29. Pſalm. 18, 29. וְיָרֵחַ לֹא יַגִּיהַּ אוֹרוֹ Et luna non *ſplendere facit* lucem ſuam, Jeſ. 13, 10.

1) In genere habet ſignificationem *ſplendendi*. 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *igne & ſideribus*, ſplendorem & lucem emittentibus; Aſt β) in ſcripturâ fere *impropriè & Metaphoricè* adhibetur 1) de *Chriſto* ejusque Evangelio, in quo Chriſtus prædicatus lucet, Jeſ. 9, 1. 2) de *læto & proſpero hominis ſtatu* per *lucem* deſignato. Ita Deus facit *ſplendere*

dere tenebras, quando *mærores & calamitates in gaudia & proſperitatem exoptatam* vertit, 2. Sam. 22, 29. Pſalm. 18, 29. 3) de *felici ſucceſſu* actionum & negotiorum hominis, Job. 22, 28.

נֹגַהּ f. *Splendor.* וְאֵין נֹגַהּ לוֹ Et non eſt *ſplendor* ei, Jeſ. 50, 10. עַד־יֵצֵא כַנֹּגַהּ צִדְקָהּ Usque dum exeat ſicut *ſplendor* juſtitia ejus, Jeſ. 62, 1. Cum Suff. וְכוֹכָבִים אָסְפוּ נָגְהָם Et ſtellæ contraxerunt *ſplendorem* ſuum, Joel. 2, 10. c. 4, 15. Plur. לַנְּגֹהוֹת *Splendores*, Jeſ. 59, 9.

1) Generatim notat *ſplendorem quemcunque.* 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *ſplendore fulgurum*, Pſalm. 18, 13. Hab. 3, 11. *ignis & ſiderum*, ceu colligi poteſt, ex Jeſ. 4, 5. Joel. 2, 10. β) *Metaphoricè* dicitur 1) de *majeſtatis ſplendore gloriæ DEI apparentis*, Ezech. 1, 4. 27. 28. c. 10, 4. Hab. 3, 4. 2) de *ſplendore verbi Evangelii*, Jeſ. 60, 3. Conf. c. 4, 5. 3) de *felici & læto ſtatu*, Jeſ. 59, 9. Confer. Prov. 4, 18, Unde *contractio* ſeu *collectio ſplendoris* innuit *triſtitiam, calamitatem atque afflictionem*, Joel. 2, 10. c. 4, 15.

נָגַח *Feriit, Petiit, Impetiit cornibus.* Fut. כִּי יִגַּח שׁוֹר אֶת־אִישׁ Si quando *ferierit* bos virum, Exod. 21, 28. 31. 32. Piel נִגַּח *Cornu petiit.* Particip. מְנַגֵּחַ *Cornu petens*, Dan. 8, 4. Fut. יְנַגַּח *Cornu feriet*, Devt. 33, 17. Hithpael Fut. יִתְנַגַּח *Collidetur*, Dan. 11, 40.

1) Generatim *feriendi* vel *impetendi* ſignificationem habet, quacunque id fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *animalibus cornupetis*, notans *cornu petere, ferire;* ita dicitur de bove cornupeta vel petulco, Exod. 21, 28. 31. 32. de ariete petulco, Dan. 8, 4. β) *Metaphoricè* dicitur de *hominibus vim, potentiam & robur ſuum adverſus alios pugnando, vel alio modo exerentibus.* Ita dicitur de Joſephô, cujus *cornua*, i. e. *vis*, atque *robur* erat velut cornu unicornis, populos proſtraturo, Devt. 33, 17. de Rege Iſraelis, cornibus quaſi Syros petiturô & proſtraturô, 1. Reg. 22, 11. 2. Chron. 18, 10. de Davide hoſtes ſuos inſtar animoſi tauri, vel arietis in terram dejecturo, Pſ. 44, 6. de improbis infirmas oves impetentibus, Ezech. 34, 21.

נַגָּח m. *Cornupeta.* Bis dicitur de bove petulcô, Exod. 21, 29. 36.

נָגַן *Pulſavit*, ſcil. *inſtrumentum muſicum.* Particip. Plur. נֹגְנִים *Pulſantes*, Pſalm. 68, 26. In Kal amplius non legitur. Piel נִגֵּן *Pulſavit.* וְנִגֵּן בְּיָדוֹ Et *pulſaverit* manu ſua, 1. Sam. 16, 16. 23. Infin. יֹדֵעַ נַגֵּן *Peritum pulſandi*, 1. Sam. 16, 18. הֵיטִיבוּ נַגֵּן Benefacite *pulſare*, i. e. bene pulſate, Pſalm. 33, 3. אִישׁ מֵיטִיב לְנַגֵּן Vir benefaciens *pulſare*, i. e. bene pulſare valens, 1. Sam. 16, 18. Participium מְנַגֵּן בַּכִּנּוֹר *Pulſans* citharam, 1. Sam. 16, 16.

נְגִינָה f. *Pulſatio fidium, Pulſatio muſica, Modulatio, Canticum, Inſtrumentum muſicum pulſatile*, quod plectro vel digito pulſari ſolebat; quale

Digitized by Google

quale autem fuerit, vix definiri poterit. Non nemini videtur eſſe nomen generale omnium inſtrumentorum fidibus conſtantium & tactilium, ut נֵבֶל, כִּנּוֹר, עָשׂוֹר. Status Conſtr. pro abſoluto נְגִינַת Super *pulſatione* fidium, ſeu *inſtrumento pulſatili*, cujus fides tactu vel plectrô movebantur, Pſalm. 61, 1. Cum Suffixo נְגִינָתִי Recordor *pulſationis meæ*, Pſalm. 77, 7. וְעַתָּה נְגִינָתָם הָיִיתִי Et nunc *modulatio*, *canticum eorum* ſum, h. e. canticum de me fecerunt & in inſtrumentis muſicis illud canunt, Job. 30, 9. נְגִינָתָם כָּל־הַיּוֹם *Cantus* eorum toto die, Thren. 3, 14. זְקֵנִים מִשַּׁעַר שָׁבָתוּ בַּחוּרִים מִנְּגִינָתָם Senes à portà ceſſarunt, & juvenes à cantu ſuo, Thren. 5, 14. Plur. נְגִינוֹת *Pulſationes*, *pulſatilia inſtrumenta*, Pſal. 4, 1. Pſal. 69, 13. וּנְגִינוֹתַי נְנַגֵּן Nam *cantica* meâ pulſabimus, Pſalm. 30, 20.

מַנְגִּינָה f. *Cantus*, *Canticum*. Semel occurrit cum Suff. אֲנִי מַנְגִּינָתָם Ego ſum *canticum* eorum, Thren. 3, 63.

נָגַע *Tetigit*, *Attigit*, *Pertigit*; *Læſit*, *Percuſſit*, *Plagis affecit*. Conſtruitur cum Accuſativô, item intercedentibus particulis אֶל, עַל & בְּ. אֲשֶׁר נָגַע אֱלֹהִים בְּלִבָּם Quorum cor *tetigit* Deus, 1. Sam. 10, 27. נָגְעָה עָלָיו הָרָעָה *Tetigit* ipſum malum, Jud. 20, 41. לֹא נְגַעֲנוּךָ Non *tetigimus*, *læſimus* te, Gen. 26, 29. Infin. נְגֹעַ *Tangere*, Exod. 19, 12. Aliàs eſt גַּעַת Ezech. 17, 20. וְלֹא יֹסִיף עוֹד לָגַעַת בָּךְ Ut non amplius pergat *tangere* te, 2. Sam. 14, 10. Futur. אֲשֶׁר יִגַּע בּוֹ Quod *attigerit*, Num. 19, 22. Imper. גַּע בֶּהָרִים *Tange* montes, Pſ. 144, 5. Niphal Fut. וַיִּנָּגְעוּ Et *finxerunt*, *ſimularunt ſe percuſſos*, Joſ. 8, 15. Piel נִגַּע *Percuſſit*, *Plagâ affecit*. וַיְנַגַּע יְהוָה אֶת־הַמֶּלֶךְ וַיְהִי מְצֹרָע עַד־יוֹם מֹתוֹ Et *percuſſit* Dominus Regem, ut eſſet leproſus usque ad diem mortis ſuæ, 2. Reg. 15, 5. Pual Futur. יְנֻגָּעוּ׃ *Plagis afficiuntur*, Pſalm. 73, 5. Hiphil הִגִּיעַ *Tangere* vel *pertingere fecit*, *Admovit*, *Conjunxit*, *Accedere*, *Pervenire fecit*; *Dejecit*, *Deturbavit*. Et intranſitivè *Pervenit*, *Obvenit*, *Obtigit*, *Pertigit*. מִי יוֹדֵעַ אִם לְעֵת כָּזֹאת הִגַּעַתְּ לַמַּלְכוּת Quis ſcit, annon ob tempus hujusmodi *perveneris* ad regnum? Eſth. 4, 14. וְהִגַּעְתִּיהוּ לָאָרֶץ Et *detrudam* eam in terram, Ezech. 13, 14. וְהִגַּעְתֶּם אֶל־הַמַּשְׁקוֹף Et *admovebitis* ad ſuperliminare, Exod. 12, 22. Infin. הַגִּיעַ *Advenire*, *Pertingere* &c. וּבְהַגִּיעַ תֹּר נַעֲרָה וְנַעֲרָה Et in *advenire*, i. e. cum adveniret ordo puellæ, & puellæ, i. e. cujuslibet puellæ, Eſth. 2, 12. Fut. וְרֹאשׁוֹ לָעָב יַגִּיעַ Et caput ejus ad nubem *pertingat*, Job. 20, 6. יַגִּיעֶנָּה עַד־עָפָר *Dejiciet* eam in pulverem, Jeſ. 26, 5. וַתַּגַּע לְרַגְלָיו Et *attingere faciebat* pedes ejus, Exod. 4, 25.

1) Generatim *tangendi* habet ſignificationem, ſimplicis ſignificatione pro varietate contextûs & conſtructionis in varia compoſita ſe diffundente. 2) Speciatim α) notat ſimpliciter *rem aliquam tangere*, *attingere*. Ita

Ita dicitur de *contactu* cadaveris immundi hominem inquinantis, Lev. 11, 36. Num. 31, 19. oblationis, Lev. 6, 11. ſacrificii, Lev. 6, 20. fluxu affecti, Lev. 15, 11. 12. reptilis, Lev. 22, 5. *Tangere manu*, ſive *luxante*, ceu tangebatur Jacob, Gen. 32, 32. ſive *blandè* velut *demulcente* & citra omnem dolorem ſurſum tollente, ceu tangebatur Elias, 1. Reg. 19, 7. Daniel, c. 8, 18. β) Infert *tactum venereum*, & libidinoſum, Gen. 20, 6. Prov. 6, 29. Unde *virgo intacta* eſt *virgo à viro integra*, ut Terentius loquitur. γ) Per μείωσιν ſignificat tum *violentius attrectare, lædere* aut *quacunque ratione injuriam alicui inferre*, Gen. 26, 29. Ruth. 2, 9. Joſ. 9, 19. 2. Sam. 14, 10. Job. 1, 11. c. 2, 5. Pſal. 105, 15. Jer. 12, 14. Ezech. 17, 10. Zach. 2, 12. tum *affligere, percutere, plagam aliquam immittere*. Ita dicitur de Pharaone, plagis magnis à Deo percuſſô, Gen. 12, 17. de Rège Aſariâ, lepræ plagâ percuſſô, 2. Reg. 15, 5. 2. Chron. 26, 20. de Jobô graviſſimis afflictionibus expoſitô, Job. 19, 21. de Meſſiâ, peccata hominum expiaturo, graviſſimas plagas & dolores, afflictionesque numero innumeras perpetiente, Jeſ. 53, 4. Confer. Pſalm. 73, 5. 14. tum *furari, furto abripere, rapere alienum*, Num. 16, 26. Jer. 12, 14. tum *detrudere, dejicere, proſternere*, in Hiphil, Jeſ. 25, 12. c. 26, 5. Thren. 2, 2. δ) Notat *obtingere, obvenire*, Eccl. 8, 14. ε) *Pertingere*, Gen. 28, 12. 2. Chron. 3, 12. Job. 20, 6. Jeſ. 8, 9. vel *pervenire*, Eſth. 4, 14. Pſalm. 107, 18. Jeſ. 30, 4. ζ) *Aſſequi*, Lev. 5, 7. η) *Advenire*, Eſth. 2, 12. 15. c. 6, 14. θ) *Admovere, conjungere* in Hiphil Exod. 12, 22. Jeſ. 5, 8.

נֶגַע m. *Plaga*. עוֹד נֶגַע אֶחָד אָבִיא Adhuc unam *plagam* venire faciam, Exod. 11, 1. נֶגַע צָרַעַת *Plaga* lepræ, Lev. 13, 59. Cum Suffixo מִנֶּגֶד נִגְעִי יַעֲמֹדוּ A præſentiâ *plagæ* meæ, i. e. procul à *plagâ* meâ ſtant, Pſal. 38, 12. Plur. נְגָעִים *Plagæ*, Gen. 12, 17. In Statu Conſtr. בְּנִגְעֵי בְּנֵי אָדָם *Plagis* filiorum hominis, 2. Sam. 7, 14.

1) Generatim notat *plagam*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *malum*, quod alterum *tangit & lædit*, ſive ſubjectum, quod eô afficitur, ſit *animatum*, ſive *inanimatum*. Inde 1) hoc nomine venit *plaga lepræ*, ſive afficiat hominem, Lev. 13, 9. 17. 20. 29. 45. 46. ſive veſtem, Lev. 13, 47. 2) *Horrenda primogenitorum in Ægypto percusſio*, Exod. 11, 1. 3) *Mala Catholica*, ut fames, peſtis, bellum, ariditas &c. 1. Reg. 8, 37. 38. 4) *Morbi contagioſi & abominabiles*, Pſal. 38, 12. Pſal. 39, 11. Pſal. 91, 10. Conf. Gen. 12, 17. ubi hoc nomine indigatur *morbus gravisſimus* Pharaonis ac domeſticorum ob uxoris Abrahami detentionem à Deo immisſus. 5) *Calamitas & ærumna gravior*, Prov. 6, 32. 6) *Metonymicè* notat *hominem plagâ affectum*, Lev. 13, 4.

נָגַף *Cecidit, Verberavit, Percusſit, Plagâ affecit, Offendit, Impegit.* וְהָאֱלֹהִים נָגַף אֶת־יָרָבְעָם Et Deus *percusſit* Jorobeamum, 2. Chr. 13, 15. Infin. וְנָגַף יְהוָה אֶת־מִצְרַיִם נָגֹף וְרָפוֹא Ita *percutiet* Dominus Ægyptum *percutiendo* & ſanando, Jeſ. 19, 22. בְּנָגְפוֹ In *percutere*

cutere eum, i.e. cum percuteret, Exod. 12, 27. Fut. אֶגֹּף *Percutiam*, Pſal. 89, 24. וַיִּגֹּף יְהוָה אֶת־הָעָם Et *percuſſit* Dominus populum, Exod. 32, 35. Niphal נִגַּף *Cæſus, Percuſſus fuit.* כִּי נִגַּף לִפְנֵי יִשְׂרָאֵל Quod *percuſſus* eſſet coram Iſraële, 2. Sam. 10, 15. Infin. בְּהִנָּגֵף In *percuti*, i.e. Cum percuſſus fuerit, 1. Reg. 8, 33. Sed Jud. 20, 39. eſt נִגֹּף Charactere Præteriti retentô, (ֹ) loco (..) adhibitô. Fut. אִם־יִנָּגֵף עַמְּךָ יִשְׂרָאֵל Si *percutietur* populus tuus Iſrael, 2. Chron. 6, 24. Hithpael Futur. בְּטֶרֶם יִתְנַגְּפוּ רַגְלֵיכֶם Antequam *percutiantur*, i.e. offendant pedes veſtri, Jer. 13, 16.

1) In genere *percutiendi* notionem habet, quocunque id fiat modô. 2) Speciatim α) notat *percutere aliquem manu, gladiô vel alio quocunque inſtrumento.* Unde dicitur de rixantibus viris gravidam fœminam percutientibus, Exod. 21, 22. de bove cornupeta, Exod. 21, 35. de iis, qui bellô pereunt, ſive gladiô, ſive aliô quodam telô, Lev. 26, 7. Jud. 20, 32. 1. Sam. 4, 2. 10. 2. Sam. 2, 17, c. 18, 7. 2. Reg. 14, 12. 2. Chron. 25, 22. β) *DEO* tributum notat *exemplari ſeveritate plagas impiis inferre*, Exod. 32, 35. Jud. 20, 35. 1. Sam. 25, 38. 2. Chron. 13, 15. c. 21, 14. 18. γ) Notat *impingere*, infertque *vehementiorem alliſionem pedis ad lapidem* vel *aliud quoddam objectum*; ſed quoties *impingendi* ſignificationem habet, innuuntur *graviora pericula*, & *mala*, in quæ incidunt homines, Pſal. 91, 12. Jer. 13, 16. Conf. Prov. 6, 23. ubi ſignificat *ad malorum exemplorum, carnis & Satanæ ſuggeſtionum offendicula impingere, & in varia mala tam culpæ, quàm pœnæ incidere.*

נֶגֶף m. *Plaga.* הֵחֵל הַנֶּגֶף בָּעָם Incepit *plaga* in populo, Num. 17, 12. Adhibetur autem hæc vox α) de *quacunque graviori plagâ divinitus immiſſâ*, Exod. 12, 13. c. 30, 12. Num. 8, 19. c. 17, 11. 12. Joſ. 22, 17. β) Dicit *offenſionem*, Jeſ. 8, 14. ubi *Meſſias* dicitur אֶבֶן נֶגֶף *Lapis offenſionis*, ad deſignandum *judicium divinum & pœnam horribilem*, quam increduli ob ſuam contumaciam incurrunt. Quem enim admodum homo, qui in lapidem impingit, læditur & dolorem ſentit: Sic incredulus ad Meſſiam lapidem ſalutis impingens, læditur & acerbiſſimos inferni cruciatus incidit.

מַגֵּפָה f. *Plaga, Clades.* מַגֵּפָה גְדוֹלָה הָיְתָה בָעָם *Clades* magna fuit in populo, 1. Sam. 4, 17. וַתֵּעָצַר הַמַּגֵּפָה Et inhibeatur plaga, 2. Sam. 24, 21. In Statu Conſtr. מַגֵּפַת הַסּוּס *Plaga* equorum, Zach. 12, 15. Plur. cum Suff. אֲנִי שֹׁלֵחַ אֶת־כָּל־מַגֵּפֹתַי אֶל־לִבְּךָ Ego mittere potuiſſem omnes *plagas* meas in cor tuum. Exod. 9, 14.

1) In genere *percuſſionem & cædem* notat. 2) Speciatim α) dicitur de *plagâ divinitus immittenda* Pharaoni, Exod. 9, 14. contumacibus, Zach. 14, 18. β) de *clade* bellicâ, 1. Sam. 4, 17. 2. Sam. 17, 9. γ) de *ſtrage* Iſraelitarum murmurantium poſt excidium Korachi, Num. 17, 13, 15.

13, 15. & ſcortantium cum filiabus Moabitarum. Num. 25, 8. 9. 18. Pſalm. 106, 29. 30. item de *plaga peſtilentiarum*, 2. Sam. 24, 21. 25. qualis etiam cenſetur fuiſſe *plaga*, quâ uxor Ezechielis moriebatur. Ezech. 24. 16.

נָגַר *Manavit*, ſed in Kal non occurrit. Niphal נִגַּר *Fluxit, Defluxit, Diffluxit*, vel *Effudit ſe, Perfuſus fuit.* יָדִי נִגְּרָה Manus *diffundit ſe*, i.e. plene ac unice ad te expanditur, dirigitur. Pſalm. 77, 3. עֵינִי נִגְּרָה Oculus meus manat, Thren. 3, 49. וְכַמַּיִם הַנִּגָּרִים אָרְצָה Et ſicut aquæ, quæ *defluunt* in terram. 2. Sam. 14. 14. Hiphil הִגִּיר *Fluere, Diffluere fecit, Fudit, Effudit.* וְהִגַּרְתִּי לַגַּי אֲבָנֶיהָ Et faciam, ut *diffluant* in vallem lapides ejus. Mich. 1, 6. Fut. וַיַּגֵּר מִזֶּה Et *effudit exinde*, Pſalm. 5. 79. וַתַּגֵּר אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Et *feciſti diffluere* filios Iſrael, Ezech. 35, 5. Hophal Particip. כְּמַיִם מֻגָּרִים Sicut *aquæ diffuſæ manantes*, Mich. 1, 4.

1) In genere *manandi* vel *fluendi* ſignificationem habet, quacunque ratione *fluxus rei* fiat. 2) Speciatim *α*) *proprie* dicitur de *rebus liquidis*, quæ ex ſummô ad imum defluunt, nempe de *aquis* in terram defluentibus, 2. Sam. 14, 14. de *lacrimis* ſtillantibus, Thren. 3, 49. de *pluviâ* ex nubibus cœli fluentibus, Job. 20, 28. vid. Sebaſt. Schmid. in h. l. Alii interpretantur hunc locum de *opibus* inſtar aquarum *diffluentibus*. *β*) *Metaphorice* 1) infert *diſperſionem & trucidationem.* Ita dicitur de filiis Iſraelis *diſpergendis*, vel gladio *interficiendis*, Ezech. 35, 5. conf. Pſal. 63, 11. ubi dicitur de hoſtibus Davidis morte cruentâ tollendis. 2) *Expanſionem* vel *extenſionem.* Ita dicitur de *manu*, Pſal. 77, 3. Uti enim res liquidæ rectâ petunt locum decliviorem, & diffundendo ſe dividunt in certos alveos: Ita manus orantis rectâ petit terminum quietis deſideratum, nempe Deum, ad quem digiti ſinguli velut quidam manus rivuli ſe extendunt. Vid. Geier. in l. c.

גָּר m. *Fluxus, Alveus*, interprete Aben-Eſra, Job. 28, 4. Sed Sebaſt. Schmidio & aliis eſt Particip. à גּוּר *Accola, peregrinus, habitans.*

נָגַשׁ *Acceſſit, Appropinquavit, Seceſſit.* Infin. בְּגֶשֶׁת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל In *accedere*, i.e. ſi accedant filii Iſraelis, Num. 8, 19. הַאוֹסִיף לָגֶשֶׁת עִם־בְּנֵי בִנְיָמִן אָחִי Num addam *accedere*, i.e. ulterius *accedam* in eum, Exod. 34, 30. עַד גִּשְׁתּוֹ עַד־אָחִיו Usque dum *accederet* ad fratrem ſuum, Gen. 33, 3. Imper. גֶּשׁ־הָלְאָה *Accede* huc, Gen. 19. 9. Fut. אַל־תִּגַּשׁ בִּי Ne *accedas* ad me, Jeſ. 65, 5. וַיִּגַּשׁ יַעֲקֹב אֶל־יִצְחָק Cum ergò *acceſſit* Jacob ad Iſaacum, Gen. 27, 22. Niphal נִגַּשׁ *Accedere juſſus eſt, Adductus eſt, Appropinquavit, Acceſſit.* נִגַּשׁ אֶל־אַחְאָב *Acceſſit* ad Achabum, 1. Reg. 20, 13. נִגְּשׁוּ לַמִּלְחָמָה *Accedebant* in bellum, 1. Sam. 7, 10. Particip. הַנִּגָּשִׁים אֶל־יְהוָה *Accedentes* ad Dominum, Exod. 19, 22. Hiphil הִגִּישׁ *Accedere fecit, Stitit, Adduxit, Admovit, Attulit, Obtulit.* וְהִגִּישׁוֹ Et *ſiſtet* eum, Exod. 21, 6. הַזְּבָחִים וּמִנְחָה הִגַּשְׁתֶּם לִי Sacri-
ficia

Digitized by Google

ficia & oblationem *obtuliſtis* mihi, Am. 5, 25. Imp. הַגִּישׁוּ אֵלַי אֶת־אֲגָג *Adducite* ad me Agagum, 1. Sam. 15, 32. Fut. לֹא תַגִּישׁ Ne *adducas*, Am. 9, 10. Hophal הֻגַּשׁ *Accedere factus, Admotus, Oblatus, Immiſſus fuit.* רַגְלֶיךָ לֹא לִנְחֻשְׁתַּיִם הֻגָּשׁוּ Pedes tui non *immiſſi ſunt* in catenas, 2. Sam. 3, 34. Particip. מֻקְטָר מֻגָּשׁ לִשְׁמִי Suffitum *allatum* nomini meo, Mal. 1, 11. Hithpael Imper. הִתְנַגְּשׁוּ *Appropinquate*, Jeſ. 45, 2.

1) Generatim habet ſignificationem *accedendi*, quocunque etiam modô, & in quemcunque finem acceſſus fiat. Speciatim *α*) *propriè* infert *acceſſum* vel *appropinquationem phyſicam*, diciturque 1) de *accedentibus ad aliquem*, Gen. 33, 3. 7. c. 45, 4. Joſ. 3, 9. 1. Sam. 14, 4. 2) De *præliaturis*, qui ad prælium accedunt, Jud. 20, 23. 1. Sam. 7, 10. Jer. 46, 3. 3) De *litigantibus*, qui ad judicium accedunt, Devt. 25, 1. Conf. Exod. 24, 14. 4) De *maritis*, qui ad uxores accedunt, debitum conjugale præſtituri, Exod. 19, 15. 5) De *offerentibus ſacrificia* &c. qui altare accedunt, Exod. 28, 43. c. 30, 20. Conf. Exod. 32, 6. *β*) *Metaphoricè* dicitur de *accedentibus* ad *Deum*, tum *iis*, qui verâ fide Chriſtum apprehendentes, ad Deum appropinquant, Jerem. 30, 31. tum *illis*, qui hypocriticè & ſimulatè ad Deum ſe vertunt, Jeſ. 29, 13.

נָגַשׂ *Exegit; exigendo* vel *exactionibus arctavit, preſſit, afflixit.* נָגַשׂ אֶת־הַכֶּסֶף וְאֶת־הַזָּהָב *Exigebat* argentum & aurum, 2. Reg. 23, 35. Particip. נֹגֵשׂ *Exactor*, Job. 3, 17. Plur. in Statu Conſtr. נֹגְשֵׂי הָעָם *Exactores* populi, Exod. 5, 10. Fut. אֶת־הַנָּכְרִי תִּגֹּשׂ Alienigenam *exiges, urgebis* quidem, Devt. 15, 3. וְכָל־עַצְּבֵיכֶם תִּנְגֹּשׂוּ Et omnia veſtra debita *exigitis*. Jeſ. 58, 3. Niphal נִגַּשׂ *Exactus, Arctatus, Coarctatus, Oppreſſus, Afflictus* fuit. נִגַּשׂ הָעָם *Premebatur, arctabatur* populus, 1. Sam. 13, 6. וְנִגַּשׂ הָעָם Et *exigetur, exactionibus opprimetur* populus, Jeſ. 3, 5.

1) Generatim notat *exigere*, ſive *opus*, ſive *pecuniam*. 2) Speciatim *α*) notat *adigere ad opus faciendum*, idque non ſine rigore, ſeveritate & violentiâ, Exod. 3, 7. c. 5, 6. 10. 13. 14. Job. 3, 18. c. 39, 10. juxta Sebaſt. Schmidium in Comment. *β*) Notat *exigere pecuniam*, eamque ſæpe vi & preſſurâ durâ, nec citra magnam alterius querimoniam extorquere. Ita dicitur non ſolum de creditoribus rigoroſè debitores tractantibus & prementibus, Devt. 15, 2, 3. Jeſ. 58, 3. Sed etiam de *aliis* tributa exigentibus, 2. Reg. 23, 35. Dan. 11, 20. *γ*) Notat *violenter tractare, premere, affligere, arctare*, quia exactores, ſive exigant pecuniam, ſive opus, ſæpius *violentia utuntur*, & durâ preſſurâ extorquent, quod exigunt. Ita dicitur 1) de *Chriſto patiente*, qui *λύτρον*, quod juſtitia divina à peccatoribus rigoroſiſſime exigebat, paſſione & morte præſtiturus, violentam & duram tractationem ſuſtinuit, Jeſ. 53, 7. 2) de *Iſraelitis* ab hoſtibus preſſis & in anguſtiam redactis, 1. Sam. 13, 6. 3) de *Babyloniis* durè & violenter Judæos premen-

mentibus, & graviter affligentibus, Jeſ. 14, 2. Conf. Zach. 9, 8. Sed Jeſ. 9, 4. dicitur de *Moſe*, qui baculo legis & comminationum legalium hominem ſubinde urget, perfectam legis impletionem ſeveriſſimè exigit, & hac deficiente pœnam rigoroſiſſime poſcit; adeoque conſcientiam vehementiſſimè terret & in maximas anguſtias redigit.

נֵר m. *Acervus, Cumulus*, vide infra in נוּר.

נָדַב *Sponte movit, Impulit, Incitavit*, ſcil. *ad voluntariè dandum, conferendum aut offerendum.* אֲשֶׁר נָדַב לִבָּם אֹתָם Quos *ſponte movit* cor eorum, Exod. 35, 29. conf. Exod. 35, 21. וְכֹל אֲשֶׁר נָדְבָה רוּחוֹ אֹתוֹ Et omnis, cujus ſpontaneus ſpiritus *movit* eum. Fut. אֲשֶׁר יִדְּבֶנּוּ לִבּוֹ Quem *ſponte, voluntariè dedit, obtulit, ſpontaneum ſe exhibuit, ſpontaneus fuit;* Vel *paſſive ſponte datum, oblatum fuit.* בְּיֹשֶׁר לְבָבִי הִתְנַדַּבְתִּי In rectitudine cordis mei *ſponte dedi* omnia hæc, 1. Chron. 29, 17. Infin. cum Præter. וַיִּשְׂמְחוּ הָעָם עַל־הִתְנַדְּבָם כִּי בְּלֵב שָׁלֵם הִתְנַדְּבוּ לַיהוָה Lætatus ſimul eſt populus, ſuper eo, quod *ſpontaneus fuit*; Corde enim integrô *ſpontaneos ſe exhibuerunt* Domino, 1. Chron. 29, 9. לְהִתְנַדֶּב־לָךְ Ad *ſponte dandum* tibi, 1. Chron. 29, 17. Fut. וַיִּתְנַדְּבוּ Et *ſponte obtulerunt*, 1. Chron. 29, 6. Particip. מִתְנַדֵּב 1. Chron. 29, 5. Eſr. 3, 5.

1) Generatim infert *animi impulſionem & motum proprium*, ſive ad *ſponte dandum*, ſive ad *ſponte & voluntariè agendum.* 2) Speciatim α) in *Kal* notat *movere* vel *incitare ad ſponte & voluntariè dandum* vel *offerendum aliquid*, Exod. 25, 2. cap. 35, 21. 29. In *Hithpael* notat 1) *ſpontaneum eſſe*, vel *exhibere ſe ad aliquid*, e. g. ad bellum vel pugnam cruentam, Jud. 5, 2. 9. ad habitandum alicubi, Neh. 11, 2. 2) *Sponte & voluntariè aliquid dare, offerre*, 2. Chron. 29, 9. 17. Eſr. 1, 6.

נָדִיב m. *Voluntarius, Spontaneus, Ingenuus, Liberalis, Munificus, Princeps.* לֹא־יִקָּרֵא עוֹד לְנָבָל נָדִיב Non dicetur amplius ſtulto *ingenuus*, Jeſ. 32, 5. In Statu Conſtr. נְדִיב לִבּוֹ *Spontaneus* corde, Exod. 35, 5. 22. 2. Chron. 29, 31. Pluralis נְדִיבִים *Ingenui, Principes.* שׁוֹפֵךְ בּוּז עַל־נְדִיבִים Effundens contemtum ſuper *Principes*, Job. 12, 21. אַל־תִּבְטְחוּ בִנְדִיבִים Ne confidatis in *Principibus*, Pſalm. 146, 3. In Statu Conſtr. נְדִיבֵי עַמִּים *Spontanei* populorum, Pſal. 47, 10. Cum Suff. נְדִיבֵמוֹ *Principes* eorum, Pſal. 83, 12.

1) Generatim notat *impulſum*, ſeu *eum*, qui liberè, non invitè ac coactè, ſed ſua ſe voluntate impellit ac movet ad honeſta ac laudabilia. 2) Speciatim α) dicitur de *eo*, qui ſponte ac munificè dat atque confert. Exod. 35, 5. 22. Prov. 19, 6. β) De *eo*, qui ſpontaneam moleſtiam forti ſpiritu, animô impellente ſubit, Job. 12, 21. γ) De *eo*, qui ſpontaneo corde holocauſta offert, 2. Chron. 29, 31. δ) De *fidelibus*, qui Chriſtum, Ducem ſuum ſponte ſequuntur, ἑκουσίως ei obedientiam præſtant, & liberô

Digitized by Google

rô ſpiritu præſtant, quæ imperat, Cant. 6, 12. ε) Dicitur de *Principibus*, forte, quia hi ob facultates & ſtatûs eminentiam inprimis munifici & benigni eſſe debent. Hoc in ia ſignificatu dicitur *tum* de *Chriſto*, qui eſt Principum Princeps, & Dominorum Dominus, ſuâ munificentiâ illuſtriſſimus, Cant. 7, 2. *tum* de *hominibus*, qui in eminenti conſtituti ſunt dignitate, 1. Sam. 2, 8. Pſal. 47, 10. In quibus non ponenda eſt fiducia, Pſal. 118, 9. Pſal. 146, 3. & ad quorum latus pauper evehitur, Pſal. 113, 8. *tum* de *Ducibus copiarum hoſtilium*, Pſal. 83, 12. *tum* de *Præfectis tribuum*, Num. 11, 19.

נְדִיבָה f. *Spontanea.* רוּחַ נְדִיבָה Spiritus *ſpontaneus* ſive *ſponte & candide in bonum ferens, promtum & ſpontaneum* reddens hominem ad ſerviendum Deo, & ex mancipio peccati & Satanæ faciens ingenuum atque liberum, Pſal. 51, 14. תִּרְדֹּף כָּרוּחַ נְדִבָתִי Perſequeris ſicut ventus animam meam, quæ *ſpontanea* fuit hactenus in cultu & ſervitiô tuô, Job. 30, 15. Plur. וְנָדִיב נְדִיבוֹת יָעָץ וְהוּא עַל־נְדִיבוֹת יָקוּם Sed ingenuus *ingenua* conſulit, & idem ſuper *ingenuis* perſiſtet, h. e. *ingenuus* omnia de actionibus conſilia ita inſtituet, ut in actionibus candor & ingenuitas conſtanter eluceſcat. Præterea non legitur.

נְדָבָה f. *Voluntarium, Spontaneum, Voluntaria oblatio, Voluntarium ſacrificium aut munus*; & ſi in *Adverbii* naturam abit, *ſpontè, voluntariè, liberaliter, benevolè.* הֵבִיאוּ בְנֵי־יִשְׂרָאֵל נְדָבָה לַיהוָה Attulerunt filii Iſrael *ſpontaneum* munus Domino, Exod. 35, 29. מִסַּת נִדְבַת יָדְךָ Cenſus *muneris voluntarii* manus tuæ, Devt. 16, 10. Plur. נְדָבוֹת *Voluntaria, Spontanea* &c. וְקִרְאוּ נְדָבוֹת הַשְׁמִיעוּ Et proclamate *ſpontanea*, audiri ea facite, Am. 4, 5. In Statu Conſtr. נִדְבוֹת הָאֱלֹהִים *Sponte oblata* Deo, 2. Chron. 31, 14. Cum Suff. מִלְּבַד כָּל־נִדְבֹתֵיכֶם Præter omnia *ſpontanea* veſtra, Lev. 23, 38. Sed *Adverbialiter* capitur, Pſal. 54, 8. בִּנְדָבָה אֶזְבְּחָה־לָּךְ *Sponte, voluntariè* ſacrificabo tibi. Sic ſine Præpoſitione adverbiaſcit, Hoſ. 14, 5. אֹהֲבֵם נְדָבָה Amabo eos *voluntarie.*

1) Generatim *voluntarium* vel *ſpontaneum* ſignificat ſive in *abſtracto*, ſive in *concreto.* 2) Speciatim α) deſignat *liberalitatem, benevolentiam* & *ſpontaneitatem.* Ita capitur tum Pſ. 68, 10. גֶּשֶׁם נְדָבוֹת Imber *benevolentiæ*, vel juxta Geierum & Coccejum *liberalitatum* i. e. *liberalis* & *largiſſimus*; tum quando in Adverbium abit, Pſal. 54. 8. Hoſ. 14, 5. ubi *ſpontaneitatem* infert. β) Deſignat *aliquam oblationem*, quæ non coactè, ſed ex ſpontaneo cordis motu, liberoque ſpiritu Deo in honoris aut venerationis documentum offertur. Ita dicitur 1) de *munere* ad extructionem tabernaculi faciente, Exod. 35, 29. c. 16, 3. 2) de *ſacrificio* ſponte oblato, Lev. 7, 16. c. 22, 21. 23. Num. 15, 3. Eſr. 3, 5. Ezech. 46, 12. 3) de *voluntario*, quod cor in honorem Dei ſponte concepit, & os poſtea piè prolocutum eſt, Pſal. 119, 108.

נָדַד *Movit ſe, Profugit, Vagatus, Evagatus eſt, Erravit, Aberravit.* נָדְדָה שְׁנַת הַמֶּלֶךְ Fugit *ſomnus* Regis. Der König kunte nicht ſchlaffen; Sein Schlaff war weg. Eſth. 6, 1. כָּל־קְצִינַיִךְ נָדְדוּ יַחַד Omnes Dominatores tui *vagantur* unà, Jeſ. 22, 3. אִישׁ נוֹדֵד מִמְּקוֹמוֹ Vir *vagans* è loco ſuo, Prov. 27, 8. Infin. אַרְחִיק נְדֹד Elongabo *vagari*, Pſal. 55, 8. Fut. כָּל־רֹאַיִךְ יִדּוֹד מִמֵּךְ Quisque videntium te *fugiet* à te, Nah. 3, 7. Hiphil הֵנִיד *Fugere fecit, Fugavit, Ejecit.* Fut. יְנִדֻּהוּ *Ejicient* eum, Job. 18, 18. Hophal הֻנַּד *Fugatus, Remotus, Rejectus eſt; Aufugit.* Fut. וְיֻדַּד כְּחֶזְיוֹן לָיְלָה Et *fugabitur, aufugiet* ſicut viſio noctis, Job. 20, 8. Particip. כְּקוֹץ מֻנָד כֻּלָּהֶם Tanquam ſpina *rejecta* omnes iſti ſunt, 2. Sam. 23, 6. Hithpael הִתְנוֹדֵד *Fugit, Vagatus eſt, Movit ſe, Commotus eſt.* וְהִתְנוֹדְדָה כַּמְּלוּנָה Et *commovebitur* ſicut tegillum, Jeſ. 24, 20. Fut. יִתְנֹדָדוּ *Fugient*, Pſal. 64, 9. תִּתְנֹדָד *Commoves te*, Jer. 48, 27. (ָ) eſt pro (ֵ) ob præſentiam accentus domini.

1) Generatim *movendi* ſignificationem habet, quacunque ratione, & in quemcunque finem fiat. 2) Speciatim α) dicitur de *terrâ* ſe commovente, Jeſ. 24, 20. item de homine ridendo ſe commovente, Jer. 48, 27. β) de *vagantibus*, quia, qui hinc inde vagantur, commovent ſe. Ita legitur de *iis*, qui panem quæſituri hinc inde vagantur, Job. 15, 23. & ſorte ſua nunquam contenti, vel temerè, vel ingruente aliquô graviori malo, vel effulgente ſpe pinguiori, locum mutant, Prov. 27, 8. γ) de *fugientibus*, quia, qui fugam capeſſunt, è priori loco ſe commovent. In *fugiendi* autem ſignificatione dicitur *tùm* de *iis*, qui poſt fugam, quam celerrimè capeſſunt, ſunt alicubi, notaturque ſæpe *locus*, ubi exiſtant & degant; *tùm* de *iis*, quæ fugiunt *evaneſcendo*. In priori ſignificatione tribuitur *fugitivis militibus*, Jeſ. 16, 3. *Regibus* exercituum, Pſal. 68, 13. aliis, Jeſ. 21, 15. Jer. 49, 5. item *avibus* Prov. 27, 8. Jer. 4, 25. c. 9, 9. In poſteriori autem ſignificatione dicitur de *ſomno*, Gen. 31, 40. Eſth. 6, 1. de *viſione*, Job. 20, 8. δ) de *recedentibus*, quia receſſio ſine motione fieri nequit. Dicitur verò tàm de *iis*, qui ab amico, malum aliquod evitaturi, celeriter fugiendo recedunt, Pſal. 31, 12. quàm de *iis*, qui à *Deo* turpiter & nefandè recedunt, eum malitioſè deſerendo, contra eum protervè delinquendo, idola ſectando &c. Hoſ. 7, 13.

נְדֻדִים m. pl. *Motus, Jaculationes.* Semel legitur Job. 7, 4. וְשָׂבַעְתִּי נְדֻדִים Et ſatiatus ſum *jactationibus*, ubi innuuntur *labores diurni*, quos exantlaturi, homines huc illucve diſcurrere ſolent.

מִדַּד m. *Vagatio, Receſſio.* וּמִדַּד־עָרֶב Et *receſſio* veſperæ, Job. 4, 7. Sed aliis eſt Præteritum *Piel* radicis מדד, & hunc parit ſenſum: Tum *admenſus eſt* (mihi) veſperam. Vid. Seb. Schmid. in h. l.

נָדָה *Procul amovit, Ejecit, Expulit, Separavit.* Bis ſaltem occurrit in Participio. הַמְנַדִּים לְיוֹם רָע Qui *amovetis*, i. e. procul abeſſe

abeſſe putatis diem mali, Am. 6, 3. Cum Suff. מְנַדֵּיכֶם *Ejicientes*, i. e. excommunicantes vos, Jeſ. 66, 5.

נִדָּה f. *Separatio; Fœditas, Immundicies fœminarum menſtruata; Fœmina menſtruata, immundicie iſtâ* vel *laborans*, vel *ob eam à viro ſeparata.* אֶל־נִדָּה לֹא יִקְרָב׃ Ad fœminam menſtruatam non accedat, Ezech. 18, 6. הָיְתָה יְרוּשָׁלַםִ לְנִדָּה Facta eſt Hieroſolyma in *menſtruatam*, Thren. 1, 17. In Statu Conſtr. כִּימֵי נִדַּת דְּוֹתָהּ תִּטְמָא Juxta dies *ſeparationis* languoris ejus immunda erit, Levit. 12, 2. Cum Suff. נִדָּתָהּ Separatio ejus, Lev. 15, 24. 25. 26.

1) Generatim ſignificat *ſeparationem.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *ſeparationem*, quæ ob aliquam immundiciem fit, Lev. 15, 24. 25. 26. Unde Num. 19, 9. 13. 20. 31. mentio fit מֵי נִדָּה *aqua ſeparationis*, quâ aſpergebantur, & ita expiabantur, qui ob contractam aliquam immundiciem à commercio aliorum hactenus ſeparati fuerant. *β*) *Metonymicè* notat 1) *immundiciem fœditatem & abominationem*, quæ *ſeparationem* inducit, vel *amotionem* exigit, Lev. 20, 21. Eſr. 9, 11. Zach. 13, 1. 2) *Quidquid eſt immundum* vel *abominandum*, 2. Chron. 29, 5. Conf. Ezech. 7, 19. 20. Item 3) *fœminam menſtruatam*, ob immundiciem, quâ laborat, à viro ſeparandam, Thren. 1, 17. Ezech. 18, 6. c. 36, 17.

נֵדֶה m. *Merces meretricia*; ſic dicta, quia eſt res *fœdiſſima*, vel quia ſcortator meretricem, eâ datâ, à ſe *removet.* Semel legitur, Ezech. 16, 33.

נְדָנִים m. pl. *Mercedes meretriciæ.* Semel occurrit cum Suff. Ezech. 16, 33. נְדָנַיִךְ *Mercedes meretriciæ* tuæ.

נָדַח *Impulit, Depulit, Diſpulit, Expulit, Vibravit.* לֹא־תַשְׁחִית אֶת־עֵצָהּ לִנְדֹּחַ עָלָיו גַּרְזֶן Non perdas arborem ejus, *impellendo* in illam ſecurim, Devt. 20, 19. Fut. יִדַּח מִמֶּנּוּ נִדָּח *Repellat* à ſe impulſum, 2. Sam. 14, 14. Niphal נִדַּח *Impulſus, Depulſus, Diſpulſus, Expulſus fuit, Erravit.* וְתֻשִׁיָּה נִדְּחָה מִמֶּנִּי Et res *depulſa eſt* à me, Job. 6, 13. נִדְּחוּ *Depulſi fuerunt*, Jerem. 40, 10. וְנִדַּחְתֶּם אִישׁ לְפָנָיו Ut *diſpellamini*, vir ante ſe, Jerem. 49, 5. Particip. נִדָּח *Impulſus, Expulſus.* לְבִלְתִּי הָשִׁיב הַמֶּלֶךְ אֶת־נִדְּחוֹ Eo quod non reducit Rex *expulſum* ſuum, 2. Sam. 14, 13. לֹא־תִרְאֶה אֶת־שׁוֹר אָחִיךָ אוֹ אֶת־שֵׂיוֹ נִדָּחִים Non videbis bovem fratris tui aut pecudem *errantes*, Devt. 22, 1. Fœm. וְהַנִּדַּחַת אָשִׁיב Et *errantem* reducam, Ezech. 34, 16. Pual. Particip. מְנֻדָּח *Impulſus*, Jeſ. 8, 22. Hiphil הִדִּיחַ *Impulit, Diſpulit, Expulit.* וְהִדִּיחַ עָלֵינוּ אֶת־הָרָעָה Et *impellat* ſuper nos malum, 2. Sam. 15, 14. הִדִּיחָם *Expulit* eos, Jer. 16, 15. וְהִדַּחְתִּיו אֶל־אֶרֶץ צִיָּה Et *expellam* eum in terram ſiccitatis, i. e. ſiccam, Joel. 2, 20. Infin. לְהַדִּיחַ

Digitized by Google

Ad *depellendum*, Pſalm. 62,5. Fut. אֲשֶׁר אַדִּיחֵם שָׁם Quò *expellam*, Jer. 24, 9.

1) Generatim *pulſionem* infert, quæ pro diverſitate contextûs per diverſa compoſita optimè exprimitur. 2) Speciatim α) notat *impellere*, ſive *phyſicè*, prout ſecuris impellitur in arborem, Devt. 20, 19. aut manus cum ſecuri, Devt. 19, 5. ſive *moraliter*, prout meretrix blanditiis juvenem impellit, atque ſeducit, Prov. 7, 21. vel alius alium tùm ſuô ipſius exemplô, tùm verbis perſuaſoriis ad idololatriam impellit atque incitat, Devt. 4, 19. c. 30, 17. 2. Chron. 21, 11. β) Significat *vi expellere*, ut expulſum ſubjectum vel in exilio verſetur, vel hinc inde errans vagetur. Proinde infert *violentam locomotionem* vel *expulſionem*, qualis erat immorigeri populi ex ſedibus ſuis, Devt. 30, 1. 5. Neh. 1, 9. Jeſ. 16, 3. 4. Jer. 23, 3. c. 29, 14. c. 46, 28. Davidis, Pſal. 62, 5. timidarum oviculaium, Jer. 23, 2. capreoli, Jeſ. 13, 14. gregis à leonibus diſperſi, Jer. 50, 17. Quandoque tamen notat ſimpliciter *errare*, Devt. 22, 1. Ezech. 34, 4. 16. ubi dicitur de bove & ove *errante*.

נִדְּחֵי Spectat ad rad. דחה quam vide p. 253.

מַדּוּחִים m. pl. *Depulſiones*, *Expulſiones*. Semel occurrit, Thren. 2, 14.

נָדָן Radix ignota; Inde ſuperſtes eſt,

נָדָן m. *Vagina*. Semel legitur cum Suff. וַיָּשֶׁב חַרְבּוֹ אֶל־נְדָנָהּ Ut reduceret gladium ſuum in *vaginam* ejus. נְדָנִים *Mercedes meretricie* vide in rad. נדה p. 731.

נָדַף *Impulit, Diſpulit, Depulit.* Futur. תִּנְדֹּף *Impelles*, Pſal. 68, 3. יִדְּפֶנּוּ *Impellat* eum, Job. 32, 13. Niphal נִדַּף *Impulſus*, *Diſpulſus*, *Depulſus eſt.* יָבֵשׁ נִדָּף וְאֵינֶנּוּ *Areſcet*, *Impelletur*, nec amplius erit, Jeſ. 19, 7. Particip. קוֹל עָלֶה נִדָּף Strepitus folii *impulſi* aut *agitati*, Lev. 26, 36. כְּקַשׁ נִדָּף Sicut ſtipula *impulſa*, Jeſ. 41, 2. Infin. כְּהִנְדֹּף עָשָׁן תִּנְדֹּף Quemadmodum *diſpellitur* fumus, ita *diſpelles* eos, Pſal. 68, 3. Eſt forma mixta ex *Niphal*, quod indicat ה, & ex *Kal*, quod reliqua omnia innuunt.

1) Generatim involvit *vehementiorem pulſionem*, quâ res, quæ impellitur, ſæpius diſpellitur, vel etiam propellitur, ſæpius non amplius comparet, aut aliquid de eâ remanet. 2) Speciatim α) adhibetur *tum* de *diſſipatione rei*, ut non amplius ſit vel compareat, e. g. fumi, Pſ. 68, 3. ſtipulæ, Jeſ. 41, 2. glumæ exuccæ atque levis, Pſal. 1, 4. ſementis, Jeſ. 19, 7. folii, Job. 13, 25. tùm de *agitatione rei*, quæ terrorem incutit, Lev. 26, 36. β) De everſione hominis impii, Pſal. 68, 3.

נָדַר *Vovit.* נָדַר נֶדֶר *Vovit* votum, 2. Sam. 15, 8. וַאֲשַׁלֵּם אֶת־נִדְרִי אֲשֶׁר־נָדַרְתִּי Et ſolvam votum meum, quod *vovi*, 2. Sam. 15, 7. Fut. כִּי תִדֹּר נֶדֶר לַיהוָה Cum *voveris* votum Domino, Devt. 23, 22. Im-

Digitized by Google

Imperat. נִדְרוּ וְשַׁלְּמוּ לַיהוָה *Vovete* & vota reddite Domino, Pſal. 76, 12.

1) Generatim notat *vovere*, ob quamcunque etiam cauſam fiat. 2) Speciatim α) notat *vovere votum, ob calamitatis*, quæ premit, *præſentiam*, Num. 21, 1. Pſal. 66, 13. vel *ingruentiam*, aut *metum*, Jon. 1, 16. Jud. 11, 39. β) Ob *beneficium acceptum accipiendumve*, Gen. 28, 20. c. 31, 13. 1. Sam. 1, 11. γ) Ex *pietatis zelo*, Num. 6, 21. Devt. 23, 22. 23. 24. Pſal. 132, 2.

נֵדֶר vel נֶדֶר m. *Votum.* וַיִּדַּר יַעֲקֹב נֶדֶר Et *vovebat* Jacob votum, Gen. 28, 20. וְנָדְרוּ נֵדֶר לַיהוָה Et *vovebunt* votum Domino, Jeſ. 19, 21. Cum Suff. וַאֲשַׁלֵּם אֶת־נִדְרִי Et ſolvam *votum* meum, 2. Sam. 15, 7. Plur. נְדָרִים *Vota*, Prov. 20, 25. Cum Suff. נַעֲשֶׂה אֶת־נְדָרֵינוּ Faciemus *vota* noſtra, Jer. 44, 25. וְשַׁלֵּם לְעֶלְיוֹן נְדָרֶיךָ Et ſolve Altiſſimo *vota* tua, Pſal. 50, 14. נִדְרֵיכֶם *Vota* veſtra, Levit. 23, 38.

1) In genere notat *votum*. 2) In ſpecie α) notat *promisſionem* Deo factam, Gen. 28, 20. Devt. 23, 22. &c. β) Deſignat *rem votivam*, ſeu voto promiſſam, Pſal. 66, 13. Devt. 12, 26. c. 23, 19. Lev. 7, 16. Conf. Prov. 7, 14. γ) Innuit *preces*, quibus annexum eſt *votum*, quo homo ſe obſtringit ad aliquid præſtandum, ſi impetraverit à Deo auxilium, Pſal. 61, 6. δ) Significat *gratiarum actionem*, quam præſtat aliquis, poſtquam voti ſui compos factus eſt, Pſal. 22, 26. Pſal. 50, 14. Pſal. 61, 9. Pſal. 65, 2.

נָהַג *Duxit, Abduxit, Abegit; Adduxit, Deduxit, Induxit;* & intranſitivè *Inceſſit, Proceſſit, Verſatus eſt.* אוֹתִי נָהַג Me *duxit*, Thren. 3, 2. נָהֲגוּ לִפְנֵי הַמִּקְנֶה הַהוּא Qui *inceſſerunt* ante pecus hoc, 1. Sam. 30, 20. Fut. אֶנְהָגְךָ *Deducam* te, Cant. 8, 2. וַיִּנְהַג יוֹאָב אֶת־חֵיל הַצָּבָא Et *duxit* Joab robur exercitûs, 1. Chron. 20, 1. Piel נִהֵג *Duxit, Abduxit, Deduxit.* וַיהוָה נִהַג רוּחַ קָדִים בָּאָרֶץ Dominus autem *adduxit* ventum orientalem in terram, Exod. 10, 13. נִהַגְתָּ עַמְּךָ *Duxiſti* populum tuum, Jeſ. 63, 14. Fut. יְנַהֵג יְהוָה אֶתְכֶם *Abducet* Dominus vos, Devt. 4, 27. וַיְנַהֲגֵם כָּעֵדֶר בַּמִּדְבָּר Et *duxit* eos ſicut gregem in deſerto, Pſal. 78, 12.

1) Si tranſitivè capitur, α) *propriè* notat *ducere*, e. g. currum, 1. Chron. 13, 7. Exod. 14, 25. gregem, Gen. 31, 18. Exod. 3, 1. & in compoſito *adducere* ventum, Exod. 10, 13. Pſalm. 78, 26. abducere, e. g. captivum, 1. Sam. 30, 2. Confer. Devt. 4, 27. c. 28, 37. Jeſ. 20, 4. β) *Metaphoricè* notat aliquem ducere conſiliô aut auxiliô, i. e. *regere, gubernare;* Sic Joabus ducebat exercitum, 1. Chron. 20, 1. & Amazia populum, 2. Chron. 25, 11. *Deo* tributum notat ſuos providè & perſpectè ducere, inſtar Paſtoris, eosque gubernare, tueri atque defendere, Pſal. 48, 15. Pſalm. 80, 2. Jeſ. 49, 10. c. 63, 14. 2) *Intranſitivè* autem acceptum notat

Digitized by Google

tum *incedere*, 1. Sam. 30, 20. 2. Reg. 9, 21. tum *verſari in aliqua re, ſtudere ſeu incumbere alicui rei*, Eccl. 2, 3.

מִנְהָג m. *Ductus.* Bis ſaltem legitur וְהַמִּנְהָג כְּמִנְהַג יֵהוּא Eſt vero *ductus* ſicut *ductus* Jehu, 2. Reg. 9, 20.

נָהָה *Lamentatus eſt, Lamentum edidit.* וְנָהָה נְהִי נִהְיָה Et *lamentabitur* lamentum lamentabile, Mich. 2, 4. Imper. נְהֵה עַל־הֲמוֹן מִצְרַיִם *Lamentare* ſuper multitudine Ægypti, Ezech. 32, 18. Niphal in Fut. וַיִּנָּהוּ Et *lamentati ſunt*, 1. Sam. 7, 2. Sæpius non legitur.

נְהִי m. *Lamentum; Planctus*, Jer. 9, 9. 17. 18. 19. Am. 5, 16. Præterea non occurrit.

נִהְיָה m. *Lamentabile; Lamentum.* Semel occurrit, Mich. 2, 4.

נִי m. *Lamentum.* Semel legitur cum Suffixo בְּנִיהֶם In *lamento* ſuô, Ezech. 27, 32.

נֹהַּ m. *Lamentum.* Semel extat Ezech. 7, 11.

נָהַל *Duxit, Deduxit*, ſcilicet *commodè & leniter.* נֵהַלְתָּ בְעָזְּךָ אֶל־נְוֵה קָדְשֶׁךָ *Deduxiſti* in fortitudine tuâ ad habitaculum ſanctitatis tuæ, i. e. ſanctum tuum, Exod. 15, 13. Particip. אֵין מְנַהֵל לָהּ Non erat *ducens* eam, Jeſ. 51, 18. Fut. עַל־מֵי מְנֻחוֹת יְנַהֲלֵנִי Ad aquas quietum, i. e. quiete ac leniter fluentes & ſitim æſtumque ſvaviter ſedantes *deducet me*, Pſalm. 23, 2. וַיְנַהֲלֵם בַּלֶּחֶם Et *ſuſtentavit* eos pane, Gen. 47, 17. Hithpael הִתְנַהֵל *Inceſſit.* Fut. אֶתְנַהֲלָה לְאִטִּי *Incedam, procedam lente*, Gen. 33, 14.

1) Generatim notat *ducere.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *ſenſim ac lente ducere*, prout duci ſolent ægri & infirmi, 2. Chron. 28, 15. vel oves, quas paſtor pro ipſarum viribus prudenter agit, perque commodas vias ad paſcua ducit, Pſalm. 23, 2. Jeſ. 40, 11. Sed quia ita utplurimum tribuitur *Deo*, Pſalm. 31, 4. & *Meſſiæ*, Pſalm. 23, 2. Jeſ. 40, 11. c. 49, 10. hinc tropicè deſignatur *benevola ipſius cura*, qua ſuos inſtar fideliſſimi paſtoris lente & prudenter agit, ad ſaluberrimos ſuos fontes & amœniſſima paſcua ducit, eosque contra malorum inſultus potentiſſimè tuetur atque defendit. In Hithpael ſumitur intranſitive, & *lentam inceſſionem* denotat, Gen. 33, 14. β) *Metaphoricè* notat *ſuſtentare & conſervare providè.* Ita dicitur tùm de *Joſepho*, qui Ægyptios famelicos pane ſuſtentabat, Gen. 47, 17. tùm de *Deo*, qui Iſraelitas ab hoſtibus ſervabat potentiſſimè, & paterne ſuſtentabat, ut commodè vitam agerent, 2. Chron. 32, 22.

נַהֲלֹלִים m. pl. *Ductus.* Semel legitur Jeſ. 7, 19. וּבְכֹל הַנַּהֲלֹלִים Et in omnibus *ductibus* viarum; Interprete Seb. Schmidio. Sed celeb. Danzio in prælect. in Jeſ. notat *ſplendidos flores.* Hanc ſignificationem ipſi ſuppeditat non modò oppoſitio, etiam in præcedenti numerô

merô obſervata, ſed etiam vocis originatio. Deducit enim eam à R. הלל quæ inprimis in Hiphil ſignificat *lucidum eſſe, ſplendere*, Jeſ.13,10. Accedit, quod apes inprimis appetant flores, juxta illud Virgilii: *Purpureosque metunt flores.*

נַהֲלְאָה *Procul diſſita.* Mich.4,71. Vide in הלא

נָהַם *Rugivit, Fremuit.* Particip. אֲרִי נֹהֵם Leo *rugiens*, Prov.28,15. Fut. וְיִנְהֹם עָלָיו *Fremet* contra eum, Jeſ.5,30.

1) Generatim notat inconditam vocem & ſonum edere. 2) Speciatim α) ſignificat *rugire*, & 1) *propriè* dicitur de *leonibus famelicis*, horrendum rugitum edentibus, Prov.28,15. 2) *Impropriè* tum de *truculentis & ſævis hoſtibus*, horrendum clamorem contra quosvis ſibi obvios factos edentibus, Jeſ.29. tum de *aliis* ob graviſſimum malum, quô premuntur, & acerbiſſimum dolorem, quô lancinantur, horribilem lamentationem, & gemitus acerbiſſimos emittentibus, Prov.5,11. Ezech.34,23. β) Notat *fremere*, diciturque de mari fremente, ceu colligi poteſt ex conjugato ſuo נְהָמָה quod occurrit, Jeſ.5,30.

נַהַם m. *Rugitus.* Bis legitur Prov.19,12. c.20,2. & dicitur propriè de *rugitu leonis*, qui transfertur ad deſignandam *gravitatem & magnitudinem* tum *iræ*, tum *terroris Regis*.

נְהָמָה f. *Fremitus.* Bis occurrit in Statu Conſtr. כְּנַהֲמַת יָם Secundum *fremitum* maris, Jeſ.5,30. מִנַּהֲמַת לִבִּי Ex *fremitu* cordis mei, Pſalm.38,9.

נָהַק *Rudit*; Propriè *Aſinorum* eſt & Metaphoricè transfertur ad *homines.* Bis ſaltem legitur in Futuro הֲיִנְהַק פֶּרֶא עֲלֵי דֶשֶׁא Num *rudit* onager ſuper herba? Job.6,5. בֵּין־שִׂיחִים יִנְהָקוּ Inter virgulta *rudebant*, i.e. *miſerum clamorem emittebant*, Job.30,7.

נָהַר *Fluxit, Confluxit, Affluxit*; & apud Chaldæos, *Splenduit, Illuxit, Illuminatus eſt.* אָז תִּרְאִי וְנָהַרְתְּ Tunc videbis, & *conflues*, vel potius *afflues*, i.e. lætabunda *occurres* filiis & filiabus, ut recipias eos in ſinum tuum, Jeſ.60,5. Coccejus & Pagninus Chaldaicam amplectuntur ſignificationem & reddunt: Et *illuminaberis.* Sed præſtat retinere ſignificationem apud Ebræos receptam. וְנָהֲרוּ אֵלָיו כָּל־הַגּוֹיִם Et *confluent* ad eum omnes gentes, i.e. magnô agmine ad montem domûs Domini *accedent*, Jeſ.2,2. Fut. וְלֹא יִנְהֲרוּ Et non *confluent*, i.e. *concurrent* ad eum ulterius gentes, Jer.51,44.

1) Generatim *fluendi* habet ſignificationem. 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *liquidis*, ceu prodit vox conjugata נָהָר *Fluvius*; licet ipſum verbum in propriô ſignificatu in ſcripturâ non legatur. β) *Metaphoricè* notat *in copia ingenti, magnoque agmine, nec quandoque ſine impetu concurrere, accurrere*, vel etiam *concurrere* inſtar alicujus fluvii, cujus aquæ copiosè confluunt, & quidem interdum cum vehementi impetu.

Digitized by Google

Sic Jer. 51, 44. dicitur, quod gentes non ſint *confluxuri*, i.e. magnô agmine concurſuri ad Babelem. Sed Jer. 2, 2. c. 31, 10. Mich. 4, 1. dicitur de copioſo gentium accurſu ad Zionem. Et Jeſ. 60, 5. deſignat *occurſum* Eccleſiæ filiis & filiabus ſuis factum. Quando autem Pſalm. 34, 6. pii dicuntur *confluere ad Dominum*, auxilium ab eo petituri, innuitur tum *petentium copia & multitudo*, tum *ingens eorum in petendo atque quærendo fervor atque impetus*. Præterea non legitur.

נָהָר m. *Fluvius*, *Flumen*, à *fluendo* nomen habens. וְנָהָר יֹצֵא מֵעֵדֶן Et *fluvius* exibat ex Eden. Gen. 2, 10. וְנָהָר יֶחֱרַב וְיָבֵשׁ Et *fluvius* exſiccatur & exareſcit, Job. 14, 11. עֲלֵי־נָהָר Juxta *fluvium*, Num. 24, 6. וְנָהָר יְסֹבְבֵנִי Et *fluvius* circumdabat me, Jon. 2, 4. בַּנָּהָר יַעַבְרוּ בְרָגֶל Per *fluvium* tranſiverunt pede, Pſalm. 66, 6. In Statu Conſtr. נְהַר פְּרָת *Fluvius* Phrath. Gen. 15, 18. Dualis נַהֲרַיִם *Duo fluvii*, Devt. 23, 5. Jud. 3, 8. Plur. נְהָרִים *Fluvii*, Jeſ. 18, 2. In Statu Conſtr. נַהֲרֵי נַחֲלֵי דְּבַשׁ וְחֶמְאָה׃ *Flumina* torrentium mellis & butyri, Job. 20, 17. Fœm. נְהָרוֹת *Fluvii*, Job. 28, 11. וְכָל־הַנְּהָרוֹת הֶחֱרִיב Et omnes *fluvios* exiccat, Nah. 1, 4. In Statu Conſtr. נַהֲרוֹת בָּבֶל *Fluvii* Babelis, Pſalm. 137, 1. Cum Suff. וַתִּרְפֹּס נַהֲרוֹתָם Et conturbaſti *flumina* earum, Ezech. 32, 2.

1) Generatim notat *fluvium*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *fluvium*, cujus fluxus fere perennis eſt; qualis erat *fluvius* ex Edene prodiens & in quatuor capita ſe dividens, Gen. 2, 10. 11. *Nilus*, Gen. 15, 18. Confer. Exod. 8, 1. β) *Tropicè*, & quidem א) per *Metaphoram* 1) accipitur tùm in *malum*, tùm in *bonum*. *In malum* acceptum, ob *vim*, *impetum*, *fremitum ac damna inde manantia* deſignat *hoſtes*, qui magnô agmine concurrrunt & hoſtiliter terram aliquam invadunt, eam, quanta eſt, devaſtaturi, Jeſ. 8, 7. c. 18, 2. c. 59, 19. Jer. 46, 7. 8. ubi hoſtis expreſſe cum fluvio comparatur. Sed Ezech. 32, 2. nomine fluviorum etiam veniunt *populi*, contra quos Pharao pugnabat, & per *turbationem eorum* intelligi poſſunt *motus bellici*, quos ille ſuis copiis contra alios populos tàm numeroſos, quàm validos excitabat. 2) *In bonum* autem acceptum deſignat α) *Deum*, qui gratia & tutelâ ſuâ adeſt Eccleſiæ, & inſtar rivorum ſvaviſſimorum beneficia protectionis & gratiæ emittit, Pſalm. 46, 6. β) *Prædicationem Evangelii* ſolatio pleniſſimi, Jeſ. 41, 18. γ) *Copiam & ſvavitatem* pacis Evangelicæ, Jeſ. 66, 12. ב) Per *Synecdochen generis*, notat *Euphratem* κατ' ἐξοχὴν, ob ſuam ſcilicet magnitudinem, quâ præ aliis fluviis erat, Gen. 31, 21. Exod. 23, 31. Num. 22, 5. Devt. 21, 24. Joſ. 24, 2. Pſalm. 72, 8. Pſalm. 80, 12. Jeſ. 7, 20. c. 27, 12. Jer. 2, 18. Mich. 7, 12. & terminus erat territorii Iſraelitici, Gen. 15, 18. Exod. 23, 31. &c.

נְהָרָה f. *Splendor*, Job. 3, 4. ex Chaldaica ſignificatione, qua נְהַר denotat *luxit*, *ſplenduit* &c.

מִנְהָרוֹת f. *Specus, Spelunca*, ſic dictæ, vel quod homines eò *confluant*, vel minimè *lucidæ ſint*, vel, ut Coccejus cenſet, apertione terræ lux in eas admittatur. Semel legitur Jud. 6, 2. עָשׂוּ לָהֶם אֶת־הַמִּנְהָרוֹת אֲשֶׁר בֶּהָרִים Fecerunt ſibi *ſpeluncas*, quæ erant in montibus.

נוא *Frangere, Irritum facere, Avertere* &c. In Kal legitur ſaltem in Fut. וְלָמָּה תְנוּאוּן אֶת־לֵב בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Quare autem *frangetis, avertetis* cor filiorum Iſraelis? Num. 32, 6. Juxta Maſorethas ſpectat ad *Hiphil*, & legendum eſt תְּנִיאוּן; ſed præſtat retineri literas & referri ad Kal. Hiphil הֵנִיא *Fregit, Frangendo contudit, Invertit, Subvertit, Irritum fecit, Incertum reddidit.* הֵנִיא מַחְשְׁבוֹת עַמִּים *Subvertit* cogitationes populorum, Pſ. 33, 10. וְאִם הֵנִיא אָבִיהָ אֹתָהּ Quod ſi *irritum fecerit* Pater ejus illud, Num. 30, 6. Conf. v. 12. Fut. יָנִיא *Irritum fecerit*, Num. 30, 9. Sed Pſalm 141, 5. eſt יָנִי *Invertat*, א per Apocopen reſectô. וַיָּנִיאוּ אֶת־לֵב בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Sed *averterunt* cor filiorum Iſraelis, Num. 32, 9.

1) Generatim *frangendi* ſignificationem obtinere quibusdam videtur, quacunque etiam ratione fiat, niſi malis ſignificationem *immutationis* & *dimotionis*. 2) Speciatim α) *propriè* competit *rebus corporeis*, quæ frangi atque mutari queunt; ſed in Scripturâ ſacrâ fere β) *Impropriè* adhibetur, & per *Metaphoram* notat *irritum reddere alicujus inſtitutum, conſilium, voluntatem, conatum, verba, cogitationes* &c. Ita dicitur de *voto*, quod irritum redditur, Num. 30, 6. 9. 12. de *cogitationibus* improborum, quas Deus invertit, ut plane aliter cadant, quàm volunt, Pſâlm. 33, 10. de *corde*, quod *frangi* dicitur, quando à bonô propoſitô avertitur, & infirmatur, Num. 32, 6. 9.

תְּנוּאָה f. *Fractio, Abruptio, Dimotio.* Bis ſaltem occurrit. תְּנוּאָתִי *Abruptio* mei, i. e. *dimotio* mei à propoſito introducendi vos in terram promiſſam, Num. 14, 34. Plural תְּנוּאוֹת *Abruptiones*, quibus, ut Buxtorffius explicat, conatur *irritum reddere & infringere inſtitutum meum*, Job. 33, 10. Sed Seb. Schmidius reddit *mutationes*, & per eas intelligit *peccata levia*, quibus qualitercunque irrita redditur ſeu æditur lex Dei rigoroſa.

נוב *Provenire, Accreſcere, Progerminare, fructum proferre*, item *Eloqui.* Fut. חַיִל כִּי יָנוּב Opes cum *proveniunt, accreſcunt*, Pſal. 62, 11. פִּי צַדִּיק יָנוּב חָכְמָה Os juſti *proferet, eloquetur* ſapientiam, Prov. 10, 31. עוֹד יְנוּבוּן בְּשֵׂיבָה Adhuc *proventum habebunt abundantem* in ſeniô, Pſalm. 92, 15. Piel Fut. יְנוֹבֵב בְּתוּלוֹת *Proferet abundè virgines*, Zach. 9, 14.

1) In genere habere videtur *proferendi*, vel *proveniendi* ſignificationem, connotatâ *copiâ & abundantiâ.* 2) Speciatim autem α) *propriè* dicitur de *omnibus*, quæ *ex terra* vel *arboribus* proveniunt, ceu vox conjugata

jugata תְּנוּבָה innuit. β) *Metaphoricè* autem dicitur de *opibus*, quæ inſtar fructuum abunde accreſcunt, Pſalm. 62, 11. de *ſermone*, qui eſt fructus vel proventus labiorum, Prov. 10, 31. de *virginibus ſpiritualibus*, quæ ſunt fructus muſti Evangelii, Zach. 9, 17.

נִיב m. *Proventus.* נִיבוֹ *Proventus* ejus, Mal. 1, 12. בּוֹרֵא נִיב שְׂפָתָיִם Creans *provĕntum* labiorum, Jeſ 57, 19. Ita quidem juxta Maſorethas legitur. Sed juxta כְּתִיב eſt נוּב formæ טוּב *Bonitas.* Præterea non occurrtt.

תְּנוּבָה f. *Proventus.* וּמָלְאוּ פְנֵי תֵבֵל תְּנוּבָה Ita ut impleantur facies orbis *proventu*, Jeſ. 27, 6. In Statu Conſtr. תְּנוּבַת הַשָּׂדֶה *Proventus* agri, Ezech. 36, 30. וַיֹּאכַל תְּנוּבֹת שָׂדָי Et cibat eum *proventu* agrorum, Devt. 32, 13. Cum Suff. תְּנוּבָתִי *Proventus* meus, Jud. 9, 11. Plur. מִתְּנוּבוֹת שָׂדָי Præ *proventibus* agrorum meorum, Thren. 4, 9. Præterea non legitur.

נוּד *Moveri, Agitari, Vagari, Errari, Migrare, Emigrare;* item *Dolere, Condolere.* נָדוּ הָלָכוּ, Se *Dimoverunt, abierunt,* Jer. 50, 3. Infin. כַּצִּפּוֹר לָנוּד Sicut avis ad *vagandum*, Prov. 26, 2. לָנוּד לוֹ Ad *condolendum* ipſi, Job. 2, 11. Fut. וְאַל־תָּנֹד לָהֶם Et ne *condoleas* illis, Jer. 16, 5. כַּאֲשֶׁר יָנוּד הַקָּנֶה בַּמַּיִם Sicut *movetur, nutat* arundo in aquis, 1. Reg. 14, 15. וַיָּנֻדוּ לוֹ וַיְנַחֲמוּ אֹתוֹ Et *Condoluerunt* ei, & conſolati ſunt eum, Job. 42, 11. Imperat. נֻדוּ מִתּוֹךְ בָּבֶל *Migrate* ex mediô Babelis, Jer. 50, 8. Hiphil הֵנִיד *Movit, Agitavit, Vagari, errare fecit.* Infin. וְלֹא אֹסִיף לְהָנִיד רֶגֶל יִשְׂרָאֵל מִן־הָאֲדָמָה Et non addam *movere*, i. e. non amplius movebo pedem Iſraelis è terra, 2. Reg. 21, 8. Fut. וְיַד רְשָׁעִים אַל־תְּנִדֵנִי Et manus impiorum ne *vagari faciat* me, Pſalm. 36, 12. וְיָנִיד רֹאשׁוֹ Et *moveat* caput ſuum, Jer. 18, 16. Hophal Part. כְּקוֹץ מֻנָד Sicut ſpina *amota*, 2. Sam. 23, 6.

1) Generatim deſignat *commotionem* ſive *corporis*, ſive *animi*. 2) Speciatim α) denotat *commotionem corporis*, & idem eſt 1) ac *agitari, nutare, & moveri, modò in hanc, modò in alteram partem.* Ita dicitur de *arundine* hinc inde mota, Jer. 4, 1. de *capite*, huc illucve motô, Jer. 18, 16. 2) *Fugere*, Jer. 50, 8. *& vagabundè incertis ſedibus errare, vagari;* ita dicitur de aviculà fugitiva, Pſalm. 11, 1. Prov. 26, 2. de Cainô hinc inde errante & vagante, Gen. 4, 12. 14. de hominibus beſtiisque aliò migrantibus, Jer. 50, 3. de Davide exule, Pſalm. 56, 9. Confer. 2. Reg. 21, 8. Pſalm. 36, 13. β) *Tropicè*, & quidem 1) *Metaphoricè* dicitur de *eo, qui non ſeriò agit pœnitentiam*, recedendo à malo ad Deum verum, ſed *nutat* inter utrumque, non plane recedit à malo, & tamen externè vult recedere ad Deum, Jer. 4, 1. 2) Per *Metonymiam adjuncti* notat *dolere, dolorem ſimul ſentire, condolere, commiſerari, animum afflicti dejectum efficaci ſolamine*

mine erigere, tranquillitatem animi alicui reſtituere conari, quia dolor ex alterius malo & miſeria perceptus, non ſolum verbis demonſtratur, ſed etiam *motu geſtuque capitis indicatur*; vel quia Conſolator dolorem perceptum ex alterius animo *fugare* & *expellere* nititur, Job. 2, 11. c. 42, 11. Jer. 16, 5. c. 22. 10. c. 24, 17.

נוֹד *Nod*, Nomen proprium regionis, in quam fratricida Cain expulſus fuit, ut eſſet velut terra *vagationis & exilii*, Gen. 4, 16.

נִיד m. *Condolentia*. Semel legitur Job. 16, 5. וְנִיד שְׂפָתַי יַחְשֹׂךְ Et (ſcil. os meum) *condolentiam* labiorum meorum prohiberet? quo minus compaſſionem, luctumque & animi moerorem vobis teſtaretur?

נִידָה f. *Agitatio*. Semel occurrit Thren. 1, 8. לְנִידָה In *agitationem*. Sebaſt. Schmidius reddit: In *menſtruam*, quaſi eſſet: לְנִדָּה

נֵד m. *Acervus, Cumulus*, forte ſic nominatus, quia *agitatione & motu* comportatur & fit. Diciturque α) de *acervo frugum meſſarum*, Jeſ. 17, 11. β) de *confluxu aquarum marinarum*, Pſalm 33, 7. item de aquis maris rubri, Exod. 15, 8. Pſalm. 78, 13. & Jordanis, Joſ. 3, 13. 16. in cumulum quendam aſſurgentibus. Sæpius non occurrit.

נָד m. *Vagus*, Gen. 4, 12. Eſt Participium.

מָנוֹד m. *Agitatio, Commotio*. In Statu Conſtr. מְנוֹד רֹאשׁ *Agitatio* capitis, Pſ. 44, 15. Sæpius non occurrit.

נָוָה *Habitavit, Inhabitavit, in habitaculo manſit, commodè & libenter immoratus eſt*. גֶּבֶר יָהִיר וְלֹא יִנְוֶה Vir ille ſuperbus, nec *in habitaculo permanet*, ſecurus & quietus reſidet, Hab. 2, 5. Hiphil Fut. וְאַנְוֵהוּ Ideo *habitaculum* conſtituam ei, Exod. 15, 2. Præterea non occurrit.

נָוָה f. *Habitatio*, item *Habitatrix*. הַנָּוָה וְהַמְּעֻנָּגָה דָּמִיתִי בַּת־צִיּוֹן *Commodè, tranquilleque habitanti*, nec non delicatæ aſſimilo filiam Zionis, Jer. 6, 2. Sed alii reddunt: *Formoſa & delicata* &c. ut הַנָּוָה ſit pro הַנָּאוָה, à R. נָאָה *Pulcher, formoſus eſt*. In Statu Conſtr. נְוַת צִדְקֶךָ *Habitaculum* juſtitiæ tuæ, i. e. juſtitiæ tuæ conveniens, ratione proſperitatis &c. in quo juſtitia exercetur, juſteque vivitur, Job. 8, 6. וּנְוַת בַּיִת Et *habitatrix* domus, Pſalm. 68, 13. Sæpius non legitur.

נָוֶה m. *Habitaculum, Caula*, item *Paſcuum*, quia, ubi paſcuum eſt, caulæ fieri ſolent. נָוֶה שַׁאֲנָן *Habitaculum* tranquillum, Jeſ. 33, 20. אֲנִי לְקַחְתִּיךָ מִן הַנָּוֶה Ego ſumſi te *de caulâ*, 2. Sam. 7, 8. 1. Chron. 17, 7. In Statu Conſtr. נְוֵה קָדְשֶׁךָ *Habitaculum* ſanctitatis tuæ, i. e. ſanctum tuum, Exod. 15, 13. Cum Suff. נָוֶךָ *Habitaculum* tuum, Job. 5, 24. Plur. נְוֹת *Caulæ*, Zephan. 2, 6. Item נְאוֹת Pſ. 65, 13.

1) Generatim notat *manſionem*, ubi aliquis habitare, vel commorari libenter & commodè poteſt vel ſolet. Unde 2) ſpeciatim α) *pro-*

priè

Digitized by Google

prie notat *habitaculum* 1) *Dei* ſeu *templum*, Jer. 50, 7. Confer. Exod. 15, 13. 2) *Domicilium hominis*, juſti, Prov. 3, 33. c. 24, 15. ſapientis, Prov. 21, 20. 3) *caulam ovium*, 2. Sam. 7, 8. 1. Chron. 17, 7. Inde β) *Metonymicè* notat quoque *paſcua*, ſeu *locos amœnos* ac *graminoſos*, ubi Paſtores *ſua tentoria*, ſeu *ſuas caulas* ſolent figere, gregemque ex illis paſcuis alere, Pſalm. 65, 13. Jer. 9, 9. c. 23, 10. c. 25, 37. Joel. 1, 19. c. 2, 11. 22. Confer. Pſalm. 23, 2. ubi *per Metaphoram* hac voce deſignantur *ſaluberrima & amœniſſima paſcua animæ*, quæ per verbum Evangelii & Sacramenta ſuaviſſimè non minus, quàm efficaciſſimè ibi alitur & ſuſtentatur.

נוּחַ *Quieſcere, Requieſcere, quietè ſe continere, Reſidere, Ceſſare, Deſinere.* נָחָה רוּחַ אֵלִיָּהוּ עַל־אֱלִישָׁע *Quievit* ſpiritus Eliæ ſuper Eliſa, 2. Reg. 2, 15. וְלֹא שָׁקַטְתִּי וְלֹא נָחְתִּי Et nondum tranquillus ſum, & nondum *quieſco*, Job. 3, 26. Infin. כְּנוֹחַ עֲלֵיהֶם הָרוּחַ Juxta *quieſcere*, i. e. cum quieſceret ſuper iis ſpiritus, Num. 11, 25. Fut. אָנוּחַ לְיוֹם צָרָה *Quieſcam* in die anguſtiæ, Hab. 3, 16. וַיָּנַח בְּכֹל־גְּבוּל מִצְרָיִם Et *conquievit* in omni termino Ægypti, Exod. 10, 14. Hiphil הֵנִיחַ *Quieſcere* vel *requieſcere fecit, requiem dedit, quietem attulit, largitus eſt, tribuit.* וְהֵנִיחַ לָכֶם מִכָּל־אֹיְבֵיכֶם Et *quietem dederit* vobis ab omnibus inimicis veſtris, Devt. 12, 10. וַהֲנִיחֹתִי לָךְ׃ Et *quietem dedi* tibi, Exod. 33, 14. הֵנִיחוּ אֶת־רוּחִי *Quietum reddiderunt* ſpiritum meum, Zach. 6, 8. Futur. כַּאֲשֶׁר יָנִיחַ יָדוֹ Cum *quieſcere faceret*, i. e. dimitteret manum ſuam, Exod. 17, 11. וַיְנִיחֵנִי Et *quieſcere fecit*, i. e. collocavit me, Ezech. 37, 1. Hophal הוּנַח *Quies data eſt, quieſcere factus eſt.* יָגַעְנוּ לֹא הוּנַח לָנוּ Laboramus, nec *quies datur* nobis, Thren. 5, 5.

I) Generatim notat *quieſcere*, ſive opponatur *operationi, defatigationi & moleſtiæ*, ſive non. II) Speciatim α) infert *quietem*, quæ opponitur 1) *operationi*, & involvit ſimpliciter *ceſſationem ab opere*, notans *ceſſare*. Ita *Deus* dicitur *quieviſſe ab opere creationis*, quando ceſſavit ab eo, Exod. 20, 11. 2) *Defatigationi*, & involvit tum à *laboribus ceſſationem*, tùm *ſuavem virium refectionem*, Exod. 23, 12. Devt. 5, 14. 3) *Moleſtiæ & turbis bellicis*, ac involvit *tranquillitatem ſecuram*. Ita Deus dicitur Iſraelitis dediſſe *pacatas ſedes*, Devt. 12, 10. Joſ. 21, 42. c. 22, 4. c. 23, 1. 2. Sam. 7, 1. 2. Chron. 14, 6. c. 15, 15. c. 20, 30. 4) Omnis generis *afflictioni* atque *ærumnæ*, & involvit *immunitatem ab ærumnis, miſeriis atque calamitatibus*, Job. 3, 26. Eſth. 9, 22. Hab. 3, 16. Huc refer *quietem in ſepulchro*, ubi ceſſat omnis labor, afflictio atque ærumna, quibus pii in hac ærumnarum valle premebantur, Job. 3, 13. Jeſ. 57, 2. Dan. 12, 13. 5) *Commotioni*, & nunc notat *manere* aut *aſſervari alicubi*, Prov. 21, 16. Eccl. 7, 9. nunc ſignificat *reſidere*, ut Gen. 8, 4. ubi dicitur

tur de arca Noæ reſidente, & Exod. 10, 14. ubi dicitur de *locuſtâ*, quæ in omni Ægypti termino reſedit; nunc denotat *ſubſiſtere*, ceu pedes Sacerdotum, Joſ. 3, 13. *quieſcere*, i. e. *ſubſiſtere* dicuntur. β) Deſignat *rei finem ac terminum*, & idem eſt ac *deſinere*, *ceſſare*. Ita dicitur Job. 3, 17. de laboribus violentiæ, ab hominibus duris per imperium & violentiam impoſitis, qui *quieſcunt*, quando deſinunt. Item de *ira Dei*, quæ quieſcit, quando ſedata ceſſat & deſinit, Ezech. 5, 13. c. 16, 42. c. 21, 22. c. 24, 13. Peculiariter *Spiritus Sanctus* dicitur *quieſcere* α) *ſuper Meſſia*, ad deſignandam *totam ejus, & donorum ipſius plenitudinem*, Chriſto ſecundum humanam naturam communicatam, Jeſ. 11, 1. conf. 61, 1. cujus viſibile ſymbolum fuit *manſio Spiritus S. in ſpecie columbæ* ſuper Chriſto. β) Super *hominibus*, nempe ſuper 70. Senioribus, Num. 11, 25. 26. & Eliſa, 2. Reg. 2, 15. ad deſignandam *donorum Spiritûs Sancti elargitionem atque ἐνέργειαν*.

נוֹחַ m. *Quies, Requies*. Legitur ſaltem Eſth. 9, 16. 17. 18.

נֹחַ m. *Noachus*, nomen proprium viri pietate & virtute inſignis, Gen. 6, 8. 9. Fuit filius Lamechi, Gen. 5, 25. 28. Nominis rationem lege ibidem. Quia autem Noachus à *quieſcendo* ita nominatus fuerit, patet Patris Lamechi verba non tàm reſpicere vim etymi, quam complecti *alluſionem quandam in re ipſa & ſono vocum valde ſimilium* fundatam. Reſpiciebat nempe Lamechus in Noacho ſemen mulieris caput ſerpentis contriturum, à quô ſolô vera quies, & libertas expectanda erat. Vid. Dn. D. Buddei Hiſtor. Eccl. Tom. 1. Sect. 1. p. 165.

נוֹחַ m. *Quies, Requies*. Semel occurrit cum Suffixo 2. Chron. 6, 41. לְנוּחֶךָ Ad *requiem* tuam.

נַחַת f. *Quies*, quam generatim ſignificat; ſed ſpeciatim α) ſumitur in oppoſitione ad *inquietudinem*, & involvit *immunitatem à variis curis, turbis* ac *moleſtiis*, Eccl. 4, 6. c. 6, 5. unde etiam ad *ſepulchri* transfertur *quietem*, ubi datur *immunitas ab omnibus moleſtiis laboribus, curis, ærumnis, atque afflictionibus*, Job. 17, 16. β) Infert *finem* ac *ceſſationem*; ita *finem diſceptandi* ſignificat, Prov. 29, 9.

נִיחוֹחַ m. *Quies; Suavitas, qualis eſt quietis: Gratum, res grata.* Tertia radicalis geminata eſt. Quoties autem in Scriptura occurrit, toties ei adjectam videbis vocem רֵיחַ. רֵיחַ נִיחוֹחַ *Odor quietis, ſuavitatis*, i. e. ſuavis, qui iram Dei quieſcere facit. וַיָּרַח יְהוָה אֶת־ רֵיחַ הַנִּיחֹחַ Et odoratus eſt Dominus *odorem quietis*, i. e. odorem ſuaviſſimum, gratiſſimum, qui iram ipſius requieſcere faciebat, Gen. 8, 21. Cum Suff. וְלֹא אָרִיחַ בְּרֵיחַ נִיחֹחֲכֶם Nec odorabor odorem *quietis*, i. e. odorem, quô meam requieſcere facere vultis iram, Lev. 26, 31. Plural. וַיָּשִׂימוּ שָׁם רֵיחַ נִיחוֹחֵיהֶם Poſueruntque ibi odorem quietationum ſuarum, i. e. odorem, quo aliàs meam requieſcere faciunt iram, Ezech. 20, 28.

מָנוֹחַ

Digitized by Google

מנוח m. *Quies*, ***Requies***, quatenus ferè deſignat ***locum quietis***, ubi quis à motibus prioribus poteſt ſubſiſtere ac reſpirare. ולא מצאה היונה מנוח Sed non inveniebat columba illa *quietem*, Gen. 8, 9. ולא יהיה מנוח לכף רגלך Nec erit *quies* plantæ pedis tui, Devt. 28, 65. הלא אבקש לך מנוח Nonne quæſiverim tibi *quietem?* Ruth. 3, 2. In Statu Conſtr. ממנוח הארון A *quiete* arcæ, h. e. poſtquam arca in locum ſuum illata eſſet, ex quo efferenda non erat. Plur. cum Suff. למנוחיכי Ad *requies* tuas, Pſalm. 116, 7. In fine cum י Paragogico.

מנוחה f. *Quies*, ***Requies***. וירא מנחה כי טוב Nam cum videbit locum *quietis*, quod bonus, Gen. 49, 15. Suppletur vox מקום *locus*, quia Adjectivum טוב à Subſtantivo in genere diſcrepat. נתן מנוחה לעמו Dedit ***quietem*** populo ſuo, 1. Reg. 8, 56. מנוחה לא מצאתי *Quietem* non inveni, Jer. 45, 3. Cum Suffixo מנוחתי ***Requies*** mea, Pſalm. 95, 11. Plural. מנוחות *Quietes*, Pſalm. 23, 2. מי מנוחות Aquæ ***quietis***, i. e. quietè ac leniter fluentes, ſitimque ac æſtum ſuaviter ſedantes.

1) Generatim notat ***quietem;*** Sed 2) ſpeciatim α) notat ejusmodi ***quietem***, quæ involvit ***tranquillitatem conſcientiæ***, Jeſ. 28, 12. ***acquieſcentiam***, 2. Sam. 14, 17. & ***pacem***, quâ quis fruitur, 1. Chron. 23, 9. vel quam quis amat & ſectatur, Jer. 51, 59. β) ***Metonymicè*** deſignat ***locum quietis***, ac ferè opponitur ***divagationi incertæ*** ac ***turbulentæ***, ceu colligi poteſt ex Num. 20, 33. Hoc autem in ſignificatu dicitur *a*) de ***locô***, ubi Deus gratioſam ſuam præſentiam conſtanter promiſerat, & ſvavem veluti quietem ſe habiturum dixerat, Pſalm. 132, 8. Confer. Pſalm. 132, 14. ubi de Sione dicitur. *b*) De *locô*, ubi arca fœderis requieſcebat, 1. Chron. 28, 2. *c*) De *terra* Canaan, ubi Iſraelitæ itinere moleſtiſſimo transacto & hoſtibus debellatis, à moleſtiis, ærumnis & afflictionibus quieſcere debebant, fruituri ſedibus pacatis &c. 1. Re. 8, 56. Pſalm. 95, 11. Devt. 12, 9. *d*) De *locô quietis* uxoris, qui in domo mariti datur, Ruth. 1, 9.

הנחה f. *Quies*. Semel occurrit, Eſth. 2, 18.

נוט ***Nutavit***. Semel occurrit in Futuro תנוט הארץ ***Nutabat*** terra.

נום ***Dormitare***. נמו שנתם ***Dormitarunt*** ſomnum ſuum, Pſalm. 76, 6. Fut. לא ינום ולא יישן Non ***dormitabit***, nec dormiet, Jeſ. 5, 27.

1) Generatim ***dormiendi*** ſignificationem habet. 2) Speciatim α) deſignat *ſomnum leviorem*, ceu conſtat ex Jeſ. 5, 27. ubi opponitur τῷ יישן quod de ſomnô graviori dicitur. β) *Metaphoricè* 1) dicitur de *ſomno mortis*, Pſalm. 76, 6. 2) De *ignavis Doctoribus*, qui munus obeundum admodum negligenter obeunt, Jeſ. 56, 10. Confer Nah. 3, 18.

3) De

3) De *Deo* negatur, ad deſignandam *continuam ejus curam*, item *opem* ac *defenſionem*, Pſalm. 121, 3. 4.

נוּמָה f. *Dormitatio.* Semel legitur Prov. 23, 21.

תְּנוּמָה f. *Dormitatio*, fere *levior*, ubi quis cum ſomnô colluctatur, nec eidem liberè ſe vult permittere, Prov. 6, 4. Pſalm. 132, 4. Plural. תְּנוּמוֹת *Dormitationes*, Prov. 6, 10. c. 24, 33. Job. 33, 15. Sæpius non legitur.

נִין, מָנוֹן *Filius*, vide infra in נין.

נוּס *Fugere, Aufugere, Confugere, Effugere.* נָס בְּרַגְלָיו *Fugit* pedibus, Jud. 4, 17. נָס אִישׁ לְאֹהָלָיו *Fugiebat* unusquisque in tentoria ſua, Exod. 19, 9. וְהַנִּשְׁאָרִים הֶרָה נָּסוּ Reliqui autem in montem *fugerunt*, Gen. 14, 10. Infin. בְּנוּסָם In *fugere* eos, i. e. cum fugerent, Joſ. 10, 11. נֻסוּ מַלְּטוּ נַפְשְׁכֶם *Fugite*, eripite animam veſtram, Jer. 48, 6. יְנוּסוּן *Fugient*, Pſalm. 104, 7. Hiphil הֵנִיס *Fugere fecit*, *Fugavit*, Exod. 9, 20. Infin. לְהָנִיס Ut *fuga* deportaret, abſportaret, Jud. 6, 11.

1) In genere notat *fugere*, quocunque modo id fiat. 2) Speciatim α) dicitur de *militibus*, qui, hoſte victoriam obtinente, fugam capeſſunt, Gen. 14, 10. Jud. 4, 17. 1. Sam. 4, 17. 2. Sam. 1, 4. β) De *iis*, qui viſô aliquô infortuniô imminente ex laudabili quadam prudentia fugam arripiunt, ut Jacob, Gen. 27, 43. c. 35, 1. 7. Moſes, Exod. 2, 15. David, 1. Sam. 19, 10. γ) De *homicida involuntariô*, qui ad aſylum fugit, Num. 35, 11. 25. Devt. 4, 42. δ) De *iis*, qui ex turpi juſtaque à Deo permiſſa meticuloſitate, nemine perſequente, fugiunt, Prov. 28, 1. Lev. 26, 17.

מָנוֹס m. *Fuga, Effugium, Perfugium.* וּמָנוֹס נָסוּ Et *fugam* fugerunt, Jer. 46, 5. Cum Suff. מְנוּסִי *Perfugium* meum, 2. Sam. 22, 3.

1) Generatim notat *fugam*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *fugam*, quam quis capit, malum, quod imminet, effugiturus, Jer. 46, 5. β) *Tropicè* deſignat *Perfugium*, h. e. *locum*, ad quem imminente periculô tutò nos recipimus, & ubi ſecurè latitare poſſumus, 2. Sam. 22, 3. Job. 11, 2. Pſ. 59, 17. Pſ. 142, 5. Jer. 25, 35. Am. 2, 14.

מְנוּסָה f. *Fuga.* וּבִמְנוּסָה לֹא תֵלֵכוּן Et cum *fuga* non abibitis, Jeſ. 52, 12. In Statu Conſtr. מְנֻסַת חֶרֶב *Fuga* gladii, Lev. 26, 36. Amplius non legitur.

נוּעַ *Movere ſe, Moveri, Commoveri, Agitari, Vacillare, Vagari, Evagari, Abſcedere, Recedere.* וְנָעוּ אֱלִילֵי מִצְרַיִם Et *movebuntur* idola Ægypti, Jeſ. 19, 1. Infin. cum Fut. נוֹעַ תָּנוּעַ כַּשִּׁכּוֹר *Vacillando vacillabit* terra ſicut ebrius, Jeſ. 24, 20. וְנוֹעַ יָנוּעוּ בָנָיו Inſuper *divagando divagentur* filii ejus. Pſalm. 109, 10. Niphal Futur. כַּאֲשֶׁר יִנּוֹעַ בַּכְּבָרָה Quemadmodum *commovetur* in cribrô, Am. 9, 9. אִם יִנּוֹעוּ וְנָפְלוּ Si *commoventur*, tum decidunt, Nah. 3, 12.

Hiphil

Digitized by Google

Hiphil הֵנִיעַ *Movit, Agitavit, Commovit, Exagitavit.* רֹאשׁ הֵנִיעָה Caput *movet*, 2. Reg. 19, 21. וַהֲנִיעוֹתִי בְּכָל־הַגּוֹיִם בֵּית יִשְׂרָאֵל Ut faciam *vagari* inter omnes gentes domum Iſrael, Am. 9, 9. Futur. וַיְנִעֵם בַּמִּדְבָּר Ut *vagari fecerit* eos in deſertô, Num. 32, 13.

1) Generatim notat *moveri*, ſive in *locó*, ſive de *loco* in *locum*. 2) Speciatim involvit *α*) *motionem rei*, quæ antea erat firma ac fixa, e. g. poſtium, liminum, Jeſ. 6, 4. terræ, Jeſ. 24, 20. idolorum, Jeſ. 19, 1. *β*) *Motionem inſtabilem* tum *perſonæ*, e. g. Caini, Gen. 4, 12. 14. ebrii, Jeſ. 29, 9. cœcorum, Thren. 4, 14. ſiticuloſorum ab una urbe ad aliam divagantium, Am. 4, 8. à mari uno ad alterum exulantium, Am. 4, 12. Iſraelitarum in deſerto vagantium, Num. 32, 13. &c. tùm *rei*, e. g. navis in mari, Pſalm. 107, 27. labiorum, 1. Sam. 1, 13. arborum ſylvæ, Jeſ. 7, 2.

מְנַעַנְעִים m. pl. *Siſtra & crepitacula*, quæ quatiuntur, & ſtridulô ſonô homines ad motum & ſaltationem commovent. Legitur ſaltem 2. Sam. 6, 5.

נוּף *Stillare, Perſtillare*, ſi ſermo eſt de *liquidis*; *Suffire, Suffumigare*, ſi ſermo eſt de *aridis*. נַפְתִּי מִשְׁכָּבִי מֹר *Suffivi* cubile meum myrrha, Prov. 7, 17. Piel נוֹפֵף *Agitavit*. Fut. יְנוֹפֵף יָדוֹ *Agitabit* manum ſuam. Jeſ 10, 32. Hiphil הֵנִיף *Stillavit, Agitavit, Movit, Motitavit; Agitavit ſurſum, Obtulit* agitando & elevando. הֵנִיף תְּנוּפַת זָהָב *Obtulit* oblationem auri, Exod. 35, 22. חַרְבְּךָ הֵנַפְתָּ עָלֶיהָ Cultrum tuum *agitaſti* ſuper eo, Exod. 20, 22. Infin. כְּהָנִיף שֵׁבֶט Secundum *movere ſe*, i. e. ſicut ſe *movet virga*, Jeſ. 10, 15. לְהָנִיף Ad *agitandum*, Lev. 7, 30. Fut. לֹא תָנִיף עֲלֵיהֶם בַּרְזֶל Non *agitabis* ſuper illos ferrum, Devt. 27, 5. גֶּשֶׁם נְדָבוֹת תָּנִיף אֱלֹהִים Pluviam benevolentiarum *ſtillare facies*, ô Deus, Pſalm. 68, 10. וַיְנִיפֵהוּ Et *agitavit* illud, Lev. 8, 29. Hophal הוּנַף *Agitatur*, Exod. 29, 27.

1) Generatim inferre videtur *motum*, ſive fiat *deorſum*, ſive in *lineas rectas*, ſive in *lineas obliquas*. Unde 2) ſpeciatim notat *α*) *huc illucve agitare*, e. g. manum, 2. Reg. 5, 11. Jeſ. 11, 15. Job. 31, 21. ſerram, Jeſ. 10, 15. cultrum, Exod. 20, 22. ferrum, Joſ. 8, 31. *β*) Quia quorundam ſacrificiorum oblatio fiebat *agitatione* verſus quatuor cœli plagas, ad indicandum, in omnibus mundi partibus offerri debere ſacrificia ad laudem nominis divini, ceu Talmudiſtæ tradiderunt in Cod. Menachoth c. 5. fol. 61. 62. hinc in ſcripturâ ſæpius transfertur ad deſignandam *oblationem & conſecrationem*, tum *rerum*, tùm *perſonarum*, notans *offerre*, Exod. 35, 22. Lev. 8, 27. 29. c. 9, 21. Num. 8, 11. 13. 15. *γ*) Notat *ſuffire*, quia *ſuffiri* ſolet *thuribuli agitatione* per cubiculi partes, Prov. 7, 17. *δ*) Significat conciſè *ſtillare, deſtillare*, quia liquidorum, quæ ſtillare dicuntur, motus fit deorſum. Ita dicitur de pluviâ, Pſalm. 68, 10. quæ *effuſionem Spiritus S. & præconium Evangelii* deſignat.

נוף

Digitized by Google

נוֹף m. *Tractus*, Pſalm. 48, 3. Alias eſt nomen proprium urbis Ægypti, *Memphis* dictæ, cujus mentio fit, Jer. 2, 16. c. 44, 1. c. 46, 14. 19. Præterea non occurrit.

נָפָה f. *Agitatio*, vel *Cribrum*, ab *agitatione* ſic dictum. Semel in hac ſignificatione legitur Jeſ. 30, 28. לַהֲנָפָה גוֹיִם בְּנָפַת שָׁוְא Ad *agitandum* h. e. *cribandum* eos cribrô vanitatis, donec in vanum & nihilum abeant. Aliàs notat *tractum*. כָּל־נָפַת דֹּאר In toto *tractu* Tor, 1. Reg. 4, 11. לְנָפַת דּוֹר In *tractu* Tor, Joſ. 12, 23. Plur. וּבְנָפוֹת Et in *tractibus*, Joſ. 11, 2. Amplius non occurrit.

נֶפֶת f. *Tractus*, Joſ. 17, 11. Non amplius legitur.

נֹפֶת f. *Favus*, vel juxta Cartwrigtium, mel *longe lectiſſimum*, quod ex favô ſponte deſtillat. Quinquies in ſcriptura occurrit, α) *propriè* Prov. 24, 13. c. 27, 7. β) *Metaphoricè*, ad deſignandam *rei*, de qua ſermo eſt, *inſignem ſuavitatem*, nimirum 1) dicitur de *dulcedine verbi Divini*, Pſalm. 19, 11. 2) De *labiis* tum *ſponſæ Chriſti* favum ſtillantibus, Cant. 4, 11. tum *meretricis blandiloquæ*, Prov. 5, 3.

תְּנוּפָה f. *Agitatio, Oblatio.* תְּנוּפָה לִפְנֵי יְהוָה *Agitatio* coram Domino, Exod. 29, 24. 27. In Statu Conſtr. תְּנוּפַת יַד יְהוָה צְבָאוֹת *Agitatio* manus Domini Zebaoth, Jeſ. 19, 16. תְּנוּפַת זָהָב *Oblatio* auri, Exod. 35, 22.

1) Generatim infert *motum*. 2) Speciatim α) notat *agitationem*, ceu colligi poteſt ex Jeſ. 19, 16. c. 30, 32. β) Denotat *oblationem, exhibitionem & conſecrationem*, quæ fere conſecrandi cauſâ fieri ſolebat. Ita dicitur de oblatione auri, Exod. 35, 22. c. 38, 24. æris, Exod. 38, 29. manipuli, Lev. 23, 17. panis, Lev. 23, 20. Doni, Num. 18, 11. pectoris & armi, Num. 18, 18.

נוּץ In Kal non legitur. Hiphil הֵנִיץ *Germinavit, Effloruit.* הֵנֵצוּ הָרִמֹּנִים *Florerent* malogranati, Cant. 6, 11. Fut. וְיָנֵאץ הַשָּׁקֵד Et *effloreſcat* amygdalus, i. e. canities fiat, Eccl. 12, 5. א per Epentheſin inſitum fuit. Sæpius non legitur.

נִצָּה f. *Flos.* וּבֹסֶר גֹּמֵל יִהְיֶה נִצָּה Et uva matureſcens erit ſicut *flos*, Jeſ. 18, 5. Cum Suff. עָלְתָה נִצָּהּ Aſcendebat *flos* ejus, Gen. 40, 10. pro נִצָּתָהּ, ת per Syncopen extruſô, perinde ut in פִּנָּהּ *Angulus* ejus, pro פִּנָּתָהּ, Prov. 7, 8. וְיַשְׁלֵךְ כַּזַּיִת נִצָּתוֹ Et abjicit ſicut oliva *florem* ſuum, Job. 15, 33. Sæpius non legitur.

נִצָּנִים m. pl. *Flores.* Semel occurrit Cant. 2, 12. הַנִּצָּנִים נִרְאוּ בָאָרֶץ *Flores* viſi ſunt in terra.

נִיצוֹץ m. *Scintilla*, & נֹצְצִים *Scintillantes*, vide infra in radice נצץ.

נוּר *Luxit, ſplenduit*, apud Arabes

Digitized by Google

נֵר m. *Lumen, Lucerna.* וְנֵר אֱלֹהִים טֶרֶם יִכְבֶּה Et *lucerna* Dei nondum extincta eſſet, 1. Sam. 3, 3. לְהַעֲלוֹת נֵר תָּמִיד Ad adſcendere, h. e. ardere faciendum *lucernam* jugiter. *Lucerna* enim adſcendit, cujus flamma ardet, Exod. 27, 20. Cum Suff. אַתָּה תָּאִיר נֵרִי Tu facis *lucere lucernam* meam, i. e. largiris mihi gaudium, Pſalm. 18, 29. Plur. נֵרוֹת *Lucernæ*, Exod. 30, 7. אֲחַפֵּשׂ אֶת־יְרוּשָׁלַםִ בַּנֵּרוֹת Perveſtigabo Hieroſolymam *lucernis*, Zeph. 1, 12. Cum Suff. נֵרֹתֶיהָ *Lucernæ* ejus, 1. Chron. 28, 15.

1) Generatim notat *lucernam.* 2) Speciatim α) propriè *ellychnium* lucens, quod affuſo oleo ardebat & ſuſtentabatur, Exod. 30, 7. 8. c. 39, 37. Num. 8, 2. 3. 1. Sam. 3, 3. β) *Impropriè* 1) per *Metonymiam* notat *vas*, cui ellychnium impoſitum lucet, Exod. 39, 37. Num. 8, 2. 3. 2) *Metaphoricè* transfertur ad *ea*, quæ in *tenebris* vel *ignorantiæ*, vel *miſeriæ* ac *triſtitiæ*, vel *obſcuræ famæ hominis* ſuggerunt *lucem quandam* vel *informationis*, vel *gaudii* ac *felicitatis*, vel *famæ* ac *majeſtatis*. Proinde a) *lucernæ* nomine venit *verbum Dei*, quod non ſolum in ſe, ſed etiam aliis eſt lucidum, ignorantiæ tenebras dispellit, & mentis oculos illuminat, ut, quæ homini ſalvando cognoſcenda ſunt, cognoſcat & apprehendat, Pſalm. 19, 9. Pſalm. 119, 105. b) *Deus*, cum homini favorem atque gratiam ſuam largitur, 2. Sam. 22, 29. c) *Animus hominis*, in quô Deus *lucem quandam* accendit, qua res penitiſſimas introſpiciat atque cognoſcat, Prov. 20, 27. d) Eſt ſymbolum *proſperitatis* atque *felicis rerum ſucceſſus*, Job. 29, 3. Pſalm. 18, 29. prout è contrario *lucernæ extinctio* ingruentes *calamitates*, *adverſitates*, & *mærores* deſignare ſolet, Job. 21, 17. Prov. 13, 9. c. 20, 20. e) Hac voce indigitatur, *Rex, regnum, regiaque dignitas*, 2. Sam. 21, 7. Confer. Num. 21, 30.

נִיר m. *Lucerna.* Occurrit 1. Reg. 11, 36. c. 15, 4. 2. Reg. 8, 19. 2. Chron. 21, 7. & in ſingulis his locis *Metaphoricè* adhibetur ad deſignandam *regni Davidici in poſteritate conſervationem.*

נִיר m. *Novale* vide in radice ניר.

מְנוֹרָה f. *Lychnuchus*, *Candelabrum*, Exod. 25, 32. In Statu Conſtr. מְנֹרַת זָהָב טָהוֹר *Candelabrum* auri puri, i. e. ex auro puro, Exod. 25, 31. Plur. מְנוֹרוֹת *Candelabra*, 1. Reg. 7, 49.

נזד In Kal non occurrit. In Hiphil eſt הֵזִיד *Coxit.* Semel occurrit in Futuro וַיָּזֶד יַעֲקֹב נָזִיד Et *coxit* Jacob pulmentum, Gen. 25, 29. ubi eſt וַיָּזֶד pro וַיַּזֵּד, Dageſch compenſativô ex ז circa neceſſitatem extruſô, & per (ָ) ſub Præformativo compenſatô.

נָזִיד m. *Puls*, *Pulmentum*, à *coquendo* nomen trahens וּבַשֵּׁל נָזִיד לִבְנֵי הַנְּבִיאִים Et coque *pulmentum* filiis Prophetarum, 2. Reg. 4, 38. Eadem vox legitur 2. Reg. 4, 39. 40. Hagg. 2, 12. In Statu Conſtr. נְזִיד עֲדָשִׁים *Puls* lentium, Gen. 25, 34.

נֵזֶר

Digitized by Google

נָזָה *Sparſit, Aſperſit,* item *Sparſus, Aſperſus, Inſperſus fuit.* Fut. וַאֲשֶׁר יִזֶּה מִדָּמָהּ עַל־הַבֶּגֶד אֲשֶׁר יִזֶּה עָלֶיהָ Et ſuper quamcunque veſtem *ſpargetur* de ſanguine ejus, ſuper quamcunque, inquam, *ſpargetur*, Lev. 6, 20. וְיֵז נִצְחָם עַל־בְּגָדַי Unde *ſparſum* eſt robur, i. e. ſanguis ipſorum ſuper veſtimentum meum, Jeſ. 63, 3. In ſanguine enim, ejusque bonitate & præſentia robur hominis conſiſtit. וַיִּז מִדָּמָהּ אֶל־הַקִּיר Et *adſperſum* eſt de ſanguine ejus ad parietem, 2. Reg. 9, 33. Hiphil הִזָּה *Sparſit, Adſperſit, Inſperſit.* וְהִזָּה מִן הַדָּם Et *ſparget* de ſanguine, Lev. 4, 6. וְהִזֵּיתָ עַל־אַהֲרֹן Et *ſparges* ſuper Aaronem, Num. 19, 21. Fut. יַזֶּה שֶׁבַע פְּעָמִים *Sparget* ſeptem vicibus, Lev. 16, 14. וַיַּז מִמֶּנּוּ עַל־הַמִּזְבֵּחַ Et *ſparſit* de eô ſuper altare, Lev. 8, 11. ה per Apocopen reſectum eſt. Particip. מַזֵּה מֵי הַנִּדָּה *Spargens* aquas ſeparationis, Num. 19, 21.

1) Generatim *ſpargendi*, vel *aſpergendi* ſignificationem habet. 2) Speciatim α) *propriè* dicitur *tum* de effuſione & aſperſione *ſanguinis ſacrificiorum*, Lev. 4, 6. 17. c. 5, 9. c. 6, 20. c. 14, 7. tùm de aſperſione olei, Lev. 14, 16. 27. aquæ ſeparationis, Num. 19, 21. aquæ expiationis, Num. 8, 7. tum de aſperſione ſanguinis Iſebelis, 2. Reg. 9, 33. β) *Tropicè* Jeſ. 52, 15. *Chriſtus* ſanguine meriti ſui dicitur *aſpergere gentes multas.* Confer. Jeſ. 63, 3. ubi *ſanguis*, quo Meſſias in paſſione *conſperſus* fuit, *phyſicè* quidem fuit ipſius ſanguis, aſt *moraliter & juxta imputationem* ſeu *æſtimationem* fuit *ſanguis populorum*, pro quibus in cruentâ paſſione & morte effuſus fuit. Confer. Seb. Schmid. in h. l.

נָזַל *Fluxit, Diffluxit, Effluxit, Stillavit.* הָרִים נָזְלוּ מִפְּנֵי יְהוָה Montes *diffluxerunt* coram Domino, Jud. 5, 5. Fut. יִזַּל־מַיִם מִדָּלְיָו *Defluent* aquæ ex ſitulis, Num. 24, 7. וּשְׁחָקִים יִזְּלוּ־צֶדֶק Et nubes *defluant* juſtitiâ, Jeſ. 45, 8. Hiphil הִזִּיל *Fluere, Effluere fecit.* מַיִם מִצּוּר הִזִּיל לָמוֹ Aquas è petra *effluere faciet* illis, Jeſ. 48, 21.

1) Generatim habet ſignificationem *fluendi* vel *ſtillandi.* 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *liquidis*, ſcil. de aquis, Pſalm. 147, 18. de rore, Job. 36, 28. Confer. Seb. Schmidius, de lacrymis ex oculis fluentibus, Jer. 9, 17. β) *Metaphoricè* dicitur de *ſermone*, Deut. 32, 2. item de *juſtitia*, quam nubes largiſſimè emittunt, h. e. de *beneficiis*, quæ Deus cœlitus confert, Jeſ. 45, 8. &c.

נֹזְלִים m. pl. *Fluentes*, participialiter; *Fluenta*, nominaliter. נִצְּבוּ כְמוֹ־נֵד נֹזְלִים Steterunt ſicut cumulus *fluenta*, Exod. 15, 8. יִנָּתְשׁוּ מַיִם זָרִים קָרִים נוֹזְלִים Abripientur aquæ alienæ, frigidæ, *defluentes*, Jer. 18, 14. Cum Suffixo וְנֹזְלֵיהֶם Et *fluenta* eorum, Pſalm. 78, 44.

1) In genere notat *fluenta.* 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *aquis vivis & limpidis*, Exod. 15, 8. Pſalm. 78, 16. 44. Jer. 18, 14. β) *Impropriè* adhibetur 1) ad deſignandam *effuſionem Spiritus & donorum ejus*, Jeſ. 44, 3. 2) ad indicandam *omnigenam Conjugii commoditatem*, Prov. 5, 15.

מַזָּלוֹת f. pl. *Planetæ*, ſic dicti, quia in res inferiores *influxum* præſtant, 2. Reg. 23, 5. Alii deducunt à radice אָזַל, *Ivit*, *Abiit*, quia curſus eorum eſt *erraticus*.

נֶזֶם m. *Monile*, *Inauris*. נֶזֶם זָהָב *Monile* auri, i. e. aureum, Gen. 24, 22. Cum Suff. וַתַּעַד נִזְמָהּ Et induit *inaurem* ſuam, Hoſ. 2, 14. נְזָמִים אֲשֶׁר בְּאָזְנֵיהֶם *Inaures*, quæ in auribus eorum, Gen. 35, 4. In Statu Conſtr. נִזְמֵי הַזָּהָב *Monilia* auri, i. e. aurea, Exod. 32, 2.

1) Generatim notat *monile*. 2) Speciatim α) notat *inaurium genus*, quod mulieres ornamenti cauſa geſtabant, Gen. 24, 22. β) Notat *inaurium genus*, quod *ſacrum* habebatur, & *amuleti* inſtar, ad malum quodpiam averruncandum etiam à *viris* geſtari ſolebat, Gen. 35, 2. 4. Vid. Dn. D. Buddei Hiſt. Eccl. Tom. I. Sect. 3. p. 421.

נְזַק *Nocuit*, *Læſit*, *Damno affecit*, *Damnum attulit*, apud Chaldæos. Inde apud Ebræos

נֵזֶק m. *Damnum*, Eſth. 7, 4.

נָזַר *Separavit*, *Abſtraxit*, *Avertit ſe*; *Abſtinuit*, *Continuit ſe à re aliqua*. Huc refertur נָזֹרוּ *Abſtraxerunt ſe*, Jeſ. 1, 4. Ez. 14, 5. quaſi radix eſſet formæ יָגֹר (-) cum (ו) permutato. Sed videtur potius eſſe Præteritum Niphal à radice זוּר. Niphal נָזַר *Separatus eſt*, *Separavit ſe*, *Receſſit*. Inf. הִנָּזֵר *Separando me*, Zach. 7, 3. Fut. וְיִנָּזֵר מֵאַחֲרַי Et *receſſerit* à tergis meis, Ez. 14, 6. וַיִּנָּזְרוּ Et *receſſerunt*, Hoſ. 9, 10. Hiphil הִזִּיר *Separavit*, *Separavit ſe*. וְהִזִּיר לַיהוָה Et *ſeparaverit*, ſeu *abſtinentiæ dederit* propter Dominum dies Naſiræatus ſui, Num. 6, 12. וְהִזַּרְתֶּם אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Et *ſeparabitis* filios Iſrael, Lev. 15, 31. Inf. לְהַזִּיר *Ad ſeparandum*, Num. 6, 2. כָּל־יְמֵי הַזִּירוֹ לַיהוָה Omnibus diebus, quibus *abſtinet* ſe Domino, Num. 6, 6. Fut. מִיַּיִן וְשֵׁכָר יַזִּיר A vino & ſicera *abſtinebit ſe*, Num. 6, 3. עַד־מְלֹאת הַיָּמִם אֲשֶׁר־יַזִּיר לַיהוָה Usque dum impleverint dies, quibus ſe *abſtinet* Domino, Num. 6, 5.

1) Generatim obtinet ſignificationem *ſeparandi*, & *abſtinendi ſe*, ſive *ad tempus*, ſive *per dies vitæ*. 2) Speciatim α) infert *ſeparationem ab immundicie*, quâ quis pollutus, Lev. 15, 31. β) Deſignat *abſtinentiam ex religione*, *ſanctimonia atque voto*, Num. 6, 2. 3. 5. 6. Conf. Lev. 22, 2. γ) Importat *ſeparationem & receſſionem à Deo* ad idola, Ez. 14, 6. Oſ. 9, 10.

נָזִיר m. *Separatus*, *Naziræus*. תּוֹרַת הַנָּזִיר Lex *Naziræi*, Num. 6, 13. In Statu Conſt. נְזִיר אֱלֹהִים אֲנִי *Naziræus* Dei ego ſum, Jud. 16, 17. Plur. נְזִרִים *Naziræi*, Am. 2, 12. וְלֹא תִבְצְרוּ אֶת־נְזִרֶיהָ Neque vindemiabis *ſeparatas* ejus ſcil. vites, à quarum cultu abſtinuiſti, Lev. 25, 11.

1) Generatim notat *ſeparatum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *Naziræum*, qui ex religione, ſanctimonia vel voto à vino, omnique potu inebriante, à novacula, quamdiu votum durabat, imò ab omni pollutione ſuper mortuo ſe abſtinebat. Hoc autem inter naziræos diſcrimen intercedebat, quod nonnulli ad *certum ſaltem tempus*, quidam verò *per totum vitæ ſpatium* ſe voto obſtringebant. Vid. Num. 6, 13. 18. 19. 20. 21. Jud. 13, 5. 7. c. 16, 17.

β) *Tro-*

β) *Tropicè* notat 1) *lectiſſimum, eminentiſſimum, excellentiſſimum*, Gen. 49, 26. Verba enim, quæ *ſeparationem* ſignificant, *excellentiam* & *eminentiam* deſignare ſolent. 2) Significat *id*, à cujus *cultu* aliquis ſe abſtinuit, Lev. 25, 5. 11.

נֵזֶר m. *Naziræatus, Coma, Corona, Coronamentum*. Cum Suff. כָּל־יְמֵי נִזְרוֹ Omnibus diebus *Naziræatûs* ſui, Num. 6, 4. גָּזִּי נִזְרֵךְ Tonde, rade *comam* tuam, Jer. 7, 29. נֵזֶר הַקֹּדֶשׁ *Corona* ſanctitatis, i. e. ſancta, Ex. 29, 6. וְעָלָיו יָצִיץ נִזְרוֹ Sed ſuper ipſô florebit *corona* ejus, Pſ. 132, 18.

1) Generatim *ſeparationis* notionem involvit. 2) Speciatim α) *proprie* notat *Naziræatum*, quô Naziræus ſe ſeparabat, abſtinebat ab uſu vini & aliis, Num. 6, 4. 5. 9. 12. 13. 18. 19. β) *Tropicè* deſignat 1) *comam*, à quâ radenda Naziræus abſtinebat, Num. 6, 19. Conf. Jer. 7, 29. 2) *coronam*, non ſolum quia *coma* inſtar *coronæ* tondebatur; ſed etiam, quia corona perſonam dignitate ab aliis *ſeparatam* deſignat. In hoc ſignificatu tribuitur α) *ſummo ſacerdoti*, Exod. 29, 6. c. 39, 30. Lev. 8, 9. c. 21, 21. β) *Regi*, 2. Sam. 1, 10. 2. Reg. 11, 12. 2. Chron. 23, 11. Quinimo per *Metonymiam ſigni* ponitur pro *regno*, Pſalm. 89, 40.

מְנֻזָּרִים m. pl. *Coronati*, ſic dicti, quod dignitate ab aliis *ſeparati* ſunt. Semel occurrit cum Suffixo Nah. 3, 17. מִנְּזָרַיִךְ *Coronati* tui.

מַזָּרוֹת f. pl. *Planetæ, Stellæ errantes*, quaſi *ſeparatas* dicas, quia non in eadem cum fixis ſtatione manent, ſed ab illis *ſeparantur, & ſeparatum*, h. e. *peculiarem motum* habent. Legitur ſaltem Job. 38, 32.

נָחָה *Duxit, Adduxit, Abduxit, Deduxit*. וְנָחֲךָ יְהוָה תָּמִיד Et *ducet* te Dominus ſemper, Jeſ. 58, 11. נָחָם *Duxit* eos, Exod. 13, 17. נְחֵה אֶת־הָעָם *Duc* populum, Exod. 32, 34. Hiphil הִנְחָה *Duxit, Deduxit* &c. הִנְחַנִי בְּדֶרֶךְ אֱמֶת *Duxit* me in viâ veritatis, Gen. 24, 48. Infin. לְהַנְחֹתָם Ad *ducendum* eos, Neh. 9, 19. Fut. וְאַנְחֵהוּ Et *ducam* eum, Jeſ. 57, 18. יַנְחֵנִי *ducet* me, Num. 23, 7. יַנְחוּנִי *Deducant* me, Pſalm. 43, 3.

1) In genere notat *ducere via*, ſive *viâ* proprie acceptâ, ſive *tropicè* ſumtâ pro *actionibus, negotiis, atque conſiliis*. 2) Speciatim α) notat *ducere aliquem viæ ignarum*, prout ducebatur ſervus Abrahami, Gen. 24, 27. item Iſraeliticus populus prævia nube, Exod. 13, 7. c. 15, 13. Neh. 9, 12. β) Notat *ducere aliquem conſilio atque auxilio*, non ſine curâ atque circumſpectione provida. Talis *ductus* eſt vel *humanus*, quo homo hominem ducit *conſiliô, ope* atque *curâ*, Job. 30, 18. Exod. 32, 34. vel *Divinus*, quo Deus hominem *auxilio* atque *cura provida* ita ducit, ne in actionibus, negotiis atque conſiliis à virtutis & veritatis tramite aberret, atque ad periculoſa avia delabatur. Ita *Paſtor cœleſtis* oviculas ſuas ducit per vias rectas, ne Satanæ fraude atque inſidiis in avia & præcipitia delabantur, Pſ. 23, 3. Sic à *Spiritu Dei* ſe duci precatur David, Pſ. 143, 10. per viam veræ pietatis planam. Confer. Pſ. 5, 9. Pſ. 27, 11. Pſ. 31, 4. ubi idem à Deo expetit, quo cuncta evadat pericula; & Pſalm. 73, 24. Dei ductum exoptatum celebrat.

מִנְחָה f. *Oblatio, Munus*, quaſi ab *adducendo* nomen ſortiatur; potius vide in radice נָחָה.

נָחַל *Hæreditavit, Poſſedit, Poſſeſſor fuit vel factus eſt, Poſſeſſionem habuit, Poſſidendum accepit, Rem propriam accepit;* ſemel *poſſidendum dedit* vel *diſtribuit*. וְנָחַל יְהוָה אֶת־יְהוּדָה Tum *hæreditatem ſibi faciet* Dominus Judam, Zach. 2, 16. וְנָחַלְתָּ אֶת הָאָרֶץ Ut *hæreditare poſſis* terram, Exod. 23, 30. Infin. תִּקְחוּ לִנְחֹל אֶת־הָאָרֶץ Sumetis ad *dandum in hæreditatem* terram, Num. 34, 18. Fut. לֹא תִנְחַל בְּבֵית אָבִינוּ Non *hæreditabis* in domo Patris noſtri, Jud. 11, 2. כִּי לֹא נִנְחַל אִתָּם Non enim *hæreditatem accipiemus* cum illis, Num. 32, 19. Piel נִחֵל *Poſſidere fecit, Poſſidendum dedit, Poſſeſſionem diſtribuit, Hæreditatem dedit.* אֲשֶׁר נִחֲלוּ אוֹתָם Quæ in *hæreditatem dederunt* illis, Joſ. 14, 1. Infin. לְנַחֵל אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Ut *hæreditatem darent* filiis Iſrael, Num. 34, 29. Hiphil הִנְחִיל *Poſſidere, Hæreditare fecit, poſſidendum tradidit, in hæreditatem dedit.* אֲשֶׁר הִנְחַלְתִּי אֶת אֲבוֹתֵיכֶם Quam *hæreditare feci* patres veſtros, Jer. 3, 18. Particip. מַנְחִיל *Poſſidere faciens*, Devt. 12, 10. Infin. לְהַנְחִיל Ad *poſſidere faciendum*, Prov. 8, 21. Fut. וְאַתָּה תַּנְחִילֶנָּה אוֹתָם Et tu in *hæreditatem dabis* eam illis, Devt. 31, 6. Hophal הָנְחַל *Hæreditare factus eſt, Hæres* vel *Poſſeſſor factus eſt.* הָנְחַלְתִּי *Hæres factus ſum*, Job. 7, 3. Hithpael הִתְנַחֵל *Hæreditavit, Poſſeſſor* vel *Hæres factus, conſtitutus eſt.* וְהִתְנַחֲלוּם Et *poſſeſſores, hæredes* eorum fient, Jeſ. 14, 21. Infin. עַד הִתְנַחֵל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל אִישׁ נַחֲלָתוֹ Usque dum in *poſſeſſionem acceperint* filii Iſraël quiſque hæreditatem ſuam, Num. 32, 18. Fut. אֲשֶׁר תִּתְנַחֲלוּ אוֹתָהּ בְּגוֹרָל Quam in *hæreditatem accipietis* per ſortem, Num. 34, 13.

1) Generatim notat *hæreditare*, 2) Speciatim α) *propriè* notat *rem propriam accipere hæreditariò jure & perpetuò*, ùt transmittatur ad poſteros; ſic accipitur de hæreditate terræ Canaan, Exod. 23, 30. Joſ. 14, 1. 1. Chr. 28, 8. Inde 1) *Tropicè* α) per *Metaphoram* transfertur ad *hæreditatem bonorum ſapientiæ ampliſſimam*, quam ejus amatores obtinebunt, Prov. 8, 21. 2) *Metonymicè*, quandoque non infert rei acceptionem, ſed *rei acceptæ retentionem ac poſſeſſionem*, & idem eſt ac *rem aliquam conſtanter tenere*, vel *poſſidere*. In hoc ſignificatu tribuitur α) *Deo*, qui dicitur *poſſidere gentes*, ad deſignandum *imperium ipſius abſolutum, ſummamque* in homines *juriſdictionem*, Pſal. 82, 8. Judam ac Jeruſalem velut ſuum peculium, Zach. 2, 12. Conf. Exod. 34, 9. ubi Moſes precatur: *poſſide nos*, i. e. *tanquam peculium tuum defende ac guberna*, β) *Homini*, qui vel rem, quam accepit, *conſtanter ac perpetuo* poſſidet. Jeſ. 57, 13. vel aliàs *jugiter tenet*, prout David teſtimonia Dei jugiter tenebat & amabat, Pſal. 119, 111. Iſraelitæ *tenebant pertinaciter mendacium* idola ſectando & colendo, Jer. 14, 19. & ſimplices *tenent* ſtul-

Digitized by Google

ſtultitiam, eam tenaciſſimè amando, defendendo, exercendo, Prov. 14, 18.

נַחֲלָת f. *Hæreditas, Poſſeſſio.* לֹא יִנְחֲלוּ נַחֲלָה Non *hæreditabunt, accipient hæreditatem*, Num. 18, 23. 24. Sed Pſalm. 16, 6. eſt נַחֲלָת, ה in ת mutatô, perinde ut עֶזְרָת *Auxilium*, Pſalm. 60, 13. pro עֶזְרָה. In Statu Conſtr. נַחֲלַת שָׂדֶה *Hæreditas* agri, Num. 16, 14. Cum Suffixo נַחֲלָתִי *Hæreditas* mea, Ruth. 4, 6. מִנַּחֲלָתְךָ De *poſſeſſione* tua, Jer. 17, 4. וְנַחֲלָתָם לְעוֹלָם תִּהְיֶה Et *hæreditas* eorum in æternum erit, Pſalm. 37, 18. In Plurali נְחָלוֹת *Hæreditates*, Jeſ. 49, 8.

1) Generatim notat *hæreditatem*, ſive ejus nomine veniant bona mobilia; ſive immobilia, ſive hæreditariô jure à majoribus ſint accepta, ſive non. 2) Speciatim *α*) *propriè* deſignat tàm *hæreditatem*, quæ poſteris poſt mortem relinquitur, Prov. 19, 14. 1. Reg. 21, 3. 4. quàm hæreditatem, quam Iſraelitæ in terra promiſſa accipiebant, Num. 26, 62. Jud. 8, 1. Num. 18, 23. c. 27, 7. c. 36, 3. 4. Joſ. 13, 23. 28. &c. *β*) *Metaphoricè* hæreditas tùm *Deo* tribuitur, & hoc nomine inſignitur *α*) *populus Iſraeliticus*, quem inſtar peculii, ſibi acquiſiverat, peculiàriter amabat, tuebatur atque augebat, non ſecus atque homo bona hæreditario jure accepta, amat, atque ſtudioſe curat, Devt. 32, 9. Pſ. 28, 9. Pſ. 47, 5. Pſal. 33, 12. Pſal. 106, 5. Jer. 12, 8. *β*) *Terra Iſraelitica*, quia eam Dominus præ omnibus elegit, ut ibi habitaret in populo ſuo, Pſal. 79, 1. Jer. 2, 7. c. 12, 7. Tum *Meſſiæ*, Pſal. 2, 8. ubi *hæreditas* ipſius dicuntur eſſe *gentes* ad Eccleſiam congregandæ; item Pſal. 16, 6. ubi *Eccleſiam* ſuam nuncupat *hæreditatem*.

נַחַל m. *Vallis*; item *Torrens*, per *vallem* fluens, nec non *Fluvius, Flumen*, וַיַּעֲבִרֵם הַנַּחַל Et traduxerat eos trans *fluvium*, Gen. 32, 24. יִיבַשׁ הַנָּחַל Ut exareſceret *fluvius*, 1. Reg. 17, 7. וַיַּחְפְּרוּ עַבְדֵי יִצְחָק בַּנָּחַל Et foderunt ſervi Iſaaci in *valle*, Gen. 26, 19. Cum ה Paragogico eſt נַחְלָה Pſal. 124, 5. Dual. נַחֲלַיִם *Flumina*, Ezech. 47, 9. Plur. נְחָלִים *Torrentes, Flumina.* וּנְחָלִים יִשְׁטֹפוּ Et *fluvii* effluxerint, Pſal. 78, 20. In Statu Conſtr. נַחֲלֵי בְלִיַּעַל *Torrentes* Belial, Pſal. 18, 5. Cum Suffixo וְנֶהֶפְכוּ נְחָלֶיהָ לְזֶפֶת Ideò convertentur *torrentes* ejus in picem, Jeſ. 34, 9.

1) Notat *locum depreſſum*, ſive ſit ſiccus, ſive aquis refertus. Unde 2) Speciatim notat *α*) vallem, Gen. 26, 17. 19. 2. Reg. 3, 17. 2. Chron. 20, 16. *β*) *Torrentem*, qui juxta Druſium ferè eſt *fluvius temporarius, non è fonte, ſed è pluvia naſcens, æſtate ſiccus, hyeme magno impetu fluens.* In hac ſignificatione uſurpatur, tum *propriè*, de *Kiſchone*, Jud. 4, 13. c. 5, 21. & *Kidrone*, 1. Reg. 2, 37. tum *impropriè* & per *Metaphoram*, ubi 1) ob aquarum copiam & abundantiam deſignat *copiam & affluentiam*

Digitized by Google

rerum bonarum atque *optatarum*. Ita Job. 20, 17. capitur, ubi innuitur per hanc vocem *rerum bonarum & ſuavium copia*, & *felicitatis affluentia*, Pſal. 36, 9. ubi indicat *amœnitatum Dei abundantiam & perennem donorum favorisque Dei ſuaviſſimi affluentiam*. Confer. Jeſ. 35, 6. ubi ſignificatur *beneficiorum regni Chriſti eximia copia*. Vid. Jeſ. 66, 12. Am. 5, 24. 2) Deſignat *ingentes afflictiones & calamitates*, quæ ſubitò & citra hominis opinionem magnô cum ſtrepitu ingruunt, & animum maximè terrent; prout ex procellis atque tempeſtatibus magnis ſæpius torrentes magnô cum impetu atque ſtrepitu confluunt, ex montanis in ſubjectas valles horribiliter irruunt, quævis obvia ſubruunt, & viatori in convallibus deprehenſo graviſſimum terrorem incutiunt, & hincinde damna inferunt graviſſima. Ita adhibetur, Pſ. 18, 5. Pſ. 124, 4. Conf. Pſ. 110, 7. Ubi per נַחַל indigitatur tum *paſſionum Chriſti copia, gravitas & acerbitas*, tum etiam *earundem brevitas*, prout vel rapidiſſimi torrentis aquæ magno cum ſtrepitu quidem ſubito confluunt & irruunt, ſed quia non ex fonte perenni, ſed ex imbribus & nivibus exiſtunt, citò iterum dilabuntur. γ) *Fluvium*, vel ob rapidum, quo torrentes ferri ſolent, curſum, vel per *Synecdochen* poſitâ ſpecie pro genere, Eccl. 1, 6. Ita dicitur de fluvio *Jabock*, Gen. 32, 24. *Arnon*, Devt. 3, 8. Joſ. 12, 2. *Kanah*, Joſ. 16, 8. de *fluvio Ægypti*, Joſ. 15, 4.

נְחִילוֹת f. p. *Nechiloth*; nomen *inſtrumenti muſici* juxta quorundam opinionem, Pſ. 5, 1.

נִחַם Piel *Solatus eſt, Conſolatus eſt alium*. נִחַם יְהוָה צִיּוֹן *Conſolatus eſt* Dominus Zionem, Jeſ. 51, 3. נִחַמְתָּנִי *Solatus es* me, Ruth. 2, 13. Pſ. 86, 17. וְנִחֲמוּ אֶתְכֶם Et *conſolabuntur* vos, Ez. 14, 22. Infin. לְנַחֵם כָּל־אֲבֵלִים Ad *conſolandum* omnes lugentes, Jeſ. 61, 2. Fut. וַיְנַחֵם אוֹתָם Et *conſolatus eſt* eos, Gen. 50, 21. יְנַחֲמֻנִי *Conſolabuntur* me, Pſ. 23, 4. Pual נֻחַם *Solatio erectus fuit, ſolatium accepit*. עֲנִיָּה סֹעֲרָה לֹא נֻחָמָה O afflicta, quæ es procellis jactata, nec ſolatio erecta, Jeſ. 54, 11. Fut. תְּנֻחָמוּ *Solatium accipietis*. Niphal נִחַם *Solatium accepit* vel *admiſit*, *ſe conſolatus eſt*; item quandoque *Pœnituit*. Conſtruitur vel abſolute, vel intervenientibus particulis ל & על, אל. נִחַם עַל־אַמְנוֹן כִּי מֵת *Conſolatus eſt* ſe ſuper Amnone, quod occiſus eſſet, 2. Sam. 13, 19. נִחַמְתִּי כִּי עֲשִׂיתִים *Pœnitet me*, quod feci eos. Gen. 6, 7. וְנִחַמְתִּי אֶל־הָרָעָה Ut *pœniteat me* mali, Jer 26, 3. וְנִחַמְתֶּם עַל־הָרָעָה Tum ſolatium *accipietis* ſuper malo. Part. Ez. 14, 22. וְהָעָם נִחָם לְבִנְיָמִן Unde populum *pœnituit* propter Benjaminum, Jud. 21, 15. Infin. מֵאֲנָה הִנָּחֵם נַפְשִׁי *Renuit* anima mea conſolationem admittere, Pſ. 77, 3. Fut. אֶנָּחֵם *Conſolationem capiam*, Jeſ. 1, 24. וַיִּנָּחֵם כְּרֹב חֲסָדָו Et *pœnituit* eum ex multitudine miſericordiarum ſuarum, Pſal. 106, 45.

1) In genere infert *animi mutationem*, vel ſaltem *ejus* ab *affectu*, quô occupatus erat, *relaxationem*. 2) Speciatim notat *conſolari*, quia, qui alterum conſolatur, ipſius animum dolentem *mutat* in tranquillum, ut mœroris affectum relaxet & remittat. In hac ſignificatione tribuitur tum

Deo,

Deo, qui 1) mœſtum hominis animum efficaciſſimo ſolatio erigit, & in tranquilliorem ſtatum mutat, bonitatis & gratiæ documenta illuſtriſſima dando, & in malis, quæ premunt, opem exoptatam præſtando, &c. Pſ. 86,17. Pſ. 106,45. Pſ. 119,76. Jeſ. 66,13. Jer. 31, 13. &c. 2) *Se ipſum* autem *conſolatur*, quando *ab hoſtibus ſuis vindictam ſumit*, prout iratis hominibus vindicta ſolet eſſe ſuaviſſima, Jeſ. 1,24. Ez. 5,13. Huc referunt Jeſ. 57,6. Tum *homini*, qui alterius animum dolentem efficaciter non minus, quàm ſuaviter erigit vel erigere laborat ſuper malo, quod eum affligit, Ruth. 2, 13. Thren. 2,13. Joel. 2,11. ſuper obitu filii, Gen. 37, 35. 2.Sam. 2,24. 1.Chr. 7,22. Parentis, 2.Sam. 10, 3. 1.Chr. 19. 2. 3. aut alterius cujuscunque, Jer. 16, 7. Sed Job. 16,2. dicitur de *iis*, qui dolenti *moleſti* ſunt ſolatio, quod propinant. β) Notat *pœnitere*, quia pœnitentia dicit *aliquam mutationem*, ſive *propriè*, ſive *impropriè*, quæ relaxationem affectûs indigitat. Quem enim pœnitet *promiſſionis boni* aut *comminationis* vel *immiſſionis mali*, ſe relaxat ab affectu ea faciendi, quò ſolicitabatur; & quem pœnitet *facti* alicujus ſive *boni*, ab affectu, quô ad agendum impellebatur & tenebatur, nunc ſe relaxat. Hac in ſignificatione α) *propriè tribuitur homini alicui*, quem pœnitet ſui facti. Ita dicitur de Iſraelitis, quos pœnitebat excidii Benjamitarum, Jud. 21, 15. de homine, quem ſeriò pœnitet malitiæ admiſſæ, Jer. 8, 6. β) *Impropriè* tribuitur *Deo*, omnis mutationis propriè dictæ experti, 1) ad deſignandam *ejus adverſus peccata diſplicentiam*, & *pœnarum*, quas homines promeruerunt, *immiſſionem*, Gen. 6, 6. 1.Sam. 15, 11. 35. nec non *relaxationem ab affectu faciendi boni*, quod promiſerat, Jer. 18,10. 2) ad *innuendam ſummam ejus commiſerationem erga homines*, qui ſeriâ pœnitentiâ ad eum ſe convertunt, nec non *pœnarum promeritarum ablationem*, Exod. 32, 12. 14. 2.Sam. 24,16. Jer. 18,8. c. 26, 3. Am. 7, 3. 6. Joel. 2, 13, 14.

נֹחַם m. *Pœnitentia*. Semel occurrit, Hoſ. 13, 14.

נֶחָמָה f. *Conſolatio*. Cum Suffixo נֶחָמָתִי *Conſolatio* mea, Job. 6,10. Pſal. 119, 50. Præterea non legitur.

נִחֻמִים m. pl. *Conſolationes*, *Conſolatoria*, item *Pœnitentiæ*, *Pœnitudines*. Nonniſi ter occurrit. וַאֲשַׁלֵּם נִחֻמִים לוֹ Et rependam *conſolationes* ipſi & lugentibus ejus, Jeſ. 57, 18. דְּבָרִים נִחֻמִים Verba *conſolatoria*, Zach. 1, 13. Cum Suff. נִכְמְרוּ נִחוּמָי Exarſerunt, vel æſtuarunt *pœnitudines* meæ, Hoſ. 11, 8. ubi innuitur *Dei commiſeratio* erga pœnitentes, & *pœnarum ablatio*.

תַּנְחוּמִים m. pl. *Conſolationes*. כּוֹס תַּנְחוּמִים Calix *Conſolationum*, Jerem. 16, 7. תַּנְחוּמֶיךָ יְשַׁעַשְׁעוּ נַפְשִׁי *Conſolationes* tuæ oblectant animam meam, Pſal. 94, 19. תַּנְחֻמֶיהָ *Conſolationes* ejus, Jeſ. 66, 11.

תַּנְחוּמוֹת f. pl. *Conſolationes*, Job. 15, 11. Cum Suffixo תַּנְחוּמֹתֵיכֶם *Conſolationes* veſtræ. Præterea non legitur.

נָחַץ *Acceleravit, Feſtinavit:* Legitur ſaltem Participium Paul כִּי הָיָה דְבַר הַמֶּלֶךְ נָחוּץ Nam verbum Regis fuit feſtinandum, 1. Sam. 21, 9.

נחר *Sonum per nares duxit*, apud Arabes & Talmudiſtas, quibus etiam notat *graviter increpare, objurgare.*

נְחִירִים m. pl. *Nares.* Semel occurrit cum Suffixo Job. 41, 11. מִנְּחִירָיו Ex *naribus* ejus.

נַחַר m. *Ronchus*, qui per *nares* editur. Semel occurrit cum Suffixo נַחְרוֹ *Ronchi* ejus, Job. 39, 20.

נָחוֹר m. *Nahor;* nomen proprium fratris Abrahami à חָרַר, quaſi *exuſtum* dicas, Gen. 11, 26.

נַחֲרָה f. *Ronchus.* Semel occurrit in Statu conſtr. נַחֲרַת סוּסָיו *Ronchus* equorum ejus, Jer. 8, 16.

נָחַשׁ *Auguratus eſt, Conjectavit, Expertus eſt, Experimento didicit, Expertum habuit, & quaſi more augurum cognovit.* וְעוֹנֵן וְנִחֵשׁ Et præſtigiis uſus & *auguratus* eſt, 2. Reg. 21, 6. 2. Chron. 33, 6. נִחַשְׁתִּי *Auguratus ſum*, i. e. Expertus ſum, experimento didici, obſervavi, Gen. 30, 27. Infin. cum Fut. נַחֵשׁ יְנַחֵשׁ *Divinando divinat, certo divinat, conjectat*, Gen. 44, 5. 15. לֹא תְנַחֲשׁוּ Non *augurabimini*, Lev. 19, 26. וְהָאֲנָשִׁים יְנַחֲשׁוּ Et viri *augurati, prudenter ſcrutati ſunt*, 1. Reg. 20, 33. וַיְנַחֲשׁוּ Et *augurati ſunt*, 2. Reg. 17, 17. Particip. מְנַחֵשׁ *Augur*, Devt. 18, 10. Præterea non legitur.

1) Generatim *obſervandi* notionem habere videtur. 2) Speciatim α) in *bonam partem* ſumitur, notans *explanare, indagare, prudentiâ aliquid adſequi, ex rerum circumſtantiis aliquid adſequi, experimento aliquid diſcere, & obſervare*, Gen. 30, 27. c. 44, 5. 15. 1. Reg. 20, 33. β) In *malam* accipitur *partem*, notans *omina captare, auguria ſectari*, Lev. 19, 26. 2. Reg. 17, 17. Conf. Devt. 18, 10.

נַחַשׁ m. *Augurium, Obſervatio ſignorum & ominum*, Num. 23, 23. Plur. לִקְרַאת נְחָשִׁים Obviam *divinationibus, auguriis*, ſeu captatum divinationes, auguria, Num. 24, 1. Præterea non legitur.

נָחָשׁ m. *Serpens*, juxta Geierum à *ſubdola obſervatione* nomen trahens, vel ex notione *pungendi* & *vexandi* Arabibus receptâ, quia ſerpentes in pulvere & herbis latentes prætereuntium animalium calces *pungunt*, morſuque vexant. דֶּרֶךְ נָחָשׁ Via ſerpentis, Prov. 30, 19. In Statu Conſtr. נְחַשׁ נְחשֶׁת Serpens æris, i. e. æneus, Num. 21, 10. Plur. נְחָשִׁים Serpentes, Jer. 8, 17.

1) Generatim notat *Serpentem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſerpentem naturalem*, Prov. 30, 19. Eccl. 10, 8. 11. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *ſerpentem artificialem*, qualis erat æneus juſſu divino à Moſe confectus, Num. 21, 10. 2) *Hoſtes Judæorum virulentos, atroces & implacabiles*, Jer. 8, 17. 3) Ob

Digitized by

3) *Ob calliditatem & inſidias*, quas hominibus ſtruere dicitur ſerpens, tribus *Dan*, Gen. 49, 17. *ſerpens* vocatur. 4) Ob *damnum*, quod ſerpens mordendo infert hominibus, *Rex Uſias* dicitur *ſerpens*, quia Philiſtæos graviter afflixit, Jeſ. 14, 29.

נְחֹשֶׁת c. *Æs, Ærugo, Cuprum*, ſive *Æs cupreum; Numella, Compes ærea.* חֹרֵשׁ נְחֹשֶׁת וּבַרְזֶל Elaborans *æs* & ferrum, Gen. 4, 22. כְּלֵי נְחֹשֶׁת Vas *æris*, i. e. *æneum*, 2. Sam. 8, 10. Cum Suff. הִכְבִּיד נְחָשְׁתִּי Aggravavit *æs* meum, i. e. compedes meas æneas, Thren. 3, 7. נְחֻשְׁתָּם Æs eorum, 2. Reg. 25, 13. Dualis נְחֻשְׁתַּיִם *Numellæ*, *compedes æneæ.* וַיַּאַסְרוּהוּ בַּנְחֻשְׁתַּיִם Ubi vinxerunt eum duabus *catenis*, Jud. 16, 21. 2. Reg. 25, 7.

1) Generatim notat *æs*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *metallum*, Gen. 4, 22. 2. Sam. 8, 10. β) *Metonymicè* 1) notat α) *compedes*, quibus pedes conſtringuntur, eò quod ex ære ſiebant, Thren. 3, 7. Jud. 16, 21. 2. Sam. 3, 34. β) *æruginem*, ſeu virulentam illam materiam, quæ ex ære madefacto generatur, Ezech. 24, 11. 2) *Metaphoricè* deſignat α) *duritiem & ſoliditatem*, Devt. 28, 23. Jer. 1, 18. β) *Virulentas ſordes*, quæ ex aſſidua ſcortatione profluunt, ceu ærugo ex ære enaſci ſolet.

נְחֻשְׁתָּן m. *Nichuſchtan*, nomen ſerpentis à materiâ, ex qua confectus erat, ſic nominati, 2. Reg. 18, 4.

נָחוּשׁ m. *Æreus*, Job. 8, 12. Fœm. קֶשֶׁת נְחוּשָׁה Arcus *æneus*, 2. Sam. 22, 35.

1) Generatim notat *æneum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *id, quod æs* continet, ex *ære* eſt, vel conſtat, 2. Sam. 22, 35. Job. 28, 2. 2) *Metaphoricè* notat *omne id*, quod eſt *durum* vel *ſolidum*, Job. 6, 12. Jeſ. 48, 4. Mich. 4, 13.

נָחַת *Deſcendit.* Fut. מִי יֵחַת עָלֵינוּ Quis deſcendet contra nos, Jer. 21, 13. וַתִּנְחַת עָלַי יָדֶךָ Et *deſcendit* ſuper me manus tua, i. e. manus tua graviſſimas pœnas infligens graviſſimè mihi incumbit, Pſalm. 38, 3. תֵּחַת גְּעָרָה בְמֵבִין *Deſcendit* increpatio in intelligentem, Prov. 17, 10. Niphal נִחַת *Deſcendit, Deſcendere factus, Immiſſus, Infixus eſt.* חִצֶּיךָ נִחֲתוּ בִי Tela tua *deſcenderunt, immiſſa, infixa ſunt* in me, Pſalm. 38, 3. Piel נִחַת *Deſcendere fecit, Depreſſit, Submiſit.* וְנִחַת קֶשֶׁת נְחוּשָׁה זְרֹעֹתָי Et fecit *deſcendere* vel *ſubmiſit* æneum arcum brachiis meis, 2. Sam. 22, 35. Imper. נַחֵת גְּדוּדֶיהָ Fac *deſcendere, demitte* turmas ejus, Pſalm. 65, 11. Hiphil הִנְחִית *Deſcendere fecit, Deduxit.* Imper. הַנְחַת *Deſcendere fac, deduc*, Joel. 4, 11. Sæpius non legitur.

נַחַת m. *Deſcenſus.* Occurrit, Job. 17, 17.

נְחִתִּים m. pl. *Demiſſi*, 2. Reg. 6, 9.

נָטָה *Tetendit, Extendit ſe, Inclinavit, Declinavit, Deflexit, Divertit;*

Digitized by Google

tit; & activè *Tetendit, Extendit, Intendit, Inclinavit.* Fut. לֹא נִטֶּה יָמִין וּשְׂמֹאול Non *declinabimus* ad dexteram aut ad ſiniſtram, Num. 20, 17. וְיֵט אֶל־צָפוֹן *Extendet* quoque manum ſuam ſuper ſeptentrionem, Zeph. 2, 13. ה per Apocopen reſectô. וַיֵּט שָׁם אָהֳלוֹ Et *tetendit* ibi tentorium ſuum, Gen. 26, 25. וַיֵּט בְּכֹחַ Et *inclinavit* ſe fortiter, Jud. 16, 30. וַתֵּט הָאָתוֹן מִן הַדֶּרֶךְ Ideò *divertebat* aſina ex viâ, Num. 22, 23. Niphal נִטָּה *Extenſus, Inclinatus eſt.* כִּנְחָלִים נִטָּיוּ Sicut valles *extenduntur*, Num. 24, 6. Fut. יִנָּטֶה *Extendetur*, Zach. 1, 16. כִּי יִנָּטוּ צִלְלֵי עָרֶב Quia *inclinatæ ſunt* umbræ veſperæ, Jer. 6, 4. Hiphil הִטָּה *Divertere, Deflectere, Reflectere, ſecedere fecit*, aut *curavit; Extendit, Inclinavit, Declinavit, Admovit, Advertit, Pervertit, Avertit.* הִטָּה אָזְנוֹ לִי *Inclinavit* aurem ſuam ad me, Pſalm. 116, 2. וְעָלַי הִטָּה חֶסֶד Et ſuper me *inclinavit* gratiam, Eſr. 9, 28. Infin. לְהַטּוֹת לְבָבֵנוּ אֵלָיו Ad *inclinandum* cor noſtrum ad ſe, 1. Reg. 8, 58. Fut. אַטֶּה אֶת־יָדִי *Inclinabo* manum meam, Jer. 6, 12. דַּרְכּוֹ שָׁמַרְתִּי וְלֹא אָט׃ Viam ejus obſervavi, & non *declinavi*, Job. 23, 11. ubi ה per Apocopen reſectum fuit. לֹא־תַטֶּה מִשְׁפַּט אֶבְיֹנְךָ Non *inflectes* judicium pauperis tui, Exod. 23, 6. וַיהוָה יַטֶּה יָדוֹ Et Dominus *extendet* manum ſuam, Jeſ. 31, 3. וַיַּטֵּהוּ יוֹאָב אֶל־תּוֹךְ הַשַּׁעַר Et *fecit divertere* eum ad medium portæ, 2. Sam. 3, 27. וַיַּטּוּ מִשְׁפָּט Et *perverterunt* jus, 1. Sam. 8, 3.

1) In genere ſignificare videtur *aliò vertere*, quomodocunque id fiat. Mercero generatim notat *motionem in omnem partem.* Unde 2) ſpeciatim α) notat *extendere*; quicquid enim extenditur, *aliò vertitur.* Ita extendi dicitur *manus* tum *Dei*, de quô vide in voce יָד pag. 487. tum hominis, Exod. 8, 5. 6. c. 10, 22. c. 14, 21. 27. tentorium, Gen. 22, 8. c. 26, 25. c. 33, 19. cœlum, Jeſ. 24, 5. c. 40, 22. c. 45, 12. β) Significat *inclinare.* Quicquid enim inclinatur, aliò *vertitur*, ſive *phyſicè*, ſive *moraliter.* Proinde adhibetur 1) de *inclinatione phyſicâ*, quâ è priori locô, ſitu, vel ſtatu aliqua res inclinatur, flectitur, atque dimovetur, & *aliò vertitur.* Ita dicitur de Simſone columnas domus dejecturo, Jud. 16, 30. Qui enim validè aliquid ſubruere volunt amplectentes, ſeſe ad terram inclinare ſolent, ut in terram dejiciant; de pariete è propriô ſitu dimotô, & ruinam minitante, Pſalm. 62, 4. de aure ad auſcultandum & attendendum verbis alterius inclinata, Pſalm. 78, 1. Jeſ. 55, 1. Sed quando *Deus aurem inclinare* dicitur *ad hominem*, id fit per ἀνθρωποπάθειαν, & deſignatur *divina precum exauditio*, connotata *ſingulari Dei benevolentia & benignitate*, quod, cum in altis ſedeat, nihilominus humilia reſpiciat, Pſalm. 17, 6. Pſalm. 31, 3. Pſalm. 116, 2. Confer. Pſalm. 40, 2. ubi vox אֹזֶן *auris* omiſſa eſt. 2) Dicitur de *inclinatione morali*, quâ quis *ſuaſionibus & omnis generis blanditiis* alterius animum, vel erga ſe propenſum & benevolum reddere labo-

rat,

Digitized by Google

rat, vel ad aliquid agendum flectit atque permovet. Ita inclinabantur Sichemitæ ad ſequendum Abimelechum, eique adhærendum, Jud. 9, 3. Judæi ad reducendum Davidem, 2. Sam. 19, 15. Salomo ad cultum idolorum, 1. Reg. 11, 2. 3. 4. juvenis ad illicitos ſectandos amores, Prov. 7, 21. Similiter *moralis flexio & inclinatio* intelligitur, quando Prov. 21, 1. Deus dicitur *cor Regis inclinare* ad omne, quod ſanctè & juſtè vult. Tandem dicitur *inclinari judicium*, quando alicujus cauſæ rectitudo ita obſcuratur & pervertitur, ut cauſa, quæ eſt rectiſſima, velut obliqua & diſtorta videatur eſſe. Atque de *inclinatione* vel *perverſione judicii* ſeu *juſtitiæ* legitur, Exod. 23, 6. Deut. 16, 19. c. 24, 17. c. 27, 19. γ) Denotat *Declinare, deflectere, recedere, divertere, infertque dimotionem è loco* vel *ſtatu priori* in *locum* vel *ſtatum alium.* Hinc dicitur de *declinatione & receſſione à via*, tum *propriè* dicta, Gen. 38, 16. Num. 20, 17. c. 21, 22. c. 22, 23. 33. tùm *Metaphoricè* acceptâ, nempe à veritatis & legis divinæ tramite, Pſal. 44, 19. Pſalm. 73, 2. item à verbis oris, Prov. 4, 5. à ſtatu gratiæ, Pſalm. 27, 9.

מִטָּה f. *Lectus, Recubitorium, Feretrum.* וַיֶּאֱסֹף רַגְלָיו אֶל־הַמִּטָּה Tunc collegit pedes ſuos ſuper *lecto*, Gen. 49, 33. Cum Suff. אַשְׂחֶה בְכָל־לַיְלָה מִטָּתִי Lavo per totam noctem *lectum* meum, Pſalm. 6, 7. In Statu Conſtr. מִטַּת אִישׁ הָאֱלֹהִים *Lectus* viri Dei, 2. Reg. 4, 21. וְהוּא שֹׁכֵב עַל־מִטָּתוֹ Et ipſe cubans erat ſuper *lecto* ſuo, 2. Sam. 4, 7. Plur. מִטּוֹת *Lecti*, Eſth. 1, 6.

1) Generatim importat *recubitorium*, ubi reclinatur & extenditur corpus. 2) Speciatim α) notat *lectum*, in quo homo ſe extendit, vel captandi cibi ergò, Eſth. 7, 8. vel ſomni & quietis causâ, 2. Sam. 4, 7. 1. Reg. 17, 19. 2. Reg. 4, 10. 1. Chron. 24. 25. Pſalm. 6, 7. Speciatim de lectô ægrotantis legitur, Gen. 48, 2. 2. Reg. 1, 4. 6. 17. *Metaphoricè* notat *locum idololatriæ*, ubi idololatræ cum idolis ſcortantur & cubant, Ezech. 23, 41. Am. 3, 12. β) Notat *feretrum*, in quô mortuus componitur, 2. Sam. 3, 31.

מַטֶּה c. ſed f. ſæp. *Virga, Scipio, Baculus*, in quem quis *recumbit*, & qui *extenditur* ad indicandum vel faciendum aliquid; item *tribus*. מַכֶּה בַמַּטֶּה Percutiens *baculô*, Exod. 7, 17. Cum Suff. וַיַּשְׁלִיכוּ אִישׁ מַטֵּהוּ Et projecerunt quisque *baculum* ſuum, Exod. 7, 12. וּמַטֵּהוּ יִשָּׂא עָלֶיךָ Et *baculum* ſuum tollet ſuper te, Jeſ. 10, 24. In Statu Conſtr. מַטֵּה בִנְיָמִן *Tribus* Benjamin, Num. 2, 22. Plur. בְּמַטָּיו *Virgis* ipſius, Hab. 3, 14. Fœm. מַטּוֹת *Tribus*, Num. 1, 16. Cum Suff. מַטֹּתָם *Baculi* ipſorum, Exod. 7, 12.

1) Generatim & vi originis *extenſi* vel *protenſi* notionem obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* talem notat *Virgam* ſeu *ramum*, quem arbor de ſe protendit, & qui ſucciſus præbere poteſt uſum *baculi* vel *ſcipionis*. Inde quoque notat *baculum* vel *ſcipionem*, in quô quis ſe inclinat, ſe ſuſten-

Digitized by Google

ſtentandi vel quieſcendi causâ, & quo extenso vibratoque coërcere poteſt alios. Talis erat Judæ peregrinantis, Gen. 38, 25. Moſis oves in deſerto paſcentis, Exod. 4, 2. Jonathanis in prœlio contra Philiſtæos, 1. Sam. 14, 43. 45 β) Impropric 1) per *Metaphoram*, *a*) quia *baculus* eſt *fulcrum hominis infirmi*, qui, eô fractô vel ablatô prolabitur, deſignat *quodvis ſubſidium* vel *alimentum*. Inde *baculus panis* notat *alimentum*, quô hominis vita veluti fulcitur, reficitur & ſuſtentatur, Lev. 26, 26. Pſalm. 105, 6. Ezech. 5, 16. c. 14, 13. *b*) Quia eſt *inſtrumentum percuſſionis*, deſignat tùm *vim*, *ſævitiam*, *tyrannidem* atque *oppreſſionem*, Jeſ. 10, 24. c. 14, 5. tùm *caſtigationem*, *afflictionem* & *pœnam*, Ezech. 7, 10. *c*) Notat *tribum*, metaphorâ petitâ ex *ramis* arborum, quibus genealogiæ comparari ſolent, quod ſcilicet *tribus* ex primô Parente enata ſit, velut *ramus* vel *baculus ex arbore*. Buxtorffius cenſet מַטֶּה ſignificare *tribum* per *Metonymiam ſigni*, quod *virgâ*, *cui inſcriptum erat cujusque tribus nomen ſignificaretur*, Num. 17, 2. Accipitur autem pro *tribu* ſeu *familia*, Num. 2, 5. 7. Joſ. 20, 9. &c. 2) per *Synecdochen* notat *ſceptrum*, inſigne *domini*, & inde per *Metonymiam ſigni* ſumitur pro *Rege*, *regia majeſtate*, *regno* vel *imperio*. Ita Pſ. 110, 2. Meſſiæ *ſceptrum* robuſtum, eſt *robuſtum ejus dominium*, quod omnibus hominum viribus ſuperius eſt. Sic Jer. 48, 17. *baculus roboris* eſt Moabi *regnum validiſſimum* & *potentiſſimum*. Conf. Ezech. 19, 10. 14.

מַטָּה m. *Declinatio*, *Inclinatio ad inferius* vel *depreſſius*, potius derivandum videtur à מָטַט *Declinavit*, quàm ex נָטָה *Declinavit*, quia tonum in penultima habet. ה eſt Locale, quod præmiſsâ Præpoſitione naturam ה Paragogici induit. Ob ה autem locale nunc habet ſignificationem Adjectivi *inferius*, *depreſſius*. לְמַעַן סוּר מִשְּׁאוֹל מָטָּה Ut declinet infernum *depreſſiorem*, Prov. 15, 24. nunc induit ſenſum Adverbiorum *infra*, *inferne*, *inferius*, *deorſum*, & adhibetur *α*) de *loco* וְיָסְפָה שֹׁרֶשׁ לְמָטָּה Et addet radicem in *inferiori*, i. e. *inferne*, 2. Reg. 19, 30. β) De *tempore*. לְמִבֶּן־עֶשְׂרִים שָׁנָה וּלְמָטָּה Inde à nato viginti annos & *inferius*, 1. Chron. 27, 23. γ) De *qualitate*, לְמַטָּה מֵעֲוֹנֵנוּ *Infra* iniquitatem noſtram, Eſr. 9, 14.

נָטַל *Levavit*, *Suſtulit*, *Suſcepit*, *Impoſuit*, *Propoſuit*. נָטַל עָלָיו *Impoſuit* ſuper ipſum, Thren. 3, 28. Particip. שָׁלֹשׁ נוֹטֵל עָלֶיךָ Tria *impono* vel *propono* tibi, 2. Sam. 24, 12. Fut. הֵן אִיִּים כַּדַּק יִטּוֹל Ecce inſulàs ſicut minutiſſimum *tollet*, Jeſ. 40, 15. Piel Fut. וַיְנַטְּלֵם וַיְנַשְּׂאֵם Et *ſuſcepit* eos; & portavit eos, Jeſ. 63, 9.

נֵטֶל m. *Onus*, *Pondus*. Semel legitur, Prov. 27, 3. וְנֵטֶל הַחוֹל *Pondus* arenæ.

נְטִילִים m. pl. *Portatores*, *Bajuli*, *Onerati*, *Onuſti*. Semel occurrit in

Digitized by Google

in Statu Conſtr. נְטִילֵי כָסֶף *Portatores* argenti, *onuſti* argento, Zeph. 1, 11.

נטע נָטַע *Plantavit, Conſevit.* נָטַע כֶּרֶם *Plantavit* vineam, Devt. 20, 6. וּנְטַעְתִּיו Et *plantabo* eum, 2.Sam. 7, 10. וּנְטַעְתֶּם כָּל־עֵץ מַאֲכָל Et *plantaveritis* omnem arborem cibi, Lev. 19, 23. Particip. הֲנֹטַע אֹזֶן הֲלֹא יִשְׁמָע An *plantans* aurem nonne audiat? Pſ. 94, 9. Infin. לִנְטוֹעַ Ad *plantandum*, Jer. 1, 10. עֵת לָטַעַת Tempus *plantandi*, Eccl. 3, 2. Fut. לֹא תִטַּע לְךָ אֲשֵׁרָה Non *plantabis* tibi lucum, Devt. 16, 21. וַיִּטָּעֵהוּ שֹׂרֵק Et *plantavit*, *conſevit* eam optimâ vite, Jeſ. 5, 2. Niphal נִטַּע *Plantatus eſt.* נִטָּעוּ *Plantantur*, Jeſ. 40, 24.

1) Generatim videtur habere ſignificationem *firmiter infigendi* ſive *in terram*, ſive *in parietem*, quacunque id fiat ratione. Unde 2) Speciatim א) notat *plantare*, cujus oppoſitum eſt עָקַר *Radicitus evellere*, Eccl. 3, 2. diciturque 1) *propriè* de *terra naſcentibus*, quæ terræ infiguntur & committuntur, ut radices ibi agant, firmiterque infixæ creſcant. Ita dicitur de horto Eden, Gen. 2, 8. de arboribus, Lev. 19, 23. Num. 24, 6. Devt. 6, 11. Eccl. 2, 4. 5. de vitibus, Devt. 6, 11. c. 20, 6. Prov. 31, 16. 2) Per *Metaphoram* α) transfertur ad *firmam, felicem & omnigena benedictione plenam* populi Iſraelitici ex Ægypto velut loco ſterili in terram Canaan *translationem*, *Dei* tanquam hortulani optimi maximi, *curâ*, *tutelâ & malorum averruncatione* connotatâ, Exod. 15, 17. 2.Sam. 7, 10. Pſal. 44, 3. Pſal. 80, 9. Jer. 2, 21. c. 11, 17. c. 18, 9. ϐ) Notat *provehere*, *benedicere*, *augere*, *& omnigena proſperitate mactare*, Jer. 12, 2. c. 18, 19. Ezech. 36, 36. Am. 9, 15. Atque tunc opponitur נָתַשׁ *Evulſit*, quod notat benedictionem auferre, deſtruere, punire, 2.Chron. 7, 20. Jer. 18, 7. γ) Transfertur ad admirabilem auris ſtructuram, notatque *formare*, Pſal. 94, 9. δ) Tribuitur *Eccleſiæ Doctoribus*, qui verbum prædicando, & fidem per iſtud excitando *Eccleſiam plantant*, atque *ampliant*, Jer. 31, 5. ב) Significat *firmiter* aliquid *infigere*, ita dicitur de valida paxillorum in terram incuſſione, quibus firmatur tentorium, Dan. 11, 45. item de claviculorum firma infixione, Eccl. 12, 11.

נֶטַע m. *Planta.* Occurrit ſaltem in Statu Conſtr. נְטַע שַׁעֲשׁוּעָיו *Planta* deliciarum ejus, Jeſ. 5, 7. Ubi intelligitur *Eccleſia* ejusque *credentes*.

• נֶטַע m. *Planta.* וְעָשָׂה קָצִיר כְּמוֹ נָטַע Et faciet ramum ſicut *plantam*, Job. 14, 9. בְּיוֹם נִטְעֵךְ תְּשַׂגְשֵׂגִי In die plantam tuam *creſcere facies*, Jeſ. 17, 11. Plur. נְטָעִים *Plantæ*, 1. Chron. 4, 23. In Statu Conſtr. תִּטְּעִי נִטְעֵי נַעֲמָנִים *Plantabis plantas* jucundarum, Jeſ. 17, 10. Amplius non legitur.

נְטִיעִים m. pl. *Plantæ.* Semel occurrit, Pſalm. 144, 12. in Statu conſtr. ubi *liberi feliciter creſcentes* conferuntur cum *plantis* בָּנֵינוּ כִּנְטִעִים *Filii* noſtri ſunt ſicut *plantæ*.

מַטָּע

Digitized by Google

מַטָּע m. *Planta, Plantatio, Plantatum.* וַהֲקִמֹתִי לָהֶם מַטָּע לְשֵׁם Tum excitabo illis *plantam* in nomen, i. e. quæ pariet iis nomen & gloriam, Ezech. 34, 29. In Statu Conſtr. מַטַּע יְהוָה לְהִתְפָּאֵר *Planta* Domini ad reddendum ſe glorioſum, Jeſ. 61, 3. Cum Suff. מֵעֲרֻגוֹת מַטָּעָהּ Ex areolis *plantationis* ejus, Ezech. 17, 7. סְבִיבוֹת מַטָּעָהּ Circa *plantam* ſuam, Ezech. 31, 4. In Statu Conſtr. לְמַטָּעֵי כָרֶם In *plantas* vineæ, Mich. 1, 6. נֵצֶר מַטָּעוֹ Surculus *plantationum* mearum, Jeſ. 60, 21. juxta Maſoretas legendum מַטָּעַי; ſed quid prohibet, quo minus juxta כתיב legas מַטָּעוֹ *Plantationis* ipſius, nempe populi. Præterea non legitur.

נָטַף *Stillavit, Deſtillavit.* שָׁמַיִם נָטָפוּ Cœli *ſtillarunt*, Jud. 5, 4. Pſalm. 68, 9. Fut. וְעָלֵימוֹ תִּטֹּף מִלָּתִי Et ſuper eos *ſtillabit* verbum meum, Job. 29, 22. יִטְּפוּ הֶהָרִים עָסִיס *Stillabunt* montes muſtum, Joel. 4, 18. נֹפֶת תִּטֹּפְנָה שִׂפְתוֹתַיִךְ כַּלָּה Favum *ſtillant* labia tua, ô ſponſa, Cant. 4, 11. Hiphil הִטִּיף *Stillavit.* וְהִטִּיפוּ הֶהָרִים עָסִיס Et *ſtillarunt* montes muſtum, Am. 9, 13. Particip. מַטִּיף *Stillator, Stillans*, Mich. 2, 11. Fut. אַטִּיף *Stillabo*, Mich. 2, 11. יַטִּיפוּן *Stillabunt*, Mich. 2, 7.

1) Generatim notat *ſtillare.* 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *pluviâ*, quam nubes ſtillant; ceu colligunt Doctores ex Jud. 5, 4. & Pſalm. 68, 9. β) *Impropriè* dicitur 1) de *ſermone*, ejusque ſvavitate inſigni, Job. 29, 22. Prov. 5, 3. Cant. 4, 11. quia ſicut pluvia terram aridam rigat, fœcundat atque reficit ſvaviſſimè, efficaciſſime; ita ſermo animum hominis rigat, recreat & demulcet ſvaviſſimè, validiſſimè. 2) de doctrina & Prophetia, quia inſtar pluviæ guttatim auribus Auditorum influit, eorumque pectora ſua virtute vel ſvavitate afficit &c. Ez. 21, 2. Mich. 2, 6. 11. 3) De *beneficiorum cæleſtium merito Chriſti acquiſitorum copiâ & abundantiâ.* Ita adhibetur, quando Joel. 3, 23. Am. 9, 13. *Montes muſtum ſtillare* dicuntur.

נָטָף m. *Stilla, Stacte.* Bis ſaltem occurrit, Exod. 30, 33. נִטְפֵי מָיִם *Stilla* aquæ. Job. 36, 27.

נְטִיפוֹת f. pl. *Mirothecidia, Vaſcula ſtillatoria*, quibus indebatur *balſamum* aut *Stacte*, Jud. 8, 26. Jeſ. 3, 19. Alii reddunt: *Torques, Monilia.*

נָטַר *Cuſtodivit, Servavit, Aſſervavit.* כַּרְמִי שֶׁלִּי לֹא נָטָרְתִּי Vineam, quæ mihi commiſſa eſt, non *cuſtodivi*, Cant. 1, 6. Fut. אֶטּוֹר *Servabo*, Jer. 3, 12. הֲיִנְטֹר לְעוֹלָם Num *ſervabit* in æternum? Jer. 3, 5.

1) Generatim ſignificat *ſervare*, ne quid diſſipetur, tollatur aut effugiat. 2) Speciatim α) notat *cuſtodire rem*, quæ alicujus curæ atque cuſtodiæ commiſſa eſt, e. g. vineam, Cant. 1, 6. c. 8, 11. 12. β) Significat *retinere* rem, ne ſubito ceſſet. In hoc autem ſignificatu ſemper accipitur

Digitized by Google

pitur *in malum*, & dicitur de *eo*, qui animum iratum diutius retinet. Unde quia vox iræ omiſſa eſt, pro ratione contextus ſuppleri debet. Ita dicitur tùm de *homine*, iram, invidiam, odiumve contra alterum in corde retinente, Lev. 19, 18. tum de *Deo* iram contra homines improbos diutius retinente, Pſalm. 103, 9. Jer. 3, 5. 12. Nah. 1, 2.

מַטָּרָה f. *Cuſtodia, Carcer*, à *ſervando & cuſtodiendo* nomen habens; item *Scopus*, quaſi *obſervationem* dicas. בְּשַׁעַר הַמַּטָּרָה In porta *cuſtodiæ*, Neh. 12, 39. בַּחֲצַר הַמַּטָּרָה In atrio *cuſtodiæ*, Jer. 32, 2. 12. c. 33, 1. c. 37, 21. c. 38, 13. לְשַׁלַּח לִי לְמַטָּרָה Quaſi emittam ea mihi ad ſcopum, 1. Sam. 2, 20. כַּמַּטָּרָא Sicut *ſcopum*, Thren. 3, 12. ubi eſt per alternationem א pro ה. וַיְקִימֵנִי לוֹ לְמַטָּרָה Et erexit me ſibi in *ſcopum*, Job. 16, 12.

נָטַשׁ *Dimiſit, Demiſit, Deſeruit; Permiſit, Omiſit*; item *Extendit, Expandit, Diffudit ſe.* נָטַשׁ אָבִיךָ *Omiſit* Pater tuus, 1. Sam. 10, 2. וְלֹא נְטַשְׁתַּנִי לְנַשֵּׁק לְבָנַי Nec *permiſiſti* mihi, ut oſcularer filios meos, Gen. 31, 28. וְנָטַשְׁתִּי אֶתְכֶם Et *deſeram* vos, Jer. 23, 33. Fut. וְאַל־תִּטֹּשׁ תּוֹרַת אִמֶּךָ Nec *deſere* legem matris tuæ, Prov. 1, 8. לֹא יִטֹּשׁ יְהוָה אֶת־עַמּוֹ Non *deſeret* Dominus populum ſuum, 1. Sam. 12, 22. וַתִּטֹּשׁ הַמִּלְחָמָה Et *diffudit* ſe bellum, 1. Sam. 4, 2. Part. Paul וְהִנֵּה נְטֻשִׁים עַל־פְּנֵי כָל־הָאָרֶץ Et ecce *diffuſi, ſparſi erant* ſuper ſuperficie totius terræ, 1. Sam. 30, 16. Fœm. חֶרֶב נְטוּשָׁה Gladius *extenſus*, Jeſ. 21, 15. Niphal נִטַּשׁ *Dimiſſus, Deſertus, Diffuſus eſt, Extendit ſe, Diffudit ſe, Dimiſit ſe.* נִטְּשָׁה *Deſerta erit*, Am. 5, 2. נִטְּשׁוּ עָבְרוּ יָם *Diffuderunt ſe*, tranſierunt mare, Jeſ. 16, 8. וַיִּנָּטְשׁוּ בְּעֵמֶק רְפָאִים Et *dimiſerunt ſe* in valle Rephaim, 2. Sam. 5, 18. Pual אַרְמוֹן נֻטָּשׁ Palatium *erit deſertum*, Jeſ. 32, 14.

1) In genere videtur obtinere ſignificationem *relinquendi*, connotatâ vel *libertate* vel *incuriâ*. Unde 2) ſpeciatim α) notat *ſinere, permittere.* Quicunque enim *permiſſionem* obtinet, *relinquitur liber*, ut poſtea faciat, quicquid libitum fuerit ei, aut ad quod propriô motu feratur. *Sinendi* vel *permittendi* ſignificationem habet, Gen. 31, 28. β) Notat *diffundere ſe*, quia, quicquid ſe diffundit, libertatem relictam arguit, Jeſ. 16, 8. Confer. 1. Sam. 4, 2. γ) Significat *demittere*; Demiſſio enim libertatis relictæ indicium eſt. Ita ventus coturnices ſuper caſtra Iſraelitarum demittere dicitur, Num. 11, 31. δ) Notat *relinquere rem alterius curæ & cuſtodiæ*, 1. Sam. 17, 20. 22. ε) Notat *deſerere*, ſive *res*, quæ deſeritur, *omittatur*, ſive *ei non amplius adhæreatur*, ſive *cum ejus ulterior abjiciatur.* Quo in ſignificatu dicitur 1) de *homine* qui dicitur *deſerere Deum*, quando *peccando* ab eo recedit, & idola ſectatur, Jer. 15, 6. Conf. Devt. 32, 15. *præceptum matris*, quando illud negligit, nec obſequium ei præſtat, Prov. 1, 8. c. 6, 20. *litem*, quando ab ea deſiſtit, vel pio concordiæ ſtudio *ἀμνηστίαν* offenſarum inducit, carniſque ad lites propenſæ impetus

 petus

Digitized by Google

petus mox ſub initium fortiter reprimit, Prov. 17, 14. *rem deperditam*, quando non amplius de ea eſt ſollicitus, 1. Sam. 10, 2. 2) de *Deo*, qui *hominem* vel *rem deſerere* dicitur, quando ex juſto judicio gratiam ſuam paternam ſubtrahit, opem & tutelam ſuam denegat & curam ejus abjicit, & hoſtium furori relinquit. Ita dicitur Deus deſerere populum ſuum, Jud. 6, 13. 1, Sam. 12, 22. Jeſ. 2, 7. Jer. 12, 7. hæreditatem ſuam, Jer. 23, 33. 39. tentorium ſuum, Pſalm. 78, 60. Confer. Pſalm. 27, 9.

נְטִישׁוֹת f. pl. *Propagines*; *Rami* liberè luxuriantes, quos, quo ſponte vergunt, diſcurrere ſinit Dominus, Jeſ. 18, 5. Jer. 48, 32. Item *Pinnæ*, vel potius *munimenta & propugnacula extra muri ambitum libere excurrentia*, Jer. 5, 10. Vid. Guſſet. in hanc vocem. Præterea non legitur.

נִין m. *Filius*, Job. 18, 19. Jeſ. 14, 22. Cum Suff. וּלְנִינִי Et *filio* meo, Gen. 21, 23. Inde eſt Verbum Fut. ex Niphal יִנּוֹן שְׁמוֹ *Soboleſcet*, *Propagabitur* nomen ejus, Pſalm. 72, 17. ſcil. per Filios.

נִינְוֵה *Nineve*, urbs maxima, Jon. 1, 2. *Metropolis* fuit *Aſſuris*, quam ſibi condidit, & à filio *Nino* ſic vocaſſe cenſetur. Unde נִינְוֵה Doctis eſt quaſi נִין־נוה *Ninnave*, ſeu *habitatio Nini*. Vid. Boch. Phaleg. lib. 4. c. 20. Conf. Druſ. in Jon. 4.

נִינָם *Opprimemus eos*, eſt Fut. ex R. יָנָה *Oppreſſit*, pag. 510.

מָנוֹן m. *Filius*. Semel occurrit Prov. 29, 21.

ניק *Suxit*, in Kal inuſitatum eſt. Hiphil הֵנִיק *Lactavit*. Semel occurrit in Fut. וַתְּנִיקֵהוּ Et *lactavit* eum, Exod. 2, 9.

ניר In Kal in uſu non eſt. Hiphil הֵנִיר *Novellavit, agrum de novô proſcidit, fruticibus & ſpinis exciſis purgavit & ſementi paravit.* Saltem bis occurrit in Imperativo נִירוּ לָכֶם נִיר *Novellate* nobis novale, Jer. 4, 3. Hoſ. 10, 12 pro הָנִירוּ, ה per Aphæreſin ablatô. In utroque autem locô accipitur *Metaphoricè* ad deſignandam *pœnitentiam*, quam renovatio ſequitur.

נִיר m. *Novale*, *Arvum*; quod primum ad ſementem proſcinditur. Ter legitur, ſemel *propriè*, Prov. 13, 23. & bis *impropriè*, Jer. 4, 3. Hoſ. 10, 12. נִיר *Lucerna*, vide in נור.

נכר Radix ignota. Inde eſt

נֶכֶר m. *Nepos*, & collectivè *Nepotes*, *Poſteri*, Job. 18, 19. Jeſ. 44, 22. Cum Suffixo וּלְנֶכְדִּי Et *nepoti* meo, Gen. 21, 23. Sæpius non legitur.

נָכָה In Kal non eſt in uſu. Hiphil הִכָּה *Percusſit*, *Cecidit*, *Infixit*. וַיהוָה הִכָּה כָל־הַבְּכוֹר Et Dominus *percusſit* omnem primogenitum, Exod. 12, 29. וְהוּא הִכָּה אֶת־אִישׁ מִצְרִי Et ipſe *percutiebat* virum Ægyptium, 2. Sam. 23, 21. וְהִכָּה בַכִּיּוֹר Et *percuſſit* vel *infixit* in labrum, 1. Sam. 2, 14. הִכָּה בְחֶרֶב *Percusſit* gladio, i. e. occidit, Joſ. 11, 10. הִכִּיתָ *Percuſſiſti* eum, 1. Sam. 18, 11. הִכּוּם *Percuſſerunt* eum,

Digitized by Google

eum, Joſ. 9, 18. Infin. הַכּוֹת *Percutere*, Gen. 4, 15. Sed Devt. 13, 15. eſt הַכֵּה. Fut. וָאַכֶּה Et *percusſi*, Neh. 13, 25. Sed Exod. 9, 15. eſt וָאַךְ Et *percusſi*. אַכֶּנּוּ *Percutiam* eum, Num. 14, 12. Imper. הַכֵּה *Percute*, Ezech. 6, 11. Sed 2. Reg. 6, 18. eſt הַךְ, ה per Apocopen ablato, Hophal הֻכָּה *Percuſſus* eſt, Num. 25, 14. הֻכְּתָה הָעִיר *Percuſſa* eſt urbs, Ezech. 33, 21. Niphal נִכָּה *Percuſſus* eſt. נִכָּאוּ *Percusſi ſunt*, Job. 38, 8. Piel Inf. נַכֵּה *Percutere*, Num. 22, 6.

I) Generatim habet ſignificationem *percutiendi*, quacunque ratione *percusſio aliqua* fiat, ſive ſit *cum ſubjecti excidio conjuncta*, ſive *non*. II) Speciatim infert 1) *percusſionem* α) *hominis*, tùm per *hominem*, quæ fit vel ſine ejus ſauciatione, Exod. 2, 13. c. 5, 16. 1. Reg. 22, 14. vel cum ejus vùlneratione, tàm non-lethali, 1. Reg. 20, 35. 37. quàm lethali, ut idem ſit ac *occidere*, *necare*, gladiô, Jeſ. 10, 30. c. 8, 24. c. 19, 47. lapide, 1. Sam. 17, 49. 50. haſtâ, 1. Sam. 18, 11. unde ſæpius dicitur de *ſtrage bellica*, qua militantes *percutiuntur*, *necantur*, Joſ. 10, 20. Jud. 11, 33. 1. Sam. 6, 19. c. 14, 31. c. 19, 8. &c. Tùm per *Deum*, qui *percutit hominem* vel omnis generis morbos ei immittendo, Devt. 28, 22. 27. 28. 35. 1. Sam. 5, 9. ſpeciatim peſtem, Exod. 9, 15. Confer. 2. Sam. 24, 17. vel mortem inferendo, Exod. 12, 12. Pſalm. 135, 8. vel aliis plagis gravioribus eum afficiendo, Num. 11, 33. Jeſ. 1, 5. c. 9, 12. tùm per brutum, e. g. leonem, 1. Reg. 20, 36. à quo occiſus fuit. β) *Rei*, e. g. *frugum terræ*, *vitium*, & *arborum* &c. per grandinem integritatem lædendo, erecta interram proſternendo, & vitam vegetativam tollendo, Exod. 9, 25. 31. Pſalm. 105, 33. *Petræ*, ut emittat aquas, Exod. 17, 6. *aquæ*, ut mutetur in ſanguinem, Ex. 7, 20. pulveris, ut enaſcatur pediculus, Exod. 8, 13. 2) Significat *figere*, *infigere*, *immittere*, e. g. fuſcinam in labrum, 1. Sam. 2, 14. haſtam in parietem, 1. Sam. 19, 10. radices, Hoſ. 14, 6.

נָכֶה m. *Percuſſus*, *Læſus*. In Statu Conſtr. נְכֵה רַגְלַיִם *Percuſſus* pedibus, i. e. claudus, 2. Sam. 4, 4. c. 9, 3. נְכֵה רוּחַ *Percuſſus* ſpiritu, i. e. animô fractus, Jeſ. 66, 2. Amplius non legitur.

נֵכֶה m. *Claudus*. Occurrit ſaltem in Plurali נֵכִים *Claudi*, Pſalm. 35, 15.

נְכָאִים m. pl. *Attriti*, Jeſ. 16, 7. vide in R. כָּאָה p. 566.

מַכָּה f. *Plaga*. וַיַּךְ יְהוָה בָּעָם מַכָּה רַבָּה מְאֹד Et *percutiebat* Dominus populum plagâ magnâ valde, Num. 11, 33. In Statu Conſtr. מַכַּת בִּלְתִּי סָרָה *Plaga* defectus demotionis, i. e. immota, Jeſ. 14, 6. מַכַּת אֹיֵב הִכִּיתִיךְ *Plagâ* hoſtis percuſſi te, i. e. plagâ, quam hoſtis ſine miſericordiâ immittit, Jer. 30, 14. Cum Suff. מַכָּתִי *Plaga* mea, Jer. 10, 19. Plur. מַכּוֹת *Plagæ*, Prov. 20, 30. Cum Suff. מַכּוֹתֶיהָ *Plagæ* ejus, Jer. *49, 17. Maſcul. מַכִּים *Plagæ*, 2. Reg. 8, 29. c. 9, 15.

1) Generatim notat *quamcunque plagam*, quâ quis percutitur. 2) Speciatim *α*) denotat *plagam*, quâ ictu graviori corpus alicujus percutitur, 2. Reg. 8, 29. c. 9, 15. Zach. 13, 6. Unde *β*) ſæpius deſignat *ſtragem bellicam*, quâ pugnantes graviter percutiuntur, & miſere enecantur, Joſ. 10, 20. Jud. 11, 33. 1. Sam. 6, 19. c. 14, 30. c. 19, 8. *γ*) Deſignat *calamitates* & *ſupplicia* divinitus ob antegreſſa ſcelera *immiſſa*, quibus peccatores & animo, & corpore, imo & fortunis graviſſimè percutiuntur & affliguntur, inſtar ejus, qui pugno, fuſte, vel gladiô graviter percutitur non minus, quàm ſauciatur, Lev. 26, 21. Devt. 28, 61. 1. Sam. 4, 8. Jer. 30, 14. c. 10, 19. *δ*) Deſignat *quamcunque aliam graviorem afflictionem*, Jer. 15, 18.

נָכַח *Iniit fœminam*, apud Arabes &c.

נֹכַח m. *Comm*, *Contra*, *E regione*, quod *α*) habet *vim nominis*, & idem eſt ac *præſentia*; *junctum*, *copulatio*, *nexus*; *Objectum oppoſitum*. Hanc nominis ſignificationem obtinet, fere, ſi conſtruitur cum Præpoſitione ſine ſubjuncto caſu. לְנֹכַח הַצֹּאן In *præſentia* gregis alterius, Gen. 30, 38. וַיֶּעְתַּר יִצְחָק לַיהוָה לְנֹכַח אִשְׁתּוֹ Et ſupplex oravit Iſaacus Dominum pro *junctura* vel uterô uxoris ſuæ. Ita celeb. Danzius in Interprete §. 172. וַיָּבֹא עַד־נֹכַח יְבוּס הִיא יְרוּשָׁלָם Et venit usque ad oppoſitum Jebus, quæ eſt Hieroſolyma, i. e. ad illam viæ partem, quæ Hieroſolymæ è diametro erat oppoſita, Jud. 19, 10. וְהִזָּה אֶל־נֹכַח פְּנֵי אֹהֶל Et ſparget ad *objectum* partis anterioris tentorii, Exod. 40, 24. Confer. Prov. 4, 25. *β*) *Sine Præpoſitione* valet *comm*, *contra*, *è regione*, *ex adverſo*. נֹכַח פְּנֵיהֶם *Comm* facie ſua, Ezech. 14, 13. נֹכַח יְהוָה דַּרְכְּכֶם *Comm* Domino eſt via veſtra, Jud. 18, 6. i. e. Dominus eam curat. נֹכַח הַשֻּׁלְחָן *E regione* menſæ, Exod. 26, 35. נֹכַח אֲרָם *Contra* Syros, 1. Reg. 22, 35. Cum Suff. נִכְחוֹ *E regione* ejus, Exod. 14, 2. perinde ut in אִמְרוֹ *Sermo* ejus, ex אֹמֶר.

נָכֹחַ m. *Rectus*, in Plurali נְכֹחִים *Recti*, Prov. 8, 9. Fœm. נְכֹחָה *Rectitudo*, *Rectum*. וּנְכֹחָה לֹא־תוּכַל לָבוֹא Et *rectitudo* non poteſt advenire, Jeſ. 59, 14. וְלֹא יָדְעוּ עֲשׂוֹת נְכֹחָה Et non norunt facere *rectum*, Am. 3, 10. Plur. בְּאֶרֶץ נְכֹחוֹת In terrâ rectitudinum, Jeſ. 26, 10. לֹא תֶחֱזוּ לָנוּ נְכֹחוֹת Ne videatis nobis *recta*, Jeſ. 30, 10. Sæpius non legitur.

נָכַל *Fraudulenter egit*, *Machinatus eſt*, *callidè & fraudulenter cogitavit*. Particip. אָרוּר נוֹכֵל *Maledictus eſto defraudans*, *fraudulenter agens*, Mal. 1, 14. Piel נִכֵּל *Machinatus*, *Inſidiatus eſt*. נִכְּלוּ לָכֶם *Inſidiati ſunt vobis*, Num. 25, 18. Hithpael הִתְנַכֵּל *Machinatus eſt*, *Fraudulenter egit*, *Dolo uſus eſt*, *Inſidiatus eſt*. Infin. לְהִתְנַכֵּל בַּעֲבָדָיו Ut *fraudulenter agerent* contra ſervos ipſius, Pſal. 105, 25. Fut. וַיִּתְנַכְּלוּ אֹתוֹ לַהֲמִיתוֹ *Inſidias ſtruxerunt illi*, ut occide-

Digitized by Google

ciderent eum, vel: *Machinati ſunt* adverſus eum, ut occiderent eum, Gen. 37, 18. Sæpius non occurrit.

—נֵכֶל m. *Machinatio callida, Calliditas, Inſidia callida.* Occurrit ſaltem in Plurali. צֹרְרִים הֵם לָכֶם בְּנִכְלֵיהֶם אֲשֶׁר־נִכְּלוּ לָכֶם Infeſti fuerunt vobis per *inſidias*, quibus inſidiati ſunt vobis, Num. 25, 18.

נכס *Supputavit*, item *Occidit* apud Chaldæos; inde apud Ebræos eſt

—נְכָסִים m. pl. *Opes, Facultates quæcunque*, ob quas aliquis dici poteſt *opulentus*, ſive in re pecuaria, ſive in fundis, nummis aut aliâ re ſitæ ſint. Quinquies legitur in Scripturâ, nimirum, Joſ. 22, 8. de *facultatibus* tribûs Manaſſes, conſtantibus ex pecude, auro &c. de *opibus* Salomonis, 2. Chron. 1, 11. 12. Eccl. 6, 2. 18.

נִכַּר *Agnovit; Alienavit, Alienum reddidit, aliene* vel *extraneè ſe geſſit ac oſtentavit, Tradidit, & tradendo quaſi alienavit.* נִכַּר אֹתוֹ אֱלֹהִים בְּיָדִי Tradidit eum Deus in *manum* meam, 1. Sam. 23, 7. וְאֹתֹתָם לֹא תְנַכֵּרוּ Et ſigna eorum non *cognoſcitis*, Job. 21, 29. וַיְנַכְּרוּ אֶת־הַמָּקוֹם הַזֶּה Et *alienum, inviſum reddiderunt* locum hunc, Jer. 19, 4. Niphal נִכַּר *Agnitus eſt, alium ſe geſſit.* וְלֹא נִכַּר שׁוֹעַ לִפְנֵי דָל Neque *agnoſcitur* dives præ paupere, Job. 34, 19. לֹא נִכְּרוּ בַּחוּצוֹת Non *agnoſcuntur* in plateis, Thren. 4, 8. Fut. בִּשְׂפָתָיו יִנָּכֵר שׂוֹנֵא *Alium ſe gerit* oſor labiis ſuis, Prov. 26, 24. Hiphil הִכִּיר *Agnovit, Cognovit, Recognovit.* וְאֶת־אֶחָיו לֹא הִכִּיר Et fratres ſuos non *agnovit*, Devt. 33, 9. הִכִּירוֹ *Agnovit* eum, Gen. 27, 23. Infin. הַכֵּר־פָּנִים לֹא־טוֹב *Agnoſcere* faciem in judicio, non eſt bonum, Prov. 28, 21. לְהַכִּירֵנִי Ad agnoſcendum me, Ruth. 2, 10. Fut. אַכִּיר *Agnoſcam*, Job. 4, 16. וַיַּכֵּר יוֹסֵף אֶת־אֶחָיו Quanquam verò *agnovit* Joſeph fratres ſuos, Geneſ. 42, 8. לֹא תַכִּירוּ פָנִים בַּמִּשְׁפָּט Non *agnoſcetis* faciem in judicio, Devt. 1, 17. Hithpael הִתְנַכֵּר *Agnitus eſt, Ignotum ſe geſſit*, vel *alienum ſe oſtendit.* בְּמַעֲלָלָיו יִתְנַכֶּר־נָעַר Per opera ſua *cognoſcitur* puer, Proverb. 20, 11. וַיִּתְנַכֵּר אֲלֵיהֶם Et *alienum ſe* oſtendit erga eos, Gen. 42, 7. Part. מִתְנַכֵּרָה *Ignotam ſe gerens*, 1. Reg. 14, 5. 6.

1) Significat *agnoſcere, cognoſcere*; & quidem α) infert ſimpliciter *agnitionem* vel *cognitionem*, prout Joſephus agnoſebat fratres, Gen. 37, 32. Danitæ vocem Levitæ, Jud. 18, 3. &c. β) Per *Metonymiam cauſæ a*) infert *æſtimium*, ac *diſcretionem*, Pſalm. 142, 5. Non erit mihi *agnoſcens*, i. e. me *æſtimans* ac *reputans* pro eô, pro quô habendus ſum. Conf. Prov. 24, 23. c. 28, 21. ubi faciem cognoſcere denotat *æſtimare & diſcretionem facere ex externis rebus.* Ita & legitur Job. 34, 19. *b*) Involvit *ſingularem & propenſum cordis affectum*, & idem eſt ac *amare, fo-*

vere, *benevelle*, vel etiam *curare*. Ita Devt. 33, 9. *non agnoſcens fratres ſuos* dicitur, qui eos ob crimen contra Deum commiſſum non *curat*. Confer. Ruth. 2,10. 19. ubi deſignatur *ſingularis cordis affectus & animi inclinatio* ad favorem exhibendum, & beneficium aliquod conferendum. 2) *Ignorantiam* importat, & *alienationem*. *Ignorandi* ſignificationem habet Devt. 32, 27. ne *ignorent* hoſtes ipſorum me Iſraelem percutere; Huc refert Guſſetius 1. Sam. 23,7. quaſi Saul impio ore dixiſſet: *Ignoravit Deus illum in mea manu*, quippe ſi id Deus ſatis intellexiſſet, ipſum monuiſſet, vt aliis vicibus. Item Prov. 26, 24. quia labia oſoris ita comparata, ut, dum ille alium ſe ſermone ſimulat, *ignoretur, qualis ſit*. *Alienandi* autem ſignificationem, quia aliquid *alienum* redditur, habere cenſetur, Jer. 19,4. Inde eſt, quod quandoque ſignificet, *alium ſe gerere*, *alienum ſe oſtentare*, *verbo aut factis oſtendere*, *ſe alium eſſe*, *geſtus & mores alios fingere*, *ne agnoſcaris*, Gen. 42,7. 1. Reg. 14, 5.

נֵכָר m. *Alienus, Alienigena*; Sed Coccejo idem eſt ac *Peregrinitas*. בֶּן־נֵכָר *Filius* alienigenæ, Gen. 17, 12. עַל אַדְמַת נֵכָר Super terra *peregrinitatis* i. e. peregrina, Pſal. 137, 4. אֱלֹהֵי הַנֵּכָר Dii *peregrinitatis*, i. e. peregrini, Joſ. 24, 23. Jud. 10, 16. 2. Chron. 33, 15. וַיָּסַר אֶת־מִזְבְּחוֹת הַנֵּכָר Et removit altaria *alienigena*, 2. Chron. 14, 2. In Statu Conſtr. נֵכַר הָאָרֶץ *Peregrinitas*, *alienatio* terræ, i. e. peregrina, aliena terra, Devt. 31, 16.

נֶכֶר m. *Alienatio, Abalienatio*. Semel occurrit Job. 31, 3.

נֹכֶר m. *Alienatio*, ſemel legitur cum Suffixo בְּיוֹם נָכְרוֹ In die *alienationis* ſuæ, i. e. die, quo alienatur, Obad. v. 14.

נָכְרִי m. *Alienus*, *Extraneus*, *Alienigena*. אִישׁ נָכְרִי Vir *alienigena*, Devt. 17, 15. אֶת־נָכְרִי תִּגֹּשׂ *Alienigenam* urgebis, Devt. 15, 3. Plural. נָכְרִים *Alieni*, Jeſ. 2, 6. Thren. 5, 2. Obad. 1, 11. Fœm. נָכְרִיָּה *Aliena*, *Peregrina*. גֵּר הָיִיתִי בְּאֶרֶץ נָכְרִיָּה *Peregrinus* fui in terra *peregrina*, Ex. 2, 21. Plur. הֲלֹא נָכְרִיּוֹת נֶחְשַׁבְנוּ לוֹ Nonne *alienæ* æſtimatæ ſumus ei? Gen. 31, 15. נָשִׁים נָכְרִיּוֹת Mulieres *peregrinæ*, Eſr. 10, 18.

1) Generatim denotat *alienum*, quacunque accipiatur ratione. 2) Speciatim dicitur tum de *perſonis*, tum de *rebus*. *Priori modo* notat α) *alium*, *ad nos non pertinentem*. Ita dicitur tàm de *mare*, Job. 19, 15. Prov. 7, 10, c. 27, 2. Eccl. 6, 2. quàm de *fœmina*, quæ eſt poſſeſſionis alienæ, vel ad thorum tuum non ſpectat, quæ ratione cohabitationis conjugalis tibi debet eſſe *aliena*, Prov. 5, 20. c. 6, 24. c. 7, 5. c. 23, 27. β) *Alienum*, qui eſt de *alia familia* atque *cognatione*, Pſalm. 69, 9. Conf. Gen. 31, 15. ubi filiæ Labanis conqueruntur, ſe tanquam *peregrinas* à Patre habitas fuiſſe. γ) Notat *extraneum* gentis *peregrinæ*. Ita *vir pere-*

Digitized by Google

peregrinus dicitur, qui non eſt de gente Iſraelis, Devt. 14, 21. c. 15, 3. Jud. 19, 12. 2. Chron. 6, 32. 33. Thren. 5, 2. Similiter *fœmina peregrina* vocatur, quæ non eſt de gente Iſraelitarum, Ruth. 2, 10. 1. Reg. 11, 1. 2. 8. Eſr. 10, 2. Neh. 13, 26. 27. Poſteriori autem modo dicitur de *terra*, Ex. 2, 22. c. 18, 3. de *vite*, Jer. 2, 20.

מַכָּר m. *Notus*. Bis occurrit מֵאֵת־מַכָּרוֹ A *noto* ſuo, 2. Reg. 12, 6. Plural. cum Suff. מֵאֵת מַכָּרֵיכֶם A *notis* veſtris, 2. Reg. 12, 8.

הַכָּרָה f. *Agnitio*. Semel occurrit in Statu Conſtr. הַכָּרַת פְּנֵיהֶם *Agnitio* facierum ipſorum, Jeſ. 3, 9. Sed præſtat referre ad הָכַר *Obfirmavit ſe*, ut ſenſus ſit: *Obfirmatio facierum ipſorum*.

נכר Radix inuſitata; inde ſuperſtes eſt.

נְכֹאת f. pl. *Aromata*, Gen. 37, 25. c. 43, 11. Chaldæo idem eſt ac שְׁעַף *Cera*, quem ſequitur Sebaſt. Schmid. Bocharto notat *Storacem*. Mercero videtur eſſe vox peregrina, notans *aroma*, vel *omne id, quod ex aromatibus artificioſe confectum eſt*.

נְכֹת *Theſauri, Gaza, Res pretioſa*. בֵּית נְכֹתֹה Domus *gazarum* ſuarum, vel *rerum pretioſarum* ſuarum, 2. Reg. 20, 13. Jeſ. 39, 2. Præterea non legitur.

נלה Hiphil הִנְלָה *Abſolvit, Conſummavit*. Semel occurrit in Infinitivo כַּנְלֹתְךָ Secundum *abſolvere* te. i. e. cum *abſolveris, conſummaveris*, Jeſ. 33, 1. pro כְּהַנְלוֹתְךָ, ה Præformativum eſt extruſum per Aphæreſin, ob Præfixum כ.

מִנְלֶה m. *Abſolutio, Perfectio, Conſummatio*. Tantum legitur Job. 15, 19. מִנְלָם, *Perfectio, Conſummatio* eorum.

נָמַל *Circumcidit*, item *Succiſus eſt*. וּנְמַלְתֶּם אֵת־בְּשַׂר עָרְלַתְכֶם Et *circumcidetis* carnem præputii veſtri, Gen. 17, 11. Fut. יִמַּל קְצִירוֹ *Succiditur* meſſis ejus, Job. 18, 16. כְּצִיץ יָצָא וַיִּמָּל Sicut flos exit & *ſucciditur, decerpitur*, Job. 14, 2. יִמָּלוּ *Succiduntur*, Job. 24, 24. Pſalm. 37, 2. Niphal נִמּוֹל *Circumciſus fuit*, Gen. 17, 26. נִמֹּלוּ *Circumciſi fuerunt*, Gen. 17, 27. Particip. נִמֹּלִים *Circumciſi*, Gen. 34, 22. Præterea non legitur.

1) Generaliter *ſecandi* ſignificationem habet. 2) Speciatim *α*) transfertur ad deſignandam *amputationem præputii*, ceu liquet ex Gen. 17, 11. 26. 27. c. 34, 22. *β*) Dicitur de *ſucciſione graminis*, Pſalm. 37, 2. *floris*, Job. 14, 2. *meſſis*, Job. 18, 16. & *ſummitatis ſpicæ*, Job. 24, 24. ad deſignandam *mortem & excidium hominis*.

נְמָלָה f. *Formica*, forte ſic dicta, quod ſpicarum ſummitates exſcindat, ut grana inde eximat. Bis legitur Prov. 6, 6. & c. 30, 25. ubi eſt Pluralis נְמָלִים *Formicæ*.

נָמֵר *Variegavit, Maculoſus & albus, nigriſque maculis diſtinctus fuit,* apud Chaldæos & Samaritanos; Inde apud Ebræos

נָמֵר m. *Pardus*, Jer. 5, 6. Plur. נְמֵרִים *Pardi*, Cant. 4, 8.

1) Generatim & vi originis notat *variegatum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *Pardum*, animal ferox, celerrimum, & variis maculis diſtinctum, Jer. 13, 22. Hab. 1, 8. β) *Metaphoricè* adhibetur ad deſignandam *ſævitiam* & *hoſtilitatem*, Jer. 5, 6. Conf. Hoſ. 13, 7.

נֵס m. *Vexillum* &c. vide in נָסַס.

נָסַג *Receſſit, Retroceſſit.* Fut. לֹא יִסַּג כְּלִמּוֹת Non *retrocedet* ignominia ulla, Mich. 2, 6. Infin. נָסוֹג *Recedere*, Jeſ. 59, 13. Hiphil הִסִּיג *Recedere, retrocedere fecit, Removit, Transtulit.* לֹא־תַסִּיג גְּבוּל רֵעֲךָ Non *removebis* terminum ſocii tui, Devt. 19, 14. יַשִּׂיגוּ *Transferunt*, Job. 24, 2. ubi eſt שׂ loco ס per alternationem.

1) Generatim notionem *receſſionis* infert, ſive *tranſitivè*, ſive *intranſitivè.* 2) Speciatim α) in *Kal intranſitive* ſumitur, notans *recedere, retrocedere*, relictô priori locô, termino, vel ſubjectô. Ita Jeſ. 59, 13. *improbi* Judæi malitioſe prævaricando & idola ſectando à Deo ſuo receſſiſſe dicuntur; & Mich. 2, 6. ignominia non recedere dicitur. β) *Tranſitivè* ſumitur in Hiphil, notans *recedere*, vel *retrocedere facere, locô* vel *retro movere.* Inde adhibetur 1) ad deſignandam *remotionem* vel *ſubductionem* ſui ipſius ex periculô, Mich. 6, 14. 2) *Remotionem limitum* vel *terminorum*, Devt. 19, 14. c. 27, 17. Prov. 22, 28. c. 23, 10. Job. 24, 2. Hoſ. 5, 10.

נָסָה *Suſtulit, Attulit, Protulit.* Imper. נְסָה *Tolle*, Pſalm. 4, 7. Sed videtur eſſe pro נָשָׂא, permutatô α) א cum ה, β) שׂ cum ס. Fut. הֲנִסָּה דָבָר Num *proferemus* verbum? Job. 4, 2. quod itidem videtur eſſe ex radice נשׂא. Verba enim לא & לה ſæpiſſimè formas permutare ſolent, vel quoad literas, vel quoad puncta, vel quoad literas & puncta ſimul. Piel נִסָּה *Tentavit, Probavit, Expertus fuit, Periculum fecit.* אֱלֹהִים נִסָּה אֶת־אַבְרָהָם Deus *tentabat* Abrahamum, Gen. 22, 1. וַיֹּאֶל לָלֶכֶת כִּי לֹא נִסָּה Et cœpit ire, quia non *tentaverat*, 1. Sam. 17, 39. נִסָּהוּ *Tentavit* eum, Exod. 15, 25. Infin. נַסּוֹת *Tentare*, Exod. 20, 20. Fut. אֲנַסֶּה נָא רַק הַפָּעַם *Tentabo*, quæſo, tantum hac vice, Jud. 6, 39. Imper. נַס־נָא אֶת־עֲבָדֶיךָ *Tenta*, quæſo, ſervos tuos, Dan. 1, 12. pro נַסֵּה, per Apocopen ה reſectum eſt.

1) Miſſâ ſignificatione *Tollendi, Attollendi, Proferendi*, quia tunc eſt נָסָה pro נָשָׂא, ה & א alternantibus; generatim dicimus ſignificare *tentare*, quacunque ratione, & in quemcunque finem *tentatio* inſtituatur. 2) Speciatim α) ſignificat *tentare*, ita, ut innuat *auſum, niſum* atque *conatum.* Ita dicitur de Davide, qui nondum tentaverat armatus ince-

incedere, 1. Sam. 17, 39. de muliere molli & delicata, quæ non tentavit, i. e. auſa eſt plantam pedis ſtatuere ſuper terram, Devt. 28, 56. de Salomone omnia per ſapientiam explorante, Eccl. 7, 23. β) Notat *tentare, ita, ut tentans aliquid experiatur,* vel *ſignô aut indiciô aliquô aliquid cognoſcat, aut etiam aliis notum faciat.* In hoc ſignificatu pro objectô habet tùm *rem,* tùm *perſonam. Probationem rei* infert, Jud. 6, 39. Tentabo, quæſo rem hac tantum vice cum vellere. *Tentatio* autem *perſonæ* eſt *varia.* Nam *α*) infert *tentationem hominis,* tùm *eam,* quâ *homo hominem* tentat, experturus ipſius *notitiam, ſapientiam* &c. Ita dicitur de Reginâ Sabæ, quæ per graves & ſublimes quæſtiones Salomonem tentabat, expertura, num tanta ejus eſſet ſapientia, quanta famæ ore celebrata fuerat, 1. Reg. 10, 1. tùm *eam,* qua *homo* tentatur *à Deo,* quando *Deus hominum fidem, obedientiam, patientiam & pietatem explorat,* aut *certa documenta edendi occaſionem vel etiam mandatum ſuppeditat.* Sicut tentabat Deus Abrahamum, ei immolationem Iſaaci præcipiens, Gen. 22, 1. Iſraelitas in deſerto, Devt. 13, 8. Conf. Exod. 16, 4. Jud. 2, 22. Hæc verò Dei tentatio non enaſcitur ex Dei ignorantiâ aut hæſitatione. ceu eſt tentatio hominum, qui de exitu rerum incerti atque ſolliciti ſunt, ſed ex paternô affectu, quô tentando etiam aliis hominibus vult commonſtrare, quanta ſit humanarum virium imbecillitas, divinæque gratiæ & opis neceſſitas. *γ*) Infert *tentationem Dei per homines,* qui *Deum* tentant, quando ex diffidentiâ cordis, carniſque illecebris Dei verbum, promiſſiones, mandata, minas, bonitatem, potentiam atque omniſcientiam in dubium vocant ac documentis quibusdam probari tenerè poſtulant, inconditô ac turpi murmure tempus, modum ac cauſam præſcribendo, Exod. 17, 2. 7. Devt. 33, 8. Pſalm. 78, 18. Pſalm. 95, 9.

מַסָּה f. *Tentatio, Probatio,* item *Maſſa* nomen proprium loci, ubi Iſraelitæ malitioſè Deum ſuum tentaverant, Exod. 17, 7. Devt. 6, 16. In Statu Conſtr. לְמַסַּת נְקִיִּם יִלְעָג *Tentationem* innocentium ridet, Job. 9, 23. Plur. הַמַּסּוֹת *Tentationes.* הַמַּסּוֹת הַגְּדֹלוֹת *Tentationes* magnæ illæ, quas viderunt oculi tui, Devt. 7, 19. Confer. Devt. 29, 2. בְּמַסֹּת *Tentationibus,* Devt. 4, 34.

נָסַח *Transtulit, Amovit, Evulſit, Avulſit, Extirpavit.* Fut. בֵּית גֵּאִים יִסַּח יְהוָה Domum ſuperborum *extirpabit* Dominus, Prov. 15, 25. וְיִסָּחֲךָ מֵאֹהֶל Et *evellet* te è tentorio. Niphal נִסַּח *Evulſus, Extirpatus eſt.* וְנִסַּחְתֶּם מֵעַל־הָאֲדָמָה Et *evellemini* de ſuperficie hujus terræ, Devt. 28, 63. וּבוֹגְדִים יִסְּחוּ מִמֶּנָּה Aſt impii *excindentur* ex eâ, Prov. 2, 22. Præterea non legitur; in ſingulis verò locis notat totalem evulſionem & extirpationem.

מַסָּח m. *Avulſio, Depulſio.* Semel occurrit, 2. Reg. 11, 6.

נָסַךְ *Fudit, Effudit, Perfudit, Libavit, Inunxit affundendo* ſcilicet, item *Expandit, Obtexit, Obduxit.* הַפֶּסֶל נָסַךְ חָרָשׁ Sculptile *fundit*

dit artifex, Jeſ. 40, 19. נָסַכְתִּי מַלְכִּי *Inunxi* Regem meum, Pſalm. 2, 6. Infin. לִנְסֹךְ מַסֵּכָה *Fundendo* fuſile, Jeſ. 30, 1. Fut. לֹא יִסְּכוּ לַיהוָה יַיִן Non *libabunt* Domino vinum, Hoſ. 9, 4. Niphal מֵעוֹלָם נִסַּכְתִּי Ab æternô *effuſa ſum*, Prov. 8, 23. Piel Fut. וַיְנַסֵּךְ אֹתָם לַיהוָה Verum *libavit* eas Domino, 1. Chron. 11, 18. Hiphil הִסִּיךְ *Libavit.* וְהִסִּכוּ נְסָכִים Et *libaverunt* libamina, Jer. 32, 29. Infin. הַסֵּךְ *Libare*, Jer. 7, 18. Fut. אַסִּיךְ *Libabo*, Pſalm. 16, 4. וַיַּסִּיכוּ שָׁם אֶת־נִסְכֵּיהֶם Et *libarunt* ibi libamina ſua, Ezech. 2, 28. Hophal Fut. יֻסַּךְ *Obtegetur, Integetur*, Exod. 25, 29. c. 37, 16.

1) Generatim *fundendi* notionem obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *rerum liquidarum.* Inde dicitur de *aquâ*, 1. Chron. 11, 18. Interdum *ſacrificiale* eſt, & deſignat *effuſionem libaminis* ſeu *rei liquidæ*, in *honorem Dei* vel *veri*, Exod. 30, 9. Num. 7, 10. c. 15, 5. c. 28, 7. 2. Reg. 16, 13. Hoſ. 9, 4. vel *falſi*, Jer. 7, 18. c. 19, 13. c. 32, 29. c. 49, 17. Unde reddi ſolet *libare.* β) *Tropicè* a) per *Metaphoram* dicitur de *qualibet re ſub liquoris figurâ ſpectatâ*, e. g. de *metallis* in imagines formandis, Jeſ. 40, 19. c. 44, 10. item de *Spiritu ſoporis* Jeſ. 29. 10. ut innuatur, Judæos ſopori altiſſimo eſſe immerſos & totos conſopitos. b) *Metonymicè* notat *ungere*, quia ſuper *ungendum* oleum unctionis *fundi* ſolebat. Ita dicitur de *Meſſia*, Pſalm. 2, 6. ad denotandam *divinam ordinationem, inaugurationem* vel *conſtitutionem Filii Dei incarnati ſolenniſſimam in totius mundi Regem.* Confer. Prov. 8, 23. ubi *ſapientia æterna*, ſeu *Filius Dei* de ſe prædicat: נִסַּכְתִּי *Unctus ſum*, i. e. à Patre meo ab omni æternitate Rex omnium creandorum Supremus ordinatus & conſtitutus ſum. Significat etiam *expandere, tegere, obtegere, operiri, obducere*, quia liquor fuſus in terræ ſuperficie ſe *expandit*, eamque *tegit* vel *obtegit*, Exod. 25, 29. c. 37, 16. Sed Guſſetius in utroque loco *libandi* ſignificationem huic tribuit voci, quia nihil de *tegendis* panibus Propoſitionis à Deo mandatum fuit; & per מְנַקִּיּוֹתָיו & קְשׂוֹתָיו intelligit *vaſa*, quibus *libamina* fiebant. Conf. Jeſ. 25, 7. c. 30, 1.

נֵסֶךְ & נֶסֶךְ m. *Fuſio; Libamen; Fuſile.* וַיַּסֵּךְ עָלֶיהָ נֶסֶךְ Et fudit ſuper eo *libamen*, Gen. 35, 14. וְנֵסֶךְ לֹא תִסְּכוּ עָלָיו Et *libamen* non libabitis ſuper eô, Exod. 30, 9. Cum Suff. נִסְכִּי *Fuſile* meum, Jeſ. 48, 5. Plural. נְסָכִים *Libamina*, Jer. 6, 18. נְסָכֶיהָ *Libamina* ejus, Num. 29, 31. בַּל אַסִּיךְ נִסְכֵּיהֶם Non libabo *libamina* eorum, Pſalm. 16, 4.

1) Generatim notat *fuſionem.* 2) Speciatim α) *libamen*, quod ex vinô erat, & affundebatur holocauſto, item ſacrificio votivo & ſpontaneæ oblationis, nec non in feſtis, Lev. 23, 18. Num. 6, 15. c. 15, 24. c. 28, 7. 9. 10. 24. Confer. Gen. 35, 14. Jeſ. 57, 6. β) *Fuſile*, quia idola ex metallô *fundi* ſolebant, Jeſ. 48, 5. Jer. 10, 14. c. 5, 17.

נָסִיךְ

נָסִיךְ m. *Libamen.* Semel legitur Devt. 32, 38. יִשְׁתּוּ יֵין נְסִיכָם Bibent vinum *libaminis* eorum.

נְסִיכִים m. pl. *Principes, Reges, Toparchæ,* quaſi ad officium *inuncti* dicti, vel à *lectione* aut *protectione* ſic vocati. In Statu Conſtr. נְסִיכֵי סִיחוֹן *Principes* Sichonis, Joſ. 13, 21. נְסִיכֵי צָפוֹן *Principes* Septentrionis, Ezech. 32, 30. נְסִיכֵי אָדָם *Principes* hominum, Mich. 5, 4. Cum Suffixo נְסִיכֵימוֹ *Principes* eorum, Pſalm. 83, 12. Sed Dan. 11, 8. eſt נְסִכֵיהֶם. Præterea non legitur.

מַסֵּכָה f. *Fuſio, Fuſura, Fuſile; Tegumentum, Stragula.* וַיַּעֲשֵׂהוּ עֵגֶל מַסֵּכָה Fecitque vitulum *fuſionis*, Exod. 32, 4. אֱלֹהֵי מַסֵּכָה לֹא תַעֲשׂוּ Deos *fuſionis*, i.e. *fuſiles* non facies, Lev. 19, 4. וְהַמַּסֵּכָה הַנְּסוּכָה עַל־כָּל־הַגּוֹיִם Et *tegumentum* tectum ſuper omnes gentes, Jeſ. 25, 7. In Statu Conſtr. מַסֵּכַת זְהָבֶךָ *Fuſilis* auri tui, Jeſ. 30, 22. Plur. מַסֵּכוֹת *Fuſilia*, 2. Chron. 28, 2. Cum Suff. מַסֵּכֹתָם *Fuſilia* ipſorum, Num. 33, 52.

1) Generatim notat *fuſionem.* 2) Speciatim α) *propriè* eſt rei liquidæ, quæ fundi ſolet, e. g. aquæ. β) *Tropicè* 1) per *Metaphoram* tribuitur *metallis*, quæ vi ignis liquefacta funduntur, Exod. 32, 4. 8. 2) *Metonymicè* a) deſignat *imagines fuſione metalli efformatas, & ad cultum religioſum factas*, Devt. 9, 13. c. 27, 8. Jud. 17, 3. 4. 1. Reg. 14, 9. 2. Chron. 28, 29. c. 34, 3. 4. Pſalm. 106, 19. Jeſ. 30, 22. c. 42, 7. b) Notat *tegumentum*, quô aliquid tegitur, & è conſpectu removetur, Jeſ. 25, 7. c. 28, 20.

מַסֶּכֶת f. *Stamen*, quaſi referens *fluentum aquæ* fuſæ, filis contiguis in longum excurrentibus, Jud. 16, 13. 14. Aliis notat *jugum textoris, liciatorium*, ſic dictum, quod tela circumvoluta tegatur. Sed refellit Guſſetius. Sæpius non legitur.

מִמְסָךְ m. *Libamen.* Semel occurrit Jeſ. 65, 11.

נִיסָן m. *Niſan*, nomen menſis, qui *Martio* noſtro reſpondet Neh. 2, 1. Judæis ratione anni legalis *primus* factus erat. Vid. Exod. 12, 2.

נָסַס *Vexillum tulit, erexit.* Inde nomen Participiale נֹסֵס *Vexillum ferens, Signifer*, Jeſ. 10, 18. Piel נוֹסֵס *Vexillum erexit.* רוּחַ יְהוָה נֹסְסָה בוֹ Spiritus Domini *Vexillum, Signum* in eo inferet, Jeſ. 59, 19. Hithpael הִתְנֹסֵס *In altum elevatus eſt & inſtar vexilli eminuit; In ſignum poſitus eſt.* Infin. לְהִתְנוֹסֵס Ad *elevandum*, i.e. ut *elevaretur*, Pſalm. 60, 6. Particip. אַבְנֵי נֵזֶר מִתְנוֹסְסוֹת Lapides ſeparationis in *ſigna ponentur*, Zach. 9, 16. Sæpius non legitur.

נֵס m. *Vexillum, Signum militare*, vel *prodigioſum, alta pertica.* נָתַתָּ לִירֵאֶיךָ נֵס Dediſti timentibus te *ſignum*, Pſalm. 60, 6. הָרִימוּ נֵס Elevate *ſignum.* וְשִׂים אֹתוֹ עַל־נֵס Et pone eum ſuper *perticam altam*, Num. 21, 9. וְכַנֵּס עַל־הַגִּבְעָה Et erit ſicut *vexillum* ſuper colle, Jeſ. 30, 17. Cum Suff. נִסִּי *Vexillum* meum, Exod. 17, 15.

1) Gene-

Google

1) Generatim notat *ſignum*, ad quod reſpiciunt, vel concurrunt homines. 2) Speciatim *α*) *propriè* deſignat 1) *vexillum*, in locô editô poſitum & erectum, quò milites diſperſi vel conſcribendi concurrunt aut ducuntur, Jeſ. 5, 26. c. 13, 2. c. 18. 3. c. 49, 22. Jer. 4, 6. 21. c. 50, 2. c. 51, 12. 2) Dicitur de *velô nauticô*, ob conſpicuam forte altitudinem & expanſionem, Jeſ. 33, 23. Ezech. 27, 7. 3) Denotat *ſignum* vel *monumentum ſingularis judicii divini*, Num. 26, 10. 4) Dicitur de *perticâ altâ*, ex quâ pendebat æneus ſerpens juſſu divino erectus, Num. 21, 8. 9. *β*) *Metaphoricè* nomine hoc venit 1) *Deus*, ad quem in calamitatibus & afflictionibus reſpiciendum atque concurrendum eſt, Exod. 17, 15. Pſalm. 60, 6. 2) *Meſſias* ad quem verâ fide recurrendum, & apud quem ſecuritas quærenda, non ſecus ac ſi milites ad Imperatoris ſignum in bellô tutô recurrere queunt, Jeſ. 11, 10. Conf. Jeſ. 59, 19. ubi *Spiritus Domini* dicitur *vexillum erigere in Chriſto*, h. e. efficere, ut Chriſtus ſit *vexillum populorum*, & ad eum Eccleſiæ membra colligantur, ſicut ad Imperatoris vexillum milites congregantur & conſcribuntur. 3) *Amor ſponſi*, Cant. 2, 11. quia ſponſus ſponſæ ſuæ amorem ſuum flagrantiſſimum inſtar *vexilli erecti* præfert, & ad ſe attrahit, ſicut vexillo congregantur & attrahuntur milites, ut eò ſemper oculos conjiciant.

נָסַע *Profectus eſt, Receſſit, Abiit, Exiit.* וְרוּחַ נָסַע מֵאֵת־יְהוָה Et Spiritus *exiit* à Domino, Num. 11, 31. נָסְעוּ מִזֶּה *Profecti ſunt* exinde, Gen. 37, 17. Infin. cum Futuro וַיִּסַּע אַבְרָהָם הָלוֹךְ וְנָסוֹעַ Et *profectus* eſt Abraham eundo & *proficiſcendo* i. e. continuò magis magisque ſenſim proficiſcebatur, Geneſ. 12, 9. בִּנְסֹעַ הַמַּחֲנֶה In *proficiſcendo* caſtra, i. e. cum proficiſcerentur caſtra, Num. 4, 5. וַיִּסָּעֵם Et *profectus eſt* cum iis, Jud. 16, 3. Niphal נִסַּע *Translatus eſt.* הֲלֹא נִסַּע יִתְרָם Nonne *translata eſt* excellentia ipſorum? Job. 4, 21. דּוֹרִי נִסַּע Tempus *transfertur* à me, Jeſ. 38, 12. Hiphil הִסִּיעַ *Proficiſci juſſit*, vel *fecit*, *Amovit* vel *amoveri jusſit*, *Transtulit*, *Impulit*, *Avexit*, *Devexit*. Particip. מַסִּיעַ אֲבָנִים *Transferens* limites, Eccl. 10, 9. Fut. גֶּפֶן מִמִּצְרַיִם תַּסִּיעַ Vitem ex Ægypto *proficiſci feciſti*, *tranſtuliſti*, Pſalm. 80, 9. וַיַּסַּע כָּעֵץ תִּקְוָתִי Et *amovit*, *evulſit*, ſicut arborem ſpem meam, Job. 19, 10.

1) Generatim involvit *motum*, complectens tùm *terminum à quo*, tùm *terminum ad quem*. 2) Speciatim *α*) in Kal notat *ſe loco movere*, *aliò proficiſci*, Gen. 12, 9. c. 33, 17. Exod. 12, 37. c. 13, 20. c. 16, 1. c. 17, 1. c. 19, 2. Num. 10, 12. *β*) In Niphal infert *translationem*, *quâ res amovetur*, *tollitur*, *ceſſat*, *deſinit*, Job. 4, 21. Jeſ. 38, 12. *γ*) In Hiphil idem eſt ac *proficiſci fecit*, ſive *verbis jubendo*, ſive *manu* aut *ipſo opere transferendo*. Hinc dicitur de Moſe proficiſci faciente Iſraelitas, Exod. 15, 22. item de Deo, eosdem proficiſci faciente, Pſal. 78, 52. Dicitur quoque de translatione vaſorum oleo plenorum, 2. Reg. 4, 4. vitis ex Ægyptô, Pſal. 81, 9. limitum, Eccl. 10, 9. lapidum, 1. Reg. 5, 17.

מַסָּע m. *Profectio, Advectio, Iter.* Item ſemel *Telum, Miſſile*, forte à *celeri profectione* ſeu *translatione* nomen trahens, Job. 41, 7. וְהַבַּיִת בְּהִבָּנֹתוֹ אֶבֶן שְׁלֵמָה מַסָּע נִבְנָה Domus autem iſta, cum ædificaretur, lapide integro, qui *advectus erat*, ædificabatur, 1. Reg. 6, 7. ponitur Abſtractum pro Concreto. קוּם לֵךְ לְמַסַּע לִפְנֵי הָעָם Surge, ito ad *iter* coram populo, Devt. 10, 11. Plur. מַסָּעִים *Profectiones, itinera.* In Statu Conſtr. מַסְעֵי בְנֵי יִשְׂרָאֵל *Profectiones* filiorum Iſrael, Num. 10, 28. c. 33, 1. Cum Suff. וַיֵּלֶךְ לְמַסָּעָיו מִנֶּגֶב Et abiit juxta *itinera* ſua à meridie, Gen. 13, 3. בְּכָל־מַסְעֵיהֶם In omnibus *profectionibus* ipſorum, Exod. 40, 36.

סֹעָה f. *Profectio, Propulſio.* Semel occurrit, Pſal. 55, 9. מֵרוּחַ סֹעָה A ventô *profectionis*, i. e. *rapidiſſimô*, cujus impetu omnia propelluntur, radicitus evelluntur, è locô ſuô transferuntur, in terram deturbantur.

נָסַק *Scandit, Adſcendit.* Semel occurrit in Futurô אִם־אֶסַּק שָׁמַיִם Si *adſcenderem* cœlum, Pſal. 139, 8.

נָעַל *Clauſit*, ſive *ſerâ* ſive *peſſulo*, ſive *corrigiâ*, *Obſeravit, peſſulum obdidit; Calceavit.* וְנָעַל הַדֶּלֶת אַחֲרֶיהָ Et *clauſit* januam poſt ſe, 2. Sam. 13, 18. וְנָעָל׃ Et *obſeravit*, Jud. 3, 23. Fut. וָאֶנְעֲלֵךְ *Calceavi* te, Ezech. 16, 10. Particip. Paul נָעוּל גַּן Hortus *clauſus*, Cant. 4, 12. וְהִנֵּה דַּלְתוֹת הָעֲלִיָּה נְעֻלוֹת Et ecce januæ cœnaculi erant *clauſæ*, Jud. 3, 24. וּנְעֹל הַדֶּלֶת Et peſſulô *claude* januam, 2. Sam. 13, 17. Hiphil Fut. וַיַּנְעִלוּם Et *calcearunt* eos, 2. Chron. 28, 15. Sæpius non legitur.

נַעַל f. *Calceus, Calceamentum*, quod pedi inducitur, & ſupernè corrigia inducitur. שְׂרוֹךְ נַעַל *Corrigia* calcei, Gen. 14, 23. Cum Suff. אַשְׁלִיךְ נַעֲלִי Extendam *calceum* meum, Pſ. 60, 10. שַׁל נַעַלְךָ מֵעַל רַגְלֶךָ Exue *calceum* tuum de pede tuo, Joſ. 5, 15. Dual. נַעֲלַיִם *Par calceorum*, Am. 2, 6. c. 8, 6. Plural. נְעָלִים *Calcei*, Cant. 7, 2. Jeſ. 11, 15. Cum Suff. נְעָלֶיךָ *Calcei* tui, Exod. 3, 5. נַעֲלֵיכֶם *Calcei* veſtri, Exod. 12, 11. Fœm. Ter. נְעָלוֹת בָּלוֹת *Calcei* veteres, Joſ. 9, 5.

מַנְעוּל m. *Sera*, Cant. 5, 5. Cum Suffixo מַנְעֻלָיו *Sera* ejus, Neh. 3, 3. 6. 13. 14. 15. Sæpius non occurrit.

מִנְעָל m. *Calceamentum.* Semel extat Devt. 33, 25. מִנְעָלֶךָ *Calceamentum* tuum.

נָעֵם & נָעַם *Suavis, Amœnus, Jucundus fuit.* וְאֶת־הָאָרֶץ כִּי נָעֵמָה Et terram, quod *amœna eſſet*, Geneſ. 49, 15. נָעַמְתָּ לִּי מְאֹד *Suavis extitiſti* mihi valde, 2. Sam. 1, 26. מַה־יָּפִית וּמַה־נָּעַמְתְּ Quàm pulchra & quam *jucunda es?* Cant. 7, 6. Fut. יִנְעָם *Suavis erit*, Proverb. 2, 10.

1) Ge-

1) Generatim ſignificat *ſuavem, amœnum, jucundum eſſe*, connotatâ *ingenti delectatione* atque *voluptate. Propterea* enim, ait Cicero II. de Finibus, *quæ jucunda ſunt, mentem & ſenſum juvant.* Dicitur hinc de *omnibus, quibus inſignis ſuavitas ineſt, animumque pariter & ſenſum delectare queunt.* 2) Speciatim α) dicitur de *homine*, qui alteri ſuavis atque amabilis eſt, e. g. de *amico*, qui alteri converſatione ſuavi ſuavis eſt, 2. Sam. 1, 26. de *ſponsâ*, quâ Chriſto ſponſo nihil ſuavius, jucundius & amabilius eſt, quamque in oculis pariter atque corde gerit, Cant. 7, 6. β) de *rebus*, quæ vim oblectandi habent, e.g. de amœnâ regione, Gen. 49, 15. de amore fœminarum ſuavitatis & voluptatis pleniſſimô, 2. Sam. 1, 26. de ſcientiâ intimam delectationem & voluptatem animo afferente, Prov. 2, 10. de ſermone jucundo atque accepto, Pſal. 141, 6. de pane furtivô, qui non ſine delectatione capitur, Prov. 9, 17.

נָעִים m. *Suavis, Amœnus, Jucundus*, & ſubſtantivè *Suave, Amœnum, Jucundum, Jucunditas.* כִּנּוֹר נָעִים Cithara *ſuavis*, Pſal. 81, 3. מַה־טּוֹב וּמַה־נָּעִים Quàm bonum & *jucundum?* Pſal. 133, 1. יָפֶה דוֹדִי אַף נָעִים Pulcher es, amice mi, etiamque *jucundus*, Cant. 1, 16. In Statu Conſtr. נְעִים זְמִירוֹת Suavis canticis, 2. Sam. 23, 1. Plural. הַנֶּאֱהָבִים וְהַנְּעִימִם בְּחַיֵּיהֶם Amabiles & *jucundi* in vitâ ſuâ, 2. Sam. 1, 23. נְעִמוֹת *Amœnitates*, Pſal. 16, 11.

1) Generatim notat *omne id, quod ſuave, jucundum & amœnum eſt, ſuaviterque afficit auditum, viſum, reliquosque ſenſus*, tàm *internos*, quàm *externos.* 2) Speciatim α) dicicitur de *perſonis*, e. g. de *Sponſo cœleſti*, quô ſponſæ nil ſuavius, dulcius, carius, ſpecioſius & precioſius eſt; cum ipſe ſit ſalus ſine languore, vita ſine morte, gaudium ſine mœrore, decus ſine fuſcatione, dulcedo ſine amaritudine; ceu Bernhardus loquitur Serm. 15. de Cœna Dom. de *Davide* ſe ſuavem Pſalmis præbente, 2. Sam. 23, 1. de *Saule* & *Jonathane* in vita nonniſi ſuavitatem mutuam ſpirantibus. β) De *rebus* e. g. de *beatitudine æternâ*, ſuavitatis, gaudiorum & voluptatis intimæ pleniſſimâ, Pſal. 16, 11. de *citharâ* dulciſſimum, auresque ſuaviſſimè afficientem ſonum edente, Pſal. 81, 3. de *celebratione nominis divini*, omnis generis delicias animæ ſuggerente, intimioresque ſenſus ſuaviſſimè demulcente, Pſal. 147, 1. Conf. Pſal. 135, 3. de *concordi Fratrum cohabitatione*, Pſal. 133, 1. de *opibus*, quarum poſſeſſio ſenſibus tùm internis, tùm externis eſt grata, eosdemque blandè delinit, Prov. 24, 4. de *ſermonibus* blandientibus, Prov. 23, 8. de *annis*, quos homo ſuaviter & jucundè tranſigit, Job. 36, 11.

נֹעַם m. *Suavitas, Amœnitas, Jucunditas.* דַּרְכֵי נֹעַם Viæ *jucunditatis*, i. e. *jucundæ*, Prov. 3, 17.

1) Generatim importat *quamcunque ſuavitatem & amœnitatem ingentem*, quæ animum ſenſusque ſuaviter afficere & delinire valet. 2) Speciatim α) *DEO* tributa refert *eximiam gratiæ & favoris divini ſuavitatem*, quâ anima hominis mirificè reficitur & oblectatur, dum eam

par-

partim per opera providentiæ, *partim* per dulciſſimi Evangelii verbum abunde declaratam videt &c. Pſal. 27, 4. Pſal. 90, 17. β) Dicitur de *rebus variis*, e. g. de *ſuavitate ſermonis* hominis juſti, Prov. 15, 26. c. 16, 24. de *ſapientiæ viis* jucundiſſimis & ſumme delectabilibus, Prov. 3, 17. de *ſuavitate baculi Evangelici*, Zach. 11, 7. 10.

נְעָמִים m. pl. *Amœnitates, Suavitates.* Semel occurrit, Jeſ. 17, 10. נִטְעֵי נַעֲמָנִים Plantæ *amœnitatum*, i. e. *amœniſſimæ.*

מַנְעַמִּים m. pl. *Res amœnæ, jucundæ, Deliciæ.* Semel legitur. וּבַל־אֶלְחַם בְּמַנְעַמֵּיהֶם Et ne edam de *deliciis* eorum, Pſal. 141, 4.

נַעַץ *Infixit, Perfomvit*; apud Chaldæos. Inde

נַעֲצוּץ m. *Vepretum, Virgultum*, ſic dictum, quod contrectatum carni *infigatur.* תַּחַת הַנַּעֲצוּץ Sub *vepretó* vel *virgultó*, Jeſ. 55, 3. Plur. נַעֲצוּצִים *Virgulta*, Jeſ. 7, 19. Præterea non legitur.

נָעַר *Excuſſit*; item *Rugiit*, ſi de *leonibus* ſermo eſt. גַּם חָצְנִי נָעַרְתִּי Etiam lacertum meum *excusſi*, Neh. 5, 13. Partic. נֹעֵר כַּפָּיו *Excutiens* manus ſuas, Jeſ. 33, 15. נָעֲרוּ כְּגוֹרֵי אֲרָיוֹת *Rugiunt, rugitum edunt* ſicut catuli leonis, Jer. 51, 38. Particip. Paul נָעוּר *Excuſſus*, Neh. 5, 13. Niphal נִנְעַרְתִּי *Excuſſus ſum*, Pſal. 109, 23. Fut. וְאִנָּעֵר Et *excutiar*, vel *excutiam* me, *evadam*, Jud. 16, 20. וְיִנָּעֲרוּ רְשָׁעִים מִמֶּנָּה Et *excutientur* improbi ex eâ, Job. 38, 13. Piel נִעֵר *Excusſit*, Pſal. 136, 15. Fut. יְנַעֵר הָאֱלֹהִים אֶת־כָּל־הָאִישׁ *Excutiat* Deus omnem virum, Neh. 5, 13. וַיְנַעֵר יְהוָֹה אֶת־מִצְרַיִם Et *excusſit* Deus Ægyptios, Exod. 14, 27. Hithpael Imp. הִתְנַעֲרִי *Excute te*, Jeſ. 52, 2.

1) Generatim *excutiendi* ſignificationem habet, & variè adhibetur. Scilicet 2) ſpeciatim dicitur α) de *excusſione*, quæ fit *agitatione* rei, e. g. ſinus, Neh. 5, 13. manuum, Jeſ. 33, 5. β) De *excusſione*, quæ fit *deturbatione*, & *præcipitatione.* Ita excutiebatur Pharao cum ſuô exercitu, quando à Deô in mare præcipitabatur & ſuffocabatur, Pſal. 136, 15. Sic quoque excutiuntur à Deô impii, quando eos ex terrâ deturbat & excindit, Job. 38, 13. Conf. Neh. 5, 13. γ) De *excusſione hominis in fugam*, Pſal. 109, 23. Sed Jud. 16, 20. *Simſon* dicitur *ſe excutere*, quando moliebatur hoſtes *excutere*, &, eorum inſidias evadere. δ) De *excusſione vocis leoninæ*, ubi idem eſt ac *rugire*, Jer. 51, 38.

נַעַר m. *Puer*; Dicitur de primâ ætate usque ad virilem, quâ ex uterô maternô *excuſſus*, deinde creſcit, & in proceritatem *ſe excutit*, & ſæpius *jugum* parentum, præceptorum, & aliorum *excutere* laborat. עוֹדֶנּוּ נַעַר Adhuc *puer* eſt, Jud. 8, 20. נַעַר הָיִיתִי גַּם זָקַנְתִּי *Puer* fui, & conſenui, Pſalm. 37, 25. עַד־יִגָּמֵל הַנַּעַר Donec ablactabatur *puer*, 1. Sam. 1, 22. וַיִּגְדַּל הַנַּעַר Et adoleſcebat *puer*, 1. Sam. 2, 21. נַעַרְךָ *Puer* tuus, Jud. 7, 10. נַעֲרוֹ *Puer* ejus, Jud. 7, 11. נְעָרִים *Pueri*, 1. Sam. 25, 5. In Statu Conſtr. נַעֲרֵי דָוִד *Pueri* Davidis, 1. Sam. 25, 9.

Digitized by Google

25, 9. Cum Suff. נְעָרַי *Pueri* mei, Neh. 4, 13. נְעָרֶיךָ *Pueri* tui, 1. Sam. 25, 8.

1) Generatim notat *puerum*, ſive *ætate*, ubi integram à conceptione & nativitate ad viriles usque annos complectitur ætatem hominis, ſive *miniſterio*, ſive *moribus*. Unde 2) ſpeciatim α) notat *puerum ætate*, tribuiturque 1) *embryoni*, qui in matris utero movetur ad exitum, & inde excutitur, Jud. 13, 7. 2) *Infanti*, qui ex matris uterô excuſſus eſt, e. g. Moſi trimeſtri, Exod. 2, 6. Samueli ablactato, 1. Sam. 1, 24. 3) *Ei*, qui eſt *adultioris ætatis*, *adoleſcenti & juveni*, e. g. Sichemo, Gen. 34, 19. Joſepho 17. annos nato, Gen. 37, 2. Davidi, 1. Sam. 17, 33. 42. Salomoni, 1. Reg. 3, 7. Jeremiæ, c. 1, 6. &c. β) Notat *miniſtrum* vel *ſervum*, qui adultioris & virilis ætatis eſt. Ita dicitur de ſervis Abrahami, Gen. 14, 24. c. 22, 3. de Ziba ſervô Saulis & Mephiboſeth, 2. Sam. 9, 9. c. 16, 1. de Gehaſi, miniſtrô Eliſæ, 2. Reg. 5, 20. γ) *Metaphoricè* refertur ad *mores* α) notans *ſtolidos, cognitione veritatis deſtitutos, impiosque homines*, Jeſ. 65, 20. β) *Principibus & Magiſtratibus* tributum deſignat *fatuitatem, judiciique, ſolertiæ atque prudentiæ abſentiam*, Eccl. 10, 16. Jeſ. 3, 4.

נַעֲרָה f. *Puella*, tàm *ætate*, quàm *miniſteriô*, *Juvencula*, *Adoleſcentula*, *Pediſſequa*, *Miniſtra*. הַנַּעֲרָה יָפָה עַד מְאֹד *Puella* pulchra valde, i. e. pulcherrima, 1. Reg. 1, 4. הַנַּעֲרָה יְפַת תֹּאַר *Puella* pulchra formâ, Eſth. 2, 7. נַעֲרָה בְתוּלָה Puella virgo, Jud. 21, 12. Sæpius occurrit נַעֲרָ, ה deficiente, Gen. 24, 14. 28. 58. c. 34, 3. 12. Devt. 22, 15. 16. 21. 25. &c. Plur. נְעָרוֹת *Puellæ*, 1. Sam. 9, 11. Eſth. 2, 2. In Statu Conſtr. נַעֲרוֹת אֶסְתֵּר *Puellæ*, *Pediſſequæ Eſtheræ*, Eſth. 4, 4. Cum Suff. נַעֲרֹתַי *Puellæ* meæ, Eſth. 4, 16.

נֹעַר m. *Excuſſio, Concuſſio; Infantia, Pueritia, Juventus, Adoleſcentia*. Quater legitur. Nimirum Job. 33, 25. Prov. 29, 21. ubi notat *pueritiam, ætatem teneram*, Job. 36, 14. & Pſalm. 88, 16. ubi notat *excusſionem, concusſionem*, ad deſignandam ibi *vim afflictionum*, & *acerbitatem mortis*, hîc verò *calamitatum & perſecutionum turbinem*.

נְעוּרִים m. pl. *Pueritia*, *Adoleſcentia*. אֵשֶׁת נְעוּרִים Mulier juventutis, Jeſ. 54, 6. Cum Suffixo מִנְּעֻרַי A *juventute* mea, Ezech. 4, 14. אֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ Mulier *adoleſcentiæ* tuæ, Mal. 2, 14. יְמֵי מִנְּעוּרַיִךְ Dies *adoleſcentiæ* tuæ, Ezech. 16, 22. Sed Pſalm. 103, 5. eſt נְעוּרָיְכִי *Adoleſcentia* tua, cum י Paragogicô. בִּנְעוּרֶיהָ In *Pueritia* ſuâ, Ezech. 23, 3. Et forma Fœm. מִנְּעוּרֹתֶיהָ Inde à *pueritiâ* ſuâ, Jerem. 32, 30.

I) Generatim deſignat *totam hominis ætatem*, quæ eſt à conceptione hominis, Gen. 8, 21. & *virilem ætatem* antecedit, ſive ſit *infantia*, ſive *pueritia*, ſive *adoleſcentia*. II) Speciatim α) *propriè* denotat 1) *Infantiam*, incipientem à nativitate, usque dum loqui incipit ſoboles, Job. 31, 18. Pſal.

Pſal. 71, 5. 6. 2) *Pueritiam*, quæ cum pueri loquelâ initium capere dicitur usque ad annum 15. Gen. 46, 34. 1. Sam. 12, 2. 3) *Adoleſcentiam*, quæ ex mente Varronis incipit ab annô ætatis 15. usque ad annum 30. Prov. 2, 17. Joel. 1, 8. 4) *Juventutem*, quæ juxta eundem Varronem incipit ab annô ætatis 30. usque ad annum 45. Pſal. 127, 4. Jeſ. 54, 6. &c. β) Per *Memphorum* 1) Populo Iſraelitico tributa, denotat *tempora priora & antiquiora*, ſicut infantia & pueritia antecedunt adoleſcentiam & juventutem, Jer. 3, 4. Speciatim indigitatur *tempus exitûs ex Ægypto*, ubi pueri inſtar inde ductus & de Deo informatus fuit, Ezech. 23, 19. Hoſ. 2, 15. 2) *Reipublicæ Moabitarum* tributa, notat *regni ipſius initia & tempora priora*, Jer. 48, 11. 3) *In piis & credentibus* deſignat *ſpirituale robur* ac *firmitatem*, Pſal. 103, 5.

נְעֹרֶת f. *Stupa*, quod ex linô *excutitur*. Bis legitur, Jud. 16, 9. Jeſ. 1, 31.

נָפַח *Spiravit, Exſpiravit, Flavit, Efflavit, Sufflavit.* נָפְחָה נַפְשָׁהּ *Exſpiravit* animam ſuam, Jer. 15, 9. Particip. נֹפֵחַ בְּאֵשׁ פֶּחָם *Flans* in ignem carbonis, Jeſ. 54, 16. Particip. Paul. סִיר נָפוּחַ Olla *exſufflata*, Jer. 1, 13. Infin. לָפַחַת עָלָיו אֵשׁ Ad *ſufflandum* ſuper eô ignem, Ezech. 22, 20. Fut. וַיִּפַּח בְּאַפָּיו נִשְׁמַת חַיִּים Et *inſpiravit* in nares ejus animam vitarum, Gen. 2, 7. Imperat. וּפְחִי בַּהֲרוּגִים הָאֵלֶּה Et *infla* in cæſos hos, Ezech. 37, 9. Pual נֻפַּח *Sufflatus eſt*, Job. 20, 26. Hiphil הִפִּיחַ *Efflare fecit, Flatu disjecit.* וְנֶפֶשׁ בְּעָלֶיהָ הִפָּחְתִּי Et animam dominorum ejus *exhalare feci*, Job. 31, 39. וְהִפַּחְתֶּם אוֹתוֹ Atqui *exſufflatis, flatu disjicitis* illud, Mal. 1, 13.

מַפָּח m. *Follis ſufflatorius.* Legitur ſaltem, Jer. 6, 29.

מַפָּח m. *Exſpiratio.* Tantùm occurit, Job. 11, 20.

נֹפֶךְ m. *Gemmæ ſpecies*, quæ Onkeloſo eſt *Smaragdus*; Hieronymo *Carbunculus*; Buxtorffio *Chryſophraſus.* Occurrit Exod. 28, 18. c. 39, 11. Ezech. 27, 16. c. 28, 13.

נָפַל *Cecidit, Dejecit ſe, Demiſit ſe; Concidit, Decidit, Excidit, Incidit, Procidit, Ruit, Corruit, Irruit, Accidit.* לֹא נָפַל דָּבָר Non *cecidit* verbum ullum, i. e. Omne verbum evenit, Joſ. 21, 43. c. 23, 14. 1. Reg. 8, 56. לֹא נָפַל עָלֶיהָ גּוֹרָל Non *cadet* ſuper eam ſors, Ez. 24, 6. וְתַרְדֵּמָה נָפְלָה עַל־אַבְרָם Tunc ſomnus gravis *cecidit* ſuper Abramum, Gen. 15, 12. וְלָמָּה נָפְלוּ פָנֶיךָ Et quare *conciderunt* facies tuæ, Gen. 4, 6. Infin. cum Fut. נָפוֹל תִּפּוֹל לְפָנָיו *Cadendo cades*, i.e. certiſſimè cades coram eo, Eſth. 6, 13. כִּנְפוֹל Secundum *cadere*, i. e. ſicut cadunt, 2. Sam. 3, 34. לִנְפּוֹל בַּחֶרֶב Ad *cadere*, i.e. ut cadamus per gladium, Num. 14, 3. Fut. וּבְיַד אָדָם אַל־אֶפֹּל In manum autem hominis ne *cadam*. 1. Chron. 21, 13. וַיִּפֹּל אַבְרָם עַל־פָּנָיו *Cecidit* autem Abramus ſuper facies ſuas, Gen. 17, 3. וַיִּפֹּל מֵעַל

הַכִּסֵּא

הכסא אחרנית Ut *decideret* de ſedili retrorſum, 1. Sam. 4, 18. Hiphil הפיל *Cadere, Corruere, Concidere, Labi fecit, vel ſivit, dejiciendum curavit, Jecit, Abjecit, Dejecit, Ejecit, Injecit, Projecit, Proſtravit.* ולא הפיל מכל דבריו Nec cadere fecit ullum de verbis ſuis, 1. Sam. 3, 19. הפלתם *Dejeciſti eos*, Pſalm. 73, 18. והפלתיו בחרב בארצו *Cadere* autem *faciam* eum per gladium in terrâ ſuâ, 2. Reg. 19, 7. Jeſ. 37, 7. הפילו גורלות *Jecerunt* ſortes, 1. Chron. 26, 14. Infin. להפיל זרעם בגוים Ad *abjiciendum* eos inter gentes, Pſalm. 106, 27. Sed Num. 5, 22. ולנפל ירך Et ad *concidere*, i. e. ut *concidat* femur, ubi לנפל eſt pro להנפיל, Præformativô ה per Aphæreſin ablatô, & י per Syncopen extruſô. Fut. אפיל המונך *Cadere faciam*, i. e. *dejiciam* multitudinem tuam, Ezech. 32, 12. ואור פני לא יפילון Et lucem facierum mearum non *facient cadere*, Job. 29, 24. Hithpael. התנפל *Jacuit, Proruit, Proſtravit ſe, Procidit, Conjecit.* התנפלתי *Procidi*, Devt. 9, 25. מתנפל *Jacens*, Eſr. 10, 1. Infin. להתנפל עלינו Ad *conjiciendum* ſuper nos, Gen. 43, 18. Fut. ואתנפל לפני יהוה Et *proſtravi* me coram Domino, Devt. 9. 18. 25.

1) In genere ſignificat *cadere*, *cadendi modo* ac *termino* admodum variante. Unde 2) ſpeciatim notat α) *cadere* ſimpliciter, Exod. 21, 33. Lev. 11, 33. 2. Reg. 6, 5. β) *concidere.* Ita concidere dicitur tentorium, Jud. 7, 3. paries, Ezech. 13, 12. murus urbis, Jer. 51, 44. domus, Jud. 16, 30. &c. γ) *Incidere*, 2. Sam. 24, 14. δ) *Decidere*, e. g. ex camelô, Gen. 24, 64. ſellâ, 1. Sam. 4, 10. ε) *Irruere in aliquem hoſtiliter*, Joſ. 11, 7. Job. 11, 7. ζ) *Deſciſcere*, von einem abfallen / hergegen zu einem andern fallen / 2. Reg. 25, 1. Jer. 21, 9. c. 27, 14. c. 37, 12. c. 38, 17. η) Adhibetur ad deſignandam *adorationem* tùm *religioſam Dei*, Lev. 9. v. ult. ubi eſt in Kal, Devt. 9, 18. 25. ubi eſt in Hithpael; tùm *civilem hominis*, Ruth. 2, 10. 2. Sam. 9, 6. c. 14, 22. 1. Reg. 18, 7. eamque ſæpe *ſupplicem*, ad mitigandam alterius iram, 1. Sam. 25, 23. 24. 2. Sam. 19, 19. θ) Interdum, quando *aliquid ſuper alterum cadere* dicitur, involvit *magnitudinem & gravitatem.* Ita legitur de timore, pavore & terrore ſuper aliquem cadente, eumque totum occupante, atque valde percellente, Exod. 15, 16. Job. 3, 11. Eſth. 8, 17. c. 9, 2. 3. Pſalm. 105, 38. de ſomno, Gen. 2, 21. 1. Sam. 26, 12. Prov. 19, 15. ι) Dicitur, de ſorte aſſignandâ, Joſ. 11, 7. Ita in Hiphil ſæpius de *projectione ſortis* legitur, Joſ. 23, 4. 1. Chron. 26, 14. Neh. 11, 1. Pſalm. 53, 55. Pſal. 78, 25. Ezech. 48. 29. &c. 3) *Metaphoricè* α) notat *interire, mori*, Pſalm. 91, 7. & quidem *morte violentâ*, 2. Sam. 1, 4. c. 2, 23. c. 3, 35. quâ in ſignificatione ſæpe additur inſtrumentum, quô quis cadit & perit, e. g. gladius, Lev. 26, 7. 1. Chr. 10, 5. Jeſ. 31, 8. Ez. 32, 23. β) *Calamitatibus obrui*, Prov. 24, 16. 17. Am. 5, 2. γ) *Inferiorem* vel *abjectum eſſe*, Neh. 6, 16. Eſth. 6, 13. Job. 12, 3. δ) *Irritum fieri.* Ita negatur verbum Dei *cecidiſſe in terram*, i. e. *irritum factum*,

ctum, Joſ. 21, 45. c. 23, 14. 1.Reg. 8, 57. Conf. Pſalm. 5, 11. 4) Per *Metonymiam* antecedentis pro conſequente notat *jacere*. Ita dicitur de cadaveribus *jacentibus* cum ſtercore comparatis, Jerem. 9, 21. Jud. 3,25. 1. Sam. 5, 3. 4.

נֵפֶל m. *Abortus, Abortivum*; *Fœtus*, qui mulieri ex utero mortuus excidit, velut immaturus atque deciduus fructus. Legitur ſaltem, Job. 3, 15. Pſalm. 58,9. Eccl. 6, 3.

נְפִילִים, vel נְפִלִים m. pl. *Gigantes*; *Violenti invaſores*, qui grandi ſtaturâ & robore corporis erant, & violenter in homines *irruebant*, Num. 13, 33. qui unà *Apoſtata* erant à verâ fide & Eccleſiâ, Geneſ. 6, 4. Præterea non legitur.

מַפָּל m. *Deciduum.* Bis legitur. In Statu Conſtr. מַפַּל בַּר *Deciduum* tritici, Am. 8, 6. In Plur. Stat. Conſtr. מַפְּלֵי בְשָׂרוֹ *Decidua* carnis ejus, i. e. carnis toroſitates deciduæ propendentes & laxæ, Job. 41, 14.

מַפֵּלָה f. *Ruina.* Occurrit ſaltem, Jeſ. 17, 1,

מַפָּלָה f. *Caſus, Ruina*; *Cadivum, Cadaver.* לְמַפֵּלָה In *ruinam*, Jeſ. 23, 13. In Statu Conſtr. & accedente Suff. adhibetur מַפֶּלֶת Inde eſt מַפֶּלֶת הָאַרְיֵה *Cadaver, Cadivum* leonis, Jud. 14, 8. Cum Suff. בְּמַפַּלְתָּם In *ruinam* eorum, Prov. 29, 16.

1) Generatim *ruinam* vel *caſum* ſignificat, ſive inferat ipſum ruinæ actum, ſive rem poſt ruinam remanentem & ſuperſtitem. Unde 2) Speciatim 1) notat *caſum*, prout actum infert; & α) dicitur de arbore proſtratâ & dejectâ, Ezech. 31, 13. β) de *horrendo caſû & interitu* Regis Aſſyriaci & Ægyptii, qui inſtar arborum procerarum ſuccidebantur & proſternebantur, Ezech. 31, 16. c. 32, 10. & aliorum *impiorum*, qui tanquam arbores altè eminentes dejiciuntur & proſternuntur, Prov. 29, 16. imò & de excidiô urbis Tyri, Ezech. 26, 15. 18. c. 27, 27. 2) Deſignat ſemel *cadaver*, vel *rem poſt ruinam remanentem*, Jud. 14, 4.

נָפַץ *Alliſus, Sparſus, Diſſipatus fuit, Diſperſit ſe*, & activè, *Colliſit, Collidendo fregit*, נָפַץ הָעָם מֵעָלַי *Diſpergebat ſe* populus à me, 1. Sam. 13, 11. Particip. Paul נָפוּץ *Diſperſus*, Jer. 22, 28. Infin. נָפוֹץ הַכַּדִּים *Collidendo* cados, Jud. 7, 19. Piel נִפֵּץ *Alliſit, Colliſit, Diſperſit, Diſſipavit.* וְנִפֵּץ עֹלָלַיִךְ אֶל־הַסָּלַע׃ Et *allidet* infantes tuos ad petram, Pſalm. 137, 9. וְנִפַּצְתִּים Et *diſpergam* eos, Jer. 13, 14. Fut. כִּכְלִי יוֹצֵר תְּנַפְּצֵם Sicut vas figuli *diſperges* eos, Pſalm. 2, 9. Pual Particip. כְּאַבְנֵי גִר מְנֻפָּצוֹת Sicut lapides calcis diſperſos, Jeſ. 27, 9.

1) Generatim dicit *alliſionem* & *contuſionem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *omni niſu rem ad rem allidere*, ut lædatur, Pſalm. 137, 9. β) *Metonymicè* idem eſt ac *allidendo* vel *collidendo fregit, fragmenta fecit*. Ita dicitur de vaſe fractô, Jud. 7, 21. de *lagenis* fractis & diſperſis, excidium

& diſperſionem Moabitarum referentibus, Jer. 48, 12. item de *impiis*, qui inſtar vaſorum, collidendo franguntur, Pſalm. 2, 9. 2) Notat *diſpergere*, *Diſſipare*. Fracta enim & contuſa diſperguntur & diſſipantur. Sic dicitur de diſperſione populi, 1. Sam. 13, 11. gentium, Jeſ. 33, 3. Judæorum, Jeſ. 11, 12. Jer. 13, 14. c. 51, 20. 21. 22. 23.

נֶפֶץ m. *Diſperſio*. Semel occurrit, Jeſ. 30, 30.

מַפֵּץ m. *Malleus*, quo res contunduntur & franguntur. Semel extat, Jer. 51, 20.

מַפָּץ m. *Diſperſio*, *Diſſipatio*. Semel occurrit cum Suffixo כְּלִי מַפָּצוֹ Inſtrumentum *diſſipationis* ſuæ, Ezech. 9, 2.

נֶפֶשׁ c. ſed f. ſæpius. *Anima*, *Mens*, *Animus*; *Halitus*, *Vita*, *corpus animatum*; *Anima concupiſcens*, *Concupiſcentia*, *Appetitus*; nec non *Cadaver*, *corpus inanime*. נֶפֶשׁ חַיָּה *Anima* vivens, Gen. 1, 20. עַל־נֶפֶשׁ מֵת לֹא יָבֹא Ad *animam* mortui non veniet, Num. 6, 6. Cum Suff. נַפְשִׁי תָּמוֹת עִם־פְּלִשְׁתִּים *Anima* mea moriatur, i.e. ipſe ego moriar cum Philiſtæis, Jud. 16, 30. נַפְשֵׁנוּ *Anima* noſtra, Num. 11, 6. בְּצֵאת נַפְשָׁהּ In egredi *animam* ejus, i.e. cum egrederetur *anima* ejus, Gen. 35, 18. Plur. נְפָשִׁים Ez. 13, 20. Aliàs ſemper eſt נְפָשׁוֹת *Animæ*. וּלְהַחֲיוֹת נְפָשׁוֹת Et ad vivificandum *animas*, Ezech. 13, 19. In Statu Conſtr. נַפְשׁוֹת אֶבְיוֹנִים *Animæ* pauperum, Pſalm. 72, 13. Cum Suff. נַפְשׁוֹתֵינוּ *Animæ* noſtræ, Joſ. 2, 13. נַפְשֹׁתֵיכֶם *Animæ* veſtræ, Exod. 16, 16.

נָפַשׁ Niphal. *Reſpiravit*, *animam recepit*, *Recreatus eſt*. Fut. וְיִנָּפֵשׁ בֶּן־אֲמָתְךָ Et *animam recipiat*, *recreetur* filius ancillæ tuæ, Exod. 23, 12. שָׁבַת וַיִּנָּפַשׁ Quievit & *reſpiravit*, Exod. 31, 17. וַיִּנָּפֵשׁ שָׁם Et *reſpiravit* ibi, 2. Sam. 16, 14. Præterea non occurrit.

I) Generatim notat *animam*, quâ animal vivit, & velut primariô inſtrumentô agit, quod cuique in ſuo genere agere convenit. II) Speciatim α) *propriè* notat *animam* tùm *hominis*, cujus altera pars eſſentialis eſt, Gen. 35, 18. Pſalm. 16, 10. tùm *bruti*, quæ in ſanguine eſſe dicitur, Gen. 9, 4. Lev. 17, 11. 14. Deut. 12, 13. β) *Tropicè* א) *Synecdochicè* accipitur pro *totô animato*, tàm pro *homine*, Gen. 12, 5. c. 14, 21. c. 17, 14. c. 46, 15, 27. Exod. 12, 19. Lev. 2, 1. c. 5, 2. 4. Num. 23, 10. Joſ. 20, 3. Pſal. 3, 2. Pſal. 5, 6. Pſal. 11, 1. Pſal. 25, 13. Pſal. 35, 13. Jeſ. 58, 5. Ezech. 18, 4, 20. Quò ſpectat, quando ponitur pro *Pronomine reciprocô*, *ipſe ego*, Jud. 16, 30. Job. 4, 8. Pſal. 36, 14. Pſal. 105, 18. Pſal. 142, 8. quàm pro *animatô brutô*, Gen. 1, 24. ב) Per *Metonymiam* α) *ſubjecti* notat *voluntatem*, Gen. 23, 8. 1. Reg. 19, 3. *Appetitum*, *deſiderium & cupidinem*, Pſal. 24, 4. Pſal. 27, 12. Pſal. 35, 25. Pſal. 78, 18. Pſal. 105, 22. Eccleſ. 6, 2. Jer. 34, 16. *Affectum*. Exod. 23, 9. ג) *Cauſa* pro *effectu* denotat a) *vitam*, quæ animæ effectus eſt, Gen. 9, 5. c. 37, 21. Exod. 4, 19. Lev. 17, 11. Jud. 9, 17. 1. Sam. 26, 21. 1. Reg. 2, 23. Eſth. 8, 11. Pſal. 33, 19. Pſal. 18, 13. Pſal. 56, 14. Jer.

Jer. 40, 14. c. 45, 5. Thren. 5, 9. Jon. 2, 6. Conf. Jeſ. 58, 10. ubi notat *liberale donum* ſeu *beneficium* ex promtô & hilari animo profectum, quô famelicus & egenus reficitur; Ut adeò evacuans animam ſit is, qui promtè & liberaliter dat eleemoſynam, quâ reficitur famelicus. LXX. Interpretes reddunt ἄρτον, *Panem*. b) *Halitum* vel *flatum*, Job. 41, 13. γ) *Adjuncti* pro ſubjectô notat *corpus*, tùm *animatum*, Pſal. 57, 5. quàm *inanimatum* ſeu *cadaver*, Lev. 21, 11. Num. 6, 6. Hagg. 2, 14. δ) Ἀνθρωποπαθῶς *Deo* tribuitur, ad deſignandam *ipſius vitam & voluntatem*, *imò Deum ipſum*. Prout enim anima eſt id, quô homo vivit & operatur, ita quoque Deus in ſe ipſo eſt vita eſſentialis & puriſſimus actus. Ita legitur de Deo, Pſal. 11, 5. Jeſ. 1, 14. c. 42, 1. Jer. 5, 9. 29. c. 15, 1. Huc refer Jer. 51, 14. Am. 6, 8. ubi Deus dicitur jurare per *animam ſuam*, i. e. *per ſe ipſum*.

נָפָה f. *Agitatio*, *Cribrum*; item נֶפֶת f. *Tractus*, vide ſupra in radice נוף p. 745.

נֵץ m. *Accipiter*, vide in נָצָה *Volavit* p. 782.

נָצֹא *Avolando*, ſpectat ad נָצָה, א cum ה alternante.

נָצַב *Fixit*, apud Arabes; & *Sedit* apud Samaritanos. Inde apud Ebræos eſt

נְצִיב m. *Statua*, quæ *fixa* quaſi *ſede* locatur, Gen. 19, 26. item *Statio*, *Præſidium militum* in unô quodam peculiari locô poſitorum, Gallicè *Garniſon*, 1. Sam. 13, 3. 4. 1. Chron. 11, 16. nec non *Sitarchus*, Præfectus annonæ regiæ, 1. Reg. 4, 19. In Plurali נְצִיבִים *Stationes*, *Præſidia*, 2. Sam. 8, 6. 14. 1. Chron. 18, 13. 2. Chron. 17, 2. *Præfecti annonæ regiæ*, ſeu *Sitarchi*, 1. Reg. 4, 7. In Statu Conſtr. נְצִיבֵי פְלִשְׁתִּים *Præſidia Philiſtæorum*, 1. Sam. 10, 5. Præterea non legitur.

נִצָּב m. *Subſtitutus*, *Præſtitutus*; item *Capulus cultri*, vide in radice יצב p. 533.

נָצָה *Volavit*, *Avolavit*; item *Vaſtatus*, *Destructus eſt*. נָצוּ *Avolant*, Thren. 4, 15. Infin. נָצֹא *Avolando*, Jer. 48, 9. pro נְצֹה, א cum ה alternante. Fut. עָרַיִךְ תִּצֶּינָה מֵאֵין יוֹשֵׁב Urbes tuæ *deſtruentur*, ut non ſit habitator, Jer. 4, 7. Niphal נִצָּה *Rixatus eſt*, *Certavit*, *Dimicavit*, *Contendit*, item, *Vaſtatus eſt*. Particip. נִצִּים *Contendentes*, *rixantes*, Exod. 2, 13. Sed 2. Reg. 19, 25. גַּלִּים נִצִּים Sunt acervi *vaſti*. Fut. כִּי יִנָּצוּ אֲנָשִׁים Quando *rixati fuerint* viri, Exod. 21, 22. Hiphil הִצָּה *Certavit*, *Rixatus eſt*, *rixas movit*. הִצּוּ *Rixati ſunt*, *rixam moverunt*, Num. 26, 9. Infin. בְּהַצּוֹתוֹ אֶת־אֲרַם נַהֲרַיִם In *certare* ipſum, i. e. cum certaret cum Syro fluviorum, Pſalm. 60, 2.

1) Generatim *volandi* notionem involvit. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *avium*, habitâ ratione *termini à quo* notans *avolare*, habitâ verò ra-

 tione

tione *termini ad quem* ſignificans *advolare, involare.* β) *Metaphoricè* deſignat 1) *velocitatem* abitûs & *diſceſſûs,* quia, qui velociter abit, *avolare* videtur, Thren. 4, 15. 2) *Subitum interitum & devaſtationem*, quia quæ ſubitò intereunt & vaſtantur, *avolare* videntur. Ita dicitur de ſubitò interitu regni Moabitarum, Jer. 48, 9. & de vaſtatione urbium, 2. Reg. 19, 25. Jeſ. 37, 26. 3) *Rixam, contentionem & pugnam,* quia rixantes, contendentes & pugnantes in ſe mutuò quaſi *involant.* Ita *rixari* notat in Niphal, Exod. 2, 13. c. 21, 22. Lev. 24, 10. 2. Sam. 14, 6. in Hiphil Num. 26, 9. *pugnare autem* & *certare,* Pſalm. 60, 2. Sæpius non legitur.

נֵץ m. *Accipiter,* à *volando* ſic nominatus, quia volatu maximè præſtat, vel quia cum impetu in prædam *involat,* Job. 39, 26.

נוֹצָה f. *Pluma,* ſic dicta, quod avem ad *volandum* attollit, Job. 39, 13. Ezech. 17, 3. 6. Cum Suffixo בְּנֹצָתָהּ Cum *pluma* ejus, Lev. 1, 16.

נִצָּה f. *Flos,* vide in נוץ.

מַצָּה f. *Jurgium, Contentio.* Ter legitur Prov. 13, 9. c. 17, 19. Jeſ. 58, 4.

מַצּוּת f. *Jurgium.* Legitur ſemel אַנְשֵׁי מַצֻּתֶךָ Viri *contentionis* vel *jurgii* tui, Jeſ. 41, 12.

נָצַח *Vicit, Superavit; Præfuit, Præfectus fuit; Sollicitavit, Urſit; Operi inſtitit, opus diligenter & cum cura fecit,* vel *curavit, ut opus diligenter fieret.* Infin. לְנַצֵּחַ Ut præeſſent, 1. Chron. 15, 21. לְנַצֵּחַ עַל־מְלֶאכֶת בֵּית־יְהוָה Ut *inſtarent* operi domûs Domini, 1. Chron. 23, 4. Particip. מְנַצֵּחַ *Præfectus, Victor, Sollicitator,* qui urget continuationem operis alicujus usque ad finem. In inſcriptionibus atque titulis Pſalmorum ſæpius adhibetur, ad ſignificandum, *Odam iſtam dandam eſſe Præfecto Muſices* vel *Magiſtro cantorum*, qui curat eam in templô canendam, canentesque urget ac incitat, errantesque in viam reducit, Pſalm. 57, 1. &c. Plural. מְנַצְּחִים *Præfecti,* 2. Chron. 2, 2. Niphal Part. מְשֻׁבָה נִצַּחַת *Averſio continuata, perpetua, pervicaciſſima,* Jer. 8, 5.

1) Generatim ferè videtur inferre *continuationem temporis, actionis* vel *operis, usque dum res ſuperetur, perficiatur & peragatur.* 2) Speciatim α) ſignificare putatur *Vincere, Superare;* id quod continuationem actionis vel pugnæ antegreſſæ arguit. β) Notat *præeſſe, ſollicitare, curare & urgere,* ut aliquid diligenter & cum cura fiat. Qui enim aliis præſunt, eosque ad ſtrenuam & aſſiduam operis continuationem ſollicitant & urgent, usque dum perficiatur, *alios arte, virtute* atque *autoritate ſuperare* debent. Atque in hoc ſignificatu adhibetur tum in ordine ad *opus & operarios,* quibus aliquis præeſt morasque ceſſantium caſtigat, 2. Chron. 2, 17. c. 34, 17. Eſr. 3, 8. tum in ordine ad *canentes,* quos ut canant

Digitized by Google

canant, Præfectus incitat & urget, errantesque in viam reducit, adeoque efficit, ut cantus ſit ſvavis atque *continuus*, 1. Chron. 15, 21. Unde ſæpius in Pſalmis deſignat *Præfectum muſicum*, Pſalm. 4, 1. Pſalm. 5, 1. Pſalm. 6, 1. Pſalm. 8, 1. Pſalm. 9, 1. Pſalm. 11, 1. Pſalm. 12, 1. Pſalm. 58, 1. Pſalm. 59, 1. &c. γ) Notat *inſtare operi, opusque ſuſceptum, ſuarumque in eô perficendô virium exercitium continuare*, 1. Chron. 23, 4. δ) Adhibetur de *continuatione averſionis*. Jer. 8, 5.

נֵצַח vel נֶצַח m. *Æternitas*, ſic dicta, non ſolum, quod involvat *durationem continuam*, principii & finis, omnisque ſucceſſionis intrinſecæ expertem, ſed etiam, quod omnia vincat & ſuperet; Item *Robur*, quô victoria acquiritur & obtinetur. עַד־נֶצַח Usque in *æternum*, Pſalm. 49, 20. לָנֶצַח In *æternum*, Job. 4, 20. הֲלָנֶצַח תֹּאכַל חֶרֶב Num in *perpetuum* comedet gladius? 2. Sam. 2, 26. Cum Suff. אָבַד נִצְחִי Periit *robur* meum, Thren. 3, 18. וְאוֹרִיד לָאָרֶץ נִצְחָם Et deſcendere feci in terram *robur* eorum, Jeſ. 63, 6. Plural. לְנֵצַח נְצָחִים In *perpetuitatem perpetuitatum*, Jeſ. 34, 10.

1) Generatim *continuationem* infert, quâ aliquid *durat*, & aliis rebus *ſuperius* eſt. Unde 2) ſpeciatim α) *propriè* notat *durationem*, tàm *eam*, quæ omnes alias durationes ſuperat, & æternitas nuncupatur, Job. 20, 7. quàm *eàm*, quæ tempus diuturnum importat, Pſalm. 49, 10. Pſalm. 74, 1. 3. Prov. 21, 28. Jer. 15, 18. β) *Metonymicè* notat *robur*, quia *robur* cauſat durationem *perſonæ, rei* vel *actionis*. In hôc ſignificatu tribuitur *Deo*, qui robore eſt invictus, 1. Sam. 15, 29. & *ſanguini*, per *Metonymiam effectus*, quia ſanguis robur atque firmitatem in animalibus efficit, Jeſ. 63, 3. 6. Intelligitur autem hic *ſanguis Meſſiæ*, qui dicitur *ſanguis populorum*, quia pro populis & locô ſanguinis ipſorum effuſus eſt in acerbiſſimâ & cruentâ, quam pro iis ſuſtinuit, paſſione.

נצל In Kal non legitur; ſed in Niphal eſt נִצַּל *Evaſit*, *Eripuit ſe*. *Ereptus*, *Liberatus eſt*, *Curavit*, *ut ſeipſum liberaret*, vel *liber evaderet*. נִצַּלְנוּ *Erepti ſumus*, Jer. 7, 10. Infin. לְהִנָּצֵל Ad *eripi*, i. e. ut eripiamur, Jeſ. 20, 6. Fut. אִנָּצְלָה מִשֹּׂנְאַי *Eripiar* ab oſoribus meis, Pſalm. 69, 15. אֲשֶׁר יִנָּצֵל אֵלֶיךָ Quando *evaſerit* ad te, Devt. 23, 16. וַתִּנָּצֵל נַפְשִׁי *Erepta* tamen, i. e. *ſalva eſt* anima mea, Gen. 32, 31. Imperat. וְהִנָּצֵל כִּי בָאתָ בְכַף־רֵעֶךָ Et *eripe te*, i. e. cura & proſpice, ut teipſum liberes, vel liber evadas, poſtquam incidiſti in manum amici tui, Prov. 6, 3. Piel נִצֵּל *Eripuit*, *Abripuit*, *Diripuit*, *Spoliavit*. וְנִצַּלְתֶּם אֶת־מִצְרָיִם: Et *ſpoliabitis* Ægyptios, Exod. 3, 22. Fut. בְּצִדְקָתָם יְנַצְּלוּ נַפְשָׁם Per juſtitiam *eripient* animam ſuam, Ezech. 14, 14. וַיְנַצְּלוּ Et *diripuerunt*, 2. Chron. 20, 25. Hiphil הִצִּיל *Eruit*, *Eripuit*, *Liberavit*, *Recuperavit*, *Separavit*, *Evaſit*. אֲשֶׁר הִצִּיל אֶתְכֶם מִיַּד מִצְרַיִם: Qui *eripuit* vos è manu Ægyptiorum,

rum, Exod. 18, 10. וְהִצַּלְתִּי מִפִּיו Et *eripui* ex ore ejus, 1. Sam. 17, 35. Inf. וְהַצֵּל לֹא הִצַּלְתָּ אֶת־עַמֶּךָ *Eripiendo* non *eripuiſti* populum tuum, Exod. 5, 23. לְהַצִּיל Ad *eripiendum*, Devt. 25, 11. Fut. לֹא אַצִּיל מִיָּדָם Non *eripiam* ex manu eorum, Zach. 11, 7. לֹא תַצִּילֶנּוּ Non *eripies* eum, Ezech. 33, 12. Particip. מַצִּיל *Eripiens*, Devt. 32, 39. Hophal הֻצַּל *Ereptus eſt.* Particip. אוּד מֻצָּל Titio *ereptus*, Am. 4, 11. Hithpael הִתְנַצֵּל *Abripuit à ſe, Spoliavit ſe.* Fut. וַיִּתְנַצְּלוּ בְנֵי־יִשְׂרָאֵל אֶת־עֶדְיָם *Abripuerunt* itaque à ſe filii Iſraelis ornatum ſuum, Exod. 33, 16.

1) Generatim notat *eripere*, quacunque ratione id fiat. Hinc 2) ſpeciatim enaſcuntur varii ſignificandi modi. Nam α) deſignat *liberationem*, quâ quis liberatur & eripitur, e. g. homicida ex manu vindicis ſanguinis, Num. 35, 25. titio ex igne, Am. 4, 11. Zach. 3, 2. homo è perverſō vitæ genere, moribusque inveteratis, Prov. 2, 12. è morte per juſtitiam, Prov. 10, 2. Ezech. 14, 14. è commercio meretricis, Prov. 2, 16. caprea è laqueis venatoris, Prov. 6, 5. Huc refer *ereptionem & liberationem*, quâ Deus clementer & potenter eripit pios ex præſentiſſimô vitæ periculô, 1. Sam. 17, 37. Pſalm. 86, 13. ex terroribus maximis, Pſalm. 34, 18. ex vi & ſævitia hoſtis & perſecutoris, Exod. 18, 10. 2. Sam. 22, 49. 2. Reg. 18, 30. Pſalm. 7, 3. Pſalm. 18, 1. Pſalm. 97, 10. Jeſ. 38, 6. Jer. 15, 20. ex omnibus anguſtiis, Pſalm. 34, 18. Pſalm. 107, 6. & malis, Pſalm. 34, 20. β) *Evaſionem*, quâ quis eripit ſe ex periculo, vel alio damnô per fugam, Jeſ. 20, 6. vel per aliud medium, Habac. 2, 9. Prov. 6, 3. γ) *Direptionem & ſpoliationem*, quâ quid alicui diripitur, quod hactenus poſſedit, vel quâ aliquis aliquâ re ſpoliatur, Exod. 3, 22. c. 12, 36. 1. Sam. 30, 16. 2. Chron. 20, 25. δ) *Subtractionem*, quâ aliquid alteri ſubtrahitur, Pſalm. 119, 43. 2) *Recuperationem* à poſſeſſione inimici, 1. Sam. 30, 22.

הַצָּלָה f. *Liberatio*, Eſth. 4, 14.

נָצַץ *Scintillavit*, *Micuit.* Tantùm legitur Particip. נֹצְצִים *Scintillantes, micantes*, Ezech. 1, 7.

נִיצוֹץ m. *Scintilla.* Semel occurrit, Jeſ. 1, 31.

נָצַר *Cuſtodivit, Servavit, Retinuit.* נָצַרְתִּי עֵדֹתֶיךָ Teſtimonia tua *ſervavi*, Pſalm. 119. 22. Particip. שֹׁמֵר נַפְשׁוֹ נוֹצֵר דַּרְכּוֹ *Cuſtodiens* animam, cuſtodit viam ſuam, Prov. 16, 17. Part. Paul וְהַנָּצוּר בָּרָעָב יָמוּת Et *reſervatus*, fame morietur, Ezech. 6, 12. Infin. לִנְצֹר אָרְחוֹת מִשְׁפָּט Ad *cuſtodire*, i. e. ut cuſtodiant ſemitas judicii, Prov. 2, 8. Fut. אֶצֹּר *Cuſtodiam*, Pſalm. 119, 69. וְאֶצְּרֶה תוֹרָתְךָ Et *cuſtodiam* legem tuam, Pſalm. 119, 34. מִצַּר תִּצְּרֵנִי Ab anguſtia *ſervabis* me, Pſ. 32, 7. יִצְּרֶנְהוּ *Cuſtodiet* eum, Devt. 32, 10.

1) Generatim reſpicit *ſedulam alicujus rei curam* atque *obſervationem*, ſive præſtetur, ſive non. 2) Speciatim α) ſignificat *obſervare cautè, ſollicite atque diligenter*, e. g. *viam*, i. e. rationem vivendi, à malô recedendo,

dendo, atque in bonum unicè & directè tendendo, Prov. 16, 17. *os ſuum*, & *linguam ſuam*, ne per iræ æſtum, vel per aliorum immoderatorum affectuum turbinem, aut per incuriam verbum noxium & damnabile protrudant, Pſalm. 34, 14. Prov. 13, 3. *teſtimonia Dei*, ne memoriâ excidant, aut quicquam admittatur, quod iis adverſatur, Pſalm. 119, 2. 22. Conf. Pſalm. 25, 10. *legem Dei*, eam memoriâ recolendo, & vitam juxta eam inſtituendo, Pſalm. 119, 34. Conf. Pſalm. 78, 7. Pſalm. 105, 45. β) *Cuſtodire, ſedulò ac cum curâ*, ne damnum inferatur aut excidium. In hac ſignificatione tribuitur tùm *Deo*, ad deſignandam *providam ejus curam atque cuſtodiam*, quâ ſe gerit hominum optimum ſervatorem, Job. 7, 20. quos inſtar pupillæ contra quævis mala benignè & potenter tuetur, Deut. 32, 10. & adverſus timorem & vim hoſtium præmunit, Pſalm. 64, 2. Pſalm. 140, 2. 5. tùm *homini*, qui cuſtodit ficum, ne fructus ejus rapiantur, aut ei damnum inferatur, Prov. 27, 18. vel vineam, ne à furibus vel beſtiis infeſtetur, Job. 27, 18. Vid. Sebaſt. Schmid. in h. l. γ) *Servare* aliquid, ne cum aliis pereat, Ezech. 6, 12. 3) Per *Antiphraſin* notat *vaſtare, deſtruere, excidere*, quod erat munitum, Jeſ. 65, 4. Huc refertur Jeſ. 1, 8. Jer. 4, 16. Neh. 2, 2.

נֹצֵר m. *Cuſtos*, eſt participium nominaſcens. Plur. נֹצְרִים *Cuſtodes*, 2. Reg. 18, 8.

נֵצֶר m. *Surculus*; ita vocatus, quod indigeat *cuſtodiâ*, ne à ventô dejiciatur, aut avellatur. α) Propriè deſignat *ſurculum arboris* qualemcunque, Jeſ. 14, 19. β) *Metaphoricè* deſignat α) *Meſſiam*, qui inſtar ſurculi cujusdam teneri, ex Iſai proſapia, velut ex trunco ſucciſo propullulavit, Jeſ. 11, 1. β) *Sobolem humanam* ad inſtar ſurculi hortenſis ex radice ortum ducentis, communem agnoſcentem proſapiam cum alio, Dan. 11, 7. γ) *Fideles* Eccleſiæ, Jeſ. 60, 21. Præterea non legitur.

נָקַב *Fixit, Perforavit, Transfixit; Expreſſit, expreſsè nominavit, Maledixit, Execratus eſt.* וּנְקָבָהּ Et *perforabit* eam, 2. Reg. 18, 21. Particip. וְנֹקֵב שֵׁם יְהוָה Et *cum execratione exprimens* nomen Domini, Lev. 24, 16. צְרוֹר נָקוּב Crumena *perforata*, Hagg. 1, 6. נְקֻבֵי רֵאשִׁית הַגּוֹיִם Ii, qui *nominantur* primitiæ gentium, Am. 6, 1. Fut. אֶקֹּב *Execrabor*, Num. 23, 8. קֹב לֹא תִקֳּבֶנּוּ *Maledicendo* non *maledices ei*, Num. 23, 25. Infin. בְּנָקְבוֹ In *execrari* eum, i. e. cum execratus fuerit, Lev. 24, 16. Imper. נָקְבָה *Fige, nominatim exprime, determina*, Gen. 30, 28. Niphal נִקַּב *Fixus, Expreſſus* fuit. נִקְּבוּ בְּשֵׁמוֹת *Expreſſi ſunt* nominibus, Num. 1, 17. 1. Chron. 12, 31.

1) Generatim ſignificat *perfodere*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *perforare rem corpoream, & materialem*, e. g. manum, Jeſ. 36. 6. maxillam, Job. 40, 26. januam, 2. Reg. 12, 10. crumenam, Hagg. 1, 6. naſum, Job. 40. 19. caput baculis, Hab. 3, 14. 2) *Metaphoricè* transfertur ad *loquelam*, & notat *aliquid nominatim exprimere & præciſe deſignare*.

Digitized by Google

Qua in ſignificatione accipitur α) in *bonum*, & involvit tùm *præciſam deſignationem & determinationem rei* e. g. mercedis, Gen. 30, 18. tùm *nominis alicujus expreſſionem & enunciationem*, Jeſ. 62, 2. Confer. Num. 1, 17. 1. Chron. 12, 31. c. 16, 41. 2. Chron. 28, 15. c. 31, 19. Eſr. 8, 20. β) *In malum*, & connotat *alicujus rei exectrationem & maledictionem*, ubi nomen vel fama alicujus malis dictis quaſi perfoditur, ejusque integritas vitiatur. Ita adhibetur de *expreſſione nominis divini cum maledictione conjuncta*, Lev. 24, 11. 16. de execratione avari frumentum cohibentis & aſſervantis, Prov. 11, 26. iniqui judicis impium pronunciantis juſtum ac innocentem, Prov. 24, 24. populi Iſraelitici per Bileamum inſtituenda, Num. 23, 8. 25. impii radicantis, Job. 5, 3. noctis natalis, Job. 3, 6.

נְקָבִים m. pl. *Fiſtulæ*, ſic dictæ, quod *perforatæ* ſint. Semel legitur cum Suff. נְקָבֶיךָ *Fiſtulæ* tuæ, Ezech. 28, 13.

נְקֵבָה f. *Fœmina*; ſic dicta tùm à *membro genitali*, quod ſit *perforatum*, quæ etymi ratio melius reticetur, quàm dicitur & ſcribitur; tum quia *Viri nomine eſt expreſſa*, nempe אִשָּׁה ab אִישׁ *Vir*. Eſt verò nomen ſexûs α) in *hominibus*, & adhibetur de *quacunque fœmellâ*, ſive ſit *recens nata*, ſive *adultior*, ſive ſit *maritata*, ſive *non*. Unde legitur de fœmella recens nata, Lev. 12, 5. de Eva virum nondum expertâ, Gen. 1, 27. c. 5, 2. de θεοτόκῳ Mariâ, viri ignarâ, Jer. 31, 22. de maritatâ, Num. 31, 15. β) In *brutis*, Gen. 6, 19. c. 7, 3. Lev. 3, 1. 6. c. 4, 28. 32. c. 5, 6.

מַקֶּבֶת f. *Perforatio*, *Effoſſio*, Jeſ. 51, 1. item *Malleus*, Jud. 4, 21. ſpeciatim quidem *talis*, qui una parte acutior exiſtens *perforationi* alicujus rei aptus eſt, generatim verò *quicunque alius*. Plur. מַקָּבוֹת Mallei, 1. Reg. 6, 7. Jeſ. 44, 12. Jer. 10, 4.

נָקַד *Punctavit*, *Punctis ſignavit*, *Interſtinxit*, apud Rabbinos. *Punxit*, *Diſcrevit*, *Separavit*, apud Arabes. Inde apud Ebræos eſt

נָקֹד m. *Punctatum*, *Punctis reſperſum*, *interſtinctum*. שֶׂה נָקֹד Pecus *punctatum*, Gen. 30, 32. Plur. נְקֻדִּים *Punctati*, *a*, Gen. 30, 39. c. 31, 5. 10. 12. Fœm. נְקֻדּוֹת *Punctata*, Gen. 30, 35. Cant. 1, 11.

נֹקֵד m. *Pecuarius*, ſic dictus juxta Coccejum à *curâ erga* pecudem, ex notione *ſecernendi & ſeparandi* itidem Arabibus receptâ, quia Paſtoris eſt, oves ab hœdis *ſeparari*, 2. Reg. 3, 4. Plur. נֹקְדִים *Pecuarii*, Am. 1, 1. Amplius non occurrit.

נִקֻּדִים m. pl. *Puncta*. Ter legitur. לֶחֶם צֵידָם יָבֵשׁ הָיָה נִקֻּדִים Et omnis panis viatici eorum aridus erat, ac fuit puncta i. e. maculoſus & varius factus erat, *punctis* mucoris reſperſus. In pane enim mucidô puncta & maculæ à corruptione conſpiciuntur, Job. 9, 5. 12. Sed 1. Reg. 14, 3. notat *buccellata*, *placentas conditas*, à certis forte *punctulis* ſic dictas.

נָקָה, *Vacuus*, *Mundus*, *Purus eſt*, item *Inſons*, *Impunis*, *Immunis eſt*. In Kal ſolus occurrit Infinitivus, Jer. 49, 12. Niphal נִקָּה *Mundum* vel

vel *inſontem egit* aut *aſſeruit ſe, innocens fuit* vel *declaratus eſt, Impunis relictus fuit.* כָּל־הַגֹּנֵב מִזֶּה כָּמוֹהָ נִקָּה Omnis fur hinc juxta eam *innocens erit*, vel *innocentem ſe agit*, Zach. 5, 3. וְנִקָּה הַמַּכֶּה Et *innocens* erit percuſſor, Exod. 21, 19. וְנִקָּה הָאִישׁ מֵעָוֹן *Liber* tamen. vel *immunis erit* maritus ab iniquitate, Num. 25 31. Infin. cum Fut. וְאַתֶּם הִנָּקֵה תִנָּקוּ Ergone vos *innocentes exiſtendo exiſtetis*, Jer. 25, 29. Piel נִקָּה *Mundavit, inſontem declaravit* vel *pronunciavit, Abſolvit, impunitum dimiſit.* וְנִקֵּיתִי דָּמָם לֹא־נִקֵּיתִי Tum *mundabo* quidem. ſed ſanguinem eorum non *mundabo*, Joel. 4, v. ult. Infinit. cum Fut. וְנַקֵּה לֹא יְנַקֶּה *Abſolvendo* tamen non *abſolvet* nocentem, Exod. 34, 7. Num. 14, 18.

1) Generatim & primò videtur ſignificare *vacuum eſſe*, modô ſignificandi pro diverſitate objectorum variante. Unde 2) ſpeciatim α) notat *vacuum eſſe à ſordibus*, & refert *mundiciem rei phyſicam*, Jeſ. 3, 26. β) Notat *vacuum eſſe à crimine*, & refert *mundiciem moralem*, quâ homo à macula peccati immunis exiſtit & liber, Pſalm. 19, 14. Jer. 2, 35. & hinc innocens declaratur, Job. 10, 12. Pſalm. 19, 3. Confer. Num. 5, 31. γ) Notat *vacuum eſſe à pœna & reatu*, ubi quis *impunis* dimittitur & evadit, Exod. 20, 7. c. 21, 19. c. 34, 6. 7. Num. 5, 19. 1. Sam. 26, 9. 1. Reg. 2. 9. Job. 9, 18. Prov. 17, 5. Jer. 25, 29. c. 30, 11. c. 49, 12.

נָקִיא m. *Innocens, Innoxius.* Bis legitur דַּם־נָקִיא Sangvis *innocens*, Job. 4, 19. Jon. 1, 14.

נָקִי m. *Mundus, Purus, Innoxius, Immunis.* וְהָיִיתָ נָקִי מֵאָלָתִי Tunc *immunis, abſolutus eris* ab adjuratione mea, Gen. 24, 41. וַיִּשְׁפְּכוּ דָם נָקִי Et effuderunt ſanguinem *innocentem*, Pſalm. 106, 35. In Statu Conſtr. נְקִי כַפַּיִם וּבַר־לֵבָב *Mundus* manibus & purus corde, Pſal. 24, 4. Plur. נְקִיִּים & נְקִים *Mundi*, literâ י per Syncopen extruſâ. וְאַתֶּם תִּהְיוּ נְקִיִּם Vos autem reliqui *eritis innocentes*, Gen. 44, 10. אֶבְיוֹנִים נְקִיִּים Pauperes *innocentes*, Jer. 2, 34.

1) Generatim idem eſt ac *vacuus* à quacunque re. 2) Speciatim α) notat *vacuum à ſordibus*, ut idem ſit ac *mundum*. Sed in tali ſignificatione in ſcripturâ non occurrit. β) Notat *vacuum à crimine*, ut idem ſit ac *innocens*, qui ſanctitati vitæ & cordis ſinceritati ſtudet, Job. 4, 7. c. 17, 8. Pſalm. 24, 4. item immerens & innoxius, qui id, quod perpetitur, nullâ culpâ promeruit, Devt. 19, 10. c. 21, 8. c. 27, 25. 1. Sam. 19, 5. 2. Reg. 21, 16. c. 24, 4. Pſalm. 10, 8. Pſalm. 94, 21. Pſalm. 106, 37. Prov. 6, 17. Jeſ. 59, 7. Jer. 7, 6. c. 22, 3. c. 26, 15. &c. γ) *Vacuum ab obligatione*, i. e. *liberum & immunem ab obligatione*, e. g. *juramento*, Gen. 24, 41. Joſ. 2, 17. 20. δ) *Vacuum à militia*, i. e. à militandi neceſſitate exemtum, Devt. 24, 5. ε) *Vacuum à labore*, i. e. à labore ſuſcipiendo immunem & exemtum, 1. Reg. 15, 22.

נִקָּיוֹן m. *Mundities, Innocentia.* כְּרָחַץ בְּנִקָּיוֹן כַּפַּי Lavo in *inno-*

innocentia manus meas, Pſalm. 26, 6. In Statu Conſtr. וּבְנִקְיוֹן כַּפַּי Et in *mundicie* manuum mearum, Gen. 20, 5.

1) Generatim involvit *vacuitatem* cujuscunque rei. 2) Speciatim *α*) involvit *vacuitatem à ſordibus*, & notat *mundiciem phyſicam*. Sed in hoc ſignificatu in ſcriptura non occurrit. *β*) Deſignat *vacuitatem à crimine*, & idem eſt ac *mundicies moralis*, *innocentia*. Ita de innocentiâ *vitæ* in genere reperitur, Hoſ. 8, 5. de mundicie *manuum* morali, quæ vitiorum & delictorum ſordibus non ſunt commaculatæ, Gen. 20, 5. Pſalm. 26, 6. Pſal. 73, 13. Innuuntur autem *manuum* voce *actiones*, quarum præcipuum organum & inſtrumentum ſunt. *γ*) Dicitur de *vacuitate dentium* tempore famis, qui tunc otioſi ſunt, nec habent, quod edant, Am. 4, 6. Præterea non legitur.

מְנַקִּיּוֹת f. pl. *Scopulæ*, quaſi *emundatoria* dictæ, Num. 4, 7. Jer. 52, 19. Cum Suff. מְנַקִּיֹּתָיו *Scopulæ* ejus, Exod. 25, 29. c. 37, 16.

נָקַם *Ultus eſt*, *Ultionem ſumſit*, *Vindicavit*. Variam conſtruendi rationem amat. Nunc enim conſtruitur abſolutè, nunc intervenientibus Præpoſitionibus ב, ל, עַל, מִן. וּנְקָמַנִי יְהוָה מִמֶּךָּ Et *ultionem mei* ſumet Dominus à te, 1. Sam. 24, 13. Particip. נֹקֵם יְהוָה לְצָרָיו *Vindex* eſt Dominus hoſtium ſuorum, Nah. 1, 2. Fut. דַּם עֲבָדָיו יִקּוֹם Sanguinem ſervorum ſuorum *vindicabit* Dominus, Deut. 32, 43. Niphal נִקַּם *Ultus eſt ſe*, *Ultionem ſumſit*, *Vindicatus eſt*. כִּי־אִם נִקַּמְתִּי בָכֶם Cum *ultus me fuero* in vobis, Jud. 15, 7. Fut. אִנָּקְמָה מֵאוֹיְבַי *Ultionem ſumam* ab inimicis meis, Jeſ. 1, 24. Infin. לְהִנָּקֵם בְּאֹיְבֵי הַמֶּלֶךְ Ad *vindictam ſumi*, i. e. ut vindicta ſumatur de hoſtibus Regis, 1. Sam. 18, 25. Piel נִקֵּם *Ultus eſt*, *Vindicavit*. וְנִקַּמְתִּי דְּמֵי עֲבָדַי Et *ulciſcar* ſanguines ſervorum meorum, 2. Reg. 9, 7. וְנִקַּמְתִּי אֶת־נִקְמָתֵךְ Et vindicabo *vindictam* tuam, i. e. ſumam ultionem de inimicis tuis, quam injuriis tibi illatis promeruerunt, Jer. 51, 36. Hophal הֻקַּם *Vindicatus eſt*. Fut. שִׁבְעָתַיִם יֻקַּם קָיִן Septies *vindicabitur* Cain, Gen. 4, 24. Conf. Gen. 4, 15. Exod. 21, 21. Hithpael הִתְנַקֵּם *Ultus eſt ſe*, *Vindicavit ſe*. וְאִם בְּגוֹי אֲשֶׁר כָּזֶה לֹא תִתְנַקֵּם נַפְשִׁי Aut num in tali gente, qualis eſt hæc, non *ulciſcetur ſe* anima mea? Jer. 5, 9. Particip. מִתְנַקֵּם *Vindictæ cupidus*, Pſalm. 8, 3. Pſalm. 44, 17.

1) Generatim notat *ulciſci*, à quocunque, & contra quemcunque ultio ſumatur. 2) Speciatim *α*) infert *ultionem*, quam vel ſumit *homo* ab homine, ob injuriam ſibi aliisve reverâ illatam, Jud. 15, 7. c. 16, 28. 1. Sam. 14, 25. c. 18, 25. Eſth. 8, 13. vel *hoſtis temerarius*, qui plane non eſt læſus aut juſte caſtigatus, ſe iniquè læſum eſſe cenſet, Pſalm. 8, 3. Pſalm. 44, 17. *β*) *Ultionem*, quum Deus pro injuriæ illatæ, vel commiſſi ſceleris ratione, delinquenti debitam immittit pœnam, 1. Sam. 24, 12. Nah. 1, 2. 2. Reg. 9, 7. Jeſ. 1, 14. Jer. 51, 36.

Digitized by Google

נָקָם m. *Ultio, Vindicta.* אָשִׁיב נָקָם לְצָרָי Rependam *vindictam* inimicis meis, Devt. 32, 41. יוֹם נָקָם לַיהוָה Dies *ultionis* eſt Domino, Jeſ. 64, 8. In Statu Conſtr. נְקַם בְּרִית *Ultio* fœderis, Lev. 26, 25.

1) Generatim deſignat *injuriæ illatæ ultionem*, à quocunque ſumatur. 2) Speciatim notat *α) Vindictam humanam*, quâ *homo* injuriam ſibi illatam quacunque ratione vindicare nititur. Talis vindicta erat, quam Simſon ſumebat à Philiſtæis, Jud. 16, 28. & Maritus contra Adulterum ſuam exerens iram, Prov. 6, 34. *β) Divinam*, quam *Deus* ſumit, *tùm*, quando piorum perſecutoribus vel æquales, vel majores infert calamitates, quàm hi illis intulerunt, Pſalm 58, 11. Jeſ. 34, 8. c. 47, 3. *tùm*, quando impiis ob ipſorum delicta majeſtatem ſuam lædentia graviſſima infert ſupplicia, Devt. 32, 35. Ezech. 24, 8. c. 25, 12. Mich. 5, 14.

נְקָמָה f. *Ultio, Vindicta.* יוֹם נְקָמָה Dies *vindictæ*, Jer. 46, 10. In Statu Conſtr. נִקְמַת יְהוָה *Vindicta* Domini, Jer. 15, 50. Cum Suffixo וְנָתַתִּי אֶת־נִקְמָתִי בֶּאֱדוֹם Ac exercebo *vindictam* meam in Edomô, Ezech. 25, 14. Plur. נְקָמוֹת *Vindictæ.* אֵל נְקָמוֹת יְהוָה Deus vindictarum eſt Dominus, i. e. variè & multipliciter vindictam infert, Pſalm. 94, 1.

1) Generatim perinde ut נָקָם infert *quamcunque injuriæ illatæ ultionem.* Unde 2) ſpeciatim denotat *α) ultionem*, quam *homo* vel reverà læſus, vel plane non læſus, juſtè autem caſtigatus ſe læſum cenſens, meditatur, Num. 31, 2. Jer. 20, 10. *β) Ultionem*, quam 1) *Deus* ſumit, hoſtibus ſuorum ob mala & injurias ipſis illatas, graviſſimas pœnas & calamitates æquales, vel majores, quàm ipſi intulerunt, inferendo, Pſalm. 79, 10. Ezech. 25, 14. 17. Jer. 51, 36. Huc refer phraſin, qua *Deus* dicitur *alicui vindictam dare* vel *facere.* Idem enim eſt, ac *ulciſci aliquem, ſupplicia ſumere de aliquo vindicandi oppreſſi cauſâ*, Jud. 11, 36. 2. Sam. 22, 48. Pſal. 18, 48. 2) Quam *Deus* ſumit, pro vindicandâ nominis ſui gloriâ, & injuriâ ſibi illatâ improbos graviſſimè puniendo, Pſalm. 94, 1. Jer. 50, 28. c. 51, 11.

נָקַע *Luxatus eſt, Receſſit, Divulſus eſt.* Conſtruitur cum particula מ, & de anima Dei dicitur per *Memphoram*, Ezech. 23, 18. נָקְעָה נַפְשִׁי מֵעַל אֲחוֹתָהּ *Luxata eſt* anima mea à ſorore ejus; Conf. Ezech. 23, 22. Hac phraſi ſubinnuitur *ceſſatio communionis DEI cum homine:* Ab eo enim malitioſè & proæretice peccante, ſi Deus gratia ſua recedit, eſt velut *caput luxatum & avulſum à putrido membro.*

נָקַף *Excìdit, Concìdit, Excuſſit, Decuſſit circumquaque*, item *Definivit, Determinavit*, quia verba excidendi, quandoque deſignare ſolent alicujus rei *determinationem, deciſionem atque conſtitutionem.* Fut. חַגִּים יִנְקֹפוּ: Feſta *definiant, determinent*, Jeſ. 29, 1. Vid. Seb. Schmid. Alii ita interpretantur: Feſta *excìdant*, i. e. ſacrificia feſtorum mactent. Vid. Bux-

Buxtorff. Lex. in hac voce. Coccejus ita reddit: *Victimas cædant & deſtringant, excorient atque exenterent.* Piel נִקֵּף *Excîdit, Concîdit, Amputavit, Perfodit.* וְנִקַּף סִבְכֵי הַיַּעַר Et excîdet, amputabit perplexa ſylvæ, Jeſ. 10, 34. נִקְּפוּ זֹאת *Conciderint, perfoderint* hoc, Job. 19, 26. Sed Seb. Schmidio eſt Præteritum in Niphal. Unde illud reddit: *Circumdabuntur.* Pronomen autem זֹאת accipit diſtributivè, & in Plurali effert: *hæc.* Hiphil הִקִּיף *Circumcidit.* Futur. אַל־תַּקִּפוּ Ne *circumcidite,* Lev. 19, 27.

נֹקֶף m. *Strictum, Decuſſio.* Bis legitur. כְּנֹקֶף זַיִת Quaſi *decuſſio* oleæ, Jeſ. 17, 6. c. 24, 12.

נִקְפָּה f. *Diſciſſio.* Semel legitur Jeſ. 3, 24.

נָקַק Radix Ebræis obſoleta; forte ſi in uſu fuit, notavit *perforare.* Inde ſuperſtes legitur

נָקִיק m. *Foramen, Fiſſura, Caverna.* בִּנְקִיק הַסָּלַע In *foramine* petræ, Jer. 13, 4. Plural. in Statu Conſtr. בִּנְקִיקֵי הַסְּלָעִים In *fiſſuris* petrarum, Jeſ. 7, 19. מִנְּקִיקֵי הַסְּלָעִים Ex *fiſſuris* petrarum, Jer. 16, 16. Sæpius non legitur.

נָקַר *Fodit, Effodit, Perfodit.* Infin. בִּנְקוֹר כָּל־עֵין יְמִין In *effodere*, i. e. ut *effodiam* vobis omnem oculum dexterum, 1. Sam. 11, 2. Fut. יִקְּרוּהָ *Effodient* eum, Prov. 30, 17. Piel נִקַּר *Effodit, Perfodit.* לַיְלָה עֲצָמַי נִקַּר Nocte oſſa mea *perfodit,* Job. 30, 17. Fut. הַעֵינֵי הָאֲנָשִׁים תְּנַקֵּר Num oculos horum virorum *erues?* Num. 16, 14. וַיְנַקְּרוּ אֶת־עֵינָיו Et *effoderunt* oculos ejus, Jud. 16, 21. Pual נֻקַּר *Effoſſus, Exciſus eſt.* נֻקַּרְתֶּם *Effoſſi, exciſi eſtis,* Jeſ. 51, 1. Sæpius non legitur.

נָקַשׁ *Illaqueavit, laqueos* vel *retia tetendit, Illaqueatus eſt.* Verbum è re venatoriâ vel aucupiô petitum, ubi retia vel laquei tenduntur, avium vel ferarum captandarum cauſâ. בְּפֹעַל כַּפָּיו נוֹקֵשׁ רָשָׁע Per opus manuum ſuarum *illaqueatur impius,* Pſ. 9, 17. Niphal Fut. פֶּן־תִּנָּקֵשׁ Ne *illaqueeris,* Devt. 12, 30. Piel Fut. יְנַקֵּשׁ נוֹשֶׁה לְכָל־אֲשֶׁר לוֹ *Illaqueet,* i. e. tanquam venator inſidiosè occupet, & ſibi attrahat omne, quod ipſi eſt, Pſalm. 109, 11. וַיְנַקְשׁוּ מְבַקְשֵׁי נַפְשִׁי *Laqueos* autem *tendunt,* quærentes animam meam, Pſalm. 38, 13. Hithpael Particip. וְלָמָה אַתָּה מִתְנַקֵּשׁ בְּנַפְשִׁי לַהֲמִיתֵנִי Quare ergo tu *laqueos ponis* animæ meæ, ad occidendum me, 1. Sam. 28, 9. Sæpius non legitur.

נֵרְדְּ *Nardus.* Genus fruticis & herbæ fragrantiſſimæ, unde unguentum *nardinum* pretioſiſſimum eſt. Eſt autem pro נֵרֶד, (:) cum (·) alternante, ob quod ד Dageſch lene in ſe, & (:) ſub ſe habet, Cant. 4, 14. Cum Suff. נִרְדִּי *Nardus* mea, Cant. 1, 12. Plur. נְרָדִים *Nardi,* Cant. 4, 13. Præterea non legitur.

נָשָׂא *Levavit, Elevavit, Sublevavit, Condonavit, Pepercit; Tulit, Attulit, Protulit, Suſtulit, Abſtulit, Geſtavit, Portavit, Aſportavit, Deportavit,*

tavit, Exportavit, Reportavit; Sumſit, Aſſumſit, Accepit, Suſcepit, Suſtinuit. וְלֹא נָשָׂא אֹתָם הָאָרֶץ Ut non *ferret* eos terra, Gen. 13, 6. וְרוּחַ הַקָּדִים נָשָׂא אֶת־הָאַרְבֶּה Ventus orientalis *attulit* locuſtam, Exod. 10, 13. וְנָשָׂא אַהֲרֹן אֶת־שְׁמוֹתָם Et *portabit* Aaron nomina eorum, Exod. 28, 12. נְשָׂאַתְנִי *Suſtulit* me, Ezech. 3, 14. נָשָׂאוּ *Portant*, Thren. 5, 13. נָשְׂאֵי נָשִׁים *Acceperant, duxerant* uxores, Eſr. 10, 44. pro נָשְׂאוּ juxta Maſorethas. Sed retentis literis optimè leges נֹשְׂאֵי, *Ducentes*, ut ſit Participium Præteriti ſignificationem induens. Plur. Stat. Conſtr. וְנָשׁוּ אֶת־כְּלִמָּתָם Ubi *portaverint* ignominiam ſuam, Ezech. 39, 26. א ad imitationem verborum לה extruſum eſt. נָשׂוּא לַשָּׁוְא עָרֶיךָ *Efferunt* ſe ad vanitatem hoſtes tui, Pſalm. 139, 20. accedente ה Paragogico. Particip. נֹשֵׂא כֵלָיו *Portans* arma ipſius, Jud. 9, 54. Fœm. נֹשְׂאֵת *Apportans*, 1. Reg. 10, 22. Sed Eſth. 2, 15. eſt נֹשֵׂאת. Infin. נָשׂוֹא *Ferre*, Jer. 10, 5. Sed Jeſ. 1, 14. eſt נְשֹׂא *ferre*, & Ezech. 20, 31. legitur שְׂאֵת imò Gen. 36, 7. c. 45, 27. c. 46, 5. &c. שְׂאֵת, literâ א in (..) quieſcente. Fut. אֶשָּׂא *Feram*, Devt. 1, 12. וַיִּשָּׂא יַעֲקֹב רַגְלָיו Et *ſuſtulit* Jacob pedes ſuos, Gen. 29, 1. תִּשֶּׂאינָה *Portabitis* Ez. 23, 49. י per Epentheſin inſitum eſt, perinde ut in תִּמָּצֶאינָה *Invenientur*, Jer. 50, 20. Aſt Zach. 5, 9. eſt וַתִּשֶּׂנָה Et *extulerunt*, Zach. 5, 9. literâ א ad imitationem verborum לה pereunte. Niphal נִשָּׂא *Sublatus, Portatus, Deportatus, Allatus, Elatus fuit, Extulit ſe.* וְנִשָּׂא Et *portabitur*, Exod. 25, 28. Particip. Fœm. נִשֵּׂאת pro נִשְׂאֵת *Sublatum*, Zach. 5, 7. Fut. נָשׂוֹא יִנָּשׂוּא *Portando portantur*, Jer. 10, 5. ubi ad imitationem verborum לה eſt יִנָּשׂוּ pro יִנָּשְׂאוּ, literaque א per Paragogen acceſſit. Sed Ezech. 1, 19. 20. 21. eſt יִנָּשְׂאוּ *Attollebant ſe.* Piel נִשֵּׂא & נִשָּׂא *Tulit, Suſtulit, Extulit, Sublevavit, Evexit.* כִּי נִשֵּׂא מַמְלַכְתּוֹ Quod *evexiſſet* regnum ipſius, 2. Sam. 5, 12. מֶלֶךְ־צֹר נִשָּׂא אֶת־שְׁלֹמֹה בַּעֲצֵי אֲרָזִים Rex Tyri *adjuvit* Salomonem lignis cedrorum, 1. Reg. 9, 11. נִשְּׂאוֹ עַל־הַשָּׂרִים *Extulit, evexit eum* ſuper Principes, Eſth. 5, 11. Fut. וַיְנַשְּׂאֵהוּ Et *extulit* eum, Eſth. 3, 1. יְנַשְּׂאוּהוּ אַנְשֵׁי מְקֹמוֹ בְּכֶסֶף *Sublevabunt* illum viri loci ejus argentô, Eſr. 1, 4. Hiphil הִשִּׂיא *Ferre fecit* aut *ſivit, Ferri, Attolli, aſportari curavit.* וְהִשִּׂיאוּ Et *faciant* aut *ſinant ferre*, Lev. 22, 16. Hithpael הִתְנַשֵּׂא *Extulit ſe.* Infin. לְבִלְתִּי הִתְנַשֵּׂא Ut ne *efferret* ſe, Ezech. 17, 14. בְּהִתְנַשֵּׂא In *efferre* ſe, i. e. dum *effert* ſe, Prov. 30, 32. Fut. וְכַאֲרִי יִתְנַשָּׂא Et inſtar leonis *attollet* ſe, Num. 23, 24. Sed 2. Chron. 32, 23. eſt וַיִּנַּשֵּׂא Et *extulit* ſe; & Num. 24, 7. וְתִנַּשֵּׂא Utrinque ת eſt extruſum, & per Dageſch forte in ſequente litera compenſatum.

I) Generatim videtur obtinere ſignificationem *levandi* vel *elevandi*, modo

Digitized by Google

modo ſignificandi pro varietate rerum, quibus aſſignandus & attempe-randus eſt, admodum variante. II) Speciatim 1 obtinet ſignificationem *levandi*, α) ut idem ſit ac *tollere in altum*, ſive id fiat *phyſice*, ſive *moraliter* & *Metaphoricè*. Proinde א) *levari* vel *elevari* dicuntur *tum* partes corporis *tam* earum converſione in altum, *quàm* reali mutatione loci, e. g. *pedes* ad iter faciendum, Gen. 29, 1. *manus* ad orandum, Pſal. 28, 2. Thren. 3, 41. vel ad juvandum, Exod. 6, 8. Devt. 32, 40. *caput* ad ſupercilia demonſtranda, Jud. 8, 28. Pſalm. 83, 3. *alæ*, Ezech. 10, 16. *tùm* vox, ſurſum eam pellendo. Ita tribuitur non ſolum hominibus precantibus, Jer. 17, 16. acerbè, magnoque cum ſingultu & gravi ejulatu plorantibus, Gen. 27, 38. c. 29, 11. Jud. 2, 4. c. 21, 7. 1. Sam. 24, 6. c. 30, 4. 2. Sam. 3, 16. c. 13, 36. Deumque laudantibus, Jeſ. 24, 14. Sed etiam *fluminibus* magnopere frementibus, ſuoque fremitu terrorem aliis incutientibus, Pſal. 93, 4.; Tum etiam *alia res*, e. g. arca Noæ aquis diluvii creſcentibus, Gen. 7, 17. *anima ad Deum*. Animam verò ad Deum elevare, per *Metaphoram* idem eſt, ac *ſpem & fiduciam in Deo reponere, eumque ſincero amore complecti*, Pſ. 25, 1. Pſ. 86, 4. *Facies Dei* ad hominem elevatur, ad deſignandum *ejus favorem*, Num. 6, 26. ב) *Levantur* atque *in altum tolluntur*, qui *ad dignitatem & honorem evehuntur*. Eſth. 3, 1. c. 5, 11. Sed ſi ad *dignitatem* & *honorem* transfertur, interdum ſignificat *ſe ipſum efferre, extollere*, 1. Reg. 1, 5. Conf. Num. 16, 3. Speciatim *Deus ſe extollit*, quando *ſuam majeſtatem conſpicuam oſtendit, ſeque omnibus eminentiorem & potentiorem exhibet, improborum faſtum & impetum ſupprimendo* &c. Pſalm. 7, 7. Pſalm. 94, 2. In Piel notat *extollere ſupra alios, eminentiorem aliquem facere*. Ita *Deus* extollebat regnum Davidis, 2. Sam. 5, 12. Ahasverus Hamanem, Eſth. 3, 1. c. 5, 11. Satrapæ Judæos, Eſth. 9, 3. β) Idem eſt ac *ſublevare*, vel *adjuvare aliquem aliquâ re*, 1. Reg. 9, 11. Eſr. 1, 4. c. 8, 3. 2) Notat *capere, ſumere*, quia res, quæ capitur, è ſolo levatur, & è loco ſuo tollitur. Hæc autem *capiendi* vel *ſumendi* notio variè ſe exerit. Nam α) notat ſimpliciter *ſumere*, vel *capere*, Gen. 27, 3. 1. Chron. 19, 29. Jon. 1, 12. β) *Capere vi*, Num. 16, 15. γ) *Capere, ſumere amicè*, prout capitur, i. e. ducitur uxor, 2. Chr. 11, 21. c. 13, 21. Huc referri poteſt phraſis: *Accipere faciem. Favorem* enim deſignat atque *æſtimium perſonæ* vel rei, & reddi poteſt *æſtimare, gratum, & acceptum habere*, e. g. לֹא נָשָׂא פְּנֵי שָׂרִים Non accipit *faciem Principum*, i. e. non æſtimat Principes, Job. 34, 19. אַל־נָא אֶשָּׂא פְּנֵי־אִישׁ Ne *accipiam faciem viri*, i. e. ne æſtimem quemquam, Job. 31, 21. Vid. Prov. 18, 5. Devt. 10, 17. 2. Reg. 3, 14. Job. 13, 10. c. 42, 8. Inde נְשׂוּא פָנִים eſt vir *honoratus, & gratus aliis*, Job. 22, 8. Jeſ. 3, 3. לֹא־יִשָּׂא פְּנֵי כָל־כֹּפֶר Non *accipiet faciem* ullius lytri, i. e. non æſtimabit ullum lytrum, Prov. 6, 35. 3) Notat *ferre, portare*, quia, quicquid ferendum vel portandum eſt, è loco tolli & elevari debet. Sed hæc *ferendi* vel *portandi* ſignificatio ita ſæpe pro varietate

com-

contextus modificatur, ut notet vel *approbare*, vel *reportare*, vel *auferre*. Proinde α) *propriè* notat *portare*, & quidem *rem, quæ alicujus molis eſt*, e.g. arcam, Joſ. 6, 12. menſam, Exod. 25, 28. idolum, Jer. 10, 5. *impropriè* autem *rem*, quæ vel fovenda & ſuſtentanda, vel luenda & ſuſtinenda. Hinc 1) notat *fovere, curare, juvare, promovere* ac *tueri*, ne aliquid adverſi accidat rei portandæ. Quô in ſignificatu tribuitur *Deo*, ad deſignandam *ejus curam, tutelam* ac *gubernationem*, Exod. 19, 4. Devt. 1, 31. Jeſ. 46, 3. *Meſſia*, Paſtori, gregem ſuum foventi, ducenti & tuenti, Jeſ. 40, 11. *Angelis*, piorum cuſtodibus, ad denotandam ſingularem ipſorum circa pios operam, curam atque tutelam, ne aliquid mali aut damni iis accidat, Pſalm. 91, 12. *Hominibus*, e. g. *Duci* populi, item *nutrici*, Num. 11, 12. 2) Notat *luere pœnam*, iniquitate promeritam. Ita capitur, quando homo dicitur *portare iniquitatem* vel *peccatum*, quod fecit, Lev. 24, 15. Num. 14, 34. Ezech. 18, 20. Quandoque tamen *portare peccatum*; idem eſt ac *peccatis onerari*, vel *onerare* ſe, Lev. 22, 9. 16. Num. 18, 32. c. 30, 16. aut de *peccato admiſſo morſus conſcientiæ & reatum ſentire*, Lev. 5, 17. aut *peccata aliorum expiare*, prout Sacerdotes veteris Teſtamenti victimas pro peccatis aliorum offerentes & comedentes, eorum peccata portare dicebantur, Exod. 28, 38. Lev. 10, 17. Num. 18, 1. 23. huc refer Jeſ. 53, 4. 12. Ubi *Chriſtus* dicitur *portaſſe peccata*, quando ea in ſe ſuſcepit, expiavit, & plenariè pro iis ſatisfecit. Conf. Lev. 16, 22. de hirco emiſſario peccata populi portante, Chriſti typo. 3) Denotat *Perpeti* ac *ſuſtinere* aliquid, quod perinde gravat ac premit, ac gravis moles, corpus portantis gravare, premere ac fatigare ſolet, Ezech. 16, 54. Jer. 15, 15. β) Significat *deportare* è loco, *tollere, auferre*. Ita Simſonis fratres dicuntur *deportaſſe* ejus corpus, Jud. 16, 31. Iſraelitæ arcam fœderis, 1. Sam. 4, 4. Chaldæi pretioſa Hiskiæ, 2. Reg. 10, 17. Jeſ. 39, 6. Sic ventus dicitur *tollere* res *arefactas*, Job. 27, 11. *hominem*, 1. Reg. 18, 12. Similiter Job. 32, 22. *Deus* dicitur tollere & auferre hominem per mortem ex cœtu viventium. *Auferendi* ſignificationi proxima eſt illa, qua notat γ) *condonare*; qui enim *condonat peccatum*, culpam atque reatum ab altero *aufert* atque *tollit*. In hac ſignificatione tribuitur 1) *Deo*, ad deſignandam gratioſam peccati velut graviſſimi alicujus oneris ablationem & remiſſionem, tum ratione culpæ contractæ, tum ratione pœnæ promeritæ, Gen. 18, 26. Exod. 34, 7. Num. 14, 19. Joſ. 24, 18. Pſ. 25, 18. Pſalm. 85, 3. Pſalm. 99, 8. Mich. 7, 18. &c. 2) *Homini*, qui offenſam & injuriam ſibi illatam condonat, Gen. 50, 17. δ) Significat *apportare, advehere, afferre*, 1. Reg. 10, 11. Exod. 10, 13. ε) Notat *ferre*, de terra & terræ naſcentibus. וְלָשֵׂאת פֶּרִי Et ad ferendum fructum, Ezech. 17, 8. וְנָשָׂא עָנָף Et *feret ramum*, Ezech. 17, 23. Confer. Pſalm. 72, 3. ζ) Significat *donare*, 2. Sam. 19, 43. η) De verbis, vel ſermonibus uſurpatum notat *proferre, pronunciare, enunciare*, Exod. 20, 7. c. 23, 1. Num. 23, 7. 18. c. 24, 3. Pſ. 15, 3. Hoſ. 1, 6.

נָשִׂיא m. *Princeps*, ſic dictus, quia ſuper alios elatus eſt, & totius populi curam gerit. נָשִׂיא אֲשִׁתֶנּוּ Principem conſtituam eum, 1. Reg. 11, 34. In Statu Conſtr. נְשִׂיא אֱלֹהִים אַתָּה בְּתוֹכֵנוּ *Princeps* Dei tu es in medio noſtro, Gen. 23, 6. i. e. *Princeps* à Deo excitatus & ideò excellens. Plural. נְשִׂיאִים *Principes*, Gen. 17, 20. item *Nubes*, Pſalm. 135, 7. In Statu Conſtr. נְשִׂיאֵי הָעֵדָה *Principes* concionis, Exod. 16, 22. Cum Suff. נְשִׂיאַי *Principes* mei, Ezech. 45, 8.

1) Generatim notat *evectum in altum*, ſive ratione loci, ſive ratione dignitatis. Unde 2) ſpeciatim notat α) *Principem*, qui ad altius dignitatis faſtigium evectus, & ſuper aliorum ſortem elatus eſt. Tribuitur tùm *hominibus* ſuper alios elatis, e. g. Abrahamo, Gen. 23, 6. *Poſteris Eſavi*, Gen. 17, 20. Principibus Iſraelis, Num. 4, 46. Confer. Lev. 4, 22. Num. 7, 11. 24. 30. 2. Chron. 1, 2. c. 34, 24. c. 37, 25. Ez. 44, 3. &c. tùm *Meſſiæ*, Ezech. 34, 24. β) *Nubes*, quæ ratione materiæ ſeu vaporum ex depreſſioribus terræ locis in altum elevatæ, omnium aſpectui ſe exponunt, Pſ. 135, 7. Prov. 25, 14. Jer. 10, 13. c. 51, 16.

נְשֵׂאֵת f. *Donativum.* Semel occurrit 2. Sam. 19, 43.

שִׂיא m. *Elatio*; *Sublimitas.* Cum Suffixo שִׂיאוֹ *Elatio* ejus, Job. 20, 6.

שְׂאֵת f. *Elevatio*; *Excellentia*; *Tumor.* הֲלוֹא אִם־תֵּיטִיב שְׂאֵת Nonne, ſi benefeceris, *elevatio* eſt, ſcil. vultûs? i. e. utique in benefactis eſt elevatio vultûs, quem nunc maleficii memor dejicis, Gen. 4, 7. Cum Suff. שְׂאֵתוֹ *Excellentia*, *Majeſtas* ejus, Job. 13, 11. Sed Job. 41, 16. eſt מִשֵּׂתוֹ Ab *elatione* ejus, i. e. ab eo, ubi ſe in mari attollit, pro מִשְּׂאֵתוֹ, literâ א per Syncopen conciſâ. וְלַשְׂאֵת Et *tumori* iſti, Lev. 14, 56.

1) Generatim notat *elationem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *elevationem*, qua aliquid ſe in ſublime attollit, vel elevatur, Gen. 4, 7. Job. 41, 16. β) *Tropicè* 1) *Metaphoricè* deſignat *excellentiam & dignitatem*, qua quis ſuper alios eminet. Ita tribuitur tum *homini*, qui ſuper aliorum ſortem evectus eſt, Gen. 49, 3. Pſalm. 62, 5. tùm *Deo*, qui majeſtate eſt excellentiſſimus & eminentiſſimus, Job. 13, 11. Confer. Job. 31, 16. ubi deſignat *ipſius majeſtatem vindicatricem*, potentiam ipſius ad vindicandum ſe majeſtaticè extollentem. Ita aliàs *Deus* dicitur הִנָּשֵׂא, quando punit & vindicat, Pſalm. 7, 7. Pſalm. 93, 2. 2) *Metonymicè* denotat *Tumorem* cum *inflammatione*, Lev. 13, 2. 10. 19. 28. &c.

מַשָּׂא m. *Portatio*, item *Onus*, *à tollendo* & *portando* nomen habens. Item *Prophetia*, propriè *oneroſa*, quia calamitatum & pœnarum ob peccata antegreſſa immittendarum onus annunciat. מַשָּׂא כָּל־הָעָם הַזֶּה עָלָי Onus totius populi hujus ſuper me, Num. 11, 11. וְלָמָּה יִהְיֶה עַבְדְּךָ עוֹד לְמַשָּׂא אֶל־אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ Quare ergo

Digitized by Google

ergo erit ſervus tuus amplius in *onus* apud Dominum meum Regem? 2. Sam. 19, 36. Cum Suffixo מַשָּׂאָם *Onus* eorum, Num. 4, 27. c. 4, 31.

1) Notat *geſtationem* vel *portationem*, Num. 4, 47. 2. Chron. 35, 3. 2) Transfertur ad *ſermonem*, notans ejus *prolationem*. Sed tunc α) generatim notat *prolatum, pronunciatum* vel *enunciatum aliquod*, quod non eſt in cerebro natum, ſed aliunde aſſumtum & acceptum; & nunc *doctrinæ*, nunc *Prophetiæ* nomine aliis venit, Prov. 30, 1. c. 31, 1. Huc refert Geierus illud 1. Chron. 15, 22. β) Speciatim deſignat *Prophetiam*, quæ pœnas divinas denuncians, genti vel perſonæ oneroſa eſt; quô ipſô reſpicitur ad ſignificationem *oneris*, quam eadem vox habet. Quia enim Prophetæ vocem מַשָּׂא, quæ etiam *onus* ſignificat, frequentius adhibebant de *vaticinio minaci & legis concione dura*, hinc impii Judæi Prophetas exagitabant, eorumque vaticinia & conciones per contemtum מַשָּׂא ſeu *onus* vocabant, Jer. 23, 33. Cæterum in *Prophetiæ* ſignificatu legitur 2. Reg. 9, 25. Jeſ. 13, 1. c. 15, 6. c. 17, 1. c. 19, 1. c. 21, 1. 11. 13. Nah. 1, 1. Mal. 1, 1. 3) Denotat *elationem*, Ezech. 24, 25. וְאֶת־מַשָּׂא נַפְשָׁם Et *elationem animæ* eorum, i. e. illud, ad quod animam ſuam efferunt. 4) Significat *onus*, ſive *propriè*, ſive *impropriè*. *Propriè* quidem notat *onus portatum*, vel *portandum*, 2. Reg. 5, 17. c. 8, 9. Neh. 13, 15. 19. *Impropriè* verò & per *Metaphoram* dicitur α) de *peccato*, quod inſtar graviſſimi oneris & ponderis peccatorem premit, gravat atque affligit, Pſal. 38, 5. β) de *homine*, qui alicui ob incommodam ipſius conditionem oneri atque moleſtiæ eſt, 2. Sam. 15, 34.

מַשְׂאֵת f. *Elatio, Ferculum, Onus, Prophetia; Incendium*, Jeſ. 30, 27. In Statu Conſtr. מַשְׂאַת כַּפַּי *Elatio* manuum mearum, Pſal. 141, 2. Plur. מַשְׂאֹת *Fercula*, Gen. 43, 34. Cum Suff. רֵאשִׁית מַשְׂאוֹתֵיכֶם *Primitias* munerum veſtrorum, Ezech. 20, 41.

1) Notat *elationem* vel *elevationem* rei in altum, e. g. fumi, Jud. 20, 30. manuum, Pſal. 141, 2. vitis evellendæ ex radicibus, Ezech. 17, 9. 2) Notat *ferculum* levandum atque offerendum, Gen. 43, 44. 3) Denotat *onus*, quod *levatur* in altum, cum loco moveri debet, Am. 5, 11. 4) Significat *donum* vel *munus*, quod alicui offertur, 2. Sam. 11, 8. Ita & de *oblationibus* primitiarum, Ezech. 20, 40. Huc refer 2. Chron. 24, 6. 9. ubi notat *oblationem* ſeu *collectam*. 5) Notat *Prophetiam*, Thren. 2, 14. 6) *Incendium*, quod ſe attollit in altum, vel ſurſum ſe effert, Jeſ. 30, 27. Sæpius non legitur.

מַשֹּׂא m. *Acceptatio*. Semel legitur 2. Chron. 19, 7. וּמַשֹּׂא פָנִים Et *acceptatio* facierum, i. e. προσωποληψία.

מַשְׂאֵת f. *Levatio, Elevatio, Elatio*. Ita dicitur de *incendio* Gibeæ, Jud. 20, 40. de re elatâ, ſive ſit ignis, ſive ſignum aliud, quod ad congregandum datur, Jer. 6, 1. Vid. Seb. Schmid. *Onus*, Zeph. 3, 18. *Donum, Munus, Oblatio*, Eſth. 2, 18. Jer. 40, 5.

נָשָׁא In Kal non eſt in uſu. Hiphil הִשִּׁיא *Decipit, Seduxit, Alicui impoſuit.* Conſtruitur cum Dativo vel Accuſativo. תִּפְלַצְתְּךָ הִשִּׁיא אֹתָךְ Terror tuus *decepit* te, Jer. 49,16. זְדוֹן לִבְּךָ הִשִּׁיאֶךָ Superbia cordis tui *decepit* te, Obad. 1,3. Fut. אַל־יַשִּׁא לָכֶם חִזְקִיָּהוּ Ne *imponat* vobis Hiskias, 2. Reg. 18,29. Sed 2. Chron. 32,15. Conſtruitur cum Accuſativo אַל־יַשִּׁיא אֶתְכֶם חִזְקִיָּהוּ Ne *decipiat* vos Hiskias. Et Pſalm. 55,16. eſt יַשִּׁי *Decipiat,* א per Apocopen reſecto. Niphal נִשָּׁא *Deceptus, Seductus, Defraudatus eſt.* נִשְּׁאוּ *Decepti* ſunt, Jeſ. 19,13.

1) Generatim notat *decipere*, quacunque ratione id fiat. Unde 2) ſpeciatim α) accipitur in *bonam partem*, notans, alicujus *malitiam & fraudem irritam reddere & manifeſtare*, Jer. 4,10. Vid. Seb. Schmid. in h. l. β) Sumitur in *malam partem*, ſignificans *decipere, ſeducere, & quidem ferè verbis rationibusque perſuaſoriis, ſed fallacibus; ſive reverâ talibus*, ſive *ex opinione aliorum*. Inde infert *deceptionem* non merè ignari, ſed *inducti in falſam opinionem* de re, per quam decipitur, ut ſi quis aliena ſuaſione, & propria ſtoliditate aut ſuperbiâ inductus vanam de aliqua re ſpem concipit, Gen. 3,13. 2. Reg. 18,29. c. 19,10. 2. Chron. 32,15. Pſalm. 89,22. Jeſ. 36,14. Obad. 1, 3.7. Inde γ) per *Metonymiam* antecedentis pro conſequente deſignat *fruſtrationis eventum*, ubi ſeductus & deceptus tandem ſentit, vanam fuiſſe ſpem, quæ ei facta fuit, quamque concepit, Jeſ. 19,15. Jer. 29, 8. c. 49,16.

מַשָּׁאוֹן m. *Deceptio.* Legitur ſemel Prov. 26,26.

מַשּׁוּאוֹת f. pl. *Vaſtitates,* vide in שָׁאָה *Vaſtatus eſt.*

נָשַׁב *Spiravit, Perflavit, Efflavit, Difflavit, Sufflavit.* רוּחַ יְהוָה נָשְׁבָה Spiritus Domini *ſpiravit, perflavit* in eum, Jeſ. 40,7. Hiphil הִשִּׁיב *Spirare fecit, Difflavit, Flatu abegit.* Fut. יַשֵּׁב רוּחוֹ *Spirare facit* ventum ſuum, Pſalm. 147,18. וַיַּשֵּׁב אֹתָם אַבְרָם *Abegit* eas Abram. Sæpius non legitur.

נָשַׂג In Kal non eſt in uſu. Hiphil הִשִּׂיג *Attigit, Aſſecutus, Conſecutus eſt, Attingere fecit, Admovit.* פֶּן יְמַהֵר וְהִשִּׂגָנוּ Ne feſtinet & *adſequatur* nos, 2. Sam. 15,14. וְהִשִּׂיגָה יָדוֹ Et *aſſecuta fuerit* manus ejus, Lev. 25,26. רֹדְפֶיהָ הִשִּׂיגוּהָ *Perſequentes* eam *aſſequuntur* eam, Thren. 1,3. Infin. cum Fut. הַשֵּׂג תַּשִּׂיג *Aſſequendo aſſequeris,* 1. Sam. 30,8. אֶרְדֹּף אַשִּׂיג *Perſequar, aſſequar,* Exod. 15,9. הַאַשִּׂגֶנּוּ An *aſſequar* eum, 1. Sam. 30,8. וַיַּשִּׂיגוּ אוֹתָם Et *aſſecuti* ſunt eos, Exod. 14,9.

I) Generatim notat *attingere*, quocunque id fiat modo. Unde II) Speciatim 1) perinde, ac ſi foret in Kal, abſtractivam ſignificationem *attingendi* habet, ac α) idem eſt ac *attingere, aſſequi,* erreichen/ Lev. 26,5. Gen. 47,9. β) *Acquirere,* erwerben. Quod enim acquiritur, attingitur, Lev. 25,49. Num. 6,21. Conf. Lev. 14,30. 31. 32. γ) *Comprehendere,*

appre-

apprehendere aliquem, ne elabatur. Ita *homo* comprehendit fugientem, Gen. 31, 25. c. 44, 4. 6. Exod. 15, 9. 1. Sam. 30, 8. 2. Sam. 15, 14. Pſalm 7, 6. Jer. 39, 5 c. 52, 8. Thren. 1, 3. *peccata* Meſſiam, mediatoris partes agentem, Pſalm. 40, 13. *maledictiones* transgreſſores legis, Devt. 28, 15. ira Dei hoſtes Meſſiæ, Pſal. 69, 25. benedictiones factores legis, Devt. 28, 2. varii & omnis generis terrores impium moriturum, Job. 27, 20. gaudium & lætitia redemtos Domini, Jeſ. 51, 11. 2) Capitur *effective*, notans tum *attingere facere, admovere, referre, applicare*, 1. Sam. 14, 26. tum *movere*, recedere facere, e. g. terminos, Job. 24, 2. ſignificatione petitâ à נָסַג vel סוּג *Averti, recedere.*

שִׂיג m. *Inſectatia*, 1. Reg. 18, 27.

נָשָׁה *Oblitus fuit; Oblivioni traditus eſt; Mutuavit, Mutuum vel mutua dedit, Fœneravit* aut *fœnore accepit, Exegit creditum vel mutuum,* ubi conſtrui ſolet cum בְּ. נָשְׁתָה גְבוּרָתָם *Oblivioni tradita* eſt potentia eorum, Jer. 51, 30. נָשִׁיתִי טוֹבָה *Oblitus ſum* boni, Thr. 3, 17. וְלֹא נָשׁוּ בִי Neque in *uſuram dederunt* mihi, Jer. 15, 10. Fut. תֶּשִׁי *Oblivisceris*, Devt. 32, 18. Irregulariter pro תֶּשֶׁה. Partic. נוֹשֶׁה *Mutuo dans*, Devt. 24, 11. Sed 1. Sam. 22, 2. eſt נֹשֶׁא, litera ה cum א alternante. Plur. נֹשִׁים בָּהֶם כֶּסֶף *Fœnori dantes* eis argentum, Neh. 5, 10. מִנּוֹשַׁי A *creditoribus* meis, Jeſ. 50, 1. Niphal נִשָּׁה *Oblivioni traditus fuit.* Fut. תִנָּשֵׁנִי *Oblivioni traderis* à me, Jeſ. 44, 21. Piel נִשָּׁה *Oblivisci fecit.* נַשַּׁנִי *Oblivisci fecit* me, Geneſ. 41, 51. pro נִשַּׁנִי, (-) cum (.) alternante. Hiphil הִשָּׁה *Oblivisci fecit, mutuò dedit, Mutuum exegit.* Particip. מַשֶּׁה *Mutuum dans*, Devt 15, 2. Fut. כִּי תַשֶּׁה בְרֵעֲךָ מַשַּׁאת מְאוּמָה Si *mutuò dederis* ſocio tuo mutuum ullius rei, Devt. 24, 10. יַשִּׁיא *Exactorem* aget, Pſalm. 89, 23. ה cum א alternante; Et Pſalm. 55, 16. יַשִּׁי, א per Apocopen reſecto. Sed utrumque non incommode referri poteſt ad radicem נשא.

1) Generatim videtur deſignare *dimotionem*, vel *detractionem rei ex loco*, quacunque ratione ea fiat. Unde 2) ſpeciatim α) notat *oblivisci, oblivioni tradere*, quia, quæ obliviſcimur, aut oblivioni tradimus, ea è memoria, quam occupant, *dimoventur*, Gen. 41, 51. Devt. 32, 18. Thr. 3, 17. In hac ſignificatione tribuitur *Deo*, Jer. 23, 39. quod homines negligat, graviſſimis calamitatibus exponat, eosque ſua ope & ſolatio deſtituat, non ſecus, ac ſi eorum oblitus eſſet. Sed quando Job. 11, 6. *Deus* dicitur *facere oblivisci peccata*, quando vel *ea abſcondit ab homine*, ut eum lateant, recondita inter occulta ſapientiæ, dicendumque ei ſit, ab occultis munda me Domine; vel differt pœnas erga peccatores. β) Significat *mutuum dare, in uſuram dare, creditum* vel *mutuum exigere*, quia, qui mutuum dat, id, quod dat, è priſtino loco dimovet, & in alium transfert; &, qui mutuum exigit, niſi detur, ſupellectilia è domo debitoris tollit &

 aufert.

aufert. *Mutuum dare*, vel *in uſuram dare* ſignificat, Exod. 22, 24. 25. Devt. 15, 2. c. 24, 10. Jeſ. 24, 2. Jer. 15, 2. *Debitum* autem vel *mutuum exigere* notat 2. Reg. 4, 1. 1. Sam. 22, 2. Neh. 5, 10. 11. Proinde importat *actionem creditoris*, ſive *dantis*, ſive *exigentis* mutuum. Sed Jeſ. 50, 1. *Metaphorice* hac voce veniunt *Diabolus, Mors* & *damnatio*, & dicuntur Meſſiæ *creditores*, ſive *exactores*, quod Meſſias debita humani generis in ſe ſuſceperat, quorum ſolutionem exigebant. Vid. Sebaſt. Schmid. in h. l. γ) Notat *luxari*, prout ex voce conjugata נָשֶׁה videre eſt; quia, quicquid *luxatur*, è locô propriô movetur.

וַנַּשִּׁים *Devaſtavimus*, pertinet ad שָׁמֵם & eſt Fut. in Hiphil, factâ compenſatione literæ abjectæ more Chaldæorum in literâ abjectam præcedente.

נָשֶׁה m. *Luxatus*, i. e. *è loco proprio motus*, Gen. 32, 33. Præterea non legitur.

מַשָּׁא m. *Mutuum, Debitum*. Bis legitur Neh. 5, 7. ubi in quibusdam exemplaribus eſt מַשָּׂא *Onus*, Neh. 10, 31.

מַשָּׁאה f. *Mutuum, Debitum*. Bis legitur. In Statu Conſtructo מַשַּׁאת מְאוּמָה *Mutuum ullius rei*, Devt. 24, 10. pro מַשָּׁאַת per Syriaſmum, quo א (:) ante ſe reſpuit, & (-) ſibi ſubſcriptum in locum ejus transfert, quiete ſibi ipſi inducta. Plural. מַשָּׁאוֹת *Debita*, Prov. 22, 26.

נְשִׁי m. *Debitum*, idque *paſſivum*. Semel occurrit cum Suffixo 2. Reg. 4, 7. נְשִׁיכִי *Debitum* tuum, pro נְשִׁיךְ, י eſt Paragogicum.

נְשִׁיָּה f. *Oblivio*. Legitur ſaltem Pſalm. 88, 13.

נָשִׁים f. pl. *Fœminæ, Mulieres*; quæ ſic dici cenſentur, quod ſint *obliviosæ*, & *minus memoriâ* valeant, quàm viri, vel quod in illis *extirpetur* & *oblivioni* tradatur *memoria Patris* vel *paternæ familiæ*. Minimè vero arbitreris, id nominis tum demum mulieribus tribui, quando nuptas in alienam transferunt familiam, paternam oblivioni tradentes, quia non minus de virginibus, vel cœlibatum colentibus, quàm de maritatis dicitur, Gen. 31, 35. Eſth. 2, 3. 8. 9. 11. Job. 42, 15. Jeſ. 4, 1. Celeberr. Dn. D. Danzius in Literatore §. 55. deduxit ex אֲנָשִׁים, primâ radicali א per Aphæreſin ablatâ, ut ſingulare אִשָּׁה ex אִישׁ. וַיִּקְחוּ לָהֶם נָשִׁים Et ſumſerunt ſibi *mulieres*, uxores, Devt. 6, 2. In Statu Conſtr. נְשֵׁי הַמֶּלֶךְ *Uxores* Regis, 2. Reg. 24, 15. Cum Suffixo נָשֵׁינוּ *Uxores* noſtras, Num. 14, 3. נְשֵׁיכֶם *Uxores* veſtræ, Jer. 44, 9.

I) Generatim notat *mulieres*, ſive ſint *virgines* & *cœlibatum colentes*, ſive ſint *maritatæ*. II) Speciatim 1) *propriè* notat α) *mulieres virgines*, Eſth. 2, 3. 8. 9. 11. Job. 42, 15. β) *Mulieres maritatas*, Gen. 7, 13. c. 31, 17. c. 32, 22. 1. Sam. 27, 3. c. 30, 18. 1. Reg. 11, 3. 2) *Impropriè* α) per *Metaphoram* deſignat *timidum, infirmum* & *ignavum hominis animum*,

mum, Jeſ. 3, 12. c. 19, 16. Jeſ. 51, 30. Nah. 3, 13. β) Per *προσωποποιίαν* deſignat *totum populum*, Ezech. 23, 2. & *majores urbes*, Jeſ. 32, 9. prout *minores urbes* cum pagis & vicis filiæ vocari ſolent.

נָשַׁךְ *Momordit, Fœneravit, in uſuram dedit.* נָשַׁךְ הַנָּחָשׁ *Momordit* ſerpens, Num. 21, 9. וּנְשָׁכָם Et *mordebit* eos, Am. 9, 3. Particip. הַנֹּשֵׁךְ *Mordens*, Gen. 49, 17. Part. Paul נָשׁוּךְ *Morſus*, Num. 21, 9. Fut. אִם יִשֹּׁךְ Si *momorderit*, Eccl. 10, 11. Piel וְנִשְּׁכוּ אֶתְכֶם Et *mordebunt* vos, Jer. 8, 17. וַיְנַשְּׁכוּ אֶת־הָעָם Et *momorderunt* populum. Hiphil Fut. אַל־תַּשִּׁיךְ Ne in uſuram capias, Devt. 23, 19. 20.

1) Generatim *mordendi* habet ſignificationem, ſive morſus fiat *propriè*, ſive *impropriè*. 2) Speciatim α) notat *mordere*, & *propriè* dicitur tùm de *hominibus* cibum jucundum comedentibus, Mich. 3, 5. tùm de *ſerpentibus* Num. 21, 7. 8. 9. Eccl. 10, 8. 11. *Impropriè* vero & per *Metaphoram* dicitur de *doloribus* tàm corporis, quàm animi à vino & crapula relictis, Prov. 23, 32. de *invaſione & ſpoliatione hoſtili*, Hab. 2, 7. β) Notat in *uſuram dare, fœnerare*, quia *uſuris* facultates debitoris quaſi admordentur, corroduntur & conſumuntur, Devt. 23, 19. 20.

נֶשֶׁךְ m. *Uſura, Fœnus*, à *mordendo* nomen trahens, quia *facultates debitoris* quaſi *admordet, corradit & conſumit.* Inde Talmudiſtarum effatum: *Creditor mordet, cum exigit, quod non dedit: Debitor mordetur, cum reddit, quod non accepit.* Vid. Buxtorff. in Lex. לֹא תְשִׂימוּן עָלָיו נֶשֶׁךְ Non ponetis ſuper eum *fœnus*, Exod. 22, 24. מַרְבֶּה הוֹנוֹ בְּנֶשֶׁךְ וּבְתַרְבִּית Multiplicans opes ſuas *uſurâ* & quæſtu, Prov. 28, 8. Eadem vox occurrit, Lev. 25, 36. Devt. 23, 19. Pſal. 15, 5. Ezech. 18, 17. c. 18, 8. 13. c. 22, 12.

נִשְׁכָּה f. *Cella, Cubiculum, Conclave.* Etymi rationem allaturus Coccejus ſcribit: *In atrio erant conſtituta conclavia, admorſo nonnihil ejus ſpatio.* Ter legitur. Nempe Neh. 13, 7. נֶגֶד נִשְׁכָּתוֹ E regione *cellæ* ſuæ, Neh. 3, 30. הַנְּשָׁכוֹת *Cellæ, Cubicula*, Neh. 12, 44.

נָשַׁל *Exuit, Extraxit, Decuſſit, Dejecit, Ejecit*, item *Excuſſus eſt.* וְנָשַׁל גּוֹיִם רַבִּים מִפָּנֶיךָ Et *ejecerit* gentes multas coram te, Devt. 7, 1. 22. וְנָשַׁל הַבַּרְזֶל מִן־הָעֵץ Et *excuſſum fuerit* ferrum à ligno, Devt. 19, 5. שַׁל־נַעֲלֶיךָ מֵעַל רַגְלֶיךָ *Exue* calceos de pedibus tuis, Exod. 3, 5. Joſ. 5, 15. Fut. כִּי יִשַּׁל זֵיתֶךָ Quia *excutietur* oliva tua. Devt. 28, 40. Sed Job. 27, 8. eſt יֵשֶׁל *Excutit.* Piel וַיְנַשֵּׁל אֶת־יְהוּדִים Et *ejecit* Judæos, 2. Reg. 16, 6.

נָשַׁם *Spiravit, Animatus* eſt, apud Chaldæos, Syros, Samaritanos & Arabes. Inde apud Ebræos eſt

נְשָׁמָה f. *Spiritus, Anima, Halitus, Flatus, Reſpiratio.* לֹא תְחַיֶּה כָּל־נְשָׁמָה Non erit ulla anima, Devt. 20, 16. In Statu Conſtr. וַיִּפַּח בְּאַפָּיו נִשְׁמַת חַיִּים Et *inſpiravit* in nares ejus animam

Digitized by Google

vitarum, Gen. 2,7. Cum Suffixo נִשְׁמָתִי *Anima* mea, Job. 27,3. Plur. וּנְשָׁמוֹת אֲנִי עָשִׂיתִי Et animas *ego feci*, Jeſ. 57,16.

1) Generatim notat *ſpiritum*. Prout vero vox *Spiritus* variè accipi ſolet: ita varie quoque vox נְשָׁמָה ſumi ſolet. Nimirum 2) ſpeciatim α) notat *animam*, corpus ſive *hominis*, ſive *bruti* animantem. De anima *hominis* adhibetur, Gen. 2,7. 1. Reg. 17,17. Job. 27,3. c. 34,14. Prov. 20,27. De anima autem etiam ipſius bruti dicitur Gen. 7,22. β) Notat *halitum* ex ore *efflatum*, *propriè* quidem *hominis*, Jeſ. 2, 22. *impropriè* autem & per *Metaphoram* Dei, 1) ad deſignandam *ejus gratiam & refectionem*, inſtar frigidi, æſtivô æſtu halitûs ſive venti hominem reficientis ſuaviſſimè, Jeſ. 57,16. 2) ad denotandam *ejus iram & vindictam* inſtar validiſſimi venti quævis obvia proſternentis, vel ignem ſuſcitantis atque foventis, Job. 4,9. Pſalm. 18,16. Jeſ. 3,33. γ) Notat *Spiritum Sanctum*, qui à Patre & Filio ſpiratur, Job. 32,8. c. 33,4. δ) *Synecdochicè* ponitur pro *toto animato*, Devt. 20,16. 1. Reg. 15,29. Ezech. 11. 11. 14.

תִּנְשֶׁמֶת f. Tàm in *avium*, quàm *lacertorum* genere eſt. In his Jeſ. 11,30. Bocharto Hieroz. P. I. lib. 4. c. 6. p. 1078. eſt *chamæleon*, à *ſpiratione* ſic dictus, quia os perpetuô hiatu diducit, ut aerem attrahat. Sed pleriſque eſt *talpa*, Samaritano *muſtela*, Syro *Scolopendra*. In *avibus*, Lev. 11,18. ei eſt *noctua*, & deducit à שמם quod eſt *mirari & obſtupeſcere*, quia hujus avis formâ plane inſolitâ aliæ aves obſtupeſcunt. Vid. Hieroz. P. II. pag. 290, 291. R. Salomo *verſpertilionem* eſſe autumat.

נָשַׁף *Flavit, Sufflavit*. נָשַׁף בָּהֶם *Sufflat* in eos, Jeſ. 40, 24 נָשַׁפְתָּ *Flaviſti*, Exod. 15,10. Amplius non legitur.

נֶשֶׁף m. *Crepuſculum*; *Tenebræ*; *Tempus obſcurius* vel poſt *veſperam* ante *noctem*, vel poſt *noctem* ante matutam; à נָשַׁף *Flavit*, ſic dictum, quod eo tempore frigidior aura flare ſoleat. הָרֵי נֶשֶׁף Montes *crepuſculi* ſeu tenebrarum, i. e. luci officientes & tenebras efficientes, Jer. 13, 16. אֶת־נֶשֶׁף חִשְׁקִי שָׂם לִי לַחֲרָדָה *Crepuſculum* deſiderii mei poſuit mihi in tremorem, i.e. Cor meum cohorreſcit, ut etiam nox, quam ob quietem deſidero, tremore non careat, Jeſ. 21, 4.

1) Generatim juxta R. Nathanem dicitur deſignare *caliginem* vel *obſcuritatem*, ceu colligitur ex Jeſ. 59,10. Job. 24,15. Unde 2) Speciatim dicitur α) de *crepuſculô* tum *matutino* ante ſolis ortum, 1. Sam. 30,17. 2. Reg. 7,5.7. Job. 7,4. Pſal. 119,147. tùm *veſpertino*, Job. 3,9. Prov. 7,9. Jeſ. 5,11. β) de *aliis rebus*, e. g. de montibus, Jer. 13,16.

אַשָּׁפִים m. pl. *Aſtrologi*, Dan. 2,2. qui ſic dici putantur, quia tempore *crepuſculi* cœlum cujusque ſidera obſervabant.

יַנְשׁוּף m. *Noctua*, Lev. 11,17. Sed Jeſ. 34,11. eſt יַנְשׁוֹף.

Digitized by Google

נָשַׁק *Oſculatus, Deoſculatus, Armatus eſt.* Conſtruitur cum ל & אֵת. וְנָשְׁקָה לוֹ Et *oſculabatur* eum, Prov. 7, 13. צֶדֶק וְשָׁלוֹם נָשָׁקוּ Juſtitia ſe *oſculantur*, Pſalm. 85, 11. Fut. אֶשְּׁקָה נָּא לְאָבִי וּלְאִמִּי *Oſculabor* quæſo patrem meum & matrem meam, 1. Reg. 19, 20. וַיִּשַּׁק Et *oſculatus eſt* eum, Gen. 27, 27. וַיִּשָּׁקֵהוּ Et *oſculatus eſt* eum, Gen. 33, 4. Particip. נֹשְׁקֵי קֶשֶׁת *Armati* arcu, 2. Chron. 17, 17. Piel נִשֵּׁק *Oſculatus eſt.* Infin. וְלֹא נְטַשְׁתַּנִי לְנַשֵּׁק לְבָנַי וְלִבְנֹתָי Et non permiſiſti mihi *oſculari* filios meos & filias meas, Gen. 31, 28. Futur. וַיְנַשֵּׁק לְבָנָיו Et *oſculatus eſt* filios ſuos, Gen. 31, 55. Imper. נַשְּׁקוּ בַר *Oſculamini* filium, Pſal. 2, 12. Hiphil Particip. fœm. Plur. מַשִּׁיקוֹת *Oſculantes*, i. e. *Contingentes, Complectentes*, Ezech. 3, 13.

1) Generatim videtur involvere *occurſionem*, ſive *oſculandi* ſive *pugnandi* cauſâ fiat. Unde 2) ſpeciatim *α*) notat *oſculari*, quia *oſculaturi* ſe mutuò, ore invicem ſibi occurrunt. Notat autem *oſculari* 1) *oſculo religioſo* reſpectu Meſſiæ, quô eum ſincerè amamus, pie veneramur, eique promte obſequimur, Pſalm. 2, 12. Cant. 8, 2. 2) *Superſtitioſo* reſpectu idolorum, quo idololatræ ea colebant, 1. Reg. 19, 18. Hoſ. 13, 2. Huc refert Mercerus illud, Job. 31, 27. Sed rejicit Sebaſt. Schmidius, & ad adulationis vitium refert, ita, ut Jobus illud à ſe removeat, dicens, *ſe nunquam ſive corde ſive manu ſua tantum indulſiſſe ori ſuo, ut aſſentaretur ſoli ſplendenti & lunæ lucenti, i. e. iis, qui in ſplendore creſcebant & verſabantur & favorem eorum captaret blandis verbis cum iniquitate.* 3) *Oſculo reverentiæ & obſequii*, Gen. 41, 40. 1. Sam. 10, 1. unde oſculari per *Metonymiam* adjuncti dicitur ſignificare *obedire, obſequi*, &c. 4) *Oſculo amoris* ſive veri & ſinceri, Gen. 45, 15. 1. Sam. 20, 41. ſive ſimulati, 2. Sam. 20, 9. tum *oſculô* caſto, Gen. 29, 11. Cant. 1, 20. tum impudicô, Prov. 7, 13. 5) *Oſculo reconciliationis*, Gen. 33, 4. 2. Sam. 14, 33. 6) *Oſculo adulationis*, Job. 31, 27. 2. Sam. 15, 5. 7) *Oſculo ſalutationis*, Gen. 29, 13. Exod. 18, 7. 8) *Oſculo valedictionis*, Gen. 31, 28. Ruth. 1, 9. 1. Reg. 19, 20. 2. Sam. 19, 40. *β*) Notat *armari*, quia armati pugnam inituri ſibi invicem occurrunt. Hunc ſignificatum habet 1. Chron. 12, 2. 2. Chron. 17, 17. Pſalm. 78, 19. *γ*) *Complecti, contingere*, Ezech. 3, 13.

נְשִׁיקוֹת f. pl. *Oſcula.* Bis legitur Prov. 27, 6. Cant. 1, 2.

נֶשֶׁק m. *Arma, Armatura*; item *Armamentarium.* בַּנֶּשֶׁק יְבַעֲרוּ אֵשׁ *Armis accendent* ignem, Ezech. 39, 10. Vid. 1. Reg. 10, 15. 2. Chron. 9, 24. Jeſ. 22, 8. מִמֶּגֶר עֲלוֹת הַנֶּשֶׁק E regione aſcenſus *armamentarii*, Neh. 3, 19. &c.

נָשַׂק In Kal non eſt in uſu. Hiphil הִשִּׂיק *Accendit, Incendit.* וְהִשִּׂיקוּ בְּנֶשֶׁק Et *incendunt* arma, Ezech. 39, 9. Fut. יַשִּׂיק *Accendet*, Jeſ. 44, 15. Niphat נִשַּׂק *Accenſus eſt.* וְאֵשׁ נִשְּׂקָה Et ignis *ſuccenſus fuerat*, Pſal. 78, 21.

בָּשַׁר *Roſtro vellicavit* apud Arabes. Inde Bochartus deducit in Hieroz.

נֶשֶׁר m. *Aquila*, quod rem roſtro *carpat* & *vellicet*. Sed celeberr. Majus derivat ab Arab. نَشَرَ Reviviſcere, revireſcere, quæ ſignificatio quadrat ad Pſal. 103, 5. Jeſ. 40, 3. Dan. 4, 30. נֶשֶׁר גָּדוֹל *Aquila* magna, Ezech. 17, 3. Plural. נְשָׁרִים *Aquilæ*, Exod. 19, 4. In Statu Conſtr. מִנִּשְׁרֵי שָׁמָיִם Præ *æquilis* cœli, Thren. 4, 19. Vid. Devt. 28, 49. c. 32, 11. Job. 9, 26. c. 39, 30. Pſal. 103, 5. Prov. 30, 17. 19. Jer. 48, 40. c. 49, 16. 22. &c.

בָּשַׁר *Diviſit*, apud Arabes; Apud Chaldæos autem נְסַר eſt *diſſecuit*, ש cum ס permutato. Inde

מַשּׂוֹר m. *Serra*, Jeſ. 10, 15. & verbum in Hiphil Fut. וַיָּשַׂר Diſſecuit *ſerrâ*, pro וַיַּשַּׂר, Dageſch forti compenſativo extruſo, & per (ָ) compenſato. Præterea non occurrit.

נָשַׁת *Defecit*, *Periit*. נָשְׁתָה גְבוּרָתָם *Defecit robur eorum*, Jer. 51, 30. Alii referunt ad נָשָׁה, & reddunt: *Oblivioni traditum eſt robur eorum*. לְשׁוֹנָם בַּצָּמָא נָשָׁתָּה Quorum lingua præ ſiti *deficiebat*, Jeſ. 41, 17. Niphal וְנִשְּׁתוּ־מַיִם מֵהַיָּם Et *deficient* aquæ ex mari, Jeſ. 19, 5. Amplius non legitur

נָתַב Arab. نَتَبَ *Eminuit*. Inde eſt

נָתִיב m. *Via eminens*, *recta*, *regia*; *Semita*, Job. 18, 10. c. 28, 7. c. 41, 23. Pſalm. 78, 50. In Statu Conſtr. הַדְרִיכֵנִי בִּנְתִיב מִצְוֹתֶיךָ Incedere fac me in *via*, *ſemita* præceptorum tuorum, Pſal. 119, 35. Sæpius non legitur.

נְתִיבָה f. *Semita*, *Via trita*. Cum Suff. נְתִיבָתִי *Semita* mea, Job. 30, 13. Plur. נְתִיבוֹת *Semitæ*. בֵּית נְתִיבוֹת Domus h. e. *locus ſemitarum*, ubi concurrunt ſemitæ, i. e. *bivium* vel *compitum*, Prov. 8, 2. Cum Suff. וְעַל־נְתִיבוֹתַי חֹשֶׁךְ יָשִׂים Et ſuper ſemitas meas tenebras ponit, i. e. omnia mea negotia, actionesque meas impedivit, ut non queam cum ſucceſſu quicquam agere, Job. 19, 8. Cum Suffixo נְתִיבוֹתֶיהָ *Semitæ* ejus, Hoſ. 2, 8.

1) Generatim notat *ſemitam*, 2) Speciatim α) *propriè* notat *viam tritam, qua incedere poſſunt homines*, Jeſ. 43, 16. Jud. 5, 6. β) *Metaphoricè* deſignat *vivendi rationem*, *conſuetudinem*, *actionem*, *negotium*, Job. 19, 8. Pſalm. 119, 105. Pſalm. 142, 4. Prov. 1, 15. c. 12, 28. Conf. Job. 30, 13. ubi adhibetur de *ſemita* juſtitiæ, in qua piè & juſtè vivendo inceſſit Jobus.

נָתַח Piel *Diviſit* in fruſta. וְנִתַּח אֹתָהּ לִנְתָחֶיהָ Et *dividet* illud in fruſta ſua, Lev. 1, 6. וְנִתַּח אֹתוֹ לִנְתָחָיו Deinde *dividet* illud in fruſta ipſius, Lev. 1, 12. Fut. וָאֲנַתְּחֶהָ Et in fruſta *diviſi* eam,

Jud. 20, 6. וְאֶת־הָאַיִל תְּנַתֵּחַ Et *divides* arietem, Exod. 29, 17. וַיְנַתְּחֵהוּ Et *diviſit* illud, 2. Sam. 11, 7. וַיְנַתְּחֶהָ לַעֲצָמֶיהָ Et *diſſecuit* eam juxta oſſa ejus, Jud. 19, 29.

נֵתַח m. *Fruſtum*, *Membrum*, *Segmentum*, Ezech. 24, 4. Plural. נְתָחִים *Segmenta*, Jud. 19, 29. Levit. 1, 8. c. 8, 20. נְתָחָיו *Segmenta* ejus, Exod. 29, 17. נְתָחֶיהָ *Membra* ejus, Ezech. 24, 4. הָאַיִל תְּנַתֵּחַ לִנְתָחָיו Arietem divides in *membra* ſua, Exod. 29, 17.

נָתַךְ *Fuſus*, *Effuſus fuit*. Fut. וְלֹא תִתַּךְ חֲמָתִי בִּירוּשָׁלִָם Nec *effundetur* ira mea in Hieroſolymam, 2. Chron. 12, 7. וַתִּתַּךְ חֲמָתִי וְאַפִּי Ideo *effuſa* eſt excandeſcentia mea & ira mea, Jer. 44, 6. Niphal נִתַּךְ *Fuſus*, *Effuſus fuit*. וּמָטָר לֹא נִתַּךְ אָרְצָה Et pluvia non *effuſa eſt*, *defluxit* in terram, Exod. 9, 33. חֲמָתוֹ נִתְּכָה כָאֵשׁ Excandeſcentia ejus *effunditur* ſicut ignis, Nah. 1, 6. וּנְתַכְתֶּם Et fundemini, Ezech. 22, 21. Particip. אַפִּי וַחֲמָתִי נִתֶּכֶת אֶל־הַמָּקוֹם הַזֶּה Ira mea & excandeſcentia mea *effundetur* ſuper locum hunc, Jer. 7, 20. Hiphil הִתִּיךְ *Fudit*. וְהִתַּכְתִּי אֶתְכֶם Ut *fundam* vos, Ezech. 22, 20. הִתִּיכוּ עֲבָדֶיךָ אֶת־הַכֶּסֶף *Fuderunt* ſervi tui argentum, 2. Reg. 22, 9. Infin. לְהַנְתִּיךְ Ad *fundendum*, Ezech. 22, 20. Fut. תַּתִּיכֵנִי *Fudiſti* me, Job. 10, 10. Hophal תֻּתְּכוּ *Fundemini*, Ez. 22, 22.

1) Generatim *fundendi* ſignificationem habet, quacunque ratione fuſio vel effuſio fiat. Quia vero non tantum *aqua* funditur vel effunditur, ſed etiam *res ab igne liquefacta & accenſa*; Inde 2) varie adhibetur. Nimirum ſpeciatim α) dicitur de *pluvia*, quam nubes deſtillant atque effundunt, Exod. 9, 33. 2. Sam. 21, 10. item de *aquâ*, quæ funditur, Job. 3, 24. β) Transfertur ad *metalla*, quæ liquefacta funduntur, Ez. 22, 20. & in formam aliquam immittuntur, 2. Reg. 22. 9. 2. Chron. 34, 17. Vid. Seb. Schmid. in Job. 10, 10. Quando autem homines inſtar metallorum fundi dicuntur, per *Metaphoram* deſignatur *eorum everſio*, Ezech. 22, 20. 21, 22. γ) Applicatur ad denotandam *admirandam hominis in utero matris formationem in maſſam* à Deo factam, Job. 10, 10. δ) Adhibetur de *graviſſima Dei ira & excandeſcentia*, quæ *effundi* dicitur, ad *deſignandam graviſſimam ejus vindictam*, quæ inſtar maximi ignis deſuper effunditur, & omnia perdit, 2. Chron. 12, 7. c. 34, 21, 25. Jer. 7, 20. c. 42, 18. c. 44, 6. Confer. Dan. 9, 29. Neh. 1, 6. Sæpius non legitur.

הִתּוּךְ m. *Fuſio*. Semel occurrit, Ezech. 22, 22.

נָתַן *Dedit*, *Tradidit*, *Reddidit*, *Suppeditavit*, *Præſtitit*, *Applicuit*, *Collocavit*, *Conſtituit*, *Poſuit*, *Appoſuit*, *Diſpoſuit*, *Expoſuit*, *Præpoſuit*, *Locavit*, *Elocavit*; *Sivit*, *Permiſit*. נָתַן אַבְרָהָם מַתָּנוֹת *Dedit* Abraham dona, Gen. 25, 6. נָתַן יְהוָה אֶת־אֹיְבֵיכֶם אֶת־מוֹאָב בְּיֶדְכֶם *Tradidit* Dominus hoſtes veſtros, Moabitas in manum veſtram, Jud. 3, 28. נָתַתָּה *Dediſti*, Gen. 15, 3. Sed 2. Sam. 22, 41. eſt תַּתָּה *Dediſti*, primâ radicali נ per Aphæreſin ablatâ. נְתַתֶּם *Dediſtis*,

ſtis, Jud. 21, 22. נָתַנּוּ *Dedimus*, 1. Chron. 29, 14. Infin cum Fut. אִם נָתֹן תִּתֵּן Si dando *dederis*, Num. 21, 3. Sed Num. 20, 21. eſt נְתֹן, Pſalm. 8, 2. תְּנָה cum ה Paragogicô, & Gen. 4, 12. & alibi frequentius תֵּת pro תְּנֶת, נ per Syncopen conciſô, & (ְ) in (..) mutatô. טוֹב תִּתִּי אֹתָהּ לָךְ מִתִּתִּי אֹתָהּ לְאִישׁ אַחֵר Melius eſt, ſi *dem* tibi eam, quam ſi dem eam viro alii, Gen. 29, 19. Fut. אֶתֵּן *Dabo*, Gen. 12, 7. Cum ה Paragogicô אֶתְּנָה לְךָ כֶּסֶף *Dabo* tibi argentum, 1. Reg. 21, 2. וַיִּתֵּן יְהוָה בְּיָדוֹ אֶת־כּוּשַׁן Et *tradidit* Dominus in manum ejus Cuſam, Jud. 3, 10. Imper. תֵּן *Da*, 2. Reg. 4, 43. Cum ה Parag. תְּנָה Gen. 30, 26. Niphal נִתַּן *Datus*, *Traditus* fuit. בֵּן נִתַּן לָנוּ Filius *datus eſt* nobis, Jeſ. 9, 5. וְנִתַּן הֶהָמוֹן בְּיָדוֹ Et *tradetur* multitudo iſta in manum ejus, Dan. 11, 11. וּבַעֲוֹנֹתֵינוּ נִתַּנּוּ אֲנַחְנוּ Et propter iniquitates noſtras *traditi ſumus*, Eſr. 9, 7. Particip. נִתָּן *Datur*, Exod. 5, 16. Infin. הִנָּתֵן יִנָּתֵן *Dando dabitur*, i. e. certiſſimè dabitur, Jer. 32, 4. Hophal הֻתַּן *Datus fuit*, *Traditus fuit*, *Conſtitutus fuit*. Fut. יֻתַּן *Dabitur*, Num. 32, 5. וַיֻּתַּן בֵּין הַשָּׁמַיִם וּבֵין הָאָרֶץ Ut *conſtitutus eſſet*, vel *penderet* inter cœlum atque terram, 2. Sam. 18, 9.

1) Generatim notat *dare*; quæ ſignificatio, ut eſt primaria, ita variatur pluribus concipiendi modis, quos tum additamenta verborum, tum circumſtantiæ rerum monſtrant & innuunt. 2) Speciatim α) notat *dare rem, ut alicujus ſit*, Gen. 12, 7. c. 24, 3. c. 25, 6. c. 43, 23. Devt. 1, 36. Joſ. 2, 9. vel *cum aliquo ſit*, Gen. 3, 12. β) *Dare rem*, ut *alicubi ſit*, i. e. *ponere*, *collocare*, &c. Lev. 4, 7. 1. Reg. 7, 39. γ) *Dare rem, ut ſit*, i. e. *facere*, Gen. 17, 5. Lev. 19, 28. 1. Reg. 16, 3. Pſalm. 18, 33. Pſalm. 44, 12. Jer. 26, 6. c. 31, 35. c. 49, 15. Thren. 1, 13. Ezech. 3, 9. c. 6, 14. Mal. 2, 9. δ) *Dare aliquem, ut talis ſit*, vel *aliis præſit*, i. e. *conſtituere aliquem ſuper rem* vel *homines*, *præficere aliquem aliis*, Gen. 41, 41. Devt. 17, 15. Jeſ. 55, 4. Jer. 1, 4. ε) *Dare in poteſtatem alterius*, i. e. *tradere*, Lev. 26, 25. Eſr. 9, 7. Jeſ. 36, 15. c. 37, 10. Jer. 32, 4. c. 38, 3. c. 37, 17. c. 44, 3. ζ) *Dare alicui*, idem eſt ac *attribuere alicui*, 1. Sam. 18, 8. Job. 1, 22. Pſalm. 68, 35. Jeſ. 42, 8. c. 48, 11. Jer. 13, 16. η) *Dare* valet *reputare*, 1. Sam. 1, 16. Ezech. 28, 2. θ) *Permittere*, Gen. 20, 6. c. 31, 7. Num. 20, 21. Jud. 1, 34. 1. Sam. 18, 2. 2. Chron. 16, 1. Pſalm. 16, 10. Pſalm. 55, 23. Pſalm. 66, 9. Eccl. 5, 5. Jeſ. 50, 6. Joel. 2, 19. ι) *Edere*, ſi conſtruitur cum voce קוֹל *vox*, 2. Sam. 22, 14. Pſalm. 68, 34. Pſalm. 77, 18. Jer. 48, 34. c. 12, 8. κ) מִי־יִתֵּן *Quis dabit*, formula *optandi eſt*, & valet *utinam*, Exod. 16, 3. Num. 11, 29. Devt. 5, 26. 2. Sam. 19, 1. Job. 11, 5. c. 13, 5. c. 23, 3. Pſalm. 14, 7. Cant. 8, 1.

מַתָּן m. *Donum*, Gen. 34, 12. Cum Suff. מַתְּנֹתָם *Donum* ipſorum, Num. 18, 1. Deſignat autem *omne id*, *quod alteri* ſive *ſuperiori*, ſive *pari*, ſive *inferiori* citra debitum offertur, ſive offeratur ex intentione

bonâ

Digitized by Google

bonâ, ſive malâ. Occurrit Gen. 34, 12. Num. 18, 1. Prov. 18, 16. c. 19, 6. c. 21, 14.

מַתָּנָה f. *Donum*, quaſi *datum* dicas, Num. 18, 6. In Statu Conſtr. כְּמַתְּנַת יָדוֹ Juxta *donum* manus ſuæ, Devt. 16, 17. Plur. מַתָּנוֹת *Dona*, Gen. 25, 6. In Statu Conſtr. מַתְּנֹת קָדְשֵׁיהֶם *Dona* ſanctorum eorum, Exod. 28, 39. Cum Suff. מַתְּנוֹתֵיכֶם *Dona* veſtra, Lev. 23, 38.

1) Generatim notat *oblationem* vel *donum quodcunque*, quod alicui datur & offertur. Unde 2) ſpeciatim α) dicitur de *donis*, quæ *Deo* ſponte offeruntur, Exod. 28, 39. Lev. 23, 38. Num. 18, 29. β) De *donis variis*, quæ *Meſſias* hominibus acquiſivit, & inter eos diſtribuit, Pſalm. 68, 19. γ) De *donis*, quæ opulentiores liberaliter dant egenis, Eſth. 9, 22. vel Parentes liberis, Gen. 25, 6. 2. Chron. 21, 3. δ) De *donis*, quæ ab inferioribus, aliisve opem alicujus ſuperioris indigentibus offeruntur ad flectendum à juſtitiæ regula animum, favoremque conciliandum, Devt. 16, 19. Prov. 15, 27. Eccl. 7, 7.

מַתָּת m. *Donum*, quaſi *datum* dicas, 1. Reg. 13, 7. In Statu Conſtructo מַתַּת אֱלֹהִים *Donum* Dei, i. e. quod Deus dat, Eccl. 3, 13.

1) Generatim ſignificat *donum quodcunque*; Unde 2) ſpeciatim dicitur α) de *dono*, quod eſt à Deo, Eccl. 3, 13. c. 5, 18. β) De dono, quod Superior, e. g. Rex offert inferiori, 1. Reg. 13, 7. γ) De *dono*, quod *Deo* offertur, Ezech. 46, 5. 11. δ) De *dono hominis* alteri mendaciter promiſſo, Prov. 25, 24. Præterea non legitur.

נְתִינִים m. pl. *Nethinai*, qui, ut Buxtorfius ſcribit, *ſervi publici erant, publicis angariis obeundis in domo Dei pro toto cœtu dediti, quaſi dedititii dicti: primum quidem Gibeonitæ fuerunt à Joſua ordinati*, Joſ. 9, 21. poſtmodum *à Davide ad miniſterium Levitarum dediti*, Eſr. 8, 20. Cæterum eorum mentio ſit, 1. Chron. 9, 2. Eſr. 2, 43. 58. c. 8, 17. 20. Neh. 3, 31. c. 7, 46. 60. c. 10, 29. c. 11, 21.

נָתַס *Diruit*, *Deſtruxit* vel *Impedivit*, *Obſtruxit*. Semel legitur, Job. 30, 13. נָתְסוּ נְתִיבָתִי *Deſtruxerunt* viam meam.

נָתַץ *Diruit*, *Deſtruxit*, *Demolitus eſt*. נָתַץ אֶת־מִזְבַּח הַבַּעַל *Deſtruxit* altare Baal, Jud. 6, 30. נָתְצוּ כָּל־חֵיל כַּשְׂדִּים *Deſtruxerunt* totum exercitum Chaldæorum, 2. Reg. 25, 10. Infin. לִנְתוֹץ Ad *diruendum*, Jer. 1, 10. Fut. אֶתֹּץ אֶת־הַמִּגְדָּל הַזֶּה *Deſtruam* turrim hanc magnam, Jud. 8, 9. יִתְּצֵנִי *Deſtruit* me, Job. 19, 10. Niphal נִתַּץ *Dirutus*, *Deſtructus eſt*. כָּל־עָרָיו נִתְּצוּ Omnes urbes ejus *deſtructæ* ſunt, Jer. 4, 26. Piel נִתֵּץ *Deſtruxit*, 2. Chron. 33, 3. וְנִתַּצְתֶּם אֶת־מִזְבְּחֹתָם Et *deſtruetis* altaria eorum, Devt. 12, 3. Fut. וַיְנַתֵּץ אֶת־הַבָּמוֹת Et *deſtruxit* excelſa, 2. Chron. 31, 1. Pual נֻתַּץ

Digitized by Google

נָתַץ *Deſtructum, dirutum eſt.* נָתַץ מִזְבַּח הַבַּעַל *Deſtructum* erat altare Baalis, Jud. 6, 28. Fut. יֻתַּץ *Deſtruetur*, Lev. 11, 35.

1) Generatim infert *totalem rei deſtructionem.* 2) Speciatim α) de *ædificiis* adhibitum notat *diſſipando diruere, & deſtruendo demoliri.* Ita dicitur de deſtructione *domûs*, Lev. 14, 45. Ezech. 26, 12. Jer. 33, 4. urbis, Jud. 9, 45. turris, Jud. 8, 9. 17. Ezech. 26, 9. item murorum, 2. Reg. 25, 10. Jer. 39, 8. altaris, Exod. 34, 13. Devt. 7, 5. Jud. 6, 30. 2. Reg. 23, 12. ſtatuarum, 2. Reg. 10, 27. β) De *hominibus* adhibitum infert *totale eorum excidium*, Job. 58, 7. Pſalm. 52, 7.

נָתַק *Avulſit, Evulſit, Divulſit, Abrupit, Disrupit.* וּנְתַקְּנוּהוּ Et *avellemus* eum, Jud. 20, 32. Particip. Paul נָתוּק *Avulſus*, Lev. 22, 24. Fut. אֶתְּקֶנְךָּ *Avellam*, Jer. 22, 24. נ per Epentheſin inſitô. Niphal נִתַּק *Avulſus, Ruptus, Abruptus fuit.* וְלֹא נִתַּק שְׂרוֹךְ נְעָלָיו Nec *avulſa* eſt corrigia calceorum ejus, Jeſ. 5, 27. נִתְּקוּ כַּפּוֹת *Avellerentur* plantæ pedum, Joſ. 4, 18. Fut. כַּאֲשֶׁר יִנָּתֵק פְּתִיל Quemadmodum *avellitur* filum, Jud. 16, 9. Piel נִתֵּק *Rupit, Disrupit, Avulſit.* נִתַּקְתִּי מוֹסְרוֹתַיִךְ *Avulſi* vincula tua, Jer. 2, 20. Fut. וּמוֹסְרוֹתַיִךְ אֲנַתֵּק Et vincula tua *avellam, rumpam*, Jer. 30, 8. Nah. 1, 13. נְנַתְּקָה אֶת־מוֹסְרוֹתֵימוֹ *Disrumpamus* vincula eorum, Pſal. 2, 3. Hiphil הִתִּיק *Avulſit.* Infin. עַד־הַתִּיקֵנוּ אוֹתָם מִן־הָעִיר Donec *avellamus* eos ab urbe, Joſ. 8, 6. Imper. הַתִּקֵם *Avelle* eos, Jer. 12, 3. Hophal הָנְתְּקוּ *Avulſi ſunt*, Jud. 20, 31.

1) Generatim involvit *ſeparationem rerum non temere juxta ſe poſitarum, ſed quarum una alterum continet*, vel *quæ fibris quibusdam ſeſe mutuo detinent.* Vid. Guſſet. Comment. Hinc 2) ſpeciatim α) notat *rumpere*, prout ita adhibetur de funibus Simſonis, Jud. 16, 9. de filô triplicatô, Eccl. 4, 12. de corrigiâ calcei, Jeſ. 5, 27. β) Significat *avellere*, e. g. incolas ab urbe, Joſ. 8, 6. Jud. 20, 31. pedes ex alveo Jordanis in aridam educendos, Joſ. 4, 18. ſigillum de manu, Jer. 22, 24. vincula, Jer. 5, 5. Sed *vincula* metaphoricè *avelli* dicuntur α) ad deſignandam *libertatis reſtitutionem*, cujus avulſio vinculorum ſignum eſt, Pſ. 107, 14. Jer. 2, 20. c. 30, 8. Nah. 1, 13. β) Ad denotandam *denegationem obſequii, verbo* ſive *legis*, ſive *Evangelii* debiti, Pſalm. 2, 3. Jer. 5, 5.

נֶתֶק m. *Porrigo*, quæ ſic dicitur, quod ſit capillorum evulſio, Lev. 13, 30. 31. 32. 33. &c.

אַתִּיק m. *Periſtylium*, quaſi locus ab alio *ſeparatus* & *avulſus*, Ezech. 42, 3. Plur. אַתִּיקִים *Periſtilia*, Ezeh. 41, 16. c. 42, 5. Cum Suff. אַתִּיקֶיהָא *Periſtylia* ejus, Ezech. 41, 15. א eſt Paragogicum.

נָתַר *Saliit, Subſiliit.* Fut. וְיִתַּר מִמְּקוֹמוֹ Et *ſubſilit* è loco ſuô, Job. 37, 1. Piel Infin. לְנַתֵּר Ad *ſaliendum*, Lev. 11, 21. Hiphil הִתִּיר *Exilire fecit*; item *Solvit, Diſſolvit, Expeditum fecit.* infin. הַתֵּר *Diſſol-*

ſolvere, Jeſ. 58, 6. Fut. וַיְתַּר גּוֹיִם Et *ſolvit, diſſipavit gentes*, Hab. 3, 6. יַתֵּר יָדוֹ *Solvet*, i. e. *extendet* manum ſuam, Job. 6, 9. וַיְתִּירֵהוּ Et *ſolvit* eum, Pſal. 105, 20. Particip. מַתִּיר אֲסוּרִים *Solvens* vinctos, Pſalm. 146, 7.

1) Generalis ſignificatio juxta Guſſetium *ſeparationem* & *remotionem* involvit. Unde 2) ſpeciatim α) notat *ſalire*, *ſubſilire*, quia ſaliendo res à loco, cui adhæſit, ſeparatur, & inde movetur. Ita dicitur de locuſta ſaliente, Lev. 11, 21. & de corde trepidante, Job. 37, 1. β) Notat *ſolvere*, quia *ſolvendo* res à re ſeparatur. Ita dicitur de ſolutione captivi, Pſalm. 105, 20. Pſalm. 146, 7. imò & ipſorum vinculorum, quibus homo vinctus & conſtrictus tenebatur, Jeſ. 58, 6. manûs, quæ extenditur, Job. 6, 9. Inde γ) notat *expeditum reddere, expedire*, 2. Sam. 22, 33. quia quicquid *expeditum* eſſe debet, ab alia re *ſeparatum* & *ſolutum* eſſe debet. δ) Significat *diſſipare*, quia quicquid diſſipatur, à priſtina ſede *ſeparatur* & inde *dimovetur*, Hab. 3, 6.

נֶתֶר m. *Nitrum*, Prov. 25, 10. Jer. 2, 22. Sic dictum, quod habeat facultatem *ſeparandi* & *amovendi* ſordes.

נָתַשׁ *Evulſit, Extirpavit, Eradicavit.* וְנָתַשׁ יְהוָה אֶת־יִשְׂרָאֵל Et *extirpavit* Dominus Iſraelem, 1. Reg. 14, 15. וּנְתַשְׁתִּים Et *extirpavi* eos, 2. Chron. 7, 20. Infin. לִנְתוֹשׁ Ad *extirpandum*, Jer. 1, 10. Fut. אֶתּוֹשׁ *Evellam*, Jer. 12, 14. Niphal יִנָּתֵשׁ *Evelletur*, Jer. 31, 9. תִּנָּתֵשׁ מַלְכוּתוֹ *Extirpabitur* regnum ejus, Dan. 11, 4. Hophal הֻתַּשׁ *Evulſus fuit*. Fut. וַתֻּתַּשׁ Et *evulſa fuit*, Ezech. 19, 12.

1) Generatim infert *avulſionem rei*. 2) Speciatim α) innuit *extirpationem herbarum* aut *arborum*, quæ radicitus evelluntur, opponiturque τῷ נָטַע *plantavit*, ceu videre eſt, Jer. 24, 7. Ezech. 19, 12. ſeq. Sed in codice ſacro fere *Metaphoricè* adhibetur ad denotandam *rei alicujus deſtructionem*, vel *inſignem* vel *omnimodam*, prout ſtirpes aut herbæ radicitus evelli ſolent. Ita dicitur de *populo Iſraelitico* è terra ſuâ deportando vel deportato, Devt. 29, 18. 1. Reg. 14, 15. 2. Chron. 7, 20. Jer. 12, 15. Am. 9, 15. delendo, Jer. 12, 17. de gentibus penitus extirpandis, Jer. 12, 14. de abolitione regni, Dan. 11, 4. de everſione urbium totali, Pſal. 9, 7. β) Denotat *avulſionem aquæ è ſuo locô*, Jer. 18, 14.

ס

סְאָה f. *Sea, Satum*; Semper eſt *menſura Aridorum*, quæ eſt tertia pars Ephæ, trigeſima Cori, continens 6. *cabos*, 2. Reg. 7, 16. 18. סְאָה סֹלֶת *Satum* ſimilæ. Plural. סְאִים *Sata*, Gen. 18, 6. 1. Sam. 25, 18. Dual סָאתַיִם *Duo ſata*, 1. Reg. 18, 32. 2. Reg. 7, 1. 16. 18. pro סְאָתַיִם per Syriasmum א (:) ſub ס reſpuit, & (ָ) in locum ejus transfert, quiete ſibi inducta.

סַאסְּאָה f. *Menſura*. Extat ſaltem Jeſ. 7, 8. בְּסַאסְּאָה In *menſum*, i. e. moderatè.

סָאַן *Conflixit.* Quia hæc vox ſemel occurrit, Interpretes admodum variè eam interpretantur. Scil. legitur Jeſ. 9,5. Part. סֹאֵן סְאוֹן *Conflictatio confligentis.* Seb. Schmid. vertit: *Turba turbabitur.* R. D. Kimchi Libr. Rad. interpretatur *anguſtiam & affl.ctionem*, ſed in commentario de *conflictu bellico* exponit. Vid. R S. ben Melech in Michlal Jophi, ubi exponitur: כלי עושה מלחמה לוחם ברעש Juxta Avenarium, *ſonitum cum conflictu* verbum vi ſoni & contextus infert; quia in pugna *ſonitus & fragor haſtarum, gladiorum &c.* auditur.

סָבָא *Potavit, Inebriavit ſe, Inebriatus eſt, Ingurgitavit ſe, mero ſe obruit.* Convenit cum Germanorum Sauffen. Infin. וּכְסָבְאָם Et juxta *inebriari* ipſorum, Nah. 1, 10. Fut. וְנִסְבְּאָה שֵׁכָר Et *inebriabimur* ſicera, Jeſ. 56, 12. Particip. סוֹבֵא *Ebrioſus*, Devt. 21, 20. Prov. 23, 21. סֹבְאֵי יַיִן *Ebrii* vino, Proverb. 23, 20. Particip. Paul סְבוּאִים *Inebriati*, Nah. 1, 10.

סֹבֶא m. *Merum, Vinum.* Bis ſaltem legitur. סָבְאֵךְ מָהוּל בַּמָּיִם *Merum* tuum mixtum eſt aquâ, Jeſ. 1, 22. סָבְאָם *Merum* ipſorum, Hoſ. 4, 18.

סוֹבָאִים m. pl. *Ebrioſi, Potores,* juxta nonnullos, Ezech. 23, 42. Sed aliis eſt nomen proprium *populi,* ſignificans *Sabæos*, qui Jeſ. 45, 14. dicuntur סְבָאִים *Sabæi.*

סָבַב *Circuivit, Circumivit, Circumdedit, Ambivit. Vertit ſe, Divertit.* Item *cauſam præbuit, in cauſa fuit.* אָנֹכִי סַבֹּתִי בְּכָל־נֶפֶשׁ בֵּית אָבִיךָ Ego in *cauſa fui* quoad omnem animam Patris tui, 1. Sam. 22, 22. וְסַבּוֹתִי אֲנִי לְיַאֵשׁ אֶת־לִבִּי Hinc *verti* me ad deſperatum reddendum cor meum, Eccleſ. 2, 20. סְבָבוּנִי כְּלָבִים *Circumdederunt* me canes, Pſal. 22, 17. Sed Pſal. 88, 18. סַבּוּנִי *Circumdederunt me.* וְסַבֹּתֶם אֶת־הָעִיר Et *circuibitis* urbem iſtam, Joſ. 6, 3. Fut. יָסֹב *Circumdabit*, 1. Reg. 7, 15. יְסֻבֵּנִי *Circumdabit me*, Pſalm. 49, 6. Imper. סֹב *Verte te*, 1. Sam. 22, 18. Niphal נָסַב *Vertit, Convertit ſe, Converſus, Reverſus fuit: Divertit, Deflexit, Circumdedit, Obſedit, Circumſpetit, Circumvenit: Circumactus, Circumvolutus, Devolutus fuit.* וְנָסַב לָכֶם גְּבוּל Inde *circumibit* vobis terminus, Num. 34, 4. נָסֵבָּה אֵלַי *Traducta eſt* ad me, Ezech. 26, 2. נָסַבּוּ עַל־הַבַּיִת *Circumdederunt domum*, Gen. 19, 4. וְנָסַבּוּ עָלֵינוּ Et *circumdabunt* nos, Joſ. 7, 9. Fut. תִּסֹּב לְאָחוֹר *Avertis* te retrorſum, Pſal. 114, 5. לֹא יִסַּבּוּ בְּלֶכְתָּם Non *convertebant* ſe, quando ibant illi, Ezech. 10, 11. Piel סבב & סוֹבֵב *Circumdedit, Obiit, Divertit, Convertit.* Infin. לְבַעֲבוּר סַבֵּב אֶת־פְּנֵי הַדָּבָר Ut ænigmaticè *converterem, diverterem* faciem verbi, 2. Sam. 14, 20. Fut. וַאֲסֹבְבָה אֶת־מִזְבַּחֲךָ יְהוָה Et *circumdo* altare tuum, Domine, Pſalm. 26, 6. יְסֹבְבֶנְהוּ *Circumdabit* eum, Devt. 32, 10. חֶסֶד יְסוֹבְבֶנּוּ *Circumdabit* eum, Pſ. 32, 10. Hiphil הֵסֵב *Circuire, Verti, Reverti fecit; Circumvertit, Evertit, Avertit,*

tit, *Amovit*, *Convertit*, *Divertit*, *Divertere fecit* vel *juſſit*, *Circumduxit*, *Circumdedit*. וְהֵסֵב לֵב מֶלֶךְ Et *convertit* cor Regis, Am. 6, 22. וְהַסִבֹּתִי פָּנַי הֲסִבֹּתָ אֶת־לִבָּם *Convertiſti* cor eorum, 1. Reg. 18, 37. Et *reverti faciam*, *avertam* faciem meam ab iis, Ezech. 7, 22. הֵסַבּוּ מֵהֶם *Transduxerunt* ad me arcam, 1. Sam. 5, 10. Infin. לְהָסֵב Ad *vertendum*, 2. Sam. 3, 12. Fut. וַיַּסֵּב אֱלֹהִים אֶת־הָעָם Ideo *circumduxit* Deus populum, Exod. 13, 18. pro וַיָּסֶב More Chaldæorum facta compenſatione ſecundæ radicalis in literâ abjectam præcedente. וַיְסִבֵּנִי *Circumduxit* me, Exod. 47, 2. וְנָסֵב חוֹמָה Et *circumdemus* murum, 2. Chron. 12, 7. Hophal הוּסַב, *Circumductus*, *Circumactus*, *circuminclusus fuit*. Futur. יוּסַב *Circumagitur*, Jeſ. 28, 28. Particip. מוּסַב חֲבִית לְמַעְלָה *Circumducebatur* domus ſurſum, Ezech. 41, 7. Plur. fœm. מוּסַבּוֹת דְּלָתוֹת *Verſatiles* januæ, valvæ, Ezech. 41, 24. מֻסַבֹּת מִשְׁבְּצוֹת *Circumdati* fundis, Ezech. 28, 11.

1) In genere cenſetur notare *proceſſionem* non in rectum, ſed in aliam partem. Unde 2) ſpeciatim α) notat *deflectere in alteram partem*, in *Kal*, 2. Chron. 33, 14. Ezech. 42, 19. Niphal, Num. 34, 4. 5. Ezech. 26, 2. β) Se *vertere*, *convertere*, 1. Sam. 22, 17. 18. 2. Sam. 18, 30. 2. Reg. 9, 18. 19. Et in Niphal *Verti*, *Converti*, Prov. 26, 14. Pſ. 114, 3. Ezech. 1, 9. Zach. 14, 10. γ) *Avertere*, *Amovere*, in Hiphil, 2. Sam. 3, 12. c. 20, 12. 2. Reg. 16, 18. 2. Chron. 35, 22. Cant. 6, 5. item *retrò vertere*, *agere*, Jer. 21, 4. nec non *circumagere* verſare, Jeſ. 22, 28. δ) Notat *circumdare* aliquid *ſimul & undiquaque*, in Kal, inſtar aquæ ambientis, Pſal. 88, 18. canum, Pſalm. 22, 13, 17. apum, Pſal. 118, 12. funium, Pſalm. 18, 6. in Piel, inſtar aquarum Jonam ambientium, Jon. 2, 4. 6. Conf. Pſalm. 7, 8. vel *hoſtili animo*, ut captetur occaſio alterum vel *vi*, vel *dolo invadendi*, *ſubigendi*, vel quacunque ratione damnum ei inferendi, Job. 16, 13. Pſalm. 17, 11. Pſal. 109, 3. Pſalm. 118, 10. ε) Denotat *circuire ſucceſſivè*, de *loco* in *locum* prodeundo, ut Iſraelitæ urbem Jericho ſeptem vicibus, Job. 6, 3. ſeq. Samuel circuibat civitates, eas judicaturus, 1. Sam. 7, 16. ſol per ſigna Zodiaci, Eccl. 1, 6. vigiles per plateas, Cant. 3, 3. ζ) Notat *Accubitum*, quo cingitur & circumdatur menſa, 1. Sam. 16, 11. η) Significat *cauſam* vel *occaſionem præbere*, *in cauſa eſſe*, cur aliquis in aliam partem procedat, & aliquid faciat, 1. Sam. 22, 22.

סָבִיב m. *Circuitus*, *Ambitus*; Frequentius abit in particulas, *Circumcirca*, *circumquaque* מִסָּבִיב *à circuitu*, *ex omni parte*, Pſal. 31, 14. סָבִיב סָבִיב סוֹבְבִים אֹתוֹ *E circuitu*, *circuitu*, i. e. omni parte circumdabant illud, 2. Chron. 4, 3. אֵין לָהֶם חוֹמָה סָבִיב Non eſt illis murus *circumcirca*, Lev. 25, 31. וְסָבִיב לַמִּשְׁכָּן יַחֲנוּ Ideò *circa* habitaculum caſtra metabuntur, Num. 1, 50. In Statu Conſtr. וּסְבִיב הָאָרֶץ Et in *circuitu* terræ, Am. 3, 11. Plur. in Statu Conſtr. וּבִסְבִיבֵי יְרוּשָׁלַםִ Et in *circuitibus* Hieroſolymæ, Jer. 10, 32. סְבִיבֶיךָ *Circuitus* tui, Jer. 46, 14. Fœm. סְבִיבוֹת *Circuitus*, Exod. 7, 24. מִסְּבִיבוֹת

E *circuitibus*, Jeſ.17,26. אֶת־כָּל־סְבִיבוֹתֵינוּ Omnes *circuitus* noſtros, Num. 22, 4. סְבִיבוֹתָם *Circuitus* ipſorum, 2. Reg. 17, 15.

1) Generatim *circuitûs* notionem involvit, ſive nominaliter, ſive per modum *particulæ.* 2) Speciatim α) nominaliter 1) *propriè* notat *ambitum alicujus rei*, Jer. 17, 26. Lev. 25, 44. Devt. 6, 14. Num. 16, 15. 2) Per *Metonymiam Subjecti* notat *omne illud, quod alicui circumquaque adhæret* vel *vicinum eſt*, ſive ſit *res*, ſive *perſona.* Ita dicitur de *nationibus* circa aliquam terram hinc & inde ſitis, Pſalm. 44, 14. Dan. 9, 16. Jer. 46, 14. Pſ. 89, 8. Eſr. 1, 6. de rebus, quæ ſunt in circuitu, Num. 22, 4. β) Tàm in ſingulari, quàm in plurali ſæpe 1) adverbiaſcit, notans, *undique, undiquaque, circumcirca*, Pſ.18, 12. Jer.1, 18. c.50,29. maximè ſi geminetur, ut, Ezech. 37, 2. c. 40, 5. 14. 16. 17. 25. &c. 2) Induit naturam Præpoſitionis *circa*, Pſalm. 50, 3. Pſalm. 89, 9. Pſalm. 96, 2. &c.

סִבָּה f. *Revolutio ; Cauſa*, juxta Buxtorfium. Semel legitur 1.Reg.17,15.

נְסִבָּה f. *Revolutio, Averſio, Cauſa.* Saltem occurrit 2. Chr.10, 15.

מֵסַב m. *Circuitus*, 1. Reg. 6, 29. *Accubitus in circuitu.* Cum Suff. בִּמְסִבּוֹ In *accubitu* ſuo, Cant.1,12. Plur. in Stat. Conſtr. מְסִבֵּי יְרוּשָׁלַםִ In *circuitibus* Hieroſolymæ, 2.Reg.23,5. Cum Suff. רֹאשׁ מְסִבָּי Caput *circumdantium* me, Pſ. 140, 10. Fœm. Term. מְסִבּוֹת *Circuitus*, Job. 37, 12. Sæpius non legitur.

מוּסַב m. *Ambitus.* מוּסַב הַבַּיִת *Ambitus* domus, Ez. 41, 7.

סָבַךְ *Implexus, Perplexus, Implicatus eſt.* Particip. Paul. סִירִים סְבֻכִים Spinæ *implexa*, Nah. 1, 10. Pual Fut. עַל־גַּל שָׁרָשָׁיו יְסֻבָּכוּ Super acervum radices ejus *implicantur*, Job. 8, 17. Sæpius non legitur.

סְבַךְ m. *Perplexitas, Perplexum.* נֶאֱחַז בַּסְּבַךְ בְּקַרְנָיו Detinebatur in *perplexo* cornibus ſuis, Gen. 22, 13. Plural. in Statu Conſtr. סִבְכֵי הַיַּעַר *Perplexitates* ſylvæ, Jeſ. 9, 17. c. 10, 34.

סְבֹךְ m. *Perplexitas, Perplexum.* Semel occurrit Pſalm. 74, 5. בִּסְבָךְ־עֵץ Contra *perplexa* ligni.

סֹבֶךְ m. *Perplexum, Implexum.* item שֹׂבֶךְ per alternationem literarum ס & שׂ. תַּחַת שׂוֹבֶךְ הָאֵלָה Sub *implexos* ramos quercus, 2. Sam. 18, 9. מִסֻּבְּכוֹ Ex *perplexo vepreto* ſuô, Jer. 4, 7. Amplius non legitur.

סְבָכָה f. *Perplexum, Implexus, Opus, Reticulum.* Pro quô per alternationem literæ ס cum שׂ eſt שְׂבָכָה Job. 18, 8.

סָבַל *Portavit, Tulit, Bajulavit.* סְבָלָם *Portavit* eos, Jeſ. 53, 4. Infin. לִסְבֹּל Ad *portandum*, Gen. 49, 15. אֶסְבֹּל *Portabo*, Jeſ. 46, 4. Pual Particip. מְסֻבָּלִים *Onerati ſunt, præpingues ſunt*, Pſ. 144, 14. Hithpael Fut. וְיִסְתַּבֵּל Et *onerabit ſe*, Eccl. 12, 8.

1) Generatim obtinet ſignificationem *portandi* vel *bajulandi.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *portare onus bajulatorium ; geſtare onus impoſitum ;* unde

Digitized by Google

unde diſcrepat à נָשָׂא quod ſignificat *tollere in humeros ad geſtandum.* Legitur autem propriè, Jeſ. 46,7. β) *Metaphoricè* tribuitur α) *Deo*, qui portat homines, quando eos *ſuſtentat, fovet, regit atque tuetur,* Jeſ. Jeſ. 46, 4. β) *Meſſiæ*, qui *portaſſe* dicitur 1) *hominum* dolores, Jeſ. 53, 4. quando dolores & pœnas peccatis hominum debitas in ſe ſuſcepit atque ſuſtinuit. 2) *Hominum iniquitates,* quando ea inſtar graviſſimi oneris ſibi impoſita & imputata geſtavit, & patiendo ac moriendo juſtitiæ divinæ læſæ pro iis ſatisfecit, Jeſ. 53, 11. γ) *Hominibus*, qui *portare* dicuntur *peccata* aliorum, quando *luunt pœnas*, quas alii promeruerunt, Thren. 5,7. Aliàs eſt ſymbolum *ſervitutis*, Gen. 49, 15.

סַבָּל m. *Onus*, quod *portatur*, 1. Reg. 5, 29. *Bajulus*, qui onus *portat*, 2. Chron. 2, 1. 17. Neh. 4, 10. Plur. סַבָּלִים *Bajuli*, 2. Chr. 34, 13. Sæpius non legitur.

סֵבֶל m. *Onus*, à *portando* ſic dictum. Ter legitur 1. Reg. 11, 12, Neh. 4, 17. Pſalm. 81, 17.

סֹבֶל m. *Onus*; quod à *portando* ſic nominatur & ter legitur; ſed ubique *Metaphoricè* deſignans *moleſta & difficilia.* עֹל סֻבֳּלוֹ Jugum oneris ejus. Innuitur *ſervitus ſpiritualis* & reſpicitur ad *peccatum*, quippe quod non ſolum ſub jugum legis redigit; ſed etiam eſt inſtar *oneris graviſſimi* graviſſimè onerantis & conſcientiam prementis, Jeſ. 9, 3. יָסוּר סֻבֳּלוֹ מֵעַל שִׁכְמֶךָ Recedet *onus* ejus ab humerô ejus, Jeſ. 10, 27. c. 14, 25. Innuitur *liberatio à moleſtiſſima tyrannide, ſervitute*, quâ premebantur Iſraelitæ.

סִבְלָה f. *Onus.* In plurali סִבְלוֹת *Onera*, Exod. 6, 6. לְכוּ לְסִבְלֹתֵיכֶם Ite ad *onera* veſtra, Exod. 5, 4.

1) Generatim notat *onus.* 2) Speciatim α) *propriè* quidem hæc vox notat *onus*, quod humeris impoſitum portandum eſt; β) *Metaphoricè* deſignat, *quæ difficilia & moleſta ſunt.* Unde dicitur de *graviſſima & moleſtiſſima ſervitute*, quâ premebantur Iſraelitæ in Ægypto, Exod. 1, 11. c. 2, 11. c. 6, 6. 7.

סִבֹּלֶת f. *Spica*, vide inferius in שִׁבֹּלֶת.

סָגַד *Adoravit, Procubuit adorandi* vel *honorandi cauſâ.* לְבוּל עֵץ אֶסְגּוֹד Ramum ligni *adoraverim?* Jeſ. 44, 17. יִסְגּוֹד לוֹ *Adorat* illud, Jeſ. 44, 17. וַיִּסְגָּד־לָמוֹ Et *adorat* illud, Jeſ. 44, 15. יִסְגְּדוּ *Adorant*, Jeſ. 46, 6. Præterea non legitur.

סְגַל *Proprium* vel *Peculium fecit, Acquiſivit proprietatis jure*, apud Chaldæos; reſpondet Græco περιποιεῖσθαι. Inde apud Ebræos eſt

סְגֻלָּה f. *Peculium*, Exod. 19, 5. In Statu Conſtr. סְגֻלַּת מְלָכִים *Peculium* Regum, Eccl. 2, 8. Cum Suff. לִסְגֻלָּתוֹ In *peculium* ſuum, Pſalm. 135, 4.

1) Generatim notat *peculium*, quod acquiſitum & reſervatum fuit. 2) Speciatim α) *propriè* notat *bona*, quæ acquiſita reſervari ſolent, ſeu

res peculiariter charas ac precioſas, quæ acquiſitæ in theſauris haberi & reſervari ſolent. Ita dicitur de theſauris Davidis. 1. Chron. 29, 3. & Salomonis, Eccl. 2, 8. β) *Metaphoricè* dicitur de *populo Dei*, peculiariter propriô & charô, quem Deus præ reliquis terræ nationibus acquiſivit, & maximis beneficiis ornavit, eum in poſſeſſionem perpetuam reſervaturus, Exod. 19, 5. Devt. 7, 6. c. 14, 2. c. 26, 18. Pſalm. 135, 4. Mal. 3, 17. Præterea non legitur.

סגן Radix inuſitata; forte ſi in uſu fuit, ſignificavit, *Præeſſe*; Inde eſt

סָגָן m. *Antiſtes, Princeps*, qui aliis *præeſt*, eosque dignitate ſuperat. In Plurali, in quo ſolo in Scriptura occurrit, eſt סְגָנִים *Antiſtites, Principes*, Neh. 4, 14. 19. c. 5, 7. c. 7, 5. c. 12, 40. c. 13, 11. Eſr. 9, 2. Jeſ. 41, 25. Jer. 51, 23. Cum Suff. סְגָנֶיהָ *Principes* ejus, Jer. 51, 28. 57.

סָגַר *Clauſit, Concluſit, Incluſit, Occluſit, Præcluſit, Tradidit, Dedidit.* וְהַדֶּלֶת סָגַר אַחֲרָיו Januamque *clauſit* poſt ſe, Gen. 19, 6. וְאֶת־הַדֶּלֶת סָגָרוּ Et januam *clauſerunt*, Gen. 19, 10. Infin. וַיְהִי הַשַּׁעַר לִסְגּוֹר Cum eſſet porta *claudenda*, Jeſ. 2, 5. Fut. יִסְגֹּר עַל־אִישׁ וְלֹא יִפָּתֵחַ *Claudit* ſuper viro, & non aperitur, Job. 12, 14. Niphal נִסְגַּר *Clauſus, Concluſus, Incluſus, Occluſus, Secluſus fuit.* Fut. לֹא יִסָּגֵר Non *claudetur*, Ezech. 46, 1. תִּסָּגֵר שִׁבְעַת יָמִים *Includetur* ſeptem dies, Num. 12, 14. וּשְׁעָרִים לֹא יִסָּגֵרוּ Et portæ non *occludentur*, Jeſ. 48, 1. Piel סִגֵּר *Clauſit, Concluſit, Tradidit, Dedidit*, 1. Sam. 26, 8. 2. Sam. 18, 28. סִגְּרַנִי יְהוָה בְּיָדֶךָ *Concluſit*, i. e. *tradidit* me Dominus in manum tuam, 1. Sam. 24, 19. Pual סֻגַּר *Clauſus, Occluſus fuit*, Jeſ. 24, 10. וְסֻגְּרוּ דְלָתַיִם Et *claudentur* januæ, Eccl. 12, 4. Particip. Fœm. מְסֻגֶּרֶת *Clauſa*, Joſ. 6, 1. Hiphil הִסְגִּיר *Clauſit, Incluſit, Concluſit, Tradidit.* הִסְגִּיר בְּיַד אוֹיֵב *Concluſit*, i. e. tradidit in manum hoſtis, Thren. 2, 7. הִסְגִּירָם *Incluſit* eos, Devt. 32, 30. Fut. יַסְגִּירֵנִי *Dedet* me, Job. 16, 11. לֹא יַסְגִּירוּ אֶת־רֹצֵחַ Non *tradent* homicidam, Jeſ. 20, 50.

1) Generatim videtur *aliquid ponere in ſtatu immotô, quô* opponitur *motui* ac *tranſitui aliarum rerum*, quacunque ratione id fiat. Unde 2) ſpeciatim α) obtinet ſignificationem *claudendi*, diciturque *propriè* de *foribus*, quæ, quando clauduntur, ſerrâ vel peſſulô immobiles redduntur, aliisque per eas tranſitus negatur, Gen. 19, 6. 2. Chron. 28, 24. Neh. 13, 9. de porta, Jeſ. 2, 7. Ezech. 46, 12. de ruptura urbis, 1. Reg. 11, 27. Inde per *Metaphoram* transfertur ad *uterum fœminæ*, ad ejus *ſterilitatem* deſignandam, 1. Sam. 1, 5. 6. Job. 3, 9. Interdum *includendi* ſignificatio locum habet, diciturque de perſona incluſa, Num. 12, 14. 15. Lev. 13, 4. 1. Sam. 23, 7. Ezech. 3, 24. *Metaphoricè* Pſalm. 35, 2. *Deus includere* dicitur *Davidem*, quando munitionem circa eum conſtituit, eique contra hoſtium furorem atque impetum eum incluſit. β) Notat *tradere*;

qui

qui enim *aliquem tradit*, facit, ut alter eum includat, captivumque teneat; vel in tantas anguſtias redigit, & undique coarctat, ut non poſſit effugere, ſed ab eo tanquam concluſus capiatur. Ita *tradendi* ſignificationem habet, Devt. 23, 15. 1. Sam. 26, 8. Pſalm. 31, 9. Pſalm. 78, 48. 62. Am. 1, 6.

סָגוּר m. *Clauſus, Incluſus.* זָהָב סָגוּר Aurum *clauſum*, 1. Reg. 6, 20, 21. i. e. *optimum & præſtantiſſimum*, juxta Ebræos, quod propter bonitatem & præſtantiam ſuam incluſum & aſſervatum erat. In opificiis סָגוּר non includebatur aliis, ſed alia includebat, & tegebat ornatûs cauſâ.

סְגוֹר m. *Clauſum*, item *Aurum*, idque *exquiſitiſſimum*, ab *aſſervando ſic dictum.* Bis ſaltem legitur. וְאֶקְרַע סְגוֹר לִבָּם Et diſcindam *clauſum* cordis eorum, Hoſ. 13, 8. לֹא־יֻתַּן סְגוֹר תַּחְתֶּיהָ Non datur *aurum* pro ea, Job. 18, 15.

סוּגַר m, *Clauſtrum; Cavea.* Semel legitur Ezech. 19, 9.

סַגְרִיר m. *Imber vehemens*, ſic dictus, quod, quando cadit, hominem undique *includat*, ut evadere cupiens difficulter eum diffindat; vel quod homines & jumenta domi *concludat*, ceu Geierus arbitratur, Prov. 27, 15.

מַסְגֵּר m. *Clauſtrum, Carcer*; item *Clauſtrarius.* De *carcere* legitur, Pſalm. 142, 8. Jeſ. 24, 22, c. 42, 7. *Clauſtrarium* autem notat, 2. Reg. 24, 14. 16. Jer. 24, 1. c. 29, 2.

מִסְגֶּרֶת f. *Tænia*, quaſi *circumcluſionem* dicas; *Clauſum.* וְעָשִׂיתָ לּוֹ מִסְגֶּרֶת Et facias ei *tæniam*, Exod. 25, 25. Vid. Exod. 25, 27. c. 37. 12. 14. Cum Suff. לְמִסְגַּרְתּוֹ Ad *tæniam* ejus, Exod. 25, 25.

מִסְגְּרוֹת f. pl. *Clauſuræ, Clauſtra*, 1. Reg. 17, 28. Cum Suffixo מִסְגְּרֹתֶיהָ Et *clauſuræ* ejus, 1. Reg. 7, 35. מִמִּסְגְּרוֹתָם E *clauſtris* ſuis, 2. Sam. 22, 46. מִמִּסְגְּרוֹתֵיהֶם E *clauſtris* ſuis, Pſ. 18, 46. Mich. 7, 17.

סַד m. *Cippus*; ex Arabum radice سَدّ *Obſtruxit, Occluſit*, quia cippo pedes hominis ita *conſtringuntur & occluduntur*, ut ipſi huc illucve ire conceſſum non ſit. וְתָשֵׂם בַּסַּד רַגְלַי Et ponis in *cippo* pedes meos, Job. 13, 27. Adhuc ſemel occurrit Job. 33, 11.

סְדֹם *Sodoma*; nomen proprium, notans *agrum fœcundiſſimum*, ex שָׂדֶה *Ager*, ם eſt Heemanthicum. Vid. Kimchi Michol. Eſt autem *Sodoma* præcipua urbium, quæ igne cœlitus demiſſo everſæ fuerunt, Gen. 18, 20. c. 19, 24. Vulgò traditur, lacum Aſphaltiten ex hac everſione ortum fuiſſe, ſed in dubium vocatur & refellitur hæc ſententia ab Hadriano Relando in Paleſt. lib. 1. c. 38. p. 254. & ſeqq.

סדן Radix inuſitata; Inde eſt ſuperſtes

סָדִין m. *Sindon*, Prov. 31, 24. Plur. סְדִינִים *Sindones*, Jud. 14, 12. 13. *Veſtes nobiliores mundioresque*, quales diebus feſtis geſtari ſolent. Adhuc ſemel adhibetur de mundo muliebri, Jeſ. 3, 23.

Digitized by Google

סָדַר *Ordinavit, Diſpoſuit*, apud Chaldæos & Rabbinos. Inde apud Ebræos eſt

סֵדֶר m. *Ordo.* Plural. סְדָרִים *Ordines*, Job. 10, 22. Sed 1. Reg. 6, 9. c. 11, 8. 15. eſt שְׂדֵרוֹת *Ordines, Ordinationes*, ס in שׂ mutatô.

מִסְדְּרוֹן m. *Conclave ordinum.* Semel legitur Jud. 3, 23. cum ה locali הַמִּסְדְּרוֹנָה In *conclave ordinum.* Juxta R. D. Kimchi erat *locus*, ubi ſedebat populus veniens ad Regem; factusque erat ſecundum ordines ſedium ad ſedendum ibi. Sed Sebaſt. Schmidio videtur fuiſſe *conclave throni ordinarii regii*, in quô Rex omni anni tempore ſedere ſolebat, & in quo erant *ordines ſedium* pro Principibus & conſiliariis, quando negotia regni, vel alia alicujus momenti tractabantur.

סַהַר m. *Rotunditas.* Semel legitur Cant. 7, 2. אַגַּן הַסַּהַר Crater *rotunditatis*, i. e. *rotundus.*

סֹהַר m. *Turris, carcer, à rotunditate* ſtructuræ nomen trahens. Occurrit ſaltem Gen. 39, 20. 21. 22. 23. c. 40, 3. 5.

שַׂהֲרֹנִים m. pl. *Lunulæ, Ornamenti genus*, Jeſ. 3, 18. Jud. 8, 16. 21. Cenſentur hæc ornamenta ſeu monilia pretioſa *lunari formâ* confecta fuiſſe, quando luna ſemiplena eſt.

סוג *Se avertere, Retrocedere, Recedere*, & ex Chaldaica ſignificatione, *Sepiri.* כֻּלּוֹ סָג Omnis *retroceſſit*, Pſalm. 13, 4. Particip. Paul סוּג לֵב *Averſus corde*, Prov. 14, 14. סוּגָה בַּשּׁוֹשַׁנִּים *Septa* liliis, Cant. 7, 3. Fut. לֹא נָסוֹג מִמֶּךָּ Non *recedemus* à te, Pſ. 80, 19. Niphal נָסוֹג *Averſus fuit, Avertit ſe, Retrocedit, Retroactus fuit.* לֹא נָסוֹג אָחוֹר לִבֵּנוּ Non *receſſit* retro cor noſtrum, Pſal. 44, 19. אָחוֹר לֹא נְסוּגֹתִי *Retro* non *receſſi*, Jeſ. 50, 5. Sed 2. Sam. 1, 22. eſt נָשׂוֹג *Diſceſſit, Receſſit*, ס in שׂ mutatô. Particip. נְסֹגִים *Averſi*, Jer. 46, 5. Fut. יִסֹּגוּ אָחוֹר *Avertent* ſe retrorſum, Pſ. 35, 4. Pſ. 40, 15.

1) Importat *quamcunque receſſionem & averſionem.* Inde 2) ſpeciatim α) deſignat *receſſionem*, quâ quis ex metu, pavore, confuſione atque pudore retrocedit atque terga dat, Pſ. 35, 4. Pſ. 40, 15. Pſ. 70, 3. Jeſ. 42, 17. Jer. 46, 5. β) Importat *receſſionem*, quâ quis malitioſè Deum deſerit, cultum atque obſequium ei denegat, à verbi ipſius viâ regiâ retrocedit, ſuisque effrenibus deſideriis indulget &c. Pſ. 44, 19. Pſ. 78, 57. Pſ. 80, 19. Prov. 14, 14. Jeſ. 50, 5. Zeph. 1, 6. γ) Dicitur de gladiô victoris, 2. Sam. 1, 22. 3) Ex uſu Chaldaico ſignificat *ſepire*, Cant. 7, 1.

סוד Apud Ebræos inuſitata radix; apud Arabes legitur سَاسَ *Clanculum in aurem loqui*, & apud Samaritanos ࠎࠅࠃ & ࠎࠅࠃ *Conſideravit.* Inde

סוֹד m. *Arcanum, Secretum, Conſilium*; item *Cœtus* aut *Congreſſus, in quo res probè conſiderantur & Conſilia capiuntur.* מְגַלֶּה־סּוֹד Revelans *arcanum*, Prov. 11, 13. גּוֹלֶה־סּוֹד Revelans *arcanum*, Prov. 20, 19. סוֹד יְהוָה לִירֵאָיו *Arcanum* Domini eſt timentibus eum, Pſalm. 25, 14.

Digitized by Google

14. בְּסוֹד יְשָׁרִים In *congreſſu* rectorum, Pſ. 111, 1. מְתֵי סוֹדִי Homines *ſecreti* mei, ſeu rerum *arcanarum*, Job. 19, 19.

1) Generatim *arcanum* refert, ſive ſit *rei*, ſive *perſonæ*. Unde 2) ſpeciatim α) refertur ad *rem*, dicitque *arcanum* vel *ſecretum*, quod quis non ſinit promiſcuè vulgari, ſed recondit. Ita dicitur tum de *hominis arcanis*, notans non ſolum *ſecretas res*, Job. 19, 19. ſed & *conſilia*, quæ clanculum & arcanè agitantur, Pſ. 88, 4. Prov. 11, 13. c. 25, 14. tùm de *Dei arcanis*, quæ nemo hominum per naturam novit, ſed ex ſolâ ſupernaturali ejus revelatione cognoſcendà, Pſ. 25, 14. Prov. 3, 22. item de ſapientià in ipſô recondita, Job. 15, 8. β) *Metonymicè* notat *conventum*, *concilium* vel *congregationem* hominum *clàm & ſecretò conſultantium*, vel *alioquin ſociatorum*. Ita dicitur 1) de *conventu piorum*, ubi familiarius invicem loquuntur, & pectoris ſui intimiora cogitata piè proferunt, Pſ. 89, 8. Pſ. 111, 1. 2) de *Concilio & congregatione impiorum*, ubi peſſima conſilia adverſus pios capiuntur, Pſ. 64, 3. Jer. 6, 11. γ) Tam *Conſilium arcanum*, quàm *cœtum clam & ſecretò conſultantium* ſimul deſignare videtur, Pſ. 55, 15. Pſ. 64, 3.

מַסְוֶה m. *Velamen, velum*, Exod. 34, 33. 34. 35. cel. Majus deducit ex Arab. سوي *Æquavit, rectum fuit* vel *fecit*, item *in ſummo rei fuit*. Unde & سودي *Tegumentum*. Præter ll. cc. non occurrit.

סוּךְ *Ungere*, vel *Ungi*. וְרָחַצְתְּ וָסַכְתְּ Quare lava & *unge te*, Ruth. 3, 3. וְסוֹךְ לֹא סָכְתִּי Et *ungendo* non *unxeram* me, Dan. 10, 3. Fut. וָאֲסֻכֵךְ בַּשָּׁמֶן Et *unxi te* oleo, Ezech. 16, 9. שֶׁמֶן לֹא תָסוּךְ Oleo non *unges* te, Devt. 28, 40. Mich. 6, 15. 2. Sam. 14, 2. וַיְסֻכוּם Et *unxerunt* eos, 2. Chron. 28, 15. Piel סִכְסֵךְ *Miſcuit, Commiſcuit*, ut unguenta miſceri ſolent. וְסִכְסַכְתִּי Et *commiſcebo*, Jeſ. 19, 2. Futur. אֹיְבָיו יְסַכְסֵךְ Inimicos ejus *commiſcebit*, Jeſ. 9, 11. Hiphil Futur. וַיָּסֶךְ Et *unxit ſe*, 2. Sam. 12, 20.

אָסוּךְ m. *Lecythus*, vas olei ſive unguenti. Legitur ſaltem 2. Reg. 4, 2.

סָךְ m. *Turba mixta, Cœtus*. Tantùm extat Pſ. 42, 5.

מְסוּכָה f. *Sepimentum*, vide in radice שׂוּךְ *Sepivit*.

סִיוָן m. *Sivan*, nomen menſis *Maji*, Eſth. 8, 9. Deductum cenſetur ex Chald. סְוָה *Lætatus eſt*, quia menſe *Majô* omnia florent & lætantur, lætumque oculis ſpectaculum exhibent.

סוּס m. *Equus*, deſcendens juxta Bochartum in Hieroz. P. I. p. 60. & 96. ex Arab. سوس vel ساس *Rexit, Moderatus eſt*, quia equus facile regitur, tum virgâ, tum freno ſimplici. Item *Grus*, Jeſ. 38, 14. Jer. 8, 7. quia, judice Mercero, equo ſimilis eſt proceritate,

 ſtatu-

ſtaturâ & voce. Sed vide Bochartum P.II. Hieroz. p. 62. עַל־סוּס נָנוּס Super *equô* fugiemus, Jeſ. 30, 16. עַל־סוּס לֹא נִרְכָּב Super *equo* non vehemur, equitabimus, Hoſ. 14, 4. Plur. סוּסִים *Equi*, Devt. 17, 16. & per alternationem סֻסִים, 2. Sam. 15, 1. Cum Suff. סוּסֶיךָ *Equi* tui, Mich. 5, 9. פַּרְסוֹת סוּסָיו Ungulæ *equorum* ejus, Jeſ. 5, 28.

סוּסָה f. *Equitatus, Equitium.* Semel occurrit cum Suffixo, vel cum ׳ Paragogico juxta Aben. Eſram לְסֻסָתִי *Equitio* meo, Cant. 1, 9.

סוּף *Deficere, Deſinere, Conſumi, Finiri.* Fut. וְזִכְרָם לֹא יָסוּף Et memoria eorum non *deficiet*, Eſth. 9, 28. יָסֻפוּ *Conſumentur*, Jeſ. 66, 17. Hiphil Fut. אָסֵף *Conſumam*, Zeph. 1, 2. 3. Sed alii deducunt ex אָסַף *Congregavit*, eſtque iis אָסֵף pro אַאְסִיף, literâ א per Syncopen conciſâ, & (-) ſub Præformativô in (ᴛ) mutatô אֲסִיפֵם *Conſumam* eos, Jer. 8, 13. Amplius non legitur.

סוֹף m. *Finis, Extremitas, Terminus initio alicujus rei oppoſitus.* בְּסוֹף הַנַּחַל In *extremitate* torrentis, 2. Chron. 20, 16. מֵרֹאשׁ וְעַד־סוֹף A capite usque ad *finem*, Eccl. 3, 11. סוֹף כָּל־הָאָדָם *Finis* omnis hominis, Eccl. 7, 2. סוֹף דָּבָר *Finis* ſermonis, Eccl. 12, 13. Cum Suff. סֹפוֹ *Finis* ejus, Joel. 2, 20. Sæpius non legitur.

סוּף m. *Juncus, Alga;* ita dici ſolet, quod in *extremitate* fluviorum creſcat. יַם סוּף Mare *algæ*, i. e. *algoſum*, Pſ. 106, 7. 9. 22. קָנֶה וָסוּף קָמֵלוּ׃ Arundo & *juncus* marcent, Jeſ. 19, 6.

סוּפָה f. *Turbo, Procella,* à *conſumendo* nomen trahens. בְּיוֹם סוּפָה In die *procellæ*, i. e. *procelloſo*, Am. 1, 14. Cum ה Emphatico in fine eſt סוּפָתָה *Maximus turbo*, Hoſ. 8, 7. וְכַסּוּפָה מַרְכְּבֹתָיו Et ſicut *procella* currus ejus, Jeſ. 66, 15. Cum Suff. וּבְסוּפָתְךָ תְבַהֲלֵם Et *turbine* tuô terre eos, Pſ. 83, 16. Plur. סוּפוֹת *Turbines*, Jeſ. 21, 1.

1) Generatim notat *turbinem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *ventum vehementiorem*, qui ſubitò irruit, obvia quævis, ſi dura ſint, cum fragore concutit, proſternit & conſumit; ſin verò levia ſint, citiſſimè disjicit, tollit & aufert, Job. 37, 9. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *graves & vehementes Dei pœnas*, quæ ſubitò irruunt, & impio non opinanti interitum accelerant, Job. 21, 18. c. 27, 20. Pſalm. 83, 16. Prov. 1, 27. c. 10, 28. Jeſ. 29, 6. Am. 1, 14. Nah. 1, 3. 2) *Rei alicujus magnum impetum, terribilem ſonum, & ingentem velocitatem*, Jeſ. 5, 28. Jer. 4, 13.

סוּר *Recedere, Diſcedere, Secedere, Declinare, Divertere, Accedere.* Conſtruitur cum Præpoſitionibus מִן, מֵאַחֲרֵיהֶם, מֵעִם, מֵעַל, אֶל. סָר לִרְאוֹת *Acceſſit* ad videndum, Exod. 3, 4. סָר מֵעָלֶיךָ Dominus *receſſit* à te, 1. Sam. 28, 16. וְסָר מֵהֶם הַנֶּגַע Et *recedet* ab iis plaga, Lev. 13, 58. מִמִּשְׁפָּטֶיךָ לֹא סָרְתִּי A judiciis tuis non *receſſi*, Pſ. 119, 102. סַרְתֶּם מַהֵר מִן־הַדֶּרֶךְ *Receſſiſtis* celeriter è viâ, Devt. 11, 16. Infin. וּלְבִלְתִּי סוּר מִן הַמִּצְוָה Et ut non *recedat* à præcepto, Devt. 17, 20. בְּסוּרִי מֵהֶם In *recedere* me, i. e. cum recedam ab iis, Hoſ.

Digitized by Google

Hoſ. 9, 12. Fut. לֹא אָסוּר יָמִין וּשְׂמֹאול Non *ſecedam* dextrorſum aut ſiniſtrorſum, Devt. 2, 27. וַיָּסַר Et *receſſit*, Exod. 8, 27. וַיָּסֻרוּ Et *diverterunt*, Jud. 18, 3. Hiphil הֵסִיר *Recedere fecit, Amovit, Removit, Summovit, Abſtulit, Suſtulit, Avertit, Abduxit, Detraxit, Depoſuit.* וְשָׁאוּל הֵסִיר הָאֹבוֹת Et Saul *ſummovit, ſuſtulit* Pythones, 1. Sam. 28, 3. הֲסִרֹתִי *Amovi*, 2. Sam. 7, 15. Inf. הָסֵר *Amovere*, Gen. 30, 32. וְלֹא אָבָה דָוִד לְהָסִיר אֵלָיו אֶת־אֲרוֹן יְהֹוָה Non ergo volebat David *recedere facere*, i. e. *abducere* ad ſe arcam Domini, 2. Sam. 6, 10. Fut. וְאָסִיר גְּבוּלֹת עַמִּים Et *Amovebo* terminos populorum, Jeſ. 10, 13. וַיָּסַר אֶת־מִזְבְּחוֹת Et *removit* altaria, 2. Chron. 14, 2. יְסִירֶנָּה *Amovit* eam, Lev. 3, 4. Hophal הוּסַר *Remotus, Amotus, Summotus fuit.* הוּסַר חֵלֶב *Remota eſt* pinguedo, Lev. 4, 31. Partic. דַּמֶּשֶׂק מוּסָר מֵעִיר *Amota eſt* Damaſcus ab urbe, i. e. ut non ſit urbs, Jeſ. 17, 1. Et in Plurali לֶחֶם הַפָּנִים מוּסָרִים Panes faciei *remoti, ablati*, 1. Sam. 21, 7. Fut. יוּסַר *Removebitur*, Lev. 4, 35.

I) Generatim infert *motum aliquem*, ſive *à locô*, ſive *ad locum*, ſive *phyſicè & propriè*, ſive *moraliter & impropriè*, ſive principium motûs ſit in eô, quod moveri dicitur, ſive extra illud ſit in aliô. Unde II) ſpeciatim in Kal *α*) notat *diſcedere, ſecedere, recedere, connotatô terminô à quô*, unde fit *diſceſſio, ſeceſſio*, vel *receſſio*. Et *propriè* quidem dicitur de *homine ſecedente* vel *exorbitante* è via, Devt. 2, 27. Jud. 4, 18. c. 14, 8. vel etiam domum diſcedente aut redeunte, Jud. 20, 8. de vaccis è viâ non diſcedentibus, 1. Sam. 6, 12. de columnâ nubis recedente à tabernaculô, Num. 12, 10. non recedente ab Iſraelitis ex Ægypto egreſſis, Neh. 9, 19. &c. *Impropriè* tribuitur 1) *homini, vel non recedenti à Deo*, ita, ut eum non deſerat, & idola ſectetur, ſed ei indivulsè adhæreat, eum unicè colat &c. 2. Reg. 18, 6. Jer. 32, 40. à *peccatô*, ita, ut illud ulterius ſectetur, perpetret atque continuet, 2. Reg. 10, 31. c. 13, 11. c. 14, 24. c. 15, 9. 18. 24. 28. à præcepto Dei, vel eô, quod in lege præceptum fuit, ita, ut appoſitâ particulâ negativâ, innuatur *continua obedientia ei præſtita*, vel *præſtanda*, Devt. 17, 20. Joſ. 23, 6. 1. Reg. 15, 5. Pſ. 119, 102. &c. Vel *recedenti à Deo*, qui quærendus, colendus, & amandus erat, Pſ. 14, 3. & cui confidendum, Jer. 17, 5. à *malo*, ita, ut illi non amplius indulgeat, ſed illud fugiat, & bonum faciat, Job. 28, 28. Pſ. 34, 15. Pſ. 37, 27. Prov. 3, 7. c. 13, 19. c. 16, 6. Conf. Job. 1, 1. ubi celebratur pietas *Jobi*, malum omni fugientis ſtudio; *à bonâ viâ*, ſeu ſemitâ veritatis pietatis & ſanctitatis, in quâ piè & juſtè vivendo incedendum erat homini, Exod. 32, 8. Devt. 9, 12. c. 11, 28. c. 31, 29. Jud. 6, 17. Mal. 2, 8. 2) *Deo*, qui recedit *ab homine*, quando ex juſtô judiciô eum deſerit, gratiam ſuam ei aufert, ſuaque ope eum deſtituit, 1. Sam. 18, 12. c. 28, 15. 16. Hoſ. 9, 12. *β*) Notat *accedere*, Exod. 3, 3. 4. Ruth. 4, 1. item *divertere*, einkehren / Gen. 19, 2. Jud. 19, 11. 12. c. 20, 8. connotatô utrinque terminô ad quem. In *Hiphil* autem tranſitivè ſumitur, & pro *varietate* termini *à quo*, & *ad quem* variè capitur.

 Sci-

Scilicet *a*) ſignificat *recedere*, *facere amovere*, vel *removere*. Ita dicitur *de remotione* tum *phyſica*. e. g. ſacci, Eſth. 4, 4. manûs de capite, Gen. 48, 17. veſtium ſordidarum, Zach. 3, 4. pepli, Gen 38, 19. veſtium viduitatis, Gen. 38, 14. reticuli ſuper jecore, Lev. 3, 4. Deorum alienorum, Jud. 10, 16. altaris, 2. Chron. 30, 14. populi ex terrâ ſuâ, 2. Reg. 17, 23. *tum morali*, perverſitatis oris, Prov. 4, 24. cordis lapidei, Ezech. 11, 19. c. 36, 26. præputii cordis, Jer. 4, 4. malorum operum, ab iis deſiſtendo & bona ſectando, Jeſ. 1, 16. Ezech. 45, 9. Conf. Pſ. 18, 23. ubi David dicit, *ſe non amovere à ſe ſtatuta Dei*, ad innuendam *eorum obſervationem continuam*. Et Pſ. 66, 20. *Deus* dicitur *non amovere precationem*, quando eam benignè exaudit; & precantem deſideriorum ſuorum compotem facit. Tandem *remotio* vel *amotio populi* deſignat *ejus rejectionem*, quâ Deus populum ob antegreſſam malitiam & contumaciam ex juſtiſſimô judiciô rejicit, hoſtium libidini permittit, ſuoque favore & ope deſtituit, 2. Sam. 7, 15. *b*) Notat *adducere*, 2. Sam. 6, 10.

סַר m. *Faſtidioſus*, quaſi ab omnibus ſe *avertens* & *alienans*. Bis legitur 1. Reg. 20, 43. c. 21, 4. eſtque (ּ) locô (ֻ) per alternationem.

סָרָה f. *Receſſio*, *Averſio*, *Dimotio*, *Rebellio*, *Apoſtaſia*. מַכַּת בִּלְתִּי סָרָה Plagâ defectûs *dimotionis* vel *receſſionis*, i. e. plagâ immotâ, permanente, Jeſ. 14, 6. דִּבֶּר סָרָה עַל־יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם Locutus eſt *defectionem*, *apoſtaſiam* contra Dominum Deum veſtrum, Devt. 13, 6.

1) Generatim notat *receſſionem* vel *averſionem*, qualiscunque ſit. Unde 2) ſpeciatim dicitur *α*) de *plagâ*, quæ non dimovetur & curatur, Jeſ. 14, 6. *β*) De *apoſtaſiâ* ſeu *rebellione contra Dominum*. Qui enim rebellis eſt contra Dominum, utique deficiendo ab eô, recedit, & ſectatur, quæ non ſectanda erant, &c. Devt. 13, 6. c. 19. 16. Jeſ. 1, 5. c. 31, 6. c. 59, 13. Jer. 28, 16. c. 29, 32.

סוּרִים m. pl. *Degeneres*. In Statu Conſtr. סוּרֵי הַגֶּפֶן Palmites *degeneres* vitis, Jer. 2, 21. Huc ex Maſoretharum ſententiâ referunt illud, Jer. 17, 13. וְסוּרַי Et *degeneres* mei, i. e. recedentes, deficientes à me. Sed præſtat retineri literas, & legi יְסוּרַי *Caſtigati mei*, h. e. *à me*, ut ſit Participium Paul ex יָסַר *Caſtigavit*. Optimus enim emergit ſenſus: *Omnes relinquentes te pudefient*, & *qui à me caſtigati ideo fuerunt*, *nec tamen reſipiſcunt*, *in terram ſcribentur*. Vid. Seb. Schmid. in h. l. Præterea non legitur.

סוּרָה f. *Recedens*, *Fugitiva*. Legitur ſaltem Jeſ. 49, 21.

סוּת In Kal non legitur. In Hiphil eſt הֵסִית *Traxit*, *Incitavit*, *Perſuaſit*, *Seduxit*, *Avertit*, *Amovit*, *Removit*. אִם יְהוָה הֱסִיתְךָ בִי Si Dominus incitavit te adverſus me, 1. Sam. 26, 19. הֵסַתָּה אֹתוֹ *Incitavit* eum, 1. Reg. 21, 25. pro הֵסִיתָה confundit formam cum geminante ſecundam, ubi ſecundâ radicali abjectâ, tertiæ imprimitur Dageſch forte, & pro vocali retrahenda aſſumitur (ַ). Ita & dicitur הֱסִיתְךָ

Inci-

Incitarunt te, Jer. 38, 22. pro הֱסִיתוּךָ, literæ extruſæ compenſatione more Chaldæorum inſtitutâ in literâ abjectam præcedente. Idem evenit in ſequentibus: Part. מְסִית אֶתְכֶם *Incitat* vos, Jer. 43, 3. pro מֵסִית Fut. פֶּן־יַסִּית Ne *ſeducat* vos, pro יְסִית, Jeſ. 36, 18. וַיָּסֶת אֶת־דָּוִד Et *incitavit* Davidem, 2. Sam. 24, 1. וַיְסִיתֵם מִמֶּנּוּ Et *avertit* eos ab eô, 2. Chron. 18, 31.

1) Generatim notat *trahere, modo trahendi* pro varietate *termini à quô & ad quem* variante. Unde 2) ſpeciatim α) notat *trahere ad aliquid*, h. e. *incitare*. Qui enim aliquem *incitat* ad aliquid, eum in ſuam ſententiam *trahere* laborat, rationibus ſive bonis, ſive malis. Atque hinc adhibetur nunc in *bonam*, nunc in *malam partem*. In *bonam* capitur *partem*, Joſ. 15, 28. Jud. 1, 14. In *malam* autem ſumitur, quando *Diabolus* dicitur incitaſſe *Deum* ad permittendum Jobum, Job. 2, 3. *Davidem*, ad numerandum populum, 1. Chron. 21, 1. confer. 2. Sam. 24, 1. *Achabus* Joſaphatum ad ſocietatem belli contra Syros, 2. Chr. 18, 2. *frater* fratrem ad idololatriam, Devt. 13, 7. *falſi Propheta* Zedekiam contra Jeremiam, ut huic non crederet, Jer. 38, 21. *Baruchus* Jeremiam contra rebelles, Jer. 43, 3. Ita patet, dictum verbum quandoque notare *incitationem ad id*, quod *moraliter malum eſt*, & *malum alteri phyſicè*. β) Notat *trahere ab aliquo*. Atque ſic valet 1) *avertere, removere*, & capitur tum in *bonam partem*, quando *Deus* præſentiſſimum periculum ab hoſtibus imminens avertit, 2. Chr. 18, 31. & hominem ex ore anguſtiæ amovet & liberat, Job, 36, 16. tum in *malam*, quando Deus hominem per juſtitiam ſuam à ſe removet & abjicit, Job. 36, 18. Vid. Seb. Schmid. in h. l. 2) *Seducere*, 1. Reg. 21, 25. 2. Reg. 18, 32.

סָחַב *Traxit, Raptavit, Detraxit* &c. וְסָחַבְנוּ אֹתוֹ אֶל־הַנַּחַל Et *detrahemus* eam usque ad vallem, 2. Sam. 17, 13. Infin. סָחוֹב *Trahendo*, Jer. 22, 19. לִסְחֹב Ad *trahendum*, Jer. 15, 3. Fut. יִסְחָבוּם *Trahent* eos, Jer. 49, 20.

סְחָבוֹת f. pl. *Extracta*. Bis legitur Jer. 38, 11. & 12. R. D. Kimchi cenſet fuiſſe *fruſta veſtium*, quæ pedibus trahebantur; Sed Sebaſt. Schmidius conjicit, fuiſſe *partes veſtium longarum*, quæ trahebantur in terrâ.

סָחָה *Purgavit, Everrit.* וְסִחֵיתִי Et *everram, detraham* pulverem ejus ab eâ, Ezech. 26, 4. Amplius non occurrit.

סְחִי m. *Purgamentum, Sordes*. Semel legitur Thren. 3, 45. Huc quidam referunt illud Jeſ. 5, 25. כַּסּוּחָה Sicut *ſordes*.

סָחַף *Abſtulit, Abduxit more torrentis aut aquæ inundantis*; Aſt Ludovicus de Dieu *proſternendi* ſignificationem huic verbo tribuit; Nec male, ceu ex utroque locô, ubi ſaltem legitur, facilè liquet. Particip. מָטָר סֹחֵף Pluvia *auferens*, vel potius, *proſternens*, i. e. pluvia, qui magnâ vi cœlitus delapſa ſegetem *proſternit*, ne matureſcere queat. Niphal

Digitized by Google

phil נִסְחַף אַבִּירֶיךָ *Proſternitur* unusquisque robuſtorum tuorum, Jer. 46, 15.

סָחַר *Vagatus eſt, Circuivit negotiandi causâ, Mercatus, Negotiatus, Nundinatus eſt.* Inde haud dubiè Germanorum **Schachern.** סְחָרוּ אֶל־הָאָרֶץ *Negotiati ſunt* in terrâ, Jer. 14, 18. וְאֶת־הָאָרֶץ תִּסְחָרוּ Terramque *circuibitis negotiandi causâ*, vel: In terrâ *negotiabimini*, Gen. 42, 34. וְיִסְחֲרוּ אֹתָהּ Et volunt *negotiari* in eâ, ſcil. terrâ, Gen. 34, 21. Imper. וּסְחָרוּהָ Et *negotiamini* in eâ, Gen. 34, 10. Piel סְחַרְחַר *Indeſinenter circuit*, Pſal. 38, 11. Præterea non legitur.

סֹחֵר m. *Negotiator, Mercator*, Prov. 31, 17. Plural. סוֹחֲרִים *Negotiatores*, Gen. 37, 28. Ezech. 27, 36. In Statu Conſtr. סֹחֲרֵי הַמֶּלֶךְ *Mercatores* Regis, 1. Reg. 10, 28. Cum Suff. סֹחֲרֶיהָ *Mercatores* ejus, Jeſ. 23. 8. Fœm. סֹחֶרֶת *Negotiatrix.* Occurrit ſaltem cum Suff. סֹחַרְתֵּךְ *Negotiatrix* tua, Ezech. 27, 12. 16. 18.

סַחַר m. *Negotiatio, Mercatura, Mercatus, Mercimonium, Merx.* Occurrit ſaltem cum Suffixô סַחְרָהּ *Negotiatio* ejus, Prov. 3, 14. c. 31, 18. Jeſ. 23, 18.

סְחַר m. *Negotiatio, Mercatus.* Legitur ſaltem ter in Statu Conſtr. סְחַר גּוֹיִם *Mercatus* Gentium, Jeſ. 23, 3. Vide Jeſ. 45, 14. סְחַר כּוּשׁ *Negotiatio* Æthiopiæ. מִסְּחַר כֶּסֶף Præ *negotiatione* argenti, Prov. 3, 14.

סְחֹרָה f. *Negotiatio.* Semel occurrit in Statu Conſtr. סְחֹרַת יָדֵךְ *Negotiatio* manus tuæ, Ezech. 27, 15.

מִסְחָר m. *Negotiatio.* Semel occurrit in Statu Conſtr. מִסְחַר הָרֹכְלִים *Mercatura* Aromaticorum, 1. Reg. 10, 15.

סֹחֵרָה f. *Parma*, ambiens & circumtegens contra hoſtium vim & impetum. Semel occurrit, Pſal. 91, 4.

סֹחֶרֶת f. *Socheret*; Species lapidis præſtantis, pavimento variegando apti, Eſth. 1, 6.

סָחִישׁ m. *Ultro creſcens*; *Fruges* intelliguntur *ſponte creſcentes*, ſine novâ aratione & ſemente. Occurrit ſaltem, 2. Reg. 19, 29.

סִיג m. *Scoria*; deſcendit à סוּג *Retrocedere, averti*, quia vi ignis ex metallis *retrocedit*, vel quod *retrocedere* & *rejici* ſolet. כְּסוּג In *ſcoriam*, Ez. 22, 18. ubi juxta Maſorethas eſt לְסִיג, ſed juxta literas סוּג formæ אוֹר *Lux.* Plural. סִיגִים & סִגִים *Scoria.* הָגוֹ סִיגִים מִכָּסֶף Aufer *ſcorias* ab argento, Prov. 25, 4. Cum Suff. אֶצְרֹף כַּבֹּר סִיגָיִךְ Purgabo ſicut ſmegmate *ſcorias* tuas, Jeſ. 1, 25.

1) Generatim notat *ſcoriam.* 2) Speciatim α) *propriè* denotat *impuritatem metallis argenti & auri admixtam.* Ita capitur Prov. 25, 4. c. 26. 23. β) *Metaphoricè* transfertur α) ad deſignandos *impios*, non ſolum ob internam pravitatem & externam boni ſpeciem, ſed etiam ob eorum

cum

cum piis conſortium, & interitum, quando inſtar ſcoriarum ſeparantur & abjiciuntur, omnisque eorum ſplendor inſtar fumi evaneſcit, Pſal. 119, 119. Ez. 22, 18. 19. β) *Corruptelas*, quæ doctrinæ verbi divini ſinceræ admiſcentur, Jeſ. 1, 22. 25. Ubi non excludendi ſunt homines degeneres.

סִיוָן m. *Sivan*, nomen Menſis, *Majo* noſtro reſpondens, vide ſupra in סוח

סִין m. *Sin*, deſertum inter Elim & Sinai, quod octavam Iſraelitis ſtationem præbuit, Exod. 16, 1.

סִינַי m. *Sinai*, mons in deſertô Arabiæ ſitus, promulgatione legis nobilitatus, Exod. 19. Sic dictus à voce סנה, apud Ebræos & Arabes *ſpinam, ſenticetum* notante; quia *ibi ſenticetorum copia* dabatur. Idem vocabatur Exod. 3, 15. Devt. 5, 2. חוֹרֵב à *ſiccitate & vaſtitate*, quia locus, in quô mons hic ſitus fuit, erat ſterilis atque incultus. Item *mons Dei*, 1. Reg. 19, 8. quia ibi gloria ejus revelata, ipſiusque lex promulgata fuit. Duplex hujus montis cacumen traditur, unum, quod venientibus ab occaſu eſt, dictum fuit *Horeb*, alterum *Sinai*, quod illo, quod *Horeb* dicitur, longe ſublimius eſt. Vide infra סנה.

סִיר c. *Olla*, deducitur à סור *Recedere, Accedere*; in Hiphil *Removere, Admovere*, quia nunc *igni admoveri*, nunc inde *removeri* ſolet. Majo deducendum videtur ex Arab. سار *Vehementer efferbuit*, quia igni admota *effervescit*. סִיר נָפוּחַ Olla *exſufflata*, Jer. 13. מָוֶת בַּסִּיר Mors in *ollâ*, 2. Reg. 4, 40. Plur. סִירוֹת *Ollæ*, Ez. 38, 3. בִּשְּׁלוּ בַּסִּירוֹת Coxerunt in *ollis*, 2. Chron. 35, 13.

1) Generatim, & vi originis notat id, *quod igni admotum effervescit*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *ollam*, aptatam lixandis carnibus, Exod. 16, 3. c. 38, 3. 2. Chron. 4, 11. vel coquendis oleribus, 2. Reg. 38, 41. β) *Metaphoricè* eſt nota *contemtûs*, prout *olla*, in quâ calefieri ſolet aqua ad lavandum, obſcurum in culinâ reperit locum, nec magni æſtimatur, Pſal. 60, 10.

סִיר c. *Spina*, itidem à סוּר *recedere* nomen ducit, quia à ſpinis *recedunt* homines, ne ab iis pungantur & lædantur. Occurrit ſaltem in Plurali סִירִים *Spinæ*. *Propriè* occurrit Eccl. 7, 6. Sed *Metaphoricè* eſt α) ſymbolum *impedimentorum objectorum*, quæ obſtant, quo minus aliquid fiat, Hoſ. 2, 6. β) *Vaſtationis & Excidii*, Jeſ. 34, 13. Nah. 1, 10. γ) Notat *hamos*, Am. 4, 2. Sæpius non legitur.

סָכַךְ *Texit, Obtexit, Produxit, Operuit.* Sæpe conſtruitur cum Præpoſ. עַל, ב & ל, & ס quandoque permutatur cum ש. סַכֹּתָ *Obtegis*, Thren. 3, 43. סַכֹּתָה בֶעָנָן לָךְ *Occultaſti* per nubem te, Thren. 3, 44. סֹכְכִים בְּכַנְפֵיהֶם עַל־הַכַּפֹּרֶת *Obtegentes* alis ſuis propitiatorium, Exod. 25, 20. Fut. תְּסֻכֵּנִי *Obtexiſti me*, Pſal. 130, 13. Piel סִכֵּךְ *Texit, Obtexit.* Legitur ſaltem in Futuro תְּשׂוֹכְכֵנִי *Texiſti* me, Job. 10, 11. ubi

Digitized by Google

ubi שׂ alternat pro ס. Hiphil הֵסִיךְ *Texit*, *Obtexit*. Infin. לְהָסֵךְ אֶת רַגְלָיו Ad *tegendum* pedes ſuos, 1.Sam. 24, 3. Particip. מֵסִיךְ *Tegens*, Jud. 3, 24. Fut. וְתָסֵךְ עָלֵימוֹ Et *protegas* eos, Pſ. 5, 12. Hophal הֻסַּךְ *Tectus*, *Obtectus eſt*. Fut. אֲשֶׁר יֻסַּךְ בָּהֵן Quibus *tegatur*, *integatur*, Exod. 25, 29. c. 37, 16.

1) Generatim obtinet ſignificationem *tegendi*, quacunque ratione id fiat. Unde 2) ſpeciatim α) adhibetur *propriè*, notans *tegere*, *ſuperimponendo* vel *opponendo* vel *interjiciendo* aliquid. Ita dicitur de Cherubinis, qui alis ſuis obtegebant propitiatorium, Ex. 25, 20. c. 37, 9. arcam fœderis, 1.Chron. 28, 18. 1.Reg. 8, 7. Conf. Ex. 40, 3. Jud. 3, 24. Job. 40, 17. β) *Metaphoricè* notat α) *Dei paternam*, *circumſpectam*, *conſtantem & fortem protectionem contra quævis piis imminentia pericula*, Pſal. 5, 7. Pſal. 91, 4. Pſal. 140, 8. β) *Dei curam*, quâ Deus fœtum in utero format, tegit, fovet, & contra quælibet infauſta protegit, Pſal. 139, 13. Conf. Job. 10, 11. γ) *Dei indignationem*, quâ ſe coram hominibus occultat, opem denegat, & preces eorum non admittit, Thren. 3, 43. 44.

סֹךְ m. *Tugurium*, *Tabernaculum*, *Latibulum*. Cum Suffixo סֻכּוֹ *Tugurium* ejus, Pſal. 76, 3. Huc referunt שֻׂכּוֹ Thren. 2, 6. ס cum שׂ alternante; ſed præſtat referre ad radicem שׂוּךְ *Sepire*, ut notet *ſepimentum* ſuum.

1) Generatim notat *receptaculum*, vel *id*, *ubi aliquis eſſe*, & *contra externa mala tegi & muniri poteſt*. Unde 2) ſpeciatim α) dicitur de *latibulo* leonis, Pſal. 10, 9. Jer. 25, 38. β) de *tentorio* Dei, prout notat *tabernaculum pellibus contectum*, Pſal. 76, 3. Et *Metaphoricè* deſignat *Dei providentiam & protectionem*, quæ locô tuti cujusdam *aſyli* ſeu *latibuli* eſt homini, quo adverſus æſtus & tempeſtates adverſitatum protegitur, Pſal. 27, 5.

סֻכָּה f. *Latibulum*, *Tentorium*, *Tabernaculum*, *Tugurium*. וַיַּעַשׂ לוֹ שָׁם סֻכָּה Et faciebat ſibi ibi *tentorium*, Jon. 4, 5. וְסֻכָּה תִּהְיֶה לְצֵל יוֹמָם Et *tugurium* erit in umbram diei, Jeſ. 4, 6. In Statu Conſtr. סֻכַּת דָּוִיד הַנֹּפֶלֶת *Tugurium* Davidis collapſum, Am. 9, 11. Cum Suff. סֻכּוֹ *Tabernacula*, *Tuguria*. חַג הַסֻּכּוֹת Feſtum *tabernaculorum*, Lev. 23, 24. בַּסֻּכֹּת תֵּשְׁבוּ In *tabernaculis* habitabitis, Lev. 23, 42.

1) Generatim ferè notat *receptaculum*, quô quis ſe tegit vel tegitur, ne ſolis æſtu lædatur, vel ab aliis conſpiciatur &c. Unde 2) ſpeciatim α) ſignat *tentorium* vel *tabernaculum* ex frondibus factum, vel ſaltem iis contectum, Lev. 23, 34. 42. 43. Neh. 8, 15. 16. Eſr. 3, 4. Jon. 4, 5. Vel ex quacunque aliâ materia e.g. linteo confectum; cujus generis ſunt *tentoria militum*, 2.Sam. 11, 11. 1.Reg. 20, 12. 16. Conf. Job. 27, 18. Jeſ. 1, 8. Item dicitur de *tugurio*, quod cuſtos vineæ vel ficuum exſtruit. β) Denotat *latibulum* vel *ſpeluncam* feræ, e. g. leonis, Job. 38, 40. γ) *Deo* tribu-

Digitized by Google

tributum deſignat 1) *nubes denſas, atras & perſtrepentes*, quæ *Deo* ſunt inſtar tabernaculi, quod ille ſibi obducit, & in quô vehitur, Pſal. 18, 12. 2. Sam. 22, 12. Job. 36, 29. 2) *Ejus providentiam & protectionem*, quæ homini eſt inſtar alicujus tuti aſyli & receptaculi, quô contra æſtus & tempeſtates calamitatum protegitur & tutus redditur, Pſ. 31, 21. Sed Am. 9, 11. *Tabernaculum David* deſignat regnum Meſſiæ, qui dicitur obtinere regnum Patris ſui Davidis.

סֻכּוֹת f. pl. *Succoth*, nomen proprium loci, à *tuguriis* ſeu *tentoriis* ſic dicti, Gen. 33, 17.

סִכּוּת f. *Tabernaculum.* Occurrit ſaltem, Am. 5, 26.

מָסָךְ m. *Tegumentum, Velum*, quod *tegit* ab oculis ea, quæ intra ſunt. Ita dicitur de *velamine* quod oſtiis obduci ſolet, ne pateat cuivis introſpectio, e. g. de velamine oſtii tabernaculi, Exod. 26, 36. 37. c. 35, 15. ſeq. Num. 3, 26. de tegumento ſuper facies putei expanſo, 2. Sam. 17, 19. de nube, Iſraelitas ex Ægypto egreſſos contra æſtum ſolis obtegente, Pſal. 105, 39. In Statu conſtr. מָסַךְ שַׁעַר *Velamen* portæ, Exod. 35, 17.

מוּסָךְ m. *Tegmen.* Semel occurrit in Statu Conſtr. מֵיסַךְ הַשַּׁבָּת *Tegmen* Sabbati, 2. Reg. 16, 18. pro מוּסַךְ juxta Maſorethas.

מְסֻכָּה f. *Operimentum.* Semel legitur in Statu Conſtr. מְסֻכָּתֶךָ *Operimentum* tuum, Ezech. 28, 13.

מְסוּכָה f. *Sepimentum*, vide in שׂוּךְ *Sepire.*

סָכַל *Stultus, Imprudens, Inconſideratus, animo inſtabilis, nec ad rem attentus & in ſuo officio perſeverans eſt*, Mercer. Sed in Kal non occurrit. In Niphal eſt נִסְכַּל *Stultè egit.* נִסְכַּלְתָּ *Stultè egiſti*, 1. Sam. 13, 13. 2. Chron. 16, 9. נִסְכַּלְתִּי *Stultè egi*, 1. Sam. 24, 10. 1. Chron. 21, 8. Piel. סִכֵּל *Stultum reddidit vel effecit, Infatuavit.* Fut. וְדַעְתָּם יְסַכֵּל Et ſcientiam eorum *ſtultam facit*, Jeſ. 44, 25. Imper. סַכֶּל־נָא אֶת־עֲצַת אֲחִיתֹפֶל *Infatua* quæſo conſilium Ahithophelis, 2. Sam. 15, 31. Hiphil הִסְכִּיל *Stultus fuit.* הִסְכַּלְתָּ עֲשׂוֹ *Stultus fuiſti agendo*, i. e. *ſtolidiſſimè egiſti, inconſideratè egit*, Geneſ. 31, 28. הִסְכַּלְתִּי *Stultè egi*, 1. Sam. 26, 21. Sæpius non legitur.

סָכָל m. *Stultus, Stolidus*, cujus oppoſitum eſt חָכָם *Sapiens.* הֶחָכָם יִהְיֶה אוֹ סָכָל Utrum ſapiens futurus ſit an *ſtultus*, Eccl. 2, 19. Plural. סְכָלִים *Stulti*, Jer. 4, 22.

1) Generatim notat *Stultum*, qui rectæ rationis uſu deſtituitur, ac proinde ſtolidè loquitur & agit, quicquid garrit & agit, ſive verſetur circa *ſecularia*, ſive circa *ſpiritualia.* Unde 2) ſpeciatim α) in ſcripturâ notat *hominem*, qui nullô rectæ rationis uſu, vitiis & carnis illecebris indulget, & circa ſpiritualia & curam animæ æque ſtolidè ſe gerit, ac morio naturalis, vel mente captus, ſe gerit circa temporalia, & circa curam corporis, famæ & exiſtimationis, Eccl. 2, 19. c. 20, 3. Jer. 4,

22. c.

Digitized by Google

22. c. 5, 21. β) Dicitur de *homine*, qui ſtolide multa verba de multis rebus etiam futuris & in futurum gerendis facit, Eccl. 10, 14.

סֶכֶל m. *Stultitia*; Semel legitur Eccl. 10, 6. & ponitur pro concreto, nempe pro *ſtulto*, juxta Geierum & Mercerum; Sed Sob. Schmidio notat *prudentiam*, ita ut סֶכֶל idem ſit ac שֶׂכֶל, poſitô ס pro שׂ.

סִכְלוּת f. *Stultitia, Stoliditas*; cujus oppoſitum eſt חָכְמָה *Sapientia*. Infert autem α) *fatuam levitatem*, quâ homo verum bonum parum curat, è contrario autem ſectatur ſtolidè vanitates mundi, vitamque voluptatum brutam atque inertem, Eccl. 1, 17. c. 2, 12. 13. c. 7, 25. c. 10, 1. β) *Stoliditatem*, quæ verba hominis ſtolidi referunt, Eccl. 10, 13. Semel eſt שִׂכְלוּת, litera שׂ pro ס poſitâ, Eccl. 1, 17. Sæpius non legitur.

סָכַן *Profuit; Utilis fuit, Utilitatem procuravit, Cepit, Miniſtravit. Pauper fuit*, apud Arabes. Fut. הַלְאֵל יִסְכָּן־גָּבֶר Non Deo *utilis erit* vir, Job. 22, 2. הוֹכֵחַ בְּדָבָר לֹא יִסְכּוֹן Ad arguendum ſermone, qui non *prodeſt*, Job. 15, 3. Particip. סֹכֶנֶת *Miniſtrans*, 1. Reg. 1, 2. 4. Niphal נִסְכַּן *Periclitatus eſt*, ex uſu Chaldaico. Fut. יִסָּכֶן *Periclitabitur*, Eccl. 10, 9. Hiphil הִסְכִּין *Prodeſſe* fecit, i. e. *Proſperavit, Aſſuevit, Solitus fuit, Aſſuefactus fuit.* וְכָל־דְּרָכַי הִסְכַּנְתָּה Et omnes vias meas *proſperaſti*, Pſal. 139, 3. Sed alii vertunt: *Omnibus viis meis aſſueſcis*, i. e. earum peritus es. Infin. cum Præteritô. הַהַסְכֵּן הִסְכַּנְתִּי לַעֲשׂוֹת לְךָ כֹּה An *ſolendo ſolita ſum* i. e. num ex more meo ſolita fui facere tibi ſic, Num. 22, 30. Imperat. הַסְכֶּן־נָא עִמּוֹ *Adſueſce*, quæſo, cum ipſo; ſeu *conſuetudinem* vel *communionem* fac cum illo, Job. 22, 21.

1) Diverſitas ſignificationum ægrè generalem notionem admittit. 2) Speciatim primum tamen ſibi locum *illa* vendicare videtur, qua notat, *utile eſſe, prodeſſe*, prout ita legitur, Job. 15, 3. c. 22, 2. c. 34, 9. c. 35, 3. Inde 2) quia, quæ utilia ſunt, hominem alliciunt, ut iis utatur, & in frequentem uſum vertat; inde ſignificat tum *aſſueſcere*, Num. 22, 21. Job. 22, 21. tum *miniſtrare*, 1. Reg. 1, 2. 4. 3) Quia, quæ longo uſu teruntur, detrimentum capiunt, & periculo expoſita ſunt, inde notat etiam *periclitari*, Eccl. 10, 9.

סֹכֵן m. *Theſaurarius*, eò, quod prodeſt pluribus, ita dictus. Semel legitur, Jeſ. 22, 15.

סֹכֶנֶת f. *Miniſtrans, Conſuetudinaria*. Vide in verbo; 1. Reg. 1, 2. 4.

מִסְכֵּן m. *Indigus*, cui deeſt, quod ad vitæ uſum ſpectat, & nihil in promtu habet, quô aliis prodeſſe queat, ſed potius aliorum ope indiget. Legitur tantum Eccl. 4, 13. c. 9, 15. 16.

מְסֻכָּן m. *Indigus, Deſtitutus*. Semel occurrit, Jeſ. 40, 20. Sed aliis notat *aſſuefactum, edoctum, peritum*.

מִסְכֵּנוּת f. *Penuria, Defectus.* Semel legitur, Devt. 8, 9.

מִסְכְּנוֹת f. pl. *Penuaria, Promtuaria, Theſauri;* intelliguntur *loca,* ubi aliquid in futuros uſus aut commodi cauſâ aſſervari ſolet; ſive ſint res pretioſæ, ſive frumenta, ſive alia, 1. Reg. 9, 19. Exod. 1, 11. 2. Chron. 16, 4. c. 17, 12. c. 32, 28.

סכר In Kal non occurrit. In Niphal נִסְכַּר *Clauſus, Obturatus* eſt. Fut. יִסָּכֵר פִּי דוֹבְרֵי־שָׁקֶר *Obturabitur* os loquentium mendacium, Pſ. 63, 12. וַיִּסָּכְרוּ Et *clauſi, obturati* ſunt fontes abyſſi, Gen. 8, 2. Piel סִכֵּר *Concluſit, Tradidit, Incluſit.* וְסִכַּרְתִּי Et *concluſi,* Jeſ. 19, 4.

סָכַת *Audivit.* Occurrit ſaltem in Hiphil Imperat. הַסְכֵּת *Auſculta, Attende,* Devt. 27, 9.

סִכּוּת m. *Idolum,* aut *Nomen Idoli,* Am. 5, 26.

סָלָא in Kal non legitur; Occurrit autem in Pual סֻלָּא *Æſtimatus, Taxatus eſt.* Particip. הַמְסֻלָּאִים בַּפָּז Qui *æſtimabantur* præ aurô, Thren. 4, 2. Fut. לֹא תְסֻלֶּה בְּכֶתֶם אוֹפִיר Non *æſtimabitur, æquipambitur* auro Ophir, Job. 28, 16. pro תְסֻלָּא, ad imitationem verborum לה, ubi א in ה mutato, loco (ָ) eſt (ֶ) ſub ſecunda radicali, vide Job. 28, 19. Præterea non occurrit.

סָלַד *Obriguit.* Semel legitur in Fut. Piel Job. 6, 1. וַאֲסַלְּדָה בְחִילָה Unde, quæ ſit ejus ſignificatio, diſceptatur. Pagninus reddit: Et *uror dolore,* quia סלד Rabbinis ſæpiſſime ſignificat *uri, comburi.* Tremellius interpretatur: dum *exæſtuo dolore.* Huic accedit Buxtorffius. Sed contextui magis convenienter explicant Coccejus & Seb. Schmidius: *Ut obrigeſcam in dolore.*

סָלָה *Stravit, Proſtravit, Conculcavit.* סָלִיתָ כָּל־שׁוֹגִים מֵחֻקֶּיךָ *Conculcaſti* omnes aberrantes à ſtatutis, Pſ. 119, 118. Piel סִלָּה *Proſtravit.* סִלָּה כָל־אַבִּירַי *Proſtravit* omnes robuſtos meos, Thren. 1, 15. תְּסֻלֶּה *Æſtimabitur, Æquiparabitur,* vide ſupra in סלא.

סֶלָה *Sela.* Cenſetur eſſe vox *pauſæ & attentionis.* Majus deducit eam ex Arab. سلا Sola, *tranquillo contentoque animo fuit levatus mærore & angore* &c. Unde non ſaltem notabit *pauſam,* ſeu *notam quietis;* ſed etiam hoc deſignabit, *in Deo, ejusque verbo eſſe acquieſcendum.* Lutherus t. I. Jen. G. f. 479. ſcribit: Ich acht / *Sela* ſey ein Zeichen des Geiſtes / daß wo es im Pſalter ſtehet / daß da bedeutet werde ein Stillhalten und tief Aufmercken. D. Kimchio notat *elevationem,* quaſi à סָלַל irregulari formâ deductum, quia ibi Cantores *elevant* vocem. In Pſalmis occurrit 71. vicibus, & ter in Prophet. Habac. c. 3. 5. 8. & 12.

סָלַח *Condonavit, Remiſit, Propitius fuit.* Conſtruitur cum ל. וְסָלַחְתָּ לַעֲוֹנֵנוּ Et *ignoſces* iniquitati noſtræ, Exod. 34, 9. וְסָלַחְתָּ

לְחַטַּאת עַמְּךָ Et *propitius eris* peccato populi tui, 1.Reg. 8, 34. Infin. לֹא יֹאבֶה יְהוָה סְלֹחַ לוֹ Non enim volet Dominus *condonare* ei, Devt. 29, 19. Fut. אֶסְלַח *Condonabo*, Jer. 5, 7. c. 31, 34. c. 50, 20. Niphal נִסְלַח *Condonatus, Remiſſus eſt.* וְנִסְלַח לוֹ Et *condonabitur* ei, Lev. 4, 20. 26. 31. Num. 15, 16.

1) Generatim notat *condonare*, & *propitium eſſe.* 2) Speciatim notat *rigidum jus contra pœnitentem peccatorem non urgere, ſed ei, quando de peccatis ſeriò dolet, & vera fide in Meſſiam, mediatorem inter Deum atque homines, fertur, peccata tùm ratione culpæ, tùm ratione pœnæ remittere & condonare gratioſè.* Quando autem dicitur notare *propitium eſſe*, tenendum eſt, quod non denotet *ſimpliciter propitium aut benevolum eſſe;* ſed *reſpectivè*, quando offenſus, datâ offenſæ veniâ, propitius alteri fit. De ſolo Deo dicitur, Exod. 34, 9. Lev. 4, 20. 26. 31. 35. c. 5, 10. 13. Num. 14, 19. 20. c. 30, 6. 9. 13. Devt. 29, 20. 1.Reg. 8, 30. 34. 36. 39. 50. 2.Reg. 24, 4. 2.Chron. 7, 14. c. 6, 21. 25. 27. 30. 39. Pſal. 25, 11. Jeſ. 55, 7. Jer. 5, 7. c. 31, 34. c. 50, 20. Am. 7, 2.

סַלָּח m. *Condonator*, Semel legitur Pſal. 16, 5.

סְלִיחָה f. *Condonatio, Remiſſio*, quâ Deus tum *culpam*, tum *pœnam* pœnitentibus peccatoribus gratioſè remittit, iiſque propitius fit, Pſal. 130, 4. Plur. סְלִיחוֹת *Condonationes*, Neh. 9, 17. Dan. 9, 9. Amplius non occurrit.

סָלַל *Aggeravit, Contumulavit, Stravit cum eminentia, Extulit, Exaltavit. Propriè*, ait Buxtorffius, *eſt viam aggeſtâ terrâ ſternere & elevare; unde deinceps latiori extollendi ſignificatione ſumitur.* Fut. וַיָּסֹלּוּ עָלַי דַּרְכָּם *Straveruntque* ſuper me viam ſuam, Job. 19, 12. c. 30, 12. Imper. סֹלּוּ סֹלּוּ הַמְּסִלָּה *Sternite*, *ſternite* ſemitam, Jeſ. 62, 10. Vide Jeſ. 57, 14. סָלּוּהָ כְמוֹ־עֲרֵמִים *Sternite* eam quaſi acervos, Jer. 50, 26. Piel סִלְסֵל *Extulit.* Imper. סַלְסְלֶהָ *Extolle* eam, Prov. 4, 8. Hithpael הִסְתּוֹלֵל *Extulit ſe.* Particip. עוֹדְךָ מִסְתּוֹלֵל בְּעַמִּי Adhucne *extollis* te contra populum meum, Ex. 9, 17.

1) Generatim ſignificat *elevare, exaltare*, quocunque modo fiat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſternere* vel *munire viam*, ut facilius per eam tranſire queant homines; quod fit, ſi aggeſtâ terrâ vel lapidibus ſtratis in altitudinem evehitur; ceu colligi poteſt ex Jeſ. 57, 14. c. 62, 10. Conf. Job. 19, 12. c. 30, 12. ubi *tropicè* transfertur ad *afflictiones* Jobi. β) Notat aggerare, **aufhäuffen**; quicquid enim aggeratur, id elevatur, exaltatur, Jer. 50, 26. γ) Notat *magnifacere, extollere*, ſive *aliud*, Prov. 4, 8. ſive *ſemetipſum*, Exod. 9, 17.

סַל m. *Corbis, Caniſtrum*, ab *attollendo* nomen habens, quod ſupra caput *attollatur*; niſi de corbe ipſa id dictum putes, quia ex viminibus contexta & aggregata in *altum ſurgit ac tollitur*, Gen. 40, 17. Ex. 29, 3. 32.

3, 32. Jud. 6, 19. Plural. סַלִּים *Caniſtra*, Geneſ. 40, 8. In Statu Conſtr. סַלֵּי חֹרִי *Corbes* foraminum, Gen. 40, 16.

סֹלְלָה f. *Agger, aggeſta moles terræ*, ſeu *Cumulus terræ*, qui certo ordine & ſecundum lineas ſuas aliquem locum cingit, poſt quem alius latitare poteſt commodè, omnemque elabendi rimam obſeſſis præcludere. Ita ſemper adhibetur, & quidem cum שָׁפַךְ *effudit*, præter Jer. 32, 24. c. 33, 4. וַיִּשְׁפְּכוּ סֹלְלָה אֶל־הָעִיר Et aggeſſerunt *aggerem* contra urbem, 2. Sam. 20, 15. וְלֹא־יִשְׁפֹּךְ עָלֶיהָ סֹלְלָה Et non fundet adverſus eam *aggerem*, Jeſ. 37, 33. Jer. 6, 6. Ezech. 4, 2. c. 17, 17. c. 21, 27. c. 26, 8. Plur. סֹלְלוֹת *Aggeres*, Jer. 32, 24. c. 33, 4.

סַלְסִלּוֹת f. pl. *Corbis.* Semel legitur Jer. 6, 9.

מַסְלוּל m. *Agger; Semita; Via aggeſta & excelſa.* Semel occurrit, Jeſ. 35, 8.

מְסִלָּה f. *Via.* יַשְּׁרוּ מְסִלָּה לֵאלֹהֵינוּ Complanate *ſemitam* Deo noſtro, Jeſ. 40, 3. In Statu Conſtr. מְסִלַּת יְשָׁרִים *Via* rectorum, Prov. 16, 17. Cum Suff. בִּמְסִלָּתוֹ In *via* ſua, Joel. 2, 8. Plur. נָשַׁמּוּ מְסִלּוֹת Vaſtatæ ſunt *viæ*, Jeſ. 33, 8. מְסִלֹּתַי יְרֻמוּן *Viæ* meæ altiores fient, Jeſ. 49, 11.

1) Generatim & vi originis notat viam *tritam* & *ſtratam*. 2) Speciatim *propriè* notat *viam*, quâ pedibus imus & incedimus, 2.Sam. 20, 12. 1.Sam. 6, 12. 2.Sam. 20, 13. 2.Reg. 18, 17. Jeſ. 7, 3. &c. β) *Metaphoricè* notat α) *vitam*, *vitæ rationem*, *cogitationes*, *conatus*, *actiones* &c. Prov. 16, 17. Jeſ. 59, 7. β) *Præcepta Dei*, Jeſ. 49, 11.

סֻלָּם m. *Scala.* Deducunt illud à סָלַל, non ſolum, quod per eam *in altum adſcendatur*, ſed quod *ipſa ſtrata & applicata ſurſum tendat.* Atque ita his eſt nomen auctum; ſed celeberr. Danz. inter nomina nuda refert. Vide Paradigm. pag. 12. f. 37. Cæterum ſemel legitur Geneſ. 28, 12.

סִלּוֹן m. *Spina*, Ezech. 24, 24. deſcendens à סָלַל, vel quod in via *ſternatur*, vel quod citò in altum *ſurgat*, & *aggerem quaſi objiciat hominibus tranſire volentibus*, ceu cenſet celeberr. Majus. Plural. סַלּוֹנִים *Spinæ*, Ezech. 2, 6. Præterea non occurrit.

סָלַע Radix Ebræi obſoleta; ſed apud Arabes eſt سَلَم quæ mediâ Keſratâ notat *fiſſuris laboravit*. Inde apud Ebræos eſt

סֶלַע m. *Petra, fiſſuris plena.* Vid. Cant. 2, 14. Jer. 49, 16. בִּסְעִיף סֶלַע In rupe *petræ*, Jud. 15, 8. Cum Suffixo סַלְעִי *Petra* mea, 2.Sam. 22, 2. Plural. סְלָעִים *Petræ*, 1.Reg. 19, 11.

1) Generatim & vi originis notat *id*, *quod fiſſuris plenum eſt*, & inde animantibus latebras præbere poteſt. 2) Speciatim α) *propriè* notat *petram*, quæ utut aliàs firma ſit, non tamen ſine fiſſuris eſt, & fugitivis latebras præbet; Jud. 15, 8. 11. 13. 1.Sam. 23, 28. Jeſ. 2, 21. & aquas ſitientibus

Digitized by Google

bus è fiſſuris emittit, Num. 20, 8. Neh. 9, 15. Pſal. 78, 16. β) *Metaphoricè* notat α) *locum firmum ſtabilem & tutum à periculis*, & per conſequens *refugium & præſidium*, Pſal. 40, 3. ubi opponitur *luto*, ubi pedes vacillant, aut plane ſubſidunt, & demerguntur. Conf. Jeſ. 33, 16. Jer. 51, 25. β) *Virum fortem*, qui in prœlio ſtat immobilis inſtar petræ, nec gladios, nec mortem formidans, Jeſ. 31, 9. γ) Tribuitur *Deo*, quia ad eum tanquam ad præaltam invictamque quandam petram pius confugere, & contra hoſtium vim & inſultus tutus eſſe poteſt, 2. Sam. 22, 2. Pſal. 18, 3. Pſal. 31, 4. Pſal. 42, 10.

סָלְעָם m. *Bombyx*; *Locuſtæ* ſpecies, juxta Aben-Eſram, à סֶלַע *Petra* nomen trahens, quod יעלה בסלעים *conſcendit petras*. Sed Bocharto ם eſt radicale, qui deducit hanc vocem à Chaldæorum סלעם *Vorare, abſumere*, quia gramen, ſegetes & frondes abſumit &c. Vid. Bochart. Hieroz. lib. IV. c. 1. p. 446. Part. II. Legitur Lev. 11, 22.

סָלַף *Pervertit*; *Intricavit.* אִוֶּלֶת אָדָם תְּסַלֵּף דַּרְכּוֹ Stultitia hominis *pervertit* viam ejus, Prov. 19, 3. Particip. מְסַלֵּף *Pervertens*, Prov. 21, 12.

1) Generatim notat *pervertere*, quomodocunque *perverſio* fiat. Unde 2) ſpeciatim α) adhibetur de *perverſione* ſeu *detorſione verborum*, per quam ſanum & rectum judicium inhibetur, & acceptis muneribus, in transverſum rapitur, ut aliud loquantur homines, quam quod juſtum erat, vel locuti etiam fuiſſent, niſi corruptio interveniſſet, Exod. 23, 8. Devt. 16, 19. β) De *perverſione viæ* per ſtultitiam, Prov. 19, 3. γ) De *detorſione* ſeu *perverſione curſus* fluminis doctrinæ, Job. 12, 19. δ) De *pœnali ſtatus felicis in miſerrimum immutatione*, ubi impium Deus graviſſimis non minus, quàm juſtiſſimis ſuppliciis peſſundat atque extirpat, Prov. 13, 6. c. 21, 12. c. 22, 12.

סֶלֶף m. *Perverſitas*, Prov. 11, 3. c. 15, 4.

סֹלֶת f. *Simila eaque puriſſima*; quia apud Arabes سلت notat *abſtergere, mundare*. *Flos farinæ*, ut Clericus interpretatur, 1. Reg. 4, 22. *Simila* triticorum, Exod. 29, 2. Cum Suffixo סָלְתָּהּ De *ſimila* ejus, Lev. 2, 2. Eadem vox occurrit, Gen. 18, 6. Exod. 29, 40. Lev. 2, 1. 4. 5. 7. c. 5, 11. c. 6, 13. &c.

סַם m. *Aroma*. Radix fuit סָמַם, quæ in deſuetudinem abiit; apud Arabes autem ſuperſtes eſt سم *penetravit*. Unde *aroma* dicitur, quod ſua virtute & fragrantiâ quævis *penetret*. In ſingulari occurrit quidem apud Rabbinos; aſt in Plurali reperitur in Codice ſacrô, סַמִּים *Aromata*, ea inprimis, quæ ad *ſuffitum* adhibebantur, Exod. 30, 7. 34. c. 40, 27. Lev. 16, 12. c. 4, 7. Num. 4, 16. 2. Chron. 2, 3. c. 13, 11.

סְמָדַר m. *Uva prima*, quæ poſt florem apparere incipit. Origo vocis ignoratur; Legitur autem Cant. 2, 13. c. 7, 12.

סָמַךְ *Nixus, Innixus fuit, Incubuit,* & ita conſtruitur cum עַל ; item *Impoſuit, Fulcivit, Suſtentavit, Appropinquavit.* וְסָמַךְ יָדוֹ עַל־רֹאשׁ הָעֹלָה *Imponet* autem manum ſuam ſuper caput holocauſti, Lev. 1, 4. סְמָכַתְהוּ *Fulcivit* eum, Jeſ. 59, 16. וְדָגָן וְתִירֹשׁ סְמַכְתִּיו Et frumento & muſto *fulcivi* eum, Gen. 27, 37. Particip. סוֹמֵךְ צַדִּיקִים יְהוָה *Suſtentat* juſtos Dominus, Pſal. 37, 17. Part. Paul סָמוּךְ לִבּוֹ *Suffultum eſt* cor ejus, Pſal. 112, 8. Fut. וַיִּסְמֹךְ אֶת־יָדָיו עָלָיו *Impoſuit* etiam manus ſuas ſuper illum, Num. 27, 23. Imper. סָמְכֵנִי כְאִמְרָתְךָ וְאֶחְיֶה *Suſtenta* me juxta verbum tuum, ut vivam, Pſal. 119, 116. Niphal נִסְמַךְ *Nixus, Innixus, Impoſitus fuit.* עָלֶיךָ סְמַכְתִּי מִבֶּטֶן Super te *innixus* vel *poſitus ſum* ab utero, Pſal. 71, 6. עַל־אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל נִסְמָכוּ Et ſuper Deo Iſraelis nituntur, Jeſ. 48, 3. Fut. אֲשֶׁר יִסָּמֵךְ אִישׁ עָלָיו Super quo ſi nititur vir, 1. Reg. 18, 21. Jeſ. 36, 6. Piel. סִמֵּךְ *Fulcivit.* Imper. סַמְּכוּנִי *Fulcite* me, Cant. 2, 5.

1) Generatim obtinet ſignificationem *incumbendi*, ſive *intranſitivè*, ſive *tranſitivè*. 2) Speciatim α) *Intranſitivè* notat 1) *incumbere & inniti alicui rei*, interveniente particulâ עַל. Ita dicitur *inniti* domus columnis, ne corruat, Jud. 16, 29. homo baculo, ne labatur, Jeſ. 37, 17. pius Deo, quando inſtar ædificii firmis muniri fulcris, adverſus omnes adverſitates in Dei bonitate, veracitate atque potentia animosè recumbit, Pſal. 71, 6. Jeſ. 48, 2. populus bellô preſſus verbis Regis, de certiſſimô Dei auxiliô ſpem facientis, 2. Chron. 32, 8. Ita quoque ira Dei inſtar graviſſimi ponderis dicitur alteri incumbere, Pſal. 88, 8. 2) Quia, quicquid *alteri incumbere & inniti debet*, *propinquitatem rei infert* & exigit, hinc etiam notat *Accedere, Appropinquare*, intervenientes particulâ אֶל, Ezech. 24, 2. ubi dicitur de Rege Babyloniæ ad Hieroſolymam accedente, ut eam obſideat & capiat. β) *Tranſitivè* 1) notat *imponere*, diciturque de *manu*, quæ imponitur vel pecori ad ſacrificium deſtinato, Lev. 1, 4. c. 3, 2. 8. ſeq. vel homini tum occidendo, Lev. 24, 14. tum ad officium & miniſterium publicum initiando, Num. 27, 18. 23. Devt. 34, 9. 2) *Fulcire*, & inde *ſuſtentare* & *firmare*, quia, quicquid fulcitur, ſuſtentatur & firmitate gaudet. Sed fere *Memphoram* ſpirare videtur, ubi occurrit. Hinc dicitur α) de *iis*, qui hominem opis indigum auxiliô ſuffulciunt, & ſuſtentant, Pſal. 54, 6. Conf. Ezech. 30, 6. ubi tribuitur iis, qui Ægyptum juvabant, & ope ſua fulciebant. β) De *iis*, quæ aliquem animo quaſi corruentem erigunt, roborant atque confirmant, ut fortiter & animosè agat, Jeſ. 59, 16. Conf. c. 63, 5. ubi dicitur de juſtitiâ & excandeſcentiâ Meſſiam Redemtorem ſuſtentante, animante &c. γ) Transfertur ad *Deum*, qui ſuos juvat, potentiâ ſuâ ſuſtentat, lapſuique proximos inſtar amici comitis, manu prehendit, atque erigit, hoſtemque eorum fortiter terret, atque propulſat, Pſal. 3, 7. Pſal. 37, 24. Pſal. 119, 116. Pſal. 145, 14. δ) De *operibus Dei* in æter-

æternum firmatis, Pſalm. 111, 8. ε) De Iſaacô Jacobum muſtô & frumentô fulciente, Gen. 27, 30.

סֶמֶל m. *Similitudo, Simulacrum*, Ezech. 8, 3. 5. Aliàs eſt סֶמֶל Devt. 4, 16. 2.Chron. 33, 7. 15.

סָמַן *Signavit, Deſignavit.* Occurrit ſaltem Particip. Niphal נִסְמָן *Deſignatum*, Jeſ. 28, 25.

סָמַר *Horruit, Riguit, Horripilavit.* סָמַר מִפַּחְדְּךָ בְשָׂרִי *Horruit* præ timore tui caro mea, Pſal. 119, 120. Piel Fut. תְּסַמֵּר שַׂעֲרַת בְּשָׂרִי *Faciebat arrigi* pilos carnis meæ, Job. 4, 15. Præterea non legitur.

סָמָר m. *Horrendus, horrorem incutiens.* Semel legitur de *bruchô*, horrorem intuenti incutiente, Jer. 51, 27.

מַסְמְרִים m. pl. *Clavi*, ita vocati, quod cum *horrore* & *crepitu quodam* infigantur. וַיְחַזְּקֵהוּ בְמַסְמְרִים Deinde firmat eam *clavis*, Jeſ. 41, 7. לְמַסְמְרִים In *clavos*, 1. Chron. 22, 3. ubi eſt (.) locô (-) Fœm. מַסְמְרוֹת *Clavi*, 2. Chron. 3, 9. Jer. 10, 4. Sed Eccl. 12, 11. eſt מַשְׂמְרוֹת, poſitô ש pro ס.

סִינַי m. *Sinai*, montis nomen, quod à *rubi copiâ* nomen trahit juxta Commentatores in librum More Nevochim. Par. 1. c. 66. Adde, quod, quia apud Arabes سَنَة *terram ſterilem* notat, & سَنَا ſignificat *ſiccitatem, ſterilitatem pati*, à *ſterilitate & ſiccitate* ſic dictus fuiſſe videatur Vide ſupra ſub סִין

סַנְוֵר *Excæcavit* apud Chaldæos. Inde eſt.

סַנְוֵר m. *Cæcitas.* Pl. סַנְוֵרִים *Cæcitates.* Bis legitur Gen. 19, 11. 2. Reg. 6, 18.

סַנְסִן m. *Ramus.* Semel legitur in Plurali cum Suffixo אֹחֲזָה בְּסַנְסִנָּיו Apprehendam *ramos* ejus, Cant. 7, 8. vel 9.

סְנַפִּיר m. *Pinna piſcium*, Lev. 11, 9. 10. Devt. 14, 9. 10.

סָס m. *Tinea*, Jeſ. 51, 8.

סָעַד *Fulcivit, Suffulcivit, Suſtentavit.* וְסָעַד בַּחֶסֶד כִּסְאוֹ Et *fulciet* per miſericordiam thronum ſuum, Prov. 20, 28. Fut. וְלֶחֶם לְבַב אֱנוֹשׁ יִסְעָד Et panis cor hominis *fulcit*, Pſal. 104, 15. חַסְדְּךָ יְהוָה יִסְעָדֵנִי Bonitas tua, Domine, *ſuſtentabit* me, Pſal. 94, 18. Imper. סְעָדֵנִי *Suffulci* me, Pſal. 119, 17.

1) Generatim notat *fulcire*, quacunque ratione id fiat. 2) Speciatim α) *propriè* competit *ædificio*, quod, ne corruat, fulcris & columnis *fulcitur* & *firmatur.* β) *Metaphoricè* notat *roborare*, *reficere*, *recreare* & *adjuvare.* In hôc ſignificatu dicitur α) de *famelico languente*, qui, vel cujus cor pane fulcitur, quando ſumtô cibô ſe reficit, vireſque exhauſtas inſtaurat, Gen. 18, 5. Jud. 19, 8. 1. Reg. 13, 7. Conf. Pſal. 104, 15. ubi ipſe *panis* hominis *cor fulcire* dicitur, vires debilitatas inſtaurando, hominemque reficiendo & corroborando. β) De *ſoliô regiô*, quod *fulcitur*, quando firmatur & inconcuſſum ſervatur, Prov. 20, 28. Jeſ. 9, 6. γ) De *Deô*, qui *fulcit pios*, potentiâ ſuâ eos ſuſtentando, ne ob virium defectum, laborum & periculorum gravitatem & hoſtium inſultus labantur,

bantur, Pſ. 18, 36. ope & viribus inſtruendo, Pſalm. 20, 3. lapſui proximos, inſtar amici comitis, manu quaſi eos prehendendo & ſuſtentando, ne ruant, Pſ. 94, 18. ægrotantes reficiendo, vires amiſſas reſtaurando, & priſtinam ſanitatem reſtituendo, Pſ. 41, 4.

מִסְעָד m. *Fulcrum, Fulcimentum.* Semel occurrit 1. Reg. 10, 12.

סָעָה *Profectus eſt*, unde eſſe videtur סֹעָה Pſ. 55, 9. vide in נָסַע

סָעַף *Collucavit; Ramos amputavit.* Occurrit ſaltem in Participio Jeſ. 10, 33. מְסָעֵף פֻּארָה *Collucans, amputans* ramum. Si conjecturæ locus relinquitur, forte huic radici ſignificatio *findendi*, vel *ſcindendi* tribui poteſt, quæ inferioribus vel *propriè* vel *impropriè* competere poteſt.

סְעִיף m. *Ramus; Prominentia petræ* vel *Scopulus; Cogitatio.* בִּסְעִיף סֶלַע In *ſcopulo* petræ, Jud. 15, 8. Plur. סְעִיפִים *Cogitationes*, 1. Reg. 18, 21. In Statu Conſtr. בִּסְעִפֵי הַסְּלָעִים In *ſcopulis* vel *fiſſuris* petrarum, Jeſ. 2, 21. Sed Job. 4, 13. eſt שְׂעִפִּים *Cogitationes*, שׂ cum ס alternante. Conf. Job. 20, 2. שְׂעִפַּי *Cogitationes* meæ.

1) Generatim *rei ſciſſæ vel fiſſæ* notionem refert. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *ramum*, in quem arbor ſcinditur, quique in ea prominet Jeſ. 17, 6. c. 27, 10. Ezech. 31, 6. 8. *β*) *Metaphoricè* notat 1) *prominentiam petræ*, ſeu *ſcopulum*, arboris altæ ramum referentem, Jud. 15, 8. Jeſ. 57, 55. 2) *Cogitationem* quia quod ſunt arbori *rami* hinc inde diffuſi, id ſunt cordi *cogitationes*, in quas animus variè diſtrahitur, 1. Reg. 18, 21. Job. 4, 13. c. 20, 2.

סְעַפּוֹת f. pl. *Rami*, in quos arbor diffinditur. Bis legitur cum Suff. סַעֲפֹּתָיו *Rami* ejus, Ezech. 31, 6. 8.

סֵעֲפִים m. pl. *Cogitationes.* Semel legitur Pſalm. 119, 113. Sed ſumi debet *concretive*, notans *homines ſuperbos*, qui nimis ſublimia affectant & ſpirant.

1) Generatim notat *iram graviorem*, quæ inſtar *ignis* vel *aquæ tranſit & pervadit*. 2) Speciatim adhibetur α) de *irâ* hominis gravius iraſcentis, Pſal. 7, 7. Jeſ. 14, 6. & Jer. 48, 30. ubi non ſolum *iræ affectum*, ſed etiam *minas* deſignat. β) De *irâ graviſſimâ Dei*, effundentis eam ſicut aquam, Hoſ. 5, 10. ut ignem, Ezech. 21, 36. unde memoratur ignis excandeſcentiæ divinæ, Ezech. 22, 21. 31. c. 38, 19. Cum verò tribuitur *Deo*, nunc deſignat *affectum iræ*, quô Deus impiis graviſſimè iraſcitur, Pſal. 90, 9. 11. Jeſ. 10, 6. c. 14, 6. Thr. 2, 2. Am. 1, 11, nunc *effectum iræ*, nempe *plagas & ſupplicia* ex irâ impiis inflicta, Pſal. 78, 49. Pſal. 85, 4. Prov. 11, 23. Huc refer, quando memoratur *dies iræ*; quippe qui deſignat *tempus*, quô Deus ex juſtiſſimâ irâ improbis *graviſſima ſupplicia* immittit, & *juſtitiæ vindicativæ* conſpicua edit documenta, Prov. 11, 4. Zeph. 1, 15, 18. Ezech. 7, 19. Conf. 21, 30. ubi intelligunt quidam *diem extremi judicii*, quô juſtiſſimus judex impiis ultimum damnationis ſupplicium immittet.

מֵעֵבֶר

מַעֲבָר m. *Tranſitus, Vadum.* In Statu Conſtr. מַעֲבַר יַבֹּק *Vadum* Jabbock, Gen. 32, 23. מַעֲבַר מִכְמָשׁ *Tranſitus* Michmaſch, 1. Sam. 13, 23. מַעֲבַר מַטֵּה מוּסָדָה *Tranſitus* virgæ fundamenti, Jeſ. 30, 32. Sæpius non legitur.

מַעְבָּרָה f. *Tranſitus, Vadum.* עָבְרוּ מַעְבָּרָה Tranſierunt *vadum*, Jeſ. 16, 10. Sed Seb. Schmid. habet pro *nomine proprio.* Plur. מַעְבָּרוֹת *Vada*, Jeſ. 16, 10. In Statu Conſtr. מַעְבְּרוֹת הַיַּרְדֵּן *Vada* Jordanis, Joſ. 3, 28. c. 12, 5. 7.

עָבַשׁ *Mucidus factus eſt, Putrefactus eſt.* Semel occurrit Joel. 1, 17. עָבְשׁוּ פְרֻדוֹת *Putrefacta* ſunt grana.

עָבַת *Contorſit, Torquendo condenſavit.* Semel occurrit in Futuro וַיְעַבְּתוּהָ Et *contorquent* eam.

עָבוֹת m. *Denſus, Implexus.* עֵץ־עָבוֹת Arbor *denſa*, Levit. 23, 40. Neh. 8, 15. Ezech. 20, 28. Fœm. אֵלָה עֲבֻתָּה Quercus *denſa, implexa, ramoſa*, Ezech. 6, 13. Præterea non occurrit.

עֲבֹת m. *Contortum, Tortile*, item *Funis* contortus, adeoque *denſus.* מַעֲשֵׂה עֲבֹת Opus *tortilis, funiculi*, Exod. 28, 14. Cum Suff. עֲבֹתוֹ *Fune* ſuo, Job. 39, 13. Plur. עֲבֹתִים *Funes*, Jud. 15, 13. אִם־אָסוֹר יַאַסְרוּנִי בַּעֲבֹתִים חֲדָשִׁים Si ligando ligaverint me *funibus* recentibus, Jud. 16, 11. Fœm. עֲבֹתֹת Ex. 37, 17. שַׁרְשְׁרוֹת הָעֲבֹתֹת Catenæ *funiculorum*, i. e. tortiles, Exod. 28, 14. בַּעֲבֹתוֹת אַהֲבָה *Funibus* amoris, Hoſ. 11, 4.

1) Generatim notat *contortum & implexum.* 2) Speciatim α) *propriè* dicitur 1) de *ramis implexis* frondoſæ arboris, Ezech. 19, 11. c. 31, 3. &c. 2) de *funibus contortis*, qualibus ligabatur Simſon, Jud. 15, 13. 14. c. 16, 12. Propheta, Ezech. 3, 25. c. 4, 8. & trahuntur plauſtra, Jeſ. 5, 18. 3) de *catenuis tortis*, Exod. 28, 24. c. 39, 17, 18. β) *Impropriè* deſignat 1) *impiorum imperium* atque vim aliis moleſtam, Pſal. 129, 4. 2) *Improborum conſilia ac machinationes arcte contortas ac cohærentes*, Jeſ. 5, 8. 3) *Credendi & vivendi regulam*, qua conſcientiæ ligantur & conſtringuntur, Pſalm. 2, 3.

עָגַב *Adamavit, Amore exarſit in aliquem, Amaſium, amaſiam egit.* עָגְבָה *Adamavit*, Ezech. 23, 7. Particip. עֹגְבִים *Amatores*, Jer. 4, 30. Fut. וַתַּעְגַּב עַל־מְאַהֲבֶיהָ Et *amore exarſit* erga amaſios ſuos, Ezech. 23, 5.

1) Generatim ſignificat *adamare, amore flagrare, exardeſcere in aliquem.* Inde deſcendere videtur Græcorum ἀγαπάω, *amo, diligo.* 2) Speciatim in Scriptura adhibetur de amore *libidinoſo & culpabili*, Jerem. 4, 30. Ezech. 23, 5. 7. 9. 12. 16. 20. Rab. D. Kimchi ad Ezech. 23, 5. hanc à Patre acceptam expoſitionem refert : כי כל־הנמצא בלשון הזה הוא בענין חשק הזנות *Quod, quicquid reperiatur de iſta voce, ſit in ſenſu deſiderii fornicationis.*

עֲגָבִים m. pl. *Amores, Amatoria.* Bis legitur Ezech. 33, 31. 32.

עֲגָבָה f. *Amor.* Semel legitur cum Suff. וַתַּשְׁחֵת עֲגָבָתָהּ Ac-
tamen corrupit *amorem ſuum.*

עוּגָב m. *Organon ; Inſtrumentum muſicum*, quô luditur, forte ſic dictum, quod ejus luſus *voluptate & amore* afficiat. Quale verò genus inſtrumenti muſici fuerit, hodie nobis ignotum eſt, Gen. 4, 21. Job. 21, 12. Sed Pſal. 150, 4. eſt עֻגָב & Job. 30, 31. eſt עֻגָבִי *Organum* meum.

עגה unde derivant תעגבה, vide in עגן

עָגַל *Volvit* apud Syros; *Feſtinavit* apud Arabes. Inde eſt

עָגֹל m. *Rotundum ; Orbiculare*, 1.Reg. 7, 23. 31. 35. c. 10, 19. 2. Chron. 4, 2. Plur. Fœm. עֲגֻלּוֹת *Rotunda*, 1. Reg. 7, 31. Sæpius non occurrit.

עָגִיל m. *Orbis, Circulus, Inauris.* De *inaure* dicitur Num. 31, 50. Plur. עֲגִילִים *Inaures*, Ezech. 16, 11.

עֲגָלָה f. *Plauſtrum*, à *volutatione* ſic dictum, quia rotarum motu *volvitur.* עֲגָלָה חֲדָשָׁה *Plauſtrum* novum, 1.Sam. 6, 7. 2.Sam. 6, 3. 1.Chron. 13, 7. נֹהֲגִים בָּעֲגָלָה Ducentes *currum*, 1.Chron. 13, 7. Cum Suff. וְהָמַם גַּלְגַּל עֶגְלָתוֹ Et quatiet rotam *currûs* ſui, Jeſ. 28, 28. Plur. עֲגָלוֹת *Plauſtra, Currus*, Geneſ. 45, 19, 21. In Statu Conſtr. עֶגְלֹת צָב *Plauſtra* camerati tecti, Num. 7, 3.

עֵגֶל m. *Vitulus*, fortè ab *incitatò feſtinatôque motu & curſu* ſic dictus, ceu ex ſignificatione radicis Arabibus receptâ, & ex Pſalm. 29, 6. colligi poſſe videtur. עֵגֶל בֶּן־בָּקָר *Vitulus*, filius armenti, Lev. 9, 2. Cum Suff. עֶגְלֵךְ *Vitulus* tuus, Hoſ. 8, 5. Plur. עֲגָלִים *Vituli*, 2.Reg. 17, 16. In Statu Conſtr. עֶגְלֵי זָהָב *Vituli* auri, i. e. aurei, 1.Reg. 12, 28.

עֶגְלָה f. *Vitula*, Gen. 15, 9. עֶגְלָה יְפֵה־פִיָּה *Vitula* pulcherrima, Jeſ. 46, 20. Secunda & tertia radicalis eſt geminata ad intendendam ſignificationem. In Statu Conſtr. עֶגְלַת בָּקָר *Vitula* armenti, Jeſ. 7, 21. Cum Suff. בְּעֶגְלָתִי Cum *vitulâ* meâ, Jud. 14, 18. Pural. in Statu Conſtr. לְעֶגְלוֹת בֵּית־אָוֶן *Vitulis* Bethaven, Hoſ. 10, 5.

מַעְגָּל m. *Orbita, Via ; item Plauſtrorum ambitus* ad munienda caſtra, **Wagenburg/** 1. Sam. 26, 5. 7. In Statu Conſtr. מַעְגַּל רַגְלֶךָ *Orbita, Via* pedum tuorum, Prov. 4, 26. Cum ה locali הַמַּעְגָּלָה Ad *plauſtrorum ambitum*, 1. Sam. 17, 20. Plural. in Statu Conſtr. הִדְרַכְתִּיךָ בְּמַעְגְּלֵי־יֹשֶׁר Calcare feci te *ſemitas* rectitudinis i.e. rectas, Prov. 4, 11. Cum Suff. מַעְגָּלֶיךָ *Orbitæ* tuæ, Pſal. 65, 12.

1) Notat *orbitam* vel *viam*, prout α) *proprie* deſignat *eam*, quæ plauſtri rotâ, vel pede hominis facta eſt, Pſal. 140, 6. β) *Improprie* autem *Deo* tributum innuit *gratioſam Dei præſentiam* benedictionis omnigenæ ſcaturiginem, Pſalm. 65, 12. relatum verò ad *hominem*, notat omnem *honeſtam ac bonam vivendi rationem*, *mores atque actiones*, in verbo divinô præſcriptas, ubi nec ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinandum, Pſal. 23, 3. Prov. 2, 9. c. 4, 11. Prov. 4, 26. ubi tamen non excluditur *via proprie accepta.* Vide Geier. in h. l. 2) Notat

plau-

plauſtrorum ambitum, ſeu *munitionem plauſtris undiquaque cinctam*, 1. Sam. 17, 20. c. 26, 5. 7.

מַעְגָּלָה f. *Orbita*, vel *Semita*. Plural. cum Suff. בְּמַעְגְּלוֹתֶיךָ In *orbitis* tuis, Pſal. 17, 5. מַעְגְּלוֹתֶיהָ *Orbitæ* ejus, Prov. 2, 18. c. 5, 6.

1) *Propriè* quidem notat *orbitam* vel *viam*, currus rotâ, vel pede hominis factam; Sed 2) fere *impropriè* in ſcripturâ capitur, notans *vivendi rationem, officium, ſtudium, actionem, negotium* &c. Ita dicitur α) de *orbitis Dei*, h. e. de *officiis hominis* in lege divinâ præſcriptis, ubi nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram deflectendum, h. e. nec in exceſſu nec defectu peccandum, Pſal. 17, 5. β) de *negotiis* ac *machinationibus hominum* tàm in genere, Prov. 5, 21. quàm ſpeciatim impiorum, Prov. 2, 15. Jeſ. 59, 8.

עָגַם *Contriſtatus, Anxius fuit.* Semel legitur עָגְמָה נַפְשִׁי *Contriſtata* eſt anima mea, Job. 30, 25.

עגן In Kal non legitur; Semel in Niphal נֶעְגַּן *Moratus eſt.* Fut. תֵּעָגֵנָה *Morabimini*, Ruth. 1, 13. pro תֵּעָגַנְנָה.

עגר Ad *lares ſuos poſtliminiò reverſus eſt*, apud Arabes. Inde.

עָגוּר m. *Hirundo*, Jeſ. 38, 14. Jer. 8, 7. ſic dicta, quod ad *lares ſuos reverti* ſoleat.

עוד In Kal non occurrit; in Piel eſt עוֹדֵד *Exaltavit, Erexit, Suſtentavit, Statuminavit, Sublevavit.* Fut. יָתוֹם וְאַלְמָנָה יְעוֹדֵד Pupillum & viduam *ſublevat, ſuſtentat*, Pſal. 146, 9. Part. מְעוֹדֵד עֲנָוִים יְהוָה *Statuminans, Suſtentans* eſt miſeros Dominus, Pſal. 147, 6. Hithpael Fut. וַנִּתְעוֹדָד Et *ſtatuminati, ſuffulti perſtitimus*, Pſal. 20, 9. Sæpius non legitur.

עדה *Tranſiit*, Job. 28, 8. *Ornavit ſe* vel *alium*, quia, qui ſe *ornant*, ſæpius modum limitesque tranſeunt, & alios ornatu & pulchritudine *tranſire* & *ſuperare* diſcupiunt. וְעָדִית עֶדִי Et *ornaſti* te ornatu, Ezech. 23, 40. Fut. וָאַעְדֵּךְ עֶדִי Et *ornavi* te ornatu, Ezech. 16, 11. תַּעְדִּי עֶדִי זָהָב Te *ornas* ornatu auri, Jer. 4, 30. עוֹד תַּעְדִּי תֻפַּיִךְ Denuo *ornabis* tympana tua, Jer. 31, 4. וַתַּעְדִּי זָהָב Et *ornaſti* te aurô, Ezech. 16, 13. תַּעְדֶּה כֵלֶיהָ *Ornat* ſe vaſis ſuis, Jeſ. 61, 10. וַתַּעַד נִזְמָהּ Et *ornat* ſe inaure ſuâ, Hoſ. 2, 13. Hiphil הֶעְדָּה *Tranſire fecit, Removit*, Part. מַעֲדֶה בֶּגֶד *Removens* veſtem, Prov. 25, 20. Sæpius non occurrit.

עֲדִי m. *Ornatus; Os.* הַמַּעֲלֶה עֲדִי זָהָב עַל־לְבוּשְׁכֶן Qui impoſuit *ornatum* auri, i.e. aureum ſuper veſtem veſtram, 2. Sam. 1, 24. וַתָּבֹאִי בַּעֲדִי עֲדָיִים Progreſſa es ad *ornamentum ornamentorum*, i.e. ſummum ornatum, ſummam pulchritudinem, Ezech. 16, 7. Cum Suff. וְלֹא שָׁתוּ אִישׁ עֶדְיוֹ עָלָיו Et non poſuerunt, i.e. nemo poſuit *ornatum* ſuum ſuper ſe, Exod. 33, 4. עֶדְיוֹ *Os* ejus Pſalm. 32, 9. עֶדְיֵךְ *Os* tuum, Pſal. 103, 5. Plur. עֲדָיִים *Ornamenta*, Ezech. 16, 11.

עִדּוּיִים m. pl. *Remotiones.* Dageſch ד impreſſum arguit formam De-

Defectivorum, geminantium ſecundam, quaſi eſſet ex ערר. Legitur ſaltem Gen. 64, 5. וּכְבֶגֶד עִדִּים Et ſicut veſtis *remotionum*, i.e. abjectiſſima. Alii interpretantur: Sicut *pannus menſtruorum* i. e. menſtruatus. Sed non omnibus arridet. Aben Eſra, Majus & alii ex *ſpoliandi* ſignificatione, quam Radix עֲדָה apud Chaldæos habet, dictam vocem interpretantur, propterea, quod veſtis per *ſpolium ablata* ſanguine inquinata eſſe ſoleat.

עֵדוּת f. *Ornamentum regium*, 2. Reg. 11, 12. Sed utplurimum refertur ad radicem עוד *Teſtari*, & redditur: *Teſtimonium*.

עַד *Ad, usque ad, ante, cum &c.* ſignificat, ſi jungatur *Nominibus, Pronominibusque*; Sed *donec, usquedum, antequam, dum, quamdiu*, notat, ſi præmittatur *verbis*, vel nude, vel *intercedentibus voculis* אֲשֶׁר, כִּי, אִם; *ſive, ſive, tàm, quàm*, ſi in eâdem ſententiâ continuò repetatur, innuens diſtributionem. עַד־עוֹלָם *Usque* in ſeculum, Pſal. 18, 51. אָזִין עַד תְּבוּנוֹתֵיכֶם Auſcultavi *usque ad* intelligentias veſtras, i. e. *donec* poſſetis proferre intelligentias veſtras, Job. 32, 11. עַד־מְאֹד *Usque ad* intenſionem, i. e. admodum, vehementiſſimè, intenſiſſimè, 1. Sam. 25, 36. עָדַי *Ad* me, Num. 23, 18. עֲדֵיכֶם *Usque ad* vos, Job. 32, 12. quaſi eſſet ex quieſcente ſecundâ, (ָ) retinetur ſub ע. עָדֶיךָ *Ad* te, Job. 4, 5. עַד הֵנָּה *Ad* hoc usque tempus, Gen. 15, 16. Sed Eccl. 4, 2. contracte eſt עֲדֶנָּה & v. 3. עֲדֶן. Reperitur etiam עֲדֵי Jeſ. 65, 18. אָרוּר הָאִישׁ אֲשֶׁר־יֹאכַל לֶחֶם עַד־הָעֶרֶב Maledictus vir iſte, qui comederit panem *ante* veſperam, 1. Sam. 14, 24. וְעָדֵיכֶם אֶתְבּוֹנָן Et *una cum vobis* adverto animum, Job. 32, 12. עַד־יִגְדַּל שֵׁלָה *Donec* adoleverit Sela, Gen. 38, 11. עַד בֹּאִי אֵלֶיךָ *Antequam* veniebam ad te, Gen. 48, 5. Exod. 22, 25. וְאֵהוּד נִמְלַט עַד הִתְמַהְמְהָם Et Ehud evaſit, dum cunctarentur illi, Jud. 3, 26. עַד מְלוֹךְ דָּוִד *Quamdiu* regnavit David, 1. Chron. 4, 31. עַד חֲמוֹר עַד־שֶׂה חַיִּים *Sive* aſinus, *ſive* agnus vivi, Ex. 22, 3. עַד־יְרֵכָהּ עַד־פִּרְחָהּ *Tàm* ſcapus ejus, *quàm* flos ejus, Num. 8, 4. Conf. Gen. 7, 23. Sed בְּעַד *Pro, Propter, Poſt, In, Per* &c. huc non ſpectat, quia ב initiale non eſt ſervile, ceu vulgò putatur, ſed radicale. Vid. Celeb. Danz. Interpr. §. 169. not. 1.

1) Generatim *Tranſitum* vel *Terminum* infert, ſive *temporis*, ſive *loci*, ſive *rei*. 2) Speciatim reſpicit α) *Terminum temporis*; notans 1) *nudum intervallum interjectum, usque ad terminum nominatum*, ita, ut ſpatium aut tempus ulterius excludat, Gen. 19, 22. c. 26, 13. c. 32, 5. c. 49, 10. &c. 2) Deſignans ita *interjectum tempus*, ut interim conſequens non ſemper neget aut excludat, ſed *perpetuitatem* atque *continuitatem* importet, in *ſententiis affirmativis* exponendum per voculas *ſemper, perpetuo*; In *negativis* autem per *nunquam*. שֵׁב לִימִינִי עַד אָשִׁית אֹיְבֶיךָ הֲדֹם לְרַגְלֶיךָ Sede ad dexteram meam, *donec* poſuero inimicos ſcabellum ad pedes tuos, Pſ. 110, 1. Non enim ſequitur, Chriſtum, proſtratis ipſius hoſtibus

non

non amplius à dexteris Dei ſeſſurum eſſe; quia tunc maximè ſupremam exercebit poteſtatem. Proinde ſenſus eſt: Sede ſemper & in perpetuum ad dexteram meam. Ita quoque לֹא אֶעֱזָבְךָ עַד אֲשֶׁר אִם עָשִׂיתִי אֵת אֲשֶׁר־דִּבַּרְתִּי לָךְ Non deſeram te, *uſque dum* fecero id, quod dixi tibi, Gen. 28, 15. Neque enim Deus deſerturus erat Jacobum in Patriam reductum & beneficiis auctum. Proinde ſenſus eſt: *Nunquam* te deſeram. Ita & capitur Devt. 34, 6. 1. Sam. 15, 35. 2. Sam. 6, 23. 1. Chr. 28, 20. Job. 27, 5. Jeſ. 22, 14. c. 42, 4. c. 46, 4. Conf. Gen. 49, 26. Pſ. 71, 7. β) Reſpicit *terminum loci*, Gen. 12, 6. Mich. 1, 9. γ) Dicit *terminum rei*, Job. 32, 11. Pſal. 147, 15.

עַד m. *Æternitas, Perpetuum.* Sic dicitur, quod omnia *tranſit & ſuperat.* שֹׁכֵן עַד Inhabitans *æternitatem*, Jeſ. 57, 15. מִנִּי עַד Ab *æternitate*, Job. 20, 4. Præmiſſô ו cum (ָ) loco (ְ), accipit Segol עוֹלָם וָעֶד In ſeculum & *æternitatem*, Pſ. 10, 16.

1) Generatim notat *æternitatem*, quacunque ratione vox *æternitatis* accipiatur. 2) Speciatim α) dicitur de *duratione diuturna*, quæ initium habet, non autem finem, Pſ. 45, 18. Pſ. 145, 1. 2. 21. Dan. 12, 3. Pſ. 21, 7. γ) Denotat *durationem*, quæ neque initium, neque finem habet, nec habere poteſt, diciturque abſolutè *æternitas*, Jeſ. 9, 5. c. 57. 15.

עַד m. *Præda*, ſic dicta, quod per vim in alterius *tranſit poteſtatem.* Ita ter legitur, Gen. 49, 27. Jeſ. 33, 23. Zeph. 3, 8.

עָדַן *Oblectavit, Delectavit*, in Kal non occurrit. Semel legitur in Hithpael in Futuro וַיִּתְעַדְּנוּ Et *oblectarunt ſe*, Neh. 9, 25.

עֵדֶן m. *Voluptas, Oblectatio, Deliciæ, Deliciarum locus.* Hoc nomine inſignitur hortus voluptatum & deliciarum pleniſſimus, *Paradiſus*, Gen. 2, 15. c. 3, 23. 24. c. 4, 16, Jeſ. 37, 12. Ezech. 27, 23. c. 28, 13. cujus ſitum quidam Syro-Phœniciæ accenſent; alii vero ex connexione Edenis cum Haran, Canne, itemque Gozan, & Rezeph malunt ad Babyloniam vel Meſopotamiam referre. Vid. Markius in Hiſtoria Paradiſi lib. 1. c. 8. Conf. ſummè Rev. Buddei Hiſt. Eccl. Tom. I. Sect. I. p. 109. Eſt quoque nomen proprium Viri, 2. Chron. 9, 12. Plur. עֲדָנִים *Deliciæ*, 2. Sam. 1, 24. Cum Suff. וְנַחַל עֲדָנֶיךָ תַשְׁקֵם Et flumine *delictarum*, tuarum potas eos, Pſ. 36, 9.

עֶדְנָה f. *Voluptas.* Semel legitur Gen. 18, 12.

עֲדִינָה f. *Voluptuoſa, Delicata.* Saltem extat Jeſ. 47, 8.

מַעֲדַנִּים m. pl. *Voluptates, Deliciæ*, Prov. 29, 17. In Statu Conſtr. מַעֲדַנֵּי *Deliciæ*, Gen. 49, 20. Term. Fœm. מַעֲדַנּוֹת *Deliciæ*, 1. Sam. 15, 32. Job. 38, 31. Sed in utroque loco reddunt Ebræi *vincula.*

1) Generatim notat *delicias quaſcunque.* 2) Speciatim α) deſignat *delicias & voluptatem animi*, Prov. 29, 17. β) Denotat *oblectamenta & delicias corporis*, Jer. 51, 34. Thren. 4, 5. Conf. Gen. 49, 20.

עָדַף *Redundavit, Abundavit, Superfuit, Superfluum fuit, Remanſit.* Particip. הָעֹדֵף Quod *ſupereſt*, Exod. 16, 23. c. 26, 12. Lev. 25, 27.

בָּעֹדֵף

בְּעֹדֵף In *ſuperfluò*, Exod. 26, 13. Fœm. הָעֹדֶפֶת Quod *ſuperfluum*, Exod. 26, 12. Plur. הָעֹדְפִים Qui *excedentes, redundantes erant*, qui ſuperarant, Num. 3, 46. 48. 49. Hiphil הֶעְדִּיף *Abundavit, Superfluum accepit*, Exod. 16, 18. Sæpius non occurrit.

עָדַר *Ordinavit, Inſtruxit, Diſpoſuit.* Infin. וְלַעֲדֹר Et *ad ordinandum*, 1. Chron. 12, 33. Part. עֹדְרֵי מַעֲרָכָה *Ordinantes* aciem, 1. Chr. 12, 38. Niphal נֶעְדַּר *Defuit*, *Deſideratus fuit*; *Sarriri*, *Reſarriri*. וְלֹא נֶעְדַּר־לָהֶם מִן הַקָּטֹן וְעַד־הַגָּדוֹל Neque *deſiderabatur*, *deerat* illis à parvô usque ad magnum, 1. Sam. 30, 19. אִישׁ לֹא נֶעְדָּר: Vir non *defuit* i.e. nemo defuit, Jeſ. 40, 26. Particip. נֶעְדָּר 2. Sam. 17, 22. Fœm. אַחַת מֵהֵנָּה לֹא נֶעְדָּרָה Ullum de illis non *deerit*, Jeſ. 34, 16. Sed Jeſ. 59, 15. eſt נֶעְדֶּרֶת. Fut. וְלֹא יֵעָדֵר Et non *ſarrietur*, Jeſ. 5, 6. אֲשֶׁר בַּמַּעְדֵּר יֵעָדֵרוּן Qui ſarriculô *ſarrientur*, Jeſ. 7, 25. Piel עִדֵּר *Deeſſe ſivit, fecit.* Legitur ſaltem in Fut. יְעַדְּרוּ *Deeſſe ſinebant*, 1. Reg. 4, 27.

1) Significat *Sarriri & paſtinari*, Jeſ. 5, 6. c. 7, 25. 2) Quia, ubi terra *ſarritur, plantæ bono ordine diſponuntur*, & quæ ei *contrariantur*, è *medio tolluntur*; inde *Metonymicè* ſignificat *a*) *ordinare & diſponere*, e. g. exercitum, 1. Chron. 12, 33. 38. *b*) *Deeſſe, Deſiderari.* *Defectus* ſignificationem obtinet *tum*, ubi agitur de partibus numeri, vel de relictis, 2. Sam. 17, 22. vel *perditis*, 1. Sam. 30, 17. tùm de *re tota* deficiente, Jeſ. 59, 15. Zeph. 3, 5.

עֵדֶר m. *Grex.* עֵדֶר עֵדֶר לְבַדּוֹ *Gregem, gregem* in ſolitudine ſua, i. e. *quemlibet gregem ſeorſim*, Gen. 32, 16. Cum Suff. כְּרֹעֶה עֶדְרוֹ יִרְעֶה Sicut Paſtor *gregem* ſuum paſcet, Jeſ. 40, 11. Plur. עֲדָרִים *Greges*, Gen. 30, 40. In Statu Conſtr. עֶדְרֵי בָקָר *Greges* armenti, Cant. 1, 7. Cum Suff. עֶדְרֵיהֶם *Greges* eorum, Jer. 6, 3.

1) Generatim notat *gregem.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *catervam animantium*, quæ confertim progrediuntur, Gen. 29, 2. c. 30, 40. c. 32, 16. 1. Sam. 17, 34. *β*) *Metaphoricè* deſignat *populum Judaicum*, Jeſ. 13, 17. 20.

מַעְדֵּר m. *Sarculus.* Semel occurrit, Jeſ. 7, 25.

עֲדָשׁ m. *Lens.* Legitur ſaltem in Plural. עֲדָשִׁים *Lentes*, Gen. 25, 34. 2. Sam. 23, 11. c. 17, 28. Ezech. 4, 9.

עוב *Obnubilare.* Semel occurrit in Fut. Hiphil יָעִיב *Obnubilabit*, denſâ obteget nube, Thren. 2, 1.

עָב m. *Nubes.* עָב קַל *Nubes* velox, Jeſ. 19, 1. In Statu Conſtr. בְּעַב הֶעָנָן In *nube* nubis, i.e. denſiſſimâ, Exod. 19, 9. Plur. עָבִים *Nubes*, Job. 22, 14. In Statu Conſtr. עָבֵי שְׁחָקִים *Nubes* cœlorum, Pſ. 18, 12. עָבָיו עָבְרוּ *Nubes* ejus tranſierunt, Pſ. 18, 13. Term. Fœm. עָבוֹת *Nubes*, 2. Sam. 23, 4. Pſ. 97, 18.

1) Generatim notat *nubem.* 2) Speciatim *α*) *propriè* deſignat *nubem*

bem denſiorem, quâ obtenebratur cœlum, 1. Reg. 18, 45. Pſ. 147, 8. quæ continet tonitrua, Job. 36, 29. magnitudine palmi eſt, 1. Reg. 18, 44. fœcunda eſt, Jud. 5, 4. Prov. 16, 15. Jeſ. 18, 4. β) *Metaphoricè* α) notat *calamitates & miſerias*, quia nubibus ſolis & firmamenti ſplendor nobis eripitur ac nubilæ dies triſtitiam in homine excitant, Eccl. 12, 3. β) Deſignat *judiciorum divinorum immutabilitatem*, quod eadem, nube jam jam repleta, inſtar pluviæ demittantur, Eccl. 11, 3. Vid. Geier. in h. l.

עָגַג *Placentas fecit, Depſit.* Semel occurrit in Fut. תְּעֻגֶנָּה *Placentam facies* vel *depſes*, Ezech. 4, 12.

עֻגָה f. *Placenta.* עֻגַת קְטַנָּה *Placenta* parva, 1. Reg. 17, 13. עֻגָה בְּלִי הֲפוּכָה *Placenta* non converſa, Hoſ. 7, 8. In Statu Conſtr. עֻגַת שְׂעֹרִים *Placenta* hordeorum, Ezech. 4, 12. Vid. 1. Reg. 19, 6. Plur. עֻגוֹת *Placenta*, Gen. 18, 9. Exod. 12, 39. Num. 11, 8.

מָעוֹג m. *Placenta.* Bis legitur 1. Reg. 17, 12. Pſ. 35, 16.

עוּד *Idem fuit*, apud Syros; *Teſtari, Conteſtari.* Conſtruitur intercedente vocula ב. Fut. מָה־אֲעוּדֵךְ Quid *teſtificabor* tibi? Thren. 2, 12. Juxta Maſorethas legendum eſt in Hiphil; Sed præſtat juxta literas legi in Kal. Piel עִוֵּד *Eundem fecit* apud Syros & Arabes. *Spoliavit.* עִוְּדֻנִי *Spoliarunt* me, Pſ. 119, 61. Hiphil הֵעִיד *Teſtatus, Conteſtatus eſt, teſtimonium perhibuit*; *Atteſtari fecit* aliquem. הָעֵד הֵעִד בָּנוּ הָאִישׁ *Teſtando teſtatus eſt* nobis Vir iſte, Gen. 43, 3. הַעִידוֹתָ בָּהֶם *Conteſtatus es* erga illos, Neh. 9, 34. הַעִידֹתִי בָכֶם *Teſtes provoco* contra vos, Devt. 4, 3. Infin. הָעֵד *Teſtari, Conteſtari*, Exod. 19, 21. Fut. וָאָעֵד עֵדִים Et *atteſtari feci* teſtes, Jer. 32, 10. וְאָעִידָה בָּם אֶת־הַשָּׁמַיִם וְאֶת־הָאָרֶץ Et *teſtes provocem* contra eos cœlum & terram, Devt. 31, 28. וַיָּעַד Et *conteſtatus eſt*, 2. Reg. 17, 13. וַתְּעִידֵנִי Tum *teſtimonium perhibuit* mihi, Job. 29, 11. Hophal הוּעַד *Conteſtatio facta fuit.* וְהוּעַד בִּבְעָלָיו Et *conteſtatio facta eſt*, ſeu *teſtibus adhibitis* denunciatum fuit Domino ejus, Exod. 21, 29.

1) Generatim ſignificat *idem fuit*, ſive in *dicendo*, ſive in *agendo*. 2) Speciatim א) infert *teſtificationem*, quia teſtium præcipua virtus eſt, ut *idem loquantur.* Inde α) notat *teſtari, teſtimonium perhibere*, Job. 29, 11. Thren. 2, 13. β) *Teſtimonium* contra *aliquem deponere*, ut convictus ad confeſſionem adigatur, 1. Reg. 21, 10, 13. γ) Notat *teſtes conſciſcere, adſciſcere, adhibere* ad videndum alicujus factum, de cujus veritate poſtea apud alios teſtimonium perhibeant, Jeſ. 8. 2. Jer. 32, 25. 44. δ) *Teſtes provocare contra aliquem*, quorum adhibitis teſtimoniis is evidentiſſimè & irrefragabiliter convincatur neglecti officii & pietatis, Devt. 30, 19. c. 31, 28. Unde quandoque notat *conteſtari, & cum ſeriâ atteſtatione cohortari*, proteſtando de ſuâ innocentiâ, ſi quid mali eveniat, & conteſtando, reverâ mala graviſſima obventura eſſe, niſi obſequium præſtetur dictis. Ita dicitur de *Joſepho* fratres cohortante, ut ſecum

fra-

fratrem natu minorem deducerent, Gen. 43, 3. de *Moſe* conteſtante Iſraelitas perituros eſſe, ſi alienis ſervituri eſſent Diis, Devt. 8, 19. de *Salomone* Simejum ſeriò monente, ne Hieroſolymâ exeat, 1. Reg. 2, 42. de *Deo*, per prophetas & legatos ſuos admonente & cohortante populum ſuum, 2. Reg. 17, 13. 2. Chron. 24, 19. Neh. 9, 26. 29. 30. Jer. 11, 7. c. 42, 19. per præcepta ſua eum ad vitæ pietatem adhortante, 2. Reg. 17, 15. Neh. 9, 34. Conf. Pſalm. 50, 7. ubi deſignatur *ſeverа Dei objurgatio, & conteſtatio*, quâ populus ipſius, adhibitis quaſi teſtimoniis invictis, convincitur omiſſi obſequii legibus divinis præſtandi. Conf. Pſal. 81, 9. ε) Denotat *prohibitionem*, Exod. 19, 21. 23. 1. Reg. 2, 36. 42. ב) Importat *prædationem* & *ſpoliationem*, quæ dicit rerum identificationem, quâ prædans in ſuam communionem rapit, quæ ſunt alterius. Ita legitur ſemel, Pſ. 119, 61.

עַד m. *Præda*, propriè *Identificatum*, in communionem raptum & tractum, juxta cel. Kœrberum in Lex Part. p. 88. item עַד *Æternitas*, propriè *identitas*. A Burtorffio & aliis referuntur ad R. עָדָה, quam vide.

עֵד m. *Teſtis*. אֱלֹהִים עֵד בֵּינִי וּבֵינֶךָ Deus ſit *teſtis* inter me & inter te, Gen. 31, 50. עֵד שְׁקָר *Teſtis* mendacii, i. e. mendax, Prov. 6, 19. Cum Suff. עֵדִי *Teſtis* meus, Job. 16, 19. Plur. עֵדִים *Teſtes*, Num. 35, 30. In Statu Conſtr. עֵדֵי חָמָס *Teſtes* violentiæ, i. e. violenti, Pſalm. 31, 11. Cum Suff. אַתֶּם עֵדָי Vos *eſtis teſtes* mei, Jeſ. 43, 10.

1) Generatim vi originis notat *eum*, qui *idem eſt*, ſive *in loquendo*, ſive *in agendo*. 2) Speciatim notat *teſtem*, qui *idem eſt*, vel *eſſe* debet in dicendo. Ita verò attribuitur α) *Homini*, tum *ei*, qui rem ſuis oculis vel auribus cognitam in judicio enunciat, ſive ſit teſtis verax, Exod. 22, 12. Lev. 5, 1. Devt. 19, 15. Prov. 14, 5. 25. ſive mendax, Exod. 20, 13. Devt. 5, 20. Prov. 6, 19. c. 14, 5. c. 19, 5. 9. tùm *ei*, qui res ſibi compertas extra judicium enunciat, & eas ſic ſe habere teſtatur, Jeſ. 8, 2. c. 44, 8. β) *Meſſiæ*, tùm quia eſt teſtis fœderis, quod in ipſo pactum fuit, Jeſ. 55, 4. tùm quia certiſſimâ ratione veritatem cœleſtem nobis protulit, Jeſ. 43, 10. conf. Apoc. 1, 5. c. 3, 14. γ) *Deo*, qui veritatem rei ipsô declarat opere, vel mendaciter loquentibus pœnas debitas ex juſtiſſimo judicio infligit, 1. Sam. 12, 5. Jer. 42, 5. Mich. 1, 2. Mal. 3, 5. δ) *Rebus inanimatis*; e. g. acervo à Labane & Jacobo erecto, Gen. 31, 48. altari à Rubenitis extructo, Joſ. 22, 28. 34. cantico Moſis, Devt. 31, 19. 21. libro legis, Devt. 31, 28. plagis iræ divinæ adverſus Jobum teſtibus, Job. 10, 17.

עֵדָה f. *Teſtimonium*; *Teſtis*. וְעֵדָה הַמַּצֵּבָה Et *teſtis* hæc ſtatua, Gen. 31, 52. בַּעֲבוּר תִּהְיֶה לִּי לְעֵדָה Ut ſit mihi in *teſtimonium*, Gen. 21, 30. Plur. עֵדוֹת *Teſtimonia*, Devt. 4, 45. Cum Suff. עֵדֹתֶיךָ *Teſtimonia* tua, Pſ. 93, 5.

1) Generatim & vi originis *identitatis* notionem in *teſtando* obtinet. 2) Spe-

2) Speciatim notat α) *teſtimonium,* quod *idem eſſe* debet. Ita 1) adhibetur ad deſignandum teſtimonium de puteo ab Abrahamo effoſſo, Gen. 21, 30. 2) tribuitur *legibus & verbis divinis cœlitus revelatis, & veluti teſtibus præſentibus ſolenniter promulgatis,* quibus Deus de ſuâ voluntate tàm legali, quàm Evangelicâ teſtatus eſt, infallibiliterque & quaſi juratò inſtruxit homines, Devt. 4, 45. c. 6, 17. 20. Pſ. 25, 10. Pſ. 78, 56. Pſ. 93, 5. Pſ. 119, 2. 22. 24. 59. 79. 138. 146. 167. β) *Teſtem,* vel monumentum alicujus facti vel officii debiti, Gen. 31, 52. Joſ. 24, 27.

עֵדוּת f. *Teſtimonium.* עֵדוּת יְהוָה נֶאֱמָנָה *Teſtimonium* Domini eſt firmum, Pſ. 19, 8. לְעֵדֻת Præ *teſtimonio,* Exod. 31, 7. Plural. Cum Suff. עֵדְוֺתֶיךָ *Teſtimonia* tua, 1. Chron. 29, 19. Pſ. 119, 14. עֵדְוֺתָיו *Teſtimonia* ejus, 2. Reg. 17, 15.

1) Generatim *identitatis* notionem obtinet. 2) Speciatim notat *teſtimonium,* quod idem eſſe debet. Hoc nomine venit α) *lex Dei tota,* quâ Deus teſtatus eſt de ſuâ voluntate ſolenniter, Pſal. 81, 6. Pſal. 119, 88. β) *Tabulæ Moſis,* in arcâ inſtar perpetui fœderalis teſtimonii vel monumenti repoſitæ, Exod. 25, 16 21. c. 40, 20. Lev. 16, 13. Unde tàm *arca,* quàm *tabernaculum,* ubi aſſervabantur, vocabantur *arca & tabernaculum teſtimonii,* Exod. 25, 22. c. 38, 21. γ) Jus *conſuetudinarium & inſtitutum memoriale, ſolennis ceremonia aut ritus,* Pſalm. 60, 1. Pſalm. 78, 5. Pſalm. 122, 4.

תְּעוּדָה f. *Teſtimonium.* Ter legitur, Ruth. 4, 7. Jeſ. 4, 17. c. 8, 20.

עוֹד *Adhuc, Amplius, Porro, Iterum, Denuo, Perpetuo, Diu,* לֹא אוּכַל עוֹד לָצֵאת וְלָבוֹא Non potero *diutius* egredi aut ingredi, Devt. 31, 2. וַתִּבְכֶּינָה עוֹד Et fleverunt *diu,* Ruth. 1, 14. עוֹדֶנּוּ Adhuc ille, Gen. 18, 22. בְּעוֹדִי pro בִּהְיוֹתִי עוֹד In eſſe me adhuc, i. e. quamdiu adhuc ſuperero, Pſ. 104, 33. בְּעוֹדֶנּוּ חַי In adhuc eſſe ipſum vivum, i. e. cum adhuc viveret, Gen. 25, 6.

1) Generatim *identitatem,* & *continuationem* innuit. 2) Speciatim ſignificat Tempus, ejusque continuationem, denotans α) *particulas, amplius,* Gen. 8, 12. 1. Sam. 7, 13. *diutius,* Devt. 31, 2. *diu,* Ruth. 1, 14. *perpetuò,* Pſ. 84, 5. *adhuc,* Gen. 45, 3. Exod. 4, 18. 1. Sam. 20, 14. Jeſ. 47, 12. β) *Nominalem* obtinet *ſignificationem,* inprimis ſi præmiſſas habet particulas ב, מ, & idem eſt ac *Tempus, Duratio, Protractio, Continuatio, Tempus protractum, continuatum.* מֵעוֹדִי עַד־הַיּוֹם הַזֶּה Ab eo *tempore,* quo ſum, usque ad hunc diem, Gen. 48, 15. Num. 22, 30. בְּעוֹד שְׁנָתַיִם יָמִים Poſt *protractionem* duorum integrorum annorum, Jer. 28, 3. עוֹד שְׁלֹשֶׁת יָמִים וְשׁוּבוּ אֵלָי *Prorogatione* trium dierum, i. e. *prorogatis* abhinc tribus diebus denuò revertimini ad me, 2. Chr. 10, 5. Gen. 40, 13. Joſ. 1, 11. Jeſ. 7, 8. c. 10, 25. c. 27, 1. Jer. 51, 33. לְיָמִים עוֹד שִׁבְעָה *Poſt* dies in *continuatione* i. e. continuos ſeptem, Gen. 7, 4.

עָוָה *Iniquè, perversè, perperam egit.* עַל־הַמֶּלֶךְ עָוְתָה Adverſus

Digitized by Google

Regem *iniquè, perperam egit*, Eſth. 1, 16. חָטָאנוּ וְעָוִינוּ הִרְשָׁעְנוּ Peccavimus, & *iniquè egimus*, & improbe nos geſſimus, Dan. 9, 5. Niphal נַעֲוָה *Incurvatus eſt, Perverſus* eſt. נַעֲוֵיתִי *Incurvatus ſum*, Pſalm. 38, 7. Particip. נַעֲוֵה לֵב *Perverſus* corde, Prov. 12, 8. Piel עִוָּה *Pervertit*, Thren. 3, 9. Hiphil הֶעֱוָה *Inique egit, Pervertit.* הֶעֱוֵיתִי *Inique egi*, 2. Sam. 24, 17. הֶעֱווּ דַּרְכָּם *Perverterunt* viam ſuam, Jer. 3, 21. Infin. הַעֲוֵה נִלְאוּ *Perverſè agendo* defatigati ſunt, Jer. 9, 4. Sed 2. Sam. 7, 14. eſt בְּהַעֲוֹתוֹ In *perverſè agere* ipſum, i. e. cum perverſe aget.

1.) Generatim videtur obtinere ſignificationem *deflectendi ab aliquo ad aliquid*, quacunque id fiat ratione. Unde 2) ſpeciatim α) *propriè* notat *curvum eſſe, incurvari*, quia, quicquid *curvum eſt* aut *incurvatur, à rectitudine deflectitur.* Ita occurrit, Pſ. 38, 7. de externâ corporis incurvatione, qualis in gravibus cruciatibus aut magnis morbis contingit. Confer. Jeſ. 21, 3. β) *Metaphoricè* 1) notat *inique & perperam agere, & inverſum veluti decalogum vitâ ſuâ exprimere*; quia, qui iniquè & perperam agit, à regula veritatis & rectitudinis norma ac linea deflectit atque abludit, 2. Sam. 7, 14. c. 19, 20. c. 24, 17. 1. Reg. 8, 46. 2. Chron. 6, 37. Pſ. 106, 6. Prov. 12, 8. Dan. 9, 5. 2) Significat *pervertere* in Piel & Hiphil; Ita Iſraelitæ, Jer. 3, 21. dicuntur *pervertiſſe & curvam feciſſe viam ſuam*, quando rationem vivendi à Deo in verbo ſuo præſcriptam deſeruerunt, inique egerunt, & alienos Deos coluerunt. Similiter Thren. 3, 9. Deus dicitur Judæis *pervertiſſe viam*, quando *eorum conſilia, conatus & motiones*, quibus mala evadere tentabant, *conturbavit*, ut neque viderint, neque noverint, quomodo ſe extricare ex iis poſſent. Vide Job. 33, 27.

עַוָּה f. *Perverſa, Perverſitas.* Ter legitur Ezech. 21, 32.

עִוְעִים m. pl. *Perverſitates*; primâ radicali geminatâ. Semel occurrit Jeſ. 19, 14.

עָוֹן m. *Perverſitas, Iniquitas.* נֹשֵׂא עָוֹן Condonans *iniquitatem*, Exod. 34, 7. גָּדוֹל עֲוֹנִי מִנְּשׂוֹא Major eſt *iniquitas* mea, quàm ut feram, Gen. 4, 13. In Statu Conſtr. עֲוֹן אָבוֹת *Iniquitas* Patrum, Exod. 20, 5. Plur. עֲוֹנִים *Iniquitates.* Cum Suff. עֲוֹנֵינוּ *Iniquitates* noſtræ, Jer. 14, 7. Term. Fœm. עֲוֹנוֹת אֲבֹתֵיהֶם *Iniquitates* Patrum eorum, Neh. 9, 2. עֲוֹנוֹתֵינוּ *Iniquitates* noſtræ, Eſr. 9, 6. עֲוֹנֹתָם *Iniquitates* ipſorum, Lev. 16, 22.

1) Generatim deſignat *deflexionem quamcunque.* Unde 2) ſpeciatim α) *propriè* denotat *deflexionem in curſu & greſſu*, Pſ. 5, 59. β) *Tropicè* 1) Per *Metaphoram* ſignificat *deflexionem moralem*, quâ homo non ſolum à normâ legis deflectit & aberrat, ſed etiam contra legem perversè & iniquè agit h. e. *iniquitatem, pravitatem.* Sed, quia iſta deflexio ſeu pravitas eſt vel *congenita*, vel *acquiſita*, hinc legitur *tum* de *pravitate congenitâ*, ſeu *originali naturæ hominis corruptione* à normâ divinæ voluntatis, ac imagine Dei primis Parentibus à Deô concreatâ penitus recedente, quæ juſti-

Juſtitiæ originalis carentiam & voluntatis in malum propenſionem importat, Pſalm. 51, 7. *tùm de pravitate acquiſitâ & actuali*, Gen. 4, 13. Eſr. 9, 6. 7. Jeſ. 50, 1. c. 59, 2. c. 64, 9. Ezech. 43, 10. tùm de *utroque*, Pſalm. 103, 3. Jeſ. 43, 24. c. 53, 5. Dan. 9, 25. Hoſ. 14, 3. 2) Per *Metonymiam cauſæ* notat *pœnam iniquitate promeritam*, ſeu *reatum pœnæ*, Gen. 19, 15. Pſ. 31, 11. Pſ. 32, 5. Prov. 5, 22. Jeſ. 33, 24. Thren. 4, 22, c. 5, 7. Ezech. 14, 10. c. 44, 12.

עוז In Kal non occurrit, In Hiphil eſt הֵעִיז *Coiit, Congregatus eſt, Congregavit ſe*, & activè *Congregavit*. הֵעִיזוּ *Congregant ſe*, Jeſ. 10, 31. Imper. הָעֵז אֶת־מִקְנְךָ *Congrega* pecus tuum, Exod. 9, 19. הָעִיזוּ *Convenite*, Jer. 4, 6. Sed Jer. 6, 1. eſt הָעִזוּ *Convenite, Congregate vos*. Tranſitive ſeu activè capitur, Exod. 9, 19. הָעֵז אֶת־מִקְנְךָ *Congrega* pecus tuum.

עוּל *Sugere, Lactare*; Inde Particip. pl. Fœm. עָלוֹת *Lactantes, fœta*, quæ parvulum vel fœtum *lactant*. פָּרוֹת עָלוֹת Vaccæ *lactantes*, 1. Sam. 6, 7. 10. Eadem vox occurrit, Gen. 33, 13. Pſalm. 78, 71. Jeſ. 40, 11.

עוּל m. *Infantulus, Lactens, Sugens, Fœtus*, Jeſ. 65, 20. Cum Suff. עוּלָהּ *Infantis, Fœtus* ſui, Jeſ. 49, 15. Sæpius non occurrit.

עֲוִילִים m. pl. *Parvuli, Pueri*, Job. 19, 18. Cum Suff. עֲוִילֵיהֶם *Parvuli* ſui, Job. 11, 11, Præterea non legitur.

עָוַל *Iniquè, perperam egit; perverſè egit*. Bis ſaltem occurrit. Fut. יְעַוֵּל *Perverſè agit*, Jeſ. 26, 10. Particip. מְעַוֵּל *Iniquè agens*, Pſ. 71, 4.

עַוָּל m. *Iniquus, qui perverſè agit*, Job. 18, 21. c. 27, 7. c. 29, 17. c. 31, 3. Zeph. 3, 5.

עֲוִיל m. *Iniquus, Perverſus*. Saltem legitur Job. 16, 11.

עָוֶל m. *Iniquitas, Perverſitas*. לֹא־תַעֲשׂוּ עָוֶל Ne faciatis *iniquitatem*, Lev. 19, 15. אִישׁ עָוֶל Vir *iniquitatis* i. e. iniquus, Prov. 29, 27. In Statu Conſtr. בְּעֶוֶל רְכֻלָּתְךָ Ob *iniquitatem* mercaturæ tuæ, Ezech. 18, 26. Hæc forma reſpicitur accedente Suff. בְּעַוְלוֹ Propter *iniquitatem* ſuam, Ezech. 18, 26. c. 33, 13.

1) Generatim notat *iniquitatem* ſeu *perverſitatem* quamcunque. 2) Speciatim α) deſignat *pravitatem* juſtitiæ ac veritati oppoſitam, Devt. 32, 4. Jer. 2, 5. Ezech. 3, 20. β) Notat *enormem ſcelerum colluviem ac perverſitatem*, quâ quis ſcienter à bonô ad malum deflectit, Pſal. 53, 2. Ezech. 18, 24. c. 33, 15. γ) Innuit *iniquitatem* in judiciis, Lev. 19, 15. 35. Pſ. 82, 2. ita tamen, ut non denotetur *judicii objectum*, quod ſcelus vel iniquitas commiſſa eſſe ſolet, ſed deſignetur *judicii adjunctum*, quô judices cauſas non decenter examinant, ſed contra jura aut conſcientiam propriâ ſpe lucri & commodi, aut metu damni & odii ſententiam injuſtam ferunt. δ) Denotat *iniquitatem & injuſtitiam* in *negotiationibus & commerciis* committi ſolitam, Devt. 25, 10. Ezech. 28, 18.

Digitized by Google

עַוְלָה f. *Iniquitas, Perverſitas.* הֲיֵשׁ בִּלְשׁוֹנִי עַוְלָה Num eſt in linguâ meâ *iniquitas, perverſitas?* Job. 6, 30. שֹׁתֶה עַוְלָה Bibens *iniquitatem,* Job. 15, 16. Cum ה intendendi eſt עַוְלָתָה *Iniquitas maxima,* Pſ. 125, 3. Ezech. 28, 15. Hoſ. 10, 13.

1) Generatim notat *iniquitatem quamcunque.* 2) Speciatim α) denotat *pravitatem juſtitiæ oppoſitam*, ſive ſit *actualis*, ſive *habitualis*, 2. Chron. 19, 7. Job. 36, 23. Pſal. 92, 16. Zeph. 3, 5. β) Deſignat *pravitatem* homini *connatam*, quæ juſtitiæ originalis carentiam & propenſionem in mala quævis importat, Job 15, 16. γ) Notat *malitiam & quorumvis ſcelerum enormem colluviem*, ubi quis ſcienter à bonô ad malum deficit, 2. Sam. 3, 24. Job. 22, 23. Pſal. 43, 1. Pſal. 119, 3. Prov. 22, 8. Hoſ. 10, 9. δ) Per *Metonymiam adjuncti* notat *hominem iniquum*, Job. 24, 20. Pſ. 107, 42.

עֹלָה f. *Iniquitas, Nequitia.* Cum ה intendendi eſt עֹלָתָה *Iniquitas maxima*, Job. 5, 16. Plur. עֹלוֹת *Iniquitates*, Pſ. 58, 3. Pſ. 64, 7.

עוֹן *Habitandi, cohabitandi, & commorandi*, forte habuit ſignificationem, ſi apud Ebræos in uſu fuit. Inde

עוֹנָה f. *Cohabitatio*, quâ uxori debitum conjugale præſtatur, Exod. 21, 10. Lucem accipit ex Arabicâ linguâ, ubi عَانَ notat *mulierem marito junctam eſſe.*

עוֹנֵן *Præſtigiis uſus eſt*, vide inferius.

מָעוֹן m. *Habitatio*, *Habitaculum*, 1. Sam. 2, 29. In Statu Conſtr. מְעוֹן תַּנִּים *Habitaculum Draconum*, Jer. 9, 10. Cum Suff. מְעוֹנוֹ *Habitaculum ſuum*, 2. Chron. 36, 15. Plur. מְעִינִים *Habitacula*, 1. Chr. 4, 41. pro מְעוֹנִים juxta Maſorethas. Sed quid ſi literâ י retentâ, legas מְעִינִים formæ מְאִיר.

1) Generatim notat *habitaculum*, ubi commorari licet. Unde 2) ſpeciatim α) notat habitaculum *hominum*, tum *corporale*, Zeph. 3, 7. tùm *ſpirituale*, nempe *Deum*, ubi tanquam in arce munitiſſimâ adverſus omnes calamitatum & adverſitatum turbines atque æſtus ſecurè latitare, & felicem tranquillamque degere queunt vitam, Pſ. 71, 3. Pſ. 90, 1. Pſ. 91, 9. β) Deſignat *habitationem Dei*, in ſanctuariô ſuô peculiari commorantis ratione, 2. Chron. 30, 27. Pſ. 26, 8. Pſ. 68, 6. γ) *Antrum beſtiarum*, e. g. Draconum, Jer. 9, 10. c. 16, 22.

מְעוֹנָה f. *Habitatio, Habitaculum*, Devt. 33, 27. Cum Suff. מְעוֹנָתוֹ *Habitaculum* ejus, Pſ. 76, 3. Plur. מְעוֹנוֹת *Habitacula*, Job. 38, 40. Cum Suff. מְעֹנֹתָיו *Habitacula* ſua, Nah. 2, 12.

1) Generatim notat *habitaculum quodcunque*, ubi *commorari* licet. 2) Speciatim α) notat *habitaculum hominum*, Jer. 21, 13. β) *Antrum ferarum*, c. g. leonum, Pſalm. 104, 22. Job. 38, 40. vel c. 39, 2. aliarum, Job. 37, 8. γ) *Dei templum* vel *tabernaculum ſacrum*, Pſalm. 76, 3.

עֹוְעִים *Perverſitates*, vide in עוה p. 858.

עוף *Volare, Advolare, Avolare, Evolare, Involare, Convolare;* item *Obſcurum eſſe, Obtenebratum eſſe.* וְעָפוּ בְכָתֵף פְּלִשְׁתִּים Et *involent* in humerum Philiſtæorum, Jeſ. 11, 14. Particip. Fœm. מְגִלָּה עָפָה Volumen *volans*, Zach. 5, 1. 2. כְּצִפֳּרִים עָפוֹת Sicut aves *volantes*, Jeſ. 31, 5. Infin. עוּף *Volare*, Prov. 26, 2. Fut. אָעוּפָה *Evolarem*, Pſal. 55, 7. תָּעֻפָה כַּבֹּקֶר תִּהְיֶה Etſi nunc *obſcuratum* ſis, ſicut mane eris, Job. 11, 17. כַּחֲלוֹם יָעוּף Sicut ſomnium *avolat*, Job. 20, 8. יָעֻפוּ *Advolabunt*, Hab. 1, 8. Piel עוֹפֵף *Volitavit; Volare fecit*, i.e. *Vibravit.* Fut. וְעוֹף יְעוֹפֵף עַל־הָאָרֶץ Et avis *volitet* ſuper terra, Gen. 1, 20. Particip. שָׂרָף מְעוֹפֵף Preſter *volitans*, Jeſ. 15, 2. c. 30, 6. Infin. בְּעוֹפְפִי חַרְבִּי עַל־פְּנֵיהֶם *Involare facere* me, i.e. cum *vibrabo* gladium meum præter facies eorum, Ezech. 32, 10. Hiphil הֵעִיף *Volare, involare fecit, celeriter movit, Admovit.* Fut. הֲתָעִיף עֵינֶיךָ בּוֹ Num *involare facies* i.e. celeriter *movebis* oculos tuos ad hoc? Prov. 23, 5. Ita quidem Maſorethæ in Hiphil legunt; ſed juxta literas legendum הֲתָעוּף Num quisque oculorum tuorum *involet* in hoc? Hophal Particip. מֻעָף בִּיעָף *Volare juſſus* per volatum celerem, Dan. 9, 21. Buxtorfius interpretatur: *Volare juſſus cum laſſitudine;* quia יְעָף *laſſitudinem* ſignificat, à radice יעף *Laſſus fuit.* Sed aliis י eſt ſervile, & ab iis refertur ad hanc radicem. Aſt Jeſ. 8, 23. מוּעָף idem eſt ac *obſcuratus eſt.* Hithpael Fut. יִתְעוֹפֵף כְּבוֹדָם *Avolat* gloria eorum, Hoſ. 9, 11.

1) Generatim ſignificationem *volandi* habet, modo ſignificandi pro diverſitate termini *à quô*, vel *ad quem* ſubinde variante. Unde nunc ſignificat ſimpliciter *volare*, Jeſ. 31, 5. nunc *avolare*, Prov. 23, 5. Nah. 3, 6. nunc *involare*, Jeſ. 11, 14. nunc *advolare*, Hab. 1, 8. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *volatilium.* Adhibetur autem de *volatilibus* tum promiſcuè, Pſ. 55, 7. Jeſ. 31, 5. tum ſpeciatim de aquila, Prov. 23, 5. de bruchis, Nah. 3, 16. de ſerpente, Jeſ. 15, 2. c. 30, 6. 7. β) *Impropriè* א) per *Metaphoram* 1) dicitur de *Deo* celerrimè piis ſubveniente, & hoſtes eorum velociſſimo impetu perterrefaciente & proſternente, 2. Sam. 22, 11. Pſ. 18, 11. 2) de *ſomniô* citò abeunte, Job. 20, 8. 3) Notat *interire & evaneſcere*, quia, quæ avolant, aut prætervolant, ſimul diſparent & pereunt, ut non amplius ſint, Job. 20, 8. Hoſ. 9, 11. Conf. Pſ. 90, 10. ubi dicitur de *morientibus*, qui citò è vita diſcedunt, ut non amplius ſint. 4) Denotat *citò curſu ferri* aliquò, vel *advenire*, Jeſ. 6, 6. Dan. 9, 21. 5) Notat *irruere* more *avium rapacium*, Jeſ. 11, 14. 6) De *gladiô* adhibitum notat *vibrare*, Ezech. 32, 10. ב) Per *Metonymiam* notat 1) *Obſcurum* eſſe, quia locuſtæ catervatim volantes *cœlum quaſi obſcurare, & lucem intercipere* ſolent. Ita legitur Job. 11, 17. Jeſ. 8, 23. 2) *Laſſum eſſe, defatigari*, quia volatum nimium *laſſitudo* ſequitur. Ita legitur Jud. 4, 21.

עוֹף m. *Avis, Volucris, Volatile;* Collectivum eſt, & quævis *Volatilia*

 deſi-

deſignat. עוֹף הַשָּׁמַיִם *Avis* cœli, Gen. 1, 30. כָעוֹף יִתְעוֹפֵף כְּבוֹדָם Sicut *avis* avolat gloria eorum, Hoſ. 9, 11.

עֵיפָה f. *Obſcuritas*, Am. 4, 13. Cum ה intendendi eſt עֵיפָתָה *Obſcuritas maxima, denſiſſima*, Job. 10, 22. Præterea non legitur.

עַפְעַפַּיִם m. d. *Palpebræ*, ob *celerem earum motum & vibrationem volatui* fere ſimilem ſic dictæ. Cum Suff. עַפְעַפָּי *Palpebræ* meæ, Job. 16, 16. עַפְעַפָּיו *Palpebræ* ejus, Prov. 30, 13.

1) Generatim notat *palpebras* ſive proprie, ſive impropriè dictas. 2) Speciatim α) *propriè* notat illa *munimenta oculi*, quibus hæc humani corporis pars neceſſitate non minus, quam ſtructuræ ſubtilitate commendabilis inſtructa eſt, ne lædatur. In his dicitur eſſe *ſomnus*, Prov. 6, 4. Pſ. 132, 4. eædem dicuntur fletu caligare, Job. 16, 17. Jer. 9, 17. β) *Metaphoricè* 1) tribuuntur *Deo* ad deſignandam *ipſius omniſcientiam*, Pſ. 11, 4. 2) *Auroræ*, ad deſignandam *primam illam rubeſcentem lucem*, quæ in nubeculis apparet, & per radios ita micat, ut ſi quis per palpebrarum pilos videat, non apertis plenè oculis. Aurora enim plenam lucem non habet; auroræ autem palpebris remotis, ſoliſque oculo aperto, dies eſt, Job. 3, 9. c. 41, 9. Vid. Sebaſt. Schmid. in d. l.

מְעוּף m. *Obſcuratus*. Semel occurrit in Statu Conſtr. מְעוּף צוּקָה *Obſcuratus anguſtia*, Jeſ. 8, 22.

עוּץ *Conſulere, conſilium inire, capere*. Imper. עֻצוּ *Conſilium inite*, Jud. 19, 30. עֻצוּ עֵצָה *Conſulite conſilium*, Jeſ. 8, 10.

עוּק *Premi, Arctari*, in Kal non occurrit, ſed in Hiphil הֵעִיק *Preſſit*, Fut. cum Particip. אָנֹכִי מֵעִיק תַּחְתֵּיכֶם כַּאֲשֶׁר תָּעִיק הָעֲגָלָה Ego *premam* ſub vobis, ſicut *premit* currus, Am. 2, 13.

עָקָה *Preſſura*. Semel occurrit in Statu Conſtr. עָקַת רָשָׁע *Preſſura improbi*, Pſ. 55, 4.

מוּעָקָה f. *Preſſura, Oppreſſio, Conſtrictio*. Saltem legitur, Pſalm. 66, 11.

עוּר *Exigilare, Expergiſci, Excitari*. Imper. עוּרָה *Evigila*, Pſalm. 44, 26. cum ה Paragogico. עוּרִי *Evigila* F. Jud. 5, 12. Jeſ. 51, 9. Niphal נֵעוֹר *Excitatus eſt*, per alternationem (ָ) cum (..) pro נָעוֹר Zach. 2, 13. Fut. יֵעוֹר *Excitabitur*, Jer. 6, 22. סַעַר גָּדוֹל יֵעוֹר Procella magna *excitabitur*, Jer. 25, 32. יֵעוֹר מִשְּׁנָתוֹ *Excitatur* è ſomno ſuo, Zach. 4, 1. עֶרְיָה תֵעוֹר Nudatione *excitabitur*, vel potius, *nudabitur*, petitâ ſignificatione ex עָרָה *Nudatus eſt*. Piel עוֹרֵר *Evigilare fecit, Suſcitavit, Excitavit*. עוֹרֵר אֶת־חֲנִיתוֹ *Excitavit* i. e. *agitavit* lanceam ſuam, 2. Sam. 21, 18. עֹרְרוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ *Excitarunt*, i. e. inſtaurarunt, exſtruxerunt palatia ſua, Jeſ. 23, 13. Ponitur autem Præteritum pro Futuro. Fut. תְּעוֹרְרוּ *Excitabitis*, Cant. 2, 7. עֹרְעֵר vide in עָרָה Hiphil הֵעִיר *Exitavit, Suſcitavit*, item *Evigilavit* הַעִירוֹתִי *Excitavi*, Jeſ. 41, 25. Particip. מֵעִיר *Excitans*, Jeſ. 13, 17. הִנְנִי מְעִירָם

Ecce

Ecce ego *excito* eos, Joel. 4, 7. Fut. אָעִירָה *Evigilabo*, Pſ. 108, 3. יָעִיר *excitabit*, Devt. 32, 11. וְיָעֵר כֹּחוֹ Deinde *excitabit* vires ſuas, Dan. 11, 25. וַיָּעַר Et *excitavit*, 2. Chron. 5, 26. Hithpael הִתְעוֹרֵר *Excitavit* ſe, *Evigilavit*. הִתְעֹרַרְתִּי *Excitavi me*, Job. 31, 29. Particip. מִתְעוֹרֵר *Excitans ſe*, Jeſ. 64, 6. Fut. יִתְעֹרָר *Excitet ſe*, Job. 17, 8. Imper. הִתְעֹרְרִי *Evigila, expergiſcere*, Jeſ. 51, 17.

1) Generatim *evigilationem* importat, quacunque ea fiat ratione. 2) Speciatim α) notat *evigilare*, ſeu *expergiſci*, & *propriè* quidem *è ſomnò corporis*, è quo quis excitatus evigilat, Zach. 4, 1. Sed *Metaphoricè è ſomno deſertionis, incuriæ* atque *deſidiæ*, quia dormiens non operatur, nullamque rei curam gerit. Ita tribuitur 1) *Deo*, qui *evigilare* dicitur, quando, poſtquam inſtar *dormientis alicujus*, nos deſerere, opem denegare & nullam noſtri curam gerere viſus eſt, nunc *opem facit exoptatam, &, quod noſtri curam gerat, reipſa demonſtrat*, Pſ. 7, 7. Pſ. 44, 24. Pſ. 59, 5. 6. Jeſ. 51, 9. c. 52, 1. & in Hiphil Pſ. 35, 23. 2) *Homini*, qui *evigilare* dicitur, quando velut *è ſomno* excitatus, non amplius tardus ac oſcitans eſt ad rem aliquam peragendam, ſed, quid ſui muneris ſit, circumſpicit ac peragit, Jud. 5, 12. Conf. Pſ. 57, 9. 3) *Rebus inanimatis*, ad deſignandum *fervorem* vel *alacritatem loquentis* aut *agentis*, Pſal. 57, 9. Pſal. 108, 3. β) Significat *excitare* vel *excitari* 1) *propriè* è *ſomno*, Cant. 2, 7. c. 3, 5. 2) *Impropriè* autem ex *torpore, negligentiâ, incuriâ, & aliis*, quæ *ſomno* aſſimilari ſolent. Unde ſæpius idem eſt ac *incitare* ad *operandum* vel *agendum*, ubi torpor, incuria vel deſidia occupavit animum, Jer. 50, 9. Jeſ. 13, 17. c. 41, 25. c. 45, 13. Joel. 4, 9. Confer. 2. Chron. 36, 22. Eſr. 1, 1. 5. ubi *excitare ſpiritum alicujus*, idem eſt ac *animum excitare, impetum animi ſuſcitare, & ad agendum incitare*. Aliàs autem adhibetur de *excitatione fortitudinis* hactenus non exercitæ, Pſal. 80, 3. de *agitatione haſtæ* antea velut *quieſcentis* aut *otioſæ*, 2. Sam. 23, 18. 1. Chron. 11, 10. 11. de *excitatione clamoris*, Jeſ. 15, 5. *plagæ*, Joſ. 10, 26. *rixarum* per odium, Prov. 10, 12.

עִוֵּר *Excæcavit*. וְאֶת־עֵינֵי צִדְקִיָּהוּ עִוֵּר Et oculos Zedekiæ *excæcavit*, 2. Reg. 25, 7. Jer. 39, 7. c. 52, 11. Fut. שֹׁחַד יְעַוֵּר פִּקְחִים Munus *excæcat* videntes, Exod. 23, 8. h. e. ad corrumpendum jus & pervertendam juſtitiam inducit, vel occaſionem ejus præbet. Confer. Devt. 16, 19. Sæpius non legitur.

עֵר m. *Vigil, Vigilans*, h. e. *acris & excitatus ad aliquid peragendum*, Mal. 2, 12. לִבִּי עֵר Cor meum *vigilabat*, Cant. 5, 2.

עִיר f. *Urbs*, juxta nonnullos ſic dicta, quod hominum actionibus & operis ſit *excitata*, videatur inferius. Sed Jer. 15, 8. Coccejo notat *vigiliam*; Kimchio autem *inimicum*.

עוֹר m. *Cutis, Pellis*, vide in עָרָה, *Nudus eſt*.

מְעוֹרִים Nuditates, vide in R. עָרָה *Nudus eſt*.

עָר m. *Inimicus, Hoſtis, Adverſarius*, ſic dictus, quod in alterius malum *vigilans ſit & intentus*. Geierus in Pſ. 139, 20. arbitratur, enatum

eſſe ex צָר, more Chaldæorum צ in ע mutatô. עָרֶךָ *Inimicus* tuus, 1. Sam. 28, 16. Plur. in Statu Conſtr. עָרֶיךָ *Inimici* tui, Pſalm. 139, 20. Mich. 5, 14.

עִוֵּר *Cæcus*, Exod. 4, 11. עַם עִוֵּר Populus *cæcus*, Jeſ. 43, 8. Plur. עִוְרִים *Cæci*, Jeſ. 29, 18. Fœm. עַוֶּרֶת *Cæca*, Lev. 22, 22. Plual עִוְרוֹת *Cæca*, Jeſ. 42, 7.

1) Generaliter notat *cæcum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *eum, qui viſu corporali deſtitutus eſt*, Exod. 4, 11. Lev. 19, 14. c. 21, 18. Devt. 27, 18. Dicitur quoque de *animali*, quod immolatur, Devt. 5, 21. c. 15, 21. Mal. 1, 8. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *ſpiritualiter cæcum*, cujus intellectus eſt obtenebratus, deſtitutus veræ doctrinæ cognitione & fide, Jeſ. 42, 16. 18. c. 43, 8. Thren. 4, 14. 2) *eum, qui ſe ſpiritualiter agnoſcit*, & ad lumen veritatis & fidei aſpirat, Jeſ. 29, 18. 3) *eum, qui conſilii inops non invenit*, quod agat, & quaſi furibundus deſperat, Jeſ. 59, 10. Zeph. 1, 17. γ) Deſignat *cæcum* & *corpomliter* & *ſpiritualiter talem*, Jeſ. 35, 5. δ) *Imputativè* & per calumniam Judæorum *cæcus* dicitur *Meſſias*, Jeſ. 42, 19. quod *noſtra cæcitas ipſi fuit imputata*, & pro ea ab eo ſatisfactum.

עִוָּרוֹן m. *Cæcitas*. מַכֶּה בְּעִוָּרוֹן Percutiam *cæcitate*, Zach. 12, 4. Conf. Devt. 28, 28. Præterea non legitur.

עוּשׁ *Convenire, Congregare ſe*. Semel occurrit in Imperativo עוּשׁוּ *Congregate* vos, Joel. 4, 11.

עָשׁ m. *Arcturus*; Plauſtrum ſeptem ſtellarum congregatarum, quæ nunquam ſeparantur, Job. 9, 9. Coccejus accipit pro *urſa minore*.

עַיִשׁ m. *Arcturus* juxta Buxtorffium; Sed Seb. Schmidius conjicit eſſe *Jovem* cum ſuis ſatellitibus, Job. 38, 32.

עָוַת *Curvum fecit, Pervertit, Subvertit*. עִוְּתָנִי *Subvertit* me, Job. 19, 6. Inf. לְעַוֵּת Ad *pervertendum*, Thren. 3, 36. Fut. יְעַוֵּת *Pervertet*, Job. 8, 3. Pual Particip. מְעֻוָּת *Perverſum*, Eccl. 1, 15. Hithpael הִתְעַוֵּת *Incurvavit, Pervertit, Subvertit ſe*. Fut. וְהִתְעַוְּתוּ Et *pervertent* ſe, Eccl. 12, 3.

1) Generatim importat *deflexionem à rectitudine*, ſeu notat *priſtinam rectitudinem tollere*, quacunque ratione id fiat. 2) Speciatim α) deſignat *incurvationem*, quia, quicquid *incurvatur* à rectitudine *deflectit*, Eccl. 12, 3. β) Notat *pervertere*, vel *phyſicè*, immiſſô malô pœnæ, priorem felicitatis rectitudinem tollendo, Job. 19, 6. Pſ. 146, 9. conf. Eccl. 7, 13. vel *moraliter*, juſtam alicujus cauſam inique inclinando, Job. 8, 3. c. 34, 12. Am. 8, 5. vel utrôque modô ſimul, Eccl. 1, 15. Pſ. 119, 78. Vide Geierum in h. l.

עַוָּתָה f. *Perverſitas*. Semel legitur cum Suff. Thren. 3, 59. עַוָּתָתִי *Perverſitas* mea.

עֵז f. *Capra*. Deducitur vulgò à rad. עָזַז *Robuſtus fuit*, in relatione ad *oves*, quibus ſunt *robuſtiores*. Sed celeberr. Dn. D. Danz. deducit

ex

ex Arab. عنز *Reflexit*, quod capræ utplurimum *deflectant* è viâ regiâ ad vireſcentes frutices. Plur. עִזִּים *Capræ*, Gen. 27, 9. Cum Suff. עִזֶּיךָ *Capræ* tuæ, Gen. 31, 38.

עֲזָאזֵל *Haſaſel*, Lev. 16, 8. nomen *birci* in deſertum cum peccatis populi emiſſi, quaſi *bircus abiens* aut *oberrans* dictus, ab עֵז, & אָזַל *Abiit*; ceu interpretatur celeb. Buxtorffius.

עָזַב *Reliquit, Dereliquit, Deſeruit, Dimiſit.* עָזַב אֶת־יְהוָה *Dereliquit* Dominum, 2. Chron. 21, 10. עֲזָבַנִי כֹחִי *Dereliquit* me virtus mea, Pſ. 38, 11. עֲזָבוּנִי *Dereliquerunt* me, 1. Reg. 11, 33. Part. עֹזֵב *Relinquens*, Prov. 10, 17. Sed Zach. 11, 17. eſt עֹזְבִי cum jotâ Paragogicô. Part. Paul עָזוּב *Derelictus*, 2. Reg. 14, 26. Infin. עֲזֹב *Relinquere*, Gen. 44, 22. בְּעָזְבְכֶם אֶת־מִצְוֺת יְהוָה Propter *deſerere* vos, i. e. *propterea quod deſeritis* præcepta Domini, 1. Reg. 18, 18. Fut. אֶעֱזֹב אֶת־עַמִּי *Deſeram* populum meum, 1. Reg. 6, 13. אֶעֱזָבֶךָּ *Derelinquam* te, Joſ. 1, 5. אַל־תַּעַזְבֵנִי Ne *derelinquas* me, Pſ. 27, 9. Niphal נֶעֱזַב *Relictus, Derelictus eſt.* מַדּוּעַ נֶעֱזַב בֵּית הָאֱלֹהִים *Derelicta eſt* domus Dei, Neh. 13, 11. Fut. הָאָרֶץ תֵּעָזֵב מֵהֶם Terra *relinquetur* ab iis, Lev. 26, 43. Pual עֻזַּב *Derelictus eſt*, Jeſ. 32, 14. עֻזְּבָה עִיר *Relicta* eſt urbs, Jer. 49, 25.

1) Generatim notat *relinquere*, quacunque id fiat ratione. 2) Speciatim α) notat *linquere*, laſſen/ zurück laſſen/ prout *Joſephus* linquebat veſtem, Gen. 39, 13. *Iſraelitæ* relinquebant gregem & liberos in Ægypto, Gen. 50, 8. *Impii* divites relinquunt opes ſuas alias, Pſalm. 49, 11. β) *Deſerere*, verlaſſen. Ita dicitur 1) de *hominibus* tùm *in ordine ad Deum*, quem deſerunt, malitioſè ab eo recedendo & idola ſectando, Jud. 10, 13. 1. Reg. 11, 33. 2. Reg. 22, 17. 2. Chron. 32, 28. Jeſ. 65, 11. Jer. 1, 16. c. 5, 7. c. 19, 4. in ipſo *non confidendo*, Jer. 17, 13. *legem & præcepta ejus non obſervando*, 1. Reg. 18, 18. Pſ. 119, 53. Eſr. 9, 9. 10. 2. Chron. 7, 19. *fœdus ejus negligendo & violando*, 1. Reg. 19, 10. 14. Dan. 11, 30. tùm *in ordine ad alios homines*, quos deſerunt, ope & curâ ſuâ eos deſtituendo, Devt. 12, 19. c. 14, 27. Job. 20, 19. Pſ. 27, 10. aut ab iis *diſcedendo* vel *recedendo*, Gen. 44, 22. Ruth. 1, 16. 2. Reg. 2, 2. 4. 6. vel eos *poſtbabendo*, Gen. 2, 24. Ruth. 2, 11. vel *perfidè ſe gerendo*, prout adultera maritum deſerit, Prov. 2, 17. Tùm *in ordine ad rem*, quam, quia vel *nullius momenti*, vel *inutilis, noxia & nauſeâ plena* videtur, negligunt, reſpuunt, ſusque deque habent, & rejiciunt. Ita Rehabeam deſerebat *conſilium* Seniorum, 1. Reg. 12, 8. 13. 2. Chron. 10, 8. 13. Impii *legem Dei*, Pſ. 89, 31. Aliàs etiam dicitur de Iſraelitis deſerentibus urbes ſuas, 1. Sam. 31, 7. 1. Chr. 10, 7. 2) Dicitur de *Deo*, qui *deſerit* aliquem, paternam ſuam curam, opem & defenſionem ei ſubtrahendo, in calamitatibus, doloribus & adverſitatibus eum relinquendo, & effreni hoſtium libidini & crudelitati eum permittendo. Ita ſe à Deo deſertum conquerebatur *Meſſias*,

ſubtractionem gratioſi auxilii, ſenſum iræ divinæ & atrocitatem hoſtium expertus, Pſ. 22, 2. item *Zion*, Jeſ. 49, 14. conf. c. 54, 7. *David* talem Dei deſertionem anxiè deprecatur, vide Pſ. 27, 9. Pſ. 38, 22. Pſ. 71, 11. 18. Pſ. 119, 8. & Pſ. 37, 25. idem dicit, *juſtum non fuiſſe deſertum*. Conf. Gen. 28, 15. 20. ubi Deus Jacobo promiſit, *ſe eum non deſerturum*. γ) *Relinquere, concredere,* überlaſſen/ Gen. 39, 6. Job. 39, 14. δ) *Omittere, Intermittere*, e. g. *miſericordiam, benignitatisque ſtudium* erga aliquem, ut non ulterius exerceatur, Gen. 24, 27. Ruth. 2, 20. *peccata*, ut iis non amplius indulgeatur, Prov. 18, 13. ſcortationes ſpirituales, Ezech. 23, 8. *excandeſcentiam*, ne amplius foveatur, Pſ. 37, 8. Circa hunc autem ſignificatum obſervandum, quod, ſi verbo præmittatur particula negativa, inferat *continuationem actionis* vel *rei*, e. g. Gen. 24, 27. Non omiſit miſericordiam ſuam, i. e. continuavit eam. Importat tamen etiám quandoque *continuationem*, etſi particula negativa præmiſſa non ſit, ut Job. 10, 1. אֶעֶזְבָה עָלַי שִׂיחִי *Relinquam* ſuper me querelam meam, i. e. perſequar, continuabo querelam meam. 3) *Contrariam* induit *ſignificationem*, notans *opem ferre*, Exod. 23, 5. Vid. Cel. Majus in animadv. Lex. Coccej. ubi citat Conſt. l' Emper. ad Middoth p. 159. 4) Juxta Aben-Eſram & Ludovicum de Dieu, Neh. 3, 8. 34. & Jer. 49, 25. notat *pavimentum ſternere*.

עִזְבוֹנִים m. pl. *Nundinationes*. Cum Suff. עִזְבוֹנַיִךְ *Nundinationes* tuæ, Ezech. 27, 12. 14. 16. 19. 22. 27. 33.

עָזַז *Roboravit, Corroboravit, Stabilivit, Roboravit ſe, Invaluit, Robuſtum ſe geſſit, Roboratus, Corroboratus fuit*. Inf. בַּעֲזוֹז עִינוֹת תְּהוֹם Cum *ſtabiliret* fontes abyſſi, Prov. 8, 28. לָעוֹז בְּמָעוֹז פַּרְעֹה Ad *roborandum* ſe robore Pharaonis, Jeſ. 30, 2. Fut. אַל־יָעֹז אֱנוֹשׁ Ne *invaleſcat* homo, Pſ. 9, 20. Imper. עוּזָּה *Robora te* vel *robuſtum te gere, validè age*, Pſ. 68, 29. pro עֻזָּה per alternationém; ceu in עֲרוּמִּים *nudi*, Gen. 2, 25. pro עֲרֻמִּים. Niphal נוֹעַז *Robore præditus, Validus eſt*. Particip. עַם נוֹעָז *Populus validus*, Jeſ. 33, 19. Hiphil הֵעֵז *Obfirmavit, Induravit*. הֵעֵז אִישׁ רָשָׁע בְּפָנָיו *Obfirmat* vir impius facies ſuas, Prov. 21, 29. הֵעֵזָה פָנֶיהָ *Obfirmavit* faciem ſuam, Prov. 7, 13.

1) Generatim *robur & firmitatem* infert; ſumiturque vel *intranſitivè* vel *tranſitivè*. 2) Speciatim α) *intranſitivè* ſumtum, notat *invaleſcere*, Pſ. 9, 20. *roborare ſe*, Jeſ. 30, 2. Dan. 11, 12. *validè ſe gerere*, Pſal. 89, 14. Conf. Pſ. 68, 29. β) *Tranſitivè* acceptum, notat *roborare, robur & firmitatem addere, obfirmare*. *Propriè* quidem deſignat *corroborationem, & obfirmationem*, quæ fit collectione, qua res condenſatur & induratur, ne fluat aut diſſolvatur, Prov. 8, 28. *Impropriè* autem *ad faciem* translatum innuit 1) *impudentiam*, quâ omnis proſcribitur pudor, nullusque erubeſcentiæ locus relinquitur, in facie inſtar ferri induratâ, Prov. 7, 13.) *Obfirmationem animi in malo*, quâ homo improbus nec ante, nec poſt mali

mali perpetrationem conſcientiæ ſtimulis movetur, nulli pudori locum relinquit & malè agere pergit, Prov. 21, 29.

עז m. *Robuſtus, Obſirmatus, Validus, Fortis, Vehemens, Durus, Sævus, Acris*; & Subſtantivè, *Robur*. מלך עז ימשל־בם Rex *vehemens, ſævus* dominabitur iis, Jeſ. 19, 4. עם עז Populus *validus*, Num. 13, 28. מלך עז פנים Rex *durus* faciebus, Dan. 8, 23. Plural. מים עזים Aquæ *fortes, validæ*, Neh. 9, 11. In Statu Conſtr. הכלבים עזי־נפש Canes *obſirmati* animâ, Jeſ. 56, 11. Fœm. רוח עזה Ventus *validus*, Exod. 14, 21. חמה עזה Æſtus iræ *vehemens, validus*, Prov. 21, 14. Plur. ועשיר יענה עזות Et dives reſpondet *dura*, Prov. 18, 23.

1) Generatim *validum & robuſtum* notat, ſive in *abſtractô*, ſive in *concretô*. 2) Speciatim α) *in abſtracto* notat *robur*, Gen. 49, 3. β) In *concreto* 1) notat *rem, quæ valida & robuſta eſt*, ſeu *quæ robore & viribus valet*. Ita dicitur de leone, Jud. 14, 4. 18. & negatur de formicis, Prov. 30, 25. Dicitur quoque de populo, Num. 13, 28. Jeſ. 25, 3. aquis, Neh. 9, 11. Jeſ. 43, 16. vento, Exod. 14, 21. amore, Cant. 8, 6. irâ, Gen. 49, 7. Prov. 21, 14. 2) *Metonymicè* notat *durum, ſævum*, quia, qui ſunt validi *robore* ſeu *viribus*, ſæpe *duri* ſunt & ſævi, Devt. 28, 50. Jeſ. 19, 4. γ) Tàm *viribus validum*, quàm *durum & ſævum* ſimul denotat, 2. Sam. 22, 18. Pſ. 18, 18. Pſ. 59, 4.

עוז m. *Robur, Fortitudo.* מגדל עז Turris *roboris*, i. e. robuſta, Jud. 9, 51. לבשי עז Indue *robur*, Jeſ. 51, 9. תנו עז לאלהים Date *robur* Deo, h. e. tribuite Deo *robur*, & prædicate, quod id omne penes ipſum ſolum reſideat, Pſ. 68, 35. Cum Suff. עזי *Robur* meum, Pſal. 28, 7. Sed Exod. 15, 2. eſt עזי *Robur* meum. עוזנו *Robur* noſtrum, Pſ. 81, 2. per alternationem pro עזנו. ושברתי את־גאון עזכם *Frangam* enim ſuperbiam roboris veſtri, Lev. 26, 19.

1) Generatim notat *robur*, quacunque ratione ſubjecto competat. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *robur*, 1) *Dei*, quò deſignatur tum *Dei infinita potentia*, ſecundum quam omnia, quæ vult, facit in cœlo & in terrâ, Pſ. 21, 2. Pſ. 62, 12. Pſ. 77, 15. Pſ. 96, 6. tum vires à Deo homini conceſſas, Pſ. 29, 11. Pſ. 68, 36. Pſ. 78, 61. Pſ. 86, 16. 2) *Hominis*, quô innuuntur *vires*, ſecundum quas agit aut operatur. Ita dicitur de *Davide* ex omnibus viribus ſaltante, 2. Sam. 6, 14. 3) *Rerum aliarum*, e. g. turris, Jud. 9, 51. Prov. 18, 10. fiduciæ, quæ non concutitur, Prov. 14, 26. vocis, Pſ. 68, 34. civitatis, Prov. 18, 19. virgæ, Ezech. 19, 14. montis, Pſ. 30, 8. β) *Impropriè* & quidem per 1) *Metonymiam objecti* notat *celebrationem roboris ac omnipotentiæ divinæ*, Pſ. 8, 3. Pſ. 29, 1. Pſ. 96, 7. 2) Per *Meton. Cauſæ* effic. *Deus* dicitur *robur hominis*, quia ab eo omne robur tàm *animæ*, quàm *corporis*, tàm *ſpirituale*, quàm *corporale* unicè proficiſcitur, Exod. 15, 2. Pſ. 28, 7. 8. Pſ. 118, 14. Jer. 16, 19. Jeſ. 12. 2. Item *ſanguis*, utpote in quo robur corporis conſiſtit, cum ſpirituum vehiculum ſit, Jud. 5, 21. 3) Per *Metonymiam Signi* denotat *arcam fœderis*, quæ erat *ſignum* aut

monu-

monumentum roboris divini, per quod profligati erant hoſtes, muri Hierochuntici dejecti &c. Pſ. 63, 3. Pſ. 78, 61. Pſ. 105, 4. Unde etiam dicitur *arca roboris divini*, 2. Chron. 6, 41. Pſ. 132, 8.

עִזּוּז m. *Robuſtus.* Bis legitur Pſ. 24, 8. Jeſ. 43, 7.

עֱזוּז m. *Robur*; Ter occurrit, Pſal. 145, 6. Jeſ. 42, 15. Cum Suff. עֱזוּזוֹ *Robur* ejus, Pſ. 78, 4.

עָזְנִיָּה f. *Halieatus, aquilæ ſpecies*, à *robore* nomen ducens; unde Bochartus in Hieroz. P. II. p. 188. intelligit *μελαναίετον*, qui Homero eſt *κάρτιστός τε καὶ ὤκιστος πετηνῶν*, *alitum fortiſſimus & velociſſimus.*

מָעוֹז m. *Robur, Munitio, Arx, Locus munitus.* מְעוֹז יְשׁוּעוֹת *Robur* ſalutum, Pſ. 28, 8. מָעוֹז פַּרְעֹה *Robur* Pharaonis, Jeſ. 30, 3. Cum Suff. אֱלֹהֵי מָעֻזִּי Deus *roboris* mei, Pſ. 43, 2. עַל־רֹאשׁ הַמָּעוֹז הַזֶּה Super capite ſeu ſummitate *arcis* hujus, Jud. 6, 26. מָעֻזְּכֶם *Robur* veſtrum, Neh. 8, 10. מָעֻזִּי *Robur* meum, Jer. 16, 19. Sed 2. Sam. 22, 33. eſt מָעוּזִּי, per alternationem. Plur. מָעֻזִּים *Robora, Muniones*, Dan. 11, 38. 39. In Statu Conſtr. לְמָעֻזֵּי אַרְצוֹ Ad *munimenta* terræ ſuæ, Dan. 11, 19.

1) Generatim notat *robur quodcunque*, ad aliquid vel *ferendum*, vel *depellendum*, vel *præſtandum & efficiendum*, vel *ſuperandum* &c. Unde 2) ſpeciatim α) *propriè* notat *robur, vires & potentiam*. Ita *propriè* dicitur de robore & potentia Pharaonis, Jeſ. 30, 2. 3. de robore urbium, Jeſ. 17, 9. β) *Tropicè* per *Metonymiam* deſignat *id, quod robur habet & confert.* Unde deſignat 1) *Deum*, qui dicitur robur hominum, quia iis omne robur tàm animæ, quàm corporis confert, Pſ. 28, 8. Pſ. 31, 5. 2) *Formlitium* ſeu *munimentum.* Ita dicitur 1) de *urbe* vel *arce*, quæ vallis, turribusque ac machinis neceſſariis ad arcendum & depellendum hoſtem eſt ſingulariter inſtructa, Jud. 6, 26. Dan. 11, 7. 19. 38. 39. Ezech. 30, 15. 2) Per *Metaphoram* de *Deo*, ad deſignandam *protectionem divinam*, quâ piis eſt *inſtar fortiſſimi propugnaculi*, ubi contra adverſitatum vim & hoſtium impetum ſecuri eſſe & latitare queunt, 2. Sam. 22, 33. Pſ. 31, 3. Jeſ. 17, 10. Nah. 1, 7. Joel. 4, 16.

מָעֻזְנִים m. pl. *Munitiones.* Semel occurrit cum Suff. מָעֻזְנֶיהָ *Munitiones* ejus, Jeſ. 23, 11.

עזק *Circumdedit, Circumſepſit, Circummunivit.* Fut. וַיְעַזְּקֵהוּ Et *circumdedit* eam, Jeſ. 5, 2. Præterea non occurrit.

עָזַר *Juvit; Adjuvit, Auxiliatus eſt, Opem tulit, Auxilio fuit.* Conſtruitur nunc cum Accuſativô, nunc cum Dativo. יְהוָה עֲזָרָנִי Aſt Dominus *auxilio fuit* mihi, Pſal. 118, 13. עֲזָרְךָ *Adjuvit* te, 1. Chron. 12, 8. אִמַּצְתִּיךָ אַף עֲזַרְתִּיךָ Corroboravi te, etiam *adjuvi* te, Jeſ. 41, 10. Particip. וְלֹא עֹזֵר לוֹ Cui non erat *auxiliator*, Job. 29, 12. Partic.

Paul

Paul וְכָשַׁל עוֹזֵר Et cadet *adjutus*, Jeſ. 31, 3. Infin. לַעְזוֹר Ad *adjuvandum*, 2. Sam. 8, 5. לְעָזְרֵנוּ Ad *auxiliandum* nobis, 2. Chron. 32, 5. Fut. יְהוָה יַעֲזָר־לִי Dominus *auxilio erit* mihi, Jeſ. 50, 7. יַעְזְרֻנִי *Adjuvabunt* me, Pſal. 119, 175. Niphal נֶעֱזַר *Adjutus eſt.* וְנֶעֱזָרְתִּי Et *adjuvor*, Pſal. 28, 7. h. e. eripior è periculis. Infin. הִפְלִיא לְהֵעָזֵר Mirabiliter *adjuvabatur*, adeò ut potens fieret, 2. Chron. 26, 15. Fut. יֵעָזְרוּ עֵזֶר מְעָט *Adjuvabantur* auxilio parvo, Dan. 11, 34. Hiphil Particip. מַעְזְרִים אֹתָם *Juvant* eos, 2. Chron. 28, 23. pro מַעֲזִירִים (ִי) in (:) correptô, ut in מַהְלְכִים *Diducentes*, Zach. 3, 7.

1) Generatim notat *auxiliari*, *juvare*, à quocunque auxilium præſtetur. 2) Speciatim α) tribuitur *Deo* Optimo Maximo, qui benigniſſimè & potentiſſimè auxiliatur homini ab utero per totam viam, Jeſ. 44, 2. contra hoſtem, 2. Chron. 14, 10. c. 25, 8. c. 32. 8. in acerbiſſimis paſſionibus exantlandis, Pſal. 109, 26. Jeſ. 50, 7. 9. in tempore anguſtiæ, Pſal. 37, 40. pupillo, Pſal. 10, 14. in præſentiſſimis periculis, Pſal. 28, 7. Jeſ. 41, 10. β) *Homini*, qui alteri auxilio eſt contra aggreſſorem, 2. Sam. 21, 17. Ita dicitur de ſociis belli, Joſ. 1, 14. c. 10, 33. 2. Sam. 8, 5. 2. Reg. 20, 16. 18. 2. Chron. 8, 5.

עֵזֶר m. *Auxilium*, *Adjutorium*. אֶעֱשֶׂה לּוֹ עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ Faciam ei *adjutorium* correſpondens ei, Gen. 2, 18. וּלְאָדָם לֹא מָצָא עֵזֶר Sed Adamo, i. e. *ſibi* non inveniebat *adjutorium*, Gen. 2, 20. Cum Suff. עֶזְרִי *Auxilium* meum, Pſal. 70, 6. עֶזְרֹה *Auxilium* ejus, Ezech. 12, 14. עֶזְרָם *Auxilium* eorum, Pſal. 115, 9.

1) Generatim notat *auxilium quodcunque.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *auxilium* tùm *divinum*, quod *Deus* optimus maximus piis præſtare ſolet, Pſ. 20, 3. Pſ. 121, 1. 2. Pſ. 124, 8. tùm *humanum*, quòd homines hominibus præſtant, Jeſ. 30, 5. Dan. 11, 34. β) Per *Metonymiam cauſæ* deſignat *perſonam*, *auxilium alteri ferentem.* Ita tribuitur tum *Deo*, auxiliatori hominum optimo, potentiſſimo, præſentiſſimo, Pſ. 33, 20. Pſ. 115, 9. 10. 11. Hoſ. 13, 9. tum *Evæ*, adjutrici Adami, Gen. 2, 18.

עֶזְרָה f. *Auxilium*, Pſal. 46, 2. Sed Pſal. 60, 13. Pſal. 108, 13. eſt עֶזְרָת, ה in ת mutatô, uti in זִמְרָה *Cantio*, Pſal. 118, 14. נַחֲלָת *Poſſeſſio*, Pſal. 16, 6. Et cum ה intendendi eſt עֶזְרָתָה *Auxilium præſentiſſimum*, *pleniſſimum*, *ſufficientiſſimum* & *gratioſiſſimum*, Pſal. 44, 27. Pſal. 63, 8. Pſal. 94, 17. In Statu Conſtr. עֶזְרַת יְהוָה *Auxilium* Domini, Jud. 5, 23. Cum Suff. עֶזְרָתִי *Auxilium* meum, Job. 6, 13. לְעֶזְרָתִי חוּשָׁה Ad *auxilium* mihi ferendum feſtina, Pſal. 22, 20. Pſal. 40, 14.

1) Generatim notat *auxilium quodcunque.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *auxilium*, quod alicui fertur, idque 1) *Divinum*, quod Deus piis benigniſſimè & potentiſſimè præſtat, & præſtare rogatur, Pſal. 22, 20. Pſal. 38, 23. Pſal. 40, 14. Pſal. 46, 2. Pſal. 60, 13. Pſal. 70, 2. Pſal. 71, 12. 2) *Humanum*, quod homines quærunt, Jeſ. 20, 6. c. 31, 1. vel præſtituri adveni-

veniunt, Jer 37,7. Nah. 3,9. β) Per *Metonomyam cauſa* notat *ipſum auxiliatorem*, qui alii auxilium præſtat. Ita dicitur de *Deo*, auxiliatore benigniſſimo, potentiſſimo & providiſſimo, Pſal. 27,9. Pſal. 40,18. Pſal. 63,8. Pſal. 94,17.

עֲזָרָה f. *Atrium* ; *Area* ſub dio poſita ; ab עָזַר *Auxiliatus eſt*, nomen trahens, quia populus ibi orandi causâ conveniens, auxilium à Deo impetravit, ſi ritè oravit, 2.Chron. 4, 9. c. 6,16. Sed Ezech. 43, 4. 17, 20. notat *prominentiam*.

עָטָה *Operuit*, *Obvelavit*, *Amicivit*; *Induit*; *Operuit vel Amicivit ſe*, *Amictus*, *Operatus fuit*; item *Declinavit*, *Divertit*; *Acuit*. וְעָטָה אֶת־אֶרֶץ Et *induet* terram. כַּאֲשֶׁר־יַעְטֶה הָרֹעֶה אֶת־בִּגְדוֹ Quemadmodum *induit* Paſtor veſtem ſuam, Jer. 43,12. Infin. וְעֹטְךָ עָטֹה Et *amiciens te amiciendo*, Jeſ. 22,17. Particip. עֹטֶה אוֹר *Operiens ſe* luce, Pſal. 104,2. כְּעֹטְיָה Velut *declinans*, Cant. 1,7. Tertia radicali in י mobile mutatâ. Fut. וַתַּעַט אֶל־הַשָּׁלָל Et *declinaſti* ad prædam, 1. Sam. 15, 19. יַעֲטוּ חֶרְפָּה וּכְלִמָּה *Operiantur* opprobriô & ignominiâ, Pſal. 71, 13. Pual Particip. מְעֻטָּה לְטֶבַח *Exacutus* (gladius) ad mactationem, Ezech. 21, 20. Hiphil הֶעֱטִיתָ עָלָיו בּוּשָׁה *Operuiſti* eum pudore, Pſal. 89, 46.

1) Habet ſignificationem *operiendi*. Ita α) *propriè* notat *operire* veſte, Jer. 43, 12. pallio, 1. Sam. 28, 14. unde veſtiendi, amiciendi, induendi notionibus efferri ſolet. Alias adhibetur quoque de barbâ, quæ obtegenda, à leproſis, Lev. 13, 45. lugentibus, Ezech. 24, 17. 22. β) *Metaphoricè* notat *operire omni eo*, quod inſtar veſtimenti circumponitur vel induitur, ad deſignandam 1) *rei arctiſſimam conjunctionem*, Jer. 43, 12. prout veſtis arctè corpori adhæret. 2) *Rei multiplicitatem*, *magnitudinem & continuitatem*, prout veſtimentum totum corpus operit. Ita impius opertus dicitur opprobrio, Pſal. 71, 13. maledictione, Pſal. 109, 19. Meſſias Zelo, Jeſ. 59, 17. Doctor Eccleſiæ benedictione, Pſal. 84, 7. 3) rei *decorem* & *ornatum*, prout veſtis corpus *ornare* ſolet. Ita Deus opertus dicitur luce, Pſal. 104, 2. 2) Notat *declinare*, *divertere*, 1.Sam. 15, 9. Cant. 1, 7. 3) Significat *acuere*, Ezech. 21, 20.

עֵט m. *Stilus*, ab עָטָה *Acuit*, dictus, quia ad exarandum acui ſolet. עֵט בַּרְזֶל *Stilus* ferri, i.e. ferreus, Job. 19, 24. Jer. 17, 1. Vide Pſal. 45,2. Item 2.Jer. 8,8. ubi per *Metonymiam* ponitur pro *effectu*, *cauſa* ſeu re ſcripta, ut עֵט סֹפְרִים *Stilus* ſcribarum, ſive, *quicquid ſcribitur à ſcribis*. Sæpius non occurrit.

מַעֲטֶה m. *Pallium*, *Amictus*. Semel occurrit in Statu Conſtr. מַעֲטֵה תְהִלָּה *Pallium* laudis, Jeſ. 61, 3.

עֲטַלֵּף m. *Veſpertilio* ; ita dici videtur Bocharto in Hieroz. Part. II. pag. 350. pro עֲפָטֵלֶל quod *avem tenebrarum* deſignaret. Legitur Lev. 11, 19. Devt. 14, 18. Plur. וְלָעֲטַלֵּפִים Et *veſpertilionibus*, Jeſ. 2, 20.

עָטַן

Digitized by Google

עָטַן *Intulit, Depoſuit, Impoſuit*, apud Chaldæos. Inde apud Ebræos עֲטִין m. *Mulctrale.* Plur. cum Suff. עֲטִינָיו *Mulctralia* ejus, Job. 21,24.

עָטַף *Operuit, Obtectus, Obrutus fuit*; item *Defecit, Deliquium paſſus eſt*, ſi ad *animum* transfertur. Partic. Paul הָעֲטוּפִים בְּרָעָב Qui *defecerunt* fame, Thren. 2,19. Sed Gen. 30,42. עֲטֻפִים *Debiliores fœtus ovium*, ſeu *ſerotinas oves* notat, quæ ſic dicuntur, quod cæteris *debiliores* ſunt, & *infirmitate quaſi obrutæ.* Infin. בַּעֲטֹף לִבִּי In *deficere* i.e. cum *deficit* cor meum, Pſal. 61,3. Fut. יַעְטֹף יָמִין *Operit* dexteram, Job. 23,9. וַעֲמָקִים יַעַטְפוּ בָר Et valles *obteguntur* frumentô, Pſal. 65,14. Niphal נֶעֱטַף *Obrutus eſt, Defecit.* Infin. בֵּעָטֵף עוֹלֵל וְיוֹנֵק In *deficere*, i.e. cum deficit puer & lactens, Thren. 2,11. pro בְּהֵעָטֵף, Præformativô ה per Aphæreſin ob præmiſſum ב ablatô. Hiphil הֶעֱטִיף *Serotinavit, ſerò coiit, tempore nimirum admiſſuræ ſecundæ.* Infin. וּבְהַעֲטִיף Et in *ſerotinare* i.e. cum *ſero coirent*, Geneſ. 30,42. Hithpael הִתְעַטֵּף *Operuit, Obruit ſe, Defecit.* Infin. בְּהִתְעַטֵּף עָלַי רוּחִי In *deficere*, i.e. cum *deficit* ſuper me ſpiritus meus, Pſal. 142,4. Fut. נַפְשָׁם בָּהֶם תִּתְעַטָּף Ut anima eorum in iis *deficeret*, Pſ. 107,5.

1) Generatim notat *operiri* aut *tegi*, ne videatur aut ſentiatur. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *operiri* vel *obtegi* aliqua re, ut non conſpiciatur, quod obtegitur & operitur. Ita dicitur de vallibus frumento opertis, Pſal. 65,14. β) *Metaphoricè* 1) *DEO* tributum deſignat *ejus invisibilitatem*, quâ ſe operire videtur, licet ſit & operetur præſentiſſimus, Job. 23,9. 2) *Cordi, animæ* aut *ſpiritui* tributum, notat *deficere*, & *adverſitatum copiam & gravitatem*; quia tunc animus quaſi tegitur & obruitur mœrorum & adverſitatum mole, ut non amplius appareat, ſed ceſſaſſe videatur, Pſal. 61,3. Pſal. 77,4. Pſal. 102,1. Pſal. 102,1. Pſal. 107,5. Pſal. 142,4. Pſal. 143,4. Interdum tamen etiam abſolutè poſitum notat *deficere*, & *animo linqui*, Thren. 2,11. 12. 19. 3) Notat *ſerò coire*, ubi vires generandi quaſi obtectæ ſunt & opertæ, Gen. 20,42.

מַעֲטָפוֹת f. pl. *Amicula*, quaſi *operimenta* vocata. Semel legitur Jeſ. 3,22.

עָטַר *Cinxit, Circumcinxit, Circumdedit, Circumcluſit, Coronabit.* Fut. כַּצִּנָּה רָצוֹן תַּעְטְרֶנּוּ Tanquam ſcutô, benevolentiâ *cinges, circumdabis* eum, Pſ. 5,13. Part. עֹטְרִים אֶל־דָּוִד *Circumdantes, Circumcludentes* Davidem, 1.Sam.23,26. Piel עִטֵּר *Coronavit.* שֶׁעִטְּרָה לּוֹ Qua *coronavit* eum, Cant. 3,11. עִטַּרְתָּ שְׁנַת טוֹבָתֶךָ *Coronaſti* annum bonitatis tuæ, Pſal. 65,12. Fut. וְכָבוֹד וְהָדָר תְּעַטְּרֵהוּ Sed honore & gloria *coronabis* eum, Pſ. 8,6. Particip. הַמְעַטְּרֵכִי Qui *coronat* te, Pſalm. 103,4. Hiphil Particip. הַמַּעֲטִירָה *Coronans* ſe, Jeſ. 23,8.

1) Generatim *Cingendi* habet ſignificationem. 2) Speciatim α) *propriè* notat tùm *circumdare*, quia, quicquid *cingitur*, circumdatur. Ita à

Saulo

Saule circumdabatur David, ut non relinqueretur ei elabendi locus, 1. Sam. 23, 26. tum *coronare*, quia *corona* caput *cingere* ſolet, Cant. 3, 11. β) *Metaphoricè*, quia corona eſt præcipuus & peculiaris capitis ornatus, notat *ornare, vel bonis afficere & cumulare*. Ita Deus Pſal. 65, 12. dicitur *coronare annum bonitate ſuâ*, i. e. per totum annum homines beneficiis velut bonitatis ſuæ documentis evidentisſimis cumulare. Similiter *Tyrus* Jeſ. 23, 8. dicitur *coronans ſe*, quando mercatores & incolas magnis opibus cumulavit, Conf. Pſal. 5, 13. Pſal. 8, 6. Pſal. 103, 4.

עֲטָרָה f. *Corona*, Ezech. 21, 31. In Statu Conſtr. עֲטֶרֶת רֹאשִׁי *Corona* capitis mei, Job. 19, 9. עֲטֶרֶת זָהָב *Corona* auri, i.e. aurea, Eſth. 8, 15. Plural. עֲטָרוֹת *Coronæ*, Job. 31, 36.

1) Generatim & vi originis notat *rem cingentem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *coronam*, quæ caput cingit, & imponi ſolet Regibus, 2. Reg. 12, 30. 1. Chron. 20, 2. virginibus, Exech. 16, 12. perſonis aliis in eminentiâ conſtitutis, Eſth. 8, 15. β) *Impropriè* 1) per *Metaphoram* adhibetur pro *quovis inſigni decore ac ornamento*. Ita *corona Jobi* deſignat ejus *honorem, dignitatem & exiſtimationem*, Job. 19, 9. *Corona ſapientum* innuit ornamentum & gloriam, quam ſuis ſectatoribus confert, Prov. 4, 9. Similiter *proba uxor* dicitur *corona mariti*, Prov. 12, 4. *canities* corona *ſenum*, Prov. 16, 31. *opes* corona *ſapientum*, Prov. 14, 24. *nepotes* corona *ſenum*, Prov. 17, 6. 2) Per *Metonymiam* ſigni eſt *ſymbolum regni*, Jeſ. 28, 1. Jer. 13, 18. Thren. 5, 16. Ezech. 21, 26. Conf. Jeſ. 62, 3. ubi *corona decoris* deſignat *Meſſiæ regnum ſpirituale ſplendidiſſimum*.

עֲטִישׁוֹת f. Pl. *Sternutationes*. Ita vulgò redditur, Job. 41, 10. Sed circumſtantiæ vix comprobant hanc ſignificationem; unde melius interpretantur, qui reddunt: *radii oculares*, ſeu *radii ex oculis emisſi*.

עָיָה *Difficilis fuit*, ap. Arabes.

עִי m. *Acervus*, *Cumulus*, Job. 30, 24. Mich. 1, 6. Plural. עִיִּים *Acervi*. שָׂמוּ אֶת־יְרוּשָׁלַםִ לְעִיִּים Poſuerunt Jeruſalem in *acervos*, Pſal. 79, 1. Conf. Jer. 26, 17. מֵעִיִּים E *tumulis*, Num. 33, 45. Sed Mich. 3, 12. eſt עִיִּין more Chaldæorum.

מְעִי m. *Acervus*. Semel legitur, Jeſ. 17, 1.

עִיט In Kal non occurrit; in Hiphil eſt הֵעִיט *Involavit*, & propriè quidem *more avis rapacis*. Metaphoricè autem *irruit, invectus eſt in aliquem*. Fut. וַיַּעַט בְּהֵם Et *invectus* eſt in eos, 1. Sam. 25, 14. Sed וַתַּעַט vide in R. עָטָה Sæpius non legitur.

עַיִט m. *Avis*, *Volucris*, propriè *rapax*, Jeſ. 46, 11. In Statu Conſtr. עֵיט הָרִים *Volucris* montium, Jeſ. 18, 6.

1) Generatim notat *avem*. 2) Speciatim notat *avem* rapacem, Gen. 15, 11. Job. 28, 7. 2) *Metaphoricè* α) deſignat *Cyrum*, *ejusque velocitatem & ſævitiam*, quam in vaſtatione Babelis adhibiturus erat, Jeſ. 46, 11. β) *Judæos*, eorumque *feritatem* & *rapacitatem*, Jer. 12, 9.

עִים

עֶיָם m. *Robur, Fortitudo.* Semel occurrit, Jeſ. 4, 15. בַּעְיָם רוּחוֹ Cum *robore, vehementia* ſpiritûs ſui.

עָיַן *Oculis obſervavit ; Fluxit aqua*, apud Arabes. Particip. עָיַן *Oculis obſervans*, 1. Sam. 18, 9. pro quo Maſorethæ legunt עוֹיֵן. Apud Rabbinos ſæpius legitur in Piel עִיֵּן *Vidit, Conſideravit, Obſervavit.*

עַיִן c. ſed f. ſæpius. *Oculus ; Fons ; Superficies ; Color ; Species.* עַיִן בְּעַיִן *Oculus* pro *oculo*, Devt. 19, 21. In Statu Conſtr. כְּעֵין נְחֹשֶׁת Sicut *ſpecies aris*, Ezech. 1, 7. עֵין הָאָרֶץ *Superficies* terræ, Exod. 10, 15. עֵין הַמַּיִם *Fons* aquarum, Gen. 16, 7. Cum ה locali eſt הָעַיְנָה In *fontem*, Gen. 14, 16. 45. Cum Suff. עָשְׁשָׁה מִכַּעַס עֵינִי Contabuit præ indignatione *oculus* meus, Pſal. 6, 8. Dual. חַכְלִילִי עֵינַיִם מִיָּיִן Rubicundus *oculis* præ vino, Gen. 49, 12. quæ Cel. Danzius transpoſitis literis, quaſi ſit כַּחֲלִילִי interpretatur: *Nigrior oculos vino.* Vid. ej. Interpr. § 3. וּמְשַׂקְּרוֹת עֵינַיִם Et *nictitantes* oculis, Jeſ. 3, 16. In Statu Conſtr. וְעֵינֵי לֵאָה רַכּוֹת Et *oculi* Leæ erant tenues, debiles, Gen. 29, 16. Cum Suff. עֵינַי *Oculi* mei, 1. Reg. 1, 48. שָׂא נָא עֵינֶיךָ וּרְאֵה Tolle nunc *oculos* tuos & vide, Gen. 13, 14. Fœm. Term. עֲיָנֹת *Fontes*, Devt. 8, 6. In Statu Conſtr. עֵינוֹת מַיִם *Fontes* aquarum, Exod. 15, 27.

1) Generatim notat *oculum.* 2) Speciatim 1) *propriè* notat *organum viſûs externum*, quô animal res ſibi objectas videt & cognoſcit, Gen. 13, 14. c. 45, 12. Jeſ. 5, 13. Jud. 16, 21. &c. 2) *Impropriè*, & quidem α *Metaphoricè* 1) *Deo* tributum deſignat tàm *ipſius notitiam exactiſſimam*, quâ exactiſſimè aliquid perſpicit & cognoſcit, Pſal. 11, 4. quàm ipſius *benignam & providam curam*, quâ non ſolum cognoſcit, quid pios premat; eorumque ſalutem promoveat, ſed etiam eos tuetur, ſuſtentat atque ducit, Job. 36, 7. Pſal. 33, 18. Pſal. 14, 18. 2) *Hominis oculus* deſignat α) ipſius *mentem, cognitionem aut judicium*, idque vel *abſolute*, Devt. 15, 18. 1. Sam. 15, 17. c. 18, 23. 2. Sam. 6, 22. Job. 32, 1. Pſal. 15, 4. Prov. 3, 7. c. 28, 11. c. 30, 12. Jeſ. 5, 21. Zach. 8, 6. vel cum *additione epithetorum*, prout *oculus bonus* deſignat *mentem benevolam & beneficium*, Prov. 22, 9. *oculus malus* contrà notat *mentem malignam, & malevolam*, Devt. 15, 19. Prov. 23, 6. c. 28, 22. *Oculus dexter eximiam prudentiam*, Zach. 11, 17. Quia ergo vox עַיִן quandoque per Metaphoram deſignat *mentem ;* & ad *interiora mentis* transferri ſolet, inde fit, ut interdum eadem voce *ſpiritualis illuminatio* exprimatur, Pſal. 13, 4. Pſal. 119, 18. cui opponitur *oculorum obſcuratio*, quæ *ſpiritualem excæcationem* denotat, Pſal. 69, 24. Jeſ. 6, 10. β) Ipſius *curam & ſtudium*, ſive *in bonum*, Gen. 44, 21. Num. 10, 31. Ruth. 2, 9. Job. 29, 15. Pſal. 10, 8. Prov. 4, 25. c. 21, 9. 12. Eccl. 2, 14. ſive *in malum*, ut aliis noceat, Pſal. 10, 8. Pſal. 17, 11. 3) Significat *fontem*, quia velut *ex oculo* lacrimæ, ita ex eo aquæ confluunt ; Sed hæc Metaphora exſpirat, ſi Arabica lingua in ſubſidi-

um vocetur, ubi verbi ſignificatio etiam eſt *manavit*, *fluxit*. *Fontis* autem ſignificationem habet, Geneſ. 16, 7. c. 24, 28. 29. 42. Exod. 15, 27. Num. 33, 9. β) *Synecdochicè* notat *faciem totam*, Pſal. 6, 8. Pſal. 73, 7. & inde per *Metaphoram rei ſuperficiem*, Ex. 10, 15. aut *aſpectum* externum oculos ferientem, Num. 11, 7. Dan. 10, 6. γ) *Metonymicè*, & quidem 1) per *Metonymiam objecti* notat *ſpeciem* vel *colorem*, qui oculis videtur, & viſus objectum eſt, Lev. 13, 55. Num. 11, 7. Prov. 25, 31. Sed tunc interdum ſimul connotat quendam *coloris ſplendorem* vel *fulgorem*, *oculi inſtar radiantem*, ut Ezech. 1, 4. 27. c. 8, 2. 2) Per *Metonymiam Adjuncti Oculos attollere* idem eſt ac *colere* & *implorare*, quia, quem colimus, & opem ejus imploramus, in eum oculos dirigimus, Pſal. 121, 1. Pſal. 123, 1. Ezech. 18, 6.

עוֹנֵן *Præſtigiis uſus eſt*, *Præſtigiatus eſt*, 2. Reg. 21, 6. 2. Chron. 33, 6. Deducitur ab עַיִן *Oculus*, quia Præſtigiatores *oculos* ſpectantium tenent, ut falſum pro vero videant. Aſt AbenEſra derivat ab עָנָן *nubes*, quia Præſtigiator ex nubibus conjectat & hariolatur. Sed R. Salomoni placet deductio ex עוֹן *Tempus*, ut עוֹנֵן ſignificet: *Obſervavit tempora*. Particip. מְעוֹנֵן *Præſtigiis utens*, Devt. 18, 10. Plur. מְעֹנְנִים *Præſtigiatores*, Devt. 18, 14. Mich. 5, 11. Fut. וְלֹא תְעוֹנֵנוּ Nec *præſtigiis utemini*, Lev. 19, 26. Sæpius non legitur.

עוֹנֵן m. *Præſtigiator*. Fœm. עֹנְנָה *Præſtigiatrix*, Jeſ. 57, 3. Plural. עֹנְנִים *Præſtigiatores*, Jeſ. 2, 6. Cum Suff. עֹנְנֵיכֶם *Præſtigiatores veſtri*, Jer. 27, 8.

מַעְיָן m. *Fons*. Levit. 11, 36. In Statu Conſtr. מַעְיַן מַיִם *Fons* aquarum, 2. Reg. 3. 25. Cum Suff. מַעְיָנוֹ *Fons* ejus, Hoſ. 13, 15. Sed Pſal. 114, 8. eſt ו paragogicum. לְמַעְיְנוֹ מָיִם In *fontem* aquarum. Plural. מַעְיָנִים *Fontes*. Pſalm. 104, 10. In Statu Conſtr. מִמַּעַיְנֵי הַיְשׁוּעָה De *fontibus* ſalutis, Jeſ. 12, 3. Cum Suff. מַעְיָנַי *Fontes* mei, Pſal. 87, 7. מַעְיָנוֹת *Fontes*, Prov. 8, 24. Jeſ. 41, 18. In Statu Conſtr. מַעְיְנוֹת תְּהוֹם רַבָּה *Fontes* abyſſi magnæ, Gen. 7, 11. Cum Suff. מַעְיְנֹתֶיךָ *Fontes* tui, Prov. 5, 16.

1) Generatim notat *fontem*, 2) ſpeciatim α) *propriè* notat *ſcaturiginem aquarum*, unde promanat aqua, & quæ eſt velut quidam *terræ oculus* ob jucunditatem, motum, uſum vel aquæ ebullitionem inſtar perennium lacrymarum, 2. Reg. 3, 19. 25. 1. Reg. 18, 5. Pſal. 74, 15. Pſal. 104, 10. Pſal. 114, 8. 2) *Metaphoricè* deſignat *res ſuaviſſimas ac utiliſſimas*, Pſal. 84, 7. Pſal. 87, 7. Hoſ. 13, 15. ſpeciatim *liberos* ex honeſtô matrimoniô in publicum emanantes, Prov. 5, 16. *verbum Chriſti*, Jeſ. 12, 3. ubi adhibetur Pluralis ad *ſummam ejus ſuavitatem & abundantiam* deſignandam; & cujus verbi reſpectu *Eccleſia*, Cant. 4, 15. vocatur *fons hortorum*; *Baptiſmum*, Joel. 3, 23. vide Tarnov. in h. l.

עָיֵף *Feſſus*, *Defeſſus*, *Laſſus eſt*. Et *Metonymicè Sitiit*, quia laſſitudinem ſitis ſequitur. עָיְפָה נַפְשִׁי *Feſſa fuit* anima mea, i. e. deſtituor viribus,

bus, debilitatus ſum, Jer. 4, 31. Fut. וַיָּעַף Et *feſſus erat*, Jud. 4, 21. 1.Sam. 14, 28. 31. 2.Sam. 21, 15. quaſi eſſet ab עוּף. Sæpius non legitur.

עָיֵף m. *Feſſus, Laſſus*, Gen. 25, 29. 30. Plur. עֲיֵפִים *Feſſi*, Jud. 8, 4. 5. Fœm. כְּאֶרֶץ עֲיֵפָה Sicut terra *feſſa, ſitibunda*, Pſal. 143, 6.

1) Generatim notat *viribus deficientem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *defatigatum*, qui ob diuturnum & vehementiorem motum viribus deficit, humiditate caret debitâ, ſitique & fame laborat. Ita dicitur de Iſraelitis vexilla Gideonis ſequentibus, Jud. 8, 4. 5. de Eſavo ex agro reduce, Gen. 25, 29. de Davide fugitivô & populô eum comitante, 2. Sam. 17, 29. β) *Metaphoricè* α) tribuitur *terræ*, quæ propter æſtûs vim ſuccô omni privata dehiſcit, & pluviam hiante velut ore expetit, & expectat, Pſal. 143, 6. Jeſ. 32, 2. Sed Pſal. 63. 1. juxta Geierum *terra* dicitur *feſſa* vel *anhelans*, quia *feſſum* vel *anhelantem* reddit viatorem, perinde ut *mors* dicitur *pallida*, quia *pallidum* reddit. β) *Animæ deficienti & laſſæ* ex onere peccati, Jer. 31, 25.

עֵיפָה f. *Obſcuritas*, vide ſupra in radice עוּף.

עִיר f. *Urbs, Civitas*; non male dicitur ab עוּר *Evigilare, excitari*, quia hominum actionibus & operibus eſt *excitata*, & *vigiliæ* in eâ conſtitutui ſolent. נִבְנֶה לָּנוּ עִיר Ædificabimus nobis urbem, Gen. 11, 4. עִיר עָז־לָנוּ *Urbs valida* nobis, Jeſ. 26, 1. Cum ה localis הָעִירָה Verſus *Urbem*, Gen. 44, 13. Plural. עָרִים *Urbes*, Num. 35, 2. In Statu Conſtr. עָרֵי מִבְצָר *Urbes* munitionis, i.e. munitæ, Jer. 4, 5. Cum Suff. עָרָיו *Urbes* ipſius, Devt. 2, 34. עָרֵיהֶם *Urbes* eorum, Num. 21, 3. Sed Jud. 10, 4. eſt in Plurali עֲיָרִים *Oppida*.

1) Generatim notat *urbem*. 2) Speciatim α) *propriè* adhibetur de *loco*, qui ſplendidioribus *ædificiis* conſtat, & muris cinctus eſt &c. Geneſ. 24, 10. Lev. 25, 29. Num. 22, 36. 2.Reg. 3, 19. Joſ. 6, 26. 1. Sam. 6, 28. &c. β) *Impropriè* 1) *Metonymicè* ponitur pro *urbis incolis*, Joſ. 8, 7. Jeſ. 14, 31. Jer. 4, 29. c. 26, 2. c. 48, 8. Mich. 6, 9. 2) *Metaphoricè* deſignat *Eccleſiam militantem*, Jeſ. 26, 1.

עַיִר m. *Pullus aſini*, ſeu *Aſellus*; ab עוּר *Evigilare, excitari* ſic dictus, quia, ut Bochartus P. I. Hieroz. lib. 1. c. 9. p. 60. cenſet, Parentibus multo eſt *excitatior*. Job. 11, 12. Zach. 9, 9. Cum Suff. עִירֹה *Pullum* ſuum, Gen. 49, 11. Plur. עֲיָרִים *Aſelli*, Jud. 12, 14. Sed Jeſ. 30, 6. eſt עֲיָרִים

עַיִשׁ m. *Arcturus*, vide ſupra in עשׁ

עַכְבָּר m. *Mus*, propriè *agreſtis* juxta Bochartum in Hieroz. P. I. lib. 3. c. 35. cui dictus videtur quaſi עכלבר *conſumtor agri*, ל eliſô, quia עכל Chaldæis notat *conſumere*, & בר eſt *ager*. Legitur Lev. 11, 29. Plur. In Statu Conſtr. עַכְבְּרֵי זָהָב *Mures* auri, i.e. aurei, 1.Sam. 5, 6. c. 6, 4.

עַכָּבִישׁ m. *Aranea*, Job. 8, 18. קוּרֵי עַכָּבִישׁ Telæ *araneæ*, Jeſ. 59, 5.

De-

Deſcendere putatur à R. Arab. شَبَكَ *Opere reticulato plexuit, irretitus, illaqueatus* fuit; hinc *aranea* ab *artificioſâ ſtructurâ* aut *texturâ tela* dici videtur celeb. Majo.

עֶכֶס m. *Compes*, Prov. 7, 22. Plur. עֲכָסִים *Compedes, Periſcelides*; Jeſ. 3, 18. referuntur inter *ornamenta muliebria*. Inde Jeſ. 3, 16. occurrit verbum Fut. וּבְרַגְלֵיהֶן תְּעַכַּסְנָה Et *pedibus compeditæ* ſeu *periſcelidibus ornatæ incedunt*. Sæpius nec nomen, nec verbum legitur.

עָכַר *Turbavit, Perturbavit, Conturbavit.* עָכַר אָבִי אֶת־הָאָרֶץ *Turbavit* Pater meus terram, 1 Sam. 14, 29. עֲכַרְתֶּם אֹתִי *Perturbaſtis* me, Gen. 34, 30. Particip. עֹכֵר *Perturbans*, 1. Reg. 18, 17. Fut. יַעְכָּרְךָ *Perturbabit* te, Joſ. 7, 25. Niphal נֶעְכַּר *Turbatus, Perturbatus* eſt. וּכְאֵבִי נֶעְכָּר Et dolor meus *perturbatus* eſt, i. e. incrudeſcit, Pſal. 39, 3. Particip. Fœm. נֶעְכָּרֶת *Turbatur*, Prov. 15, 6.

1) Generatim notat *Turbare*, quacunque id fiat ratione. 2) Speciatim *α*) *propriè* juxta R. Salomonem dicitur de *aquis*, quæ turbatæ, impuræ fluunt, & nativam gratiam amittunt. Sed in proprio ſignificatu in Scriptura non occurrit. *β*) *Metaphoricè* notat *α*) *Turbare alicujus quietem*, ærumnam ei conflando, eumque perplexum & dolentem reddendo. Ita *turbabant* Simeon & Levi *Jacobum*, Gen. 34, 30. Filia Jephtæ *Parentem*, Jud. 11, 35. Crudelis *carnem ſuam*, dolores, perplexitatem animi & ſanitatis damna inferendo, Prov. 25, 27. Avarus *domum* pravis conſiliis, periculoſis auſibus, indeſinentibus objurgationibus, flagris, *querelis*, quietis denegatione &c. Prov. 11, 29. *β*) *Turbare & impedire bonum & proſperum ſucceſſuum ordinem, quò minus fiant & obtineantur.* Ita turbabatur Iſrael, quô minus contra hoſtem conſiſtere poſſent, Joſ. 6, 18. 1. Chron. 2, 7. & majorem inter hoſtes ſtragem edere, 1. Sam. 14, 29. *γ*) *Turbare felicem alicujus ſtatum, eique infortunium & exitium conflare*, 1. Reg. 18, 17. 18. Unde quandoque idem eſt ac *perdere*, Joſ. 7, 25. *δ*) De *dolore* uſurpatum idem eſſe videtur ac *incrudeſcere*, *concitatiorem* reddi, *acriorem & vehementiorem* fieri, Pſal. 39, 3.

עַכְשׁוּב m. *Aſpis*. Pſal. 140, 4. Derivatur ab Arab. عَكَسَ *Retorſit*, & *reflexit rem ad principium*, quia in *ſpiram ſe colligens* pugnat, capite ex medio orbe ſublatô, vid. Bochart. Hieroz. P. II. L. III. c. 4. & Majus in Supplem. Lex. Cocccj.

עִלֵּג m. *Balbutiens, Balbus*. Semel legitur in Plurali עִלְּגִים *Balbi*, Jeſ. 32, 4.

עָלָה *Scandit, Aſcendit, Conſcendit, Tranſcendit, in altum tetendit ſeu ingreſſus eſt, Elatus, Elevatus, Exaltatus fuit; Abiit in nihilum, Evanuit, Periit.* יְצוּעִי עָלָה Stratum meum *conſcendit*, Geneſ. 49, 4. עָלָה־שָׁמַיִם מִי Quis *adſcendit* in cœlum, Prov. 30, 4. עָלִיתִי מְרוֹם הָרִים

הָרִים Aſcendi in altitudinem montium i. e. in altiſſimos montes, Jeſ. 37, 24. Infin. עֲלוֹת *Adſcendere*, Exod. 19, 12. עַד־עֲלוֹת הַשָּׁחַר׃ Usque ad *aſcendere*, i. e. usque dum aſcenderet aurora, Geneſ. 32, 25. בַּעֲלוֹת הַשַּׁחַר In *adſcendere*, i. e. cum adſcenderet aurora, 1. Sam. 9, 25. Fut. אֶעֱלֶה *Adſcendam*, Gen. 44, 34. יַעֲלוּ בָהָר *Adſcendent* in montem, Exod. 19, 13. וַיַּעֲלוּ אֶל־רֹאשׁ הָהָר Et *adſcenderunt* in verticem montis, Num. 14, 40. Niphal נַעֲלָה *Adſcendit*, *Adſcendere factus eſt*, *Abductus*, *Deductus*, *Traductus fuit*; *Suſtulit*. *Extulit ſe*; *Elatus*, *Exaltatus fuit*; *Subduxit ſe*, *Receſſit*. נַעֲלָה הָעָם אִישׁ מֵאַחֲרֵי אָחִיו *Adſcendere factus fuiſſe* populus, i. e. receſſiſſet quilibet à tergis fratris ſui, 2. Sam. 2, 27. מְאֹד נַעֲלֵיתָ עַל־כָּל־אֱלֹהִים *Valde exaltatus* es ſuper omnes Deos. Pſal. 97, 9. Infin. הֵעָלוֹת *Adſcendere*, Eſr. 1, 11. Fut. Hiphil הֶעֱלָה *Adſcendere fecit*; *Abſtulit*, *Extulit*, *Elevavit*, *Obtulit*, *Suſtulit*, *Extraxit*, *Abduxit*, *Adduxit*, *Deduxit*, *Eduxit*, *Induxit*, *Produxit*, *Subduxit*, *Evexit*, *Subvexit*. הֶעֱלָה אֶת־אֲבוֹתֵיכֶם מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם *Adſcendere fecit*, i. e. eduxit Patres veſtros ex Ægypto, 1. Sam. 12, 6. הֶעֱלִיתָנוּ מִמִּצְרַיִם *Adſcendere* feciſti nos, i. e. eduxiſti nos ex Ægypto, Exod. 17, 3. וְהַעֲלִיתִיהוּ עוֹלָה Aut *offeram* illud holocauſtum, Jud. 11, 31. Infin. הַעֲלוֹת עוֹלָה *Offerre* holocauſtum, 1. Chron. 21, 24. לְמִיּוֹם הַעֲלוֹתִי Inde à die *educere* me, i. e. quô eduxi, Ezech. 37, 13. Fut. אַעֲלֶה *Adſcendere faciam*, Exod. 3, 17. וַיַּעֲלֶה Et *adſcendere* fecit, Jer. 10, 13. Sed Gen. 8, 2. eſt וַיַּעַל tertiâ radicali per Apocopen reſectâ. Imper. הַעַל Educito, Exod. 33, 12. ה per Apocopen ablatô. הַעֲלֵהוּ שָׁם לְעֹלָה Et *offer* eum ibi in holocauſtum, Gen. 22, 2. Hophal הָעֳלָה *Oblatus*, *Illatus*, *Deductus eſt*. הָעֳלָה עַל־הַמִּזְבֵּחַ *Oblatus eſt* ſuper altari, Jud. 6, 28. הָעֳלָה עַל־סֵפֶר מַלְכֵי יִשְׂרָאֵל *Illatum eſt* in librum Regum Iſrael, 2. Chron. 20, 34. Fœm. הָעֳלָתָה *Deducta eſt*. Hithpael הִתְעַלָּה *Extulit ſe*. Fut. יִתְעַל *Extollet ſe*, Jer. 51, 3.

1) Generatim notat *adſcendere*, quomodocunque id fiat. Speciatim I) in *Kal* α) *propriè* notat *motum è loco in locum*, & 1) quidem notat, *è loco inferiori ad ſuperiorem adſcendere* vel *ferri*, e. g. adſcendere in *montem*, Num. 14, 44. Exod. 24, 13. in *templum* in editô ſtructum locô, 2. Chron. 9, 4. in *cœlum*, ut *Elias*, 2. Reg. 2, 11. & *Chriſtus*, qui corpore ſupra omnes evectus cœlos, ad dexteram Patris conſedit, Pſal. 47, 6. Pſal. 68, 19. Ita adſcendere quoque dicitur *vapor*, Gen. 2, 6. *fumus*, Exod. 19, 18. 2) *Abire*, Exod. 1, 10. Num. 16, 27. 1. Sam. 14, 46. β) *Impropriè* & quidem 1) *Metaphoricè* notat α) *creſcere*; Ita dicitur tùm de *terra naſcentibus*, quæ creſcendo *in altum* tendunt, Gen. 40, 10. Jeſ. 53, 2. c. 55, 13. Hoſ. 10, 8. Am. 7, 1. tum de *hominibus creſcentibus* gloriâ, opibus, potentiâ, Deut. 28, 43. β) *Invaleſcere*; Ita dicitur *adſcendere*, i. e. *invaleſcere bellum*, 1. Reg. 22, 35. *ſtrepitus*, Pſ. 74, 23. γ) *Antecellere*, *Superare*

perare aliquem, Prov. 31, 29. δ) *Oriri.* Sic dicitur de aurora, quæ, cum oritur, ſupra horizontem adſcendit, Gen. 19, 15. c. 32, 25. 27. ε) Idem eſt ac *referri*, 1. Chron. 27, 24. 2) *Metaleptice* notat *evaneſcere*, *diſparere*, *perire*, *abſumi*, &c. quia, quæ è locô ſuô in ſublimius tolluntur, *evaneſcunt*, *diſparent*, *pereunt.* Ita dicitur de *rore abſumto*, Exod. 16, 14. de *viſione* evaneſcente, Ezech. 4, 24. de *urbibus* vaſtatis, Jer. 48, 15. 3) *Metonymicè* de *viâ* adhibitum, idem eſt ac *tendere*, *ferri*, Jud. 20, 31. c. 21, 19. 1. Chron. 26, 16. 4) *Synecdochicè*, poſito ſpeciali pro generali, notat *venire*, *incidere*, cum de *mentis cogitationibus* dicitur, 2. Reg. 12, 6. Jer. 7, 31. Ezech. 38, 10. Proinde, quando *aliquid ſuper cor adſcendiſſe* dicitur, idem eſt ac in *mentem venire*, *cogitare* &c. II) In *Niphal* notat α) *adſcendere è loco in locum*, Eſr. 1, 11. Jer. 37, 11. β) *Elatum*, *Exaltatum*, *Excelſum eſſe dignitate & majeſtate.* Ita dicitur de *ſolo Deo*, Pſ. 47, 10. Pſ. 97, 9. γ) *Recedere*, *Diſcedere*, Exod. 40, 36. Num. 10, 11. c. 16, 24. 2. Sam. 2, 27. Ezech. 9, 3. III) In Hiphil α) notat *adſcendere facere è loco inferiori in ſublimiorem*, e. g. e fovea, ut Joſephum, Gen. 37, 28. Jeremiam, Jer. 38, 10. ex Ægypto Iſraelitas in terram Canaan, 1. Sam. 8, 8. Eliam in cœlum, 2. Reg. 2, 1. vapores è terra in mediam aeris regionem, Pſ. 135, 7. item adſcendere jubere, Joſ. 2, 6. Commodius tamen tunc reddi poteſt *educere*, e. g. Iſraelem ex Ægypto, 1. Sam. 18, 10. c. 12, 6. 2. Reg. 17, 36. Mich. 6, 4. Am. 3, 1. Pharaonem ex fluvio, Ezech. 29, 4. *Adducere*, e. g. arcam Domini, 1. Sam. 6, 21. 2. Chron. 1, 4. *Afferre*, 1. Sam. 2, 19. β) *Offerre*, ſi ſermo eſt de holocauſtis, Lev. 14, 20. Jud 6, 26. c. 11, 31. 1. Sam. 6, 14. 2. Chron. 23, 18. c. 29, 27. Eſr. 3, 2. γ) *Accendere*, ut flamma adſcendat, Exod. 25, 37. c. 27, 2. c. 40, 4. Lev. 24, 2. Num. 8, 2. 3. δ) *Abripere* per mortem, è medio tollere inſtar rei evanidæ aut fumi adſcendendo pereuntis, Pſalm. 102, 25.

עַל ejusque plurale עֲלֵי notat *Super*, *Supra*, *Pro*, *In*, *Propter*, *Præter* &c. ſi Nominibus, Pronominibusque præmittatur; *Propterea ut*, *quod*, *quia* &c. ſi verbis præmittatur. עַל אַחֶיךָ *Supra* fratres tuos, Gen. 48, 22. עַל חַרְבְּךָ תִחְיֶה *Per* gladium tuum vives, Gen. 27, 40. וַיָּבֹאוּ הָאֲנָשִׁים עַל־הַנָּשִׁים Et venerunt viri *unà cum* mulieribus, Exod. 35, 22. עָלֶיךָ הֹרַגְנוּ *Propter* te occidimur, Pſ. 44, 23. עַל־כֵּן *Propter* hoc, i. e. propterea, Gen. 2, 24. וַעֲלֵיהֶם לַחֲלֹק לַאֲחֵיהֶם Et ipſorum erat *impertiri* fratribus ſuis, Neh. 13, 13. עֹמֵד עֲלֵיהֶם Stabat *juxta* ipſos, Gen. 18, 8. עַל צַדְּקוֹ נַפְשׁוֹ *Eò quod* juſtificaſſet ſe ipſum, Job. 32, 2. עַל עָמְדִי *Adeò ut ſtarem ego*, Dan. 8, 11.

1) Latiſſimus hujus voculæ ſignificatus & uſus eſt. Scilicet I) *Particularum* vices obtinet, & 1) quidem Præpoſitionum variarum, *ſuper*, Gen. 1, 2. Jeſ. 61, 1. Ezech. 13, 18. Am. 2, 7. Mal. 2, 16. *ſupra*, Gen. 48, 22. Pſ. 137, 6. *adverſus*, *contra*, Jud. 16, 9. 12. 14. 20. 1. Sam. 17, 2. 11. Pſ. 2, 2. Prov.

Prov. 19, 3. *erga*, 1. Sam. 20, 8. *poſt*, Jeſ. 32, 10. per, Gen. 27, 40. Zeph. 1, 15. *ſecundum, juxta*, Exod. 12, 51. c. 28, 11. Prov. 25, 11. *ad*, Gen. 38, 12. 1. Sam. 1, 10. Joſ. 2, 7. 2. Reg. 18, 27. *prope*, Gen. 24, 13. Pſal. 1, 3. *apud*, Jud. 3, 19. Job. 1, 6. Cant. 1, 7. Zach. 6, 5. *ante*, 1. Sam. 25, 24. *inter, intra*, 2. Sam. 4, 2. Hoſ. 11, 8. *e, ex*, Pſ. 81, 6. *circa, circum*, Jud. 9, 49. 1. Reg. 18, 26. *coram*, Exod. 18, 13. *de*, Gen. 18, 19. *Ob, propter*, Gen. 19, 17. c. 20, 3. c. 26, 9. Pſ. 69, 8. Jeſ. 38, 15. Thren. 5, 18. Hab. 1, 17. 2) Conjunctionum, *adeò, ut*, Dan. 8, 18. *eò quod*, Job. 32, 2. *quia*, Exod. 17, 7. Am. 1, 3. *etſi*, Job. 17, 17. Jeſ. 53, 9. Sed ſi particularum ſignificationem obtinet, tenendum, quod varia connotet, e. g. *Debitum*. עָלֵינוּ לַעֲשׂוֹת Nobis incumbit, ut faciamus, Eſr. 10, 12. Neh. 13, 13. Prov. 7, 14. Ezech. 45, 17. *Acceſſionem & adjunctionem*, Exod. 35, 22. Ezech. 16, 37. Jeſ. 61, 1. *Objectum*, ſive *contiguum*, Cant. 2, 8. ſive *non-contiguum*, Gen. 1, 20. *incrementum*, Gen. 31, 50. c. 32, 12. Exod. 35, 22. *compamtionem*, Gen. 48, 22. Exod. 16, 5. *utilitatem*, 1. Reg. 2, 18. II) *Nominalem* ſignificationem obtinet, maximè ſi Præpoſitioni poſtponitur. Tunc verò, ceu accurate docet ſummè Rev. Dn. D. Danzius in Interpret. §. 120. III) deſignat *α*) *eminentiam, majeſtatem, altitudinem*, 2. Sam. 23, 1. (conſtitutus eſt *eminentia*, i. e. *eminentiſſimus*.) *Dignitatem*, Gen. 40, 19. *ſublime*, Pſ. 50, 4. *ſummum, partem rei ſuperiorem*, Gen. 1, 7. *ſuperficiem*, Gen. 7, 17. Ezech. 1, 19. 21. *verticem*, Gen. 40, 17. Exod. 25, 22. Num. 7, 89. c. 17, 11. 2. Chron. 13, 4. *tectum*, Exod. 40, 36. *paginam*, Jer. 36, 11. *β*) *Vicinitatem*, Exod. 10, 28. Num. 16, 26. 2. Chron. 26, 19. *nexum*, Jeſ. 7, 17. *connexionem*, Deut. 13, 11. Jeſ. 63, 7. *γ*) *Contrarietatem, adverſitatem, oppoſitionem, inſultum hoſtilem, hoſtilitatem*, Jeſ. 59, 18.

עלה m. *Adſcenſus, Gradus*. Semel occurrit Ezech. 40, 40. Sed Seb. Schmidio ibi eſt Partipium.

עָלֶה m. *Folium*, à R. עָלָה *Adſcendit ſic* dictum, quia *ſurſum creſcit, & levi flatu ſurſum propellitur*. קוֹל עָלֶה נִדָּף Sonus *folii* impulſi, Lev. 26, 36. In Statu Conſtr. עֲלֵה תְאֵנָה *Folium* ficûs, Gen. 3, 7. Cum Suff. עָלֵהוּ *Folium* ejus, Jer. 17, 8. Plur. in Statu Conſtr. עֲלֵי זַיִת *Folia* oleæ, Neh. 8, 15. Cum Suff. כְּאֵלָה נֹבֶלֶת עָלֶהָ Sicut quercus marceſcens quoad *folia* ſua, Jeſ. 1, 30.

1) Generatim notat *folium* quodcunque. 2) Speciatim *α*) *propriè* deſignat 1) *folium deciduum ac marcidum*, quod à vento huc illucve propellitur, Lev. 26, 36. Jeſ. 1, 30. c. 34, 4. c. 64, 6. 2) *Folium ſucciplenum*, vigoremque ex ſtipite continuum ſugens, nec unquam defluens, (cujus generis folia ſunt cedri, abietis, lauri, palmæ,) Pſ. 1, 3. Jer. 17, 8. Ezech. 47, 12. 3) *Folium ficus*, Gen. 3, 7. *olea*, Neh. 8, 15. Gen. 8, 11. *quercûs*, Jeſ. 1, 30. *vitis*, Jeſ. 34, 4. *β*) *Metaphoricè* 1) quia folium facilè decidit & marceſcit, deſignat *vilitatem & vanitatem*, Job. 13, 25. 2) Quia qua-

rundum arborum folia perpetuò virent, nec unquam defluunt, inde ſunt ſymbolum *boni & felicis ſtatus*, Pſ. 1, 3. Jer. 17, 8.

עֹלָה f. *Adſcenſus*, item *Holocauſtum*, à R. עָלָה *Adſcendit*, deductum, & ſic dictum, quia totum igne abſumtum ſurſum *adſcendebat & evaneſcebat*; In Statu Conſtr. עֹלַת יוֹם בְּיוֹם *Holocauſtum* diei in die, i. e. ſingulis ſtatis diebus offerendum, Eſr. 3, 4. Cum Suff. עֹלָתְךָ *Holocauſtum* tuum, Pſ. 20, 4. עֹלָתוֹ *Adſcenſus* ejus, 1. Reg. 10, 5. Plural. עֹלוֹת *Holocauſta*, Exod. 10, 25.

1) Generatim *adſcenſionis* notionem involvit. 2) Speciatim α) *proprie* notat *actum*, quò adſcenditur. β) *Tropicè* 1) *Metonymicè* notat *a*) *locum adſcenſûs*, Ezech. 40, 26. *b*) *Holocauſtum* ſeu *oblationem ſacram* rei animatæ totaliter comburendæ, Lev. 1, 3. 6. Exod. 40, 29. Num. 8, 12. c. 15, 3. c. 28, 3. 11. 13. &c. 2) *Synecdochicè* autem *quodvis ſacrificium*, Gen. 8, 20. Jeſ. 61, 8.

עֲלוֹת pl. f. *Piſtilla* ab *attollendo* ſic dicta. Semel occurrit, 2. Chron. 24, 14.

עֱלִי m. *Piſtillum*, ab עָלָה *Adſcendit*, eò quod in *altum attollatur & demittatur* iterum, ut ſic *adſcenſu* majorem pulſus vim capiat. Semel occurrit Prov. 27, 22.

עֲלִיָּה f. *Adſcenſus*; *Cœnaculum*. וַיָּסַר אֶל־הָעֲלִיָּה Et ſeceſſit in *cœnaculum*, 2. Reg. 4, 11. In Statu Conſtr. עֲלִיַּת קִיר קְטַנָּה *Cœnaculum* parietis parvum, i. e. cubiculum parvum, pariete ſive ex lignô, ſive ex aliâ quadam materiâ munitum & diſtinctum, 2. Reg. 4, 10. Cum Suff. וַעֲלִיָּתוֹ Et adſcenſus ejus, 2. Chron. 9, 4. Plur. וַעֲלִיּוֹת Et *cœnacula*, Jer. 22, 14. Cum Suff. עֲלִיּוֹתָיו *Cœnacula* ejus, Pſ. 104, 3.

1) Generatim *adſcenſionis* notionem obtinet. 2) Speciatim α) notat *adſcenſum*, quò adſcenditur, 2. Chron. 9, 4. β) Notat *cœnaculum*; α) *propriè* quidem *conclave ſuperius*, ad quod quis per gradus adſcendit, & ſe recipit, Jud. 3, 20. 23. 2. Sam. 19, 1. 1. Reg. 17, 19. 23. 2. Reg. 1, 2. c. 4, 10. c. 23, 12 1. Chron. 28, 11. Jer. 22, 13. 14. β) *Impropriè* verò *nubes*, ſeu *ſpatioſa cœli aerei receptacula*, ſe tanquam peculiaria Dei *conclavia* habentia, quæ nemini hominum intrare licet, & in quibus velut deambulare videtur, Pſ. 104, 3.

עֶלְיוֹן m. *Excelſus*, *Supremus*. אֵל עֶלְיוֹן Deus *ſupremus*, Gen. 14, 18. Fœm. עֶלְיֹנָה הַבְּרֵכָה Piſcina *ſuperior*, 2. Reg. 18, 17. הַלְּשָׁכוֹת הָעֶלְיוֹנוֹת *Cubicula* ſumma, Ezech. 42, 5.

1) Generatim notat *excelſum*, *ſupremum*. 2) Speciatim notat *ſupremum ſitu*. Ita tribuitur variis rebus, quæ *ratione ſitûs* ſunt aliis ſuperiores e. g. corbi, Gen. 40, 17. portæ, 2. Reg. 15, 35. 2. Chr. 27, 3. Jer. 20, 2. oppido, 1. Chron. 7, 24. 2. Chron. 8, 5. domui, Neh. 3, 25. piſcinæ, 2. Reg. 18, 17. Jeſ. 7, 3. c. 36, 2. 2) Notat *ſupremum dignitate*. Ita tribuitur α) *Deo*, qui eſt celſiſſimus omnium; deſignaturque hac voce ſin-

ſingularis & incomparabilis ipſius majeſtas ſupra cuncta creata, fictosque Deos alios quam longiſſime eminens, Gen. 14, 18. 19. 20. Pſ. 7, 18. Pſ. 9, 3. Pſ. 18, 14. Pſ. 21, 8. Pſ. 97, 9. Pſ. 91, 1. &c. β) *Meſſiæ*, qui omnibus mundanis Regibus ac Dominis eſt celſior & eminentior, Pſalm. 47, 3. Pſalm. 89, 28. γ) *Hominibus*, qui reliquis dignitate & potentia eminent, Devt. 26, 19. c. 28, 1. δ) *Rebus aliis*, quæ aliis ſunt excellentiores, e. g. templo, 1. Reg. 9, 8.

עִלִּית f. *Superius*, Jud. 1, 15. Plur. עִלִּיּוֹת *Superiores*, Joſ. 15, 19. Præterea non legitur.

מֹעַל m. *Elatio*, *Elevatio*. Extat tantum Neh. 8, 6. בְּמֹעַל יְדֵיהֶם Cum *elevatione* manuum ſuarum.

מַעַל m. *Eminentia*; *Superius*; *Supra*, *Supernè*. מִמַּעַל לָעֵצִים In *eminentia* vel *parte ſuperiori*, h. e. ſuperficie lignorum, Gen. 22, 9. Cum ה locali יַעֲלֶה עָלֶיךָ מַעְלָה מָּעְלָה Adſcendet ſuper te *in ſuperius*, *in ſuperius*, i. e. continuò altius & ſuperius magis magisque adſcendet, Devt. 28, 43. Sed iſtud ה accedente Præpoſitione in ה Paragogicum abit. הָעֹלָה הִיא לְמָעְלָה Quod adſcendat illa in *ſublime*, Eccl. 3, 21. מֵהַיּוֹם הַהוּא וָמָעְלָה A die iſto & *in vicinitatem*, i. e. deinceps, 1. Sam. 16, 13. מִלְמַעְלָה *Supernè*, Gen. 6, 16.

1) Generatim *eminentiæ & ſuperioritatis* notionem qualicunque infert ratione, ſive nominaliter, ſive per modum particularum. 2) Speciatim α) nominaliter idem eſt ac *rei eminentia*, Gen. 22, 9. 2. Chr. 1, 1. Jer. 43, 10. *ſuperius*, *ſublime* vel *ſummum*, Devt. 28, 43. Eccl. 3, 21. Hagg. 2, 15. Jeſ. 45, 8. Am. 2, 9. *altitudo*, *altum*, Exod. 25, 20. Jeſ. 45, 8. *vicinitas*, Prov. 15, 24. Jeſ. 6, 2. β) In Particulas abit, ſignificans *deinceps*, 1. Sam. 16, 13. 1. Chron. 23, 27. *ſuper*, Jer. 43, 10. *ſurſum*, 1. Sam 9, 2. Ezech. 43, 15. *ſuperne*, Exod. 25, 20. altius, Devt. 28, 43. Connotans vel *tempus*, ut 1. Sam. 16, 13. 1. Chron. 23, 27. Hagg. 2, 15. vel *locum*, ut Jeſ. 45, 8. Jer. 45, 8. Am. 2, 9. vel *qualitatem*, ut Devt. 28, 43. 2. Chron. 1, 1.

מַעֲלָה f. *Adſcenſio*, *Adſcenſus*, *Gradus*, *Excellentia*. הוּא יְסֻד הַמַּעֲלָה מִבָּבֶל Hoc erat initium *adſcenſionis* ex Babel, Eſr. 7, 9. Plural. מַעֲלוֹת *Adſcenſiones*, Ezech. 11, 5. בְּמַעֲלוֹת אֲשֶׁר יָרְדָה In *gradibus*, ſuper quos deſcenderat, 2. Reg. 20, 11. Jeſ. 38, 8. וּמַעֲלֹתֵהוּ Et *gradus* ejus, Ezech. 43, 17.

1) Generatim *adſcenſionem* dicit. 2) Speciatim α) *propriè* notat *adſcenſum*, quò è locô inferiori adſcenditur in ſuperiorem, Eſr. 7, 9. β) *Tropicè* a) per *Metonymiam* deſignat id, quod *adſcendendo ſurſum ducit*, i. e. *gradus*, e. g. atrii, Ezech. 40, 6. 22. 26. 31. 34. 39. ſolii Salomonis, 1. Reg. 10, 19. civitatis David, Neh. 3, 15. c. 12, 37. altaris, Exod. 20, 26. b) Per *Metaphoram* notat tum *cogitationem* cordis, Ezech. 11, 5. tùm *dignitatem vel excellentiam*, 1. Chron. 27, 17.

d by Google

מַעֲלָה m. *Adſcenſus, Gradus, Clivus, Suggeſtus, locus ſuperior* ſeu *Excelſior.* In Statu Conſtr. בְּמַעֲלֵה הָעִיר In *adſcenſu* urbis, 1. Sam. 9, 11. וַיָּקָם עַל־מַעֲלֵה הַלְוִיִּם Surrexit autem ſuper *ſuggeſtum* Levitarum, Neh. 9, 4. מִלְמַעֲלֵה הֶחָרֶס Ante *adſcenſum* ſolis, Jud. 8, 13. Plural. מַעֲלָו *Adſcenſus* ejus, Ezech. 40, 31. prô מַעֲלָיו, literâ י per Syncopen concisâ.

1) Generatim infert *adſcenſionem.* 2) Speciatim α) *propriè* dicit *actum adſcenſionis.* β) *Tropicè* α) per *Metaphoram* dicit ortum *ſolis*, qui oriendo quaſi adſcendit, Jud. 8, 13. β) *Metonymicè* notat 1) *locum adſcenſionis*, 1. Sam. 9, 11. Neh. 12, 37. 2) *Suggeſtum, locum ſuperiorem*, Neh. 9, 4.

תְּעָלָה f. *Aquaductus, Canalis*, 1. Reg. 18, 32. 35. item *Emplaſtrum, Reſtitutio*, Jer. 30, 13. c. 46, 11. In Statu Conſtr. תְּעָלַת הַבְּרֵכָה הָעֶלְיוֹנָה *Aquaductus* piſcinæ ſuperioris, 2. Reg. 18, 17. Jeſ. 36, 2. Plur. תְּעָלֹתֶיהָ *Aquaductus* ſuos, Ezech. 31, 4.

עָלַז *Exultavit.* Infin. עֲלוֹז *Exultare*, Jeſ. 23, 12. Fut. וָאֶעְלֹז Et *exultavi*, Jer. 15, 17. יַעְלְזוּ *Exultabunt*, Pſ. 149, 5. תַּעֲלֹזְנָה *Exultabunt*, 2. Sam. 1, 20.

1) Generatim notat *exultare*, diciturque de quocunque tripudio & hilaritate inſigniori. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *hominis*, diciturque de *tripudio vel hilaritate ſacrâ*, quâ quis geſtit, quamque per hymnos, cantica & laudem Dei exerit & commonſtrat, Pſ. 60, 8. Pſ. 68, 5. Pſ. 108, 8. Pſ. 149, 5. Prov. 23, 16. Hab. 3, 14. 2) De *tripudio ſeu hilaritate profanâ*, cujus generis tripudium & exultatio erat filiarum Philiſtæorum poſt ſtragem Iſraelitarum, 2. Sam. 1, 20. impiorum ob adverſa piis incumbentia, ſuosque proſperos ſucceſſus, Pſ. 94, 3. in conviviis. Jer. 21, 39. in conſilio improborum, Jer. 15, 17. β) *Metaphoricè* eſt rerum *inanimatarum*, diciturque de *tripudio terræ bene cultæ*, Pſ. 96, 12.

עָלֵז m. *Exultabundus.* Semel occurrit Jeſ. 5, 14.

עַלִּיז m. *Exultans.* Plur. עַלִּיזִים *Exultantes*, Jeſ. 54, 8. In Statu Conſtr. עַלִּיזֵי גַּאֲוָתִי *Exultantes* in magnificentiâ meâ, Jeſ. 13, 3. Conf. Zeph. 3, 11. Fœm. עַלִּיזָה *Exultabunda*, Jeſ. 22, 2. c. 23, 7. c. 32, 13. Zeph. 2, 15.

עָלַט *Craſſus, Spiſſus fuit*, apud Arabes

עֲלָטָה f. *Caligo*, eaque *ſpiſſa & magna.* Saltem extat Gen. 15, 17. Ezech. 12, 6. 7. 12.

עָלַל *Fecit, Operatus eſt; Vexavit, Affecit, Male habuit, Vim fecit*; Item *Racemavit, Carpſit.* עֵינִי עוֹלְלָה לְנַפְשִׁי Oculus meus *operatur, vim facit animæ* meæ. Thren. 3, 51. Præter. cum Imper. וְעוֹלֵל לָמוֹ כַּאֲשֶׁר עוֹלַלְתָּ לִי Et *fac* ipſis (male) ſicut *feciſti* (male) mihi, Thren. 1, 22. לְמִי עוֹלַלְתָּ כֹּה Cui *feciſti male* ſic? Thren. 2, 20. Futur. כִּי תִבְצֹר כַּרְמְךָ לֹא תְעוֹלֵל אַחֲרֶיךָ Cum vindemiabis vineam tuam,

tuam, non *racemabis* poſt te, Devt. 24. 21. עוֹלֵל יְעוֹלְלוּ כַגֶּפֶן *Racemando racemabunt*, i. e. penitus racemabunt ut vitem, Jer. 6, 9. Pual עוֹלַל Factum eſt, Thren. 1, 12. Hithpael הִתְעַלֵּל & הִתְעוֹלֵל *Fecit, male egit. Operatus eſt, Machinatus eſt*; item *Ludificatus eſt, Illuſit*, ubi cum ב Conſtruitur. כַּאֲשֶׁר הִתְעַלֵּל בָּהֶם Poſtquam male *fecit* illis, 1. Sam. 6, 6. הִתְעַלַּלְתְּ בִּי *Illuſiſti* mihi, Num. 22, 29. וְהִתְעַלְּלוּ בִי Et illudant mihi, 1. Sam. 31, 4. Infin. לְהִתְעוֹלֵל עֲלִלוֹת בְּרֶשַׁע Ad *faciendum* facinora in impietate, Pſ. 141, 4. וַיִּתְעַלְּלוּ בָהּ Et *male egerunt* cum ea, ſeu ſcelerate tractarunt eam, Jud. 19, 25.

1) Generatim notat *facere* & *operari*. 2) Speciatim notat *α*) *facere, quod in admirationem rapit homines*. Ita tribuitur *Deo*, qui mira fecit in Ægyptô, Exod. 10, 2. 1. Sam. 6, 6. *β*) *Facere, quod in damnum & ruinam alterius cedit*. Inde eſt 1) *male facere*, vel *malum inferre alicui*; Thren. 1, 22. c. 2, 20. c. 3, 51. 2) *Malè cum aliquo agere, ſcelerate & nefandè aliquem tractare, vim alicui inferre*, Jud. 19, 25. *γ*) *Facere, quod cedit in contemtum*. Ita 1) eſt *illudere, ludificare*. Ita adhibetur in Hithpael 1. Sam. 31, 4. 1. Chron. 10, 4. Jer. 38, 19. 2) *Racemare*, Lev. 19, 10. Devt. 24, 21. Conf. Jer. 6, 9. ubi *Metaphorice* adhibetur ad deſignandum *excidium & captivitatem reliquiarum Iſraelis*.

עוֹלָל m. *Puer, Parvulus*, qui lactente major eſt, & aliquid *agitare* incipit, Jer. 6, 11. c. 9, 20. Plur. עוֹלָלִים *Parvuli*, Thren. 4, 4. Joel. 2, 16. Cum Suff. עֹלָלַיִךְ *Parvuli* tui, Pſ. 137, 9. Thren. 2, 19. עוֹלָלֶיהָ *Parvuli* ejus, Thren. 1, 5. Mich. 2, 9. Nah. 3, 10.

עוֹלֵל m. *Parvulus, Puer*. עוֹלֵל וְיוֹנֵק *Puer* & ſugens, Jer. 44, 7. Thren. 2, 11. מֵעוֹלֵל וְעַד יוֹנֵק A *parvulô*, usque ad ſugentem, 1. Sam. 15, 3. c. 22, 19. Plural עוֹלְלִים *Parvuli*, Job. 3, 15. Pſ. 8, 3. In Statu Conſtr. עוֹלְלֵי טִפֻּחִים *Infantes* educationum, Thren. 2, 20. Cum Suff. עוֹלְלֵיהֶם *Parvuli* eorum, 2. Reg. 8, 12. Pſalm. 17, 14. Jeſ. 13, 16. Hoſ. 14, 1.

מְעוֹלֵל m. *Parvulus* conſiliô & judiciô. Semel occurrit Jeſ. 3, 12.

עֲלִיל m. *Catinus*, vas, in quô purgantur metalla, velut *operatorium* dictum. Legitur tantum Pſ. 12, 7.

עֲלִילָה f. *Actio, Opus, Facinus, Machinatio, Occaſio*. נוֹרָא עֲלִילָה Formidabilis *opere*, Pſ. 66, 5. הִתְעִיבוּ עֲלִילָה Abominabilem reddiderunt *actionem*, Pſ. 14, 1. Plur. עֲלִילוֹת *Actiones*, Devt. 22, 14. Sed Pſ. 141. 4. eſt עֲלִלוֹת Cum Suff. בַּעֲלִילוֹתֶיךָ De *actionibus* tuis, Pſ. 77, 13. עֲלִילוֹתָם *Actiones* ipſorum, Pſ. 99, 8.

1) Generatim notat *quamcunque actionem & opus*, ſive *Dei*, ſive *hominum*, ſive actio ſit *bona*, ſive *mala*. 2) Speciatim *α*) notat *actiones hominis* & quidem ſemper *actiones ejus malas & corruptas*, Devt. 22, 14. 17. Pſ. 14, 1. Pſ. 99, 8. Pſ. 141, 4. Ezech. 20, 43. 44. c. 21, 24. c. 36, 17. Zeph. 3, 11. *β*) Denotat *actiones & opera Dei*, 1. Sam. 2, 3. Pſ. 77, 13. Jeſ. 12, 4.

ſpe-

ſpeciatim *miranda opera* Dei in eductione & gubernatione populi ſui *conſpicua*, Pſ. 9, 12. Pſ. 78, 11. Pſ. 103. 7. Pſ. 105, 1.

עֲלִילִיָּה f. *Actio, Opus*. Semel occurrit Jer. 23, 19. וְרַב עֲלִילִיָּה Et magnus *opere*.

עוֹלֵלוֹת f. pl. *Racemationes, Racemi*, Jeſ. 17, 6. c. 24, 13. Jer. 49, 9. Obad. 1, 5. In Statu Conſtr. כְּעֹלְלֹת בָּצִיר *Racemationes* vindemiæ. Mich. 7, 1. Jud. 8, 2. Sæpius non legitur.

עֹל m. *Jugum*, quaſi *operatorium* dictum. אֲשֶׁר לֹא עָלָה עָלֶיהָ עֹל In quam non adſcendit *jugum*, ſeu cui non impoſitum fuit *jugum*, Num. 19, 2. Cum Suff. אָבִיךָ הִקְשָׁה אֶת־עֻלֵּנוּ Pater tuus aggragavit *jugum* noſtrum, 1. Reg. 12, 4. עֻלְּכֶם *Jugum* veſtrum, Lev. 26, 13.

1) Generatim notat *jugum*, ſive *propriè*, ſive *impropriè*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *jugum*, quod bovibus imponitur, ut eô ad agendum, operandum vel trahendum cogantur, Num. 19, 2. Devt. 21, 3. β) *Metaphoricè* 1) deſignat *doctrinam & inſtitutionem*, quia eâ homines inſtar boum jugo alligatorum ad certam agendi & operandi rationem inſtituuntur & aſſuefiunt, Jer. 5, 5. 2) *Ærumnas, afflictiones & moleſtias*, maximè *duriores oppreſſiones* à rigidis Dominis, Magiſtratibus & Tyrannis, Lev. 26, 13. 1. Reg. 12, 4. 9. 10. 2. Chron. 10, 4. 9, 10. Jeſ. 9, 4. c. 10, 27. c. 14, 25. c. 47, 6. Jer. 2, 20. c. 28, 2. 4. 11. 14. c. 30, 8. Thr. 1, 14. c. 3, 27.

בְּלִיַּעַל m. *Nequitia; Nequam*, quaſi dictus *absque jugô*, quia *jugum* doctrinæ ſalutaris, pietatis atque diſciplinæ excutit, ac proinde nil boni *operatur*, nec cuiquam *prodeſt*, ſed potius *damno eſt*. דְּבַר בְּלִיַּעַל Res *nequiſſima*, Pſ. 41, 9. Vide in R. יָעַל pag. 521.

מַעֲלָלִים m. pl. *Actiones, Opera*. רַע מַעֲלָלִים Malus *actionibus*, 1. Sam. 25, 3. In Statu Conſtr. מַעַלְלֵי יָהּ *Actiones* Domini, Pſ. 78, 12. Cum Suff. כְּמַעֲלָלֵינוּ Secundum *actiones* noſtras, Zach. 1, 6. מַעַלְלֵיהֶם *Actiones* eorum, Jeſ. 3, 8.

1) Generatim notat *quascunque actiones*, ſive *Dei*, ſive *hominum*, ſive ſint *bonæ*, ſive ſint *malæ*. 2) Speciatim α) notat *actiones hominis, tùm bonas*, Jer. 7, 3. c. 18, 11. c. 26, 13. tùm *malas*, Devt. 28, 20. Pſ. 28, 4. Pſ. 106, 29. Jeſ. 1, 16. Jer. 4, 4. c. 23, 2. c. 25, 5. c. 44, 22. Ezech. 36, 31. Zach. 1, 4. Hoſ. 9, 15. β) *Actiones*, vel *opera Dei miranda*, Pſ. 77, 12. Pſ. 78, 7.

תַּעֲלוּלִים m. pl. *Ludificationes*, & per *Metonymiam*, *Ludificatores*, Jeſ. 3, 4. Cum Suff. אֶבְחַר בְּתַעֲלֻלֵיהֶם Eligam *ludificationes* eorum, Jeſ. 66, 4.

עָלַם *Abſcondit, Occultavit*. In Kal non legitur. In Niphal eſt נֶעְלַם *Latuit, Abditum, Abſconditum, Occultum fuit*. וְנֶעְלַם מִמֶּנּוּ Ita, ut *lateat* ipſum, vel *abſconditum ſit* ab eo, Lev. 5, 3. Particip. לֹא הָיָה דָבָר נֶעְלָם מִן־הַמֶּלֶךְ Non fuit verbum *abſconditum* à Rege,

1. Reg.

1\. Reg. 10, 3. Plur. עִם־נַעֲלָמִים Cum *occultis*, Pſalm. 26, 4. Hiphil הֶעְלִים *Abſcondit*, *Occultavit*, *Celavit*. וַיהוָה הֶעְלִים מִמֶּנִּי Sed Dominus *celavit* à me, 2. Reg. 4, 27. Infin. הַעְלֵם *Occultando*, Lev. 20, 4. Fut. אַעְלִים עֵינַי מִכֶּם *Occulto* oculos meos à vobis, Jeſ. 1, 15. Hithpael הִתְעַלֵּם *Occultavit, Abſcondit ſe*. וְהִתְעַלַּמְתָּ מֵהֶם Et *occultabis* te ab iis, Devt. 22, 1. 4. Infin. לֹא תוּכַל לְהִתְעַלֵּם Non poteris *occultare* te, Devt. 22, 3. Fut. אַל־תִּתְעַלַּם מִתְּחִנָּתִי Ne *abſcondas* te à precatione mea, Pſ. 25, 2.

1) Generatim importat *occultationem*. 2) Speciatim α) notat *latere, occultum eſſe, ignorari, ad alicujus notitiam non pervenire*. Ita dicitur de adulteriô occultô, quod teſtibus probari nequit, Num. 5, 13. & aliis peccatis, quæ peccatores latent, Lev. 4, 10. c. 5, 2. ſeqq. vel peccatoribus quidem ſatis cognita ſunt, non autem in aliorum cognitionem pervenerunt, Eccl. 12, 14. quia in occultis locis commiſſa fuerunt. Confer. Pſ. 90, 8. ubi deſignat non ſolum *ea*, quæ ob transgreſſoris calliditatem, qui latebras ad commiſſionem peccati deligit, occulta ſunt, ſed etiam *ea*, quæ ipſe peccator ignorat. vid. Job. 20, 11. Similiter dicitur de *ſapientia*, quæ homines latet, Job. 28, 21. Confer. 1. Reg. 10, 3. 2. Chron. 9, 2. β) In Hiphil notat *occultare*, ſed variè. Nam 1) idem eſt ac *celare aliquid*, ne in cognitionem alterius perveniat, 2. Reg. 4, 27. 2) *Negligere, non curare, averſari*. Quô in ſignificatu adhibetur vel *abſolute*, ut Pſ. 10, 1. ubi dicitur de *Deô*, qui videtur *non curare* Davidis ærumnas & querelas; vel cum *addito*, ut *occultare oculos*, vel *abſcondere aures*. Ita *oculos occultare*, h. e. *negligere* & *averſari* dicuntur Judæi *Sabbatha*, Ezech. 22, 26. Ita *avarus* ab egenô *occultat oculos*, h. e. *eum non curat, ſed negligit, fugit & averſatur*, opem & ſtipem ei denegando, Prov. 28, 27. Similiter *Deus à Judæis improbis oculos occultabat ſuos*, quando eorum preces negligebat, non curabat, ſed averſabatur, Jeſ. 1, 15. 3) *Connivere, non caſtigare aut punire decenter*, Lev. 20, 4. Huc refer 1. Sam. 12, 3. ubi Samuel negat, ſe ob acceptum munus cuiquam in judiciô contra juſtitiam patrocinatum fuiſſe, aut diſſimulaſſe in cauſâ non rectâ. γ) In Hithpael ſignificat *occultare ſe*, & fere idem eſt ac *negligere, non curare, averſari, non opitulari*. Ita dicitur de *homine inofficioſo* aut *hoſte*, qui alterius bovem vel agnum conſpiciens ab iis *ſe occultat*, i. e. *negligit, non curat, ſimulat, ſe non videre ea, abit & deſerit*, Devt. 22, 1. 3. 4. de *immiſericordi*, qui ſe occultat à paupere, h. e. eum non curat, ſed negligit, & ope deſtituit, Jeſ. 58, 7. de *Deô*, qui rogatur enixè, ut ne ſe occultet à *precatione* miſeri, eam negligendo, averſando, & opem denegando, Pſ. 55, 2.

עֶלֶם m. *Adoleſcens*, qui domi in Parentum curâ *latitat*, & in cœtu publicô nondum comparet. בֶּן־מִי־זֶה הָעָלֶם׃ Filius cujus eſt hic *adoleſcens?* 1. Sam. 17, 55. adhuc ſemel occurrit 1. Sam. 20, 22. לָעֶלֶם *Adoleſcenti*.

עַלְמָה

עַלְמָה f. *Puella, Adoleſcentula, Virgo*, Gen. 24, 43. Plur. עֲלָמוֹת *Puellæ*, Pſ. 68, 26.

1) Generatim & vi originis notat *latentem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *virginem*, quæ domi *latitat & continetur*, nec à viro cognita eſt. Ita dicitur de *Rebeccâ*, nondum propalam nuptum educta, Gen. 24, de *Mirjam*, virum nondum cognoſcente, Exod. 2, 8. de *puellâ incorruptâ & illibatâ*, cui vir inſidiatur, ut eâ potiatur, Prov. 30, 19. de *matre Immanuelis* illibata & viri ignarâ, Jeſ. 7, 14. β) *Metaphoricè*, *virginum* nomine veniunt *pii ſalvandi*, ad indicandam eorum *animi rectitudinem & puritatem*, tàm in doctrinâ & cultu divino, quàm in vitâ & moribus, Cant. 1, 3. c. 6, 8. γ) Interdum eſt *nomen inſtrumenti*, vel, ut Coccejus cenſet, *toni muſici*, 1. Chron. 15, 20. Pſ. 46, 1.

עֲלוּמִים m. pl. *Adoleſcentia*, juxta Buxtorffium, *pars ætatis occulta*, quia rarius ad officia publica obeunda adhibetur. Cum Suffixo עֲלוּמָיו *Adoleſcentia* ejus, Job. 33, 25. עֲלוּמַיִךְ *Adoleſcentiæ* tuæ, Jeſ. 54, 4.

תַּעֲלֻמָה f. *Abſconditum, Occultum*, Job. 28, 11. Plur. תַּעֲלֻמוֹת *Abſcondita*, Job. 11, 6. Pſ. 44, 22. Sæpius non legitur.

עוֹלָם m. *Seculum*; cujus terminus *occultatur & ignoratur*. לִבְרִית עוֹלָם In fœdus *ſeculi*, i.e. perpetuum, Gen. 17, 8. גּוֹי מֵעוֹלָם Gens à *ſeculo*, i.e. antiqua, Jer. 5, 15. עוֹלָם חַסְדּוֹ In *ſeculum* eſt miſericordia ejus, Pſ. 106, 1. מֵעוֹלָם עַד־עוֹלָם אַתָּה אֵל Ab *æterno* usque in *æternum* tu es Deus, Pſ. 90, 2. עוֹלָמוֹ *Seculi* ſui, Eccl. 12, 5. Plural. עוֹלָמִים *Secula*, 1. Reg. 8, 13. In Statu Conſtr. עַד עוֹלְמֵי עַד Usque ad *ſecula* æternitatis, Jeſ. 45, 17.

1) Generatim notat *ſeculum*, ſive accipiatur pro duratione diuturna, ſive pro re durante. 2) Speciatim α) denotat *durationem*, cujus terminus eſt *abſconditus*, ratione longinquæ ſuæ diſtantiæ. Proinde deſignat 1) *durationem longam & diuturnam*, quæ habet terminum à parte *ante*, & à parte *poſt*, i.e. initium & finem. Ita tribuitur *ſervituti* usque ad annum jubilæi duraturæ, Exod. 21, 6. Devt. 15, 17. *collibus* diutiſſimè vel usque ad finem mundi duraturis, Devt. 33, 15. *vaſtationi* terræ Judaicæ 70 annos duraturæ, Jer. 18, 16. Conf. Pſ. 119, 44. ubi David promittit *cuſtodiam legis divinæ* in æternum, i.e. quamdiu victurus eſſet. Vide Gen. 9, 16. c. 13, 15. c. 17, 7. 8. 13. 19. In hac autem ſignificatione quandoque infert *durationem præteritam*, ut notet *antiquitatem, antiquum*, ut Jer. 5, 15. מֵעוֹלָם Gens à *ſeculo*, i.e. antiqua. 2) *Durationem perpetuam*, quæ habet terminum à parte *ante*, non autem à parte *poſt*, i.e. initium quidem, non autem finem, Gen. 3, 22. Pſ. 139, 24. Dan. 12, 2. 3. 3) *Durationem æternam*, quæ neque habet terminum à parte *ante*, neque à parte *poſt*, i.e. neque initium, neque finem. Ita tribuitur *Deo*; qui Pſ. 9, 2. dicitur מֵעוֹלָם à *ſeculo* usque in *ſeculum*, i.e. ante omne ſeculum &

omnem

omnem æternitatem. Ita Gen. 21, 33. 1.Chron. 29, 10. Pſ. 25, 6. Pſ. 93, 2. Pſ. 103, 17. *Sapientia hypoſtatica*, Prov. 8, 23. ב) Per *Metonymiam Adjuncti* notat *Mundum*, ſatis diu *durantem*, Gen. 49, 26. Pſalm. 24, 7. Pſalm. 73, 12.

עִילוֹם m. *Seculum.* Semel occurrit לְעֵילָם In *ſeculum*, 2. Chron. 33, 7.

עָלַס *Exultavit.* Fut. יַעֲלֹס *Exultabit*, Job. 20, 18. Niphal Part. Fœm. נֶעֱלָסָה *Exultabunda*, Job. 39, 13. Hithpael Fut. נִתְעַלְּסָה בָּאֳהָבִים *Exultemus, exhilaremus nos* amoribus, Prov. 7, 18.

עָלַע *Lampſit, Sorbſit.* Saltem legitur Fut. יְעַלְעוּ *Lambent*, Job. 39, 33.

עָלַף *Texit, Operuit, Obduxit; Animo defecit.* Pual עֻלְּפוּ *Animô deficiunt*, Jeſ. 51, 20. Part. מְעֻלֶּפֶת סַפִּירִים *Tectum* Sapphiris, Cant. 5, 14. Hithpael וַיִּתְעַלָּף Et *defecit animo*, Jon. 4, 8. וַתִּתְעַלָּף Et *obtexit ſe*, Gen. 38, 14. תִּתְעַלַּפְנָה *Deficient animo*, Am. 8, 13.

1) Generatim *tegendi* notionem habet. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *aliquid operire*, ne conſpiciatur, Gen. 38, 14. Cant. 5, 14. β) *Metaphoricè* eſt *deficere animo*, quia vires ejus quaſi *teguntur, operiuntur*, Jeſ. 51, 20. Am. 8, 13. Jon. 4, 8.

עֻלְפֶּה m. *Defectum, Languidum*, Ezech. 31, 15.

עָלַץ *Exultavit.* עָלַץ לִבִּי בַּיהוָה *Exultavit* cor meum in Domino, 1. Sam. 2, 1. Inf. בַּעֲלֹץ צַדִּיקִים In *exultare*, i.e. cum exultant juſti, Prov. 28, 12. אֶעֶלְצָה בָךְ *Exultabo* in te, Pſ. 9, 3. יַעַלְצוּ לִפְנֵי אֱלֹהִים *Exultabunt* coram Deô, Pſ. 68, 4.

1) Generatim notat *exultare*, importatque *gaudium maximum*. 2) Speciatim α) *proprie* tribuitur *hominibus*, tùm *piis*, quorum eſt intimum cordis gaudium in *Deo*, ſummè bonô, 1. Sam. 2, 1. Pſ. 5, 12. Pſ. 9, 3. Pſ. 68, 4. aut in *bona ſorte* per Dei bonitatem ipſis conceſſâ, Prov. 28, 12. tùm *impiis*, qui exultant & lætantur de conatûs ſui proſperô ſucceſſu & fruſtratione fiduciæ piorum in Deô, Pſ. 25, 2. β) Per *Proſopœiam* tribuitur *agro*, 1. Chron. 16, 32.

עֲלִיצוּת f. *Exultatio.* Semel occurrit cum Suff. עֲלִיצֻתָם *Exultatio* eorum, Hab. 3, 13.

עֲלוּקָה f. *Sanguiſuga*, Prov. 30, 15.

עָמַד *Stetit, Aſtitit, Subſtitit, Perſtitit, Manſit, Permanſit.* Sæpius conſtruitur intercedentibus Præpoſitionibus ב & עַל. הַנֶּגַע עָמַד Plaga *ſubſtitit*, Lev. 13, 5. עֲמַדְתֶּם עַל־חַרְבְּכֶם *Stetiſtis* ſuper gladiô veſtrô, Ezech. 33, 26. Infin. וְאֵין כֹּחַ לַעֲמֹד Neque enim virtus erit ad *conſiſtendum*, Dan. 11, 15. בְּעָמְדוֹ לִפְנֵי פַרְעֹה In *ſtare* eum, i.e. cum ſtaret ante Pharaonem, Gen. 41, 46. Fut. וָאֶעֱמֹד עָלָיו Et *ſteti, inſtiti* contra eum, 2. Sam. 1, 10. וּבֵית צַדִּיקִים יַעֲמֹד Sed domus juſtorum *perſtat*, Prov. 12, 7. וַתַּעֲמֹד מִלֶּדֶת Ita *ſubſtitit* à pariendo, Gen.

Gen. 29, 35. וַיַּעַמְדוּ מֵרָחוֹק Et *ſteterunt* è longinquô, Exod. 20, 18. וַתַּעֲמֹדְנָה אֵצֶל הַפָּרוֹת Et ſtabant juxta vaccas, Gen. 41, 3. Sed Dan. 8, 22. eſt יַעֲמֹדְנָה *Stabunt*, formâ mixtâ ex diverſis generibus. Hiphil הֶעֱמִיד *Stare fecit, Stitit, Statuit, Conſtituit, Stabilivit*, 1. Chron. 6, 16. נְבִיאִים הֶעֱמַדְתָּ Prophetas *conſtituiſti*, Neh. 6, 7. וְהַעֲמַדְתִּיהוּ Et *conſtituam* eum, 1. Chron. 17, 14. Infin. לְהַעֲמִידוֹ Et ad *ſtabiliendum* eum, 2. Chron. 9, 8. Fut. וָאַעֲמִיד אֶת־הָעָם Et *conſtituo* populum, Neh. 4, 13. Imper. לֵךְ הַעֲמֵד הַמְצַפֶּה Abi, *conſtitue* ſpeculatorem, Jeſ. 21, 6. Hophal הָעֳמַד *Conſtitutus* eſt. Part. מָעֳמָד *Conſtitutus*, 1. Reg. 22, 35. Pſ. 69, 3. Fut. יָעֳמַד *Siſtitur*, Lev. 16, 10.

I) Generatim obtinet ſignificationem *ſtandi*, modô ſignificandi pro varietate rerum, de quibus dicitur, variante. II) Speciatim in *Kal* 1) *propriè* importat *corporis habitum erectum*, & idem eſt ac *ſtare erectum*, 2. Sam. 20, 11. Neh. 8, 5. 2. Chron. 34, 31. Dan. 10, 11. 2) *Impropriè* α) per *Metaph.* deſignat 1) *ceſſationem & quietem à re aliquâ*, e. g. à *motu*, ut ceſſat ab eô luna, Joſ. 1, 13. mare, Jon. 1, 15. currens, 1. Sam. 20, 38. Dan. 8, 25. à *pariendo*, Gen. 29, 25. à *loquendo* vel *reſpondendo*. 2) *Durationem & permanentiam in ſuo eſſe & ſtatu*, & commodè reddi poteſt *perſtare, permanere* &c. Ita tribuitur *Deo*, qui eſt immutabilis in *ſuo eſſe*, & in omnem æternitatem permanet, Pſ. 102, 27. *Dei juſtitiæ*, quæ nunquam flectetur, aut ullô modô inhiberi poteſt, Pſal. 111, 3. *Dei conſilio*, quod immutabile permanet, cui eventus reſpondet, nec ab ullo irritum reddi poteſt homine, Pſ. 33, 11. *Terra*, quæ uſque ad finem mundi durat, Eccl. 1, 4. *Timori Dei*, h. e. *doctrinæ Dei* timorem inſtillanti, Pſal. 19, 10. item *lepra*, in ſuo ſtatu permanenti, nec ulterius progredienti, Lev. 13, 5. 37. 3) *Perſeverationem* in aliquâ re, e. g. in *fide*, & idem eſt ac *firmiter* ac *conſtanter credere*, 2. Chron. 20, 17. in *peccato*. & idem eſt ac *pergere peccata malitioſè committere*, Pſ. 1, 1. Eccl. 8, 3. Hoſ. 10, 9. β) Per *Metonymiam Adjuncti* importat 1) *miniſtrationem*, quâ quis præſtò adſtat, juſſa alicujus excepturus & executurus, quia *miniſtrorum* ſignum eſt *ſtare*. Ita tribuitur tum *hominibus*, Gen. 18, 8. c. 41, 46. Exod. 18, 13. Devt. 10, 8. 1. Reg. 17, 1. Jer. 15, 19. Ezech. 8, 11. Dan. 1, 5. tum *Angelis*, 1. Reg. 22, 19. 2. Chron. 18, 18. Conf. Zach. 3, 7. ubi per *Stantes* intelliguntur *Angeli*, qui ad mandata Dei præſtò adſunt. 2) *Adſiſtentiam & opem amicam & ſalutiferam*, Dan. 12, 1. Unde *è longinquo ſtare*, importat *denegationem aſſiſtentiæ & auxilii*, Pſ. 10, 1. 3) *Hoſtilitatem*, quando quis contra alterum *ſtat*, eidemque ſe opponit, 2. Sam. 1, 9. 1. Chron. 21, 1. c. 26, 18. Dan. 8, 25. In Hiphil eſt *Tranſitivum*, & idem eſt ac *ſtare fecit*, quacunque ratione id fiat. Unde variè adhibetur. 1) *Propriè* notat *ſtatuere*. Ita dicitur α) de *homine*, qui ſtatuitur, ut pedibus ſtet rectus, Pſ. 18, 34. Ezech. 2, 2. c. 3, 24. Dan. 8, 18. & *præſens ſiſtitur* coram aliquô, Gen. 47, 7. Num. 27, 19. 22. Lev. 14, 11. Num. 5, 16. 18. 30. c. 8, 13. ubi conſtruitur mediante vocula לִפְנֵי β) De *bruto*, quod adductum præſens ſiſtitur

ſſtitur coram Deo aut Sacerdote, Lev. 16, 7. c. 27, 8. 11. γ) De *inanimatis*, e. g. de *olla*, quæ ſtatuitur ſuper carbones, Ezech. 24, 11. de *porta valvis*, Neh. 3, 1. 6. 13. 14. 15. c. 6, 1. c. 7, 1. de templo ſuper ſua ſede reædificando, Eſr. 2, 68. 2) *Metaphoricè* 1) notat *aliquid firmum reddere & ſtabile.* Ita dicitur de *lege* vel *ſtatutó novó*, quod ponitur *firmiter*, ut *ſtabile ſit*, 1. Chron. 16, 16. 17. Neh. 10, 33. Pſ. 105, 10. 2) *Exiſtentiam rei dare*, Pſ. 148, 6. 3) *Conſtituere ad certum uſum, finem & functionem*, 1. Reg. 12, 31. 1. Chron. 22, 2. 2. Chron. 11, 15. c. 19, 8. c. 20, 21. c. 29, 25. 26, 27. Neh. 6, 7. Eſr. 3, 8. 10.

עַמּוּד m. *Columna*, ſic dicta, quod in altum *erecta ſtet.* עַמּוּד הֶעָנָן *Columna* nubis, i. e. in nube, ad inſtar *columnæ* in altum erecta, quæ fuit *præſentiæ divinæ* ſymbolum, Exod. 13, 21. c. 14, 19. בְּעַמּוּד אֵשׁ In *columnâ* ignis, Neh. 9, 12. עַמּוּדוֹ *Columna* ejus, 2. Chron. 23, 19. Plur. עַמּוּדִים *Columnæ*, 2. Chron. 3, 15. Sed 1. Reg. 7, 41. eſt עַמֻּדִים. In Statu Conſtr. עַמּוּדֵי אֲרָזִים *Columnæ* cedrorum, i. e. ex cedris factæ, 1. Reg. 7, 2. Cum Suff. עַמֻּדָיו *Columnæ* ejus, Exod. 27, 10.

עֶמְדָּה f. *Conſtitutio.* Semel occurit cum Suffixo עֶמְדָּתוֹ *Conſtitutionem* ſuam, Mich. 1, 11.

עִמָּדִי *Mecum*, Pſ. 23, 4. quaſi *apud me ſtans.*

מַעֲמָד m. *Status, Statio, Conſtitutio.* Cum Suff. מַעֲמָדָם *Statio* eorum, 1. Chron. 23, 28. 2. Chron. 35, 15. מִמַּעֲמָדְךָ יֶהֶרְסֶךָ De *ſtatione* tuâ evertet te, Jeſ. 22, 19. In Statu Conſtr. מַעֲמַד מְשָׁרְתָיו *Statio* miniſtrorum ejus, 1. Reg. 10, 5. 2. Chron. 9, 4.

עָמַל *Laboravit, Elaboravit, Moleſtiam attulit, Corpore & animo male habuit.* נֶפֶשׁ עָמֵל עָמְלָה לוֹ Anima laborantis *laborat* ſibi, Prov. 16, 26. בְּכָל־עֲמָלִי שֶׁעָמַלְתִּי In omnem laborem, quô *laboravi*, Eccl. 2, 19. Fut. אֲשֶׁר יַעֲמֹל הָאָדָם Dum *laborat* homo, Eccl. 8, 17.

1) Generatim notat *laborare*, ſive *corpore*, ſive *animo*, connotatâ utrinque moleſtiâ, quæ laborem comitatur. 2) Speciatim α) notat *laborare corpore*, Prov. 16, 26. Eccl. 1, 3. c. 5, 17. Jon. 4, 10. β) *Laborare corpore & animo*, Pſ. 127, 1. Prov. 8, 17. Conf. c. 1, 3.

עָמֵל m. *Laborioſus, Laborans.* בַּאֲשֶׁר הוּא עָמֵל Pro eo, quod eſt *laborioſus*, Eccl. 3, 9. Plur. עֲמֵלִים *Laborioſi, Laborantes*, Jeſ. 5, 26.

1) Generatim notat *laborantem* vel *laborioſum*, exprimitque tàm *conatum ſtudiumque aliquid faciendi* vel *operandi*, quàm *moleſtiam*, quæ conatum atque ſtudium operandi comitari ſolet. 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *homine laborioſo*, multaque ac magna omninò expedire conante, Eccl. 2, 22. c. 3, 9. c. 4, 8. c. 9, 9. de fabris malleos tractantibus, Jud. 5, 26. β) *Metaphoricè* de *ærumnoſo*, qui moleſtiâ & ærumnâ premitur, Job. 3, 9. Conf. c. 20, 22.

עָמָל

עָמָל m. *Labor, Moleſtia, Perverſitas.* בְּכָל־עֲמָלִי שֶׁעָמַלְתִּי In omni *labore* meô, quô laboravi, Eccl. 2, 19. In Statu Conſtructo עֲמַל הָאָדָם *Labor* hominis, Eccl. 6, 7.

1) Generatim notat *laborem quemcunque*, ſive *corporis*, ſive *animi.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *actionem*, quæ moleſtiam & defatigationem comitem habet, adeoque vires abſumit, Eccl. 2, 10. 11. 18. 19. *β*) *Impropriè* & per *Metonymiam*, & quidem per *Metonymiam Adjuncti* notat א) *moleſtiam, anxietatem, ærumnam vel onus*, ſub quibus corpore & animo laboratur. Ita dicitur de variis moleſtiis & periculis Iſraelitarum in itinere per deſertum, Exod. 18, 8. de ingentibus ærumnis Iſraelitas idololatras prementibus, Jud. 10, 16. de anxietate & moleſtia aliis intentata, Pſal. 55, 11. de communibus hominum miſeriis atque ærumnis, Pſ. 73, 5. Conf. Num. 23, 21. Job. 7, 3. c. 11, 16. 2) *Difficultatem*, Pſal. 73, 16. & inde quoque porro, tùm *peccatum*, quia Deo hominibusque moleſtiam, laborem & negotium faceſſit, Job. 5, 6. tùm *injuriam*, qua alii aliis moleſtiam & difficultatem inferunt, Pſalm. 140, 10. Eccl. 10, 14. ב) Per *Metonymiam cauſæ* notat *res labore partas*, Pſ. 105, 44. Eccl. 2, 19.

עֲמָלֵק *Amalek*, nomen propr. filii *Eliphaſi*, ex pellice *Thimna* ei geniti, qui fuit nepos *Eſavi*, Gen. 36, 12. *Metonymicè* denotat *Poſteros Eſavi* ex Eliphaſô Primogenitô ipſius filiô oriundos, Iſraeli verſus Auſtrum habitantes, Num. 13, 30. quorum *crudelitas* memoratur, 1. Sam. 15, 18. *odium* autem contra Iſraelitas produnt bella, Exod. 17, 16. Num. 24, 20. Devt. 25, 17. Jud. 3, 13. c. 6, 3. 33. c. 7, 12. 1. Sam. 27, 8. c. 30, 1. 1. Chr. 18, 12.

עָמַם *Texit, Operuit, Obruit multitudine & magnitudine, Abſcondit, Obſcuravit.* Sed Arabicè *communis fuit.* Unde عَامَّةٌ eſt *res qualibet communis ac generica.* עֲמָמוּךָ *Abſconderunt* tibi, Ezech. 28, 3. עֲמָמֻהוּ *Abſcondiſſent* eam, Ezech. 31, 8. Hophal Futur. יוּעַם זָהָב *Obſcuratur* aurum, Thren. 4, 1. Præterea non occurrit.

עַם c. ſed maſc. ſæp. *Populus* ſeu *communio hominum*, quæ unà degit &c. עַם קְשֵׁה עֹרֶף *Populus* durus cervice, Exod. 32, 9. Interdum pro (ַ) per alternationem eſt (ָ), inprimis, ſi litera Kametſata ipſi præfigitur. עָם לְבָדָד *Populus* in ſeparatione, ſeu ſolitudine, i. e. ſeparatus, ſolus, Num. 23, 9. הָעָם Hic *populus*, Gen. 26, 11. וָעָם Et *populus*, Neh. 13, 24. In Statu Conſtr. עַם הָאָרֶץ *Populus* terræ, 2. Reg. 11, 18. 19. 20. Cum Suff. עַמִּי *Populus* meus, Exod. 9, 27. עַמֵּנוּ *Populus* noſter, 2. Sam. 10, 12. Plural. עַמִּים *Populi*, Gen. 17, 16. In Statu Conſtr. עַמֵּי הָאָרֶץ *Populi* terræ, Devt. 28, 10. Cum Suff. עַמֶּיךָ *Populi* tui, Num. 27, 3. Aliàs in Plurali etiam dicitur עֲמָמִים *Populi*, Neh. 9, 22. In Statu Conſtr. עַמְמֵי־הָאָרֶץ *Populi* terræ, Neh. 9, 24. Cum Suff. בַּעֲמָמֶיךָ In *populis* tuis, Jud. 5, 14.

1) Generatim notat *populum.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *communio-*

munio-

munionem ſeu *multitudinem hominum*, ſive iſta conſtituat *totam aliquam gentem*, vel *nationem*, quæ non ſolum unà degit, ſed etiam omnia bona malaque inter ſe habet *communia*, ceu adhibetur de gente *Iſraelitica*, Ex. 5, 23. c. 15, 16. Ægyptiacâ, Exod. 8, 19. & aliis, Exod. 19, 5. Lev. 20, 24. 26. ſive deſignet aliam *numeroſam hominum turbam*, Pſ. 73, 10. β) *Metaphoricè* notat *agmen aliorum animalium* terram tegens & operiens. Sic adhibetur de *formicis*, Prov. 30, 25. de locuſtis, Joel. 2, 2. 25.

עִם *Cum*, item *Apud*, *Prope*, *Juxta* &c. עִמּוֹ אָנֹכִי בְצָרָה *Cum* ipſo ſum in anguſtia, Pſ. 91, 15. עִם בֵּית מִיכָה *Apud* domum Michæ, Jud. 18, 22. עִמָּנוּ *Nobiscum*, Exod. 10, 26. עִמָּכֶם *Vobiscum*, Gen. 42, 38. עִמָּךְ *Tecum*, 2. Sam. 13, 20. pro עִמְנוּ, עִמְכֶם, עִמְךָ. Vocula enim hæc ante Suffixa נוּ, ךָ, כֶם, כֶן, הֶם & הֶן requirit (ּ) loco puncti ordinarii.

1) Generatim ferè infert *conjunctionem* & *communionem*. 2) Speciatim א) habet naturam particulæ, & exprimit α) *Præpoſitiones* varias, nempe *cum*, Gen. 42, 38. Exod. 10, 26. 1. Sam. 16, 12. 2. Sam. 19, 38. *Unà cum*, Gen. 18, 23. Nah. 3, 12. *Coram*, 1. Sam. 2, 21, *Apud*, Gen. 25, 11. Jud. 18, 22. 2. Sam. 6, 7. Pſalm. 130, 4. *Ad*, 2. Chron. 1, 9. *In*, Job. 29, 18. *Inter*, Pſ. 69, 29. *Erga*, 2. Chron. 20, 17. *Contra*, Pſal. 94, 16. β) Adverbium temporis *quum*, ſi præmittitur Infinitivo in tempus finitum reſolvendo. Eſr. 1, 11. ב) Induit *naturam nominis*, & idem eſt ac *communio*, *conſortium*, *ſocietas*, Gen. 32, 10. 1. Chron. 12, 21. Job. 30, 1. *par*, Pſ. 73, 25. *conjunctio*, *nexus*, *propinquitas*, Jud. 9, 37. tàm *ſine Præpoſitione* præmiſſâ, Gen. 18, 23. c. 32, 10. quàm cum *Præpoſitione prapoſita*, Gen. 44, 32. 2. Sam. 3, 15. Vid. ſummè Rev. Dn. D. Danzii Interpr. §. 173.

עַמּוֹן m. *Ammon*. Poſteri *Lothi* ex inceſtuoſô cum filia natu minori concubitu oriundi, Gen. 19, 38. habitantes verſus ortum, Gileaditis conterminі, quorum *audacia & fiducia* in opibus repoſita memoratur, Jer. 49, 4. *idololatria*, 1. Reg. 11, 5. *odium* contra Iſraelitas maximum, conſpicuum tùm ex *bellis* contra eos geſtis, Jud. 3, 12. c. 10, 7. 1. Sam. 11, 1. & ſqq. 2. Sam. 10, 1. ſqq. c. 12, 10. ſqq. 2. Chron. 20, 1. & ſeqq. Am. 1, 13. tum *ex tripudiis* ob Iſraelitarum cladem, Ezech 25, 3. Zeph. 2, 8. 10.

עָמַס *Oneravit*, *Onus impoſuit*. Fut. יַעֲמָס־לָנוּ *Onus imponit* nobis, Pſ. 68, 20. וַיַּעֲמֹס אִישׁ עַל־חֲמֹרוֹ Et *oneravit* quisque aſinum ſuum, Gen. 44, 13. Particip. pl. עֹמְשִׂים *Onerantes*, Neh. 4, 17. ubi eſt שׂ pro ס per alternationem. עֹמְסֶיהָ *Onerantes* eum, Zach. 12, 3. Part. Paul הַעֲמֻסִים *Portati*, Jeſ. 46, 3. Hiphil הֶעְמִיס *Oneravit*, 1. Reg. 12, 11.

1) Generatim ſignificat *onus geſtandum imponere*, & *impoſitum portare*, ſive *propriè* id fiat, ſive *impropriè*. 2) Speciatim α) notat *onerare*, *onus imponere*, *ut geſtetur*, *propriè* quidem *imponere ſarcinam geſtandam*, aſino, Gen. 44, 13. Neh. 13, 15. jumento, Jeſ. 46, 1. homini, Neh. 4, 11.

impropriè autem *imponere ſarcinam crucis*, Pſal. 68, 20. vel *afflictionis & oppreſſionis durioris*, prout à rigidis Dominis & Magiſtratibus fieri ſolet, 1. Reg. 12, 11. 2. Chron. 10, 11. β) *Portare*, e. g. lapidem, Zach. 12, 1. Sed Jeſ. 46, 3. *Deus* dicitur *portare Iſraelitas*, ad deſignandam *ejus curam ac tutelam.*

מַעֲמָסָה f. *Onus.* Semel occurrit, Zach. 12, 3.

עָמַק *Profundus eſt.* עָמְקוּ מַחְשְׁבֹתֶיךָ *Profunda ſunt* cogitationes tuæ, Pſ. 92, 6. Hiphil הֶעְמִיק *Profundum fecit, Profundavit*, Jeſ. 30, 33. Imper. הַעְמֵק שְׁאָלָה *Profunda* petitionem, *in profundum dirige* petitionem, Jeſ. 7, 11. הַמַּעֲמִיקִים מֵיהוָה Qui *profundum faciunt* à Dominô, Jeſ. 29, 15.

1) Generatim *quamcunque Profunditatem* importat. 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *locis profundis*, cujus generis ſunt *fovea, ſpelunca, mare* &c. Ita Jer. 49, 8. 30. Edomitæ & Arabes jubentur ſe in profundum demittere ad habitandum. β) *Metaphoricè* 1) dicitur de *impervestigabilitate cogitationum divinarum*, Pſ. 92, 6. 2) De *peccatorum*, quibus in profundum inferni pervenitur, *copiâ & multitudine*, Jeſ. 31, 6. Hoſ. 5, 2. c. 9, 9. 3) De *hypocriticâ malorum occultatione*, Jeſ. 29, 15.

עָמֹק m. *Profundus.* וְהִנֵּה אֵין מַרְאֵהוּ עָמֹק מִן עוֹר Et ecce aſpectus ejus non eſt *profundus* præ cute, i. e. *profundior* cute, Lev. 13, 31. עֲמֻקָּה *Profunda*, Job. 11, 8. Plural. מַיִם עֲמֻקִּים Aquæ *profundæ*, Prov. 18, 4. Fœm. עֲמֻקּוֹת *Profunda*, Job. 12, 22.

1) Generatim notat *profundum*. 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *voraginibus aquarum* vel *terræ*, ubi vix terminum invenire poteris, e. g. Prov. 18, 4. c. 20, 8. c. 22, 14. β) *Metaphoricè* deſignat *id, quod valde abſtruſum, impervestigabile, ſecretum*, vel etiam *aſtutum* & *ſapiens eſt*. Ita dicitur de hominis *corde*, Pſ. 64, 7. *ſermone*, Prov. 18, 4. & *conſilio*, Prov. 20, 5. Conf. Eccl. 7, 27. ubi deſignat *ſapientiæ difficultatem & impervestigabilitatem.*

עֵמֶק m. *Profundus.* Plur. עִמְקִים *Profundi.* Occurrit ſaltem in Statu Conſtr. עִמְקֵי שָׂפָה *Profundi* labiô, qui voces intelligibiles non edunt, Jeſ. 33, 19. Ezech. 3, 5. 6. בְּעִמְקֵי שְׁאוֹל In *profundis* inferni, Prov. 9. 18.

עֵמֶק m. *Vallis*, à *profunditate* nomen trahens. בְּתוֹךְ הָעֵמֶק In *medio vallis*, Joſ. 8, 13. בְּעֵמֶק הַמֶּלֶךְ In *valle* Regis, 2. Sam. 18, 18. Cum Suff. עִמְקָם *Vallis* ipſorum, Jer. 47, 5. Plural. עֲמָקִים *Valles*, 1. Reg. 20, 28.

I) Generatim notat *rem cæteris profundiorem*. II) Speciatim 1) *propriè* notat *vallem*, ſeu locum reliquis depreſſiorem, inter montes interjacentem, Gen. 14, 3. 17. Joſ. 7, 24. c. 8, 13. Jud. 6, 33. 2) *Impropriè*, & α) quidem per *Metaphoram* ob ſuam depreſſionem & obſcuriorem ſuam umbram, quam prærupti montes, & interdum etiam arbores faciunt, de-

deſignat 1) *humiliationem & depreſſionem animi*, Jeſ. 40, 4. 2) *Ærumnas, calamitates & oppreſſiones*, Pſ. 23, 4. Pſ. 84, 7. 3) Per *Metonymiam* notat *homines in valle habitantes*, Pſ. 65, 14.

עֹמֶק m. *Profunditas*. Tantum occurrit, Prov. 25, 3.

מַעֲמַקִּים m. pl. *Profunditates*. מִמַּעֲמַקִּים E *profunditatibus*, Pſ. 130, 1. In Statu Conſtr. מַעֲמַקֵּי יָם *Profunditates* maris, Jeſ. 51, 10. מַעֲמַקֵּי מַיִם *Profunditates* aquarum, i.e. profundiſſimæ miſeriarum & paſſionum aquæ, Pſ. 69, 3. 15. vid. Ezech. 27, 34.

עִמֵּר *Manipulos fecit*. Legitur ſaltem in Participiô וְחִצְנוֹ מְעַמֵּר Et brachium ſuum *manipulos faciens*, Pſalm. 129, 7. Hithpael הִתְעַמֵּר *Quæſtum fecit*, *ad quæſtum uſus* vel *abuſus eſt alicujus ſervitute*. וְהִתְעַמֶּר־בּוֹ Et *quæſtum fecerit* in eô, Devt. 24, 7. Fut. לֹא תִתְעַמֵּר בָּהּ Non *facies lucrum* ex eâ, Devt. 21, 14.

עֹמֶר m. *Homer*. Genus menſuræ aridorum, quæ continebat decimam partem *Ephæ*; item *Manipulus*. מְלֹא הָעֹמֶר מָן Plenitudo *Homeris* Man, Exod. 16, 33. וְהֵנִיף אֶת־הָעֹמֶר Qui motitabit *manipulum*, Lev. 23, 11. Plur. עֳמָרִים *Manipuli*, Ruth. 2, 15. וְאָסַפְתִּי בָעֳמָרִים Et colligam inter *manipulos*, Ruth. 2, 7. &c.

עָמִיר m. *Manipulus*, Am. 2, 13. Zach. 12, 6. הֶעָמִיר Sicut *manipulus*, Mich. 4, 12. vide Jer. 9, 22.

עֲמֹרָה f. *Gomorra*, urbis nomen, quæ ob extremam impietatem cum Sodoma eodem everſa eſt incendiô, Gen. 19, 24.

עֻמַּת *Juxta*, *Secundum*, *E regione*. Habet formam nominis in Statu Conſtr. poſiti, deſcendentis à rad. עָמַם & ferè convenientis cum עִם. Denotat *conjunctionem in ſitu & proportionem*, prout explicat Coccejus. כָּל־עֻמַּת שֶׁבָּא Omne *ſecundum* id, quod venit, i.e. prout venit. כֵּן יֵלֵךְ Sic *abiit*, Eccl. 5, 15. Præterea ſemper ſibi præmiſſum habet ל. לְעֻמַּת הַמִּסְגֶּרֶת *Juxta* clauſuram, Exod. 25, 27. וְשִׁמְעִי הֹלֵךְ בְּצֵלַע הָהָר לְעֻמָּתוֹ הָלוֹךְ וַיְקַלֵּל וַיְסַקֵּל בָּאֲבָנִים לְעֻמָּתוֹ Simei autem ibat in latere montis è *regione* ejus, eundo & maledixit ac lapidavit lapidibus *verſus* eum, 2. Sam. 16, 13. לְעֻמָּתָם *Juxta* ea, perinde, Ezech. 1, 20. וַיַּפִּילוּ גוֹרָלוֹת מִשְׁמֶרֶת לְעֻמַּת כַּקָּטֹן כַּגָּדוֹל Jecerunt itaque ſortes cuſtodiæ *invicem*, ſicut parvus, ita magnus, 1. Chr. 25, 8. Plural. לְעֻמּוֹת אֶחָד Ex *adverſô* uniuscujusque partium illarum, Ezech. 45, 7.

עָמִית m. *Socius*, *Proximus*. Legitur ſaltem cum Suff. עַל־גֶּבֶר עֲמִיתִי Contra virum, *proximum* meum, Zach. 13, 7. עֲמִיתְךָ *Proximus* tuus, Lev. 18, 20. c. 19, 15. 17. c. 25, 14. 15. וְלֹא תוֹנוּ אִישׁ אֶת־עֲמִיתוֹ Non ergò opprimetis quisque *proximum* ſuum, Lev. 25, 17.

עָנַב *Conjunxit*, *Connexuit*, apud Chaldæos. Inde apud Ebræos eſt

עֵנָב m. *Uva*, racemo adhuc conjuncta. דַּם־עֵנָב תִּשְׁתֶּה Sanguinem

nem *uvæ*, i. e. vinum rubrum bibes, Devt. 32, 14. Plural. עֲנָבִים *Uvæ*. בִּכּוּרֵי עֲנָבִים Primitiæ *uvarum*, Num. 13, 20. וְאָכַלְתָּ עֲנָבִים כְּנַפְשְׁךָ Et comedes *uvas* ſecundum animam tuam, i. e. appetitum tuum, Devt. 23, 25. קִוִּיתִי לַעֲשׂוֹת עֲנָבִים Expectavi, ut faceret *uvas*, Jeſ. 5, 4. In Statu Conſtr. & cum Suff. עֲנָבֵמוֹ עִנְּבֵי רוֹשׁ *Uvæ* eorum ſunt *uvæ* veneni, Devt. 32, 32.

עָנַג *Deliciatus eſt*. Occurrit ſaltem Particip. Fœm. Jer. 6, 2. הַמְּעֻנָּגָה *Deliciis dedita, Delicata, Delicatè nutrita*. Hithpael הִתְעַנֵּג *Oblectavit ſe, Deliciatus eſt, Delicias egit*. Conſtruitur intervenientibus Præpoſitionibus עַל atque ב. וְהִתְעַנְּגוּ עַל־רֹב שָׁלוֹם Et *deliciabuntur*, ſuper multitudine pacis, Pſ. 37, 11. Fut. הִתְעַנַּג עַל־יְהוָה *Deliciaberis* ſuper Domino, Pſ. 37, 4.

1) Generatim notat *deliciari*, importatque *recreationem intimè exhilarantem*. 2) Speciatim α) deſignat piorum *delicias ſpiritûs intimas*, quas reperiunt & capiunt in Deô optimô maximô, Job. 22, 26. c. 27, 10. Pſ. 37, 4. Jeſ. 58, 14. in copioſâ bonorum affluentiâ ab ipſo conceſſâ, Pſ. 37, 11. in ſplendore inſignis gloriæ, Hieroſolymæ ſpiritualis ſeu Eccleſiæ, Jeſ. 66, 11. β) Transfertur ad *delicias corporis*, quas quis capit ex cibis pinguibus ac lautis, Jeſ. 58, 2. quas ſectatur mulier tenera, Jer. 6, 2.

עָנֹג m. *Delicatus*. הָאִישׁ הָרַךְ בְּךָ וְהֶעָנֹג מְאֹד Vir mollis in te & *delicatus* valde, Devt. 28, 54. Fœm. עֲנֻגָּה *Delicata*, Devt. 28, 26. Jeſ. 47, 1.

עֹנֶג m. *Delicium, Deliciæ, Voluptas*. Occurrit ſaltem Jeſ. 13, 22. c. 58, 14.

תַּעֲנוּג m. *Oblectatio*, Prov. 19, 10. Plur. תַּעֲנוּגִים *Oblectationes, Deliciæ*, Cant. 7, 7. תַּעֲנֻגֶיהָ *Deliciarum* ſuarum, Mich. 2, 9. Fœm. תַּעֲנֻגוֹת *Deliciæ*, Eccl. 2, 8.

1) Generatim notat *oblectationem quamcunque*. 2) Speciatim α) dicitur de *deliciis ſpiritualibus*, quas ſponſus cœleſtis capit in ſponſæ *fide, charitate, fiducia, ſpe, humilitate & patientiâ*, Cant. 7, 7. β) Transfertur ad *delicias*, quæ capiuntur ex matrimoniô, Mich. 2, 9. ex liberis, Mich. 1, 16. ex bonis hujus vitæ, Eccl. 2, 8. Conf. Prov. 19, 10. ubi innuuntur *voluptates*, quibus otioſi inerteſque juvenes, hæreditatum opulentarum dilapidatores utplurimum diffluunt. Sæpius non legitur.

עָנַד *Ligavit, Alligavit*; Aſt Caſtellus cum LXX. Chald. Syr. & Arab. potius *circumdare* ſignificare autumat, quàm *ligare*. Fut. אֶעֶנְדֶנּוּ *Alligabo* eum, Job. 31, 36. Imper. עָנְדֵם *Liga* ea, Prov. 6, 21. Sæpius non legitur.

עָנָה *Profatus, Locutus, Allocutus eſt*; *Reſpondit, Exaudivit*, quaſi re vel verbis petenti reſpondit; *Teſtificatus, Atteſtatus, Conteſtatus fuit*, ubi fermè conſtruitur cum ב. *Clamavit, Acclamavit, Cecinit, Cantavit*; *Afflixit, Humiliavit, Demiſit, Depreſſit ſe, Afflictus, Depreſſus, Inops,* *Debi-*

Debilis fuit. שֶׁקֶר עָנָה בְאָחִיו Mendacium *reſpondit*, *teſtificatus eſt* contra fratrem ſuum, Devt. 19, 18. וְלֹא עָנָנִי עוֹד Et non *reſpondit* mihi amplius, 1. Sam. 28, 15. עָנָהוּ *Dixit* ad eum, 1. Sam. 9, 17. בְּעֵת רָצוֹן עֲנִיתִיךָ In tempore gratiæ *exaudivi* te, Jeſ. 49, 8. וְלֹא יָכְלוּ אֶחָיו לַעֲנוֹת אֹתוֹ Sed non poterant fratres ejus *reſpondere* ei, Gen. 45, 3. לַעֲנוֹת בּוֹ Ut *affligant ſe* in eô, Eccl. 1, 13. Fut. אֶעֱנֶה *Reſpondebo*, Job. 9, 15. Sed c. 32, 17. eſt אַעֲנֶה *Reſpondebo.* אֶפְתַּח שְׂפָתַי וְאֶעֱנֶה Aperiam labia mea & *reſpondebo*, Job. 32, 20. תְעַנֵּם *Afflixiſti eos*, 2. Chron. 6, 26. וָאַעַן Et *reſpondi*, Jer. 11, 8. ה per Apocopen remoto. וַיַּעֲנֶה Et *reſpondit*, 2. Reg. 1, 10. וַיַּעַן *Et reſpondit*, Gen. 18, 27. ה per Apocopen reſectô. יַעֲנֵנוּ בְיוֹם קָרְאֵנוּ *Exaudiat* nos in die, quo invocamus, Pſal. 20, 10. תַּעַן לְשׁוֹנִי אִמְרָתֶךָ *Loquetur* lingua mea verbum tuum, Pſ. 119, 172. יַעֲנוּכָה *Reſpondent* tibi, Jer. 7, 27. חַכְמוֹת שָׂרוֹתֶיהָ תַּעֲנֶנָּה Sapientes Principum ejus, i. e. ſapientiſſima quæque Principum ejus *reſpondebit* ei, Jud. 5, 29. Niphal נַעֲנָה *Reſponſavit*, *Exoratus*, *Exauditus*, *Afflictus fuit*, item *Humiliatus fuit.* אֲנִי נַעֲנֵיתִי לוֹ Ego *reſponſabo* ei, Ezech. 14, 4. נַעֲנֵיתִי עַד־מְאֹד *Afflictus ſum* usque ad intenſionem, Pſ. 119, 107. Inf. לֵעָנוֹת *Humiliari*, Exod. 10, 3. pro לְהֵעָנוֹת, Præformativô ה per Aphæreſin ob Præfixum ל ablatô. Fut. אֵעָנֶה *Exaudior*, Job. 19, 7. גַּם הוּא יִקְרָא וְלֹא יֵעָנֶה Etiam ipſe clamabit & non *exaudietur*, Prov. 21, 13. Part. נַעֲנֶה *Afflictus*, Jeſ. 53, 7. Fœm. נַעֲנָה *Afflicta*, Jeſ. 58, 10. Piel עִנָּה *Afflixit*, *Subegit*, *Compreſſit pudicitiæ violandæ cauſâ*; item *Cecinit*, *Accinit*. עִנָּה אֶת־אֵשֶׁת רֵעֵהוּ *Compreſſit* uxorem proximi ſui, Devt. 22, 24. עִנִּיתָנוּ *Afflixiſti* nos, Pſ. 90, 15. נָשִׁים בְּצִיּוֹן עִנּוּ Mulieres in Zione *compreſſerunt*, Thr. 5, 11. Infin. עַנֵּה *Affligere*, Exod. 22, 22. aliàs eſt עַנּוֹת Jeſ. 58, 5. לְעַנּוֹת Ad *canendum*, Pſ. 88, 1. Fut. וַאֲעַנֶּה Et *affligam*, 1. Reg. 11, 39. אַל־תְּעַנֵּנִי Ne *comprimas* me, 2. Sam. 13, 12. וַתְּעַנֶּהָ Cum *vellet affligere eam*, Gen. 16, 6. Imper. עֱנוּ לָהּ *Accinite* ei, Jeſ. 27, 2. Pual עֻנָּה *Afflictus* fuit. עֻנֵּיתִי *Afflictus fui*, Pſ. 119, 71. Infin. עֻנּוֹתוֹ *Affligi* ejus, Pſ. 132, 1. Fut. תְּעֻנֶּה *Affligetur*, Lev. 23, 29. Hiphil Part. מַעֲנֶה בְּשִׂמְחַת לִבּוֹ *Annuit, approbat lætitiam* cordis ejus, Eccl. 5, 19. יַעֲנֵנִי *Reſpondere faciet* me, Job. 20, 2. Hithpael הִתְעַנָּה *Afflictus fuit*, *Afflixit*, *Humiliavit*, *Depreſſit ſe*. בְּכֹל אֲשֶׁר־הִתְעַנָּה אָבִי In omni, quô *afflictus fuit* Pater meus, 1. Reg. 2, 26. Infin. לְהִתְעַנּוֹת לִפְנֵי אֱלֹהֵינוּ Ad *affligendum nos* coram Deo noſtro, Eſr. 8, 21. Imper. הִתְעַנִּי תַּחַת יָדֶיהָ *Deprime, ſubmitte te* ſub manum ejus, Gen. 16, 9.

1) Generatim involvit *operationem & reſpectum unius ad alterum*, quacunque fiat & teneatur ratione. Unde 2) ſpeciatim α) *habitô reſpectu ad locutionem* notat 1) *reſpondere ad alicujus dicta*, Gen. 18, 27. c. 31, 43. c. 40, 18. Exod. 4, 1. c. 24, 3. &c. *interrogata*, Gen. 27, 37. 39. c. 31, 31. Ruth. 2, 6. 1. Sam. 4, 17. *petita*, Gen. 23, 10. 1. Reg. 2, 22.

2) *Teſtari*, ubi conſtruitur cum ב, quod ſignificat vel *de*, Gen. 30, 33. vel *contra*, Devt. 19, 16. Ruth. 1, 21. Job. 15, 6. Jeſ. 3, 9. c. 59, 12. Jer. 14, 7. 3) *Dicere*, vel *pronunciare*, Exod. 23, 2. Job. 3, 1. Pſ. 119, 172. β) *Habitô reſpectu ad cantum*, notat *canere, accinere, concinere, alternatim* & quaſi *per reſponſoria*, Exod. 32, 18. Pſ. 88, 1. Jeſ. 27, 2. γ) *Habitô reſpectu ad alterius preces, ſupplicationes & vota*, idem eſt ac *exaudire*, adeoque *ipſo effectu & opere reſpondere*. Ita tribuitur tùm *Deo*, qui hominis preces & vota exaudit, quando ei varia beneficia confert, ipſius miſeriam vel minuit, vel prorſus pellit, perſecutiones hoſtium coercet, proſperumque ejus ſtatum ſtabilit, ut invocans reipſa ſe exaudiri deprehendat, Pſal. 3, 5. Pſ. 4, 2. Pſ. 13, 4. Pſ. 17, 6. Pſ. 34, 5. Pſ. 91, 15. Pſ. 120, 1. Pſ. 130, 1. tum *Meſſiæ*, Pſ. 20, 10. δ) *Habitô reſpectu ad alterius culpam* vel *offenſionem*, notat *affligere*, quia, qui alterum *affligit*, cenſet, *afflictionem ei deberi*, & ita culpam admiſſam vel injuriam illatam penſari. In hoc ſignificatu tribuitur 1) *Deo*, qui *homines affligit*, eos ob antegreſſa peccata puniendo, Jeſ. 64, 11. coll. v. 5. Nah. 1, 5. Quanquam etiam interdum Deo tribuatur, quando homini ærumnas immittit, ut probet *ipſius pietatem*, Devt. 8, 3. *patientiam & fidem*, Job. 30, 11. 2) *Homini*, tùm *ei*, qui *alterum durius & iniquius tractat, & quovis modo ei agrè facit*. Ita *affligere* dicitur *maritus* uxorem, Gen. 31, 50. *improbus* orphanum & pupillum, Exod. 22, 21. 22. *Ægyptii* Iſraelitas, Gen. 15, 13. Exod. 1, 11. Devt. 26, 7. *Joſephum*, Pſ. 105, 18. *Hoſtes Meſſiæ* Meſſiam patientem, Pſ. 89, 23. Jeſ. 53, 7. Tum *ei*, qui *alterum quidem durius tractat*, ſed *juſtè*, Gen. 16, 6. tùm *ei*, qui *ſeipſum affligit*, *ægrè ſibi faciens*, cunctiſque deliciis & debitâ corporis refectione abſtinens, ut ad *preces & pœnitentiæ exercitia* ſit aptior, Lev. 16, 29. 31. c. 23, 27. 32. Num. 29, 7. c. 30, 14. Pſ. 35, 13. Jeſ. 58, 3. 5. ε) *Habito reſpectu ad voluptates venereas illicitas* notat *comprimere*; prout comprimebat *Sichem* Dinam, Geneſ. 34, 2. *Gibeonitæ* pellicem Levitæ, Jud. 20, 5. *Ammon* Thamarem, 2. Sam. 13, 22. *Maritus* uxorem menſtruis immundam, Ezech. 22, 10. Confer. Thren. 5, 11. ζ) *Habito reſpectu ad faſtum deprimendum*, ſignificationem *humiliandi* induit, Geneſ. 16, 9. Exod. 10, 3.

עָנָו m. *Miſer; Manſuetus, Humilis.* עָנָו מְאֹד *Manſuetus* valde, Num. 12, 3. Plural. *Miſeri*, Pſal. 10, 17. In Statu Conſtr. עַנְוֵי אֶרֶץ *Miſeri* terræ, Joſ. 11, 4.

1) Notat *afflictum & miſerum*, tum *eum*, qui *corporaliter afflictus* in anguſtiis, ærumnis ac periculis conſtitutus eſt, Pſal. 10, 17. Pſal. 34, 3. Pſal. 37, 11. Pſal. 69, 30. Pſal. 149, 4. tùm *eum*, qui *ſpiritualiter afflictus eſt* & miſeriam ſuam ſpiritualem in verâ pœnitentiâ ac humilitate agnoſcit, Pſal. 22, 27. Pſal. 25, 9. Jeſ. 61, 1. 2) Quia afflictio utplurimum manſuetudinem & humilitatem comitem habet, hinc deſignat quoque *manſuetum*, Num. 12, 3. Jeſ. 29, 19. Zeph. 2, 3. & *Humilem*, Pſal. 147, 6.

עֲנָוָה f. *Afflictio*, quæ humiliat, Prov. 15, 33. c. 18. 12. *Manſuetudo* vel *Humilitas*, Prov. 22, 4. Zeph. 2, 3. Præterea non legitur.

עֲנָוָה f. *Manſuetudo*, Pſal. 45, 5. Cum Suff. עַנְוָתְךָ *Manſuetudo* tua, Pſal. 18, 36. vel juxta Seb. Schmid. *afflictio* tua, cui verſioni robur addit, 2. Sam. 22, 36. ubi eſt וַעֲנֹתְךָ Et *affligere tuum*. Sæpius non legitur.

עָנִי m. *Afflictus*, *Miſer*, *Pauper*. אִישׁ עָנִי הוּא Vir *pauper* eſt, Devt. 24, 12. וַאֲנִי עָנִי וְאֶבְיוֹן Ego ergo *afflictus* & egenus ſum, Pſal. 70, 6. הֶעָנִי *Pauper*, cum ה demonſtrativô, Exod. 22, 24. Plural. עֲנִיִּים *Afflicti*, *Pauperes*, Job. 34, 18. עֲנִיִּים מְרוּדִים *Afflicti* exules, Jeſ. 58, 7. In Statu Conſtr. עֲנִיֵּי עָם *Miſeri* populi, Pſalm. 72, 4. Cum Suff. עֲנִיֶּיךָ *Pauperes* tui, Pſ. 72. עֲנִיָּו יְרַחֵם *Pauperum* ſuorum miſerebitur, Jeſ. 49, 13. Fœm. עֲנִיָּה *Miſera*, Jeſ. 10, 30. *afflicta*, Jeſ. 51, 21. c. 54, 11.

1) Significat *afflictum* quacunque ratione. Unde α) deſignat *miſerum & preſſum afflictionibus & ærumnis*, tàm multis, quàm gravibus. Sic tribuitur 1) *Chriſto* graviſſimas & copioſiſſimas ærumnas & paſſiones ſuſtinenti, Pſal. 22, 25. Pſal. 40, 18. 2) *Eccleſia Chriſti*, multis expoſitæ ærumnis & calamitatibus, Jeſ. 51, 21. c. 54, 11. 3) *Piis ſingulatim ſpectatis*, qui variis premuntur calamitatibus & miſeriis, Job. 36, 15. Pſal. 34, 7. Pſal. 35, 10. Pſal. 86, 1. Prov. 31, 9. inique affliguntur, dolentque vel ob famam læſam, vel ob opes ademtas, Pſal. 82, 3. ope deſtituuntur, & parum curari ſolent, & inſtar ſepis depreſſioris proculcantur, Pſal. 10, 9. Pſal. 22, 12. Prov. 22, 22. β) Notat *pauperem ex afflictione caſuve aliô*, qui rebus ad vitam honeſtè degendam deſtitutus eſt, & hinc cogitur mercenarii præſtare operas, Devt. 24, 12. datove pignore neceſſaria mutuari, Devt. 24, 12. aut mendicando ea parare, Lev. 19, 10. c. 23, 22. Job. 24, 9. 14. c. 29, 12. Prov. 15, 15. c. 31, 20. Jeſ. 5, 14. 2) Notat *manſuetum* & *humilem*, quia afflictionem & paupertatem *manſuetudo* & *humilitas* ſequi ſæpius ſolent. Ita tribuitur *Meſſiæ*, Zach. 9, 9. Conf. Matth. 21, 5. & Jeſ. 22, 2. Conſentiunt R. Salomo, Abarbanel & Kimchi in h. l. item *Populo*, Zeph. 3, 12. confer verſ. præced.

עֳנִי m. *Afflictio*, *Paupertas*. עֳנִי עַמִּי *Afflictio* populi mei, Exod. 3, 7. Cum Suff. עָנְיִי *Afflictio* mea, Gen. 31, 32. יְחַלֵּץ עָנִי בְעָנְיוֹ Eruit *afflictum* in *afflictione* ipſius, Job. 36, 15. בְּחַבְלֵי עֹנִי Funibus *afflictionis*, i. e. ſummopere affligentibus, Job. 36, 8.

1) Generatim notat *ſtatum afflictum* 2) Speciatim α) deſignat *miſeriam* ſeu *ſtatum lamentabilem*, quô quis multa adverſa perpetitur, ſive *corpore*, ſive *animo*, ſive *facultatibus*. Ita dicitur de corporis afflictione ſeu miſeria Jacobi, Gen. 31, 42. Joſephi, Gen. 41, 52. Iſraelitarum in Ægypto, Exod. 3, 7. Jobi, c. 10, 15. Davidis perſecutionem patientis, Pſal. 9, 14. & alias ærumnas experientis, captivorum, Pſal. 107, 10. &c. de afflictione & ærumna tàm *corporis*, quàm *animi*, Pſal. 31, 8. Job. 30, 16, 27.

Googl

16,27. de *omnigena* afflictione, Thren. 1, 7. 9. c. 3, 19. ζ) Denotat *paupertatem*, qua quis bonis deſtituitur, 1. Chron. 22, 14.

עֱנוּת f. *Clamor*. Sed Buxtorffio idem eſt ac *afflictio*. Semel occurrit, Pſal. 22, 25.

עִנְיָן m. *Occupatio, Negotium affligens* ſeu *moleſtum*, ubi animus hominis anxiè occupatur, torquetur, dejicitur & male ſe habet. Occurrit ſaltem in Eccleſiaſte c. 1, 13. c. 2. 26. c. 3, 10. c. 4, 8. c. 5, 2. 13. c. 8, 16. Cum Suff. עִנְיָנוֹ *Occupatio* ejus, Eccl. 2, 23.

תַּעֲנִית f. *Jejunium*, ab *affligendo* ſic dictum, quia eô corpus affligitur. Semel occurrit cum Suff. קַמְתִּי מִתַּעֲנִיתִי Surrexi à *jejunio* meo, Eſr. 9, 5.

יַעַן *Propter, Propterea, Eò quod, Quia, Quandoquidem.* יַעַן מֶה *Propter* quid? Num. 11, 20. יַעַן בֵּיתִי *Propter* domum meam, Hagg. 1, 9. יַעַן מָשַׁח יְהוָה אֹתִי *Eò quod* unxit Dominus me, Jeſ. 61, 1.

1) Generatim infert *reſpectum*. 2) Speciatim α) *Nominis* naturam obtinet, ſignificans *intuitum*, Geneſ. 22, 16. Num. 11, 20. *cauſam*, Hagg. 1, 9. β) Abit in *particulas*, exprimens 1) *Præpoſitiones*, nempe *Propter, Ob*, ſi præmittatur *Nominibus*, *Pronominibus*, aut quæ iſtorum vices ſuſtinent, Ezech. 5, 9. Hagg. 1, 9. 2) *Conjunctiones*, ſcilicet, *quia, eò quod, propterea quod, quandoquidem, ideò*, ſi jungatur *verbo*, ſive *infinito*, in Tempus finitum reſolvendo, Jer. 5, 14. ſive *finito*, interveniente אֲשֶׁר vel כִּי vicem ejus ſupplente, 1. Reg. 3, 11. Jeſ. 7, 5. 1. Reg. 20, 42. Interdum notat *ut, propterea ut*, Ezech. 12, 12.

מַעַן *Propter, Ob*, &c. ex integro מַעֲנֶה, ad formam מַעַל *Altitudo*. Semper ſibi præfixum habet לְ. ut לְמַעַן חֲמִשִּׁים הַצַּדִּיקִים *Propter* quinquaginta iſtos juſtos, Geneſ. 18, 24. לְמַעַן שְׁמֶךָ *Propter* nomen tuum, 1. Reg. 8, 41. לְמַעַן עֲשׂוֹת אֵת כָּל־הַתּוֹעֵבוֹת הָאֵלֶּה *Propter* facere, i. e. propterea quod facitis omnes has abominationes, Jer. 7, 10.

1) Generatim importat *reſpectum*. 2) Speciatim α) Nominis naturam retinet, ſignificans *intuitum*, Gen. 18, 19. 24. 1. Reg. 11, 39. β) Abit in *Particulas*, exprimens 1) Præpoſitiones *Ob, propter*, ſi jungatur *Nominibus*, aut *Pronominibus*, 1. Reg. 8, 41. 2) Cônjunctiones *quia, eò quod, propterea quod, quandoquidem*, Jer. 7, 10. Jeſ. 66, 11. ideò, Pſ. 51, 6. Hoſ. 8, 4. *Ut, Propterea ut*, Gen. 18, 19. Pſal. 130, 4. Ez. 21, 15. ſi præmittatur *verbo*, ſive *finito*, interveniente אֲשֶׁר, Joſ. 3, 4. Jeſ. 66, 11. vel ſine eo, Gen. 27, 25. Pſal. 51, 6. ſive *infinito* in Tempus finitum reſolvendo, Devt. 29, 18. Jer. 7, 10.

יַעֲנָה vel יְעֵנָה f. *Ulula*, avis deſerta incolens, à *voce reſonante* ſic vocata, Jeſ. 13. 21. Sed LXX, R. Maimonides in Tractat. de *cibis vetitis* c. 3. Aben-Eſra & alii interpretantur *Struthionem*, quibus accedit Bochartus in Hieroz. P. II. lib. 2. c. 14. pag. 224. & ſeqq. Plur. יְעֵנִים *Ululæ*, Thren. 4, 3.

מַעֲנֶה m. *Reſponſum* ſeu *ſermo,* quem *vel* ad interrogata prævium-ve ſermonem, nobiſcum loquenti reponimus, *vel* ipſi primum in medium proferimus. Quoties adhibetur, toties notat *reſponſum*, Job. 32, 3. 5. Prov. 15, 1. 23. c. 16, 1. Mich. 3, 7. Sed Prov. 29, 19. non *verborum,* ſed *operis* quoque vel *obſequii redditionem* denotat, perinde ut verbum עָנָה *obſequium* importat, Job. 14, 15. c. 19, 16. Jeſ. 45, 28.

מַעֲנָה f. *Jugerum,* pars telluris aratione depreſſa & ſubacta. Legitur ſaltem. 1. Sam. 14, 14.

מַעֲנִית f. *Sulcus.* Semel occurrit Pſ. 129, 3. Cum Suff. לְמַעֲנִיתָם juxta קְרִי; ſed כְּתִיב habet לְמַעֲנוֹתָם. Si conjecturæ locus eſt, videtur eſſe Plural. ex מַעֲנָה. לְמַעֲנוֹתָם *Sulcos* ſuos.

עָנַן *Obnubilavit.* Semel legitur in Infinitivo. בְּעַנְנִי In *obnubilare* me, i. e. cum obnubilavero, Gen. 9, 14.

עוֹנֵן *Ex nubibus bariolatus eſt, conjectavit & prædixit* hoc vel *illo die aut tempore bonum malumve eſſe illud agere vel aggredi,* juxta Aben-Eſram. Vide ſupra in עין

עָנָן m. *Nubes.* בְּעַנְנִי עָנָן עַל־הָאָרֶץ Cum *obnubilavero* nubem ſuper terram, Gen. 9, 14. Dies *nubis*, i. e. *nubilus*, Ezech. 30, 3. מִתּוֹךְ הֶעָנָן E medio *nubis*, Exod. 24, 16. עֲנַן יְהוָה *Nubes* Domini, Exod. 40, 38. Cum Suff. וְהוֹפִיעַ אוֹר עֲנָנוֹ Et *ſplendere facit* lucem nubis ſuæ, Job. 37, 15. Plur. עֲנָנִים *Nubes*. Jer. 4, 13.

1) Generatim notat *nubem.* 2) Speciatim α) *proprie* ſignificat *nubem, in aere pendulam,* Gen. 9, 14. Job. 26, 9. β) *Metaphoricè* α) quia nubibus ſolis ſplendor hominibus eripitur, & dies nubilæ *triſtitiam* in hominibus excitant, hinc deſignat *calamitatem & ærumnam*, Ezech. 30, 3. 18. c. 34, 12. Joel. 2, 2. Zeph. 1, 15. β) Quia in tempeſtatibus magna nubium denſarum copia apparet, inde denotat *copiam & multitudinem*, Jer. 4, 13. Ezech. 38, 9. γ) Quia nubes citiſſimè ſub cœlô fertur, & quaſi volat vi ventorum rapta, ideo etiam innuit *velocitatem,* Nah. 1, 3.

עֲנָנָה f. *Nubes.* Tantum legitur. Job. 3, 5.

עָנָף m. *Ramus.* Ezech. 17, 8. In Statu Conſtr. עֲנַף עֵץ עָבֹת *Ramus* arboris denſæ, Lev. 23, 40. Cum Suff. in Plur. עֲנָפֶיהָ *Rami* ejus, Pſal. 80, 11.

2) Generatim *ramum* notat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ramum arboris,* qui ipſius tùm effectus, tùm ornatus eſt, Lev. 23, 40. β) *Metaphoricè* delineat *ſortem ac conditionem hominum,* Pſ. 80, 11. Ez. 17, 8. 23. Mal. 3, 19.

עָנֵף m. *Ramus.* Semel occurrit cum Suff. עַנְפְּכֶם *Ramus* veſter, Ezech. 36, 8.

עֲנֵפָה f. *Ramoſa.* Tantum legitur, Ezech. 19, 10.

עָנַק *Cinxit.* עֲנָקַתְמוֹ *Cinxit* eum, inſtar *torquis*, Pſal. 73, 6. Hiphil הֶעֱנִיק *Cinxit munere, Donavit;* Er hat ihm ein Geſchenck an den Halß

Halſs geworffen. Legitur ſaltem in Fut. & Infin. Devt. 15, 14. תַּעֲנִיק לוֹ תַּעֲנִיק *Donando donabis* illi.

עֲנָק m. *Torques*. Cant. 4, 9. Plur. עֲנָקִים *Torques*, Prov. 1, 9. Fœm. עֲנָקוֹת Jud. 8, 26.

1) Generatim notat *rem cingentem*. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *torquem, colli ornamentum ex auro, argento, gemmis, aliave materia nobiliori* confectum, Jud. 8, 26. 2) *Metaphoricè* α) deſignat *ſapientiæ cœleſtis pulchritudinem & utilitatem eximiam*, Prov. 1, 9. β) *Dilectionem*, quâ ſponſa ſponſum proſequitur, Cant. 4, 9. Præterea non legitur.

עֲנָק m. *Anack*, Gigantis celebris nomen proprium. Celeber. Majus *Torquatum* dictum putat. Plur. עֲנָקִים Devt. 1, 28. c. 9, 2.

עָנַשׁ *Punivit, Mulctavit, Mulctam impoſuit*. וְעָנְשׁוּ אֹתוֹ מֵאָה כֶסֶף Et *mulctabunt* eum centum ſiclis argenti, Devt. 22, 19. Infinit. עָנוֹשׁ יֵעָנֵשׁ *Mulctando mulctabitur*, Ex. 21, 22. בַּעֲנָשׁ־לֵץ Quando *punitur* irriſor, Prov. 21, 11. Fut. וַיַּעֲנֹשׁ הָאָרֶץ Et *mulctavit* terram, 2.Chron. 36, 3. Niphal נֶעֱנָשׁ *Mulctatus eſt*. נֶעֱנָשׁוּ *Mulctati ſunt*, Prov. 27, 12. vid. c. 22, 3. Fut. יֵעָנֵשׁ *Mulctabitur*, Exod. 21, 22.

עֹנֶשׁ m. *Mulcta*, 2.Reg. 23, 33. Prov. 19, 19.

עָסַס *Calcavit, Conculcavit*. Semel occurrit Mal. 3, 21. וְעַסּוֹתֶם Tunc *conculcabitis* impios.

עָסִיס m. *Muſtum; Succus*, à *calcando* nomen trahens. In Statu Conſtr. מֵעֲסִיס רִמֹּנִי De *ſucco* malogranati, Cant. 8, 2.

1) Generatim notat *quemcunque ſuccum*, qui *calcatione* vel *contuſione* exprimitur. 2) Speciatim α) *propriè* 1) notat *muſtum*, ſeu *vinum novum*, Joel. 1, 5. 2) *Succum alium expreſſum*, ceu colligi poteſt ex Cant. 8, 2. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *rerum ſpiritualium ſuavitatem*, Joel. 4, 18. Am. 9, 13. 2) *Multivarios fidei fructus ſponſæ Chriſti*, Cant. 8, 2.

עָפָא *Multiplicavit, Congregavit, Crevit, Floruit, Flores* ſeu *Frondes emiſit*, apud Syros; inde apud Ebræos eſt

עֳפָאִים m. pl. *Frondes*, vel à *creſcendo*, vel à *multiplicando* nomen ducentes. Semel occurrit. Pſal. 104, 12.

עָפַל *Extulit, Erexit*; In Kal non legitur; Sed in Pual eſt עֻפְּלָה *Elata eſt, effert ſe*, Hab. 2, 4. Sed ſi Arabicam linguam in ſubſidium voces, ubi *propriè* notat *animum à re aliquâ aut perſona avertere & ſubducere*, adeoque *negligere, contemnere & averſari aliquid*; non incommodè reddi poteſt: *Si ſubductio fiat*, nempe *animi à promiſſione*, vel *ex tædio*, atque *torpore*, vel *puſillanimitate*, vel *præſidentiâ* aut *ſi negligatur id, quod promiſſum eſt*. Vid. Celeb. Majus in Suppl. Lex. Coccej. Hiphil Fut. וַיַּעְפִּלוּ לַעֲלוֹת Nihilominus *erexerunt* ſe adſcendendo; vel *elatô animô conniſi ſunt* adſcendere, Num. 14, 44. Sæpius non legitur.

עֹפֶל m. *Clivus, Locus editior*. Neh. 3, 26. c. 11, 21. Jeſ. 32, 14. Mich. 4, 8.

עֳפָלִים

עֳפָלִים m. pl. *Hæmorrhoides, Mariſcæ*, ab *elatione* ſic nominatæ, quia anus propter eas intumeſcit & extrinſecus *elevatus* aſſurgit. A Talmudiſtis refertur inter eas voces; quæ honeſtatis cauſâ correctæ fuerunt. Cod. Megilla c. 3. in fine. Veteres enim Hebræi pro eâ adhibuerunt aliam pronunciatu honeſtiorem, nempe טְחֹרִים, quæ propriè *morbum ani* ſignificat, quam vide ſuperius. Legitur autem hæc vox Deut. 28, 27. 1. Sam. 5, 6. 9. 12. c. 6, 4. 5.

עָפַר *Texit, Obtexit*, apud Arabes; Inde apud Ebræos eſt

עָפָר m. *Pulvis*, iſque *craſſior*, à *tegendo* ſic dictus; differt a voce אָבָק quæ ſignificat *pulverem tenuem & minutum*, qui excitatur & ſpargitur in ſublime. עָפָר אַתָּה וְאֶל־עָפָר תָּשׁוּב *Pulvis* es, & in *pulverem* reverteris, Gen. 3, 19. וַיִּזְרְקוּ עָפָר עַל־רָאשֵׁיהֶם Et ſparſerunt *pulverem* ſuper capita ſua, Job. 2, 12. In Statu Conſtr. עֲפַר הָאָרֶץ *Pulvis* terræ, Gen. 13, 16. Cum Suff. עֲפָרָם *Pulvis* eorum, 2. Reg. 23, 4. Plur. Fœm in Statu Conſtr. וְרֹאשׁ עַפְרוֹת תֵּבֵל Et ſummitatem *pulverum* orbis, Prov. 8, 26. עַפְרֹת זָהָב *Pulveres* auri, Job. 28, 6. Inde eſt

עִפֵּר *Pulveravit, Pulverem excitavit*, vel *ſparſit, jecit*. וְעִפַּר בֶּעָפָר Et *ſparſit, jecit pulverem*, 2. Sam. 16, 13. Præterea non occurrit.

1) Generatim notat *pulverem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *pulverem*, ſeu *terram in pulverem ſolutam*, Gen. 13, 16. Ex. 8, 12. 13. β) *Impropriè* & quidem 1) *Metonymicè* deſignat tùm *corpus hominis ex pulvere formatum*, Gen. 2, 7. & *in pulverem redigendum*, Gen. 3, 19. Eccl. 12, 7. vel *redactum*, Pſ. 30, 10. tùm *ſepulchrum*, in quô corpus in *pulverem* redigitur, Job. 7, 21. Pſ. 22, 16. 30. 2) *Metaphoricè* notat α) *copiam & multitudinem ingentem*, Num. 23, 10. Pſ. 28, 27. Zeph. 1, 17. β) *Contemtum, abjectionem* & *miſeriam*, 1. Sam. 2, 8. Job. 16, 15. Pſal. 7, 6. Pſal. 74, 26. Pſal. 113, 7. Pſal. 119, 25. Jeſ. 47, 1. c. 52, 2. Thren. 3, 29. γ) *Luctum & dolorem*, Joſ. 7, 2. Job. 2, 12. c. 42, 6. δ) *Infirmitatem & fragilitatem*, Gen. 18, 27. Pſ. 103, 14. ε) *Excidium & interitum*, Pſal. 18, 43.

עֹפֶר m. *Hinnulus cervæ*, quem Bochartus in Hieroz. P. I. lib. 3. c. 24. p. 922. dictum putat à *lanugine & pilis cornuum*, quæ tum naſcuntur, quia غفر Arabibus ſignificat *lanuginem & villos*, aut *pilos minutos*. Cervorum hinnulis tribuitur *levitas atque agilitas* in curſu, Cant. 2, 17. c. 8, 14.

עֹפֶרֶת f. *Plumbum*, quaſi *pulvereum & terreum* dictum, quod magnam partem terreſtrem habeat, judice Buxtorffio. Legitur Exod. 15, 10. Num. 31, 22. Job. 19, 24. Jer. 6, 29. Ezech. 22, 18. 20. c. 27, 12. Zach. 5, 7. 8.

עֵץ m. *Arbor*; Juxta celeb. Majum deduci poteſt ex Arab. عَصَّ *Dura, firma & valida fuit radix*, quia radices arborum *duræ* inprimis & *validæ* ſunt, ut non niſi magno labore ac ne vix quidem ſecari, ac arbores ipſæ difficulter eradicari queant, vel ab عَضَضَ *Adhæſit mordicus*, quia arbo-

Digitized by Google

arbores terræ *mordicus adhærent*, eique alte infixas habent radices. עֵץ פְּרִי *Arbor* fructus, i.e. fructifera, Gen. 3, 24. עֵץ חַיִּים *Arbor* vitæ, à *fine*, ſive *uſu* & *effectu* ſic dicta, quod hominis vitam debuerit *prolongare* aut *conſervare*, ſi modò homo in ſtatu integritatis perſeveraſſet, Gen. 3, 24. Cum Suff. בְּעֵצוֹ In *ligno* ſuo, Hoſ. 4, 12. Fœm. עֵצָה *Lignum*, Jer. 6, 6. Plur. עֵצִים *Ligna*, Lev. 1, 7. *Arbores*, Jud. 9, 48. In Statu Conſtr. עֲצֵי אֲרָזִים *Ligna* cedrorum, 1. Reg. 5, 22. Cum Suff. עֵצֵינוּ *Ligna* noſtra, Thren. 5, 4.

1) In genere notat *lignum quodvis*, ſive ſit *virens*, ſive ſit *aridum*, transferturque ad *omnia ligna, arbuſta & frutices*, quorum caulis altius excrevit, & ramos ex caulice produxit. 2) Speciatim α) *proprie* 1) notat *arborem virentem*, Gen. 3, 1. 1. Reg. 14, 23. c. 17, 10. Eccl. 2, 5. quæ eſt fructifera, Gen. 1, 27. Lev. 26, 4. Pſ. 148, 9. & juxta rivum aquarum plantata, Pſ. 1, 3. 2) Notat *lignum aridum*, ex quô conficitur vas, Lev. 15, 12. Num. 31, 20. patibulum, Eſth. 2. 23. arca, Gen. 7, 14. quod igne comburitur, Gen. 22, 3. 6. Lev. 1, 7. c. 4, 12. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *Hominem*, Jer. 11, 19. Ezech. 17, 24. 2) *Rem ſummè ſalutarem ac utilem*, quæ ideò *arbor vitæ* dicitur, quia ex ea non aliter, quàm de fœcundâ arbore ſaluberrimos ſubinde fructus, valetudinem firmam, vireſque integras &c. decerpere licet, Prov. 3, 18. c. 11, 30. c. 13, 12. c. 15, 4.

עָצַב *Doluit, Dolore affecit* vel *affectus fuit, Dolorem attulit.* עֲצָבוֹ *Mœrore affecit eum*, 1. Reg. 1, 6. לְבִלְתִּי עָצְבִּי Ut non *afficiar dolore*, 1. Chron. 4, 6. Particip. Paul in Statu Conſtr. עֲצוּבַת רוּחַ *Afflicta* ſpiritu, Jeſ. 54, 6. Niphal נֶעֱצַב *Dolore affectus fuit, Doluit.* נֶעֱצַב אֶל־דָּוִד *Doluit* propter Davidem, 1. Sam. 20, 34. נֶעֱצַב הַמֶּלֶךְ עַל־בְּנוֹ *Dolore affectus eſt* vel *dolet* ſuper filiô ſuô, 2. Sam. 19, 3. Fut. פֶּן יֵעָצֵב Ne *dolore afficiatur*, Eccl. 10, 9. Piel עִצֵּב *Dolore affecit*; item *Formavit*, quaſi cum curâ & anxietate. וְעִצְּבוּ אֶת־רוּחַ קָדְשׁוֹ Et *dolore affecerunt* Spiritum ſanctum ejus, Jeſ. 63, 10. עִצְּבוּנִי *Formarunt me* cum curâ, Job. 10, 8. דְּבָרַי יְעַצֵּבוּ Verba mea *dolore afficiunt*, i. e. exagitant, Pſalm. 56, 6. Hiphil הֶעֱצִיב *Dolore affecit.* Infin. לְהַעֲצִיבָה *Ad afficiendum dolore* (eos), Jer. 44, 19. Vid. Seb. Schmid. in h. l. hunc eliciens ſenſum: *Num clam viris noſtris illud facimus, tanquam rem, quæ illos moleſtiâ affectura foret, ſi ſcirent, & nobis prohibituri, & qua, dum eam facimus, revera apud Deum illis moleſtiam creamus?* Sed R. Abarbanel deducit ex nomine עֲצַבִּים *idola*, q. d. *ad colendum eam modo idoli* ſeu *idololatricò*. Fut. יַעֲצִיבוּהוּ *Dolore affecerunt* eum, Pſ. 78, 40. Hithpael Fut. וַיִּתְעַצֵּב אֶל־לִבּוֹ Et *doluit* in corde ſuô, Gen. 6, 6. וַיִּתְעַצְּבוּ *Dolore* autem *affecti erant*, Gen. 45, 7.

1) Generatim importat *dolorem*, ſive *iſto* ſubjectum *afficiatur*, ſive iſto ſubjectum *comitetur.* 2) Speciatim α) notat *dolere*, vel *dolore affici*, ſive *dolore corporis*, Eccl. 10, 9. ſive *dolore animi*, ceu dolebat vel dolore

animi

animi afficiebatur filii Jacobi ob ſtupratam Dinam, Gen. 34, 7. & coram fratre Joſepho, Gen. 45, 5. Jonathan ob amiciſſimum Davidem, 1. Sam. 20, 3. 34. David ob Abſalonem in quercu trucidatum, 2. Sam. 19, 3. Judæi ex Babylonicâ captivitate reverſi ob duram legis concionem, Neh. 8, 10. 11. & per ἀνθρωποπάθειαν *Deus* ob homines peſſimos à ſe conditos, Gen. 6, 6. β) *Dolore afficere*, propriè quidem *hominem*, 1. Reg. 1, 6. ἀνθρωποπαθῶς autem *Deum*, Pſ. 78, 40. & ejus *Spiritum S.*, ei *non obtemperando*, Jeſ. 63, 10. γ) *Metaphoricè* 1) *formandi* obtinet ſignificationem, quia qui materiam aliquam format vel figurat, is illam premendo quaſi dolore afficit. Deducunt hanc ſignificationem ex Arabica lingua, in qua adhibetur ad *deſignandam formationem atque compoſitionem per nervos.* Occurrit autem ita Job. 10, 8. ubi innuitur *formatio Jobi cum ſummâ curâ & diligentiâ facta.* 2) *Torquere* ſeu *vim inferre* notare cenſetur, quia, quibus vis infertur, & quorum membra diſtorquentur, ii *dolore afficiuntur.* Ita adhiberi dicunt, Pſ. 56, 6. ubi David conqueritur, ab hoſtibus ſua *torqueri* verba, ea pervertendo, & aliam illis formam affingendo. Sed Seb. Schmidius non inconcinnè *exagitandi* ſignificationem ei d. l. tribuit.

עֶצֶב & עֶצֶב m. *Dolor*, *Labor*, *Moleſtia*, *Idolum.* בְּכָל־עֶצֶב יִהְיֶה מוֹתָר In omni *labore* eſt abundantia, Prov. 14, 23. Plur. לֶחֶם עֲצָבִים Panis *dolorum*, qui moleſtiſſimis curis & laboribus conquiritur, & ſæpius cum dolore comeditur, Pſ. 127, 2. Cum Suff. עֲצָבֶיךָ *Labores* tui, Prov. 5, 10.

1) Generatim notat *dolorem*, qui afficit ſive *corpus*, ſive *animum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat dolorem graviorem, qualis eſt mulieris parientis, Gen. 3, 16. & laborantium, Pſ. 127, 2. β) Per *Metonymiam cauſæ* notat 1) *laborem*, quia laborem dolor & moleſtia ſequitur, vel comitatur, Prov. 14, 23. Confer. Prov. 10, 22. ubi notat *laborem moleſtum & anxium.* 2) *Opes* ſeu *facultates*, quia dolore laboris, multisque curis acquiruntur, Prov. 5, 10. 3) *Debitum*, quia dolores adfert debitori, Jeſ. 58, 3. 4) *Idolum*, quia ſuis cultoribus dolorem affert, Jer. 22, 28.

עֹצֶב m. *Dolor*; *Idolum.* דֶּרֶךְ עֹצֶב *Via doloris*, h. e. *ea vivendi ratio*, quæ quidem meras promittit delicias, reverà tamen in *dolores graviſſimos* deſinit Pſ. 139, 24. Cum Suff. מֵעָצְבְּךָ De *dolore* tuo, Jeſ. 14, 3. עָצְבִּי *Idolum* meum, Jeſ. 48, 5.

1) Generatim *dolorem* ſive *corporis*, ſive *animi* ſignificat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *dolorem graviſſimum corporis*, qualis eſt parientis mulieris, 1. Chron. 4, 9. β) Per *Metonymiam cauſæ* denotat *idolum*, quod cultoribus dolores graviſſimos parit, Jeſ. 48, 5. Præter ll. cc. non legitur.

עֲצַבִּים m. pl. *Terriculamenta*, ſeu *Idola*, quæ ſic vocantur, quia ſuis cul-

culroribus *laborem, dolorem, terrorem, & moleſtias numero innumeras pariunt*, 2. Chron. 24, 18. Hoſ. 4, 17. c. 8, 4. c. 13. 2. c. 14, 9. Zach. 13, 20. In Statu Conſtr. עצבי הגוים *Idola* gentium, Pſ. 135, 15. Cum Suff. עצביהם *Idola* eorum, 1. Sam. 31, 9. 2. Sam. 5, 21. 1. Chron. 10, 9. Pſalm. 106, 36. Pſ. 115, 4. Jeſ. 46, 1. עצביה *Idola* ejus, Jeſ. 10, 10. Mich. 1,7.

עצבון m. *Dolor*, item *Labor*, quem *dolor* & *moleſtia* comitatur. בעצבון תאכלנה In *dolore* comedes de ea, Gen. 3, 17. In Statu Conſt. מעצבון A *labore* manuum noſtrarum, Gen. 5, 29. Cum Suff. הרבה ארבה עצבונך והרונך Multum multiplicabo *dolorem* tuum & conceptum, i. e. *dolorem conceptus tui.* Particula enim ו eſt omittenda, & poſterius nomen in Genitivo efferendum, Gen. 3, 16. Sæpius non legitur.

עצבה & עצבת f. *Dolor.* יתן עצבת: Affert *dolorem*, Prov. 10, 10. In Statu Conſtr. בעצבת לב In *dolore* cordis, Prov. 15, 13. Cum Suff. עצבתי *Dolores* mei, Job. 9, 28.

1) Generatim notat *dolorem* quemcunque. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *dolorem vehementiorem*, Job. 9, 28. Pſalm. 16, 4. Prov. 10, 10. c. 15, 13. 2) *Metonymicè vulnus ſummè dolens*, Pſ. 147, 3.

מעצבה f. *Dolor.* Semel legitur Jeſ. 50, 11.

עצד *Reſecuit*, *Cecîdit*, apud Arabes; inde apud Ebræos eſt

מעצד m. *Securis*; *Aſcia*; Inſtrumentum, quô aliquid *cædi* vel *ſecari* poteſt. Bis legitur Jeſ. 44, 12. Jer. 10, 3.

עצה *Clauſit.* Saltem legitur Part. עצה עיניו *Claudens* oculos ſuos, i. e. *connivens*, Prov. 16, 30.

עצה m. *Spina dorſi*, quaſi coſtarum & totius trunci *clauſum.* Tantum occurrit Lev. 3, 9. Fœrſterus hanc vocem refert ad עץ *Arbor*, quia ut *arbor* ramos, ita *ſpina dorſi* coſtas extendit, refertque figuram arboris cum ramis ſuis.

עצל *Piger fuit.* Occurrit ſaltem in Fut. Niphal אל־תעצלו ללכת Ne *pigri ſitis* ad abeundum, Jud. 18, 9.

עצל m. *Piger*, *Tardus corpore & animo*, qui eſt ſomni amans, Prov. 6, 9. manus à labore occultans, Prov. 19, 24. c. 26, 15. agriculturæ labores fugiens, Prov. 20, 4. c. 22, 13. c. 26, 13. formicæ induſtriam ſectari juſſus, Prov. 6, 6. Occurrit ſaltem in Proverbiis Salomonis, & præter loca citata reperitur, c. 10, 26. c. 13, 4. c. 21, 25. c. 24, 30. c. 26, 16.

עצלה f. *Pigritia*, laborem horrens, & otium, luſus &c. ſectans. Semel legitur Prov. 19, 15.

עצלות f. *Pigritia.* Legitur ſaltem Prov. 31, 27.

עצלתים d. *Pigritia* ambarum manuum. Occurrit ſaltim Eccl. 10, 18.

עצם & עצם *Multus*, *Plurimus*, *Numeroſus fuit*; *Roboratus*, *Corroboratus fuit*, *Potens eſt* vel *factus fuit*, *Invaluit*, *Roboravit ſe*, item

Ob-

Obſtipavit, Clauſit. ועצם כחו Et *invaleſcet* robur ejus, Dan. 8, 24. כי עצמת ממנו מאד Quia *potentior* factus es me, Gen. 26, 16. עצמו משערות ראשי Plures ſunt, quàm *pili* capitis mei, Pſ. 40, 13. עצמו *Validi ſunt*, Pſ. 38, 20. Infin. וכעצמו Sed poſt *invaluiſſe*, i. e. cum *invaluiſſet*, Dan. 8, 8. Fut. ויעמצו Et *numeroſi facti ſunt*, Exod. 1, 7. Piel עצם *Deoſſavit*, ſignificatione contrariâ petitâ à nomine עצם, quod *os* ſignificat; item *Obſtipavit*, *Clauſit*, *Occluſit.* עצמו *Deoſſavit* eum, Jer. 50, 17. Fut. ויעצם את־עיניכם Et *obſtipavit* oculos veſtros, Jeſ. 29, 10. Hiphil העצים *Potentem fecit*, *Auxit.* Fut. ויעצימהו Et *auxit* eum, Pſ. 105, 24.

1) Generatim notat *validum eſſe* vel *fieri*, ſive *numero*, ſive *robore.* Unde 2) ſpeciatim *α*) ſignificat *numeroſum eſſe, numero creſcente*, Exod. 1, 7. Pſ. 40, 6. 13. Pſ. 69, 5. Pſ. 105, 24. Pſ. 139, 17. 18. Jer. 15, 8. c. 30, 14. 15. *β*) Quia ex *numerô* prodit *robur*, inde etiam ſignificat *Roborari*, *Robuſtum & potentem eſſe.* Ita dicitur de *equitibus validis & robuſtis*, Jeſ. 31, 1. de *Iſaacô*, qui Abimelechô prævalebat, Gen. 26, 16. de *Regis viribus* invaleſcentibus, Dan. 8, 8. c. 11, 23. *γ*) Notat *Obfirmare*, fortiter *comprimere* vel *claudere*, Jeſ. 29, 10. c. 33, 15. *δ*) Quia עצם os à *robore* nomen trahit, inde ſignificatione contrariâ, Jer 50, 17. denotat *deoſſare*; h. e. *oſſa frangere, omneque robur auferre.*

עצום m. *Numeroſus*, *Robuſtus*, *Validus*, *Potens.* עם רב ועצום Populus *multus & validus*, Joel. 2, 2. רב ועצום ממנו Multus & *numeroſus* eſt præ nobis, Exod. 1, 9. Plur. עצומים & per alternationem (ו) & (י) עצמים *Numeroſi*, *Robuſti*, *Potentes.* מלכים עצומים Reges *potentes*, Pſ. 135, 10. גוים גדלים ועצומים Gentes magnæ & *numeroſæ*, Joſ. 23, 9. Cum Suff. בעצומיו *Robuſtis* ſuis, Pſ. 10, 10. Fœm. עצמות *Robora.* Cum Suff. עצמותיכם *Robora* veſtra, Jeſ. 41, 21.

1) Generatim notat *validum*, ſive *numero*, ſive *robore*, ſive in concretô, ſive in abſtractô. Unde 2) ſpeciatim *α*) concretivè notat 1) *numeroſum.* Ita dicitur de *gente numeroſa*, Num. 14, 12. c. 32, 1. Devt. 9, 14. Pſ. 35, 18. Jeſ. 60, 22. Joel. 1, 6. &c. 2) Notat *Robuſtum*, *Fortem*, *Potentem*, cujus vires tam multæ, quàm magnæ ſunt. Ita dicitur de Regibus potentibus, Pſ. 135, 10. & aliis, Prov. 7, 26. c. 22, 18. de *aquis* validis, Metaphoricè *turmas hoſtiles* deſignantibus, Jeſ. 8, 7. *β*) *Abſtractivè* acceptum notat *robur*, Pſ. 10, 10. Confer. Jeſ. 41, 21.

עצם m. *Robur.* עצם ידי *Robur* manus meæ, Devt. 8, 17. בעצם ידך Per *robur* manus tuæ, Job. 30, 21. Cum Suff. עצמי *Robur* meum, Pſ. 139, 15. Sæpius non legitur.

עצם c. ſed f. ſæp. *Os*, *oſſis*, à robore ſic dictum; *Corpus*, *Subſtantia*, *Ipſe*, *ipſummet.* עצם מעצמי *Os* de *Oſſibus* meis, Gen. 2, 23. עד־עצם היום הזה Usque ad *ſubſtantiam* hujus diei, i. e. usque ad *hunc* ipſum diem, Lev. 23, 14. בעצם היום הזם In *ſubſtantia* illius diei,

i. e.

Digitize

i. e. illo ipſo, eodem die, Gen. 7, 13. Cum Suff. עַצְמִי *Os* meum, Gen. 29, 14. עַצְמְכֶם וּבְשַׂרְכֶם אָנִי *Os* veſtrum & caro veſtra ego ſum, Jud. 9, 2. Plur. עֲצָמִים *Oſſa*, Ezech. 24, 4. Cum Suff. עֲצָמַי *Oſſa* mea, Pſalm. 7, 3. Fœm. עֲצָמוֹת *Oſſa*, Pſalm. 51, 10. In Statu Conſtr. עַצְמוֹת יוֹסֵף *Oſſa* Joſephi, Exod. 13, 19. Cum Suff. עַצְמוֹתַי *Oſſa* mea, Gen. 50, 25. עַצְמוֹתָם *Oſſa* ipſorum, Ezech. 32, 27. Sed 1. Sam. 31, 13. eſt עַצְמוֹתֵיהֶם *Oſſa* eorum.

1) Generatim notat *id, quod robuſtum & validum eſt.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *os corporis*, cui *robur* ineſt, ſive ſit os *corporis humani*, Exod. 13, 19. Joſ. 24, 32, 2. Sam. 21, 12. 13. 2. Reg. 23, 18. 20. &c. ſive *bruti*, Ex. 12, 46. Num. 9, 12. β) *Tropicè* א) *Metaphoricè* 1) quia *oſſa* ſunt *fundamentum & ſuſtentaculum corporis & ſtructura ipſius*, illudque *robuſtum & validum reddit* ad obeundos & ſufferendos labores; inde deſignant *vires* & *firmitatem.* Cum ergò *oſſa* dicuntur *turbari*, Pſ. 6, 8. *comburi*, Pſ. 102, 4. *diſpergi*, Pſ. 53, 6. *disjici*, Pſ. 141, 7. *exſiccari*, Prov. 17, 23. *inveteraſcere*, innuitur *ingens virium debilitatio*, quia oſſibus ægrè habentibus, & ſolutis, medullaque deſtitutis, ægrè ſe habet quoque totum animatum, & ſæpius præſentiſſimam experitur perniciem. 2) Quia *oſſa carni arctiſſimè juncta* ſunt, ideò quoque ſignificant *propinquitatem* & *conſanguinitatem*, quæ uni cum altero intercedit, Gen. 29, 14. Jud. 9, 2. 2. Sam. 19, 13. 14. ב) *Synecdochicè* deſignat rei *cujusque ſubſtantiam.* Inde dicitur de ſubſtantia cœli, Exod. 24, 10. & ſæpius exprimit *Pronomen* Reciprocum *ipſe, idem*, Gen. 7, 15. c. 17, 23. 26. Exod. 12, 17. 41. 51. Lev. 23, 14. 21. 28. 29. 30. Joſ. 10, 27. Job. 21, 23.

עָצְמָה f. *Robur, Magnitudo*, Jeſ. 40, 29. Nah. 3, 9. In Statu Conſtr. בְּעָצְמַת חֲבָרַיִךְ Ob *magnitudinem* incantationum tuarum, Eſa 47, 9. Sæpius non occurrit.

תַּעֲצֻמוֹת f. pl. *Vires.* Semel occurrit Pſ. 68, 36.

עָצַר *Clauſit, Concluſit, Incluſit, Occluſit, Continuit, Detinuit; Cohibuit, Coercuit impediendo, Impedivit.* Conſtruitur cum Accuſativo & Præpoſ. ב. וְעָצַר אֶת־הַשָּׁמַיִם Et *claudet* cœlum, Devt. 11, 17. עֲצָרַנִי יְהוָה מִלֶּדֶת *Clauſit* me Dominus à parere, i. e. ut non pariam, Gen. 16, 2. וְלֹא עָצְרוּ לָלֶכֶת Et non *valuerunt* abire, 2. Chr. 20, 37. Infin. עָצֹר עָצַר *Claudendo clauſit*, Gen. 20, 18. Fut. אֶעֱצֹר הַשָּׁמַיִם *Claudam* cœlum, 2. Chron. 7, 13. יַעֲצָר כֹּחַ לִבְנוֹת Qui *habuerit vires* ad ædificandum, 2. Chron. 2, 6. נַעְצְרָה נָּא אוֹתָךְ *Detineamus* quæſo te, Jud. 13, 15. Niphal נֶעֱצַר *Clauſus, Detentus, Cohibitus fuit* &c. Infin. בְּהֵעָצֵר הַשָּׁמַיִם In *claudi* cœlum, i. e. cum clauſum fuerit cœlum, 1. Reg. 8, 35. Fut. וַתֵּעָצַר הַמַּגֵּפָה Tum *cohibita, coercita* eſt plaga, Num. 17, 13. Particip. נֶעְצָר *Detentus*, 1. Sam. 21, 8.

1) Generatim *firmitatem* importare videtur Guſſetio. Fœrtſero autem *prævaleſcentiam* notat, quâ aliquid ſive *retinetur*, ſive *concluditur*, ſive

ſive *cohibetur* & *coercetur*, ſive *impeditur*. Sed varietas ſignificationis hujus radicis tanta eſt, ut ægrè invenias ſignificationem omnibus inferioribus communem, niſi *tenendi* arrideat notio, modô ſignificandi pro varietate rerum, de quibus dicitur, variante. 2) Speciatim α) notat *continere*, einhalten/ zurückhalten/ e.g. verba, ne prodeant, Job.4, 2. c.29, 9. aquas in anguſtum collectas locum, Job. 12, 15. β) *Detinere*, aufhalten/ ne quis diſcedat & abeat, Jud.13, 15.16. vel abire queat, 1.Reg. 18, 44. γ) *Cobibere*, ne quid ulterius progrediatur. Ita dicitur de plagâ, quæ, dum cohibetur, *tenetur*, ne ulterius progrediatur & noceat, Num.17, 13.15. c.21, 8. 2.Sam.24, 25. Pſ.106, 30. δ) *Coercere imperio*, i. e. *imperare*, 1.Sam.9, 17.18. ε) Reſpicit *vires agendi*, prout vel *obtinendæ & firmandæ*, 2.Chr.13, 20. Dan.11, 6. vel *retinendæ*, Dan.10,8.16. vel *exerendæ*, ſi tenentur, ubi notat *poſſe*, *valere*, 1.Chr.29,14. 2.Chr. 20, 37. vel *prævalere*, 2. Chron. 14, 10. ζ) *Claudere*, quia, quicquid *clauditur*, id *tenetur* vel *detinetur* &c. In hoc ſignificatu legitur de *iis*, qui carceri incluſi detinentur, Jer. 33, 1. c. 39, 15, c. 36, 5. de *obſeratione uteri mulieris*, ne concipiat, Gen. 16, 2. c. 20, 18. de occluſione *cælorum*, ne pluviam demittant, Devt. 11, 17. 1. Reg. 8, 35. 2. Chron. 7, 13.

עֶצֶר m. *Imperium*. Saltem legitur Jud. 18, 7.

עֹצֶר m. *Occluſio*, *Cobibitio*, *Prævaleſcentia*, *Anguſtia*. עֹצֶר רָחַם *Occluſio*, *Cobibitio uteri*, Prov. 30, 16. מֵעֹוצֶר רָעָה Ob *prævaleſcentiam* malitiæ, Pſ. 107, 39. מֵעֹצֶר וּמִשְׁפָּט Ex *anguſtia* & judicio, Jeſ. 53, 8. juxta pleroſque interpretes. Sed Coccejus reddit: Ex *poteſtate* & judicio, hanc ſubjiciens explicationem: *Apud Pilatum erat* עֹצֶר *Poteſtas; apud Seniores judicium*. Præterea hæc vox non occurrit.

עֲצָרָה & עֲצֶרֶת f. *Cobibitio*, *Ceſſatio ab opere*, & inde *Dies feſtus*, quô fit ceſſatio à labore, 2. Reg. 10, 20. Plur. cum Suff. עַצְּרֹתֵיכֶם *Ferias* feſtras, Am. 15, 21.

1) Generatim notat *cobibitionem & detentionem*, 2) Speciatim α) *propriè* notat *clauſulam*, quâ rei vel actionis continuatio cohibetur & detinetur. Sic hoc nomine venit *ultimus dies feſti ſolennis*, ut *Paſchatos*, Devt. 16, 8. *Tabernaculorum*, Lev. 23, 36. Num29, 35. Neh. 8, 18. *Feſti initiationis altaris*, 2. Chron. 7, 8. β) *Tropicè* 1) *Synecdochicè* notat *totam feſtivitatem*, 2. Reg. 10, 20. 2) *Metonymicè* notat *cætum* vel *congregationem hominum*, qui in unum quaſi cohibentur & concluduntur locum. Ita dicitur de congregatione *pœnitentium*, Joel. 11, 12. perfidorum, Jer. 9, 1.

מַעְצָר m. *Coercitio*. Semel occurrit Prov. 25, 28.

מַעְצָר m. *Probibitio*, *Impedimentum*. Tantum extat 1. Sam. 14, 6.

עָקֵב m. *Calx*, *Calcaneus*, *Veſtigium*; *Finis*, *Extremum*, *Extremitas*, *Extrema rei pars*; *Extremò*, *Poſtremò*, *in finem*. תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב Conteres ei *calcaneum*, Gen. 3, 15. עֲקֵבוֹ *Extremitas* ejus, Joſ. 8, 13. In Statu

 Conſtr.

Digitized by Google

Conſtr. עֲקֵב עֵשָׂו *Calcaneus* Eſavi, Gen.25,26. Plur. עֲקֵבִים *Calces, Veſtigia.* In Statu Conſtr. עִקְּבֵי סוּס *Calces* equi, Gen.49,17. עֲקֵבַי *Veſtigia* mea, Pſ.49,6. Fœm. עִקְּבוֹת *Veſtigia*, Pſ.89,52. עִקְּבוֹתֶיךָ *Veſtigia* tua, Pſ.77,20.

1) Generatim notat *poſtremum alicujus rei.* 2) Speciatim α) *propriè* 1) notat *calcem* ſeu *calcaneum*, qui eſt poſtrema imi pedis pars, ſive *hominis*, Gen.25,26. Job.18,9. ſive *bruti*, ut equi, Gen.49,17. Jud.5,22. β) *Impropriè* & quidem 1) *Metaphoricè* notat *finem*, *extremitatem* vel *terminum*, Joſ.8,13. ubi notat *extremum exercitûs*, quod ex accidente *inſidiantium* tenebat partes. 2) *Metonymicè* deſignat *effectum calcanei*, nempe *veſtigium terræ impreſſum*, h.e. notam, quæ eundo pulveri vel terræ humidæ imprimitur, Cant.1,8. & inde ulterius ponitur pro *greſſu*, *introitu* aut *exitu* alicujus, h.e. pro ejusdem *actionibus*, quibus ſive corpus, ſive anima movetur, & quaſi veſtigia facit, Pſ.56,7. Pſ.89,52.

עָקַב *Calcem* vel *calcaneum tenuit*, vel *apprehendit*, *calcaneo ſuppoſito peſſundedit*, *Supplantavit*, Metaphoricè, *Defraudavit*, *Circumvenit.* בַּבֶּטֶן עָקַב אֶת אָחִיו In uterò *calcaneum* tenuit fratris ſui, Hoſ.12,4. Infin. cum Fut. כָּל־אָח עָקוֹב יַעְקֹב Omnis frater ſupplantando *ſupplantat*, Jer.9,3. וַיַּעְקְבֵנִי Et *ſupplantavit* me, Gen.27,36. Piel עִקֵּב *Diſtulit ad extremum*, *Retardavit*, ut coincidat cum עַכֵּב apud Chaldæos: Sed juxta Sebaſt. Schmidium idem eſt ac *Subvertit.* Semel legitur in Fut. Job.37,4. יְעַקְּבֵם *Subvertit illa.* Sæpius non legitur.

עָקוֹב m. *Curvum*, cui opponitur Jeſ.40,4. *Rectitudo, Pravus, Perverſus, Fraudulentus*, diciturque Jer.17,9. de *corde* hominis, quod, ſicut via dicitur *flexuoſa* à *ſupplantando*, quod flexibus homo facile ſeducitur; Ita *cor hominis varias fraudum ambages habeat, & à recta bonitatis atque juſtitiæ via ubique declinet, nec quicquam rectè habeat.* Vid. Seb. Schmid. in h. l. Coccejo idem eſt ac *limoſus, lacunas habens*, ut à veſtigiis hominum & animalium viæ *limoſæ*, quum induruerint, q.d. *veſtigia* multa habens, Fœm. Hoſ.6,8. עֲקֻבָּה מִדָּם *Veſtigiata* à ſanguine, *veſtigia* habens à ſanguine. Sæpius non legitur.

יַעֲקֹב m. *Jacob*, nomen proprium filii ſecundi Iſaaci, qui ita dictus, quod in partu *calcem fratris tenuit*, Gen.25,26. Per *Metonymiam* cauſæ notat *poſteros Jacobi omnes*, Ex.5,2. Num.23,21. c.24,5.17. Jeſ.44,7. Pſ.14,7. Pſ.79,7. Pſ.135,4.

עָקְבָּה f. *Fraus.* Semel legitur 2.Reg.10,19. עָשָׂה בְעָקְבָּה Faciebat per *fraudem*, i.e. *fraudulenter.*

עֵקֶב m. *Emolumentum, Fructus, Subſequens, Præmium, Merces; Finaliter, Ad extremum, ad finem usque; Pro, Ob, Propter; Quia, Eò quod, Propterea quod.* עֵקֶב רָב Merces ampla, Pſ.19,12. עֵקֶב עֲנָוָה *Merces*, *præmium* manſuetudinis, Prov.22,4. עֵקֶב הָיְתָה רוּחַ אַחֶרֶת עִמּוֹ *Quia* fuit Spiritus alius *apud* eum, Num.14,24. עֵקֶב בְּשָׁמְעָם

בְּשָׁתָּם *Pro mercede* pudoris ſui, Pſ. 40,16. עֵקֶב אֲשֶׁר *Propter* id, quod, Gen. 22, 18. וְאֶצְּרֶנָּה עֵקֶב Ut cuſtodiam eam usque ad *finem*, i. e. conſtanter, finaliter, Pſ 119, 33.

1) Generatim notat *poſtremum rei alicujus*, adhibeturque nunc *nominaliter*, nunc abit in *particulam*. 2) Speciatim *α*) *nominaliter* notat 1) *finem*, Pſ. 119, 33. 112. 2) *Præmium* vel *emolumentum*, quod actionem laudabilem ſequi ſolet, vel operis finis eſt, Pſ. 19, 12. Prov. 22, 4. item *mercedem*, quæ ſtudium vel laborem malum ſequitur, Pſ. 40, 16. *β*) Induit naturam *Particularum* tùm *Præpoſitionum* Ob, Propter, Jeſ. 5, 23. Gen. 22, 18. tum *Conjunctionum*, cauſam actionis vel rei deſignantium, *quia*, *propterea*, *quod*, *eò quod*, ſive *nudè* ponatur, Num. 14, 24. Devt. 8, 20. ſive adhibeatur ſequente כִּי, *eò quod*, 2. Sam. 12, 10. Am. 4, 12. vel אֲשֶׁר Propter id quod, propterea quod, Gen. 22, 18. c. 26, 5. 2. Sam. 12, 6.

עָקַד *Ligavit*, *Colligavit*, propriè *artus*, prout oves *mactandæ* vel *tondendæ* pedibus colligari ſolent. Semel legitur in Fut. Gen. 22, 9. וַיַּעֲקֹד Et *colligavit*.

עָקֹד m. *Varium*, *Maculoſum*, propriè *cruribus*, ubi ovis ſolet *ligari*, Gen. 30, 40. Plur. עֲקֻדִּים *Varii*, *Maculoſi*, Gen. 30, 35. 39. c. 31, 10. & 12. Sæpius non legitur.

בֵּית־עֵקֶד *Beth-Heked*, loci nomen proprium, qui à *ligatione* dictus cenſetur, quia ibi oves ad tonſuram *ligatæ* fuerunt, 2. Reg. 10, 12. Vid. Buxtorff. in Lex.

עָקָה *Retinuit*, *Detinuit*, apud Arabes. Inde

מַעֲקֶה m. *Ambitus* vel *Septum tectorum*, ita dictum, quod *retinet hominem*, ne decidat. Tecta enim Palæſtinorum plana erant in ædificiis; unde ambitu munienda erant, ne quis inde delaberetur. Occurrit ſaltem Devt. 22, 8.

עָקַל *Tortuoſus*, *Obtortus*, *Perverſus fuit*. Occurrit ſaltem Particip. מִשְׁפָּט מְעֻקָּל Judicium *perverſum*, Hab. 1, 4.

עֲקַלָּתוֹן m. *Tortuoſus*. Saltem occurrit Jeſ. 27, 1. נָחָשׁ עֲקַלָּתוֹן Serpens *tortuoſus*.

עֲקַלְקַלּוֹת f. Valde *tortuoſa*. Duplicatio poſteriorum duarum radicalium ſignificationem intendit. יֵלְכוּ אֳרָחוֹת עֲקַלְקַלּוֹת Incedunt per vias valde *tortuoſas*, Jud. 5, 6. הַמַּטִּים עֲקַלְקַלּוֹתָם Qui declinare faciunt vias ſuas valde *tortuoſas*, ſeu ambages ſuas, Pſalm. 125, 5. Præterea non occurrit.

עָקַר *Radicavit*; & per Antiphraſin, *Eradicavit*, *Extirpavit*, *Evulſit*, *radicitus perdidit*, *Amovit*, *Tranſtulit*; *Enervavit*, *Sterilis fuit*, apud Arabes. Infin. וְעֵת לַעֲקוֹר נָטוּעַ Et tempus *extirpandi* plantatum, Eccl. 3, 2. Niphal Fut. תֵּעָקֵר *Extirpabitur*, *Eradicabitur*, Zeph. 2, 4. Piel עִקֵּר *Enervavit*, *nervis crurum ſuccidit*. סוּסֵיהֶם עִקֵּר Equos eorum *enervavit*, Joſ. 11, 9. עִקְּרוּ שׁוֹר *Enervarunt* bovem, Gen. 49, 6. Fut. סוּסֵיהֶם תְּעַקֵּר Equos eorum *enervabis*, Joſ. 11, 6.

11, 6. וַיְעַקֵּר אֶת־כָּל־הָרֶכֶב Et *enervavit* omnem currum, 2.Sam.8.4. 1. Chron. 18, 4. Præterea non legitur.

עָקָר m. *Sterilis*, ex quô virtus generandi eradicata eſt. Semel occurrit Devt. 7, 14.

עֲקָרָה f. *Sterilis fœmina*, ex quâ virtus concipiendi & pariendi *eradicata eſt*, & hinc in domo aliorum aliarumque opprobriis expoſita eſt. Occurrit Gen. 16, 5. c. 29, 13. c. 30, 23. Devt. 7, 14. Jud. 13, 2. 3. 1. Sam. 7, 5. Job. 24, 21. Sed Jeſ. 54, 1. Metaphoricè tribuitur *Eccleſiæ* ad *nimiam paucitatem redactæ*.

עֵקֶר m. *Indigena*, qui è familiâ peregrinâ ortus, alibi radices egit & ſtirpem fecit. Semel ſaltem occurrit Lev. 25, 47.

עַקְרָב m. *Scorpio*, Devt. 8, 25. pro עַקְצְרָב juxta Bochartum Hieroz. P. II. c. 29. p. 634. ex עקץ *Punxit*, & רב *magnus*, ut notet *animal magnô aculeô*; quia juxta Ariſtotelem Hiſtor. l. 1. c. 7. μόνον τῶν ἐντόμων τῦτο μακρόκεντρόν ἐστι. *Hoc inſectorum ſolum magnum habet aculeum.* Plur. עַקְרַבִּים *Scorpiones*, Ezech. 2, 7.

1) Propriè notat *ſcorpionem*, in cujus extremâ caudâ eſt aculeus, qui quandoque eſt duplicatus, quô pungit & occidit, Devt. 8, 25. 2) *Metaphoricè* deſignat α) *homines peſſimos & perverſiſſimos*, Ez. 2, 6. β) *Plagas atrociſſimas, onemque duriſſima*, 1. Reg. 12, 11. 14. 2. Chron. 11, 11. 14. Sed Bochartus l. c. ſignificari putat *flagri genus, ſcuticâ gravius*, & citat Kimchii explicationem, qui poſtquam de ſcuticis egit, inquit: ועקרבים קשים מהם שהם עוקצים בקוצים שבה *Illis graviores ſunt ſcorpiones, quia pungunt ſpinis, quas habent.* 3) Eſt nomen proprium *montis*, in partibus Judææ meridianis, non procul ab extremô lacu Aſphaltite ſiti, qui à copiâ *ſcorpionum* עַקְרַבִּים dictus fuit, & memoratur, Num. 34, 4. Joſ. 15, 3. Jud. 1, 36.

עֶקְרוֹן *Ekron*, una ex præcipuis Philiſtæorum urbibus, quo miſſa fuit arca Domini, 1. Sam. 5, 10. Inde עֶקְרֹנִים *Ekronitæ*, Ekronis incolæ, ibidem.

עָקַשׁ *Pervertit.* Fut. וַיַּעְקְשֵׁנִי *Pervertet* tamen me, i. e. me perverſum eſſe arguet, Job. 9, 20. Niphal נֶעְקַשׁ *Perverſus fuit.* Particip. וְנֶעְקַשׁ דְּרָכַיִם יִפּוֹל בְּאֶחָת *Perverſus* autem viis cadet ſemel, Prov. 28, 18. Piel עִקֵּשׁ *Pervertit.* נְתִיבוֹתֵיהֶם עִקְּשׁוּ לָהֶם *Semitas* ſuas ſibi *perverterunt*, Jeſ. 59, 8. Particip. מְעַקֵּשׁ דְּרָכָיו *Pervertens* vias ſuas, Prov. 10, 9. וְאֵת כָּל־הַיְשָׁרָה יְעַקֵּשׁוּ Et omne rectum *incurvant*, Mich. 3, 9. Sæpius non legitur.

1) Generatim *tortuoſum* importat. 2) Speciatim α) *propriè* reſpicit *vitia viarum*, quæ ſunt vel obliquitates ac ambages tortuoſæ, vel inæqualitates, ubi quædam viæ partes ſunt depreſſæ, quædam autem ſenſim aſſurgunt, aut aliàs eminent. Sed propriè in ſcriptura non legitur. β) *Metaphoricè* ſignificat *perverſionem*, & 1) quidem denotat *pervertere*,

tere, id, quod rectum eſt, Mich. 3, 9. *vias ſuas*, h. e. *actiones & inſtituta ſua* ad regiam verbi divini viam non uniformiter componendo, Prov. 10, 9. c. 28, 18, Jeſ. 5, 8. 2) *Perverſum aliquem arguere*, Job. 9, 20.

עִקֵּשׁ m. *Tortuoſus*, *Perverſus*, *Tortuoſum faciens*, *Pervertens*. עִקֵּשׁ לֵבָב Cor *tortuoſum, perverſum*, Pſ. 101, 4. עִקֵּשׁ שְׂפָתָיו *Tortuoſus*, *Perverſus labiis*, qui aliter loquitur, quàm ſentit, Prov. 19, 1. Plur. עִקְּשִׁים *Tortuoſi*, *Perverſi*, Prov. 2, 15. In Statu Conſtr. עִקְּשֵׁי לֵב *Perverſi* corde, Prov. 11, 20.

1) Generatim *tortuoſum* ſonat, quacunque ratione. 2) Speciatim α) *propriè* reſpicit *viam tortuoſam*, ambagibus, anfractibus & inæqualitatibus refertam. Sed in propriô ſignificatu non occurrit; Occurrit autem β) *Metaphoricè* ſignificans *Perverſum*, tribuiturque tùm *homini*, qui verbis factisque à regiâ verbi divini viâ deviat, Pſ. 18, 27. Prov. 22, 5. Conf. Devt. 32, 5. qui eſt perverſus *corde*, h. e. deſtituitur amore juſti & æqui, & vitiorum anfractus ſectatur, Prov. 11, 20. c. 17, 20. *labiis*, h. e. aliter loquitur, quàm ſentit, Prov. 28, 6. conf. c. 19, 1. *ſemitis*, h. e. vita & actionibus, Prov. 2, 15. tùm *cordi hominis*, vera integritate & rectitudine carenti, Pſ. 101, 4.

עִקְּשׁוּת f. *Tortuoſitas*, *Perverſitas*. עִקְּשׁוּת פֶּה *Tortuoſitas*, *perverſitas oris*, à verbi divini normâ recedens, ſive os loquatur contra *Deum*, ſive contra *proximum*, Prov. 4, 24. Confer. c. 6, 12. Præterea non legitur.

מַעֲקַשִּׁים m. pl. *Tortuoſitates*, *Perverſitates*. Extat ſaltem Jeſ. 42, 6.

עָרַב *Miſcuit*, *Commiſcuit*; *Negotiatus eſt*; *Spoſpondit*, *fide juſſit*, *fidem interpoſuit*, *in fidem recepit*; ubi conſtruitur cum Accuſativo, & intervenientibus Præpoſitionibus לְ, עַל atque עִם; *Oppignoravit*; *Dulce*, *Suave*, *Gratum eſt*, *Placuit*, *Oblectavit*; ubi conſtruitur cum Dativo; *Pertexuit*; Interdum etiam notat *Adveſperaſcere*, *Obtenebrari*. עַבְדְּךָ עָרַב אֶת־הַנַּעַר Servus tuus *ſpoſpondit* pro puerô, Gen. 44, 32. אִם־עָרַבְתָּ לְרֵעֶךָ Si *ſpoſpondiſti* amico tuo, Prov. 6, 1. וְעָרְבָה לַיהוָה מִנְחַת יְהוּדָה Et *ſuave*, *gratum* erit Domino munus, oblatio Judæ, Mal. 3, 4. Infin. רָפָה הַיּוֹם לַעֲרוֹב Remiſit dies ad *veſperaſcendum*, Jud. 19, 9. Fut. אֶעֶרְבֶנּוּ *Spondebo* pro eo, *in fidem meam* eum recipiam, Gen. 43, 9. וְלֹא יֶעֶרְבוּ לוֹ זִבְחֵיהֶם Et non *grata erunt* ipſi ſacrificia eorum, Hoſ. 9, 4. Hiphil Infin. הַעֲרֵב *Veſperaſcendo*, i. e. *veſpere*; Eſt enim Infinitivus locô *Adverbii* poſitus, 1. Sam. 17, 16. Hithpael הִתְעָרֵב *Miſcuit*, *Commiſcuit ſe*, *Mixtus*, *Commixtus eſt*, *Fidejuſſit*, *Spoſpondit*, &c. וְהִתְעָרְבוּ זֶרַע הַקֹּדֶשׁ בְּעַמֵּי הָאֲרָצוֹת *Mixtique ſunt* ſemen ſanctitatis cum populis terrarum, Eſr. 9, 2. Fut. וּבְשִׂמְחָתוֹ לֹא־יִתְעָרַב זָר Et in lætitia ejus non *miſcebitur* alienis, Prov. 14, 10. וּלְפֹתֶה שְׂפָתָיו לֹא תִתְעָרָב׃ Cum eo, qui allicit labiis ſuis, ne *miſceas* te, Prov. 20, 19.

 1) Gene-

Digitized by Google

1) Generatim *mixtionem* involvit, quocunque illa fiat modô. 2) Speciatim *α*) ſignificat *miſcere, commiſcere*, prout importat *mixturam* inter homines, & rerum quarundam inter ipſos *communicationem & participationem*. Ita dicitur de *commiſcentibus ſe cum fœminis* Gentilium, Eſr. 9, 2. Pſ. 106, 35. de *conſortio amicorum*, quorum unus de alterius moribus, damnis commodisque participat, Prov. 20, 19. c. 24, 21. Conf. Prov. 14, 10. ubi alienus negatur participare de *lætitia cordis*. *β*) *Negotiari*, quia in negotiationibus & commerciis ſæpius *commixtiones* fieri ſolent, Ezech. 27, 9. 27. *γ*) *Spondere, fidejubere, fidem interponere, in fidem recipere*; non ſolum propter *mixturam*, quæ fit in mercimoniis & negotiationibus, ſed etiam, quia *fide-juſſione & ſponſione perſonæ ita inter ſe miſcentur & conjunguntur*, ut altera alteri tali ſponſione obſtringatur, & ſic quadantenus in ejus ſe ſubſtituens locum cum ea miſceatur. Ita legitur de Juda pro fratre Patri fidejubente, Gen. 43, 9. c. 44, 32. de fidejubentibus pro debitis, Prov. 22, 26. pro extraneo, Prov. 27, 13. c. 11, 15. Sed Jer. 30, 21. *ſpondere animum*, eſt *animum ſuum firmo propoſito intendere, & quaſi pacto aliquo cum eo inito*. *δ*) *Oppignorare*, quia *in oppignoratione* fit unius cum altero mixtio & commutatio. Ita legitur Neh. 5, 3. *ε*) *Dulce, ſuave, gratum eſſe, placere*, tum quia, cum diverſarum qualitatum res miſcentur, ejusmodi *mixtio & temperatura ſæpe ſuavitatem & dulcedinem inducit*; tùm, quia in commerciô & negotiatione non fieri ſolet ſponſio, niſi res, de quibus agitur, placeant. Ita legitur de *canticis* Deo acceptis, Pſ. 104, 34. de *ſacrificiis* Deo placentibus, Jer. 6, 20. Mal. 3, 4. de *ſomno* ſuavi & dulci, Prov. 3, 24. Jer. 31, 26. de *deſiderio impleto*, animam exhilarante, Prov. 13, 19. de *Deo* pios omni exhilarante & oblectante bono, Pſ. 119, 122. Conf. Jeſ. 37, 14. *ζ*) *Veſperaſcere*, quia veſperaſcente cœlo fit mixtura lucis & caliginis, Jud. 19, 9. 1. Sam. 17, 16.

עָרֵב m. *Dulcis, Suavis*. Bis ſaltem legitur de *pane*, Prov. 20, 17. & de *voce* ſponſæ, Cant. 2, 14.

עֵרֶב m. *Turba mixta, miſcellanea*, Exod. 12, 38. Neh. 13, 3. *Trama, Subtegmen*, ſic dictum, quod ſtamini ex transverſo *intexitur & immiſcetur*, Lev. 13, 48. 49. 52. 56. 57. 58. 59. Amplius non occurrit.

עֶרֶב m. *Veſpera*, ſic dicta, vel quia lux tenebris *immiſceri* incipit, vel quia poſt ſolis æſtum laborumque moleſtiam refrigerationem promittit ſuaviſſimam, Job. 7, 2. Fœmininum eſt 1. Sam. 20, 5. עַד־הָעֶרֶב הַשְּׁלִישִׁית Usque ad *veſperam* tertiam. לְעֵת עֶרֶב Sub tempus *veſperæ*, Gen. 8, 11. בָּעֶרֶב *Veſperè*, Prov. 7, 9. Dual. עַרְבַּיִם *Duæ veſperæ*, Exod. 12, 6. בֵּין הָעַרְבַּיִם Inter *duas veſperas*, Exod. 29, 39. Plur. עַרְבוֹת *Veſperæ*, Jer. 5, 6.

עֲרָב *Arabia*, 1. Reg. 10, 15. Sic vocata à mixtis populis, vel quia ejus pars fuit *occidentalis*.

עָרֹב m. *Colluvies*, *Mixtura* inſectorum vel variorum animalium, Exod. 8, 22. 24. 29. 31. Pſ. 105, 31. Pſ. 78, 45. Ita arbitratur Buxtorffius & alii. Sed diſſentit Bochartus Part. II. Hieroz. lib. 4. c. 15. putans eſſe *certi animalis genus*, nempe κυνόμυιαν ſeu *caninam muſcam*.

עֹרֵב m. *Corvus*, à *nigredine*, quæ *tenebrarum color* eſt, nomen trahens, Gen. 8, 7. Lev. 11, 15. Devt. 14, 14. Pſ. 147, 9. Plural. עֹרְבִים 1. Reg. 17, 4. ubi non intelligendi ſunt *mercatores*, ut quidam apud Kimchium interpretantur; quia עֹרְבִים *per ſe* nuspiam *mercatores* ſignificat; nec Deus generatim dixiſſet: *Præcepi mercatoribus*; Sed: *Præcepi mercatoribus hujus* vel *illius loci*, *ut te nutriant*; Neque intelligi queunt *Arabes*, quia hi in Scripturis non dicuntur עֹרְבִים. Neque *incolæ* urbis *Arabo*, quia talem urbem fuiſſe, probari nequit; Sed *veri corvi*, quibus Deus præcepit, ut Eliam nutrirent.

עֲרָב m. *Arabia*; ſic dicta vel *à mixtis populis*; vel, quia judice Bocharto in Hieroz. P. II. lib. 4. c. 15. p. 556. eorum imperii *pars fuit occidentalis*; vel quia quaſi *ſolitudo & deſerta regio eſt* ex ſignificatione vocis עֲרָבָה *Solitudo*, *Locus deſertus*. Memoratur autem, 2. Chron. 9, 14. Jeſ. 21, 13. Sed Ezech. 27, 21. eſt עֲרַב cum (-). Inde eſt

עֲרָבִי m. *Arabs*, Jeſ. 13, 20. Jer. 3, 2. item עַרְבִי *Arabs*, Neh. 2, 19. cujus Pluralis eſt הָעַרְבִים *Arabes*, 2. Chron. 21, 16. Sed 2. Chron. 17, 11. Ezech. 27, 21. eſt הָעַרְבִיאִים *Arabes*, א per Epentheſin inſitô.

עֲרָבָה f. *Deſertum*, *Solitudo*, *Locus deſertus*; item *Locus campeſtris*, qui neque montoſus, neque declivis, ſed planus eſt; flach Feld. עֲרָבָה לוֹ לֶחֶם לַנְּעָרִים *Deſertum eſt* illi panis pro pueris, Job. 24, 5. בָּעֲרָבָה In *campeſtribus*, *in planitie*, Devt. 1, 1. 7. c. 11, 30. 1. Sam. 23, 24. 2. Sam. 2, 29. כָּעֲרָבָה Sicut *deſertum*, Jeſ. 33, 9. Zach. 14, 10. Cum ה locali eſt הָעֲרָבָתָה In *planitiem*, Joſ. 18, 18. Plur. עֲרָבוֹת *Campeſtria*, *Planities*, Jer. 5, 6. Item *Nubes*, vel *Cœli*, ob analogiam, quæ intercedit inter campeſtres terræ locos, & inter ampliſſimam cœlorum planitiem, quam Deus pro lubitu quaſi permeat, Pſalm. 68, 5. In Statu Conſtr. בְּעַרְבוֹת מוֹאָב In *campeſtribus* Moabi, Num. 22, 1. Joſ. 13, 32.

עֲרֻבָּה f. *Sponſio*, Prov. 17, 18. Cum Suff. עֲרֻבָּתָם תִּקָּח *Arrham*, ſeu *vadimonium* ipſorum ſumes, 1. Sam. 17, 18. Sæpius non occurrit.

עֲרָבִים m. pl. *Salices*, quæ ab *amœnitate umbræ* nomen traxiſſe cenſentur, vel à voce עֲרָבָה *locum campeſtrem* denotante, quia in eo haud infrequentes eſſe ſolent. Occurrit Pſal. 137, 2. Jeſ. 15, 12. c. 64, 4. In Statu Conſtr. עַרְבֵי נַחַל *Salices* torrentis, Lev. 23, 40. Job. 40, 22. Sæpius non legitur.

מַעֲרָב m. *Occidens*, *cœli regio*, quæ ad *veſperam* ſpectat, Dan. 8, 5. item *Commercium*, *Negotiatio*. מַעֲרָבֵךְ *Commercium* tuum, *Negotiatio* tua, Ezech. 27, 13. 17. 25. 27. 34. לַמַּעֲרָב Ad *occidentem*, 1. Chron. 7, 28.

Digitized by Google

c. 12, 15. c. 26, 16. 18. מִמַּעֲרָב Ab *occidente*, Pſ. 75, 7. Pſ. 107, 50. Jeſ. 43, 5. Cum ה locali מַעֲרָבָה Verſus *occidentem*, 1. Chron. 26, 30. 2. Chr. 32, 30. c. 33, 14. Fœm. מִמַּעֲרָבָה Ab *occidente*, Jeſ. 45, 6. Plural. מַעֲרָבִים *Commercia.* Cum Suff. מַעֲרָבֵךְ *Commerciorum* tuorum, Ezech. 27, 33.

תַּעֲרֻבוֹת f. pl. *Sponſiones.* Bis occurrit 2. Chr. 25, 24. 2. Reg. 14, 14. בְּנֵי תַּעֲרֻבוֹת Filii *ſponſionis*, i. e. *obſides.*

עָרַג *Vociferatus eſt*, *Glocitavit.* Videtur deſignare *clamorem ex deſiderio anxio enatum.* Ter legitur in Fut. כְּאַיָּל תַּעֲרֹג עַל אֲפִיקֵי מָיִם כֵּן נַפְשִׁי תַעֲרֹג אֵלֶיךָ אֱלֹהִים Sicut cervus *glocitat* ſuper rivis aquarum: ita *vociferatur* anima mea ad te, ô Deus, Pſ. 42, 2. בַּהֲמוֹת שָׂדֶה תַּעֲרוֹג אֵלֶיךָ Beſtiæ agri, i. e. quævis beſtiarum agri *vociferatur* ad te, Joel. 1, 20.

עֲרוּגָה f. *Areola*, ſic dicta juxta Cel. Majum ab *adſcendendo*, quam ſignificationem Radix ערג apud Arabes & Æthiopes habet; eò quod *areolæ ſurgere & adſcendere* ſolent, ſie werden erhöhet/ Coccejus refert ad Radicem עָרַךְ *Ordinavit*, ג per alternationem cum כ permutatô, quia *areolæ* ſolent eſſe rite ordinatæ & pulchre diſpoſitæ. Sibi conſentientem habet Fœrſterum, qui ab *ordine* eam dictam ſcribit; Sicut *areolæ* aromatum ordine conſitæ & plantatæ ſunt in hortis: ideò arbitror pro עֲרוּכָה eſſe ſcriptum. In Statu Conſtr. כַּעֲרוּגַת הַבֹּשֶׂם Sicut *areola* aromatis, Cant. 5, 13. Plur. עֲרוּגוֹת *Areolæ*, Cant. 6, 2. עֲרֻגוֹת Ezech. 17, 7. 10.

עָרַד *Durus*, *Rigidus fuit*, apud Arabes. Inde apud Ebræos eſt

עָרוֹד m. *Onager*, Job. 39, 5. ab eô, quod *durus*, *rigidusque* eſt, ſic appellatur.

עָרָה *Nudavit ſe.* Imper. עֹרָה *Nuda* te, Jeſ. 32, 11. formâ petitâ à R. עור cum ה Paragogicô. Niphal נֶעֱרָה *Nudatus*, *Denudatus*, *Evacuatus*, *Effuſus eſt.* עַד־יֵעָרֶה עָלֵינוּ רוּחַ מִמָּרוֹם Donec *effundatur* ſuper nos ſpiritus ex alto, Jeſ. 32, 15. Fut. תֵּעוֹר *Nudabitur*, Hab. 3, 9. formâ ab עור mutuatâ. Piel עֵרָה *Nudavit*, *Retexit*, *Evacuavit*, *Deplevit*, *Effudit.* אַרְזָה עֵרָה Cedrum ejus *denudavit*, Zeph. 2, 14. Infin. עָרוֹת יְסוֹד *Denudando* fundamentum, Hab. 3, 13. Sed Jer. 51, 58. eſt עַרְעֵר תִּתְעַרְעָר *Nudando nudabitur*, prioribus duabus radicalibus duplicatis, & ultimâ abjectâ. Fut. אַל־תְּעַר נַפְשִׁי Ne *evacues* animam meam, h. e. ne animam meam prives ſuo bonô & lætitiâ, Pſal. 141, 8. pro תְּעָרֶה ultimâ radicali per Apocopen reſectâ. פָּתְהֵן יְעָרֶה Podicem earum *denudabit*, Jeſ. 3, 17. Hiphil הֶעֱרָה *Nudavit*, *Retexit*, Lev. 20, 8 19. Hithpael הִתְעָרָה *Nudavit ſe*, *Nudatus eſt*, *Viruit.* Futur. תִּתְעָרִי *Nudabis* te, Thr. 4, 21. תִּתְעַרְעָר *Nudabitur*, Jer. 51, 58. prioribus duabus radicalibus geminatis & ultimâ abjectâ. Partic. מִתְעָרֶה *Virens*, *Vireſcens*, Pſ. 37, 35.

1) Generatim *nudationem* importat, quacunque ratione *nudatio* fiat. Unde 2) ſpeciatim *α*) ſignificat *nudare*, ſive *propriè*, ubi res, quæ tectæ erant, vel tectæ eſſe debebant, nudantur & reteguntur, ut podex filiarum Zionis, Jeſ. 3, 17. pudenda mulieris, Lev. 20, 19. 20. ſive *impropriè & figuratè*, ubi 1) idem eſt ac *tollere*, e. g. clypeum è pariete, quem antea tegebat, Jeſ. 22, 6. 2) Valet *evertere penitus*, ut ſolum *nudum* relinquatur, & infima ejus pateant, Pſ. 137, 7. Jer. 51, 58. Hab. 3, 13. *β*) *Evacuare, & effundere*, quia *evacuando* vas aliave res nudatur, & res effuſa revelatur & apparet, vel etiam effundendo liquorem vaſa evacuantur. *Evacuandi* ſignificationem habet 1) *propriè*, Gen. 24, 20. ubi adhibetur de evacuatione *cadi* vel *ſitulæ*, 2. Chron. 24, 11. ubi uſurpatur de evacuatione *arcæ*, cum multum argenti ei ineſſet. 2) *Impropriè* & per *Metaphoram*, Pſal. 141, 8. dicitur de *animâ*, quæ *evacuatur*, quando *privatur curâ Dei, bonisque & donis gratioſè hactenus à Deo conceſſis*. *Effundendi* autem ſignificatum habet, Jeſ. 32, 15. ubi *Metaphoricè* deſignat *miraculoſam & largam effuſionem Spiritûs Sancti*, tempore N. T. futuram. *γ*) *Vireſcere*, quia viriditas arboris vel plantæ integritatem ejus innuit & *retegit*, ſuccique in ramos & folia virentia largam effuſionem importat, Pſ. 37, 35.

עֶרְוָה f. *Nuditas, Nudatio; Verenda, Pudenda, Turpitudo, Probrum.* בְּשַׂר עֶרְוָה Caro *nuditatis*, i. e. pudenda, Ex. 28, 42. גַּלּוֹת עֶרְוָה *Retegere nuditatem*, i. e. concumbere, Lev. 18, 6. 7. In Statu Conſtr. עֶרְוַת הָאָרֶץ *Nuditas* terræ, Gen. 42, 9. Cum Suff. לֹא־תְגַלֶּה עֶרְוָתֶךָ Non reteges *nuditatem* tuam, Exod. 20, 26. עֶרְוָתוֹ *Nuditas* ipſius, Lev. 20, 17.

1) Generatim notat *nuditatem*, quæcunque ſit. 2) Speciatim & *α*) *propriè* quidem notat *eam nuditatem*, quâ res, quæ tecta eſt, vel tecta eſſe debet, retegitur, & conſpicienda datur. *β*) *Impropriè*, & quidem 1) *Metaphoricè* deſignat tùm *privationem bonorum* tàm *ſpiritualium*, e. g. legis, cultus divini &c. Ezech. 16, 7. 22. quàm *corporalium*, Thren. 1, 8. Ezech. 23, 10. Hoſ. 2, 11. tùm *abſentiam munitionum terræ*, ubi terra munitionibus non eſt tecta, aut præſidiis firmata, quâ hoſtis facillimè penetrare queat, Gen. 42, 9. 12. 2) *Metaphoricè* notat *Verenda, Pudenda*, quæ nunquam nuda, ſed *tecta* eſſe debent, pudoris & honeſtatis cauſâ, tùm *viri*, Gen. 9, 22. 23. Exod. 20, 23. Lev. 18, 7. 8. c. 20, 17. tùm *fœminæ*, Lev. 18, 7. 9. 10. 11. &c. 3) *Metonymicè*, quia nuditas turpis eſt & dedecoroſa, cujus nos pudet, ideò etiam deſignat *turpitudinem & fœditatem*, transferturque ad *actiones turpes & fœdas*, Devt. 23, 15. c. 24, 1. Inde *nuditatem mulieris retegere*, eſt cum ea *concumbere*, Lev. 18, 18. 19. c. 20, 18.

עֶרְיָה f. *Nuditas, Denudatio.* עֶרְיָה תֵעוֹר קַשְׁתֶּךָ *Denudatione* denudabitur, Hab. 3, 8. עֵירֹם וְעֶרְיָה Nuditas & *denudatio*, i. e. omninò nuda, Ezech. 16, 7. 22. 39. c. 23, 29. עֶרְיָה בֹשֶׁת In *nuditate* & pudore, Mich. 1, 11.

עור

Digitized by Google

עוֹר m. *Cutis, Pellis*, à *nuditate* ſic dicta. כָּתְנוֹת עוֹר Tunicæ *pellis* i. e. pelliceæ, ex pelle confectæ, Gen. 3, 21. אֵזוֹר עוֹר אָזוּר בְּמָתְנָיו Cingulo *pellis*, i. e. pelliceo cinctus erat circa lumbos ſuos, 2. Reg. 1, 8. בְּעוֹר In *cute*. Lev. 13, 8. Cum Suff. עוֹרָם *Cutis* eorum, Mich. 3, 3. Plural. עוֹרוֹת *Pelles*, Gen. 27, 16. Exod. 26, 14. Cum Suff. עֹרֹתָם *Pelles* eorum, Lev. 16, 27.

עָרוֹת f. pl. *Papyri; Virentia, Graminata*, juxta interpretationem Ebræorum. Semel occurrit Jeſ. 19, 7.

עַרְעָר m. *Nudatiſſimus*, i. e. ab omni ope deſtitutus, ab omnibus derelictus, Pſal. 102, 18. item Jer. 17, 6. Aliis eſt *Myrica*, i. e. virgultum tenue, humile, fragile. Vid. Buxtorff. Lex.

עֲרוֹעֵר m. *Arbor nudata, ſolitaria*, Jer. 48, 6. Aliàs eſt nomen proprium loci.

מַעַר m. *Nuditas*, Nah. 3, 5. item *Cælatura*, quia cælando & exſculpendo res antea *tecta*, denudatur & retegitur, 1. Reg. 7, 36. Præterea non legitur.

מַעֲרֶה m. *Nuditas*; vel juxta Seb. Schmid. *Fovea*. Semel occurrit Jud. 20, 23. מִמַּעֲרֵה גָבַע E *foveâ* Gibeæ.

מְעָרָה f. *Spelunca; Foſſa*, quaſi locum *nudum* & evacuatum dicas, Gen. 19, 30. In Statu Conſtr. בִּמְעָרַת שָׂדֶה In *ſpelunca* agri, Gen. 23, 9. 19. הַמְעָרַת פָּרִצִים An *ſpelunca* latronum, Jer. 7, 11. Plur. מְעָרוֹת *Speluncæ*, Jud. 6, 2. Jeſ. 32, 14.

מְעוֹרִים m. pl. *Nuditates*. Cum Suff. מְעוֹרֵיהֶם *Nuditates* eorum, Hab. 2, 15. Sæpius non legitur; Habet autem formam à radice עור.

עָרַךְ *Ordinavit, Diſpoſuit, Aptavit, Struxit, Inſtruxit; Æſtimavit, Taxavit, Comparavit, Æquiparavit, Æquavit, par æſtimatus fuit*. וְעָרְכוּ עֵצִים Et *diſponent* ligna, Lev. 1, 7. עֲרֹךְ מִלְחָמָה *Diſponere* bellum, Jud. 20, 22. Fut. תַּעֲרֹךְ לְפָנַי שֻׁלְחָן *Diſpones* ante me menſam, Pſal. 23, 5. הֲיַעֲרֹךְ שׁוּעֲךָ Num *æſtimabit* divitias tuas, Job. 36, 19. לֹא יַעַרְכֶנָּה זָהָב Non *æquiparabitur* ei aurum, Job. 28, 17. וּמַה־דְּמוּת תַּעַרְכוּ לוֹ Et quam imaginem *comparabitis* cum eo? Jeſ. 40, 18. Partic. Paul עָרוּךְ *Ordinatus*, Jeſ. 30, 33. In Statu Conſtr. עֲרוּךְ מִלְחָמָה *Ordinatus* ad bellum, Joel. 2, 5. Hiphil הֶעֱרִיךְ *Æſtimavit, Taxavit*. הֶעֱרִיךְ אֶת־הָאָרֶץ *Taxabat* terram, 1. Reg. 23, 35. וְהֶעֱרִיכוֹ Et *æſtimabit* eum, Lev. 27, 14. Fut. יַעֲרִיךְ אֹתוֹ *Æſtimabit* eum, Lev. 27, 14. יַעֲרִיכֶנּוּ *Æſtimabit* eum, Lev. 27, 8.

1) Generatim *ordinationem* importat, ſive fiat *diſponendo*, ſive *æſtimando*, ſive *comparando*. 2) Speciatim α) notat *ordine ſuo res diſponere & inſtruere, unam alteri adaptare & conſociare*. In hac ſignificatione variis tribuitur rebus, nempe *aciei*, Jud. 20, 22. 1. Chron. 22, 33. 35. Jer. 6, 23. c. 50, 42. *aræ*, in qua ligna ordinatè collocanda, Gen. 22, 9. Lev.

Digitized by Google

Lev. 1, 7. & fruſta victimæ in eâ comburenda ordine diſponenda, Lev. 1, 8. 12. c. 6, 5. *menſæ, ejusque apparatui*, Exod. 40, 4. 23. Pſ. 23, 5. Pſ. 78, 19. Prov. 9, 2. Jeſ. 41, 5. Ez. 23, 41. *lucernis*, Lev. 24, 4. Pſ. 137, 17. *orationi*, Job. 42, 14. Pſ. 5, 4. Pſ. 5, 4. Pſ. 40, 6. β) Significat *æſtimavit* vel *taxavit*, quia res æſtimandæ juxta alias ordinantur. Ita legitur Lev. 27, 8. 12. 14. 2. Chr. 23, 35. Job. 28, 17. 19. c. 36, 19. γ) Notat *comparare, æquiparare*, quia in comparatione res non ſolum juxta ſe ordinantur, ſed etiam æſtimantur & taxantur. Sic occurrit Pſ. 89, 7. Jeſ. 40, 18.

עֵרֶךְ m. *Ordo, Ordinatio, Diſpoſitio; Æſtimatio.* וַיַּעֲרֹךְ עָלָיו עֵרֶךְ לֶחֶם Diſpoſuitque ſuper illâ *diſpoſitionem* panis, Exod. 40, 23. עֵרֶךְ בְּגָדִים *Diſpoſitionem* veſtium, Jud. 17, 10. Cum Suff. עֶרְכּוֹ *Diſpoſitio* ejus, Exod. 40, 4. כְּעֶרְכִּי Juxta æſtimationem meam, Pſal. 55, 14. עֶרְכְּךָ *Æſtimatio* tua, Lev. 27, 3. 4. 5. 7. 23. &c.

1) Generatim importat *ordinationem & conſtitutionem*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) infert *diſpoſitionem & conſtitutionem* exterius factam, qualis eſt *diſpoſitio* panum in menſa, Exod. 40, 4. 23. Veſtimentorum in cultu ſacro, Jud. 17, 10. β) Deſignat *ordinationem*, interius apud animum factam, quæ infert rei *æſtimationem*, ubi res cum pretio ſuo confertur, valorque rei aut perſonæ deſignatur. Ita legitur de *æſtimatione* animæ à voto per pecuniam redimendæ, Lev. 27, 3. ſeq. primogeniti, Num. 18, 16. incolarum ad contributionem pro ratione facultatum, 2. Reg. 23, 25. ſapientiæ, Job. 38, 13.

מַעֲרָכָה f. *Ordo, Aptatio, Acies, Series.* מַעֲרָכָה לִקְרַאת מַעֲרָכָה *Acies* contra aciem, 1. Sam. 17, 21. מִן הַמַּעֲרָכָה נַסְתִּי Ex *acie* fugi, 1. Sam. 4, 16. נֵרוֹת הַמַּעֲרָכָה Lucernæ *diſpoſitionis*, Ex. 39, 37. בַּמַּעֲרָכָה In *diſpoſitione*, Jud. 6, 26. Plur. שְׁתַּיִם מַעֲרָכוֹת Duo *ordines*, Lev. 24, 6. In Statu Conſtr. מַעַרְכוֹת יִשְׂרָאֵל *Ordines* Iſraelis, 1. Sam. 17, 10. 26. 37. In maſc. Stat. Conſtr. מַעַרְכֵי לֵב *Diſpoſitiones* cordis, Prov. 16, 1.

מַעֲרֶכֶת f. *Ordo, Diſpoſitio*, Lev. 24, 6. 7. 1. Chron. 9, 32. c. 23, 29. לֶחֶם מַעֲרֶכֶת Panis *diſpoſitionis*, Neh. 10, 34. 1. Chron. 9, 32. c. 23, 29.

עָרַל *Præputiavit, Præputium abſtulit.* וַעֲרַלְתֶּם עָרְלָתוֹ Et *præputiabitis* (i. e. auferetis) præputium ejus, Lev. 19, 13. ubi *Metaphoricè* notat *luxuriem arborum excutere*, Merc. Niphal Imper. וְהֵעָרֵל & *oſtende te præputiatum*, Hab. 2, 16. Præterea non occurrit.

עָרֵל m. *Præputiatus, Incircumciſus*, Exod. 12, 48. Jeſ. 52, 1. לְבָבָם הֶעָרֵל Cor eorum *præputiatum*, Lev. 26, 41. In Statu Conſtr. עֲרַל שְׂפָתַיִם *Præputiatus* labiis, Exod. 6, 12. Aliàs eſt etiam עֲרֵל Ezech. 44, 9. vocalibus longis in (..) mutatis, ut in כָּתֵף, cujus Satus Conſtr. eſt כֶּתֶף Num. 34, 11. Plural. עֲרֵלִים *Præputiati*, Lev. 19, 23. Joſ. 5, 7. In Statu Conſtr. עַרְלֵי לֵב *Præputiati* corde, Jer. 9, 26. Fœm. עֲרֵלָה אָזְנָם *Præputiata* eſt auris eorum, Jer. 6, 10.

1) Ge-

1) Generatim notat *Præputiatum* 2) Speciatim *α) propriè* notat *Præputiatum*, cujus glans in membro genitali pellicula quadam obducta eſt, Jud. 14, 3. c. 15, 18. 1. Sam. 14, 6. c. 31, 4. 2. Sam. 1, 20. 1. Chron. 10, 4. *β) Metaphoricè* transfertur ad *aures, labia & cor* &c. & deſignat, *quicquid gravat & impedimento eſt.* Inde 1) deſignat *impios, incredulos & profanos homines*, diciturque de iis *tùm abſolutè*, Jeſ. 52, 1. *tùm cum additô*; prout Jer. 9, 25. Ezech. 44, 9. dicuntur *præputiati corde.* Conf. Lev. 26, 41. ubi *cor* impiorum dicitur *incircumciſum*, ad ſignificandam eorum *malitiam, contumaciam, ſuperbiam & impœnitentiam.* Sed quando Jer. 6, 10. *auris improborum dicitur incircumciſa, præputiata*, innuitur, quod Prophetæ verbis externum & internum auditum denegent, & malitioſè ea reſpuant. 2) *Præputiatus labiis* notat *balbum*, Ex. 6, 12. 30.

עָרֵל m. *Præputiatus.* עֲרֵל־לֵב *Præputiatus* corde, Ezech. 44, 9. עֲרֵל בָּשָׂר *Præputiatus* carne, Ezech. 44, 9. Sed vide in עָרֵל

עָרְלָה f. *Præputium*, Gen. 44, 14. אֲשֶׁר לוֹ עָרְלָה Cui eſt *præputium*, Gen. 34, 14. In Statu Conſtr. עָרְלַת לְבַבְכֶם *Præputium* cordis veſtri, Devt. 10, 16. Cum Suff. עָרְלַתְכֶם *Præputium* veſtrum, Gen. 17, 11. בְּשַׂר עָרְלָתוֹ Caro *præputii* ejus, Gen. 17, 24. Plural. עֲרָלוֹת *Præputia*, Joſ. 5, 3. In Statu Conſtr. עָרְלוֹת לְבַבְכֶם *Præputia* cordis veſtri, Jer. 4, 4. Cum Suff. עָרְלוֹתֵיהֶם *Præputia* illorum, 1. Sam. 18, 22.

1) Generatim notat *Præputium*, quacunque ſumatur ratione. 2) Speciatim *α) propriè* notat *pelliculam*, quæ tegit glandem in membro virili, quam Deus in circumciſione amputandam præcepit, ut admoneret Iſraelitas *partim* adventûs Meſſiæ promiſſi ex Abrahæ poſteritate, etiamſi non carnali modo naſcituri; *partim* peccati originalis, per carnalem generationem propagati; *partim* regenerationis ſpiritualis, quæ per ipſam circumciſionem fiebat. *Propriè* occurrit Geneſ. 17, 11. 14. 24. 25. Lev. 12, 3. *β) Metaphoricè* 1) deſignat *cordis nativam & carnalem cæcitatem, malitiam atque perverſitatem*, Devt. 10, 16. Jer. 4, 4. 2) denotat *primi triennii fructus arborum novarum*, Lev. 19, 23. qui inſtar præputiorum abjiciendi.

עָרַם *Aſtu, Calliditate uſus fuit, Callidus eſt, Callidè egit. Coacervari, in cumulum tolli*, apud Syros. Infin. עָרוֹם יַעְרִם הוּא *Callidè agendo callidè agit*, i. e. callidiſſimè agit, 1. Sam. 23, 22. Niphal נֶעֱרַם *Coacervatus eſt.* נֶעֶרְמוּ מַיִם *Coacervata ſunt* aquæ, Exod. 15, 8. Hiphil הֶעֱרִים *Aſtutè, callidè prudenter egit, aſtu uſus eſt; Callidum, aſtutum fecit.* Fut. יַעְרִים *Callidus fiet, aget*, Prov. 15, 5. c. 19, 25. יַעֲרִימוּ סוֹד *Callidum fecerunt* conſilium, Pſal. 83, 4. Præterea non occurrit.

1) Generatim ſignificat *nudare*, quacunque ratione id fiat. 2) Speciatim *α)* notet *aſtutè, callidè vel etiam prudenter agere*; forte, quia Protoplaſti lapſu factô *nuditatem* ſuam ficulneis foliis callidè contegere labora-

borarunt; aut, quia corpora *nuda*, glabra & lævigata facilius ſe ab obſtaculis expedire queunt, ut moveantur, quocunque & utcunque velint. Adhibetur tùm in *bonam partem*, deſignans *providam curam & circumſpectionem laudabilem* in cunctis noſtris actionibus & conatibus, 1. Sam. 23, 22. Prov. 15, 5. c. 19, 25. tùm in *malam partem*, denotans *occultas & noxias machinationes improborum contra pios*, Pſal. 83, 4. β) *Coacervari*, forte, quia, quæ coacervantur, uti eminent, ita ſe quaſi *nuda* oſtentant, *nec tecta* ſunt iis, quorum altitudinem ſuperant. In hac ſignificatione ſemel legitur de coacervatione aquarum maris rubri, Exod. 15, 8.

עָרוּם m. *Aſtutus; Callidus*, à *denudatione* ſic dictus, quia juxta Ainsworthum id ſolent agere, qui rem aliquam alacriter & agiliter aggrediuntur. וְהַנָּחָשׁ הָיָה מִכֹּל חַיַּת הַשָּׂדֶה Et ſerpens erat *callidus* præ omni beſtia agri, Gen. 3, 1. Plur. עֲרוּמִים *Callidi, Aſtuti*, Job. 5, 12. c. 15, 5.

1) Generatim *callidum ac circumſpectum* denotat, tribuiturque tàm *hominibus*, quàm *brutis*. 2) Speciatim α) *homini* tributum, accipitur tum in *bonam*, tum in *malam partem*. In *bonam partem* acceptum, notat *hominem*, qui eſt *circumſpectus* in ſuis actionibus, ſtudiis ac conatibus, prudentem ac moderatum ſe gerit in faciendis vel omittendis, & eligit media bona & congrua ad aliquid obtinendum. Ita dicitur de *iis*, qui ſuam vitam attendunt, ut probè agatur, Prov. 14, 8. 15. Malum præſentiſcunt & in tempore effugiunt, Prov. 22, 3. c. 27, 15. omnibus bene prius deliberatis ac expenſis res ſuas peragunt, Prov. 13, 16. Conf. Prov. 14, 18. ſcientiam, quam habent, modeſtè occultant, Prov. 12, 24. Ignominiam ſibi ab alio illatam prudenter ac manſuete tegunt ac diſſimulant, Prov. 12, 16. In *malam* autem *partem* ſumtum, denotat *aſtutum ac fraudulentum*, qui occultis & noxiis machinationibus intentus eſt, & alium circumvenire meditatur, quicquid autem loquitur & agit, *aſtute & argute pingere* & poteſt & ſolet, Job. 5, 12. c. 15, 5. β) *Bruto* tribuitur Gen. 3, 1. ubi ſerpens callidior omnibus dicitur feris agri.

עָרוּם m. *Nudus*. עָרֹם יָצָתִי מִבֶּטֶן אִמִּי וְעָרֹם אָשׁוּב שָׁמָּה *Nudus* egreſſus ſum ex uterô matris meæ, & nudus revertar eò, Job. 1, 21. Plur. עֲרוּמִּים *Nudi*, Gen. 2, 25. וּבִגְדֵי עֲרוּמִּים תַּפְשִׁיט Veſtes *nudorum* exuis, h. e. *nudis veſtes*, quas habuerunt, exuis, & in causâ es, cur ita *nudè & laceris veſtibus* incedant, Job. 22, 6. Fœm. פֶּן אַפְשִׁיטֶנָּה עֲרֻמָּה Ne forte exuam *nudam*, Hoſ. 2, 5.

1) Generatim *nudum* denotat, ſive *nuditate totali*, ſive *partiali*, Gen. 2, 25. Job. 1, 21. ϐ) *Synecdochicè* notat 1) *nudum nuditate partiali*. Ita 1. Sam. 19, 24. Saul *nudus cecidiſſe* dicitur, i. e. in ſolô conſediſſe ſine pallio & togâ; ſimiliter Jeſaias *nudus ambulaſſe* dicitur, depoſitâ veſte exteriori, more eorum, qui in captivitatem rapiuntur, Jeſ. 20, 2. 3. Mich. 1, 8. 2) *Male veſtitum*, Job. 22, 6. c. 24, 10. Jeſ. 58, 7.

עָרֹם

עֵירֹם m. *Nudus; Nuditas.* בְּרָעָב וּבְצָמָא וּבְעֵירֹם In fame, & in ſiti, & in *nuditate*, Devt. 28, 48. וְעֵירֹם יְכַסֶּה־בָּגֶד Et *nudum* contegat veſte, Ezech. 18, 7. Plural. עֵירֻמִּם *Nudi*, Gen. 3, 7.

1) Generetim notat *nudum*, ſive in *concretô*, ſive in *abſtractô*. 2) Speciatim α) in *concretô* notat *nudum*, *quacunque nuditate*, & *propriè* quidem denotat *nudum nuditate totali*, Gen. 3, 10. 11. *Tropicè* autem 1) *Synecdochicè* notat *nudum nuditate partiali, & male veſtitum*, Ezech. 18, 7. 16. 2) *Metaphoricè* denotat *privatum bonis*, tùm *ſpiritualibus*, Ezech. 16, 7. 22. tùm *corporalibus*, Ezech. 16, 39. c. 23, 29. β) In *abſtractô* deſignat *nuditatem*, Devt. 28. 48.

עָרְמָה f. *Calliditas, Aſtutia.* Prov. 1, 4. בְּעָרְמָה In *calliditate*, i. e. callidè, Exod. 21, 14. בְּעָרְמָם In *aſtutia* ſua, Job. 5, 13. pro בְּעָרְמָתָם, literâ ת per Syncopen conciſâ, perinde ut in וְצוּרָם Et *figura*, *imago* ipſorum, pro צוּרָתָם, Pſ. 49, 15.

1) Generatim notat *quamcunque calliditatem* & *circumſpectionem*, accipiturque tàm in *bonam*, quàm in *malam partem*. Unde 2) ſpeciatim α) in *bonam* acceptum *partem*, notat *laudabilem circumſpectionem* & *providam curam in cunctis ſtudiis, conatibus & operibus*, ut facienda faciamus, omittenda caveamus, fraudesque ac machinationes improborum effugiamus, Prov. 1, 4. c. 8, 8. 12. β) In *malam* ſumtum *partem* notat *aſtutiam culpandam*, qualis eſt *homicidæ* proximum occidentis, Ex. 21, 14. *Gibeonitarum* cum Iſraelitis fœdus inire cupientium, Joſ. 9, 4. *prudentum hujus ſeculi*, Joſ. 5, 13.

עֲרֵמָה f. *Acervus.* Ruth. 3, 7. In Statu Conſtr. עֲרֵמַת חִטִּים *Acervus* triticorum, Cant. 7, 3. Plural. עֲרֵמוֹת *Acervi*. 2. Chr. 31, 7. וַיִּתְּנוּ עֲרֵמוֹת עֲרֵמוֹת Et dederunt *acervos, acervos*, i. e. *acervatim*, 2. Chron. 31, 6. In Statu Conſtr. מֵעֲרֵמוֹת הֶעָפָר Ex *acervis* pulveris, Neh. 3, 34. Maſc. עֲרֵמִים *Acervi*, Jer. 50, 26.

מַעֲרֻמִּים m. pl. *Nudi*. Semel occurrit cum מַעֲרֻמֵּיהֶם *Nudi* eorum, 2. Chron. 28, 15.

עַרְמוֹן m. *Platanus*; arbor, quæ facilè cortice *nudari* poteſt, Gen. 30, 39. Ezech. 31, 8.

ערס Radix ignota; inde ſupereſt

עֲרִיסוֹת f. pl. *Maſſæ*. Quater legitur. עֲרִיסֹתֵינוּ *Maſſæ* noſtræ, Neh. 10, 38. עֲרִסֹתֵיכֶם *Maſſæ* veſtræ, Num. 15, 20. 21. deficiente י

עֹרֶף m. *Cervix*. Exod. 23, 27. עַם קְשֵׁה עֹרֶף הוּא Populus durus *cervice* eſt, Exod. 32, 9. עָרְפּוֹ *Cervix* ipſius, 2. Chron. 36, 13. עָרְפָּם הִקְשׁוּ *Cervicem* ſuam indurarunt, Neh. 9, 29.

1) Generatim *cervicem* notat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *poſteriorem colli partem*, Lev. 5, 8. β) *Impropriè* & 1) quidem *Metaphoricè* eſt ſymbolum *contumaciæ, & protervia*, ubi homo à ſemel probatâ viâ ſeu ratione vivendi ſe flecti & abduci renuit, & ſe inſtar jumenti vel equi indo-

indomiti gerit, qui nimium ferociens, non patitur frenis ſuam cervicem huc & illuc, quò ſeſſor vult, flecti, ſed pro ſuô progreditur lubitu, haud aliter, ac ſi cervix careret vertebris, vel penitus eſſet ferrea, ut alio inclinari non poſſit, Exod. 32, 9. c. 33, 3. Devt. 9, 6. 13. c. 31, 27. 2.Reg. 17, 14. 2.Chron. 30, 8. c. 36, 13. Neh. 9, 17. 29. Prov 29, 1. Jeſ. 48, 4. Jer. 7, 26. c. 19, 15. conf. Jer. 2, 27. c. 32, 33. ubi *Judæi* dicuntur Deo *cervicem vertiſſe*, quando ei noluerunt obedire, eumque malitioſè deſeruerunt. Unde etiam Deus Jer. 18, 17. iis comminatus eſt, ſe iis quoque *cervicem obvertere & oſtendere* velle, h. e. *ſe nolle eos invocantes & opem divinam expetentes reſpicere, & à præſentiſſimis malis liberare.* 2) *Metonymicè cervix obverſa hoſti* eſt *ſignum fugæ*, quia omnis fugiens hoſti inſequenti cervicem ſuam obvertit, Ex. 23, 27. Joſ. 7, 8. 12. Jer. 49, 8.

עָרַף *Decollavit*, *Decervicavit*, item *Stillavit.* עֲרַפְתּוֹ *Decervicabis, decollabis* ipſum, Exod. 13, 13. c. 34, 20. וְעָרְפוּ Et *decollabunt*, Devt. 21, 4. Fut. יַעֲרֹף *Diruet*, Hoſ. 10, 2. *Stillabit*, Devt. 32, 2. שָׁמָיו יַעַרְפוּ טָל Cœli ejus *ſtillabunt* ros, Devt. 33, 28.

1) Generatim juxta Aben-Eſram ad Devt. 32, 2. ad ſignificatum יָרַד ſeu *deſcendendi* ſpectat. Sed 2) ſpeciatim α) ſignificationem *decollandi* ſeu *decervicandi* obtinet, & *propriis* dicitur de *animalibus*, quorum cervices amputantur, Exod. 13, 13. c. 34, 20. Devt. 21, 4. Jeſ. 66, 3. *Metaphoricè* autem dicitur de *altaribus*, quibus cervices & cornua tribuuntur, & idem eſt ac *deſtruere, diruere*, Hoſ. 10, 2. β) Notat *ſtillare, deſtillare*, non ſolum quia cervice cæsâ *deſtillat ſanguis*, ſed etiam *deſtillatio* per *deſcenſum* fieri ſolet, Devt. 23, 2. c. 33, 28.

עֲרִיפִים m. pl. *Ruinæ*, ex ſignificatione verbi, Hoſ. 10, 2. Semel occurrit cum Suff. Jeſ. 5, 30. בַּעֲרִיפֶיהָ In *ruinis* ejus.

עֲרָפֶל m. *Caligo.* יְהוָה אָמַר לִשְׁכֹּן בָּעֲרָפֶל Dominus dixit ſe habitaturum in *caligine*, 1.Reg. 8, 12. נִגַּשׁ אֶל־הָעֲרָפֶל Acceſſit ad *caliginem*, Exod. 20, 18.

1) Generatim notat *quamcunque caliginem.* 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *caliginem craſſiorem & denſiorem.* Ita dicitur de *caligine*, *mari* ante creationem lucis incumbente, Job. 38, 9. de *caligine* circa montem Sinai in majeſtatico Dei deſcenſu conſtitutâ, Exod. 20, 21. Devt. 4, 11. & circa ſolium Dei viſâ, occultandæ ejus majeſtatis causâ, inſtar aulæorum, quibus Magnates hujus ſeculi tegi ſolent, ne cuivis ipſorum pateat conſpectus, Pſal. 97, 2. 1.Chron. 8, 12. Vid. Pſal. 18, 10. β) *Metaphoricè* 1) prout *lux* figuratè *proſperitatem* & *gaudium* deſignat: Ita *caligo* notat *quævis mala*, *varias ærumnas*, *& indè enatam triſtitiam & mœrorem*, Jer. 13, 16. Ezech. 34, 12. Joel. 2, 2. Zeph. 1, 15. γ) Denotat *ignorantiam Dei & errores in doctrinâ fidei*, Jeſ. 60, 2.

עָרַץ *Violentiâ uſus eſt*, *violenter exagitavit*, *Confregit vel Contrivit*, *fortem aut violentum ſe exhibuit*; *Expavit*, *Conſternatus fuit*, *Terruit*,

Digitized by Google

Terrorem incuſſit. Infin. לַעֲרֹץ הָאָרֶץ Ad *terrendam* terram, Jeſ. 2, 19. Fut. אֶעֱרוֹץ *Violentiâ uſus* ſim, Job. 31, 34. לֹא־תַעֲרֹץ מִפְּנֵיהֶם Ne *expaveſcas* propter ipſos, Devt. 7, 21. אוּלַי תַּעֲרוֹצִי Fortaſſe *terribilis* fies, Jeſ. 47, 12. Niphal Particip. נַעֲרָץ *Terribilis, Formidabilis,* Pſal. 89, 8. Hiphil הֶעֱרִיץ *Formidavit, Timuit.* Fut. וְלֹא תַעֲרִיצוּ Et ne *formidetis*, Jeſ. 8, 12. וְאֶת־אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל יַעֲרִיצוּ Et Deum Iſraelis *timebunt*, Jeſ. 29, 23.

1) Generatim importat *vim & potentiam cum formidine & terrore*. Unde 2) ſpeciatim *α*) ſignificat *vi* vel *violenter ejicere, propellere*, e.g. folium Job. 13, 25. violentiam exercere, Pſ. 10, 18. *β*) Quia vis & potentia *cauſa timoris & terroris* eſſe ſolet, hinc ſæpius, maximè ſequente מִן, deſignat *timorem* vel *terrorem*, & nunc idem eſt ac *timere, formidare, expaveſcere* coram hoſtibus, Devt. 1, 29. c. 7, 21. c. 20, 3. c. 31, 6. Joſ. 1, 9. Jeſ. 8, 12. *timere ac revereri Deum*, Jeſ. 29, 20. nunc valet *terrere, perterrefacere, timorem incutere*, Jeſ. 2, 19. 21. Nunc idem eſt ac *formidabilem, terribilem eſſe*. Ita dicitur de *DEO*, qui *formidabilis* eſt, non ſolum ob potentiam, cui nemo poteſt reſiſtere, ſed etiam ob ſanctitatem, cui nemo poteſt ſatisfacere, & ob ſapientiam, quam nemo poteſt explicare, Pſal. 89, 8. de *Babele*, Jeſ. 47, 12.

עָרִיץ m. *Validus, Violentus; Tyrannus, Formidabilis.* רָשָׁע עָרִיץ Impius *violentus*, Pſal. 37, 35. Plur. עָרִיצִים *Validi, Violenti, Formidabiles.* עָרִיצִים בִּקְשׁוּ נַפְשִׁי *Violenti* quærunt animam meam, Pſal. 86, 14 Pſal. 54, 5. In Statu Conſtr. עָרִיצֵי גוֹיִם *Violenti* gentium, Ezech. 28, 7.

1) Generatim notat *validum*. 2) Speciatim *α*) notat *eum*, qui *viribus* præ aliis pollet, & ideò aliis *formidabilis* eſt. Ita dicitur de *DEO*, Jer. 20, 11. *β*) Significat *eum*, qui cum vi & potentiâ violentiam iniquam jungit, tyrannicè aliis ſua rapit, rapta retinet, pluribusque rapiendis inhiat. Ita dicitur de quærentibus innocentium animam, Pſal. 54, 5. Pſal. 86, 14. florentibus impiis inſtar lauri, Pſal. 37, 35. violentis gentibus. Jeſ. 25, 3. Ezech. 28, 7. c. 30, 11. item de iis, è quorum manu non facilè quid eripitur, Job. 6, 23. Jeſ. 49, 28. Jer. 15, 21.

עָרוּץ m. *Fiſſura, locus tremendus.* Semel legitur, Job. 30, 6.

מַעֲרִיץ m. *Pavor, Terror;* Semel occurrit cum Suff. מַעֲרִיצְכֶם *Terror* veſter, Jeſ. 8, 13.

מַעֲרָצָה f. *Violentia.* Occurrit ſaltem Jeſ. 10, 33.

עָרַק *Fugit.* Legitur tantum Particip. הָעֹרְקִים *Fugientes*, Job. 30, 3.

עֹרְקִים m. pl. *Arteriæ* à *fugiendo* ſic dictæ, quia per eas *fugit* ſanguis à corde ad extrema; Semel legitur cum Suffixo עֹרְקַי *Arteriæ* meæ, Job. 30, 17.

ערר Radix non legitur; inde uſitatum eſt

עֲרִירִי

עֲרִירִי m. Ἄτεκνος, *ſine prole, Sterilis, Solitarius*, Gen. 15, 2. Jer. 22, 30. Plur. עֲרִירִים Ἄτεκνοι, *Steriles, Solitarii*, Lev. 20, 20.

עַרְעֵר *Nudavit*, & עַרְעָר *Nudatiſſimus, Myrica*, vide ſupra in עָרָה *Nudatus fuit.*

עָרַשׂ *Lecto inſtruxit domum*, apud Arabes. Hinc eſt

עֶרֶשׂ *Lectus, Sponda.* עֶרֶשׂ בַּרְזֶל *Lectus* ferri, i. e. ferreus, Devt. 3, 11. Cum Suff. עַרְשִׂי *Lectus* meus, Pſal. 6, 7. עַרְשֵׂנוּ *Lectus* noſter, Cant. 1, 16.

1) Generatim notat *lectum*. 2) Speciatim α) *propriè* juxta Celeb. Majum notat *tegumentum* die Ober-Decke / das Ober-Bette / quo differt à מִטָּה quod *reclinatorium*, & à יָצוּעַ, quod *ſtratum* denotat, Pſal. 6, 7. β) *Impropriè*, & quidem 1) *Synecdochicè* deſignat *totum lectum*, Prov. 7, 16. Job. 7, 13. Am. 3, 12. Pſal. 41, 4. 2) *Metonymicè ſpondam*, qualis erat ſponda ferrea Ogi, Devt. 3, 11. Conf. Pſal. 132, 3. 3) *Metaphoricè* Cant. 1, 16. notat *cœtum Eccleſiæ non ſterilem*, ubi generantur filii filiæque ſpirituales.

עָשַׁב *Herbam*, vel *pabulum viride produxit*, apud Arabes. Inde eſt apud Ebræos.

עֵשֶׂב m. *Herba*, eaque *adulta*. עֵשֶׂב שָׂדֶה *Herba* agri, Jeſ. 37, 27. כָּעֵשֶׂב אִיבָשׁ Sicut *herba* areſco, Pſ. 102, 12. Cum Suff. עֶשְׂבָּם *Herba* ipſorum, Jeſ. 42, 15. Plur. in Statu Conſtr. עִשְּׂבוֹת *Herbæ*, Prov. 27, 25.

1) Generatim notat *herbam*, ſive ſata fuerit *manu* hominis, ſive *caſu* ſeminis proprii propullulaverit. 2) Speciatim notat α) *herbam ſponte natam*, *caſu ſeminis proprii*, Gen. 1, 11. 12. 29. Prov. 27, 25. Am. 7, 2. β) *Herbam culturâ hominis natam*, Pſal. 104, 14.

עָשָׂה *Fecit, Effecit*; *Paravit, Apparavit*; *Acquiſivit, Comparavit*; *Magnifecit, Magnificavit*; *Curavit, Aptavit*; *Confecit, Subegit, Compreſſit.* בִּדְמוּת אֱלֹהִים עָשָׂה אֹתוֹ In ſimilitudine Dei *fecit* eum, Gen. 5, 1. וְעָשָׂה מִשְׁפָּט וּצְדָקָה Et *fecit* judicium & juſtitiam, Jer. 33, 15. עָשְׂתָה נְבָלָה *Fecit* ſtultitiam, Devt. 22, 21. Sed Levit. 25, 21. eſt עָשָׂת, Affirmativô ה in ת mutatô, &, quia hinc nullum confuſionis periculum metuendum eſt, tertiâ raticali ſublatâ, perinde ut in הָגְלָתָה pro הָגְלָת *Deportata fuit*, Jer. 13, 19. רוּחַ אֵל עָשָׂתְנִי Spiritus Dei *fecit* me, Job. 33, 4. עֲשִׂיתִם *Fecit* eos, Jeſ. 48, 5. עָשִׂיתִי *Feci*, Gen. 8, 21. וְאֶת־הַנֶּפֶשׁ אֲשֶׁר־עָשׂוּ Et animam, *quam acquiſiverant*, Gen. 12, 5. הֶעָשׂוּ Quam *fecerunt*, Job. 41, 24. Infin. עֲשׂוֹת *Facere*, 1. Sam. 26, 25. Sed Gen. 31, 28. eſt עֲשׂוֹ & Gen. 2, 4. עֲשׂוֹת *Facere.* בָּרָא אֱלֹהִים לַעֲשׂוֹת Creavit Deus *faciendo*, Gen. 2, 3. Part. עֹשֶׂה *Faciens*, Exod. 20, 6. עָשׂוּי *Factus*, Ezech. 40, 17. עֲשׂוּיָה Facta, Ez. 21, 2. Fut. אֶעֱשֶׂה Faciam, Gen. 2, 18. וָאֶעֱשֶׂה Et *feci*, Ez. 20, 14. Sed Devt. 10, 3. eſt וָאַעַשׂ Et *feci*. תַּעֲשֶׂה *Facies*.

 Gen.

Digitized by Google

Gen. 26, 29. וְאַל־תַּעַשׂ לוֹ מְאוּמָה Et ne *facias* ei quicquam, Gen. 22, 12. ה per Apocopen reſectô. תַּעֲשֶׂנּוּ *Facies* illud, Ex. 28, 15. יַעֲשֶׂה *Faciet*, 2. Reg. 6, 31. & per Apocopen יַעַשׂ 2.Sam. 2, 6. יַעֲשׂוּהָ *Facient* illud, Mich. 2. 1. Niphal נַעֲשָׂה *Factum eſt*, Lev. 7, 9. בִּדְבַר יְהוָה שָׁמַיִם נַעֲשׂוּ Per verbum Domini cœli *facti* ſunt, Pſal. 33, 6. Partic. נַעֲשֶׂה *Factum, Paratum*, Neh. 5, 18. הַתּוֹעֵבוֹת הַנַּעֲשׂוֹת Abominationes, *quæ fiunt*, Ezech. 9, 4. Infin. לְהֵעָשׂוֹת Ut *fieret*, Eſth. 9, 1. בְּיוֹם הֵעָשׂוֹתוֹ In die *fieri* illud, i. e. in die, quo *fiet* illud, Zach. 43, 18. Fut. לֹא יֵעָשֶׂה כֵן בִּמְקוֹמֵנוּ Non *fieri ſolet* ita in locô hoc, Geneſ. 29, 26. תֵּעָשֶׂה מְלָאכָה *Fiet* opus, Exod. 35, 2. Sed Exod. 25, 31. eſt תֵּיעָשֶׂה litera י per Epenthesin inſitâ. וַתֵּעָשׂ Et *fiet*, per Apocopen literæ ה, Eſth. 5, 6. מַעֲשִׂים אֲשֶׁר לֹא יֵעָשׂוּ Opera, quæ non *fieri* ſolent, Gen. 20, 9. Piel עִשָּׂה *Agere fecit.* עִשּׂוּ דַּדֵּי בְתוּלֵיהֶן *Fecerunt* (adulteri) ut mammæ virginitatis earum agerent, Ezech. 23, 3. 8. ſeſe commovendo, in contentione libidinis æſtuantes, & pectoris anheli reciprocationem ſequentes. Vid. Guſſetius in h. l. Pual עֻשָּׂה *Factus eſt.* עֻשֵּׂיתִי *Factus ſum*, Pſal. 139, 15.

1) Generatim notat *facere*, quæ ſignificatio pro varietate circumſtantiarum in varios, eosque quàm plurimos ſignificandi modos abit. Mercerus inquit: Hoc verbo innuitur *effectio*, quâ aliquid exiſtit *reipſa*, vel in *alio ſtatu*, quàm fuerat. Unde 2) ſpeciatim α) deſignat *rei effectionem*, ſive res ſit *opus divinum*, ſive *humanum*. Si *res efficienda* vel *effecta* ſit *opus divinum*, tunc idem eſt ac *creare*, Gen. 1, 7. 16. 25. c. 2, 2. 3. 4. Exod. 20, 11. Sin verò *res efficienda* ſit *opus humanum*, tunc idem eſt ac *facere*, e. g. naves 2. Chron. 20, 36. lateres, Exod. 5, 8. opus, Exod. 20, 9. vel *concinnare*, e. g. ſimulacrum, Jud. 17, 4. conf. Exod. 32, 4. Jeſ. 46, 6. vaſa, 2. Chron. 4, 19. β) Notat abſolutè *operari* vel *laborare*, Exod. 31, 5. Ruth. 2, 19. Neh. 4, 15. aut *occupatum eſſe in re*, Exod. 5, 9. 1. Reg. 20, 40. γ) Deſignat *operis antiqui & dudum facti reparationem & reſtaurationem*, 2. Reg. 12, 11. δ) Importat *expeditionem* tùm *negotiorum prudentem*, Prov. 13, 16. ac decentem, Prov. 21, 25. tum bellicam fortem & ſtrenuam, Num. 24, 18. 1. Sam. 14, 48. Pſal. 60, 14. Pſal. 108, 14. ε) Denotat *exercitium* tùm *virtutis* e. g. juſtitiæ, Pſ. 106, 3. ſtrenuitatis, Prov. 31, 29. benignitatis & æquitatis, Jer. 9, 24. tùm *vitii*, e. g. mendacii confićti, 2. Sam. 18, 13. ſceleris, Dan. 11, 23. ζ) Significat *executionem mandati*, ſive hoc ſit *humanum*, Eſth. 9, 1. ſive *divinum*, Devt. 15, 5. Huc refer *obſervationem* tùm *præceptorum*, Lev. 20, 22. Devt. 27. 26. tùm *fœderis*, 2. Chron. 34, 31. Jer. 11, 8. η) Importat *fructuum productionem*, tàm *eorum*, quos terra facit, Gen. 41, 45. Pſal. 107, 37. Hab. 3, 17. quàm *illorum*, quos arbor fert, Gen. 1, 10. 11. unde commodè reddi poteſt *producere, proferre.* θ) Deſignat *vocationem ad munus aliquod obeundum*, ut idem ſit, ac *ordinare, conſtituere* &c. 1. Sam. 12, 6. 1. Reg. 12, 31. 2. Chron. 13, 9.

13, 9. c. 33, 6. ι) Dicitur de *rerum acquiſitione*, ut idem ſit, ac *ſuo labore, curâ atque diligentiâ acquirere, comparare, lucrari.* Ita dicitur de *acquiſitione* opum & facultatum, Gen. 30. c. 31, 1. Devt. 8, 17. 18. Jer. 17, 11. Ez. 28, 4. ſervorum, Gen. 12, 5. famæ, Gen. 11, 4. κ) Deſignat *rei mutationem ad novum eſſe, ſtatum* vel *uſum*, Gen. 12, 2. Num. 11, 8. Hoſ. 2, 8. Jer. 37, 15. λ) Notat *feſti celebrationem*, Devt. 5, 15, c. 16, 10. Joſ. 5, 10. Eſth. 9, 27, 28. μ) Significat *parare in cibum*, Gen. 18, 7. 8. Exod. 12, 16. 2 Sam. 12, 4. ν) Idem eſt ac in *cauſa eſſe*, vel *efficere moraliter, ut aliquid fiat alicui*, Jer. 2, 18. c. 4, 18. ο) Habet notionem *ſacrificandi*, Exod. 10, 25. Pſ. 66, 15. vel *parandi* ſacrificium, 1. Reg. 18, 23. Jud. 6, 19. Conf. Num. 6, 17. π) Deſignat *ſtudium*, quod alicui rei impenditur, notatque *rei alicui operari, operam dare, ſtudere* e.g. mendacio, Jer. 8, 8.

מַעֲשֶׂה m. *Factum*, *Opus*, *Opificium.* אַנְשֵׁי מַעֲשֶׂה Viri *operis*, i. e. operarii, Job. 37, 7. הַמַּעֲשֶׂה אֲשֶׁר יַעֲשׂוּן *Opus*, quod facient, Exod. 18, 20. In Statu Conſtr. מַעֲשֵׂה אֱלֹהִים *Opus* Dei, Exod. 32, 16. Cum Suff. מַעֲשֵׂהוּ *Opus* ejus, Jud. 19, 16. Plur. מַעֲשִׂים *Opera*, *Facta*. מַעֲשִׂים אֲשֶׁר לֹא יֵעָשׂוּ *Opera*, quæ non fieri debent, Gen. 20, 9. In Statu Conſtr. מַעֲשֵׂי יְהוָה *Opera* Domini, Pſ. 107, 24. Cum Suff. שֵׁשֶׁת יָמִים תַּעֲשֶׂה מַעֲשֶׂיךָ Sex diebus facies *opera* tua, Exod. 23, 12. מַה־נּוֹרָא מַעֲשֶׂיךָ Quàm formidabile eſt quodlibet *operum* tuorum, Pſalm. 66, 3. יִשְׂמַח הָאָדָם בְּמַעֲשָׂיו Lætetur homo in *operibus ſuis*, Eccl. 3, 22.

I) Generatim notat *opus*, ſive ſit *bonum*, ſive ſit *malum*, ſive *utile*, ſive *noxium*, comprehenditque ſub ſuo ambitu *omnia facta, dicta, conatus, actiones ac ſtudia*, prout videre eſt ex Pſ. 33, 15. Eccl. 12, 14. II) Speciatim 1) notat *rem*, quæ à faciente *producitur* vel *acquiritur*, vel circa quam agens *verſatur* & *occupatum eſt*, ſive faciens ſeu agens ſit *Deus*, ſive *homo*. Unde α) notat *opus Dei*, idque 1) *abſolutè*, deſignans *in genere omne id, quod Deus efficit creando, conſervando, gubernando ac diſponendo*, Pſ. 86, 8. Pſ. 92, 6. Pſ. 104, 24. Pſ. 107, 24. Pſ. 139, 14. & quô Deus ſe conſpiciendum præbet in naturâ & Eccleſia, Pſal. 92, 5. omnes creaturas, Pſalm. 104, 31. Pſ. 107, 22. Pſ. 145, 9. ſpeciatim autem *cœlum*, Pſ. 104, 13. opera & beneficia exhibita Davidi, Pſal. 118, 17. Pſal. 138, 8. & Iſraelitis, tum ex Ægypto per deſertum in terram promiſſam eductis, Exod. 34, 10. Joſ. 24, 31. Jud. 2, 7. Pſ. 106, 13. tum ex Captivitate Babylonica reducibus, Jer. 51, 10. caſtigationes ac ſevera judicia, Pſ. 66, 3. Jeſ. 10, 12. 2) *Cum additô*, *opus manuum* vel *digitorum Dei* in genere notat *omne id*, quod Deus *ſuâ potentiâ*, cujus ſymbolum manus & digiti Dei *per Metaphoram* eſſe ſolent, operatur & facit, Pſ. 111, 7. omnesque creaturas, Pſ. 8, 7. ſpeciatim autem cœlum cum ſtellis, Pſ. 8, 4. Pſ. 19, 2. Pſ. 102, 26. beneficia, Davidi exhibita, Pſ. 138, 8. β) Notat opus *hominis*, idque vel abſolute, Jeſ. 29, 16. 1. Reg. 13, 11. vel *cum addito*, 1) *opus manuum*, in genere deſignat,

Digitized by Google

quicquid homo operatur, & efficit, Pſal. 90, 17, *in ſpecie* autem *idolum*, Devt. 4, 28. Pſ. 115, 4. Pſ. 135, 15. Jeſ. 2, 8. Jer. 1, 7. c. 10, 3. 9. c. 25, 6. c. 32, 30. quod Jer. 10, 15. c. 51, 18. dicitur *opus errorum*, quia ab erroneâ & corruptâ in rebus ſpiritualibus & divinis mente humana proficiſcitur; item *cultum* idolis ſuffiendo præſtitum, Jer. 44, 6. 2) *Opus ex agro*, notat *fruges agri* labore & operâ paratas, Exod. 23, 16. γ) Notat *id, quod operâ hominis acquiritur, & circa quod labor hominis occupatus eſt*, nempe *pecora* & *rem familiarem*, Gen. 33, 14. 1. Sam. 25, 2. 2) Notat *actionem* vel *operationem*, per quam res fit, comparatur & acquiritur, ſive ſit *actio & operatio Dei*, ſive *hominis*. *Deo* tributum deſignat in ſcripturâ *ordinationem lætorum ac triſtium, providentiæ divinæ indicem*, Prov. 7, 13. *Homini* autem aſſignatum deſignat α) *quascunque hominis actiones* & *negotia*, quæ expedire *vel* expedit, *vel* neceſſe eſt, Prov. 16, 3. quibus Deus benedicit, Devt. 2, 7. Job. 1, 10. & felices ſucceſſus largitur, 2. Chron. 32, 30. item *actiones laudabiles* matris familiâs, Prov. 31, 31. & utiles Davidis actiones & conatus, 1. Sam. 19, 4. β) *Actiones hominis*, tum *bonas*, quas Deus mandat, Exod. 18, 20. tùm *malas* à Deo vetitas, Jeſ. 59, 6. quibus *homo* immundus redditur, Pſalm. 106, 39. & *Deus* irritatur, 2. Chron. 34, 25. quasque Deus graviſſimè punit, Eſr. 9, 13. Jer. 7, 13, 14. γ) *Labores hominis moleſtos*, Gen. 8, 29. Exod. 5, 4. Confer. Jud, 19, 16. δ) *Functionem & vitæ genus*, Gewerbe / Handthierung / &c. Gen. 46, 30, c. 47, 3. 3) Involvit tàm *actionem & negotium*, quàm *rem actione acquiſitam & comparatam*, nempe *opes & facultates*, Eccl. 5, 5. 4) Per *Metonymiam cauſæ*, & quidem α) *exemplaris*, notat tùm *ideam* ſeu *formam*, Exod. 27, 4. c. 28, 15. Num. 8, 4. 1. Reg. 7, 28. tum *morem & conſuetudinem*, Lev. 18, 13. β) *cauſæ efficientis*, deſignat *effectum*, Jeſ. 32, 17. *præmium*, Eccl. 8, 14. vel *pœnam*, Eccl. 8, 14. quæ opus vel actionem ſequuntur. Confer. Pſ. 62, 13. Eccl. 12. v. ult. ubi Deus dicitur rependere cuique ſecundum *opus* ſuum, ita ut *opus malum* ſequatur *damnum atque pœna*, *opus bonum* autem *præmium*, etiamſi ex merâ bonitate atque gratia.

עֵשָׂו *Eſavus*; Deducitur à Clerico ad Gen. 25, 25. ex Arab. عشا, quod *cilicium villoſum, ex pilis cameli conſtans*, ſignificat. Sed celeb. Majus deducit hoc nomen ex radice Arab. عسى, prout notat *obſcurum eſſe, conſeneſcere*, ut עֵשָׂו idem ſit ac ein ſchwartzer Haarichter Kerl / qui pilis undique inſtructus eſt. 1) Notat *primogenitum Iſaaci filium*, Gen. 25, 25. 2) *Metonymicè Eſavi poſteritatem*, Mal. 1, 2. 3.

עָשַׁן *Fumavit.* וְהַר סִינַי עָשַׁן כֻּלּוֹ Et mons Sinai *fumabat* totus, Exod. 19, 18. עָשַׁנְתָּ *Fumaſti*, Pſ. 80, 5. Fut. יֶעְשַׁן אַף יְהוָה *Fumabit* ira Domini, Devt. 29, 20. Confer. Pſal. 74, 1. וְיֶעֱשָׁנוּ Et *fumant*, Pſ. 104, 32. Pſ. 144, 5. Amplius non legitur.

1) Generatim *fumandi* notionem habet. 2) Speciatim α) *propriè* notat

notat *fumum emittere*, ut mons Sinai fumigaſſe dicitur, Exod. 19, 18. β) *Figurate* 1) denotat *iraſci*, quia irati incensâ cholerâ veluti fumum naribus ſpirare videntur, Pſ. 80, 5. Inde voci *ira* additum, deſignat *manifeſta iræ divinæ ſigna*, Devt. 29, 20. Pſ. 74, 1. prout fumus certiſſimum ignis indicium eſſe ſolet. 2) Eſt ſymbolum *omnipotentiæ divinæ*, Pſal. 104, 32. Pſ. 144, 5.

עָשֵׁן m. *Fumans*. Bis occurrit. הָהָר עָשֵׁן Mons *fumans*, Exod. 20, 18. Plur. הָאוּדִים הָעֲשֵׁנִים Titiones *fumigantes*, Jeſ. 7, 4.

עָשָׁן m. *Fumus*. תַּנּוּר עָשָׁן Furnus *fumi*, i.e. fumigans, Gen. 15, 17. עָלָה עָשָׁן Adſcendit *fumus*, 2. Sam. 22, 9. מַשְׂאַת הֶעָשָׁן מִן הָעִיר Elatio fumi de urbe, Jud. 20, 38. In Statu Conſtr. עָלָה עֲשַׁן הָעִיר הַשָּׁמַיְמָה Adſcendit *fumus* urbis verſus cœlum, Joſ. 8, 20. Cum Suff. יַעֲלֶה עֲשָׁנָהּ Adſcendet *fumus* ejus, Jeſ. 34, 10.

1) Generatim *fumum* notat. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *fumum*, qui ignis *effectus* eſt, ſurſum tendens, quique ab aere facilè diſpellitur, Jud. 20, 40. Pſ. 68, 3. β) *Metaphorice* eſt *indicium* 1) *iræ divinæ*, 2. Sam. 22, 9. Pſ. 18, 9. 2) *præſentiæ divinæ*, ſe objectâ fumi ſpecie occultantis, Jeſ. 6, 4. 3) *evaneſcentiæ & interitûs*, Pſal. 37, 20, Pſal. 68, 3. Pſ. 102, 4. Jeſ. 51, 6. Hoſ. 13, 3. 4) *rei noxiæ*, Prov. 10, 26. 5) *calamitatum, ærumnarum* & *infortuniorum*, Jeſ. 14, 11. vel c. 15, 4.

עָשָׁן m. *Fumus*. Semel legitur Exod. 19, 18.

עָשַׁק *Oppreſſit, vi, injuria vel dolo; Fraudavit, Fraudem fecit, Fraude vel oppreſſione detinuit.* עָשַׁק אֶת־עֲמִיתוֹ *Defraudavit* proximum ſuum, Lev. 5, 21. עָשְׁקָה לִּי *Opprimit* me, Jeſ. 38, 14. וְאֶת־עָשַׁקְתִּי Et quem *oppreſſi*, 1. Sam. 12, 3. Part. עוֹשֵׁק *Opprimens*, Pſalm. 72, 4. וּבְעֹשְׁקֵי שְׂכַר שָׂכִיר Et *vi detinentes* mercedem mercenarii, Mal. 3, 5. Part. Paul עָשׁוּק *Oppreſſus*, Devt. 28. 29. Infin. לְעָשְׁקָם *Opprimere* eos, 1. Chron. 16, 21. Fut. לֹא־תַעֲשֹׁק אֶת־רֵעֲךָ Non *defraudabis* proximum tuum, Lev. 19, 13. אַל־יַעַשְׁקֻנִי Ne *opprimant* me, Pſalm. 119, 122. Pual Part. Fœm. מְעֻשָּׁקָה *Oppreſſa*, Jeſ. 23, 12.

1) Generatim *opprimendi* ſignificationem habet, quacunque id fiat ratione. 2) Speciatim α) notat *ſimpliciter opprimere*. Ita dicitur de *Deo*, Job. 10, 3. de *peccato*, Hiskiam ægrotantem opprimente, cujus debita à Domino ſolvenda petit, ut convaleſcat, inquiens: Sponde pro me, Jeſ. 38, 14. β) Significat *opprimere modificate*, ſcilicet vel *vi & injuria*, vel *dolo ac fraude*. Si priori accipitur modo, idem eſt ac *vim injuſtam alicui inferre, eumque injuſte opprimendo perdere*, diciturque ita de potentioribus, qui potentiâ ſuâ malitioſè abutuntur, Eccl. 4, 1. Jeſ. 52, 4. *Subjectum patiens* talis oppreſſionis eſt *miſer*, Zach. 7, 10. *vidua & pupillus*, Jer. 7, 6. *mercenarius*, pauper & peregrinus, Devt. 24, 14. ſubditus, 1. Sam. 12, 4. Pſal. 74, 2. Prov. 14, 31. Sin verò *poſteriori* accipitur *modo*, notat *defraudare*, & *defraudando damnum inferre*, Lev. 5, 21. 23.

c. 19, 13. doloſo pondere, Hoſ. 12, 8. retentione mercedis mercenarii, Mal 3, 5. raptu bonorum egeni, Prov. 22, 16.

עָשׁוּק m. *Oppreſſor;* Legitur ſaltem Jer. 22, 3.

עֹשֶׁק m. *Oppreſſio, Violentia, Fraus.* עֹשֶׁק רָשׁ *Oppreſſio* pauperis, Eccl. 5, 7. עַם הָאָרֶץ עָשְׁקוּ עֹשֶׁק Populum terræ opprimunt *oppreſſione*, Ezech. 22, 29. רַחֲקִי מֵעֹשֶׁק Procul abeſto ab *oppreſſione*, Jeſ. 54, 14.

1) Generatim notat *oppreſſionem*, quâ quis infirmiorem, ſive *manifeſtâ vi*, ſive *occultis artibus* opprimit, ejusque vel *vitæ*, vel *famæ*, vel *facultatibus* nocet. Unde 2) ſpeciatim α) deſignat *violentiam*, quâ quis apertè alterum opprimit, & quæ ejus ſunt, rapit, ſuas cumulaturus opes, Eccl. 5, 7. Ezech. 22, 12. vel aliô modô vim & injuriam ei infert, Jer. 22. 17. Confer. Jeſ. 59, 13. Ezech. 22, 29. β) Notat *Fraudem*, quâ quis occultis artibus alterum circumvenire & opprimere laborat, Ezech. 22, 7. Sed γ) interdum *utrumque* involvit, tàm *violentam*, quàm *fraudulentam*, quâ alter alterum non ſolum apertâ vi, ſed etiam occultis artibus opprimere, eique nocere ſtudet, Pſal. 119, 134. Jeſ. 54, 14. Jer. 6, 6. δ) Interdum etiam denotat non ſolum *rapiendi facultatem & conſuetudinem*, ſed etiam *Metonymicè* ſignificat *bona per vim & injuſtitiam corraſa*, Pſ. 62, 11. Eccl. 7, 7. Vide Geier. in h. l. it. Jeſ. 30, 12.

מַעֲשַׁקּוֹת f. pl. *Oppreſſiones.* Bis legitur Prov. 28, 16. Jeſ. 33, 15.

עָשַׂק *Litigavit.* Occurrit ſaltem in Hithpael הִתְעַשְּׂקוּ עִמּוֹ *Litigarunt, Contenderunt cum ipſo*, Gen. 26, 20.

עֵשֶׂק m. *Lis, Contentio.* Eſt nomen proprium *fontis*, ſic dicti, quia de eo Paſtores Gerari cum Iſaaco *litigarunt*, Gen. 26, 20.

עָשַׁר *Ditatus eſt.* עָשַׁרְתִּי *Ditatus ſum*, Hoſ. 12, 9. Fut. לֹא יֶעְשַׁר וְלֹא יָקוּם חֵילוֹ Non *diteſcet*, nec reſurgent opes ejus, Job. 15, 29. Hiphil הֶעֱשִׁיר *Ditavit;* ſic cum Accuſativo conſtruitur; item ſi abſolutè ponitur, *Ditatus eſt; Dives eſt.* Infin. אַל־תִּיגַע לְהַעֲשִׁיר Ne labores *diteſcere*, Prov. 23, 4. Fut. בָּרוּךְ יְהוָה וַאעְשִׁר Benedictus Dominus, quod *ditatus ſum*, Zach. 11, 5. pro וַאֲעַשִּׁיר α) (-) ſub א per Syncopen conciſò, & β) (-:) ſub ע in Simplex quieſcens redeunte. יַעֲשִׁיר *Dives erit*, Prov. 21, 17. Dan. 11, 2. יַעְשְׁרֶנּוּ *Ditabit* eum, 1. Sam. 17, 25. pro יַעֲשִׁירֶנּוּ, extraordinarie (ˑ) in (:) tranſeunte, perinde ut in מַעְזְרִים *Iuvantes*, 2. Chron. 28, 23. וְיַד חָרוּצִים תַּעֲשִׁיר Sed manus induſtriorum *ditat*, Prov. 10, 4. Part. יְהוָה מוֹרִישׁ וּמַעֲשִׁיר Dominus pauperem facit & *ditat*, 1. Sam. 2, 7. Hithpael Part. מִתְעַשֵּׁר *Divitem ſe jactat*, Prov. 13, 7.

1) Generatim importat *opulentiam & copiam bonorum*, ſive *mobilium*, ſive *immobilium*, quæ homo ſive legitimis, ſive illegitimis mediis conſequitur; obtinetque nunc *ſignificationem tranſitivam & activam*, ut idem ſit ac *ditare, divitem reddere;* nunc *intranſitivam & neutralem*, ut notet *diteſcere*.

teſcere. 2) Speciatim α) *activè* ſumtum, tribuitur tum *Deo*, qui *ditat hominem*, omnis generis bona *ei* largiendo, 1.Sam.2,7. & *terram*, multijugi quorumvis fructuum copia eam ornando, Pſ.65,10. tum *divinæ benedictioni*, quæ ſine moleſtis & anxiis hominum curis, omnigenarum facultatum copiam largitur, Prov. 10, 22. tum *homini* alterum ditanti, Gen. 14, 23. ejusque induſtriæ, Prov. 10, 4. tum *Tyro*, Reges terræ negotiationibus ditanti, Ezech. 27, 33. β) *Abſolutè & neutraliter* acceptum, tribuitur *hominibus*, qui *diteſcere* laborant, Prov. 23, 4. & feſtinant, ſe multis fraudibus, iniquitatibus & odiis implicantes, Prov. 28, 20. ac ex aliorum rapinis ditantur, Zach. 11. 5. Præterea occurrit Pſ. 49, 17. Jer. 5,27. Dan. 11, 2. Job. 15, 29. Hoſ. 12, 9.

עָשִׁיר m. *Dives*, Ruth. 3, 10. וְאַל יִתְהַלֵּל עָשִׁיר בְּעָשְׁרוֹ Et ne glorietur *dives* de divitiis ſuis, Jer. 9, 22. Plur. עֲשִׁירִים *Divites*, Eccl. 10, 6. In Statu Conſtr. עֲשִׁירֵי עָם *Divites* populi, Pſ. 45, 13. Cum Suff. עֲשִׁירֶיהָ *Divites* ejus, Mich. 6, 12.

1) Generatim notat *divitem*, qui bonis temporalibus, *ſive* mobilibus, *ſive* immobilibus copioſè inſtructus eſt, *ſive* ea habeat jure hæreditatis, *ſive* laboris & honeſtæ negotiationis medio, Exod. 30, 15. Ruth. 3, 10. 2) Speciatim notat *divitem*, qui eſt impius, Job. 27, 19. viis perverſus, Prov. 28, 6. in magiſtratu aliquo eminet, Eccl. 10, 20. ſibi ſapit, Prov. 28, 11. arrogans & verbis durus, Prov. 28, 23. dominatur pauperi, jure ſuperioritatis ſive legitimo, ſive affectato præſcribens, quid faciendum, quidve omittendum, Prov. 22, 7. quem multi amant, Prov. 14, 20. & ſatietas anxiis curis ſtipata non ſinit dormire, Eccl. 5, 11.

עֹשֶׁר m. *Divitiæ.* יַעְשְׁרֶנּוּ הַמֶּלֶךְ עֹשֶׁר גָּדוֹל Ditabit eum Rex *divitiis* magnis, 1.Sam. 17, 25. נִבְחָר שֵׁם מֵעֹשֶׁר רָב Eligibilius eſt nomen bonum, quàm divitiæ multæ, Prov. 22, 1. Cum Suff. בְּעָשְׁרוֹ In *divitiis* ſuis, Prov. 11, 28. Jer. 9, 22.

1) Generatim notat *copiam bonorum*, tàm *mobilium*, quàm *immobilium* quocunque modo partorum. 2) Speciatim α) deſignat *opulentiam rerum* ad hujus vitæ tùm *neceſſitatem*, tùm *jucunditatem* & *ſplendorem* pertinentium, quas *Deus* largitur, 1. Reg. 3, 13. *ſapientia* dat, Prov. 3, 16. c. 8, 18. & *timor Domini* confert, Prov. 22, 4. Conf. Pſ. 112, 3. β) *Opulentiam rerum*, quas *avari* injuſtè compararunt, Jer. 17, 11. quibus *impii* confidunt, Pſal. 52, 9. Prov. 11, 28. de quibus *mali* gloriantur, Pſ. 49, 7. Jer. 9, 22. quæque cedunt in *poſſeſſorum perniciem*, Eccl. 5, 12. quas *fortes & formidabiles* conſequuntur, Prov. 11, 16.

עָשַׂר *Decimavit*, *Decimas accepit.* Fut. צֹאנְכֶם יַעְשֹׂר Gregem veſtrum *decimavit*, 1. Sam. 8, 17. וְכַרְמֵיכֶם יַעְשֹׂר Et vineas veſtras *decimabit*, 1. Sam. 8, 15. Piel עִשֵּׂר *Decimavit*. Infin. cum Fut. עַשֵּׂר אֲעַשְּׂרֶנּוּ *Decimando decimabo* eum, Gen. 28, 22. עַשֵּׂר תְּעַשֵּׂר *Decimando decimabis*, Devt. 14, 22. Particip. מְעַשְּׂרִים *Decimantes*, Neh. 10, 36.

10,36. Hiphil הֶעְשִׂיר *Decimavit.* Infin. בַּעְשֵׂר In *decimando*, Nah. 10,39. pro בְּהַעְשֵׂר Præformativô ה per Aphæreſin ablatô. Ita & in לַעְשֵׂר *Decimare*, Devt. 26,12. Præterea non occurrit.

עָשָׂר *Decem; Decimus.* עָרִים עָשָׂר *Urbes* decem, 1. Chron. 6,61. בְּשִׁבְעָה עָשָׂר יוֹם לַחֹדֶשׁ In die *decimô* ſeptimô menſis, Gen. 7,11. שְׁנֵים עָשָׂר *Duodecim*, Gen. 42,13. אַחַד עָשָׂר יוֹם *Undecimô* die, Devt. 1,2. וְאַחַד עָשָׂר Et *undecim*, Gen. 37,9. בְּאַרְבָּעָה עָשָׂר לַחֹדֶשׁ In *decimô* quartô die menſis, Eſr. 6,19.

עֶשֶׂר m. *Decem*, Gen. 5,14. עָרִים עֶשֶׂר Urbes *decem*, Joſ. 21,5. עֶשֶׂר אַמּוֹת *Decem* cubiti, Jeſ. 41,2.

עָשׂוֹר m. *Decem*, Gen. 24,55. *Decimus*, Exod. 12,3. בֶּעָשׂוֹר לַחֹדֶשׁ In *decimô* (die) menſis iſtius, Lev. 16,29. c. 25,9. Ter notat inſtrumentum Muſicum *Decachordum*, Pſ. 33,2. Pſ. 92,4. Pſ. 144,9.

עֲשָׂרָה f. *Decem*, Gen. 24,10. 22. jungitur nominibus cujuscunque generis. עֲשָׂרָה אֲנָשִׁים *Decem* viri, Jud. 20,10. עֲשָׂרָה נְעָרִים *Decem* pueri, 2. Sam. 18,15. In Statu Conſtr. עֲשֶׂרֶת quod inſtar Subſtantivi eſt, quaſi *decadem* dicas. עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים *Decas* verborum, i.e. *decem* verba, Exod. 34,28. מִקֵּץ עֲשֶׂרֶת יָמִים A fine *decem* dierum, i.e. poſt *decem* dies, Jer. 42,7. Plural. עֲשָׂרֹת *Decades*, Exod. 18,21. 25. Devt. 1,15.

עֶשְׂרֵה f. *Decem; Decimus.* Semper aliis numeralibus poſtponi ſolet. נָשִׁים שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה Mulieres *octodecim*, 2. Chron. 11,21. בִּשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה שָׁנָה In *duodecimô* annô, Ezech. 32,1.

עֲשִׂירִי m. *Decimus.* בַּיּוֹם הָעֲשִׂירִי In die *decimô*, Num. 7,66. בַּחֹדֶשׁ הָעֲשִׂירִי In menſe *decimo*, Jer. 39,1. Fœm. עֲשִׂירִית *Decima, decima pars.* עֲשִׂירִית הָאֵפָה *Decima pars* Ephæ, Num. 28,5. Lev. 5,11. c. 6,13. בַּשָּׁנָה הָעֲשִׂירִית In annô *decimo*, Jer. 32,1. Sed Jeſ. 6,13. eſt עֲשִׂירִיָּה *Decima* pars.

עֶשְׂרִים c. pl. *Viginti; Vigeſimus.* עֶשְׂרִים שָׁנָה *Viginti* anni, Gen. 31,41. בְּיוֹם עֶשְׂרִים In die *vigeſimô*, 2. Chron. 7,10. שָׁלֹשׁ וְעֶשְׂרִים שָׁנָה Tres & *viginti* anni, Jer. 25,3. כְּעֶשְׂרִים אִישׁ Circiter *viginti* viri, 1. Sam. 14,14.

עִשָּׂרוֹן m. *Decima pars*, Num. 15,4. c. 28,13. 21. 29. c. 29,10. 15.

עֶשְׂרֹנִים m. pl. *Decimæ partes*, Lev. 14,10. c. 23,13. 17. c. 24,5. Num. 15,6. 9. c. 28,9.

מַעֲשֵׂר m. *Decima, æ.* וַיִּתֶּן לוֹ מַעֲשֵׂר מִכֹּל Et dedit ei *decimas* de omnibus, Gen. 14,20. Alias *duplex* erat *decima.* *Primam* colonus Levitis dabat, cujus *decimam partem* Levitæ Sacerdotibus dare tenebantur, Num. 18,26. 28. reſiduum autem Levitis proprium & liberum erat, Num. 18,31. Poſtea colonus Levitis dabat *decimam ſecundam*, quæ *ſacra* erat, & ab iis in atriô templi conſumebatur. Vid. Buxtorff. Lex. in h. v.

h. v. In Statu Conſtr. מַעְשַׂר הָאָרֶץ *Decima* terræ, Lev. 27, 30. מַעְשַׂר בָּקָר וָצֹאן *Decima* armenti & gregis, 2. Chron. 31, 6. Cum Suff. מִמַּעַשְׂרוֹ De *decimis* ſuis, Lev. 27, 31. Plur. Fœm. מַעְשְׂרוֹת *Decimæ*, Neh. 12, 44. cum Suff. מַעְשְׂרֹתֵיכֶם *Decimæ* veſtræ, Num. 18, 28. Devt. 12, 6. 11.

עָשַׁשׁ *Contabuit, Depaſtus eſt; Rodit*, apud Arabes. עָשְׁשָׁה מִכַּעַס עֵינִי *Contabuit* præ indignatione oculus meus, quaſi à tinea conſumeretur, Pſ. 6, 8. Pſ. 31, 10. וַעֲצָמַי עָשֵׁשׁוּ Et oſſa mea *contabuerunt*, medulla exhauſta & abſumta, Pſ. 31, 11. Præterea non legitur.

עָשׁ m. *Tinea, à depaſcendo*, vel *rodendo* ſic dicta. *Propriè* notat *vermiculum*, veſtes corrodentem, & decorem earum abſumentem, Job. 13, 28. corpora hominum demortua corrumpentem, Job. 4, 19. *Metaphoricè* eſt ſymbolum *iræ & pœnæ divinæ, tacitò* quaſi morſu impios in optimô flore conſtitutos inſtar tineæ corrodentis & abſumentis, Pſal. 39, 12. Jeſ. 50, 9. c. 51, 8. Confer. Hoſ. 5, 12.

עָשׁ m. *Arcturus*, vide ſupra in R. עוּשׁ.

עָשַׁת *Nitidus eſt, Splendeſcit; Cogitavit*, apud Chaldæos, Dan. 6, 3. Semel occurrit in Kal עָשְׁתוּ *Nitidi ſunt, ſplendeſcunt*, Jer. 5, 28. Hithpael Fut. יִתְעַשֵּׁת *Cogitabit*; vel: *ſerenum & placidum ſe nobis exhibebit*, Jon. 1, 6. Sæpius non legitur.

עָשׁוֹת m. *Nitidum, Terſum.* בַּרְזֶל עָשׁוֹת Ferrum *nitidum, terſum*, Ezech. 27, 19. Amplius non legitur.

עֶשֶׁת m. *Nitor.* Semel occurrit Cant. 5, 14. עֶשֶׁת שֵׁן *Nitor* eboris.

עַשְׁתֵּי *Unus, Unum.* Semper combinatur cum numeralibus עָשָׂר vel עֶשְׂרֵה, quæ ſignificant *decem, decimum.* Inde עַשְׁתֵּי עָשָׂר vel עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה ſignificat *undecim*, Num. 29, 20. Exod. 26, 7. c. 36, 14. vel *undecimum*, Num. 7, 72. Devt. 1, 3. Jer. 39, 2.

עֶשְׁתּוּת f. *Cogitatio.* Semel legitur Job. 12, 5. ubi Coccejus reddit: *Nitorem*, & conſentientem habet Kimchium cum Guſſetio. Sed notio *cogitationis* optimè textui congruit.

עֶשְׁתֹּנוֹת f. pl. *Cogitationes.* Semel occurrit cum Suff. עֶשְׁתֹּנֹתָיו *Cogitationes* ejus, Pſ. 146, 4.

עַשְׁתְּרֹת f. *Fœtus.* In Plur. Stat. Conſtr. וְעַשְׁתְּרֹת צֹאנֶךָ Et *fœtibus* gregis tui, Devt. 7, 13. vide Devt. 28, 4. 18. 51. Sæpius non occurrit.

עַשְׁתֹּרֶת *Aſtoreth*, nomen propr. idoli *Sidoniorum*, 1. Reg. 11, 5. 33. 2. Reg. 23, 14. Plural. עַשְׁתָּרוֹת *Aſtaroth*, Jud. 2, 13. c. 10, 6. Seb. Schmidius conjicit, quod, quia עַשְׁתְּרוֹת Devt. 7, 13. & c. 28, 4. de gregum fœtibus uſurpatur, *Aſtoreth fuiſſe idolum, cui cura gregum & fœtificationis adſcripta fuit; ſive figura etiam pecoris aliqua illi afficta ſit ultrò, vel ex Diaboli apparitione, ſive non.* Vide Seb. Schmid. in Jud. c. 2. p. 182.

עַשְׁתְּרֹת

Digitized by Google

עַשְׁתָּרֹת *Aſtaroth*, nomen propr. *loci*, forte ab *idolo*, aut *loci fœcunditate* nomen trahentis, Devt. 1, 4.

עָתַר *Paratus fuit*, apud Arabes. Piel עִתֵּר *Paravit*, *Inſtruxit*. Imper. וְעַתְּדָהּ Et *para* illud, Prov. 24, 27. Hithpael הִתְעַתָּדוּ *Parata* erant, Job. 15, 28.

עָתִיד m. *Paratus*, *Promtus*, Job. 15, 24. Plural. עֲתִידִים *Parati*, Eſth. 3, 14. c. 8, 13. Job. 3, 8. Fœm. עֲתִדוֹת *Parata*, Devt. 32, 35. Vide Joſ. 10, 13. cum Suffixo, ubi Maſorethæ legi volunt עֲתוּדוֹתֵיהֶם. Sed optime retinetur עֲתִידוֹתֵיהֶם כתיב *Parata* eorum, i. e. *theſauros*, quos pararunt. Amplius non legitur.

עַתּוּדִים m. pl. *Hirci*, *parati* quaſi dicti juxta Bochartum ad *omnia hircorum munia obeunda*, *ad ſacrificia puta*, *ad coitum*, *ad commercia & ad præcedendum gregi*. כְּעַתּוּדִים לִפְנֵי צֹאן Sicut *hirci* ante gregem, Jer. 50, 8. עַתֻּדִים הָעֹלִים *Hirci* adſcendentes, Gen. 31, 10. 12. In Statu Conſtr. עַתּוּדֵי אָרֶץ *Hirci* terræ, Jeſ. 14, 9.

1) Generatim *vi etymi* ſonat *paratos*; Sed 2) ex uſu loquendi ſpeciatim α) *propriè* notat *hircos*, *majores* puta, qui pecudes ineunt, Gen. 31, 10. 12. gregem præcedunt, Jer. 50. 8. immolantur, Pſal. 65. 15. laniis venduntur, Prov. 27, 26. &c. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *Duces & Gubernatores populi*, quem præcedunt & ducunt, Jeſ. 14, 9. Zach. 10, 3. 2) *Impios & incredulos*, cujus denominationis ratio in petulantiâ, audaciâ & fœtore quærenda eſt, Ezech. 34, 17.

עָתַם *Obſcuravit*. Legitur ſaltem in Niphal נֶעְתַּם אָרֶץ *Obſcurata eſt* terra, Jeſ. 9, 18.

עָתַק *Translatus fuit*; *Roboratus eſt*, *Durus eſt*; *Inveteravit*, *Conſenuit*, *Antiquus fuit*. עָתְקָה *Inveteravit*, Pſ. 6, 8. עָתְקוּ *Roborantur*, Job. 21, 7. Fut. צוּר יֶעְתַּק מִמְּקֹמוֹ Petra *transfertur* è locô ſuô, Job. 14, 18. c. 18, 4. Hiphil הֶעְתִּיק *Transtulit*, *Refixit*, *Transſcripſit*. הֶעְתִּיקוּ מֵהֶם מִלִּים *Transtulerunt ſe*, i. e. *translata* ſunt ab illis verba, Job. 32, 15. h. e. non amplius loquuntur. Part. הַמַּעְתִּיק הָרִים *Transferens montes*, Job. 9, 5. Fut. וַיַּעְתֵּק מִשָּׁם הָהָרָה Et *transtulit* (tentorium) exinde in montem, Gen. 12, 8.

1) Generalis ſignificatio hujus verbi quænam ſit, in diverſas abeunt ſententias Autores. Non malè Guſſetius *primam & generalem ſignificationem* putat eſſe notionem *transferendi*, quia omnia alia inde commodius procedent, quacunque id fiat ratione. Proinde quia *translatio* vel *proprie* vel *improprie* fit, hinc 2) ſpeciatim α) *propriè* res *transfertur*, quando è locô in locum movetur, ut mons, Job. 14, 18. tentorium, Gen. 12, 8. c. 26, 22. β) *Metaphorice* dicitur tùm de *verbis*, quæ, ſi ſpectes terminum *à quo*, à loquente transferuntur & ceſſant, quando loquens loqui deſinit, Job. 32, 16. tùm de *ſententiis Salomoneis*, quas Hiskias ex commentariis rerum Salomonis transſcripſit, & unicô libellô ſeorſim compre-

pre-

Digitized by Google

prehenſas divulgavit, Prov. 25, 1. 2) Notat *veteraſcere*, *conſeneſcere*, quia res, quæ *veteraſcit*, è tempore in tempus *transfertur*, & ex unô ſtatu in alium *traducitur*, ita, ut vel majorem vigorem roburque majus acquirat, vel priſtinum vigorem ac robur rurſus amittat. *Veteraſcendi* ſignificationem habet Pſ. 6, 8. ſed *figurate*, ad deſignandam *ejusmodi translationem*, quâ *res è ſuo vigore & flore deducitur in infirmitatem*, quæ deformitatem & rugas comites habet. 3) Significat *roborari* ac *dureſcere*, non ſolum, quia illa, quæ veteraſcunt, v. g. *oſſa*, multo majorem ſoliditatem ac duritiem contrahunt, quàm ea, quæ ob molliciem teneram, cuivis ferè tactui & flatui cedunt; ſed etiam, quia illa, quæ robuſta & dura ſunt, ætatem ferunt, & dum robur accipiunt, reſpectu *termini à quo*, quandam *translationem* important. Significat autem *roborari*, Job. 21, 7.

עָתָק m. *Durus.* Quater legitur, ſed ubique *moraliter* adhibetur. Nimirum ter de *ſermone durô, præfractô, pertinaci ac inflexibili*, ubi verba extra terminos officii excurrunt, miſeriæ alterius inſultant, meraſque minas, pertinaciam & faſtum ſpirant, 1. Sam. 2, 3. Pſ. 31, 19. Pſ. 94, 4. Semel autem uſurpatur de *collô duro, indomitô ac intractabili beſtiæ ſuperbi*; quia, qui talis eſt, collum effert, extra conſuetum ſitum extollit, & nil niſi minas & faſtum ſpirat, Pſ. 75, 6.

עָתֵק m. *Durabilis*, à *transferendo* ita dictus, quia, quicquid *durabile* eſt, in *longiorem ætatem transfertur*. Semel legitur Prov. 8, 18. ubi הוֹן עָתֵק eſt *ſubſtantia*, quæ in longiorem *transfertur* ætatem, nec facilè perit aut amittitur.

עַתִּיק m. *Antiquus.* Semel occurrit Jeſ. 23, 18.

עַתִּיקִים m. pl. *Antiqua*, 1. Chron. 4, 22. *Translati, Avulſi.* עַתִּיקֵי מִשָּׁדָיִם *Translati, avulſi* ab uberibus, Jeſ. 28, 9. Præterea non legitur.

פָּלַג *Diviſit.* In Kal non eſt in uſu. Niphal נִפְלַג *Diviſus eſt.* כִּי־נִפְלְגָה הָאָרֶץ *Diviſa* eſt terra, Gen. 10, 28. Piel פִּלַּג *Diviſit.* מִי־פִלַּג לַשֶּׁטֶף תְּעָלָה Quis *diviſit* inundationi canalem, Job. 38, 25. Imper. פַּלַּג לְשׁוֹנָם *Divide* linguam eorum, Pſalm. 55, 10.

1) Generatim notat *aliquid dividere in plures partes vel res.* 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *ejusmodi diviſionem*, quâ unum vel *ſcinditur*, ut tranſitus pateat, Job. 38, 27. vel *dividitur* in plures partes, quæ huic vel illi

illi cedunt, Gen. 10, 28. 1. Chron. 1, 19. β) *Impropriè* dicitur de *linguâ* quæ diviſa dicitur, quando *non idem* loquitur, Pſ. 55, 10. Sæpius non occurrit.

פֶּלֶג m. *Rivus*, ſic dictus, tum quod *à fonte dividatur*, tum quod *dividat terram*, per quam fluit. פֶּלֶג אֱלֹהִים מָלֵא מָיִם *Rivus* Dei plenus aquarum eſt, Pſ. 65, 10. Plur. פְּלָגִים *Rivi*, Jeſ. 30, 25. In Statu Conſtr. פַּלְגֵי שָׁמֶן *Rivi* olei, Job. 29, 6. Cum Suff. פְּלָגָיו *Rivi* ejus, Pſalm. 46, 5.

1) Generatim denotat *rivum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat rivum *aquarum*, qui harum quaſi divergium eſt, & in plures partes copiosè non minus, quàm ſuaviter ſe dividit & diffundit, Pſa. 1, 3. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *abundantiam benedictionis & beneficentiæ divinæ*, Pſalm. 65, 10. Confer. Pſ. 46, 6. & bonorum aliorum, Job. 29, 6. 2) *Flexilitatem* cordis Regum, Prov. 21, 1. 3) *Liberos* ex honeſta conjuge, tanquam fœcundiſſimâ ſcaturigine ſuſceptos, Prov. 5, 16. 4) *Copiam lacrimarum rivis* aſſiduè manantibus ſimilium, Pſ. 119, 136. Thren. 3, 48.

פְּלַגָּה f. *Pars*; *Rivus*, qui eſt quaſi diviſio aquarum, *Claſſis*. In Singulari non reperitur. In Plurali eſt פְּלַגּוֹת *Partes*, *Claſſes*, Jud. 5, 15. 16. *Rivi*, Job. 20, 17. Amplius non legitur.

פְּלֻגָּה f. *Claſſis*, *Diviſio*. Occurrit ſaltem in Plurali, 2. Chron. 35, 5. לִפְלֻגּוֹת בֵּית הָאָבוֹת In *Claſſes* domûs Patrum.

מִפְלַגּוֹת f. pl. *Claſſes*. Occurrit tantum 2. Chron. 35, 2.

פִּילֶגֶשׁ f. *Concubina uxor*, quæ quidem uxor thori erat, ſed non ejusdem dignitatis, ut conjux legitima, Gen. 35, 22. c. 36, 12. Job. 19, 1. interdum eſt פִּלֶגֶשׁ 2. Sam. 21, 11. 1. Chron. 1, 32. Cum Suff. פִּילַגְשִׁי *Concubina* uxor mea, Jud. 20, 4. 5. Plur. פִּילַגְשִׁים 1. Chron. 3, 9. & פְּלַגְשִׁים 2. Sam. 5, 13. c. 20, 3. פִּילַגְשֶׁיךָ *Concubinæ* tuæ, 2. Sam. 19, 6.

פֶּלֶד m. *Lampas*, *Tæda*. Semel legitur in Plur. פְּלָדוֹת *Lampades*, Nah. 2, 4.

פָּלָה *Separavit*. In Kal non eſt uſitatum. In Niphal נִפְלָה *Separatus eſt*; *Eximius*, *Præſtans eſt*. וְנִפְלִינוּ Ita *ſeparati*, i. e. *præſtantiores* erimus, Exod. 33, 16. Piel Infin. לְפַלֵּא נֶדֶר *Separando*, i. e. *distinctè faciendo votum*; vel: *propter expreſſum votum*, Lev. 22, 21. Num. 15, 3. 8. Hiphil הִפְלָה *Separavit*, *Segregavit*; *Eximium*, *Præſtans fecit*. וְהִפְלֵיתִי *Et ſeparabo*, *diſtinguam*, Exod. 8, 18. Fut. יַפְלֶה *Diſcrimen faciet* Dominus inter Ægyptios & Iſraelem, Exod. 11, 7. כִּי יַפְלִא לִנְדֹּר נֶדֶר נָזִיר Cum *Separaverit*, *diſtinctè fecerit* votum Naziræi, Num. 6, 2. כִּי יַפְלִיא נֶדֶר Cum *ſeparaverit*, *ſeparatim expreſſerit* votum, Lev. 27, 2. In utroque locô formam commutat cum פלא.

1) Generatim *ſeparandi* notionem habet. 2) Speciatim α) ejusmodi deſignat *ſeparationem*, quâ vel diſcrimen inter rem & rem conſtituitur,

Exod.

Exod. 9, 4. c. 11, 7. vel ſeparatim & diſertè aliquid exprimitur, Lev. 27, 2. Num. 6, 2. c. 15, 3. 8. β) Deſignat *rei excellentiam atque præſtantiam*, ut idem ſit ac *eximium, excellentem, præſtantem eſſe*, quia, quæ ſeparantur, cæteris præſtantiora & excellentiora eſſe ſolent, Exod. 33, 16.

פְּלוֹנִי Vox, quæ adhiberi ſolet pro *perſona nomine diſtincto & expreſſo*, quod reticetur. Jungitur ipſi vox אַלְמֹנִי ut Ruth. 4, 1. שְׁבָה־פֹּה פְּלֹנִי אַלְמֹנִי Sede hic, *Peloni Almoni.* אֶל־מְקוֹם פְּלֹנִי אַלְמֹנִי Ad locum *Peloni*, *Almoni*, ſeu, *iſtum & iſtum*, 1. Sam. 21, 2. 2. Reg. 6, 8. Sed Dan. 8, 13. utraque vox in unam coaluit: לַפַּלְמוֹנִי הַמְדַבֵּר *Tali* loquenti.

פָּלַח *Scidit in fruſta ſeu partes, Secuit, Diſſecuit.* Part. פֹּלֵחַ *Diſſecans*, Pſal. 141, 7. Piel פִּלַּח *Scidit*, *Conſcidit*, *Diſſecuit.* Fut. יְפַלַּח כִּלְיוֹתַי *Diſſecat, diffindit* renes meos, Job. 16, 13. עַד יְפַלַּח חֵץ כְּבֵדוֹ Et *conſcidit* in ollam pulmenti, 2. Reg. 4, 39. תְּפַלַּחְנָה *Diſſecant*, Job. 39, 6.

1) Generatim *ſcindendi* ſignificationem habet. 2) Speciatim α) *propriè* notat aliquid *violenter conſcindere & diſſecare*, prout *aliquis* olera *conſcindit* in ollam, 2. Reg. 4, 39. & *fœtus* cervarum matricem, ut in lucem edantur, Job. 39, 6. β) *Metaphoricè* adhibetur ad deſignandam *graviorem afflictionem & dolorem*, Job. 16, 13. Prov. 7, 23.

פֶּלַח m. *Fragmentum, Segmentum.* פֶּלַח רֶכֶב *Fragmentum* molaris, Jud. 9, 53. 2. Sam. 11, 21. פֶּלַח דְּבֵלָה *Fruſtum* palathæ ficuum, 1. Sam. 30, 12. כְּפֶלַח תַּחְתִּית Sicut *fragmentum* inferioris ſcil. molaris, Job. 41, 15. כְּפֶלַח הָרִמּוֹן Sicut *fruſtum* malogranati, Cant. 4, 3. Sæpius non occurrit.

פָּלַט *Evaſit, Effugit.* וּפָלְטוּ Et *evadent*, Ezech. 7, 16. Piel פִּלֵּט *Evadere fecit, Liberavit, Eripuit; Peperit, Enixus eſt.* Fut. וַאֲפַלְּטָה Ideò *liberarem* (cauſam meam) Job. 23, 7. תְּפַלְּטֵנִי *Liberabis* me, Pſ. 43, 1. יְפַלְּטֵם מֵרְשָׁעִים *Liberabit* eos ab impiis, Pſ. 37, 40. תְּפַלֵּט פָּרָתוֹ וְלֹא תְשַׁכֵּל *Parit* vacca ejus, & non abortit, Job. 21, 10. Imperat. פַּלְּטָה נַפְשִׁי מֵרָשָׁע *Eripe* animam meam ab impio, Pſ. 17, 13. פַּלְּטוּ דַל אֶבְיוֹן *Eripite* attritum & egenum, Pſalm. 82, 4. Hiphil הִפְלִיט *Eripuit, Liberavit.* Fut. וְיַפְלִיט Ac *rapiet*, Jeſ. 5, 29. תַּפְלִיט *Liberabis*, Mich. 6, 14.

I) Generatim importat *evaſionem*, quacunque fiat ratione. II) Speciatim 1) *intranſitivè* acceptum, notat *evadere, effugere*, entgehen/ entkommen/ entfliehen/ Ezech. 7, 16. 2) *Tranſitive* ſumtum ſignificat α) *evadere facere, eripere, liberare aliquem ex maximis ærumnis & afflictionibus*, ubi penes ipſum nulla prorſus evadendi facultas & robur, Pſ. 22, 5. 9. Pſ. 31, 2. Pſ. 91, 14. ex præſentiſſimo vitæ diſcrimine, Pſalm. 17, 13. è poteſtate potentioris, Pſ. 82, 4. improbi, Pſ. 37, 40. Pſal. 71, 3. doloſi & iniqui, Pſ. 43, 1. à rixoſo populo, 2. Sam. 22, 44. Pſ. 18, 44. ex præſen-

ſentisſimis periculis, afflictionibus & inſidiis hoſtium, 2. Sam. 22, 3. Pſ. 18, 3. β) *Parere, eniti*, quia pariens fœtum ex utero *evadere facit*, Job. 21, 10. Jeſ. 34, 15.

פָּלִיט m. *Profugus, Evadens, Effugiens*, qui per fugam ſalvus eſt, Gen 14, 13. וְלֹא יִמָּלֵט לָהֶם פָּלִיט Nec *evadet* illis *evaſor*, Am 9, 1. Plural. פְּלִיטִים, item פְּלִיטִים & פְּלֵטִים *Profugi, Evadentes*. קוֹל נָסִים פְּלֵטִים Vox fugientium & *evadentium*, Jer. 50, 28. In Statu Conſtr. פְּלִיטֵי חֶרֶב *Evadentes* gladiô, Ezech. 6, 8. Jer. 44, 27. Cum Suff. פְּלִיטָיו *Elapſos* ejus, Obad. 1, 14.

פֶּלֶט m. *Liberatio*, Pſ. 32, 7.

פְּלֵיטָה f. *Evaſio; Reſiduum fugæ*, Jud. 21, 17. ואין פליטה Ut non eſſet *evaſio*, i. e. evadentes, 2. Chr. 20, 24. לְהַשְׁאִיר לָנוּ פְּלֵיטָה Ut reliquerit nobis *evaſionem*, Eſr. 9, 8. Ter legitur ſine י, פְּלֵטָה Ex. 10, 5. 1. Chron. 4, 43. Ezech. 14, 22. In Statu Conſtr. לִפְלֵיטַת יִשְׂרָאֵל *Reſiduum* Iſraelis, Jeſ. 4, 2. Conf. 2. Reg. 19, 30. c. 37, 31. Jeſ. 10, 20.

מִפְלָט m. *Effugium*, Pſ. 55, 9. Amplius non legitur.

פָּלַךְ *Rotundus eſt*, apud Arabes. Inde eſt

פֶּלֶךְ m. *Tractus terræ rotundior*, Neh. 3, 9. 12. 14. 15. 17. 18. *Orbiculus fuſi* muliebris, bacillo ſimilis, cui circumvolvuntur fila, Prov. 31, 19. item *Scipio*, 2. Sam. 3, 29.

פָּלַל *Judicavit, Adjudicavit, Judicium exercuit; Oravit*. ופללו Et *judicabit* eum, 1. Sam. 2, 25. לֹא פִלָּלְתִּי Non *judicavi*, Gen. 48, 11. וַיְפַלֵּל Et *judicium exercebat*; vel, ut Geiero placet, *orabat*, Pſ. 106, 30. Niphal נִפְלַל *Judicatus eſt*. וְנִפְלַל Et *judicabitur*, Ezech. 28, 23. Hithpael הִתְפַּלֵּל *Conſtituit ſe judicem, Oravit, Supplex oravit, Precatus eſt, Supplicavit*. Conſtruitur intercedentibus Particulis, עַל, אֶל, לְ, בְּעַד, לִפְנֵי. אֶל־הַנַּעַר הַזֶּה הִתְפַּלָּלְתִּי Pro puero hoc *oravi*, 1. Sam. 1, 27. Infin. לְהִתְפַּלֵּל בַּעַדְכֶם Ad *orandum* pro vobis, 1. Sam. 12, 23. בְּהִתְפַּלְלוֹ בְּעַד רֵעֵהוּ In *orare* ipſum, i. e. dum *oravit* pro ſocio ſuo, Job. 42, 10. Fut. וְאֶתְפַּלֵּל בַּעַדְכֶם אֶל־יְהוָה Et *orabo* pro vobis ad Dominum, 1. Sam. 7, 5. וַיִּתְפַּלֵּל לִפְנֵי יְהוָה Et *ſupplex orabat* coram Domino, 2. Reg. 19, 15.

1) Generatim videtur deſignare *actum æſtimandi rem aliquam*. 2) Speciatim α) notat *judicare*, tum, prout idem eſt ac *arbitrari*, **denken/ meinen;** Gen. 48, 11 quia arbitrans, æſtimat rem reique eventum, tum prout idem eſt ac *judicare, judicium exercere*, **richten/** 1. Sam. 2, 25. vel *arbitrum agere*, Pſal. 106, 30. Qui enim *judicant*, rerum cauſas *æſtimare* ſolent. Confer. Ezech. 16, 25. ubi Juda ita videtur ſe inſtar *arbitri* habuiſſe, ut Soror ipſius æſtimanda videatur minus pœnâ digna, quàm ipſa. β) Notat *orare, precari*; quia, qui ſupplex orat, *æſtimat*, tum *ſuam miſeriam & dignitatem*, tum *ejus*, ad quem ſupplex precatur, *benignitatem*

tatem & *gratiam*. Proinde deſignat *ſupplicationem & appellationem*, ubi aliquis à *foro juſtitiæ* ad *forum gratiæ* ſe vertit, & ſupplex pronusque quaſi coram judice in terram concidit, ejusque implorat patrocinium & favorem. Semper autem adhibetur de *precibus ſupplicibus* ad Deum demiſsè ac flebiliter fuſis, ubi quis ſupplex orat vel *pro ſe*, 2. Sam. 8, 27. Pſal. 5, 3. Jer. 29, 12. pro impetranda ſobole, 1. Sam. 1, 12. 26, 27. ſanitate, 2. Reg. 20, 2. 2. Chron. 32, 24. Jeſ. 38, 2. pluvia, 1. Reg. 8, 35. liberatione è ventre ceti, Jon. 2, 2. remiſſione peccatorum, 2. Chron. 7, 14. vel *pro aliis*, ut Abraham pro Abimelecho, Gen. 20, 7. 17. Moſes pro populo, Num. 11, 2. c. 21, 7. Devt. 9, 26. pro Aarone, Devt. 9, 20. Samuel pro populo, 1. Sam. 12, 19. 23. Propheta pro Jerobeamo, 1. Reg. 13, 6. Jobus pro ſocio, Job. 42, 10. Salomo pro Iſraele, 2. Chron. 7, 1. ut Deus propitius ſit, 2. Chron. 30, 18. Hiskias pro populo, ut Deus eum liberet à poteſtate Sanheribi, 2. Reg. 19, 20. Jeſ. 37, 21. Jeremias pro reliquis Iſraelitis, Jer. 42, 2. 4. Nehemias pro iisdem, Neh. 1, 4. Captivi pro urbe exilii ſui, Jer. 29, 7.

פְּלִילִי m. *Judex, Arbiter*, Job. 31, 28. Plur. פְּלִילִים *Judices*, Ex. 21, 22. Devt. 32, 31. Job. 31, 11. Sæpius non occurrit.

פְּלִילָה f. *Judicium*, Jeſ. 16, 3. Amplius non legitur.

פְּלִילִיָּה f. *Judicium*. Saltem extat, Jeſ. 28, 7.

תְּפִלָּה f. *Precatio, Oratio ſupplex*, 1. Reg. 8, 38. 2. Chron. 6, 29. Pſal. 17, 1. In Statu Conſtr. תְּפִלַּת 1. Reg. 8, 28. תְּפִלַּת צַדִּיקִים *Precatio* juſtorum, Prov. 15, 29. Cum Suff. תְּפִלָּתִי *Oratio* mea, Job. 16, 17. Plur. תְּפִלּוֹת *Orationes*, Pſ. 72, 20.

1) Generatim notat *preces quascunque*, quas homo ſupplex coram Deô, orbis terrarum judice, fundit, ejusque gratiam & opem implorat, 1. Reg. 8, 38. Jeſ. 56, 7. Hab. 3, 1. 2) Speciatim *α*) dicitur de *precibus*, quas *homo ſupplex* fundit *pro ſe*, Deo ad animum revocans tum ipſius infinitam adverſus improbos & iniquos hoſtes juſtitiam, tum ipſius immenſam clementiam erga humiles clientes, reosque demiſsè deprecantes, Pſ. 4, 2. Pſ. 17, 1. Pſ. 39, 13. Pſ. 54, 4. Pſ. 65, 3. Pſ. 109, 4. Pſ. 142, 1. deplorans miſeriam vitæ humanæ, Pſ. 90, 1. expetens exauditionem precum, Pſ. 86, 1. ſanitatem, 2. Reg. 20, 5. Jeſ. 38, 5. liberationem ex captivitate, 2. Chron. 6, 39. ex afflictione, Pſ. 102, 1. gratiam & opem, Pſalm. 42, 9. Prov. 15, 8. 29. Dan. 9, 3. item de precibus impiorum, quas Deus tanquam peccaminoſas rejicit, Pſ. 109, 7. abominatur, Prov. 28, 9. non audit, Jeſ. 1, 15, ad ſe non penetrare ſinit, Thren. 3, 44. nec non de precibus piorum in ærumnis conſtitutorum, quas exaudit gratioſè, Pſ. 102, 18. 2. Reg. 7, 12. *β*) Dicitur de *precibus*, quas homo *pro aliis* facere rogatur, 2. Reg. 19, 4. Jeſ. 37, 4. vel vetatur, Jer. 7, 16. c. 11, 14.

פַּלְמֹנִי פִּים vide ſupra in פְּלֹנִי pag. 952.

פְּלֹנִי vide ſuperius in rad. פלה p. 952.

פָּלַס *Libravit, ad libram direxit, Trutinâ examinavit, Appendit; Expendit, Conſideravit.* Particip. כָּל־מַעְגְּלֹתָיו מְפַלֵּס Omnes orbitas ejus *librat*, facit rectas & planas tanquam libella quadam, Prov. 5, 21. Fut. אֹרַח חַיִּים פֶּן־תְּפַלֵּס Viam vitarum ne forte *libres, expendas*, Prov. 5, 6. יָשָׁר מַעְגַּל צַדִּיק תְּפַלֵּס Recta eſt orbita juſti, quam *probas*, Jeſ. 26, 7. חֲמַס יְדֵיכֶם תְּפַלֵּסוּן Violentiam manuum veſtrarum *expenditis*, Pſ. 58, 3. Imper. פַּלֵּס מַעְגַּל רַגְלֶךָ *Libra* orbitam pedis tui, Prov. 4, 26.

1) Generatim *librandi* habet ſignificationem, quomodocunque *libratio* ſe habeat. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *appendere, trutinâ examinare aliquam rem.* Sed in propriô ſignificatu non occurrit. Legitur autem *β*) *Metaphoricè*, ſignificans *probè ponderare, expendere exactè & ad amuſſim dirigere, examinare, probare.* Ita *Deus* dicitur *ponderare & dirigere iræ ſuæ viam*, quando æquiſſimô velut pondere, & menſura pœnas hominibus immittit, Pſ. 78, 50. Sic *improbi conſiliarii* dicuntur *ponderare violentiam manuum*, quando prava conſilia ſub prætextu juſtitiæ moliuntur & perficiunt, perinde ac ſi ad trutinam rectæ rationis expenſa eſſent, Pſ. 58, 3. &c. Ita quoque homines jubentur *vias ſuas exactè conſiderare & decentem modum ſervare*, Prov. 4, 26, c. 5, 6.

פֶּלֶס m. *Statera, Bilanx.* Bis legitur, Prov. 16, 11. c. 4, 12.

מִפְלָשִׂים m. pl. *Libramenta*, per alternationem pro מִפְלָסִים. Semel legitur in Statu Conſtr. מִפְלְשֵׂי עָב *Libramenta* nubis, Job. 37, 16.

פלץ Hithpael הִתְפַּלֵּץ *Tremuit, Contremuit.* Occurrit tantum in Fut. יִתְפַּלָּצוּן *Contremiſcant*, Job. 9, 6.

פַּלָּצוּת f. *Tremor, Horror, totum corpus concutiens.* וְאָחַז בְּשָׂרִי פַּלָּצוּת Et *apprehendit* caro mea horrorem, Job. 21, 6. וְכִסְּתָה אוֹתָם פַּלָּצוּת, Et conteget eos *terror*, Ezech. 7, 18. Præterea extat Pſal. 55, 6. Jeſ. 21, 4.

מִפְלֶצֶת f. *Idolum*, quod ſic dictum putant, quia aliis *terrorem incuſſit*, vel *incutere debuit.* Seldenus de Diis Syr. 11, 5. arbitratur, *ſimulacrum Priapi* fuiſſe, quod *Maacha* feciſſe, & cum eô ſingulis diebus coiviſſe perhibetur. Sed incertum videtur, quid fuerit. Mentio ejus fit, 1. Reg. 15, 13. 2. Chron. 15, 16.

תִּפְלֶצֶת f. *Iactantia, terror.* Semel occurrit cum Suff. תִּפְלַצְתְּךָ *Iactantia* tua, quâ alios terrere vis, Jer. 49, 16.

פלשׁ *Volvit, Volutavit.* Sed in Kal non occurrit. In Hithpael eſt הִתְפַּלֵּשׁ *Volvit ſe, Volutavit ſe.* Fut. בָּאֵפֶר יִתְפַּלָּשׁוּ In cinere *volvent ſe*, Ezech. 27, 30. Imper. הִתְפַּלְּשִׁי בָאֵפֶר *Voluta te* in cinere, Jer. 6, 26. Huc referunt illud Mich. 1, 10. הִתְפַּלָּשְׁתִּי *Voluta te.* Sed eſt 2. perſ. Præt. fœm. cum י Paragogicô imperativi ſignificationem induens, הִתְפַּלָּשְׁתְּ. Amplius non legitur.

פְּלֶשֶׁת f. *Philiſtaa*, Regio Iſraelitis verſus occaſum contermina, in quinque Satrapias diviſa, Jud. 3, 3. 1. Sam. 6, 4. 16. 18. præſtigiis famoſa, Jeſ. 2, 6. idolorum cultui dedita, Jud. 16, 23. 1. Sam. 5, 1. 2. ſuperba, Zach. 9, 6. infenſa Iſraelitis, 1. Sam. 4, 1. c. 13, 5. Ezech. 25, 15.

פְּלִשְׁתִּים m. pl. *Philiſtæi*, Mizraimi progenies, ex Caphtor profecti.

מִפְרָשִׂים m. pl. *Libramenta* vide ſupra in R. פלס p. 955.

פֶּן *Forte, ne forte, non* &c. Vide ſupra in R. פון.

פַּנַּג m. *Pannag*, nomen regionis, Ezech. 27, 17. Chaldæo eſt *genus oleris*; Joſepho autem notat *balſamum*, quod in Jericho invenitur.

פָּנָה *Adſpexit, Reſpexit, Spectavit, Vertit, Avertit, Convertit, Divertit, Declinavit.* Conſtruitur intervenientibus particulis ל, אֶל, עַל, מִן. כִּי פָּנָה אֶל־אֱלֹהִים אֲחֵרִים Quod *retroſpexerit* ad Deos alienos, Devt. 31, 18. פָּנִיתָ אֶל־הַכֶּלֶב הַמֵּת *Reſpexiſti* ad canem mortuum, 2. Sam. 9, 8. פָּנוּ אֵלַי עֹרֶף *Obverterunt* mihi verticem, Jer. 2, 27. Infin. פְּנוֹת *Reſpicere*, Ezech. 43, 17. Sed Hagg. 1, 9. eſt פָּנֹה וְאֶפְנֶה עַל־יָמִין Et *vertam* me ad dexteram, Gen. 24, 49. Sed Devt. 9, 15. וָאֵפֶן Et *verti me.* ה per Apocopen reſectô. וַיִּפְנוּ לִפְנֵי אִישׁ יִשְׂרָאֵל *Verterunt* itaque ſe coram viro Iſrael, Jud. 20, 42. Piel פִּנָּה *Amovit, Expedivit, Paravit, Præparavit.* פִּנָּה אֹיְבֵךְ *Everrit, Amovit* hoſtem tuum, Zeph. 3, 15. וּפִנָּה דֶרֶךְ לְפָנָי Qui *parabit* viam ante me, Mal. 3, 1. פִּנִּיתִי הַבַּיִת *Verri* domum, Gen. 24, 31. Imper. פַּנּוּ דֶּרֶךְ *Parate* viam, Jeſ. 40, 3. Hiphil הִפְנָה *Reſpexit, Vertit, Obvertit.* הִפְנָה עֹרֶף *Obvertit* verticem, Jer. 48, 39. וּמָנוֹס נָסוּ וְלֹא הִפְנוּ Et fugerunt fugam, nec *reſpexerunt*, Jer. 46, 5. Infin. בְּהַפְנוֹתוֹ שִׁכְמוֹ In *vertere*, i. e. cum *verteret* humerum ſuum, 1. Sam. 10, 9. Fut. וַיֶּפֶן זָנָב אֶל־זָנָב Et *obvertit caudam caudæ*, Jud. 15, 4. Hophal הָפְנָה *Reſpicere factus, Averſus eſt, Avertet ſe.* הָפְנוּ *Averſi ſunt, Averterunt ſe*, Jer. 49, 8. Particip. מָפְנֶה Ezech. 9. 4.

1) Generatim ſignificat *vertere faciem*, quacunque ratione id fiat. 2) Speciatim 1) in Kal α) obtinet ſignificationem *vertendi ſe aliquò*, vel ad *abeundum, proficiſcendum* &c. Ita enim, qui ſe vertit, *vertit faciem ſuam* ad locum, quò tendit, Gen. 18, 22. Ex. 7, 23. c. 10, 6. c. 32, 15. Num. 14, 15. Devt. 1, 7. 40. c. 2, 3. c. 16, 7. Joſ. 22, 4. vel *ad audiendum cum attentione*, Job. 6, 28. Sed Jeſ. 45, 22. *con-*
ſiderandum, Job. 21, 5. aut ad *opponendum ſe*,
verſionem deſignat, quæ fit *contritione* & *fide.* β) Notat *obvertere*; Ita *Iſraelitæ* dicuntur *verticem obvertere hoſtibus*, quando fugam capeſſunt, Joſ. 7, 12. Conf. Jer. 48, 39. Et Jer. 2, 27. *Judæi* dicuntur *Deo obvertiſ-*
ſe cervicem, ad deſignandam ipſorum *irreverentiam, idololatriam & con-*
tumaciam. Prout enim *obvertere faciem* idem eſt ac *revereri, obedire, ſequi,*
pœnitentiam agere: Ita è contrariò *verticem obvertere* eſt *aliquem non reve-*
reri, nec ſequi, ſed ab *eo turpiter diſcedere & alium ſequi, monenti & arguen-*
ti

ti obſequium denegare, & cum contemtu faciem avertere, Jer. 2, 27. c. 32, 33. γ) Notat *abire, diſcedere*, quia qui diſcedit & abit, *faciem vertit* ad terminum, quò tendit & abit. Ita dicitur de *Sponſo Eccleſiæ*, Cant. 6, 1. Similiter figurate adhibetur de diei decremento, Jer. 6, 4. de diebus vitæ diſcedentibus & penitus evaneſcentibus, Pſ. 90, 9. δ) Significat *ſpectare, reſpicere*; Qui enim ſpectat, reſpicit, vel ſuſpicit, utique *vertit faciem eò*, quò ſpectat, reſpicit, vel ſuſpicit. 1) Notat *ſpectare* vel *ſurſum*, Jeſ. 8, 21. vel *verſus locum*, aut ad *locum* e. g. tentorium, Num. 17, 7. deſertum, Exod. 16, 10. Ita per *Metaphoram* ſæpe dicitur de *re certum loci ſitum* vel *plagam cœli ſpectante*, e. g. de portâ verſus ſeptentrionem ſpectante, Ez. 8, 3. verſus orientem, Ezech. 11, 1. c. 44, 1. c. 46, 12. de via ſpectante orientem, Ezech. 47, 2. de bobus æneis ſpectantibus ſeptentrionem &c. 1. Reg. 7, 25. 2. Chron. 4, 4. 2) *Reſpicere*, ſehen auf etwas. Sed in hoc ſignificatu adhibetur tàm *propriè*, quàm *impropriè*. *Propriè* ſignificat *oculos corporis aliquò vertere*, vide Exod. 16, 10. *Impropriè* autem, & quidem א) per *Metaphoram* valet *expendere, contemplari, oculos mentis ad aliquid vertere*, Eccl. 2, 11. ב) Per *Metonymiam* deſignat α) *curam, affectum ſive amoris, ſive iræ, acceptationem, opem* &c. & idem eſt ac *gratioſè acceptare, curare benignè, rationem alicujus habere* &c. Ita tribuitur tum *hominibus*, qui alterum reſpiciunt, quando ejus benevolam curam & rationem habent, 1. Sam. 9, 8. tum *Deo*, cujus *intuitus* eſt vel *iræ* & *vindictæ*, quando graviſſimè ſuccenſet & punit, Devt. 9, 27. vel *gratiæ*, quando reſpicit homines, eorum miſerendo, curam gerendo, iis opitulando, ſuam benedictionem & varia beneficia conferendo, Lev. 26, 9. Pſ. 25, 16. Pſ. 69. 17. Pſal. 86, 16. Pſ. 119, 132. Ezech. 36, 9. reſpicit *hominum preces*, eas gratioſè acceptando & exaudiendo, 1. Reg. 8, 28. 2. Chron. 6, 19. Pſ. 102, 18. reſpicit hominum *ſacrificia & oblationes*, ea gratioſè & benevolè acceptando, Gen. 4, 4. 5. Mal. 2, 13. β) *Cultum Deorum alienorum*, qui reſpiciuntur, quando homo Deo vero *verticem obvertit*, eumque turpiter deſerit, eos è contrariò ſectatur atque colit, Lev. 10. 4. Devt. 29, 17. c. 31, 18. 20. 3) *Retroſpicere, oculos retrò flectere*, zurück oder hinter ſich ſehen / Job. 8, 20. 2. Sam. 1, 7. 2. Chron. 13, 14. c. 20, 24. ε) Significat *advenire, appropinquare*. Ita legitur de *approximatione* auroræ, Exod. 14, 27. Jud. 19, 26. Pſal. 46, 6. veſperæ, Gen. 24, 63. Devt. 23. 12. 2) In *Piel* ſignificat *obſtacula aut ſordes è conſpectu removere, aliquid purgare, everrere*. Ita dicitur de *domo*, quæ purgatur, quando ſordes & res aliæ eam ingratam reddentes è conſpectu removentur, Gen. 24, 31. Lev. 14, 36. de *terrâ*, quæ purgatur, quando gentes gentiumque mores abominabiles tolluntur, Pſal. 80, 10. de *via*, quæ purgatur & paratur, quando obſtacula tolluntur, Jeſ. 57, 14. c. 61, 10. Speciatim *Meſſiæ paratur via* concione pœnitentiæ, & annunciatione gratiæ, Jeſ. 40, 3. Mal. 3, 1. 3) In *Hiphil* Significat α) *reſpicere*, Jer. 46, 5. c. 47, 3. β) *Vertere tum tranſitive*, e. g. humerum, abeundo, 1. Sam. 10, 9. verticem, fugiendo,

Digitized by Google

do, Jer. 48, 39. tum *intranſitivè, vertere ſe ad fugiendum*, Jer. 49, 24. γ) *Obvertere* e. g. caudam caudæ, Jud. 15, 4.

פָּנִים m. *Facies*, ſic dicta, quod ita collocata, ut in *quamvis partem verti & reſpicere* queat; item *Adſpectus, Conſpectus, Superficies, & qualibet externa anterior rerum ſpecies.* רָאִיתִי אֱלֹהִים פָּנִים אֶל־פָּנִים Vidi Deum à *facie* ad *faciem*, Gen. 32, 31. פָּנִים וְאָחוֹר *Ante* & retrò, à *fronte* & à tergo, Ezech. 2, 10. 2. Chron. 13, 14. וַיִּהְיוּ לְאָחוֹר וְלֹא לְפָנִים Factique ſunt retrorſum & non *antroſum*, Jer. 7, 24. In Statu Conſtr. עַל־פְּנֵי תְהוֹם Super *ſuperficie* abyſſi, Gen. 1, 2. וְעַתָּה אֶרְאֶה פְּנֵי הַמֶּלֶךְ Nunc itaque videam *faciem* Regis, 2. Sam. 14, 32. לִפְנֵי *Coram, Ante.* לִפְנֵי יְהוָה *Coram* Domino, 1. Sam. 1, 15. לִפְנֵי בּוֹא יוֹם יְהוָה *Ante* venire, i. e. *antequam* venit dies Domini, Joel. 3, 4. interdum præponitur מ, ut מִלִּפְנֵי פַרְעֹה *E conſpectu* Pharaonis, Gen. 41, 46. Sic quoque Gen. 4, 16. מִפְּנֵי E *conſpectu, Coram, Propter, Ob,* וַיָּנָס מִפְּנֵי יִשְׂרָאֵל Sed fugit *coram* Iſraele, 2. Sam. 10, 8. מִפְּנֵי מֵי הַמַּבּוּל *Propter* aquas diluvii, Gen. 7, 7. אַל־תִּירָא מִפְּנֵי הַדְּבָרִים Ne timeas *propter* verba hæc, 2. Reg. 19, 6. Cum Suff. פָּנַי Et *facies* mea, Exod. 33, 23. כִּסְּתָה כְלִמָּה פָּנֵינוּ Texit ignominia *facies* noſtras, Jer. 51, 51. נָשָׂאתִי פָנֶיךָ Acceptavi *faciem* tuam, Gen. 19, 21. לִפְנֵיכֶם In *conſpectu* veſtro, Gen. 34, 10. מִלְּפָנֶיךָ E *conſpectu* tuo, Exod. 23, 28. עָבַר לִפְנֵיהֶם Tranſiit *ante* eos, Gen. 33, 3.

I) Generatim notat, *quicquid ut anterius alteri eſt obverſum.* II) Speciatim 1) *propriè* notat *vultum* ſeu *faciem*, quæ eſt *anterior* capitis pars, ita in animali locata, ut in quamvis *verti* queat partem, Gen. 38, 15. Lev. 9, 24. Num. 14, 5. Jud. 13, 20. Ezech. 1, 9. & ſeq. 2) *Impropriè* א) per *Metaphoram* notat 1) *partem rei anteriorem*, ſeu *illud, quod in re nobis primum obvertitur, videtur & apparet.* Ita dicitur de anteriori parte ollæ, Jer. 1, 13. voluminis, Ezech. 22, 10. belli, 2. Sam. 10, 9. item de acie ſecuris, quæ velut intuetur rem ſecandam, eique coram obvertitur, Eccl. 10, 10. 2) In qualibet ſubſtantia *ſuperficiem & ſpeciem externam,* quæ nobis *obvertitur, cernitur,* & *conſpicienda prabetur.* Ita legitur de ſuperficie terræ, Gen. 1, 29. c. 2, 6. c. 4, 14. c. 6, 7. c. 7, 3. 4. aquæ, Gen. 1, 2. c. 7, 18. Exod. 32, 20. agri, 2. Sam. 11, 11. Job. 24, 18. c. 26, 10. orbis, Jeſ. 14, 21. c. 27, 6. de externâ ſpecie veli, Jeſ. 25, 7. veſtimenti, Job. 41, 5. ב) Per *Metonymiam* transfertur ad *animum*, cujus ſignum in facie externâ conſpicitur, deſignatque *favorem, benevolentiam; iram; triſtitiam; gaudium; impudentiam, contumaciam & feritatem.* Ita tribuitur 1) *homini*, deſignans tum ejus *favorem & benevolentiam*, Prov. 16, 15. tum ejus *iram*, Gen. 32, 20. tùm ipſius *mærorem & triſtitiam*, 1. Sam. 1, 18. tùm ipſius *magnanimitatem*, Ez. 3, 8. tùm ipſius *contumaciam*, Ez. 3, 8. 2) Per *ἀνθρωποπάθειαν Deo* tribuitur, deſignans

α) ejus

Digitized by Google

α) ejus *manifeſtationem*, quâ Angelis & hominibus perinde, ut homo homini ex facie coram innoteſcit, Devt. 5, 4. c. 34, 10. *β*) Ejus *præſentiam*, tùm *in genere*, Pſal. 139, 7. tum *in ſpecie aſpectabilem præſentiam* per columnam nubis & ignis, Exod. 33, 13. 14. Unde B. Glaſſius deductum putat, quod Jeſaias c. 63, 9. *Meſſiam* vocat *Angelum faciei*, quia viſibili ſpecie, nempe columna nubis & ignis Iſraelitas in deſertô duxit, & *faciem Dei* illis conſpicuam reddidit. Quanquam & *Angelus faciei* vocari poteſt, quia tanquam *ſplendor ipſius*, faciem ejus exactiſſime refert. *γ*) *Locum manifeſtationis*, ubi gratioſè hominibus ſe patefacit. Ita deſignat 1) *terram Iſraeliticam*, Jon. 1, 3. ubi Deus ſe peculiariter patefecerat. 2) *Locum conventuum ſacrorum*, ubi ſuam quodammodo *faciem* conſpiciendam præbet, ſeque compellantibus *præſentem* ſiſtit, Exod. 23, 15. Pſ. 100, 2. Unde *frequentantes cultus ſacros* dicuntur *venire ante faciem ipſius*, 1. Chron. 16, 29. Pſal. 42, 3. Jeſ. 1, 12. Jer. 7, 10. c. 26, 2. Ezech. 46, 9. 3) *Arcam fœderis*, ubi in V. T. ſuam præſentiam glorioſam pollicitus erat, Pſ. 95, 2. *δ*) *Dei ſingularem curam ac providentiam* circa pios &c. Gen. 4, 14. 1. Reg. 9, 7. Pſ. 31, 21. Pſ. 51, 13. Cant. 8, 4. *ε*) *Dei favorem ac gratiam*, quæ ſubinde opem divinam comitem habet, 2. Chron. 7, 14. Pſ. 27, 8. Pſ. 80, 4. 8. 20. Inde *elevare* dicitur *faciem ſuam* ſuper aliquem, quando *favorem*, *gratiam*, *opem*, *aliaque beneficia* præſtat, Num. 6, 25. 26. Pſ. 4, 7. Pſ. 31, 17. Pſ. 67, 2. Similiter *abſcondere Deus* dicitur *faciem ſuam*, quando *ſuum favorem*, *gratiam opemque denegat*, Devt. 31, 17. 18. c. 32, 20. Pſ. 13, 2. Pſ. 22, 25. Pſ. 27, 9. Pſ. 30, 8. Pſ. 44, 25. Pſ. 69, 18. Pſ. 88, 15. Pſ. 102, 3. Pſ. 104, 29. Jeſ. 8, 17. Jer. 33, 5. Ezech. 39, 23. 24. 29. Mich. 3, 4. *ζ*) *Beneplacitum DEI.* Ita *ambulare ante DEI faciem*, idem eſt ac *ſecundum DEI beneplacitum vitam inſtituere, ejus præſentiam vereri, bonum ſectari, malumque fugere, ut ipſius retineatur favor & gratia*, Gen. 17, 1. 1. Reg. 2, 4. c. 8, 25. c. 9, 4. 2. Chron. 6, 16. c. 7, 17. Jeſ. 38, 3. *η*) *DEI iram & vindictam contrà impios*, Lev. 17, 10. Pſ. 9, 4. Pſ. 21, 10. Pſ. 34, 17. Pſ. 68, 3. Jer. 21, 10. Thren. 4, 16. *λ*) *Synecdochicè* ponitur pro *toto homine*, Gen. 19, 21. c. 32, 21. 2. Sam. 17, 11. 1. Reg. 2, 20. c. 10, 24. Job. 11, 19. Pſ. 42, 12. Pſ. 132, 10. Prov. 28, 21. Eccl. 8, 1. Jeſ. 3, 15. c. 36, 9. Thren. 5, 12. 3) *Particularum naturam* induit; & *α*) quidem לְפָנִים exprimit *Adverbia Temporis præteriti*, ſcilicet *antea*, *antehac*, Devt. 2, 10. 12. 20. Joſ. 11, 10. c. 14, 15. c. 15, 15. Jud. 1, 10. 11. 23. c. 3, 2. Pſ. 102, 26. *β*) לִפְנֵי *ad facies*, *in conſpectu* 1) *Nominibus Pronominibusque* præmiſſum *Præpoſitiones* exprimit, *ante*, Gen. 45, 5. Eſth. 2, 11. *coram*, Gen. 18, 22. c. 41, 40. c. 43, 15. c. 47, 7. Exod. 4, 21. c. 6, 12. &c. *prope*, *apud*, Exod. 16, 34. *unà cum*, Devt. 3, 18. *contra*, 1. Sam. 20, 1. *extra*, Ezech. 4, 47. *ob*, *propter*, 2. Sam. 3, 31. 2) *Infinitivo* præmiſſum, illum in tempus finitum reſolvit, notans *antequam*, *priusquam*, Gen. 13, 10. c. 27, 7. *γ*) מִפְּנֵי *Ob*, *propter*,

 Gen.

Gen. 7, 7. c. 41, 31. c. 47, 13. 2. Reg. 19, 6. *coram*, Gen. 16, 8. Exod. 14, 25. Lev, 19, 32. מִפְּנֵי אֲשֶׁר *Propterea quod*, Exod. 19, 18.

פְּנִים *Interius, Intimum*; quaſi *anterius* dictum, quia intranti *interiora* ſunt ante eum, exteriora autem ſunt retrò, ſeu à tergô. Unde opponitur ei, quod *foris* eſt. מִלִּפְנִים וְלַחִיצוֹן *Introrſum* & extrorſum, 1. Reg. 6, 29. Cum ה locali eſt פְּנִימָה *Intus, intrò, intrinſecus*, quod ſi Præpoſitio præmittitur, in ה Paragogicum abit. וַיָּבֹאוּ פְּנִימָה Tum venerunt *introrſum*, 2. Chr. 29, 18. לִפְנִימָה וְלַחִיצוֹן *Introrſum* & extrorſum, 1. Reg. 6, 30. מִפְּנִימָה Ab *interiori parte, intrinſecus*, 1. Reg. 6, 19. 21. 2. Chron. 3, 4.

פְּנִימִי m. *Interior, Intimus.* בְּתוֹךְ הַבַּיִת הַפְּנִימִי In medio domûs interioris, 1. Reg. 6, 27. לִפְנֵי הֶחָצֵר הַפְּנִימִי Ante atrium *interius*, Ezech. 40, 19. Plur. פְּנִימִים *Interiores.* וַחֲדָרָיו הַפְּנִימִים Et conclavium ejus *interiorum*, 1. Chron. 28, 11. Fœm. פְּנִימִית *Interior.* הֶחָצֵר הַפְּנִימִית Atrium *interius*, 1. Reg. 6, 36. Eſth. 4, 11. Ezech. 10, 3. c. 44, 17. Plur. דַּלְתוֹתָיו הַפְּנִימִיּוֹת Januæ ejus *interiores*, 2. Chron. 4, 22.

לִפְנַי m. *Anterius.* Semel legitur 1 Reg. 6, 17.

פָּנַן Radix inuſitata; inde deducunt

פִּנָּה f. *Angulus*; quod Coccejus rectius derivari putat à פָּנָה *Vertit ſe*; quia ibi eſt *angulus*, ubi *ſe vertit* ædificium ad aliud latus. שַׁעַר פִּנָּה Porta *anguli*, 2. Reg. 14, 13. In Statu Conſtr. פִּנַּת גָּג *Angulus* tecti, Prov. 21, 9. Cum Suff. אֶבֶן פִּנָּתָהּ Lapis *anguli* ejus, Job. 38, 6. Sed Prov. 7, 8. eſt פִּנָּהּ, literâ ת per Syncopen conciſâ. Plur. פִּנּוֹת *Anguli*, Jud. 20, 2. 1. Sam. 14, 40. Cum Suff. פִּנֹּתָיו *Anguli* ejus, Exod. 27, 2. Aſt Zach. 14, 10. eſt פִּנִּים *Anguli*.

1) Generatim notat *angulum*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *angulum ædificii exteriorem*, qualis datur in ædificiô quadratô, Job. 1, 19. Prov. 7, 8. Ezech. 43, 20. unde eſt lapis *anguli*, Jer. 51, 26. vid. Jeſ. 28, 16. β) *Impropriè* 1) per *Metaphoram* notat *Ducem, Principem*, qui, ſicut *angulus* in utrumvis latus proſpectui proſtat, & eſt robur domûs, ita etiam utrinque conſpicuus exiſtit, & robur populi eſt, Jud. 20, 2. 1. Sam. 14, 39. Jeſ. 19, 13. 2) Per *Synecdochen* denotat *arcem*, ſeu *turrim oppugnatoriam*, ſic dictam, quod ex angulis robuſtis conſtat, Zeph. 1, 16. c. 3, 6. 3) *Metonymicè* notat *bivium*, quod *angulus* efficit; ita Ahas extruxiſſe dicitur altaria in omni *angulo*, h. e. in omnibus platearum *concurſibus*, ſeu *biviis*, 2. Chron. 28, 24. Prov. 7, 12.

פְּנִינִים m. pl. *Margaritæ; Carbunculi.* טוֹבָה חָכְמָה מִפְּנִינִים Sapientia eſt bona præ *margaritis*, Prov. 8, 11.

1) Generatim videtur denotare *lapillum pretioſum*, qui ex angulis omnibus *conſpicuum nitorem* ſpargit. 2) Speciatim α) notat *margari-*

tam

Digitized by

tam eximii nitoris & pretii, Job. 28, 18. Prov. 3, 15. c. 8, 11. c. 20, 15. c. 31, 10. β) *Gemmam elegantis rubedinis*, Thr. 4, 7. quam Arnold. Bootius l. 4. anim. ſac. c. 3. *corallium* fuiſſe putat; Belgæ autem interpretantur Robynen.

פִּנֵּק *Delicatè nutrivit; Educavit.* Semel occurrit in Particip. מְפַנֵּק מִנֹּעַר עַבְדּוֹ *Delicatè nutriens, tractans à puero ſervum ſuum*, Prov. 29, 21.

פִּסֵּג *Elevavit, Extulit, Suſtulit.* Semel legitur in Imperat. פַּסְּגוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ *Extollite* palatia ejus, verbis ſcil. & animi ſenſibus, Pſ. 48, 14. Sed Vulgat. Arabs, Æthiops, Ludovicus de Dieu & Sebaſt. Schmid. reddunt: Diſtribuite, dividite &c.

פִּסְגָּה f. *Collis*, ab *elevatione* nomen trahens, Num. 21, 20. c. 23, 14. Aliis eſt nomen proprium.

פָּסַח *Gradum fecit, Tranſiit, Præteriit, Subſultavit, Claudicavit.* Conſtruitur interveniente עַל. פָּסַח עַל־בָּתֵּי בְנֵי יִשְׂרָאֵל *Præteriit* domos filiorum Iſraelis, Exod. 12, 27. וּפָסַח יְהוָה עַל־הַפֶּתַח Tum *præteribit* Dominus oſtium, Exod. 12, 23. וּפָסַחְתִּי עֲלֵכֶם Et *tranſibo* vos, Exod. 12, 13. Particip. פֹּסְחִים *Claudicantes*, 1. Reg. 18, 21. Infin. פָּסֹחַ *Tranſeundo, Tranſiliendo*, Jeſ. 31, 5. Niphal Fut. וַיִּפָּסֵחַ Et *claudus fieret*, 2. Sam. 4, 4. Piel Fut. וַיְפַסְּחוּ Et *claudicarunt* juxta altare, 1. Reg. 18, 26. quô ipſô Spiritus S. contemtim exprimere voluit Prophetarum Baalis *genuflexiones & geſtus claudicationis*. Vid. Sebaſt. Schmid. in Comment in h. l. Sed in verſione interpretatur: *Licet conciderint ſe*.

1) Generatim Guſſetius putat habere *volitandi* ſignificationem, ſpeciatim autem notare α) *tranſilire*; β) *claudicare*. Generalem ſignificationem petit ex Jeſ. 31, 5. ubi notat *aviculæ circa pullos ſuos volitationem*, ad eos contra hoſtem inſtantem tutandos. Sed dubito, an *volandi* notio ſit ſatis appoſita. Forte magis appoſita eſt *gradiendi* ſignificatio à Cocceio data, qualeſcunque gradiens gradus vel greſſus faciat. Unde 2) ſpeciatim enata videtur α) ſignificatio *tranſiliendi*, quia *tranſiliens* gradus facit. Uſurpatur autem 1) de *Angelo percuſſore*, Iſraelitis parcente, & pœnas ab iis avertente, Exod. 12, 13. 23. 2) De *Deo* populum ſuum ex captivitate Babylonica liberante, Jeſ. 31, 5. habitô reſpectu ad *protectionem Ægyptiacam* in cæde Primogenitorum, & liberationem Iſraelitarum. β) Significatio *claudicandi*, quia claudus non ſolum altero pede longiores greſſus facit curtiori, & in latus quaſi ſe projicit; ſed etiam ſublatô projectôque pede, magnum ſpatium tranſilire & gradum facere valet. Ita dicitur de Mephiboſetho, 2. Sam. 4, 4. & Prophetis Baalis, 1. Reg. 18, 26.

פִּסֵּחַ m. *Claudus.* אִישׁ עִוֵּר אוֹ פִסֵּחַ Vir cœcus aut *claudus*, Lev. 21, 18. פִּסֵּחַ שְׁתֵּי רַגְלָיו *Claudus* utroque pede, 2. Sam. 9, 13. Plur. פִּסְחִים *Claudi*, 2. Sam. 5, 6. 8. Jeſ. 33, 23.

פֶּסַח m. *Tranſitus; Paſcha*, &c. עֲשׂוּ פֶסַח לַיהוָה Facite *Paſcha* Domino, 2. Reg. 23, 22. Plur. פְּסָחִים *Paſchata, agni Paſchales*, 2. Chron. 35, 7. 8.

1) Generatim notat *tranſitum*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *motum localem*, quô quis locum aliquem præterit & *tranſit*. *β*) *Metonymicè* 1) notat *agnum Paſchalem*, quia ſanguis ipſius domibus aſperſus fuit *ſignum tranſitûs*, quô Angelus Domini Primogenitos Ægyptiorum percutiens, domos Iſraelitarum ſanguine agni iſtius conſperſas & ſignatas præteribat. Ita capitur, Exod. 12, 21. 2. Chron. 30, 17. 2) *Feſtum Paſchale*, quô agnus Paſchalis in memoriam *iſtius tranſitûs* comedebatur, 2. Reg. 23, 21. 22.

פָּסַל *Sculpſit, Dolavit*; dicitur tàm de *lignis*, quàm de *lapidibus*. פְּסָלוֹ *Sculpſit* illud, Hab. 2, 18. Fut. וָאֶפְסֹל שְׁנֵי לֻחֹת Et *dolavi* duas tabulas, Devt. 10, 3. וַיִּפְסֹל Et *dolavit*, Exod. 34, 4. וַיִּפְסְלוּ Et *dolabant*, 1. Reg. 5, 18. Imper. פְּסָל־ *Dola*, Exod. 34, 1. Devt. 10, 1. Præterea non occurrit.

פֶּסֶל m. *Sculptile; idolum ſculptum & dolatum*, Exod. 20, 4. Devt. 4, 16. 23. 25. c. 5, 8. c. 27, 15. Jud. 17, 3. 4. c. 18, 18. 31. 2. Reg. 21, 7. 2. Chron. 33, 7. וּפִסְלִי Et *ſculptile* meum, Jeſ. 48, 5.

פָּסִיל m. *Sculptile*. In Singulari non occurrit. Plur. פְּסִילִים *Sculptilia*. אֶרֶץ פְּסִלִים Terra *ſculptilium*, Jer. 50, 38. לַפְּסִלִים יְקַטֵּרוּן *Sculptilibus* ſuffiunt, Hoſ. 11, 2. In Statu Conſtr. פְּסִילֵי אֱלֹהֵיהֶם *Sculptilia* Deorum illorum, Devt. 7, 25. Cum Suff. וְהִכְרַתִּי פְסִילֶיךָ Et excindam *ſculptilia* tua, Mich. 5, 12. וּפְסִילֵיהֶם Et *ſculptilia* eorum, 2. Reg. 17, 41. וְכָל־פְּסִילֶיהָ יֻכַּתּוּ Tum omnia *ſculptilia* ejus contundentur, Mich. 1, 7.

פָּסַס *Ad paucitatem redactus, Imminutus fuit*, ita, ut reſpectu totius vel multitudinis penitus defeciſſe videatur. Saltem occurrit Pſal. 12, 2. פַּסּוּ אֱמוּנִים *Defecerunt* fidelitates.

פַּס m. *Fruſtum*. Occurrit ſaltem in Plurali כְּתֹנֶת פַּסִּים Tunica *fruſtorum*, i. e. ex variis fruſtis vel particulis variorum colorum conſuta, h. e. verſicolor, Gen. 37, 3. 23. 32. 2. Sam. 13, 18. 19. Præterea non occurrit.

פִּסָּה f. *Particula*. Semel legitur in Statu Conſtr. פִּסַּת־בַּר *Particula* frumenti, Pſ. 72, 7.

פָּעָה *Exclamavit*. Semel occurrit in Fut. Jeſ. 42, 14. כַּיּוֹלֵדָה אֶפְעֶה Inſtar parturientis *exclamabo*.

פָּעַל *Operatus eſt, Egit, Fecit*. צַדִּיק מַה־פָּעָל Juſtus quid *egit?* Pſ. 11, 3. אִם־עָוֶל פָּעַלְתִּי לֹא אֹסִיף Si perverſitatem *feci*, non addam. Part. פֹּעֵל יְשׁוּעוֹת *Operans* ſalutes, Pſal. 74, 12. פֹּעֲלֵי אָוֶן *Operantes* iniquitatem, Job. 34, 5. 22. Pſ. 5, 6. Pſ. 6, 9. Fut. אֶפְעַל

Ope-

Digitized by Google

Operabor, Job. 6, 20. בְּלֵב עוֹלֹת תִּפְעָלוּן In corde perverſitatis *operamini*, Pſ. 58, 3.

1) Generatim notat *operari*, ſive ſermo ſit de *voluntate & decretô*, ſive de *ipſô actu operandi*. 2) Speciatim α) notat *moliri*, **etwas vornehmen/ vorhaben /** connotatque *voluntatem, decretum & cupiditatem*. Ita dicitur tùm de *Deo*, qui molitur opera, quæ decrevit, Hab. 1, 5. Jeſ. 41, 4. tùm de *homine*, qui cupidè molitur & machinatur perverſitates, Pſalm. 58, 3. malum, Mich. 2, 1. Sed Job. 7, 20. deſignat *promtitudinem* hominis ad faciendum, quod Deus velit, modò ſit in viribus ſuis. β) *Agere, Efficere, Elaborare*. Ita tribuitur 1) *Deo*, qui *creat*, Job. 36, 3. *rebus creatis providet*, eas conſervando, gubernando ac diſponendo, ne concidant ac ruant, Job. 22, 17. Pſ. 44, 2. Prov. 16, 4. *piis bonum confert*, Pſal. 31, 20. Pſ. 74, 12. Conf. Num. 23, 23. licet impii negent, cum ſibi quicquam boni vel commodi facere poſſe, Job. 22, 17. *afflictiones immittit*, Job. 33, 29. *liberat*, Pſal. 68, 29. confer anteced. 2) *Homini*, qui laborat, Jeſ. 44, 12. facit idolum, Jeſ. 44, 15. operatur juſtitiam, h. e. æquum, neminem lædendo, ſuum cuique tribuendo, Pſ. 15, 2. facit bona opera viribus à Deô conceſſis, Jeſ. 26, 12. operatur perverſitatem, Job. 34, 32. & quidem ita, ut habitum peccandi contraxerit, iniquitati contra conſcientiam ſtudeat, omnibus flagitiis indulgeat &c. **daß er ſcheint aus ſündigen ein Handwerck gemacht zu haben/** Job. 34, 8. 22. Pſ. 5, 6. Pſ. 6, 9. Pſ. 14, 4. Pſ. 28, 3. Pſ. 36, 13. Pſ. 53, 8. Pſ. 64, 3. Prov. 10, 29. c. 21, 15. Jeſ. 31, 2. Hoſ. 6, 8. γ) Valet *parare, præparare*. Ita tribuitur 1) *Deo*, qui paravit ſanctuarium, Exod. 15, 17. ſagittas, i.e. pœnas contra piorum perſecutores, Pſ. 7, 14. 2) *Homini*, qui alteri parat foveam, i. e. inſidias, Pſ. 7, 16. comparat theſauros, Prov, 21, 6.

פֹּעַל m. *Opus; Operis merces*. פֹּעַל פָּעַלְתָּ *Opus* operatus es, Pſ. 44, 2. Cum Suff. פָּעֳלִי *Opus* meum, Pſ. 95, 9. פָּעָלְךָ *Opus* tuum, Jeſ. 45, 9. Plur. רַב־פְּעָלִים Magnus *operibus*, 1. Chron. 11, 22.

1) Generatim ſignificat *opus*, ſive *Dei*, ſive *hominis*. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *opus*, & quidem 1) *Dei*, tum in genere, quô ſe conſpiciendum præbet in naturâ & Eccleſiâ, Pſ. 77, 13. Pſ. 92. 5. tum in ſpecie, quô ſuis ſalutiferum auxilium contra ſpem omnium præſtat, Pſal. 44, 2. Pſ. 90, 16. aut caſtigationes ac judicia ſevera immittit, Pſ. 64, 10. Jeſ. 5, 12. 2) *Hominis*, ſive denotet *ordinarium laborem*, quem aggreditur, Job. 24, 5. Pſ. 104, 23. ſive deſignet *improborum fraudulentas machinationes* contra pios, Pſ. 9, 6. aut falſorum Doctorum violenta molimina contra veritatem, Jeſ. 59, 6. aut notet aliud *opus malum*, Job. 36, 9. ſecundum quod ei retribuitur à *Deo*, Pſ. 28, 4. Prov. 24, 12. Jer. 25, 14. c. 50, 29. vel ab *homine*, Prov. 24, 29. β) *Metonymicè* notat *mercedem*, quæ opus ſequitur, Jer. 22, 13.

פְּעֻלָּה f. *Opus; Operis merces*. פְּעֻלַּת צַדִּיק *Opus* juſti, Prov. 10, 16.

Digitized by Google

10, 16. יֵשׁ שָׂכָר לִפְעֻלַּתְכֶם Eſt merces operi veſtro, 2. Chr. 15, 7. פְּעֻלָּתָם Opus eorum, Jeſ. 61, 8. Plur. פְּעֻלֹּת *Opera*, Pſ. 28, 5.

1) Generatim notat *opus*, quacunque accipiatur ratione. 2) Speciatim α) *propriè* notat *operationem*, tàm *Dei*, Pſ. 28, 5. ubi innuitur ipſius ſingularis providentia, & mira circa piorum ſortem & caſus gubernatio; quàm *hominis*, tùm bonam, 2. Chron. 15, 7. Ezech. 29, 20. Sed Jer. 31, 16. capitur *paſſive*, & idem eſt ac paſſio, quam Rahel patitur, quia paſſiones, quæ fideles pie ſuſtinent, inter bona eorum opera referendæ; tùm malam, Prov. 11, 18. β) *Metonymicè* notat 1) *mercedem*, quæ ſequitur laborem vel operationem, Lev. 19, 13. Pſ. 109, 20. Jeſ. 49, 4. Conf. Jeſ. 40, 10. c. 62, 11. ubi deſignat *mercedem Meſſiæ*, pro opere paſſionis datam; & quam opere iſto ſuo perfectiſſimè meruit, np. *remiſſionem peccatorum, vitam ac ſalutem æternam*. 2) *Opes labore & operatione acquiſitas*, Prov. 10, 16.

מִפְעָלִים m. pl. *Opera*. Semel occurrit cum Suffixo מִפְעָלָיו *Opera* ejus, Prov. 8, 22.

מִפְעָלוֹת f. pl. *Opera*. Bis occurrit in Statu Conſtr. de *Operibus* Dei. מִפְעֲלוֹת יְהוָה *Opera* Domini, Pſal. 46, 9. מִפְעֲלוֹת אֱלֹהִים *Opera* Dei, Pſ. 66, 5.

פָּעַם *Agitavit, Pulſavit, Impulit*, idque *ſemel iterumque* vel *per vices*. Infin. וַתָּחֶל רוּחַ יְהוָה לְפַעֲמוֹ Cœpit autem Spiritus Domini *impellere* eum, ad invadendum ſcil. hoſtium caſtra, Jud. 13, 25. Niphal נִפְעַם *Motus, Ductus, Agitatus, Concuſſus, Turbatus, Conſternatus eſt*. Fut. וַתִּפָּעֶם רוּחוֹ Ut *agitaretur, turbaretur* ejus ſpiritus, Gen. 41, 8. vid. Dan. 2, 3. Hithpael Fut. וַתִּתְפָּעֶם רוּחוֹ Quibus *turbatus eſt* ſpiritus ejus, Dan. 2, 1. Sæpius non legitur.

פַּעַם c. ſed f. ſæpius. *Ictus, Pulſus, Concuſſio; Vice; Incus*, à *tundendo & concutiendo* nomen habens. אֶל־הֹלֶם פָּעַם Ad *percuſſionem* ſuper incude, Jeſ. 41, 7. פַּעַם אַחַת *Vice* unâ, Joſ. 6, 3. הַפַּעַם Hac *vice*, Gen. 29, 34. כְּפַעַם בְּפַעַם Secundum *vicem* in *vice*, i. e. *hâc vice, ut antea*, Num. 24, 1. Dual. פַּעֲמַיִם *Duabus vicibus*, Num. 29, 11. Gen. 27, 36. Nah. 1, 9. Plur. פְּעָמִים *Vices*. שֶׁבַע פְּעָמִים Septem *vicibus*, Gen. 33, 3.

פְּעָמִים m. pl. *Inceſſus, Ingreſſus, Pedes*; ſic dicti, quod iis *pulſetur* terra. Cum Suff. בְּכַף פְּעָמַי Vola *greſſuum, pedum meorum*, 2. Reg. 19, 24. Jeſ. 37, 28. רֶשֶׁת הֵכִינוּ לִפְעָמַי Rete pararunt *greſſibus* meis, Pſ. 57, 7. Cum Suff. פְּעָמֶיךָ *Greſſus* tui, Pſal. 74, 3. פְּעָמָיו *Pedes* ſuos, Pſ. 58, 11. In Statu Conſtr. פַּעֲמֵי מַרְכְּבוֹתָיו *Inceſſus* curruum ejus, Jud. 5, 28.

1) Generatim notat *inceſſûs*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *inceſſus*, quibus terra pulſatur, vel concutitur. Ita dicitur non ſolum de inceſſibus curruum, Jud. 5, 28. ſed etiam de greſſibus, quos pedes faciunt, vide Jeſ. 26, 6. β) *Impropriè* 1) *Metonymicè* deſignat *pedes*, qui greſſus faciunt,

ciunt, 2. Reg. 19, 24. Jeſ. 37, 28. 2) *Metaphoricè* denotat *animi commotiones, conatus & actiones*, Pſ. 17, 5. Pſ. 119, 133.

פַּעֲמֹת pl. f. *Anguli.* Ter ſaltem legitur cum Suff. פַּעֲמֹתָיו *Anguli* ejus, Exod. 25, 12. c. 37, 3. 1. Reg. 7, 30.

פַּעֲמֹן m. *Tintinnabulum*; ſic dictum, quod ſi ſonum edere debet, *agitari & pulſari* debet, Exod. 28, 34. c. 39, 26. Plur. פַּעֲמֹנִים *Tintinnabula*, Exod. 39, 25. In Statu Conſtr. פַּעֲמֹנֵי זָהָב *Tintinnabula* auri, i. e. aurea, Exod. 28, 33. c. 39, 25. Amplius non legitur.

פָּעַר *Multum aperuit*, *Multum diſtendit*; dicitur de ore, & *ingentem aviditatem* innuit, quo quis in aliquid fertur. וּפָעֲרָה פִיהָ לִבְלִי חֹק Et *diſtendit* os ſuum in abolitionem modi ſeu ſtatuti, i. e. in immenſum, Jeſ. 5, 14. פִּי פָּעַרְתִּי Os meum multum *aperui*, Pſal. 119, 131. פָּעֲרוּ עָלַי בְּפִיהֶם *Aperiunt* contra me os ſuum, Job. 16, 10. וּפִיהֶם פָּעֲרוּ Et os ſuum *aperiunt, diſtendunt*, Job. 29, 23. Sæpius non legitur.

פְּעוֹר m. *Peor.* α) eſt nomen proprium *Montis*, apud Moabitas à *patendo* ſic dicti, quod ſit *patens & ſupernè ſpatioſus*, Num. 23, 28. β) Eſt nomen *Idoli*, aliàs *Baal Peor* dicti, quaſi fuerit Dominus *Peor* ſeu *montis*, qui iſti ſacer extitit, & in quo cultus fuit. Alias originationes vide apud Geierum in Comment. in Pſ. 106, 28. *Quale* autem *idolum* fuerit, non ſatis conſtat. *Deum turpitudinis* fuiſſe, multi cenſent, imò eundem cum Græcorum & Romanorum *Priapo*, & ſub hoc *Noachum* humani generis reſtauratorem latitare. Sed hæc fruſtra adſeri, pluribus monſtrat Dn. D. Buddeus in Hiſt. Eccl. Tom. I. Sect. 1. pag. 772. & ſeqq. Hujus *idoli cultu* ſe contaminarunt Iſraelitæ, Num. 25, 3. & ſeqq.

פָּצָה *Aperuit, Pandit, Dilatavit, Diduxit, Diſtendit*; item *Liberavit* ex uſu Chaldaico. פָּצְתָה אֶת־פִּיהָ *Aperuit* os ſuum, Gen. 4, 11. Devt. 11, 6. Num. 16, 30. פָּצוּ עָלַי פִּיהֶם *Aperuerunt* contra me os ſuum, Pſal. 22, 14. Particip. פֹּצֶה פֶה *Aperiens* os, Jeſ. 10, 14. Fut. יִפְצֶה פִּיהוּ *Aperiet* os ſuum, Job. 35, 16.

1) Generatim notat *aperire*, quacunque id fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* notat *apertionem oris*, vel *labiorum*, qualis fit in loquelâ, aut comeſtione &c. Ita Ezechiel jubetur *aperire os*, ut comedat librum, Ezech. 2, 8. & *avis* negatur aperire os, Jeſ. 10, 14. Sic Jobus c. 35, 16. cum vanitate dicitur *aperuiſſe os ſuum* ad loquendum & diſputandum contra Deum, Job. 35, 16. Sed Pſal. 22, 4. *apertio oris* innuit *conatum perdendi*, petitâ metaphorâ à canibus & feris ore lædentibus. Conf. Thren. 2, 16. c. 3, 46. Et Jud. 11, 35. connotat *votum*, quod Jephtha fecerat. β) *Tropicè* 1) Per *Metaphoram* tribuitur *terræ*, ſanguinem occiſi imbibenti, Gen. 4, 11. & magno hiatu dehiſcenti, cœtum Koræ, Dathan & Abirami abſorbenti, Num. 16, 30. Devt. 11, 7. 2) Significat *liberare*, quia, qui alterum liberat, vincula ejus aperit, apertisque vinculis eum libertati priſtinæ reſtituit, Pſal. 144. 7. 10. 11.

פָּצַח *Sonum* vel *Fragorem edidit*, *Perſonuit.* פִּצְחוּ רִנָּה *Perſonuerunt*

runt jubilo, Jeſ. 14, 7. Imp. פִּצְחוּ רִנָּה *Perſona* jubilo, Jeſ. 54, 1. Fut. יִפְצְחוּ *Perſonabunt*, Jeſ. 55, 12. Piel פִּצַּח *Diffregit*. פִּצֵּחוּ *Diffringunt*, Mich. 3, 3.

1) Generatim *ſonandi* infert notionem. 2) Speciatim α) *propriè* notat *perſonare jubilo* vel *cantu*, *lætitiæ ingentis teſſerâ*, Pſal. 98, 4. Jeſ. 14, 7. c. 44, 23. c. 49, 13. c. 52, 9. c. 54, 1. c. 55, 12. β) *Metonymicè* notat *Diffringere cum ſono & frago re*, Mich. 3, 3. Sæpius non legitur.

פָּצַל *Decorticavit*, Gen. 30, 38. Fut. וַיְפַצֵּל בָּהֵן פְּצָלוֹת לְבָנוֹת Et *decorticavit* in iis decorticationes albas, Gen. 30, 37. Sæpius non legitur.

פְּצָלוֹת pl. f. *Decorticationes*. Saltem legitur Gen. 30, 37.

פָּצַם *Diffregit*, *Rupit*. Semel occurrit Pſal. 60, 4. פְּצַמְתָּהּ *Diffregiſti*, *rupiſti* eam.

פָּצַע *Vulneravit*. פְּצָעוּנִי *Vulnerarunt* me, Cant. 5, 7. Particip. Paul in Statu Conſtr. פְּצוּעַ דַּכָּא *Vulneratus* contuſione, Devt. 23, 1. Infin. וּפָצֹעַ Et *vulnerando*, 1. Reg. 20, 37. Sæpius non legitur.

פֶּצַע m. *Vulnus*. פֶּצַע תַּחַת פָּצַע *Vulnus* pro *vulnere*, Ex. 21, 25. כִּי אִישׁ הָרַגְתִּי לְפִצְעִי Num virum interfeci mihi in *vulnus*? Gen. 4, 23. Plur. פְּצָעִים *Vulnera*, Prov. 23, 29. In Statu Conſtr. נֶאֱמָנִים פִּצְעֵי אוֹהֵב Fidelia ſunt *vulnera* amici, Prov. 27, 6. Cum Suff. פְּצָעַי *Vulnera* mea, Jud. 9, 17.

1) Generatim notat *vulnus*. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *violentam cutis carnisque ſciſſionem*, *læſionem*, *contuſionem* aut *lacerationem*, Gen. 4, 23. Exod. 21, 25. Prov. 23, 29. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *ſeverum ſermonem increpatorium*, quô animus hominis ſauciatur ac lancinatur, pudorque & dolor ei incutitur, Prov. 27, 6. 2) *Afflictionem graviorem*, Job. 9, 17. 3) *Graviora damna*, Politiæ judaicæ ex juſtô Dei judiciô ob incorrigibilitatem Judæorum inflicta, Jeſ. 1, 6.

פָּצַר *Inſtitit*, *Urſit*. Conſtruitur intercedente Præpoſ. בְּ. Futur. וַיִּפְצַר בָּם מְאֹד At *inſtitit* illis valde, Gen. 19, 3. וַיִּפְצַר בּוֹ וַיִּקָּח Ita *inſtitit* illi, donec ſumeret, Gen. 33, 11. וַיִּפְצַר בּוֹ לָקַחַת וַיְמָאֵן *Inſtitit* quidem illi, ut acciperet, ſed renuit, 2. Reg. 5, 16. Vid. Jud. 19, 7. וַיִּפְצְרוּ בוֹ עַד בֹּשׁ Cum *inſtarent* illi ad pudorem usque, 2. Reg. 2, 17. וַיִּפְצְרוּ בָאִישׁ *Urſeruntque* virum iſtum, Gen. 19, 9. Hiphil Infinitivus; הַפְצַר *Repugnare*, *prævaricari*, 1. Sam. 15, 23.

1) Generatim notat *inſtare*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) notat *inſtare vi*, *urgere*, Gen. 19, 9. β) *Inſtare verbis*, *geſtu*, *patheticaque affectuum demonſtratione contendere*, ita fere capitur in reliquis locis antea citatis. γ) *Repugnare*; *Prævaricari*, quia, qui alteri repugnat, & contra eum prævicatur, ei inſtat, & cum eô quaſi contendit, 1. Sam. 15, 23.

פְּצִירָה f. *Lima*; Inſtrumentum mechanicum. Legitur ſaltem 1. Sam. 13, 21. Sed Guſſetius rejicit hanc ſignificationem, quia ei non appa-

apparet, unde accerſatur. Proinde ei videtur innui *conteſtatio Iſraelitarum* cum Philiſtæis ad impetrandam horum opem, pro *vomeribus acuendis*, dum illi rogabant, hi negabant aut cunctabantur, illi urgebant rurſus; hinc פִּים ſumit *propriè*, ut deſignetur *conteſtatio orum*, *oris contra os*.

הַפְצַר m. *Repugnantia*; *Pravaricatio*, eſt Infinitivus nominaſcens, 1.Sam. 15, 23. Vide ſupra p. 966.

פָּקַד *Viſitavit*, cujuscunque rei cauſâ; inde latiſſimè idem eſt ac *Inviſit*, *Reviſit*, *Rationem habuit*; *Animadvertit*; *Numeravit*, *Recenſuit*, *Luſtravit*, *Perfecit*, *Mandavit*, *Commiſit*, *Commendavit*, *Depoſuit*; *Præfecit*; *Deſideravit*, & hinc de defectu uſurpatum, *Defuit*. Conſtruitur intercedentibus variis particulis, ב, ל, אל, עַל. פָּקַד אֶת־ *Viſitavit* populum ſuum, Ruth. 1, 6. פָּקַד אֶת־עַמּוֹ. אֶת וּפָקַדְתִּי כָּל־הָעָם *Recenſuit*, numeravit totum populum, 1.Reg. 20, 15. וּפָקַדְתִּי עֲלֵיהֶם חַטָּאתָם *Aſt viſitabo* ſuper iis peccatum eorum, Exod. 32, 34. וְהוּא פָקַד עָלַי לִבְנוֹת לוֹ בַּיִת Ipſeque *mandavit* mihi ædificare ſibi domum, 2.Chron. 36, 23. Infin. לִפְקֹד כָּל־גּוֹיִם Ad *viſitandum* omnes gentes, Pſal. 59, 6. Fut. פָּקֹד יִפְקֹד אֱלֹהִים אֶתְכֶם *Viſitando viſitabit* Deus vos, i. e. *certiſſime*, Gen. 50, 24. וַיַּפְקִדֵהוּ עַל־בֵּיתוֹ Et præfecit eum domui ſuæ, Gen. 39, 4. Particip. Paul. פְּקוּדִים *Numerati*, *Recenſiti*, Exod. 30, 13. 14. c. 35, 26. In Stat. Conſtr. פְּקוּדֵי הָעֵדָה *Numerati* cœtûs, Exod. 38, 25. פְּקוּדֵי הֶחָיִל *Præfecti* exercitus, Num. 31, 14. Niphal נִפְקַד *Viſitatus*, *Numeratus*, *Conſtitutus*, *Præfectus*, *Deſideratus eſt*, *Defuit*. וְלֹא נִפְקַד מִמֶּנּוּ אִישׁ Nec *deſideratus eſt* de illis vir, ſeu *quiſpiam*, Num. 31, 49. Infin. cum Fut. הִפָּקֵד יִפָּקֵד Si *deſiderando deſiderabitur*, 1.Reg. 20, 39. Piel פִּקֵּד *Luſtravit*. Particip. מְפַקֵּד *Luſtrans*. Jeſ. 13, 4. Pual פֻּקַּד *Numeratus eſt*. פֻּקַּדְתִּי *Viſitatus ſum*, Jeſ. 38, 10. Hiphil הִפְקִיד *Viſitatorem*, *Præfectum fecit*, *Præfecit*, *Conſtituit*, *Commiſit*, *Depoſuit*, *Numeravit*, *Recenſuit*. הִפְקִיד אֹתוֹ בְּבֵיתוֹ *Viſitatorem*, *Præfectum fecit* eum in domô ſua, Gen. 39, 5. וְהִפְקִיד עַל־יַד שָׂרֵי הָרָצִים Quæ *commiſit* manus Principum Satellitum, 2.Chron. 12, 10. Fut. בְּיָדְךָ אַפְקִיד רוּחִי In manum tuam *commendo* ſpiritum meum, Pſal. 31, 6. וַיַּפְקִידֵם Et *præfecit* eos, 1. Chron. 26, 32. Hophal הָפְקַד *Viſitatus eſt*, Jer. 6, 6. Hithpael הִתְפָּקֵד *Recenſitus eſt*, pro הִתְפַּקֵּד, Dageſch ſine neceſſitate excidit, & compenſatum fuit, mutato (ַ) in (ָ). Fut. וַיִּתְפָּקֵד הָעָם Nam *recenſitus eſt* populus, Jud. 21, 9. Sed Num. 1, 47. eſt הָתְפָּקְדוּ, *Recenſiti fuerint*, forma mixta ex Hophal & Hithpael.

I) Generatim *curam*, eamque *ſingularem* importat, quæ quidem vix in ſola inſpectione aut examine ſtatûs alicujus rei conſiſtit; ſed reſpicit *aliquod effectum ſtatui rei & judicio curantis conveniens*. II) Speciatim 1) ſignificat *viſitare*, *venire ad aliquem*, ſive ad *videndum*, ſive ad *con-*

Digitized by Google

conſpectum ſui alteri præbendum, ſive ad *benefaciendum*, ſive ad *puniendum*. Ita dicitur *a*) de *hominibus*, *tùm*, quando *unus alterum accedit*, eum viſurus, ſtatum ejus cogniturus, opemque, ſi opus ſit, ei allaturus; prout David viſitabat fratres, 1.Sam. 17, 18. Simſon uxorem, Jud. 15, 1. *tùm*, quando *afflicti* in verâ pœnitentia ad *Deum accedunt*, Jeſ. 26, 16. *β*) Ἀνθρωποπαθῶς de *Deo*, deſignans tum *Dei ſcrutinium, explorationem & notitiam*, Pſal. 17, 3. Jer. 6, 6. Vid. Sebaſt. Schmid. in h. l. tùm ipſius *peculiarem appropinquationem*, aut *præſentiæ divinæ modum & manifeſtationem*, quæ involvit vel *realem exhibitionem gratiæ & beneficii*, prout viſitabat Saram, Gen. 21, 1. Hannam, 1.Sam. 2, 21. populum afflictum & famelicum, Ex. 4, 31. Ruth. 1, 6. Vide Pſal. 106, 4. Pſal. 65, 10. Jer. 29, 10. vel *realem exhibitionem iræ, ac immisſionem pœnæ vindictæque divinæ*, Ex. 20, 5. c. 34, 7. Job. 35, 15. Pſal. 27, 1. Pſal. 59, 6. Jeſ. 26, 14. Jer. 5, 9. c. 9, 24. c. 29, 32. c. 44, 13. c. 46, 25. c. 50, 18. Ezech. 23, 23. 2) Significat *numerare, recenſere, luſtrare*; qui enim numerat, recenſet ac luſtrat, ille *curat*, ut adſint, qui adeſſe debent, &, qui adſunt, bono ordine diſponantur, Ex. 30, 12. Num. 1, 44. 45. 46. c. 3, 15. c. 4, 23. 3) Notat in Kal *deſiderare, non invenire in recenſione*, vermiſſen / 1.Sam. 20, 6. 1.Sam. 25, 15. In Niphal *in recenſione deſiderari, non inveniri, deeſſe*, Num. 31, 49. Jud. 21, 3. 1.Sam. 25, 7. Jer. 23, 4. Ezech. 38, 8. Quæ enim *deſiderantur*, curantur, ut adſint, vel ut alii in locum eorum ſubſtituantur. 4) Significat *mandare*, *actum* vel *rem perſonæ alicui commendare*, *alicujus curæ committere*, *cuſtodiendum deponere*. Ita in *Kal Deus* dicitur *Cyro mandaſſe* ædificationem templi Hieroſolymitani 2.Chron. 36, 23. *Aaron* & *filii ipſius* jubentur *committere* Gerſonitis in *cuſtodiam* onus ipſorum, Num. 4, 27. & Gehaſi talenta in domo talenta deponebat, 2. Reg. 5, 24. Sic in *Hiphil* ſignificat *aliquid ut depoſitum cuſtodiendum committere*, Pſal. 31, 6. vel ut *cuſtodiendum deponere*, 2.Chron. 12, 10. Jer. 37, 21. 5) Significat *conſtituere*; *& propriè* quidem notat *perſonam præficere alicui rei*, *conſtituere ad aliquid curandum*, *inſpectionem* vel *gubernationem alicui concedere*. Ita in *Kal* adhibetur, Num. 3, 10. c. 27, 16. Devt. 20, 9. Jer. 51, 27. In Hiphil Gen. 39, 4. 5. c. 41, 14. Num. 1, 50. 1.Reg. 11, 28. 2.Reg. 7, 17. Jer. 40, 7. *Metaphoricè a*) autem deſignat *traditionem in poteſtatem alicujus*, e. g. gladii, canum, avium, ferarum, Jerem. 15, 3. prout ille, qui ſuper aliquos conſtituitur, *poteſtatem in illos accipit*. *β*) *Immisſionem terroris, tabis & febris ardentis*, quæ improbos occupent, & in ſua poteſtate teneant, Lev. 26, 16.

פְּקֹד. *Pekod*, nomen proprium urbis, Jer. 50, 21. Ezech. 23, 23. Sed aliis eſt Infinitivus verbi.

פָּקִיד m. *Præfectus*, cujus curæ ac fidei aliquid commiſſum eſt; פָּקִיד עַל־אַנְשֵׁי הַמִּלְחָמָה *Præfectus, Conſtitutus* ſuper viros belli. Jer. 52, 25. vid. 2.Reg. 25, 19. Neh. 11, 9. 14. Jer. 20, 1. In Statu Conſtr.

וּפְקִיד

וּפָקִיד הַלְוִיִּם Et *præfectus* Levitarum, Neh. 11, 22. Cum Suff. פְּקִדוֹ *Præfectus* ejus, Jud. 9, 25. Plur. פְּקִדִים *Præfecti*, Gen. 41, 34. Jer. 29, 26. י deficiente. Sed 2. Chron. 31, 13. Eſth. 2, 3. eſt פְּקִידִים.

פְּקֻדָּה f. *Viſitatio; Recenſio, Præfectura; Depoſitum:* לְיוֹם פְּקֻדָּה In diem *viſitationis*, Jeſ. 10, 3. בָּאוּ יְמֵי הַפְּקֻדָּה Venerunt dies *viſitationis*, Hoſ. 9, 7. In Statu Conſtr. פְּקֻדַּת כָּל־הַמִּשְׁכָּן *Præfectura*, *Officium* totius habitaculi, Num. 4, 16. Cum Suff. פְּקֻדָּתָם *Præfectura* illorum, 1. Chon. 24, 19. Plur. פְּקֻדּוֹת *Præfecturæ*, Jer. 52, 11. Ez. 44, 11.

1) Generatim perinde ut verbum importat *curam*, quacunque ſe exerat ratione. 2) Speciatim α) ſignificat *viſitationem* tùm *gratiæ*, Job. 10, 12. ubi deſignat *curam & totam hominis gubernationem*, *auxiliumque divinum*; tum *iræ & ſupplicii* ob antegreſſa peccata, Jeſ. 10, 3. Jer. 10, 15. c. 11, 23. c. 23, 12. c. 46, 21. c. 48, 44. c. 50, 27. Ez. 9, 1. Mich. 7, 4. β) Notat *recenſionem*, quæ importat *curam* de ſingulis 1. Chron. 23, 11. γ) Denotat *Præfecturam*, ſive ſpectes *ipſum præfecturæ munus*, quô quis perſonis rebusque præfectus, curam earum gerit, Num. 3, 32. c. 4, 16. 1. Chron. 24, 3. & 19. 2. Chron. 17, 14. Pſal. 109, 8. conf. Act. 1, 20. ſive per *Metonomyam* deſignet *rem*, circa quam præfectura verſatur ſeu occupata eſt, Num. 3, 36. 2. Chron. 23, 18. ſive *ipſum Præfectorum Collegium* notet, 2. Chron. 24, 11.

פִּקּוּדִים m. pl. *Mandata, Commiſſa, Commisſiones.* Legitur tantum de *ſacris Dei mandatis*, quæ præſcribunt normam agendorum & omittendorum, & ſunt tanquam ſancta & pretioſa depoſita; obſervationi noſtræ commiſſa. In Statu Conſtr. פִּקּוּדֵי יְהוָה יְשָׁרִים *Præcepta* Domini ſunt recta, i. e. omni curvitate carentia, Pſal. 19, 9. Cum Suff. פִּקֻּדֶיךָ *Mandata* tua, Pſal. 119, 4. 27. 40. 45. 56. 63. 69. 87. 93. 94. 100. 110. 134. 141. 159. 168. 173. פִּקֻּדָיו *Mandata* ejus, Pſ. 103, 18. Pſ. 111, 7.

פְּקֻדִים m. pl. *Recenſiones.* Exod. 30, 13. c. 38, 26. Num. 7, 2. Aliàs פְּקוּדִים vel פְּקֻדִים eſt Particip. Paul notans *numeratos*, *recenſitos*, *præfectos*, ut 2. Reg. 11, 15. Vid. radicem ſuperius.

פִּקָּדוֹן m. *Depoſitum*, quod *reſervationi*, *curæ & cuſtodiæ* committitur. Ter legitur Gen. 41, 36. Lev. 5, 20. 23.

פְּקִדֻת f. *Præfectura.* Semel legitur Jer. 37, 13.

מִפְקָד m. *Recenſio, Luſtratio, Mandatum.* שַׁעַר הַמִּפְקָד Porta *luſtrationis*, Neh. 3, 31. In Statu Conſtr. מִסְפַּר מִפְקַד הָעָם Numerus *recenſionis*, *luſtrationis* populi, 2. Sam. 24, 9. בְּמִפְקַד יְחִזְקִיָּהוּ Per *mandatum* Jehiskiæ, 2. Chron. 31, 13. בְּמִפְקַד הַבַּיִת In *locô deſtinatô & conſtitutô* domûs, Ezech. 43, 21.

פָּקַח *Aperuit.* פָּקַחְתָּ עֵינֶיךָ *Aperuiſti* oculos tuos, Job. 14, 3. Infin. פָּקוֹחַ אָזְנַיִם *Aperiendo* aures, Jeſ. 42, 20. לִפְקֹחַ עֵינַיִם עִוְרוֹת Ad *aperiendum* oculos cœcos, Jeſ. 42, 7. Fut. אֶפְקַח *Aperiam.* Zach. 12, 4.

פְּלֶשֶׁת f. *Philiſtaa*, Regio Iſraelitis verſus occaſum contermina, in quinque Satrapias diviſa, Jud. 3, 3. 1. Sam. 6, 4. 16. 18. præſtigiis famoſa, Jeſ. 2, 6. idolorum cultui dedita, Jud. 16, 23. 1. Sam. 5, 1. 2. ſuperba, Zach. 9, 6. infenſa Iſraelitis, 1. Sam. 4, 1. c. 13, 5. Ezech. 25, 15.

פְּלִשְׁתִּים m. pl. *Philiſtæi*, Mizraimi progenies, ex Caphtor profecti.

מִפְלָשִׂים m. pl. *Libramenta* vide ſupra in R. פלס p. 955.

פֶּן *Forte, ne forte, non* &c. Vide ſupra in R. פנן.

פַּנַּג m. *Pannag*, nomen regionis, Ezech. 27, 17. Chaldæo eſt *genus oleris*; Joſepho autem notat *balſamum*, quod in Jericho invenitur.

פָּנָה *Adſpexit, Reſpexit, Spectavit, Vertit, Avertit, Convertit, Divertit, Declinavit.* Conſtruitur intervenientibus particulis ל, אֶל, עַל, מִן. כִּי פָנָה אֶל־אֱלֹהִים אֲחֵרִים Quod *retroſpexerit* ad Deos alienos, Devt. 31, 18. פָּנִיתָ אֶל־הַכֶּלֶב הַמֵּת *Reſpexiſti* ad canem mortuum, 2. Sam. 9, 8. פָּנוּ אֵלַי עֹרֶף *Obverterunt* mihi verticem, Jer. 2, 27. Infin. פְּנוֹת *Reſpicere*, Ezech. 43, 17. Sed Hagg. 1, 9. eſt פָּנֹה וְאֶפְנֶה עַל־יָמִין Et *vertam* me ad dexteram, Gen. 24, 49. Sed Devt. 9, 15. וָאֵפֶן Et *verti me.* ה per Apocopen reſectô. וַיִּפְנוּ לִפְנֵי אִישׁ יִשְׂרָאֵל *Verterunt* itaque ſe coram viro Iſrael, Jud. 20, 42. Piel פִּנָּה *Amovit, Expedivit, Paravit, Præparavit.* פִּנָּה אֹיְבֵךְ *Everrit, Amovit* hoſtem tuum, Zeph. 3, 15. וּפִנָּה דֶרֶךְ לְפָנָי Qui *parabit* viam ante me, Mal. 3, 1. פִּנִּיתִי הַבַּיִת *Verri* domum, Gen. 24, 31. Imper. פַּנּוּ דֶּרֶךְ *Parate* viam, Jeſ. 40, 3. Hiphil הִפְנָה *Reſpexit, Vertit, Obvertit.* הִפְנָה עֹרֶף *Obvertit* verticem, Jer. 48, 39. וּמָנוֹס נָסוּ וְלֹא הִפְנוּ Et fugerunt fugam, nec *reſpexerunt*, Jer. 46, 5. Infin. בְּהַפְנֹתוֹ שִׁכְמוֹ In *vertere*, i. e. cum *verteret* humerum ſuum, 1. Sam. 10, 9. Fut. וַיֶּפֶן זָנָב אֶל־זָנָב Et *obvertit caudam caudæ*, Jud. 15, 4. Hophal הָפְנָה *Reſpicere factus, Averſus eſt, Avertet ſe.* הָפְנוּ *Averſi ſunt, Averterunt ſe*, Jer. 49, 8. Particip. מָפְנֶה Ezech. 9. 4.

1) Generatim ſignificat *vertere faciem*, quacunque ratione id fiat. 2) Speciatim 1) in Kal α) obtinet ſignificationem *vertendi ſe aliquò*, vel ad *abeundum, proficiſcendum* &c. Ita enim, qui ſe vertit, *vertit faciem ſuam* ad locum, quò tendit, Gen. 18, 22. Ex. 7, 23. c. 10, 6. c. 32, 15. Num. 14, 15. Devt. 1, 7. 40. c. 2, 3. c. 16, 7. Joſ. 22, 4. vel *ad audiendum cum attentione tuebitur*, Job. 21, 5. aut ad *opponendum ſe*, Job. 6, 28. Sed Jeſ. 45, 22. *converſionem* deſignat, quæ fit *contritione & fide.* β) Notat *obvertere*; Ita *Iſraelitæ* dicuntur *verticem obvertere hoſtibus*, quando fugam capeſſunt, Joſ. 7, 12. Conf. Jer. 48, 39. Et Jer. 2, 27. *Judæi* dicuntur *Deo obvertiſſe cervicem*, ad deſignandam ipſorum *irreverentiam, idololatriam & contumaciam.* Prout enim *obvertere faciem* idem eſt ac *revereri, obedire, ſequi, pœnitentiam agere*: Ita è contrariô *verticem obvertere* eſt *aliquem non revereri, nec ſequi*, ſed ab *eo turpiter diſcedere & alium ſequi, monenti & arguenti*

ti obſequium denegare, & cum contemtu faciem avertere, Jer. 2, 27. c. 32, 33. γ) Notat *abire, diſcedere*, quia qui diſcedit & abit, *faciem vertit* ad terminum, quò tendit & abit. Ita dicitur de *Sponſo Eccleſiæ*, Cant. 6, 1. Similiter figurate adhibetur de diei decremento, Jer. 6, 4. de diebus vitæ diſcedentibus & penitus evaneſcentibus, Pſ. 90, 9. δ) Significat *ſpectare, reſpicere*; Qui enim ſpectat, reſpicit, vel ſuſpicit, utique *vertit faciem eò*, quò ſpectat, reſpicit, vel ſuſpicit. 1) Notat *ſpectare* vel *ſurſum*, Jeſ. 8, 21. vel *verſus locum*, aut ad *locum* e. g. tentorium, Num. 17, 7. deſertum, Exod. 16, 10. Ita per *Metaphoram* ſæpe dicitur de *re certum loci ſitum* vel *plagam cæli ſpectante*, e. g. de portâ verſus ſeptentrionem ſpectante, Ez. 8, 3. verſus orientem, Ezech. 11, 1. c. 44, 1. c. 46, 12. de via ſpectante orientem, Ezech. 47, 2. de bobus æneis ſpectantibus ſeptentrionem &c. 1. Reg. 7, 25. 2. Chron. 4, 4. 2) *Reſpicere*, ſehen auf etwas. Sed in hoc ſignificatu adhibetur tàm *propriè*, quàm *impropriè*. *Propriè* ſignificat *oculos corporis aliquò vertere*, vide Exod. 16, 10. *Impropriè* autem, & quidem א) per *Metaphoram* valet *expendere, contemplari, oculos mentis ad aliquid vertere*, Eccl. 2, 11. ב) Per *Metonymiam* deſignat α) *curam, affectum ſive amoris, ſive iræ, acceptationem, opem* &c. & idem eſt ac *gratioſè acceptare, curare benignè, rationem alicujus habere* &c. Ita tribuitur tum *hominibus*, qui alterum reſpiciunt, quando ejus benevolam curam & rationem habent, 2. Sam. 9, 8. tum *Deo*, cujus *intuitus* eſt vel *iræ & vindictæ*, quando graviſſimè ſuccenſet & punit, Devt. 9, 27. vel *gratiæ*, quando reſpicit homines, eorum miſerendo, curam gerendo, iis opitulando, ſuam benedictionem & varia beneficia conferendo, Lev. 26, 9. Pſ. 25, 16. Pſ. 69. 17. Pſal. 86, 16. Pſ. 119, 132. Ezech. 36, 9. reſpicit *hominum preces*, eas gratioſè acceptando & exaudiendo, 1. Reg. 8, 28. 2. Chron. 6, 19. Pſ. 102, 18. reſpicit hominum *ſacrificia & oblationes*, ea gratioſè & benevolè acceptando, Gen. 4, 4. 5. Mal. 2, 13. β) *Cultum Deorum alienorum*, qui reſpiciuntur, quando homo Deo vero *verticem obvertit*, eumque turpiter deſerit, eos è contrariò ſectatur atque colit, Lev. 19, 4. Devt. 29, 17. c. 31, 18. 20. 3) *Retroſpicere, oculos retrò flectere*, zurück oder hinter ſich ſehen / Job. 8, 20. 2. Sam. 1, 7. 2. Chron. 13, 14. c. 20, 24. ε) Significat *advenire, appropinquare*. Ita legitur de *approximatione* auroræ, Exod. 14, 27. Jud. 19, 26. Pſal. 46, 6. veſperæ, Gen. 24, 63. Devt. 23, 12. 2) In *Piel* ſignificat *obſtacula aut ſordes è conſpectu removere, aliquid purgare, everrere*. Ita dicitur de *domo*, quæ purgatur, quando ſordes & res aliæ eam ingratam reddentes è conſpectu removentur, Gen. 24, 31. Lev. 14, 36. de *terrâ*, quæ purgatur, quando gentes gentiumque mores abominabiles tolluntur, Pſal. 80, 10. de *via*, quæ purgatur & paratur, quando obſtacula tolluntur, Jeſ. 57, 14. c. 62, 10. Speciatim *Meſſiæ paratur via* concione pœnitentiæ, & annunciatione gratiæ, Jeſ. 40, 3. Mal. 3, 1. 3) In *Hiphil* Significat α) *reſpicere*, Jer. 46, 5. c. 47, 3. β) *Vertere tum tranſitive*, e. g. humerum, abeundo, 1. Sam. 10, 9. verticem, fugien-

do,

do, Jer. 48, 39. tum *intranſitivè, vertere ſe ad fugiendum*, Jer. 49, 24. γ) *Obvertere* e. g. caudam caudæ, Jud. 15, 4.

פָּנִים m. *Facies*, ſic dicta, quod ita collocata, ut in *quamvis partem verti & reſpicere* queat; item *Adſpectus, Conſpectus, Superficies, & quælibet externa anterior rerum ſpecies.* רָאִיתִי אֱלֹהִים פָּנִים אֶל־פָּנִים Vidi Deum à *facie* ad *faciem*, Gen. 32, 31. פָּנִים וְאָחוֹר *Ante* & retrò, à *fronte* & à tergo, Ezech. 2, 10. 2. Chron. 13, 14. וַיִּהְיוּ לְאָחוֹר וְלֹא לְפָנִים Factique ſunt retrorſum & non *antroſum*, Jer. 7, 24. In Statu Conſtr. עַל־פְּנֵי תְהוֹם Super *ſuperficie* abyſſi, Gen. 1, 2. וְעַתָּה אֶרְאֶה פְּנֵי־הַמֶּלֶךְ Nunc itaque videam *faciem* Regis, 2. Sam. 14, 32. לִפְנֵי *Coram, Ante.* לִפְנֵי יְהוָה *Coram* Domino, 1. Sam. 1, 15. לִפְנֵי בּוֹא יוֹם יְהוָה *Ante venire*, i. e. *antequam* venit dies Domini, Joel. 3, 4. interdum præponitur מ, ut מִלִּפְנֵי פַרְעֹה *E conſpectu* Pharaonis, Gen. 41, 46. Sic quoque Gen. 4, 16. מִפְּנֵי E *conſpectu, Coram, Propter, Ob.* וַיָּנָס מִפְּנֵי יִשְׂרָאֵל Sed fugit *coram* Iſraele, 2. Sam. 10, 8. מִפְּנֵי מֵי הַמַּבּוּל *Propter* aquas diluvii, Gen. 7, 7. אַל־תִּירָא מִפְּנֵי הַדְּבָרִים Ne timeas *propter* verba hæc, 2. Reg. 19, 6. Cum Suff. פָּנַי Et *facies* mea, Exod. 33, 23. כִּסְּתָה כְלִמָּה פָּנֵינוּ Texit ignominia *facies* noſtras, Jer. 51, 51. נָשָׂאתִי פָנֶיךָ Acceptavi *faciem* tuam, Gen. 19, 21. לִפְנֵיכֶם In *conſpectu* veſtro, Gen. 34, 10. מִלְּפָנֶיךָ E *conſpectu* tuo, Exod. 23, 28. עָבַר לִפְנֵיהֶם Tranſiit *ante* eos, Gen. 33, 3.

I) Generatim notat, *quicquid ut anterius alteri eſt obverſum.* II) Speciatim 1) *propriè* notat *vultum* ſeu *faciem*, quæ eſt *anterior* capitis pars, ita in animali locata, ut in quamvis *verti* queat partem, Gen. 38, 15. Lev. 9, 24. Num. 14, 5. Jud. 13, 20. Ezech. 1, 9. & ſeq. 2) *Impropriè* א) per *Metaphoram* notat 1) *partem rei anteriorem*, ſeu *illud, quod in re nobis primum obvertitur, videtur & apparet.* Ita dicitur de anteriori parte ollæ, Jer. 1, 13. voluminis, Ezech. 22, 10. belli, 2. Sam. 10, 9. item de acie ſecuris, quæ velut intuetur rem ſecandam, eique coram obvertitur, Eccl. 10, 10. 2) In qualibet ſubſtantia *ſuperficiem & ſpeciem externam*, quæ nobis *obvertitur, cernitur*, & *conſpicienda præbetur.* Ita legitur de ſuperficie terræ, Gen. 1, 29. c. 2, 6. c. 4, 14. c. 6, 7. c. 7, 3. 4. aquæ, Gen. 1, 2. c. 7, 18. Exod. 32, 20. agri, 2. Sam. 11, 11. Job. 24, 18. c. 26, 10. orbis, Jeſ. 14, 21. c. 27, 6. de externâ ſpecie veli, Jeſ. 25, 7. veſtimenti, Job. 41, 5. ב) Per *Metonymiam* transfertur ad *animum*, cujus ſignum in facie externâ conſpicitur, deſignatque *favorem, benevolentiam; iram; triſtitiam; gaudium; impudentiam, contumaciam & feritatem.* Ita tribuitur 1) *homini*, deſignans tum ejus *favorem & benevolentiam*, Prov. 16, 15. tum ejus *iram*, Gen. 32, 20. tùm ipſius *mœrorem & triſtitiam*, 1. Sam. 1, 18. tùm ipſius *magnanimitatem*, Ez. 3, 8. tùm ipſius *contumaciam*, Ez. 3, 8. 2) Per ἀνθρωποπάθειαν *Deo* tribuitur, deſignans α) ejus

α) ejus *manifeſtationem*, quâ Angelis & hominibus perinde, ut homo homini ex facie coram innoteſcit, Devt. 5, 4. c. 34, 10. *β*) Ejus *præſentiam*, tùm *in genere*, Pſal. 139, 7. tum *in ſpecie aſpectabilem præſentiam* per columnam nubis & ignis, Exod. 33, 13. 14. Unde B. Glaſſius deductum putat, quod Jeſaias c. 63, 9. *Meſſiam* vocat *Angelum faciei*, quia viſibili ſpecie, nempe columna nubis & ignis Iſraelitas in deſertô duxit, & *faciem Dei* illis conſpicuam reddidit. Quanquam & *Angelus faciei* vocari poteſt, quia tanquam *ſplendor ipſius*, faciem ejus exactiſſime refert. *γ*) *Locum manifeſtationis*, ubi gratioſè hominibus ſe patefacit. Ita deſignat 1) *terram Iſraeliticam*, Jon. 1, 3. ubi Deus ſe peculiariter patefecerat. 2) *Locum conventuum ſacrorum*, ubi ſuam quodammodo *faciem* conſpiciendam præbet, ſeque compellantibus *præſentem* ſiſtit, Exod. 23, 15. Pſ. 100, 2. Unde *frequentantes cultus ſacros* dicuntur *venire ante faciem ipſius*, 1. Chron. 16, 29. Pſal. 42, 3. Jeſ. 1, 12. Jer. 7, 10. c. 26, 2. Ezech. 46, 9. 3) *Arcam fœderis*, ubi in V. T. ſuam præſentiam glorioſam pollicitus erat, Pſ. 95, 2. *δ*) *Dei ſingularem curam ac providentiam* circa pios &c. Gen. 4, 14. 1. Reg. 9, 7. Pſ. 31, 21. Pſ. 51, 13. Cant. 8, 4. *ε*) *Dei favorem ac gratiam*, quæ ſubinde opem divinam comitem habet, 2. Chron. 7, 14. Pſ. 27, 8. Pſ. 80, 4. 8. 20. Inde *elevare* dicitur *faciem ſuam* ſuper aliquem, quando *favorem*, *gratiam*, *opem*, *aliaque beneficia* præſtat, Num. 6, 25. 26. Pſ. 4, 7. Pſ. 31, 17. Pſ. 67, 2. Similiter *abſcondere Deus* dicitur *faciem ſuam*, quando *ſuum favorem*, *gratiam opemque denegat*, Devt. 31, 17. 18. c. 32, 20. Pſ. 13, 2. Pſ. 22, 25. Pſ. 27, 9. Pſ. 30, 8. Pſ. 44, 25. Pſ. 69, 18. Pſ. 88, 15. Pſ. 102, 3. Pſ. 104, 29. Jeſ. 8, 17. Jer. 33, 5. Ezech. 39, 23. 24. 29. Mich. 3, 4. *ζ*) *Beneplacitum DEI.* Ita *ambulare ante DEI faciem*, idem eſt ac *ſecundum DEI beneplacitum vitam inſtituere, ejus præſentiam vereri, bonum ſectari, malumque fugere, ut ipſius retineatur favor & gratia*, Gen. 17, 1. 1. Reg. 2, 4. c. 8, 25. c. 9, 4. 2. Chron. 6, 16. c. 7, 17. Jeſ. 38, 3. *η*) *DEI iram & vindictam contrà impios*, Lev. 17, 10. Pſ. 9, 4. Pſ. 21, 10. Pſ. 34, 17. Pſ. 68, 3. Jer. 21, 10. Thren. 4, 16. *ϑ*) *Synecdochicè* ponitur pro *toto homine*, Gen. 19, 21. c. 32, 21. 2. Sam. 17, 11. 1. Reg. 2, 20. c. 10, 24. Job. 11, 19. Pſ. 42, 12. Pſ. 132, 10. Prov. 28, 21. Eccl. 8, 1. Jeſ. 3, 15. c. 36, 9. Thren. 5, 12. 3) *Particularum naturam* induit; & *α*) quidem לְפָנִים exprimit *Adverbia Temporis præteriti*, ſcilicet *antea*, *antehac*, Devt. 2, 10. 12. 20. Joſ. 11, 10. c. 14, 15. c. 15, 15. Jud. 1, 10. 11. 23. c. 3, 2. Pſ. 102, 26. *β*) לִפְנֵי *ad facies*, *in conſpectu* 1) *Nominibus Pronominibusque* præmiſſum *Præpoſitiones* exprimit, *ante*, Gen. 45, 5. Eſth. 2, 11. *coram*, Gen. 18, 22. c. 41, 40. c. 43, 15. c. 47, 7. Exod. 4, 21. c. 6, 12. &c. *prope*, *apud*, Exod. 16, 34. *unà cum*, Devt. 3, 18. *contra*, 1. Sam. 20, 1. *extra*, Ezech. 4, 47. *ob*, *propter*, 2. Sam. 3, 31. 2) *Infinitivo* præmiſſum, illum in tempus finitum reſolvit, notans *antequam*, *priusquàm*, Gen. 13, 10. c. 27, 7. *γ*) מִפְּנֵי *Ob*, *propter*,

 Gen.

Gen. 7, 7. c. 41, 31. c. 47, 13. 2. Reg. 19, 6. *coram*, Gen. 16, 8. Exod. 14, 25. Lev, 19, 32. מִפְּנֵי אֲשֶׁר *Propterea quod*, Exod. 19, 18.

פְּנִים *Interius, Intimum*; quaſi *anterius* dictum, quia intranti *interiora* ſunt ante eum, exteriora autem ſunt retrò, ſeu à tergô. Unde opponitur ei, quod *foris* eſt. מִלִּפְנִים וְלַחִיצוֹן *Introrſum* & extrorſum, 1. Reg. 6, 29. Cum ה locali eſt פְּנִימָה *Intus, intrò, intrinſecus*, quod ſi Præpoſitio præmittitur, in ה Paragogicum abit. וַיָּבֹאוּ פְּנִימָה Tum venerunt *introrſum*, 2. Chr. 29, 18. לִפְנִימָה וְלַחִיצוֹן *Introrſum* & extrorſum, 1. Reg. 6, 30. מִפְּנִימָה Ab *interiori parte, intrinſecus*, 1. Reg. 6, 19. 21. 2. Chron. 3, 4.

פְּנִימִי m. *Interior, Intimus*. בְּתוֹךְ הַבַּיִת הַפְּנִימִי In medio domûs interioris, 1. Reg. 6, 27. לִפְנֵי הֶחָצֵר הַפְּנִימִי Ante atrium *interius*, Ezech. 40, 19. Plur. פְּנִימִים *Interiores*. וַחֲדָרָיו הַפְּנִימִים Et conclavium ejus *interiorum*, 1. Chron. 28, 11. Fœm. פְּנִימִית *Interior*. הֶחָצֵר הַפְּנִימִית Atrium *interius*, 1. Reg. 6, 36. Eſth. 4, 11. Ezech. 10, 3. c. 44, 17. Plur. פְּנִימִיּוֹת דַּלְתוֹתָיו הַפְּנִימִיּוֹת Januæ ejus *interiores*, 2. Chron. 4, 22.

לִפְנַי m. *Anterius*. Semel legitur 1 Reg. 6, 17.

פָּנַן Radix inuſitata; inde deducunt

פִּנָּה f. *Angulus*; quod Coccejus rectius derivari putat à פָּנָה *Vertit ſe*; quia ibi eſt *angulus*, ubi *ſe vertit* ædificium ad aliud latus. שַׁעַר פִּנָּה Porta *anguli*, 2. Reg. 14, 13. In Statu Conſtr. פִּנַּת גָּג *Angulus* tecti, Prov. 21, 9. Cum Suff. אֶבֶן פִּנָּתָהּ Lapis *anguli* ejus, Job. 38, 6. Sed Prov. 7, 8. eſt פִּנָּהּ, literâ ת per Syncopen conciſâ. Plur. פִּנּוֹת *Anguli*, Jud. 20, 2. 1. Sam. 14, 40. Cum Suff. פִּנֹּתָיו *Anguli* ejus, Exod. 27, 2. Aſt Zach. 14, 10. eſt פִּנִּים *Anguli*.

1) Generatim notat *angulum*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *angulum ædificii exteriorem*, qualis datur in ædificiô quadratô, Job. 1, 19. Prov. 7, 8. Ezech. 43, 20. unde eſt lapis *anguli*, Jer. 51, 26. vid. Jeſ. 28, 16. β) *Impropriè* 1) per *Metaphoram* notat *Ducem, Principem*, qui, ſicut *angulus* in utrumvis latus proſpectui proſtat, & eſt robur domûs, ita etiam utrinque conſpicuus exiſtit, & robur populi eſt, Jud. 20, 2. 1. Sam. 14, 39. Jeſ. 19, 13. 2) Per *Synecdochen* denotat *arcem*, ſeu *turrim oppugnatoriam*, ſic dictam, quod ex angulis robuſtis conſtat, Zeph. 1, 16. c. 3, 6. 3) *Metonymicè* notat *bivium*, quod *angulus* efficit; ita Ahas extruxiſſe dicitur altaria in omni *angulo*, h. e. in omnibus platearum *concurſibus*, ſeu *biviis*, 2. Chron. 28, 24. Prov. 7, 12.

פְּנִינִים m. pl. *Margaritæ; Carbunculi*. טוֹבָה חָכְמָה מִפְּנִינִים Sapientia eſt bona præ *margaritis*, Prov. 8, 11.

1) Generatim videtur denotare *lapillum pretioſum*, qui ex angulis omnibus *conſpicuum nitorem* ſpargit. 2) Speciatim α) notat *margaritam*

Digitized by Google

tam eximii nitoris & pretii, Job. 28, 18. Prov. 3, 15. c. 8, 11. c. 20, 15. c. 31, 10. β) *Gemmam elegantiæ rubedinis*, Thr. 4, 7. quam Arnold. Bootius l. 4. anim. ſac. c. 3. *corallium* fuiſſe putat; Belgæ autem interpretantur Robynen.

פִּנֵּק *Delicatè nutrivit; Educavit.* Semel occurrit in Particip. מְפַנֵּק מִנֹּעַר עַבְדּוֹ *Delicatè nutriens, tractans à puero ſervum ſuum*, Prov. 29, 21.

פִּסֵּג *Elevavit, Extulit, Suſtulit.* Semel legitur in Imperat. פַּסְּגוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ *Extollite* palatia ejus, verbis ſcil. & animi ſenſibus, Pſ. 48, 14. Sed Vulgat. Arabs, Æthiops, Ludovicus de Dieu & Sebaſt. Schmid. reddunt: Diſtribuite, dividite &c.

פִּסְגָּה f. *Collis*, ab *elevatione* nomen trahens, Num. 21, 20. c. 23, 14. Aliis eſt nomen proprium.

פָּסַח *Gradum fecit, Tranſiit, Præteriit, Subſultavit, Claudicavit.* Conſtruitur interveniente עַל. פָּסַח עַל־בָּתֵּי בְנֵי יִשְׂרָאֵל *Præteriit* domos filiorum Iſraelis, Exod. 12, 27. וּפָסַח יְהוָה עַל־הַפֶּתַח Tum *præteribit* Dominus oſtium, Exod. 12, 23. וּפָסַחְתִּי עֲלֵיכֶם Et *tranſibo* vos, Exod. 12, 13. Particip. פֹּסְחִים *Claudicantes*, 1. Reg. 18, 21. Infin. פָּסֹחַ *Tranſeundo, Tranſiliendo*, Jeſ. 31, 5. Niphal Fut. וַיִּפָּסֵחַ Et *claudus fieret*, 2. Sam. 4, 4. Piel Fut. וַיְפַסְּחוּ Et *claudicarunt* juxta altare, 1. Reg. 18, 26. quô ipſô Spiritus S. contemtim exprimere voluit Prophetarum Baalis *genuflexiones & geſtus claudicationis*. Vid. Sebaſt. Schmid. in Comment in h. l. Sed in verſione interpretatur: *Licet conciderint ſe.*

1) Generatim Guſſetius putat habere *volitandi* ſignificationem, ſpeciatim autem notare α) *tranſilire*; β) *claudicare*. Generalem ſignificationem petit ex Jeſ. 31, 5. ubi notat *aviculæ circa pullos ſuos volitationem*, ad eos contra hoſtem inſtantem tutandos. Sed dubito, an *volandi* notio ſit ſatis appoſita. Forte magis appoſita eſt *gradiendi* ſignificatio à Cocejo data, qualeſcunque gradiens gradus vel greſſus faciat. Unde 2) ſpeciatim enata videtur α) ſignificatio *tranſiliendi*, quia *tranſiliens* gradus facit. Uſurpatur autem 1) de *Angelo percuſſore*, Iſraelitis parcente, & pœnas ab iis avertente, Exod. 12, 13. 23. 2) De *Deo* populum ſuum ex captivitate Babylonica liberante, Jeſ. 31, 5. habitô reſpectu ad *protectionem Ægyptiacam* in cæde Primogenitorum, & liberationem Iſraelitarum. β) Significatio *claudicandi*, quia claudus non ſolum altero pede longiores greſſus facit curtiori, & in latus quaſi ſe projicit; ſed etiam ſublatô projectôque pede, magnum ſpatium tranſilire & gradum facere valet. Ita dicitur de Mephiboſetho, 2. Sam. 4, 4. & Prophetis Baalis, 1. Reg. 18, 26.

פִּסֵּחַ m. *Claudus.* אִישׁ עִוֵּר אוֹ פִסֵּחַ Vir cœcus aut *claudus*, Lev. 21, 18. פִּסֵּחַ שְׁתֵּי רַגְלָיו *Claudus* utroque pede, 2. Sam. 9, 13. Plur. פִּסְחִים *Claudi*, 2. Sam. 5, 6. 8. Jeſ. 33, 23.

פֶּסַח m. *Tranſitus; Paſcha,* &c. עֲשׂוּ פֶסַח לַיהוָה Facite *Paſcha* Domino, 2. Reg. 23, 22. Plur. פְּסָחִים *Paſchata, agni Paſchales,* 2. Chron. 35, 7. 8.

1) Generatim notat *tranſitum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *motum localem,* quô quis locum aliquem præterit & *tranſit.* β) *Metonymicè* 1) notat *agnum Paſchalem,* quia ſanguis ipſius domibus aſperſus fuit *ſignum tranſitûs,* quô Angelus Domini Primogenitos Ægyptiorum percutiens, domos Iſraelitarum ſanguine agni iſtius conſperſas & ſignatas præteribat. Ita capitur, Exod. 12, 21. 2. Chron. 30, 17. 2) *Feſtum Paſchale,* quô agnus Paſchalis in memoriam *iſtius tranſitûs* comedebatur, 2. Reg. 23, 21. 22.

פָּסַל *Sculpſit, Dolavit;* dicitur tàm de *lignis,* quàm de *lapidibus.* פְּסָלוֹ *Sculpſit* illud, Hab. 2, 18. Fut. וָאֶפְסֹל שְׁנֵי לֻחֹת Et *dolavi* duas tabulas, Devt. 10, 3. וַיִּפְסֹל Et *dolavit,* Exod. 34, 4. וַיִּפְסְלוּ Et *dolabant,* 1. Reg. 5, 18. Imper. פְּסָל־ *Dola,* Exod. 34, 1. Devt. 10, 1. Præterea non occurrit.

פֶּסֶל m. *Sculptile; idolum ſculptum & dolatum,* Exod. 20, 4. Devt. 4, 16. 23. 25. c. 5, 8. c. 27, 15. Jud. 17, 3. 4. c. 18, 18. 31. 2. Reg. 21, 7. 2. Chron. 33, 7. וּפִסְלִי Et *ſculptile* meum, Jeſ. 48, 5.

פָּסִיל m. *Sculptile.* In Singulari non occurrit. Plur. פְּסִילִים *Sculptilia.* אֶרֶץ פְּסִלִים Terra *ſculptilium,* Jer. 50, 38. לַפְּסִלִים יְקַטֵּרוּן *Sculptilibus* ſuffiunt, Hoſ. 11, 2. In Statu Conſtr. פְּסִילֵי אֱלֹהֵיהֶם *Sculptilia* Deorum illorum, Devt. 7, 25. Cum Suff. וְהִכְרַתִּי פְסִילֶיךָ Et excindam *ſculptilia* tua, Mich. 5, 12. וּפְסִילֵיהֶם Et *ſculptilia* eorum, 2. Reg. 17, 41. וְכָל־פְּסִילֶיהָ יֻכַּתּוּ Tum omnia *ſculptilia* ejus contundentur, Mich. 1, 7.

פָּסַס *Ad paucitatem redactus, Imminutus fuit,* ita, ut reſpectu totius vel multitudinis penitus defeciſſe videatur. Saltem occurrit Pſal. 12, 2. פַּסּוּ אֱמוּנִים *Defecerunt* fidelitates.

פַּס m. *Fruſtum.* Occurrit ſaltem in Plurali כְּתֹנֶת פַּסִּים Tunica *fruſtorum,* i. e. ex variis fruſtis vel particulis variorum colorum conſuta, h. e. verſicolor, Gen. 37, 3. 23. 32. 2. Sam. 13, 18. 19. Præterea non occurrit.

פִּסָּה f. *Particula.* Semel legitur in Statu Conſtr. פִּסַּת־בַּר *Particula* frumenti, Pſ. 72, 7.

פָּעָה *Exclamavit.* Semel occurrit in Fut. Jeſ. 42, 14. כַּיּוֹלֵדָה אֶפְעֶה Inſtar parturientis *exclamabo.*

פָּעַל *Operatus eſt, Egit, Fecit.* צַדִּיק מַה־פָּעָל Juſtus quid *egit?* Pſ. 11, 3. אִם־עָוֶל פָּעַלְתִּי לֹא אֹסִיף Si perverſitatem *feci,* non addam. Part. פֹּעֵל יְשׁוּעוֹת *Operans* ſalutes, Pſal. 74, 12. פֹּעֲלֵי אָוֶן *Operantes* iniquitatem, Job. 34, 5. 22. Pſ. 5, 6. Pſ. 6, 9. Fut. אֶפְעַל

Ope-

Digitized by Google

Operabor, Job. 6, 20. בְּלֵב עוֹלֹת תִּפְעָלוּן In corde perverſitatis *operamini*, Pſ. 58, 3.

1) Generatim notat *operari*, ſive ſermo ſit de *voluntate & decretô*, ſive de *ipſô actu operandi*. 2) Speciatim α) notat *moliri*, etwas vornehmen/ vorhaben/ connotatque *voluntatem, decretum & cupiditatem*. Ita dicitur tùm de *Deo*, qui molitur opera, quæ decrevit, Hab. 1, 5. Jeſ. 41, 4. tùm de *homine*, qui cupidè molitur & machinatur perverſitates, Pſalm. 58, 3. malum, Mich. 2, 1. Sed Job. 7, 20. deſignat *promtitudinem* hominis ad faciendum, quod Deus velit, modò ſit in viribus ſuis. β) *Agere, Efficere, Elaborare*. Ita tribuitur 1) *Deo*, qui *creat*, Job. 36, 3. *rebus creatis providet*, eas conſervando, gubernando ac diſponendo, ne concidant ac ruant, Job. 22, 17. Pſ. 44, 2. Prov. 16, 4. *piis bonum confert*, Pſal. 31, 20. Pſ. 74, 12. Conf. Num. 23, 23. licet impii negent, eum ſibi quicquam boni vel commodi facere poſſe, Job. 22, 17. *afflictiones immittit*, Job. 33, 29. *liberat*, Pſal. 68, 29. confer anteced. 2) *Homini*, qui laborat, Jeſ. 44, 12. facit idolum, Jeſ. 44, 15. operatur juſtitiam, h. e. æquum, neminem lædendo, ſuum cuique tribuendo, Pſ. 15, 2. facit bona opera viribus à Deô conceſſis, Jeſ. 26, 12. operatur perverſitatem, Job. 34, 32. & quidem ita, ut habitum peccandi contraxerit, iniquitati contra conſcientiam ſtudeat, omnibus flagitiis indulgeat &c. daß er ſcheint aus ſündigen ein Handwerck gemacht zu haben/ Job. 34, 8. 22. Pſ. 5, 6. Pſ. 6, 9. Pſ. 14, 4. Pſ. 28, 3. Pſ. 36, 13. Pſ. 53, 8. Pſ. 64, 3. Prov. 10, 29. c. 21, 15. Jeſ. 31, 2. Hoſ. 6, 8. γ) Valet *parare, præparare*. Ita tribuitur 1) *Deo*, qui paravit ſanctuarium, Exod. 15, 17. ſagittas, i.e. pœnas contra piorum perſecutores, Pſ. 7, 14. 2) *Homini*, qui alteri parat foveam, i. e. inſidias, Pſ. 7, 16. comparat theſauros, Prov. 21, 6.

פֹּעַל m. *Opus*; *Operis merces*. פֹּעַל פָּעַלְתָּ *Opus* operatus es, Pſ. 44, 2. Cum Suff. פָּעֳלִי *Opus* meum, Pſ. 95, 9. פָּעָלְךָ *Opus* tuum, Jeſ. 45, 9. Plur. רַב־פְּעָלִים Magnus *operibus*, 1. Chron. 11, 22.

1) Generatim ſignificat *opus*, ſive *Dei*, ſive *hominis*. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *opus*, & quidem 1) *Dei*, tum in genere, quô ſe conſpiciendum præbet in naturâ & Eccleſiâ, Pſ. 77, 13. Pſ. 92, 5. tum in ſpecie, quô ſuis ſalutiferum auxilium contra ſpem omnium præſtat, Pſal. 44, 2. Pſ. 90, 16. aut caſtigationes ac judicia ſevera immittit, Pſ. 64, 10. Jeſ. 5, 12. 2) *Hominis*, ſive denotet *ordinarium laborem*, quem aggreditur, Job. 24, 5. Pſ. 104, 23. ſive deſignet *improborum fraudulentas machinationes* contra pios, Pſ. 9, 6. aut falſorum Doctorum violenta molimina contra veritatem, Jeſ. 59, 6. aut notet aliud *opus malum*, Job. 36, 9. ſecundum quod ei retribuitur à *Deo*, Pſ. 28, 4. Prov. 24, 12. Jer. 25, 14. c. 50, 29. vel ab *homine*, Prov. 24, 29. β) *Metonymicè* notat *mercedem*, quæ opus ſequitur, Jer. 22, 13.

פְּעֻלָּה f. *Opus*; *Operis merces*. פְּעֻלַּת צַדִּיק *Opus* juſti, Prov. 10, 16.

10, 16. יֵשׁ שָׂכָר לִפְעֻלַּתְכֶם Eſt *merces* operi veſtro, 2. Chr. 15, 7. פְּעֻלָּתָם *Opus* eorum, Jeſ. 61, 8. Plur. פְּעֻלּוֹת *Opera*, Pſ. 28, 5.

1) Generatim notat *opus*, quacunque accipiatur ratione. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *operationem*, tàm *Dei*, Pſ. 28, 5. ubi innuitur ipſius ſingularis providentia, & mira circa piorum ſortem & caſus gubernatio; quàm *hominis*, tàm bonam, 2. Chron. 15, 7. Ezech. 29, 20. Sed Jer. 31, 16. capitur *paſſive*, & idem eſt ac paſſio, quam Rahel patitur, quia paſſiones, quæ fideles pie ſuſtinent, inter bona eorum opera referendæ; tùm malam, Prov. 11, 18. *β*) *Metonymicè* notat 1) *mercedem*, quæ ſequitur laborem vel operationem, Lev. 19, 13. Pſ. 109, 20. Jeſ. 49, 4. Conf. Jeſ. 40, 10. c. 62, 11. ubi deſignat *mercedem Meſſiæ*, pro opere paſſionis datam; & quam opere iſto ſuo perfectiſſimè meruit, np. *remiſſionem peccatorum, vitam ac ſalutem æternam*. 2) *Opes labore & operatione acquiſitas*, Prov. 10, 16.

מִפְעָלִים m. pl. *Opera*. Semel occurrit cum Suffixo מִפְעָלָיו *Opera* ejus, Prov. 8, 22.

מִפְעָלוֹת f. pl. *Opera*. Bis occurrit in Statu Conſtr. de *Operibus* Dei. מִפְעֲלוֹת יְהוָה *Opera* Domini, Pſal. 46, 9. מִפְעֲלוֹת אֱלֹהִים *Opera* Dei, Pſ. 66, 5.

פָּעַם *Agitavit, Pulſavit, Impulit*, idque *ſemel iterumque* vel *per vices*. Infin. וַתָּחֶל רוּחַ יְהוָה לְפַעֲמוֹ Cœpit autem Spiritus Domini *impellere* eum, ad invadendum ſcil. hoſtium caſtra, Jud. 13, 25. Niphal נִפְעַם *Motus, Ductus, Agitatus, Concuſſus, Turbatus, Conſternatus eſt*. Fut. וַתִּפָּעֶם רוּחוֹ Ut *agitaretur, turbaretur* ejus ſpiritus, Gen. 41, 8. vid. Dan. 2, 3. Hithpael Fut. וַתִּתְפָּעֶם רוּחוֹ Quibus *turbatus eſt* ſpiritus ejus, Dan. 2, 1. Sæpius non legitur.

פַּעַם c. ſed f. ſæpius. *Ictus, Pulſus, Concuſſio; Vice; Incus*, à *tundendo* & *concutiendo* nomen habens. אֶל־הֹלֶם פָּעַם Ad *percuſſionem* ſuper incude, Jeſ. 41, 7. פַּעַם אֶחָד *Vice* unâ, Joſ. 6, 3. הַפַּעַם Hac *vice*, Gen. 29, 34. כְּפַעַם בְּפַעַם Secundum *vicem* in *vice*, i. e. *hâc vice, ut antea*, Num. 24, 1. Dual. פַּעֲמַיִם *Duabus vicibus*, Num. 29, 11. Gen. 27, 36. Nah. 1, 9. Plur. פְּעָמִים *Vices*. שֶׁבַע פְּעָמִים Septem *vicibus*, Gen. 33, 3.

פְּעָמִים m. pl. *Inceſſus, Ingreſſus, Pedes*; ſic dicti, quod iis *pulſetur* terra. Cum Suff. בְּכַף פְּעָמַי Vola *greſſuum, pedum meorum*, 2. Reg. 19, 24. Jeſ. 37, 28. רֶשֶׁת הֵכִינוּ לִפְעָמַי Rete pararunt *greſſibus* meis, Pſ. 57, 7. Cum Suff. פְּעָמֶיךָ *Greſſus* tui, Pſal. 74, 3. פְּעָמָיו *Pedes* ſuos, Pſ. 58, 11. In Statu Conſtr. פַּעֲמֵי מַרְכְּבוֹתָיו *Inceſſus* curruum ejus, Jud. 5, 28.

1) Generatim notat *inceſſûs*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *inceſſus*, quibus terra pulſatur, vel concutitur. Ita dicitur non ſolum de inceſſibus curruum, Jud. 5, 28. ſed etiam de greſſibus, quos pedes faciunt, vide Jeſ. 26, 6. *β*) *Impropriè* 1) *Metonymicè* deſignat *pedes*, qui greſſus faciunt,

ciunt, 2. Reg. 19, 24. Jeſ. 37, 28. 2) *Metaphoricè* denotat *animi commotiones, conatus & actiones*, Pſ. 17, 5. Pſ. 119, 133.

פַּעֲמֹת pl. f. *Anguli.* Ter ſaltem legitur cum Suff. פַּעֲמֹתָיו *Anguli* ejus, Exod. 25, 12. c. 37, 3. 1. Reg. 7, 30.

פַּעֲמֹן m. *Tintinnabulum*; ſic dictum, quod ſi ſonum edere debet, *agitari* & *pulſari* debet, Exod. 28, 34. c. 39, 26. Plur. פַּעֲמֹנִים *Tintinnabula*, Exod. 39, 25. In Statu Conſtr. פַּעֲמֹנֵי זָהָב *Tintinnabula* auri, i. e. aurea, Exod. 28, 33. c. 39, 25. Amplius non legitur.

פָּעַר *Multum aperuit*, *Multum diſtendit*; dicitur de ore, & *ingentem aviditatem* innuit, quo quis in aliquid fertur. וּפָעֲרָה פִיהָ לִבְלִי חֹק Et *diſtendit* os ſuum in abolitionem modi ſeu ſtatuti, i. e. in immenſum, Jeſ. 5, 14. פִּי פָעַרְתִּי Os meum multum *aperui*, Pſal. 119, 131. פָּעֲרוּ עָלַי בְּפִיהֶם *Aperiunt* contra me os ſuum, Job. 16, 10. וּפִיהֶם פָּעֲרוּ Et os ſuum *aperiunt, diſtendunt*, Job. 29, 23. Sæpius non legitur.

פְּעוֹר m. *Peor.* α) eſt nomen proprium *Montis*, apud Moabitas à *patendo* ſic dicti, quod ſit *patens & ſupernè ſpatioſus*, Nom. 23, 28. β) Eſt nomen *Idoli*, aliàs *Baal Peor* dicti, quaſi fuerit Dominus *Peor* ſeu *montis*, qui iſti ſacer extitit, & in quo cultus fuit. Alias originationes vide apud Geierum in Comment. in Pſ. 106, 28. *Quale* autem *idolum* fuerit, non ſatis conſtat. *Deum turpitudinis* fuiſſe, multi cenſent, imò eundem cum Græcorum & Romanorum *Priapo*, & ſub hoc *Noachum* humani generis reſtauratorem latitare. Sed hæc fruſtra adſeri, pluribus monſtrat Dn. D. Buddeus in Hiſt. Eccl. Tom. I. Sect. I. pag. 772. & ſeqq. Hujus *idoli cultu* ſe contaminarunt Iſraelitæ, Num. 25, 3. & ſeqq.

פָּצָה *Aperuit, Pandit, Dilatavit, Diduxit, Diſtendit*; item *Liberavit* ex uſu Chaldaico. פָּצְתָה אֶת־פִּיהָ *Aperuit* os ſuum, Gen. 4, 11. Devt. 11, 6. Num. 16, 30. פָּצוּ עָלַי פִּיהֶם *Aperuerunt* contra me os ſuum, Pſal. 22, 14. Particip. פֹּצֶה פֶה *Aperiens* os, Jeſ. 10, 14. Fut. יִפְצֶה פִּיהוּ *Aperiet* os ſuum, Job. 35, 16.

1) Generatim notat *aperire*, quacunque id fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* notat *apertionem oris*, vel *labiorum*, qualis fit in loquelâ, aut comeſtione &c. Ita Ezechiel jubetur *aperire os*, ut comedat librum, Ezech. 2, 8. & *avis* negatur aperire os, Jeſ. 10, 14. Sic Jobus c. 35, 16. cum vanitate dicitur *aperuiſſe os ſuum* ad loquendum & diſputandum contra Deum, Job. 35, 16. Sed Pſal. 22, 4. *apertio oris* innuit *conatum perdendi*, petitâ metaphorâ à canibus & feris ore lædentibus. Conf. Thren. 2, 16. c. 3, 46. Et Jud. 11, 35. connotat *votum*, quod Jephtha fecerat. β) *Tropicè* 1) Per *Metaphoram* tribuitur *terræ*, ſanguinem occiſi imbibenti, Gen. 4, 11. & magno hiatu dehiſcenti, cœtum Koræ, Dathan & Abirami abſorbenti, Num. 16, 30. Devt. 11, 7. 2) Significat *liberare*, quia, qui alterum liberat, vincula ejus aperit, apertisque vinculis eum libertati priſtinæ reſtituit, Pſal. 144. 7. 10. 11.

פָּצַח *Sonum* vel *Fragorem edidit*, *Perſonuit.* פִּצְחוּ רִנָּה *Perſonuerunt*

runt jubilo, Jeſ. 14, 7. Imp. פִּצְחוּ רִנָּה *Perſona* jubilo, Jeſ. 54, 1. Fut. יִפְצְחוּ *Perſonabunt*, Jeſ. 55, 12. Piel פִּצַּח *Diffregit*. פִּצֵּחוּ *Diffringunt*, Mich. 3, 3.

1) Generatim *ſonandi* infert notionem. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *perſonare jubilo* vel *cantu*, *lætitiæ ingentis teſſerâ*, Pſal. 98, 4. Jeſ. 14, 7. c. 44, 23. c. 49, 13. c. 52, 9. c. 54, 1. c. 55, 12. *β*) *Metonymicè* notat *Diffringere cum ſono & frago re*, Mich. 3, 3. Sæpius non legitur.

פָּצַל *Decorticavit*, Gen. 30, 38. Fut. וַיְפַצֵּל בָּהֵן פְּצָלוֹת לְבָנוֹת Et *decorticavit* in iis decorticationes albas, Gen. 30, 37. Sæpius non legitur.

פְּצָלוֹת pl. f. *Decorticationes*. Saltem legitur Gen. 30, 37.

פָּצַם *Diffregit, Rupit*. Semel occurrit Pſal. 60, 4. פְּצַמְתָּהּ *Diffregiſti, rupiſti* eam.

פָּצַע *Vulneravit*. פְּצָעוּנִי *Vulnerarunt* me, Cant. 5, 7. Particip. Paul in Statu Conſtr. פְּצוּעַ דַּכָּא *Vulneratus* contuſione, Devt. 23, 1. Infin. וּפָצֹעַ Et *vulnerando*, 1. Reg. 20, 37. Sæpius non legitur.

פֶּצַע m. *Vulnus*. פֶּצַע תַּחַת פָּצַע *Vulnus* pro *vulnere*, Ex. 21, 25. כִּי אִישׁ הָרַגְתִּי לְפִצְעִי Num virum interfeci mihi in *vulnus*? Gen. 4, 23. Plur. פְּצָעִים *Vulnera*, Prov. 23, 29. In Statu Conſtr. נֶאֱמָנִים פִּצְעֵי אוֹהֵב Fidelia ſunt *vulnera* amici, Prov. 27, 6. Cum Suff. פְּצָעַי *Vulnera* mea, Jud. 9, 17.

1) Generatim notat *vulnus*. 2) Speciatim *α*) *propriè* denotat *violentam cutis carnisque ſciſſionem, læſionem, contuſionem* aut *lacerationem*, Gen. 4, 23. Exod. 21, 25. Prov. 23, 29. *β*) *Metaphoricè* deſignat 1) *ſeverum ſermonem increpatorium*, quô animus hominis ſauciatur ac lancinatur, pudorque & dolor ei incutitur, Prov. 27, 6. 2) *Afflictionem graviorem*, Job. 9, 17. 3) *Graviora damna*, Politiæ judaicæ ex juſtô Dei judiciô ob incorrigibilitatem Judæorum inflicta, Jeſ. 1, 6.

פָּצַר *Inſtitit*, *Urſit*. Conſtruitur intercedente Præpoſ. ב. Futur. וַיִּפְצַר בָּם מְאֹד At *inſtitit* illis valde, Gen. 19, 3. וַיִּפְצַר בּוֹ וַיִּקָּח Ita *inſtitit* illi, donec ſumeret, Gen. 33, 11. וַיִּפְצַר בּוֹ לָקַחַת וַיְמָאֵן *Inſtitit* quidem illi, ut acciperet, ſed renuit, 2. Reg. 5, 16. Vid. Jud. 19, 7. וַיִּפְצְרוּ בוֹ עַד בֹּשׁ Cum *inſtarent* illi ad pudorem usque, 2. Reg. 2, 17. וַיִּפְצְרוּ בָאִישׁ *Urſeruntque* virum iſtum, Gen. 19, 9. Hiphil Infinitivus; הַפְצַר *Repugnare, prævaricari*, 1. Sam. 15, 23.

1) Generatim notat *inſtare*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim *α*) notat *inſtare vi, urgere*, Gen. 19, 9. *β*) *Inſtare verbis, geſtu, patheticaque affectuum demonſtratione contendere*, ita fere capitur in reliquis locis antea citatis. *γ*) *Repugnare, Prævaricari*, quia, qui alteri repugnat, & contra eum prævicatur, ei inſtat, & cum eô quaſi contendit, 1. Sam. 15, 23.

פְּצִירָה f. *Lima*; Inſtrumentum mechanicum. Legitur ſaltem 1. Sam. 13, 21. Sed Guſſetius rejicit hanc ſignificationem, quia ei non appa-

apparet, unde accerſatur. Proinde ei videtur innui *conteſtatio Iſraelitarum* cum Philiſtæis ad impetrandam horum opem, pro *vomeribus acuendis*, dum illi rogabant, hi negabant aut cunctabantur, illi urgebant rurſus; hinc פִּים ſumit *propriè*, ut deſignetur *conteſtatio orum, oris contra os*.

הַפְצַר m. *Repugnantia; Prævaricatio*, eſt Infinitivus nominaſcens, 1.Sam. 15, 23. Vide ſupra p. 966.

פָּקַד *Viſitavit*, cujuscunque rei causâ; inde latiſſimè idem eſt ac *Inviſit, Reviſit, Rationem habuit; Animadvertit; Numeravit, Recenſuit, Luſtravit, Perfecit, Mandavit, Commiſit, Commendavit, Depoſuit; Præfecit; Deſideravit*, & hinc de defectu uſurpatum, *Defuit*. Conſtruitur intercedentibus variis particulis, עַל, אֶל, לְ, בְּ. פָּקַד אֶת־עַמּוֹ *Viſitavit* populum ſuum, Ruth. 1, 6. פָּקַד אֶת־כָּל־הָעָם *Recenſuit*, numeravit totum populum, 1.Reg. 20, 15. וּפָקַדְתִּי עֲלֵיהֶם חַטָּאתָם *Aſt viſitabo* ſuper iis peccatum eorum, Exod. 32, 34. וְהוּא פָּקַד עָלַי לִבְנוֹת לוֹ בַּיִת Ipſeque *mandavit* mihi ædificare ſibi domum, 2.Chron. 36, 23. Infin. לִפְקֹד כָּל־גּוֹיִם Ad *viſitandum* omnes gentes, Pſal. 59, 6. Fut. פָּקֹד יִפְקֹד אֱלֹהִים אֶתְכֶם *Viſitando viſitabit* Deus vos, i. e. *certiſſimè*, Gen. 50, 24. וַיַּפְקִדֵהוּ עַל־בֵּיתוֹ Et præfecit eum domui ſuæ, Gen. 39, 4. Particip. Paul. פְּקוּדִים *Numerati, Recenſiti*, Exod. 30, 13. 14. c. 35, 26. In Stat. Conſtr. פְּקוּדֵי הָעֵדָה *Numerati* cœtûs, Exod. 38, 25. פְּקוּדֵי הֶחָיִל *Præfecti* exercitus, Num. 31, 14. Niphal נִפְקַד *Viſitatus, Numeratus, Conſtitutus, Præfectus, Deſideratus eſt, Defuit*. וְלֹא נִפְקַד מִמֶּנּוּ אִישׁ Nec *deſideratus eſt* de illis vir, ſeu *quiſpiam*, Num. 31, 49. Infin. cum Fut. הִפָּקֵד יִפָּקֵד Si *deſiderando deſiderabitur*, 1.Reg. 20, 39. Piel פִּקֵּד *Luſtravit*. Particip. מְפַקֵּד *Luſtrans*. Jeſ. 13, 4. Pual פֻּקַּד *Numeratus eſt*. פֻּקַּדְתִּי *Viſitatus ſum*, Jeſ. 38, 10. Hiphil הִפְקִיד *Viſitatorem, Præfectum fecit, Præfecit, Conſtituit, Commiſit, Depoſuit, Numeravit, Recenſuit*. הִפְקִיד אֹתוֹ בְּבֵיתוֹ *Viſitatorem, Præfectum fecit* eum in domô ſua, Gen. 39, 5. וְהִפְקִיד עַל־יַד שָׂרֵי הָרָצִים Quæ *commiſit* manus Principum Satellitum, 2.Chron. 12, 10. Fut. בְּיָדְךָ אַפְקִיד רוּחִי In manum tuam *commendo* ſpiritum meum, Pſal. 31, 6. וַיַּפְקִידֵם Et *præfecit* eos, 1. Chron. 26, 32. Hophal הָפְקַד *Viſitatus eſt*, Jer. 6, 6. Hithpael הִתְפָּקֵד *Recenſitus eſt*, pro הִתְפַּקֵּד, Dageſch ſine neceſſitate excidit, & compenſatum fuit, mutato (ַ) in (ָ). Fut. וַיִּתְפָּקֵד הָעָם Nam *recenſitus eſt* populus, Jud. 21, 9. Sed Num. 1, 47. eſt הָתְפָּקְדוּ, *Recenſiti fuerint*, forma mixta ex Hophal & Hithpael.

I) Generatim *curam*, eamque *ſingularem* importat, quæ quidem vix in ſola inſpectione aut examine ſtatûs alicujus rei conſiſtit; ſed reſpicit *aliquod effectum ſtatui rei & judicio curantis conveniens*. II) Speciatim 1) ſignificat *viſitare, venire ad aliquem*, ſive ad *videndum*, ſive ad

con-

וּפְקִיד הַלְוִיִּם Et *præfectus* Levitarum, Neh. 11, 22. Cum Suff. פְּקִידוֹ *Præfectus* ejus, Jud. 9, 25. Plur. פְּקִדִים *Præfecti*, Gen. 41, 34. Jer. 29, 26. י deficiente. Sed 2. Chron. 31, 13. Eſth. 2, 3. eſt פְּקִידִים.

פְּקֻדָּה f. *Viſitatio; Recenſio, Præfectura; Depoſitum:* לְיוֹם פְּקֻדָּה In diem *viſitationis*, Jeſ. 10, 3. בָּאוּ יְמֵי הַפְּקֻדָּה Venerunt dies *viſitationis*, Hoſ. 9, 7. In Statu Conſtr. פְּקֻדַּת כָּל־הַמִּשְׁכָּן *Præfectum, Officium* totius habitaculi, Num. 4, 16. Cum Suff. פְּקֻדָּתָם *Præfectura* illorum, 1. Chon. 24, 19. Plur. פְּקֻדּוֹת *Præfecturæ*, Jer. 52, 11. Ez. 44, 11.

1) Generatim perinde ut verbum importat *curam*, quacunque ſe exerat ratione. 2) Speciatim α) ſignificat *viſitationem* tùm *gratiæ*, Job. 10, 12. ubi deſignat *curam & totam hominis gubernationem, auxiliumque divinum*; tum *iræ & ſupplicii* ob antegreſſa peccata, Jeſ. 10, 3. Jer. 10, 15. c. 11, 23. c. 23, 12. c. 46, 21. c. 48, 44. c. 50, 27. Ez. 9, 1. Mich. 7, 4. β) Notat *recenſionem*, quæ importat *curam* de ſingulis 1. Chron. 23, 11. γ) Denotat *Præfecturam*, ſive ſpectes *ipſum præfecturæ munus*, quô quis perſonis rebusque præfectus, curam earum gerit, Num. 3, 32. c. 4, 16. 1. Chron. 24, 3. & 19. 2. Chron. 17, 14. Pſal. 109, 8. conf. Act. 1, 20. ſive per *Metonomyam* deſignet *rem*, circa quam præfectura verſatur ſeu occupata eſt, Num. 3, 36. 2. Chron. 23, 18. ſive *ipſum Præfectorum Collegium* notet, 2. Chron. 24, 11.

פִּקּוּדִים m. pl. *Mandata, Commiſſa, Commisſiones*. Legitur tantum de *ſacris Dei mandatis*, quæ præſcribunt normam agendorum & omittendorum, & ſunt tanquam ſancta & pretioſa depoſita, obſervationi noſtræ commiſſa. In Statu Conſtr. פִּקּוּדֵי יְהוָה יְשָׁרִים *Præcepta* Domini ſunt recta, i. e. omni curvitate carentia, Pſal. 19, 9. Cum Suff. פִּקֻּדֶיךָ *Mandata* tua, Pſal. 119, 4. 27. 40. 45. 56. 63. 69. 87. 93. 94. 100. 110. 134. 141. 159. 168. 173. פִּקֻּדָיו *Mandata* ejus, Pſ. 103, 18. Pſ. 111, 7.

פְּקֻדִים m. pl. *Recenſiones*. Exod. 30, 13. c. 38, 26. Num. 7, 2. Aliàs פְּקוּדִים vel פְּקֻדִים eſt Particip. Paul notans *numeratos, recenſitos, præfectos*, ut 2. Reg. 11, 15. Vid. radicem ſuperius.

פִּקָּדוֹן m. *Depoſitum*, quod *reſervationi, curæ & cuſtodiæ* committitur. Ter legitur Gen. 41, 36. Lev. 5, 20. 23.

פְּקִדֻת f. *Præfectura*. Semel legitur Jer. 37, 13.

מִפְקָד m. *Recenſio, Luſtratio, Mandatum*. שַׁעַר מִפְקָד Porta *luſtrationis*, Neh. 3, 31. In Statu Conſtr. מִסְפַּר מִפְקַד הָעָם Numerus *recenſionis, luſtrationis* populi, 2. Sam. 24, 9. בְּמִפְקַד יְחִזְקִיָּהוּ Per *mandatum* Jehiskiæ, 2. Chron. 31, 13. בְּמִפְקַד הַבַּיִת In *loco deſtinatô & conſtituto* domûs, Ezech. 43, 21.

פָּקַח *Aperuit*. פָּקַחְתָּ עֵינֶךָ *Aperuiſti* oculos tuos, Job. 14, 3. Infin. פָּקֹחַ אָזְנַיִם *Aperiendo* aures, Jeſ. 42, 20. לִפְקֹחַ עֵינַיִם עִוְרוֹת Ad *aperiendum* oculos cœcos, Jeſ. 42, 7. Fut. אֶפְקַח *Aperiam*. Zach. 12, 4.

12, 4. Niphal נִפְקַח *Apertus eſt.* וְנִפְקְחוּ עֵינֵיכֶם Et *aperientur* oculi veſtri, Gen. 3, 6. Fut. תִּפָּקַחְנָה *Aperientur*, Gen. 3, 7. c. 35, 8.

1) Generatim notat *aperire.* 2) Speciatim α) transfertur ad *oculos*, tùm *propriè* ad *oculos corporis*, qui aperiuntur ad videndum, 2. Reg. 4, 35. Job. 27, 19. tum *impropriè* ad *oculos mentis*, qui aperiuntur, ut res aliqua cognoſcatur, cognitæque cura adhibeatur. Ita *apertio oculorum* tribuitur 1) *homini*, vel ad deſignandam *mentis illuminationem, triſtiumque exhilarationem;* non tamen penitus exclusâ corporalis viſûs reſtitutione, Pſal. 146, 8. Jeſ. 35, 5. c. 42, 7. vel ad denotandam *ſedulam rei contemplationem, operoſamque rei conſpectæ curam*, Prov. 20, 13. vel ad innuendam *experientiam* cum conſcientiæ acerbo ſenſu conjunctam, Gen. 3, 7. 2) *Deo*, ad deſignandam *accuratiſſimam Dei cognitionem, exactiſſimam rei contemplationem, reique conſpectâ ſedulam & providam curam*, 2. Reg. 19, 16. Jeſ. 37, 16. Jer. 32, 19. Dan. 9, 18. Zach. 12, 4. Sed Job. 14, 3. notat *ſpecialem Dei providentiam*, ad caſtigandum & peculiari cruce onerandum. Vid. Seb. Schmidius in h. l. ϐ) Transfertur *ad aures*, Jeſ. 42, 20.

פִּקֵּחַ *Apertus*, nempe oculis, i. e. *videns;* & ſi ad animum transfertur, *Sapiens.* Bis occurrit. פִּקֵּחַ אוֹ עִוֵּר *Videns* aut cœcus, Exod. 4, 11. Plur. הַשֹּׁחַד יְעַוֵּר פִּקְחִים Munus *excæcat* videntes, i. e. ſapientes.

פְּקַח־קוֹחַ m. *Omnimoda apertio.* Semel occurrit Jeſ. 61, 1. Una eſt dictio, licet ſcribatur ut duæ. Poſteriores duæ radicales geminatæ ſunt *ſignificationis intendendæ causâ.* R. Salomoni autem קוֹחַ eſt vox ſeparata, notans *carcerem, captivum*, à לָקַח *Cepit, Sumſit.*

פקע Radix inuſitata; inde eſt

פְּקָעִים m. pl. *Colocynthidæ, Cucurbitæ ſylveſtres*, vel *Fungi.* Ter occurrit 1. Reg. 6, 18. c. 7. 24.

פַּקֻּעֹת f. pl. *Colocynthidæ.* Semel occurrit 2. Reg. 4, 39.

פַּר m. *Juvencus*, quod Bochartus & Clericus deducunt ex Arab. فرّ *Detexit jumenti dentes*, ut innoteſcat, quot annos natum ſit. Vid. Boch. Hieroz. lib. II. c. 28. p. 278. Cler. ad Gen. 32, 14. Proinde laudati Viri פַּר *Juvencum* tum *propriè* dici *vitulum* putant, cum emittit dentes primigenios, ut alii ſuccedant. Sed celeb. Majus mavult deducere ex Arabum فرّه quod ſignificat *alacrem, agilem, & petulantem* vel *pulchrum eſſe*; eò quod *juvencus alacris, agilis, & petulans* ſit. פַּר בֶּן־בָּקָר *Juvencus*, filius bovis, Lev. 4, 3. 14. Plur. פָּרִים *Juvenci*, Exod. 24, 5. פָּרִים בְּנֵי בָקָר *Juvenci*, filii armenti, Num. 29, 13.

1) Generatim notat *juvencum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *bovem juniorem*, qui deſiit eſſe *vitulus*, medius inter שׁוֹר *bovem*, & עֵגֶל *vitulum;* cujus uſus frequens erat in ſacrificiis, uti apparet ex Ex. 29, 1. Lev.

Lev. 4, 3. c. 4, 14. 20. Num. 28, 20. &c. β) *Metaphoricè* ob *petulantiam, ferociam & robur ſuum* deſignat 1) *Principes & Magnates hujus ſeculi*, Jeſ. 34, 7. Ezech. 39, 18. 2) *Quoscunque feroces, ſuperbos & violentos hoſtes, miſerum inſeſtantes*, Pſal. 22, 13.

פָּרָה f. *Vacca*. פָּרָה אֲדֻמָּה *Vacca* rufa. Num. 19, 2. Cum Suff. פָּרָתוֹ *Vacca* ejus, Job. 21, 10. Plur. פָּרוֹת יְפוֹת מַרְאֶה *Vaccæ* pulchræ aſpectu, Gen. 41, 2. הַפָּרוֹת הָרַקּוֹת *Vaccæ* tenues, Gen. 41, 27.

1) Generatim notat *vaccam*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *juvencam*, cujus uſus frequens erat in ſacrificiis, Num. 19, 2. 5. 6. 9. 10. &c. β) *Metaphoricè* 1) ob *ferociam & vires* deſignat *regni Primores*, Am. 4, 1. 2) Ob *laſciviam & ferociam*, quâ aratrum trahere renuit, contra ſtimulos calcitrat, & alligata, rumpit lora, depingit *rebellem populum Iſraeliticum*, Hoſ. 4, 16.

פֶּרֶא m. *Onager*, Job. 6, 5. Deducitur à Majo ab Arab. فَرَأ, quod ſignificat *alacrem, petulantem* eſſe. Sed Bochart P. I. Hieroz. lib. 1. c. 9. p. 63. deducit ad Chaldæorum פרא, *currere*, ut ſic dicatur à *curſu*, quia juxta Ariſtotelem Hiſt. lib. 6. c. 36. *Onagri* τὴν ταχυτῆτα διαφέροντες *celeritate eximii*, Jer. 2, 24. eſt פֶּרֶה. Plural. פְּרָאִים *Onagri*. Jer. 146. Inde verbum הִפְרִיא *Onagro ſimilis eſt, ferox eſt*. Legitur ſeltem in Fut. יַפְרִיא *Ferox eſt*. Hoſ. 13, 15.

1) Generatim *Onagrum* denotat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *aſinum ſylveſtrem*, cujus natura fera & indomita eſt, Job. 6, 5. c. 24, 5. c. 39, 5. Pſ. 104, 11. Jeſ. 32, 14. β) *Metaphoricè* deſignat *ferum, agreſtem ac indomitum, ſuisque cupiditatibus obſequentem*, Gen. 16, 12. Job. 11, 12. Confer. Jer. 2, 24.

פַּרְבָּר m. *Pars exterior*, quæ foras ſpectat. Legitur 1. Chron. 26, 18.

פָּרַד *Separavit, Disjunxit, Diviſit*. Particip. Paul. fœm. pl. וְכַנְפֵיהֶם פְּרֻדוֹת Et alæ eorum *erant diviſæ*. Ezech. 1, 11. Sed Joel. 1, 17. פְּרֻדוֹת ſignificant *grana*. Niphal. נִפְרַד *Separatus, Diviſus eſt, Diviſit ſe, Separavit ſe*. נִפְרְדוּ הַגּוֹיִם *Diviſæ, Diſperſæ ſunt* gentes, Geneſ. 10, 32. Particip. נִפְרָד *Separatus*. Jud. 4, 11. Fut. וּמִשָּׁם יִפָּרֵד Inde autem *ſeparatus eſt*, Gen. 2, 10. וַיִּפָּרְדוּ אִישׁ מֵעַל אָחִיו Atque ſic *ſeparabat ſe* vir à fratre ſuo, Gen. 13, 11. Imp. הִפָּרֶד־נָא Separa te quæſo. Gen. 13, 9. Piel Fut. יְפָרֵדוּ *Dividunt*, Hoſ. 4, 14. Pual Part. מְפֹרָד *Separatus*, Esdr. 3, 8. Hiphil הִפְרִיד *Separavit, Diviſit, Diſſipavit*. Infin. בְּהַפְרִידוֹ In *Diſſipare* eum, i. e. cum diſſipat. Devt. 32, 8. הַמָּוֶת יַפְרִיד Mors *ſeparabit*. Ruth. 1, 16. Hiphil הִתְפָּרֵד *Separatus eſt, Separavit, Disjungit, Diſſolvit ſe*. וְהִתְפָּרְדוּ כָּל־עַצְמוֹתָי Et *disjungunt, diſſolvunt ſe* omnia oſſa mea, Pſ. 22, 15. Fut. יִתְפָּרְדוּ כָּל־פֹּעֲלֵי אָוֶן *Diſſipabuntur* omnes operantes iniquitatem, Pſ. 92, 10.

1) Ge-

Digitized by Google

1) Generatim importat *disjunctionem conjunctorum* ſeu *unitorum*, ſive ſit *localis*, ſive *moralis*. Unde 2) ſpeciatim α) involvit *disjunctionem conjunctorum localem*, notans 1) *dividere*, *ſeparare*, quia, quæ dividuntur & ſeparantur, *disjunguntur*, *& conjuncta eſſe deſinunt*. Ita dicitur de *ſeparatione* vel *diviſione* fluviorum ex unô principiô, Gen. 2, 10. Lothi & Abrahami, qui hactenus cohabitarant, Gen. 13, 9. 11. 14. Eliæ & Eliſæ per currum ignitum, 2. Reg. 2, 11. agnorum à grege Labanis, Gen. 30, 40. oſſium à ſe invicem, Pſ. 22, 15. Conf. Ruth. 1, 17. 2) *Diſſipare*, *Diſpergere*; quia, quæ diſſipantur & diſperguntur, *disjunguntur*. Ita dicitur de diſperſione hominum per orbem terrarum, Gen. 10, 5. 32. Conf. Devt. 32, 8. Judæorum ædificantium ſuper muro, Neh. 4, 19. β) Involvit *disjunctionem moralem*, ſublatâ mutuâ amicitiâ, propenſione, cura, &c. Eſth. 3, 8. Prov. 16, 28. c. 18, 1. c. 19, 4.

פֶּרֶד m. *Mulus*; Hebræis ſic dictus, quia non generat, & *ſeparatus*, i. e. cœlebs eſt. Bocharto in Hierozo. P. I. L. 2. c. 19. p. 231. videtur eſſe *animal* ex iis Parentibus natum, qui à *naturali conſorte ſeparantur*, ut cum aliis copulentur; quia id *propriè* נפרד. Sic Oſ. 4, 14. עִם הַזֹּנוֹת יְפָרֵדוּ Cum meretricibus *ſeparati ſunt*, i. e. ab uxorum conſortio ſe ſubduxerunt, ut meretricibus ſe conjungerent רֹכֵב עַל־הַפֶּרֶד Equitans ſuper *mulo*, 2. Sam. 18, 10. וַיִּרְכְּבוּ אִישׁ עַל־פִּרְדּוֹ Et vehebantur quisque ſuper *mulo* ſuo, 2. Sam. 13, 29. Plur. פְּרָדִים *Muli*. 2. Reg. 5, 17. Cum Suff. פִּרְדֵיהֶם *Muli* eorum. Eſr. 2, 66. Neh. 7, 68.

פִּרְדָּה f. *Mula*. 1. Reg. 1, 33. In Statu Conſtr. פִּרְדַּת הַמֶּלֶךְ *Mula* Regis. 1. Reg. 38, 44. Sæpius non occurrit.

פְּרֻדוֹת f. pl. *Grana*, ſic dicta, quod *ſeparatim* in terram cadunt, Joel. 1, 17.

פַּרְדֵּס m. *Paradiſus*; Unde Græcum παράδεισος. Ter ſaltem legitur Neh. 2, 8. ubi denotat *arboretum*, unde ligna ad contignandum petuntur, Eccl. 2, 5. ubi deſignat *locum*, in quo variæ conſitæ fuerunt arbores, Cant. 4, 13. dicitur de horto malorum punicorum. Eccl. 2, 5. legitur in Plurali פַּרְדֵּסִים, *Paradiſi*.

פָּרָה *Fructuoſus*, *Fœcundus fuit*, *Fructum edidit*, *Protulit*, *Fœtavit*, *Fœtificavit*. וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל פָּרוּ Filiique Iſraelis *fructificarunt*. Exod. 1, 8. וּפָרוּ וְרָבוּ Et *fœcundi ſint* & multiplicentur, Gen. 8, 17. Partic. פֹּרֶה *Proferens fructum*, Devt. 29, 17. Fœm. פֹּרִיָּה *Fructifera*. Pſ. 128, 3. Jeſ. 17, 6. Sed Gen. 49, 22. eſt פֹּרָת, literâ ה in ת tranſeunte. Fut. יִפְרֶה *Fructum feret*, Jeſ. 11, 1. Imper. פְּרֵה וּרְבֵה *Creſce* & multiplicare, Gen. 35, 11. פְּרוּ וּרְבוּ *Fœcundi eſtote* (*creſcite*) & multiplicamini, Gen. 1, 22. 28. c. 9, 1. 7. Hiphil הִפְרָה *Fructuoſum*, *Fœcundum fecit*, *reddidit*, *Fœcundavit*, *Fœtificare fecit*. הִפְרַנִי *Fructuoſum effecit me*, Gen. 41, 52. וְהִפְרֵתִי אֹתְךָ בִּמְאֹד מְאֹד Et *fœcundabo te* (*creſcere faciam*) in intenſione intenſionis, i. e. intenſiſſimè, Gen. 17, 2. ה per
Syn-

Syncopen exciſum eſt. Conf. Gen. 17, 20. Part. מַפְרְךָ *Fœcundans te*, Gen. 48, 4. Fut. וְיַפְרְךָ Et *fructuoſum reddat* te, Gen. 28, 3. וַיֶּפֶר Et *fructuoſum reddidit*. ה per Apocopen reſectô, Pſal. 105, 24.

1) Generatim ſpectat *fœcunditatem & propagationem* ſive *animalium*, ſive *plantarum*. 2) Speciatim α) reſpicit *propagationem animalium*, tùm *rationalium ſeu hominum*, Gen. 1, 28. c. 17, 20. c. 47, 27. Exod. 1, 7. Jer. 3, 16. tùm *irrationalium*, ſeu *brutorum*, Gen. 1, 22. c. 8, 17. Ez. 36, 11. β) Spectat *propagationem & fructificationem plantarum*, Pſalm. 128, 3. Jeſ. 17, 6. c. 32, 12.

פְּרִי m. *Fructus*. עֵץ פְּרִי *Arbor* fructûs i. e. fructifera, Gen. 1, 11. פְּרִי הָאָרֶץ *Fructus* terræ, Num. 13, 26. טוֹב פִּרְיִי Bonus eſt *fructus* meus, Prov. 8, 19. פֶּרְיְךָ *Fructus* tuus, Hoſ. 14, 9. (∵) per alternationem pro (.) poſitô; Ita & in פֶּרְיְכֶם *Fructus* veſter, Ezech. 36, 8. מִפִּרְיוֹ De *fructu* ejus, Gen. 3, 6. פִּרְיָהֶן *Fructum* eorum, Jer. 29, 28.

1) Generatim notat *fructum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat 1) *fructum uteri*, tàm *hominis*, Gen. 30, 2. Devt. 7, 13. c. 28, 4. 18. Pſalm. 127, 3. quàm *bruti* Devt. 28, 4. 2) *Fructum terræ*, Gen. 4, 3. Num. 13, 26. Devt. 26, 2. 10. Pſal. 105, 35. 3) *Fructum arboris*, Gen. 1, 11. 12. 29. c. 3, 2. Exod. 10, 15. Lev. 23, 40. Neh. 10, 36. Ezech. 34, 21. β) *Metaphoricè* deſignat *rei effectum* vel *conſequens*, ſive in *bonum*, ſive in *malum*. Proinde adhibetur 1) de *pietatis & juſtitiæ præmio*, Pſ. 58, 12. Jeſ. 3, 10. 2) de *impietatis & malitiæ pœnâ*, Jer. 6, 19. Prov. 1, 31.

פְּרָת *Euphrates*, quartus *Paradiſi* fluvius, Gen. 2, 14. à *creſcendo* ſic dictus putatur, quia illius aquæ ex colliquatione nivium in montibus Armeniæ valde *increſcunt*, & terram circumjacentem fœcundam reddunt, vid. Leigh. Crit.

פֻּארָה f. *Ramus*, vide ſupra in Radice פאר

אַפִּרְיוֹן m. *Thalamus*, à *fœcunditate* ſic dictus, quaſi *fructificandi locum dicas*, Cant. 3, 9.

פַּרְוָיִם m. *Parvajim*; nomen proprium *loci*, auro præſtantiſſimo fœcundiſſimi, 2. Chron. 3, 6.

אֶפְרָתָה *Ephrata*, N. proprium *loci*, ab *eximia fertilitate* ſic dicti, Gen. 48, 7.

פַּרְוָר m. *Suburbium*. Legitur ſaltem in plurali בַּפַּרְוָרִים In *ſuburbiis*, 2. Reg. 23, 11.

פָּרַז *Separavit, Segregavit ab aliis*, apud Arabes; inde apud Ebræos,

פְּרָזוֹן m. *Pagus* abſque murô, ſic dictus, quia ibi homines à ſe invicem *diſcreti & ſeparati* habitant, *non conjuncti*, prout in urbibus, quæ muris cinctæ ſunt, habitare ſolent. Per *Metonymiam* notat *Paganum*, qui pagum inhabitat. Bis ſaltem legitur. חָדְלוּ פְרָזוֹן Ceſſarunt *pagi*, i. e. *pagani* pagos inhabitantes, Jud. 5, 7. Cum Suff. צִדְקוֹת פִּרְזֹנוֹ Juſtitias *pagi*, i. e. paganorum ejus, Jud. 5, 11.

Digitized by Google

פְּרָזוֹת f. pl. *Pagi*, Ezech. 38, 11. Zach. 2, 8. בְּעָרֵי הַפְּרָזוֹת In civitatibus *pagorum*, i. e. in pagis civitatum per *Hypallagen*, Eſth. 9, 19. Sæpius non occurrit.

פְּרָזִי m. *Paganus*, Devt. 3, 5. 1. Sam. 6, 18. Plur. פְּרָזִים *Pagani*, Eſth. 9, 19. Cum Suff. פְּרָזָו *Paganorum* ejus, Hab. 3, 14. pro פְּרָזָיו, literâ י per Syncopen conciſâ.

פָּרַח *Germinavit*, *Regerminavit*; *Floruit*, *Effloruit*, *Reſolvit*; item *Volavit*, *Avolavit*, ex Chaldaiſmo. פָּרַח מַטֵּה אַהֲרֹן *Effloruerat* baculus Aaronis, Num. 17, 23. אִם פָּרְחָה הַגֶּפֶן Num *effloruerit* vitis, Cant. 7, 13. Particip. פֹּרֵחַ *Efflorescens*, Exod. 9, 9. Fœm. צָרַעַת פֹּרַחַת הִוא Lepra *efflorescens* illa erit, Lev. 13, 42. לְפֹרְחוֹת *In avolantes, volatiles*, Ez. 13, 20. Infin. cum Fut. אִם פָּרוֹחַ תִּפְרַח Si *efflorescendo, efflorebit*, Lev. 13, 12. יִפְרְחוּ כַגֶּפֶן *Efflorebunt* ſicut vitis, Hoſ. 14, 8. Hiphil הִפְרִיחַ *Florere fecit*, *Germinare fecit*, item *Floruit*. וְהִפְרַחְתִּי עֵץ יָבֵשׁ Sed *germinare faciam* lignum aridum, Ezech. 17, 24. תַּפְרִיחִי *Facies, ut effloreſcat*, Jeſ. 17, 11. יַפְרִיחוּ *Florebunt*, Pſal. 92, 14.

1) Generatim notat *virere*, ſive *florem comitem habeat*, ſive *non*. Unde 2) ſpeciatim α) notat *geminare*, grünen / nullô emiſſô ſimul flore. Ita dicitur *propriè* Hab. 3, 17. de ficu, quæ nullos flores emittit; de herba germinante, Jeſ. 66, 14. Conf. Pſ. 92, 8. de *folio vireſcente*, Prov. 11, 28. *Impropriè* autem deſignat *proſperum & vegetum ſtatum rei*, Prov. 11, 28. Jeſ. 66, 14. β) Notat *florere*, *efflorescere*. Sic 1) *propriè* idem eſt ac *emittere flores*. Ita dicitur de baculo Aronis, Num. 17, 23. de *vite*, Cant. 6, 11. Hoſ. 14, 8. de *lilio*, Hoſ. 14, 6. 2) *Metaphoricè* α) depingit *proſperum hominis ſtatum & conditionem*, Pſal. 92, 8. 13. 14. Pſal. 132, 18. Prov. 14, 11. Jeſ. 27, 6. Hoſ. 14, 8. β) Transfertur ad *lepram* vel *ulcus efflorescens & ſe diffundens*, non quidem *ratione amœnitatis*, ſed *ratione humoris vitioſi*, in cute corruptâ copioſè ſe exerentis, futurum fructum indicantis, & ad maturitatem tendentis, Lev. 13, 12. ſeq. Exod. 9, 9. 10.

פֶּרַח m. *Flos*. וַיֹּצֵא פֶרַח Et protuderat *florem*, Num. 17, 23. Cum Suff. פִּרְחָהּ *Flos ejus*, Num. 8, 4. Plur. פְּרָחִים *Flores*. Cum Suff. פְּרָחֶיהָ *Flores ejus*, Exod. 25, 31.

1) Generatim notat *virorem*, ſive *florem comitem habeat*, ſive *non*. Unde 2) ſpeciatim 1) *propriè* notat α) *Germen*, Nah. 1, 4. β) *Florem*, qui emittitur, Num. 17, 23. 2) *Metaphoricè* deſignat *proſperitatem & felicitatem*, Jeſ. 5, 24.

פִּרְחָח m. *Pubertas, Juventus*, quaſi *florida ætas* dicta. Occurrit tantum, Job. 30, 12. ubi per *Metonymiam* Buxtorffius intelligit *puberes filios*; Seb. Schmidius autem accipit ſimpliciter de *flore virorum*, qui inter alios ſunt præcipui.

פֹּרְחוֹת f. pl. *Floralia*, juxta Buxtorffium, Ezech. 13, 20. Sed vide ſuperius radicem.

אֶפְרֹחִים

אֶפְרֹחִים m. pl. *Pulli avium*; qui à *plumarum flore* nomen trahere cenſentur, Devt. 22, 6. Cum Suff. אֶפְרֹחָיו *Pulli* ejus, Job. 39, 30. אֶפְרֹחֶיהָ *Pullos* ſuos, Pſ. 44, 4. Sæpius non legitur.

פָּרַט *Reliquit, Oblitûs eſt*, apud Arabes; Inde apud Ebræos eſt

פֶּרֶט m. *Racemi*, qui per *incogitantiam aut incuriam* à vindemiantibus *relinquuntur*, Lev. 19, 10. Aliis redditur *acini decidui*. Si uſum vocis apud Rabbinos ſpectas, *Particularitatem* ſonat.

פֹּרְטִים m. pl. *Modulantes*, vocibus nempe minutim & in particulas quaſi conciſis; ſeu fractis tonis & celeri rythmo canentes. Saltem occurrit Am. 6, 5.

פָּרַךְ *Fregit, Diruit*; apud Chaldæos & Syros; Inde

פֶּרֶךְ m. *Sævitia*, quâ alterius *animus, viresque franguntur* ac *diruuntur*. Legitur Exod. 1, 13. 14. Lev. 25, 43. 46. 53. Ezech. 34, 4.

פָּרֹכֶת f. *Velum diſterminans*, continuum quaſi *frangens*. Obductum quippe erat arcæ, & *dividebat* inter ſanctum & ſanctum ſanctorum, Exod. 26, 31. 33. c. 35, 12. &c. מִבֵּית לַפָּרֹכֶת Intra *velum*, Exod. 26, 33. מִחוּץ לַפָּרֹכֶת Extra *velum*, Exod. 26, 35.

פָּרַם *Scidit, Diſcidit, Rupit ſuturam*. Particip. Paul בְּגָדָיו יִהְיוּ פְרֻמִים Veſtes ejus erunt *ſciſſæ*, Lev. 13, 45. Fut. וּבְגָדָיו לֹא יִפְרֹם Et veſtes ſuas non *ſcindet, diſſuet*, Lev. 21, 10. וּבִגְדֵיכֶם לֹא תִפְרֹמוּ Et veſtes veſtras non *ſcindetis, diſſuetis*, Lev. 10, 6. Sæpius non occurrit.

פָּרַס *Partitus eſt, Diviſit, Diffidit, Fregit.* Interdum ס cum שׂ permutat. וּפָרְשׂוּ Et *diviſerunt*, Mich. 3, 3. Particip. לֶחֶם פֹּרֵשׂ אֵין לָהֶם Panem *partiens*, vel qui *partiatur*, non eſt iis, Thren. 4, 4. Infin. פָּרֹס לָרָעֵב לַחְמֶךָ *Dividendo, partiendo* famelico panem tuum, Jeſ. 58, 7. Futur. יִפְרְסוּ *Partientur, Impertientur*. Jer. 16, 7. Hiphil הִפְרִיס *Diviſit, Fidit.* וּפַרְסָה לֹא הִפְרִיסָה Sed ungulam non *findit, dividit*, Lev. 11, 6. Part. מַפְרִיס פַּרְסָה *Findens, dividens ungulam*, Lev. 11, 7. Fœm. מַפְרֶסֶת פַּרְסָה *Dividens* ungulam, Lev. 11, 3.

1) Generatim notat *dividere*, quacunque ratione id fiat. 2) Speciatim α) dicitur de *pane in fruſtra dividendo, partiendo, & diſtribuendo*, Jeſ. 58, 7. Thren. 4, 4. β) De *ungulâ animalis*, quam findit, Lev. 11, 3. 6. 7. 26. Devt. 14, 6. 8. &c.

פֶּרֶס m. *Oſſifraga*, aquilæ ſpecies immunda, Lev. 11, 13.

פַּרְסָה f. *Ungula*, à *dividendo & findendo* ſic dicta. Unde *propriè* dicitur de *ungula fiſſa*, Exod. 10, 26. Lev. 11, 2. 7. 26. Devt. 14, 6. 8. Plur. פְּרָסוֹת *Ungulæ*, Lev. 11, 3. In Statu Conſtr. פַּרְסוֹת סוּסָיו *Ungulæ* equorum ejus, Jeſ. 5, 28. Jer. 47, 3. Sed Zach. 11, 16. legitur in maſcul. פַּרְסֵיהֶן *Ungulæ* eorum.

פָּרַע *Nudavit, Retexit; Abſtraxit, Abjecit, Rejecit, Recuſavit, Deſeruit; Ab-*

Digitized by Google

Abſtraxit ſe, Receſſit, Avertit ſe, Retroceſſit; & ex uſu Chaldaico: *Ultus eſt, vindicavit.* וּפָרַע אֶת־רֹאשׁ הָאִשָּׁה Tunc *denudabit* caput mulieris, Num. 5, 18. פְּרָעֹה *Nudavit, Diſſolutum fecit* eum, Exod. 32, 25. Part. פּוֹרֵעַ מוּסָר *Rejiciens* diſciplinam, Prov. 13, 18. c. 15, 32. רֹאשׁוֹ יִהְיֶה פָרוּעַ Caput ejus erit *nudatum*, Lev. 13, 45. Fut. לֹא אֶפְרַע Non *retrocedam*, Ezech. 24, 14. וַתִּפְרְעוּ כָל־עֲצָתִי Et *rejicitis, deſeritis* omne conſilium meum, Prov. 1, 25. רָאשֵׁיכֶם אַל־תִּפְרָעוּ Capita veſtra ne *nudate*, Lev. 10, 6. Niphal נִפְרַע *Disjectus, Distractus, Diſſolutus eſt.* Fut. יִפָּרַע עָם *Diſſolutus ſit* populus, Prov. 29, 18. Hiphil הִפְרִיעַ *Nudavit, Recedere fecit, Abſtraxit.* הִפְרִיעַ בִּיהוּדָה *Nudavit* Judam, 2. Chron. 28, 19 Fut. תַּפְרִיעוּ *Abſtrahitis, recedere facitis*, Exod. 5, 4.

1) Generatim videtur ſignificare *liberum & vacuum reddere*, quacunque fiat ratione. Unde 2) ſpeciatim α) ſignificat *nudare, denudare, retegere*, quia ſic res *vacua* redditur à re eam tegente. Ita dicitur de *remotione tegminis*, Num. 5, 18. Lev. 13, 45. quâ caput retegitur, de raſione capitis, Lev. 10, 6. c. 21, 10. qua caput denudatur. β) Notat *vacuum & liberum reddere* vel *reddi à negotiis, laboribus, curis, obſequio & pietatis officiis*, & idem eſt ac *abſtrahere, refractarium facere, recedere, avertere ſe, rejicere, deſerere, recuſare.* Ita in Kal legitur tum *in bonum*, de viæ alicujus perniciosæ cauta deſertione, Prov. 4, 15. tum *in malum* de pervicaci excuſſione, rejectione & deſertione diſciplinæ, Prov. 1, 25. c. 8, 33. c. 13, 18. c. 15, 32. de populô Iſraeliticô, quem Moſes & Aaron abſtrahendo à laboribus & negotiis, refractarium & refugientem feciſſe dicuntur, Exod. 5, 4. quem Aaron cultu idololatricô à pietate erga Deum abſtraxit, profanumque & refractarium reddidit, Exod. 32, 25. de Judaica gente, quam Achas prævaricando contra Dominum, refractariam & diſſolutam reddidit, 2. Chron. 28, 19. Confer. Prov. 29, 18. ubi abſente inſtitutione ſacrâ populus dicitur fieri *diſſolutus, inſolens, refractarius, ſcelerum amans, legum bonique ordinis impatiens* &c. γ) Significat *vacuum* vel *liberum reddere à ſervitutis jugo & injuriis hoſtium*, ac idem eſt ac *ulciſci, vindicare, vindictam ſumere*, Jud. 5, 2.

פֶּרַע m. *Coma, Cæſaries*; quia, quò *magis nutritur, eò magis retegitur*, Buxt. Legitur Num. 6, 5. Ezech. 44, 20.

פְּרָעָה f. *Ultio.* Bis legitur in Plur. פְּרָעוֹת *Ultiones*, Jud. 5, 2. In Statu Conſtr. פַּרְעוֹת אוֹיֵב *Ultiones* hoſtis, Devt. 32, 4.

פַּרְעֹשׁ m. *Pulex*; Bocharto Hieroz. P. I. lib. 1. c. 9. p. 70. 71. contractum videtur ex verbis פרע־רעש, quorum illud *retrorſum*, hoc *motum* ſonat, quia pulex ſaliens *retrorſum movetur.* Occurrit, 1. Sam. 24, 15.

פָּרַץ *Rupit, Erupit, Disrupit, Irrupit, Ruptum fecit*; item *Urſit, Inſtitit.* פָּרַץ יְהוָה אֶת־אֹיְבַי לְפָנַי *Disrupit* Dominus hoſtes meos

ante

ante me, 2. Sam. 5, 20. מַה־פָּרַצְתָּ עָלֶיךָ פָּרֶץ Quid *rupiſti* pro te rupturam, Gen. 38, 29. פְּרַצְתָּנוּ *Disruperas* nos, Pſalm. 60, 3. וּבֵית אֲבוֹתֵיהֶם פָּרְצוּ לָרוֹב Domus autem Patrum eorum *erupit* in multitudinem, 1. Chron. 4, 38. Infin. פָּרֹץ גְּדֵרוֹ *Perrumpendo* maceriem ejus, Jeſ. 5, 5. עֵת לִפְרוֹץ Tempus *deſtruendi*, Eccl. 3, 3. Fut. יִפְרֹץ *Erumpet*, Exod. 1, 12. וַתִּפְרָץ־בָּם מַגֵּפָה Unde *irrupit* in eos plaga, Pſ. 106, 29. יִפְרְצֵנִי *Perrumpit* me, Job. 16, 14. וַיִּפְרְצוּ־בוֹ Et *inſtiterunt* illi, 1. Sam. 28, 23. Niphal Particip. אֵין חָזוֹן נִפְרָץ Non erat viſio *erupta, multiplicata*, 1. Sam. 3, 1. Pual Part. מְפֹרָצֶת *Disruptus*, Neh. 1, 3. Hithpael Part. עֲבָדִים הַמִּתְפָּרְצִים Servi *præfractè erumpentes, agentes*, 1. Sam. 25, 10.

I) Generatim obtinet *rumpendi* ſignificationem, modo ſignificandi pro diverſitate *rei* & *Præpoſitionis* variante, connotatâ ſubinde *aliqua vi, impetu, copiâ & abundantiâ.* II) Speciatim 1) ſignificat *rumpere, disrumpere, perrumpere vi & impetu quodam.* Ita α) *propriè* deſignat *ruptunm*, quâ *perrumpitur aliquid*, ut non amplius debitô cohæreat nexu, e. g. urbs, Prov. 25, 28. murus, Neh. 2, 13. c. 4, 7. 2. Chron. 32, 5. maceries, Eccl. 10, 8. β) *Metaphoricè* tributum *Deo*, denotat tum *violentam diſſipationem hoſtium*, 2. Sam. 5, 20. 1. Chron. 14, 11. tùm *ſubtractionem protectionis divinæ*, qua negata homines hoſtium libidini exponuntur, Pſ. 80, 13. Pſ. 89, 14. Jeſ. 5, 5. 2) Notat *Diruere*, quia, quicquid diruitur, *rumpitur.* Ita α) *propriè* notat *deſtruere ædificium*, Eccl. 3, 3. β) *Metaphoricè* tributum *Deo*, ſignificat *perdere, peſſundare, evertere.* Sic legitur de cæde Uſæ, 2. Sam. 6, 8. de everſione inſtituti Joſaphati, navigium cum Ahaſia molientis, 2. Chron. 20, 34. de deſtructione munitionum Iſraelitarum, Pſ. 60, 3. Confer. Exod. 19, 22. 24. 3) Significat *Erumpere*, ausbrechen. Ita *Metaphoricè* dicitur α) de *inundante aqua*, quæ ita tumet, ut alveum ſuperet, littusque & aggerem rumpat & quævis obvia ſternat. Vid. 2. Sam. 5, 20. β) deſignat *incrementum, copiam & abundantiam*, tùm *ſobolis*, Gen. 28, 14. Exod. 1, 12. Hoſ. 4, 10. tùm *opum*, Gen. 30, 43. Exod. 1, 10. Job. 1, 10. item *multiplicationem Eccleſiæ*, Jeſ. 54, 3. γ) Denotat *divulgationem ſermonis*, 2. Chron. 31, 5. 4) Significat *irrumpere, irruptionem facere* in perſonam, Pſalm. 106, 29. 5) Notat *inſtare*, forte, quia qui alteri inſtat & urget, alterius moras agendi *rumpit*, vel minimum *rumpere* laborat, 1. Sam. 28, 23. 2. Sam. 13, 25. 27. 2. Reg. 5, 23.

פָּרִיץ m. *Effractor, Violentus, Indomitus, Labor.* אָרְחוֹת פָּרִיץ Itinera *violenti*, Pſ. 17, 4. בֶּן־פָּרִיץ Filius *violentus, indomitus*, Ez. 18, 10. In Statu Conſtr. פְּרִיץ חַיּוֹת *Violentum, rapax* ferarum, Jeſ. 35, 9. Plur. פָּרִיצִים *Effractores, Violenti, Latrones.* הַמְעָרַת פָּרִצִים Spelunca *latronum*, Jer. 7, 11. בְּנֵי פָּרִיצֵי עַמְּךָ Filii *violentorum* populi tui, Dan. 11, 14.

1) Generatim notat *ruptorem & violentum.* 2) Sepciatim *α*) deſignat *hominem*, qui violenter rumpit & effringit repagula legum, pactorum, honeſtatis &c. & vim alteri inferre audet. Ita dicitur de *filio degeneri & indomito*, qui eſt effuſor ſanguinis, Ezech. 18, 10. de *factioſis*, qui aliis vim inferunt, latrocinia & turbas publicas ſpe prædæ ſectantur & profuſione ſanguinis gaudent, Dan. 11, 14. de *latronibus*, qui ſpe prædæ violenter tractant obvios, vitaque privant, Pſal. 17, 4. Jer. 7, 11. Vide præterea Ezech. 7, 22. *β*) Dicitur de *beſtia rapaci*, Jeſ. 35, 9.

פֶּרֶץ m. *Ruptum, Eruptio, Irruptio.* עָשָׂה יְהוָה פֶּרֶץ Fecit Dominus *ruptumm*, Jud. 21, 15. פָּרַץ יְהוָה פֶּרֶץ *Rupit Dominus ruptumm*, 2. Sam. 6, 8. Plur. פְּרָצִים *Rupturæ*, Am. 4, 3. Cum Suff. פִּרְצֵיהֶן *Rupturæ* earum, Am. 9, 11.

1) Generatim notat *rupturam quamcunque.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *ſciſſionem rei continuæ*, quæcunque etiam ſit, e. g. rupturam muri, 1. Reg. 11, 27. Neh. 6, 1. Jeſ. 30, 13. ſciſſionem aquæ, cum flumen vel aqua, uno prius concluſa alveo, repertis exitibus, varie diſpergitur, 2. Sam. 5, 20. 1. Chron. 14, 11. *β*) *Metaphoricè* eſt ſymbolum *infortunii, damni aut periculi*, unde felicitatis noſtræ integritas læditur, aut totalis interitus enaſcitur. Ita dicitur de cæde Uſiæ, 2. Sam. 6, 8. 1. Chron. 13, 11. de ſtrage tribûs Benjamin, Jud. 21, 15. Confer. Pſalm. 144, 14. ubi de abortu agi putat Bochartus P. I. Hieroz. p. 295. Hinc *in ruptura* ſtare, Pſ. 106, 23. Ezech. 22, 30. ſignificat *periculis adverſus peccata imminentibus*, precibus ſupplicibus obſiſtere, Deumque iratum placare, ne quemadmodum aditus patet, pleno impetu ingruant, & exitium accelerent. Conf. Ezech. 13, 5.

מִפְרָצִים m. pl. *Rupturæ.* Saltem legitur Cum Suff. עַל־מִפְרָצָיו Super *rupturis* ſuis, Jud. 5, 17.

פָּרַק *Rupit, Abrupit, Diſrupit, Dilaceravit, Eripuit, Liberavit, Aſſeruit.* וּפָרַקְתָּ עֻלּוֹ Ut *abrumpas, excutias* jugum ejus, Gen. 27, 40. Particip. פֹּרֵק אֵין מִיָּדָם Nec eſt *liberans* è manu eorum, Thren. 5, 8. Piel פֵּרֵק *Rupit vehementer, Perfregit.* Particip. מְפָרֵק הָרִים *Violenter diſrumpens* montes, 1. Reg. 19, 11. Fut. וּפַרְסֵיהֶן יְפָרֵק Et ungulas earum *rumpet, diffindet*, Zach. 11, 16. Hithpael הִתְפָּרֵק *Rupit, Abrupit à ſe, Avulſit à ſe, Divulſus eſt.* יִתְפָּרְקוּ *Divulſæ ſunt*, Ezech. 19, 12. Imper. הִתְפָּרְקוּ *Avellite* à vobis, Exod. 32, 24. Fut. וַיִּתְפָּרְקוּ Et *abſtraxerunt, avulſerunt à ſe*, Exod. 32, 3.

1) Generatim notionem *frangendi & rumpendi* obtinet. 2) Speciatim *α*) *proprie* ſignificat *violenter diſrumpere, divellere*, prout *ventus validus* diſrumpit montes, 1. Reg. 19, 11. *leo* diſcerpit prædam, cui comparatur *impius*, pii perſecutor, Pſ. 7, 3. 2) *Avellere*; quæ enim *franguntur, avelluntur*, imò ideò franguntur & rumpuntur, ut avelli queant. Connota-

notatur autem ſubinde *vis*, quæ in rei avulſione adhibetur. Ita dicitur de *avulſione palmitum*, Ezech. 19, 12. monilium, Ex. 32, 3. 24. & *figuratè* de avulſione jugi, Gen. 27, 40. β) *Metaphoricè* ſignificat *eripere, liberare*, violenter quaſi ruptis vinculis, quibus libertas noſtra inhibebatur, & fracta poteſtate, quâ detinebamur, Pſ. 136, 24. Thren. 5, 8.

פָּרָק m. *Fruſtum*, quaſi *fractum* dicas. Semel occurrit in Statu Conſtr. וּפְרַק פִּגֻּלִים Et *fruſtum* abominationum, Jeſ. 65, 4. Juxta Maſorethas legendum וּמְרַק, ſed citra neceſſitatem.

פֶּרֶק m. *Diruptio*, *Præda*, quæ violenter *avellitur*, Nah. 3, 1. Sed Obad. v. 14. notat *Bivium*, ſeu *Compitum*, ubi *viæ* dividuntur.

מַפְרֶקֶת f. *Cervix*, Compages vertebrarum cervicis, à nodis & interruptionibus ita vocata. Semel legitur cum Suff. וַתִּשָּׁבֵר מַפְרַקְתּוֹ Et fracta eſt *cervix* ejus, 1. Sam. 4, 18.

פרר Radix inuſitata; Inde eſt

פָּרוּר m. *Cacabus*, Num. 11, 8. Jud. 6, 19. 1. Sam. 2, 14. Sed Joel. 2, 6. eſt פָּארוּר *Pallor nigricans*, *ollæ inſtar*. א per Epentheſin inditum eſt.

פָּרַשׁ *Separavit, Expoſuit, Explanavit, Declaravit, Explicuit, diſtinctè dixit*. Infin. לִפְרֹשׁ לָהֶם עַל פִּי יְהוָה Ad *exponendum, declarandum* illis juxta os Domini, Lev. 24, 12. Niphal נִפְרַשׁ *Separatus, Diſperſus, Diſſipatus eſt*. Part. בְּתוֹךְ־צֹאנוֹ נִפְרָשׁוֹת In medio ovium *diſperſarum*, Ezech. 34, 12. Pual פֹּרַשׁ *Explicatus, Expoſitus eſt*, Num. 15, 34. Particip. מְפֹרָשׁ *Explicatum, Explanatum*, Neh. 8, 8. ubi adverbiaſcit, *clarè*, *explanatè*, *diſtinctè*. Hiphil הִפְרִישׁ *Pupugit*. Fut. יַפְרִשׁ *Pungit*, Prov. 23, 32.

1) Generatim ſignificat *ſeparare*. 2) Speciatim α) ſignificat *Diſpergere, Diſſipare*; quia, quæ diſperguntur & diſſipantur, à ſe invicem ſeparantur; prout *oves*, quæ diſſipantur, à grege ſeparantur, Ezech, 34, 12. β) Significat *Exponere, Explanare, Declarare*, quia exponendo & declarando res à rebus ſeparamus, & de diſtinctis diſtinctè loquimur, Lev. 24, 12. Num. 15, 34. Neh. 8, 8. γ) Notat *pungere*, quia *pungendo* continuum *ſeparatur*. Ita ſemel legitur Prov. 23, 32.

פָּרָשׁ m. *Eques*; qui ſic dici putatur, quia equum ſubditis calcaribus *pungere*, & ad curſum concitare ſolet, Jer. 4, 29. Ezech. 26, 10. Plur. פָּרָשִׁים *Equites*, (ָ) ſub פ retinetur, quia ob Dageſch extruſum, eſt impurum. Eſt enim formæ נְגָב. צֶמֶד פָּרָשִׁים Par *equitum*, Jeſ. 21, 7. 9. פָּרָשִׁים רֹכְבֵי סוּסִים *Equites, equitantes* ſuper equis, Ezech. 23, 6. 12. Cum Suff. פָּרָשָׁיו *Equites* ejus, Exod. 14, 9. 23.

פֶּרֶשׁ m. *Stercus, Fimus*, à *ſeparando* nomen habens, quia *ſeparatur* ab eô, quod in ſuccum, ſanguinem & carnem vertitur, Mal. 2, 3. Cum Suff. פִּרְשׁוֹ *Fimus* ejus, Exod. 29, 14. Lev. 4, 11. c. 8, 17. פִּרְשָׁהּ *Fimus* ejus, Num. 19, 5. פִּרְשָׁם *Stercus* eorum, Lev. 16, 27.

פָּרָשָׁה

Digitized by Google

proſternere, conjicere in terram. Unde פַּרְתְּמִים deſignant *tales Principes vel Dominatores*, quos inferiores proſtratis humi corporibus colunt & venerantur. Aben-Eſra vocem Perſicam eſſe fatetur, & interpretatur per סגנים *Primates.* Druſius autem confert cum Græcâ voce *πρωτιμοὶ*; conceditque, eſſe *nomen dignitatu* apud Perſas & Chaldæos.

פָּשָׂה *Expandit ſe, Diffudit ſe, Progreſſus eſt.* פָּשְׂתָה הַנֶּגַע *Diffudit ſe, progreſſa eſt plaga*, Lev. 13, 5. 6. 51. 53. 55. c. 14, 39. 44. 48. וְהִנֵּה פָּשָׂה הַנֶּתֶק בָּעוֹר Et ecce *expandit*, *diffudit ſe* porrigo in cute, Lev. 13, 36. פָּשְׂתָה *Diffudit ſe*, Lev. 13, 8. Infin. cum Fut. פָּשֹׂה יִפְשֶׂה *Diffundendo diffudit ſe*, Lev. 13, 35. Similiter פָּשֹׂה תִפְשֶׂה *Diffundendo diffuderit ſe*, Lev. 13, 7. 22. 27.

פָּשַׁח *Diſcerpſit, Diſcidit, Concidit.* Semel occurrit in Futuro וַיְפַשְּׁחֵנִי Et *concidit* me, Thren. 3, 11.

פָּשַׁט *Exuit, Detraxit, Abſtraxit, Nudavit; Spoliavit; Irruit, Irrupit, Diffudit ſe.* Conſtruitur cum Accuſativo & particulis ב, אל, על. וּפָשַׁט אֶת־בְּגָדָיו Et *exuet* veſtes ſuas, Lev. 6, 4. פָּשַׁטְתִּי אֶת־כֻּתָּנְתִּי *Exui* tunicam meam, Cant. 5, 3. וּפָשַׁטְתָּ עַל־הָעִיר Et *irrues* in civitatem, Jud. 9, 33. Fut. יִפְשְׁטוּ אֶת־בִּגְדֵיהֶם *Exuent* veſtes ſuas, Ezech. 44, 19. Piel פִּשֵּׁט *Exuit, Extraxit, Spoliavit.* Infin. לְפַשֵּׁט אֶת־הַחֲלָלִים Ad *exuendum* confoſſos, 1. Sam. 31, 8. 1. Chron. 10, 8. לְפַשֵּׁט Ad *ſpoliandum*, 2. Sam. 23, 10. Hiphil הִפְשִׁיט *Exuit, Detraxit, Excoriavit, Nudavit.* כְּבוֹדִי מֵעָלַי הִפְשִׁיט Gloriam meam à me *detraxit, abſtraxit*, Job. 19, 9. וְהִפְשִׁיטוּ אוֹתָךְ בְּגָדַיִךְ *Exuantque* te veſtibus, Ezech. 16, 39. Infin. וְלֹא יָכְלוּ לְהַפְשִׁיט אֶת־כָּל־הָעֹלוֹת Nec poterant *excoriare* omnia holocauſta, 2. Chron. 29, 34. Fut. פֶּן אַפְשִׁיטֶנָּה Ne forte *exuam* eam, Hoſ. 2, 3. Hithpael Fut. וַיִּתְפַּשֵּׁט Et *exuit* ſe, 1. Sam. 18, 4.

1) Generatim importat *remotionem & privationem aliquam*, quocunque ea fiat modô. 2) Speciatim α) ſignificat *exuere*, diciturque 1) *propriè* de *veſtibus*, quæ dum exuuntur, removentur vel privantur; ſive exuantur *ſponte*, 1. Sam. 18, 4. c. 19, 24. ſive *juſſu & voluntate alterius*, Lev. 6, 4. c. 16, 23. Ezech. 44, 19. ſive *per vim*, Gen. 37, 23. Ezech. 16, 39. c. 23, 26. unde *ſpoliandi* enaſcitur ſignificatio; quia ſpoliantes ſolent alios violenter exuere, 1. Sam. 31, 8. 2. Sam. 23, 10. 1. Chron. 10, 8. 9. β) *Impropriè* 1) *Metaphoricè* ſignificat tùm *excoriare*, quia animalia, dum excoriantur, pelle tanquam veſte quadam *exuuntur*, Lev. 1, 6. 2. Chron. 29, 34. c. 35, 11. tùm *auferre bonum*, quod quis habet. Ita dicitur de ablatione bonorum fortunæ & felicitatis temporalis, quibus homo hominisque vita velut veſte quadam ornatur, Job. 19, 9. de privatione beneficiorum divinorum, Hoſ. 2, 3. 2) *Metonymicè* notat *irruere*, vel *effundere ſe in aliquem*; vel *in aliquid*, ut privetur veſtibus, aliiſque, quæ poſſidet, bonis. Ita dicitur tùm de *hominibus*, qui irruunt in urbem

Jud.

Digitized by Google

Jud. 9, 33. c. 20, 37. 2. Chron. 25, 13. c. 28, 18. vel regionem, 1. Sam. 30, 1. c. 30, 14. & ſe alicubi hunc in finem demittunt, 1. Chron. 14, 9. 13. tùm de *brucho* ſe diffundente, qui lambendo fruges & ſata abſumit, & ita arbores camposque ornatu ſuo exuit, Nah. 3, 16.

פָּשַׁע *Defecit, Prævaricatus eſt, Rebellavit.* Conſtruitur intervenientibus particulis ב & עַל. פָּשַׁע בִּי *Defecit* à me, *rebellat* contra me, 2. Reg. 3, 7. כֻּלְּכֶם פְּשַׁעְתֶּם בִּי Omnes *prævaricati eſtis* contra me, Jer. 2, 29. וְעַל תּוֹרָתִי פָּשָׁעוּ׃ Et contra legem meam *prævaricati* ſunt, Hoſ. 8, 1. Infin. פָּשֹׁעַ *Prævaricando*, Jeſ. 59, 13. Fut. וַיִּפְשַׁע מוֹאָב Cœterum *defecit* Moab, 2. Reg. 1, 1. Niphal Particip. נִפְשָׁע *Prævaricationem paſſus, defectione, prævaricatione læſus*, Prov. 18, 19.

1) Generatim ſignificat *rebellem fieri, & malitioſè contra jus officiumq; debitum deficere ab eo, cui quis obſtrictus eſt.* Unde 2) ſpeciatim α) notat *malitioſè à Deo deficere, contra Deum peccando prævaricari, Deum, ejusq; dominium ac legem rejicere, & ad alium, nempe ad Satanam abſcedere & ſe vertere,* 1. Reg. 8, 50. Pſ. 51, 15. Eſr. 10, 13. Jeſ. 1, 2. c. 43, 27. c. 46, 8. c. 53, 12. c. 66, 24. Jer. 2, 8. 29. c. 33, 8. Thren. 3, 42. Ezech. 2, 3. c. 20, 38. Hoſ. 8, 1. c. 7, 13. Zeph. 3, 11. β) Significat *præfractè deficere* ab *homine*, qui dominium tenet, & *nolle amplius ſub ejus poteſtate eſſe.* Talis *defectio* erat Moabitarum, 2. Reg. 1, 1. c. 3, 5. 7. Edomæorum, c. 8, 20. 22. urbis Libnæ, 2. Reg. 8, 22. 2. Chron. 21, 10. Iſraelitarum, à Davidis poſteritate deficientium, 1. Reg. 12, 19.

פֶּשַׁע m. *Defectio, Rebellio, Prævaricatio.* שָׂא נָא פֶּשַׁע אַחֶיךָ Condona, quæſo, *prævaricationem* fratrum tuorum, Gen. 50, 17. וְנִקֵּיתִי מִפֶּשַׁע רָב׃ Et mundus ero à *prævaricatione* multâ, Pſ. 19, 14. Cum Suff. מַה־פִּשְׁעִי Quænam eſt *prævaricatio* mea? Gen. 31, 36. Plur. פְּשָׁעִים *Prævaricationes*, Prov. 10, 12. In Statu Conſtr. פִּשְׁעֵי יִשְׂרָאֵל *Prævaricationes* Iſrael, Mich. 1, 13. Cum Suff. פְּשָׁעַי *Prævaricationes* meæ, Pſ. 25, 7. פִּשְׁעֵיכֶם *Prævaricationes* veſtræ, Jeſ. 50, 1.

1) Generatim notat *defectionem & prævaricationem quamcunque*, ſive ſit contra *Deum*, ſive contra *hominem.* Unde 2) ſpeciatim α) notat *defectionem & prævaricationem*, quâ quis *ſciens* & *volens* contra alterum prævaricatur; & ita *opponitur* peccato infirmitatis & incogitantiæ ſeu ignorantiæ. Ita ſi accipitur, dicitur 1) de *defectione* & *prævaricatione*, quâ homo per *rebellionem à Deo malitioſè deficit*, & ad ejus Adverſarium, Diabolum abſcedit, eique ſervit, Exod. 34, 7. Num. 14, 18. Pſal. 5, 11. Pſ. 25, 7. Pſ. 36, 2. Pſ. 51, 3. 4. Jeſ. 57, 4. c. 58, 1. c. 59, 20. Am. 1, 3. 6. 9. 11. 13. Mich. 1, 5. &c. 2) De *prævaricatione hominis contra hominem*, quem malitioſè lædit atque offendit, Gen. 31, 36. c. 50, 17. β) Interdum adhibetur etiam de *prævaricatione*, quæ neque ſcienter, neque volenter admiſſa fuit, 1. Sam. 25, 28.

פָּשַׂע *Inceſſit, Greſſus, Ingreſſus eſt, Gradum fecit.* Semel occurrit in Fut. אֶפְשְׂעָה בָהּ *Incedam, gradum faciam* in eam, Jeſ. 27, 4.

Digitized by Google

פֶּשַׂע m. *Gradus, Paſſus.* Saltem extat, 1.Sam. 20, 3.

מִפְשָׂעָה f. *Gradatio, Gradificatio* propriè; *Coxendix*, ſic dicta, quod ibi in paſſu faciendo primus eſt motus. Saltem occurrit 1. Chron. 19, 4.

פָּשַׂק *Diſtendit, Divaricavit.* Bis ſaltem occurrit. Part. פֹּשֵׂק שְׂפָתָיו *Temerè, impudenter diſtendens, aperiens* labia, Prov. 13, 3. Piel Fut. וַתְּפַשְּׂקִי אֶת־רַגְלַיִךְ Et *divaricaſti* pedes tuos, Ezech. 16, 25.

פְּשַׁר *Interpretatus eſt*, apud Chaldæos; inde apud Ebræos eſt

פֵּשֶׁר m. *Interpretatio.* Legitur ſemel Eccl. 8, 1.

פּשׁת Radix inuſitata; uſitatum autem eſt

פִּשְׁתָּה f. *Linum*, Exod. 9, 31. Cum Suff. פִּשְׁתִּי *Linum* meum, per Syncopen pro פִּשְׁתָּתִי, Hoſ. 2, 9. Plur. פִּשְׁתִּים *Lina*, Devt. 22, 11. Jeſ. 19, 9. In Statu Conſtr. בְּפִשְׁתֵּי הָעֵץ In *liniis* ligni, i.e. in ſtipulis ligni, Jeſ. 2, 6.

1) Generatim notat *linum.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *linum ex terra oriundum*, ex quô poſt varios labores confici ſolent varii generis tegumenta, Exod. 9, 31. Lev. 13, 47. Jeſ. 19, 9. *β*) *Metonymicè* notat *ellychnium ex lino confectum*, Jeſ. 42, 2. c. 43, 17.

פתא Radix inuſitata. Inde uſitatum eſt

פִּתְאֹם m. *Acceleratio, Acceleratum; Repens, Repentinum;* quod ſubintellectâ Præpoſitione, adverbiaſcit, ſignificans, *ſubitò, repentè.* וַיָּבֹא עֲלֵיהֶם יְהוֹשֻׁעַ פִּתְאֹם כָּל־הַלַּיְלָה Et ſupervenit illis Joſua *repens*, vel *repente*, totâ nocte, Joſ. 10, 9. בְּפִתְאֹם הָיָה הַדָּבָר In *acceleratione*, i. e. *acceleratum* vel *repentinum fuit negotium hoc*, 2. Chr. 29, 36. אֲשֶׁר־פִּתְאֹם לְפֶתַע יָבוֹא שִׁבְרָהּ Cujus *repens repentis*, i. e. nimis repente venit fractura, Jeſ. 30, 13. אַל־תִּירָא מִפַּחַד פִּתְאֹם Ne timeas à pavore *accelerationis*, i. e. *accelerato, ſubitaneo*, Prov. 3, 25. וּפִתְאֹם יָבוֹא Et *ſubito* veniet, Mal. 3, 1. Confer. Celeb. Dn. D. Danz. Interpr. §. 152.

פְּתִיגִיל m. *Toga muliebris exterior.* Legitur ſaltem Jeſ. 3, 24.

פִּתְגָּם m. *Sententia, Decretum*, Eſth. 1, 20. Eccl. 8, 11.

פָּתָה *Pellectus, Allectus, Perſuaſus, Seductus fuit, Perſuaſit ſibi, Seduxit ſe.* Fut. פֶּן יִפְתֶּה לְבַבְכֶם Ne forte *perſuadeat* vobis cor veſtrum, Devt. 11, 16. וַיִּפְתְּ בַּסֵּתֶר לִבִּי Et *ſeduxit ſeſe* in occulto cor meum, Job. 31, 27. Niphal נִפְתָּה *Allectus, Pellectus, Perſuaſus, Seductus eſt.* אִם נִפְתָּה לִבִּי עַל־אִשָּׁה Si *ſeductum eſt* cor meum ſuper muliere, Job. 31, 9. Fut. פִּתִּיתַנִי יְהוָה וָאֶפָּת *Perſuaſiſti mihi* Domine, & *perſuaſus ſum*, Jer. 20, 7. Piel פִּתָּה *Allexit, Pellexit, Perſuaſit.* פִּתֵּיתִי *Perſuaſi*, Ezech. 14, 9. Infin. לְפַתֹּתְךָ Ad *perſuadendum* tibi, 2. Sam. 3, 25. Fut. אֲפַתֶּנּוּ *Perſuadebo* illi, 1. Reg. 22, 21. כִּי יְפַתֶּה אִישׁ בְּתוּלָה Si *perſuaſerit* vir virgini, Exod. 22, 6. Pual פֻּתָּה

פָּתָה *Allectus, Pellectus, Perſuaſus, Seductus eſt.* Fut. יִפְתֶּה *Perſuadebitur*, Prov. 25, 15. כִּי יְפֻתֶּה Quando *perſuaderi ſibi paſſus fuit*, Ezech. 14, 9. Hiphil Fut. Apocopatum יַפְתְּ *Alliciet*, Gen. 9, 27. ſcil. ad *Eccleſiam*. Aſt Chald. Paraphr. & pluribus Ebræis eſt: *Dilatet*, ut adeò Noah Japheto ampliſſimum prædicat locum. His accedit B. Pfeifferus in Dub. Vex. Cent. 1. p. m. 88.

1) Generatim obtinet ſignificationem *pelliciendi* vel *alliciendi*, ſive ad *bonum*, ſive ad *malum*, ſive fiat *verbis amicis & ſuavitate conditis*, *geſtibus blandis*, *propoſito objecto affectibus noſtris conſentaneo*, ſive *alia quadam ratione*. Unde 2) ſpeciatim α) notat *perſuadere*. Ita dicitur 1) de *Deô*, qui Jeremiæ perſuaſit, ut ſuſciperet munus Propheticum, Jer. 20, 7. & ſanctiſſimis blanditiis ſynagogam adulteram ad ſe allicere voluit, Hoſ. 2, 14. 2) De *hominibus*, aliquid alteri ſuaviſſimo verborum genere perſuadentibus, ac in voluntatem ſeu animi ſententiam eum pertrahentibus, e. g. de *adoleſcente* puellam blandiſſimis perſuaſionibus alliciente, Exod. 22, 16. de *Delila* Simſonem compoſitis verbis expugnante, Jud. 14, 16. c. 16, 5. de *Abnero* inſidioſæ perſuaſionis inſimulato, 2. Sam. 3, 25. de *Iſraelitis*, ſermone ſubdolo & abblandiente Deum ſibi ſuccenſentem in animi ſui ſententiam pertrahere laborantibus, Pſ. 78, 36, 3) De *malo ſpiritu*, qui Achabo perſuadebat, ut bellum contra Syros ſuſciperet, 1. Reg. 22, 20. 21. 2. Chron. 18, 19. 20. β) Notat *ſeducere*, *decipere*, & quidem *verbis blandis* atque ad fallendum, perſuadendum & ſeducendum artificioſè compoſitis, & quacunque alia ratione. Ita dicitur de *nequitioſis* alios ad ſuum conſortium pellicientibus & ſeducentibus, Prov. 1, 10. c. 16, 29.

פֹּתֶה m. *Simplex, Fatuus, Imperitus*, qui facilè pellicitur & *blanditiis* vel *alia ratione* ſeducitur, ut effutiat, quæ non dicenda. Ita Job. 5, 2. de eo, qui blaſphemia adverſus Deum effutit, multiſque garrit, ut audientibus perſuadeat, ſe juſtam adverſus Deum habere cauſam. Prov. 20, 19. dicitur de *garrulo*, qui ab aliis ſeductus indiſcriminatim ſermone ſuo verſatur circa quævis, ſive ſint nota, ſive non, ſive ſint vera, ſive falſa &c. Fœm. יוֹנָה פוֹתָה Columba *fatua, ſimplex, deceptu facilis*; ἠπατημένη, juxta Symmachum, h. e. interprete Hieronymo, *decepta*, Hoſ. 7, 11. Sæpius non legitur.

פֶּתִי m. *Simplex, Deceptu facilis, Fatuus, vanis opinionibus deluſus*; item Abſtractivè *Fatuitas, Simplicitas*. מַחְכִּימַת פֶּתִי Sapientem reddens *ſimplicem*, Pſ. 19, 8. Plur. מֵבִין פְּתָיִים Intelligentes reddit *ſimplices*, Pſ. 119, 130. Sed Prov. 1, 22. eſt פְּתָיִם, literâ י per Syncopen conciſâ. Aliàs etiam in Plurali eſt פְּתָאִים per alternationem literarum י & א, Prov. 8, 5. c. 9, 6. Sed Pſ. 116, 6. eſt פְּתָאיִם, ut א ſit epentheticum. Ita & Prov. 14, 18. c. 27, 12.

1) *Concretivè* acceptum, denotat *ſimplicem* & *imperitum*, qui facilè perſuaderi poteſt, accipiturque tàm in *bonam*, quàm in *malam partem*.

Spe-

Speciatim α) in *bonam* acceptum *partem*, notat *talem hominem*, qui omni vaſritie caret, in myſteriis non apud ſe ſapit, aut circa res divinas præconceptis opinionibus indulget, ſed inſtar docilis alicujus pueri ex ſolô Spiritus S. ductu pendet, divinoque verbo conſtanter inhæret, & inde ſalutarem rerum divinarum cognitionem haurit, Pſ. 19, 8. Pſ. 116, 6. Pſ. 119, 130. Prov. 1, 4. β) In *malam* ſumtum *partem*, ſignificat ejusmodi *homuncionem fatuum*, qui facilè ab aliô decipitur, vanis opinionibus deluditur, & pro lubitu perſuadentis ducitur &c. Ita dicitur de *juvene*, blandiciis ſcorti ſuperato, Prov. 7, 7. de *homine*, qui de exitu, rectave rei alicujus comparatione parum ſollicitus, omni credit verbo, Prov. 14, 15. & in mala imminentia imprudenter ruit, Prov. 22, 3. c. 27, 12. &c. 2) *Abſtractivè* ſumtum, notat *fatuitatem*, quâ homo mundi vanitatibus implicitus, ſapientiam divinam non ſectatur, ſed nugis & carnis affectibus tenetur &c. Prov. 1, 22. c. 9, 6.

פְּתַיּוּת f. *Simplicitas, Fatuitas*; Semel occurrit Prov. 9, 13.

פָּתַח *Aperuit*; item *Solvit, Retexit, Pandit, Explicavit*; imò & *Strinxit*, quando de gladio dicitur. פָּתַח אֶת־דַּלְתוֹת בֵּית יְהוָה *Aperuit* januas domus Domini, 2. Chron. 29, 3. חֶרֶב פָּתְחוּ Gladium *ſtrinxerunt*, Pſ. 37, 14. Fut. אֶפְתַּח פִּי *Aperiam* os meum, Pſalm. 39, 10. יִפְתַּח יְהוָה לְךָ אֶת־אוֹצָרוֹ *Aperiet* Dominus tibi theſaurum ſuum, Devt. 28, 12. וַיִּפְתְּחוּ אִישׁ אַמְתַּחְתּוֹ Et *aperuerunt*, quilibet ſaccum ſuum, Gen. 44, 11. Niphal נִפְתַּח *Apertus, Solutus eſt*. נִפְתְּחוּ הַשָּׁמַיִם *Aperti ſunt* cœli, Ezech. 1, 1. Infin. לְהִפָּתֵחַ Ut *aperiatur, ſolvatur*, Jeſ. 51, 14. Fut. וַיִּפָּתַח פִּי Et *apertum fuit* os meum, Ezech. 37, 22. Piel פִּתַּח *Aperuit, Solvit, Sculpſit, Inſculpſit, Sulcavit*; item *Aperuit ſe*. מוּסַר מְלָכִים פִּתֵּחַ Diſciplinam Regum *ſolvit*, Job. 12, 18. פִּתַּחְתָּ שַׂקִּי *Aperuiſti* ſaccum meum, Pſ. 30, 12. לֹא פִתְּחָה אָזְנֶךָ Non *aperuit ſe* auris tua, Jeſ. 48, 8. Infin. פַּתֵּחַ *Solvere*, Jeſ. 58, 6. Fut. יְפַתַּח וִישַׂדֵּד אַדְמָתוֹ *Sulcabit & occabit* terram ſuam, Jeſ. 28, 24. Part. הִנְנִי מְפַתֵּחַ פִּתֻּחָהּ Ecce ego cælo cælaturam ejus, Zach. 3, 9. Part. Pual Fœm. pl. מְפֻתָּחוֹת *Cælati, Inſculpti*, Exod. 39, 6. Hithpael הִתְפַּתַּח *Solvit ſe*. Imper. הִתְפַּתְּחִי מוֹסְרֵי צַוָּארֵךְ *Exolve te* vinculis colli tui, Jeſ. 52, 2.

1) Generatim notat *aperire*, quacunque ratione fiat. Unde 2) ſpeciatim α) *propriè* ſignificat aperire *rem concluſam*, & *apertum dare tranſitum*. Ita dicitur de *oſtio* vel *januâ*, Jud. 3, 25. 2. Chron. 29, 3. de porta, Neh. 7, 3. Ezech. 46, 12. de feneſtra, 2. Reg. 13, 17. de domo, Jeſ. 14, 17. de ore, Prov. 24, 7. β) *Impropriè* 1) per *Metaphoram* ſignificat א) *ſolvere rem ligatam*, & *ſolvendo liberare*. Ita Gen. 24, 32. aperiuntur cameli, quando frena ac ligamenta, quibus aſtricti erant, ſolvuntur. Ita aperitur militare cingulum, quando ſolvitur, 1. Reg. 20, 11. Confer. Pſ. 102, 21. Pſ. 105, 20. Jer. 40, 4. ubi deſignat ſolutionem vinculorum & reſtitutionem libertatis. ב) *Evaginare* vel *educere gladium*

in vaginâ quaſi concluſum, Pſal. 37, 14. Ezech. 21, 33. β) *Communicare* vel *dare alteri aliquid*, e.g. ſenſus animi, Pſ. 49, 5. frumentum, Am. 8, 5. Huc refer, quando Deus ἀνθρωποπαθῶς dicitur *aperire januam cœli*, h. e. quando cœlitus miraculoſe benefacit, Pſ. 78, 23. pluviam largè demittit, Devt. 28, 12. γ) *Synecdochicè* poſito generali pro ſpeciali, ſignificat *aperiendo planam rei ſuperficiem immutare*, & 1) idem eſt ac *terram arare, ſulcare, aratro proſcindere*, Jeſ. 28, 24. 2) *Sculpere* vel *cælare* in argento, gemmis, ære aut alia quacunque materia, Exod. 28, 9. 1. Reg. 17, 36. Zach. 3, 9.

פֶּתַח m. *Janua, Oſtium, Fores; Aditus, Ingreſſus.* יֹשֵׁב פֶּתַח הָאֹהֶל Sedens ad *januam* tentorii, Gen. 18, 1. פֶּתַח הַתֵּבָה *Oſtium* arcæ, Gen. 6, 16. Pſalm. 119, 130. eſt פֵּתַח cum (..) Cum Suff. פִּתְחוֹ *Oſtium* ſuum, Pr. 17, 19. Plur. פְּתָחִים *Oſtia*, Prov. 8, 3. Cum Suff. פִּתְחֵי עוֹלָם *Oſtia* mundi, Pſ. 24, 7. Cum Suff. פְּתָחֵינוּ *Oſtia* noſtra, Cant. 7, 14. פִּתְחֵיהֶם *Oſtia* eorum, Ezech. 42, 4.

1) Generatim notat *quamcunque aperturam*, per quam *introitus* vel *exitus* patet. 2) Speciatim α) *propriè* notat *oſtium* vel *januam*, per quam ingredi vel egredi licet. Ita dicitur de *oſtio* domûs, Gen. 19, 11. c. 43, 19. Devt. 22, 21. tentorii, Gen. 18, 1. 10. tabernaculi, Exod. 29, 4. 11. 32. 42. c. 38, 8. c. 40, 12. portæ, Num. 4, 26. Joſ. 8, 29. c. 20, 4. Jud. 9, 35. β) *Metaphoricè* notat 1) *terminos regionis*, per quos in eam intratur, velut per oſtium in domum, Mich. 5, 5. 2) *Aperturam* fontium, Gen. 38, 14. 3) *Verbi divini aperturam*, ut fiat mentis illuminatio, Pſal. 119, 130. 4) *Oſtium ſpei*, Hoſ. 2, 17. deſignat *ejus confirmationem cœleſtem, & cœli ſpiritualem quaſi apertionem, quæ fit fide.* Vid. Glaſſ. Rhet. S. Tr. 1. c. 12.

פְּתִיחוֹת f. pl. *Stricti gladii.* Saltem legitur Pſ. 55, 22.

פִּתּוּחַ m. *Sculptura, Cælatura.* לְפַתֵּחַ כָּל־פִּתּוּחַ *Ad ſculpendum* omnis generis *ſculpturam*, 2. Chron. 2, 17. Suff. פִּתֻּחָהּ *Sculptura* ejus, Zach. 3, 9. Plur. פִּתּוּחִים *Sculptura*, 2. Chr. 2, 6. פִּתּוּחֵי חוֹתָם *Sculptura, cælatura ſigilli*, Exod. 28, 11. 21. 36. c. 39, 6. 14. 30. Cum Suff. פִּתּוּחֶיהָ *Sculpturæ* ejus, Pſ. 74, 6.

פִּתְחוֹן m. *Apertio, Apertura.* Bis legitur. פִּתְחוֹן פֶּה *Apertio* oris, Ezech. 16, 23. c. 29, 22.

מַפְתֵּחַ m. *Clavis*, ab *aperiendo* ſic dicta, 2. Chr. 9, 27. Jud. 3, 25.

מִפְתָּח m. *Apertio.* Semel legitur in Statu Conſtr. מִפְתַּח שְׂפָתַי *Apertio* labiorum meorum, Prov. 8, 6.

פָּתַל *Fraudem meditatus eſt*; apud Arabes. Sed in Kal non eſt in uſu apud Ebræos. Niphal נִפְתַּל *Luctatus eſt; Contortus, Diſtortus eſt.* נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים נִפְתַּלְתִּי *Luctationibus Dei*, i. e. *graviſſimus* luctata ſum, Gen. 30, 8. Part. נִפְתָּל *Contortum, Diſtortum*, Prov. 8, 8. וַעֲצַת נִפְתָּלִים Et *conſilium intorquentium*, verſutorum, fraudem meditantium, Job. 5, 13. Hithpael הִתְפַּתֵּל *Luctatus eſt, Diſtortum ſe exhibuit.*

Digitized by Google

bibuit. Fut. תִּתַּפָּתָּל עִם־עִקֵּשׁ Cum perverſô ut perverſo *luctaris*, quia tibi reluctatur, etiam ipſe reluctaris, ut fruſtra ſit, dùm ſperat, ſe tibi imponere poſſe, aut felicibus ſe ſucceſſibus & conatibus uſurum, Pſ. 18,27. Sed 2 Sam.22,27. eſt תִּתַּפָּל, ת Characteriſticô extruſô & per Dageſch compenſatô, factaq; inſuper transpoſitione radicalium פ & ת.

1) Generatim obtinet *notionem jungendi.* 2) Speciatim α) ſignificat *contorqueri, intorqueri;* quia, quæ *contorquentur*, vel *intorquentur*, illa invicem junguntur. *Metaphoricè* dicitur de *ſermonibus ſapientiæ*, in quibus nil occultæ nequitiæ nodis implicitum & contortum deprehenditur, Prov. 8, 8. item de improbis mala & contorta conſilia captantibus, Job. 5, 13. β) Notat *luctari*, quia *luctantes* junguntur, & intorquentur. Ita *figuratè* dicitur de *Lea*, Gen. 30, 8. item de Deo cum perverſis luctante, 2.Sam. 22, 27. Pſ. 18, 27.

פָּתִיל m. *Filum, Funiculus; Panniculus contortus, ex filis factus; Sudarium.* אֵין פָּתִיל עָלָיו Non eſt *panniculus* ſuper eo, Num. 19, 15. In Statu Conſtr. פְּתִיל תְּכֵלֶת *Filum* hyacinthini, Exod. 28, 37. פְּתִיל פִּשְׁתִּים בְּיָדוֹ *Filum* lini, i.e. lineum eſt in manu ejus, Ezech. 40, 3. Plural. פְּתִילִים *Filamenta*, Exod. 39, 3. הַפְּתִילִים *Panniculi, Sudaria*, Gen. 38, 25.

פְּתַלְתֹּל m. *Contortiſſimum*, Devt. 32, 5. Sæpius non legitur.

נַפְתּוּלִים m. pl. *Luctationes.* Semel legitur in Statu Conſtr. נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים *Luctationibus* Dei, i. e. graviſſimis, maximis, Gen. 30, 8.

פֶּתֶן m. *Aſpis, beſtiola venenatiſſima*, Pſal. 58, 5. Pſal. 91, 13. Jeſ. 11, 8. Plur. פְּתָנִים *Aſpides*, Devt. 32, 33. Job. 20, 14. 17.

מִפְתָּן m. *Limen, inferius propriè*, 1.Sam. 5, 4. Zeph. 1, 9. הַדּוֹלֵג עַל־הַמִּפְתָּן *Saliens* ſuper limen. In Statu Conſtr. מִפְתַּן הַבַּיִת *Limen* domûs, Ezech. 9, 3. c. 10, 4. 18. c. 47, 1. portæ, Ezech. 46, 2.

פֶּתַע m. *Momentum, Repens;* & Adverbialiter *ſubitò, repente.* פֶּתַע יִשָּׁבֵר וְאֵין מַרְפֵּא *Subitò* confringetur, nemine ſanante, Prov. 6, 15. וְאִם בְּפֶתַע בְּלֹא אֵיבָה הֲדָפוֹ Quod ſi de *repente* abſque inimicitia impulerit eum, Num. 35, 22. אֲשֶׁר־פִּתְאֹם לְפֶתַע יָבוֹא שִׁבְרָהּ Cujus repens *repentiù*, i.e. *nimis repente* fractura, Jeſ. 30, 13. conf. Num. 6, 9. Prov. 29, 1. Jeſ. 29, 5. Hab. 2, 7.

פָּתַר *Interpretatus* eſt. Saltem legitur de *interpretatione ſomnii.* כַּאֲשֶׁר פָּתַר Quemadmodum interpretatus eſt, כֵּן הָיָה ita factum eſt, Gen. 41, 13. vid. c. 40, 12. 16. 22. Particip. פּוֹתֵר *Interpres*, Gen. 40, 8. c. 41, 8. 15. Infin. לִפְתֹּר *Interpretari*, Gen. 41, 15. Fut. וַיִּפְתָּר Et *interpretatus eſt*, Gen. 41, 12. Sæpius non occurrit.

פִּתְרוֹן m. *Interpretatio.* כְּפִתְרוֹן חֲלֹמוֹ Juxta *interpretationem* ſomnii ipſius, Gen. 40, 5. c. 41, 11. זֶה פִּתְרֹנוֹ Hæc eſt *interpretatio* ejus, Gen. 40, 12. 18. Plur. פִּתְרֹנִים *Interpretationes*, Gen. 40, 8. Sæpius non legitur.

פַּתְשֶׁגֶן m. *Exemplum*, *Exemplar*. פַּתְשֶׁגֶן הַכְּתָב *Exemplar*, *Apographum ſcripti*, Eſth. 3, 14. c. 4, 8.

פָּתַת *Fregit*. Infin. פָּתוֹת *Frangendo*, Lev. 2, 6. Hiphil וְהִפְתִּיתָ Et *fregeris*, pro וַהֲפִתּוֹתָ forma mixta, ex diverſis radicibus, nempe ex פָּתַת & פָּתָה Prov. 24, 28. Sæpius non legitur.

פַּת m. *Fruſtum*, *Buccella*, *Portio*. פַּת לֶחֶם *Fruſtum* panis, Gen. 18, 5. Jud. 19, 5. 1. Sam. 2, 36. c. 28, 22. 1. Reg. 17, 11. Cum Suff. פִּתִּי *Bucella* mea, Job. 31, 17. מִפִּתּוֹ De *fruſto* ejus, 2. Sam. 12, 3. Plur. פִּתִּים *Fruſta*, Lev. 2, 6. c. 6, 14. כְּפִתִּים Tanquam *fruſta*, Pſ. 147, 17.

פַּתְבַּג m. *Cibus*. Vox compoſita, conflata ex פַּת, quod propriè *fragmentum* ſignificat, & ex בַּג, quod juxta R. Nathanem & Kimchium notat *cibum*, legiturque Ezech. 25, 7. In Statu Conſtr. פַּתְבַּג הַמֶּלֶךְ *Cibus Regis*, Dan. 1, 5. 8. 13. 15. Cum Suff. פַּתְבָּגוֹ *Cibus* ejus, Dan. 11, 26. פַּתְבָּגָם *Cibus* eorum, Dan. 1, 16.

פְּתוֹתִים m. pl. *Fruſta*. Legitur ſaltem in Statu conſtr. פְּתוֹתֵי לֶחֶם *Fruſta panis*, Ezech. 13, 19.

צ

צֶאֱלִים m. pl. *Umbroſa*; *umbroſa arbores*. Referendum videtur ad rad. צלל, per Syriaſmum ſecunda radicali ל in א mutatâ. Saltem bis occurrit. תַּחַת צֶאֱלִים יִשְׁכָּב Sub *umbraculis*, *umbroſis* cubat, Jeſ. 40, 16. יְסֻכֻּהוּ צֶאֱלִים צִלְלוֹ Tegunt eum *umbroſa*, *umbraculum ejus*, Job. 40, 17.

צֹאן c. *Grex*, *Greges*, *ovium* ſcilicet & *caprarum*, *minorum paſcualium utriuſque ſpeciei*. Rabbini autem *pecus minutum* interpretantur. Vid. Kimchi in Lexico. Huic opponitur בָּקָר *Armentum*, complectens *animalia majora*, ut ſunt *equi*, *boves*, *aſini*, *cameli*. Bochartus deducit ex Arabica lingua, ubi צנא vel צנה notat *fœcundum eſſe*, *multa prole abundare*, quia *ovibus* hoc maximè convenit. Vid. Hieroz. P. I. lib. 2. c. 43. unde quandoque pro Hebræo צאן ſcribitur צנא Num. 32, 24. & צֹנֶה, Pſ. 8, 7. Eſt ſingulare tantùm, & collectivè ſumitur; unde etiam cum verbo Plurali conſtrui ſolet. רֹעֵה צֹאן Paſtor *gregis*, Gen. 4, 2. צֹאן וּבָקָר *Grex* & armentum, Gen. 20, 14. Lev. 27, 32. Num. 22, 40. תָּבֹאנָה הַצֹּאן לִשְׁתּוֹת Veniunt *grex* ad bibendum, Gen. 30, 38. צֹאנְכֶם *Grex* veſter, Ex. 10, 24. לְצֹנַאֲכֶם Pro *gregibus* veſtris, Num. 32 24.

1) Generatim notat *gregem minorum pecudum*, *ovium* ſcilicet & *caprarum*, Gen. 4, 2. c. 12, 16. c. 13, 5. c. 20, 14. c. 21, 27. c. 24, 35. &c. 2) Speciatim α) notat *oves* tantùm, 1. Sam. 25, 2. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *ſubditos*, 1. Chron. 21, 17. 2) *Fideles* & *pios*, Pſ. 100, 3. Ezech. 36, 38. confer. c. 34, 15.

צַאֲנָן m. *Zaanan*, nomen *proprium loci*, qui quaſi *pecoroſus fuit*; & à *fertilitate* nomen habuit, Mich. 1, 11.

צב

Digitized by Google

צַב m. *Cameratum; Buſo*, vide in R. צבה p. 1000.

צָבָא *Turmatim* ivit, *Agminatim concurrit, Militavit, Pugnavit, Miniſtravit.* צָבְאוּ *Miniſtrabant*, Exod. 38, 8. צָבְאוּ עַל יְרוּשָׁלָם *Militabunt, pugnabunt* contra Hieroſolymam, Zach. 14, 12. Particip. מִן אֲנָשִׁים הַצֹּבְאִים De viris *militantibus*, Num. 31, 42. vide Jeſ. 29, 7. 8. Cum Suff. צֹבֶיהָ *Militantes* contra eam, Jeſ. 29, 7. pro צֹבְאֶיהָ, literâ א more verborum לה ob accedens incrementum finale extruſâ. Fœm. צֹבְאֹת *Miniſtrantes*, Exod. 38, 8. 1. Sam. 2, 22. לִצְבֹּא Ad *militandum, pugnandum*, Num. 4, 23. c. 8, 24. Fut. וַיִּצְבְּאוּ Qui *militarunt, bellum geſſerunt*, Num. 31, 7. Hiphil הִצְבִּיא *Militiam, exercitum conſcripſit, militem fecit.* Particip. הַמַּצְבִּא עַם הָאָרֶץ Qui *militem faciebat, militariter exercebat* populum terræ, 2. Reg. 25, 19. Jer. 52, 25.

1) Generatim ſignificat *turmatim convenire, & in ordine ſtare.* 2) Speciatim α) ſignificat *militare, pugnare*, quia milites agminatim ad *militandum* conveniunt, & pugnaturi in ordine ſtare ſolent, Num. 31, 7. 42. Jeſ. 29, 7. 8. Zach. 14, 12. β) *Metaphoricè* notat *turmatim convenire ad cultum divinum & miniſtrare*, quia *miniſtraturi* perinde ut milites ordinem tempusque obſervare tenentur, Ex. 38, 8. Num. 4, 23. c. 8, 24. 1. Sam. 2, 22.

צָבָא m. *Exercitus, Militia; Tempus militia.* אַנְשֵׁי הַצָּבָא Viri *exercitus*, Num. 31, 21. In Statu Conſtr. צְבָא הַשָּׁמַיִם *Exercitus* cœlorum, Devt. 4, 19. Aſt Zach. 9, 8. eſt צָבָה, א cum ה alternante, Cum Suffixo צְבָאוֹ *Exercitus* ejus, Gen. 21, 22. Plur. צְבָאִים *Exercitus.* Cum Suff. צְבָאָיו *Exercitus* ejus, Pſ. 103, 21. Sed Pſ. 148, 2. eſt צְבָאוֹ, per Syncopen literâ י extruſâ. Præterea ubique eſt in Plurali צְבָאוֹת, Devt, 20, 9. אֱלֹהֵי צְבָאוֹת Deus *exercituum*, Jer. 5, 14. c. 15, 16. c. 38, 17. c. 42, 15. c. 44, 7. In Statu Conſtr. צִבְאוֹת יְהוָה *Exercitus* Domini, Exod. 12, 41. צִבְאוֹתֵינוּ *Exercitus* noſtri, Pſ. 44, 10. צִבְאֹתָם *Exercitus* ipſorum, Exod. 6, 26.

I) *In genere* importat *quantitatem cum ratione menſurata*, ſive ſit numerus ac multitudo numerata, ſive temporis ſpatium numeratum ac menſuratum. II) Speciatim 1) notat *multitudinem plurium individuorum* in unum quaſi corpus collectorum; & quidem α) *propriè* notat *exercitum*, ſeu *multitudinem militum* ſub certo aliquo duce militantium, ejusque juſſa ſtrenuè ac ordinate exequentium. Ita dicitur de exercitu Iſraelitarum, Num. 1, 3. 45. c. 26, 2. 2. Sam. 2, 8. Pſalm 44, 10. Jabini, Jud. 4, 7. Syrorum, 2. Reg. 5, 1. &c. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *exercitum cœlorum*, prout ejus nomine intelligitur א) *militia* ſeu *multitudo Angelorum*, qui ſtrenuè contra hoſtes Dei & piorum militant, & juſſa ipſius convenientiſſimo ordine exequuntur, 1. Reg. 22, 19. 2. Reg. 6, 17. 2. Chr. 18, 18. Pſ. 103, 21. ב) *Ingens corporum cœleſtium* ſeu *ſtellarum ſub ſolis velut ductu progredientium ordinatiſſima multitudo*, utpote ſplendore, ordine, & influentiarum virtute *pulcherrimam* referens *aciem*, ubi galearum,

 fra-

framearum, gladiorum, clypeorumque ſplendor omnium oculos velut præſtringit, 2. Reg. 17, 16. c. 21, 3. 5. c. 23, 4. 5. Jeſ. 44, 4. Jer. 8, 2. c. 19, 13. c. 33, 22. Zeph. 1, 5. Conf. Devt. 4, 19. c. 17, 3. Jeſ. 40, 26. 2) Notat *quarumvis creaturarum mundi machinam replentium diſpoſitum agmen*, Gen 2, 1. Ita capitur, quoties Deus dicitur אֱלֹהֵי צְבָאוֹת Jer. 5, 14. c. 38, 17. c. 44, 7. Am. 5, 8. vel יְהוָה צְבָאוֹת Jeſ. 25, 6. c. 28, 5. 22. 29. c. 29, 6. c. 31, 4. 5. c. 37, 16. &c. ubi vox אֱלֹהֵי per Ellipſin omiſſum eſt. 3) Tribuitur *Præconum Evangelii multitudini ordinatæ*, Pſal. 68, 12. β) Notat *tempus determinatum ac ordinatum*; *Temporis ſpatium definitum*, Job. 7, 1. c. 14, 14. Dan. 8, 12. c. 10, 1. Ita communiter Ebræi, quos ſequitur B. Glaſſius in Rhet. Sacra, Guſſetius & plures alii Chriſtianorum. Sed in dubium vocat Sebaſt. Schmidius in Comment in Job. c. 7, 1. & quia צָבָא quandoque idem eſt ac *miniſtravit*, ut Ex. 38, 8. 1. Sam. 2, 22. exiſtimat d. l. notare *conditionem miniſtri* ſeu *ſervi*, quæ ipſi conſtans eſt, nec ſic comparata, ut ad breve tempus reſtricta ſit.

צְבֹאִים m. pl. *Zeboim*, una urbium, quæ cum Sodoma perierunt, Hoſ. 11, 8. Sed Devt. 29, 22. eſt צְבוֹיִם juxta קרי; licet כתיב habeat צְבִיִּים

צָבָה *Intumuit.* וְצָבְתָה בִטְנָהּ *Intumeſcatque* venter ejus, Num. 5, 27. Hiphil הִצְבָּה *Tumidum reddidit.* Infin. לַצְבּוֹת Ad *tumidum reddendum*, pro לְהַצְבּוֹת Per Aphæreſin Præformativo ה ob Præfixum ל ablatô, Num. 5, 22. Præterea non occurrit.

צָב m. *Tumens*, *Tumidus.* Fœm. וְאֶת־בִּטְנֵךְ צָבָה At ventrem tuum *tumentem*, Num. 5, 21. Amplius in hoc ſignificatu non invenitur; Reperitur autem

צָב m. *Teſtudo*, ſic dicta, quod mediocri convexitate *tumet*, Lev. 11, 29. Quia vero צָב etiam *currum cameratum* deſignat, hinc R. Elias, Junius, Tremellius, Schindlerus & alii eam ſic dictam arbitrantur, quia *putamina teſtudinum tectum referre videntur cameratorum curruum.* Sed diſſentit Bochartus Hieroz. P. I. lib. 3. c. 1. p. 1044. & ſeqq. ex Arabum monumentis evincit, eſſe *crocodilum terreſtrem.*

צָב m. *Cameratum*; *Currus cameratus*, qui à Guſſetio ſic dici putatur, quod *teſtudinis ſpeciem* refert; ab aliis verò ſic vocari cenſetur, quod *ſuperne tectus ſpeciem tumentis uteri* præ ſe ferat. עֶגְלוֹת צָב Plauſtra *camerati tecti*, Num. 7, 3. Plural. בַּצַּבִּים In *plauſtris cameratis*, Jeſ. 66, 20. Sæpius non legitur.

צְבִי m. *Decus*, *Ornamentum*, *Gloria*, ab *intumeſcendo* ſic dictæ, quod animum hominis reddunt *tumidum*; item *Caprea*, *Capreolus*, eò quod *decorum & venuſtum* animal eſt, & in veterum deliciis fuit. צְבִי מַמְלָכוֹת *Decus* regnorum, Jeſ. 13, 9. עֲטֶרֶת צְבִי Corona *decoris*, Jeſ. 28, 5. כַּצְּבִי Sicut *caprea*, Devt. 12, 15. Plural. צְבָיִם *Capreæ*, י deficiente, 2. Sam. 2, 18. Sed 1. Chron. 12, 8. eſt כַּצְּבָאִים ſicut capre-

Digitized by Google

capreoli. Fœm. צְבִיָּה *Caprea*, Cant. 4, 5. c. 7, 3. Plural. בִּצְבָאוֹת Cum *capreis*, Cant. 2, 7. c. 3, 5. צִבְאֹת גּוֹיִם *Ornamenta* gentium, Jer. 3, 19.

1) Generatim refert *jucunditatem* & *venuſtatem.* Unde 2) ſpeciatim α) notat *decus, ornamentum, gloriam,* quia *animo* ſunt *jucunda & venuſtatem* conciliare ſolent. Dicitur autem de *Babele*, quæ aliorum regnorum ornamentum eſt, Jeſ. 13, 19. de corona, quæ ornat, & in gloriam cedit, Jeſ. 28, 5. de hæreditate, quæ decori eſt, Jer. 3, 19. de terra Iſraelitica, quæ decus eſt omnibus terris, Ez. 20, 6. 15. Vid. Ezech. 25, 9. β) Notat *capream*, vel *capreolum*, à venuſtate nomen trahentem. De caprea ſcribit Druſius cl. 2. Prov. lib. 5. n. 33. quod ſit *media inter capram & cervam; illam enim corporis figurâ refert, huic ramoſis cornibus & pernicitate pedum aſſimilis.* Dicitur *fera*, quæ ungulas findit & ruminat, Devt. 32, 15, 22. c. 15, 22. in agro degit, & pedum pernicitate gaudet, 2. Sam. 2, 18. 1. Chron. 12, 8. 9. è venatoris manu elabi laborat, Prov. 6, 5.

צָבַט *Dedit, Porrexit.* Semel occurrit in Fut. Ruth. 2, 14. וַיִּצְבָּט־ Et *porrexit.*

צָבַע *Indicavit;* & hinc *Pinxit, Coloravit, Tinxit*, quia colores rem *indicant, ſignant.* Occurrit ſaltem in Partic. Paul הַעַיִט צָבוּעַ Avis *colorata*, Jer. 12, 9. i. e. fœdata in ſanguine, juxta R. Sal. Seb. Schmid. accipit pro *nomine proprio avis feræ* in terra Judaica notæ, ob colores forte ſic dictæ.

צֶבַע m. *Color, Verſicolor, Coloratum.* צֶבַע רִקְמָתַיִם *Color* acupictorum, Jud. 5, 30. Plur. שְׁלַל צְבָעִים Præda *verſicolorum*, Jud. 5, 30. Sæpius non occurrit.

אֶצְבַּע f. *Digitus*, ab *indicando* ſic dictus, quoniam digito *indice rem notamus & ſignamus.* אֶצְבַּע אֱלֹהִים הוּא *Digitus* Dei eſt, Exod. 8, 15. Cum Suff. אֶצְבָּעוֹ *Digitus* ſuus, Lev. 4, 6. Plur. אֶצְבָּעוֹת *Digiti*, Jer. 52, 21. In Statu Conſtr. אֶצְבְּעוֹת יָדָיו *Digiti* manuum ipſius, 2. Reg. 21, 20. אֶצְבְּעוֹת רַגְלָיו *Digiti* pedum ipſius, 2. Sam. 21, 20. Cum Suff. אֶצְבְּעוֹתָי *Digiti* mei, Pſal. 144, 1.

1) Generatim notat *digitum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *digitum hominis*, ſive ſit *digitus manuum*, Exod. 29, 12. Lev. 4, 6. 17. c. 9, 9. c. 14, 16. ſive *pedum*, 2. Sam. 21, 20. β) *Metaphoricè* tributum *Deo* deſignat tùm *potentiam & virtutem Dei opemntis*, Exod. 8, 19. c. 31, 18. Devt. 9, 10. tum *faciendi facilitatem, curam ac induſtriam*, Pſ. 8, 4.

צָבַר *Congeſſit, Collegit, Coacervavit, Congregavit.* Fut. אִם יִצְבֹּר כֶּעָפָר כָּסֶף Si *coacervaverit* ſicut pulverem argentum, Job. 27, 16. וַיִּצְבְּרוּ בָר Et *coacervant* frumentum, Gen. 41, 35.

1) Generatim denotat *rerum diſperſarum ſollicitam congeſtionem & collectionem ad unum locum.* 2) Speciatim in Scripturâ dicitur α) de *ſollicita coacervatione frumenti* in Ægypto tempore fertitilitatis, Gen. 41, 53.

41, 35. 49. β) De congeſtione *terræ*, Hab. 1; 10. γ) De operoſâ *ranarum* in acervos congeſtione, Exod. 8, 14. δ) De ſollicitâ collectione *pecuniæ*, Job. 27, 16. Zach. 9, 3. & *opum* ab avaris eas undiquaque corradentibus, Pſal. 39, 17. Sæpius non occurrit.

צִבֻּרִים m. pl. *Acervi.* Saltem extat 2. Sam. 10, 8.

צָבַת *Inſtruxit, Ligavit, Copulavit*, apud Chaldæos. Inde eſt

צֶבֶת m. *Manipulus, Faſciculus, Mergus*; Occurrit ſaltem in Plurali צְבָתִים *Manipuli*, Ruth. 2, 16.

צָדַד *Declinavit, ſeorſim collocavit, poſuit*, apud Chaldæos & Arabes; inde apud Ebræos,

צַד m. *Latus.* עַל־צַד Ad *latus*, Jeſ. 60, 4. c. 66, 12. בְּצַד In *latere*, 2 Sam. 2, 16. מִצַּד אֲרוֹן A *latere* arcæ, Devt. 31, 26. Cum Suff. מִצִּדּוֹ A *latere* ejus, 1. Sam. 6, 8. בְּצִדָּהּ In *latere* ejus, Gen. 6, 16. Sed 1. Sam. 10, 20. צִדָּה *Latus* ejus, cum defectu Mappik ה imprimendi. Plur. צִדִּים *Latera*, Jud. 20, 3. צִדֵּי הַמִּשְׁכָּן *Latera* tabernaculi, Ex. 26, 13. צִדָּיו *Latera* ejus, Exod. 30, 4.

צָדָה *Quæſivit ſtudio; Venatus eſt, Inſidiatus eſt*; Connotatur *ſtudium, conſilium ac propoſitum.* וַאֲשֶׁר לֹא צָדָה Equidem ſi non *inſidiatus fuerit* ei, Exod. 21, 13. Particip. וְאַתָּה צֹדֶה נַפְשִׁי Nihilominus *quæris, venaris* animam meam, 1. Sam. 24, 11. Niphal נִצְדָּה *Vaſtatus, Deſolatus eſt.* נִצְדּוּ עָרֵיהֶם *Deſolatæ, vaſtatæ ſunt* urbes eorum, Zeph. 3, 6. Amplius non legitur.

צְדִיָּה f. *Induſtria, Data opera; Propoſitum & Studium*, quò aliquid agere conamur. Bis legitur Num. 35, 20. 22.

צָדַק *Juſtificatus eſt, Juſtus eſt, Juſtus habitus eſt, Se juſtum adſeruit Juſtè egit.* צָדְקָה מִמֶּנִּי *Juſta eſt* præ me, Gen. 38, 26. Fut. אֶצְדָּק *Juſtus ero.* אִם אֶצְדָּק פִּי יַרְשִׁיעֵנִי Si *juſtificavero me*, ſeu *juſtum aſſeruero me*, os meum condemnabit me, Job. 9, 20. בַּיהוָה יִצְדְּקוּ In Domino *juſtificabuntur*, Jeſ. 45, 25. Niphal נִצְדַּק *Juſtificatus eſt.* וְנִצְדַּק קֹדֶשׁ Tunc *juſtificabitur* Sanctum, Dan. 8, 14. Piel צִדֵּק *Juſtificavit, Juſtum aſſeruit.* צִדְּקָה נַפְשָׁהּ *Juſtificavit* animam ſuam i. e. ſe ipſam, Jer. 3, 11. Infin. חָפַצְתִּי צַדְּקֶךָּ Cupio *juſtificare* te, Job. 33, 32. בְּצַדֶּקְתֵּךְ Pro *juſtificare* te, i. e. pro eo, quod *juſtificaſti*, Ez. 16, 52. ex forma צַדְּקָה, cum ה Paragogico, quod accedente Suffixo in ת mutatur. Hiphil הִצְדִּיק *Juſtificavit, juſtum pronunciavit, declaravit, Abſolvit.* וְהִצְדַּקְתִּיו *Juſtificemque, Juſtum declarem* eum, 2. Sam. 15, 4. Infin. לְהַצְדִּיק צַדִּיק Ad *juſtum pronunciandum* juſtum, 2. Sam. 15, 4. Particip. מַצְדִּיק רָשָׁע *Juſtificans, juſtum pronuncians* impium, Prov. 17, 15. Fut. לֹא אַצְדִּיק רָשָׁע Non velut *juſtum pronunciabo* improbum, Exod. 23, 7. Hithpael הִצְטַדֵּק *Juſtificabit ſe.* Fut. נִצְטַדָּק *Juſtificabimus nos*, Gen. 44, 16. Ob primam rad. ſibilantem ת Characteriſticum tranſponitur in locum ejus, &, quia iſta eſt צ, tranſit in ט.

I) Ge-

I) Generatim importat *immunitatem ab iniquitate*, *culpa & reatu*, ſive *reverà*, ſive ſaltem *opinativè*. II) Speciatim 1) in *Kal* α) notat *juſtum eſſe*, reſpicitque perſonæ alicujus *dicta*, *facta & cogitata*, in quibus nulla eſt iniquitas, aut à lege diſcrepantia. Ita dicitur de Thamare ex Juda gravidâ, Gen. 38, 26., item de judiciis divinis, Pſal. 19, 10. de Jobo, c. 13, 18; negatur de homine, utpote qui deſtituitur inhærente juſtitia & puritate, Job. 15, 14. & in ordine ad Deum nullatenus juſtus exiſtit, expers omnis peccati & iniquitatis, Job. 4, 17. c. 9, 2. c. 25, 4. Pſal. 143, 2. β) Significat *ſe juſtum adſerere, contendere*, Job. 9, 20. c. 40, 3. aut *habere*, Job. 22, 3. γ) Denotat *juſtum haberi, agnoſci, declarari, pronunciari, &c.* Ita dicitur de *Deo*, Pſ. 51, 6. de *homine*, Job. 33, 12. Jeſ. 43, 9. 26. Sed Jeſ. 45, 25. *fideles per Iehovam Meſſiam juſtificari* dicuntur, quod illis pro juſtitia reputatur, quod in Deum credunt. 2) In Niphal notat *ſe innocentem adſerere, & à reatu immunem pronunciare*, Gen. 44, 16. 3) In *Piel* ſignificat α) *juſtum ſe adſerere, pronunciare*, Job. 32, 2. β) *Iuſtum ſe præſtare, juſtè ſe gerere*, vel *potius facere juſtè agendo, ut juſtus pronuncietur*. Sed ſic ſi accipitur, *impropriè* adhibetur, poſitô *effectu* pro *cauſa*, & adhibetur *comparative*, comparatione ſcil. impropriâ ſeu comparatione deteriorum. Ita Jer. 3, 11. averſa Iſraël dicitur *juſtificare animam ſuam præ perfida Iudâ*, i. e. fecit ſe pronunciari minus injuſtam. Similiter Ez. 16, 51. 52. Juda dicitur juſtificare ſorores ſuas, Samariam & Sodomam, i. e. quia atrociora patravit peccata & ſcelera, declaravit, ſorores ſuas ad ſe collatas, pro *juſtis*, vel *minus injuſtis eſſe habendas*, vel quod eodem redit, *minus injuſtas pronunciari* fecit. 4) In Hiphil ſignificat α) *iuſtum fecit*, non quidem *infuſione iuſtitiæ habitualis*, ſed *iudicio, verbis & adſertione ſua iuſtum cenſuit, pronunciavit, declaravit, abſolvit*, ſicut in foro *reus* juſtus pronunciatur, declaratur & abſolvitur, Exod. 23, 7. Devt. 25, 1. 2. Sam. 15, 4. 1. Reg. 8, 32. 2. Chron. 6, 23. Pſ. 82, 3. Prov. 17, 15. Jeſ. 5, 27. β) *Juſtitiam contulit*. Ita Jeſ. 53, 11. *Chriſtus in ſua ſcientia*, quâ ipſe cognoſcitur, dicitur *iuſtificare multos*, ipſis juſtitiam ſuam dando, & viciſſim peccata eorum in ſe ſuſcipiendo, ut ea expiet, hominesque Deo per peccata offenſo reconciliet. γ) *Ad iuſtitiam inſtituit*, Dan. 12, 3.

צַדִּיק m. *Juſtus*. נֹחַ אִישׁ צַדִּיק תָּמִים הָיָה בְּדֹרֹתָיו Noachus vir *iuſtus* & integer fuit in generationibus ſuis, i. e. juſtiſſimus & integerrimus, Gen. 6, 9. צַדִּיק וְיָשָׁר הוּא *Juſtus* & rectus ille eſt, Devt. 32, 4. Plural. צַדִּיקִים *Juſti*, Exod. 23, 8. & defectivè צַדִּקִם Devt. 4, 8. c. 16, 19.

I) Generatim notat *iuſtum*. II) Speciatim 1) tribuitur α) *Deo*, qui eſt juſtus tùm *in ſe*, omnia, quæ recta & bona ſunt, æternæ ſuæ legi conformiter volens & faciens, Devt. 32, 4. 2. Chron. 12, 7. Eſr. 9, 15. Pſal. 111, 7. Pſal. 119, 137. Zeph. 3, 5. tum *in ordine ad alios*, ſervans iis pro-

miſſa, Nah. 9, 8. Pſal. 116, 5. juſtè eos gubernans in vita, Job. 34, 17. remunerans bonos & puniens malos, Pſal. 7, 12. Pſal. 129, 4. β) *Chriſto*, qui dicitur juſtus tùm *abſolute, in ſuâ ipſius perſonâ*, juxta Deitatem *ipſa* exiſtens *iuſtitia*, juxta humanitatem autem omnis doli expers, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, Ebr. 7, 26. Cum *relatè & effective reſpectu noſtri*, perfectiſſimâ ſuâ obedientiâ activâ & paſſivâ nobis comparans juſtitiam coram Deo valentem, h. e. non tantùm ipſe juſtus eſt, ſed etiam homines juſtos facit. Unde dicitur Jehova juſtitia noſtrá, Jer. 23, 6. Dicitur autem צַדִּיק Jeſ. 53, 11. Jer. 23, 5. Zach. 9, 9. γ) *Homini*, qui dicitur 1) juſtus *iuſtitiâ univerſali*, prout omnibus virtutibus eſt inſtructus, ſemper exactè ſectans, quæ ſunt bona, & jugiter omni ſtudio fugiens, quæ ſunt mala. Talis juſtus non datur, Eccl. 7, 20. 2) Juſtus *iuſtitia particulari*, prout α) eſt juſtus & innocens in *certa re, cauſa, ratione ac negotio*, Geneſ. 20, 4. Pſal. 11, 3. Pſal. 31, 19. Prov. 17, 15. c. 18, 5. β) Eſt juſtus *iuſtitiâ fidei*, ſeu *iuſtitiâ Meſſiæ* per fidem imputatâ, Pſ. 32, 11. Hab. 2, 4. γ) Juſtus *iuſtitiâ operum*, inculpatè vivens, in Deo confidens, juſtè agens, neminem lædens, ſuum cuique tribuens, malum fugiens, bonum ſectans, qui in comparatione ad improbos & ſectatores mundi, ſpectatâ ſeriâ cordis intentione, dicitur *iuſtus, integer, ſincerus*, Gen. 6, 9. c. 7, 1. c. 18, 23, 25. Pſal. 11, 5. Pſal. 37, 25. Ez. 18, 20. qualis juſtus liberatur ex anguſtia, Prov. 11, 8. c. 12, 13. curat jumentum, Prov. 12, 10. habet, quæ ad vitam honeſtè tranſigendam, familiamque ſuſtentandam requiruntur, Prov. 15. 6. δ) Juſtus *iuſtitiâ* tàm *fidei* ſeu *imputatâ*, quàm *inchoatâ* ſeu *operum*, Pſal. 14, 5. Prov. 9, 9. c. 10, 3. 6. 7. 11. c. 18, 10. c. 20, 7. quam ſequitur juſtitia inhærens perfecta in alterâ vitâ, Eccl. 8, 14.

צֶדֶק m. *Iuſtitia*. מֹאזְנֵי צֶדֶק אַבְנֵי צֶדֶק Libræ *iuſtitiæ*, lapides *iuſtitiæ*, i. e. libræ *iuſtæ*, lapides *iuſti*, Lev. 19, 36. Cum Suff. צִדְקִי *Iuſtitia* mea, Job. 6, 29. יְהוָֹה צִדְקֵנוּ Dominus *iuſtitia* noſtra, Jer. 23, 6. יִשְׁפֹּט תֵּבֵל בְּצֶדֶק Judicabit orbem in *iuſtitiâ* i. e. juſtè, Pſal. 96, 13. Pſal. 98, 9. זִבְחֵי צֶדֶק Sacrificia *iuſtitiæ*, i. e. juſta, juſtô ac legi conveniente modô oblata, nempe ex fide, Pſ. 4, 6. Pſ. 51, 21. מִשְׁפָּט וָצֶדֶק Judicium & *iuſtitia*, i. e. judicium juſtum, Eccl. 5, 7.

I) Generatim notat *iuſtitiam*, ſive *Dei*, ſive *hominis*. II) Speciatim 1) tribuitur א) *Deo*, qui juſtus eſt tùm *eſſentialiter, & in ſe*, tùm in *ordine ad alios*; promiſſa iis ſervando, bonos tuendo & remunerando, malos autem puniendo. Proinde legitur α) de *iuſtitiâ promiſſionum*, quas ſervare juſtum eſt, Pſal. 7, 18. Jeſ. 41, 2. c. 42, 6. β) De *iuſtitia iudiciali*, quâ pios & innocentes adverſus affligentium injurias potenter defendit, & pietatis præmiis benignè ornat, impios autem punit atque peſſundat, Pſ. 35, 24. 28. Pſ. 72, 2. Pſ. 89, 15. Pſ. 94, 15. Pſ. 96, 13. à quâ juſtitiâ dicitur *iuſtus iudex*, Pſ. 9, 5. vid. Jer. 11, 28. & *iudicia* ejus vocan-

vocantur *iuſtiſſima*, Pſ. 119, 75. γ) De *clementiâ & benignitate*, Pſ. 65, 6. Sed Pſ. 48, 11. *Metonymicè*, *iuſtitiæ divinæ documenta* deſignat, quæ ſpirant Dei *clementiam* erga pios, *iuſtitiæ* autem *punitivæ rigorem* erga impios, piorum perſecutores. ב) Dicitur de *iuſtitiâ Meſſiæ redemtoria*, quam ſanctiſſimâ ſuâ obedientiâ, tum activâ tum paſſivâ promeruit, cunctis credentibus applicandam & imputandam, Pſal. 40, 10. Pſ. 45, 5. Jeſ. 51, 1. Jer. 23, 6, c. 33, 16. Etiamſi ergo lapſu Adami omnis juſtitia concreata deperdita fuit: Attamen per Meſſiam reſtituenda fuit, Dan. 9, 24. ג) Tribuitur *homini*, qui juſtè vivit, agit, &c. & α) quidem deſignat *iuſtitiam univerſalem eiusque ſtudium*, ubi homo legibus divinis obſequium præſtare, & virtutes ipſum decentes exercere omnibus laborat, vel laborare debet viribus, Devt. 6, 25. Pſ. 15, 2. Pſ. 132, 9. Prov. 2, 9. Jeſ. 1, 21. β) *Juſtitiam particularem*, tum *publicam & politicam*, quâ quis ſuum cuique tribuit, Jer. 22, 13. juſtam menſuram, &c. dat, Lev. 19, 36. Devt. 25, 15. Ezech. 45, 10. tùm *cauſæ*, ubi quis innocuus eſt à flagitiô, quod intenditur, ſeque coram hominibus & in conſcientia ſua novit eſſe juſtum & irreprehenſibilem, licet juxta *juſtitiam perſonæ* ſe peccatorem coram Deo eſſe, ipſum oporteat fateri, Pſal. 7, 9. Pſ. 18, 21. 25. Pſal. 51, 15. Unde interdum *juſtam cauſam* notat, Pſ. 17, 1.

צדקה f. *Juſtitia.* לעשות צדקה ומשפט Ad faciendam *juſtitiam* & judicium, Gen. 18, 19. In Statu Conſtr. צדקת יהוה *Juſtitia* Domini, Devt. 33, 21. Cum Suff. כצדקתי Secundum *juſtitiam* meam, 2. Sam. 22, 21. Plur. צדקות *Juſtitiæ* Pſ. 11, 7. In Statu Conſtr. צדקות יהוה *Juſtitiæ* Domini, 1. Sam. 21, 7. Cum Suff. צדקותיך *Juſtitiæ* tuæ, Dan. 9, 16.

I) Generatim notat *juſtitiam*, ſive *Dei*, ſive *hominis*. II) Speciatim 1) Tribuitur א) *Deo*, qui eſt juſtus tùm *eſſentialiter & in ſe*, tum *in ordine ad alios*, promiſſa hominibus facta ſervans, & *bonis* benè, *malis* autem malè faciens. Proinde legitur α) de *juſtitia Dei eſſentiali*, Dan. 9, 7. β) De *juſtitia Dei relativâ*, ſecundum quam 1) conſtans eſt in *præſtandis promiſſis & adimplendis comminationibus*, Pſal. 31, 2. Pſ. 51, 16. Pſ. 143, 1. Jeſ. 45, 23. c. 56, 1. 2) *Cuivis ſecundum merita rependit*, bonos contra hoſtium injurias defendendo & præmiis ornando, malos autem puniendo, Jud. 5, 11. Pſ. 36, 7. Pſ. 111, 3. Pſ. 103, 6. Jeſ. 5, 16. Unde interdum accipitur pro *benignitate, clementiâ & beneficentia Dei erga pios*, Pſ. 22, 32. Pſ. 71, 15. 16. Pſ. 119, 40. Pſ. 141, 11. Dan. 9, 16. & *Metonymicè* pro *beneficiis*, à benignitate Dei proficiſcentibus, 1. Sam. 12, 7. Pſ. 24, 5. Sed Jeſ. 59, 16. 17. deſignat *juſtitiam Dei*, tùm reſpectu *gloriæ divinæ*, quam contra hoſtes ipſius vindicat, tum *reſpectu hominum*, quorum miſeretur. Vid. Seb. Schmid. ב) Tribuitur *Meſſiæ*, ratione *juſtitiæ redemtoriæ*, quam obedientiâ ſua tàm activâ, quàm paſſivâ promeruit, fidelibus per fidem imputandam & applicandam, Pſalm. 98, 2. Jer. 33, 15. Jeſ. 1, 27. item c. 42, 24.

ג) Tri-

ג) Tribuitur *homini*, qui juſtè vivit, juſteque agit, deſignans 1) *juſtitiam univerſalem, ejusque ſtudium*, ubi homo erga leges ſe obſervantem gerit, & officia tùm erga Deum, tùm erga proximum obire ſtudet, Devt. 6, 25. Job. 27, 6. Prov. 11, 18. 19. c. 12, 28. c. 15, 9. Jeſ. 56, 1. c. 58, 2. Ez. 18, 26. 2) *Iuſtitiam particularem*, quæ æqualitatem ſervat erga proximum, tùm in *commutando*, tum in *diſtribuendo*, Prov. 16, 8. Jer. 22, 3. 15. tùm *privatam*, quam dicunt *cauſa*, ubi quis innocuus eſt à flagitio, cujus arguitur, ſeque in conſcientiâ ſuâ irreprehenſibilem novit coram hominibus, etiamſi coram Deo non poſſit non ſe peccatorem fateri, 2. Sam. 22, 21. 25. 3) *Metonymicè* notat tum *res factaque juſta*, Pſ. 11, 7. Jeſ. 64, 5. tùm *præmium juſtæ piaque vitæ*, quô velut teſtimoniô vita exornatur, Gen. 30, 33. Conf. 1. Sam. 26, 23. ubi non ſolum denotat *præmium* juſtitiâ dignum, ſed etiam *pœnam* injuſtitiâ dignam. 4) Interdum deſignat *jus*, quod aliquis ad aliquid habet, 2. Sam. 19, 20. Neh. 2, 20.

צָהַב *Fulſit, Splenduit*; apud Chaldæos & Arabes, dicitur de *diverſis coloribus*; inde apud Ebræos eſt. Particip. Hophal מֻצְהָב *Fulgens*, Eſr. 8, 27. & nomen

צָהֹב m. *Fulvus, Fulgens*, quod ter legitur de *pilo*, Lev. 13, 30. 32. 36.

צָחָה *Siccus fuit, Aruit*, Metalepticè, *Sitiit*, apud Chaldæos & Syros; inde apud Ebræos eſt

צִי m. *Navis*, Jeſ. 33, 11. Plur. צִים *Naves*, Num. 24, 24. Ezech. 30, 9. item צִיִּים Dan. 11, 30. *Loca arida*; item *incolæ vaſtorum locorum, Barbari*, Pſ. 72, 9.

1) Generatim *ſiccum* & *aridum* reſpicit. 2) Speciatim *α*) notat *navim*, quæ mediis in undis ſiccitatem præbet navigantibus, Num. 24, 24. Jeſ. 33, 11. Ezech. 30, 9. *β*) Dicitur de *incolis locorum aridorum, ſiticuloſorum & vaſtorum*; ſive ſint *homines*, Pſal. 72, 9. ſive *beſtiæ*, Jeſ. 34, 14. Jer. 50, 39. quæ Bocharto P. I. lib. 3. c. 15. videntur eſſe *feles feræ & agreſtes*.

צִיָּה f. *Siccitas, Siccum; Locus aridus, ſiccus, ſiticuloſus*. אֶרֶץ צִיָּה Terra *ſiccitatis* i. e. ſicca, Pſ. 63, 2. Pſ. 107, 35. Jeſ. 41, 18. c. 53, 2. Jer. 2, 6. c. 51, 43. Ezech. 19, 13. Joel. 2, 20.

צָיוֹן m. *Aridus locus*. Bis occurrit, Jeſ. 25, 5. c. 32, 2.

צִיּוֹן m. *Sion*, pro צִהְיוֹן, nomen proprium *montis*, cui inædificatum erat caſtellum Hieroſolymæ ſeu regia Davidis. *Metaphoricè* deſignat *Chriſti Eccleſiam in N. T.* Pſ. 2, 6. Pſ. 68, 16. 17. Pſ. 87, 1. 2. 5. Pſ. 132, 13 14. Jeſ. 4, 4. 5. c. 11, 9. c. 28, 16. c. 40, 9. c. 49, 14. c. 56, 7. c. 59, 20. c. 62, 11. c. 65, 25. Zach. 9, 9. ſpeciatim *Eccleſiam triumphantem*, Pſ. 15, 1. Pſ. 24, 3. Jeſ. 35, 10. c. 51, 11.

צָהַל *Hinnivit*; Metaph. *claram lætamque vocem edidit, Iubilavit, Exultavit*. וְהָעִיר שׁוּשַׁן צָהֲלָה Et urbs Schuſan *exultabat*, Eſth. 8, 15. Imper. צַהֲלוּ *Exultate*, Jer. 31, 7. Fut. אֶל־אֵשֶׁת רֵעֵהוּ יְצַהֵלוּ

Ad

Ad uxorem proximi ſui *adhinniunt*, Jer. 5, 8. Hiphil Infin. לְהַצְהִיל Ad *exhilarandum*, Pſ. 104, 15.

1) Generatim denotat *affectum animalis*, ſive *lætitiam*, ſive *laſciviam* ſpiret, ſive ſit *bruti*, ſive *hominis*. Unde 2) ſpeciatim α) *propriè* notat *hinnire*, eſtque proprium *equorum*, ſive ex lætitiâ, ſive ex laſciviâ hinnientium. Vid. Jer. 5, 8. β) *Metaphoricè* 1) quia equus lætus hinnit, in Kal ſignificat *jubilare, exultare, lætitiam voce ſonorâ & ſignis exprimere & teſtari*, Eſth. 8, 15. Jeſ. 10, 30. c. 12, 6. c. 24, 14. c. 54, 1. Jer. 50, 11. In Hiphil autem notat *exhilarare*, Pſalm. 104, 15. 2) Quia equi ex *laſciviâ hinniunt*, inde deſignat *ardorem coitûs*, quem adulteri voce ſignisque indicant, Jer. 5, 8.

מִצְהָלוֹת f. pl. *Hinnitus*. In Statu Conſtr. מִצְהֲלוֹת אַבִּירָיו *Hinnitus* robuſtorum i. e. equorum ejus, Jer. 8, 16. Cum Suff. מִצְהֲלוֹתַיִךְ *Hinnitus* tui, Jer. 13, 27. ubi deſignatur Judæorum zelus & ardor in idololatria. Sæpius non legitur.

צָהַר *Splendidum, lucidum eſt*, apud Chaldæos; Inde apud Ebræos

צֹהַר m. *Feneſtra*, Gen. 6, 17. ſic dicta, quod per eam *lumen* immittitur. Amplius non occurrit.

צָהֳרַיִם m. d. *Meridies*, ſic dictus, quod tùm dies maximè lucet; Adhibetur autem in formâ duali, quia diem in duas partes æquales dividit, & *geminæ lucis*, tàm antemeridianæ, quàm pomeridianæ medium interſtitium eſt; בְּתוֹךְ צָהֳרַיִם In medio meridiei, Jeſ. 16, 3. כַּצָּהֳרָיִם Sicut *meridies*, Pſ. 36, 6.

1) Generatim reſpicit *lucem* ac *ſplendorem*. 2) Speciatim α) notat *meridiem*, in quo duplo major ſolet eſſe lux præ reliquis diei partibus, Pſ. Pſ. 55, 18. 1. Reg. 18, 26. 29. 2. Reg. 4, 20. 2) *Metaphoricè* 1) eſt ſymbolum *rerum evidentiſſimarum*, Devt. 28, 29. β) Transfertur ad deſignandam *felicitatis lucem ac ſplendorem*, Job. 11, 17. Pſ. 37, 6.

יִצְהָר m. *Oleum*, à *pellucido colore* ſic nominatum, Devt. 28, 51. Hoſ. 2, 24. Neh. 5, 11. c. 10, 40. c. 13, 5. Jer. 31, 11. Joel. 1, 10. c. 2, 24. יִצְהָרֶךָ *Oleum* tuum, Devt. 11, 14. c. 7, 13. Inde

הִצְהִיר *Oleum* expreſſit. Fut. יַצְהִירוּ *Oleum* exprimunt, Job. 24, 12.

צֹאָה, צוֹאָה *Excrementum*, vide in יצא p. 530.

צַוָּאר m. *Collum*, vide in צור.

צוּד *Venari*. צָדוּ *Venati ſunt*, Thren. 4, 18. צוֹד צָדוּנִי *Venando venati ſunt* me, Thren. 3, 52. Fut. הֲתָצוּד לְלָבִיא טָרֶף Num *venaberis* leoni prædam, Job. 38, 39. יְצוּדֶנּוּ *Venabitur* eum, Pſ. 140, 12. Piel צוֹדֵד *Venatus eſt*. Infin. לְצוֹדֵד Ad *venandum*, Ezech. 13, 18. Part. מְצֹדְדוֹת *Venantes*, Ezech. 13, 20. Hithpael הִצְטַיָּדְנוּ In *viaticum ſumſimus*, Joſ. 9, 12.

1) Generatim videtur habere ſignificationem *inſidiandi*. 2) Speciatim ſignificat α) *venari, & venando capere*, quia venationes ferarum variis

Digitized by Google

riis technis & inſidiis fieri ſolent, Gen. 27, 3. 5. 33. Lev. 17, 13. β) *Mala alicui machinari, & perditionem intentare, perſequi.* Ita tribuitur 1) *Hominibus*, qui inſtar Venatorum, aliis inſidiando perniciem intentant; e. g. ſcorto, Prov. 6, 26. hoſtibus, Jer. 16, 16. Thren. 3, 52. c. 4, 18. Prophetis falſis, Ezech. 13, 18. 20. 2) Tribuitur *Deo*, tum impios quaſi pœnis venanti, ut in æternam perniciem præcipites ruant, Pſalm. 140, 12. tùm Jobum graviſſimis afflictionibus inſectanti, & inſtar leonis beſtias miſeras venantis diſcerpenti, Job. 10, 16.

צַיָּד m. *Venator.* Occurrit ſaltem in Plurali צַיָּדִים *Venatores*, Jer. 16, 16. ubi *Metaphoricè* intelliguntur *hoſtes*, qui inſtar Venatorum Judæos venaturi & capturi erant.

צַיִד m. *Venatio; Eſca, Viaticum, Commeatus.* גִּבּוֹר צַיִד Potens *venatione*, Gen. 10, 9. In Statu Conſtr. אֲשֶׁר צֵיד חַיָּה אוֹ עוֹף Qui venabitur *venationem* feræ aut avis, Lev. 17, 13. Cum Suff. מִצֵּידִי De *venatione* meâ, Gen. 27, 19.

1) Generatim notat *venationem quamcunque.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *venationem* tum *feræ*, tum *avis*, Lev. 17, 13. Vid. Gen. 25, 27. c. 27, 30. β) *Impropriè* 1) *Metaphoricè* notat *violentam oppreſſionem.* Ita Nimrod dicitur *venatione potens*, quia potentiâ ad violenter opprimendos ſubjugandosque alios abutebatur, Gen. 10, 19. 2) *Metonymicè* notat *animal venatione captum*, Gen. 25, 28. c. 27, 5. & inde porrò *paratum cibum*, Gen. 27, 7. imò 3) *Synecdochicè* ferè *quamvis eſcam, viaticum, commeatum.* Ita dicitur de cibô corvi, Job. 39, 3. de commeatu, Neh. 13, 15. de viatico, Joſ. 9, 5. 14. Vid. Pſ. 132, 15. ubi notat *cibum, annonam*, &c.

צֵדָה , צֵידָה f. *Viaticum; Commeatus & cibus in viam paratus* vel *datus*, Gen. 42, 25, c. 45, 21. Exod. 12, 39. Joſ. 1, 11. c. 9, 11. Pſalm. 78, 25. 1. Sam. 22, 10.

מָצוֹד m. *Rete*, quô capiuntur feræ, aves vel piſces. In hoc ſignificatu legitur in Plurali מְצָדִים *Retia*, quibus comparatur per Metaphoram *fœmina libidinoſa*, quæ verbis, geſtibus, aliisque illecebris viros venatur & capit, Eccl. 7, 26.

מצור m. *Propugnaculum, Munitio*, vide in rad. מצר p. 697.

מְצוֹדָה f. *Rete*, quô capiuntur piſces. Saltem extat Eccl. 9, 12.

מָצוֹד m. *Rete.* Occurrit ſaltem cum Suff. מְצוּדוֹ עָלַי הִקִּיף Et *rete* ſuum circa me circumdedit, Job. 19, 6.

מְצוּדָה f. *Venatio*; item *Rete*, quô fera capitur. Bis tantùm occurrit. לִמְצֹדָה In *venationem*, Ezech. 13, 21. וְנִתְפַּשׂ בִּמְצוּדָתִי Ut capiatur in *reti* meo, Ezech. 12, 13.

צִוָּה *Præcepit, Juſſit, Mandavit.* Conſtruitur cum Accuſ. & Præpoſ. אֶת , עַל , אֶל , ל. אֲשֶׁר צִוָּה אֹתוֹ Quod *præcepit* ei, Gen. 6, 22. כַּאֲשֶׁר צִוָּה אֶת־מֹשֶׁה Sicut *præcepit* Dominus Moſi, Exod. 12, 15.

Digitized by Google

צִוַּנִי *Præcepit* mihi, Devt. 4, 5. צִוֵּיתִי *Præcepi*, Lev. 8, 31. Infin. צַוּוֹת *Præcipere*, Gen. 49, 33. Imper. צַוֵּה *Præcipe*, Joſ. 4, 16. & per Apocop. צַו Lev. 6, 2. Fut. וַאֲצַוֶּה *Præcipiam*, Exod. 25, 22. & per Apocopen וָאֲצַו Devt. 3, 18. וַאֲצַוֶּנּוּ Et *præcipiam* ei, Devt. 31, 14. יְצַוֶּה *Præcipiet*, Pſ. 91, 11. & per Apocopen יְצַו *Præcipiet*, Devt. 28, 8. Pual צֻוָּה *Juſſus eſt*, Num. 3, 16.

1) Generatim reſpicit *voluntatem*, *eamque ferè efficacem & ſeriam.* 2) Speciatim α) notat *præcipere* cum auctoritate, ut aliquid fiat, vel non fiat, ſive præcipiens ſit *Deus*, ſummum jus & dominium tenens, ſive *homo*, aliquâ auctoritate vel poteſtate pollens. Qui enim præcipit atque mandat, aliquid, *vult*, vel non *vult.* Ita 1) dicitur *Deus* præcipere, ut aliquid fiat, Gen. 6, 22. c. 7, 9. 13. c. 21, 4. Exod. 7, 10. Devt. 1, 41. c. 5, 12. 15. 16. c. 20, 17. Joſ. 1, 7. 1. Sam. 13, 14. &c. vel non fiat, Devt. 4, 23. Sed ſi *Deo præcipere* tribuitur, quandoque tantam comitem habet efficaciam, ut reipſa præſtetur & efficiatur, quod verbis ſignificatur, Pſal. 33, 7. Pſ. 68, 29. Pſ. 105, 31. 34. 2) *Homo*, tùm ut aliquid fiat, Gen. 18, 19. Joſ. 1, 16. Ruth. 2, 9. 1. Sam. 20, 29. 2. Sam. 13, 29. c. 18, 12. Jer. 36, 8. tum ut aliquid non fiat, Eſth. 2, 10. Jer. 35, 6. 8. β) Notat *decernere*; qui enim decernit, *vult*. *Decernendi* ſignificationem habet, 2. Sam. 17, 14. Jeſ. 23, 11. γ) Significat *conſtituere*, *ordinare*, *diſponere*, *dirigere*; quia, qui aliquid conſtituit, ordinat, diſponit ac dirigit, *vult*, ut illud ſit, fiat, vel hoc illove modo peragatur. Ita dicitur de *conſtitutione* judicum, 2. Sam. 7, 11. 1. Chron. 17, 10. Regis, 1. Sam. 13, 14. 2. Sam. 6, 21. &c. de *directione* vel *diſpoſitione* rei inanimatæ, Jeſ. 5, 6. c. 45, 12. δ) Denotat *Promittere*, *remque promiſſam*, *voluntate* & *mandato ſuo ad complementum adſtringere* ſeu *adigere ad ſiſtendum ſe ei*, cui fuit promiſſa; Ita Pſal. 111, 9. *promiſiſſe* dicitur fœdus ſuum in ſeculum duraturum; conf. Pſal. 105, 18. benedictionem, Pſ. 133, 3. miſericordiam ſuam, Pſal. 42, 9. judicium vel ultionem, Pſ. 7, 7.

צַו m. *Præceptum.* צַו לָצָו *Præceptum* ad *præceptum*, Jeſ. 28, 10. 13. הָלַךְ אַחֲרֵי־צָו Ambulavit poſt *præceptum*, Hoſ. 5, 11. Præterea non legitur.

מִצְוָה f. *Præceptum*, *Mandatum.* שֹׁמֵר מִצְוָה Cuſtodiens *præceptum*, Prov. 19, 16. In Statu Conſtr. מִצְוַת יְהוָה *Præceptum* Domini, Joſ. 22, 3. Cum Suff. מִצְוָתְךָ *Præceptum* tuum, Dev. 26, 13. Plur. מִצְוֹת יְהוָה *Præcepta* Domini, Lev. 4, 2. Cum Suff. מִצְוֹתַי *Præcepta* mea, Gen. 26, 5.

1) Generatim notat *præceptum quodcunque ab aliquo ſuperiori datum*, quod *ligat* & *adſtringit* ad obſervationem alicujus rei. 2) Speciatim notat α) *Præceptum Dei*, qui ſummum jus ac dominium tenet in omnes, quot ſunt, creaturas, Num. 15, 39. Devt. 4, 2. c. 5, 31. c. 6, 17. c. 8, 6. c. 10, 13. c. 11, 27. 28. c. 28, 9. 13. Jud. 2, 17. c. 7, 4. c. 22, 3. 1. Reg. 13, 21.

2. Reg, 17, 34. 2. Chron. 29, 21. β) *Præceptum hominis*, qui aliquâ auctoritate & poteſtate pollet, e. g. Regis, 2. Reg. 18, 36. 2. Chron. 18. 15. c. 35, 10. 15. Neh. 12, 45. c. 30, 6. Principis, 2. Chron. 30, 12. Parentum, Prov. 6, 20. Jer. 35, 14.

צָוַח *Vociferatus eſt.* Semel ocurrit in Fut. יִצְוָחוּ *Vociferabuntur*, Jeſ. 42, 11.

צְוָחָה f. *Vociferatio, Clamor lamentabilis*, ob gravem ærumnam, magnumque infortunium. Quater legitur, Pſ. 144, 14. Jeſ. 24, 11. In Statu Conſtr. צִוְחַת יְרוּשָׁלַם עָלָתָה *Clamor* Hieroſolymæ adſcendit, Jer. 14, 2. Cum Suff, צִוְחָתֵךְ *Clamor* tuus, Jer. 46, 12.

צוּל— Radix inuſitata; Inde uſitatum eſt

צוּלָה f. *Profunditas, Profundum.* Semel occurrit Jeſ. 44, 27. לַצּוּלָה Ipſi *profundo.*

מְצוּלָה f. *Profunditas; Profundum.* אַל־תִּבְלָעֵנִי מְצוּלָה Ne abſorbeat me *profundum*, Pſ. 69, 16. בַּמְּצֻלָה In *profundo*, Zach. 1, 8. Plural. מְצוּלוֹת יְאֹר *Profunda* amnis Nili, Zach. 10, 11. אָשִׁיב מִמְּצֻלוֹת יָם Reducam ex *profundis* maris, Pſ. 68, 23. Interdum eſt וֹ loco וּ vel (ְ) יָרְדוּ בִמְצוֹלוֹת Deſcenderunt in *profunda*, Ex. 15, 5.

1) Generatim notat *profundum* vel *profunditatem alicujus rei.* 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *profunditate maris*, Exod. 15, 8. Neh. 9, 11. Job. 41, 22. Pſ. 107, 24. Jon. 2, 4. *amnis* vel *fluvii*, Zach. 10, 11. quod *figuratè* transfertur ad depingendam *Ægyptiorum gloriam, potentiam ac opulentiam; Luti*, quod *Metaphoricè* adhibetur ad deſignandam *magnitudinem periculi & malorum graviſſimorum*, in quibus verſabatur *Meſſias*, Pſ. 69, 3. item *vallis*, Zach. 1, 8. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *graviſſima mala, paſſiones acerbiſſimas, & ærumnas maximas*, unde nullâ penitus humanâ ope ſalvum ſe facere poteſt afflictus, Pſ. 69, 16. Pſ. 88, 7. 2) *Loca* ubi de reditu prorſus videbitur deſperatum, vel ubi fugitivi ſe ſemper latitaturos ſperaverant, Pſ. 68, 23.

צוּם *Jejunare.* צַמְתֶּם *Jejunaſtis*, Zach. 7, 5. צַמְתֻּנִי *Jejunaſtis* mihi, Zach. 7, 5. ubi ob accedens Suffixum Afformativum ם transit in (ֻ) Infin. צוֹם *Jejunare*, Zach. 7, 5. Fut. אָצוּם *Jejunabo*, Eſth. 4, 16. יָצֻמוּ *Jejunabunt*, Jer. 14, 12. וַיָּצֻמוּ עַד־הָעָרֶב Et *jejunarunt* usque ad veſperam, 2. Sam. 1, 12.

1) Generatim dicit *abſtinentiam ab iis, quæ delectant & reficiunt carnem*, e. g. *à cibo, potu, concubitu, lotione, unctione* &c. 2) Speciatim notat *jejunare*, abſtinendo à cibô, potu &c. ad indicandum *animi mœrorem*, ad humiliandum ſe coram Deo, & confitendum reatum, & ad vacandum ſupplicibus precibus, ut Deus iram ſuam mittat, peccata condonet, & mala pœnæ avertat. Ita jejunaſſe dicuntur pœnitentiam agentes Judæi, Eſr. 8, 23. Nehemias, Neh. 1, 4. David, 2. Sam. 12, 16. 21. Sed Jeſ. 58, 3. 4. Zach.

Zach. 7, 5. dicitur de hypocritico Judæorum jejunio, quod cum perſeverantia in malo conjunctum erat.

צוֹם m. *Jejunium.* קִרְאוּ צוֹם Indicite *jejunium*, 1. Reg. 21, 9. בְּיוֹם צוֹם In die *jejunii*, Jer. 36, 6. עִנֵּיתִי בַצּוֹם נַפְשִׁי Afflixi *jejunio* animam meam, Pſ. 35, 13. Plur. צוֹמוֹת *Jejunia*, Eſth. 9, 31.

I) Generatim notat *abſtinentiam à cibo, potu, aliisque rebus & deliciis*, II) Speciatim 1) notat *jejunium phyſicum & corporale*; idque α) *ſerium*, quod pœnitentes, ſeriam acturi pœnitentiam, pœnitentiæ exercitiis jungere ſolent, *abſtinentes* à cibô, potu, cunctisque deliciis, imô debitâ etiam corporis refectione, ut ſe coram Deo peccatis irritato magis humilient, & tanto ardentius ad Deum precentur. Ita dicitur de jujunio Davidis, 2. Sam. 12, 16. Judæorum, 2. Chron. 20, 3. Eſr. 8, 21. Jer. 36, 9. Joel. 1, 4. c. 2, 12. 15. Ninivitarum, Jon. 3, 5. 2) *Hypocriticum*, quod conjunctum eſt cum perſeverantia in malo, Jeſ. 58, 3. 5. β) *Spirituale*, quod dicit *abſtinentiam à peccatis, & exercitium boni*, cujus natura monſtratur à Deo, Jeſ. 58, 6. 7. 8. 9. 10. 13. approbatio, Jeſ. 58, 6. conſequens & commodum, Jeſ. 58, 8. 9. 10. 11. 12.

צוּף *Fluere, Effluere, Exundare, Natare, Supernatare.* צָפוּ מַיִם עַל־רֹאשִׁי *Fluunt* aquæ ſuper caput meum, Thren. 2, 54. Particip. Fœm. צָפָתְךָ *Fluente* ex te, Ezech. 32, 6. Hiphil הֵצִיף *Fluere, Exundare, Natare fecit.* הֵצִיף אֶת־מֵי יַם־סוּף *Fluere, exundare fecit* aquas maris Suph, Devt. 11, 4. Fut. וַיָּצֶף הַבַּרְזֶל Et *fecit ſupernatare* ferrum, 2. Reg. 6, 6.

צוּף m. *Favus*, vel potius *fluidus mellis humor*, à *favô* jam excretus & deſtillans; G. Bis legitur. צוּף דְּבַשׁ *Favus* mellis, Prov. 16, 24. Plur. וְנֹפֶת צוּפִים Et ſtillatione *favorum*, Pſ. 19, 11.

צָפָה f. *Fluor, Fluxus.* Semel legitur, Ezech. 32, 6. cum Suff. צָפָתְךָ *Fluore* tuo. Sed ab aliis Particip. Fœm. eſſe cenſetur.

צוּץ vel צִיץ juxta Buxt. *Florere, Efflorere.* צָץ הַמַּטֶּה *Floret* virga, Ezech. 7, 10. Hiphil הֵצִיץ *Floruit, Effloruit, Florem produxit.* Fut. יָצִיץ *Floreſcet*, Pſ. 90, 6. וַיָּצֵץ צִיץ Et *produxerat florem*, Num. 17, 23. Part. מֵצִיץ מִן־הַחֲרַכִּים *Efflorescens*, i. e. emicans è clathris, cancellis, Cant. 2, 9.

1) Generatim *florendi* ſignificationem habet. 2) Speciatim α) *propriè* tribuitur *terræ naſcentibus*, notans *florere, efflorescere, florem producere*: Ita dicitur de baculo Aronis, Num. 17, 23. herba terræ, Pſ. 72, 16. flore agri, Pſ. 103, 15. β) *Metaphoricè* 1) deſignat *hominis conditionem fragilem & caducam*, qui nunc ſucci plenus inſtar amœniſſimi floris viret, nunc flacceſcit & interit, Pſ. 103, 15. Confer. Pſ. 90, 6. 2) Depingit *hominis proſperitatem, incrementum atque felices ſucceſſus*, Pſal. 72, 16. Pſ. 92, 8. Pſ. 132, 18. Jeſ. 27, 6. Confer. Ezech. 7, 10. ubi *florens virga* denotat

Digitized by Google

notat Regis Chaldæorum *ſummum imperium, maximam auctoritatem feliceſque ſucceſſus.*

צִיץ m. *Flos;* item *Lamina, Bractea;* Penna. כְּצִיץ הַשָּׂדֶה Sicut *flos* agri, Pſ. 103, 15. Jeſ. 40, 6. Flur. צִיצִים *Flores*, ubi ob Dageſch forte (י.) in (.) converſum fuit, 1. Reg. 6, 18. Fœm. in Statu Conſtr. צִיצַת Jeſ. 28, 4.

1) Generatim *florem* denotat. 2) Speciatim α) *propriè* denotat: *florem terræ naſcentium*, eumque *apertum, è folliculo enatum, expanſum*, donec folia excidant, Job. 14, 2. Jeſ. 40, 6. Conf. Num. 17, 23. β) *Metaphoricè* 1) quia flos facilè decutitur & flaccet, hinc eſt ſymbolum *rei fluxæ, caducæ & fragilis*, Jeſ. 28, 14. Confer. Job. 14, 2. Pſ. 103, 15. Jeſ. 40, 7. 8. 2) Quia refert *alarum pennas*, ad procul avolandum aptas, inde quoque ſignificat *alam*, Jer. 48, 9. 3) Significat *laminam auream*, quæ *florem* referre videbatur, vel etiam *floribus* effigiata erat impreſſis. Duos digitos lata erat, & cingebat frontem ab una aure ad alteram, Exod. 28, 36. c. 39, 30. Lev. 8, 9.

צִיצִת f. *Peniculus*, vel *Fimbria, Peniculamentum, Peniculatus filorum textus; Cincinnus.* בְּצִיצִת רֹאשִׁי *Cincinno* capitis mei, Ezech. 8, 3. De *peniculamento* dicitur, Num. 15, 38. 39.

צוּק *Arctè alicui adeſſe, Adhærere.* Occurrit ſaltem in Fut. יָצוּק בּוֹ *Arctè adhæret* ei, Pſ. 41, 9. Sed aliis eſt Particip. Paul radicis יָצַק *Fudit, Effudit*, redditurque: *Effuſum eſt* contra eum. Hiphil הֵצִיק *Fecit, ut aliquid alterum arctè circumſtet, Arctavit, Anguſtavit, Preſſit.* כִּי הֱצִיקַתְהוּ לוֹ Cum *anguſtaret* eum, Jud. 16, 16. הֱצִיקַתְנִי רוּחַ בִּטְנִי *Anguſtiam mihi facit* ſpiritus ventris mei, Job. 32, 18. הֱצִיקַתְהוּ *Urgebat, Premebat* eum, Jud. 14, 17. Fut. יָצִיק לְךָ אֹיִבְךָ *Arctavit te* inimicus tuus, Devt. 28, 53. Part. הַמֵּצִיק *Qui anguſtia afficit*, Jeſ. 51, 13. Plur. הַמְּצִיקִים לָהּ *Anguſtantes* eam, Jeſ. 29, 7. Hophal Particip. מוּצָק *Anguſtatum fuit*, Jeſ. 8, 23.

1) Generatim videtur ſignificare *arctè alicui inſtare*, opponiturque *libertati & amplitudini ſereniori.* Vid. Job. 36, 16. Unde 2) ſpeciatim α) ſignificat *arctè alicui adhærere*, quia, quicquid alteri adhæret, id ei arctè inſtat. Ita ſemel legitur in Kal Pſ. 41, 9. β) Notat *aliquem premere, urgere, arctare, coarctare, in anguſtias redigere, anguſtiam alicui facere;* quia, qui aliquem urget, premit, arctat, anguſtat &c. *ei arctè inſtat.* Ita dicitur 1) de *ſponſa Simſonis*, Jud. 14, 17. & de *Delila*, Jud. 16, 16. quæ eum non ſolum ſine intermiſſione ſollicitabant, ſed etiam eum vehementius, & ad faſtidium usque ita urgebant & anguſtabant, ut moleſtiam redimere voluerit cedendo importunitati, & petitis earum locum dando. 2) De *hoſtibus*, qui alios vehementiſſimè premunt, in ſummas anguſtias redigunt, & ita coarctant, ut nullum effugiendi ſpatium iis reliquum maneat, Devt. 28, 53. 55. 57. Jeſ. 29, 7. Jer. 19, 9. ſpeciatim de *hoſtibus*

ſtibus Eccleſiæ, Jeſ. 51, 13. Sed Jeſ. 29, 2. dicitur de *Deo* Hieroſolymam ſummopere ob antegreſſa peccata anguſtante.

צוֹק m. *Anguſtia.* Semel legitur בְּצוֹק הָעִתִּים In *anguſtiâ* temporum, Dan. 9, 25.

צוּקָה f. *Coarctatio, Anguſtia*, quæ aliquem undiquaque circumſtat, ut, quò ſe recipiat, non videat, Prov. 1, 27. Jeſ. 8, 23. c. 30, 6. Amplius non legitur.

מָצוֹק m. *Preſſum*; *Anguſtia*, quæ alicui *arctè inſtat*, & effugiendi viam præcludit. Extat Devt. 28, 53. 55. 57. 1. Sam. 22, 2. Pſalm. 119, 143. Jer. 19, 9.

מוּצָק m. *Anguſtum*, *Arctatum*, *Coarctatum*, *Conſtrictum*, ex forma Participii Hophal. רַחַב לֹא מוּצָק Latitudo non *arctata* i. e. latiſſima, Job. 36, 16.; Huic opponitur *latitudo arctata* i. e. *exigua*. וְרֹחַב מַיִם בְּמוּצָק׃ Et latitudinem aquarum (dat) in *conſtrictum*, ſcil. quando gelu in glaciem concreſcunt aquæ, Job. 37, 10.

מָצוּק m. *Situs, Conſtitutus*; Deducitur ſignificatio à יצק, utut formam petat à צוק. Semel legitur מָצוּק מִצָּפוֹן *Situs* ab aquilone, 1. Sam. 14, 5.

מְצוּקִים m. pl. *Baſes*, ſuper quibus aliquid *conſtituitur*. Forma facta ex צוק, ſignificatione autem petitâ ex יָצַק. Semel occurrit in Statu Conſtr. מְצֻקֵי אֶרֶץ *Baſes* terræ, 1. Sam. 2, 8.

מְצוּקָה f. *Anguſtia*; *Preſſum*; יוֹם צָרָה וּמְצוּקָה Dies anguſtiæ & *preſſuræ*, Zeph. 1, 15. Plur. מִמְּצוּקוֹתַי הוֹצִיאֵנִי Ex *anguſtiis* meis educ me, Pſ. 25, 17.

1) Generatim notat *anguſtiam*, quæ arctè alicui inſtat, & undiquaque tenaciſſimè adhæret, ut, quò ſe vertat & recipiat, non videat, Job. 15, 24. 2) Speciatim dicitur *α*) de *miſeriis Davidis graviſſimis*, undiquaque eum arctiſſimè circumſtantibus, quæ evadendi ſpem præſcindere videbantur, Pſ. 25, 17. *β*) De anguſtiis bellicis, Zeph. 1, 15. *γ*) De preſſuris captivorum, Pſ. 107, 13. *δ*) De anguſtiis famelicorum ac ſitibundorum, Pſ. 107, 2. morti vicinorum, Pſalm. 107, 19. & naufragium metuentium, Pſalm. 107, 28.

צוּר *Arctare, Coarctare, Anguſtare, Obſidere, Inimicari, Hoſtiliter agere, premere*; *Ligare, Colligare*, petitâ ſignificatione à צָרַר; item *Formare*, mutuata ſignificatione à יָצַר. וְצַרְתִּי אֶת־צֹרְרֶיךָ Et *angam* eos, qui angunt te, Exod. 23, 22. וְצַרְתָּ הַכֶּסֶף בְּיָדְךָ Et *ligabis* argentum in manum tuam, Devt. 14, 25. צַרְתָּנִי *Obſediſti* me, Pſ. 139, 5. Fut. תָּצוּר אֶל־עִיר *Obſidebis* urbem, Devt. 20, 19. אַל־תָּצַר אֶת־מוֹאָב Ne *anguſtes* Moabum, vel: hoſtiliter agas cum Moabo, Devt. 2, 9. וַיָּצַר עַל־שֹׁמְרוֹן Et *obſedit* Samariam, 1. Sam. 20, 1. וַיָּצַר אֶת־שְׁנֵי הָעַמּוּדִים *Formavit* nempe duas columnas, 1. Reg. 7, 15. וַיָּצַר לוֹ אֹיְבוֹ *Anguſtavit eum* hoſtis ejus, 1. Reg. 8, 37. Niphal נָצוֹר *Obſeſſus eſt*.

 Inde

Digitized by Google

Inde Particip. בָּצוּר *Obſeſſus*, Ezech. 6, 12. ubi ו cum ו alternat. Ita in בְּצוּרָה *Obſeſſa*, Jeſ. 1, 8. Alii referunt ad rad. נָצַר, ut ſit Participium Paul, ſed citra neceſſitatem. Pual Particip. מְצֹרָרִים *Ligati, colligati*, vide in צָרַר *Ligavit*. Hiphil הֵצִיר *Arctavit, Anxit, Anguſtavit, Anguſtiâ affecit, in anguſtias redegit*; & intranſitivè, *in anguſtia verſatus eſt, vel anguſtia alicui fuit*. Formam ferè permutat cum צרר in Hiphil, conſtruiturque cum Dativo. וְהֵצַר לְךָ בְּכָל־שְׁעָרֶיךָ Et *anguſtabit* te in omnibus portis tuis, Devt. 28, 52. וַהֲצֵרוֹתִי לָהֶם Et *anguſtabo* eos, Jer. 10, 18. Infin. וּבְעֵת הָצֵר לוֹ Nihilominus in tempore, quô *anguſtia erat* ipſi, 2. Chron. 28, 22. וּכְהָצֵר לוֹ Ubi cum *anguſtia* eſſet ei, 2. Chron. 33, 12. וַיָּצֵרוּ לָהֶם Et *anguſtia affecerunt* eos, Neh. 9, 27.

1) Generatim *premendi* ſignificationem obtinet, quocunque modo *preſſum* fiat. Unde 2) ſpeciatim *α*) *tranſitivè* notat *arctare, coarctare, anguſtare, anguſtiâ afficere*; intranſitivè autem ſignificat *in anguſtia verſari, anguſtiam alicui eſſe*, quia, ubi datur *arctatio*, vel anguſtia, ibi deprehenditur *preſſum*, quocunque ſe exerat modo. Ita *tranſitivè* dicitur 1) de *Deo*, dum *vel* piorum hoſtes graviſſimè affligit, Exod. 23, 22. *vel* per peccata læſus, graviſſimas peccatoribus immittendo pœnas & ærumnas, anguſtias infert maximas, Jer. 10, 18. Zeph. 1, 17. 2) De *hoſte atroci*, alios in tantas redigente anguſtias, ut, quò ſe vertant, ignorent, Devt. 28, 52. 1. Reg. 8, 37. 2. Chron. 28, 20. c. 33, 12. Neh. 9, 27. 3) De *muliere* in partûs doloribus conſtituta, quam tanta cepit anxietas, ut evadendi rimam non conſpiciat, Jer. 48, 41. c. 49, 22. *β*) Significat *hoſtiliter aliquem invadere, infeſtare, vel hoſtiliter cum aliquo agere*, quia, qui alterum hoſtiliter invadit, eundem premit & arctat, Devt. 2, 9. 19. Eſth. 8, 11. & hinc *hoſtiliter obſidere, & undiquaque obſidendo arctare*, quia, qui alterum hoſtiliter obſidet, eundem premit & arctat, Devt. 20, 12. 2. Sam. 11, 1. c. 20, 15. 1. Reg. 20, 1. 2. Reg. 6, 24. c. 18, 9. 1. Chron. 20, 1. Dan. 1, 1. &c. *γ*) Denotat *ligare, colligare*, quia, quicquid ligatur vel colligatur, comprimitur & arctatur. Ita dicitur de colligatione argenti in ſaccum, 2. Reg. 5, 23. in manum, Devt. 14, 25. Vid. 2. Reg. 12, 11. *δ*) Notat *formare*, quia *premendo* vel *comprimendo* forma rei induci ſolet, Exod. 32, 4. 1. Reg. 7, 15.

צַר vel צָר m. *Anguſtus, Arctus*; *Anguſtia*; *Hoſtis* premens & in anguſtiam redigens. וַיַּעֲמֹד בְּמָקוֹם צָר Et ſtetit in *anguſto* loco, Num. 22, 26. לְעֵת צָר In tempus *anguſtiæ*, Job. 38, 23. עַל־הַצַּר הַצֹּרֵר אֶתְכֶם Contra *hoſtem*, qui infeſtat vos, Num. 10, 9. Cum Suff. צָרִי *Hoſtis* meus, Job. 16, 9. Plur. צָרִים *Hoſtes*, Thren. 1, 7. In Statu Conſtr. צָרֵי יְהוּדָה *Hoſtes* Judæ, Eſr. 4, 1. Cum Suff. צָרֵינוּ *Hoſtes* noſtri, Neh. 4, 11. מִגֵּן צָרֶיךָ בְּיָדֶךָ *Tradidit* hoſtes tuos in manus tuas, Gen. 14, 20. צָרֵיהֶם *Hoſtes* ipſorum, Neh. 9, 27.

I) Generatim *preſſionem* infert, quacunque ſe exerat ratione. II) Speciatim 1) notat *anguſtum*, ſive *abſtractive*, ſive *concretivè*. *Concretive* idem eſt ac *arctus*, *anguſtus*, **enge/ enge beyſammen/** diciturque de locô anguſto, Num. 22, 26. Jeſ. 49, 20. de ſignaculo, Job. 41, 7. *Abſtractivè* deſignat *anguſtiam*, quæ ita hominem circumſtat & premit, ut evadendi rima non conſpiciatur, ſive ſit *corporis*, ſive ſit *animi*. Ita legitur α) generatim de *quacunque anguſtia & ærumna* vehementer premente, Pſalm. 32, 7. Pſ. 119, 143. Conf. Pſ. 101, 3. β) Speciatim 1) de *anguſtia interiori animi*, quem undiquaque premit quàm vehementiſſimè, 2. Sam. 1, 26. Job. 7, 11. ut, quid eligat, neſciat, 2. Sam. 24, 14. 1. Chron. 21, 13. 2) De *anguſtia exteriori ab hoſte*, qui undique premit, coarctat & evadendi viam præcludit, Jud. 11, 7. 1. Sam. 13, 6. c. 28, 15. 2. Chron. 15, 4. Pſ. 4, 7. Pſ. 18, 7. Pſ. 31, 10. Pſ. 69, 18. Jeſ. 25, 4. Hab. 3, 16. 3) De *anguſtia famelicorum*. & *ſitibundorum*, Pſ. 107, 5. 2) Significat *hoſtem*, qui premit & anguſtat, Num. 10, 9. 2. Sam. 24, 13. 1. Chron. 21, 12. Pſ. 3, 2. Pſ. 13, 20. Pſ. 27, 2. 12. Pſ. 119, 139. Neh. 9, 27. Jer. 50, 7. Thren. 1, 5.

צר m. *Rupes*, ſemel occurrit כצר Sicut *rupes*, Jeſ. 5. 28.

צָרָה f. *Anguſta*, *Anguſtia*. וְיַצִּלֵנִי מִכָּל־צָרָה Ut eripiat me ex omni *anguſtia*, 1. Sam. 26, 24. פָּדָה אֶת־נַפְשִׁי מִכָּל־צָרָה Redemit animam meam ex omni *anguſtia*, 2. Sam. 4, 9. In Statu Conſtr. צָרַת נַפְשׁוֹ *Anguſtia* animæ ipſius, Gen. 42, 21. Cum Suff. צָרָתִי *Anguſtia* mea, Gen. 35, 3. בְּעֵת צָרַתְכֶם In tempore *anguſtiæ* veſtræ, Jud. 10, 14. Plur. צָרוֹת *Anguſtiæ*, Job. 5, 19. Cum Suff. מִצָּרוֹתֵינוּ Ex *anguſtiis* noſtris, 2. Chron. 2, 9.

1) Generatim perinde ut צַר infert *preſſionem*, quacunque ſe ratione exerat. Unde 2) ſpeciatim 1) notat *anguſtum*, tàm *concretivè*, quàm *abſtractivè*. *Concretivè* ſignificat *anguſtum*, *arctum*, diciturque de puteo, Prov. 23, 27. *Abſtractivè* autem deſignat *anguſtiam*, quæ ita hominem conſtringit, obſidet atque premit, ut ſit inſtar obſeſſorum in urbe, quibus non ſolum omnis evadendi rima præcluſa eſt, ſed qui etiam undiquaque premuntur & vexantur fame, gladio, igne &c. Ita legitur de anguſtia quacunque hominem premente, Pſ. 20, 2. Pſ. 50, 15. Pſ. 91, 15. Pſ. 138, 7. Jer. 14, 8. de anxietate cordis, Pſ. 25, 17. de anxietate piorum, Pſ. 34, 18. Pſ. 37, 39. Pſ. 77, 3. Pſ. 86, 7. Prov. 11, 8. c. 12, 13. impiorum, Job. 27, 9. ſpeciatim de variis, iisque graviſſimis *paſſionibus Chriſti*, Pſal. 22, 12. de afflictione & perſecutione graviſſima Davidis exulantis, 1. Sam. 26, 24. Pſ. 54, 9. Pſ. 120, 1. Pſal. 142, 3. de anxietate Joſephi trucidandi, Gen. 42, 21. de afflictione Jeremiæ, Jer. 16, 19. de anguſtia Jonæ, Jon. 2, 3. fœminæ parturientis, Jer. 4, 31. c. 49, 24. c. 50, 43. Iſraelitarum ob adventantem hoſtem, Jud. 10, 14. 2. Reg. 19, 3. Jeſ. 37, 3. Jer. 6, 24. c. 15, 11. c. 49, 24.

צוּר m. *Petra*, *Rupes*. מִצֹּר *Præ petra*, Ezech. 3, 9. צֹר *Silex acutus*, *Culter lapideus*, Exod. 4, 25. Amplius non legitur.

צֹר f. *Tyrus*, nobilis urbs Phœniciæ, ſic dicta, quod in *petra* fuit exſtructa, inſtar promontorii mari oppoſita. Vide Bocharti Phaleg. p. 343. Pſalm. 83, 8. Jeſ. 23, 12. dicitur *filia Zidonis*, quia Zidonii eam condiderunt.

צוּר m. *Petra*, *Rupes*; item *Acies*, *Acumen*, *cultri* ſcil. vel *gladii*. בַּצּוּר In *rupe*, Exod. 17, 6. Cum Suff. צוּרִי *Rupes* mea, 2. Sam. 22, 3. Plur. צֻרִים *Rupes*, *Petra*, Pſ. 78, 15. מֵרֹאשׁ צֻרִים E capite vel cacumine *petrarum*, Num. 23, 9. חַרְבוֹת צֻרִים Cultri *acierum*, i.e. *acuti*, vel *petrarum*, i.e. *ſaxei*, Joſ. 5, 2. In Statu Conſtr. צוּרֵי הַיְּעֵלִים *Rupes* rupicaprarum, 1. Sam. 24, 3. Fœm. בַּצּוּרוֹת In *rupibus*, Job. 28, 10.

1) Generatim notat *petram*, *rupem*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *ſaxum inſtar montis aſſurgens*, Job. 18, 4. Pſ. 78, 20. Pſ. 105, 41. Prov. 30, 19. Jeſ. 48, 21. *β*) *Impropriè*, & quidem 1) *Metaphoricè* *α*) deſignat *locum firmum*, *ſtabilem & tutum à periculis*, adeoque *refugium & præſidium*, ubi quis contra hoſtium incurſiones ſecurus deliteſcere poteſt, Pſal. 27, 5. Pſal. 61, 3. *β*) Notat *rei originem ac principium*, prout lapides ex petrâ exſcinduntur, Jeſ. 51, 1. Inde 2) per *ἀνθρωποπάθειαν*, tribuitur quoque *Deo*, prout *α*) eſt *tutiſſimum piorum perſugium*, ubi contra omnium hoſtium vim atque impetum ſecuri deliteſcere, & velut in rupe quadam inacceſſa atque inexpugnabili tuti morari queunt, 2. Sam. 22, 3. 47. Pſ. 18, 3. 47. Pſ. 19, 15. Pſ. 28, 1. Pſ. 62, 3. 7. Pſ. 144, 1. *β*) Prout eſt *principium & cauſa efficiens rerum extra ipſum poſitarum*, Devt. 32, 4. 18. 30. 1. Sam. 2, 2. Jeſ. 26, 4. 3) *Metonymicè* deſignat *aciem*, *mucronem*; unde dicitur de *mucrone gladii*, Pſ. 89, 44.

צִיר m. *Cardo*. Ita dictus, quod *coarctet* vel *januâ* circumactâ *prematur*; item *Legatus*, ſic vocatus, non ſolum, quod *in eo rerum agendarum cardo vertitur*; ſed etiam, quod *arctam & reſtrictam ſignificationem habet*, unde egredi non licet. Vid. Buxt. & Maj. De *legato* occurrit Prov. 13, 17. c. 25, 13. Jeſ. 18, 2. c. 57, 9. Jer. 49, 41. Obad. v. 1. De *cardine* januæ autem legitur, Prov. 26, 14. Vid. Pſal. 49, 15. & confer צוּרָה inferius.

צִירִים m. pl. *Tormina*, *Cruciatus*, *Dolores*, ſic dicti, quod corpus *premant*, *coarctent* atque *conſtringant*, Jeſ. 13, 8. צִירִים אֲחָזוּנִי *Tormina* prehenderunt me, Jeſ. 21, 3. כְּצִירֵי יוֹלֵדָה Sicut *tormina* parturientis, Jeſ. 21, 3. Cum Suff. צִירַי *Dolores* mei, Dan. 10, 16. צִירֶיהָ *Dolores* ejus, 1. Sam. 4, 19.

צִירִים m. pl. *Imagines*, ſic dictæ, quod *premendo* & *arctando* formentur. Semel legitur Jeſ. 45, 16. חָרָשֵׁי צִירִים Fabri *imaginum*.

צוּרָה f. *Forma*. In Statu Conſtr. צוּרַת הַבַּיִת *Forma* domûs, Ezech. 43, 11. Cum Suff. צוּרָתוֹ *Forma* ejus, Ezech. 43, 11. וְצוּרָם Et *forma* eorum, Pſ. 49, 15. pro וְצוּרָתָם literâ ת per Syncopen extruſâ; juxta Maſorethas; quanquam juxta literas optimè legi poteſt וְצִירָם & *cardo* ipſorum in eo vertitur, ut detrudant juſtum in ſepulchrum. Vid. celeb.

celeb. Danz. Literat. §. 56. p. 486. Plur. cum Suff. צוּרֹתָו *Formis* ſuis, Ezech. 43, 11. Amplius non legitur.

צַוָּאר m. *Collum*, ſic dictum, quod *oneribus prematur*, vel quod meatum habeat *anguſtum*. עַד צַוָּאר Usque ad *collum*, Jeſ. 8, 9. In Statu Conſtr. צַוַּאר כָּל־הַגּוֹיִם *Collum* omnium gentium, Jer. 28, 11. Suff. צַוָּארִי *Collum* meum, Thren. 1, 14. Sed Neh. 3, 5. eſt צַוָּרָם *Collum* ſuum, ſine א. Plur. צַוָּארִים *Colla*. In Statu Conſtr. צַוְּארֵי הַמְּלָכִים *Colla* Regum, Joſ. 10, 24. Cum Suff. צַוְּארֵיכֶם *Colla* veſtra, Jer. 27, 12. צַוָּארָיו *Colla* ejus, Gen. 27, 16. Fœm. צַוְּארֹתֵיכֶם *Colla* veſtra, Mich. 2, 3.

1) Propriè notat *collum*, partem corporis animalis, ſive hominis, Gen. 27, 16. c. 33, 4. c. 45, 14. c. 46, 29. ſive bruti, Job. 41, 13. 2) *Figuratè* α) inſervit deſcriptioni *ſervitutis*, Gen. 27, 27. Jeſ. 10, 27. Jer. 28, 11. 14. c. 30, 8. Thren. 1, 14. β) *Inſolentiæ ac arrogantiæ*, Pſ. 75, 6.

צַוְּרוֹן m. *Collulum*. Semel occurrit in Plurali cum Suff. מִצַּוְּרֹנָיִךְ E *collis* tuis, Cant. 4, 9.

מֵצַר m. *Anguſtia*, vide in צָרַר.

מָצוֹר m. *Obſidio*; *Munitio*, *Propugnaculum*; *Præmunitio obſidionalis*. וּבָנִיתָ מָצוֹר עַל־הָעִיר Ut ædifices *munitionem*, *vallum* contra urbem, Devt. 20, 20. בְּמָצוֹר וּבְמָצוֹק In *obſidione* & in anguſtia, Devt. 28, 53. וַיִּבֶן עָרִים לְמָצוֹר Ædificavitque urbes in *munimentum*, 2. Chron. 11, 5. In Statu Conſtr. אֶל־מְצוֹר יְרוּשָׁלַםִ Ad *obſidionem* Hieroſolymæ, Ezech. 4, 7.

1) Generatim deſignat *id, unde quis premitur & arctatur*, quacunque id fiat ratione. 2) Speciatim α) ſignificat *obſidionem*, quâ incolæ urbis premuntur & arctantur, ut evadendi ſpacium non concedatur, Devt. 20, 19. 20. c. 28, 53. 55. 57. 2. Chron. 32, 10. Jer. 10, 17. c. 52, 5. Ezech. 4, 2. 7. c. 5, 2. Zach. 12, 2. β) *Munitionem*, unde obſidentes premuntur & arctantur. Inde dicitur de urbe munita, 2. Chr. 8, 5. Pſ. 31, 22. Pſ. 60, 11.

מָצוֹר f. *Ægyptus*, nota & celebris Africæ regio, Nilo flumine irrigua, à mari mediterraneo ad Tropicum cancri & Æthiopas usque ſe protendens, quæ à *munitione* ſic dici cenſetur, quia arcibus, propugnaculis &c. ad aquas ſitis quamplurimis munitiſſimam fuiſſe perhibent, 2. Reg. 9, 24. Jeſ. 19, 6. c. 37, 25. Poteſt tamen etiam dici ab *anguſtiis*, quia *anguſta* eſt, & à mari Syenem usque tota patet in longitudinem. Vid. Boch. Phaleg. lib. 4. c. 24. p. 293.

מָצוֹר m. *Obſidio*. Semel legitur cum Suffixo יְמֵי מְצוּרֵךְ Dies *obſidionis* tuæ, Ezech. 4, 8.

מְצוּרָה f. *Munitio*, unde preſſura quocunque fit modo, 2. Chron. 14, 5. Nah. 2, 1. Plur. מְצוּרוֹת *Munitiones*, 2. Chron. 11, 11. Jeſ. 29, 3. עָרֵי מְצוּרוֹת Urbes *munitionum*, i. e. munitiſſimæ, 2. Chron. 11, 10. 11, 23. c. 12, 4. c. 21, 3. Sæpius non legitur.

Digitized by Google

מִצְרַיִם *Mizraim* eſt nomen α) *filii* Chami, β) *Ægypti*, à filio Chami nomen ducentis, utpote qui Ægyptiacæ gentis conditor creditur. Vid. Dn. D. Buddei Hiſt. Eccl. Tom. I. Sect. pag. 223. Ex dualis forma Bochartus Phaleg. lib. 4. c. 24. *duplicem* colligit *Ægyptum* eſſe, ſuperiorem & inferiorem.

צָחַח *Candidus, Nitidus, Limpidus, Serenus fuit.* Semel occurrit צַחּוּ מֵחָלָב *Candidi* erant præ lacte, Thren. 4, 7.

צַח m. *Candidus, Serenus, Serenans, Serenum faciens.* דּוֹדִי צַח וְאָדוֹם Amicus meus eſt *candidus* & rubicundus, Cant. 5, 10. כְּחֹם צַח Sicut æſtus *ſerenus*, Jeſ. 18, 4. רוּחַ צַח שְׁפָיִם Ventus *ſerenans* colles, nubibus & vaporibus circa colles diſpulſis, Jer. 4, 11. Plur. F. צַחוֹת *Candida, Nitida.* Semel legitur Jeſ. 32, 4. לְדַבֵּר צָחוֹת Ad loquendum *nitida*, i. e. elegantia, clara, diſtincta.

צִחֶה m. *Serenus*, & quia continua *ſerenitas ſiccitatem* inducit, *Siccus, Aridus.* Juxta Kimchium eſt pro צְחֶחֶה formæ לְבָנָה. Sed celeb. Majo videtur ab hac radice alienum. ✱ Semel occurrit in Statu Conſtr. צְחֵה צָמָא *Sicca, arens ſiti*, Jeſ. 5, 13.

צְחִיחַ m. *Nitor, Ariditas, locus arduus* vel *eminens* petræ vel montis, qui ſuâ naturâ aridus eſt. עַל־צְחִיחַ סָלַע Super *ariditate* petræ, i. e. ſuper petra nuda & arida, Ezech. 24, 7. 8. confer. Ezech. 26, 4. 14. Plur. צְחִיחִים *Ariditates, ardua loca.* Sed Neh. 4, 7. eſt בַּצְּחִחִיים, *In ariditatibus, arduis locis.* Sæpius non occurrit.

צְחִיחָה f. *Siccitas.* Semel extat Pſ. 68, 7.

צַחְצָחוֹת f. pl. *Siccitates magnæ, Ariditates ſummæ.* Tantum legitur Jeſ. 58, 11.

צָחַן *Impudicus, Sordidus, Contaminatus fuit*, apud Syros. Inde apud Ebræos eſt

צַחֲנָה f. *Fœtor.* Cum Suff. צַחֲנָתוֹ *Fœtor* ejus, Joel. 2, 20. Sæpius non legitur.

צָחַק *Riſit, Irriſit.* לָמָּה זֶּה צָחֲקָה שָׂרָה Quare hoc *ridet* Sara? Gen. 18, 13. Fut. יִצְחַק לִי *Ridebit* ſuper me, Gen. 21, 6. וַתִּצְחַק שָׂרָה בְּקִרְבָּהּ *Riſit* itaque Sara intra ſeipſam, Gen. 18, 12. Piel צִחֵק *Riſit, Irriſit, Luſit, Illuſit, Jocatus eſt.* Conſtruitur intervenientibus particulis ב & ל. Infin. לְצַחֶק בָּנוּ Ut *illuderet* nobis, Gen. 39, 14. Particip. כִּמְצַחֵק Sicut *ludens, jocans*, Gen. 19, 14. Fut. וַיְצַחֶק לִפְנֵיהֶם Ut *luderet* coram iis, Jud. 16, 25.

1) Generatim judice R. Bechai ſignificat *lætari.* Inde 2) ſpeciatim, quia præ *lætitiâ ridere* ſolemus, ſignificationem *ridendi* obtinet, accipiturque tàm in *bonam*, quàm in *malam partem*, deſignans nunc *riſum gaudii, joci* atque *luſûs*, nunc *riſum contemtûs, illuſionis* aut *inſultationis.* Proinde reddi poteſt α) *ridere*, Gen. 17, 17. c. 18, 12. 13. 15. c. 21, 6. β) *Jocari*, Gen. 19, 14. γ) *Ludere.* Ita dicitur de luſu ſaltatorio idolatrarum,

rum, Exod. 32, 6. de luſu Simſonis, qui fidibus aut alio quodam inſtrumentô muſicô factus cenſetur à Seb. Schmid. Jud. 16, 25. & denique de luſu puerorum, ſe invicem tentantium, quid vires valeant, 2. Sam. 2, 14. δ) *Illudere*, Gen. 21, 9. c. 39, 14. 17.

צְחֹק m. *Riſus.* Bis occurrit. צְחֹק עָשָׂה לִי אֱלֹהִים *Riſum fecit mihi Deus*, Gen. 21, 6. לִצְחֹק In *riſum*, Ezech. 23, 32.

צחר Radix inuſitata. Inde eſt

צַחַר m. *Candor.* Semel occurrit Ezech. 27, 18. צֶמֶר צָחַר Lana *candoris*, i. e. candida.

צָחֹר m. *Candidus.* Fœm. צְחֹרָה *Candida.* Occurrit tantum in Plurali אֲתֹנוֹת צְחֹרוֹת Aſinæ *candidæ*, Jud. 5, 10.

צִי m. *Navis*, vide in צָוָה.

צִידוֹן m. *Zidon*, nomen α) *filii primogeniti* Canaanis, Gen. 10, 15. β) *Urbis antiquiſſimæ & celeberrimæ* ab *eo* nomen ducentis, cujus incolæ mercaturæ erant deditiſſimi, & conditores urbis *Tyri*, quæ ideo *Zidonis filia* dicitur Jeſ. 23, 12. Mentio *Zidonis* fit Gen. 49, 13. Joſ. 11, 8. c. 19, 28. Jud. 1, 31. c. 10, 6. Jeſ. 23, 12. Jer. 25, 22.

צִיָּה f. *Siccitas, Locus ſiccus, aridus*, vide in צחה, p. 1006.

צִים & צִיִּים m. pl. *Naves*; item *locorum aridorum & vaſtorum incolæ.* Vide in צִי rad. צָוָה, p. 1006.

צָיוֹן m. *Locus aridus*, vide in צָוָה, p. 1006.

צִיּוֹן m. *Zion*, vide ibidem.

צִיֵּן *Signavit, Deſignavit*, apud Rabbinos. Hinc eſt

צִיּוּן m. *Signum, Monumentum*, 2. Reg. 23, 17. Ezech. 39, 15. Plur. צִיֻּנִים *Signa*, Jer. 31, 21. Sæpius non legitur.

צִיץ *Floruit*, & צִיץ *Flos*, item צִיצִת *Cincinnus*, vide ſupra in צוּץ, p. 1011. ſeq.

צִיר m. *Cardo*; item *Legatus*, in quô rerum agendarum cardo vertitur, vide in צוּר, p. 1016. Inde verbum in Hithpael הִצְטַיֵּר *Legatum ſe finxit.* Occurrit ſaltem in Fut. וַיִּצְטַיָּרוּ Et *legatos ſe finxerunt*, Joſ. 9, 4.

צית *Succendi, Incendi.* Occurrit ſaltem in Hiphil הִצִּית *Succendit, Accendit.* Fut. אֲצִיתֶנָּה *Succendam* eam, Jeſ. 27, 4.

צָלָה *Aſſavit*, ad *ignem* vel *prunas torruit carnem*, vel *aliam rem.* Saltem ter legitur לִצְלוֹת Ad *aſſandum*, 1. Sam. 2, 15. אֶצְלֶה *Aſſabo*, Jeſ. 44, 19. יִצְלֶה *Aſſabit*, Jeſ. 44, 16.

צָלִי m. *Aſſum, Aſſatura*, Jeſ. 44, 16. In Statu Conſtr. צְלִי אֵשׁ *Aſſum* igne, Exod. 12, 8. 9. Sæpius non legitur.

צְלִיל m. *Toſtum*, Jud. 7, 13. quod huc refertur, ut ſit formæ הֲגִיג ex הגה, vide inferius in צָלַל, p. 1022.

צָלַח *Tranſiit, Pervaſit, Pertranſiit, Irruit, Proceſſit; Proſperatus, Secundatus fuit, Proſper, Secundus eſt; Proſperè egit, ceſſit, Profecit, Profuit, Utilis eſt.* דֶּרֶךְ רְשָׁעִים צָלֵחָה Via impiorum *proſpera* eſt, Jer. 12, 1.

12, 1. וַיִּצְלְחוּ הַיַּרְדֵּן Et *tranſiverunt* Jordanem, 2. Sam. 19, 18. Fut. לֹא יִצְלַח לַכֹּל Non *proderat* ad quicquam, Jer. 13, 7. 10. פֶּן יִצְלַח כָּאֵשׁ בֵּית יוֹסֵף Ne *pertranſeat* ſicut ignis domum Joſephi, Am. 5, 6. וַתִּצְלַח עָלָיו רוּחַ יְהוָה Sed *tranſiit, venit* ſuper eum Spiritus Domini, Jud. 14, 10. Hiphil הִצְלִיחַ ***Procedere, Succedere fecit, Succeſſum habere fecit, Secundavit, Proſperavit, Secundum, Proſperum effecit, Secundatus, Proſperatus fuit; Proſperis rebus uſus eſt; bonò ſucceſſu uſus eſt.*** וַיהוָה הִצְלִיחַ דַּרְכִּי Cum Dominus *ſecundaverit* viam meam, Gen. 24, 56. הִצְלִיחוֹ הָאֱלֹהִים *Proſperavit* eum Deus, 2. Chr 26, 5. וְהִצְלַחְתָּ Ut *proſperè agas*, 1. Chron. 22, 11. Fut. וְלֹא תַצְלִיחַ אֶת־ דְּרָכֶיךָ Neque *proſperas reddes* vias tuas, Devt. 28, 29. הוּא יַצְלִיחַ לָנוּ Ille *ſecundum ſucceſſum det* nobis, Neh. 2, 20. לֹא תַצְלִיחוּ Non *habebitis ſucceſſum*, 2. Chron. 13, 12.

1) Generatim ferè *pertranſeundi* ſignificationem obtinere videtur, connotatô *terminô*, ad quem pertranſiens liberè, validè, ſine impedimento, ex voto & cum ſucceſſu tendit. 2) Speciatim *α*) deſignat *tranſitum & adventum, qui liberè, nec ſine effectu fit.* Proinde 1) legitur de *Benjamitis* ante Davidem Jordanem tranſeuntibus, 2. Sam. 19, 18. vide tamen Seb. Schmid. in h. l. qui *perveniendi* amplectitur ſignificationem, ut ſenſus ſit: *Benjamitas ad Jordanem veniſſe ante Regem, ut eum exciperent,* ſeu *antequam Rex adveniſſet.* 2) De *adventu Spiritus S.* peculiariter ſuper aliquem irruentis, robur, animumque pium, fortem & heroicum conferentis, alioſque motus præclaros concitantis, Jud. 14, 6. 1. Sam. 10, 6. 10. c. 11, 6. c. 16, 13. Sed 1. Sam. 18, 10. dicitur de *ſpiritu malo*, ſuper Saulem irruente, & inſtar ſimiæ Dei ex Saule ineptum Prophetam faciente. *β*) Quia ille in re aliquâ *felix* eſſe cenſetur & *proſper*, qui illam *quaſi pertranſit*, & id, quod molitur, ex voto, bonoque cum ſucceſſu perficit, hinc adhibetur ad *deſignandam rei proſperitatem, exoptatumque ſucceſſum, omnibus difficultatibus ſuperatis, obtentum,* vel *obtinendum.* Sic 1) in *Kal* quidem notat *proſperari, proſperis rebus uti,* Num. 14, 41. Jer. 22, 30. Ezech. 17, 10. 15. *bene ſuccedere, bonum & exoptatum ſucceſſum habere,* Jeſ. 53, 10. Dan. 11, 27. Confer. Jer. 12, 1. ubi dicitur de *felici ſucceſſu actionum & negotiorum*, quæ impii ſuſcipiunt. 2) In *Hiphil* accipitur tùm *activè & tranſitivè*, tùm *intranſitivè & neutraliter.* *Activè & tranſitivè* acceptum ſignificat tùm *bene ſuccedere facere, felicem & exoptatum ſucceſſum largiri.* Ita dicitur de felici & exoptatô ſucceſſu actionis & negotii, Gen. 39, 3. 23. Neh. 1. 11. Pſ. 1, 5. Pſ. 118, 25. Huc refer, quando *Deus* vel *homo proſperare* aut *ſecundare* dicitur *viam*, Geneſ. 34, 45. 56. Devt. 28, 29. Joſ. 1, 8. Pſ. 37, 7. *Via* enim ibi *Metaph.* deſignat *hominis actiones, negocia & conatus.* Tùm *proſperè agere*, 1. Reg. 22, 12. 15. 1. Chr. 29, 23. 2. Chr. 7, 11. c. 20, 20. c. 32, 30. *Neutraliter & intranſitivè* ſumtum ſignificat tùm *proſperum & felicem eſſe, proſperis & ſecundis rebus*

uti

uti, 1.Chron. 22,13. 2. Chron. 24,20. Jer. 5.28. tùm *proſperum ſucceſſum habere*, 2.Chron. 13, 12. Jer.2,37. c.32,5. Confer. Jud.18, 5. Hîc enim non intelligitur *via nuda*, ſed *omnia*, quæ in *eâ viâ* Danitæ acturi erant. γ) Significat *prodeſſe*, quia res uſu ſuo naturali aut artificiali defungens, ad metam pertranſire videtur, ſi benè ſuccedat, Jer. 13, 7. 10. Ezech.15,4.

צְלֹחִית f. *Paropſis.* Semel legitur. צְלֹחִית חֲדָשָׁה *Paropſis nova*, 2. Reg. 2,20.

צַלַּחַת f. *Paropſis; Scutella*, 2. Reg. 21,13. Metaphoricè *Sinus*, cavitatem ſcutellæ exhibens, Prov. 19,24. c. 26, 15. Sæpius non legitur.

צְלָחוֹת f. pl. *Gabatæ.* Semel occurrit 2. Chron. 35, 13.

צָלַל *Opertus, Inumbratus, Obumbratus fuit; Merſus, Submerſus fuit, Profundum petiit;* item *Tinnivit*, quia res, quæ aquæ immerguntur, quaſi *tinniunt.* צָלְלוּ כַּעוֹפֶרֶת *Merſi ſunt, profundum petierunt* tanquam plumbum, Exod. 15, 10. כַּאֲשֶׁר צָלֲלוּ שַׁעֲרֵי יְרוּשָׁלַםִ Cum *inumbrarentur, opacarentur* portæ Hieroſolymæ, Nehem. 13, 19. צָלְלוּ שְׂפָתָי *Tinniunt* labia mea, Hab. 3, 15. Niphal Fut. תְּצִלֶּנָה שְׁתֵּי אָזְנָיו *Tinnient* duæ aures ejus, 2.Reg. 21,12. Jer.19, 3. pro תְּצַלֶּינָה, more Chaldæorum compenſatione literæ abjectæ facta in litera præcedente, & (:) ſub ultimâ radicali retentô. Hiphil הֵצַל *Umbram fecit, Umbroſus fuit*, item, *Tinnivit.* Particip. מֵצַל *Obumbrans, umbram faciens*, Ezech. 31, 3. Fut. תְּצִלֶּינָה שְׁתֵּי אָזְנָיו *Tinnient* ambæ aures ipſius, 1. Sam. 3, 11. Sæpius non occurrit.

צֵל m. *Umbra.* בָּאוּ בְּצֵל קֹרָתִי Venerunt ſub *umbram* trabis meæ, Gen. 19, 8. כַּצֵּל יָמֵינוּ Sicut *umbra* ſunt dies noſtri, 1.Chron. 29, 15. Cum Suff. בְּצִלִּי In *umbrâ* mea, Jud. 9, 15. צִלָּם *Umbra* ipſorum, Num. 14, 9.

1) Generatim *umbram* ſignificat, quocunque accipiatur modo. 2) Speciatim α) *propriè* notat *umbram*, quam corpus in lumine facit, quæque eſt indicium luminis corpore quopiam interjecto impediti. Ita accipitur Jud. 9, 36. 2. Reg. 20, 9. 10. 11. Jer. 4, 6. β) *Metaphoricè* 1) quia *umbra contra ſolis radios & æſtus protegit & viatori gratiſſimum refrigerium præſtat*, deſignat *ſingulare præſidium, protectionem & refectionem contra omnis generis mala & incommoda.* Ita tribuitur α) *DEO*, contra omnem adverſitatum æſtum pios protegenti, & inſtar umbroſæ arboris recreanti, vel *abſolutè* Pſal. 121, 5. Jeſ. 25, 4. vel cum *addito*, quando memoratur *umbra alarum divinarum*, ad deſignandum non ſolum *Dei exoptatiſſimam protectionem, ſed etiam inſignem* Φιλανθρωπίας *affectum*, quo pios inſtar gallinæ pullos ſub alarum umbram colligentis & tuentis, defendit ac tuetur, Pſal. 17, 8. Pſal. 36, 8. Pſal. 57, 2. Pſal. 61,5. Pſal. 63, 8. *umbra manus Dei*, Jeſ. 49, 2. c. 51, 16. ubi ſimul innuitur *protectionis divinæ robur* adverſus hoſtes, utpote cujus *manus Dei* ſymbolum

lum eſſe ſolet. Vid. Pſ. 91, 1. ubi *in umbra omnipotentis permanere*, idem eſt ac *contra adverſitatum & ærumnarum æſtum gratioſâ Dei protectione & refectione frui*, β) *Hominibus*, præſidium & protectionem contra adverſa aliis præſtantibus, Jeſ. 16, 12. c. 30, 2. 3. Thren. 4, 20, γ) *Aliis* quoque *rebus*, unde *protectio* & *refectio* expectatur e. g. ſapientiæ & divitiis, Eccl. 7, 22. 2) Quia *umbra* non continet ipſam rei vel corporis veritatem, ſed ſaltem aliquam ejus ſpeciem exhibet, nec per totum diem ſubſiſtit, ſed inclinatur ac fugit, donec ſub occaſum ſolis, tenebris omnia occupantibus, tota diſparet & deſinit, hinc eſt ſymbolum *fugacitatis & inanitatis*, 1. Chron. 29, 15. Job. 8, 9. c. 14, 2. Pſal. 102, 12. Pſal. 144, 4. Eccl. 6, 12.

צֵל m. *Umbra*. Cum Suff. צִלּוֹ *Umbra* ſua, Job. 40, 7. Plur. וְנָסוּ צְלָלִים Et fugient *umbræ*, Cant. 2, 17. c. 4, 6. In Statu Conſtr. כִּי יִנָּטוּ צִלְלֵי עָרֶב Quia inclinatæ ſunt *umbræ* veſperæ, Jer. 6, 4.

צֶאֱלִים m. pl. *Umbroſæ arbores*, Job. 40, 16. 17. ubi א more Syrorum eſt pro ל. Sæpius non occurrit.

צְלוּל m. *Umbra*, Jud. 7, 13. צְלוּל לֶחֶם שְׂעֹרִים *Umbra* panis hordeorum; h. e. interprete Seb. Schmidio, non verus panis hordaceus, ſed ejus aliqua ſpecies, i. e. aliquid, quod *umbram* tenuem de pane hordaceo repræſentaret. קְרִי habet צְלִיל deduciturque à radice צָלָה *Torruit, aſſavit*, & redditur: *Toſtus* panis hordaceus. Sed כְּתִיב præfertur. Sæpius autem non legitur.

צִלְצַל m. *Umbra, Umbraculum*. Bis ſaltem occurrit in Statu Conſtr. הַתְמַלֵּא בְשֻׂכּוֹת עוֹרוֹ בְצִלְצַל דָּגִים רֹאשׁוֹ Hoc eſt, interprete Guſſetio: *An inſeres inteuguriis pellem ejus, & in umbraculo (ſeu loco umbroſo) piſcatorum caput ejus?* Job. 40, 26. הוֹי אֶרֶץ צִלְצַל כְּנָפָיִם Væ terræ *umbroſæ* vel *inumbranti* alis, Jeſ. 18, 1. Eſt *terræ Æthiopicæ* deſcriptio, quæ deſcribitur à *copiis bellicis adeò numeroſis*, ut terras tegere & obumbrare viderentur. Conf. Seb. Schmid. in h. l. Sed in utriusque loci interpretatione ingens deprehenditur Interpretum diſſenſus. In *priori* enim *locô* צלצל Tremellio, Piſcatori & Coccejo ſignificat *fuſcinam piſcatoriam*; Kimchio eſt *inſtrumentum*, quo transfoditur piſcis; Sed Schmidio eſt *ejusmodi inſtrumentum piſcatorium*, quô piſcium majorum caput feritur, ut facilius ſic occidantur; Mercerus pro *naſſâ piſcatoria* vel *caſſium* ac *vaſis genere* habet. In poſteriori autem loco Vulgatus reddit *cymbalum*; cui accedit Bochartus in Phaleg. lib. 4. c. 2. pag. 240. ita interpretans: Væ terræ *cymbali* orarum; & צלצל כנפים *Cymbalum orarum*, phraſi Ebræa ei eſt *cymbalum, cujus in lateribus ſunt oræ ſeu margines, id eſt ſyſtrum*, quod eſt *cymbali* ſpecies.

צְלָצַל m. *Locuſta*, Devt. 28, 24. juxta Onkeloſum & Bochartum in Hierozoico P. II. lib. 4. c. 1. p. 446, quæ ſic dicitur, quod ſolem *obumbrat*. Unde Marcellus Palingenius canit in Zodiaco lib. 8.

tri-

Digitized by Google

- - - - - *triſteſque locuſtas*
In morem nebulæ nitidum prætegere Solem.

Et Onkelos Exod. 10, 15. de locuſtarum copia in Ægypto dicit, quod *cooperuerit oculum ſolis.* Aliis, ut *Vulgato* notat *Rubiginem*; Sebaſtiano Schmidio autem & Buxtorfio ſignificat *ſiderationem.*

צְלְצְלִים m. pl. *Cymbala*, quæ à *tinnitu* nomen ducunt, 2. Sam. 6, 5. In Statu Conſtr. הַלְלוּהוּ בְצִלְצְלֵי־שָׁמַע הַלְלוּהוּ בְּצִלְצְלֵי תְרוּעָה Laudate eum cum *cymbalis* ſoni, laudate eum cum *cymbalis* clangoris, Pſ. 150, 5. Sæpius non legitur.

צַלְמוֹן m. *Zalmon*, vide inferius, p. 1024.

צַלְמָוֶת m. *Umbra mortis, lethalis*; Eſt vox compoſita; conflata ex צֵל *Umbra*, & מָוֶת *Mors.* בְּגֵיא צַלְמָוֶת In valle umbræ *mortis*, Pſal. 23, 4. וַתְּכַס עָלֵינוּ בְצַלְמָוֶת Et cooperuiſti nos *umbra mortis*, Pſal. 44, 20. וַיֹּצֵא לָאוֹר צַלְמָוֶת Et deducit in lucem *umbram mortis*, Job. 12, 22.

1) Generatim deſignat *umbram tenebricoſam*, quæ meras mortis tenebras inducere vel minitari videtur. Hinc 2) ſpeciatim *α*) *propriè* dicit *obtenebrationem*, quæ eſt à *morte* ſive *præſente*, Job. 10, 22. ſive *imminente*, Job. 16, 16. Confer. Jer. 2, 16. Inde transfertur etiam ad *alias tenebras craſſiores luci oppoſitas*, Job. 3, 5. c. 24, 17. Am. 5, 8. *β*) *Impropriè* 1) *Metonymicè* accipitur. Scilicet quia *tenebræ mortis* in ſepulchro inprimis involvunt hominem, per *Metonymiam ſubjecti* deſignat *loca & res obſcuriſſimas*, uti ſunt latebræ *metallorum*, Job. 28, 3. & *impiorum*, denſiſſimam mortis umbram quærentium, ut ibi ſe occultent. Dei iram & pœnam effugituri, Job. 34, 22. 2) *Memphoricè* notat *α*) *craſſiſſimas ærumnarum graviorum tenebras*, Pſ. 44, 20. Pſ. 107, 10. Jer. 13, 16. *β*) *Tenebras inſcitiæ ſpiritualis*, Jeſ. 9, 1. Conf. Matth. 4, 16. *γ*) *Denſiſſimam æternæ mortis caliginem*, Job. 38, 17.

מְצִלּוֹת pl. f. *Tintinnabula*, à *tinnitu* ſic dicta, Zach. 14, 20. Dual. מְצִלְתַּיִם *Tintinnabula*, 1. Chron. 15, 19. c. 16, 42. c. 25, 6. 2. Chron. 5, 12. c. 29, 25. Neh. 12, 27.

צָלַם *Obſcurus fuit*, apud Æthiopes. Inde apud Ebræos.

צֶלֶם m. *Imago*; ſic dicta, quod *obſcurè rem* exprimat. Bohl. Cum Suff. נַעֲשֶׂה אָדָם בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ Faciamus hominem in imagine noſtra ſecundum *ſimilitudinem* noſtram, i. e. in imagine nobis ſimilliſima, Gen. 1, 26. Plur. צְלָמִים *Imagines.* In Statu Conſtr. וְצַלְמֵי תוֹעֲבֹתָם *Imagines* abominationum ſuarum, Ezech. 7, 20. Cum Suff. צְלָמָיו *Imagines* ejus, 2. Reg. 11, 18. צַלְמֵיכֶם *Imagines* veſtræ, Am. 5, 26.

1) Generatim notat *imaginem*, ſive ſit *realis*, ſive ſit *imaginaria.* 2) Speciatim *α*) deſignat *imaginem realem*, quæ Protorypum refert & exprimit; ſive in *abſtracto*, ubi eſt *ſimilitudo* ad alterius velut exemplaris imita-

Digitized by Google

imitationem expreſſa, prout ſumitur, quando *homo ad imaginem Dei conditus* dicitur, Gen. 1, 26. 27. c. 9, 6. ſive in *concreto*, ubi deſignat *ſimulacrum*, quod aliud refert, aut alteri ſimile eſt; Ita dicitur de imaginibus aureis anorum & murium, 1. Sam. 6, 5. de imaginibus ſeu ſtatuis idololatricis, Num. 33, 52. Ezech. 7, 20. c. 16, 17. c. 23, 14. Am. 5, 26. item de imaginibus Chaldæorum, Ezech. 23, 14. β) Denotat *imaginem imaginariam*, prout dicitur de *re imaginaria, umbratili & evanida.* Ita homo Pſalm. 39, 7. dicitur *incedere in imagine*, h. e. non ſolum inſtar rei imaginariæ, umbratilis & evaneſcentis incedit, ſed etiam bona, inter quæ verſatur, non ſunt vera & ſolida bona, ſed tantum imago & umbra verorum bonorum. Confer. Pſal. 73, 20. ubi deſignat *evaneſcentem impiorum ſplendorem & honorem*, quo inſtar idolorum ab aliis culti fuerunt, nunc autem probro & contemtui expoſiti ſunt.

צַלְמוֹן m. *Zalmon*; Eſt nomen proprium *montis*, qui ſitus erat in tribu Ephraim, prope *Sichem*, & quidem à parte occidentali Sichemi, juxta Belgas in Jud. 9, 48. qui juxta Aben-Eſram perpetuis albebat nivibus, & arboribus, quibus obſitus erat, obſcurus umbroſusque exiſtebat. Mentio ejus fit, Jud. 9, 48. Eadem vox quidem etiam legitur Pſ. 68, 15. & à Vulgato, Seb. Schmidio, plerisque aliis pro *nomine proprio* montis habetur; Sed B. Geierus, Lutherum, Chaldæum, Kimchium, Muiſium, Theodoretum, Felicem Pratenſem & Campenſem ſecutus, accipit pro *nomine appellativo*, & *caliginem craſſam* interpretatur, ut ſenſus ſit: *Eccleſia depulſis divinâ gratiâ hoſtibus, inſigniter clareſcet in mediis tenebris, ita, ut civium vicinas gentes, errorum caligine prorſus involutas, ſplendidè ſit colluſtratura, ſuaque ſimul felicitatis eos reddituraſit participes.*

צַלְמָוֶת m. *Umbra mortis*, i. e. lethalis, vide in radice צָלַל p. 1023.

צָלַע *Claudicavit, in latus labens.* Particip. וְהוּא צֹלֵעַ עַל־יְרֵכוֹ Et ipſe *claudicans* erat ex femore ſuo, Gen. 32, 31. Fœm. צֹלֵעָה *Claudicans*, Mich. 4, 6, 7. Zeph. 3, 19.

1) Generatim notat *claudicare*, 2) ſpeciatim α) *propriè* notat *claudicare*, ubi incedens in latus labitur, Gen. 32, 31. β) *Metaphoricè* deſignat *calamitatem, afflictionem, ærumnam & omnis generis pericula ſubeunda*, Mich. 4, 6. 7. Zeph. 3, 19.

צֶלַע c. *Claudicatio.* אֲנִי לְצֶלַע נָכוֹן Ego ad *claudicationem* paratus ſum, Pſal. 38, 18. Cum Suff. שֹׁמְרֵי צַלְעִי Obſervantes *claudicationem* meam; quando viribus deſtitutus, vel in peccatum aut calamitatem aliquam incidam, Jer. 20, 10.

1) Generatim notat *claudicationem.* 2) Speciatim α) *propriè* denotat *claudicationem*, quæ fit pedum læſione. Sed propriè in Scriptura non legitur. β) *Metaphoricè* deſignat *calamitatem, ærumnam, afflictionem*

nem vel etiam pericula, quæ ſubeunda ſunt, Pſalm. 35, 15. Pſalm. 38, 18. Jer. 20, 10.

צֶלַע c. *Latus*; *Coſta*, quæ eſt pars *lateris*; *Subſtructio*, *Trabs ſubſtructionis*, quæ lateribus ædificii adhæret; *Cella*, *Cubiculum laterale*, ſeu ad *latus* templi exſtructum. צֵלָע אֶל־צֵלָע *Subſtructio* erga *ſubſtructionem*, Ezech. 41, 6. In Statu Conſtr. legitur צֶלַע & צְלַע. צֶלַע הַמִּשְׁכָּן *Latus* tabernaculi, Exod. 26, 26. בְּצֵלַע הָהָר In *latere* montis, 2. Sam. 16, 13. Cum Suff. צַלְעוֹ *Latus* ejus, Ex. 25, 12. formatur ex forma צֵלַע. Plural. צְלָעִים *Tabulæ*, *Valvæ*, 1. Reg. 34. Fœm. צְלָעוֹת *Subſtructiones*, 1. Reg. 6, 5. In Statu Conſtr. צַלְעוֹת אֲרָזִים *Aſſeres* cedrorum, 1. Reg. 6, 16. i. e. cedrini. צַלְעוֹת בְּרוֹשִׁים *Aſſeres* abietum, i. e. abietini, 1. Reg 6, 15. Cum Suffixo אַחַת מִצַּלְעֹתָיו Una de *coſtis* ejus, Gen. 2, 21.

I) Notat *latus*, 1) *propriè* quidem latus *corporis animalis*, e. g. hominis, Job. 18, 12. 2) *Metaphoricè latus cujuscunque alterius rei*, e. g. montis, 2. Sam. 16, 13. rerum artefactarum, ut tabernaculi, Exod. 26, 26. 27. altaris, Exod. 25, 14. c. 27, 7. Imò etiam ſic transfertur ad denotandam *certam cœli plagam*, e. g. ſeptentrionalem, Exod. 26, 35. II) *Metonymicè* deſignat *id*, *quod eſt in latere*. Scilicet α) *Coſtam*, quæ eſt pars lateris, Gen. 2, 21, 22. β) *Metaphoricè* notat *omne id*, quod *coſtarum figuram* refert, ſcilicet *trabes*, 1. Reg. 7, 3. *aſſeres*, 1. Reg. 6, 15. 16. *ſubſtructiones*, Ezech. 41, 6 7. 1. Reg. 6, 5. *Valvas januæ*, 1. Reg. 6, 34.

צָמֵא *Sitivit*. צָמְאָה נַפְשִׁי לֵאלֹהִים *Sitit* anima mea Deum, Pſal. 42, 3. וְצָמִת Cum *sities*, ad imitationem verborum לה pro צָמֵאת, Ruth. 2, 9. צָמֵאתִי *Sitio*, Jud. 4, 19. Fut. וַיִּצְמָא מְאֹד Et *ſitivit* valde, Jud. 15, 18.

1) Generatim notat *ſitire*, ſive *propriè*, ſive *impropriè*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſitire ſiti corporali*, quæ eſt appetitus humidi & frigidi, proveniens ab arefactione ſuperioris orificii ventriculi. Ita occurrit Exod. 17, 3. Jud. 4, 15. c. 15, 18. Ruth. 2, 9. Job. 24, 11. β) *Metaphoricè* ſignificat *ſitire ſiti ſpirituali*, ac *in piis* dicit *ardentiſſimum bonorum ſpiritualium deſiderium*, Pſ. 62, 3. Pſ. 63, 2. *in impiis* autem importat *bonorum ſpiritualium carentiam & maledictionem æternam*, Jeſ. 65, 13.

צָמֵא m. *Sitiens*; *Sitibundus*, Prov. 25, 21. Fœm. צְמֵאָה *Sitiens*, Devt. 29, 19. צְמֵאִים *Sitibundi*, Pſ. 107, 5.

1) Generatim notat *ſitientem*, ſive laboret *ſiti corporali*, ſive *ſpirituali*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſitientem corporaliter*, 2. Sam. 17, 29. Prov. 25, 21. Pſal. 107, 5. Jeſ. 5, 13. c. 21, 14. β) *Metaphoricè* ſignificat *ſitientem ſpiritualiter*, *qui vehementer deſiderat bona ſpiritualia*, e. g. refocillationem cœleſtem, quæ per Spiritum S. contingit, Jeſ. 44, 3. cognitionem doctrinæ cœleſtis, Jeſ. 32, 6. ſalutarem Dei gratiam, remiſſionem peccatorum & juſtitiam, Jeſ. 55, 1. Conf. Matth. 5, 6.

צָמָא m. *Sitis.* אָמוּת בַּצָּמָא Morior *ſiti*, Jud. 15, 16. לְשׁוֹנָם בַּצָּמָא נָשָׁתָּה Lingua eorum *ſiti* deficit, Jeſ. 41, 17. Cum Suff. לִצְמָאָם Ad *ſitim* eorum, Neh. 9, 15.

1) Generatim notat *ſitim quamcunque.* 2) Speciatim α) *proprie* deſignat *ſitim corporalem*; quæ eſt appetitus humidi & frigidi, proveniens ex arefactione ſuperioris orificii ventriculi, tàm *mediocrem*, ut in prandio eſſe ſolet, Neh. 9, 20. quàm *vehementem*, Neh. 9, 15. quæ usque ad deliquium augetur, ut mortem intentare videatur, Jud. 15, 18. 2. Chr. 32, 11. β) *Metaphoricè* denotat *ſitim ſpiritualem*, prout 1) hæc nihil eſt aliud, quàm *vehemens deſiderium & appetitus bonorum ſpiritualium*, Jeſ. 41, 17. 2) Importat *carentiam limpidiſſimæ puriſſimæque verbi divini aquæ, ex juſtiſſimo Dei judicio adverſus ingratos immiſſam*, Am. 8, 13.

צִמָּאוֹן m. *Sitis*, Devt. 8, 15. item *Siticuloſus.* צִמָּאוֹן לְמַבּוּעֵי מָיִם *Siticuloſus* in ſcaturigines aquarum, Jeſ. 35, 7. וּמֹצָאֵי מַיִם לְצִמָּאוֹן Et egreſſiones aquarum in *ſiticuloſitatem*, Pſ. 107, 33. Sæpius non legitur; Ex ſingulis autem locis patet, hac voce deſignari *ſiccitatem & defectum aquarum omnimodum*, ubi homines beſtiæque mera premuntur ſiti.

צִמְאָה f. *Sitis.* Semel occurrit Jer. 2, 25. ubi Deus Judæos dehortatur à *ſectatione idolorum & ardore erga ea ſitibundo.*

צָמַד *Copulavit, Conjunxit.* Sed in Kal non occurrit. Niphal נִצְמַד *Copulavit, Conjugavit, Aſſociavit ſe; Adhæſit.* Fut. וַיִּצָּמְדוּ לְבַעַל פְּעוֹר Præterea *copularunt ſe, adhæſerunt Baali Peori*, Pſ. 106, 28. Part. Pual Fœm. חֶרֶב מְצֻמֶּדֶת עַל־מָתְנָיו Gladius *alligatus* lumbis, 2. Sam. 20, 8. Hiphil הִצְמִיד *Copulavit, Concinnavit, Nexuit.* לְשׁוֹנְךָ תַּצְמִיד מִרְמָה Linguâ tuâ *nectis* dolum, Pſal. 50, 19.

1) Generatim notat *copulare, conjungere*, quacunque id fiat ratione. 2) Speciatim α) ſignificat *ligare, alligare*, quia, quicquid ligatur, vel alligatur alteri, id cum eo *conjungitur*, vel *copulatur.* Ita ſaltem legitur in Pual de gladio alligato, 2. Sam. 20, 8. β) Notat *adhærere*, vel *aſſociare ſe alicui*; quia, quicquid alteri copulatur vel conjungitur, id ei *adhæret*, vel *aſſociatur.* Ita in Niphal dicitur de Iſraelitis idololatris, qui ruptô Dei fœdere, Baal Peori adhærere cœperunt, ejusque cultoribus ſe aſſociarunt, factâ velut unâ cum illis catena, Num. 25, 3. Pſ. 106, 28. γ) Significat *nectere*, quia, quicquid cum altero nectitur, id cum eo *conjungitur.* Ita ſemel in Hiphil de improbis dolum nectentibus dicitur, Pſ. 50, 19. Sæpius non legitur.

צָמִיד m. *Operculum*, ſic dictum, quod, dum eô vas *operitur*, cum eo *conjungitur*, Num. 19, 15. item *Armilla*, quæ ſic vocatur, quia eſt *ligamentum* ad manus, vel brachium ornatûs cauſâ, Num. 19, 15. c. 31, 50. Plur. צְמִידִים *Armillæ*, Gen. 24, 22. 30. 47. Ezech. 16, 11. c. 23, 42.

צֶמֶד m. *Copula, Copulatio, Copulatum, Jumentum, Conjugatum. Jugum, Par.* צֶמֶד חֲמוֹרִים *Par* aſinorum, Jud. 19, 10. צֶמֶד בָּקָר *Jugum*.

gum boum, 1.Sam. 11, 7. c. 19, 21. Cum Suff. וְצִמְדוֹ Et *jugum* ejus, Jer. 51, 23. Plur. צְמָדִים *Pares, Bini, Juga, Jugera.* שְׁנֵים עָשָׂר צְמָדִים Duodecim *juga*, 1.Reg. 19, 19. רֹכְבִים צְמָדִים Equitantes *bini*, 2. Reg. 9, 25. In Statu Conſtr. צִמְדֵּי כֶרֶם *Jugera* vineæ, Jeſ. 5, 10.

צָמַח *Ortus eſt, Germinavit, Pullulavit, Effloruit, Refloruit, Crevit, Provenit.* וְשֵׂעָר שָׁחֹר צָמַח בּוֹ Et pilus niger *crevit* in eo, Lev. 13, 37. וְצָמְחוּ בְּבֵין חָצִיר Et *germinabunt* in medio graminis, i. e. germinabunt, quaſi ſtarent inter medias herbas, & cum ipſis creſcerent, Jeſ. 44, 4. Particip. הָעֵץ הַצֹּמֵחַ Lignum *creſcens, germinans*, Ex. 10, 5. Fut. יִצְמַח *Effloreſcet*, Job. 5, 10. Piel צִמַּח *Germinavit, Refloruit, Crevit.* וּשְׂעָרֵךְ צִמֵּחַ Et capillus tuus *creſcebat*, Ezech. 16, 7. Infin. וַיָּחֶל שְׂעַר רֹאשׁוֹ לְצַמֵּחַ Et incipiebat capillus capitis ejus *creſcere*, Jud. 16, 22. עַד־יְצַמַּח זְקַנְכֶם Donec *creſcat* barba veſtra, 2. Sam. 10, 5. Hiphil. הִצְמִיחַ *Oriri* vel *naſci fecit, germinare fecit, germen tulit, protulit.* וְהִצְמִיחָהּ Ac *germinare facit* eam, Jeſ. 55, 10. Infin. וּלְהַצְמִיחַ Et ad *germinare faciendum*, Job. 38, 27. Fut. אַצְמִיחַ קֶרֶן לְדָוִד *Germinare faciam* cornu Davidi, Pſal. 132, 17.

1) Generatim videtur obtinere ſignificationem *oriendi*, quacunque ratione rei ortus fiat. 2) Speciatim α) *propriè* in Kal ſignificat *germinare*, it. *creſcere* &c. diciturque de *terra naſcentibus* e. g. de herba terræ, Gen. 2, 5. de ariſtis, Gen. 41, 6. 23. de arboribus, Exod. 10, 5. Eccl. 2, 6. In *Hiphil* autem ſignificat *germinare facere, germen proferre*, tribuiturque *cauſæ efficienti germinis*, tùm *primæ*, quæ eſt *DEUS*, Gen. 2, 9. Pſal. 104, 14. Pſal. 147, 8. tum *ſecundæ*, tàm *immediatæ*, quæ eſt *terra*, Gen. 3, 18. Deut. 29, 22. Jeſ. 61, 11. quàm *remotæ*, quæ eſt *pluvia*, Jeſ. 55, 10. β) *Metaphoricè* 1) transfertur ad *naturalia*, notans *creſcere*, diciturque de *pilis* tùm barbæ, 2. Sam. 10, 5. 1. Chron. 19, 5. tùm *capitis*, Jud. 16, 22. Ezech. 16, 7. 2) Transfertur ad *ſpiritualia Dei beneficia*. Ita dicitur α) de *incarnatione Meſſiæ*, ſeu ſingulari, mirandaque Dei operatione, qua ex poſteritate Davidis *Meſſiam* inſtar germinis ſuaviſſimi ſuſcitavit, Pſal. 132, 17. Jer. 33, 15. Conf. Jeſ. 42, 9. c. 43, 19. Vid. Vinar. Gloſſa. β) De *regni Meſſiæ feliciſſimo progreſſu*, ſimili *herbæ* à ſplendore ſolis poſt pluviam lætè creſcenti & fructum facienti, 2. Sam. 23, 5. γ) De Juſtitia, Jeſ. 61, 11.

צֶמַח m. *Germen.* צֶמַח יְהוָה *Germen Domini*, Jeſ. 4, 2. כְּצֶמַח הַשָּׂדֶה Sicut *germen* agri, Ezech. 16, 7. Cum Suff. תּוֹצִיא צִמְחָהּ Producet *germen* ſuum, Jeſ. 61, 11.

1) Generatim notat *germen*, 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *terra naſcentibus*, notatque *id, quod ex terrà germinat*, Gen. 19, 25. Pſal. 65, 11. Jeſ. 61, 11. β) *Metaphoricè* dicitur de *Meſſiâ*, qui inſtar *ſuaviſſimi germinis*, ex poſteritate Davidis progerminavit, Jeſ. 4, 2. Jer. 23, 5. c. 33, 15. Zach. 3, 8. c. 6, 12.

צִמֵּם *Conſtrinxit, Coarctavit*, apud Rabbinos; Inde eſt

צַמָּה f. *Coma, Crinis*. Cum Suff. צַמָּתֵךְ *Coma* tua, Cant. 4, 1.3. c.6,7. Jeſ. 47,2. Sæpius non legitur.

צַמִּים m. *Comatus*; qui prolixos & indiſpoſitos *crines* habet, Job. 5,5. c.18,9. R. Levi Gerſon per צַמִּים intelligit *prædonem*, qui comam alere & horridus incedere ſolet; Sed, quia alii etiam comam alere conſueverunt, hinc ejus interpretationem Seb. Schmid. rejicit.

צָמַק *Aruit*. Semel occurrit in Participio שָׁדַיִם צֹמְקִים Ubera *arentia*, Hoſ. 9, 14.

צִמּוּקִים m. pl. *Uvæ paſſæ, aridæ, exiccatæ*, 1.Chron. 12,40. 2.Sam. 16, 1. Sed 1.Sam. 25,18. & c.30,12. eſt צִמֻּקִים.

צָמַר *Caluit*, apud Chaldæos; *Affixus, Infixus* eſt, apud Æthiopes. Inde

צֶמֶר m. *Lana*, ſic dicta, quod *calori* inſervit; vel quod cuti *affixa eſt*, prout optimè ſcribit celeb. Majus. בֶּגֶד הַצֶּמֶר Veſtis *lanæ*, i. e. ex lanâ confecta, Lev. 13,59. Cum Suff. צַמְרִי *Lana* mea, Hoſ. 2, 5. 9.

צַמֶּרֶת f. *Surculus, Ramus*, juxta Buxtorffium quaſi *lanuginoſus* ſic dictus; niſi malis ſic dici ex ſignificatione radicis Æthiopibus recepta, quod amputatus *infigi* & *inſeri* ſoleat *ſtirpi*, Ezech. 17,3.22. Cum Suff. צַמַּרְתּוֹ *Ramus* ejus, Ezech. 31, 3. 10. צַמַּרְתָּם *Ramum* ſuum, Ezech. 31, 14.

צָמַת *Excidit, Succîdit*. צָמְתוּ בַבּוֹר חַיָּי *Exſcindunt* in fovea vitam meam, Thren. 3,53. Sæpius in Kal non legitur. Niphal נִצְמַת *Exciſus, Succiſus eſt*. נִצְמַתִּי *Exciſus ſum*, Job. 23, 17. נִצְמַתּוּ *Exciſi ſunt*, Job. 6,17. Sæpius in Niphal non occurrit. Piel צִמֵּת *Excîdit, Succîdit*, tertiâ radicali geminata. צִמְּתַתְנִי *Succidit me*, Pſalm. 119,139. צִמְּתוּתֻנִי *Exciderunt me fere totum*, Pſal. 88, 17. Sæpius non legitur in Piel. Hiphil הִצְמִית *Excîdit, Succîdit*. הִצְמַתָּה *Exſcindis*, Pſal. 73, 27. pro הִצְמַתְתָּה Tertiâ radicali ה ob ſequens ת extruſâ. Fut. אַצְמִית *Exſcindam*, Pſal. 101, 5. תַּצְמִית אֹיְבָי *Exſcindes* hoſtes meos, Pſal. 143, 12.

1) Generatim *excindendi* ſignificationem obtinet, ſive inferat *actum*, ſive ſaltem *conatum*. 2) Speciatim α) deſignat *excidium totale*, & *extirpationem omnimodam*, ubi aliquid *actu* è mediò tollitur & extirpatur, 2. Sam. 22, 4. Pſ. 18, 41. Pſ. 54, 7. Pſ. 73, 27. Pſ. 94, 23. Pſ. 143, 12. Pſ. 101, 5. Thren. 3, 53. β) Adhibetur de *conatu aliquid penitus exſcindendi*, Pſ. 69, 5. Pſ. 88, 17.

צְמִיתֻת f. *Exciſio*. Bis ſaltem occurrit Lev. 25, 23. 30.

צָנַח *Deſiliit; Demiſit ſe, Penetravit*. Bis legitur. Fut. וַתִּצְנַח מֵעַל הַחֲמוֹר Et *demiſit ſe* de aſino, Joſ. 15, 18. Jud. 1, 14. וַתִּצְנַח בָּאָרֶץ Ut *penetraret* in terram, Jud. 4, 21.

צָנַם *Aridus fuit*, apud Chaldæos, Syros & Samaritanos. Inde Partic. Fœm.

Digitized by

Fœm. Paul plur. Gen. 41, 23. שִׁבֳּלִים צְנֻמוֹת Ariſtæ *graciles* ut *aridis* non abſimiles videantur.

צָנַן *Circumdedit, Ambiit;* Juxta R. Salomonem ad Joſ. 23, 13. *Friguit, Refriguit,* ex uſu Chaldaico. *Acuit,* juxta Avenarium, inde eſt

צִנָּה f. *Clypeus, Scutum,* ab *ambiendo* nomen habens, niſi cum celeb. Majo ex Æthiopica notione *Inclinandi, Declinandi,* deducere malis, quia ſcutum *declinat* objecta, vel quod inclinari in omnes partes queat, aut *figuram* habeat *declinantem* à rectâ in ovalem; *Frigus* ex uſu Chaldaico; *Aculeus, Hamus aculeatus.* נֹשְׂאֵי צִנָּה Portantes *ſcutum*, 1. Chron. 12, 24. כַּצִּנָּה רָצוֹן תַּעְטְרֶנּוּ Tanquam *clypeô*, beneplacito coronas eum; Pſ. 5, 13. In Statu Conſtr. כְּצִנַּת־שֶׁלֶג Sicut *frigus* nivis, Prov. 25, 13. Plur. צִנּוֹת *Aculei, Hami aculeati,* Am. 4, 2. *Clypei,* 2. Chron. 11, 12.

1) Generatim notare videtur *rem ambientem.* 2) Speciatim α) Significat *clypeum,* prout *propriè* eſt *ſpecies armaturæ bellicæ*, hoſtium tela & ictus declinantis & retorquentis, 1. Sam. 17, 7. 41. 1. Reg. 10, 16. 1. Chron. 12, 8. 24. 34. Jer. 46, 3. *Metaphoricè* autem deſignat *protectionem divinam*, Pſalm. 5, 13. Pſalm. 91, 4. β) Significat *frigus*, quod rem *ambit* & *circumdat*, Prov. 25, 13. Guſſetius d. l. intelligit *vas, ſcuti figuram imitans*, in quo nix aſſervatur. γ) Notat *aculeum;* quia aculei rem, quæ eos habet, ambire ſolent, Am. 4, 2.

צַנִּים m. pl. *Aculei, Spinæ,* Job. 5, 5. Confer. Prov. 22, 5. ubi per *Metaphoram* denotat *pericula ſummè noxia.*

צְנִינִים m. pl. *Spinæ, Aculei,* Num. 33, 55. Joſ. 23, 13. ubi *Metaphoricè* deſignat *hoſtes moleſtiſſimos & maximè noxios.* Sæpius non legitur.

צָנַע *Humilis, Demiſſus fuit.* Particip. Paul צָנוּעַ *Humilis, Demiſſus.* Legitur ſaltem in Plurali צְנוּעִים *Humiles, Demiſſi,* Prov. 11, 2. Hiphil הִצְנִיעַ *Humilem, Demiſſum ſe geſſit.* Legitur ſaltem in Infin. הַצְנֵעַ *Humiliter, Demiſſè agere, ſe humiliare,* Mich. 6, 2. Ubi notat *verâ contritione, peccatis agnitis ac irâ Dei perterrefieri, abjectaque omni ſui fiducia, ſecuritate ac ſuperbia, demiſſo animo eſſe.*

צָנַף *Volvit, Volutavit, Circumvolvit, Obvolvit; Texit, Obtexit.* Infin. cum Fut. צָנוֹף יִצְנָפְךָ צְנֵפָה כַּדּוּר *Volutando volutabit te,* volutatione inſtar pilæ, ſcil. propter acceleratam captivitatem, qua abripiebatur, Jeſ. 22, 18. וּבְמִצְנֶפֶת בַּד יִצְנֹף Et cidari lini *tegat* ſe, Lev. 16, 4. Sæpius non occurrit.

צָנִיף m. *Cidaris*, à *circumvolvendo* vel *tegendo* nomen trahens, Job. 29, 14. Zach. 3, 5. In Statu Conſtr. צְנִיף מְלוּכָה *Cidaris* regni, Jeſ. 62, 3. juxta Maſorethas; aſt juxta literas legeres צְנוּף. Plur. צְנִיפוֹת *Cidares,* Jeſ. 3, 22. Amplius non legitur.

צְנֵפָה f. *Volutatio.* Semel legitur, Jeſ. 22, 18.

מִצְנֶפֶת f. *Cidaris*, à *circumvolvendo*, vel *tegendo* nomen trahens

hens שֵׁשׁ מִצְנֶפֶת *Cidaris* xylini, i. e. ex xylino, Ex. 39, 28. מִצְנֶפֶת בַּד *Cidaris* lini, i. e. ex lino, Lev. 16, 4. Præterea legitur Exod. 28, 37. c. 29, 6. c. 39, 31. Lev. 8, 9. Ezech. 21, 41.

צִנְצֶנֶת f. *Urna*. Legitur tantùm, Exod. 16, 33. Deducitur juxta R. Davidem à צָנַן *Circumdedit*, item *Friguit*. Cui accedit Cel. Majus, in Suppl. Lex. Cocceji ſcribens: צִנְצֶנֶת *Urna*, *frigoris* notionem habere poterit, **darinnen etwas kühle wird**. Sed quid obſtat, quo minus *ambiendi* aſſumatur notio, eò quod rem aſſervandam *ambiat & circumdet*.

צָנַק *Coarctavit*, *Clauſit*, ap. Samaritanos. Inde ap. Ebræos,

צִינֹק m. *Vinculum*, *Compes*, quia vinculis & compedibus captivi *coarctantur & clauduntur*. Semel legitur, Jer. 29, 26.

צָנַר Radix inuſitata; inde eſt

צִנּוֹר m. *Canalis*, aquas effundens, ſeu *meatus*, unde delabitur aqua, 2. Sam. 5, 8. Plur. cum Suff. צִנּוֹרֶיךָ *Canales* tui, Pſ. 42, 8.

1) Generatim denotat *quemlibet canalem*. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *canalem tecti*, unde aqua pluvialis delabitur, 2. Sam. 5, 8. β) *Metaphoricè* deſignat *nubes*, quæ magno ſæpius cum impetu imbres copioſè effundunt, Pſ. 42, 8. Sæpius non legitur.

צַנְתְּרוֹת pl. *Tubi*, *Fiſtulæ*, Zach. 4, 12. Sed Aben-Eſræ notat *Vas*, in quo calcantur olivæ, cui accedit Guſſetius in Comment. Ling. Ebr.

צָעַד *Greſſus*, *Progreſſus eſt*, *Proceſſit*, *Inivit*. בָּנוֹת צָעֲדָה עֲלֵי שׁוּר *Filiæ* incedit, i. e. unaquæque filiarum incedit ſuper muro, Gen. 49, 22. צָעֲדוּ *Progreſſi ſunt*, 2 Sam. 6, 13. Infin. בְּצַעְדְּךָ In *egredi* te, i.e. cum *egreſſus es* ex agro Edomi, Jud. 5, 4. Fut. וְדֶרֶךְ בֵּיתָהּ יִצְעָד Et via domus ejus *inceſſit*, Prov. 7, 8. בְּזַעַם תִּצְעַד אֶרֶץ In ira (tua) abit terra, Hab. 3, 12. Hiphil הִצְעִיד *Procedere*, *Abire fecit*. Semel legitur in Futuro וְתַצְעִדֵהוּ Et *abire faciet* eum, Job. 18, 14.

1) Generatim obtinet ſignificationem *gradiendi*, quacunque id fiat ratione. 2) Speciatim α) ſignificat *incedere*, diciturque 1) *propriè* de *homine*, qui incedit *paſſu lento & æquali*, 2. Sam. 6, 13. *compoſito*, prout juvenis *fœminis* placere ſtudens ſolet, Prov. 5, 6. 2) Ἀνθρωποπαθῶς de *Deo*, qui legem ſuam è monte Sinai promulgans majeſtaticè inceſſiſſe dicitur, Jud. 5, 4. Pſal. 68, 8. β) Notat *abire*, diciturque tum de *terra*, cujus habitatores in ira Dei conſumuntur, Hab. 3, 12. tum de *homine impio*, quem terror morbi in orcum abire cogit, Job. 18, 14.

צַעַד m. *Greſſus*, *Inceſſus*, *Paſſus*. מֵיטִיבֵי צַעַד Reddunt elegantem *greſſum*, Prov. 30, 29. Cum Suff. תַּרְחִיב צַעֲדִי Dilatas *greſſum* meum, 2. Sam. 22, 37. וַיהוָה יָכִין צַעֲדוֹ Sed Dominus dirigit greſſum ejus, Prov. 16, 9. Plur. צְעָדִים *Paſſus*, 2. Sam. 6, 13. In Statu Conſtr. צַעֲדֵי אוֹנוֹ *Greſſus* roboris ejus, i. e. *greſſus*, quos ex omni robore & viribus omnibus facere laborabit, Job. 18, 7.

1) Ge-

1) Generatim notat *greſſum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *actum incedendi* vel *progrediendi*, Prov. 30, 29. Thr. 4, 28. β) *Impropriè* 1) *Metonymicè* notat *paſſum*, quem homo gradiendo & incedendo facere ſolet, 2. Sam. 6, 13. 2) *Metaphoricè* deſignat hominis *conſilia, inſtituta, conatus, ſtudia, actiones* &c. Job. 14, 16. c. 31, 4. 37. c. 34, 21. Prov. 16, 9. Jer. 10, 23.

צְעָדָה f. *Inceſſus*. Saltem in hoc ſignificatu bis legitur 2. Sam. 5, 24. 1. Chron. 14, 15. Plur. צְעָדוֹת *Periſcelides*, Jeſ. 3, 20. juxta Chaldæum & R. Salomonem.

מִצְעָד m. *Greſſus*. Plural. מִצְעָדִים *Greſſus*. In Statu Conſtr. מֵיְהוָֹה מִצְעֲדֵי גָבֶר A Domino ſunt *greſſus* Viri, Prov. 20, 24. Cum Suff. בְּמִצְעָדָיו In *greſſibus* ejus, Dan. 11, 43.

1) Generatim notat *greſſum*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *inceſſum, quò quis incedit è loco in locum*, Dan. 11, 43. β) *Metaphoricè* deſignat *hominis conſilia, inſtitum, conatus, actiones* &c. Pſal. 37, 27. Prov. 20, 24. Sæpius non legitur.

אֶצְעָדָה f. *Armilla*, quæ ſuper brachiis *incedit* & inducitur, 2. Sam. 1, 10. *Periſcelis*, Num. 31, 50. Sæpius non occurrit.

צָעָה *Peragravit, Peregrinatus eſt, Peregrè egit*, juxta Buxtorffium; *contentis viribus* vel *magnis paſſibus ambulavit*, juxta Coccejum; *Ivit, Inceſſit, diſcurrit*, & tranſitivè, *Extraxit, Eduxit*, juxta Seb. Schmidium. Part. מִהַר צֹעֶה לְהִפָּתֵחַ *Feſtinabit* educens, ut aperiatur, Jeſ. 51, 14. צֹעֶה בְּרֹב כֹּחוֹ *Incedens* in multitudine roboris ſui. Fœm. צֹעָה *Diſcurrens*, Jer. 2, 20. Plur. צֹעִים *Extractores*, qui vinum ex vaſe extrahunt, coque aliud implent, quod ex cella in alium locum extrahunt, Schröter, Jer. 48, 12. Piel צִעָה *Ire fecit, Extraxit*. וְצֵעֻהוּ Qui *extrahent* eum, nempe Moabum tanquam vinum è vaſis ſuis, Jer. 48, 12.

1) Generatim ſignificat *motum localem*. 2) Speciatim α) *Intranſitivè* ſignificat *incedere*, Jeſ. 63, 1. *diſcurrere*, Jer. 2, 20. β) *Tranſitivè* notat *exire facere*, i. e. *educere*, Jeſ. 51, 14. item *extrahere*, Jer. 48, 12. Sæpius non legitur.

צַעֲצֻעִים m. pl. *Motiones*. מַעֲשֵׂה צַעֲצֻעִים Opus *motionum*, i. e. mobile, ſeu movens ſe, 2. Chron. 3, 10.

צָעַן *Motus eſt è locô in locum, Diſſipatus eſt*. Semel legitur. אֹהֶל בַּל־יִצְעָן Tentorium non *movebitur, diſſipabitur*, Jeſ. 33, 20.

צֹעַן *Zoan*, urbs Ægypti maxima & vetuſtiſſima, Pharaonum regia, Pſalm. 78, 12.

צָעִיף m. *Peplum*. *Operimentum*, quô mulieres faciem *operiunt*. וַתִּקַּח הַצָּעִיף וַתִּתְכָּס Sumſit itaque *peplum*, & obtexit ſe, Gen. 24, 65. וַתְּכַס בַּצָּעִיף Et *obtexit ſe* peplô, Gen. 38, 14. וַתָּסַר צְעִיפָהּ מֵעָלֶיהָ Et removit *peplum* ſuum, Gen. 38, 19. Sæpius non legitur.

צָעַק *Clamavit, Exclamavit, Inclamavit, Vociferatus eſt*. Conſtruitur

Digitized by Google

tur intercedentibus particulis אֶל, & לְ, deſignantibus *objectum*, ad quod clamatur. צָעַק אֶל־הַמֶּלֶךְ *Clamavit* ad Regem, 1. Reg. 20, 39. קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים אֵלַי Vox ſanguinum fratris tui *clamant* ad me (pro צֹעֵק *clamat*, quia verbum cum nomine קוֹל convenire debebat) Gen. 4, 10. Simile vide Ex. 15, 4. Infin. צָעֹק יִצְעַק אֵלַי *Clamando clamabit* ad me, Exod. 22, 22. Fut. אֶצְעַק *Clamabo*, Job. 19, 7. וַיִּצְעֲקוּ לַיהוָה Quare *clamabant* ad Dominum, 2. Chr. 13, 14. Niphal נִצְעַק *Convocatus eſt*. Fut. וַיִּצָּעֵק אִישׁ יִשְׂרָאֵל Et *convocatus eſt* vir Iſrael, Jud. 7, 23. Piel Part. מְצַעֵק *Clamans*, 2. Reg. 2, 12. Hiphil הִצְעִיק *Convocavit*. Fut. וַיַּצְעֵק שְׁמוּאֵל אֶת־הָעָם Cæterum *convocavit* Samuel populum, 1. Sam. 10, 1.

1) Generatim ſignificat *clamare*. 2) Speciatim α) ſignificat *clamare clamore anxiô* ob *malum* aliquod *premens aut imminens*; connotatô *tùm* precum & vociferationis fervore; *tùm* mali prementis vel imminentis gravitate; *tùm* opitulationis neceſſitate & ardente deſideriô. Proinde adhibetur de *Moſe*, qui Pharaonis exercitu adpropinquante, ad Deum clamabat, Ex. 14, 15. de *viduâ* oppreſsâ, Devt. 22, 22. de puellâ per vim compreſsâ, Devt. 22, 27. de *Sione* vaſtatâ, Thren. 2, 18. de *Prophetâ* Regis opitulationem implorante, 1. Reg. 20, 39. de *fœminâ* eundem inclamante, 2. Reg. 8, 5. de *piis* ad Deum clamantibus, Pſ. 34, 18. Pſ. 77, 2. Pſ. 88, 2. de famelicis *Ægyptiis*, Gen. 41, 55. propter oppreſſores clamantibus ad Deum, Jeſ. 19, 20. de *Iſraelitis* graviores labores ſubeuntibus. Exod. 5, 15. bellô preſſis, Exod. 14, 10. Jud. 4, 3. c. 10, 12. graves afflictiones ſuſtinentibus, Num. 20, 16. Devt. 26, 7. famelicis & ſitibundis, Pſ. 107, 6. de *impiis* præ dolore cordis clamantibus, Jeſ. 65, 14. β) Significat *convocare*, quia *clamore* convocatio fieri ſolet. Hanc ſignificationem *paſſivè* obtinet in *Niphal*, Jud. 7, 23. 24. c. 10, 17. c, 12, 1. 2. Reg. 3, 21. *activè* autem ſemel tantum in *Hiphil*, 1. Sam. 10, 17. γ) Notat *accuſare*, Gen. 4, 10.

צְעָקָה f. *Clamor*. וַיִּצְעַק צְעָקָה גְּדֹלָה Et exclamavit *clamore* magnô, Gen. 27, 34. In Statu Conſtr. צַעֲקַת הָעָם *Clamor* populi, Neh. 5, 1. Cum Suff. צַעֲקָתוֹ *Clamor* ejus, Exod. 22, 22. הַכְּצַעֲקָתָהּ An juxta *clamorem* ejus ſit? Gen. 18, 21.

1) Generatim notat *clamorem*. 2) Speciatim α) notat *clamorem querulum*, qui editur ob *malum*, ſive *imminens*, ſive *jam jam premens*; qualis eſt *Eſavi* ob ſurreptam benedictionem, Gen. 27, 34. *Iſraelitarum* ob graviorem afflictionem ab Ægyptiis, Ex. 3, 7. à Philiſtæis, 1. Sam. 9, 16. *Moabitarum* ob devaſtionem, Jer. 48, 3. *Edomitarum*, Jer. 49, 21. *Ægyptiorum* ob cladem primogenitorum, Exod. 11, 6. *miſerorum*, Job. 34, 28. Pſ. 9, 13. *Orphani & viduæ*, Exod. 22, 22. *hypocritæ*, qui à Deô non exauditur, Job. 27, 9. β) *Metonymicè* transfertur ad *cauſam clamoris*, quæ eſt *ſumma impietas*, improbos apud Deum accuſans, & à Deo, improbitatis vindice, pœnas efflagitans, Gen. 18, 20. c. 19, 13. *vis & oppresſio*, ob quam clamat oppreſſus, Jeſ. 5, 7.

צָעַר

צָעַר *Minutus, Diminutus, Minor, Exiguus factus eſt.* Occurrit ſaltem bis in Fut. :וְלֹא יִצְעָרוּ Ut non *minores fiant*, Jer. 30, 19. וְיִצְעֲרוּ Et *minuentur*, Job. 14, 21.

צָעִיר m. *Parvus, Exiguus.* צָעִיר אָנֹכִי וְנִבְזֶה *Parvus, Exiguus* ego ſum & contemtus, Pſ. 119, 141. וְהוּא הַצָּעִיר Nam ipſe eſt *minor natu*, Gen. 48, 14. Cum Suff. בִּצְעִירוֹ In *minimô* ſuô, Joſ. 6, 26. Plur. צְעִירִים *Minores*, Job. 30, 1. In Statu Conſtr. צְעִירֵי הַצֹּאן *Minimi* gregis, Jer. 49, 20. Cum Suff. צְעִירֶיהָ *Minores* ſuos, Jer. 48, 4. juxta קְרִי. Sed juxta כְּתִיב eſt צְעוֹרֶיהָ formæ קָטוֹן Fœm. הַצְּעִירָה *Minima* natu, Gen. 19, 31. 34. 35. Subſtantivè *Minorennitas* cum Suff. כִּצְעִרָתוֹ Iuxta *minorennitatem* ſuam, Gen. 43, 33.

1) Generatim involvit *parvum*, ſive capiatur *concretivè*, ſive *abſtractivè*. Unde 2) ſpeciatim *α*) *concretivè* ſumtum, ſignificat *parvum* 1) *quantitate & ætate, natu minorem.* Ita dicitur de *Jacobo* reſpectu *Eſavi* natu majoris, Gen. 25, 23. de *Ephraimo* reſpectu *Manasſis*, Gen. 48, 14. de *Benjamine* reſpectu reliquorum fratrum, Pſ. 68, 28. Confer. Gen. 19, 31. 34. 35. Jud. 6, 15. Job. 30, 1. 1. Reg. 16, 4. Jer. 14, 3. 2) *Qualitate, conditione, æſtimio, dignitate, viribus* &c. Jud. 6, 15. Jeſ. 60, 22. Mich. 5, 1. & velut ſynonymum jungitur voci נִבְזֶה *Contemtus*, Pſalm. 119, 141. *β*) *Abſtractivè* acceptum notat *minorennitatem*, Gen. 43, 33.

צֹעַר *Zoar*, nomen proprium *urbis*, quod à *parvitate* accepit, Gen. 19, 20.

צְעָרִים m. pl. *Parvuli.* Semel legitur Zach. 13, 7.

מִצְעָר m. *Parum, Perexiguum, Res perexigua, Paucitas.* וְהוּא מִצְעָר Eſtque *perexigua*, Gen. 19, 20. וְהָיָה רֵאשִׁיתְךָ מִצְעָר Eritque principium tuum *exiguum*, Job. 8, 7. לַמִּצְעָר יָרְשׁוּ עַם־קָדְשֶׁךָ *Propemodum* poſſederunt, ſeu *parum abeſt*, quin poſſederint populum ſanctitatis tuæ, Jeſ. 63, 18. מֵהַר מִצְעָר Ex monte *exiguitatis*, i. e. exiguo, Pſ. 42, 7. In Statu Conſtr. בִּמְצְעַר אֲנָשִׁים Cum *paucitate* virorum i. e. paucis viris, 2. Chron. 24, 24. Sæpius non occurrit.

מִצְּעִירָה f. *Perparvum, Perexiguum*, cum Dageſch Euphonico. Semel legitur Dan. 8, 9.

צָפַד *Adhæſit, Concretus eſt.* צָפַד עוֹרָם עַל־עַצְמָם *Adhæſit* cutis eorum oſſi eorum, Thren. 4, 8. Amplius non occurrit.

צָפָה *Speculatus eſt, Intuitus eſt, Speculando expectavit, Exploravit, Obſervavit.* Infin. צָפֹה *Speculari*, Jeſ. 21, 5. Fut. יִצֶף *Speculetur, reſpiciat*, Gen. 31, 49. pro יִצְפֶּה, per Apocopen ה reſectô. עֵינָיו בַּגּוֹיִם תִּצְפֶּינָה Oculi ejus *intuentur* gentes, Pſ. 66, 7. Particip. צֹפֶה *Speculans, Speculator*, Pſ. 37, 32. 2. Sam. 13, 34. Fœm. צוֹפִיָּה *Speculans*, Prov. 31, 27. Plural. צוֹפִים *Speculatores*, 1. Sam. 14, 16. Fœm. צֹפוֹת *Speculantes*, Prov. 15, 3. Piel צִפָּה *Speculatus eſt, Obſervavit; Obſer-*

Digitized by Google

ſervavit; Obtexit, Obduxit. וְאֶת־כָּל־הַבַּיִת צִפָּה זָהָב Et totam domum *obduxit* aurô, 1. Reg. 6, 22. בְּצִפִּיָּתֵנוּ צִפִּינוּ *Speculatione* noſtra ſpeculamur, Thren. 4, 17. Fut. וַאֲנִי בַּיהוָה אֲצַפֶּה Ego autem in Dominum *reſpicio*, Mich. 7, 7. וַאֲצַפֶּה לִרְאוֹת Ut *ſpeculer* ad videndum, Hab. 2, 1. מִבַּיִת וּמִחוּץ תְּצַפֶּנּוּ Intus & extus *obduces* eam, Exod. 25, 11. וַיְצַף Et *obduxit*, Exod. 36, 34. Pro וַיְצַפֶּה, tertiâ radicali per Apocopen reſectâ. Pual צֻפָּה *Obductus eſt*. Particip. מְצֻפֶּה *Obductus*, Prov. 26, 23.

1) Generatim notat ſignificationem *intuendi*. 2) Speciatim α) ſignificat *cautè, accuratè & ſollicitè circumſpicere, obſervare & ſpeculari*. Ita 1) *propriè* dicitur de *hominibus*, e. g. *de vigilibus*, qui in ſpecula vel turri conſtituti attentè & ſollicitè quaquaverſum circumſpiciunt & ſpeculantur turmas hoſtium adventantes, 2. Sam. 13, 34. c. 18, 24. ſeqq. 2. Reg. 9, 16. 20. de *provida matrefamiliâs*, quæ diligenter & attentè circumſpicit, ubi domus inſtauratione indigeat, Prov. 31, 27. de *improbis* qui malignè & attentè circumcirca ex inſidiis vident, ubi pium facillimo negotio invadere queant, Pſ. 10, 8. Pſ. 37, 32. 2) *Figuratè* a) Ἀνθρωποπαθῶς dicitur de *Deo*, ad deſignandam *accuratisſimam ipſius cognitionem*, quâ hominum corda penitiſſimè cognoſcit, eorumque dicta & actiones ſingulas accuratiſſimè ſpeculatur &c. Pſ. 66, 7. Prov. 15, 3. b) *Metaphoricè* dicitur de *Doctoribus*, quorum officium eſt, inſtar *ſpeculatorum* in turri conſtitutorum *ſolicitè ſpeculari & circumſpicere*, unde hoſtes in populum civitatemque Dei irruant, eorumque adventum & alia mala, quæ inſtant, *indicare*, auditoreſque opportunè *monere*, ut ſibi à ſeductoribus ſtudioſè caveant, & peccata, quæ Dei ira & pœnæ conſequuntur, effugiant. Proinde tùm *vigilantes*, tùm *fideles* eſſe debent, Jeſ. 52, 8. Jer. 6, 17. Ezech. 3, 17. c. 33, 7. β) Significat *intentis oculis reſpicere*, transferturque ad *viſionem ſpiritualem*, quæ eſt *fidei* in Chriſtum, & *fiduciæ* in Deô poſitæ, Mich. 7, 7. γ) Notat *expectare*, idque *per Metonymiam*, quia, qui alterum *expectat*, eum intuetur atque reſpicit. Ita ſaltem legitur in *Piel*, non ſine emphaſi, ſignificans *expectare intentis quaſi oculis ſpeculando*, Pſ. 5, 4. Thren. 4, 17. Confer. Hab. 2, 1. δ) Significat *obtegere, obducere*, überziehen/ quia, qui rem obducit, facit, ut *talem, talemve aſpectum præ ſe ferat*. Ita occurrit in *Piel*, Exod. 25, 11. 13. 28. c. 26, 29. c. 36, 34. 38. 1. Reg. 6, 15. 20. 21. 22. 28. 30. 2. Reg. 18, 16. 2. Chron. 4, 9. in Pyal, Exod. 26, 32. Prov. 26, 23.

צִפּוּי m. *Obductio*, Exod. 38, 17. 19. *Tectorium, Tegumentum*, Num. 17, 3. 4. Jeſ. 30, 22. Sæpius non legitur.

צֶפֶת f. *Coronamentum*, 2. Chron. 3, 15. ab *obtegendo* ſic dicitur.

צְפִיָּה f. *Speculatio*. Semel occurrit cum Suff. בְּצִפִּיָּתֵנוּ In *ſpeculatione* noſtra, Thren. 4, 17.

צָפִית f. *Speculatio*. Tantum extat Jeſ. 21, 5.

צָפָה f. *Fluens*; unde צָפְתָּךְ Vide ſupra in צוף

מִצְפָּה f. *Mizba*, α) *Statua lapidea*, à Jacobo *inſtar ſpeculæ* in locô editiori erecta, & à ſpeculatione ſic vocata, Gen. 31, 49. β) *Nomen proprium oppidi* in regione Gilead ſiti, ſic dicti, quod inde *proſpicere* liceat, Neh. 3, 7. 15. 19. Hoſ. 5, 1.

מִצְפֶּה m. *Specula*, Jeſ. 21, 8. Aliàs eſt nomen proprium *loci*, Jud. 11, 29. 1. Sam. 22, 3. 2. Chron. 20, 24.

צַפְצָפָה f. *Speculatio*, *Circumſpectio accuratisſima*, Ezech. 17, 5.

צִפְצֵף *Pipivit*, vide inferius in צפף

צָפַח *Dilatavit*, *Extendit*, *Expandit*, apud Arabes

צַפַּחַת f. *Ampulla*, *Lecythus*, à *dilatatione* & *extenſione* nomen habens, 1. Sam. 26, 11. 12. 16. 1. Reg. 17, 12. 14. 16. c. 19, 6.

צַפִּיחִת f. *Placenta*, ab *extenſione* ſic dicta. Semel occurrit Exod. 16, 31.

צָפַן *Abſcondit*, *Recondidit*, *Repoſuit*; *Abſcondit ſe*, *Delituit*. צָפַנְתִּי אִמְרֵי פִיו *Abſcondi* ſermones oris ejus, Job. 23, 12. Particip. Paul צָפוּן *Reconditus*, Prov. 13, 22. Fut. מִצְוֹתַי תִּצְפֹּן אִתָּךְ׃ Præcepta mea *recondes* tecum, Prov. 2, 1. יִצְפְּנֵנִי בְּסֻכֹּה *Abſcondet* me in tabernaculo ſuo, Pſ. 27, 5. Niphal נִצְפַּן *Abſconditum eſt*, Jer. 16, 17. Hiphil הִצְפִּין *Abſcondit*. Infin. וְלֹא יָכְלָה עוֹד הַצְּפִינוֹ Cum verò non poſſet amplius *abſcondere* eum, Exod. 2, 3. Fut. תַּצְפִּינֵנִי *Abſcondes* me, Job. 14, 9.

I) Generatim importat *abſconſionem*, quacunque ratione, & in quemcunque finem ea fiat. II) Speciatim α) *abſconſionis* ſignificationem tùm *propriè*, ut idem ſit ac *rem abſcondere*, *occultare*, *aliorum conſpectui & cognitioni ſubducere*, *ut tuta ſit* &c. Ita legitur in Kal Exod. 2, 2. Joſ. 2, 4. in Hiphil Exod. 2, 3. Job. 14, 13. tùm *Metaphoricè*, ut idem ſit ac *tueri* atque *protegere contra hoſtium inſultus*, *aliorumque malorum impetum*. Quæ enim *abſconduntur*, in tutô locantur, Pſ. 27, 5. Pſ. 31, 21. Unde *pii*, qui divinâ protectione contra hoſtes ſuos fruuntur, dicuntur *abſconditi Dei*, Pſ. 83, 4. β) *Metonymicè* notat 1) *aſſervare*, *reſervare*, *reponere*, *retinere*, quia, quæ aſſervata volumus, *abſcondere* ſolemus. Ita adhibetur a) in *bonam partem*, notans *diligenter & ſollicitè aliquid aſſervare in futurum uſum*, tùm *ſuum*, tùm *alienum*. Ita dicitur de *bonis*, quæ piis aſſervantur, Prov. 13, 22. Pſ. 31, 20. de *ſcientia*, quam homo mente aſſervat, aſſervataque tùm in ſuum, tùm in aliorum uſum profert, Prov. 10, 14. de *doctrinis & mandatis*, quæ homo in intimis cordis receſſibus reponit, ut ea non ſolum ex animô & intimô affectu, ſed etiam ipſô opere externô obſervet, Job. 23, 12. Pſ. 119, 11. Prov. 2, 1. c. 7, 1. Conf. Cant. 7, 13. ubi importat *cautam repoſitionem & ſollicitam curam aſſervandi doctrinam V. & N. T.* b) Accipitur in *malam partem*, deſignans *futuram*

Digitized by Google

pœnam & vindictam. Ita dicitur de *iniquitate*, quam Deus memoriâ reſervat, vel retinet, quando eam ſuo tempore punit acerrimè, & in poſteris etiam ulciſcitur, Job. 21, 19. Vid. Hoſ. 13, 12. 2) Significat *obſcurare, in tenebras ponere, obtenebrare,* quia, quæ *abſconduntur*, in tenebras ponuntur. Ita *Metaphoricè* dicitur de *corde*, quod *obſcuratur*, ut non intelligat, Job. 17, 4. Conf. Rom. 1, 21. Eph. 4, 18. Vide Job. 15, 20. Seb. Schmidius in Comment. in Job. l. c. 3) Notat *inſidiari, inſidias ſtruere alteri*, quia, qui aliis inſidiantur, *ſe abſcondere* ſolent, Pſalm. 56, 7. Prov. 1, 11. 18.

צָפוֹן f. *Septentrio, Aquilo, plaga ſeptentrionalis*, quæ ab *abſcondendo* nomen trahit, quia, ut R. Bechai in Devt. 3. ſcribit: Sol ibi *abſconditus & abditus* eſt. פְּאַת צָפוֹן Angulus *aquilonis*, Exod. 26, 20. Cum ה locali צָפֹנָה Verſus *ſeptentrionem*, Gen. 13, 14. Exod. 40, 22. quod præmiſſâ Præpoſitione in ה Paragogicum abit, ut מִצָּפֹנָה Ab *aquilone*, Joſ. 15, 10. לַצָּפֹנָה Ad *ſeptentrionem*, 1. Chron. 26, 17.

1) Generatim notat *ſeptentrionem*, ſeu *plagam ſeptentrionalem*, Gen. 28, 14. Exod. 26, 20. Eccl. 1, 6. Dan. 8, 4. 2) Speciatim per *Synecdochen totius* pro *parte* α) reſpectu *Judææ* notat *Chaldæam*, ejusque metropolin, *Babelem*, Jer. 1, 13. 14. 15. c. 13, 20. c. 47, 2. Zeph. 2, 13. β) Reſpectu *Babelis* notat *Mediam & Perſiam*, Jer. 50, 3. 41.

צְפֹנִי m. *Aquilonaris*, Joel. 2, 19. ubi ſubintelligitur *populus*. Sed Num. 26, 15. eſt *gentilitium, Zephonita.*

צָפוּן m. *Abſconditum, Reconditum, Res recondita, Arcanum, theſaurus reconditus.* וְחִלְּלוּ אֶת־צְפוּנִי Et profanarunt *arcanum* meum, i. e. *Sanctuarium* meum interius, Ezech. 7, 22. וּצְפוּנְךָ תְּמַלֵּא בִטְנָם Et *theſaurô* tuô imples ventrem eorum, Pſ. 17, 24. Ita legendum juxta Maſorethas; ſed juxta כתיב eſt וּצְפִינְךָ, formæ קָצִיר. Plur. לִצְפוּנָיו *Abſconditis, occultis* ejus, Job. 20, 25. Sæpius non legitur.

צָפְנַת m. *Zophnath;* Cognomen *Joſiphi*, qui Gen. 41, 45, dicitur צָפְנַת פַּעְנֵחַ *Occultorum revelator.* Vid. R. S. ben Melech in Michlal Jophi. Ex quibus prius à Dn. Majo deducitur à צָפַן *Abſcondidit, Occultavit*, poſterius autem à פַּעַן, quod Arabibus ſignificat *aperire.* Sed B. Auguſt. Pfeifferus in Dub. Vex. Cent. I. contendit, eſſe nomen *Ægyptium*, & ex hodiernâ linguâ coptâ, quam Pharaonicæ ἐρείπια continere autumat, illud deducit. In ea enim habetur nomen πιζτοντάνιχα, quod è צָפְנַת פַּעְנֵחַ corruptum eſſe cenſet, & *futurorum indicem* ſignificare dicit.

מַצְפּוּנִים m. pl. *Abſcondita; Res abſcondita & repoſita.* Cum Suff. ſaltem occurrit Obad. v. 6. נִבְעוּ מַצְפֻּנָיו Perveſtigata ſunt *abdita* ejus, vel *theſauri* ejus.

צָפַע Radix inuſitata in Ebraismô, forte, ſi uſitata fuit, *egerendi* vel *egrediendi* ſignificationem habuit. Inde eſt

צִפַּע m. *Baſiliſcus, Regulus*, forte ſic dictus, quod ſibilô ejus auditô animalia è locô vitaque egrediantur. Eſt enim venenatiſſimi ſerpentis genus, quod juxta Alkazuinium, quamprimum flavit & venenum egeſſit, omnia animalia occidit. Sed Bochartus eum à *ſono* ſic dici conjicit, quia *ipſo ſonô* videtur horrorem *ſibili* exprimere, quô reliqua animalia fugare vel occidere dicitur. Vid. Hieroz. P. II. c. 9. lib. 3. pag. 399. ſeq. Quò alludere cenſet Arabum صفع *Saphaa*, i. e. *flatu adurere*, quod *baſiliſci* maxime proprium eſt. Semel legitur Jeſ. 15, 1. Metaph. de *Hiskia*, qui graviſſimè *afflixit* Philiſtæos.

צִפְעֹנִי m. *Baſiliſcus, Regulus*, perinde ut צֶפַע à *ſono* nomen traxiſſe videtur Bocharto in Hierozoico, quô horrorem *ſibili* exprimere videtur. *Propriè* quidem notat *ſerpentis noxii ſpeciem*, ceu conjici poteſt ex Prov. 23, 32. *Metaphoricè* autem eſt ſymbolum *α*) *rei maximè noxiæ*, Prov. 23, 32. *β*) *Hominis* graviſſimè & crudeliſſimè alios affligentis & perſequentis. Indè dicitur 1) de *immaniſſimis tyrannis & hoſtibus Eccleſiæ*, Jeſ. 11, 9. 2) De *Chaldæis*, atrociſſimis Judæorum hoſtibus, quorum robur invictum, Jer. 8, 17. 3) De *falſis Doctoribus*, contra eos, qui falſam eorum doctrinam amplecti nolunt, immaniſſimè inſurgentibus, eosque quàm crudeliſſimè perſequentibus, Jeſ. 59, 5. Sæpius non legitur.

צְפִיעִים m. pl. *Egeſta, Stercora, Excrementa.* Semel extat in Statu Conſtr. Ezech. 4, 15. צְפוּעֵי הַבָּקָר *Excrementa* bovis, ubi juxta Maſorethas legendum צְפִעֵי. Sed quid obſtat, quò minus literis ſervatis legas צְפוּעֵי ut referat formam conſtructam Particip. Paul.

צְפִעוֹת f. pl. *Nepotes, Neptes*, quaſi *egreſſiones* dicas. Semel legitur Jeſ. 22, 24.

צפף unde צִפְצֵף *Pipire* & *garrire* notat, more avicularum. Fut. אֲצַפְצֵף *Pipiam*, Jeſ. 38, 14. תְּצַפְצֵף *Pipiet*, Jeſ. 29, 4. Part. וּמְצַפְצֵף Et *pipiens*, Jeſ. 10, 14. Plur. הַמְצַפְצְפִים *Pipientes*, Jeſ. 8, 20. Sæpius non occurrit; ubique autem *vocem querulam* deſignat, propriè *avium*, Metaphoricè *hominum*, in anguſtiis conſtitutorum.

צַפְצָפָה f. *Speculatio, Circumſpectio accuratiſſima*, Ezech. 17, 5. vide ſupra in צָפָה *Speculatus eſt.*

צפר *Matutinavit, Maturavit; Evolavit, ocyus abiit, Circumivit; Sibilavit, Sibiloſo ſono cecinit* apud Arabes. Occurrit ſaltem in Fut. וְיִצְפֹּר מֵהַר הַגִּלְעָד Et *abeat* ocyus è monte Gilead, Jud. 7, 3.

צִפּוֹר c. ſed f. ſæpius. *Avis*, ſic dicta ab *aurorâ*, quod *aves mane ſurgant*; vel, ſi ſignificationem Radicis Arabicam ſpectes, quod *ſibiloſo ſono* canant. צִפּוֹר טְהֹרָה *Avis* munda, Devt. 14, 11. כְּצִפּוֹר בּוֹדֵד עַל־גָּג Sicut *avis* ſolitaria ſuper tecto, Pſ. 102, 8. Plur. צִפֳּרִים *Aves*, Lev. 14, 4. (וֹ) in (:) mutatô, quod per alternationem tranſit in (ֳ) Lev. 14, 4. 49. Pſ. 104, 17.

1) Gene-

1) Generatim ſignificat *quamcunque avem*, ſive ſit *major*, ſive ſit *minor*, Gen. 7, 14. Pſal. 8, 9. Pſal. 148, 10. 2) Speciatim dicitur de *avibus mundis*, Lev. 14, 4. Devt. 14, 11. *rapacibus*, Ezech. 39, 4. 17. Dan. 4, 20. *evagantibus è nido*, Prov. 27, 8.

צָפִיר m. *Hircus*, ſic dictus, quod *ſummô mane* ad paſcua ducatur; niſi cum celeb. Majo in Hiſtoria Animal. lib. 2. c. 8. p. 540. *circumeundi* eligere malis notionem, eò quod hircus gregem *circumire* ſoleat, Dan. 8, 21. In Statu Conſtr. צְפִיר הָעִזִּים *Hircus* caprarum, Dan. 8, 5. 8. Plur. צְפִירֵי עִזִּים *Hirci* caprarum, 2.Chron. 29, 21.

1) Generatim notat *hircum*. 2) Speciatim α) notat *hircum, caprarum ducem*, 2.Chron. 29, 21. Eſr. 8, 35. β) *Metaphoricè* eſt Symbolum *Alexandri M.* Dan. 8, 5. 8.

צְפִירָה f. *Matutinum tempus*, Ezech. 7, 7. 10. item *Cidaris, Diadema à circumeundo* nomen ducens, quod caput *circumeat*. Ita ſemel legitur in Statu Conſtr. לִצְפִירַת תִּפְאָרָה In *diadema* ornatûs, Jeſ. 28, 5.

צִפֹּרֶן m. *Unguis, Ungula, à maturando* nomen habens, quod *maturè* producitur. Metaphoricè *Stylus*. Bis ſaltem legitur. בְּצִפֹּרֶן שָׁמִיר *Ungue* adamantis, i. e. ſtylo adamantino, qui perſpicuam & durantem ſcripturam facit, Jer. 17, 1. Plur. וְעָשְׂתָה אֶת־צִפָּרְנֶיהָ Et faciet (præcidet) *ungues* ſuos, Devt. 21, 12.

צְפַרְדֵּעַ c. *Rana, Ranæ*, Collectivè, Exod. 8, 2. Pſal. 78, 45. Cenſet Fœrſterus dictionem Ægyptiacam eſſe; ſed falli videtur; quia Copticum ΧΡΟΟΥΡ à צְפַרְדֵּעַ toto cœlo diſcrepat. Alii conflatum putant ex צְפַר *matutinum tempus*, & דֵּעַ *Scientia*, quod ranæ *matutinum tempus* præſciant, & clamore ſuô indicent. Sed quia ranarum coaxatio *veſpertina* potius, quàm *matutina* eſt, hinc dicta compoſitio celeb. Bocharto in Hieroz. P. II. c. 1. lib. 5. p. 652. non arridet; probatur autem originatio Arabica, quæ hanc vocem componit ex Arab. ضفة *Ripa*, ردغ *Limus*, quia ranæ in *limoſis locis* degere ſolent. Conf. Hieroz. P. I. lib. 1. c. 9. p. 68. Plural. צְפַרְדְּעִים *Ranæ*, Exod. 7, 28. 29. c. 8, 1. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 27. Pſ. 105, 30.

צֶפֶת f. *Coronamentum, ab obtegendo*, vide in R. צָפָה.

צָקַל *Splenduit, Coruſcavit, Reſplenduit, Reluxit*, apud Arabes. Inde

צִקָּלוֹן m. *Gluma, Folliculus*, unde *granum relucet*. Semel legitur cum Suff. בְּצִקְלֹנוֹ In *glumâ* ſuâ, 2. Reg. 4, 42.

צָרַב *Incendit, Uſſit, Combuſſit, Arſit*. Sed in Kal non legitur. Niphal נִצְרַב *Adustus, Combuſtus fuit*. Semel occurrit וְנִצְרְבוּ בָהּ כָּל־פָּנִים Et *comburentur, adurentur* in ea omnes facies, Ezech. 21, 3.

צָרֶבֶת f. *Inflammatio, Aduſtio*. Item *Cruſta*, quæ ex *aduſtione* puris

ris induruit. צָרֶבֶת הַשְּׁחִין *Aduſtio, Inflammatio* ulceris, Lev. 13, 23. צָרֶבֶת הַמִּכְוָה *Cruſta* (cicatrix) aduſtionis, Lev. 13, 28. כְּאֵשׁ צָרָבֶת׃ Sicut ignis *aduſtionis*, i. e. *adurens*, omnia obvia conſumens, Prov. 16, 27. Sæpius non legitur.

צָרָה *Fluxit, Manavit*, apud Arabes. Inde eſt apud Ebræos

צְרִי m. *Opobalſamum*; humor ex inciſis arboribus defluens & deſtillans, Gen. 37, 25. Ita redditur à Kimchio, Sebaſt. Schmidio & aliis. Sed Bochartus in Hieroz. P. I. lib. 2. c. 51. non *balſamum*, ſed *reſinam* eſſe contendit, quia *Balſamum* cis Jordanem crevit prope Engadi & Hierochuntem, non verò trans Jordanem in terrâ Galaad. Quod confirmat teſtimonio Strabonis, Diodori, Trogi, Joſephi, Gorionidis, R. Levi & R. Kimchi. Græcum ῥητίνη, *reſina*, ex צרי deducit, per Metatheſin, & צ in τ mutatô. Tulit autem Galaad *reſinam præſtantisſimam*, cujus uſus efficaciſſimus fuit in morborum & vulnerum curâ, Jer. 8, 22. c. 46, 11. c. 51, 8. Per alternationem legitur צֳרִי Gen. 43, 11. & ob præſentiam accentûs Domini וּצְרִי Ezech. 27, 17. Sæpius non legitur.

צָרַח *Clamavit, Vociferatus eſt*. Bis ſaltem legitur. Part. מַר צֹרֵחַ Amarè *clamans*, Zeph. 1, 14. Hiphil הִצְרִיחַ *Graviter clamavit, Exclamavit*. Fut. יַצְרִיחַ *Exclamabit*, Jeſ. 42, 13.

צְרִיחַ m. *Arx, Propugnaculum, Turris munita*. Juxta Kimchium ita dicitur, quod ſpeculator inde *clamet*, Jud. 9, 46. 49. Plur. בַּצְּרִחִים In *propugnacula*, 1. Sam. 13, 6.

צָרַךְ *Neceſſe fuit, neceſſe habuit*, apud Rabbinos; Inde eſt

צֹרֶךְ m. *Neceſſitas*. Tantum occurrit cum Suffixo 2. Chron. 2, 16. כְּכָל־צָרְכֶּךָ Secundum omnem *neceſſitatem* tuam.

צָרַע *Proſtravit, Dejecit*, apud Arabes; *Ceſſare fecit* apud Æthiopes; *Leproſus fuit* apud Ebræos, eò quod lepra hominis vires *proſternit*, & eum ab opere & labore *ceſſare facit*. Particip. Paul צָרוּעַ *Leproſus*, Lev. 13, 44. 45. c. 22, 4. Num. 5, 2. Pual Part. מְצֹרָע *Leprâ affectus*, *leproſus*, Lev. 14, 2. 1. Sam. 3, 29. 2. Reg. 5, 1. 27. c. 15, 5. 2. Chron. 26, 20. 21. 23. Fœm. מְצֹרַעַת *Leproſa*, Exod. 4, 6. Num. 12, 10. Plural. מְצֹרָעִים *Leproſi*, 2. Reg. 7, 8.

צָרַעַת f. *Lepra*. נֶגַע צָרַעַת Plaga *lepræ*, Lev. 13, 2. 3. 20. 27. וְהַצָּרַעַת זָרְחָה בְמִצְחוֹ Et *lepra* exorta eſt in fronte ipſius, 2. Chron. 26, 19. Cum Suff. מִצָּרַעְתּוֹ A *lepra* ejus, 2. Reg. 5, 3. 6. 7.

1) Generatim & vi originis notat *quicquid corporis vires dejicit, & hominem ab opere ceſſare facit*. 2) Speciatim notat *lepram*, α) *propriè hominis*, cujus corporis vires proſternit, & à labore ceſſare facit. Ita juxta Maimonidem lib. de lepra c. 16. §. nomine *lepræ* venit tùm *exalbeſcentia cutis rubra*, Lev. 13, 2. 3. 8. 11. 12. 15. 25. 27. tum *defluvium partis pilorum capitis, aut etiam barbæ*, Lev. 13, 30. β) *Tropicè* autem eſt

veſtium

Digitized by Google

veſtium & domuum, notans *alterationem coloris veſtium*, Lev. 13, 47. 49. 51. vel *domorum*, Lev. 14, 34.

צִרְעָה f. *Crabro;* per Metatheſin pro רְצָעָה à rad. רָצַע *Perforavit*, eò quod crabro *aculeô ſuô cutem perforat* & *enecat*. Extat Exod. 23, 28. Devt. 7, 20. Joſ. 24, 12.

צָרַף *Liquavit, Conflavit, Purgavit, Deſæcavit; Examinavit, Probavit.* צָרַף צָרוֹף *Conflat conflando*, Jer. 6, 29. אִמְרַת יְהֹוָה צְרָפָתְהוּ Sermo Domini *probavit* eum, Pſ. 105, 19. Part. צֹרֵף *Conflans*, Jeſ. 40, 19. Part. Paul כֶּסֶף צָרוּף Argentum *purgatum, probatum*, Pſal. 12, 7. Infin. צָרֹף, Jer. 6, 29. Fut. וְאֶצְרֹף כַּבֹּר סִגָיִךְ Et *purgabo* ſicut ſmegmate ſcorias tuas, Jeſ. 1, 25. Niphal נִצְרַף *Liquatus, Purgatus, Probatus eſt.* Fut. וְיִצָּרְפוּ Et *probabuntur*, Dan. 12, 10. Piel Part. מְצָרֵף *Conflans*, Mal. 3, 3.

1) Generatim videtur ſignificare *explorare*. 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *metallis*, quæ conflando purgantur & explorantur, notans *ea ignis vi liquare, conflare, excoquere, & ab omnibus ſcoriis & additamentis purgare*, Pſ. 66, 10. Zach. 13, 9. β) *Metaphoricè* 1) transfertur tùm *ad homines*, tùm *ad verbum Dei*. *Ad homines* translatum, deſignat a) *intimam cordis probationem*, Pſ. 17, 3. Pſ. 26, 2. b) *Hominum ſeparationem & ſelectionem*, prout aurifaber aurum argentumque à ſcoriis ſeparat, Jud. 7, 4. c) *Purificationem & examinationem piorum*, quos Deus igne crucis & afflictionis purificat & probat, quàm probi, quàm patientes & conſtantes ſint in pietate, fide &c. Pſ. 66, 10. Pſ. 105, 19. Jeſ. 1, 25. c. 48, 10. Jer. 9, 7. Dan. 11, 35. Zach. 13, 9. Sed Jer. 6, 29. deſignat *fruſtraneam impiorum caſtigationem verbo & pœnis tentatam, præfractamque eorum pertinaciam.* Ad *verbum Dei* autem translatum, denotat ipſius *puritatem, veritatem atque certitudinem exploratam*, 2. Sam. 22, 31. Pſ. 12, 7. Pſ. 18, 31. Pſ. 119, 140. Prov. 30, 5. Vid. Mal. 3, 3. ubi innuit *purificationem doctrinæ.*

צֹרֵף m. *Conflans, Conflator, Fuſor, Aurifaber*, qui flatu ignis *metalla* liquat, à ſcoriis purgat, unum metallum ab altero ſeparat, malleove nobiliora ducit, Jud. 17, 4. Neh. 3, 31. Jeſ. 40, 19. c. 41, 7. c. 46, 6. Jer. 10, 9. 14. Plur. צֹרְפִים *Aurifabri*, Neh. 3, 8. 22.

צָרְפַת f. *Tzorphat*, 1. Reg. 17, 9. nomen propr. *urbis*, quam à *conflando vitro* ſic appellatam cenſet Bochartus P. II. lib. 6. c. 16. p. 886. Cui accedit Schindlerus in Lex. quando ſcribit: *Zarepta urbs Sidoniorum, quaſi in medio inter Tyrum & Sidonem ſita, ſic dicta ab officinis, in quibus vitra excoquebantur. Sidonii enim & Tyrii invenerunt artem vitri parandi, ibique ſuas officinas habuerunt.* Sed Obad. 1. eſt nomen *provinciæ*.

מַצְרֵף m. *Vas fuſorium*, quô argentum, vel aliud metallum liquatur & purgatur. Bis ſaltem legitur Prov. 17, 3. c. 27, 21.

צָרַר

צָרַר *Ligavit, Colligavit, Conſtrinxit, Continuit; Hoſtiliter egit, Impugnavit, Oppugnavit, Arctavit, Coarctavit, anguſtiis affecit.* Fere coincidit cum צור. מִי צָרַר מַיִם בַּשִּׂמְלָה Quis *ligavit, conſtrinxit* aquas in veſte, Prov. 30, 4. צְרָרוּנִי *Anguſtarunt* me, Pſ. 129, 2. Particip. צֹרֵר *Anguſtans, Hoſtis*, Eſth. 3, 10. צֹרְרִים הֵם לָכֶם *Infeſti ſunt* illi vobis, Num. 25, 18. צֹרְרֶיךָ *Hoſtes* tui, Exod. 23, 22. Particip. Paul צָרוּר עֲוֹן אֶפְרָיִם *Colligata eſt* iniquitas Ephraim, Hoſ. 13, 12. צָרוֹר אֶת־הַמִּדְיָנִים *Hoſtiliter invadendo, impugnando* Midianitas, Num. 25, 17. Imper. צוֹר תְּעוּדָה *Liga* Teſtimonium, Jeſ. 8, 17. Pual Particip. וּמְצֹרָרִים Et *colligatos*, Joſ. 9, 4. Hiphil הֵצַר vel הֵצֵר *Coarctavit, Anguſtavit.* וְהֵצַר לְךָ בְּכָל־שְׁעָרֶיךָ Et *anguſtabit* te in omnibus portis tuis, Devt. 28, 52. וַהֲצֵרֹתִי לָהֶם Et *coarctabo, anguſtabo* eos, Jer. 10, 18. Infin. בְּעֵת הָצֵר לוֹ In tempore, quo *anguſtia* fuit ei, 2. Chron. 28, 22.

I) Generatim videtur ſignificare *in arctum cogere*, quocunque id fiat modô. II) Speciatim α) notat *ligare, colligare, conſtringere*, quia, quæ ligantur, colligantur, conſtringuntur, ea *in arctum coguntur*, diciturque *propriè* de rebus, quæ in *faſciculo*, vel alio modo ligantur, Ex. 12, 34. &c. *Metaphoricè* autem dicitur α) de *rebus bene aſſervandis, ne pereant*, prout res pretioſæ in faſciculo colligari ſolent, ne amittantur & pereant. Ita dicitur de animâ Davidis, quæ in faſciculo viventium colligata dicitur, 1. Sam. 25, 29. β) De *rebus memoriâ ſervandis*, quia, quæ conſervare cupimus, ea ſollicitè in faſciculô colligare conſuevimus. Ita dicitur de *lege* ſeu *verâ doctrinâ*, quæ probè memoriâ conſervanda & obſervanda tradebatur, Jeſ. 8, 16. de *peccato*, quod Deus acerrimè vindicaturus memoriâ tenet, Hoſ. 13, 12. γ) De *rebus continendis*, ne ſolutæ diffluant, de *aquis* in nubibus, Job. 26, 8. item de *aquis* ad Dei libitum intra terminos præfixos ſe continere coactis, Prov. 30, 4. δ) De *rebus moraliter ligatis* ſeu *obſtrictis*. Ita dicitur de pellicibus Davidis ad perpetuam viduitatem obſtrictis, 2. Sam. 20, 3. 2) Notat *aliquem infeſtare, hoſtiliter invadere, impugnare, oppugnare*; quia, qui alterum hoſtiliter invadit, impugnat, oppugnat &c. is hunc *in arctum cogit*, Exod. 23, 22. Num, 25, 17, Jeſ. 11, 13. Inde eſt צֹרֵר *hoſtis, capitalis ac internecinus*, ut Haman Eſth. 3, 10. c. 8, 1. c. 9, 10. in judicio opprimens, Am. 5, 12. fraudulenter affligens, Num. 25, 18. publicus, Num. 10, 9. Confer. Pſal. 6, 8. Pſal. 7, 5. Pſal. 23, 5. 3) Significat *anguſtare, angere, affligere*, quia, qui alterum anguſtat & affligit, is hanc *in arctum cogit*. Ita legitur Num. 33, 55. Devt. 28, 52. 2. Chron. 28, 22. Neh. 9, 27. Pſ. 129, 1. 2. Pſ. 143, 14. Jer. 10, 18.

צַר m. *Arctus*, vide ſupra in צור pag. 1014.

צְרוֹר m. *Faſciculus*, in quô res quædam ſollicitè *ligantur, colligantur, conſtringuntur*, ne diſſipatæ amittantur & pereant, 1. Sam. 25, 29. Cant. 1, 13.

do

de *Crumena*, in qua pecunia ligari, vel colligari ſolet, Gen. 42, 35. Prov. 7, 20. Conf. Job. 14, 17. ubi *Metaphoricè* transfertur ad peccatum; *Lapillus*, 2. Sam. 17, 13. Am. 9, 9.

מֵצַר m. *Anguſtia*, quæ aliquem ita *ligat*, *conſtringit*, & *in arctum cogit*, ut, quò ſe vertat, neſciat, Pſ. 118, 5. Plur. מְצָרִים *Anguſtiæ*, Thren. 1, 3. In Statu Conſtr. מְצָרֵי שְׁאוֹל *Anguſtiæ* inferni, Pſalm. 116, 3. Sæpius non occurrit.

ק

קָא m. *Vomitus*; item קָאַת & קָאָת *Platea*, *Pelecanus*, vide infra in rad. קוֹא *Vomere*.

קָבַב *Maledixit*, *Execratus eſt*. קָבֹה *Execratur* illum, Num. 23, 8. וְקַבֹּתוֹ Et *execreris* eum, Num. 23, 27. Infin. קֹב לֹא תִקְּבֶנּוּ *Execrando non execraberis eum*, Num. 23, 25. Fut. אֶקֹּב *Execrabor*, Num. 23, 8. pro אֶקֹּב, per Chaldaismum literæ abjectæ compenſatione factâ in Præformativô & ordinariô punctô retentô. Imper. cum ה Paragogicô קָבָה לִּי אֹתוֹ *Execrare* mihi eum, Num. 22, 11. 17. pro קָבַּת ex קַב pro קוֹב, Dageſch forti extruſô & per (ָ) compenſatô. וְקָבְנוֹ Et *execrare* eum, Num. 23, 13. pro קָבּוֹ, compenſatione per Dageſch neglectâ, & ante Suffixum נ epentheticô aſſumto. Vid. Dn. D. Danzii Lit. §. 54. II. Obſ. 2. β.

1) Generatim *excavandi* notionem obtinere videtur. 2) Speciatim ſignificat *execrari*, *maledicere*, quia, qui alterum execratur, vel alteri maledicit, diris & execrationibus ſuis nititur alterum omnigenâ proſperitate *privare* & *vacuum reddere*, Num. 22, 11. 17. c. 23, 8. 11. 13. 25 27. c. 24, 1.

קֻבָּה f. *Lupanar*, quaſi *execrabile* ſic vocatum. R. Salomon, Aben Eſra & Kimchi exponunt per אֹהֶל *Tentorium*. Legitur ſaltem Num. 25, 8.

קֵבָה f. *Lupanar*; Sed Guſſetio notat *uterum*, à *cavitate* dictum, *locum*, *quò prægnantes fœtum gerunt*. Semel legitur cum Suff. Num. 25, 8. קֳבָתָהּ In *lupanari* ejus; *uterum* ejus, juxta Guſſetium; A quô non nimis abit Onkelos, qui interpretatur לִמְעָהָא Per *ventrem* ejus, (ֵ) per alternationem eſt pro (וֹ). Cæterum videtur eſſe à rad. קוּב.

קֵבָה f. *Ingluvies*, à *cavitate* nomen trahens. Perinde ut præcedens eſſe videtur à קוּב. Semel legitur Devt. 18, 3.

קַב m. *Cabus*, à *cavando* ſic dictus. *Menſura frumentariæ minor*, 2. Reg. 6, 25. Fuiſſe dicitur *ſexta pars Seæ*.

קִבֵּל *Accepit*, *Suſcepit*, *Recepit*, Eſth. 4, 4. קִבְּלוּ *Acceperunt*, Eſr. 8, 30. Aſt Eſth. 9, 26. eſt וְקִבֵּל, ו cum (ִ) alternante. קִבְּלוּ juxta קרי Sed literis retentis, non repugnante contextu, poteſt ſingularis optimè locum habere, ut ſit: קִיְּמוּ וְקִבֵּל הַיְּהוּדִים עֲלֵיהֶם Confirmarunt, *poſtquam ſuſceperat quisque* Judæorum ſuper ſe. Fut. וַיְקַבְּלֵם Ideo *accepit*, *ſuſcepit* eos, 1. Chron. 12, 18. גַּם אֶת־הַטּוֹב נְקַבֵּל מֵאֵת הָאֱלֹהִים וְאֶת־הָרָע לֹא נְקַבֵּל Etiam bonum *accipiemus* à Deo;

Deo; Et malum non *accipiemus*, Job. 2, 10. Imper. קַבֶּל־לָךְ׃ *Accipe* tibi, 1.Chron. 21, 11. Hiphil Particip. מַקְבִּילוֹת *Obverſa*, Ex. 26, 5.

1) Generatim ferè ſignificat *accipere*, ſive *manibus*, ſive *animo*, ſive *alio modô*. 2) Speciatim α) notat *accipere* tum *abſolutè*, ut veſtem, Eſth. 4, 4. ſanguinem, 2. Chron. 29, 22. tum *modificatè*, cum *affectu*, *lubentiâ*, *patientiâ* &c. à Deo immiſſa mala, Job. 2, 10. bona fide argentum & aurum ſacrum, Eſr. 8, 30. debitâ cum curâ correctionem, Prov. 19, 20. cum optione malum pœnæ, 1.Chron. 21, 11. β) *Suscipere amicè adventantes*, 1.Chron. 12, 18. *ſponte* inſtituta & juſſa alterius, Eſth. 9, 26. γ) *Obvertere*, *opponere*, forte, quia accipiens obverſus eſt ei, à quô accipit. Ita ſemel legitur Exod. 26. 5. de *loramentis*, quorum unum alteri *obverſum erat*.

קָבָל־ *Coram*; *Ex adverſo*. קָבָל־עָם *Coram* populo, 2. Reg. 15, 10. Cum Suff. קָבָלוֹ Pars ejus *adverſa*, Ezech. 26, 9. Sæpius in textu Ebraico non legitur.

קָבַע *Defraudavit*, *Spoliavit*; apud Arabes, *caput abdidit*, *texit*. וְקָבַע אֶת־קֹבְעֵיהֶם נָפֶשׁ׃ Et *ſpoliabit ſpoliantes* eos animâ, (vitâ) Prov. 22, 23. Fut. הֲיִקְבַּע Num *defraudet?* Mal. 3, 8.

1) Generatim ferè *tegendi* ſignificationem obtinere videtur quacunque etiam ratione fiat. 2) Speciatim α) dicitur de *occultis & tectis fraudibus*, notans *defraudare*, Mal. 3, 8. 9. β) Dicitur de *ſpoliatione* ſive occultè, ſive aperta vi fiat; unde ſignificat *ſpoliare* aliquem ſive *vitâ*, Prov. 22, 23. ſive *facultatibus*, Prov. 22, 23. Sæpius non legitur.

קוֹבַע m. *Galea*, à *tegendo* ſic dicta, quod eâ caput *tegi & abdi* ſolet, Ezech. 23, 24. קוֹבַע נְחֹשֶׁת *Galea* æris, i. e. ænea. Sæpius non occurrit. Aliàs eſt כּוֹבַע 1. Sam. 17, 5., quod per alternationem literarum כ & ק factum dicunt. Vid. cel. Danz. Lit. §. 2.

קֻבַּעַת f. *Fex*, *Feculentum* à *tegendo* dictum, quod *tegit fundum* vaſis. Bis ſaltem legitur Jeſ. 51, 17. 22. *Metaphoricè* deſignans *acerbiſſimas calamitates & ærumnas*.

קָבַץ *Collegit*, *Congregavit*, *Aggregavit*, *Comportavit*, *Coacervavit*, *Contraxit*. קָבַץ אֶת־כָּל־חֵילוֹ *Congregavit* totum exercitum ſuum, 1. Reg. 20, 1. Infin. לְקָבְצִי מַמְלָכוֹת Ad *colligere* me, i. e. ut *colligam* regna, Zeph. 3, 8. Fut. אֶקְבֹּץ *Congregabo*, Ezech. 22, 20. Niphal נִקְבַּץ *Collectus*, *Congregatus eſt*; *Collegit*, *Congregavit ſe*. נִקְבְּצוּ אֵלֵינוּ *Congregantur* ad nos, Joſ. 10, 6. Part. נִקְבָּצִים *Congregati*, Jer. 40, 15. Infin. בְּהִקָּבֵץ עַמִּים יַחְדָּו In *congregando* ſe, i. e. cum congregant ſe populi unà, Pſalm. 102, 23. Fut. תִּקָּבֵץ *Congregaberis*, Ezech. 29, 5. Piel קִבֵּץ *Collegit*, *Congregavit*. וְקִבֶּצְךָ Et *colliget* te, Devt. 30, 3. Infin. לְקַבֵּץ Ad *congregandum*, Job. 66, 18. וּבָעֵת קַבְּצִי אֶתְכֶם Et in tempore, quô *congregabo* vos, Zeph. 3, 20. Fut. אֲקַבֵּץ *Congregabo*, Jeſ. 56, 8. מִשָּׁם אֲקַבֶּצְךָ Exinde *congregabo*

eos,

Digitized by Google

eos, Neh. 1, 9. Pual Part. Fœm. מְקֻבֶּצֶת *Congregata*, Ezech. 38, 8. Hithpael הִתְקַבֵּץ *Congregavit* ſe. Fut. יִתְקַבְּצוּ *Congregabunt* ſe, Jeſ. 44, 11.

1) Generatim deſignat *collectionem eorum*, quæ *diſperſa* ſunt. Unde differt à verbo אָסַף, quod dicitur etiam de *re continuâ*. 2) Speciatim *α*) *propriè* dicitur tum de *animalibus*, tum de *rebus aliis*. De *animalibus* adhibitum, ſignificat *congregare*. Ita uſurpatur 1) de *hominibus*, vel *abſolutè*, prout Iſraelitæ congregabantur Mizbatham, 1. Sam. 7, 5. 7. ad Davidem, 2. Sam. 3, 21. 1. Chron. 13, 2. ad montem Carmel, 1. Reg. 18, 19. vel *modificatè*, connotatâ vel *gratiâ & favore*, prout adhibetur de reductione Iſraelitarum diſperſorum è gentibus, Devt. 30, 3. 1. Chron. 16, 35. Neh. 1, 9. Pſ. 106, 47. Jer. 23, 3. c. 40, 15. Ezech. 28, 25. Zach. 10, 10. de collectione, converſione & aſſociatione gentium ad Eccleſiam, Pſ. 102, 23. Jeſ. 43, 9. c. 49, 18. c. 56, 8. c. 60, 4. 7. Joel. 3, 11. vel irâ & indignatione, Ezech. 22, 19. 20. Zeph. 3, 8. Conf. Hoſ. 8, 10. ubi *Deus* comminatur, ſe Iſraelitas congregaturum, ut vinctos abducat & diſpergat inter gentes, ut omnes miſerè pereant; vel adhibitâ curâ & induſtriâ, Eſth. 2, 3. 8. Mich. 2, 12. 2) De *brutis*, Jeſ. 34, 15. De *rebus aliis* uſurpatum ſignificat *colligere*, *conſervare*, *comportare*, connotatâ *curâ & induſtriâ indefeſſâ*. Ita dicitur de ſollicitâ coacervatione *frumenti* per Joſephum, Gen. 41, 35. 48. de diligenti comportatione *prædæ* in unum locum, Devt. 13, 16. de laborioſâ collectione *opum*, Prov. 13, 11. c. 28, 8. item *argenti* ex omnibus urbibus Judæ, 2. Chron. 24, 15. *β*) *Impropriè* dicitur de *cumulatione iniquitatis variâ*, Pſ. 41, 7.

קִבּוּצִים m. pl. *Congregationes*, *Catervæ*. Semel occurrit cum Suff. קִבּוּצַיִךְ *Congregationes* tuæ, Jeſ. 57, 13.

קְבֻצָה f. *Congregatio*, *Collectio*. Semel legitur in Statu Conſtr. קְבֻצַת כֶּסֶף *Congregatio*, *Collectio* argenti, Ezech. 22, 20.

קָבַר *Terrâ operuit*, *Sepelivit*. וּקְבַרְתּוֹ Et *ſepelito* eum, 1. Reg. 2, 31. Particip. [וְאֵין קֹבֵר] Et non eſt *ſepeliens*, 2. Reg. 9, 10. Part. Paul קָבוּר *Sepultus*, 1. Reg. 13, 31. Infin. קָבוֹר תִּקְבְּרֶנּוּ *Sepeliendo* ſepelies eum, Devt. 21, 23. אַחֲרֵי קָבְרוֹ אֶת־אָבִיו Poſt *ſepeliviſſe*, i. e. poſtquam ſepeliverat Patrem ſuum, Gen. 50, 14. Fut. וְאֶקְבְּרָה מֵתִי Et *ſepeliam* mortuum meum, Gen. 23, 4. וַיִּקְבְּרוּ בְּקֶבֶר אַבְנֵר Et *ſepeliverunt* in ſepulchro Abner, 2. Sam. 4, 12. Niphal נִקְבַּר *Sepultus eſt*, Fut. אֶקָּבֵר *Sepeliar*, Ruth. 1, 17. תִּקָּבֵר בְּשֵׂיבָה טוֹבָה *Sepelieris* in canitie bona, Gen. 15, 15. Piel קִבֵּר *Sepelivit*. Infin. לְקַבֵּר Ad *ſepeliendum*, 1. Reg. 11, 15. Fut. תְּקַבְּרֵם *Sepelies* eos, Hoſ. 9, 6. Pual קֻבַּר *Sepultus eſt*, Gen. 25, 10.

קֶבֶר m. *Sepulchrum*, Gen. 23, 4. בְּקֶבֶר In *ſepulchro*, 1. Reg. 13, 31. Cum Suff. קִבְרִי *Sepulchrum* meum, Jer. 20, 17. Plur. קְבָרִים *Sepulchra*, Exod. 14, 11. In Statu Conſtr. קִבְרֵי דָוִיד *Sepulchra* Davidis,

dis, Neh. 3, 16. קְבָרֵינוּ *Sepulchra* noſtra, Gen. 23, 6. מִקְּבְרֵיהֶם Ex *ſepulchris* ipſorum, Jer. 8, 1. Fœm. לִקְבָרוֹת יוּבָל Ad *ſepulchra* deducetur, Job. 21, 32. In Statu Conſtr. קִבְרוֹת הַתַּאֲוָה *Sepulchra* deſiderii, Num. 33, 16. קִבְרֹתֶיךָ *Sepulchra* tua, 2. Reg. 22, 20. קִבְרֹתָיו *Sepulchra* ejus, Ezech. 22, 32.

קְבוּרָה f. *Sepultura, Sepulchrum.* Notat tum *ſepulturam* ſeu modum ſepeliendi, Jer. 22, 19. Eccl. 6, 3. tùm *locum ſepulturæ* ſeu *ſepulchrum*, Eccl. 6, 3. בִּקְבוּרָה In *ſepulchrô*, Jeſ. 14, 20. In Statu Conſtr. קְבוּרַת חֲמוֹר יִקָּבֵר *Sepultura* aſini ſepelietur, Jer. 22, 19. Cum Suff. קְבֻרָתָהּ *Sepulchrum* ejus, Gen. 35, 20. Ezech. 32, 23. 24.

קָדַד *Inclinavit, Incurvavit verticem verſus terram.* Fut. וָאֶקֹּד Et *inclinavi* me, Gen. 24, 48. More Chaldæorum factâ compenſatione in literâ abjectam præcedente, & punctô ordinariô ſub א retentô. Ita & in reliquis. וַיִּקֹּד Et *inclinavit ſe*, Gen. 24, 26. Exod. 12, 27. וַיִּקְּדוּ Et *inclinarunt ſe*, Gen. 43, 28. Exod. 4, 31.

1) Generatim ſignificat *inclinationem* vel *incurvationem capitis*, in cujuscunque honorem fiat. 2) Speciatim α) denotat *inclinationem* vel *incurvationem capitis*, quæ involvit *cultum religioſum ſoli Deo debitum*, Gen. 24, 26. 48. Exod. 4, 31. 1. Chron. 29, 20. 2. Chron. 20, 18. c. 29, 30. Neh. 8, 6. β) Notat *inclinationem* vel *incurvationem capitis*, quæ involvit *honorem vel reverentiam civilem creaturæ exhiberi ſolitam*, qualis exhibebatur Joſepho à fratribus, Gen. 43, 28. Angelo Domini à Bileamo, Num. 22, 31. Sauli à Davide, 1. Sam. 24, 8. ſpectro Samuelem mentienti à Saule, 1. Sam. 28, 14. Davidi à Bathſeba, 1. Reg. 1, 16, 31. Sæpius non legitur.

קָדְקֹד m. *Vertex*, ab *inclinatione* nomen habens, Devt. 33, 20. Cum Suff. קָדְקֳדוֹ *Vertex* ejus, 2. Sam. 24, 15.

1) Generatim notat *verticem.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *partem capitis*, ubi capilli diſcriminantur in utramque partem, Jeſ. 3, 17. quæ *imo pedis* opponitur, ut patet ex Devt. 28, 35. 2. Sam. 14, 25. Job. 2, 7. β) *Metaphoricè* a) eſt ſymbolum *regni*, Jer. 2, 16. & *Regis*, Devt. 33, 20. prout *vertex* ſuprema corporis pars eſt. β) *Extremæ partis terræ*, prout vertex eſt extremitas corporis, Jer. 48, 45. γ) *ferocis & arrogantis animi*, Pſal. 68, 22. juxta Muiſium.

קִדָּה f. *Caſia*, ſpecies *aromatis*, cujus mentio fit, Exod. 30, 24. Ezech. 27, 19.

קָדַח *Accendit, Accenſus fuit, Conflagravit.* אֵשׁ קָדְחָה בְאַפִּי Ignis *accenſus eſt* in irâ meâ, Devt. 32, 22. Jer. 15, 14. קְדַחְתֶּם *Accendiſtis*, Jer. 17, 4. Part. קֹדְחֵי אֵשׁ *Accendentes* ignem, Jeſ. 50, 11. Infin. כִּקְדֹחַ אֵשׁ הֲמָסִים Sicut *accendit* ignis ſtipulas, Jeſ. 64, 1.

1) Generatim *accendendi* ſignificationem obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *igne accendente & conſumente*, Jeſ. 64, 1. β) *Metaphoricè*

Digitized by Google

phoricè transfertur ad *iram divinam inſtar ignis ardentem*, ejusque *effectus*, qui ſunt decretum juſtitiæ & vindictæ divinæ, pœnæque graviſſimæ, Devt. 32, 22. Jer. 15, 14. c. 17, 4. Confer. Jeſ. 50, 11. ubi ſermo eſt de *graviſſima inferni pœna*. Sæpius non occurrit.

קַדַּחַת f. *Febris ardens*, quæ corpus *inflammat*, Lev. 26, 16. Devt. 28, 22.

אֶקְדָּח m. *Carbunculus*, nomen *lapidis pretioſi*, qui ſic dicitur, quod *ignis* ſpeciem refert. Semel legitur Jeſ. 54, 12.

קָדַם *Anteivit, Anteceſſit, Præivit, Præceſſit, Prævenit, Obvenit, Antevertit, Obviam venit.* קִדַּמְתִּי לִבְרֹחַ *Præveni* fugere, Jon. 4, 2. קִדְּמוּ אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל בַּלֶּחֶם וּבַמָּיִם *Antevenerunt* filios Iſraelis pane & aquâ, Neh. 13, 2. קִדְּמוּנִי *Prævenerunt* me, Job. 3, 11. Fut. אֲקַדֵּם *Præveniam*, Mich. 6, 6. תְּקַדְּמֶנּוּ בִּרְכוֹת טוֹב *Occurris* ei cum benedictionibus boni, Pſ. 21, 4. נְקַדְּמָה פָנָיו בְּתוֹדָה *Veniemus ante* facies ejus in confeſſione, Pſ. 95, 2. Hiphil הִקְדִּים *Prævenit, Prævenire* fecit. הִקְדִּימַנִי *Prævenit* me, Job. 45, 2. Fut. וְתַקְדִּים Aut *prævenire, obvenire facias*, Am. 9, 10.

1) Generatim *præventionem* deſignat, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim ſignificat α) *prævenire, connotato tempore*, **zuvor kommen/ ehe etwas geſchiehet oder vorgenommen wird.** Ita *David* Deum præveniebat precatione, antequam quicquid aggrediebatur, Pſal. 88, 14. *Iſrael* pœnitentiâ Deum prævenire jubebatur, ut, antequam puniret, eum ſibi propitium redderet, Mich. 6, 6. *Dies afflictionis* Jobum præveniebant, antequam vitæ curſum abſolveret, Job. 30, 27. β) *Antevertere aliquem officio & beneficiis*, Devt. 23, 5. Neh. 13, 2. Pſalm. 21, 4. Job, 41, 2. Jeſ. 41, 14. Ita *Deus* gratioſa protectione pios antevertit, Pſ. 59, 11. Pſ. 79, 8. Vid. Geier. in h. ll. Confer. Job. 3, 4. ubi genua obſtetricis Jobum *officio antevertiſſe* dicuntur, quando ſe ei ex utero materno prodeunti ſubjecerunt, eumque, ne in terram caderet, exceperunt. γ) *Præcedere loco, anteire, anteriorem locum occupare*, Pſ. 68, 26. Conf. Pſal. 89, 15. ubi per Metaph. veræ gratiæ divinæ documenta faciem Dei antecedere dicuntur. δ) *Prævenire robore, potentiâ & prævaleſcentiâ*, ob quam ſuccumbendum, pereundum. Ita *hoſtes Davidis* robore doloque eum præveniebant, 2. Sam. 22, 19. Pſal. 18, 19. Similiter *Deus* robore & potentia rabidos hoſtium impetus præveniebat, Pſal. 17, 13. ε) *Comparere alicubi* e.g. in locò ſacrorum conventuum, ubi Deus quaſi faciem ſuam exhibet, Pſal. 95, 2. Pſal. 119, 147. ζ) *Occurrere, obviam venire* notat ex conſequenti. Huc referunt Pſ. 21, 4. ubi tamen ſecunda etiam ſignificatio locum habere poteſt. η) *Obvenire*, Am. 9, 10.

קֶדֶם m. *Antiquitas, Æternitas; Antiquum, Priſcum; Antiquè, Ante, Pridem, Olim, Antrorſum; Oriens.* אֶל־אֶרֶץ קֶדֶם Ad terram *orientis*, Gen. 25, 6. מִקֶּדֶם Ab *oriente*, Gen. 2, 8. Cum ה locali

קֵדְמָה Verſus *orientem*, Gen. 25, 6. אֱלֹהֵי קֶדֶם Deus *antiquitatis, æternitatis*, Devt. 33, 27. בִּימֵי קֶדֶם In diebus *antiquitatis*, Pſal. 44, 2. קֶדֶם מִפְעָלָיו *Ante* opera ejus, Prov. 8, 22. אָחוֹר וָקֶדֶם צַרְתָּנִי *Retrò & ante* formaſti me, Pſal. 139, 5. כְּקֶדֶם Sicut *ante*, Jer. 30, 20.

1) Generatim importat *prioritatem*, quâ aliquid præcedit, vel prævertit aliud, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim ſignificat *a*) *prioritatem durationis* vel *temporis*. In hoc ſignificatu 1) adhibetur *nominaliter*, & denotat א) *æternitatem*, quæ *ſoli Deo* competit, Devt. 33, 27. Pſal. 55, 20. Hab. 1, 12. Mich. 5, 2. ב) *Antiquitatem longinquam*, tùm *primævam*, qualis eſt cœlorum, Pſ. 68, 34. montium, Devt. 33, 15. tùm *aliquot ſaltem ſeculorum præteritorum*, 2. Reg. 19, 25. Pſ. 44, 2. Pſ. 78, 2. Jeſ. 51, 9. 2) Abit in *particulas*, exprimens *tùm* Adverbia *pridem, olim, jam olim, antiquè*, Pſal. 119, 152. Jer. 30, 20. Thren. 5, 21. *tùm* Præpoſitionem *ante*, Prov. 8, 22. *b*) *Prioritatem* loci, & idem eſt ac *oriens*, vel *plaga orientalis*, quæ præ reliquis mundi plagis prius colluſtratur à ſole, & à fronte ſita eſt, Gen. 2, 8. c. 10, 30. c. 25, 6. c. 29, 1. Num. 23, 7. c. 34, 11. Joſ. 7, 2. Jud. 8, 11. Neh. 12, 46. Jeſ. 2, 6. &c.

קַדְמָה f. *Antiquitas; Antiquus ſtatus; Antequam.* In Statu Conſtr. שֶׁקַּדְמַת שָׁלַף יָבֵשׁ Quod, *antequam* diſtringitur, areſcit, Pſal. 129, 7. Cum Suff. לְקַדְמַתְכֶן Ad *antiquum ſtatum* veſtrum, Ez. 16, 55. קַדְמָתָהּ *Antiquitas* ejus, Jeſ. 23, 7. לְקַדְמָתָן Ad *antiquum ſtatum* ſuum, Ezech. 16, 55. Plur. כְּקַדְמוֹתֵיכֶם Juxta *antiquitates* veſtras, Ezech. 36, 11. Sæpius non occurrit.

קִדְמָה f. *Oriens, plaga mundi orientalis*, quaſi *anterior* dicta &c. Quater legitur in Statu Conſtr. קִדְמַת Gen. 2, 14. c. 4, 16. 1. Sam. 13, 5. Ezech. 39, 11.

קָדִים m. *Oriens*, Ezech. 43, 17. c. 44, 1. c. 46, 1. item *Eurus, Ventus Orientalis*, qui fuit ventus in terra Iſraelis vehementiſſimus & rapidiſſimus, ab *oriente* flans, item ſicciſſimus & graminibus inimiciſſimus, quæ ſubitò arefacit, arefactaque aufert, Ezech. 17, 10. c. 19, 12. Geneſ. 41, 6. 23. Exod. 10, 13. c. 14, 21. cum ה locali קָדִימָה Verſus *orientem*, ad *orientem*, Ezech. 11, 1. c. 45, 7. c. 47, 1.

קְדוּמִים m. pl. *Præventiones, Antiquitates.* Tantùm extat Jud. 5, 21. נַחַל קְדוּמִים Torrens *antiquitatum*, i. e. juxta R. D. Kimchium, Torrens, *qui ab antiquo ibi fuit, & ad hoc prælium olim quaſi creatus.* Sed quid obſtat, quo minus vertas: *Torrens præventionum* i. e. *rapidiſſimus*, qui, ut Seb. Schmidius interpretatur, *prævenit tranſitum tranſeuntium, eosque, antequam tranſiverint, ſua rapiditate ſubvertit & abripit, ſive homines, ſive equi, ſive currus fuerint, niſi qui vada noverint.*

קַדְמֹנִי m. *Antiquus, Antiquum; Orientalis.* מְשַׁל הַקַּדְמֹנִי Proverbium *antiquum*, 1. Sam. 24, 13. הַיָּם הַקַּדְמוֹנִי Mare *orientale*, Ezech. 47, 18.

47, 18. Plur. קַדְמֹנִים *Antiqui, Priores*, Job. 18, 20. Fœm. קַדְמֹנִיּוֹת *Antiqua, Priſca*, Jeſ. 43, 18. Mal. 3, 4.

1) Generatim dicit, *quicquid prius eſt alterô*, ſive *tempore*, ſive *locô*. Unde 2) ſpeciatim α) ſignificat *antiquum*. Ita dicitur de hominibus ſenioribus, Job. 18, 20. de proverbio, 1. Sam. 24, 13. de præteritis, Jeſ. 43, 18. de annis, Mal. 3, 4. de diebus, Ezech. 38, 17. β) Denotat *orientale*. Ita dicitur de porta templi verſus orientem ſita, Ez. 10, 19. c. 11, 1. de mari orientali, Ezech. 47, 18. Joel. 2, 20. Zach. 14, 8.

קַדְמֹנָה f. *Orientalis*. Semel occurrit, Ezech. 47, 8. אֶל־הַגְּלִילָה הַקַּדְמוֹנָה Ad terminum *orientalem*.

קָדַר *Obtenebratus, Obſcuratus, Atratus fuit, nigra caligine opertus fuit, Ater, Atratus, Pullatus inceſſit, Ater, Teter fuit.* וְקָדַר עֲלֵיהֶם הַיּוֹם Et *obtenebrabitur* ſuper iis dies, Mich. 3, 6. וְקָדְרוּ הַשָּׁמַיִם Et *atrati erunt* cœli, Jer. 4, 28. Part. קֹדֵר הִלַּכְתִּי Ater *ambulavi, inceſſi*, Job. 30, 28. Hiphil הִקְדִּיר *Obtenebravit, Obſcuravit, Atratum reddidit.* וְהִקְדַּרְתִּי אֶת־כֹּכְבֵיהֶם Et *obſcurabo, atratas reddam ſtellas* eorum, Ezech. 32, 7. Fut. וָאַקְדִּר Et *atratum reddidi*, Ez. 31, 15. Hithpael וְהַשָּׁמַיִם הִתְקַדְּרוּ Et cœli *obſcurati fuerunt*, 1. Reg. 18, 45.

1) Generatim notat *atrum eſſe*. 2) Speciatim α) *phyſicè* deſignat tum *nigrum colorem in facie*, aut totô corpore contractum, Job. 30, 24. tum *obſcurationem luminis*, quod *nigra* ſeu *atra* operitur caligine, prout legitur de *obſuratione* cœli, 1. Reg. 18, 45. item diei, Mich. 3, 6. Jer. 4, 28. ſolis & lunæ, Joel. 2, 10. c. 4, 15. Sed hîc tenendum, Prophetas hac loquendi formulâ uti in deſcriptione & prædictione *maximarum & graviſſimarum calamitatum*. β) *Impropriè* α) *Metaphoricè* eſt ſymbolum *malorum hominis morum*, Job. 6, 16. Vid. Seb. Schmid. 2) Per *Metonymiam ſigni* denotat *luctum & mærorem*, tùm quia lugentes *atrati* incedere, vel *atras veſtes* gerere ſolent; tùm quia *luctu & mærore* quaſi denigratur animus, & fugit ſplendor faciei, quæ obſcuratur, Job. 5, 11. Pſal. 35, 14. Pſal. 38, 7. Pſal. 42, 10. Pſal. 43, 2. Jer. 8, 21. Confer. Jer. 14, 2. ubi *atrata* dicuntur *portæ*, h. e. per *Metonymiam ſubjecti & adjuncti* Judices & Seniores.

קֵדָר *Kedbar*, nomen proprium α) *filii Iſmaelis*, Gen. 25, 13. 1. Chr. 1, 29. cujus *poſteri* abſque muro & urbe habitabant in tentoriis, inde *ſcenitæ* dicti; unde memorantur *tentoria Kedbar*, Pſal. 120, 5. Cant. 1, 5. Jeſ. 49, 29. 31. erant idololatræ, Jer. 2, 10. populoque Dei vehementer infenſi, Jeſ. 21, 16. 17. β) *Regionis Arabiæ*, Jer. 2, 10. Jeſ. 42, 11. c. 60, 7.

קַדְרוּת f. *Atror*. Semel extat Jeſ. 50, 3.

קְדֹרַנִּית *Atratè, Obſcurè*. Semel occurrit Mal. 3, 14. הָלַכְנוּ קְדֹרַנִּית Incedimus *atratè*, i. e. pullis veſtibus induti, qui habitus eſt lugentium.

קָדֵשׁ & קָדַשׁ *Paratus, Præparatus, Deſtinatus, Separatus fuit, Sacratus*,

tus, *Conſecratus*, *Sanctificatus eſt*, *Sanctus*, *Sacer eſt* vel *factus eſt*. קְדַשְׁתִּיךָ *Sanctus ſum*, Jeſ. 65, 5. קָדֵשׁוּ: *Sancta ſunt*, Num. 17, 2. Fut. יִקְדַּשׁ *Sanctificabitur*, 1. Sam. 21, 6. Niphal נִקְדַּשׁ *Sanctificatus eſt*. וְהָאֵל הַקָּדוֹשׁ יִקְדָּשׁ בִּצְדָקָה Et Deus ſanctus *ſanctificetur* in juſtitia, Jeſ. 5, 16. Infin. בְּהִקָּדְשִׁי בָכֶם Cum *ſanctificavero me ipſum* in vobis, Ezech. 36, 23. Fut. אֶקָּדֵשׁ *Sanctificabor*, Lev. 10, 3. Piel קִדֵּשׁ *Sanctificavit*, *Sacravit*, *Conſecravit*. *Reparavit*, *Reſtauravit ad ſanctum uſum*, *Præparavit*. וְקִדַּשׁ אֶת־רֹאשׁוֹ Ita *ſanctificabit* caput ſuum, Num. 6, 11. Infin. לְקַדֵּשׁ אֹתָם לְכַהֵן לִי Ad *ſanctificandum* eos, ut miniſteriò mihi fungantur, Exod. 29, 1. Fut. אֲקַדֵּשׁ *Sanctificabo*, Exod. 29, 24. Imper. קַדְּשׁוּ עָלָיו מִלְחָמָה *Sanctificate*, i. e. *præparate* contra eum bellum, Jer. 6, 4. Pual קֻדַּשׁ *Sanctificatus eſt*. Part. מְקֻדָּשׁ *Sanctificatus*, Ezech. 48, 11. צִוִּיתִי לִמְקֻדָּשָׁי Præcepi *ſanctificatis* meis, Jeſ. 13, 3. Hiphil הִקְדִּישׁ *Sanctificavi*, *Conſecravi* mihi omnem primogenitum, Num. 3, 13. Infin. הַקְדֵּשׁ הִקְדַּשְׁתִּי אֶת־הַכֶּסֶף לַיהוָה *Conſecrando conſecravi* argentum Domino, Jud. 17, 3. Fut. תַּקְדִּישׁ לַיהוָה *Sanctificabis* Domino, Devt. 15, 19. Hithpael הִתְקַדֵּשׁ *Sanctificavit ſe*, *Sanctificatus eſt*. וְהִתְקַדִּשְׁתֶּם Et *ſanctificatis vos*, Lev. 11, 44. Fut. הַנִּגָּשִׁים אֶל־יְהוָה יִתְקַדָּשׁוּ Appropinquántes ad Dominum *ſanctificabunt ſe*, Exod. 19, 22.

I) Generatim *ſeparationem* infert ab *actione*, *uſu* vel *ſtatu communi ac promiſcuo*; & *mancipationem ad functionem*, *uſum* vel *ſtatum peculiarem*, quicunque tandem fuerit; prout docet celeb. Dn. D. Danzius in Diſput. de Antiqv. Baptiſm. initiationis, p. 6. A quo non abeunt R. Salomo ad Devt. 22, 9. Bohlius in Diſp. I. de form. Majus in Supplem. Lex. Coccej. II) Speciatim α) *ſanctitatem* vel *ſanctificationem* infert, quæ arguit *ſeparationem* ab omni eô, quod non ſanctum eſt. Ita 1) in *Kal*, ſignificat *ſanctum eſſe*, diciturque tùm de *homine*, qui ſanctitatem præ aliis jactat, Jeſ. 65, 5. tùm de *re*, Exod. 29, 21. Lev. 6, 11. 2) Notat *ſanctificare*. Ita dicitur in *Piel* de *Deo*, ſanctificante homines juſtificando & renovando, Ex. 31, 13. Lev. 20, 8. c. 21, 8. Ezech. 20, 12. c. 37, 28. in *Hiphil* de *hominibus* Deum ſanctificantibus, ipſi credendo, confidendo, ſanctitatis & omnipotentiæ laudem ipſi tribuendo, &, quicquid ipſi in cultu religioſo & cultu placet, ſincerè præſtando, Num. 20, 12. c. 27, 14. Devt. 32, 50. Jeſ. 8, 14. c. 29, 23. 3) In *Piel* notat *ſanctè aliquid tractare*, *agere*, *peragere*. Ita homines jubentur *ſanctificare ſabbathum*, h. e. illud velut diem Deo ejusque cultui mancipatum, ſanctè peragere, verbum devotè audiendo & piè meditando, preces devotas ad Deum fundendo, Deo pſallendo, operaque cultum divinum impedientia intermittendo, Exod. 20, 5. Devt. 5, 12. Neh. 13, 22. Jer. 17, 22. Ezech. 20, 20. Sed *Deus ſabbathum ſanctificavit*; quando eum *ſibi*

Digitized by Google

ſuaque cultui conſecravit & deſtinavit. 4) In *Niphal* valet *ſanctificari*, prout idem eſt ac *ſanctum agnoſci, celebrari, ac coli; ſanctitatis, omnipotentiæ ac juſtitiæ gloriam obtinere; ſe ſanctum, juſtum, omnipotentem ac glorioſum oſtendere* &c. Ita dicitur de *Deo*, Exod. 29, 43. Lev. 2, 3. c. 22, 32. Jeſ. 5, 16. Ez. 20, 41. c. 28. 22. 25. c. 36, 23. c. 38, 16. c. 39, 27. 5) In *Hithpael* notat *ſanctificare* ſe. Ita dicitur tum de *homine*, quando vitam & actiones ſuas ſanctas facit, ſeque Deo mancipat, Lev. 11, 44. c. 20, 7. tum de *Deo*, quando ſe ſanctum oſtentat, Ezech. 38, 23. β) Deſignat *conſecrationem*, quia, quicquid *conſecratur*, ab actione, uſu vel ſtatu communi *ſeparatur*, & ad functionem, uſum vel ſtatum peculiarem *mancipatur*. Ita dicitur 1) de *hominibus*, nimirum α) de *Sacerdotibus*, qui à functionibus mundanis *ſeparati* omnem operam ſuam Deo ejusque cultui *mancipare* tenentur, Exod. 28, 3. 41. c. 29, 1. 33. 44. c. 30, 30. Lev. 8, 30. 1. Sam. 7, 1. Ezech. 48, 11. β) De *primogenitis*, qui ab aliis *ſeparati* Deo *mancipandi* erant, & quidem in *Piel*, Exod. 13, 2. ac in *Hiphil*, Num. 3, 13. γ) De *militibus*, qui ab aliis occupationibus ſeparati, ſolis negotiis militaribus vacare debent, in Piel, Jer. 51, 27. in Pual Jeſ. 13, 3. 2) De *vaſis*, quorum uſus à re quacunque profana excluditur, ſacris ſaltem operationibus mancipatus, Ex. 29, 36. 37. 44. c. 30. 29. c. 40, 9. 10. 11. γ) Notat *purificare*, quia res, quæ purificatur, ab immundicie contracta ſeparatur. Ita Bathſeba ab immundicie per concubitum contractâ ſe purificaſſe dicitur, 2. Sam. 11, 4. Confer. Lev. 15, 18. Quia verò ex communi Doctorum ſententiâ nulla contingit *purificatio*, niſi per *aquarum luſtrationem*, & חול gr. κοινὸν *illotum* denotat, Marc. 7, 2. inde ſupra laudatus Dn. D. Danzius l. c. vi naturæ oppoſitorum קדש idem fore colligit ac *lavare, luſtrare*, Exod. 19, 10. licet d. l. *luſtratio* in ſolà ſordium corporis purgatione haudquaquam conſiſtat. δ) Significat *deſtinare aliquid ad aliquam rem vel opus*, &c. quia, quod ad aliquid deſtinatur, ab altero *ſeparatur*, alterique *mancipatur*. Ita dicitur de *impiis* ad diem occiſionis deſtinatis, Jer. 12, 3. de hoſtibus ad deſtructionem urbis regiæ deſtinatis, Jer, 22, 7. ε) Notat *præparare*, quia præparando ſæpe res à rebus *ſeparantur*, Jer. 6, 4. ζ) Per Antiphraſin ſignificare dicitur *contaminare*. Qui enim aliquid rerum ſacrarum attingebat, quas ei non licebat tangere, *ſanctificari* dicebatur, i. e. reverà *contaminari, & coram Deo immundus eſſe*; Ceu colligit B. Glaſſius ex Exod. 29, 37. Lev. 6, 18. 27. Devt. 22, 9. Sed & hic ſignificatus ex formali ſignificatione *ſeparandi ortum* trahit, quia, qui contaminatus eſt, *ſeparatus eſt à mundo & puro*.

קָדוֹשׁ m. *Sanctus*. גּוֹי קָדוֹשׁ Gens *ſancta*, Exod. 19, 6. מָקוֹם קָדוֹשׁ Locus *ſanctus*, Lev. 6, 20. In Statu Conſtr. קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל *Sanctus* Iſraelis, 2. Reg. 19, 22. Cum Suff. קְדוֹשִׁי *Sanctus* meus, Hab. 1, 12. Plural. קְדוֹשִׁים *Sancti*, Lev. 11, 44. קְדֹשָׁיו *Sancti* ejus, Exod. 33, 3.

1) Ge-

Digitized by Google

1) Generatim notat *ſeparatum*. 2) Speciatim α) notat *ſanctum*, quia, qui ſanctus eſt, *ſeparatus eſt*, vel *eſſe debet ab omni immundicie & inquinamento*. Ita dicitur 1) de *Deo*, qui eſt ſanctus tùm ἐσιωδῶς & *eſſentialiter*, tum ἐνεργητικῶς & *effectivè*, propter ſanctificationem hominum; vocaturque *ſanctus* tàm *abſolutè*, Lev. 11, 44. 45. c. 19, 2. c. 20, 26. c. 21, 8. Joſ. 24, 19. 1. Sam. 6, 20. Pſ. 99, 9. Jeſ. 5, 16. quàm cum addito *Sanctus Iſraelis*, prout non ſolum eſt *ſanctus in ſe*, ſed etiam quatenus gentem Iſraeliticam ſanctificavit, ſibi addixit, & in peculium ſibi conſecravit, Jeſ. 1, 4. c. 5, 19. 24. c. 10, 20. c. 12, 6. c. 17, 7. c. 30, 11. 12. c. 31, 1. c. 37, 23. Vid. Jeſ. 41, 14. c. 48, 17. ubi dicitur de *Meſſiâ*. Sed Jeſ. 6, 3. dicitur de *Deo trinunô*. 2) De *Angelis bonis*, qui à cœtu malorum ſpirituum *ſeparati*, & Deo *mancipati ſunt*, Job. 5, 1. c. 15, 15. 3) De *hominibus*, qui per fœdus cum Deo initum à communi impiorum turbâ *ſeparati*, verbo ac ſacramentis regeniti, & Deo *mancipati ſunt*, quique per Meſſiæ ſanguinem à peccatorum ſordibus fide purgati, vitæ morumque puritatem ſectantur; adeoque *ſancti ſunt* tùm *ſanctitate* Chriſti per fidem ipſis *imputata*, tum ſanctitate *inhærente*, quæ ex fide velut radice originem ducit, & per ſtudium bonorum operum juxta normam verbi divini ſe exerit; Pſalm. 16, 3. Pſalm. 34, 10. Pſalm. 89, 6. 8. Vide Lev. 11, 44. 45. c. 19, 2. c. 20, 7. 26. c. 21, 6. ubi dicitur de *ſanctis*, qui ſancti ſunt tùm *ſanctitate ceremoniali*, tùm *morali*, quæ in mundicie à peccatis contra legem commiſſis conſiſtit. 4) De *re ſanctâ*, Prov. 9, 10. c. 30, 3. β) Significat *ſacrum*, *conſecratum*, quia, quod *Deo* conſecratum, mancipatum & proprium factum eſt, à communi aut communiori ſeparatum eſt. Sic dicitur de *gente Iſraeliticâ*, quæ à cæteris terrarum gentibus ſeparata, Deo conſecrata, & mancipata erat, Exod. 19, 6. Devt. 7, 6. c. 14, 2. de *Aarone*, qui erat conſecratus Deo, Pſ. 106, 16. de *Levitis*, Deo conſecratis & mancipatis, 2. Chron. 35, 3. de *locô*, Deo & ſacris functionibus dicato, Exod. 29, 31. Lev. 6, 9. 19. 20. c. 7, 6. c. 10, 13. c. 16, 24. c. 24, 9.

קֹדֶשׁ m. *Sanctitas*; *Res ſancta*; *Sanctum*, *Sacrum*. אַדְמַת קֹדֶשׁ Terra *ſanctitatis*, i. e. *ſancta*, Exod. 3, 5. אַנְשֵׁי קֹדֶשׁ Viri *ſanctitatis*, i. e. *ſancti*, Exod. 22, 30. בֵּין־קֹדֶשׁ לְחוֹל Inter *Sanctum* & commune, Exod. 22, 26. Cum Suff. שֵׁם קָדְשִׁי Nomen *ſanctitatis* meæ, i. e. *ſanctum* meum, Lev. 20, 3. Plur. קֳדָשִׁים & קֳדָשִׁים pro קֳדָשִׁים per alternationem. קֹדֶשׁ קֳדָשִׁים *Sanctum ſanctorum*, Exod. 26, 33. In Statu Conſtr. קָדְשֵׁי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Sancta* filiorum Iſraelis, Lev. 22, 15. Cum Suff. קֳדָשֶׁיךָ *Sancta* tua, Devt. 12, 26. קָדְשֵׁיהֶם *Sancta* eorum, Lev. 22, 16.

1) Generatim reſpicit *ſeparationem*, *à ſtatu* vel *uſu communi*, & *mancipationem ad ſtatum* vel *uſum peculiarem*, quicunque ſit. Unde 2) ſpeciatim α) notat *ſanctitatem*, quâ aliquid *ſeparatum* eſt ab eô, quod eſt *immundum*, *inquinatum*, *commune* &c. & quidem 1) *ſanctitatem Dei*, quæ im-

importat omnimodam voluntatis divinæ puritatem & rectitudinem, Ex. 15, 11. Pſ. 60, 8. Pſ. 89, 36. Am. 4, 2. Vid. Pſ. 51, 13. ubi dicitur de tertia perſonâ Trinitatis. 2) *Sanctitatem Angelorum bonorum*, quæ involvit perſeverationem eorum in bonitate concreata, & confirmationem in bonô, ut voluntati Creatoris ſe conformes gerant, nec mali fiant, Devt. 33, 2. 3) *Sanctitatem hominis*, quæ fidem & mentis puritatem à peccatis contra legem Dei commiſſis deſignat, Pſ. 96, 9. β) *Metonymicè* notat *ſanctum, conſecratum*, quod à rebus aliis ſeparatum, è cenſu profanorum exemtum, Deoque peculiariter conſecratum & mancipatum eſt. Ita opponitur חֹל *communi*, Lev. 10, 10. Ezech. 22, 26. In *Metonymicâ* acceptione dicitur α) de *Chriſtô*, qui vocatur קֹדֶשׁ קָדָשִׁים *Sanctus Sanctorum*, i. e. ſanctiſſimus, tùm *eſſentialiter*, ſanctitatem habens ex ſeipsô, infinitè & immutabiliter, tùm *ratione humanæ naturæ*, divinæ naturæ perſonaliter unitæ, tùm *quoad officium*, cui ex omnibus Adamigenis ſingulariſſimè eſt deſtinatus. β) De *populo Iſraeliticô*, qui à gentibus aliis ſeparatus, *Deo* mancipatus & conſecratus erat, 2. Chron. 24, 7. Pſ. 114, 2. γ) De *locô ſacrô*, 1) de *tabernaculo*, cujus duæ erant partes, locus ſcilicet ſanctus prior & intimum ſanctuarium, Exod. 28, 29. 35. Lev. 16, 2. 3. De *intimô ſanctuariô*, ubi arca fœderis repoſita erat, quod dicitur קֹדֶשׁ קָדָשִׁים Exod. 26, 33. 34. Num. 4, 4. 19. c. 18, 9. 10. 1. Reg. 6, 16. c. 7, 50. c. 8, 6. 2. Chron. 3, 8. 10. c. 5, 7. Ezech. 41, 4. 3) De *Hieroſolyma*, quæ dicitur ſancta ob cultum divinum, Deique præſentiam, Dan. 9, 24. 4) De *monte Sion*, qui *ſanctus* dicebatur, non *inhærenter*, ſed *relativè*, ob templum in eô exſtructum, & cultum divinum ibi celebrandum, Pſalm. 15, 1. Pſ. 43, 3. Pſ. 48, 2. Pſ. 99, 9. Joel. 2, 1. Ezech. 20, 40. 5) De *rebus aliis cultui divino deſtinatis*, tàm *animatis*, quàm *inanimatis*, quæ vocantur קֹדֶשׁ קָדָשִׁים ſcil. de *altari*, Exod. 29, 37. de vaſis tabernaculi, Exod. 30, 26. 29. de victimis pro delicto vel peccato offerendis, Lev. 7, 1. 6. c. 6, 18. 22. c. 10, 17. c. 14, 13. Num. 17, 9. 1. Chron. 23, 13. de ſuffitu, Exod. 30, 36. de mincha, Lev. 2, 3. 10. c. 6, 10. c. 10, 12. de panibus Propoſitionum, Lev 24, 9.

מִקְדָּשׁ m. *Sanctuarium*, Ex. 15, 17. In Statu Conſtr. מִקְדַּשׁ יְהוָה *Sanctuarium* Domini, Num. 19, 20. Cum Suff. מִקְדָּשִׁי *Sanctuarium* meum, Lev. 20, 3. Plur. מִקְדָּשִׁים *Sanctuaria, loca ſancta*, Ezech. 21, 7. In Statu Conſtr. מִקְדְּשֵׁי בֵית יְהוָה *Sanctuaria* domûs Domini, Jer. 51, 51. Cum Suff. מִקְדָּשֶׁיךָ *Sanctuaria* tua, Pſ. 74, 7.

1) Generatim notat *ſanctuarium*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *locum ſacrum*, cultui divino publico conſecratum ſive *tabernaculum*, Exod. 25, 8. Lev. 12, 4. c. 21, 12. Num. 10, 21. c. 18, 1. Pſalm. 68, 36. Pſalm. 73, 17. Pſ. 74, 7. ſive *templum*, 1. Chron. 28, 10. Jeſ. 63, 18. Jer. 17, 12. Jer. 51, 51. Thren. 1, 10. c. 2, 7. Ezech. 21, 2. 7. Dan. 8, 11. c. 9, 17. Sed Am. 7, 13. deſignat *templum idololatricum*, ſeu ſedem cultûs idololatrici à Jerobeamo inſti-

inſtituti. β) *Metaphoricè* 1) *Chriſtum*, in quô habemus omnem ſanctificationem, quæ per tabernaculum & templum, ejusqué ritus ſignificata fuit, Jeſ. 9, 14. 2) *Cœlum ejus majeſtaticum*, Pſ. 96, 6.

קָדֵשׁ m. *Meritorius*, *Cinædus*; ſic dictus, quod ab omni honeſtate & ſanctitate *ſeparatus*, ſe veneri & voluptatibus mancipat, Devt. 23, 18. 1. Reg. 14, 24. c. 22, 47. Plur. קְדֵשִׁים *Meritorii*, *Cinædi*, 1. Reg. 15, 12. 2. Reg. 23, 7. Job. 36, 14. Sæpius non legitur.

קְדֵשָׁה f. *Meretrix*, ita dicta, quod ab omni honeſtate *ſeparata*, ſe venereis voluptatibus mancipat & proſtituit, Gen. 38, 21. 22. Devt. 23, 18. Plur. קְדֵשׁוֹת *Meretrices*, Hoſ. 4, 14. Amplius non occurrit.

קָהָה *Obſtupuit*, *Hebetatus*, *Obtuſus fuit*. Fut. אָבוֹת אָכְלוּ בֹסֶר וְשִׁנֵּי בָנִים תִּקְהֶינָה Patres comederunt labruſcam; aſt dentes filiorum *hebetati ſunt*, i. e. Patres peccarunt, aſt filii luunt pœnas, Jer. 31, 29. 30. Ezech. 18, 2. Piel קֵהָה *Hebetavit*. אִם קֵהָה הַבַּרְזֶל Siquis *hebetaverit* ferrum, Eccl. 10, 10. Sæpius non occurit.

קָהַל *Congregavit*. Part. Fut. קֹהֶלֶת *Congregans*, *Eccleſiaſtes*. Eſt cognomen *Salomonis*, quod ſibi à *congregando* imponit, quia, ad ſe *congregare* vult unumquemque, cui ſalus ſua curæ cordique eſt, quique vanitatum pericula cavere nititur, niſi potius reſpexit ad חָכְמָה *Sapientiam*, quæ dicitur קֹהֶלֶת *Congregatrix*, quia *eloquiis ſuis* allexit atque congregavit non ſolum populares, ſed etiam exteros, 1. Reg. 4, 34. Occurrit ſaltem in Eccl. c. 1, 1. 2. 12. c. 7, 27. c. 12, 8. 9. 10. Niphal נִקְהַל *Congregatus eſt*. נִקְהֲלוּ *Congregati ſunt*, 2. Chron. 20, 26. Part. הַנִּקְהָלִים *Congregati*, Ezech. 38. 7. Infin. בְּהִקָּהֵל הָעֵדָה In *congregari*, i. e. cum congregaretur concio, Num. 17, 7. Fut. וַיִּקָּהֲלוּ Et *congregati ſunt*, Num. 16, 3. Hiphil הִקְהִיל *Congregavit*. אֵת כָּל־ הָעֵדָה הִקְהִילוּ Univerſam congregationem *congregarunt*, Num. 1, 18. בְּהַקְהִיל אֶת־הַקָּהָל Et in *congregare*, i. e. quando congregaveritis concionem, Num. 10, 7.

1) Generatim notat *congregare multitudinem*, quemcunque in finem fiat, diciturque ſaltem de *collectione hominum*, è diverſis locis in locum unum. 2) Speciatim α) dicitur de *congregatione totius populi*, Exod. 32, 1. Lev. 8, 3. Num. 1, 18. c. 10, 7. Devt. 4, 10. c. 31, 12. β) de *congregatione partis populi*, Num. 16, 1. Devt. 31. 28. γ) de *congregatione multitudinis alioquin conſentientis*, 2. Chron. 20, 26. Ezech. 38, 7. δ) de *hominum congregatione* vel *vocatione in jus*, Job. 11, 10. Vid. Sebaſt. Schmid. in h. l.

קָהָל m. *Congregatio*, *Cœtus*, *Collectio hominum*, *Concio*. קָהָל גָּדוֹל *Cœtus* magnus, 1. Reg. 8, 65. In Statu Conſtr. קְהַל יִשְׂרָאֵל *Concio* Iſraelis, 1. Reg. 8, 14. Cum Suff. קְהַלְכֶם *Congregatio* veſtra, Devt. 5, 22.

1) Ge-

1) Generatim notat *quamvis congregationem hominum.* 2) Specia-tim dicitur α) de *toto cœtu* populi Iſraelitici, Exod. 12, 6. Num. 16, 3. c. 20, 4. β) de *Eccleſiâ* ex Judæis & gentibus congregata, Pſ. 22, 23. Pſ. 40, 10. γ) de *cœtu piorum*, Pſ. 35, 18. Pſ. 89, 6. Pſ. 149, 1. δ) de *congregatione improborum*, Pſ. 26, 5. ε) de *multitudine hoſtium*, Jer. 50, 9. Ezech. 16, 40. c. 38, 15.

קְהִלָּה f. *Congregatio*, Neh. 5, 7. In Statu Conſtr. קְהִלַּת יַעֲקֹב *Congregatio* Jacobi, Devt. 33, 4. Sæpius non legitur.

מַקְהֵלִים m. pl. *Congregationes.* Semel extat Pſ. 26, 12.

מַקְהֵלוֹת f. pl. *Congregationes.* Tantùm occurrit, Pſ. 68, 27.

קוֹא *Vomere*, *Evomere.* Particip. Fœm. קָאָה *Evomens*, Lev. 18, 28. Imper. וּקְיוּ Et *evomite*, ubi (:) arguit tertiam radicalem ה Jer. 25, 27. Hiphil הֵקִיא *Evomuit.* וַהֲקֵאתוֹ Et *evomes* illud, Prov. 25, 16. Fut. תְּקִיאֶנָּה *Evomes* eam, Prov. 23, 18. וַיָּקֵא Et *evomuit*, Jon. 2, 11.

1) Generatim *evomendi* ſignificationem habet. 2) Speciatim α) *propriè* dicitur de *exonerationo ventriculi* per os, ubi cibus potusque ejiciuntur. Ita dicitur de melle rurſus per vomitum ejectô, Prov. 25, 16. de balæna Ionam evomente, Jon. 2, 11. β) *Metaphoricè* 1) deſignat *redditionem & compenſationem* opum alienarum, Job. 20, 16. beneficiorum, Prov. 23, 8. 2) *ejectionem incolarum* ex terra, Lev. 18, 28. c. 20, 22.

קִיא m. *Vomitus*, Jeſ. 28, 8. בְּקִיאוֹ In *vomitu* ſuô, Jeſ. 19, 14. Jer. 48, 26. Sæpius non legitur.

קֵא m. *Vomitus.* Semel occurrit. כְּכֶלֶב שָׁב עַל־קֵאוֹ Sicut canis redit ad *vomitum* ſuum, Prov. 26, 11.

קִיקָלוֹן m. *Vomitus ignominiæ*, ſeu *ignominioſus*, Hab. 2, 16. Eſt nomen compoſitum, conflatum ex קִיא *Vomitus*, & קָלוֹן *Ignominia.* Sæpius non occurrit.

קָאַת, קָאָת f. *Platea*, *Pelecanus*; à *vomendo* ſic vocatus, quia conchas jam abſorptas *revomit*, poſtquam calore ventris apertæ ſunt, ut ex iis eſculenta legat. Vid. Plin. lib. 10. c. 40. Lev. 11, 18. Jeſ. 34, 11. In Statu Conſtr. דָּמִיתִי לִקְאַת מִדְבָּר Similis factus ſum *plateæ* deſerti, Pſ. 102, 7.

קָוָה *Expectavit*, *Expectationem habuit*, *Præſtolatus eſt.* Part. pl. in Statu Conſtr. קֹוֵי יְהוָה *Expectantes* Dominum, Pſalm. 37, 9. קֹוֶיךָ *Expectantes* te, Pſ. 25, 3. Piel קִוָּה *Expectavit.* Conſtruitur interveniente ל vel אֶת. קִוְּתָה *Expectavit*, Pſ. 130, 5. Infin. קַוֵּה לְשָׁלוֹם *Expectare* pacem, Jer. 8, 15. קַוֹּה קִוִּיתִי יְהוָה *Expectando expectavi* Dominum, Pſ. 40, 2. Fut. אֲקַוֶּה *Expectabo*, Job. 17, 14. לֹא יְקַוֶּה לְאִישׁ Non *expectabit* virum, Mich. 5, 6. יְקַו לְאוֹר *Expectet lucem*, Job. 3, 9. ה per Apocopen reſectô. אֵלַי אִיִּים יְקַוּוּ Me inſulæ *expectabunt*, Jeſ.

Jeſ. 51, 5. Niphal נִקְוָה *Confluxit, Congregavit ſe, Congregatus eſt.* נִקְווּ אֵלֶיהָ *Confluent* ad eam, Jer. 3, 17. Fut. יִקָּווּ הַמַּיִם *Confluant, Congregent ſe* aquæ, Gen. 1, 9.

1) Generatim infert *motum & tranſlationem rei ad certum terminum*, qualiſcunque ſit. 2) Speciatim α) notat *congregare ſe ad certum locum.* Ita dicitur tum de congregatione *hominum*, Jer. 3, 17. tùm de *confluxu & congregatione aquarum* ad certum locum, Gen. 1, 9. β) *Metaphoricè* transfertur ad deſignandum *motum & inclinationem animi & voluntatis*, & idem eſt ac *magno animi deſideriô in aliquem intentum eſſe, & reſpicere, anxiè aliquem expectare, præſtolari.* Ita in *Kal* dicitur de *anxiâ expectatione & ardenti animi deſiderio*, quo homines pii feruntur in *Deum*, Pſ. 25, 3. Pſ. 37, 9. Pſ. 69, 7. Jeſ. 40, 30. c. 49, 23. Thren. 3, 25. In *Piel* de *intentâ expectatione*, quâ *Deus* expectabat fructus vineæ, Jeſ. 5, 4. *Jobus* ſtatum felicem, Job. 30, 26. *Jacobus* Meſſiam, Gen. 49, 18. *Mercenarius* mercedem, Job. 7, 2. *bello preſſi* pacem, Jer. 8, 15. c. 14, 19. *Meſſias patiens* ſolatium, Pſ. 69, 21. *pii* Deum, omni fiduciâ atque ſpe in eo repoſitâ, fore, ut opem præſtet, &c. Pſ. 25, 5. 21. Pſ. 27, 14. Pſ. 37, 34. Pſ. 40, 2. Prov. 20, 22.

קַו, קָו m. *Linea, Delineatio, Regula, Amuſſis, Filum menſorium*, quia linea vel delineatio *motu fit*; & juxta regulam amuſſim & filum menſorium motus dirigitur. מִי נָטָה עָלֶיהָ קָּו Quis extendit ſuper eam *lineam?* Job. 38, 5. קַו תֹהוּ *Linea* vaſtitatis, Jeſ. 34, 11. Cum Suff. קַוָּם *Linea* eorum, Pſ. 19, 5. Sed 1. Reg. 7, 23. Jer. 31, 39. legitur קָוֶה, literâ ה juxta Maſorethas redundante; ſed quid obſtat, quò minus legas קָוֶה, formæ נָוֶה?

1) Generatim notat *omne id, ad quod aliquid movetur, dirigitur, menſuratur* &c. Unde 2) ſpeciatim α) *propriè* ſignificat *funem* vel *filum menſorium*, quô utuntur Opifices, Geometræ & Architecti, ut ejus ductum ſequantur, 2. Chr. 4, 2. Job. 38, 5. Jeſ. 44, 13. Jer. 31, 38. Ez. 47, 3. Zach. 1, 16. β) *Metaphoricè* 1) tribuitur *Verbo Dei*, quod eſt inſtar *lineæ ac regulæ*, juxta quam homo vitæ rationem dirigere & menſurare tenetur, Jeſ. 28, 10. 13. 2) *Juſtitiæ & judicio Dei*, ad deſignandam ejus *veritatem & certitudinem*, Jeſ. 28, 17. 3) *Præconio creaturarum objectivô*, quod ut funiculus in ædificando extenditur, ita longe lateque quoque ſe diffundit, Pſ. 19, 5. 4) *Deſtructioni alicujus rei* 1. Reg. 21, 13. Jeſ. 34, 11. Thren. 2, 8. ut innuatur, eam à Deo, peccatorum juſtiſſimo vindice, tàm certò ac accuratè futuram eſſe, quàm certò & accuratè alias beneficio funiculi menſorii aut perpendiculi ædificia exſtrui ſolent. Confer. Glaſſii Rhetor. S. Tract. I. c. 12. 408. & ſeq.

מִקְוָה f. *Conceptaculum* confluentium aquarum. Semel legitur Jeſ. 22, 11.

מַקְוֵה m. *Netum*, *Filatum*, 1. Reg. 10, 28. pro quo 2. Chron, 1, 16. eſt מִקְוֵא.

מִקְוֶה m. *Exſpectatio*, *Spes*; *Confluens*, *Conceptatulum*, *Congregatio*. יֵשׁ מִקְוֶה לְיִשְׂרָאֵל Et *ſpes* Iſraeli, Eſr. 10, 2. In Statu Conſtr. מִקְוֵה יִשְׂרָאֵל *Spes* Iſraelis, Jer. 14, 8. מִקְוֵה הַמַּיִם *Congregatio* aquarum, Gen. 1, 10. Lev. 11, 36.

1) Generatim deſignat *id*, *ad quod aliquid movetur*, *dirigitur*, *transfertur* &c. Unde 2) ſpeciatim *α*) deſignat *ſpem* vel *expectationem* Metonymicè *acceptam*, h. e. *id*, ad quod *ſpes* vel *expectatio* dirigitur atque tendit. Ita adhibetur, 1. Chron. 29, 15. Inprimis ita dicitur de *Deo*, in quô ſperatur, & à quô omne bonum expectatur, Jer. 14, 8. c. 17, 13. c. 50, 7. *β*) Notat *collectionem* vel *receptaculum confluentium aquarum*, Gen. 1, 10. Exod. 7, 21. Lev. 11, 36.

תִּקְוָה f. *Funiculus*; *Expectatio*, *Spes*. יֵשׁ לִי תִקְוָה Eſt mihi *ſpes*, Ruth. 1, 12. Cum Suff. תִּקְוָתִי *Spes* mea, Job. 6, 8. תִּקְוָתְךָ לֹא תִכָּרֵת *Spes* tua non exſcindetur, Prov. 23, 18. In Statu Conſtr. וְתִקְוַת רְשָׁעִים תֹּאבֵד Sed *ſpes* impiorum peribit, Prov. 10, 28. תִּקְוַת חוּט הַשָּׁנִי *Funiculus* fili dibaphi, Joſ. 2, 18.

1) Generatim *motum* importat, vel reſpicit, qualiscunque ſit, & quacunque ſe exerat ratione. 2) Speciatim *α*) ſignificat *funiculum*, qui *motu* & *congregatione filorum* confici ſolet, Joſ. 2, 18. 21. *β*) Notat *ſpem*, prout 1) *propriè* deſignat *talem animi motum*, quô bona aliqua, quæ nondum obtinuimus, *expectamus*, Ruth. 10, 12. Job. 17, 15. Zach. 9, 12. 3) *Metonymicè* autem denotat *id*, *quod ſperatur*, vel *in quo ſpes reponitur*. Sic dicitur non ſolum de *Deo*, in quô ſperatur, à quo omne bonum expectatur, qui ſpei noſtræ fulcrum eſt, Pſ. 71, 5. Sed etiam de *aliis rebus & bonis*, quæ ſperantur & expectantur. Ita uſurpatur, quando *ſpes improborum perire & excindi* dicitur, i. e. bonum expectatum iis non obtingere adſeritur, Job. 8, 13. Prov. 10, 28. c. 11, 23. Ezech. 37, 11. contra ea verò *ſpes piorum non perire*, i. e. bonum expectatum iis obtingere perhibetur, Pſalm. 9, 19. Prov. 23, 18. c. 24, 14. Conf. Prov. 11, 7. Job. 14, 19. c. 6, 8.

קוּט *Faſtidire*, *Faſtidio* vel *tædio affici*, *Faſtidio eſſe*, vel *habere*, *cum tædio ferre*. Fut. אַרְבָּעִים שָׁנָה אָקוּט בְּדוֹר Quadraginta annos *tædiò affectus ſum* ab hac generatione, cum *tædiò tuli*, Pſal. 95, 10. יָקוּט כִּסְלוֹ *Faſtidit*, *abominatur* ſpem ſuam, Job. 14, 1. Niphal נָקֹט *Faſtidiò* vel *tædiò affectus eſt*, *Pertæſus eſt*, *Faſtidivit*. נָקְטָה נַפְשִׁי בְּחַיָּי *Pertæſa eſt* anima mea vitæ meæ, Job. 10, 1. pro נָקֹטָה, more verborum geminantium ſecundam, cum quibus quieſcentia Ajin quandoque formas permutare ſolent. Inde quoque eſt Dageſch in וְנָקֹטּוּ Et *faſtidient*, Ezech. 6, 9. quaſi radix eſſet קָטַט. וּנְקֹטֹתֶם בִּפְנֵיכֶם Et *faſtidietis*, & *tædio afficiemini* in faciebus veſtris, Ezech. 20, 43. c. 36, 31.

Hith-

Hithpael הִתְקוֹטֵט *Tædiô, Faſtidiô affectus eſt, Averſatus eſt.* וּבִתְקוֹמְמֶיךָ אֶתְקוֹטָט׃ Et inſurgentes contra te *averſor*, Pſ. 139, 21.

1) Generatim importat *averſationem rei alicujus* velut *putidæ & nauſeam parientis*. Vid. Pſ. 119, 158. Pſ. 139, 21. 2) Speciatim α) notat *faſtidire*, vel *tædiô alicujus rei teneri*. Ita *Jobi anima* tenebatur tædiô *vitæ*, Job. 10, 1. *improbi* ſui ipſorum, Ezech. 6, 9. conf. Ezech. 20, 43. c. 36, 31. β) *Cum tædio ferre*, Pſ. 95, 10.

קָט m. *Faſtidium*, Ezech. 16, 47.

קוּל قَالَ *Kala* ap. Arabes, *Sonuit, Dixit, Pronunciavit.*

קוֹל m. *Vox, Sonus, Sonitus, Strepitus, Concentus.* קוֹל יְהוָה *Vox* Dei, Gen. 3, 8. קוֹל הַשּׁוֹפָר *Sonus* tubæ, Jud. 18, 3. וַיִּשָּׂא עֵשָׂו קֹלוֹ וַיֵּבְךְּ Et ſuſtulit Eſavus *vocem* ſuam & flevit, Gen. 27, 38. Plur. קֹלוֹת *Voces, Soni, Tonitrua.* וְיִתֵּן קֹלוֹת וּמָטָר Et dabit *tonitrua* & imbrem, 1. Sam. 12, 17.

I) Generatim notat *ſonum*, ſive ſit *articulatus*, ſive *inarticulatus, rudis ac indigeſtus*, ſive ſit *rei animatæ*, ſive *inanimatæ* &c. II) Speciatim א) notat *vocem*, & *propriè* quidem α) *hominis*, 1) *loquentis*, Gen. 27, 22. 1. Sam. 24, 16. c. 26, 17. 2. Sam. 7, 10. 2) *Doctoris*, Jeſ. 40, 3. c. 52, 8. 3) *precantis*, Pſ. 3, 5. Pſ. 5, 4. Pſ. 77, 2. 4) *lætantis*, Pſ. 118, 15. Jer. 16, 9. c. 33, 11. 5) *flentis*, Gen. 21, 16. c. 45, 2. Pſ. 6, 9. 2. Sam. 19, 5. Jeſ. 65, 19. 6) *gementis*, Pſalm. 102, 6. 7) *militantium*, Exod. 32, 17. 18. 2. Reg. 7, 6. *fugientium*, Jer. 50, 28. β) *Bruti*, e. g. avis canentis, Pſal. 104, 12. columbarum, Nah. 2, 8. leonis, Am. 3, 4. Zeph. 11, 3. *Impropriè* autem *Dei*, 1) ad deſignandum *id, quod voce comprehenditur*, ſcil. *Dei doctrinam, voluntatem & mandatum*, Exod. 5, 2. Devt. 4, 30. c. 9, 23. c. 26, 17. c. 30, 2. 20. 1. Sam. 12, 14. Joſ. 24, 24. 2) ad innuendam *Dei efficacem vim, virtutem atque potentiam*, Pſ. 46, 7. Joel. 2, 11. ב) Significat *famam* de aliquô, Gen. 45, 16. Jer. 3, 9. ג) Notat *tonitru*, quod eſt *vox nubium*, Exod. 9, 28. Pſ. 29, 3. Jer. 10, 13. ד) Denotat *ſtrepitum* vel *ſonitum* pedum incedentium hominis, 1. Reg. 14, 6. 2. Reg. 6, 32. *equi*, Jer. 47, 3. alarum, Ezech. 1, 24. c. 10, 5. rotarum, Ezech. 3, 13 curruum, Joel. 2, 5. imbris validi, 1. Reg. 18, 41. aquarum multarum, Ezech. 1, 24. c. 43, 2. item inſtrumentorum, e. g. tubæ, Jer. 4, 19. c. 42, 14. Ez. 33, 4. citharæ, Ezech. 26, 13.

קוּם *Stare, Exiſtere, Conſiſtere, Subſiſtere, Surgere, Aſſurgere, Exſurgere, Inſurgere.* לֹא קָם נָבִיא Non *ſurrexit* Propheta, Devt. 34, 10. וְקָאם Et *exſurgit*, Hoſ. 10, 14. א per Epentheſin inſito. וְקָמוּ כָּל־נְדָרֶיהָ Et *ſtabunt* omnia vota ejus, Num. 30, 12. Infin. בְּקוּם In *ſurgere*, i. e. cum ſurget, Pſalm. 76, 10. Fut. אָקוּם *Surgam*, Job. 7, 4. וַיָּקָם קַיִן אֶל־הֶבֶל אָחִיו Et *inſurrexit* Kain adverſus Habelem fratrem ſuum, Gen. 4, 8. Piel קִיֵּם *Surgere* vel *ſtare fecit, Erexit, Stabilivit,*

vit, *Statuit*, *Statum reddidit*, *Præſtitit* ; Et intranſitivè *Inſurrexit*. כַּאֲשֶׁר קִיְּמוּ קִיַּם עֲלֵיהֶם Sicut *ſtabilivit*, *confirmavit* ſuper iis, Eſth. 9, 31. עַל־נַפְשָׁם *Statuerunt* ſuper anima ſua, i.e. ſuper ſe ipſis, Eſth. 9, 31. Infin. לְקַיֵּם Ad *ſtabiliendum*, Ruth. 4, 7. Fut. וָאֲקַיֵּמָה *Præſtabo*, Pſ. 119, 107. Sed Jeſ. 44, 26. אֲקוֹמֵם *Erigam*, Jeſ. 44, 26. Imper. קַיְּמֵנִי *Erige* me, Pſal. 119, 28. Hiphil הֵקִים *Surgere* vel *ſtare fecit*, *Statuit*, *Conſtituit*, *Reſtituit*, *Confirmavit*, *Suſcitavit*, *Exuſcitavit*, *Excitavit*, *Erexit*. הֵקִים יְהוָה לָהֶם שׁוֹפְטִים *Suſcitavit* Dominus iis judices, Jud. 2, 18. הֲקִמֹתִי אֶת־בְּרִיתִי *Erexi* fœdus meum cum iis, Exod. 6, 4. Infin. הָקֵם תָּקִים *Erigendo eriges*, Devt. 22, 4. Fut. וְאֶת־בְּרִיתִי אָקִים Veruntamen fœdus meum *erigam*, Geneſ. 17, 21. יְקִימֶנָּה *Præſtabit* illud, Num. 23, 19. Hophal הוּקַם *Erectum*, *Conſtitutum*, *Præſtitum fuit*. הוּקַם הַמִּשְׁכָּן *Erectum eſt* habitaculum, Exod. 40, 17. Hithpael הִתְקוֹמֵם *Inſurrexit*. Particip. מִתְקוֹמְמִי *Inſurgens* in me, Thren. 27, 7.

I) Generatim reſpicit *locum*, *qualiſcunque* demum ſit. II) Speciatim 1) notat *locum aliquem ſtabilem fixumque habere*, & α) idem eſt ac *ſtare*, *conſiſtere*, *ſubſiſtere*, ut 1) *propriè* importet *ſitum erecti in loco conſiſtentis*, h. e. *ſtationem* ; vel intranſitive in Kal, Neh. 9, 3. vel tranſitivè in Hiphil, Joſ. 4, 9. 2) *Impropriè*, & quidem א) *Metaphoricè* 1) deſignet *rei veritatem*, *firmitatem*, *ratificationem ac certitudinem*, ſi uſurpatur de *conſilio*, *decreto*, *cogitatione*, *verbo*, *voto*, *fœdere*, &c. ubi in *Kal* idem eſt ac *ſtare*, *firmum*, *ratum ac ſtabile eſſe*, *impleri*, *præſtari*, *effici* ; in Piel verò & Hiphil *ſtare facere*, *ratum facere*, *ſtabilire*, *confirmare*, *implere*, *præſtare*. Ita in *Kal* dicitur de conſilio, Prov. 19, 21. Jeſ. 14, 24. de verbo, Jeſ. 40, 8. Jer. 44, 28. de voto rato, Num. 30, 5. 6. 10. 13. de æſtimatione rei, Lev. 27, 14. 17. de cogitatione Dei, Jer. 51, 29 In Piel de verbo rato, Ruth. 4, 7. Ezech. 13, 6. de juramento, quod impletur & executioni datur, Pſalm. 119, 106. de inſtituto, Eſth. 9, 27. 29. 31. 32. In *Hiphil* de verbo promiſſionis implendo, 1. Sam. 1, 23. 1. Reg. 2, 4. c. 6, 12. 2. Chron. 6, 10. comminationis, 1. Reg. 12, 15. Dan. 9, 12. de voto, Num. 30, 14. 15. Jer. 44, 25. de fœdere, Gen. 6, 18. c. 17, 7. 2) Notet *Præſtationem & obſervationem legis*, Devt. 27, 26. 3) Denotet *oculorum caligationem*, quia in iis *ſiſtitur* videndi facultas, 1. Sam. 4, 15. 1. Reg. 15, 4. 4) Idem ſit ac *in judicio conſiſtere*, *examinis divini rigorem ſuſtinere*, Pſal. 1, 5. Mal. 3, 2. ב) *Metonymicè* α) innuat *victoriam* Joſ. 7, 13. Job. 19, 25. *Stare* enim eſt *vincentium*, *jacere* autem *devictorum*. β) Valeat *perſiſtere*, *durare*, *manere*, 1. Sam. 13, 14. c. 24, 21. γ) Notet *adſtare*, *aſſiſtere*, *opem ferre*, Pſ. 94, 16. 2) Significat *in loco agere ſeu movere*. In hac ſignificatione in *Kal* valet α) *ſurgere*, ut 1) *propriè* importet *motum cubationi* vel *ſeſſioni oppoſitum*, h. e. ſurrectionem, Gen. 19, 1. Eſth. 5, 9. Pſalm. 139, 2. 2) *Impropriè* & quidem א) *Metaphoricè* notet *exoriri* aut *ſuccedere*, Exod. 1, 8. Num. 32, 14. Devt. 34, 10. *emergere ex calamitate & ærumna & ad*

me-

meliorem ſtatum redire, Pſ.20, 9. Prov.24, 16. Jeſ.24, 20. Jer.25, 27. Am. 8, 14. Mich. 7, 8. ב) *Metonymicè* 1) deſignet *ſe ad aliquam actionem, conatum, opus aut negotium accingere parare*, involvatque *alacritatem* ad ſubeundam actionem, negotium, officium, Gen. 37, 35. Eſr. 3, 2. c. 5, 2. Neh. 2, 20. Confer. Joſ. 18, 4. Obad. 1. unde ejus Imperativus ſuſtinet vicem Adverbii *adhortandi* aut *accelerandi*, nempe *age, agite*, Gen. 28, 2. Exod. 32, 1. Num. 23, 18. Jud. 18, 9. 1. Reg. 19, 5. 7. c. 21, 7. Neh. 2, 18. Jeſ. 60, 1. Hæc metonymica ſignificatio ἀνθρωποπαθῶς ad *Deum* transfertur, ut innuatur ipſius *auxilium*, quod *piis* præſtat, vel *ultio*, quam in *improbis* exercet; Pſal. 7, 7. Pſal. 17, 13. Pſ. 44, 27. Jeſ. 30, 2. c. 33, 10. Conf. Am. 7, 9. ubi itidem *pœnam & ultionem divinam* deſignat. β) *Aſſurgere honoris cauſâ*, Lev. 19, 32. Job. 29, 8. γ) *Inſurgere*, connotans *hoſtilitatem*, ubi aliquis, poſtquam tenus hac quietè ſedere viſus eſt, nunc ruptâ pace adverſus alterum inſurgit, eumque vel linguâ, vel armis, vel aliô modô adoritur atque impugnat. Ita ſæpius legitur in *Kal*, & conſtruitur vel cum עַל Jud. 9, 17. Pſ. 3, 2. Pſ. 54, 5. Pſ. 68, 14. Pſ. 109, 28. aut cum אֶל Gen. 4, 8. cum ב Pſ. 27, 12. vel *abſolutè*, Præpoſitione ſubintellectâ, Pſ. 18, 40. 49, Pſ. 44, 6. Rarius adhibetur in *Hithpael*, ubi videtur idem eſſe ac *ſeipſum adverſus alterum excitare*, ubi aliquis, etiamſi non laceſſitus ab alterô, cauſam aggrediendi ſibi fingit, animumque, injuriarum umbris ſecum exaggeratis, contra alterum immeritò exacerbat, Job. 20, 27. c. 27, 7. Pſ. 17, 7. Pſ. 59, 2. δ) *Reſurgere*. Jeſ. 26, 19. In Hiphil notat α) *ſurgere facere è loco*, 2. Reg. 9, 2. Jeſ. 14, 9. β) *Suſcitare; naſci, oriri facere*. Ita dicitur de *ſobole* procreanda, Gen. 38, 8. Devt. 25, 7. de ſuſcitando Propheta, Devt. 18, 15, Jer. 29, 15. Am. 2, 11. Sacerdote fideli, 1. Sam. 2, 25. Paſtore, Jer. 23, 4. Ezech. 34, 23. Rege, 1. Reg. 14, 14. de malo pœnæ inferendo, 1. Sam. 3, 12. 2. Sam. 12, 11. γ) *Excitare, Impellere*, Hab. 1, 6. Am. 6, 14. δ) *Erigere*. Ita dicitur 1) de *erectione rerum animatarum*, præſupponens propriè *lapſum* vel *cubationem* hominis, Eccl. 4, 10. bruti, Devt. 22, 4. impropriè *ſtatum humilem, ſortem abjectam & miſeram*, è quâ homo evehitur in ſtatum ſubliniorem & meliorem, &c. 1. Sam. 2, 8. Pſ. 113, 7. Am. 5, 2. 2) de *erectione rerum inanimatarum*, e. g. tentorii, Ex. 26, 30. c. 40, 2. Num. 9, 15. altaris in cultum *Dei* tum *veri*, 1. Chron. 21, 18. tum *falſi*, 1. Reg. 16, 32. 2. Reg. 21, 3. 2. Chr. 33, 3. ſtatuæ, Devt. 16, 22. columnarum, Ex. 40, 18. 1. Reg. 7, 21. lapidum, Devt. 27, 2. ε) *Conſtituere*, Regem, Devt. 28, 36. cuſtodes, Joſ. 7, 19. ſpeculatores, Jer. 6, 17. populum, Devt. 28, 9.

קִים m. *Subſtantia*. Semel occurrit Job. 22, 20. קִימָנוּ *Subſtantia* noſtra. Ita Mercerus, Coccejus & alii. Sed Seb. Schmidio eſt *verbum* in Hiphil intranſitive ſumtum, Præformativô per Aphæreſin ablatô, pro הֲקִימָנוּ, ut ſenſus ſit: *Annon excinditur, qui inſurgit contra nos?*

קִימָה f. *Surrectio.* Semel legitur cum Suff. קִימָתָם *Surrectio eorum*, Thren. 3, 63.

קָמָה f. *Seges adhuc ſtans & in culmum erecta*; Stehend Korn/ Ex. 22, 5. Devt. 16, 9. Jud. 15, 5. 2. Reg. 19, 26. Jeſ. 17, 5. c. 37, 27. Hoſ. 8, 7. in Statu Conſtr. קָמַת Devt. 23, 25. 26. Plur. קָמוֹת *Segetes*, Jud. 15, 5.

קוֹמָה f. *Statum*, Ezech. 31, 10. *Altitudo*, Exod. 27, 18. In Statu Conſtr. קוֹמַת אֲרָזָיו *Altitudinem* cedrorum ejus, i. e. altiſſimas cedros ejus, Jeſ. 37, 24. Cum Suff. קוֹמָתוֹ *Altitudo* ejus, Exod. 25, 10. וַיִּפֹּל מְלֹא־קוֹמָתוֹ אַרְצָה Ceciditque plenitudine *ſtaturæ* ſuæ in terram, 1. Sam. 28, 20.

1) Generatim reſpicit *omne id, quod erectum ſtat.* Inde 2) non ſolum denotat *altitudinem rei erectæ*, e. g. cedrorum, 2. Reg. 19, 23. Jeſ. 37, 24. columnæ, 1. Reg. 7, 15. 2. Reg. 25, 17. coronæ, 1. Reg. 7, 16. 2. Reg. 25, 17. Jer. 52, 22. rotæ, 1. Reg. 7, 32. arcæ fœderis, Exod. 25, 10. c. 37, 1. menſæ, Exod. 25, 23. c. 37, 10.; ſed etiam *ſtatumm hominis*, 1. Sam. 16, 7. c. 28, 20. Jeſ 10, 33.

קוֹמְמִים m. pl. *Inſurgentes, Adverſarii.* Semel legitur 2. Reg. 16, 7. הַקּוֹמִים עָלָי Qui *inſurgunt* contra me.

קוֹמְמִיּוּת f. *Erectio.* Semel legitur Lev. 26, 13. וָאוֹלֵךְ אֶתְכֶם קוֹמְמִיּוּת Et ire feci vos (in) *erectione*, i. e. *erectè.*

יְקוּם m. *Subſiſtens, Subſtantia, eaque viva*; quod *ſtat, quod vivit.* Tantum extat Gen. 7, 4. 23. Devt. 11, 6.

מָקוֹם c. in ſing. ſed m. ſæpius. *Locus*, ſic vocatus, quod res condita in eô *ſubſiſtat.* מָקוֹם לָנוּ לָלִין *Locus* nobis (eſt) ad pernoctandum, Gen. 24, 23. בְּכָל־מָקוֹם In omni *locô*, Mal. 1, 11. In Statu Conſtr. אֶל־מְקוֹם הַמִּזְבֵּחַ Ad *locum* altaris, Gen. 13, 4. Cum Suff. מְקוֹמִי *Locus* meus, Gen. 30, 25. Plur. מְקֹמוֹת *Loci, Loca*, Devt. 12, 2. Cum Suff. מְקוֹמֹתֵיכֶם *Loca* veſtra, Am. 4, 6.

1) Generatim notat *locum*, ſive *propriè*, ſive *impropriè.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *ſpacium, in quô eſt locatum*, ſeu *in quô ſtatur, cubatur*, vel in *quô eſt & detinetur aliquid.* Ita dicitur de *locô captivorum*, Gen. 39, 20. c. 40, 3. ſpectantium, Job. 34, 26. altaris, Gen. 13, 4. arcæ fœderis, 1. Reg. 8, 7. 2. Chron. 5, 8. cineris, Lev. 1, 16. ſanguinis, Lev. 14, 28. templi, 1. Reg. 29, 35. &c. β) *Metaphoricè* tribuitur *Deo*, quia cuncta inſtar loci, potentiæ & providentiæ ſuæ ambitu complectitur. *Locus ſanctitatis* ejus deſignat *regnum cœlorum*, Pſ. 24, 3. *Ex locô egredi* dicitur, quando præſentiam ſuam illuſtri atque eximiô aliquô opere demonſtrare vult, Jeſ. 26, 21. Mich. 1, 3. Ad *locum autem ſuum redire* dicitur, cum gratiam ſuam ſubtrahit, & in pœnis, quas ex juſtô judiciô peccatoribus immittit, ſe quaſi occultat, Hoſ. 5, 15.

אַלְקוּם m. *Invictus, Victorioſus*, adverſus quem non datur *ſtare*, vel *ſurgere*, Prov. 30, 31. Eſt compoſitum ex אַל & קוּם.

תְּקוּמָה

תְּקוּמָה f. *Reſurrectio.* Legitur ſaltem Lev. 26, 37.

קון *Lamentari.* Sed in *Kal* non eſt uſitatum; in Piel קוֹנֵן *Lamentatus eſt, Deploravit.* וְקוֹנְנוּ עָלַיִךְ Et *lamentum facient* ſuper te, Ez. 27, 32. וְקוֹנְנוּהָ Et *deplorabunt* eam, Ezech. 32, 16. Fut. וַיְקֹנֵן דָּוִד אֶת־הַקִּינָה הַזֹּאת Poſtea *lamentatus eſt* David hanc lamentationem, 2. Sam. 1, 17. Vid. c. 3, 33. 2. Chron. 35, 25. תְּקוֹנֵנָּה אוֹתָהּ *Lamentabuntur* eam, Ezech. 32, 16. Part. F. pl. מְקוֹנְנוֹת *Lamentatrices*, Jer. 9, 16.

קִינָה f. *Lamentatio, Lamentum, Leſſus.* שָׂא קִינָה עַל־מֶלֶךְ Tolle *lamentum* ſuper Regem, Ezech. 28, 12. Vide Jer. 7, 29. c. 9, 9. 20. Ezech. 10, 1. 14. c. 26, 17. c. 27, 2. 32. c. 32, 2. 16. Am. 5, 1. Plur. קִינוֹת *Lamentationes*, Ezech. 35, 25. בְּקִינוֹתֵיהֶם In *lamentationibus* ſuis, 2. Chron. 35, 25. Sed Ezech. 2, 10. eſt קִינִים *Lamentationes.*

קוס *Succidi.* In Kal non occurrit. Piel קוֹסֵס *Succidit.* Semel occurrit in Futurô, Ezech. 17, 9. יְקוֹסֵס פִּרְיָהּ *Succidet* fructum ejus.

קוף *Circumire, Circumdare, Circumagere*; Coincidit cum יקף. Inde eſt

קוֹף m. *Simia*, ab *ambiendo & circumdando* nomen trahens. Plur. קוֹפִים *Simiæ*, 1. Reg. 10, 22. 2. Chron. 9, 21.

תְּקוּפָה f. *Circumactio, Revolutio, Circulus, Converſio.* In Statu Conſtr. תְּקוּפַת הַשָּׁנָה *Revolutio* anni, Exod. 34, 22. 2. Chron. 24, 23. Cum Suff. וּתְקוּפָתוֹ Et *revolutio* ejus, Pſ. 19, 7. Plur. לִתְקֻפוֹת הַיָּמִים Intra *recurſus* dierum, i. e. annum, 1. Sam. 1, 20. Sæpius non legitur.

קוץ *Tædere, Tædiô affici, Nauſeare, Faſtidire*; ubi conſtruitur cum Præpoſ. ב & מִפְּנֵי *Anguſtiâ afficere, Infeſtare, Vexare*; *Æſtivare*, ex ſignificatione nominali. נַפְשֵׁנוּ קָצָה בַּלֶּחֶם Anima noſtra *faſtidit* panem illum, Num. 21, 5. וְקָץ עָלָיו הָעַיִט Et *æſtivabit, æſtatem aget* ſuper eo volatile, Jeſ. 18, 6. קַצְתִּי בְחַיַּי *Tædet* me vitæ meæ, Gen. 27, 46. Fut. וָאָקֻץ בָּם Ideô *faſtidivi* eos, Lev. 20, 23. וּנְקִיצֶנָּה *Anguſtiâ afficiemus, infeſtabimus, vexabimus* eam, Jeſ. 7, 6. Hiphil הֵקִיץ *Evigilavit, Experrectus* eſt. לֹא הֵקִיץ הַנָּעַר Non *experrectus* eſt puer, 2. Reg. 4, 31. הֱקִיצוֹתִי *Evigilavi*, Pſ. 3, 6. Fut. אָקִיץ *Expergiſcar*, Prov. 23, 35. Infin. בְּהָקִיץ In *expergiſci*, i. e. cum expergiſcar, Pſalm. 17, 15.

I) Generatim inferre videtur *aliquam rei averſationem*, qualiscunque ea demum ſit. II) Speciatim 1) in *Kal* α) infert *nauſeam & tædium*, quô aliquid averſamur, abominamur, deteſtamur, & ſi ratio vocis conjugatæ קוץ habetur, deſignat *tædium gravius*, quale eſſe ſolet à ſpinis pungentibus. In hoc ſignificatu valet *nauſeare, tædere, nauſeâ* vel *tædiô affici*, aut *teneri* &c. Ita tribuitur *a*) *hominibus*, quos tenet nauſea vel tædium *vitæ*, Gen. 27, 46. *manna*, Num. 21, 5. *terra*, Jeſ. 7, 16. *b*) *Deo*,

qui

qui tenetur nauſeâ & averſatione *improborum*, Lev. 20, 23. β) Importat *moleſtiam*, quâ affecti rem aliquam averſari ſolemus, & idem eſt ac *ægrè & moleſte ferre aliquid, malè habere, & in anguſtiis eſſe propter aliquid*, Exod 1, 12. Num. 21, 3. 1. Reg. 11. 25. Prov. 3, 11. 2) In Hiphil α) ſemel ſignificat *anguſtare, divexare, infeſtare*; quia, quicquid anguſtamus, divexamus, infeſtamus, id *averſamur*, Jeſ. 7, 6. β) Notat *evigilare, expergiſci*, ſignificatione petitâ à radice יָקַץ. Multa enim verba imperfecta ſub formis diverſis unam eandemque ſignificationem retinent. Vid. ſumme Rev. Dn. D. Danz. lit. §. 43. Obſerv. 3. Adhibetur autem α) *propriè*, inferens *ſomni naturalis ceſſationem*, ubi homo ad ſolitas vigilantium operas revertitur, liberis ſenſuum ſomnô ligatorum functionibus, Pſ. 3, 6. Pſ. 73, 20. Pſ. 139, 18. Prov. 6, 22. Jeſ. 29, 8. β) *Metaphoricè*, deſignans *ceſſationem ſomni mortis*, qua quis ex morte reſuſcitatur, & ad vitam reducitur, 2. Reg. 4, 31. Job. 14, 12. Pſ. 17, 15. Jeſ. 26, 19. Dan. 12, 2. γ) Ἀνθρωποπαθῶς *Deo* tributum, notat *poſt aliqualem auxilii ſubtractionem, quâ inſtar dormientis Deus viſus eſt non audire* vel *curare pios, opem ferre afflictis, affligentesque eos graviter punire*, Pſalm. 35, 23. Pſalm. 44, 24. Pſalm. 59, 6.

קַיִץ m. *Æſtas*, quæ juxta Pagninum, Buxtorffium & Schindlerum ſic dici putatur, quia *terræ naſcentia expergiſci facit, quæ per hiemem quaſi ſopore demerſa videbantur*; vel, quia juxta Coccejum æſtus facit homines malè habere. Guſſetius deducit à קָצָה *Secuit, ſuccidit*, ut ſit ad formam קַן, radicis קָנָה. *Fructus æſtivi.* כָּלָה קַיִץ Finita eſt *æſtas*, Jer. 8, 20. בֵּית הַקַּיִץ Domus *æſtatis*, i. e. *æſtiva*, Am. 3, 15. Cum Suff. עַל־קֵיצֵךְ Super *æſtate* tua, i. e, fructibus æſtivis, Jeſ. 16, 9.

1) Generatim notat *æſtatem*, ſive *propriè*, ſive *impropriè*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *æſtivum tempus*, Pſ. 32, 4. Pſ. 74, 17. Prov. 6, 8. c. 10, 5. c. 26, 1. c, 30, 25. Jeſ. 28, 4. Jer. 8, 20. β) *Metonymicè* deſignat *fructus æſtivos*, qui ſiccantur; *fructus humidos & ſiccos*, ut ficus, pruna, 2. Sam. 16, 1. Jeſ. 16, 9.

קוֹץ m. *Spina*, forte à *tædiô*, quô hominem *pungendo* afficit, ſic dicta, Gen. 3, 18. Plur. קֹצִים *Spinæ*, Exod. 22, 5. In Statu Conſtr. קוֹצֵי הַמִּדְבָּר *Spinæ* deſerti, Jud. 8, 7. 16.

1) Generatim *tædium & moleſtiam* importat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſpinam*, quæ pungit & dolore afficit, Gen. 3, 18. Exod. 22, 5. Jud. 8, 7. 16. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *mala*, tùm *moralia*, h. e. *vitia & prava opera*, Jer. 4, 3. ubi *inter ſpinas ſeminare* dicuntur, qui hypocriticam pœnitentiam agunt, peccatisque prioribus alia addunt; tum *alia*, Jer. 12, 13. ubi *ſpinas metere* dicuntur, *qui ſpe ſua excidentes pro bonis expectatis mala recipiunt*. Confer. Jeſ. 33, 12. ubi eſt ſymbolum *ſubiti excidii*, Jeſ. 33, 12. β) *Homines malos noxios & moleſtos*, qui inſtar ſpinarum alios pungunt, lædunt, affligunt &c. 2. Sam. 23, 6. Speciatim *hoſtes*, Ezech. 28, 24.

קוֹץ m. *Koz*, nomen proprium *Sacerdotis* ſeptimæ ſortis, Eſr. 2, 61. Neh. 7, 63.

קִיצוֹן m. *Extremus*, vide in קָצָה.

קְוֻצּוֹת pl. f. *Capilli*, *Cincinni*, forte ſic dicti, quod ſi copioſiores & denſiores ſunt, capiti *moleſtia* ſunt. Sed Coccejus & Guſſetius referunt ad radicem קצץ ita ut à *ſecando* nomen trahant. Legitur ſaltem, Cant. 5, 2. 11.

קוּר *Fodere*, *Effodere*, propriè *venam aquæ*. קַרְתִּי *Fodi*, 2. Reg. 19, 24. Jeſ. 37, 25. Hiphil הֵקִיר *Manavit*, *Eructavit*, *Ebullivit*, *Scaturire fecit*. Præt. cum Infin. כְּהָקִיר בּוֹר מֵימֶיהָ כֵּן הֵקֵרָה רָעָתָהּ Sicut *eructat*, *ebullit* puteus aquas ſuas, ita *ebullit* illa malitiam ſuam, Jer. 6, 7. Sæpius non occurrit.

קֹר m. *Frigus*, vide in קרר

קוֹרָה f. *Tignum*, *Trabs*, vide in קרה.

קוּרִים m. *Telæ araneæ*, quibus ut Guſſetius ait, *hoc peculiare eſt*, quod meditullio multa fila ex ſe uno undiquaque fundente imago ſint fontis fœcundi, rivulos de ſe in omnes partes emittentis. Teſte Brixiano ſunt, qui deducunt à קָרָה eo modo, quo & קוֹרָה *Trabs*, *Tignum*, quod *fila aranei invicem occurrunt*, vel quod inde *occurrunt muſcis amnei*, vel tandem *quod trabibus telas involvant*, *quo ſint illis loco domûs*, *civitatisque*. Sed quia verba לה talem formam non exhibent, dixerim, ſignificationem quidem petitam eſſe à קרה, formam autem à קור, quia quamplurima verba imperfecta ſub formis diverſis unam eandemque ſignificationem retinere ſolent. Tantum bis legitur. In Statu Conſtr. קוּרֵי עַכָּבִישׁ *Telæ amneæ*, Jeſ. 59, 5. Cum Suff. קוּרֵיהֶם *Telæ* eorum, Jeſ. 59, 6. In utroque autem loco *Metaphoricè* adhibetur, ad *pravorum conatuum vanitatem* deſignandam.

מָקוֹר m. *Scatebra*, *Scaturigo*, *Fons*, *Profluvium*. מָקוֹר נִפְתָּח *Fons* apertus, Zach. 13, 1. In Statu Conſtr. מְקוֹר חַיִּים *Fons* vitæ, Prov. 16, 22. Cum Suff. וְהוֹבַשְׁתִּי אֶת־מְקוֹרָהּ Et areſaciam *ſcaturiginem* ejus, Jer. 51, 26.

1) Generatim notat *ſcatebram* ſeu *fontem*, ſive *propriè* ſive *impropriè*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſcaturiginem*, unde perennes emanant aquæ, & in rivulos ſe diffundunt. Ita raro occurrit. Prov. 25, 26. mentio fit *ſcaturiginis corruptæ*, vel *perditæ*, quæ obturatur, vel rebus ſordidis injectis inficitur, vel aliâ quacunque ratione diſſipatur, ut inde aquæ non amplius ebulliant, aut, ſi ebulliant, non amplius proſint. β) *Metaphoricè* 1) transfertur ad *res*, quæ copioſè aliquem humorem emittunt, e. g. ad matricem mulieris, quæ eſt ſcaturigo ſanguinis menſtrui, Lev. 12, 7. c. 20, 18. ad oculum, qui eſt ſcaturigo lacrymarum copioſè & ſine fine ebullientium, Jer. 8, 23. 2) ad *res*, quæ inſtar ſcaturiginis, omnis generis ſuavitates & utilitates fundunt atque emittunt. Ita α) *abſolutè* dicitur *honeſta conjux*, quæ perennes amorum ac deliciarum

 aquas

Digitized by Google

aquas ſcaturire facit, & inſtar vivi fontis prolem in mariti gaudium emittit, Pr. 5, 18. *β) cum addito* 1) *fons vitæ* dicitur *os juſti*, quia ex eo velut ex perenni ſcatebra, verba vitæ tàm naturali ac civili, quàm ſpirituali proficua emittuntur, Pr. 10, 11. *Informatio ſapientis*, quia inſtar vivi fontis ſuaviſſimos veritatis & vitæ rivulos fundit, Prov. 13, 14. *timor Domini*, quia pius inde haurit vitam naturalem, ſpiritualem & æternam, imò omnis generis bona, Prov. 14, 27. *intelligentia* ſeu *eruditio*, quia exinde velut ex inexhauſto fonte omnis generis bona conſilia, monita, informationes &c. quæ vitam hanc ſuaviorem, tranquilliorem & feliciorem reddunt, quotidie ebulliunt, Prov. 16, 22. *inexhauſta ac perenniflua omnium bonorum copia*, quibus homo ſuſtentatur, emendatur, reficitur, Pſalm. 36, 10. 2) *Fons aquarum viventium*, quæ non ſtant inſtar paludis, & æſtu tandem penitus exſiccantur, & velut emoriuntur, ſed indeſinenter fluunt, & perpetuô motu putredinem vel corruptionem avertunt, dicitur *Deus*, Jer. 2, 13. c. 17, 13. quia non ſolum ipſe vivit, ſed etiam ab eo quævis viventia ſuam ſortiuntur vitam, ſive in hoc, ſive in futuro ſeculo, & omnis generis bona. 3) *Fons apertus*, Zach. 13, 1. prout eſt ſymbolum tùm *baptismi*, tùm *lateris Chriſti in cruce aperti*, unde datur ablutio ab omnibus peccati ſordibus.

קוש *Illaqueare, Tendiculam ponere.* Fut. יְקֹושׁוּן *Illaqueant, Tendiculam ponunt*, Jeſ. 29, 21.

קְטַב *Succidit, Excîdit*, apud Chaldæos. Ita Kimchi Hoſ. 13, 14. citat Targum Hieroſolymitanum. לְמִקְטַב אָעִין Ad *ſuccidendum* ligna. Inde eſt

קֶטֶב m. *Succiſio, Excidium; Lues, Exitium.* שַׁעַר קֶטֶב *Turbo excidii, exitii*, i.e. exitialis, Jeſ. 28, 2. קֶטֶב מְרִירִי *Excidium* amarum, triſte, Devt. 32, 24. Præterea tantum occurrit Pſal. 91, 6. de *lue* ſeu *morbo contagioſo*, homines ſubitò excindente.

קֹטֶב m. *Succiſio, Excidium, Exitium.* Semel occurrit cum Suff. קָטָבְךָ *Exitium* tuum, Hoſ. 13, 14. Kamets retinetur, ut in קָטֹן 1. Reg. 12, 10.

קָטַל *Occidit, Interfecit.* Fut. תִּקְטֹל *Occides*, Pſalm. 139, 19. יִקְטָל־עָנִי וְאֶבְיוֹן *Occidit* pauperem & egenum, Job. 24, 14. יִקְטְלֵנִי *Occidit* me, Job. 13, 15. Amplius non legitur.

קֶטֶל m. *Cædes, Occiſio.* Semel occurrit Obad. 1, 9.

קָטֹן *Parvus, Minor eſt.* קָטֹנְתִּי מִכֹּל הַחֲסָדִים *Minor ſum* omnibus beneficiis, Gen. 32, 10. Fut. וַתִּקְטַן עוֹד זֹאת בְּעֵינֶיךָ Atqui *parum* hoc *fuit* in oculis tuis, 2. Sam. 7, 19. 1. Chron. 17, 17. Hiphil הִקְטִין *Parvum fecit, Minuit.* Infin. לְהַקְטִין אֵיפָה Ad *minuendum* Epha, Am. 8, 5. Sæpius non legitur.

1) Generatim ſignificat *parvum eſſe*, ſive *quantitate*, ſive *qualitate*. Unde 2) Speciatim *α*) infert *parvitatem quantitatis*, & idem eſt in Hiphil ac *parvum facere, minuere.* Ita ſemel legitur, Am. 8, 5. *β*)

Impor-

Digitized by Google

Importat *parvitatem qualitatis, valoris, æſtimii, dignitatis & meriti*, Gen. 32, 10. 2.Sam. 7, 19. 1. Chron. 17, 17.

קָטֹן m. *Parvus, Minor, Minimus.* בֵּן קָטֹן Filius *parvus*, 2.Sam.9,12. Cum Suff. מִקְּטַנָּם A *minimô* eorum, Jer. 6, 13. Plur. קְטַנִּים *Parvi*, Jer. 16, 6. In Statu Conſtr. קְטַנֵּי אֶרֶץ *Minima* terræ, Prov. 30, 24. Fœm. קְטַנָּה *Parva, Parvum.* לַעֲשׂוֹת קְטַנָּה אוֹ גְדוֹלָה Faciendo *parvum* aut magnum, Num. 22, 18. בִּתְּךָ הַקְּטַנָּה Filia tua *minor*, Gen. 29, 18. Plur. קְטַנּוֹת *Parva*, Pſ. 104, 25.

1) Generatim notat *parvum*, ſive *quantitate*, ſive *qualitate.* Unde 2) ſpeciatim *α*) notat *parvum quantitate molis.* Ita dicitur de animalibus, quæ mole corporis aſpectabili parva ſunt, Pſ. 104, 25. Prov. 30, 24. de vaſis, 2. Chron. 36, 18. de urbe, Eccl. 9, 14. de placenta, 1. Reg. 17, 13. de hyperoo, 2. Reg. 4, 10. *β*) *Parvum ſtaturâ* ac *ætate*, 2. Reg. 2, 23. c. 5, 2. *γ*) *Parvum ætate*, licet non *ſtaturâ*, ſeu minorem natu, Gen. 9, 24. c. 27, 15. c. 29, 16. 18. Jud. 15, 2. *δ*) *Parvum dignitate, præſtantiâ, æſtimio, conditione, ſtatu* &c. Ita dicitur non ſolum de *homine*, qui eſt inferioris & vilioris conditionis, 2. Reg. 18, 24. Jeſ. 36, 9. Sed etiam de *exiguâ petitione*, 1.Reg. 2, 20. *vili initio*, Zach. 4, 10. item de *re* minoris momenti, Num. 22, 18. *ε*) *Parvum ſtaturâ, ætate & ſtatu* ſeu *conditione* ſimul, Jer. 16, 6. Jon. 3, 5.

קָטָן m. *Parvus, Minor, Minimus.* נַעַר קָטֹן Puer *parvus*, 1. Reg. 3, 7. מִקָּטֹן וְעַד גָּדוֹל A *parvo* uſque ad magnum, i. e. in univerſum omnes, Gen. 19, 11. 1. Sam. 5, 9. c. 30, 2. In Statu conſtr. קְטַן בָּנָיו *Minimus* filiorum ejus, 2.Chron. 21, 17. Cum Suff. קָטָנִּי *Minimus* meus, ſcil. digitus, 1.Reg. 12, 10. 2.Chron. 10, 10. (ָ) retinetur, perinde ut in קָטָבְךָ *Exciſio* tua, Hoſ. 13, 14. & pro (ֹ) per alternationem adhibetur (ָ).

1) Generatim notat *parvum*, ſive *quantitate*, ſive *qualitate.* Unde 2) ſpeciatim *α*) notat *parvum quantitate molis.* Ita adhibetur de palliô, 1.Sam. 2, 19. de luminari, Gen. 1, 16. de altari, 1.Reg. 8, 64. *β*) *Parvum ſtaturâ & ætate*, 1.Sam. 20, 35. 2. Reg. 5, 14. Jeſ. 11, 7. *γ*) *Parvum ætate*, licet non ſimul *ſtaturâ*, ut idem ſit ac *minor natu*, Gen. 42, 13. 15. *δ*) *Parvum ſtatu, dignitate, præſtantiâ, conditione & æſtimiô.* Ita dicitur de *Saule*, ſpectato, quatenus ad regiam dignitatem nondum evectus erat, 1. Sam. 15, 17. de judicando inferioris conditionis, Devt. 1, 17. Confer. Job. 3, 19. ubi notat *hominem humilioris ſortis* vel *conditionis*; de *re parvi momenti*, Exod. 18, 22. 26. 1. Sam. 20, 2. *ε*) *Parvum ſtaturâ, ætate & ſtatu ſeu conditione ſimul*, Jer. 44, 12. 2.Chron. 15, 13. *ζ*) *Parvum numerô, viribus, potentiâ, opibus* vel etiam *conditione* & *præſtantiâ*, Jer. 49, 15. Obad. 1, 2. Am. 7, 2. 5.

קָטַף *Decerpſit, Decîdit, Evulſit.* רֹאשׁ יְנִיקוֹתָיו קָטָף Caput ſurculorum ejus *decerpſit*, Ezech. 17, 4. Particip. הַקֹּטְפִים מַלּוּחַ Qui *decerpunt* malvam, Job. 30, 4. Fut. אֶקְטֹף *Decerpam*, Ezech. 17, 22.

 Niphal

ized by Google

Niphal נִקְטַף *Decerptus, Deciſus, Exciſus eſt.* Fut. יִקָּטֵף *Excindetur,* Job. 8, 12. Amplius non occurrit.

1) Generatim infert *remotionem rei è locô nativô*, quacunque id fiat ratione, ſive *manu*, ſive *ferrô*. 2) Speciatim α) notat *decerpere*, prout decerpi ſolet *ſurculus* ex arbore, Ezech. 17, 4. 22. *malva*, Job. 30, 4. β) *Evellere*, e.g. *manu* ſpicas, Devt. 23, 26. ulvam, Job. 8, 12.

קִטֵּר *Adolevit, Suffivit, Suffumigavit, Suffitum, Fumum fecit.* קִטְּרוּ עַל־הֶהָרִים *Adoleverunt* ſuper montibus, Jeſ. 65, 7. Infin. לְקַטֵּר לֵאלֹהִים אֲחֵרִים Ad *ſuffiendum* diis alienis, 2. Chron. 28, 25. Pual Part. Fœm. מְקֻטֶּרֶת *Suffumigata*, Cant. 3, 6. Hiphil הִקְטִיר *Adolevit, Suffivit* &c. וְהִקְטִיר עָלָיו אַהֲרֹן קְטֹרֶת סַמִּים Ut *adoleat* ſuper eo Aaron ſuffimentum aromatum, Exod. 30, 7. Infin. לְהַקְטִיר Ad *adolendum*, Exod. 30, 20. Fut. וְאֶת־חֶלְבָּם תַּקְטִיר Et adipem eorum *adolebis*, Num. 18, 17. Hophal הָקְטַר *Suffitus factus eſt.* Fut. תָּקְטַר *Adoletor*, Lev. 6, 15.

1) Generatim infert *incenſionem*, quâ res igne mutatur & tranſit in fumum. 2) Speciatim transfertur ad *cultum Deo* ſive *vero*, ſive *fictitio præſtari ſolitum*, & α) idem eſt ac *ſuffire, ſuffitum facere*, ſuaveolentis odoris cauſâ, 1) *Deo vero*, Exod. 30, 7. 2. Chron. 29, 7. 1. Reg. 3, 3. *Deo falſo*, e.g. Baali, Jer. 11, 13. 17. 2. Reg 23, 5. vitulo Bethelis, 1. Reg. 13, 2. Melechet cœli, Jer. 44, 17. 18. 25. aliis, 1. Reg. 11, 8. confer. v. 7. β) *Adolere*, quæ Deo offeruntur, in odorem bonæ fragrantiæ, Lev. 1, 9. 13. 17. c. 2, 2. 9. c. 4, 31. 35. c. 5, 12. c. 6, 5. 8. c. 7, 5. c. 17, 6. &c.

קִטֵּר m. *Suffitus, Adolitio, Crematio victimarum & aromatum.* Semel occurrit Jer. 44, 21. הֲלֹא אֶת־הַקִּטֵּר אֲשֶׁר קִטַּרְתֶּם Nonne *ſuffitus* vel *ſuffimenti*, quod ſuffiviſtis, recordatus eſt Dominus?

קִיטוֹר m. *Fumus; Vapor*, fumi æmulus. עָלָה קִיטוֹר הָאָרֶץ כְּקִיטֹר הַכִּבְשָׁן Adſcendit *fumus* terræ ſicut *fumus* clibani, Gen. 19, 28. בְּקִיטוֹר In *fumo*, Pſ. 119, 83. שֶׁלֶג וְקִיטוֹר Nix & *vapor*, Pſal. 148, 8. Sæpius non occurrit.

קְטוֹרָה f. *Suffitus, Fumus ſuaveolens.* Semel legitur Devt. 33, 10.

קְטֹרֶת f. *Suffitus, Suffimentum.* קְטֹרֶת סַמִּים *Suffitus* aromatum, Exod. 30, 9. Cum Suff. קְטָרְתִּי *Suffitus* meus, Ezech. 16, 18. c. 23, 41.

1) Generatim notionem *incenſi* innuit. 2) Speciatim α) notat *ſuffimentum aromaticum*, tùm *profanum & commune*, quod igni admotum dulciſſimam fragrantiam edit, & nares adſtantium mirificè adficit & delectat, Prov. 27, 8. tùm *ſacrum*, quod Deus in odorem bonæ fragrantiæ ſuffiendum præcepit, Exod. 25, 6. c. 30, 7. c. 35, 15. Lev. 16, 12. & , ut expietur, offertur, Num. 17, 11. 12. cui comparatur *devota oratio*, Pſ. 141, 2. β) Denotat *ſuffimentum arietum*, ſeu pinguedinis ex arietibus Deo adolendæ, Pſ. 66, 15.

קְטוּרָה

Digitized by Google

קְטֹרֶת f. *Fumigatum, Caminatum.* Plur. חֲצֵרוֹת קְטֻרוֹת Atria *caminata*, juxta Buxtorff. & Seb. Schmidium, i. e. *caminis & vaporariis inſtructa*, propter ſacrificia, quæ ibi coquebantur, Ezech. 46, 22. Sed quia poſtea dicitur, *culinas in iis fuiſſe*, quæ *caminos* habent, R. Kimchio & Coccejo idem potius eſt ac קְשׁוּרוֹת *cincta muris*, eingeſchloſſene Höfe.

מִקְטָר m. *Thymiaterium*, quod *ſuffitui accendendo* eſt. מִזְבֵּחַ מִקְטַר קְטֹרֶת Altare, quod ſit *accendendo ſuffitui*, Exod. 30, 1. Amplius non legitur.

מִקְטֶרֶת f. *Thuribulum*, quod inſervit *ſuffitui accendendo & faciendo.* Bis ſaltem occurrit, nempe 2. Chron. 26, 19. abſolutè, & Ezech. 8, 11. Cum Suff. וְאִישׁ מִקְטַרְתּוֹ בְּיָדוֹ Et in cujusque manu erat *thuribulum* ſuum.

מְקַטְּרוֹת f. pl. *Suffitoria.* Semel legitur 2. Chr. 30, 14.

קַיִן m. *Lancea*, eaque *inſignis & ſpectabilis*, juxta celeb. Majum, qui deducit ab Arab. قَانَ *Cudit ferrum, concinnavit, pulchrè ornavit.* Semel occurrit cum Suff. מִשְׁקַל קֵינוֹ Pondus *lanceæ* ejus, 2. Sam. 21, 16.

קַיִן m. *Kain*, vide in קָנָה.

קַיִץ m. *Æſtas; æſtivi fructus*, vide in קוּץ *Tædere*, p. 1062.

קיק Radix inuſitata; uſitatum autem nomen

קִיקָיוֹן m. *Ricinus*; juxta Buxtorffium & Coccejum; *Hedera*, juxta Hieronymum; *Virgultum* vel *arbuſcula, ramos ſuos in longum extendens, in altum creſcens, & umbram faciens*, juxta Kimchium; *Cucurbita* vel *cucumis*, juxta Lutherum & alios. Aliquid certi definire difficile eſt. Legitur autem, Jon. 4, 9.

קִיר m. *Paries, Murus*; Hanc vocem Fœrſterus deducit à קָרָה *Accidit, occurrit*, eò quod *paries ſit oppoſitus & objectus, ut tranſitum prohibeat*; vel *quod ex tignis ſit compactus.* A quô non diſcedit Marc. Mar. Brixianus in Arca Noæ f. 135. קִיר הַמִּזְבֵּחַ *Paries* altaris, Lev. 1, 15. כְּקִיר נָטוּי Sicut *paries* inclinatus, Pſ. 62, 4. Plur. קִירוֹת *Parietes*, 1. Reg. 6, 5. Cum Suff. קִירוֹתָיו *Parietes* ejus, 2. Chr. 3, 7.

1) Generatim notat *parietem* ſive *propriè*, ſive *impropriè.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *parietem*, ex quacunque materia ſolidiori *extructum*, ſive ſit *lignum*, Ezech. 41, 22. 2. Reg. 4, 10. ſive ſit *lapis*, Habac. 2, 11. 2. Sam. 5, 11. Dicitur verò ſæpiſſime de pariete domûs, Lev. 14, 37. 1. Sam. 18, 11. c. 19, 10. Jeſ. 30, 2. Ezech. 12, 5. 7. 12. &c. templi, 1. Reg. 6, 5. 27. 2. Chron. 3, 7. 11. 12. &c. muri urbis, Joſ. 2, 15. unde & ipſum notat *urbis murum*, Num. 35. 4. β) *Metaphoricè* transfertur 1) ad *cor hominis*, ita ut *parietes cordis* deſignent *præcordia ejus*, Jer. 4, 19. 2) *Paries inclinatus*, Pſ. 62, 4. eſt ſymbolum *lapſûs & exſidii impiorum*, brevi,

 ſubi-

Digitized by Google

ſubitô & cum aliorum conſternatione futuri. 3) *Paries incruſtatus* deſignat *vanitatem ſpei* falsâ doctrinâ & inanibus pollicitationibus falſorum Prophetarum nixæ, Ezech. 13, 12. 14. 4) *Paries ferreus*, Ezech. 4, 3. innuit, Chaldæos Hieroſolymam obſidentes, *invincibiles* fore.

קִיר f. *Kir*, nomen proprium urbis Moabitarum, Jeſ. 15, 6.

קַרְקַר *Deſtruxit, Evertit parietem*, ſignificatione à contrariô petitâ. וְקַרְקַר כָּל־בְּנֵי שֵׁת Et *deſtruet* (inſtar parietis) omnes filios Seth, Num. 24, 17. Particip. מְקַרְקַר קִר *Deſtruens* parietem, Jeſ. 22, 5. Præterea non legitur.

קִישׁ m. *Kiſch*, nomen proprium Patris Saulis, 1. Sam. 9, 1. item *Proavi Mardochai* ex tribu Benjamin oriundi, Eſth. 2, 5.

קָלָה *Torrefecit, Aſſavit, Uſſit.* קָלָם *Torruit, torrefecit eos*, Jer. 29, 22. Particip. Paul קָלוּי בָּאֵשׁ *Toſta* igne, Lev. 2, 14. Niphal נִקְלָה *Vilis redditus* vel *habitus fuit, ignonimiâ affectus eſt.* וְנִקְלָה כְּבוֹד מוֹאָב *Vileſcet* gloria Moabi, Jeſ. 16, 23. Part. נִקְלָה *Vilis.* אִישׁ רָשׁ וְנִקְלָה Vir pauper & *vilis*, 1. Sam. 18, 23. Sed Pſ. 38, 8. nominaſcere videtur, ut idem ſit ac *Ardor.* כְּסָלַי מָלְאוּ נִקְלֶה Inteſtina mea *repleta ſunt ardore.* Hiphil הִקְלָה *Vilipendit, vilem habuit.* Particip. מַקְלֶה אָבִיו וְאִמּוֹ *Vilipendens* Patrem ſuum & matrem ſuam, Devt. 27, 16.

1) Generatim videtur inferre *levitatem*, vel *propriè*, vel *impropriè*, ita, ut cognationem habeat cum קָלַל. 2) Speciatim α) in *Kal* ſignificat *torrere, torrefacere, aſſare igne*, quia, quæ *torrentur*, leviora redduntur. Ita dicitur de ſpicis igne toſtis, Lev. 2, 14. Joſ. 5, 11. de hominibus pœnâ ignis affectis, Jer. 29, 22. β) In *Niphal* notat *vileſcere, vilem reddi* vel *haberi, contemni, ignominiâ affici*, quia, quæ vileſcunt & ignominiâ afficiuntur, aut contemnuntur, *levia* judicantur & habentur; & in Hiphil *vilipendere, vilem habere, ignominiâ afficere, non honorare*, ex eadem ratione. Legitur autem ita in Niphal tum de *vilipendiô*, quod improbus pluribus plagis affectus contraxit, Devt. 25, 3. tùm de *vilipendiô*, quod quis ex inferiori ſorte & converſatione ſuâ ſibi contrahit, & inde in contemtum incidit, 1. Sam. 18, 23. Prov. 12, 9. Jeſ. 3, 5. Aſt Jeſ. 16, 23. legitur de *gloria Moabi* vileſcente. In *Hiphil* autem ſemel occurrit, deſignans *vilipendium & contemtum*, quô improbus filius parentes ſuos proſequitur, Devt. 27, 16.

קָלִי m. *Toſtum*; & ferè ubivis locorum Scripturæ de *ſpicâ toſtâ* adhibetur, Lev. 23, 14. Ruth. 2, 14. 1. Sam. 17, 17. c. 25, 18. Saltem 2. Sam. 17, 28. ubi bis legitur, Bocharto judice, ultimo loco *toſtum* aut *frictum aliquod legumen* ſonat, nempe *frictum cicer*. Vid. Hieroz. P. II. lib. 1. c. 7. p. 46. Ita quoque ab Hieronymo redditur *frictum cicer.* Utrique accedit Guſſetius in Comment Ling. Heb.

Digitized by Google

קָלוֹן m. *Levitas, Vilitas, Ignominia.* כְּבוֹדָם בְּקָלוֹן אָמִיר Gloriam ipſorum in *ignominiam* mutabo, Hoſ. 4, 7. שְׂבַע קָלוֹן Satur *ignominiâ*, i. e. in maximâ ignominiâ conſtitutus, Job. 10, 15. In Statu Conſtr. קְלוֹן בֵּית אֲדֹנֶיךָ *Ignominia* domûs Domini tui, Jeſ. 22, 18. Cum Suff. קְלוֹנֵךְ *Ignominia* tua, Jer. 13, 26.

1) Generatim & vi originis importat *levitatem*, quacunque accipiatur ratione. 2) Speciatim *α)* ſignificat *vilipendium, contemtum, & ignominiam*, quæ homini exiſtimationis levitatem inducunt. Oppoſitum hujus eſt כָּבוֹד *Honor, Gloria.* Ita dicitur non ſolum de vilipendio, contemtu, deluſione & ignominiâ adulteri, Prov. 6, 33. ſtultorum, Prov. 3, 35. Principum muneribus corruptorum, Hoſ. 4, 18. ſuperborum, Prov. 11, 2. Sacerdotum improborum, Hoſ. 4, 7. Judæorum captivorum, Jer. 13, 26. devictorum Ægyptiorum, Jer. 46, 12. Sed etiam de vilipendiô & ignominiâ comitante pauperiem, Prov. 13, 18. contentionem, Prov. 22, 10. 2) *Metonymicè* deſignat *id, quod vilipendium, contemtum, & ignominiam affert.* Proinde 1) dicitur de *afflictione*, quæ hominem contemtu & ignominiâ afficit, Job. 10, 15. 2) de *pudendis ſexûs fœminini*, quæ retegere & palam omnibus oſtendere fœminis eſt ignominioſiſſimum. Hinc, quando Deus minatur, *ſe retecturum & oſtenſurum aliis alicujus* קָלוֹן, idem eſt, ac *ſe ipſum ſummâ ignominiâ & dedecore affecturum eſſe*, Nah. 3, 5. Conf. Jer. 13, 26.

קִיקָלוֹן m. *Vomitus ignominioſus*, Hab. 2, 16. Eſt vox compoſita, conflata ex קִיא *Vomitus*, & קָלוֹן *Ignominia*, literâ א pereunte.

קָלַח *Effudit*, apud Rabbinos; Inde eſt

קַלַּחַת f. *Lebes, Ahenum*, forte ſic dictum, quod *effuſioni* aptum eſt. Bis legitur 1. Sam. 2, 14. Mich. 3, 3.

קָלַט *Contraxit, Decurtavit*; *Collegit, Recepit ſe, Fugit aliquò ſecuritatis cauſâ*, apud Chaldæos. Inde eſt Part. Paul קָלוּט *Contractum, Decurtatum*, Lev. 22, 23. cujus oppoſitum eſt שָׂרוּעַ *Prælongum, Redundans*, ibid.

מִקְלָט m. *Aſylum, Refugium*, à *colligendo* vel *recipiendo* nomen ducens, quia *aſyla* hunc in finem conſtituebantur, ut homicidæ, qui per errorem homicidium patraverant, *ſecuritatis cauſâ eò ſe reciperent & fugerent*, Num. 35, 6. 11. 13. 14. 25. 26. 27. 28. 32. Joſ. 21, 13. 32. 38.

קָלַל *Levatus eſt, Levis, Velox, Agilis eſt, Vilis eſt* vel *habetur*; *Paucus, Imminutus eſt.* קַלּוֹתִ *Vilis factus eſt*, Nah. 1, 14. כִּי־קַלּוּ מַיִם Quod *pauca, exiguæ facta eſſent* aquæ, Gen. 8, 11. קַלּוּ מִנְּשָׁרִים סוּסָיו *Celeres* ſunt præ aquilis equi ejus, Jer. 4, 13. Niphal נָקֵל & נָקַל *Levis, Facilis, Vilis eſt*, vel *habetur*. נָקֵל לַצֵּל לִנְטוֹת *Facile eſt* umbræ declinare, 2. Reg. 20, 10. וּנְקַלֹּתִי Et *tenuis, vilis fiam*, 2. Sam. 6, 22. וְנָקַל זֹאת בְּעֵינֵי יְהוָה Et *leve eſt* hoc in oculis Domini, 2. Reg. 3, 18. Fœm. הֲנְקַלָּה בְעֵינֵיכֶם An *leve videtur* in oculis veſtris, 1. Sam. 18, 26.

Digitized by Google

18, 26. Fut. וָאֵקַל בְּעֵינֶיהָ *Vilis habita ſum* in oculis ejus, Gen. 16, 5. pro וָאֵקַל, Dageſch forti citra neceſſitatem extruſô, & ad compenſandum illud (··) ſub א in (..) mutatô. Ita & legitur Gen. 16, 4. יֵקַלּוּ *Vileſcent, leves fient*, 1. Sam. 2, 30. pro יֵקָלּוּ *Leves erunt*, quod legitur Jeſ. 30. 16. Piel קִלֵּל *Maledixit, Execratus eſt, Blaſphemavit.* קִלֵּל אֶת־מְשִׁיחַ יְהוָה *Maledixit* uncto Domini, 2. Sam. 19, 22. Particip. מְקַלֵּל אָבִיו וְאִמּוֹ *Maledicens* Patri ſuo & Matri ſuæ, Exod. 21, 17. מְקַלְלַוְנִי *Maledicens* mihi, Jer. 15, 10. Juxta R. Davidem eſt compoſitum ex קִלֵּל *Maledixit*, & קָלָה *Ignominiâ affecit*, ut idem ſit ac: *Blaſphemat me & ignominia afficit me.* Hanc compoſitionem agnoſcit quidem Buxtorffius, ſed ita explicat, ut idem ſit ac קִלּוּנִי, *Ignominiâ afficiunt me* & מְקַלְלֵנִי *Maledicit mihi quiſque.* Sed felicius rem expedies, ſi juxta literas legeris מְקַלְלוּנִי, *Execrantur me*, & dixeris, eſſe formam mixtam ex Participiô, quod innuit מ, & ex Præteritô, quod indicat וּ. Vid. celeb. Dn. D. Danzius in Lit. §. 42. Sed primâ radicali geminatâ, & ſecunda in locum Dageſch characteriſtici transmotâ, eſt קִלְקַל *Deterſit, Expolivit, Levigavit*, Eccl. 10, 10. Ezech. 21, 21. Pyal קֻלַּל *Maledictus eſt.* Fut. יְקֻלָּל *Maledictus erit*, Jeſ. 65, 20. Hiphil הֵקַל *Levavit, Exoneravit, Allevavit, leve*, vel *vile reddidit, vilipendit.* הֵקַל אַרְצָה *Levavit* verſus terram ſcil. tempus prius tribulatione plenum, Jeſ. 8, 23. הֲקִלֹּתַנִי *Vilipendiſti me*, 2. Sam. 19, 44. Infin. לְהָקֵל מֵעֲלֵיהֶם Ut ſe *exonerarent*, Jon. 1, 5. לְהָקֵל כָּל־נִכְבַּדֵּי־אָרֶץ Ad *viles faciendum* omnes honoratos terræ, Jeſ. 23, 9. Hithpael הִתְקַלְקָלוּ *Evertuntur*, Jer. 4, 24. juxta Seb. Schmid. Aliàs reddi ſolet: *Leviter* vel *velociter movent ſe, levantur.*

1) Generatim importat *levitatem* ſive *phyſicam*, ſive *moralem*; ſive *ponderis*, ſive *dignitatis & exiſtimationis*, opponiturque verbo כָּבֵד *Gravis fuit* vel *pondere*, vel *honore*, & *exiſtimatione*. Unde 2) ſpeciatim א) dicit *levitatem phyſicam & ponderis*, 1) ut in Kal idem ſit ac *leve eſſe*, *parvi* vel *exigui ponderis eſſe*; in Hiphil autem *leve facere, levare, allevare; exonerare, onus devolvere, removere.* Ita nautæ dicuntur *leviorem reddere* navim, eam exonerando, Jon. 1, 5. Sed *Metaphora* ſubeſt, quando jubetur Moſes *levare onus ſui officii*, partem laborum in alios devolvendo, Exod. 18, 22.; item cum Rehabeam rogatur *ſervitutem leviorem reddere* eam diminuendo, 1. Reg. 12, 4. 9. 10. 2. Chron. 10, 4. 9. 10. Similiter cum Deus dicitur *allevare manum ſuam* à Philiſtæis, eos mitius puniendô & affligendo, vel à pœnis & afflictionibus liberando, 1. Sam. 6, 5. vel *levare tempus tribulationis*, Jeſ. 8, 23. 2) *Metonymicè* transfertur α) ad deſignandam *agilitatem & velocitatem*, quia, quæ levia ſunt, facile & velociter moventur; unde idem eſt ac *agilis, velox, celer fuit.* Ita adhibetur de velocitate hominis, 2. Sam. 1, 23. Job. 9, 25. Jeſ. 30, 16. Am. 2, 15. item brutorum, e.g. aquilæ, 2. Sam. 1, 23. Jer. 4, 10. pardi, Hab. 1, 8. equi,

Google

equi, Jer. 4,13. Inde transfertur ad *velocem tranſitum & interitum*, tum hominis impii, qui citò tranſit & perit, Job. 24, 18. tum dierum vitæ, qui citò tranſeunt & abeunt, Job. 7, 6. c. 9, 25. Quia autem *levor* ad *celeritatem* findendi & ſecandi facit, inde ſignificationem *lævigandi, tergendi & poliendi* ſortiri cenſetur, Eccl. 10, 10. Ezech. 21, 21. 26. β) Ad denotandam *facilitatem*, quia, quæ *levia* ſunt, facilè effici poſſunt; hinc idem eſt ac *facile eſt, facilè effici poteſt, facilè & cito parabile eſt*, 2. Reg. 3, 18. c. 20, 10. Prov. 14, 7. γ) Ad ſignificandam *paucitatem* & *minutionem*, quia, quæ minuuntur & pauca redduntur, levia fiunt, inde notat in Kal *paucum fieri, minui, imminui*, Gen. 8, 11. & in Hiphil *minuere, imminuere*, vide 1. Reg. 12, 4. 9. 10. Sed quia res minuendo, evertuntur, hinc etiam notionem *evertendi* obtinet, Jer. 4, 24. ב) Deſignat *levitatem moralem & dignitatis* ſeu *exiſtimationis*. Ita α) ſignificat *vilem, ſpretum, contemtum eſſe, videri* vel *reputari, nullo honore dignum, parvi* vel *nullius pretii aut momenti haberi, non magni*, vel *parvi putari*, diciturque tùm de *homine*. qui *vilis habetur, ſpernitur atque contemnitur*, e. g. de Sara, quam Hagar vilem habebat & contemnebat, Gen. 16, 4. 5. de contemtore Dei, qui vileſcit, & contemtui exponitur, 1. Sam. 2, 30. de filio, qui vilipendit Parentes, Devt. 27, 16. de Davide, qui ſe humilem gerebat, 2. Sam. 6, 22. de quocunque alio, qui vilis & contemtus eſt, Jeſ. 3, 5. tum de *re aliâ, quæ levis, vilis, & parvi vel plane nullius momenti & ponderis habetur*, e. g. de grandi peccato & ſcelere, quod leviculum cenſetur ab improbis, 1. Reg. 16, 31. Ezech. 8, 17. de exiguo commodo, quod ſperatur, Jer. 8, 11. vid. Seb. Schmid. Huc refer Jeſ. 49, 6. ubi levius dicitur, Meſſiam eſſe ſervum Dei ad erigendum Jacobum &c. β) Significat *temerarium eſſe*. Ita Jobus c. 39, 37. fatetur, *ſe levem, temerarium fuiſſe*, h. e. nimis leviter & temerè ex impatientia & inſipientia locutum eſſe. γ) Notat *maledicere, execrari, blaſphemare, levibus, verbis & acerbis ſcommatibus proſcindere*, ita, ut non ſolum interius animi vilipendium, ſed etiam exterior verborum ac geſtuum contemtus deſignetur &c. In hoc ſignificatu tribuitur א) *homini* 1) in ordine ad *Deum ejusque nomen*, cui maledicit, ſi blaſphemiâ eum proſcindit, Lev. 24, 11. 14. 23. 2) in ordine ad *alios*, quibus maledicit, ſi acerbis convitiis eos proſequitur & omnis generis gravia mala iis imprecatur, imò ultricem Dei juſtitiam contra eos implorat. Ita dicitur de *Simei* Davidem provocante, 2. Sam, 16, 6. 7. 10. c. 19, 22. de *ſervo* Dominum irreverenter maledictis afficiente, Eccl. 7, 21. de improbis Jeremiæ maledicentibus. Jer. 15, 10. de Sichemitis Abimelecho maledicentibus, Jud. 9, 27. de hoſtibus Meſſiæ, Pſal. 109, 28. & Davidis, Pſ. 62, 5. de immorigeris liberis Parentes execrantibus, diris eos devoventibus, & ſcommatibus acerbis petentibus &c. Exod. 21, 17. Lev. 20, 9. Prov. 20, 20. c. 30, 11. de Bileamo execrari Iſraelitas juſſo, Devt. 23, 5. Joſ. 24, 9. Neh. 13, 2. de Eliſa pueros illuſores execrante, 2. Reg. 2, 24. Conf. Exod. 22, 27. Lev. 19, 14. Eccl. 10, 20. 3) in ordine

ordine *ad ſeipſum* effectivè, prout ſe maledictum facit, aut ea patrat, ob quæ maledictionem incurrit, 1. Sam. 3, 13. 4) In ordine ad *natalem*, quem execratur & deteſtatur, Job. 3, 1. ב) *Deo*, qui Gen. 8, 21. promittit, ſe non amplius terræ maledicturum, h. e. pœnam diluvii immiſſurum. Nam *maledictio Dei* importat *realem læſionem ſeu immiſſionem pœnarum*.

קַל m. *Levis, Celer, Agilis.* קַל בְּרַגְלָיו *Velox* pedibus, 2. Sam. 2, 18 Am. 2, 15. Plur. מַלְאָכִים קַלִּים Legati *celeres*, Jeſ. 18, 2. קַל מְהֵרָה *Velox cito*, i. e. velociſſimè & citiſſimè, Joel. 4, 4. Fœm. בִּכְרָה קַלָּה Dromas *velox*, Jer. 2, 23.

1) Generatim *levitatem* importat, quacunque accipiatur ratione. 2) Speciatim α) deſignat *levitatem phyſicam* ſeu *ponderis*, & idem eſt ac *levis*: Ita dicitur de nube levi, Jeſ. 19, 1. β) *Metonymicè* importat *velocitatem*, & idem eſt ac *velox*, *celer*, prout refertur vel ad *curſum animalis*, tum *hominis*, 2. Sam. 2, 18. Jeſ. 18, 2. Eccl. 9, 11. Thren. 4, 19. Jer. 46, 6. Am. 2, 15. tum *bruti*, e. g. equi, Jeſ. 30, 26. *dromadis*, Jer. 2, 23. vel ad *tempus*, Joel. 4, 4. Conf. Jeſ. 5, 26.

קֹל m. *Levitas.* Semel ita occurrit Jer. 3, 9. juxta Maſoram, Jonathanem & alios Ebræos. מִקֹּל זְנוּתָהּ A *levitate* ſcortationis ejus. Sed quid impedit, quo minus reddas: A voce vel fama ſcortationis ejus.

קָלָל m. *Terſum*, *Levigatum.* Bis occurrit. כְּעֵין נְחֹשֶׁת קָלָל Sicut ſpecies æris *levigati*, Ezech. 1, 7. Dan. 10, 6.

קְלָלָה f. *Maledictio*, *Execratio.* קְלָלָה נִמְרֶצֶת *Maledictio* crudelis, 1. Reg. 2, 8. הֱיִיתֶם קְלָלָה Fuiſtis *maledictio*, i. e. maledicti, Zach. 8, 13. In Statu Conſtr. קִלְלַת אֱלֹהִים תָּלוּי *Maledictio* Dei eſt ſuſpenſus; quia, ut Kimchi interpretatur, ob maledictionem in Deum effuſam homo ſuſpenditur, Devt. 21, 23. Sed Coccejus abſurdum hanc interpretationem judicat; & Flacius cenſet, eum ſic dici, quod Deus ipſi *maledixerit* ob peccatum. קִלְלַת חִנָּם *Maledictio gratis immerito*, i. e. ſine cauſa ſufficiente prolata, Prov. 26, 2. Cum Suff. קִלְלָתְךָ *Maledictio* tua, Gen. 27, 13. Plur. הַקְּלָלוֹת *Maledictiones*, Devt. 28, 15.

1) Generatim notat *leviſicationem* ſive *honoris*, ſive *bonorum*. Unde 2) ſpeciatim α) notat *vilipendium merè verbale*, ſeu *vituperium*, *convitium & opprobrium*, quod in alterum conjicitur; quale erat, quod Simei in Davidem evomebat, 2. Sam. 16, 12. 1. Reg. 2, 8. & cujus generis nimia laus eſſe cenſetur, Prov. 27, 14. β) Denotat *maledictionem* ſeu *execrationem*, quæ, pro diverſitate maledicentis, malorum imprecationem, vel immiſſionem importat. Nimirum ſi *maledicens* eſt *homo*, importat *malorum imprecationem*, eamque vel *efficacem*, qualis eſt parentum ſuper liberos, Gen. 27, 12. Jothami ſuper ingratos Sichemitas, Jud. 9, 57. vel *inefficacem*, qualis eſt contra inſontem, Prov 26, 2. Vid. Devt. 23, 6. Neh. 15, 2. Sin *maledicens eſt Deus*, tunc importat

rea-

realem malorum vel *pœnarum immiſſionem*, & *læſionem*. Dei enim verba res ſunt, Devt. 11, 26. 28. 29. Pſ. 109, 17. 18. Conf. Devt. 30, 1. 19. Joſ. 8, 34. Huc refer, quando Deus minatur, *ſe improbos Judæos daturum in maledictionem inter gentes.* Senſus enim eſt: *Efficiam, ut vos inter gentes ſitis infeliciſſimi, & maximè execrabiles*, adeo, ut in exemplum maledictionis abeatis, gentesque mala alicui imprecaturæ dicant: *Eveniat tibi, ſicut evenit Judæis iſtis*, Jer. 24, 9. c. 25, 18. c. 26, 6. c. 42, 18. c. 44, 8. 22. Aſt Jer. 29. 22. notat *formulam execrandi & imprecandi*; & Devt. 21, 23. accipitur concretive, denotans *maledictum.*

קְלֹקֵל m. *Viliſſimus.* Semel legitur, Num. 21, 5. de *Man*, quod Iſraelitæ vocabant *panem viliſſimum.*

קָלַס *Laudavit, Celebravit*, apud Chaldæos & Syros. Sed quia *ironicè* laudare & celebrare, ſpeciem *illuſionis & ſubſannationis habet*; inde apud Ebræos ſignificat: *Illuſit, Irriſit, Subſannavit, Contemſit, Vilipendit extenuando.* Infin. לְקַלֵּס אֶתְנָן Ad *vilipendendum, ſpernendum* pretium, extenuando illud, ut augeretur à fornicante, Ez. 16, 31. Solent *meretrices* majus obtenturæ precium, offerenti illud illudere, extenuando, quod oblatum ab eo fuit. Seb. Schmid. reddit: *Ad gloriandum de mercede*; forte reſpiciens ad morem meretricum de donis obtentis gloriantium. Hithpael הִתְקַלֵּס *Illuſit, Irriſit, Subſannavit.* Conſtruitur cum בְּ. Fut. בַּמְּלָכִים יִתְקַלָּס Regibus *illudit*, Hab. 1, 10. (ָ) eſt loco (ֵ) ob accentum præſentem. יִתְקַלְּסוּ בָךְ *Illudent* tibi, Ez. 22, 6. וַיִּתְקַלְּסוּ בוֹ Et *illuſerunt* illi, 2. Reg. 2, 24. Sæpius non legitur.

קֶלֶס m. *Illuſio.* Bis tantum legitur Pſal. 44, 14. Jer. 20, 8.

קַלָּסָה f. *Illuſio, Ludibrium.* Semel extat Ez. 22, 4.

קָלַע *Sculpſit, Incidit, Celavit; Fundâ miſit, jecit, rotavit, projecit*, quæ ſignificatio ex nomine petita videtur. קָלַע פִּתּוּחֵי מִקְלְעוֹת כְּרוּבִים וְתִמֹרֹת Omnes parietes domûs in circuitu *ſculpſit* aperturis ſculpturarum, Cherubis & palmis, 1. Reg. 6, 29. Particip. קֹלֵעַ בָּאֶבֶן *Funditor* lapide, Jud. 20, 16. Piel קִלַּע *Fundâ miſit, jecit.* Fut. וַיְקַלַּע *Fundâ miſit*, 1. Sam. 16, 49. יְקַלְּעֶנָּה בְּתוֹךְ כַּף הַקָּלַע *Jactabit, Projiciet* eam in medio volæ fundæ, 1. Sam. 25, 29.

1) Generatim cenſetur habere ſignificationem *torquendi*, tùm, quia *torquendo* lapides fundâ mittuntur, *tum* quia *torquendo* etiam ſculpturæ fiunt; Sed quia ad acupicta etiam in voce conjugatâ transfertur, videtur præferendus eſſe ſignificatus *emittendi* vel *projiciendi*, utpote qui omnibus inferioribus communis eſt. 2) Speciatim *α*) *funditoribus* tribuitur, & *propriè* idem eſt ac *fundâ projicere, emittere, rotare lapidem*, Jud. 20, 16. 1. Sam. 17, 49. *Metaphoricè* autem adhibetur 1) ad deſignandum *exitium impiorum*, in quod inſtar lapidis è funda emiſſi projiciuntur, 1. Sam. 25, 29. 2) ad denotandam *ejectionem Judæorum ex*

terra

terra ſua, indicem tùm *iræ divinæ*, in qua ejiciuntur, tùm *loci remoti*, in quem projiciuntur, Jer. 10, 18. β) Transfertur ad *figuras in opere* vel *ligneo*, vel *acupicto* ornatûs causâ factas, quæ extra ſuperficiem *eminent & projectæ ſunt*, & reddi poteſt *incîdere, ſculpere, variegare*, vel etiam *acupingere* &c. 1. Reg. 6, 29. 32. 35.

קֶלַע m. *Funda*, 1. Sam. 17, 40. אַבְנֵי קָלַע׃ Lapides *fundæ*, i. e. lapides è fundâ emiſſi, Job. 41, 19. (ָ) eſt ob accentum Dominum: Sed Zach. 9, 15. per *Metonymiam Adjuncti* pro *Subjecto* Glaſſius intelligit *hoſtes, in quibus olim erant multa funditorum agmina*; Vatablus autem *homines noxios* interpretatur, quod lapides fundæ viles ſint, neque habeantur in pretio, ſed ad id tantummodo valeant, ut noceant. Cum Suff. קַלְעוֹ *Funda* ejus, 1. Sam. 17, 40. Plur. קְלָעִים *Fundæ*, 2. Chron. 26, 14.

קְלָעִים m. pl. *Tapetes, Cortinæ*, quibus figuræ vel imagines intertextæ vel projectæ ſunt, Exod. 27, 9. 11. 12. 14. 15. In Statu Conſtr. קַלְעֵי הֶחָצֵר *Tapetes* atrii, Exod. 25, 17. c. 39, 40. Num. 4, 26. Sed 1. Reg. 6, 34. *valvas* denotat, in quibus procul dubio variæ ſculptæ erant figuræ.

קַלָּעִים m. pl. *Funditores*, qui lapides fundâ jaciunt. Tantum extat, 2. Reg. 3, 25.

מִקְלַעַת f. *Sculptura*, 1. Reg. 6, 18. Plur. מִקְלָעוֹת *Sculpturæ*, 1. Reg. 7, 31. In Statu Conſtr. מִקְלְעוֹת כְּרוּבִים *Sculpturæ* Cherubinorum, 1. Reg. 6, 29. 32.

קלשׁ Radix Ebræis ignota. Inde eſt

קִלְּשׁוֹן m. *Furca* trium dentium, quâ fimus, palea vel ſtramen removetur. Unde *tridens* reddi ſolet. Tantum extat 1. Sam. 13, 21.

קָמַח *Moluit*, apud Rabbinos; Inde eſt

קֶמַח m. *Farina*, קֶמַח סֹלֶת *Farina* ſimilæ, Gen 18, 6. טַחֲנִי קָמַח Mole *farinam*, i. e. molendo fac farinam, Jeſ. 47, 2. (ָ) eſt pro (ֶ) ob accentum Attnach. מַאֲכַל קֶמַח Cibus *farinæ* i. e. ex farinâ paratus, 1. Chron. 12, 40. קֶמַח שְׂעֹרִים *Farina* hordeorum, Num. 5, 15.

קָמַט *Corrugavit, Rugas contraxit*, ſive ex *macie*, ſive ex *morbo*. Bis legitur. Fut. וַתִּקְמְטֵנִי Et *corrugaſti* me, Job. 16, 8. Pual קֻמַּט *Corrugatus eſt*; *Corruit*, quia, quæ *corrugantur*, ſi prius in altum extenſa fuerunt, tandem *corruunt*. קֻמְּטוּ *Corrugati ſunt*, *Corruerunt*, Job. 22, 16. Kimchius exponit: Impios in flore ætatis exſcindi, quaſi ſenio eſſent *corrugati*.

קָמַל & קָמֵל *Languuit, Emarcuit, Exaruit*; *Succiſus eſt* juxta Kimchium. *Propriè* adhibetur de *plantis & ſtirpibus*, & bis ſaltem occurrit, לְבָנוֹן קָמַל Libanon *emarcuit*, Jeſ. 33, 9. קָנֶה וָסוּף קָמֵלוּ Calamus & ulva *marceſcent*, Jeſ. 19, 6.

קָמַץ *Collegit* in genere, in ſpecie *collegit* in *pugillum*, *Pugillo accepit*

pit, *tantum cepit*, *quantum pugno complecti poteſt.* Ter legitur, Lev. 2, 2. c. 5, 12. Num. 5, 26.

קֹמֶץ m. *Pugillus*, ſeu *manus ad prehendendum contracta.* Ter occurrit cum Suffixo מְלֹא קֻמְצוֹ Plenitudinem *pugilli* ſui, i. e. plenum *pugillum* ſuum, Lev. 2, 2. c. 5, 12. בְּקֻמְצוֹ Pugillo ſuo, Lev. 6, 8.

קְמָצִים m. pl. *Manipuli*, à *colligendo* ſic dicti. Semel occurrit Gen. 41, 47.

קָמַשׁ *Rugas contraxit*, apud Arabes; Inde

קִמּוֹשׁ & קִמֹּשׁ m. *Carduus*, *Urtica*, à *rugoſa facie*, quam præ ſe ferunt, nomen trahentes. Illud ſaltem habetur, Jeſ. 34, 13. hoc verò Hoſ. 9, 6.

קִמְּשֹׂנִים m. pl. *Cardui.* Tantum extat Prov. 24, 31.

קִנֵּא *Zelavit*, *Zelotypus fuit*, *Zelo affectus eſt*, *Zelo proſecutus fuit*; *Ad zelum movit vel commovit*; *Invidit*, *Æmulatus eſt.* Conſtruitur vel cum ל, ſi in bonum accipitur; vel cum ב, ferè ſi in malum accipitur, juxta Aben Eſram, Zach. 1, 14. קִנֵּא לֵאלֹהָיו *Zelatus eſt*, *Zelum exercuit*, pro Deo ſuo, Num. 25, 13. וְקִנֵּאתִי לְשֵׁם קָדְשִׁי Et *zelabo* pro nomine ſanctitatis meæ i. e. pro nomine ſancto meo, Ezech. 39, 25. Inf. קַנֵּא *Zelando*, 1. Reg. 19, 10. pro קַנֵּא ad imitationem verborum לה, ubi in Infinitivo tertia radicalis quieſcit in (וֹ) ita & רַפֹּא *Sanando*, pro רַפֵּא Exod. 21, 19. Fut. אַל־תְּקַנֵּא Ne *zelum exerceas*, Pſ. 37, 1. וַיְקַנְאוּ בוֹ אֶחָיו Et inviderunt ei fratres ejus, Geneſ. 37, 11. Hiphil הִקְנִיא *Zelare fecit*, *Ad zelum*, *zelotypiam commovit*, *concitavit*, *provocavit.* Fut. אַקְנִיאֵם Ad *zelotypiam commovebo* eos, Devt. 32, 21. יַקְנִאֻהוּ בְּזָרִים Ad *zelum provocarunt* eum per alienos, (Deos) Devt. 32, 16. Part. מַקְנֶה Ad *zelum provocare*, Ezech. 8, 3. pro מַקְנִא ad formam quieſcentium לה.

1) Generatim *zelum* undecunque enatum importat, ſive *intranſitivè*, ſive *tranſitivè*. 2) Speciatim *α*) *intranſitivè* acceptum, adhibetur vel in *bonum*, vel in *malum.* In *bonum* adhibitum, notat *rei* vel *perſonæ nobis charæ ſtudio duci*, *eam indignis modis tractari dolere*, *pro ipſius ſalute vel gloria aliquid moliri*, *vindictam exercere*, *eam defendere*, *tueri* &c. Ita tribuitur *a*) *Deo*, qui 1) pro ſuâ erga Judæos curâ, favore atque propenſione non ſinebat impunè abire, qui eos injuriâ affecerant, ſed graviſſimè vindicabat injurias ipſis illatas, Zach. 1, 14. c. 8, 2. Joel. 2, 18. Vid. Ezech. 39, 25. ubi dicit, ſe *pro nomine ſuo ſancto zelaturum*, i. e. *effecturum*, ut nomen ſuum, quod ſanctiſſimum eſſe debeat, poſthac non amplius malè audiat inter gentes, ſed illuſtre & glorioſum ſit. 2) *Homini*, tùm in ordine ad *Deum*, propter cujus gloriam vehementer efferbuit, animoque ingenti eam aſſeruit & ultus eſt, e. g. Pinchæ, Num. 25, 13. Eliæ, 1. Reg. 19, 10. 14. tum in *ordine ad alios*, in quorum

commodum & gratiam, zelum exercet, & vindictam edit, 2. Sam. 21, 2. *In malum* verò *uſurpatum* idem eſt ac *alicui aliquod bonum invidere, ob alterius felicem ſucceſſum ſentire dolorem, impatientiam, indignationem, ac deſiderium ſimili gaudendi ſucceſſu.* Ita *Korachus ejusque complices* Moſi invidebant auctoritatem divinitus collatam, eamque amplius ferre nolebant, Pſ. 106, 16. *Rahel* ſorori maritum, Geneſ. 30, 1. *Philiſtæi* Iſaaco proſperitatem, Geneſ. 26, 14. *fratres Joſephi* Joſepho favorem patris, Geneſ. 37, 11. Ita *pii* dolore & indignatione ducuntur, quando impiis bene fit præter meritum, & cuncta iis bene ſuccedunt, Pſal. 37, 1. Pſal. 73, 3. Prov. 3, 31. c. 24, 1. 19. c. 23, 17. *Tranſitivè* acceptum notat *ad zelum, iram, indignationem, invidiam & æmulationem provocare.* Ita 1) *homines* dicuntur *Deum* per idololatriam & alia peccata ad iram & indignationem provocare, Devt. 32, 16. 21. 1. Reg. 14, 22. Pſal. 78, 59. 2) *Deus* dicit ſe Iſraelitas ad zelum & æmulationem provocaturum, Devt. 32, 21.

קַנָּא m. *Zelotes*, Exod. 20, 5. c. 34, 14. Devt. 4, 24. c. 5, 9. c. 6, 15. Tribuitur tantum *DEO*, peccata graviſſimè punienti & ulciſcenti.

קַנּוֹא m. *Zelotes.* Dicitur ſaltem de *DEO*, peccata hominum graviſſimè puniente & vindicante, Joſ. 24, 19. Nah. 1, 2.

קִנְאָה f. *Zelus*, *Zelotypia*, *Invidia*, *Æmulatio.* רוּחַ קִנְאָה Spiritus *zelotypiæ*, Num. 5, 14. In Statu Conſtr. קִנְאַת בֵּיתֶךָ *Zelus* domus tuæ, i. e. circa domum tuam occupatus, Pſal. 69, 10. Cum Suff. קִנְאָתְךָ *Zelus* tuus, Jeſ. 63, 15. Plur. קְנָאֹת *Zelotypiæ*, Num. 5, 15.

1) Generatim notat *zelum undecunque enatum*, tribuiturque cùm *Deo*, tum *hominibus*, vel in *bonum* vel in *malum*. Unde 2) ſpeciatim *α*) *Deo* tributum, deſignat 1) *ardentiſſimum ejus erga pios amorem, ac ſalutis ipſorum curam, cum indignatione adverſus hoſtes eorum conjunctam*, Jeſ. 9, 7. c. 63, 15. Zach. 1, 14. c. 8, 2. 2) *Vehementiſſimam ejus iram*, quâ graviſſimè punit vel *populum ſuum peccantem*, & quaſi fide, quâ ſibi eum deſponderat, turpiſſimè violatâ, ſpiritualiter ſcortantem, Num. 25, 11. Devt. 29, 19. Pſal. 79, 5. Ezech. 5, 13. c. 16, 38. 42. c. 23, 25. Zeph. 3, 8. vel *hoſtes, populum ſuum lædentes*, Jeſ. 42, 13. Ezech. 38, 19, vel alios improbos, Job. 5, 2. *β*) *Chriſto θεανθρώπῳ* tributum, Pſal. 69, 10. denotat *vehementem cordis amore templi flagrantis commotionem*, quâ ejus profanationem indignè ferebat. *γ*) *Homini* tributum *α*) in ordine *ad Deum* notat *zelum*, quô ductus Dei gloriam ab improbis turpiſſimè violatam aſſerit atque vindicat, Num. 25, 11. 2. Reg. 10, 16. *β*) In ordine ad *alios homines* deſignat 1) *zelotypiam mariti*, ſeu *vehementem animi commotionem*, ob turbatam ab alio ſuavem rei deamatæ poſſeſſionem, qua maritus iraſcitur tùm *conjugi*, quam hactenus amavit, tum *mœcho* qui eam in ſui pellexit amorem, Num. 5, 14. 15. 25. 29. Prov. 6, 34. 2) *Invidiam*, ſeu *eam animi commotionem*, qua quis ob meliorem, vel parem

Digitized by Google

rem alterius ſortem intra ſe dolet, eamque ipſi invidet, Prov. 14, 30. c. 27, 4. Eccl. 4, 4. c. 9, 6. Jeſ. 11, 13.

קָנָה *Paravit, Comparavit, Acquiſivit, Emit, Adeptus eſt, Acquiſivit, Emit, Adeptus eſt, Acquiſitum poſſedit, Habuit.* אַדְמַת כֹּהֲנִים לֹא קָנָה Terram Sacerdotum non *emit*, Gen. 47, 22. וְקָנִיתָ לְּךָ אֵזוֹר פִּשְׁתִּים Et *emito* tibi cingulum lini, Jer. 13, 1. Part. קוֹנֶה לֵּב *Acquirit* cor, Prov. 15, 32. In Statu Conſtr. קֹנֵה שָׁמַיִם וָאָרֶץ *Poſſeſſor* cœli atque terræ, Gen. 14, 19. 22. Infin. קְנֵה *Emendo*, Lev. 25, 14. Sed 2. Sam. 24, 24. eſt קָנוֹ, ה in ו mutatô, quod quieſcit in Cholem. Prov. 16, 16. eſt קְנֹה & קְנוֹת, tertiâ radicali in ת mutatâ. בְּיוֹם קְנוֹתְךָ הַשָּׂדֶה In die *emere* te, i. e. quo emes agrum, Ruth. 4, 4. Fut. אֶקְנֶה *Emam*, 2. Sam. 24, 24. וַיִּקֶן Et *emit*, Geneſ. 33, 19. tertiâ radicali per Apocopen ablatâ. Niphal נִקְנָה *Comparatus, Acquiſitus, Emtus eſt.* וְנִקְנָה הַשָּׂדֶה Tum *emetur* ager, Jer. 32, 43. Fut. יִקָּנוּ בָתִּים *Ementur* domus, Jer. 32, 15. Hiphil הִקְנָה *Emere fecit, Vendidit.* הִקְנַנִי *Emere fecit me*, juxta Coccejum, *vendidit me*, juxta Seb. Schmidium; *Pecuarium fecit me, pecoribus cuſtodiendis præfecit me*, juxta R. Salomonem, habitô reſpectu ad ſignificationem nominis inde deſcendentis מִקְנֶה *Pecus*, Zach. 13, 5. Particip. הַמַּקְנֶה *Ad zelum provocans*, Ez. 8, 3. vide ſupra in קנא

1) Generatim juxta Coccejum & Majum obtinet ſignificationem *habendi.* 2) Speciatim α) notat *acquirere, comparare*, ſuum *facere*, quacunque id ratione fiat. Rem enim acquirimus & comparamus, ut eam *habeamus.* Acquiritur autem res 1) *pecuniâ & precio*, ubi idem eſt ac *emere*, e. g. agrum, Gen. 25, 10. c. 33, 19. Jer. 32, 25. *ſervum*, Exod. 21, 2. Devt. 28, 68. domum, Lev. 25, 30. Jer. 32, 15. cingulum, Jer. 13, 1. ligna & lapides, 2. Reg. 12, 13. vas figuli, Jer. 19, 1. vide præterea Jeſ. 24, 2. Ezech. 7, 12. Prov. 20, 14. 2) *Labore & induſtriâ*, prout acquiri ſolet ſapientia, Prov. 4, 5. c. 16, 16. Conf. c. 1, 5. 3) *Nuptiis*, ut uxor, Ruth. 4, 10. 4) *Redemtione*, prout Deus populum Iſraeliticum ſibi acquiſiviſſe, & ſuum peculium feciſſe dicitur, Exod. 15, 16. Pſ. 54, 2. Devt. 32, 6. β) Significat *poſſidere acquiſitum*; quia, quicquid *poſſidemus*, id *habemus.* Prout autem res variô jure & modô acquiritur, ita etiam vario modo ac jure poſſidetur. Hinc res proſſidetur 1) *jure creationis*; ita Deus dicitur *poſſidere cœlum & terram*, quæ condidit, Gen. 14, 19. 22. renes Davidis, quos formavit, accuratiſſime perſpiciens, quæ ibi agantur & recondita ſint, Pſal. 139, 13. 2) *Jure generationis* ſeu *paternitatis.* Ita Eva de Kaino recens nato inquit: *Poſſideo virum Dominum* ſeu *qui Jehova eſt*, Gen. 4, 1. Similiter *Dominus ſapientiam ab æterno poſſediſſe dicitur*, h. e. cœleſtis Pater unigenitum ſuum Filium ratione æternæ generationis poſſedit, & per ineffabilem περιχώρησιν unius eſſentiæ divinæ ſibi præſentiſſimum habuit, Prov. 8, 22. Hic notatu

 digna

digna ſunt verba Hieronymi in epiſtola ad Cyprianum: *Poſſeſſio ſignificat, quod ſemper filius in Patre, & Pater in filio fuerit.* 3) *Jure emtionis*, Jeſ. 1, 3.

קֹנֵה m. *Emtor; Poſſeſſor.* Eſt Participium nominaſcens, Jeſ. 24, 2.

קָנֶה m. *Canna, Arundo, Culmus, Calamus, Calamus odoratus, Calamus menſorius, Scapus in ſtatera*, unde bilances pendent. קָנֶה רָצוּץ *Arundo* quaſſata, Jeſ. 42, 3. מִשְׁעֶנֶת הַקָּנֶה הָרָצוּץ Scipio *arundinis* quaſſatæ, i. e. fallax & nocens, Jeſ. 36, 6. וְכֶסֶף בַּקָּנֶה יִשְׁקֹלוּ Et argentum *ſtaterâ* pendunt, Jeſ. 46, 6. In Statu Conſtr. קְנֵה הַמִּדָּה *Calamus* menſuræ, i. e. menſorius, Ezech. 40, 5. Cum Suff. וְקָנָהּ Et *calamus* ejus, Exod. 25, 31. אֶזְרֹעִי מִקָּנָה תִשָּׁבֵר Brachium meum de *cannâ* ſuâ confringatur, Job. 31, 12. ubi Mappik ex ה excidit juxta Kimchium, quod Chaldæus expreſſit. Plur. קָנִים *Calami, Rami*, Exod. 25, 22. In Statu Conſtr. קְנֵי מְנוֹרָה *Calami* candelabri, Exod. 25, 37. Fœm. cum Aff. וּקְנֹתָם Et *calami* eorum, Exod. 25, 36.

1) Generatim notat *cannam*, quacunque accipiatur ratione, ſive *propriè*, ſive *impropriè*. Unde 2) ſpeciatim α) *propriè* notat *cannam* vel *calamum naturalem*, tàm *paluſtrem*, qualis creſcit in aquis aut arundinetis, 1. Reg. 14, 15. Jeſ. 19, 6. & ubi feræ latitare ſolent, Job. 40, 16. quàm *aromaticam*, cujus uſus erat in ſuffitu, Exod. 30, 23. Jeſ. 43, 24. Jer. 6, 20. β) *Metaphoricè* transfertur ad *omnia*, quæ *cannæ* ſeu *calami ſimilitudinem* referunt. Proinde 1) notat *calamum* frumenti, ſeu *culmum*, in quo ſunt ſpicæ, Gen. 41, 5. 22. 2) *Cannam brachii*, quæ juxta Kimchium eſt *os brachii teres & oblongum inſtar calami*, à nodo ſcilicet ſeu junctura brachii usque ad juncturam humeri. Conf. R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi, Job. 31, 22. 3) *Cannam artificialem*, ſeu *calamum menſorium*, *baculum* vel *virgam menſoriam*, ſex continentem cubitos, Ezech. 40, 5. 6. 7. 8. 4) *Scapum in ſtaterâ*, unde utrinque filis bilances pendent, quia oblongus eſt, inſtar arundinis vel calami, Jeſ. 46, 6. 5) *Calamum candelabri*, qui arundinis ſpeciem referebat, Exod. 25, 31. 32. 33. 35. c. 37, 18.

קִנְיָן m. *Acquiſitio, Negotiatio, Emptio, Poſſeſſio*, Ezech. 38, 12. In Statu Conſtr. קִנְיַן כַּסְפּוֹ *Res emta* argentô ſuô, Lev. 22, 11. קִנְיָנוֹ *Poſſeſſio* ſua, Gen. 36, 6.

1) Generatim notat *acquiſitionem*. 2) Speciatim α) notat *emtionem*, quæ fit argento, Lev. 22, 11. β) *Meton.* deſignat *rem acquiſitam & poſſeſſam*. Ita dicitur non ſolum de regiis Pharaonis opibus, Pſalm. 105, 21. ſed etiam de aliis facultatibus acquiſitis & poſſeſſis, Prov. 4, 7. excepto pecore, Gen. 34, 23, c. 36, 6. Ezech. 38, 12. 13. Sed Pſal. 104, 24. transfertur ad *omnis generis creaturas*, tàm *animatas*, quàm *inanimatas*, quæ ſunt *poſſeſſiones Dei*, ſeu Deum poſſeſſorem agnoſcunt. Sæpius non occurrit.

מִקְנָה f. *Acquiſitio, Emtio, Poſſeſſio.* סֵפֶר הַמִּקְנָה *Libellus* emtionis, Kauff-Brief/ Jer.32,11. 12. 14,16. וַיָּקָם שְׂדֵה עֶפְרוֹן לְאַבְרָהָם לְמִקְנָה Et conſtitit ager Ephronis Abrahamo in *poſſeſſionem*, Gen. 23, 17. 18. In Statu Conſtr. מִקְנַת כָּסֶף *Emtio* argenti, i. e. argento emtus, Ex.12, 44. Confer. Gen. 17, 12. 13. 23. 27. Cum Suff. מִקְנָתוֹ *Emtio* ejus, Lev.25,16. 51. c. 27, 22. Sæpius non legitur.

מִקְנֶה m. *Poſſeſſio; Pecus*, ſic dictum, quod Veteres magnam poſſeſſionis ſuæ partem in pecore collocarent. אַנְשֵׁי מִקְנֶה Viri *pecoris*, i. e. *pecuarii*, exercentes artem paſtoritiam, Gen. 46, 32. 34. In Statu Conſtr. מִקְנֵה צֹאן וּמִקְנֵה בָקָר *Poſſeſſio* gregis, & *poſſeſſio* armenti, Gen. 26, 14. Cum Suff. מִקְנִי *Pecus* meum, Exod. 17, 3. Plur. מִקְנִים *Pecora.* מִקְנֶיךָ *Pecora* tua, Jeſ. 30, 23.

1) Generatim notat *quamcunque acquiſitionem* vel *poſſeſſionem*. 2) Speciatim α) legitur de *acquiſitione* & *poſſeſſione agri* & *ſpeluncæ*, ubi ſepulchra Abrahami, Saræ, Iſaaci, Rebeccæ &c. fuerunt, Gen. 49, 32. β) de *acquiſitione & poſſesſione pecudis*, Gen. 26, 14. c. 47, 17. 18. 2. Chron. 32, 29. Quia verò Veteres magnam poſſeſſionis ſuæ partem in pecore conſtituebant, hinc notat etiam *pecus ipſum*, Exod. 9, 6. 7. c.17, 3. Num. 20, 19. Gen. 13, 7. c. 31, 9. &c. comprehenditque non tantum oves & boves, Joſ. 22, 8. Num. 32, 16. ſed etiam aſinos & camelos, 1. Sam. 30, 20. 2. Reg. 3, 17. 2. Chron. 14, 15. Job. 1, 3.

קנם Radix inuſitata. Inde eſt

קִנָּמוֹן m. *Cinnamomum*; Eſt *cortex ligni odoriferi*, Prov. 7, 17. Cant. 4, 14. In Statu conſtr. קִנְּמָן־בֶּשֶׂם *Cinnamomum* aromaticum, Exod. 30, 23. Præterea non legitur.

קָנַן *Nidificavit, Nidum paravit*; proprium avium eſt, & ſaltem quinquies legitur. קִנְּנָה קִפּוֹז *Nidificat* merula, Jeſ.34,15. קִנְּנוּ כָּל־עוֹף *Nidificarunt* omnes aves, Ez. 31, 6. Fut. כְּיוֹנָה תְּקַנֵּן Sicut columba *nidificabit*, Jer. 48, 28. אֲשֶׁר שָׁם צִפֳּרִים יְקַנֵּנוּ Ubi aves *nidificant*, Pſal. 104, 17. Pual מְקֻנַּנְתְּי *Nidificans*, quæ nidificas, Jer. 22, 23. Eſt forma mixta ex Participiô, quod innuit מ, & ex Præteritô, quod innuit Afformativum. Jota in fine eſt Paragogicum.

קֵן m. *Nidus.* קֵן מְשֻׁלָּח *Nidus* emiſſus, Jeſ. 16, 2. vel 11. In Statu Conſtr. קַן־צִפּוֹר *Nidus* avis, Devt. 22, 6. Cum Suff. שִׂים בַּסֶּלַע קִנֶּךָ Pone in petrâ *nidum* tuum, Num. 24, 21. Plur. קִנִּים *Nidi, Manſiones*, Gen. 6, 14.

1) Generatim deſignat *manſionem*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *nidum*, ſeu *manſiunculam* avis, quam avis ex plumis ſtraminibusque congeſtis ſibi parat, & pullos ibi excludit, Devt. 22, 6. Job. 39, 30. Prov. 27, 8. β) *Impropriè*, & quidem 1) *Metonymicè* deſignat *pullos in nido poſitos*, Devt. 32, 11. è nido recens emiſſos, Jeſ. 16, 11. 2) *Metaphoricè* ſignificat *manſiones hominum*, inprimis, quas in celſis locis exſtruxerant,

more avium rapacium, quæ in præaltis rupibus nidos ponere conſueverunt, Num. 24, 21. Job. 29, 18. Jer. 22, 23. c. 49, 16. Obad. v. 4. Hab. 2, 9. Sed Gen. 6, 14. notat *manſiones*, tàm *hominum*, quàm *brutorum* in arcâ Noæ factas.

קנץ Unde ortum videri poteſt קִנְצֵי vide in קֵץ.

קָסַם *Divinavit.* Part. קֹסֵם *Divinans*, Devt. 18, 10. קֹסְמִים *Divinantes*, Devt. 18, 14. Infin. בִּקְסָם־לָךְ כָּזָב In *divinando* pro te mendacium, Ezech. 21, 34. Fut. וַיִּקְסְמוּ קְסָמִים Et *divinarunt* divinationes, 2. Reg. 17, 17.

1) Generatim notat *divinare*, variasque *divinandi* artes comprehendit; unde Geiero Prov. 16, 9. in genere idem eſt, ac *rem ignotam reddere planam ac manifeſtam*, ſive per *media illicita*, ſive *licita* id fiat. 2) Speciatim α) *in malum* ſumtum, notat *divinare*, remque, quæ ignota eſt, manifeſtam facere per *media illicita*, qualibus utuntur *Arioli, Magi* aut artium ſuperſtitioſarum Cultores & Magiſtri, Devt. 18, 10. 14. 1. Sam. 6, 2. c. 28, 8. 2. Reg. 17, 17. Ezech. 21, 21. Inde tribuitur quoque *falſis Prophetis*, Jeſ. 44, 25. Jer. 27, 8. c. 29, 9. Ezech. 12, 9. 23. c. 23, 28. Mich. 3, 6. 7. Zach. 10, 2. β) *In bonum* ſumtum notat *divinare*, remque ignotam manifeſtare per *media licita*, cujus generis eſt acrimonia judicii, inquirens in rei manifeſtandæ cauſas, circumſtantias &c. Sic accipitur Jeſ. 3, 2.

קֶסֶם m. *Divinatio*, Jer. 14, 14. Plur. קְסָמִים *Divinationes*, Devt. 18, 10.

1) Generatim notat *divinationem*, ſive *illicita*, ſit, ſive *licita*. Unde ſumitur tàm in *malum*, quam in *bonum*. 2) Speciatim α) notat *divinationem illicitam*, in quâ nihil veri, nihil ſolidi eſt, utens ſubinde mediis illicitis, Num. 23, 23. Devt. 18, 10. 1. Sam. 15, 23. Jer. 14, 14. Ezech. 13, 6. 23. c. 21, 26. β) Notat *divinationem licitam*, quæ per media naturalia & politica exercetur, & *ſagacitas* dici poteſt, quâ qui præditus eſt, res ignotas ac fermè inexplorabiles perveſtigat, Prov. 16, 9.

מִקְסָם m. *Divinatio.* Bis ſaltem legitur in Statu Conſtr. מִקְסַם חָלָק *Divinatio* blandi, Ezech. 12, 24. מִקְסַם כָּזָב *Divinatio* mendacii, Ezech. 13, 7.

קסת Radix inuſitata. Inde eſt

קֶסֶת m. *Atramentarium*, quod ter occurrit Ezech. 9, 2. 3. 11. Caſtellus in Lexico cum LXX. aptius reddi poſſe exiſtimat *Cingulum*; à quô non abit Dn. Majus in Suppl. Lex. Coccej.

קעע Radix in Kal inuſitata; in Piel eſt apud Rabbinos קִעְקַע *Sculpſit, Fodit, Stigmatiſavit.* In Scriptura legitur

קַעֲקַע m. *Stigma*, ſeu *ſignum in corpore impreſſum.* Semel legitur Lev. 19, 28.

קְעָר

קָעַר *Profundum effecit*, apud Arabes; velut Hottingerus interpretatur, *Comedit è fundo petitam offam.* Inde eſt apud Ebræos

קְעָרָה f. *Scutella, Patina*, eaque *profundior*, Num. 7, 85. In Statu Conſtr. קַעֲרַת כֶּסֶף *Scutella, patina argenti*, i. e. argentea, Num. 7. 13. 19. 25. 31. 37. 43. &c. Plur. קְעָרֹת *Scutellæ, Patinæ*, Num. 4, 7. Cum Suff. קְעָרֹתָיו *Scutellæ* ejus, Exod. 25, 28. c. 37, 16. In Statu Conſtr. קַעֲרַת כֶּסֶף *Scutellæ* argenti, i. e. argenteæ, Nnm. 7, 84.

קָפָא *Concrevit, Coagulatus, Congelatus, Condenſatus eſt.* קָפְאוּ תְהֹמֹת בְּלֶב־יָם *Congelatæ ſunt* abyſſi in corde maris; Exod. 15, 8. Particip. הַקֹּפְאִים עַל־שִׁמְרֵיהֶם Qui *coagulati ſunt* ſuper fecibus, Zeph. 1, 12. Hiphil הִקְפִּיא *Coagulavit.* Fut. תַּקְפִּיאֵנִי *Coagulaſti* me, Job. 10, 10.

1) Generatim infert *concretionem rei liquidæ, ut concreta & firma conſiſtat.* 2) Speciatim *a*) dicitur de *aquis* maris rubri, quæ ita concreverant & congelatæ apparebant, ut in cumulum collectæ conſiſterent, Exod. 15, 8. *β*) De *lacte in caſeum coagulatô*, firmitatem & ſoliditatem nacto, cui comparatur formatio corporis humani, cujus materia à primordio liquidior quidem exiſtit, deinde verò majorem firmitatem ſortitur ad recipiendam membrorum formam, Job. 10, 10. *γ*) De *ſecuris & præfractis peccatoribus*, qui vel graviſſimis minis legis non commoventur, nec converſionem temporum ſentiunt, inſtar rerum coagulatarum, vel concretarum, conſiſtunt immobiles, in peccatis ſuis obduruerunt ſine ullo conſcientiæ ſenſu in iis pergunt, Dei ridentes comminationes per Prophetas factas, obfirmateque in ſuo hærent malo, ut feces adhærent dolio, Zeph. 1, 12. Sæpius non occurrit.

קִפָּאוֹן m. *Concretio, Denſitas, Condenſatio.* Dicitur de *luce*, quæ *concreta* videtur, quando eſt *denſa, nebuloſa*, quæ parum abeſt à *tenebris*; Semel legitur Zach. 14, 6. *Metaphoricè* adhibitum, ad innuendum *tempus* nec plane lætum, nec plane triſte, ſed medium, quo triſtia lætis commiſcentur. Confer. Druſius in l. c.

קָפַד *Abſcidit, Præcîdit, Succîdit, Excîdit, Incîdit.* Semel legitur Jeſ. 38, 12. קִפַּדְתִּי כָאֹרֵג חַיַּי *Præcidi, Abſcîdi* ſicut textor vitam meam, h. e. interprete Mercero, *ſicut textor, telâ perfectâ, celeriter è liciatorio eam præcidit:* Ita & ego vitam meam præcidi. Sed Coccejus ita interpretatur: *Velociter tranſmiſi ut textor vitam meam;* quia ſequitur מִדַּלָּה יְבַצְּעֵנִי Præ *peniculo* abſolvit me. Quam in rem citat Job. 7, 6.

קִפֹּד m. *Ericius*, qui æſtate in ſepibus, hyeme verò in truncis arborum, aut in terræ ſcrobibus degit, & ita dicitur, quod peculiari incidendi vi gaudeat. Sed juxta Bochartum P. I. L. 3. c. 36. ita dicitur vel ex ſignificatione vocis קפדן Talmudiſtis receptæ, quæ *aſperum, morroſum & in-*

tractabilem deſignat, vel ex Syriacô ܩܦܕ *Horrere, horripilare, ὀρθοτριχεῖν*, ut cum pili præ metu eriguntur. *Ericium* reddunt Græci, Hieronymus, R. Salomon & Bochartus l. c. Sed Kimchio eſt *avis loca deſerta incolens.*

קְפָּדָה f. *Excidium.* Semel occurrit Ezech. 7, 25. & jungitur verbo maſculino; quare Kimchio eſt maſculinum, & ה eſt Paragogicum, ſine quo foret קְפָד vel קֶפֶד.

קָפַז *Subſiliit, Saltavit*, apud Rabbinos; Inde eſt

קִפּוֹז m. *Merula*, ſic dicta, quod ſit avis ſaltuatim incedens. Ita Junius reddit; Sed quia *merula* in cultis locis degit, קִפּוֹז autem in deſertis; hinc doctiſſimus Bochartus ab eo recedit, exiſtimans, quod ſit *acontias* ſive *jaculus ſerpens*, ita dictus, quia *jaculorum* inſtar impetu fertur. Vid. Hieroz. P. II. lib. 3. p. 411. ſeq.

קָפַץ *Contraxit, Conſtrinxit, Clauſit, Occluſit, Obdidit, Obturavit.* קָפְצָה פִּיהָ *Obturavit* os ſuum, manu quaſi impoſitâ, Job. 5, 16. Fut. לֹא תִקְפֹּץ אֶת־יָדְךָ Non *contrahes, continebis, claudes* manum tuam, Devt. 15, 7. Niphal Fut. יִקָּפֵצוּן *Obturabuntur* (quoad ora ſua,) Job. 24, 24. Piel קִפֵּץ *Subſiliit, Subſultavit.* Part. מְקַפֵּץ עַל־הַגְּבָעוֹת *Subſiliens* ſuper collibus, Cant. 2, 8.

1) Generatim videtur obtinere ſignificationem *contrahendi.* 2) Speciatim α) notat *claudere, occludere*, quia, quæ clauduntur, contrahuntur. Dicitur autem 1) de *occluſione* vel *obturatione oris*, quæ eſt vel *frementium intra ſe*, qui, quod dicant vel regerant, non habent, Job. 5, 16. c. 24, 24. Conf. Seb. Schmid. vel *ex ſtupore & confuſione obmuteſcentium*, Pſ. 107, 42. Jeſ. 12, 15. 2) De *occluſione manûs* egenis eleemoſynam erogare nolentis, Devt. 15, 7. 3) De *occluſione viſcerum miſerentium*, ubi miſeri conditio inſuper habetur, imploranti auxilium denegatur, & commiſerationi omnis quaſi exitus præcluditur, Pſ. 77, 10. β) Notat *ſalire, ſubſilire, ſubſultare*, quia *ſalire* vel *ſubſultare volentes*, membra *contrahunt.* Ita ſemel legitur Cant. 2, 8.

קָצַב *Cecîdit, Præcîdit.* Bis ſaltem legitur. וַיִּקְצָב־עֵץ Et *cecîdit* lignum, 2. Reg. 6, 6. Particip. Paul כְּעֵדֶר הַקְּצוּבוֹת Sicut grex *præciſarum* ſeu *detonſarum* ovium, Cant. 4, 2.

קֶצֶב m. *Cæſura, Præciſio, Inciſio.* Ita dicitur de *cæſurâ* ejusdem menſuræ, 1. Reg. 6, 25. c. 7, 37. Plur. in Statu Conſtr. לְקִצְבֵי הָרִים יָרַדְתִּי Ad *præciſiones* montium deſcendi, i. e. ad *terminos, extremitates, radices montium*, qui in mari. Reſpicitur *fundus maris*, ubi extremæ promontoriorum radices terminantur, Jon. 2, 6.

קָצָה־ה *Scidit, Succîdit, Præcîdit, Abſcîdit, Excîdit, Abraſit, Amputavit, Decurtavit, Detruncavit.* In Kal ſaltem legitur Infinitivus קְצוֹת עַמִּים רַבִּים *Excîdit* populos multos, Hab. 2, 10. Piel קִצָּה *Excîdit*, *Ab-*

Abſcidit, *Decurtavit.* מְקַצֶּה רַגְלַיִם *Abſcindens*, *Amputans pedes*, Prov. 26, 6. Infin. לְקַצּוֹת *Excidere, Detruncare*, 2. Reg. 10, 32. Hiphil הִקְצוּ *Abraſerunt*, Lev. 14, 41. Infin. וְאַחֲרֵי הִקְצוֹת אֶת־הַבַּיִת Et poſt *abraſiſſe*, i.e. poſtquam abraſerat, Lev. 14, 43.

1) Generatim *ſeparationem* infert, connotata *rei extremitate.* 2) Speciatim α) notat *abſcindere*, *amputare*, quia, quicquid abſcinditur vel amputatur, id ab altero *ſeparatur.* Ita dicitur de amputatione vel detruncatione pedum, Prov. 26, 6. β) *Excidere*, quia, quicquid exciditur, *ſeparatur.* Ita dicitur de exciſione populorum, Hab. 2, 10 ſpeciatim populi Iſraelitici, 2. Reg. 10, 32. γ) *Abradere*, quia, quicquid abraditur, velut extremum ab altero ſeparatur. Ita legitur de abraſione tectorii è pariete, Lev. 14, 41. 43.

קֵץ m. *Finis*, *Extremum*, vide in קָצַץ.

קָצֶה vel קֵצֶה m. *Finis*, *Extremum*, vide in קֵץ, rad. קָצַץ.

קָצֶה m. *Finis*, *Extremitas*, *Extremum*; quaſi *præciſum* dicas, quia ubi res præciditur, ibi ejus eſt finis. מִן הַקָּצֶה אֶל־הַקָּצֶה Ab *extremitate* ad *extremitatem*, i.e. ab *extremitate* unâ ad alteram, Exod. 26. 28. In Statu Conſtr. קְצֵה אֶרֶץ *Extremitas* terræ, Exod. 16, 35. מִקָּצֵהוּ Ab *extremitate* ejus, Jeſ. 56, 11. Plur. Cum Suff. מִקְּצֵיהֶם Ab *extremitatibus* ipſius, Ezech. 33, 2. Interdum in Plurali ה in ו mutatur. קַצְוֵי אֶרֶץ *Extremitates*, *fines* terræ, Pſ. 48, 11. Pſ. 65, 6. Jeſ. 26, 15.

1) Generatim importat *omne id*, *in quod extremi & præciſi* ratio ullô cadere poteſt modô. 2) Speciatim α) deſignat *extremitatem rei* partes integrantes habentis, quarum una ut extrema ſpectari poteſt, e. g. baculi, 1. Sam. 14, 45. Jud. 6, 21. aulæi, Exod. 26, 5. c. 36, 12. fluvii, Jeſ. 7, 18. Joſ. 15, 5. caſtrorum, Jud. 7, 17. 19. Num. 11, 1. 2. Reg. 7, 18. aquæ ductus, Jeſ. 7, 3. Inde transfertur ad *plagam cœli*, ubi viſus noſter in Horizonte velut limite & extremitate terminatur, e. g. ad orientalem, Joſ. 4, 19. Pſ. 19, 7. meridionalem, Joſ. 15, 1. Si memoratur *extremitas terræ*, notat *locum cuique regioni remotiſſimum*, ſive ſit terra, ſive ſit aqua, ceu obſervat Seb. Schmidius ad Jer. 10, 13. Conf. Pſ. 135, 7. Jer. 12, 12. c. 25, 33. c. 51, 16. Quia autem הָאָרֶץ interdum antonomaſticè *terram ſanctam* deſignat, inde per קְצֵה הָאָרֶץ quandoque *ultimæ terræ ſanctæ partes* denotantur, Exod. 16, 35. Devt. 13, 7. c. 28, 49. Pſ. 61, 3. Jeſ. 5, 26. Imò nonnunquam *rei univerſitatem* innuit, quæ tota intra ſuos fines & extremitates continetur, Gen. 19, 4. Pſ. 19, 5. β) Denotat *finem durationis* ſeu *temporis*, Gen. 8, 3. Joſ. 3, 2. c. 9, 16. 1. Sam. 24, 8. 1. Reg. 9, 10. 2. Reg. 8, 3. c. 18, 10. Ezech. 3, 16. c. 39, 14. γ) Significat *partem rei*, Gen. 47, 2. Num. 23, 13.

קְצָת f. *Finis*, *Extremitas*, *Extremum*, Exod. 25, 19. Cum Suff. וּמִקְצָתָם Et à *fine* illorum, Dan. 1, 5. Plur. קְצוֹת *Extremitates*, Pſ. 65, 9. ה in ו mutato, perinde ut in קָשֶׁה, cujus Pluralis eſt קָשׁוֹת

 Exod.

Exod. 37,16. Aſt in Statu conſtructo eſt קְצוֹת הָאָרֶץ *Fines* terræ, Jeſ. 40,28. Cum Suff. קְצוֹתָם *Extremitates* eorum, Pſ. 19,7.

1) Generatim perinde ut קָצֶה notat *omne id, in quod extremi aliqua ratio* cadere poteſt. 2) Speciatim α) deſignat *extremitatem rei partes integrantes habentis*, e.g. propitiatorii, Exod. 25,18. c. 37,7. 8. Ephodi, Exod. 28,7. pectoralis, Exod. 28,23. 24. 25. 26. c. 39,16, 17. alarum Cherubinorum in templo, 1. Reg. 6, 24. terræ, Job. 28,24. Jeſ. 40,28. Inde transfertur ad *plagas cæli*, ubi viſus noſter in Horizonte velut termino & extremitate finitur, Jer. 49, 36. in ſpecie ad orientalem, Pſ. 19,7. ſed quando ad *populum* refertur, 1. Reg. 12,31. c. 13,33. 2. Reg. 17,32. *Metaphoricè* notat *homines inferioris ſortis & conditionis*. β) Significat *finem durationis* ſeu *temporis*, Dan. 1,15. 18. γ) Denotat *partem rei*, & voce *quidam* reddi poteſt, Dan. 1,2. Neh. 7,70.

קְצָוִים m. pl. *Extremitates*, vide in קָצָה.

קְצוֹת f. pl. *Extremitates, Fines*, vide in קָצָה.

קִיצוֹן m. *Extremus, Exterior*. Quater occurrit Fœmininum, קִיצוֹנָה Exod. 26,4. 10. c. 36,11. 17.

מִקְצָת f. *Finis, Pars*. Ita occurrere cenſetur, Dan. 1,2. 15. 18. Neh. 7,70. Sed quid obſtat, quo minus ad קָצָה referas; ut מ ſit Præfixum, Dageſch ex literâ Schevata excidente; imprimis, cum non incommodum ſenſum in dictis locis pariat.

קֶצַח m. *Nigella*, μελάνθιον, juxta LXX. ſemen nigrum, quod cumino minus eſt, juxta AbenEſram. Legitur Jeſ. 28,25. 27.

קָצַן *Flexit, Incurvavit*, apud Æthiopes juxta Hottingerum. Inde

קָצִין m. *Dux, Princeps*, ad cujus nutum & imperium flectuntur, quibus obſequii gloria relicta eſt; & cui *incurvatione* corporis cultus præſtatur. Sed juxta Fœrſterum eſt à קָצָה quia *Dux eſt in extremitatibus, i.e. in principio & fine alicujus negocii gerendi, quique alios in ordine expedit.* לֹא תְשִׂמֻנִי קְצִין עָם Ne ponatis, conſtituatis me *Ducem* populi, Jeſ. 3,7. Plural. קְצִינִים *Duces, Principes*. In Statu Conſtr. קְצִינֵי ut Jeſ. 1,10. שִׁמְעוּ דְבַר יְהוָה קְצִינֵי סְדֹם הַאֲזִינוּ תּוֹרַת אֱלֹהֵינוּ עַם עֲמֹרָה Audite verbum *Domini*, *Duces* Sodomæ (i.e. Sodomitis tàm ſimiles, ut ipſorum Duces agere videamini) auribus percipite doctrinam Dei noſtri, popule Gomorræ, i.e. civibus Gomorræ ſimiles. Vid. celeb. Danz. Interpres §. 22.

1) Generatim ſignificat, *Ducem* vel *Principem*, cui obſequium & cultus debetur. 2) Speciatim α) notat *Principem* urbis, Jeſ. 1,10. c. 3,6.7. Mich. 3,1. 9. β) *Ducem belli*, ſive *ſupremum*, qualis dicitur General/ Jud. 11,6. 11. confer. Dan. 11,18. ſive *inferiorem*, qualis hodienum vocatur Oberſter/ Joſ. 10,24. Jeſ. 22,3.

קָצַע *Abraſit*, &c. In Kal non legitur. In Hiphil הִקְצִיעַ *Abraſit*,

Digitized by Google

ſit, tectorio nudavit, lituram vel *ſuperficiem muri abraſit:* Targum interpretatur per קְלַף *Decorticavit, corticem, extimam faciem abraſit.* Semel occurrit in Fut. וְאֶת־הַבַּיִת יַקְצִעַ מִבַּיִת Et domum *tectorio nudabit* intus, Lev. 14, 41. Hophal הֻקְצָע vel הָקְצָע *Angulatus* eſt. Participium מְהֻקְצָעוֹת *Angulata*, vide inferius.

קְצִיעָה f. *Kezia*, nomen proprium ſecundæ filiæ Jobi; ſic dicta, quod pretioſa & præſtans eſſet in morem *Caſiæ*, quæ eſt aroma ſuaviſſimum, Job. 42, 15.

קְצִיעוֹת f. pl. *Caſiæ*, Pſal. 45, 9. *Aromatis* ſpecies, quam Chaldæus voce קְדָה exprimit. Fœrſtero eſt *frutex aromaticus*, cujus cutis abraditur. Vid. Plin. lib. 12. c. 20. Hiſt. natur.

מִקְצֹעַ m. *Angulus*, ſic dictus, quod in eô *ſuperficies* quaſi *abſcindatur* & deſinat; vel juxta Guſſetium, quod *fiat denuo & renovetur, quando tectorium undique aufertur, quia linea recta unius muri lineam alterius terminat magis præcisè, tectorium verò perquiritur usque in intimos angulos.* Latius autem patet quam פִּנָּה, ceu ex collatione locorum, ubi occurrit, patet cuique, 2. Chr. 26, 9. Neh. 3, 2. 24. 25. In Statu Conſtr. בְּמִקְצֹעַ הֶחָצֵר In *angulô* atrii, Ezech. 46, 21. Plur. מִקְצֹעִים *Anguli.* In Statu Conſtr. מִקְצֹעֵי הֶחָצֵר *Anguli atrii*, Ez. 46, 21. Fœm. מִקְצֹעוֹת *Anguli*, Ezech. 46, 22. Exod. 26, 24. c. 36, 29. Cum Suff. מִקְצֹעוֹתָיו *Anguli* ejus, Ezech. 41, 22.

מִקְצֹעָה f. *Angulus*; Semel legitur in Plurali in Statu Conſtr. לִמְקְצֹעֹת הַמִּשְׁכָּן *Angulis* tabernaculi, Exod. 26, 23.

מַקְצֻעוֹת f. pl. *Anguli.* Semel occurrit Jeſ. 44, 13. יַעֲשֵׂהוּ בַּמַּקְצֻעוֹת Facit illud in *angulos.*

מְהֻקְצָעוֹת f. pl. *Angulata, Angularia.* Semel legitur, Ez. 46, 22. eſtque Participium Hophal, duplici charactere gaudens, pro מֻקְצָעוֹת Fieri enim quandoque ſolet, ut more Chaldæorum priori characteri ה novus Participii ſuperinducatur.

קָצַף *Efferbuit; Spumavit; Succenſuit.* Conſtruitur vel abſolutè, vel interveniente Præpoſitione עַל vel ב. קָצַף עַל־עֲבָדָיו *Efferbuit* contra ſervos ſuos, Gen. 41, 10. Infin. נִשְׁבַּעְתִּי מִקְּצֹף עָלַיִךְ Juravi, non fore, ut *efferveſcam* in te, Jeſ. 54, 9. Fut. אֶקְצֹף *Efferveſcam*, Jeſ. 57, 17. Hiphil הִקְצִיף *Efferbeſcere fecit, Irritavit.* הִקְצַפְתֶּם אֶת־יְהוָה *Efferveſcere feciſtis* Dominum, Devt. 9, 8. Infin. בְּהַקְצִיף אֲבֹתֵיכֶם אֹתִי In *efferveſcere facere* me, i. e. quum efferveſcere fecerunt, ad iram provocarunt me, Zach. 8, 14. Hithpael הִתְקַצֵּף *Efferbuit*, Jeſ. 8, 22.

1) Generatim *ferveſcendi* ſignificationem habet. 2) Speciatim *α*) *propriè* competit *rebus vi ignis ferveſcentibus;* Sed in hoc ſignificatu in ſcriptura non occurrit. *β*) *Impropriè* 1) *Metaphoricè* transfertur ad *deſignandam graviorem & vehementiorem iram*, quia irati *efferveſcere* ſolent.

lent. Unde in *Kal* reddi ſolet: *Irâ efferbuit; vehementer indignatus eſt, graviter ſuccenſuit*; tribuiturque tùm *Deo*, qui graviſſimè peccatoribus iraſcitur, eosque punit, Lev. 10, 6. Devt. 1, 34. c. 9, 19. Jeſ. 47, 6. c. 54, 9. c. 64, 4. 8. Thren. 5, 22. Zach. 1, 15. tùm *homini*, aliis vehementiſſimè ſuccenſenti, Gen. 40, 2. Exod. 16, 20. Lev. 10, 16. Num. 31, 14. 1. Sam. 29, 4. 2. Reg. 5, 11. c. 13, 19. Eſth. 1, 12. Jer. 37; 15. In *Hiphil* notat *facere, ut aliquis irâ efferveſcat, aliquem graviter irritare, ad vehementiſſimam iram provocare.* Ita dicitur de *hominibus* per peccata Deum ad vehementiſſimam iram provocantibus, Devt. 9, 7. 8. 22. Pſ. 106, 32. Zach. 8, 14. In *Hithpael* autem, ubi ſemel legitur, notat *vehementiſſimè indignatus eſt, irâ efferbuit*, Jeſ. 8, 22. 2) *Metonymicè* ſignificat *ſpumare*, quia *efferveſcentiam* ſequitur *ſpuma.* Hic ſignificatus colligitur ex voce conjugata קֶצֶף quæ *ſpumam* denotat.

קֶצֶף m. *Fervor; Spuma; Ira fervens & quaſi ſpumans.* קֶצֶף גָּדוֹל *Ira indignatio* magna, 2. Reg. 3, 27. Cum Suff. בְקִצְפִּי הִכִּיתִיךְ In *irâ* mea percuſſi te, Jeſ. 60, 10. אַל־בְּקֶצְפְּךָ תוֹכִיחֵנִי Ne in *irâ* tuâ redargue me, Pſ. 38, 2.

1) Generatim *fervoris* notionem obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* competit *fervori* virtute ignis excitatò; ſed ita in ſcripturâ non reperitur. β) *Impropriè* 1) *Metaphoricè* transfertur ad denotandam *iram vehementiorem & graviorem*, quâ quis totus efferveſcit & ſpumat, diciturque *tùm* de *homine* graviter iraſcente, Eſth. 1, 18. Eccl. 5, 6. *tùm* de *Deo* vehementiſſimè ſuccenſente & puniente, Num. 1, 53. c. 17, 11. c. 18, 5. Devt. 29, 27. Joſ. 9, 20. 2. Chron. 19, 2. 10. c. 24, 18. c. 29, 8. c. 32, 25. 26. Jeſ. 34, 2. c. 60, 10. Zach. 1, 15. c. 7, 12. Jer. 21, 5. c. 32, 37. c. 50, 13. Zach. 1, 15. c. 7, 12. 2) *Metonymicè* notat *ſpumam.* Ita ſemel legitur de ſpumâ maris æſtuantis & fluctuantis, Hoſ. 10, 7.

קְצָפָה f. *Spuma.* Semel occurrit, Joel. 1, 7 ubi ficus redacta dicitur לִקְצָפָה In *ſpumam* i. e. *rem nihili.*

קָצַץ *Præſcìdit, Præſecuit, Abſcidit, Succìdit, Amputavit, Truncavit, Mutilavit*, & propriè de *extremitate* dicitur. וְקַצֹּתָה אֶת־כַּפָּהּ *Amputabis* manum ejus, Devt. 25, 12. Particip. Paul in Statu Conſtr. קְצוּצֵי פֵאָה *Abſciſſos* angulo, Jer. 9, 26. Piel קִצֵּץ *Præſcidit, Abſcidit, Succidit* &c. קִצֵּץ עֲבוֹת רְשָׁעִים *Abſcidit* funem impiorum, Pſ. 129, 4. Sed 2. Reg. 18, 16. eſt קִצַּץ. Fut. וַיְקַצֵּץ אֶת־כָּל־כְּלֵי זָהָב *Amputavitque* omnia vaſa auri, i. e. aurea, 2. Reg. 24, 13. Paul Part. מְקֻצָּצִים *Amputati*, Jud. 1, 1.

1) Generatim infert *reſectionem extremorum*, quacunque illa fiat ratione. 2) Speciatim α) notat *Amputare, Præſecare, Præſcindere.* Ita agitur de amputatione vel præſectione *manûs*, Devt. 25, 12. *manuum & pedum*, 2. Sam. 4, 12. *pollicis*, Jud. 1, 6. 7. *haſtæ*, Pſ. 46, 10. β) *Abſcindere*,

Digitized by Google

dere, abſchneiden; Ita legitur de *abſciſione funis*, qua per Metaphoram *tyrannidis inhibitio deſignatur*, Pſ. 129, 4. Sed Jer. 9, 26. c. 25, 23. c. 49, 32. dicitur de *remotis terræ incolis*, qui procul habitant, in terminô & angulô terræ habitabilis alicujus regionis aut climatis, ut quaſi *abſciſſi* videantur ab aliis. Vid. Seb. Schmid. Jer. 9, 26. γ) Notat *concidere*, e.g. aurum in fila, Exod. 39, 3.

קֵץ m. *Finis*; *Extremum*; קֵץ כָּל־בָּשָׂר *Finis* omnis carnis, Gen. 6, 16. Cum Suff. קִצֵּנוּ *Finis* noſter, Thren. 4, 18. Sed Jeſ. 2, 7. Nah. 2, 10. c. 3, 3. 9. eſt קֵצֶה cum ה Paragogico. Plur. in Statu Conſtr. תְּשִׂימוּן קִנְצֵי לְמִלִּין Ponetis *fines* ſermonibus, Job. 18, 2. pro קִצֵּי more Chaldæorum נ pro Dageſch forti compenſativô poſt ק inſerto.

1) Generatim *præciſionem* infert, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim notat *finem*. Ubi enim res *præciditur*, ibi ejus *finis* eſt. Refertur autem α) ad *rem*. Ita dicitur non ſolum de *fine* ſeu *deſitione* vitæ, Gen. 6, 16. Job. 6, 11. Pſ. 39, 5. Conf. Ezech. 21, 30. 34. ſermonis, Job. 18, 2. belli, Dan. 9, 26. regnorum, Dan. 8, 17. ſed etiam de *excidiô* terræ Iſraeliticæ, Ezech, 7, 2. 3. 6. & ſtrage populi Judaici, Thren. 4, 18. Am. 8, 2. Hîc notetur locutio אֵין קֵץ *Non eſt finis rei*. Deſignat enim *quantitatem* tàm *diſcretam*, quàm *continuam*, h. e. tàm *multitudinem* quàm *magnitudinem inſignem*, e. g. quando Job. 22, 5. iniquitatibus finis eſſe negatur, ſenſus eſt: quod, *ſicut ſunt innumera*, ita etiam ſint *valde magna*. Ita de *populo* dicitur, Eccl. 4, 16. de laboribus, Eccl. 4, 8. Conf. Jeſ. 9, 6. ubi innuitur *pacis multitudo*, *magnitudo & duratio*. β) Ad *tempus*, cujus *terminum* denotat, Gen. 4, 3. c. 8, 6. c. 16, 3. c. 41, 1. Ex. 12, 41. Num. 13, 25. Devt. 9, 12. c. 15, 1. c. 31, 10. Jud. 11, 39. 2. Sam. 14, 26. c 15, 7. 1. Reg. 2, 39.

קְוֻצּוֹת f. pl. *Capilli*, qui à *reſectione* ſic vocati putantur, vide in קוץ.

קָצַר *Abbreviatus*, *Decurtatus*, *Brevis eſt*, *Curtus eſt* vel *factus eſt*, *Imminutus*, *Anguſtatus eſt*; *Meſſuit*, *Demeſſuit*. קָצַר הַמַּצָּע *Brevius eſt* ſtratum, Mich. 2, 7. הֲקָצַר רוּחַ יְהוָה An *abbreviatus* eſt Spiritus Domini? an *deſiit eſſe longanimis?* Mich. 2, 7. Inf. הֲקָצוֹר קָצְרָה יָדִי An *abbreviata eſt* manus mea? Jeſ. 50, 2. Fut. תִּקְצַר *Abbreviabitur*, Job. 21, 4. תִּקְצֹר קְצִירְךָ *Metes* meſſem tuam, Devt. 24, 19. Piel קִצֵּר *Abbreviavit*, *Curtavit*, *Decurtavit*. Semel occurrit, Pſ. 102, 24. קִצַּר יָמָי *Abbreviavit* dies meos. Hiphil הִקְצִיר *Abbreviavit*, *Decurtavit*. Semel legitur הִקְצַרְתָּ יְמֵי עֲלוּמָיו *Abbreviaſti* dies adoleſcentiæ ejus, Pſ. 89. 46.

1) Generatim cenſetur importare *abſciſſionem*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) infert *abbreviationem*, quia res *abbreviatur*, ſi *abſcinditur*, & in *Kal* notat *breve* vel *curtum eſſe* aut *fieri*, *abbreviari*, *decurtari*;

tari; in *Piel* verò & *Hiphil, abbreviare, decurtare. Propriè* dicitur de *rebus quantitate continuâ gaudentibus*, e. g. de *ſtratô*, quod brevius eſt, quàm ut totum hominem recipiat, vel pedibus, vel capite inde prominentibus, Jeſ. 28, 20. de *cubiculô*, quod eſt contractius, Ezech. 42, 5. Sed Pſ. 89, 45. Pſ. 102, 24. Prov. 10, 27. legitur de *abbreviatione vitæ. Metaphoricè* 1) junctum voci נֶפֶשׁ *anima*, deſignat *affectum vehementiorem*, ſive *iræ*, ſive *tædii*, ſive *miſericordiæ*, ſive *doloris*. Reſpicitur enim ad *reſpirationem*, cujus principium anima eſt. Nam reſpiratio hominis abbreviatur in vehementiori affectu, qui ſe amplius continere non poteſt. Sic abbreviata dicitur anima tùm hominis, ad denotandum ipſius *tædium* atque *dolorem*, Num. 11, 23. Jud. 16, 16. tum *Dei*, ad deſignandum *ipſius tædium*, Zach. 11, 8. *miſericordiam* erga preſſos Iſraelitas, & *iram* erga ipſorum oppreſſores, Jud. 10, 16. 2) Junctum voci רוּחַ *Spiritus*, innuit *indignationem*, Job. 21, 4. Sed cum Mich. 2, 7. quæritur: *An Spiritus Domini abbreviatus eſt?* indicatur, quod Deus non deſtiturus ſit peccatores *arguere, objurgare, minari* per Prophetas pœnas promeritas &c. 3) Junctum voci יָד *manus*, indicat *imminutionem potentiæ agendi*, Num. 11, 23. Jeſ. 50, 2. c. 59, 1. β) Significat *metere, demetere*, quia metentes fruges abſcindunt & abbreviant. *Metendi* autem ſignificatio eſt vel *propria*, vel *impropria. Propriè* importat *abſciſſionem frugum*, Lev. 23, 10. c. 25, 11. Ruth. 2, 3. 1. Sam. 8, 12. 2. Sam. 19, 29. Jeſ. 37, 30. *Metaphoricè* deſignat α) *pietatis præmia*, quæ pii reportant, Hoſ. 10, 12. β) *Impietatis pœnas*, quas improbi ſubeunt, Job. 4, 8. Prov. 22, 8. Hoſ. 8, 7. Conf. Jer. 11, 13. ubi *ſpinas metere* dicuntur, qui ſuâ lapſi ſpe pro expectatis bonis mala recipiunt. γ) *Lætum exitum crucis*, Pſ. 126, 5.

קָצֵר m. *Brevis, Curtus, Contractus; Præceps.* In Statu Conſtructo קְצַר יָמִים *Brevis* diebus. Job. 14, 1. קְצַר אַפַּיִם *Brevis* irarum, i. e. *Præceps* vel *pronus* ad iram, Prov. 14, 17. קְצַר רוּחַ *Brevis* ſpiritu, h. e. qui ſpiritum iraſcibilem reprimere nequit, Prov. 14, 29. Plural. קְצָרִים *Breves, Curti.* In Statu Conſtr. קִצְרֵי יָד *Breves* manu, i. e. contracti, impotentes, imbecilles, 2. Sam. 19, 26. Jeſ. 37, 27. Sæpius non legitur.

1) Generatim notat *brevem*, ſive *propriè*, ſive *impropriè*. 2) Speciatìm α) *propriè* notat *brevem*, ſeu *exigua quantitate*, vel *continuâ*, vel *diſcreta gaudentem*. Ita homo, Job. 14, 1. *brevis dierum* dicitur, prout intra terminum communem admodum brevem ſuos definitos dies habet. β) *Metaphoricè* deſignat a) *iracundum*, qui ad iram admodum pronus & præceps eſt, ſi jungatur voci רוּחַ, Prov. 14, 29. vel voci אַפַּיִם, Prov. 14, 17. b) *Impotentem & imbecillem*, qui adverſario reſiſtere nequit, 2. Reg. 29, 26. Jeſ. 37, 27.

קֹצֶר m. *Brevitas, Imminutio, Anguſtia.* Semel occurrit Exod. 6, 9. מִקֹּצֶר רוּחַ Præ *anguſtia* ſpiritus.

קָצִיר m. *Meſſis; Ramus*, ab *abſcindendo* nomen ducens. בִּימֵי קָצִיר In diebus *meſſis*, 2. Sam. 21, 19. In Statu Conſtr. קְצִיר חִטִּים

Meſſis

Meſſis triticorum, Gen. 30. 40. Cum Suff. וְלִקְצֹר קְצִירוֹ Et ad metendum *meſſem* ſuam, 1. Sam. 8, 12. Plur. cum Suff. תְּשַׁלַּח קְצִירֶהָ עַד־יָם Emiſit *ramos* ſuos usque ad mare, Pſ. 8, 12.

I) Generatim *abſciſſionem* reſpicit. II) Speciatim 1) notat *meſſem*, prout *propriè* dicit *abſciſſionem frugum*, Joſ. 3, 15. Gen. 8, 22. c. 30, 14. c. 45, 6. *Impropriè* verò, & quidem α) *Metonymicè* notat tùm *fruges*, quæ tempore meſſis abſcinduntur, Lev. 19, 9. c. 23, 22. Devt. 24, 19. 1. Sam. 8, 12. Jeſ. 16, 9. tum *meſſores*, qui abſcindunt fruges, Jeſ. 17. 5. β) *Metaphoricè*, quia in meſſe fruges præſcinduntur & exareſcunt, adhibetur ad deſignanda *gravia Dei judicia*, quibus impii abſcinduntur, Jer. 51, 33. Joel. 3, 18. vel 4, 13. 2) Significat *ramum*, qui ſupernè excreſcit, & à ſtipite abſcindi & transplantari poteſt. In Scriptura *propriè* legitur Job. 14, 9. Sed bis *Metaphoricè* adhibetur, deſignans α) *Poſteros Iſraelitarum*, longè lateque ſe diffundentes, Pſ. 80, 12. β) *Hominis bonam memoriam, bonumque nomen* poſt mortem, Job. 18, 16.

קָרָא *Vocavit, Advocavit, Accerſivit, Convocavit, Evocavit, Invocavit, Invitavit; Clamavit, Exclamavit, Inclamavit, Proclamavit. Accidit, Contigit, Evenit, Obvenit, Occurrit*; ex קָרָה; *Legit*, in reſpectu ad *librum* vel *ſcripturam*. Conſtrui ſolet intercedentibus particulis לְ, אֶל, בְּ, עַל &c. קָרָא שְׁמָהּ בָּבֶל *Vocavit* nomen ejus Babel, Gen. 11, 9. קָרָא כָּל־דִּבְרֵי הַתּוֹרָה *Legit* omnia verba legis, Joſ. 8, 34. Fœm. קָרָאת *Vocavit*, Gen. 29, 35. pro quo Jeſ. 7, 14. eſt קָרָאת, α) more Chaldæorum הַ in תְ mutatô, & β) more Syrorum (ָ) in locum (:) translatô, quod apud eos א ante ſe non patitur. Vid. cel. Danzii Lit. §. 42. Obſ. 2. & §. 25. Obſ. 3. קְרָאַנִי *Accidit* mihi, Job. 4, 14. קְרָאתִיו *Vocavi* eum, Cant. 5, 6. Infin. קְרֹא *Vocare*, 1. Sam. 3, 6. Sed Jud. 8, 1. eſt קְרֹאות ad imitationem verborum לה. Fut. וָאֶקְרָא בְּקוֹל גָּדוֹל Sed *clamavi* voce magna. Aſt 1. Sam. 28, 15. eſt וָאֶקְרָאֶה Ideo *vocavi*, cum ה Paragogico, quod ante ſe habet (ֶ) per alternationem, Gen. 39, 14. תִּקְרֶאנָה לִי *Vocabitis* me, Ruth. 1, 20. Imper. קְרָא *Voca*, Ruth. 4, 11. קְרֶאןָ *Vocate*, pro קְרֶאנָה. Per Apocopen ה Paragogico cum præcedente (ָ) reſecto, punctisque transmotis, Exod. 2, 20. Sed Ruth. 1, 20. eſt קְרֶאןָ, ſaltem ה per Apocopen reſecto. Niphal נִקְרָא *Vocatus, Invocatus, Lectus eſt* &c. אֲשֶׁר נִקְרָא שְׁמִי עֲלֵיהֶם Super quibus *vocatum* eſt nomen meum, Am. 9, 12. נִקְרֵאתִי *Vocata* ſum, Eſth. 4, 11. Pual קֹרָא *Vocatum* fuit, Jeſ. 48, 8. Part. מְקֹרָאִי *Vocatus* à me, Jeſ. 48, 12.

1) Generatim Coccejo notat *ſonum edere, Φωνεῖν*, quocunque id fiat modô. Quodſi tamen ſignificationem ex קָרָה petitam attendas, cum celeb. Majo non male *currendi* notio aſſumetur, ita ut קָרָא reſpiciat *curſum vocis*, קָרָה autem *occurſum rei*. 2) Speciatim α) ſignificat *vocare*, h. e. *velle vel jubere adeſſe, advocare, accerſere*, Exod. 2, 7. Lev. 9, 1.

9, 1. Devt. 25, 8. c. 33, 19. 2. Reg. 8, 1. c. 9, 1. Prov. 1, 28. Inde in compoſitis eſt *invitare*, 1. Sam. 9, 22. 2. Sam. 15, 11. 1. Reg. 1, 41. Eſth. 5, 14. Job. 1, 4. *invocare* Deum, *devotè & ſeriò*, Devt. 4, 7. Pſal. 145, 18. Zach. 13, 9. *fideliter*, Joel. 2, 32. vel 3, 5. *fiducialiter & cum ſpe exauditionis*, Job. 27, 10. quod per Synecdochen *totum Dei cultum* deſignat, Gen. 4, 26. Pſ. 14, 4. Pſ. 77, 6. β) Significat *nominare, nuncupare*, tùm *abſolutè* in Kal, Gen. 1, 5. Ruth. 1, 20. 21. 1. Sam. 4, 21. in Niphal, Gen. 2, 23. Jeſ. 1, 26. vel cum *additâ voce* שֵׁם *nomen*, Gen. 11, 9. c. 19, 22. 25. 30. c. 27, 36. Devt. 28, 10. 1. Reg. 8, 43. 2. Sam. 6, 2. Jeſ. 4, 1. c. 48, 1. c. 63, 19. Am. 5, 26. Sed hîc notes, quod interdum idem ſit ac *nomen alicujus celebrare, illud palam apud alios decantare, prædicare*, 1. Chron. 16, 8. Pſal. 105, 1. Jeſ. 12, 4. Jer. 10, 25. γ) Notat *clamare*, quod eſt vel *laudantium & celebrantium*, Jeſ. 6, 3. vel *precantium devotè*, Pſ. 119, 145. *conſtanter & indeſinenter*, Pſ. 22, 3. connotatô *tùm* orantis periculo & deſideriô, *tum* precum ardore & intenſione, 2. Sam. 22, 7. Pſ. 3, 5. Pſ. 4, 2. Pſ. 18, 4. Pſ. 34, 7. Pſ. 50, 15. vel *querentium*, Devt. 24, 15. Job. 5, 1. vel *prædicantium*, Jeſ. 40, 3. c. 59, 4. δ) Significat *proclamare, indicere*, e. g. jejunium, Eſr. 8, 21. Jer. 36, 9. ceſſationem, Joel. 43, 7. ε) Ad ſcripturam vel librum relatum, notat *legere*, q. d. pronunciare de ſcripto, Exod. 24, 7. Devt. 17, 19. c. 31, 11. 2. Reg. 5, 7. Jeſ. 29, 11. Jer. 36, 6. 13. 15. Hab. 2, 2. ζ) *Metonymicè* autem *vocari* idem eſt ac *eſſe, exiſtere*; quia *dici* præſupponit *eſſe* vel *exiſtere*; vel, uti Schindlerus loquitur, quia, *quando aliquid eſſe vel exiſtere incipit, ſive ſubſtantia, ſive attributum, tùm nomen ſuum habet*, Jeſ. 14, 20. c. 56, 7. η) Notat *evenire, accidere, obvenire, obviam fieri, occurrere*; *forte* vel *caſu alicubi eſſe, adeſſe*, quæ ſignificatio ex קָרָה deducitur. Adhibetur autem in Scriptura 1) de *homine*, qui alteri obviam factus eſt, 2. Sam. 18, 9. aut *forte ſeu caſu alicubi eſt*, 2. Sam. 1, 6. c. 20, 1. 2) de *malo*, quod alicui accidit, Gen. 42, 38. Devt. 31, 29. Jeſ. 51, 19. Jer. 13, 22. c. 32, 23. 3) de *pavore*, qui alicui obvenit, Job. 4, 14. 4) de *nido avis*, qui in viâ alicui obvenit vel offertur, Devt. 22, 6.

קֹרֵא m. *Perdix*, à *clamore* nomen ducens; bis legitur 1. Sam. 26, 20. Jer. 17, 11.

קְרִיאִים m. pl. *Vocati*. Bis legitur in Statu Conſtr. קְרִיאֵי הָעֵדָה *Vocati* cœtûs, i. e. evocati è cœtu, Num. 1, 16. juxta Maſorethas legendum eſſet קְרוּאֵי. Sed quid obſtat, quò minus juxta literas legas קְרִיאֵי. קְרִאֵי מוֹעֵד *Vocati* conventûs, Num. 16, 2. Sed קְרוּאֵי Num. 26, 9. eſt juxta literas Part. Paul קְרוּאֵי.

קְרִיאָה f. *Præconium, Prædicatio, Proclamatio*. Semel legitur Jon. 3, 2.

קְרָאָה f. *Occurſus*. In Statu Conſtr. לִקְרַאת מֹשֶׁה In *occurſum* Moſis, vel *obviam* Moſi, Ex. 4, 27. pro לִקְרָאַת, Per Syriaſmum, juxta quem א ante ſe (:) non tolerat, (:) remotô, & in ejus locum (-) transmotô, ob quod (:) ſub ק redit, & (:) ſub ל in (.) mutatur. Idem

Syriaſ-

Digitized by Google

Syriasmus obtinet locum accedentibus Suffixis, ut לִקְרָאתִי In *occurſum* mihi, i. e. contra me, Num. 22, 34. וַיֵּצֵא הָאֱמֹרִי לִקְרַאתְכֶם Et exivit Amorræus *contra* vos, Devt. 1, 44. וַיָּרָץ לִקְרָאתָם Tunc currebat *obviam* iis, Gen. 18, 2.

1) Generatim denotat *occurſum*. 2) Speciatim α) notat *occurſum hominis*, prout denotat *appropinquationem* unius ad alterum, vel *amicam*, Gen. 46, 29. Exod. 4, 27. c. 18, 7. Jud. 4, 18. vel *ſupplicem*, 1. Sam. 25, 34. 2. Sam. 19, 17. Am. 4, 12. collato verſu 19. vel *hoſtilem*, Num. 21, 23. Joſ. 8, 14. c. 11, 20. Jud. 20, 31. 1. Sam. 4, 1. 2. c. 17, 2. 21. 2. Sam. 10, 9. 10. 17. c. 18, 6. &c. β) *Occurſum DEI*, qui per ἀνθρωποπάθειαν *Deo* tributus, deſignat tùm *divinam manifeſtationem*, Num. 23, 3. tùm *gratioſam præſentiam & appropinquationem*, ut homo deſerſus & in calamitatibus conſtitutus eam ſentiat, opemque ipſius experiatur, non ſecus atque amicus amico impugnato ſolet obviam ire, ſuppetias ei laturus, Pſ. 59, 5. Conf. Pſ. 35, 3. γ) *Occurſum rei*, ubi præmiſſa Præpoſitione idem eſt ac *è regione*, Gen. 15, 10.

מִקְרָא m. *Convocatio*, *Conventus*; item ſemel *Scriptura*, ſic dicta, quod ab hominibus ſalvandis legenda ſit. מִקְרָא קֹדֶשׁ *Convocatio* ſanctitatis, i. e. ſancta, Exod. 12, 16. Lev. 23, 3. וַיָּבִינוּ בַּמִּקְרָא Et intelligere fecerint *ſcripturam*, Neh. 8, 8. Plur. מִקְרָאִים *Convocationes*. In Statu Conſtr. מִקְרָאֵי קֹדֶשׁ *Convocationes* ſanctitatis, i. e. ſanctæ, Lev. 23, 2. 4. 37. Cum Suff. מִקְרָאֶהָ *Convocationes* ejus, Jeſ. 4, 5.

קָרַב *Appropinquavit*, *Propinquus fuit*, *Acceſſit*, *Proceſſit*, *Congreſſus eſt*. Conſtruitur intercedentibus particulis עַל , אֶל , ל . לֹא קָרַב אֵלֶיהָ Non *appropinquaverat* ad eam, Gen. 20, 4. Infin. בִּקְרֹב עָלַי In *appropinquare* adverſus me, i. e. cum appropinquaverint adverſus me, Pſ. 27, 2. כְּקָרָבְכֶם אֶל־הַמִּלְחָמָה Secundum *appropinquare* vos, i. e. cum appropinquabitis ad bellum, Devt. 20, 2. Fut. וָאֶקְרַב Et *acceſſi*, Devt. 22, 14. Niphal נִקְרַב *Stitit ſe*, *Acceſſit*, Exod. 22, 8. Piel קֵרֵב *Accedere*, *Appropinquare fecit*; *Admovit*, *Applicuit*. Raro intranſitivè: *Acceſſit*, *Appropinquavit*. כִּי קֵרְבוּ לָבוֹא Cum *appropinquaverint* venire, Ezech. 36, 8. Fut. אֲקָרְבֶנּוּ *Admoverem*, *adjungerem* eum mihi, Job. 31, 37. Hiphil הִקְרִיב *Appropinquare*, *Accedere fecit*, *juſſit*, *Obtulit*, *Admovit*. וְהִקְרַבְתִּיו Et *accedere faciam* eum, Jer. 30, 21. Infin. הַקְרִיב *Offerre*, Num. 9, 7. Fut. וְאֶת־בָּנָיו תַּקְרִיב Et filios ejus *accedere jubebis*, Exod. 29, 4.

1) Generatim *appropinquationem* deſignat, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *neutraliter & intranſitive* acceptum, ſignificat *accedere*, *appropinquare*, &c. diciturque tùm de *perſonis*, tùm de *rebus*. Proinde tribuitur 1) *hominibus*, denotans *a*) *appropinquationem* unius ad alterum tùm *amicam*, Num. 31, 48. tum *hoſtilem*, ſi conſtruitur cum עַל, Pſ. 27, 2. vel cum אֶל, Devt. 20, 10. *b*) *Concubitum maris cum fœmina*,

 Gen

Gen. 20, 4. γ) *Propinquiorem* apud cultum divinum *præſentiam* vel *admiſſionem*, Exod. 40, 32. Lev. 21, 17. Pſ. 65, 5. δ) *Converſionem peccatoru* ad *Deum*, à quo per peccata receſſit, Zeph. 3, 2. Conf. Pſalm. 32, 9. 2) *Deo*, qui *ad homines appropinquat*, preces eorum exaudiens & auxilium ferens, ut ſuam ſalutiferam præſentiam realiter experiantur, quam unâ cum omni gratiæ ſenſu denegare viſus erat, non ſecus, ac ſi longiſſimè ab iis receſſiſſet, Pſ. 69, 19. Thren. 3, 57. 3) *Rebus aliis*, e. g. excidio, Thren. 4, 18. Tempori mortis, Gen. 47, 29. Devt. 31, 14. 1. Reg. 2, 1. malo alii, Pſ. 91, 10. β) *Activè & tranſitivè* acceptum notat 1) *accedere* vel *appropinquare facere, adducere*, Exod. 29, 4. 8. c. 40, 14. Lev. 8, 6. 13. 18. 22. 24. Joſ. 8, 23. 2) *Admovere unum ad alterum, conjungere*, Jeſ. 5, 8. Ezech. 37, 17. 3) *Offerre*, e. g. munus Regi, Jud. 3, 18. Malach. 1, 8. butyrum eſurienti, Jud. 5, 25. ſacrificium Deo, Lev. 9, 16. c. 10, 19. c. 7, 29. mincham omnimodo præparatam, Exod. 29, 3. Lev. 2, 4. 13. 14. ſanguinem ſacrificii, Lev. 1, 2. ſuffitum, Num. 16, 35. primitias, Lev. 2, 8. monilia ex præda, Num. 31, 50.

קָרֵב m. *Propinquus, Appropinquans, Accedens.* הוֹלֵךְ וְקָרֵב אֶל־דָּוִד Iens & *appropinquans* ad Davidem, i. e. magis magisque appropinquans ad Davidem, 1. Sam. 17, 41. וַיֵּלֶךְ הָלוֹךְ וְקָרֵב Ivit verò eundo & *appropinquando*, i. e. continuò magis magisque appropinquabat, 2. Sam. 18, 25. Verbum enim הָלַךְ eum aliô verbô, vel nomine intercedente copulâ conſtructum, ſaltem innuit *continuationem, auctionem ac gradationem actionis* vel *qualitatis*, quam vox appoſita denotat. Vid. Danzii Interp. c. 2. §. 109. Plural. קְרֵבִים *Appropinquantes*, Devt. 20, 3.

1) Generatim notat *accedentem* vel *appropinquantem ad quamcunque rem.* 2) Speciatim notat *accedentem* vel *appropinquantem* α) ad menſam, 1. Reg. 5, 7. β) Ad bellum, Devt. 20, 3. γ) Ad habitaculum ſacrum, Num. 1, 53. c. 3, 38. c. 17, 28. δ) Ad ſacerdotium & miniſterium ſacrum, Num. 3, 10. c. 18, 7. Ezech. 40, 46. c. 45, 4.

קָרֹב m. *Propinquus, Prope.* וְהָיִיתָ קָרוֹב אֵלַי Et eris *propinquus* mihi, Gen. 45, 10. קָרוֹב יוֹם יְהוָה *Propinquus* eſt dies Domini, Jeſ. 13, 6. קְרֹבוֹ *Propinquus* ſuus, Exod. 32, 27. Plur. קְרֹבִים *Propinqui*, Devt. 4, 7. Cum Suff. קְרֹבַי *Propinqui* mei, Pſalm. 38, 12. Fœm. קְרֹבָה *Propinqua*, Gen. 19, 20. הַקְּרֹבוֹת וְהָרְחֹקוֹת מִמֵּךְ *Propinquæ & longinquæ* à te, Ezech. 22, 5.

1) Generatim notat *propinquum* quacunque ratione. 2) Speciatim notat α) *propinquum ratione loci*, Gen. 19, 20. Devt. 22, 2. 1. Reg. 8, 46. c. 21, 2. 2. Reg. 6, 36. Prov. 27, 10. β) *Propinquum ratione temporis*, prout propinquum eſſe dicitur exitium, Jer. 48, 16. dies excidii, Devt. 32, 35. Jeſ. 13, 6. Ezech. 7, 7. Joel. 1, 15. γ) *Propinquum ratione conſanguinitatis, cognationis* vel *affinitatis*, Ruth. 2, 20. c. 3, 12. 2. Sam. 19, 43. Neh. 13, 4. Job. 19, 14. Pſ. 38, 12. Sed Pſalm. 15, 3. denotat non ſolum

Digitized by Google

ſolum *propinquum ſanguine*, ſed etiam *conjunctum communi converſationis* vel *religionis ſocietate.* δ) *Propinquum ratione dignitatis*, prout dicitur de proximis à Rege, Eſth. 1, 14. ε) *Propinquum ratione ſubſtantiæ, favoris & opis.* Ita *Deus* dicitur propinquus tùm *ratione eſſentiæ*, Jer. 23, 23. tùm *ratione favoris & opis*, piorum gemitûs exaudiens, opem iis ferens, & omnis generis bona uberrimè largiens &c. Pſ. 34, 19. Pſ. 119, 151. Pſ. 145, 18. Conf. Jeſ. 50, 8. ubi *Meſſias* Patrem ſuum ſibi propinquum dicit, non ſolum *ratione eſſentiæ*, quia ſecundum naturam ipſi coeſſentialis eſt, ſed etiam ratione paterni favoris & opis. Contra ea *longinquus* dicitur ab impiis, non quidem *ratione eſſentiæ*, quia ſecundum hanc ipſis eſt præſentiſſimus, ſed *ratione præſentiæ gratioſæ*, ſeu *ratione favoris & opis*, quibus eos ex juſto judicio deſtituit, Prov. 15, 29. ζ) *Propinquum ratione frequentioris uſûs*, Ita legitur de frequenti repetitione nominis divini tùm à piis, Pſ. 75, 2. tùm ab hypocritis inſtituta, Jer. 12, 2. η) *Propinquum ratione ſuavis & optati effectus.* Ita Salomon precatur, ut verba ſua ſint *propinqua Domino*, i. e. ut precatio ſua ſit grata & accepta Domino, ut eam exaudiat Dominus, & præſtet, quod petierat, 1. Reg. 8, 59.

קְרָב m. *Proelium*, ob *mutuam hoſtium appropinquationem* ſic dictum; *conflictus*, ubi cominus aliqui congrediuntur. כְּלֵי קְרָב *Arma* belli, Eccl. 9, 18. בְּיוֹם קְרָב In die *belli*, Pſ. 78, 9. Zach. 14, 3. Job. 38, 23. Plur. קְרָבוֹת יֶחְפָּצוּ Qui *proelia* diligunt, Pſ. 68, 31.

קֶרֶב m. *Intimum, Medium; Venter, Inteſtinum; In, inter, intra.* קֶרֶב אִישׁ *Intimum* viri, Pſal. 64, 7. בְּקֶרֶב הָאָרֶץ In *medio* terræ, Gen. 45, 6. Cum Suff. בְּקִרְבִּי In *medio* mei, Devt. 31, 17. קִרְבּוֹ *Inteſtinum* ejus, Exod. 12, 9. Plur. cum Suff. קְרָבַי *Interiora* mea, Pſalm. 103, 1.

1) Generatim notat, *quicquid eſt rei propinquiſſimum & intimum.* Vid. Mercerus. 2) Speciatim α) notat *medium rei*, ſive æqualiter ab extremis diſtet, ſive non, ut ſaltem ſit qualiſcunque rei continentis ambitus circa rem contentam, Gen. 45, 6. Pſ. 55, 12. Pſ. 101, 2. Jeſ. 5, 25. Hab. 3, 2. unde בְּקֶרֶב quandoque ſaltem idem eſt ac *in, intra*, ita, ut קֶרֶב redundare videatur, Pſ. 48, 10. Pſ. 74, 4. 11. Pſ. 109, 22. β) *Interius animalis* ſive *hominis*, ſive *pecudis*, e. g. *cor, exta ac viſcera* ſeu *inteſtina.* Sic dicitur de *corde* hominis, unde egrediuntur cogitationes, Jer. 4, 14. & ubi occultatur dolus, Prov. 26, 24. de fœminæ *utero*, Gen. 25, 22. de *inteſtinis* pecudis, Exod. 12, 9. c. 29, 17. Lev. 1, 13. de pecudis *ventre*, Gen. 41, 21. γ) *Mentem & cogitationem hominis* in mediô cordis agitatam, Pſ. 5, 10. *imaginationes & vota*, Pſ. 49, 12.

קִרְבָה f. *Appropinquatio, Acceſſus.* In Statu Conſtr. קִרְבַת אֱלֹהִים *Appropinquatio Dei*, ſeu *propinqua Dei unio & communio*, Pſal. 73, 28. קִרְבַת אֱלֹהִים יֶחְפָּצוּן *Appropinquationem* Dei deſiderent, Jeſ. 58, 2. Sæpius non legitur.

קָרְבָּן m. *Oblatio, Munus.* לְהַקְרִיב קָרְבָּן לַיהוָה Ad offerendum *munus* Domino, Lev. 17, 4. In Statu Conſtr. קָרְבַּן אַהֲרֹן *Oblatio* Aaronis Lev. 6, 13. קָרְבַּן הָעֵצִים *Oblatio* lignorum, Neh. 10, 35. (ְ) cum (ָ) alternante. Cum Suff. קָרְבָּנִי *Oblatio* mea, Num. 28, 2. קָרְבַּנְכֶם *Oblatio* veſtra, Lev. 1, 2. Plur. cum Suff. קָרְבְּנֵיכֶם *Oblationes* ſuas, Lev. 7, 38.

1) Generatim notat *quodcunque munus* vel *donum*, quod offertur. 2) Speciatim α) notat *oblationem* vel *munus*, quod offertur *Deo vero*, cujus generis erat hoſtia pro peccato Lev. 4, 28. vide Lev. 1, 3. 14. ubi ad *holocauſtum* transfertur; ſpicæ, Lev. 23, 14. res aliæ, vid. Lev. 2, à verſu 1. usque ad finem. β) *Donum*, quod offertur Deo falſo, idolo, Ezech. 20, 28.

קַרְדֹּם m. *Securis*, quod juxta celeberr. Majum ex Arabico قرض *Secuit, incidit*, vel قرط *Secuit in partes*, commodè derivatur. Cum Suff. קַרְדֻּמּוֹ *Securim* ſuam, 1. Sam. 13, 20. Plural. קַרְדֻּמִּים *Secures*, 1. Sam. 13, 21. it. קַרְדֻּמּוֹת *Secures*, Pſ. 74, 5. Jud. 9, 48. Jer. 46, 22. Sæpius non legitur.

קָרָה *Evenit, Obvenit, Accidit, Occurrit.* Sæpius imitatur verba לא. אֲשֶׁר קָרְךָ בַּדֶּרֶךְ Qui tibi *occurrit* in via, Devt. 25, 18. קָרָהוּ *Evenit* ei, Eſth. 4, 7. Sed Gen. 42, 38. eſt וּקְרָאָהוּ אָסוֹן Si *obvenerit* ei damnum, ad imitationem verborum לא, quæ accedente incremento finali א retinent. Fut. יִקְרֶה *Eveniet*, Eccl. 2, 14. Sed Ruth. 2, 3. eſt וַיִּקֶר Et *accidit*, tertiâ radicali per Apocopen reſectô. Niphal נִקְרָה *Obviam factus eſt, Incidit, Incurrit.* נִקְרָה עָלֵינוּ *Obviam venit* nobis, Exod. 3, 18. נִקְרֹא נִקְרֵיתִי בְּהַר הַגִּלְבֹּעַ Forte *incidendo incidi*, vel *forte veniendo veni* in montem Gilboa, 2. Sam. 1, 6. Ubi נִקְרֹא eſt Infinitivus, qui Characterem Præteriti retinuit, & (ִ) cum (ֹ) permutavit. Simile vide in נִשְׁלֹחַ *Mitti*, Eſth. 3, 13. Fut. אִקָּרֶה *Obvius fiam*, Num. 23, 15. יִקָּרֶה יְהוָה לִקְרָאתִי *Occurret* Dominus obviam mihi, Num. 23, 3. Sed c. 23, 16. eſt וַיִּקָּר יְהוָה אֶל־בִּלְעָם *Occurrit* verò Dominus Bileamo. Piel קֵרָה *Contignavit.* קֵרוּהוּ *Contignarunt* eam, Neh. 3, 3. לְקָרוֹת Ad *contignandum*, Neh. 2, 8. Hiphil הִקְרָה *Obvenire, Occurrere fecit*, Gen. 27, 20. וְהִקְרִיתֶם Tunc *deligetis* vel *facietis nobis obvias* civitates, Num. 35, 11.

1) Generatim infert *occurſum*, qualicunque demum fiat ratione. 2) Speciatim α) notat *occurrere, obviam fieri.* Ita 1) *propriè* dicitur tum de *homine*, qui alteri occurrit vel obviam venit, Num. 23, 15. Devt. 25, 18. tùm de *bruto*, Gen. 27, 2. 2) *Impropriè* & per ἀνθρωποπάθειαν dicitur de *Deo*, deſignans tùm ipſius *apparitionem & manifeſtationem*, Exod. 3, 18. Num. 23, 3. 4. 16. tum *exoptati eventûs & negotii directionem*, Num. 24, 12. β) Significat *evenire, obvenire, contingere*; quia *occurrit*, quicquid nobis *obvenit.* Innuit autem *rei eventum* vel *caſum inopinatum*,

natum, quò nobis improviſò bene vel malè fit. Hinc legitur 1) de *eventu & complemento* verbi divini, Num. 11, 23. 2) de *quacunque fortunâ*, quæ homini obvenit, ſive ſit *proſpera*, ſive *adverſa*, ſive *mixta*, Eccl. 2, 14. c. 9, 11. Jeſ. 41, 22. Dan. 10, 14. Sed Gen. 42, 38. c. 44, 29. Eſth. 4, 7. c. 6, 13. dicitur ſaltem de caſu adverſo. 3) de *caſu*, quo quis in locum quendam devenit, 2. Sam. 1, 6. 7) Significat in Piel *contignare, contabulare*, quia, qui tignis aut trabibus tabulata vel tecta conjungit, ea ſibi invicem *occurrere facit*, & ita diſponit, ut unum alterum tangat. Ita *proprie* dicitur de *ædificiis*, 2. Chron. 34, 11. & *portis*, Neh. 2, 8. c. 3, 3. 6. *Metaphoricè* autem adhibetur de *ſuperioribus cœli ambulacris*, aquâ contignatis, Pſ. 104, 3.

קוֹרָה f. *Tignum, Trabs*, 2. Reg. 6, 2. 5. Ratiò nominis eſt, quod trabes vel tigna in ædificiis ſibi invicem *occurrant*. בָּאוּ בְּצֵל קֹרָתִי Venerunt ſub umbram *trabis* meæ, Gen. 19, 8. Plur. קֹרוֹת *Tigna*, 2. Chr. 3, 7. Cant. 1, 17. Sed Gen. 42, 29. הַקֹּרֹת Quæ *evenerant*, eſt Particip. Fœm. Plur. Sæpius non occurrit.

קָרֶה m. *Accidens, Caſus*. Semel occurrit in Statu Conſtr. Devt. 23, 11. מִקְּרֵה לָיְלָה Ex *caſu* noctis, i. e. nocturnò.

קֶרִי m. *Occurſus, Adverſum, Adverſitas; Caſus, Accidens*, juxta Buxtorffium אִם תֵּלְכוּ עִמִּי קֶרִי Si ibitis mecum in *adverſum*; vel juxta Buxtorffium: Si ambulaveritis mecum *per accidens*, i. e. *Temerè*, utut accidat, Lev. 26, 21. vel juxta Coccejum: Non ἀκριβῶς, *in timore & tremore, de induſtria & regulam obſervando*. Significatio adverſitatis & contrarietatis præferenda videtur illi, qua notat *caſum, accidens*. Legitur autem ſaltem Lev. 26, 21. 23. 24. 27. 28. 40. 41.

קֶרֶת f. *Civitas*, ſic dicta non ſolum, quod homines ex agris venientes in ea ſibi invicem *occurrant*, ſed etiam, quod in ea plures *occurrant* ædes, *invicem contiguæ*. לְפִי קָרֶת *In ore*, i. e. aditu *urbis*, Prov. 8, 3. Extat porro Job. 29, 7. Prov. 9, 3. 14. c. 11, 11.

קִרְיָה f. *Civitas*, à mutuò hominum *occurſu*, & ædificiorum *contignatione* dicta. קִרְיָה בְצוּרָה *Civitas* munita, Jeſ. 25, 2. In Statu Conſtr. קִרְיַת עֻזּוֹ *Urbs* roboris ejus, i. e. robuſta, Prov. 10, 15.

1) Generatim reſpicit *occurſum mutuum*, ſive *hominum*, ſive *ædificiorum*. Unde 2) ſpeciatim α) notat *urbem, civitatem, oppidum*, ubi plures *occurrunt* ædes, invicem contiguæ, muriſque atque portis concluſæ, Devt. 2, 36. c. 3, 4. Jeſ. 25, 2. c. 26, 5. Thr. 2, 11. Hab. 2, 12. Mich. 4, 10. β) Per *Metonymiam ſubjecti* notat *incolas civitatis*, Prov. 11, 10.

קִרְיָתַיִם *Kirjathaim*, nomen proprium *urbis Moabiticæ*. Quia numero duali indigitatur, R. Dav. Kimchi conjicit, in urbe duas turres vel arces fuiſſe, ut inſtar duarum urbium viſa fuerit. Unam autem fuiſſe urbem, prodit verbum ſingulare, cum quô conſtruitur; ſed forte talem, quæ aliquo fluvio interſecante, aut aliâ de cauſâ in duas partes & urbes quaſi diviſa fuit, Jer. 48, 1. 23. Vid. Seb. Schmid. in h. l.

Digitized by Google

קְרִיּוֹת *Kerijoth*, nomen propr. *Urbis* Moabiticæ, Jer. 48, 24. 40.

קְרָאת f. *Occurſus*. In Statu Conſtr. לִקְרַאת *In occurſum, obviam*. Cum Suff. לִקְרָאתוֹ *Obviam* ei, Num. 22, 36. *Contra, adverſus*, vide ſupra in קָרָא *Vocavit, occurrit*.

מִקְרֶה m. *Caſus, Eventus, Accidens*, 1. Sam. 6, 9. In Statu Conſtr. כְּמִקְרֵה הַכְּסִיל Juxta *accidens* ſtulti, Eccl. 2, 15. Cum Suff. וַיִּקֶר מִקְרֶהָ Accidit *caſus* ejus, forte autem contigit illi, Ruth. 2, 3.

1) Generatim notat, *quicquid accidit*. 2) Speciatim α) notat *caſum fortuitum*, Ruth. 2, 3. 1. Sam. 6, 9. β) Significat *eventum externum* ſive *hominis*, ſive *bruti*. Ita dicitur 1) de *eventu externô*, qui ratione fortunæ, bonorum, honoris & mortis *idem eſt* juſto & impio, Eccl. 3, 19. ſapienti & ſtulto, Eccl. 2, 14. 15. c. 9, 3. 2) De *eventu externo*, qui ſecundum externam apparentiam ratione mortis *idem eſt* homini & jumento, Eccl. 3, 19.

מְקָרֶה m. *Contignatio, Tabulatum*. Tantum extat Eccl. 10, 18.

קָרַח *Glabravit ſe, Calvitium ſibi induxit*. Imper. קָרְחִי *Glabra te*, Mich. 1, 16. Fut. לֹא יִקְרְחָה Non *inducent calvitium*, Lev. 21, 5. ה cum ו juxta Maſorethas alternante. Sed quid impedit, quò minus legas יִקְרְחָה, cum ה Paragogico; *Non inducet quisquam*. Niphal נִקְרַח *Calvus factus eſt; Calvitium ſibi induxit*. Fut. וְלֹא יִקָּרֵחַ לָהֶם Neque *calvities inducatur* propter illos, Jer. 16, 6. Hiphil הִקְרִיחַ *Calvitium fecit, induxit*. וְהִקְרִיחוּ אֵלַיִךְ קָרְחָא *Inducentque* ſuper te calvitiem, Ezech. 27, 31. Hophal Particip. מֻקְרָח רֹאשׁ Caput *decalvatum* eſt, Ezech. 29, 18. Sæpius non legitur.

קֵרֵחַ m. *Calvus*. Bis legitur Lev. 13, 40. 2. Reg. 2, 23.

קֶרַח m. *Gelu, Frigus*, Gen. 31, 40. Jer. 36, 30. ſic dictum, quod terram gramine & arbores plantas foliisque dejectis quaſi *decalvet & glabret*, item *Glacies*, quæ frigore concreſcit, Job. 6, 16. c. 37, 10. c. 38, 29. *Cryſtallus*, qui *glaciei* ſpeciem præ ſe fert, Ezech. 1, 22. Sæpius non occurrit.

קֹרַח m. *Frigus*, ſic dictum, quod plantas *decalvet* quaſi & *glabret*. Semel occurrit cum Suffixo קָרְחוֹ *Frigus* ejus, Pſ. 147, 17.

קָרְחָה f. *Calvitium*, Lev. 21, 5. Sed Ezech. 27, 31. eſt קָרְחָא, litera ה cum א alternante. Cum Suff. קָרְחָתֵךְ *Calvitium* tuum, Mich. 1, 16.

1) Generatim *calvitium* ſignificat. 2) Speciatim α) notat *calvitium naturale*; ſed ita in ſcripturâ non reperitur. β) Deſignat *calvitium conſilio & induſtriâ factum*, quod eſt ſignum *luctûs & mœroris*, hujusque ſimul cauſarum, ut ſunt mors amici, vel alia mala divinitus immiſſa, Lev. 21, 5. Devt. 14, 1. Jeſ. 3, 24. c. 16, 2. Jer. 47, 5. c. 48, 37. Ez. 27, 31.

קָרַחַת f. *Calvities, Calvum, Locus calvus*, aut *decalvatus*, Lev. 13, 42. Cum Suff. בְּקָרַחְתּוֹ In *calvitie* ejus, Lev. 13, 43. 55. Amplius non

Digitized by Google

non legitur. Eſt formæ גַּבַּחַת, factâ compenſatione Dageſch fortis ex ר extruſi per (ָ), quod, quia eſt vocalis impura, accedente Suffixô, manet.

קָרַם *Superinduxit, Obduxit*, vel *Superinductus, Obductus eſt.* Bis legitur. וְקָרַמְתִּי עֲלֵיכֶם עוֹר Et *obducam* ſuper vos cutem, Ez.37,6. Fut. וַיִּקְרַם עֲלֵיהֶם עוֹר Et *obducta fuit* ſuper illos cutis, Ezech. 37, 8.

קָרַן *Cornutus fuit; Radiavit, Coruſcavit*, eò quod radii lucis *ſpeciem cornuum* referunt. קָרַן עוֹר פָּנָיו *Coruſcavit* cutis faciei ejus, Exod. 34, 29. 30. 35. Non enim cornua habebat in fronte Moſes, ceu Pictores ei affingunt; ſed ita lucida erat ejus facies, ut radios luminis vibraret, ejusque facies quaſi cornua haberet. Hiphil הִקְרִין *Cornua fecit, produxit.* Part. שׁוֹר מַקְרִן Bos *cornua producens*, vel *cornutus*, Pſ. 69, 32. Sæpius non legitur.

קֶרֶן c. ſed f. ſæpius, *Cornu.* קֶרֶן הַשֶּׁמֶן *Cornu* olei, 1. Sam. 16, 13. Cum Suff. קַרְנֵנוּ *Cornu* noſtrum, Pſ.89,18. Dual קַרְנַיִם *Cornua*, Hab. 3, 4. Sed Dan. 8, 6. eſt קְרָנַיִם, ubi ad imitationem nominum Pluralium (ְ) ſub ר in (ָ) tranſiit, niſi ſtatuere velis aliam formam קְרַן. עַד־הָאַיִל בַּעַל הַקְּרָנַיִם Usque ad arietem, dominum *duorum cornuum*, i. e. *bicornem*, Dan.8, 6. Cum Suff. אֶת־שְׁתֵּי קְרָנָיו Duo *cornua* ejus, Dan. 8, 7. Sed Devt. 33, 17. eſt קַרְנָיו *Cornua* ejus, Devt. 33, 17. In Statu Conſtr. קַרְנֵי בַרְזֶל *Cornua* ferri, i.e. ferrea, 1.Reg.22,11. Fœm. קְרָנוֹת *Cornua*, Zach. 2, 1. In Statu Conſtr. קַרְנוֹת הַמִּזְבֵּחַ *Cornua* altaris, Exod. 29, 12. Cum Suff. קַרְנוֹתָיו *Cornua* ejus, Exod. 27, 2.

1) Generatim notat *cornu.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *cornu animalis*, quod *ornatûs, læſionis & defenſionis cauſâ* geſtat, Ex. 22, 13. Dan. 8, 5. 9. *β*) *Impropriè*, & quidem 1) per *Metonymiam cauſæ* deſignat tùm *buccinam ſeu tubam* ex cornu recurvô confectam, Joſ. 6, 4. 5. tùm *vaſculum corneum*, Regum unctioni deſtinatum, 1.Sam.16,1. 1.Reg.1,39. 2) Per *Metaphoram*, quia cornua animalibus non ſolum ſunt *locô ornatûs*, ſed etiam *locô munimenti*, ut illis ſe tueantur, invaſores lædant, iisque præcipuum ſuum robur exerant, hinc *a*) in *hominibus* eſt ſymbolum tùm *potentiæ, virtutis, roboris & gloriæ*, 1.Sam. 2, 1. Pſ. 75, 6. 11. Pſ. 89, 18. 25. Pſ. 112, 9. Pſ. 148, 14. Jer. 48, 25. Thr. 2, 3. 17. Ez. 29, 21. Am. 6, 13. tùm *regni & imperii*, cujus dignitas & majeſtas in potentia & robore ſita eſt, 1.Sam. 2, 10. 1. Chr. 25, 5. Pſ. 132, 17. *b*) In *rebus aliis*, notat 1) *ſplendorem* vel *radium* cornui ſimilem; Qui enim ſolem vel aliam lucem intentè intuetur, illi videtur quodammodo *cornuum inſtar*, radios ac ſplendorem emittere, Hab.3,4. 2) *Locum eminentiorem*, Jeſ. 5, 1. 3) *Angulos* ſeu *eminentias* cornuum figuram referentes, Ex. 27, 2. c. 29, 12. Lev. 4, 7. 18. 25. 1. Reg. 1, 51. Pſ. 118, 27. Jer. 17, 1. Am. 3, 14. *c*) *Deus* dicitur *cornu ſalutis*, 2.Sam. 22, 3. Pſ. 18, 3. quia animæ corporisque robur & proſperitatem ei largiebatur, contra hoſtium vim & impetum ei præſidium præſtabat, è periculis eum eripiebat, & ſervabat, ſervatumque inſigniter extollebat.

Digitized by Google

קָרַס *Curvus, Reflexus eſt, Curvatus eſt.* Bis legitur קָרְסוּ *Reflexi* ſunt, Jeſ. 46, 2. Part. קֹרֵס *Reflexus eſt*, Jeſ. 42, 1.

קְרָסִים m. pl. *Anſulæ*, à formâ *reflexâ* ſic dictæ, Exod. 26, 6. 11. 33. In Statu Conſtr. קַרְסֵי זָהָב *Anſulæ auri*, i. e. aureæ, Exod. 26, 6. c. 36, 13. קַרְסֵי נְחשֶׁת *Anſulæ* æris i. e. æneæ, Exod. 26, 11. 18. Cum Suff. קְרָסָיו *Anſulæ* ejus, Exod. 35, 11. c. 39, 33.

קַרְסֹל m. *Talus, Malleolus* pedis. Avenario videtur eſſe vox compoſita ex קָרָה Occurrit, & סָלַל *Stravit*, quia *tali* ita ſunt *ſtrati* & *ordinati* in pedibus, ut inter ſe *occurrant*. Plur. cum Suff. וְלֹא מָעֲדוּ קַרְסֻלָּי Nec vacillant *tali* mei, 2. Sam. 22, 37. Pſ. 18, 37. Sæpius non legitur.

קָרַע *Fidit, Laceravit, Scidit, Abſcidit.* קָרַע יְהוָה אֶת־מַמְלְכוּת מֵעָלֶיךָ Abſcidit Dominus *regnum* à te, 1. Sam. 15, 28. לָמָּה קָרַעְתָּ בְּגָדֶיךָ Quare *laceraſti* veſtes tuas? 2. Reg. 5, 8. Part Paul. קָרוּעַ *Laceratus*, 2. Sam. 15, 32. וּמַדָּיו קְרֻעִים Et veſtes ejus *ſciſſæ*, 1. Sam. 4, 12. In Statu Conſtr. קְרוּעֵי בְגָדִים *Lacerati* veſtes, 1. Sam. 4, 12. Fut. אֶקְרַע סְגוֹר לִבָּם *Diſcindam* clauſuram cordis eorum, Hoſ. 13, 8. Niphal נִקְרַע *Fiſſus, Sciſſus, Laceratus eſt.* הַמִּזְבֵּחַ נִקְרָע Altare *ſcindetur*, findetur, 1. Reg. 13, 3. Fut. לֹא יִקָּרֵעַ Non *laceretur*, Exod. 28, 32.

1) Generatim importat *ſciſſionem*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* infert *ſciſſionem* vel *diſſolutionem continui*. Inde ſignificat 1) *ſcindere, rumpere, lacerare.* Ita dicitur de rupturâ vel ſciſſione altaris, 1. Reg. 13, 3. 5. de laceratione veſtimenti, Exod. 28, 32. c. 39, 23. 1. Reg. 11, 30. quæ erat ſignum a) *luctûs & mœroris* ſuper obitu alicujus, 2. Sam. 1, 2. c. 3, 31. Job. 1, 20. c. 39, 34. b) *doloris & pœnitentiæ*, Jer. 36, 24. Joel. 2, 13. c) *indignationis, impatientiæ & doloris* ob blaſphemiam in Deum conjectam, 2. Reg. 5, 8. c. 18, 37. Jeſ. 36, 22. & diffamationem terræ Canaan, Num. 14, 6. d) *Ob cladem & calamitatem publicam*, 1. Sam. 4, 12. 2. Sam. 13, 19. Eſth. 4, 1. 2) In Compoſitis denotat *excidere* e. g. feneſtras, Jer. 22, 14. *abſcindere, abſciſſum abripere, abrumpere, avellere*, e. g. regnum, 1. Reg. 15, 28. peplum, Ezech. 13, 21. pulvillos, Ezech. 13, 20. Vid. 2. Reg. 17, 21. β) *Metaphoricè* dicitur 1) de *pœnitentibus*, corda dolore ſcindentibus, Jud. 2, 13. 2) *hoſtibus* alterum injuriis tùm verbalibus, tùm realibus lacerantibus, Pſal. 35, 15.

קְרָעִים m. pl. *Fragmenta, Fruſtra, Panni laceri.* Tantum legitur de 12. portionibus ex dilaceratô pallio factis, 1. Reg. 12, 30. 31. de Eliſæi veſtis ſciſſæ duabus partibus, 1. Reg. 2, 12. de veſtibus laceris, Prov. 23, 21.

קָרַץ *Movit, Scidit, Excidit; Nictavit, Annuit.* Part. קֹרֵץ בְּעֵינָיו *Nictans* oculis ſuis, Prov. 6, 13. Fut. יִקְרְצוּ עָיִן *Nictent* oculo, Pſal. 35, 19. Pual קֹרַצְתִּי *Exciſus ſum*, Job. 33, 6.

Generatim importat *rei commotionem.* 2) Speciatim α) notat *ſcindere, excidere*, quia, quod ſcinditur vel exciditur, è loco ſuo *commovetur.* Ita legi-

Digitized by Google

legitur, Job. 33, 6. ubi Jobus ſe ex luto exciſum dicit. Sicut figulus, vas aliquod formaturus, ex luti maſſâ aliquam particulam excidit, ita Deus ex corpore terræ aliquam particulam decidens, formavit corpus hominis. β) *Nictare*, quia, qui *oculis nictat*, eos commovet, & viſionem quaſi ſcindit & interrumpit. Ita dicitur de viro improbo, qui nictat oculis, complicibus mali aliis inferendi ſignum daturus, ſimplicioresque & incautos deluſurus, Pſalm. 35, 19. Prov. 6, 13. c. 10, 10. γ) Ad *labia* translatum notat *ea incidere, contrahere*, einbeiſſen/ rimpfen. Quicquid enim inciditur, contrahitur, movetur. Ita ſemel occurrit, Prov. 16, 30. Præterea non legitur.

קֶרֶץ m. *Excidium*. Semel occurrit Jer. 46, 20.

קַרְקַע m. *Solum, Fundum, Pavimentum*. קַרְקַע הַבַּיִת *Solum* domus, 1. Reg. 6, 15, 30. בְּקַרְקַע הַמִּשְׁכָּן In *ſolo* habitaculi, Num. 5, 17. בְּקַרְקַע הַיָּם In *fundo* maris, Am. 9, 3. מֵהַקַּרְקַע עַד־הַקַּרְקַע A *ſolo* uſque ad ſolum, i. e. ab una ſoli parte ad alteram, 1. Reg. 7, 7.

קָרַר *Friguit*, apud Rabbinos & Chaldæos. Inde eſt

קֹר m. *Frigus*, quod ſemel legitur, Gen. 8, 22.

קַר m. *Frigidus*. Bis legitur in Plurali מַיִם קָרִים Aquæ *frigidæ*, Prov. 25, 25. Jer. 18, 14.

קָרָה f. *Frigus*, Job. 37, 9. בְּיוֹם קָרָה In die *frigoris*, Pr. 25, 20. Nah. 3, 17. בַּקָּרָה In *frigore*, Job. 24, 7. Cum Suff. קָרָתוֹ *Frigus* ejus, Pſ. 147, 17. Sæpius non legitur.

מְקֵרָה f. *Refrigeratio, Refrigerium*. Bis tantum occurrit. בַּעֲלִיַּת הַמְּקֵרָה In cœnaculo *refrigerationis*, i. e. æſtivo, quod plures forte habebat feneſtras, per quas ventus ingredi poterat ad refrigerandum, Jud. 3, 20. בַּחֲדַר הַמְּקֵרָה In cœnaculo *refrigerii*, Jud. 3, 24.

קַרְקַר *Deſtruxit*, vide ſupra in קִיר.

קֶרֶשׁ m. *Aſſer, Tabula*, Exod. 26, 18. Plur. קְרָשִׁים *Aſſeres* tabernaculi, Exod. 26, 22. 23. 25. In Statu Conſtr. קַרְשֵׁי הַמִּשְׁכָּן *Aſſeres* tabernaculi, Ex. 26, 17. c. 36, 22. 23. Cum Suff. קְרָשָׁיו *Aſſeres* ejus, Ex. 35, 11. c. 39, 33. c. 40, 18.

קִשֻּׁאִים m. pl. *Cucumeres*, Num. 11, 5. Aben-Eſra arbitratur, eſſe à קָשָׁה, א cum ה alternante, forte, quia juxta Talmudiſtas in Cod. Avoda ſara fol. 11. 1. *cucumeres* corpori humano graves ſunt, inſtar gladiorum.

מִקְשָׁה f. *Cucumerarium*, Jeſ. 1, 8. Sæpius non legitur.

קָשַׁב *Audivit, Auſcultavit, Attendit, Intentus fuit*. In Kal legitur ſaltem Futurum תִּקְשַׁבְנָה *Auſcultabunt*, Jeſ. 32, 3. Hiphil הִקְשִׁיב *Attendit*. Conſtruitur intervenientibus Particulis עַל, אֶל, לְ, בְּ. הִקְשִׁיב בְּקוֹל תְּפִלָּתִי *Attendit* ad vocem precationis meæ, Pſ. 66, 19. Infin. לְהַקְשִׁיב לַחָכְמָה Ut *advertas* ſapientiæ aurem tuam, Prov. 2, 2. Imper. הַקְשִׁיבוּ אֵלַי *Attendite* ad me, Jeſ. 51, 4.

Digitized by Google

1) Generatim infert, *perceptionem dictorum*, ſive *auribus* ſaltem, ſive *auribus & animo ſimul* fiat. Unde 2) ſpeciatim α) in Kal notat *audire* reſpicitque in aure facultatem audiendi, quæ in actum deducitur, Jeſ. 32, 3. ϐ) In Hiphil ſignificat *facere, ut auris audiat, & attenta reddatur, auditumque ad animum penetret; Aures animumque ad dicta vel verba alicujus arrigere; Attendere* connotatô tum *geſtu*, quò lenius loquente altero aures arrigimus, in morem canum, vel cervorum; aures arrigentium, ad cò longius, rectiùs & accuratius audiendum; tum *ſtudio & propenſione* ad *intelligenda*, quæ dicuntur, & *facienda*, quæ præceptis aliove modo proponuntur; tum *favore* ad exaudiendas alterius preces & petitiones. *Propriè* ſic dicitur de *homine* e. g. *ſpeculatore*, qui attendit ad ſonum atque clamorem, Jeſ. 21, 7. *improbo*, qui labio iniquo attendit, Prov. 17, 4. de *filio morigero*, qui attendit ad cognoſcendum intelligentiam, Prov. 4, 1. c. 5, 1. ad ſermones Patris, Prov. 4, 20. ad facienda mandata, Prov. 7, 24. Conf. v. 25. 26. de gente judaica, quæ ad mandata Meſſiæ attendere eaque facere debebat, Jeſ. 48, 18. *Dei* Zach. 1, 4. c. 7, 11. Jer. 6, 17. 19. conf. 1. Sam. 15, 22. ubi connotat *obſequium*, mandatis divinis præſtandum. *Metaphoricè* & per *ἀνθρωποπάθειαν* dicitur de *Deo*, qui attendit α) ad *pios*, eorum preces exaudiendo, votis ipſorum ſatisfaciendo & opem iis ferendo, Pſ. 5, 3. Pſ. 10, 17. Pſ. 17, 1. Pſ. 66, 6. Pſ. 142, 7. Jer. 18, 19. ϐ) ad *impios*, ulciſcendo & puniendo malos ipſorum ſermones, Mal. 3, 16.

קֶשֶׁב m. *Auſcultatio, Attentio.* Ter legitur 1. Reg. 18, 29. 2. Reg. 4, 31. Jeſ. 21, 7.

קַשֻּׁבֶת f. *Attenta.* Bis legitur. תְּהִי נָא אָזְנְךָ קַשֶּׁבֶת Sit quæſo auris tua *attenta, auſcultans*, Neh. 1, 6. 11.

קַשֻּׁבוֹת f. pl. *Attentæ.* Ter tribuitur *auribus Dei*, quæ attentæ ſunt ad *preces hominum*, quando Deus ea clementer exaudit, & opem afflictis præſtat, aliaque bona iis confert, 2. Chron. 6, 40. c. 7, 15. Pſ. 130, 2.

קָשָׁה *Durus, Gravis, Difficilis eſt.* קָשְׁתָה יָדוֹ עָלֵינוּ *Gravis* eſt manus ejus ſuper nobis, 1. Sam. 5, 7. Fut. יִקְשֶׁה *Difficilis erit*, Devt. 1, 17. Sed 2. Sam. 19, 44. eſt וַיִּקֶשׁ tertia radicali per Apocopen reſecta. Niphal Part. נִקְשֶׁה *Difficultatibus preſſus, Perplexus*, Jeſ. 8, 22. Piel Fut. וַתְּקַשׁ בְּלִדְתָּהּ Et *difficilis fuit* in partu ſuo, vel dura paſſa eſt, Gen. 35, 16. Hiphil הִקְשָׁה *Durum, Grave, Difficile fecit, reddidit, Durum, Difficilem ſe præbuit, Induravit, Obduravit; Difficilis fuit, Dura paſſus eſt.* כִּי הִקְשָׁה פַרְעֹה Quum *durum præberet ſe* Pharao, Exod. 13, 15. וְעָרְפָּם הִקְשׁוּ Et cervicem ſuam *indurarunt*, Neh. 9, 29. Infin. בְּהַקְשֹׁתָהּ בְּלִדְתָּהּ Cum *dura pateretur* in partu ſuo, Gen. 35, 17. Fut. אַקְשֶׁה אֶת־לֵב פַּרְעֹה *Indurabo* cor Pharaonis, Exod. 7, 3. וַיַּקֶשׁ אֶת־עָרְפּוֹ Et *obduravit* cervicem ſuam, 2. Chron. 36, 13.

1) Generatim Bolhio ſignificat *compactum eſſe*, vid. Diſp. XI. de formali §. 2. 2) Speciatim α) in *Kal* notat *durum eſſe*, & in Hiphil *du-*

rum

Digitized by Google

rum facere, *indurare*. *Propriè* competit *rebus*, quæ compactæ ſunt, nec tactui cedunt. Sed ita in ſcriptura non legitur. *Metaphoricè* autem transfertur 1) ad *animum*, deſignans *a*) *mentis pravitatem & malitiam obſtinatam*, Spiritus Sancti motibus præfracte reſiſtentem &c. Ita tribuitur tum *Deo* in ordine ad *hominem*, quem *indurare* dicitur, non, quod operatione quadam poſitiva cauſa duritiei iſtius exiſtat, aut eam, ſi adſit, intendat; ſed, quod ob antegreſſa ejus delicta ex juſtiſſimô judiciô, gratiam, qua aliàs cor emollitur, ei ſubtrahit, in duritie ipſum relinquit, & vitio ſuo contumacem cupiditatibus ſuis permittit, Exod. 7, 3. conf. Devt. 2, 10. tum *homini* in ordine ad *ſe ipſum*, qui ſe indurat, cupiditatibus ſuis indulgendo, Satanæ ſuggeſtionibus obtemperando, voluntati divinæ & motibus Spir. S. præfractè reſiſtendo, &, ne fiat, quod Deus mandavit, operam dando. Ita ei tribuitur vel *abſolutè*, Exod. 13, 15. vel *addita voce* לֵב *Cor*, Pſal. 95, 8. Prov. 28, 14. aut עֹרֶף *Cervix*, Devt. 10, 16. 2. Chron. 30, 8. c. 36, 13. Neh. 9, 29. Prov. 29, 1. 2. Reg. 17, 14. Jer. 7, 26. c. 17, 23. c. 19, 15. Sed hæc ſi apponitur, ſimul innuitur, quod homo à viâ ſemel probatâ ſe abduci nullis patiatur monitis, aut minis, inſtar alicujus equi vel jumenti, quod pro ſuo progreditur lubitu, haud ſecus, ac ſi vertex vertebris careret, vel penitus ferrea eſſet aut lapidea, ut aliò inclinari non poſſet. *b*) *Crudelitatem*, *ſævitiam & immanitatem*, Gen. 49, 7. 2) Ad *ſermonem*, deſignans ipſius *acerbitatem*, 2. Sam. 19, 43. β) Significat in Kal *grave eſſe*, & in Hiphil *grave facere*, quia, quod compactum eſt, gravitate præditum eſſe, conſtat. Dicitur autem de *manu*, h. e. *potentia Dei* graviter premente, & affligente, 1. Sam. 5, 7. item de *Salomone* jugum ſervitutis gravius reddente, 1. Reg. 12, 4. 2. Chron. 10, 4. γ) Notat *difficile eſſe*, quia, quod compactum & durum eſt, difficultatem parit. Ita dicitur 1) de petitione, 2. Reg. 2, 10. partu, Geneſ. 35, 16. 17. quæſtione difficulter explicabili, Devt. 1, 7.

קָשֶׁה m. *Durus*, *Gravis*, *Difficilis*. וְהָאִישׁ קָשֶׁה וְרַע מַעֲלָלִים At vir iſte erat *durus* & malus actionibus, 2. Sam. 25, 3. In Statu Conſtr. קְשֵׁה עֹרֶף *Durus* cervice, Exod. 32, 9. Plur. קָשִׁים *Duri*, 2. Sam. 3, 39. In Statu Conſtr. קְשֵׁי פָנִים *Duri* facie, Ez. 2, 4. Fœm. עֲבֹדָה קָשָׁה Servitus *gravis*, Exod. 1, 14. וַתֵּלֶךְ יַד בְּנֵי יִשְׂרָאֵל הָלוֹךְ וְקָשָׁה עַל יָבִין Ibatque manus filiorum Iſraelis eundo & *gravis* ſuper Jabin, i. e. potentia Iſraelitarum continuò magis magiſque invaleſcebat contra Jabinum, uſque dum exciderent eum, Jud. 4, 24. In Statu Conſtr. קְשַׁת רוּחַ אָנֹכִי *Dura*, i. e. afflicta, triſtis ſpiritu ego ſum, 1. Sam. 1, 15. Plur. קָשׁוֹת *Dura*, Gen. 42, 7.

1) Generatim *compactum* notat. 2) Speciatim *a*) ſignificat *durum*; prout 1) *propriè* notat *id, quod tactui non cedit, & immutabile eſt*; ſed ſic in Scriptura non occurrit. 2) *Metaphoricè* autem uſurpatur de

ho-

homine deſignat א) *mentis pravitatem & contumaciam*, & idem eſt ac *intractabilis*, *contumax*, *nullam monitorum & minarum rationem habens*. Sic adhibetur vel *abſolute*, Jeſ. 48, 4. vel cum *addita voce* לב *cor*, Ezech. 3, 7. aut cum appoſitâ voce צֹרֶף *Cervix*, Exod. 32, 9. c. 34, 9. c. 33, 3. 5. Devt. 9, 6. 13. c. 31, 27. ב) *Triſtitiam & afflictionem*, & idem eſt ac *triſtis*, *afflictus*, tàm *ſubjectivè*, 1. Sam. 1, 15. confer. Job. 30, 25. quàm *effectivè*, 1. Reg. 14, 6. Pſal. 60, 5. ג) *Auſteritatem*, *ſævitiam*, *immiſericordiam*, *crudelitatem*, & idem eſt ac *ſævus*, *crudelis*, *imperioſus*, Jeſ. 19, 4. *auſterus*, *moroſus*, *immiſericors*, 1. Sam. 25, 3. ד) *Audaciam & impudentiam*, & idem eſt ac *audax*, *impudens*, Ezech. 2, 4. De *ſermone & verbis* adhibitum, innuit eorum *acerbitatem*, Gen. 42, 7. 30. 1. Sam. 20, 10. 1. Reg. 12, 13. ה) *Auctoritatem & potentiam*, & idem eſt ac *potens*, *valens*, 2. Sam. 3, 39. De rebus aliis dictum, indigitat earum *vehementiam*, prout dicitur de vento ſævo, Jeſ. 27, 8. de bello magno, 2. Sam. 2, 17. aut *firmitatem*, Cant. 8, 6. β) Significat *grave*, propriè quidem *pondere*; per *Metaphoram* autem *potentiâ*, *moleſtiâ*, *afflictione*. *Propriè* non occurrit; *Impropriè* autem dicitur de *potentia victrice Iſraelitarum*, qua ſuper Jabinum indies invaleſcebant, donec eum exciderent, Jud. 4, 24. de *ſervitute* inſigniter hominem aggravante & miſerè premente, Exod. 1, 14. c. 6, 9. 1. Reg. 12, 4. 2. Chron. 10, 4. Jeſ. 14, 3. γ) Notat *difficile & perplexum*, Exod. 18, 26.

קְשִׁי m. *Duricies*. Semel legitur Devt. 9, 29.

מִקְשָׁה f. *Soliditas*, *Firmitas*, *Continuitas*, *Continens opus*. מִקְשָׁה תַּעֲשֶׂה אֹתָם Opus *ſolidum* facies eos, Exod. 25, 18. מִקְשָׁה תֵּעָשֶׂה Opere *ſolido* vel continente fiat, Exod. 25, 36. Vide c. 25, 36. c. 37, 7. 17. 22. Num. 8, 4. c. 10, 2. Jer. 10, 5.

מִקְשֶׁה m. *Opus*, *Implexum*, *Criſpum*. Semel occurrit Jeſ. 3, 24.

קָשַׁח *Durus fuit*. In Kal non legitur. In Hiphil הִקְשִׁיחַ *Obduravit*, *Duriter tractavit*. הִקְשִׁיחַ בָּנֶיהָ *Duriter tractat* pullos ſuos, Job. 39, 19. Fut. תַּקְשִׁיחַ לִבֵּנוּ *Obdurabis* cor noſtrum, i. e. *obdurari* ſines cor noſtrum, ut non ſit illi timor? Jeſ. 63, 17. Sæpius non legitur.

קֹשֶׁט m. *Veritas*. Deducit Majus id ab Arabum قَسَطَ *Detegere rem*, quia veritas eſt *rei detectio* & manifeſtatio. Bis ſaltem legitur Pſ. 60, 6. מִפְּנֵי קֹשֶׁט Propter *veritatem*; Et Prov. 22, 21. ubi eſt קְשְׁטְ, (:) cum (∴) alternante, quô præſente ט etiam accipit (:)

קָשַׁר *Ligavit*, *Alligavit*, *Colligavit*, *Devinxit*, *Conjuravit*, *Conſpiravit*; Conſtruitur cum Accuſativo & Præpoſitionibus קָשַׁר ל, ב, עַל. קָשַׁר עָלֶיךָ *Conjuravit* contra te, Am. 7, 10. וּקְשַׁרְתָּם עַל־יָדֶךָ Et *ligabis* ea ſuper manus, Devt. 6, 8. Fut. תִּקְשְׁרֶנּוּ *Ligabis* eum, Job. 40, 24. Niphal נִקְשַׁר *Ligatus*, *Devinctus fuit*. נִקְשְׁרָה *Devincta eſt*, *Devinxit ſe*, 1. Sam. 18, 1. Fut. וַתִּקָּשֵׁר כָּל־הַחוֹמָה Et *colligatus eſt*, *cohæſit*

ſit totus murus, Neh. 3, 38. Piel קִשֵּׁר *Ligavit, Colligavit, Alligavit, diligenter, ſolicitè, cum curâ.* Fut. הַתְקַשֵּׁר An *colligabis?* Job. 38, 31. Part. Pual הַצֹּאן הַמְקֻשָּׁרוֹת Oves *colligatæ*, i. e. *robuſtæ*, Gen. 30, 41. Hithpael הִתְקַשֵּׁר *Ligavit ſe, Conſpiravit.* הִתְקַשְּׁרוּ עָלָיו *Ligarunt ſe, conjurarunt inter ſe* contra eum, 2. Chron. 24, 25.

1) Generatim notat *arctius copulare*, ſive *rem cum re*, ſive *rem cum perſonâ*, ſive *perſonam cum perſonâ*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ligare, alligare, colligare*, ita, ut res cum re arctè copuletur & connectatur. Ita dicitur de ligatione *funis* ad feneſtram, Joſ. 2, 18, 21. *fili* ad manum pueri ex uterô protenſam, Gen. 38, 28. *lapidis* ad librum in Euphratem projiciendum, Jer. 51, 63 *monocerotis* ad aratrum, Job. 39, 13. β) *Impropriè*, & quidem 1) *Metaphoricè* transfertur α) *ad animum*, deſignans, tùm *arctiſſimum amoris nexum* inter Patrem & Filium, Gen. 44, 30. inter amicos, 1. Sam. 18, 1. tum *conſpirationem & conjurationem rebellionis causâ factam*, ubi valet *conſpirare, conjurare, ligam facere contra aliquem*, 1. Sam. 22, 8. 2. Sam. 15, 31. 1. Reg. 15, 27. c. 16, 9. 2. Reg. 15, 10. 25. 30. c. 21, 23. 2. Chron. 24, 21. c. 25, 27. c. 33, 24. Neh, 4, 8. tùm *amplexum intimum* inter cor pueri & inter ſtultitiam, ut difficulter ſeparari queant, Prov. 22, 15. Sed quando *præcepta, monita, ligari* jubentur ſuper *cor, digitos* &c. indigitatur *aſſidua ipſorum memoria & obſervatio*, Prov. 3, 3. c. 6, 21. c. 7, 3. Confer. Devt. 6, 8. β) Ad *corpus*, deſignans *corporis vigorem, robur, firmitatem.* Ita *oves ligatæ* dicuntur, i. e. *robuſtæ, vegetæ, compactæ corpore*, Gen. 30, 41. 42. γ) Ad *murum*, notat *nexum lapidum* in murô compactorum, Neh. 3, 38.

קֶשֶׁר m. *Conjunctio, Conſpiratio, Liga, Malorum conſenſus.* וַיִּקְשְׁרוּ עָלָיו קֶשֶׁר Et *conjurarunt* adverſus eum conjurationem, 2. Chr. 25, 27. Cum Suff. קִשְׁרוֹ *Conſpiratio* ejus, 1. Reg. 16, 20.

1) Generatim *copulationem* vel *colligationem arctam* importat. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *nexum phyſicum rei* cum re vel *perſona*; ſed ita in Scriptura non occurrit. β) *Metaphoricè* in ea dicit α) *Conjurationem ſeditioſorum & deficientium à magiſtratu ſuo*, cui obſequium debebant & fidem, 2. Reg. 11, 14. c. 12, 21. c. 14, 19. c. 15, 30. 2. Chron. 23, 13. c. 25, 27. β) *Fœdus in malâ causâ*, Jeſ. 8, 13. γ) *Rebellionem Judæorum contra Deum*, quâ conſenſerunt, quod nollent ipſius præceptis obſequi, Jer. 10. 9.

קִשֻּׁרִים m. pl. *Alligamenta, Redimicula, Ornamenta*, quæ capiti, collo, aut pectori alligantur, Jeſ. 3, 20. Cum Suff. קִשֻּׁרֶיהָ *Alligamentorum* ſuorum, Jer. 2, 32. Sæpius non legitur.

קָשַׁשׁ *Inquiſivit, Scrutatus eſt accuratè, Excuſſit.* Imper. קֹשׁוּ *Inquirite, excutite*, pro קֹשְׁשׁוּ, compenſatione literæ mobilis per Dageſch neglectâ. Piel קֹשֵׁשׁ *Diligenter conquiſivit, Collegit.* וְקֹשְׁשׁוּ לָהֶם תֶּבֶן Et *colligant* ſibi paleas, Exod. 5, 7. Part. מְקֹשֵׁשׁ עֵצִים *Conquirens*

rens, colligens ligna, Num. 15, 32. 33. Fœm. מְקֹשֶׁשֶׁת עֵצִים *Conquirens, colligens* ligna, 1. Reg. 17, 10. 12. Infin. לְקֹשֵׁשׁ קַשׁ Ad *conquirendum* ſtipulam, Exod. 5, 12. Hithpael הִתְקֹשֵׁשׁ *Excuſſit ſe.* Imper. הִתְקֹשְׁשׁוּ *Excutite vos*, Zeph. 2, 1.

1) Generatim notat *diligentem inquiſitionem cujuscunque rei.* 2) Speciatim α) notat *paſſim & minutatim cum curâ conquirere & colligere ſtipulas, paleas*, Exod. 5, 7. 12. *ligna* inſtar ſtipularum disjecta, Num. 15, 32. 33. 1. Reg. 17, 10. 12. β) *Scrutari, inquirere, excutere, diligenter*, cum *curâ attentâ, maculas*, vitia, peccata, Zeph. 2, 1. Sæpius non occurrit.

קַשׁ m. *Stipula*, à *conquirendo* & *colligendo* ſic dicta, Exod. 5, 12. quæ, quia ob ſuam vilitatem hinc inde disjicitur, ob ſuam levitatem à vento facillime aufertur & propellitur, & ob ſummam ariditatem incendio facilè eſt obnoxia & citiſſimè exuritur, deſignat *improborum ſubitum interitum*, Obad. 1, 18. conf. Pſ. 83, 14. Jeſ. 17, 13. Jer. 13, 24. Nah. 1, 18.

קֶשֶׁת c. ſed f. ſæpius. *Arcus.* Fœrſterus deducit à קָשָׁה *Durus, rigidus fuit*, eô quod in *utraque cornua* diſtendatur & rigeſcat. קֶשֶׁת גִּבֹּרִים *Arcus* fortium, 1. Sam. 2, 4. קֶשֶׁת נְחוּשָׁה *Arcus* æneus, 2. Sam. 22, 35. דֹּרְכֵי קֶשֶׁת Tendentes *arcum*, Jer. 50, 14. Cum Suff. קַשְׁתִּי *Arcus* meus, Job. 29, 2. Plur. קְשָׁתוֹת *Arcus*, 2. Chron. 26, 14. Cum Suff. קַשְּׁתוֹתָם *Arcus* eorum, Pſ. 37, 15.

1) Generatim *arcum* notat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *inſtrumentum explodendi ſagittas*, Jer. 50, 14. Gen. 21, 16. c. 27, 3. β) *Impropriè* 1) per *Metaphoram* α) *Deo* tributum deſignat, tùm *divinæ iræ effecta adverſus impios*, Thren. 2. 4. c. 3, 12. tùm *divinam omnipotentiam*, Hab. 3, 9. tùm *iridem*, Gen. 9, 13. 18. β) *Hominibus* tributum, denotat *ipſorum potentiam & robur*, vel *conatum lædendi*, Pſ. 11, 2. Pſ. 37, 14. 15. Ita *arcus æneus*, eſt ſymbolum *ingentis roboris ac potentiæ*, Job. 20, 24. *Arcus doloſus* autem deſignat hominem aut opem infidelem, homines in neceſſitate inſtar pravi arcûs deſtituentem vel lædentem, Pſ. 78, 57. Hoſ. 7, 16. 2) Per *Synecdochen* notat *omne armorum genus*, & inde porrò per Metonymiam *vim* aut *potentiam militarem*, Pſ. 44, 7, Job 29, 20.

קַשָּׁת f. *Sagittarius, Arcitenens.* Semel legitur Gen. 21, 20.

קַשָׂה f. *Scutella.* Plur. in Statu Conſtr. קְשׂוֹת הַנֶּסֶךְ *Scutellas* libaminis, Num. 4, 7. Cum Suff. וּקְשׂוֹתָיו Et *Scutellas* ejus, Exod. 25, 29. Aliàs in Plur. ה in ו mutatò eſt קְשׂוֹת Exod. 37, 16. 1. Chron. 28, 17. Sæpius non legitur.

קְשִׂיטָה f. *Agnus; Nummus figurâ agni notatus*, Gen. 33, 19. Joſ. 24, 32. Job. 42, 11. Diſſenſſus eſt inter Interpretes, utrum *agnum*, an *nummum* ſignificet. Prius malunt Onkelos, Aben Eſra, Pagninus; poſterius R. Salomon, B. Lutherus & Seb. Schmidius. *Nummi* ſpeciem fuiſſe, Bochartus Hieroz. P. I. lib. 2. c. 43. p. 433. contendit α) quia in Scripturâ, cum de *paſtu, proventu, & mactatione ovium* agitur, nullibi agnum

ita

ita vocat. β) Quia Talmudiſtis & Hebræis recentioribus fere omnibus *nummum* ſignificat. γ) Quia propriè ἀκίβδηλον ſonat, quod *ſinceræ monetæ* eſt epitheton. δ) Quia fœminina terminatio prodit, *agnum* non fuiſſe, ſolos autem *agnos* Jacobum pro agri pretio dediſſe, aut Jobum ab amicis accepiſſe, quis credat? ε) Quia Jobi ævo, & receptæ erant veræ emptiones, quæ *nummis* fiebant. ζ) Quia Act. 7,16. ager à filiis Emor *non agnis*, ſed *argenti pretiô* emtus fuiſſe legitur.

קַשְׂקֶשֶׂת f. *Squama*, quam Bochartus Hieroz. P. I. Lib. I. c.6. p.38. à קָשָׁה *Durus fuit*, deducit, ita ut ab *aſperitate* nomen ducat, ש cum שׁ alternante; unde per quandam analogiam *lorica*, 1. Sam. 17,5. dicatur *ſquamata*, quia ferreis lamellis tanquam ſquamis erat conſerta. Sed quid obſtat, quò minus cum Buxtorfio conjicias, eſſe à קָשַׁשׁ *Collegit*, quia ſquamæ quaſi *colliguntur* & *collectæ cohærent*, Lev. 11, 9.10.12. Devt. 14, 9.10. Plur. קַשְׂקְשֹׂתִים *Squamæ*. קַשְׂקְשֹׂתֶיךָ *Squamis* tuis, Ez. 29, 4. Sed 1. Sam. 17,5. eſt קַשְׂקַשִּׂים *Squamæ*.

ר

רָאָה *Vidit, Inviſit; Providit, Prævidit; Adſpexit, Inſpexit, Perſpexit, Circumſpexit, Proſpexit, Reſpexit; Animadvertit, Expertus eſt, Percepit, Fruitus eſt.* Conſtruitur modò abſolutè, & cum Accuſativô, nunc interveniente Præpoſitione ב vel ל. רָאָה יְהוָה בְּעָנְיִי *Adſpexit* Dominus miſeriam meam, Gen. 29,30. מָה רָאִיתָ Quid *vidiſti*? Gen. 20,10. רְאִיתַנִי *Vidiſti* me, 1.Chr.17,17. רְאִיתִיו *Vidi* eum, Dan.8,7. Infinitivus variat; eſt enim vel רָאֹה Ex.3,7. vel רְאֹה Gen.48,11. vel רָאוֹ Gen. 26,28. ה in quieſc. ו mutatô, vel רָאוֹת Jeſ.42,20. vel רְאוֹת Ex. 10,28. utrinque ה in ת mutatô. בִּרְאֹתָם In *videre* eos, i. e. cum videbunt, Exod. 13,17. Sed Ezech. 28,17. eſt לְרַאֲוָה Ut *adſpiciant*, ubi non ſolum ה in ו mutatum fuit, ſed inſuper ה Paragogicum acceſſit. Fut. וְאֶרְאֶה Et *videbo*, Gen. 18, 21. & ה per Apocopen reſectô, eſt וָאֵרֶא Jeſ. 41,28. אֶרְאֶנּוּ *Videbo* eum, Num. 23, 9. תִּרְאֶה *Videbis*, Ezech. 12, 6. Sed per Apocopen eſt תֵּרֶא Prov. 23,31. וַיִּרְאֶה Et *videbit*, 2. Reg. 6,17. & per Apocopen וַיַּרְא 1. Sam. 24, 15. Part. Paul נְעָרוֹת הָרְאֻיוֹת לָתֶת לוֹ Puellas, quas viſum fuit dare ipſi, Eſth. 2, 9. Niphal נִרְאָה *Viſus, Conſpectus, Oſtenſus, Proſpectus fuit, ſe videndum præbuit, exhibuit, Apparuit, Comparuit.* Conſtruitur cum ל vel אֶל. נִרְאָה אֵלַי *Apparuit* mihi, Gen. 48. 3. נִרְאוּ רָאשֵׁי הֶהָרִים *Viſa ſunt* capita ſeu cacumina montium, Gen. 8,5. Infin. לְהֵרָאֹה *Apparere*, Jud. 13,21. Sed Lev. 13,14. eſt הֵרָאוֹת Accedente Præfixo eſt לֵרָאוֹת Ad *comparendum*, Exod. 34,24. pro לְהֵרָאוֹת, Præformativo ה per Aphæreſin pereunte. Fut. אֵרָאֶה *Apparebo*. Lev. 16,2. יֵרָאֶה *Conſpicietur*, Exod. 13,7. per Apocopen יֵרָא Exod. 34,3. Pual רֻאּוּ *Viſa ſunt*, Job. 33,21. Hiphil הֶרְאָה *Videre, Aſpicere, Sentire, Frui, Expe-*

Experiri fecit, *videndum exhibuit*, *Oſtendit*, *Oſtentavit*, *Demonſtravit.* הֶרְאָה אֹתִי *Videre fecit* me, Gen. 48, 28. ubi (∴) cum (.) alternat. הִרְאַנִי *Oſtendit* mihi, 2. Reg. 8, 13. הִרְאִיתַנִי *Feciſti, ut viderem*, Pſal. 91, 20. Fut. אַרְאֶךָּ *Oſtendam* tibi, Gen. 12, 1. וַיַּרְא אֹתָם אֶת־בֶּן־הַמֶּלֶךְ Et *videre fecit* eos filium Regis, 2. Reg. 11, 4. Hophal הָרְאָה *Videre factus eſt*, *Videndus exhibitus eſt*, *Oſtenſus eſt.* הָרְאֵיתָ *Oſtenſa* eſt tibi, Exod. 26, 30. Hithpael הִתְרָאָה *Mutuò, invicem vidit*, *Aſpexit*, *Comparuit.* Fut. נִתְרָאֶה *Videamus nos invicem*, 2. Reg. 14, 8. לָמָּה תִּתְרָאוּ Quare *adſpicitis vos mutuò*, Gen. 42, 1.

I) Generatim *rei perceptionem* infert, ſive ſit *ſenſualis*, ſive *mentalis.* II) Speciatim 1) infert *perceptionem ſenſualem*, ubi α) idem eſt ac *videre oculis*, ſive *ſimpliciter*, Exod. 4, 14. Devt. 4, 20. 2. Sam. 18, 21. Jer. 39, 4. Jeſ. 64, 3. ſive *cum addito*, ſcilicet *intente & accurate*, Gen. 31, 5. Exod. 1, 16. Mal. 3, 18. 2. Chron. 29, 8. *diligenter, more exploratorum*, qui ſingula diligenter inſpiciunt & obſervant, Joſ. 2, 1. cum *oblectatione animi*, ubi fere conſtruitur cum ב Pſ. 22, 18. Pſ. 54, 9. Jeſ. 66, 24. aut cum *animi mœrore ac triſtitia*, Gen. 21, 16. c. 44, 34. Et in compoſitis eſt *aſpicere*, Prov. 23, 31. Confer. 1. Sam. 6, 19. ubi *temeritatem aſpectus* connotat. *Inſpicere*, Lev. 13, 3. 5. 17. 27. 36. *Inviſere ægrotum*, 2. Sam. 13, 5. 2. Reg. 8, 29. ϐ) A *viſu*, qui reliquis ſenſibus acutior eſt, ad alios ſenſus translatum, interdum idem eſt ac *audire*, vel *percipere*, Exod. 20, 15. Jer. 33, 24. *ſentire*, e. g. ſomnum, Eccl. 8, 16. vim & potentiam divinam, Pſ. 77, 17. Hab. 3, 10. ubi Metaphora ſubeſt, corruptionem, Pſ. 16, 10. *perpeti* bellum, Jer. 42, 14. famen & gladium, Jer. 5, 12. ærumnam, Thren. 3, 1. mortem, Pſ. 89, 49. confer. Pſ. 49, 10. *experiri, per experientiam cognoſcere*, Gen. 26, 28. 2) Infert *perceptionem mentalem*, ubi α) notat *cognoſcere, intelligere*, Gen. 42, 1. 1. Reg. 10, 4. Eccl. 1, 16. Jer. 2, 31. β) *Conſiderare*, Gen. 49, 15. Exod. 2, 11. Eccl. 1, 14. Jeſ. 5, 12. γ) *Prævidere*, *Præcognoſcere*, Prov. 22, 23. Huc ſuo refer modo *viſionem Propheticam*, 1. Sam. 9, 17. 11. 18. 19. 1. Chron. 9, 22. c. 26, 28. c. 29, 29. 3) *Metonymicè* α) innuit *rei conſpectæ plenariam & cum voluptate conjunctam fruitionem*, & in *Kal* idem eſt ac *frui*, Pſ. 27, 13. Pſ. 34, 13. Eccl. 2, 1. c. 3, 13. c. 9, 9. Pſ. 106, 5. Pſ. 28, 5 In *Hiphil* autem *fruendum dare, exhibere*, Pſal. 4, 7. Pſ. 91, 16. β) Significat *curare, proſpicere, providere*, Gen. 41, 33. Devt. 12, 13. Pſ. 64, 6. Confer. Jer. 51, 61. ubi itidem *videre* non eſt oculorum corporis, ſed *oculorum cordis ſolliciti*, quibus circumſpicit, quod & quomodo faciendum ſit, quod injunctum eſt. q. d. *Videbis*, i. e. *diligenter cumbis & ſollicite facies.* Vid. Seb. Schmid. γ) *Pugnare*, 2. Reg. 14, 8. 11. 2. Chron. 25, 17. 21. δ) *Deſpicere*, *Contemnere*, Job. 41, 26. Cant. 1, 6. 4) *Deo* tributum, deſignat α) *Exactiſſimam ipſius cognitionem*, Gen. 7, 1. Ex. 32, 9. 1. Sam. 16, 7. Jer. 20, 12. β) *Approbationem*, Gen. 1, 4. 10. 12. 18. 21. 25. 31. γ) *Providentiam*, quâ providet & de certis perſonis

Digitized by Google

ſonis vel rebus, easque moderatur atque gubernat, Gen. 16, 13. c. 22, 8. 1. Sam. 16, 1. δ) *Affectum miſericordiæ & favoris, nec non effectum liberationis & auxilii*; ſeu *favorem, miſerationem, opem & auxilium*, Gen. 29, 32, Exod. 4, 13. 1. Sam. 1, 11. 2. Reg. 14, 26. Pſ. 9, 14. Pſal. 10, 14. Pſal. 80, 5. Pſ. 113, 6. Pſ. 138, 6. Thren. 3, 50. Unde hic *Dei intuitus* opponitur *deſpectui, incuriæ & averſationi*. ε) *Iram, vindictam, pœnam divinam*, 1. Chron. 12, 17. Jer. 3, 8. Thren. 3, 36. Ezech. 16, 50. Hab. 3, 6. ζ) *Æſtimium, Curam*, & idem eſt ac *curare, rationem rei habere*, Jeſ. 55, 3.

רֹאֶה m. *Videns*. Participium Benoni, quod in naturam nominis degenerat, quando Prophetis tribuitur, ut 1. Sam. 9, 9.

רָאָה f. *Cornix*, Devt. 14, 13. Avis à viſûs *acumine* nomen ducens.

רְאִי m. *Viſus, Viſio, Adſpectus; Speculum*, ſic dictum, quod res videndas refert; *Fimum, Stercus*, ſic dictum, quod *viſum* ab eo omnes avertunt, vel quod iſtud *deſpiciunt* omnes. כִּרְאִי מוּצָק Sicut *ſpeculum* fuſum, Job. 37, 18. Per alternationem eſt רֳאִי, & accentu Dominô præſente רֹאִי, ut וְשַׂמְתִּיךְ כְּרֹאִי Et ponam te ut *ſpeculum*, i. e. (juxta Buxtorfium) *exemplum, quod omnes intueantur*, Nah. 3, 6. Sed R. Salomoni Aben-Eſræ & Seb. Schmidio hic notat *Stercus*. עֵין רֹאִי Oculus *viſionis*, i. e. *perſpicax*, Job. 7, 8. Sed Seb. Schmidio eſt Participium cum Suffixo, ut ſenſus ſit: *Oculus videntis* me. וְטוֹב רֹאִי Bonus *adſpectu*, i. e. formoſus, decorô adſpectu, 1. Sam. 16, 12. אֵל רֳאִי Deus viſionis, Gen. 16, 13. מֵרֹאִי Ab *adſpectu*, Job. 33, 21. Sæpius non occurrit.

רְאוֹת f. *Viſio*. Semel occurrit 2. Chron. 26, 5.

רְאוּת f. *Adſpectus*. Semel extat Eccl. 5, 10. juxta literas eſt רְאִית.

מַרְאֶה m. *Viſio, Viſus, Adſpectus, Vultus, Species*. טֹבַת מַרְאֶה Bona *adſpectu*, Eſth. 1, 11. In Statu Conſtr. מַרְאֵה עֵינַיִם *Viſio oculorum*, Eccl. 6, 9. Cum Suff. מַרְאֵהוּ *Adſpectus* ejus, Lev. 13, 30. Plur. מַרְאִים *Adſpectus*. In Statu Conſtr. בְּמַרְאֵי עֵינֶיךָ In *adſpectibus* oculorum tuorum, Eccl. 11, 9. מַרְאֵיהֶם *Species* illorum, Ez. 1, 13.

1) Generatim *Adſpectum*, ſive *active*, ſive *paſſive* capiatur. 2) Speciatim α) *active* ſumtum, notat *viſionem, intuitionem, contemplationem, adſpectum*, Lev. 13, 12. Devt. 34, 67. Eccl. 6, 7. Jeſ. 11, 13. β) *Paſſive* acceptum, deſignat *intuitionis objectum*, ſeu *externam alicujus rei formam ac figuram, adſpectum*. Ita tribuitur *formoſo puero*, Dan. 1, 4. 13. puellæ pulchræ, Gen. 12, 11. c 29, 19. mulieri elegante formâ præditæ, Gen. 12, 11. c. 29, 17. 2. Sam. 11, 2. Eſth. 1, 11. item lepræ, Lev. 13, 43. rotis, Ezech. 1, 16.

מַרְאָה f. *Viſio; Speculum*, quod objecta videnda refert. לֹא רָאוּ אֶת־הַמַּרְאָה Non viderunt *viſionem* illam, Dan. 10, 7, Plural. מַרְאוֹת אֱלֹהִים *Viſiones* Dei, Ezech. 1, 1.

1) Generatim *viſionem* dicit & reſpicit, quacunque ratione. 2) Speciatim α) notat ὅραμα, ſeu *ſpeciem*, ſub quâ tanquam ſub quadam imagine aut ſymbolo ſe aliquid oſtendit & conſpiciendum præbet, Gen. 46, 2.

Digitized by Google

Num. 12, 6. 1. Sam. 3, 15. Ezech. 1, 1. c. 8, 3. c. 4. 2. c. 43, 3. Dan. 10, 7. 8. 16. β) Denotat *ſpeculum*, quod objectum videndum refert, Exod. 38, 8. Sæpius non legitur.

מֻרְאָה f. *Ingluvies*, cibi ſordiumque receptaculum. Semel occurrit cum Suff. מֻרְאָתוֹ *Ingluvies* ejus, Lev. 1, 16.

רְאֵם m. Nomen *animalis proceri*, Num. 23, 22. 24. ἁλτικοῦ ſeu ad ſaltum curſumque præprimis idonei, Pſ. 29, 6. *validi*, *feri & indomiti*, Job. 39, 9. quod eſt *Monoceros*, juxta LXX. Buxtorffium, Coccejum, Seb. Schmidium &c. *Rhinoceros*, juxta Aquilam. Sed Bocharto Tom. I. Hieroz. lib. 3. 27. eſt *bicornis capreæ ſpecies* aut *Oryx*. Deducitur à רוּם vel רִים *Altum eſſe, extolli*, cô quod *efferat & extollat* caput ſuum. *Metaphoricè* refert tum *piorum robur*, Pſ. 92, 11. Confer. Num. 23, 22. c. 24, 8. tum *improborum vim & ſævitiam*, Pſal. 22, 22. Jeſ. 34, 7. Interdum adhibetur רְאֵים cum (י) epentheticô, Pſ. 92, 11. Inde contracte enaſcitur רֵים Job. 39, 8. 9. Plural. רְאֵמִים Pſ. 29, 6. Jeſ. 34, 7. Conſtr. רֵמִים Pſ. 22, 22.

רָאמוֹת f. pl. Vide in רוּם.

רָאַשׁ *Præſuit, Anteceſſit*, apud Arabes. Inde apud Ebræos

רֹאשׁ m. *Caput*; *Summitas, Faſtigium, Vertex*; *Principium*; *Summa*; *Præſtantiſſimum*, *Primarium*; *Venenum*; *Cicuta*; *Fel*, *Amaror*. הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ Ipſe conteret tibi *caput*, Gen. 3, 15. בְּרֹאשׁ הָהָר In *vertice* montis, Exod. 24, 17. וְהִשְׁקִיתִים מֵי רֹאשׁ Et potabo eos aquis *fellis*, Jer. 9, 14. רֹאשׁ פְּתָנִים *Venenum* aſpidum, Devt. 32, 33. Cum Suff. רֹאשִׁי *Caput* meum, Gen. 40, 16. Fœm. אֶת־הָאֶבֶן הָרֹאשָׁה Lapidem *ſummum*, *capitalem*, Zach. 4, 7. Plur. רָאשִׁים Eſr. 11, 13. In Statu Conſtr. רָאשֵׁי הֶהָרִים *Cacumina* montium, Gen. 8, 5. Cum Suff. בְּרָאשֵׁיכֶם In *capita* veſtra, Devt. 1, 13. Sed Jeſ. 15, 2. eſt בְּכָל־רֹאשָׁיו In cunctis *capitibus* ejus, retentô Cholem.

I) Generatim & vi originis notat *id, quod quavis ratione antecedit*. II) Speciatim 1) *propriè* notat *caput*, ſive *hominis*, Devt. 21, 12. Num. 6, 9. 2. Sam. 13, 19. Job. 1, 20. ſive *bruti*, e. g. arietis, Lev. 8, 18. bovis, Lev. 4, 4. aſini, 2. Reg. 6, 25. hirci, Lev. 4, 29. 2) *Impropriè* α) per *Metaphoram* deſignat 1) *cujuscunque rei initium, principium, originem*, quia *caput* eſt *prima corporis pars*. Ita dicitur de principio *viæ*, Ezech. 16, 25, 31. c. 42, 12. plateæ, Thren. 2, 19. Nah. 3, 10. Conf. Jeſ. 51, 3. anni, Ezech. 40, 1. menſis, Num. 10, 10. vigiliarum, ſeu initio noctis, Thren. 2, 19. Confer. Jeſ. 41, 4. 2) *Cujuscunque rei ſummitatem & eminentiam conſpicuam*, ſive referat *quantitatem & locum*, ſive *qualitatem & imperium*, quia *caput* animalis eſt ſummum ipſius membrum, maximè conſpicitur, & cætera corporis membra regit atque gubernat. Hinc deſignat non ſolum *verticem montis*, Gen. 8, 5. Exod. 34, 2 Num. 14, 40. 44. Jeſ. 15, 8. Jud. 16, 3. collis, Exod. 17. 9. 10. petræ, Num. 23, 9. ſummitatem

ſpi-

ſpicæ, Job. 24, 24. columnæ, Exod. 36, 38. c. 38, 17. ſtaturæ, Ez. 13, 18. portæ, Pſ. 24, 7. 9. turris, Gen. 11, 4. ſurculi, Ezech. 17, 4. *primum locum*, connotato *principatu & auctoritate*, Job. 29. 25. ſed etiam *Principem, Primatem, Ducem*, e. g. *exercitûs*, Num. 14, 4. Jud. 11, 8. 9. 1. Chr. 12, 14. 19. 2. Chron. 13, 10. familiarum, Exod. 6, 14. 1. Chr. 5, 24. Conf. Num. 30, 2. c. 36, 1. Devt. 1, 15. Joſ. 14, 1. populi, 1. Reg. 21, 9. Job. 12, 24. Jeſ. 19, 15. Sed 2. Chron. 19, 11. c. 24, 11. deſignat Sacerdotem ſummum. In hoc ſignificatu ipſi opponitur *cauda*, ita, ut *caput* deſignet ſuperioritatem & dominium, *cauda* autem inferioritatem & ſervitutem, Devt. 1, 13. c. 28, 13. 44. 3) *Præcipuum, Potisſimum, Nobilisſimum, & præſtantisſimum in re qualibet*, quia caput eſt nobiliſſimum membrum animalis. Ita dicitur de *aromate*, quod præſtantiſſimum, Exod. 30, 23. Cant. 4, 14. Ezech. 27, 22. de *metropoli*, quæ civitatum eſt nobilisſima, Jeſ. 7, 8, 9. de *lapide angulari*, qui præcipuas ædificii partes in ſuſtentanda ædificii mole tenet, Pſ. 118, 22. de *lætitia*, quæ eſt maxima, Pſal. 137, 6. de *præcipua Satanæ vi ac potentia*, nempe peccato, morte ac inferno, Gen. 3, 15. 4) *Summam in numero cujuscunque rei, præcipuum in numeratione*, quia integra ſumma eſt quaſi *caput* computationis. Ita dicitur de *ſumma filiorum* Iſrael, Exod. 30, 12. filiorum Kahath, Num. 4, 2. 22. captæ prædæ, Num. 26, 2. c. 31, 26. Vid. Pſ. 139, 17. 5) *Militares cohortes* vel *agmina*, quæ *capita* dicuntur, quando ſingula hoſti ſe objiciunt, eumque aggrediuntur, ſicut capita in quibuscunque animalibus, Jud. 9, 34. 43. 1. Sam. 11, 11. Job. 1, 17. β) Per *Metonymiam* 1) *ſubjecti* notat *venenum*, quod aliàs in *capite* aſpidum eſt, Devt. 32, 33. per Metaphoram deſignans *exitium* aliis intentatum, Pſ. 140, 10. & inde porrò *herbam venenatam* in agris copioſiſſimè provenientem hodie ignotam, Devt. 29, 18. Hoſ. 10, 4. 2) *Adjuncti*, *caput elevare* idem eſt ac *animum erigere*, *animoſum eſſe*, *gaudere*, Jud. 8, 28. Pſ. 83, 3. *victoriosè reſurgere & triumphare*, Pſ. 110, 7. conf. Pſ. 27, 6. *caput movere* eſt vel *admirantium* ſuper rei novitate ac ſingularitate, Zach. 1, 21. conf. Job. 16, 4. vel *illudentium*, *irridentium* &c. Pſ. 22, 8. Pſ. 44, 15. Thren. 2, 15. *manus habere ſuper caput*, 2. Sam. 13, 15. *capiti pulverem injicere*, Thren. 2, 10. *caput nudare*, Lev. 10. 6. & *tondere*, Job. 1, 20. eſt *lugentium & dolentium*. γ) Per *Synecdochen partis* pro *toto* notat *totum hominem*, & commodè reddi poteſt, *ipſe* &c, Jud. 5, 30. 2. Reg. 2, 3. Pſ. 7, 17. Pſ. 66, 12. Prov. 10. 6. Jeſ. 35, 10. Tandem etiam *fel* ſignificat, quod *amaritudine alias res amaras antecedit & ſuperat*, & per *Metaphoram* notat varia mala divinitus infligenda, Jer. 9, 14. c. 23, 15.

רִאשׁוֹן m. *Prior, Primus*. אֲנִי יְהוָֹה רִאשׁוֹן Ego *Dominus primus*, Jeſ. 41, 8. Sed Job. 8, 8. eſt רִישׁוֹן, literâ א in (י) tranſeunte; & Job. 15, 7. reperitur רִאישׁוֹן per Epentheſin litera (י) inſitâ. בַּחֹדֶשׁ הָרִאשׁוֹן In menſe *primo*, Lev. 23, 5. מֵרִאשׁוֹן A *principio*, Jer. 17, 12. Plur. רִאשֹׁנִים *Priores, Priſci, Primi*. בְּיַד הַנְּבִיאִים הָרִאשֹׁנִים Per manum, i. e.

 mini-

miniſterium Prophetarum *priorum*, Zach. 7, 7. Fœm. רִאשֹׁנָה *Prior*, *Prima*, *Primum*, *Principium*, & præmiſsâ Præpoſitione adverbialiter, *Prius*, *Primum*. הַמַּכָּה הָרִאשֹׁנָה Strages *prior*, 1. Sam. 14, 14. גּוֹרָל הָרִאשֹׁנָה Sors *prima*, Joſ. 21, 10. לְמִבָּרִאשֹׁנָה Inde à *principio*, 1 Chron. 15, 13. בָּרִאשֹׁנָה In *principio*, i. e. prius, Gen. 13, 4. כָּרִאשֹׁנָה Sicut *prius*, Devt. 9, 18. Plur. רִאשֹׁנוֹת *Priora*, Jeſ. 43, 9.

1) Generatim & vi originis notat, *quicquid antecedit alterum, & prioritatis rationem* obtinet. 2) Speciatim α) notat *primum duratione & tempore*. Ita tribuitur 1) *Deo*, qui dicitur primus, quia eſt ab æterno, adeoque extitit, antequam ulla creatura eſſe cœpit, Jeſ. 41, 4. c. 44, 6. c. 48, 12. 2) *Rebus aliis*, quæ *tempore priores* ſunt, e. g. genti, Job. 8, 8. fami, Gen. 26, 1. tabulis Moſis fractis, Exod. 34, 1. Devt. 10, 2. incolis, 1. Chron. 9, 2. rebus geſtis, 1. Chron. 29, 29. 2. Chr. 9, 29. c. 12, 15. c. 16, 11. &c. In hac ſignificatione, ſi præmiſſam habet Præpoſitionem, ſæpe adverbiaſcit, ſignificans, *prius*, *primum*, Gen. 13, 4. 1. Reg 17, 13. 1. Chron. 17, 9. Neh. 7, 5. β) *Primum ordine & loco*, Gen. 32, 17. Exod. 12, 2. Num. 10, 13. 1. Reg. 20, 17. Dan. 8, 21. γ) *Primum dignitate*, 1. Chron. 18, 17. Eſth. 1, 14.

רִאשֹׁנִי m. *Primus*. Inde eſt Fœm. רִאשֹׁנִית Jer. 25, 1. Sæpius non legitur.

רֵאשִׁית f. *Principium*, *Initium*, *Primum*, *Primarium*, *Præſtantiſſimum*, *Primitivum*, *Primitiæ*, pro רְאָשִׁית, per Syriaſmum (:) ſub ר abjectô, & in ejus locum (ֵ) transmotô, in quô א quieſcit. רֵאשִׁית מַמְלַכְתּוֹ *Principium* regni ejus, Gen. 10, 10. רֵאשִׁית אוֹנִי *Initium* virtutis meæ, Gen. 49, 3. וּמֵרֵאשִׁית כָּל־תְּבוּאָתֶךָ׃ Et de *primitiis* omnis proventûs tui, Prov. 3, 9. Semel legitur ſine א Devt. 11, 12. מֵרֵשִׁית הַשָּׁנָה A *Principio* anni.

1) Generatim notat, *quod quavis ratione antecedit*. Unde 2) Speciatim α) ſignificat *id, quod ratione temporis antecedit*. Ita 1) notat *abſtractivè principium temporis*, tum in genere, Gen. 1, 1. Prov. 8, 22. tùm in ſpecie *anni*, Devt. 11, 12. *regni*, Jer. 26, 1. c. 27, 1. *Concretivè* autem ſignificat, id, *quod primo tempore ſe offert* Ita legitur de *Jobi* rebus in initio poſſeſſis, ejusque in rebus poſſeſſis ſtatu, Job 8, 7. item de ejus priori vitæ parte ante afflictionem, Job. 42, 12. Ita quoque denotat *primitias* tùm *frugum terræ*, quæ Deo vel Miniſtris ejus ſacris in V. T. offerendæ erant, Exod. 23, 19. c. 34, 26. Lev. 2, 12. c. 23, 10. Num. 15, 20. Devt. 18, 4. Prov. 3, 9. tùm *liberorum*, qui paterni roboris atque vigoris primum monumentum ſunt, Gen. 49. 3, Pſ. 78, 51. tùm *populorum*. Ita *Metaphoricè populus Iſraeliticus* dicitur *Primitiæ Dei*, quia erat conſecratus & ſelectus ex omnibus mundi populis, ut primitiæ ex omnibus agri frugibus ſanctæ ſunt, Jer. 2, 3. β) Denotat *id, quod ratione dignitatis antecedit & ſuperat aliud*, & idem eſt ac *Præcipuum*, *Præſtantiſſimum*, *Nobiliſſimum*. e. g. præſtantiſſimum unguentorum, Am. 6, 6. præcipuum potentiæ, Jer.

49, 35.

Digitized by Google

49, 35. gentium præcipua & nobiliſſima, Num. 24, 20. præcipuum, electum anathematis, 1. Sam. 15, 21.

רֵאשׁוֹת f. pl. *Initia*, *Primordia*. Semel occurrit cum Suff. מֵרִאשֹׁתֵיכֶם Præ *initiis* veſtris, Ezech. 36, 11.

רַאֲשׁוֹת f. pl. *Cervicalia*, quaſi *capitalia* dicas. Semel legitur 1. Sam. 26, 12. ubi utriusque generis terminationem ſimul habet in Statu Conſtr. מְרַאֲשֹׁתֵי שָׁאוּל Verſus *cervicalia* Saulis.

מְרַאֲשׁוֹת f. pl. *Cervicalia*, quæ capiti ſupponuntur. וַיָּשֶׂם מְרַאֲשֹׁתָיו Poſuitque pro *cervicalibus* ſuis, Gen. 28, 11. vid. c. 28, 18. 1. Sam. 19, 13. 16. 1. Reg. 19, 6. & ' per Syncopen extruſo מְרַאֲשֹׁתוֹ 1. Sam. 26, 3. 11. 16.

מַרְאֲשׁוֹת f. pl. *Capiti adjunctum* notat, ſive ut *cervical*, cui caput imponitur, ſive ut *ornamentum capitis*, quod ei imponitur Semel legitur Jer. 13, 18. מַרְאֲשׁוֹתֵיכֶם *Ornatus* capitis veſtri. vid. Seb. Shmid. Buxtorffius interpretatur: *Principatus* veſtri, i. e. quælibet & omnis dignitas veſtra; ſed *Principatum* per Tropum demum ſignificat.

רָבַב *Multus*, *Copioſus*, *Magnus eſt*, *Multiplicatus eſt*; *Jaculatus eſt*, quæ ſignificatio eſt à רָבָה. *Extendit in magnitudinem & multitudinem*, apud Æthiopes. מָה־רַבּוּ צָרָי Quàm *multi* ſunt hoſtes mei, Pſ. 3, 2. וּבְרָקִים רָב Et fulgura *jaculatus* eſt, Pſ. 18, 15. juxta Aben Eſram & Kimchium. וָרֹבּוּ Et *jaculabuntur*, Gen. 49, 23. ex forma יָכֹל. Infin. הֵחֵל הָאָדָם לָרֹב *Incipiebat* homo multiplicari, Gen. 6, 1.

1) Generatim *multiplicationem & augmentum* infert, ſive ſit *quantitatis*, ſive *qualitatis*. 2) Speciatim α) infert *multitudinem & copiam*, notans *multum eſſe, multiplicari, creſcere numero*. Ita dicitur de *multitudine & copia*, tùm *hominum*, e. g. antediluvianorum, Gen. 6, 1. hoſtium, Pſ. 69, 5. Jer. 46, 23. occiſorum, Jeſ. 66, 16. ſervorum fugitivorum, 1. Sam. 25, 10. tùm *rerum*, e. g. opum, Eccl. 5, 10. cogitationum, Pſ. 94, 10. frumenti & muſti, Pſ. 4, 8. β) Infert ſimul tàm *quantitatem*, quàm *qualitatem*, h. e. tàm *copiam & multitudinem*, quàm *magnitudinem*, *potentiam & robur*, & idem eſt ac *multum, magnum & validum eſſe*. Ita dicitur 1) de *hoſtibus*, qui & multi & validi ſunt, Pſ. 3, 2. Pſ. 25, 19. Pſ. 38, 20. 2) de *operibus Dei*, quæ & multa & magna, Pſalm. 104, 24. 3) de *peccatis*, quæ tàm multa, quàm magna, Job. 35, 6. Jeſ. 59, 12. Jer. 5, 6. confer. Jer. 14, 7. 4) de *rupturis*, quæ multæ & magnæ, Jeſ. 22, 5. γ) Significat *jaculari*, forte, quia in jaculatoribus *copia roboris* requiritur, niſi velis dicere, hanc ſignificationem ex רבה petitam eſſe, Gen. 49, 23. Pſ. 18, 15.

רַב m. *Multus*, *Copioſus*, *Magnus*, *Major*, *Amplus*, *Magiſter*, *Princeps*; *Multum*, *Magnum*, Subſtantivè; *Multum*, *ſatis* Adverbialiter. מִסְפֹּא רָב Pabulum *multum*, Gen. 24, 25. רַב עוֹד יוֹסֵף בְּנִי חָי, *Multum* ſatis eſt, quod adhuc Joſeph filius meus vivus eſt, Gen. 45, 28. רַב טַבָּחִים *Princeps* ſatellitum, Jer. 40, 2. רַב יַעֲבֹד צָעִיר *Major* ſerviet minori, Gen. 25, 23. Plur. רַבִּים *Multi*, *Magni*, *Magnates*, *Jacu-*

culatores. מַיִם רַבִּים Aquæ *multæ*, *validæ*, Pſ. 29, 3. In Statu Conſtr. רַבֵּי מֶלֶךְ *Principes, Magnates Regis*, Jer. 39, 13. c. 41, 1. Fœm. רַבָּה *Multa, Plurima*, Gen. 6, 5. item רַבַּת *Multitudo, Magna pars, Multum*, 2. Chron. 30, 17. 18. Ita in regimine רַבַּת בָּנִים *Multa* filiis, i. e. abundans filiis, 1. Sam. 2, 5. Sed Thren. 1, 1. cum י Paragogico eſt רַבָּתִי עָם *Multa* populo, i. e. populoſa, Thren. 1, 1. רַבָּתִי בַגּוֹיִם *Magna* inter gentes, Thren. 1, 1. Plur. רָעוֹת רַבּוֹת Mala *multa*, Devt. 31, 17.

1) Generatim infert *quantitatem*, ſive *per ſe* conſideratam, ſive *ratione qualitatis* ſpectatam; ſive prout denotat *quantitatem diſcretam*, h. e. *multitudinem*, ſive prout ſignificat *quantitatem continuam*, h. e. magnitudinem. Unde 2) ſpeciatim *α*) importat *multitudinem & copiam*, & 1) *nominaliter* acceptum *α*) idem eſt ac *multus, copioſus*; ita dicitur de hominibus, Jud. 9, 40. Prov. 7, 26. Dan. 8, 25. c. 11, 44. c. 12, 3. bruto, Exod. 23, 29. Jon. 4, 11. cadaveribus, Am. 8, 3. piſcibus Ezech. 47, 9. præda, 2. Chr. 14, 13. ſemine, Devt. 28, 38. ſupellectile, Joſ. 22, 8. auro, 1. Reg. 10, 2. ære, 1. Chr. 18, 8. donis, 2. Chr. 21, 3. Sed 2. Chr. 30, 17. deſignat *multam* vel *magnam* partem *β*) *Abundans*, 1. Sam. 2, 5. *γ*) *Sufficiens*, Gen. 24, 25. Ita Meſſias ſe ob infinitam potentiam dicit רַב ad ſalvandum, Jeſ. 63, 2. *Omnis*, Pſ. 78, 1. Jeſ. 53, 12. Dan. 12, 2. Ita & apud Græcos *πολὺς* accipitur, Rom. 5, 15. 19. 2) *Adverbialiter*, רַבָּה & רַבַּת idem eſt ac *Satis*, Exod. 9, 28. Num. 16, 3. *multum, nimium*, Pſalm. 62, 3. Pſ. 65, 10. Pſ. 89, 8. *β*) Involvit *magnitudinem*, & idem eſt ac *magnus* quacunque ratione. Proinde 1) legitur de eo, qui eſt *major natu*, Gen. 25, 23. 2) Denotat *magnum dignitate & celebritate*. Ita dicitur tùm de *Deo*, qui Rex majeſtatis ſummæ eſt, Pſ. 48, 3. conf. v. 9. tùm de *homine* honorato, inclyto, aliis præfecto &c. qui in certo perſonarum ordine eſt eminentiſſimus, & imperium in reliquos iſtius ordinis tenet. Sic memoratur *Præfectus, Princeps Satellitum*, 2. Reg. 25, 8. Evnuchorum, Dan. 1, 3. nautarum, Jon. 1, 6. Vide Jer. 39, 13. c. 41, 1. ubi memorantur *Magnates Regis*. Similiter Judæi *Magiſtrum* vel *Doctorem* vocant רַב, & cum Suffixo רַבִּי; tùm de *re*, e. g. urbe, Thren. 1, 1. 3) Deſignat *magnum connotatâ potentiâ* ac *viribus*. Ita dicitur de *magnis & validis aquis*, Pſ. 32, 6. Jer. 51, 13. de gentibus, Devt. 7, 1. *γ*) Importat *multitudinem & magnitudinem* ſimul, ut idem ſit ac *multus & magnus*, Gen. 6, 5. c. 18, 20. 2. Chron. 21, 15. Neh. 9, 35. Pſal. 19, 14. Pſal. 25, 11. Pſ. 32, 10. Prov. 13, 7. Joel. 4, 13. *δ*) רַבִּים *Jaculatores* ſignificat, Job. 16, 13. Jer. 50, 29.

רֹב m. *Multitudo, Magnitudo, Maxima pars, Copia, Amplitudo.* וַיִּפְרֹץ לָרֹב Sed crevit in *multitudinem*, i. e. *plurimum*, Gen. 30, 30. לְפִי רֹב הַשָּׁנִים Secundum *multitudinem* annorum, Lev. 25, 16. רָצוּי לְרֹב אֶחָיו Gratus *multitudini* fratrum, i. e. fratribus, quotquot erant, Eſth.

Eſth. 10, 3. רַב־אֹכֶל *Multitudo* cibi, Prov. 13, 23. ubi (ֹ) ob Makkeph in Kamets Chatuph tranſit. Cum Suff. מֵרֻבְּכֶם Propter *multitudinem* veſtram, Devt. 7, 7. Plur. in Statu Conſtr. רֻבֵּו תּוֹרָתִי *Multitudines* legis meæ, Hoſ. 8, 12 pro רֻבֵּי, litera ו cum י alternante.

1) Generatim denotat *quantitatem quamcunque*, ſive ſit *diſcreta*, h. e. *multitudo*, ſive *continua*, h. e. *magnitudo*. 2) Speciatim ſignificat α) *multitudinem & copiam*, Gen. 13, 10. c. 27, 18. 1. Reg. 3, 9. Eſth. 5, 11. Jeſ. 47, 13. Ezech. 14, 3. Hoſ. 10, 13. β) *Magnitudinem*, Pſal. 33, 16. Pſ. 66, 3. γ) *Multitudinem & magnitudinem* ſimul, e. g. miſerationum, Dei, Pſ. 51, 3. Pſ. 69, 16. Pſ. 106, 7. 45. Thr. 3, 32. Jeſ. 63, 7. prævaricationum, Pſ. 5, 11. Thr. 1, 5. iniquitatis, Jer. 13, 21. mercaturæ, Ez. 28, 16.

רִבֹּא f. *Myrias*, decem millium multitudo, Eſr. 2, 64. Neh. 7, 66. 72. Sed 1. Chron. 29, 7. Jon. 4, 11. eſt רִבּוֹ ſine א. Plur. רִבֹּאוֹת *Myriades*, Eſr. 2, 69. Dan. 11, 12. & ſine א; רִבּוֹת Neh. 7, 71. Sed forma Dualis & Pluralis ſimul exhibetur, Pſ. 68, 18. רִבֹּתַיִם, perinde ut in חוֹמֹתַיִם *Mœnia*, Jeſ. 22, 11.

1) Significat *Myriada*, quæ eſt decem millium multitudo, Eſr. 2, 64. Neh. 7, 66. 72. 2) *Synecdochicè*, ubi certa *numeri* ſpecies ponitur pro *indeterminata multitudine*, deſignat *infinitam multitudinem*, vel *numerum longè maximum*, Pſ. 68, 18. Dan. 11, 12.

רְבָבָה f. *Myrias, Decem millia*, Gen. 24, 60. Plur. רְבָבוֹת *Myriades*, 1. Sam. 18, 8. In Statu Conſtr. רִבְבוֹת עָם *Myriades* populi, Pſ. 3, 7. Cum Suff. בְּרִבְבֹתָיו Cum *myriadibus* ſuis, 1. Sam. 18, 7. Inde eſt Particip Pual מְרֻבָּבוֹת *Myriadibus* auctæ, Pſ. 144, 13.

1) Significat *Myriada*, ſeu *decem millium multitudinem*, Jud. 20, 10. 2) Per *Synecdochen*, qua certa *numeri* ſpecies uſurpatur pro numero indeterminato, denotat *numerum maximum*, *ampliſſimam multitudinem*, 1. Sam. 18, 7. Pſ. 3, 6. Pſ. 91, 7. 1. Sam. 21, 12.

רְבִיבִים m. pl. *Imbres*, crebrioribus ſe lente inſinuantes guttulis, ſuaviterque terram humectantes, Devt. 32, 2. Pſ. 65, 11. Pſ. 72, 6. Jer. 3, 3. c. 14, 22. Mich. 5, 7.

רָבַד *Adornavit*, *Inſtruxit*, *Inſtravit*. Semel legitur Prov. 7, 16. מַרְבַדִּים רָבַדְתִּי עַרְשִׂי Stragulis *inſtravi* ſpondam meam, Prov. 7, 16.

רָבִיד m. *Torques*, ornamentum colli & gutturis, Ezech. 16, 11. רְבִד הַזָּהָב *Torques* auri, i. e. aureus, Gen. 41, 42. Sæpius non occurrit.

מַרְבַדִּים m. pl. *Stragula*, quibus lecti vel triclinia ſterni & ornari ſolent, Prov. 7, 16. c. 31, 22. Sæpius non occurit.

רָבָה *Multus*, *Copioſus eſt*, *Multiplicatus*, *Auctus eſt*, *Crevit*, *Magnus eſt*; *Jaculatus eſt*. רָבְתָה מַכָּה *Aucta*, *Major facta eſt* ſtrages, 1. Sam. 14, 30. Infin. בִּרְבוֹת צַדִּיקִים In *multiplicari*, i. e. cum multiplicantur juſti, Prov. 29. 2. Fut. יִרְבֶּה *Multiplicetur*, Exod. 1, 10. & ה per

Apocopen reſecto eſt יִרֶב Gen. 1, 22. וְתִרְבֶּה Et *augebitur*, Dan. 12, 4. & ה per Apocopen reſectô, eſt וַתֵּרֶב Et *major* fuit, 1. Reg. 4, 30. יִרְבּוּ יְמֵיכֶם *Multiplicentur* dies veſtri, Devt. 11, 21. cum ן Paragogico, מֵחוֹל יִרְבּוּן Plures quàm arena erunt, Pſalm. 139, 18. Sed Devt. 8, 13. eſt יִרְבְּיוּן, tertiâ radicali ה in י mobile mutatâ. Piel רִבָּה *Multiplicavit.* רִבִּיתָ בִּמְחִירֵיהֶם *Multiplicaſti* pretia eorum, Pſalm. 44, 13. רַבֵּה צְבָאֲךָ *Multiplica* exercitum tuum, Jud. 9, 29. Hiphil הִרְבָּה *Multiplicavit, Auxit, Ampliavit, Creſcere fecit, Multum reddidit.* הִרְבָּה אֶתְכֶם *Multiplicavit* vos, Devt. 1, 10. כֶּסֶף הִרְבֵּיתִי Argentum *multiplicavi*, Hoſ. 2, 10. Infin. הַרְבּוֹת *Multiplicare*, Devt. 17, 16. item הַרְבֵּה Ezech. 21, 20. nec non הַרְבָּה Gen. 3, 16. c. 16, 10. c. 22, 17. Sed tàm הַרְבֵּה, quàm הַרְבָּה celeb. Dn. D. Danzius inter Nomina aucta refert, eique utrumque idem eſt ac *multiplicatio*. Vid. Paradig. p. 68. F. IX. & pag. 87. X. Irregularem Infinitivi formam dicunt, quæ legitur 2. Sam. 14, 11. מֵהַרְבִּית *A multiplicando*, i. e. *ne multiplicet*. Fut. אַרְבֶּה *Multiplicabo*, Gen. 17, 2. תַּרְבֶּה *Augebis*, Lev. 25, 16. & ה per Apocopen reſectô תֶּרֶב Pſal. 71, 21. Imperat. הֶרֶבה *Multiplica*, ה juxta Maſorethas redundante; ſed meritò juxta literas legendum הַרְבֵּה Pſ. 51, 4. Per Apocopen eſt הֶרֶב Jud. 20, 38.

1) Generatim importat *multiplicationem quantitatis* tàm *diſcretæ* ſeu *multitudinis*, quàm *continuæ* ſeu *magnitudinis*. 2) Speciatim α) infert *multiplicationem quantitatis diſcretæ*, & in Kal idem eſt ac *multum eſſe, multiplicari*. Ita dicitur de *multiplicatione hominum*, Gen. 1, 28. populi, Exod. 1, 9. Devt. 30, 10. Jer. 29, 6. filiorum, 1. Chron. 23, 13. boum, ovium, argenti, Devt. 8, 13. ferarum, Devt. 7, 22. gloriæ, Pſ. 49, 17. cogitationum divinarum, Pſ. 139, 18. dierum, Gen. 38, 12 In *Hiphil* autem notat *plures facere, multiplicare*, e. g. populum, Devt. 1, 10. c. 7, 13. confoſſos, Jud. 16, 24. mala, 2. Reg. 21, 6. 2. Chron. 33, 6. altaria, Hoſ. 8, 11. c. 10, 1. urbes, Hoſ. 8, 14. opes, Ezech. 28, 5. vulnera, Job. 9, 17. β) Involvit *quantitatem continuam*, & in *Kal* idem eſt ac *magnum eſſe, majorem fieri*, ita dicitur de ſtrage, 1. Sam. 14, 30. de cognitione, Dan. 12, 4. de ſapientia Salomonis, 1. Reg. 4, 30. *Deo* tributum innuit *magnitudinem virtutis, omnimodam ejus perfectionem*, e. g. ſapientiam, veritatem, miſericordiam, Job. 33, 12. In Hiphil notat *magnum facere, ampliare*, 1. Chron. 4, 20. Dan. 11, 39. γ) *Utramque* involvit *quantitatem*, tàm *multitudinem*, quàm *magnitudinem*, Gen. 3, 16. Pſ. 14, 4. Prov. 6, 35. Am. 4, 4. δ) *Educandi* notionem obtinet, Thren. 2, 22. Ezech. 19, 2. ε) *Jaculari* ſemel ſignificat, Gen. 21, 20. רֹבֶה קַשָּׁת *Jaculans ſagittarius.* Sed nil obſtare videtur, quò minus vertas: *Multus, frequens, magnus ſagittarius*. Vid. Guſſet. in Comment. Ling. Ebr.

אַרְבֶּה m. *Locuſta*, à *copiâ* & *multiplicatione* ſic dicta, quia vix ullum animal locuſtâ fœcundius eſt. Unde ratione multitudinis magni

exer-

exercitûs cum locuſtis comparantur, Jud. 6, 5. c. 7, 12. Jer. 46, 23. מֶלֶךְ אֵין לָאַרְבֶּה Rex non eſt *locuſta*, Prov. 30, 27. Immiſſa dicitur in Ægyptum, Ex. 10, 4. 14. 19. Pſ. 105, 34. in terram Iſraelis, 1. Reg. 8, 37. 2. Chr. 6, 28. Joel. 1, 4. c. 2, 25.

הַרְבֵּה, הַרְבֵּה m. *Multitudo; Multus, Plurimus; Multum, Plurimum.* הֶעָפָר הַרְבֵּה Pulvis *multus*, Neh. 4, 4. vel 10. וְהַרְבֵּה עִמּוֹ פְדוּת Et *multa* apud ipſum redemtio, Pſ. 130, 7. מְעַט מֵהַרְבֵּה Parum ex *multo*, Jer. 42, 2.

1) Generatim deſignat *quantitatem*, ſive ſit *diſcreta*, ſive *continua*. 2) Speciatim *α*) importat *quantitatem diſcretam*, & 1) *Subſtantivè* ſumtum, idem eſt ac *multitudo*, 2. Sam. 1, 4. 2) *Adjectivè* autem ſignificat *multus, plurimus*, & dicitur de frumento, Gen. 41, 49. terra, Joſ. 13, 1. urbibus, Devt. 3, 5. ære, 2. Sam. 8, 8. pecude, 2. Sam. 12, 2. Eccl. 2, 7. præda, 2. Sam. 12, 30. 2. Chron. 14, 12. veſte, Joſ. 22, 8 aromatibus, 1. Reg. 10, 10. &c. *β*) Importat *quantitatem continuam*, ſeu *magnitudinem*, & nominaliter idem eſt ac *magnus*, Gen. 15, 1. 1. Reg. 5, 9. Adverbialiter autem valet *valde*, Neh. 2, 2. Eccl. 5, 16. *magis*, 2. Reg. 10, 18.

מַרְבֶּה m. *Multitudo, Multus*, Jeſ. 33, 22. Aliàs eſt Participium in Hiphil.

מַרְבָּה f. *Ampla.* Semel legitur Ezech. 23, 32. מַרְבָּה לְהָכִיל *Ampla* ad capiendum, i. e. *capaciſſima*.

מַרְבִּית f. *Multitudo*, 2. Chron. 9, 6. c. 30, 18. *Pars multa*, vel *magna*, 1. Chron. 12, 29. *Soboles*, quia eſt quaſi *auctarium & incrementum familiæ*, 1. Sam. 2, 33. *Fœnus*, quaſi *augmentum ſortis principalis*, Lev. 25, 37. Sæpius non occurrit.

תַּרְבִּית f. *Fœnus*; quaſi *auctarium ſortis principalis*, ſeu quod ultra ſortem *multiplicatum* eſt, quod ſortem *auget*. Legitur Lev. 25, 36. Prov. 28, 8. Ezech. 18, 8. 13. 17. c. 22, 12.

תַּרְבּוּת f. *Multitudo*, vel *Soboles, Progenies.* Semel legitur Num. 32, 14. תַּרְבּוּת אֲנָשִׁים חַטָּאִים *Multitudo*, vel *Progenies* hominum peccatorum.

רָבַךְ *Frixit.* Legitur ſaltem Particip. Fœm. Hoplal מֻרְבֶּכֶת *Bullatum, Frixum; frigendo* vel *coquendo bullatum* factum, Lev. 6, 14. c. 7, 12. 1. Chron. 23, 29.

רָבַע *Quadratus eſt* vel *factus eſt*; item *Coiit, Iniit, de quadrupedibus*, quæ ſignificatio *modeſtiæ cauſâ* excogitata dicitur ex figura, quam corpora eorum ſic copulata efformant, ad quadratam nonnihil accedente. Infin. לְרִבְעָה Ad *coeundum*, vel *ineundum* eam, ut ineat eam, Lev. 18, 23. c. 20, 16. Particip. Paul רָבוּעַ *Quadratus.* רָבוּעַ יִהְיֶה הַמִּזְבֵּחַ *Quadratum ſit* altare, Exod. 27, 1. Vid. Exod. 28, 16. c. 30, 2. c. 37, 25. c. 38, 1. c. 39, 9. Ezech. 43, 16. רְבֻעִים *Quadrati*, 1. Reg. 7, 5. Fœm. רְבֻעָה *Quadrata*, Ezech. 41, 21. Pual Particip. מְרֻבָּע *Quadra-*

 dra-

dratum, Ezech. 45, 2. Fœm. מְרֻבַּעַת *Quadrata*, Ez. 40, 47. Plur. מְרֻבָּעוֹת *Quadrata*, 1. Reg. 7, 31. Hiphil הִרְבִּיעַ *Coire*, *Inire fecit* vel *ſivit*. בְּהֶמְתְּךָ לֹא תַרְבִּיעַ כִּלְאַיִם Beſtiam tuam non *inire facies* mixtim, Lev. 19, 19. Sæpius non occurrit.

רֶבַע m. *Quarta pars*, *Quadrans*, *Quadratura*, Exod. 29, 40. 1. Sam. 9, 8. *Accubitus*. Cum Suff. רִבְעִי *Accubitum* meum, Pſalm. 139, 3. Plur. cum Suff. רְבָעָיו *Quadraturis*, *Quartis ſuis*, Ez. 43, 16. רְבָעֶיהָ Ezech. 43, 17. רִבְעֵיהֶם *Quadratura* eorum, Ezech. 1, 8. רִבְעֵיהֶן *Quarta* earum, Ezech. 1, 16. Sæpius non occurrit.

רֹבַע m. *Quarta Pars*, Num. 23, 10. 2. Reg. 6, 25. Sæpius non legitur.

רְבִיעִי m. *Quartus*. יוֹם רְבִיעִי Dies *quartus*, Geneſ. 1, 19. הָרְבִיעִי *Quartus*, Gen. 2, 14. Exod. 28, 20. c. 39, 13. בָּרְבִיעִי In *quarto*, Ezech. 1, 1. Plur. רְבִיעִים *Quarti*, *Quartani*, 2. Reg. 10, 30. Fœm. רְבִיעִית *Quarta*, *quarta pars*, *Quadrans*, Exod. 29, 40. Lev. 23, 13. בַּשָּׁנָה הָרְבִיעִית In anno *quarto*, 1. Reg. 6, 1.

רִבֵּעִים m. pl. *Quartani*, *quartæ generationis*. Occurrit ſaltem Exod. 20, 5. c. 34, 7. Num. 5, 9. c. 14, 18.

אַרְבַּע *Quatuor*, Gen. 15, 13. c. 33, 1. Exod. 25, 12. c. 27, 2. *Quartus*, Gen. 14, 5. Jeſ. 36, 1. Ezech. 40, 1. Zach. 7, 1. Numeralia enim *cardinalia* ſæpe ponuntur pro *ordinalibus*. Plur. אַרְבָּעִים *Quadraginta*, Gen. 8, 13. c. 18, 28. 29. c. 25, 20. c. 26, 34. c. 32, 15. &c. *quadrageſimus*, Devt. 1, 3. Fœm. אַרְבָּעָה *Quatuor*, Num. 7, 88. 1. Sam. 27, 7. *Quarta*, Exod. 12, 18. Lev. 23, 5. Num. 9, 3. 11. c. 28, 16. 2. Chron. 30, 15. & in aliâ formâ אַרְבַּעַת *Quatuor*, Jud. 11, 40. 2. Sam. 21, 22. 1. Reg. 7, 32. 1. Chron. 21, 20. Cum Suff. אַרְבַּעְתָּם *Quatuor* illis, Dan. 1, 17. לְאַרְבַּעְתָּם Juxta quatuor *quadraturas* ipſorum, Ezech. 1, 8. 10. &c. Dualis אַרְבַּעְתַּיִם *Quadruplum*, 2. Sam. 12, 6.

רָבַץ *Cubuit*, *Excubuit*, *Incubuit*, *Recubuit*, *Succubuit*. רָבַץ כְּאַרְיֵה *Cubat* ſicut leo, Gen. 49, 9. רֹבֵץ בֵּין הַמִּשְׁפְּתָיִם *Cubans* inter ſarcinas, Gen. 49, 14. Fut. וַתִּרְבַּץ תַּחַת בִּלְעָם Tunc *ſuccubuit*, *procubuit* ſub Bileamo, Num. 22, 27. Hiphil הִרְבִּיץ *Cubare*, *Accubare*, *Recubare fecit*. Fut. אַרְבִּיצֵם *Faciam recubare* eos, Ez. 34, 15. Part. מַרְבִּיץ *Cubare* faciens, Jeſ. 54, 11.

1) Generatim *cubationem* importat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *complicatis pedibus*, *vel etiam pectori incumbere quietis cauſâ*. Ita eſt 1) *quadrupedum*, e. g. gregum quieſcentium, Gen. 29, 2. aſini ſub onere cubantis, Exod. 23, 5. aſinæ ſub Bileamo ex terrore procumbentis, Num. 22, 27. leonis prædæ inſidiantis, Gen. 49, 9. 2) *Avium*, quæ ovis & pullis incubant, Devt. 22, 6. β) *Metaphoricè* 1) eſt *hominum*, in alluſione ad bruta facta, ſcilicet ad leonem prædæ inſidiantem, Gen. 49, 9. gregem ovium prope paſtorem, Jeſ. 14, 31. confer. Pſalm. 23, 2. Job. 11, 19.

2) Trans.

2) Transfertur ad *alias quoque res cubantes*, vel *jacentes*, ſive *naturaliter*, ut eſt abyſſus, Gen. 49, 25. ſive *arte*, ut ſunt lapides, Jeſ. 54, 11. ſive alia quacunque ratione, prout *peccatum ad oſtium cubare* dicitur inſtar *canis catenarii*, ſomnum aliquamdiu ad oſtium ſimulantis, ſed ex improviſo intrare volentes adorientis; vel etiam inſtar canis ante fores cubantis & dormientis, ſed ſtrepitu apertæ januæ facile excitati, & continuis latratibus, imò quandoque etiam morſibus, ingredientes adorientis, Gen. 4, 7.

רֵבֶץ m. *Accubitus.* לְרֵבֶץ בָּקָר In *accubitum* armenti, Jeſ. 65, 10. Cum Suff. רִבְצָהּ *Accubitus* ejus, Jeſ. 35, 7.

1) Generatim notat *accubitum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *accubitum pecudis*, ubi paſcuum habet, & tutò requieſcit. Ita non legitur. β) *Metaphoricè* 1) deſignat *manſionem juſti*, ubi inſtar pecudis ſuum habet paſcuum, & ſecuritatem, &c. Prov. 24, 15. 2) Denotat *accubitum gregis Domini*, ſeu *Eccleſiæ*, qui involvit *gratam bonorum in Eccleſiâ fruitionem*, Jeſ. 35, 7. c. 65, 10. 3) Eſt ſymbolum *veri* in templo Hieroſolymitano *cultûs Dei*, Jer. 50, 6. Sæpius non legitur.

מַרְבֵּץ m. *Cubile.* Bis legitur. מַרְבֵּץ לַחַיָּה *Cubile* feræ, Zeph. 2, 15. In Statu Conſtr. לְמַרְבַּץ צֹאן In *cubile* gregis, Ezech. 25, 5.

רָבַק *Saginavit*, apud Chaldæos; apud Arabes, *fune alligavit pecus*, ſcil. *ad ſaginandum.*

מַרְבֵּק m. *Saginarium*; *Locus*, ubi vituli *ſaginantur*, 1. Sam. 28, 24. Am. 6, 4. כְּעֶגְלֵי מַרְבֵּק Sicut vituli *ſaginarii*, Jer. 46, 21. Mal. 3, 20. Sæpius non legitur.

רִבְקָה f. *Rebecca*, filiæ *Bethuelis*, nomen propr. quam ſic dictam putant, quod ſimilis eſſet *juvenca ſaginata.* Ita uxor Simſonis עֶגְלָה *vitula*, ab eô nominata fuit, Jud. 14, 18.

רֶגֶב m. *Gleba.* Bis legitur in Plurali: וּרְגָבִים יְדֻבָּקוּ Et *glebæ* conglutinentur, Job. 38, 38. In Statu Conſtr. רִגְבֵי נָחַל *Glebæ* ſcrobis, Job. 21, 33.

רָגַז *Contremuit, Commotus eſt.* וְרָגְזוּ Et *contremiſcent*, Devt. 2, 25. Infin. רְגָזָה *Contremiſcere*, locô Imperativi, Jeſ. 32, 11. cum ה Paragogicô, quaſi ex רְגַז formatum; unde ob accentum Dominum (-) in (ᴛ) mutatum fuit. Coccejo autem eſt Imperativus, pro רְגַזְנָה. Fut. אֶרְגַּז *Commovebor*, Hab. 3, 16. וַתִּרְגַּז הָאָרֶץ Et *commovit* ſe terra, 1. Sam. 14, 15. Hiphil הִרְגִּיז *Commovit.* Part. הַמַּרְגִּיז אֶרֶץ מִמְּקוֹמָהּ Qui *commovet* terram è locô ſuô, Job. 9, 6. Fut. עַל־כֵּן שָׁמַיִם אַרְגִּיז Propterea cœlum *commovebo*, Jeſ. 13, 13. Hithpael הִתְרַגֵּז *Comovit ſe, Commotus eſt.* Infin. הִתְרַגֶּזְךָ אֵלָי *Commoveri* tuum adverſus me, 2. Reg. 19, 27. 28.

1) Generatim notat *quemcunque motum* ſeu *commotionem*, ubi res è *loco* vel *ſtatu ſuo* commovetur, ſive res, quæ commovetur, ſit animata, ſive

ſive inanimata, ſive ſit *corporea & materialis*, ſive *incorporea* & *immaterialis*. Proinde opponitur quieti tàm corporis, quàm animæ. 2) Speciatim α) importat *commotionem rei corporeæ* ex *loco* vel *ſtatu ſuo*, tùm *animatæ*, 2.Sam. 7, 10. 1. Chron. 17, 9. Conf. Jer. 50, 34. tùm *inanimatæ*, e. g. cœli, Jeſ. 13, 13. maris abyſſi ob præſentiam Dei, Pſ. 77, 17. terræ, 2. Sam. 22, 8. Pſ. 18, 8. confer. 1. Sam. 14, 15. ubi *tropicè* ab Interpretibus accipitur; ſed non errat, qui *propriè* accipit de *terræ motu*, qui terrorem panicum incuſſit, incuſſumque auxit. Sed Jeſ. 14, 9. denotat *commotionem tumultûs & ſtrepitûs*. β) Denotat *commotionem rei incorporeæ*, per *affectum vehementionem* ſeu *commotionem mentis* 1) ad *dolorem*, ut idem ſit ac *vehementer dolere, dolore perturbari*, 2. Sam. 19, 1. 2) Ad *metum*, ut ſit idem ac *expaveſcere, cohorreſcere*, Exod. 15, 14. Devt. 2, 25. Jeſ. 32, 11. Joel. 2, 1. Conf. Jer. 33, 9. ubi deſignat *conſternationem gentium ob Eccleſiæ ſalutem*. 3) Ad *iram*, ubi in *Kal* notat *iraſci, indignari*, Pſ. 4, 5. Conf. Eſth. 4, 26. Prov. 29, 9. Jeſ. 28, 21. & hinc *rixari*, Gen. 45, 24. In Hiphil *ad iram commovere, provocare, irritare*, Job. 12, 6.

רַגָּז m. *Commotus, Trepidus*. Semel legitur רַגָּז Cor *trepidum*, Devt. 28, 65.

רֹגֶז m. *Commotio; Tremor; Ira*. שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ בְּרֹגֶז קֹלוֹ Audite audiendo *iram* vocis ipſius, i. e. per Hypallagen, vocem iræ ejus, Job. 37, 2. מֵרָגְזְךָ *A commotione* tua, Jeſ. 14, 3.

1) Generatim notat *commotionem*, quâ quid è *loco, ſtatu* vel *quiete ſua dimovetur*. Unde 2) ſpeciatim non ſolum dicitur de *commotione acierum* ad prœlium inſtructarum & jamjam concurrentium, Job. 39, 27. & impiorum, qua impii commovent & vexant pios, Job. 3, 17. Vid. Seb. Schmid. Sed etiam transfertur ad *deſignandam iram vehementiſſimam*, quæ ſubjectum ad agendum commovet, Hab. 3, 2. confer. Job. 37, 2. ubi per *hypallagen*, tonitrui adſcribitur, cum tamen ſit ipſius *Dei*; ad ſignificandam *ærumnam, miſeriam & perturbationem*, tùm *Jobi*, Job. 3, v. ult. tùm *omnium aliorum hominum*, Job. 14, 1. Confer. Jeſ. 14, 3. Sæpius non legitur.

רָגְזָה f. *Commotio, Tremor*. Semel legitur Ezech. 12, 18.

אַרְגָּז m. *Arca, Capſula*, vide in ארג.

רָגַל *Obtrectavit, Calumniatus eſt, Detraxit*. Semel in Kal occurrit. רָגַל עַל־לְשֹׁנוֹ *Obtrectat* linguâ ſuâ, Pſ. 15, 3. Piel רִגֵּל *Obtrectavit, Obtrectatorem* egit; *Exploravit*. Infin. לְרַגֵּל אֶת־יְרִיחוֹ Ad *explorandum* Jericho, Num. 21, 32. Particip. מְרַגְּלִים *Exploratores*, Gen. 42, 9. Fut. וַיְרַגֵּל בְּעַבְדְּךָ אֶל־אֲדֹנִי Et *obtrectatorem* egit in ſervum tuum apud Dominum meum, 2. Sam. 19, 27.

1) Gene-

1) Generatim notat *pedare*, ſeu *pedibus ire*, vel *explorandi*, vel *deferendi cauſâ*. 2) Speciatim α) de *loco* adhibitum ſignificat *explorare*, ſcil. *nuditatem loci*, viam intrandi commodiſſimam, modos nocendi varios, Gen. 42, 9. 11. 14. 16. 31. 34. Joſ. 2, 1. c. 6, 22. 23. 25. c. 14, 7. Jud. 18, 2. 14. 17. 1. Chron. 19, 3. β) Ad *perſonam* ſi refertur, ſignificat *calumniari*, *obtrectare*, falſa affingendo, occaſionem nocendi aperiendo, dicta ab aliquo ſiniſtrè interpretando & detorquendo, 2. Sam. 19, 27. Pſalm. 15, 3.

רֶגֶל c. *Pes*. שֶׁבֶר רֶגֶל Fractura *pedis*, Lev. 21, 19. Cum Suff. לְרַגְלִי Ad *pedem* meum, Gen. 30, 30. Dual. רַגְלַיִם *Pedes*, Lev. 11, 23. In Statu Conſtr. רַגְלֵי הַכֹּהֲנִים *Pedes* Sacerdotum, Joſ. 3, 13. רַגְלֵיכֶם *Pedes* veſtri, Gen. 18, 4. מִבֵּין רַגְלֶיהָ A medietate *pedum* ejus, Devt. 28, 57.

1) Generatim ſignificat *pedem*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *membrum, quod eſt fulcrum corporis animalis*, ſive ſit *hominis*, Num. 22, 25. Hoſ. 3, 13. c. 4, 3. 9. 18. ſive ſit *bruti*, Lev. 11, 23. β) *Impropriè* א) *Metaphoricè* a) *pes hominis* 1) *ratione externorum*, deſignat tum *opem* ac *præſidium* alteri præſtitum, Job. 29, 15. tùm *curam*, *conatum*, *ſtudium*, ac *induſtriam*, Gen. 30, 30. tùm *violentiam*, Pſal. 36, 12. tùm *pericula ac calamitates*, ſi dicitur *commoveri*, *nutari ac declinari*, Job. 12, 5. Pſ. 38, 17. Pſ. 116, 8. Pſal. 140, 5. 12. Jer. 13, 16. prout è contrario *cuſtodia pedum à nutatione* deſignat *divinam protectionem adverſus malignos hoſtes*, Pſal. 56, 14. Pſal. 91, 12. Pſal. 121, 3. *eorundemque in latitudine* vel *petra conſtitutio*, Pſalm. 31, 9. Pſalm. 40, 3. tùm *ſubjectionem*, ſi quid dicitur *aliquid pedibus alterius ſubjici*, vel *ad pedes ejus eſſe*, Devt. 33, 3. 1. Sam. 25, 27. 42. Pſalm. 8, 7. Pſalm. 18, 39. Thren. 3, 34. tum *ignominiam* & *contemtum*, ſi iis aliquid conculcatur, Ezech. 34, 18. 2) *Ratione internorum* deſignat *deſiderium*, *motum*, *affectum*, *atque conatum*, quô anima ab objectô unô ad alterum movetur, vel *omnes animæ motus internos*, *intelligendo*, *volendo*, *appetendo*, *aliisque affectibus fieri ſolitos*, Pſalm. 119, 59. 105. Prov. 4, 25. 26. Eccl. 4, 17. Confer. Job. 23, 11. ubi quidam apud Mercerum de *affectu* intelligunt. Sed Sebaſt. Schmidius mavult intelligere, *cor*, *cogitationes*, *dicta*, *actiones* &c. b) *Pes Dei* deſignat 1) *ejus immenſitatem & omnipræſentiam*, Jeſ. 66, 1. 2) *potentem operationem* in hoſtibus ſupplantandis, conterendis & perdendis, Pſalm. 110, 1. Thren. 3, 34. ב) *Per Synecdochen partis* ponitur pro *toto homine* reſpectu *ſtudii & feſtinationis* ad aliquid peragendum ſpectato, Prov. 1, 16. c. 6, 18. Jeſ. 59, 7.

רֹגֵל m. *Rogel*; nomen proprium *fontis*, Joſ. 15, 7. 2. Sam. 17, 17. 1. Reg. 1, 9. Sed aliis *Fullonem* ſignificat, qui ſic dici putatur, quod inter lavandum pannos *pedibus* calcat.

רַגְלִי m. *Pedes*, *Pedites*, Exod. 12, 37. Num. 11, 21. Jud. 20, 2. 1. Sam. 4, 10.

Digitized by Google

4, 10. c. 15, 4. 2. Sam. 8, 4. c. 10, 7. 1. Reg. 20, 29. 2. Reg. 13, 6. Plur. רַגְלִים *Pedites*, Jer. 12, 5.

רְגָלִים m. *Vices*, quaſi *repedationes* ſeu *remeationes* dicas שָׁלֹשׁ רְגָלִים Tribus *vicibus*, Exod. 23, 14. Num. 22, 28. 32. 33. Sæpius non legitur.

מַרְגְּלוֹת f. pl. *Pedes*, *Pedalia*; *Stragula pedales*, *Tegumenta pedum*. מַרְגְּלֹתָיו *Stragulas pedales*, ſeu *tegumenta pedum ejus*, Ruth. 3, 5. 7. 8. 14. וּמַרְגְּלֹתָיו Et *pedes* ejus, Dan. 10, 6. Sæpius non legitur.

תִּרְגֻּלֶת f. *Adſuefactio*. Semel legitur cum Suff. תִּרְגַּלְתִּי Dum mea *adſuefactio* cum Ephraim eſt, i. e. cum nutricis inſtar benigniſſimè tracto Ephraim, ille ſuſcipit idola brachiis ſuis, Hoſ. 11, 1. Vid. Celeb. Dn. D. Danz. Liter. §. 42. p. 387. Aliis eſt verbum תִּרְגַּלְתִּי *Adſuefacio*, *pedetentim ambulare feci*, ut pueros, qui primum greſſum tentare incipiunt, quaſi ſit ex תִּרְגֵּל & הִרְגַּלְתִּי. Sed præſtat accipere tanquam nomen, formæ תִּפְאֶרֶת

רָגַם *Lapidavit*, *Lapidibus obruit*. Ferè appoſitam habet vocem אֶבֶן *Lapis*, ut ſignificet, *undique lapidibus obruere*. Conſtruitur cum Accuſativô, & interdum intercedente ב vel עַל. וְרָגְמוּ אֹתוֹ Et *lapidabunt* eum, Lev. 24, 14. וְרָגְמוּ עֲלֵיהֶם אֶבֶן Ut *lapident* eos lapide, Ezech. 23, 47. Infin. cum Fut. רָגוֹם יִרְגְּמוּ בוֹ *Lapidando lapidabunt* eum, Lev. 24, 16. Inf. לִרְגּוֹם אֹתָם בָּאֲבָנִים Ad *lapidandum* eos lapidibus, Num. 14, 10.

1) Generatim & formaliter Bohlio ſignificat *operire multitudine*, 2) Speciatim & materialiter notat *lapidare*, e. g. facinoroſum ſupplicio publico afficiendum, Lev. 20, 2. 27. c. 24, 14. 16. 23. Num. 15, 35. 36. Devt. 21, 21. Joſ. 7, 25. item hominem ob ſuaſionem aliquam exoſum, Num. 14, 10. vid. 1. Reg. 12, 18. 2. Chron. 10, 18. Zach. 24, 21.

רֶגֶם m. *Regem*, nomen proprium *Principis*, Zach. 7, 2.

רִגְמָה f. *Cœtus*, forſitan ſic dictus à *multitudine* eorum, qui eum conſtituunt. Semel legitur cum Suff. רִגְמָתָם *Cœtus* eorum, Pſ. 68, 28. Sed Coccejus reddit: *Purpum* eorum, h. e. *Reges* eorum, eſtque ei רִגְמָתָם idem ac רִקְמָתָם. Guſſetio neutra verſio arridet, quia radix ſignificat *lapidationem*. Hinc l. c. vertit: *Principes Judæ ſunt lapidatio eorum*, h. e. *Lapidant eos*, qui Evangelium Chriſti annunciant. Hoc crimine eos Chriſtus notavit, Matth. 21, 35. c. 23, 34. 37.

מַרְגֵּמָה f. *Baliſta*, *Funda*. Semel legitur Prov. 26, 8. Unde variè redditur. Simpliciſſimè Geiero deſignare videtur *congeriem* vel *acervum lapidum* ex lapidationis ſupplicio ſuperſtitem, qui funeſtus ac deteſtabilis habetur. Similiter R. D. Kimchio *acervum lapidum* denotat.

רָגַן *Suſurravit*, *Murmuravit*, *Muſſitavit*. Particip. וְרוֹגְנִים יִלְמְדוּ לֶקַח *Murmurantes* diſcent diſciplinam, Jeſ. 29, 24. Niphal נִרְגָּן *Muſſitan-*

Digitized by Google

ſtrevit, Murmuravit, Suſurravit. Particip. נִרְגָּן *Suſurro*, Prov. 18, 8. Fut. וַיֵּרָגְנוּ Et *murmurarunt*, Pſ. 106, 25.

1) Generatim *obſtrependi* notionem obtinere videtur, ſive *ex impatientia cordis indignantis*, ſive ex *pruritu maledicendi & nocendi.* 2) Speciatim α) ſignificat *murmurare contra aliquem*, ex *merâ* cordis indignantis *impatientiâ*, Devt. 1, 27. Pſal. 106, 25. Qui enim contra aliquem, murmurat, eidem obſtrepit, nec acquieſcit in iis, quæ ab eo fiunt, aut dicuntur, conf. Jeſ. 29, 24. β) Significat *ſuſurrare, in occulto & diſſimulanter dicere*, ut alteri noceatur. Sic enim, qui ſuſurrat, alteri obſtrepit, indignè ferens injuriam vel læſionem alteri illatam, &c. exaggerans quovis modo iniquitatem &c. Prov. 16, 28. c. 18, 8. c. 26, 2. 22. Sæpius non occurrit.

רָגַע *Diſrupit, Diſruptus, Fiſſus, Sciſſus fuit*, item *Movit, Commovit.* עוֹרִי רָגַע Cutis mea *ſcinditur, rumpitur*, Job. 7, 5. בְּכֹחוֹ רָגַע הַיָּם Per potentiam ſuam *commovet* mare, Job. 26, 12. Niphal נִרְגַּע *Quietus eſt, Quievit, Acquievit.* Imper. הֵרָגְעִי *Quieſce, quieta eſto*, Jer. 47, 6. Hiphil הִרְגִּיעַ *Quievit, Quietum reddidit, Quietem dedit; Momentum quievit, tranſegit.* לִילִית שָׁם הִרְגִּיעָה Lilith ibi quieſcit, Jeſ. 43, 14. Infin. לְהַרְגִּיעוֹ Ad *quieſcere faciendum* eum, Jer. 31, 2. Fut. אַרְגִּיעַ *Quieſcere faciam*, Jer. 51, 4. Cum ה Parag. וְעַד אַרְגִּיעָה Sed donec *momentum tranſigam*, Prov. 12, 19.

1) Generatim *motum* reſpicit, ſive *ratione ſui*, ſive *ratione termini* ſpectatum. Inde 2) ſpeciatim α) eſt *movere* vel *commovere* e. g. mare, Job. 26, 12. Jeſ. 51, 15. Jer. 31, 35. β) *Findi, Scindi, Rumpi.* Res enim dum ſcinditur, finditur aut rumpitur, *commovetur*, Job. 7, 5. γ) *Quieſcere;* quies enim *motûs terminus eſt*, Devt. 28, 65. Jeſ. 34, 14. Jer. 47, 6. *Quietem dare*, Jer. 31, 2. *quietum reddere*, Jer. 50, 34. δ) *Momentum tranſigere*, quæ ſignificatio ex nomine petita eſt, Pr. 12, 19.

רֶגַע m. *Momentum;* & adverbialiter, *Repentè, Subitò.* שִׂמְחַת חָנֵף עֲדֵי רָגַע Gaudium hypocritæ usque ad *momentum*, i. e. *momentaneum*, Job. 20, 5. בְּרֶגַע קָטֹן In *momento* exiguo, Jeſ. 54, 7. Plur. לִרְגָעִים Ad *momenta, momentis*, Job. 7, 18. Jeſ. 27, 3.

1) Generatim *exiguum temporis ſpatium* deſignat. 2) Speciatim α) *nominaliter* uſurpatum, notat *momentum*, quod eſt *fragmentum temporis minutiſſimum*, Exod. 33, 5. Job. 7, 18. c. 20, 5. c. 21, 13. c. 27, 3. Pſal. 30, 6. Jeſ. 54, 7. Ezech. 26, 6. c. 32, 10. Si præmittitur כ, *acceleratio* denotatur, כְּרֶגַע *quaſi* vel *pene in momento*, Num. 16, 21. c. 17, 10. (16. 45.) Pſ. 73. 19. β) *Adverbialiter* adhibitum, notat *repente, ſubitò*, Job. 34, 20. Jeſ. 47, 9. Thren. 4, 6. c. 6, 11.

רָגֵעַ m. *Quietus, Tranquillus.* Semel legitur in Plurali in Statu Conſtr. רִגְעֵי אֶרֶץ *Tranquillos terræ*, qui neminem offendunt, Pſal. 35, 20.

מַרְגֵּעַ

Digitized by Google

מַרְגֹּעַ m. *Requies.* Semel legitur וּמִצְאוּ מַרְגּוֹעַ לְנַפְשְׁכֶם Ac invenite *quietem* animæ veſtræ, Jer. 6, 16.

מַרְגֵּעָה f. *Requies.* Tantùm extat Jeſ. 28, 12.

רָגַשׁ *Convenit concorditer*, ſive in *bonum*, ſive in *malum*; *Tumultuosè concurrit*, & inde *Tumultuatus eſt.* Semel legitur Pſal. 2, 1. לָמָּה רָגְשׁוּ גוֹיִם Quare *tumultuantur* gentes?

רֶגֶשׁ m. *Cœtus conveniens*, *Turma*, *Frequens conventus.* Semel legitur Pſal. 55, 15. נְהַלֵּךְ בְּרָגֶשׁ: Ambulavimus cum *turba*, Pſ. 55, 15.

רִגְשָׁה f. *Tumultuatio, Tumultus.* Semel occurrit in Statu conſtr. מֵרִגְשַׁת פֹּעֲלֵי אָוֶן A *tumultu* operantium iniquitatem, Pſ. 64, 3.

רָדַד *Extendit, Expandit, Diſtendit, Malleo diduxit in laminas, Attenuavit*; Metaphoricè, *Stravit, Subſtravit, Proſtravit, Subjecit, Subegit.* וְהַיּוֹם רַד מְאֹד Et dies *proſtraverat ſe*, vel *lucem ſuam* ad occaſum nimium, Jud. 19, 11. Part. הָרוֹדֵד עַמִּי תַחְתָּי: Qui *ſubjicit* populum meum ſub me, Pſal. 144, 2. Inf. לְרַד לְפָנָיו גּוֹיִם Ad *ſubjiciendum* coram eo gentes, Jeſ. 45, 1. Hiphil Fut. וַיָּרֶד עַל־הַכְּרוּבִים וְעַל־הַתִּמֹרוֹת אֶת־הַזָּהָב Ita ut *diduceret* etiam ſuper Cherubos, & ſuper palmas aurum, 1. Reg. 6, 32. Sæpius non legitur.

רְדִיד m. *Carbaſus*; *Peplum* ab *expanſione* ſic dictum. Cum Suff. נָשְׂאוּ אֶת־רְדִידִי *Abſtulerunt* carbaſum meum, Cant. 5, 7. Plur. הָרְדִידִים *Carbaſa*; Jeſ. 3, 23. Sæpius non legitur.

מוּרָד m. *Diductum*; *Extenſum.* מַעֲשֵׂה מוֹרָד Opere *diducto, extenſo*, 1. Reg. 7, 28.

רָדָה *Dominatus eſt, Dominium exercurrit, Subegit, Subjecit*, ubi ferme conſtruitur cum בְּ; *Cepit, Accepit, Deſumſit.* וְרָדוּ בָכֶם Et *dominabuntur* in vos, Lev. 26, 17. Fut. לֹא תִרְדֶּה בוֹ בְּפָרֶךְ Ne *domineris* illi cum crudelitate, Lev. 25, 43. וְיֵרְדְּ Ita ut dominaturus ſit, Num. 24, 19. ה per Apocopen reſecto. יִרְדּוּ עַל־יְדֵיהֶם Dominantur per manus ſuas, Jer. 5, 31. וַיִּרְדֵּהוּ Et *ſumſit* illud, Jud. 14, 9. Piel Fut. אָז יְרַד Tunc *dominabitur*, Jud. 5, 23. pro יְרַדֶּה, per Apocopen ה reſectô. Hiphil. Fut. יַרְדְּ *Dominari faciet*, Jeſ. 41, 2. Per Apocopen ה reſecto.

1) Generatim *poteſtatis poſſeſſionem uſumve* dicit. Inde 2) ſpeciatim α) ſignificat *dominari, dominium exercere in aliquem.* Hæc autem ſignificatio gradibus differt & variat, pro varietate *ſubjectorum* & *objectorum.* Scilicet *Meſſiæ* tributum, Pſal. 110, 2. deſignat *ſummam ipſius poteſtatem plenumque & illimitatum dominium*, quod exercet convertendo, averruncando hoſtium impetus, evertendo. Sed ſi tribuitur *hominibus*, (ut Guſſetii verbis utar) 1) *ponitur imperium ſeu poteſtas inferior ſine pugna ullave violentia*, Gen. 1, 26. 28. 1. Reg. 4, 24. c. 5, 15. c. 9, 23. 2. Chron. 8, 10. 2) *Sine pugna quidem ad ſubigendum, ſed cum violentia tamen in uſu imperii*, Lev. 25, 43. 46. 53. 3) *Cum pugna & violentia*, Lev. 26, 17.

Devi.

Devt. 20, 20. Jud. 5, 13. Neh. 9, 28. Jeſ. 14, 2. 6. β) *Capere, ſumere, accipere*; quia ii capere vel accipere ſolent, qui aliqua poteſtate & dominio gaudent, Jud. 14, 9.

רָדַם *Soporavit, Sopivit*, juxta Mercerum; Sed ita in Kal non occurrit. Niphal *Somno ſopitus, Obrutus eſt profundo ſomno*, unde difficulter aliquis excitari poteſt. נִרְדַּמְתִּי עַל־פָּנַי אָרְצָה *Obſopitus, ſomno obrutus* cecidi ſuper facies meas in terram, Dan. 8, 18. Partic. נִרְדָּם *Somno ſopitus*, Jud. 4, 21. Pſal. 76, 7. Prov. 10, 5. Jon. 1, 6. Dan. 10, 9. Fut. וַיֵּרָדַם Et *ſomno ſopitus* erat, Jon. 1, 5. Sæpius non legitur.

תַּרְדֵּמָה f. *Sopor; Somnus gravior & profundior*, ex quo non facilè excitatur homo, ſive ſit naturalis, ſive ſupernaturalis, Gen. 2, 21. c. 15, 12. Prov. 19, 15. Jeſ. 29, 10. בִּנְפֹל תַּרְדֵּמָה עַל־אֲנָשִׁים In *cadere*, i. e. cum cadit *ſomnus* ſuper homines, Job. 4, 13. c. 33, 15. תַּרְדֵּמַת יְהוָה *Sopor Domini*, i. e. *ſopor maximus, graviſſimus, profundiſſimus* à Domino immiſſus, 1. Sam. 26, 12. Sæpius non occurrit.

רָדַף *Perſecutus, Proſecutus, Secutus, Sectatus, Inſectatus eſt.* Conſtruitur cum Accuſativo & Præpoſitione אַחֲרֵי *Poſt.* רָדַף אַחֲרֵי שֶׁבַע *Perſecutus* eſt Sebam, 2. Sam. 20, 10. רְדָפוּנִי *Perſecuti ſunt* me, Pſal. 119, 86. Part. וְאֵין רֹדֵף אֶתְכֶם Quando non erit *perſequens* vos, Lev. 26, 17. רֹדְפֵי צֶדֶק *Sectantes* juſtitiam, Jeſ. 51, 1. Infin. לִרְדֹּף אַחֲרֵיהֶם Ad *perſequendum* poſt eos, Joſ. 8, 16. מִרְדֹף A *perſequendo*, 1. Sam. 23, 28. Fut. אֶרְדֹּף *Perſequar*, Exod. 15, 9. Piel רִדֵּף *Perſecutus, Sectatus eſt.* וְרִדְּפָה אֶת־מְאַהֲבֶיהָ Et perſequetur amaſios ſuos, Hoſ. 2, 9. Part. מְרַדֵּף *Perſequens*, Prov. 11, 19. Fut. יִרַדֵּף־ *Perſequetur*, Nah. 1, 8. Sed Pſal. 7, 7. eſt יִרַדֹּף אוֹיֵב נַפְשִׁי Hoſtis *mordicus perſequitur* animam meam, h. e. interprete R. S. b. Melech: *Perſequitur me hoſtis, aliosque ad me perſequendum incitat.* Quia enim compoſitum eſt ex Kal & Piel, *ſignificatio componitur & exaggeratur.* Pual רֻדַּף *Perſecutionem paſſus, agitatus eſt.* וְרֻדַּף Et *agitetur*, Jeſ. 17, 13. Hiphil הִרְדִּיפֻהוּ *Accerrimè perſecuti ſunt* eum, Jud. 20, 43. Hophal Part. מֻרְדָּף *Perſecutionem patitur*, Jeſ. 14, 6.

1) Generatim *ſequendi* notionem quacunque obtinet ratione, quæ in compoſitis variè ſe exerit, nunc in *bonum*, nunc in *malum*. 2) Speciatim α) ſignificat *inſequi aliquem*, nachgehen / nachlauffen / 2. Reg. 5, 21. β) *Perſequi aliquem*, verfolgen. Ita 1) eſt *hominis*, & deſignat tum *pertinacem inſecutionem*, quâ quis cum fervore, velociter, omni niſu & indivulſô quaſi nexu fugientem inſequitur, ejus premens veſtigia, donec eum aſſequatur, comprehendat, captivum ducat, aut prorſus perimat, Gen. 14, 14. c. 31, 23. c. 35, 5. Ex. 14, 9. 23. c. 15, 9. c. 26, 7. Jeſ. 2, 7. 16. 22. Jud. 4, 22. c. 8, 5. 1. Sam. 24, 14. c. 26, 18. 2. Sam. 20, 7. 13. 2. Reg. 9, 27. 2. Chr. 13, 19. tum *graviorem infeſtationem*, qua quis alterum fervidè, crudeliter & pertinaciter infeſtat & affligit, ſive ſit *verbalis*, prout Jobi amici ipſum perſequebantur, quando eum impietatis & injuſtitiæ arguere nitebantur

tebantur-

tebantur, Job. 19, 28. ſive ſit *realis*, prout Jeremiam perſequebantur improbi Judæi, Jer. 17, 18. c. 20, 11. c. 15, 15. conf. Pſ. 7, 2. 7. 2) Eſt *Dei*, qui *hominem perſequitur*, eum *caſtigando*, Job. 13, 5. vel *gravisſimis malis & pœnis proſequendo, excindendo* &c. Pſal. 63, 18. Thren. 3, 43. 66. 3) Eſt *rei*, quæ hominem perſequitur, terrendo, in fugam conjiciendo, premendo, affligendo &c. Ita *folium impulſum* hominem perſequitur, terrendo & in fugam conjiciendo eum, Lev. 26, 36. *afflictio peccatorem*, aſſiduè eum premendo, donec pereat, Devt. 28, 22. 45. Prov. 13, 21. γ) Significat *omni cura, contentione, ſtudio atque induſtriâ ſectari aliquid*, e.g. bonum, Pſal. 38, 21. notitiam Dei, Hoſ. 6, 3. juſtitiam, Devt. 16, 20. Prov. 21, 21. Jeſ. 17, 1. pacem & concordiam, Pſ. 34, 15. ebrietatem, copiosè ſiceram ingurgitando, Jeſ. 5, 11. malum, ubi ſcienter ac volenter carnis deſideriis indulgetur, omnisque Dei ac bonarum legum reverentia excutitur, Prov. 11, 19. munerum captationem, Jeſ. 1, 23. *Metaphoricam* autem hanc ſignificationem eſſe, ex l. c. patet; Petitâ *Metaphorâ* à *viatoribus* vel *curſoribus*, qui eos, qui ſe in via vel ſtadio antevertunt, omni virium contentione inſequuntur, vt eas adſequantur.

רָהַב *Robore & potentiâ invaluit; Inſtitit; Robuſtus, Inſolens fuit, Ferocivit.* Imper. וּרְהַב רֵעֶךָ Et *inſta* amico tuo, crebro & cum quadam animoſitate *urge* eum, Prov. 6, 3. Fut. יִרְהֲבוּ הַנַּעַר בַּזָּקֵן *Feroces ſunt, efferunt ſe* pueri adverſus ſenem, Jeſ. 3, 5. Hiphil הִרְהִיב *Roboravit, Extulit; Alacrem, Animoſum, Inſolentem, Ferocem reddidit:* הִרְהִיבֻנִי *Efferunt me, alacrem, animoſum & inſolentiorem quaſi reddiderunt me*, ùt præ amore vix penes me ſim, Cant. 6, 5. Fut. תַּרְהִבֵנִי בְנַפְשִׁי עֹז *Alacrem, Animoſum* facis me in anima robore, Pſ. 38, 3. Seb. Schmid. reddidit: *Dilataſti* mihi in anima robur; ſignificatione à רָחַב petita. Sæpius autem non legitur.

רַהַב m. *Elatio, Superbia, Faſtus, Ferocia*, qualis in robuſtis eſſe ſolet. עֹזְרֵי רָהַב *Adjutores ſuperbiæ*, qui eam fovent, promovent atque alunt. Job. 9, 13. מָחַץ רָהַב Deprimit *ſuperbiam*, Job. 26, 12. Job. 30, 7. ponitur pro *ſuperbis*, factâ ſimul alluſione ad nomen, quod Ægypto tribuitur, Jeſ. 30, 7. Plur. רְהָבִים *Superbiæ, Inſolentiæ*, i. e. *ſuperbi, inſolentes*, Job. 40, 5. Sæpius non legitur.

רַהַב *Rahab*, nomen proprium *Ægypti*, ob ingentem gentis ſuperbiam, elationem ac faſtum ipſi inditum, Pſal. 87, 8. Jeſ. 51, 9.

רֹהַב m. *Robur.* Semel dicitur cum Suff. וְרָהְבָּם עָמָל וָאָוֶן Et *robur* eorum, (Præſtantiſſimum, Excellentiſſimum eorum) eſt labor & miſeria, Pſ. 90, 10.

רָהָה *Timuit, Conſternatus eſt;* Semel legitur in Fut. וְאַל־תִּרְהוּ Et ne *timeatis, conſternemini*, Jeſ. 44, 8. reddit תִּתְבָּרוּן q. d. *confringamini.*

רְהַט *Cucurrit*, apud Chaldæos; Inde eſt

רָהִיט m. *Ambulacrum.* Semel legitur Cant. 1, 17. רָהִיטֵנוּ *Ambulacrum* noſtrum.

רְהָטִים

רְהָטִים m. pl. *Ambulacra*; *Canales*. וַתְּמַלֶּאנָה הָרְהָטִים Ac impleverunt *canales*, Ex. 2, 15. בָּרְהָטִים In *canalibus*, *aqualiculis*, Gen. 30, 38. 41. אָסוּר בָּרְהָטִים Ligatus in *ambulacris*, Cant. 7, 6. Sæpius non legitur.

רוב *Litigare*, *Contendere cum aliquo*, *Litem intendere alicui*, *Cauſam agere*. Conſtruitur cum Accuſativo & Præpoſ. עִם vel עַל. Præt. רָב עִם יִשְׂרָאֵל *Contendit* cum Iſraele, Jud. 11, 25. רַבְתָּ יְהוָֹה רִיבֵי נַפְשִׁי *Litigaſti* Domine lites animæ meæ, Thren. 3, 58. Infin. cum Præt. הֲרֹב רָב An *contendendo contendit*, Jud. 11, 25. Hiphil הֵרִיב *Litigavit*, *Contendit*. מַדּוּעַ אֵלָיו רִיבוֹתָ Quare adverſus eum *contendis?* Job. 33, 13. pro הֲרִיבוֹתָ, Præformativô per Aphæreſin ablatô. Infin. cum Fut. רִיב יָרִיב אֶת־רִיבָם *Litigando litigabit* litem eorum, Jer. 50, 34. pro חָרִיב Præformativô ה per Aphæreſin ſublatô. Ita & Job. 9, 3. c. 21, 22. Jeſ. 3, 13. לָרִיב pro לְהָרִיב. Similiter ה ablatum fuit in Imperat. רִיב *Litiga*, Prov. 25, 9. Mich. 6, 1. & cum ה Paragogico רִיבָה Pſalm. 35, 1. 74, 22. רִיבוּ *Cauſam agite*, Jeſ. 1, 17. Fut. אָרִיב *Contendam*, Jeſ. 49, 25. תְּרִיבֵנִי *Contendes* mecum, Job. 10, 2.

1) Generatim *litigandi* vel *contendendi* ſignificationem habet, ſive *privatim*, ſive *coram judice*. 2) Speciatim α) importat *contentionem* 1) *hominis cum homine*, tùm *ſimplicem*, quâ quis alterum increpat & reprehendit, Neh. 5, 7. 17. 25. *ſine cauſa*, *citra meritum*, Prov. 30, *ob peccatum*, Hoſ. 4, 4. Mich. 6, 1. tùm *reciprocam*, qua quidam mutuò contendunt, litigant, rixantur &c. ut pecuarii Abrahami & Lothi, Gen. 13, 7. paſtores Geraritarum & Iſaaci, Gen. 26, 20. 21. Jacobus & Laban, Gen. 31, 36. Moſes & populus, Exod. 17, 2. Num. 20, 3. Ephraitæ & Gideon, Jud. 8, 1. duo Ebræi, Exod. 2, 13. Conf. Hoſ. 4, 4. ubi *peccatores* reprehenſionis impatientes dicuntur contendere cum *Prophetis iſtos* reprehendentes. 2) *Hominis cum Deo*, *accuſantis* ipſius *omnipotentiam*, quod non præſtitiſſet vel avertiſſet, quæ præſtare vel avertere potuiſſet, ipſius *bonitatem* & *miſericordiam*, quod non voluiſſet, &c. Num. 20, 13. Job. 39, 35. Jeſ. 45, 9. 3) *Dei cum homine*, tùm quando eum ob peccata increpat, ei graviter ſuccenſet, & judicia vindictæ juſtiſſimæ in eo exercet, Jer. 2, 9. hinc, quando negatur, eum amplius cum homine contendere, idem eſt ac, *eum non plane implacabilem eſſe*, & *in infinitum indignari*, *ſed iræ*, *increpationis* & *caſtigationis paternæ tandem finem facere*, Pſal. 103, 9. Jeſ. 57, 16. tum quando *ſtricto jure* cum eo agere vult, Job. 9, 3. β) Importat *favorem*, *defenſionem*, *adjudicationem litis*, vel etiam *ultionem*, & idem eſt ac *alicujus cauſam agere*, *alicui patrocinari*, *aliquem defendere*, *ulciſci* &c. Ita 1) *cauſam* agit a) *homo* tùm *ſui ipſius*, ſuam innocentiam & juſtam cauſam decenter & modeſtè demonſtrando, facti alterius indignitatem oſtendendo &c. Pr. 25, 9. tùm *alterius hominis*, cauſam ipſius defendendam ſuſcipiendo, Jeſ. 1, 17. tùm *Dei*, ex quodam zelo, ſive *veri*, Job. 13, 8. ſive *fictitii* & *falſi*, Jud. 6, 31. 32. b) *Deus cauſam agit hominis*, inſtar juſtiſſimi judicis aut

Patronis cauſam ejus ſuſcipiens, eum defendens, injuriam ipſi illatam ulciſcens &c. 1.Sam. 24, 16. c. 25, 39. Pſ. 35, 1. Pſ. 43, 1. Pſ. 74, 22. Pſ. 119, 154. Prov. 22, 23. c. 23, 11. Jeſ. 49, 25. c. 51, 22. Jer. 50, 34. Mich. 7, 9.

רִיב m. *Contentio, Lis, Cauſa, Controverſia.* רִיב בֵּין אֲנָשִׁים *Lis* inter viros, Devt. 25, 1. אִישׁ רִיב הָיִיתִי Vir *litis* fui, i.e. litem habens, Jud. 12, 2. אִישׁ רִיבִי *Vir litis meæ* i.e. adverſarius meus, Job. 31, 35. וְיֹאבְדוּ אַנְשֵׁי רִיבֶךָ Et peribunt homines contentionis tuæ, i.e. adverſarii tui, Jeſ. 41, 11. Cum Suff. יְהוָה יָרִיב רִיבָם Dominus litigabit *litem* eorum, Prov. 22, 23. Plur. רִיבִים *Lites.* In Statu Conſtr. רִיבֵי נַפְשִׁי *Lites* animæ meæ, Thren. 3, 58. Fœm. רִיבוֹת Devt. 17, 8. דִּבְרֵי רִיבֹת Verba *controverſiarum*, i.e. controverſiæ, Devt. 17, 8.

1) Generatim *contentionem* deſignat, ubi diſceptatur de facti dictive alicujus *rectitudine* vel *vitioſitate*, ſive fiat *privatim*, ſive *palam & in judicio*, 2) ſpeciatim α) notat *litem* vel *contentionem*, tùm *ſimplicem*, quæ eſt unius partis, ſive *hominis* alium increpantis, Job. 13, 6. Prov. 15, 18. ſive *Dei*, homines reprehendentis, peccatorum accuſantis, eosque reos peragentis & punientis, Hoſ. 12, 3. tùm *reciprocam*, qua quis cum altero dura & moleſta verba commutat & rixatur, Gen. 13, 7. Exod. 23, 2. Jud. 12, 2. Prov. 17, 1. c. 18, 6. c. 20, 3. Pſ. 55, 10. β) *Cauſam*, quæ agenda, vel ob quam eſt contentio; *negotium juris*, quod inter aliquos verſatur, 1.Sam. 24, 15. Job. 31, 13. Pſ. 43, 1. Jeſ. 1, 23. 1. Thren. 3, 58. γ) Innuit *ultionem*, quæ alicujus bono ſumitur, Jeſ. 34, 8. Jer. 25, 31.

יָרִיב m. *Contendens, Litigans, Litigator.* Ter legitur. אֶת־יְרִיבֵךְ אָנֹכִי אָרִיב Cum *litigatore* tuo litigabo, Jeſ. 49, 25. אֶת־יְרִיבַי Cum *litigatoribus* meis, Pſ. 35, 1. vid. Jer. 18, 19.

מְרִיבָה f. *Contentio*, Gen. 13, 8. Num. 20, 13. 24. Devt. 38, 8. Pſ. 81, 8. Pſ. 106, 32. In Statu Conſtr. מְרִיבַת Exod. 27, 14. Devt. 32, 21. Num. 27, 14. Plur. מְרִיבוֹת *Contentiones*, Ezech. 47, 19. c. 48, 28.

מְרִיבָה f. *Meribba*, nomen proprium *loci*, à *contentione* ſic dicti, Exod. 17, 7. Pſ. 95, 8.

רוד *Dominari; Obſtinare animo, obſtinatè perſeverare, obfirmare ſe vel animum*, juxta Coccejum. Præt. רָד עִם־אֵל *Dominatur* cum Deo, Hoſ. 12, 1. רַדְנוּ *Dominamur*, Jer. 2, 31. Hiphil הֵרִיד *Obtinuit dominatum; Planxit*, forte, quia durum dominium planctum cauſat. Fut. אָרִיד בְּשִׂיחִי *Plango* in meditatione mea, Pſal. 55, 3. כַּאֲשֶׁר תָּרִיד Cum *dominatum obtinueris*, Gen. 27, 40. Cum *planxeris*, juxta R. D. Kimchium & Guſſetium, qui *dominandi* ſignificationem huic verbo denegat, & ſaltem *plangendi* notionem ſtatuit. Sæpius non occurrit.

מְרוּדִים m. pl. *Planctus.* Semel legitur cum Suff. וּמְרוּדֶיהָ Et *planctuum* ſuorum, Thren. 1, 7.

רָוָה *Potu ſatiatus eſt, Inebriatus eſt, Ubertim expletus eſt, Irrigatus eſt,*

Irri-

Irrigavit ſe. מִדָּמָם וְרָוְתָה Et *inebrietur* à ſanguine eorum, Jer. 46, 10. Fut. נִרְוֶה דֹדִים *Inebriabimur, ſatiabimur* amoribus, Proverb. 7, 18. יִרְוְיֻן מִדֶּשֶׁן בֵּיתֶךָ *Uberrime explebuntur* pinguedine domûs tuæ, Pſal. 36, 9. ubi ה in ו mobile, & ֵ per alternationem in (ְ) mutata fuerunt. Piel רִוָּה *Inebriavit*, & intranſitivè, *Inebriatus eſt, ubertim explevit, irrigavit,* וְרִוְּתָה אַרְצָם מִדָּם Ut *inebrietur* terra eorum à ſanguine, Jeſ. 34, 7. Fut. אֲרַיָּוֶךְ *Rigabo* te, Jeſ. 16, 9. vel 18. pro אֲרַוֶּךָ, ubi per alternationem ו in י, & ה in ו mutatur, (:) autem ob accentum dominum in (ָ) & (..) ob tonum retractum in (ֶ) tranſit. Hiphil הִרְוָה *Satiavit, Inebriavit.* הִרְוָה אֶת־הָאָרֶץ *Irrigat* terram, Jeſ. 45, 10. Part. מַרְוֶה *Irrigans, ubertim communicans,* Prov. 11, 25.

1) Generatim *redundantiam & ſatietatem* importat. 2) Speciatim α) notat *irrigare*, quod *propriè* dicitur de terra, quæ imbre rigatur, Pſal. 65, 11. Jeſ. 55, 10. *Metaphoricè* autem transfertur tùm ad *refocillationem animæ feſſæ*, quæ inſtar paſcui exſiccati larga irrigatione indiget, Jer. 31, 25. tùm ad *largam eleemoſynarum diſtributionem*, quæ inſtar imbris terram ſiticuloſam reficientis refocillant egenos, Prov. 11, 25. β) *Inebriari*, & *propriè* quidem *vino alioque potu*; *Metaphoricè* autem ad *alia* transfertur, *copiæ, redundantiæ, ſatietatis, voluptatis* & *lætitiæ* ſignificandæ cauſâ, ſicut ebrii & *ſaturi* & *læti* ſunt, & idem eſt ac *bonis impleri, voluptate frui, cumulatim habere, quæ delectant* &c. &c. Pſ. 36, 9. Prov. 5, 19. c. 7, 18. Jer. 31, 14. Vid. Jeſ. 43, 24. ubi notat, *ad ſatietatem oblectare.* Sed Thren. 3, 15. *inebriare abſynthio* eſt *graviſſimis calamitatibus afficere*, iisque tàm multis, ut inde velut inebrietur homo. Et Jeſ. 34, 5. *gladius Domini inebriatus* dicitur, ad indicandas *abundantiſſimas cauſas*, quibus ad vindicanda peccata excitatur, ut non poſſit amplius quieſcere, inſtar hominis multô inebriati vinô, qui ad pugnam ardet, quieſcere non valens. Jer. 46. 10. ingens cædes deſignatur, quâ ad ſatietatem cæduntur Ægyptii, confer Jeſ. 34, 7.

רָוֶה m. *Irriguus, Ebrius.* Ter legitur. כְּגַן רָוֶה Sicut hortus *irriguus*, Jeſ. 58, 11. Jer. 31, 12. Fœm. הָרָוָה *Ebria*, Devt. 29, 19.

רְוָיָה f. *Irriguum, Exuberans.* Bis legitur. כּוֹסִי רְוָיָה Poculum meum *exuberans* erit, ſeu *abunde repletum*, Prov. 23, 5. וַתּוֹצִיאֵנוּ לָרְוָיָה Eduxiſti nos in *irriguam* terram, ubi omnium rerum maxima copia eſt, Pſ. 66, 12.

רִי m. *Irrigatio.* Semel occurrit Job. 37, 11.

רָוַח *Latus, Dilatatus fuit; Refectus, Refocillatus fuit; Quievit, Requievit, Quies eſt; Spiravit, Reſpiravit, Reſpiratio fuit.* Conſtruitur cum Dativo, interveniente לְ. וְרָוַח לְשָׁאוּל Et *quies, reſpiratio* erat Sauli, 1. Sam. 16, 23. Fut. וְיִרְוַח לִי Ut *laxius ſit* mihi; ut *reſpiratio ſit* mihi, daß es mir weiter werde ums Herz / Lutherus reddit: Daß ich Odem hohle. Job. 32, 20. Pual Particip. Plur. מְרֻוָּחִים *Spacioſa*, quæ reſpirationi commoda ſunt, Jer. 22, 14. Sæpius non legitur.

Digitized by Google

רֶוַח m. *Reſpiratio*, Eſth. 4, 14. *Spatium*, Gen. 32, 16. Sæpius non occurrit.

רוּחַ c. ſed fœm. ſæpius. *Spiritus*; *Ventus*, *Flatus*; *Animus*, *Plaga mundi*, unde ſpirat ventus. רוּחַ חַיִּים *Spiritus* vitæ i. e. vitalis, Gen. 6, 17. c. 7, 15. וְרוּחַ נָסַע מֵאֵת־יְהוָֹה Et *ventus* profectus, ortus eſt à Domino, Num. 11, 31. רוּחַ אַפֵּינוּ *Spiritus* narium noſtrarum, Thren. 4 20. יִתֵּן יְהוָֹה אֶת־רוּחוֹ עֲלֵיהֶם Dabit Dominus *ſpiritum* ſuum ſuper eos, Num. 11, 29. Cum ה locali רוּחָה Verſus *ventum*, Jer. 52, 23. Plural. רוּחוֹת *Venti*, 1. Chron. 9, 25. Dan. 8, 8.

1) Generatim notat *ſpiritum* quacunque ratione. 2) Speciatim α) notat *ventum*, & quidem prout 1) *proprie* nihil aliud eſt, quàm *aer impulſus*, ultrò citroque commeans, Gen. 8, 1. Exod. 10, 19. 2) *Impropriè* a) *Metonymicè* deſignat *plagam cæli*, unde ventus ſpirat, quæque à ventô cardinali denominatur, 1. Chron. 9, 24. Jer. 49, 32. c. 52, 32. Ez. 5, 12. c. 42, 20. b) *Metaphoricè* א) quia in *vento nil* eſt *firmum*, *ſolidum* aut *ſubſiſtens*, deſignat *rei vanitatem & evaneſcentiam*. Ubi enim nil *firmi* & *ſolidi* eſt, ibi dominatur *vanitas*. *Scientia venti*, i. e. vanida, Job. 15, 2. *laborare in ventum* i. e. fruſtra, Eccl. 5, 15. *Ventum paſcere*, i. e. inutilem operam navare, inaniter ſe ſatiare, Hoſ. 12, 2. Confer. Jer. 5, 12. ב) Quia ventus vehemens & impetuoſus damna infert maxima, arbores ſternit, tecta dejicit, ſegetes perdit; inde deſignat *hoſtes terram infeſtantes & vaſtantes*, Jer. 4, 11. c. 51, 1. Sed Jer. 18, 17. innuit *excidium divinitus immiſſum*. β) Quia ventus non videtur, transfertur ad ſignificandum *omne id*, *quod viſum vel aſpectum fugit*, ſive ſit *corporeum*, ſive *incorporeum*. Inde 1) dicit *halitum*, quô emiſſô animal *laxamentum* accipit, & quô retentô *arctatur*, Gen. 6, 17. c. 7, 22. Job. 32, 18. 20. 2) Deſignat *rem incorpoream & materiæ expertem*, & quidem α) *Spiritum* prout 1) deſignat tertiam Trinitatis Sacroſanctæ perſonam, quæ ſic dicitur vel abſolutè, Geneſ. 6, 3. Num. 11, 26. Pſal. 139, 7. vel cum *addito* ſeu *epitheto*, quod ipſius *eſſentiam*, *officium vel effectus & operationes* indigitat, e. g. cum dicitur *Spiritus Dei*, Gen. 1, 2. c. 41, 38. Exod. 31, 3. Num. 24, 2. 1. Sam. 10, 10. c. 11, 6. c. 19, 20. 2. Chr. 15, 1. c. 24, 20. *Spiritus Domini*, Jud. 6, 34. c. 11, 29. c. 13, 25. c. 14, 6. 1. Sam. 10, 6. c. 16, 14. 2. Sam. 23, 2. 1. Reg. 22, 24. 1. Chron. 12, 18. Jeſ. 11, 2. c. 34, 16. c. 61, 1. *Spiritus Sanctus*, Pſ. 51, 13. Jeſ. 63, 10. *Spiritus bonus*, Pſ. 143, 10. *Spiritus gratiæ & precum*, Zach. 12, 10. *Spiritus ſapientiæ*, Jeſ. 11, 2. 2) *Metonymicè* indigitat *Spiritûs S. effectus*, *dona & operationes*. Sic *Spiritûs* nomine venit א) *Verbum Chriſti*, quod dicitur *Spiritus labiorum ejus*, quia Spiritus S. in Chriſto eſt ipſius autor, & per illud ad ſalutem hominum peculiariter efficax eſt, Jeſ. 11, 4. ב) *Gratioſi ſalutaresque motus & operationes in homine*, &c. Hujus generis ſunt 1) *donum regenerationis*, *ſanctificationis & renovationis*, importans *ſpirituales animæ motus*, *viresque*

resque ſupernaturales, à Spiritu S. conceſſas, Pſal. 51, 12. 14. Ezech. 11, 19. c. 3, 26. 2) *dona intelligentiæ* vel *prophetiæ*, ſeu *dona Spiritus S. peculiaria & extraordinaria*, quæ in omnibus ad varios uſus tàm publicos, quàm privatos, tàm ſpirituales, quàm corporales operatur, Num. 11, 17. 25. 2 Reg. 2, 9. 15. Confer. Dan. 5, 12. c. 6, 3. 3) *Specialis Spiritûs S. revelatio, viſio aut ecſtaſis*, Ez. 37, 1. Vid. B. Glaſſ. Rhet. Tract. 1. c. 1. 2) Notat *animam hominis*, prout α) *propriè* deſignat *hominis alteram partem eſſentialem*, quâ vivit, intelligit, vult & movetur, Pſal. 31, 6. Eccl. 12, 7. Zach. 12, 1. 2) *Metonymicè* accipitur *a*) pro *animo hominis, animique robore*, Joſ. 2, 11. c. 5, 1. Pſal. 77, 4. 7. Prov. 15, 13. c. 17, 22. c. 18, 14. Hab. 1, 11. Confer. Gen. 41, 8. Dan. 2, 1. 3. *b*) Denotat *animæ vim, inclinationem, affectum, motum, impetum*, ſive ſit *bonus*, 1. Sam. 11, 6. Eſr. 1, 1. 5. 2. Chron. 36, 22. Hagg. 1, 14. ſive ſit *malus*, importans *iracundam animi commotionem*, vehementer contra alium inſtar turbinis tumultuantem, ſtrepentem, minitantem, Jud. 8, 3. Eccl. 7, 9. Eccl. 7, 9. c. 10, 4. 2. Chron. 21, 16. Jer. 51, 11. Zach. 6, 8. 3) Deſignat *Angelum*, eumque *malum*, vel *abſolutè*, 1. Reg. 22, 21. vel cum *epitheto aliquo*, ut cum dicitur *malus*, 1. Sam. 16, 14. c. 18, 10. c. 19, 9. mendax, 1. Reg. 22, 22. 23. *Metonymicè* autem deſignat *motum à Spiritu malo excitatum*, e. g. *motum animi* ad ſcortationem impellentem, Hoſ. 4, 12. ad immundiciem allicientem, Zach. 13, 2. Sed hic ſignificatus referri poteſt ad num. 2. b.

רְוָחָה f. *Laxamentum; Reſpiratio.* Bis legitur. כִּי הָיְתָה הָרְוָחָה Quod eſſet *laxamentum, reſpiratio*, Exod. 8, 11. Cum Suff. לְרַוְחָתִי Ad *reſpirationem* meam, Thren. 3, 56.

רַחַת f. *Vannus; Pala*; Inſtrumentum, quô frumentum ventilando purgatur à paleis, Jeſ. 30, 24. Juxta R. D. Kimchi ſic dicitur, quod eo *fruges eleventur verſus ventum.*

רוּם *Altum, Excelſum, Elatum eſſe; Eminere præ aliis; Se efferre, Efferri, Elevari, Exaltari, Extolli, ſe attollere.* Præt. וְרָם לְבָבְךָ Et *extollat, efferat ſe* cor tuum, Devt. 8, 14. רָמָה קַרְנִי בַּיהוָה *Exaltavit* ſe cornu meum in Domino, 1. Sam. 2, 1. Sed Zach. 14, 10. eſt רָאֲמָה, per Epentheſin א inſerto. Part. רָם *Altus, Excelſus.* עַל־כִּסֵּא רָם Super throno *alto*, Jeſ. 6, 1. Plur. in Statu Conſtr. רָמֵי הַקּוֹמָה *Alti* ſtaturâ, Jeſ. 10, 33. Fœm. רָמוֹת Pſ. 18, 28. Aſt Prov. 24, 7. eſt רָאמוֹת, per Epentheſin א inſito. Infin. כְּרֻם Juxta *extolli*, i. e. quum efferrent ſe, Pſ. 12, 9. לָרוּם Ad *efferendum* ſe, Ezech. 10, 16. Imp. cum ה Paragogico. רוּמָה *Exaltare*, Pſ. 21, 14. Fut. אָרוּם *Exaltabor*, Pſ. 46, 11. וַיָּרָם Et *extulit ſe*, Ezech. 10, 4. (י) Chatuph eſt pro י ob tonum retractum. יָרֻמּוּ *Attollentur*, Jeſ. 49, 11. Piel רוֹמֵם *Extulit, Exaltavit.* רוֹמַמְתִּי בְתוּלוֹת *Extollo* (adoleſcere facio) virgines, Jeſ. 23, 4. Part. מְרוֹמֵם *Extollens*, 1. Sam. 2, 7. Fut. אֲרֹמְמֶנְהוּ *Exaltabo* eum, cum ב epenthetico, Exod. 15, 2. וִירוֹמִמְךָ Et *extollet* te, Pſ. 37, 34. Pual

 רוֹמַם

וְרוֹמָם Et *elatus* eſt, Pſ. 66, 17. Fut. תְּרוֹמַמְנָה קַרְנוֹת צַדִּיק *Exaltentur* cornua juſti, Pſ. 75, 11. Hiphil הֵרִים *Extulit, Elevavit, Exaltavit, Erexit, Tulit, Suſtulit, Obtulit, Abſtulit.* הֵרִים יָד בַּמֶּלֶךְ *Suſtulit* manum ſuam contra Regem, 2. Reg. 11, 27. וְעַל־מִי הֲרִימוֹתָ קּוֹל Et contra quem *extuliſti* vocem? 1. Reg. 19, 22. Infin. הָרִים *Extollere*, Pſalm. 75, 7. בַּהֲרִימְכֶם In *tollere* vos, i. e. quando ſuſtuleritis, Num. 18, 30. Hophal הוּרַם *Elevatum, Sublatum eſt*, Exod. 29, 27. הֻרַם הַתָּמִיד *Sublatum* eſt juge, Dan. 8, 11. pro הוּרַם juxta Maſorethas. Sed juxta literas legendum: הֵרִים *Removit, Abſtulit* ab ipſo (ſcil. Deo, cui offerendum erat) ſacrificium juge. Fut. כַּאֲשֶׁר יוּרַם Sicut *aufertur*, Lev. 4, 10. Hithpael הִתְרוֹמֵם *Extulit ſe, Exaltatus eſt.* Fut. אֵרוֹמָם *Exaltabor*, Jeſ. 33, 10. pro אֶתְרוֹמָם, ת pereunte, & quia ר reſpuit Dageſch forte, quod illud compenſare debebat, (∴) in (..) mutato; niſi velis dicere eſſe formam mixtam ex Niphal & Hithpael. Fut. וַיִּתְרוֹמֵם Et *extollet* ſe, Jeſ. 33, 10.

1) Generatim notat *levationem*, qua aliquid levatur *in altum*, vel *ſurſum tendit*, qualicunque fiat ratione. 2) Speciatim א) infert *levationem è loco inferiori in ſublimiorem*, ſive dicat *actum*, quò quid in altum levatur vel tendit, ſive *ſtatum*, quo quid altum eſt & manet. Unde α) *propriè* in Kal ſignificat *elevari è loco humiliori.* Ita è terra elevabatur arca, Gen. 7, 17. In Hiphil *elevare, ſurſum tollere*, e. g. baculum, Exod. 7, 20. c. 17, 11. virgam, Jeſ. 10, 15. manum ad percutiendum, Num. 20, 11. ad juvandum, Gen. 14, 22. ad rebellandum, 1. Reg. 11, 26. ubi ſimul *Metaphora* latet; caput inſtar victoris, Pſ. 110, 7. vocem, Job. 38, 34. β) *Altum eſſe*; Ita dicitur de colle eminentiori, Ezech. 6, 13. c. 20, 28. c. 34, 6. de monte celſo, Devt. 12, 2. Jeſ. 2, 14. de hominibus altæ ſtaturæ, Devt. 1, 28. c. 2, 10. 21. Jeſ. 10, 32. de throno, Jeſ. 6, 1. de ſtellis, Job. 22, 12. *Metonymicè* notat *amovere, auferre, tollere*, quia *elevantur*, quæ amoventur, auferuntur, tolluntur; ita adhibetur ferè in Hiphil, Exod. 29, 27. Lev. 4, 8. 10. Num. 17, 2. Ezech. 21, 31. Dan. 8, 11. item *offerre*; quæ enim offeruntur, elevantur, tolluntur, Lev. 18, 26. c. 22, 15. Num. 15, 19. 20. c. 31, 52. 2. Chron. 35, 8. Confer Eſr. 8, 25. ב) Denotat *elevationem ratione conditionis, ſortis, ſtatûs, dignitatis, æſtimii, conſecutionis* &c. & in Kal ſignificat *elevari, efferri, exaltari; ſe elevare, efferre, exaltare; altum eſſe.* In *Hiphil* autem *elevare, efferre, exaltare.* Ita tribuitur α) *Homini*, qui 1) *extollitur ab aliò*, quando è ſtatu miſero, abjectoque in ſtatum feliciorem, ſplendidiorem magiſque honorificum & ſecurum transfertur & evehitur. Ita *Deus exaltavit* Iſraelitas, Jeſ. 1, 2. Davidem, 2. Sam. 22, 49. Pſ. 3, 4. Pſ. 9, 14. Pſ. 18, 49. Pſ. 27, 5. Pſ. 37, 34. pauperem, 1. Sam. 2, 8. pium, Pſ. 89, 17. 18. Confer. Pſ. 75, 8. *Sapientia* ſui cultores, Prov. 4, 8. *juſtitia* gentem, Prov. 14, 34. 2) *Effert ſe ipſum*, faſtu tumidus, quando ob proſperos ſuos ſucceſſus inſoleſcit, alios ſuperciliosè contemnit, alta ſpi-

ſpirat, faſtui & ſecuritati indulget, imò nec Deum curat, ſed contra eum ſe effert. Ita *ipſi* tribuitur tum *abſolutè*, Pſ. 12, 9. Pſ. 13, 3. Pſ. 22, 28. Job. 21, 22. Jeſ. 2, 12. Hoſ. 13, 6. tùm *cum addito*, quando transfertur ad *cor*, quod eſt ſedes *faſtûs*, Devt. 8, 14. c. 17, 20. Ezech. 31, 10. Dan. 1, 12. item ad *oculos*, qui *faſtûs* teſtes ſunt, quia ſicut humiles & modeſti oculos deprimunt, aliorum honoratiorum adſpectum non ferentes; ita è contrario elati & ſuperbi oculos in altum tollunt, Pſ. 18, 28. Pſ. 131, 1. Prov. 6, 17. c. 30, 13. β) *Deo*, qui 1) eſt *altus eſſentiâ, majeſtate, gloriâ, potentiâ, ſapientiâ*, &c. quibus omnes ſuperat longiſſimè homines, Pſ. 99, 2. Pſ. 113, 4. Pſ. 138, 4. Jeſ. 57, 15. Conf. Pſ. 46, 11. 2) *Exaltatur ab homine*, quatenus laudibus evehitur; Quamvis enim infinita ipſius eminentia ac majeſtas nec celſior, nec inferior fieri queat; *reſpectu hominum* tamen altior videtur fieri, ſi ab iis rectè agnoſcitur, decenter celebratur & aſſiduè prædicatur, Exod. 15, 2. Pſ. 30. 2. Pſ. 34, 4. Pſ. 99, 5. 9. Pſ. 107, 32. Pſ. 118, 28. Pſ. 145, 1. Jeſ. 25, 1. 3) *Elevat ſe ſuper cœlos*, quando infinitam ſuam majeſtatem ac eminentiam palam manifeſtat & conſpiciendam præbet, Pſ. 57, 6. 12. Pſ. 108, 6. item *ad miſerendum*, quando mirandam ſuam miſericordiam, palam oſtenſurus eſt, Jeſ. 30, 18. 4) *Operatur altâ* vel *elevatâ manu*, quando exerit potentiam ſuam, omni impiorum vi, impetu, conſiliis ac machinationibus ſuperiorem, Exod. 14, 8. Num. 15, 30. c. 33, 3. γ) *Rei*, quæ *conſecutu* eſt *ardua ac difficilis*; quia præalta & ardua ſunt quaſi inacceſſa, Prov. 24, 7. vel quæ *incrementum capit, & glorioſior redditur*, 1. Sam. 2, 1. 10. Pſ. 89, 18.

רָם m. *Altus, Celſus, Elatus, Excelſus*; Eſt Participium nominaſcens. קוֹל רָם *Vox alta, elata*, Devt. 27, 14. עַל־כִּסֵּא רָם Super ſolium *excelſum*, Jeſ. 6, 1. הֶהָרִים רָמִים Montes *celſi*, Devt. 12, 2. Fœm. בְּיָד רָמָה Per manum *elatam*, Ex. 14, 8. Vide ipſam rad.

רָמָה m. *Rama*, nomen proprium *urbis* in tribu Benjamin inter Bethlehem & Hieroſolymam ſitæ, & Bethlehemo conterminæ, Jer. 31, 15. Ita dicta fuit, quod in *colle* aut *edito loco* condita fuit, 1. Sam. 9, 11. Unde eodem nomine veniunt *aliæ urbes* in *editis locis* ſitæ. Cum ה locali eſt רָמָתָה *Ramam*, 1. Sam. 7, 18.

רָמָה f. *Excelſum*. Ter legitur. רָמָתֵךְ *Excelſum* tuum, Ez. 16. 25. 31. Plur. רָמֹתַיִךְ *Excelſa* tua, Ezech. 16, 39.

רוּם m. *Altitudo, Altum*. רוֹם יָדֵיהוּ נָשָׂא In *altum* manus ſuas ſuſtulit, elevavit, Hab. 3, 10. Sæpius non occurrit.

רוּם m. *Altitudo, Elatio*, Prov. 21, 4. & per alternationem רֻם Jer. 48, 29. Quoties occurrit, toties deſignat *incompoſitum faſtum*, quô quis turgidus alios contemnit, nonniſi alta ſpirat, nec Deum curat &c. וְשַׁח רוּם אֲנָשִׁים Et deprimetur *altitudo* virorum, Jeſ. 2, 11. 17. רוּם עֵינָיו *Elatio* oculorum, Jeſ. 10, 12.

רוּמָה f. *Altitudo, Elatio.* Semel legitur, וְלֹא תֵלְכוּ רוֹמָה Neque ibitis cum *elatione*, i.e. elatè. Mich. 2, 3.

רָמוּת f. *Altitudo.* Semel occurrit cum Suff. רָמוּתֶךָ *Altitudine* tua, Ezech. 32, 5.

רָאמוֹת f. pl. *Lapides pretioſi*, quorum nomen ignotum, Job. 28, 18. Ezech. 27, 16. Pagninus reddit: *Corallia*; Tremellio eſt *Sandaſtron* Plinii.

רוֹמֵמָה f. *Celſitudo, Exaltatio.* Bis legitur. יְמִין יְהוָה רוֹמֵמָה Dextera Domini *celſitudo*, *exaltatio* eſt, i.e. *celſiſſima, maximè exaltata eſt*, longiſſime, imò infinitè excedens omnium creaturarum vim & potentiam, Pſalm. 118, 16. Plur. in Statu Conſtr. רוֹמְמוֹת אֵל *Celſitudines Dei*, i.e. encomia, quibus Dei laudes altiſſimè evehuntur, Pſ. 149, 6.

רֹמְמוּת f. *Exaltatio.* Semel occurrit cum Suff. Jeſ. 33, 3. מֵרֹמְמֻתֶךָ Ab *exaltatione* tua.

מָרוֹם m. *Altitudo, Celſitudo*; *Altum, Excelſum, Sublime*; *Locus celſior.* שְׂאוּ מָרוֹם עֵינֵיכֶם Tollite in *altum* oculos veſtros, Jeſ. 40, 26. אַדִּיר בַּמָּרוֹם יְהוָה Magnificus eſt in *altô* Dominus, Pſalm. 93, 4. יֹשְׁבֵי מָרוֹם Habitatores *excelſi*, Jeſ. 26, 5. In Statu Conſtr. מְרוֹם הָרִים *Altitudo* montium, Jeſ. 37, 24. Plur. מְרֹמִים *Excelſa*, Prov. 8, 2. In Statu Conſtr. מְרוֹמֵי שָׂדֶה *Altitudines* agri, Jud. 5, 18. Cum Suff. בִּמְרוֹמָיו In *excelſis* ſuis, Job. 25, 2.

1) Generatim *altitudinem* ſignificat. 2) Speciatim *α*) infert *altitudinem localiter*, reddique poteſt non ſolum abſtractive *altitudo, celſitudo*; ſed etiam concretive, *altum, excelſum.* Ita dicitur de *altitudine* collis, Jer. 49, 16. montis, Jeſ. 37, 24. Ezech. 17, 23. c. 20, 40. c. 34, 14. de ave in altum ſe attollente, Job. 39, 21. de nido in alto, Hab. 2, 9. de ſepulchro in alto, Jeſ. 22, 16. de alta munitione, Jeſ. 26, 5. de excelſis locis urbis, Prov. 9, 3. *β*) *Remotionem*; quæ enim alta ſunt, *remota ſunt.* Ita Pſ. 10, 5. *judicia Dei*, dicuntur *altitudo à conſpectu impii*, i.e. *remotiſſima*, dum neque Deum, neque ejus judicia curat, Pſ. 10, 5. *γ*) *Conditionem eminentem*, 1) *hominis*, qui gaudet dignitate præ aliis eminente, Job. 5, 11. Eccl. 10, 6. 2) *Dei*, qui eſt Dominus ſummæ majeſtatis, omnes mundi hominumque eminentias, quàm longiſſimè ſuperantis & excedentis, Job. 16, 19. Jer. 17, 12. unde & quandoque transfertur ad *cælum, majeſtaticam Dei ſedem*, 2. Sam. 22, 17. Pſal. 18, 17. Pſ. 68, 19. Pſ. 71, 19. Pſ. Pſal. 92, 9. Pſal. 93, 4. Pſ. 93, 4. Pſ. 102, 20. Pſ. 144, 7. Jeſ. 33, 5. c. 57, 15. *γ*) *Faſtum hominis*, quô ſe effert ſupra & contra alios. Ita ſæpe *adverbiaſcit*, reddendum, *elatè, faſtuosè*, Pſ. 10, 5. Pſ. 56, 3. Pſ. 73, 8.

תְּרוּמָה f. *Oblatio elevata*, ſeparata aut voluntaria, Exod. 25, 2. תָּרִימוּ תְרוּמָה לַיהוָה Offeretis *oblationem* Domino, Ezech. 45, 1. In Statu Conſtr. תְּרוּמַת יְהוָה *Oblatio* Domini, Exod. 30, 14. Cum Suff. תְּרוּמָתִי *Oblatio* mea, Exod. 25, 2. Plur. תְּרוּמוֹת *Oblationes*, Num. 18, 19. תְּרוּמֹתֵינוּ *Oblationes* noſtræ, Neh. 10, 31.

1) Ge-

1) Generatim notat *oblationem* vel *munus*. 2) Speciatim α) notat *munus* vel *oblationem ſacram*, quæ ſeparata ſponte dabatur *Deo, Sacerdotibus & Levitis*, cui in lege nec menſura, nec æſtimatio præſcripta eſt, Ex. 25, 2. c. 29, 28. c. 30, 13. c. 35, 5. Lev. 7, 14. 32. Num. 5, 9. c. 15, 19. 20, 21. Jeſ. 40, 20. Ezech. 45, 1. c. 48, 21. &c. β) Denotat *munus* ſeu *oblationem profanam*, quam quis ambit, expetit &c. Ita legitur ſaltem Prov. 20, 4.

תְּרוּמִיָּה f. *Oblatio, Oblativum, Donativum, Separata pars.* Semel occurrit, Ezech. 48, 12.

רעע *Malum eſſe* vel *videri; Diſplicere; Clangendi* vel *vociferandi* ſignificationem vide in ריע; *Conterendi* vel *confringendi* ſignificatum vide in רעע; *Sociandi* autem notionem in רָעָה. Præt. וּבְעֵינֵי מֹשֶׁה רָע Et in oculis Moſis *malum viſum fuit*, Num. 11, 10. Hiphil הֵרַע *Malefecit, Male egit, Malum fecit, Malo aut damno affecit.* Conſtruitur cum Dativo, vel Accuſativo; ſemel intercedente עַל. הֵרַע לָעָם הַזֶּה *Malefecit* populo huic, Exod. 5, 23. וְלֹא הֲרֵעֹתִי אֶת־אַחַד מֵהֶם Neque *malum feci* ulli de illis, Num. 16, 15. Infin. חִדְלוּ הָרֵעַ Ceſſate *malum facere*, Jeſ. 1, 16. לְהָרֵעַ Ad *malefaciendum*, Pſ. 37, 8. לְהָרַע אוֹ לְהֵיטִיב *Adfaciendum* malum aut ad faciendum bonum, Lev. 5, 4. Fut. אָרַע *Malefaciam*, 1. Sam. 26, 21. Particip. מֵרַע *Malefaciens, Maleagens.*

1) Generatim importat *malum.* 2) Speciatim α) indigitat *malum injucundum & noxium.* Ita in Kal idem eſt ac *diſplicere*, Num. 11, 10. in Hiphil autem, *affligere, damnum inferre, agrè alicui facere, adverſitatibus cruciare, bonitatem vel integritatem alicujus lædere.* Ita tribuitur 1) *Deo*, א) *affligenti & contriſtanti pios*, Num. 11, 11. Ruth. 1, 21. 1. Reg. 17, 20. ב) *graviter affligenti impios*, graviſſimas iis immittendo plagas & pœnas, Joſ. 24, 20. Pſ. 44, 3. Jer. 25, 6. 29. c. 31, 28. Zach. 8, 14. 2) *Homini, malitioſè* א) *affligenti alios*, Gen. 31, 7. Exod. 5, 23. Num. 16, 15. c. 20, 15. Devt. 26, 6. 1. Sam. 25, 34. c. 26, 21. Prov. 24, 8. ב) *Rem ſua integritate & ornatu privanti*, Pſ. 74, 3. β) Innuit *malum morale* ſeu *culpa*, & idem eſt ac *malè ac vitioſè agere, mala ac ſcelera patrare, committere* &c. 1. Chron. 21, 17. 2. Reg. 21, 11. Jeſ. 1, 16. Jer. 7, 26. Pſ. 37, 9. Jer. 4, 22. c. 7, 26. c. 16, 12. Mich. 3, 4. &c.

רֵעַ m. *Vociferatio*, vide in ריע; & רֵעַ *Amicus, Socius, Proximus*, vide in רָעָה.

רַע, רָע m. *Malus; Malitia, Malum.* רַע בְּעֵינֵי יְהוָה Erat *malus* in oculis Domini, 1. Chron. 2, 3. מִטּוֹב עַד־רָע A bono usque ad *malum*, Gen. 31, 24. אֵינָם יוֹדְעִים לַעֲשׂוֹת רָע Non ſunt ſcientes, quod *faciant* malum, Eccl. 4, 17. לְמֵרַע וְעַד־טוֹב Inde à *malo* usque ad bonum, 2. Sam. 13, 22. Plur. רָעִים *Mali*, Gen. 13, 13. In Statu Conſtr. רָעֵי גוֹיִם *Peſſimi* gentium, Ezech. 7, 24. Fœm. רָעָה *Mala*, Gen.

Gen. 2, 2. חַיָּה רָעָה אֲכָלָתְהוּ Beſtia *mala* voravit Deum, Gen. 37, 20. In Statu Conſtr. רָעַת הָאָדָם *Malitia* hominis, Gen. 6, 5. Cum Suff. רָעָתִי *Malum* meum, Pſal. 35, 26. רָעָתֵךְ *Malitia* tua, Jer. 2, 19. & cum י Paragogicô רָעָתֵכִי *Malum* tuum, Jer. 11, 15. רָעַתְכֶם *Malum* veſtrum, 1. Sam. 12, 17. Plural. רָעוֹת *Mala*, Gen. 28, 8.

1) Generatim notat *malum*, ſive *phyſicè*, ſive *moraliter*, tàm *ſubſtantivè*, quàm *adjectivè*. Oppoſitum eſt טוֹב *bonum*. 2) Speciatim α) ſignificat *malum phyſicè*, prout deſignat א) *defectum, maculam, malam conſtitutionem, vilitatem, dolorem* &c. Ita dicitur de *pecude* immolenda, Lev. 27, 10. 12. 14. Devt. 17, 1. de re venali, Prov. 20, 14. quam emtor malam, vilem dictitat; de ulcere dolorifico, Devt. 28, 35. Job. 2, 7. de *facie* triſtitiæ indice, Gen. 40, 7. Neh. 2, 2. ב) *Infortunium, adverſitatem, calamitatem, ærumnam, miſeriam*, ſeu *malum adverſum, moleſtum, calamitoſum* & *noxium*, ſive obtingat homini *à Deo*, ſive *ab hominibus aliis*, Gen. 31, 29. c. 30, 26. c. 50, 20. Pſ. 23, 4. Pſ. 94, 13. Pſ. 109, 20. Pſ. 121, 7. Prov. 19, 23. c. 31, 12. Eccl. 1, 13. ſpeciatim *pio*, Gen. 48, 16. Pſal. 34, 20. Pſal. 37. 19. *impio* ob antegreſſa delicta; in Maſculino רַע Pſal. 140, 12. 1. Reg. 22, 8. 18. in Fœm. רָעָה 2. Sam. 12, 11. 1. Reg. 14, 10. c. 21, 21. 2. Chron. 34, 24. Jer. 2, 27. c. 11, 12. 23. c. 18, 8. c. 19, 15. c. 26, 3. 13. 19. conf. Jer. 28, 8. c. 42, 17. Thren. 1, 21. Dan. 9, 12. 13. 14. Ubi notat malum pœnæ. β) *Moraliter* involvit *malitiam moralem*, ſeu *abſentiam conformitatis cum lege*, quæ creaturæ rationalis vitam & actiones attinet. Hanc aliàs dicunt *malum culpæ*. Ita adhibetur 1) *concretivè* ſeu *adjectivè* de *homine peccatis & ſceleribus protervè indulgente*, 1. Sam. 25, 3. c. 30, 22. 1. Chron. 2, 3. Pſ. 3, 5. Prov. 2, 14. c. 11, 21. de *hominis via*, h. e. *vitâ & actionibus* à regula rectitudinis exorbitantibus, Prov. 2, 12. c. 28, 10. Jer. 18, 11. c. 23, 22. c. 25, 5. c. 26, 3. c. 35, 15. c. 36, 7. de *oculo hominis invidi, avari, illiberalis, & torvum videntis*, ſi quid decedat, Prov. 23, 6. c. 28, 22. de *corde hominis corrupto*, & ad quævis, etſi graviſſima peccata, propensô, Jer. 3, 17. c. 7, 24. c. 11, 8. c. 16, 12. c. 18, 12. de *figmento cordis malo* inde à pueritia, Gen. 6, 5. c. 8, 21. quô indigitatur *peccatum* omnibus hominibus meris connatum. 2) *Abſtractivè* & *ſubſtantivè*, notans *malitiam moralem*, in Maſc. רַע Lev. 27, 12. 2. Chron. 33, 9. Neh. 9, 28. Job. 1, 1. Pſ. 34, 17. Pſ. 36, 5. Pſ. 51, 6. Pſ. 52, 5. Prov. 3, 7. c. 21, 10. c. 28, 4. Jeſ. 65, 12. c. 66, 4. Jer. 32, 8. c. 52, 2. in Fœm. רָעָה Gen. 6, 5. Jer. 1, 16. Pſ. 94, 23. c. 2, 19. c. 3, 25. c. 8, 6. c. 23, 14. c. 44, 3. 5. 9. Hoſ. 7, 3. γ) Innuit *diſplicentiam*, quæ enaſcitur ex hominis male agentis pravis actionibus, malis moribus &c. Gen. 28, 7. c. 38, 7. Num. 11, 1. c. 22, 34. Prov. 24, 18.

רֹעַ m. *Malitia*, *Malignitas*. רֹעַ לְבָבֶךָ *Malitia* cordis tui, 1. Sam. 17, 28. הָסִירוּ רֹעַ מַעַלְלֵיכֶם Removete *malitiam* cordis veſtri, Jeſ. 1, 16.

1) Generatim *quamcunque malitiam* ſignificat. 2) Speciatim α) deſignat

Digitized by Google

ſignat *malitiam phyſicam*, qualis eſt immaturitas & acerbitas ficuum, Jer. 24, 2. 3. 8. deformitas vaccarum famelicarum, Gen. 41, 19. mala faciei conſtitutio, triſtitiæ index, Eccl. 7, 3. β) *Malitiam moralem*, quæ dicit abſentiam conformitatis cum lege, Devt. 28, 20. 1. Sam. 17, 28. Neh. 2, 2. Pſ. 28, 4. Jeſ. 1, 16. Jer. 4, 4. c. 21, 12. c. 23, 2. 22. c. 26, 3. c. 35, 5. c. 44, 22. Hoſ. 9, 15.

מֵרַע m. *Malignus, Maleficus.* Eſt Participium in nomen degenerans, Prov. 17, 4. Plur. מְרֵעִים *Maligni, Malefici*, Job. 8, 20.

1) Generatim notat *maleficum*, cujus ſtudium præcipuum eſt *male vitioſéque vivere*, ſive lædat *Deum*, ſive *proximum*, Job. 8, 20. Pſal. 26, 5. Pſal. 37, 9. Jeſ. 1, 4. c. 31, 2. Jer. 23, 14. 2) Speciatim denotat *malignum*, qui iniquò odiô flagrans aliis ſtudet damnum inferre, iisque tàm ore, quàm opere ægrè facere, Pſ. 22, 17. Pſ. 27, 2. Pſ. 92, 12. Jer. 20, 13.

תְּרוּעָה f. *Clangor*, vide in ריע.

רוף *Contundi, Concuti, Quasſari, Confringi.* Piel רוֹפֵף *Contudit, Concuſſit, Quasſavit, Confregit.* Saltem in Pual legitur Fut. יְרֹפָפוּ *Concutiuntur, Contremiſcunt*, Job. 26, 11.

רִיפוֹת f. pl. *Contuſa.* בְּתוֹךְ הָרִיפוֹת *In medio contuſorum*, Prov. 27, 22. Vid. 2. Sam. 17, 19. Sæpius non occurrit.

תְּרוּפָה f. *Medicamentum*, ſic dictum, quod *confringit* & *contundit* morbi vim. Alii reddunt: *Sanatio* & *Curatio*, & petunt ſignificationem ex רָפָא. Sed præter neceſſitatem. Semel legitur Ez. 47, 12.

רוץ *Currere, Accurrere, Concurrere, Decurrere, Diſcurrere, Excurrere, Præcurrere.* רַצְתָּה *Cucurriſti*, Jer. 12, 5. cum ה Paragog. רָצוּ *Cucurrerunt*, Jer. 23, 21. Part. רָץ *Currens*, Gen. 18, 7. Infin. רוּץ *Currere*, 1. Sam. 20, 6. רָצוֹא *Currere*, vide in רצא. Fut. דֶּרֶךְ מִצְוֹתֶיךָ אָרוּץ Viam Præceptorum tuorum *curram*, Pſ. 119, 32. Cum ה Paragogico אָרוּצָה & per alternationem (ו) cum (ָ) אָרֻצָה *Curram*, 2. Sam. 18, 19. 22. וַיָּרָץ Et *cucurrit*, Gen. 18, 2. יָרוּצוּ *Current*, Prov. 1, 16. & cum ן Paragogico יְרוּצוּן *Current*, Joel. 2, 4. 7. & per alternationem (ו) cum (ָ) יְרֻצוּן Pſ. 59, 5. Piel. Fut. יְרַצֵּצוּ *Diſcurrunt*, vide in רצץ, Nah. 2, 4. Hiphil הֵרִיץ *Currere fecit; Excurrere fecit, fugavit; Celeriter eduxit; Feſtinato transmiſit; Acceleravit.* Futur. אֲרִיצֶנּוּ *Currere* faciam, fugabo eum, Jer. 49, 19. אֲרִיצֵם *Fugabo* eos, Jer. 50, 44. וַיְרִיצֻהוּ Et *feſtinato eduxerunt* eum, Gen. 41, 14.

1) Generatim *currendi* notionem obtinet, ſive *propriè*, ſive *impropriè*. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *motum è loco in locum*, & in Kal reddi poteſt nunc ut ſimplex, *currere*, nunc ut compoſitum, *accurrere, occurrere*, connotatâ promtitudine & velocitate, Gen. 18, 2. c. 24, 17. 29. c. 33, 4. Num. 11, 27. c. 17, 12. Jud. 7, 21. 1. Sam. 3, 5. c. 4, 12. &c. ſine defatigatione, Jeſ. 40, 31. In *Hiphil* autem verti poteſt, *currere facere, fugare*, Jer. 49, 19. c. 50, 44. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *propenſionem, aſſiduita-*

Digitized by Google

duitatem, ſtudium & induſtriam, Pſ. 119, 32. Cant. 1, 4. Prov. 1, 15. Jeſ. 59, 7. 2) *Celerem expeditionem negotiorum ſuſceptorum*, Prov. 4, 12. Ita *verbo Dei* tribuitur, Pſ. 147, 15. cum effectui dat imperata, ut voluntas divina peragatur. Sed quando 2. Theſſ. 3, 1. *verbum Dei currere* dicitur, *libera ejus propagatio* indigitatur. 3) *Fiduciam animæ Deo ſe committentis*, inque eô ſpem ſuam defigentis, Prov. 18, 10. 4) *Accelerationem manuum*, Pſ. 68, 32.

רָץ m. *Currens, Curſor.* רָץ לְבַדּוֹ *Currens* in ſolitudine ſua, i. e. ſolus, 2. Sam. 18, 22. 24. וְיָמַי קַלּוּ מִנִּי רָץ Et dies mei veloces fuerunt præ *currente*, i. e. velocius præterierunt, quàm curſor, qui non ſiſtit gradum, ſed velociter tranſit, Job. 9, 25. Plur. רָצִים *Curſores*, 1. Reg. 14, 27. 28. 2. Chron. 12, 10. Sed 2. Reg. 11, 13. eſt רָצִין *More Chaldaeorum.*

מֵרֹץ m. *Curſus.* Semel legitur Eccl. 9, 11.

מְרוּצָה f. *Curſus.* Quater legitur. Bis in Statu Conſtr. מְרוּצַת הָרִאשׁוֹן *Curſus* prioris, 2. Sam. 18, 27. מְרוּצָתָם רָעָה *Curſus* eorum malus, i. e. properant ad malum faciendum, Jer. 23, 10. שָׁב בִּמְרֻצוֹתָם Revertitur ad *curſum* ſuum, i. e. magno cum ardore indefeſſoque ſtudiô ſectatur ſceleratam vitam ſuam, Jer. 8, 6. Juxta punctationem eſt ſingularis, ſed juxta literas eſt pluralis בִּמְרֻצוֹתָם.

מְרוּצָה f. *Contritio*, Jer. 22, 17. Significationem habet ex רָצַץ, ſed formam ex רוּץ.

רוּשׁ *Pauperari, Depauperari, Pauperem eſſe vel fieri, Egere, Indigere.* כְּפִירִים רָשׁוּ Leones juvenes *egebunt*, Pſ. 34, 11. Piel רֹשֵׁשׁ *Depauperavit.* יְרֹשֵׁשׁ עָרֵי מִבְצָרֶיךָ *Depauperabit* urbes munitionum tuarum, i. e. urbes tuas munitas, Jer. 5, 17. Pual רֻשַּׁשׁ *Depauperatus eſt.* רֻשַּׁשְׁנוּ *Depauperati ſumus*, Mal. 1, 4. Hithpael הִתְרוֹשֵׁשׁ *Pauperem ſe geſſit.* Particip. מִתְרֹשֵׁשׁ *Pauperem ſe gerens, fingens*, Prov. 13, 7. Sæpius non legitur.

רָשׁ m. *Pauper, Egenus*, 1. Sam. 18, 23. Cum א epenthetico eſt רָאשׁ 2. Sam. 12, 1. 4. Prov. 10, 4. Plur. רָשִׁים *Pauperes*, Prov. 22, 7. Cum א epenthetico רָאשִׁים Prov. 13, 23.

1) Generatim notat *quemcunque pauperem*, ſive talis factus ſit *propriâ culpâ*, ſive *temporum injuriâ, hominumque vi & fraude*, ſive ob *natalium tenuitatem.* Oppoſitum eſt עָשִׁיר *Dives.* 2) Speciatim α) notat *pauperem*, qui deſtituitur rebus ad vitæ familiæque ſuſtentationem neceſſariis, taliſque factus eſt *propriâ culpâ*, e. g. deſidiâ & otio, Prov. 10, 3. β) *Egenum*, qui pecuniâ opibuſque deſtituitur, vel ob temporum injuriam, vel ob natalium tenuitatem, Prov. 13, 8. c. 14, 20. c. 17, 5. c. 18, 23. pie tamen vivit, Prov. 19, 1. c. 28, 6. γ) *Egenum*, qui hominum vi, fraude & technis talis factus eſt, Pſ. 82, 3. conf. Eccl. 5, 7.

Digitized by Google

רֵישׁ m. *Paupertas*, divitiis oppoſita, Prov. 30, 8. conjuncta ignominiæ, Prov. 13, 8. mœroris ac perditionis cauſa vel ſaltem occaſio, Prov. 10, 15. c. 31, 7. Ob literas י & א permutabiles ſcribitur etiam רֵאשׁ Prov. 6, 11. c. 30, 8. & Prov. 28, 19. eſt רֵישׁ. Cum Suff. רֵישָׁם *Paupertas* eorum, Prov. 10, 15. Saltem in Proverbiis legitur.

רוֹשׁ m. *Fel, Amaritudo*, refertur ad ראשׁ, p. 1108.

רָזָה *Emaciavit, Macilentum reddidit. Propriè* indigitat *carnis & pinguedinis conſumtionem & defectum. Metaphoricè* autem *conſumtionem & perditionem.* רָזָה אֵת כָּל־אֱלֹהֵי הָאָרֶץ *Emaciavit* omnes Deos terræ, i. e. paulatim ac ſenſim perdidit omnia idola gentium; macie enim pereunt animantia. Ponitur autem Præteritum pro Futuro, ad indicandam *certitudinem*, Zeph. 2, 11. Niphal נִרְזָה *Emaciatus eſt.* Fut. וּמִשְׁמַן בְּשָׂרוֹ יֵרָזֶה Et pinguedo carnis ejus *emaciabitur*, i. e. opes & divitiæ ejus diripientur, ipſeque è ſtatu florente ac ſucculento in miſerum & abjectum deturbabitur; Jeſ. 17, 4. Sæpius non legitur.

רָזֶה m. *Macilentus.* Saltem legitur Fœm. רָזָה *Macilenta*, Num. 13, 21. שֶׂה רָזָה Pecus *macilenta*, Ezech. 34, 20.

רָזִי m. *Macies.* Bis legitur, Jeſ. 24, 16. ubi deſignat *maciem ex luctu & triſtitia contractam.*

רָזוֹן m. *Macies. Propriè* deſignat *ſucceſſivam carnis & pinguedinis debita abſumtionem aut defectum; Sed Metaphoricè* indigitat *ingentem triſtitiam* vel *ærumnam*, quæ maciem afferre poteſt, & grave damnum conflat homini, Pſ. 106, 15. Ita Prov. 14, 28. מְחִתַּת רָזוֹן Contritio *maciei*, eſt contritio valde noxia, tabefaciens & conſumens. Et Jeſ. 10, 16. innuit interitum Principum. Sed Mich. 6, 10. אֵיפַת רָזוֹן Epha *macilentiæ* eſt Epha juſto minor, minuta, deficiens, & inde macilentos reddens. Sæpius non occurrit.

רְזוֹן m. *Reſon;* nomen proprium viri, qui Salomoni infenſus fuit, 1. Reg. 11, 23. Sonat *macilentum*, qui Regi *maciem*, h. e. *damnum* inferre moliebatur.

תִּרְזָה *Cupreſſus*, arbor feralis, quæ *perditionis & mortis* ſignum eſt, רָזָה enim *perditionem & mortem* infert, Jeſ. 44, 14.

רָזַח *Luxit.* Inde legitur

מַרְזֵחַ m. *Luctus*, juxta Kimchium & Abarbanelem. Hos ſequuntur Lutherus, Seb. Schmidius, Genevenſes, & Mercerus. Belgis & Diodato notat *convivium funebre;* ſed difficulter probabitur. Aliis, teſte Buxtorffio, notat *curatorem, deſignatorem funeris*, qui informat de omnibus, quæ ad luctum & parentalia pertinent. Semel extat Jer. 16, 5.

מִרְזַח m. *Luxus funebris*, juxta quosdam; Hieronymo *convivium* ſignificat. Juxta veteres Ebræos, teſte Druſio, notat *luctum.* Semel legitur Am. 6, 7.

רָזַם

רָזַם *Spectavit, Annuit, Innuit, Prodidit, Signavit nutu & indicio*; Commune eſt *variis animi affectibus* ſignandis & indicandis, e. g. affectui *amoris, iræ* &c. וּמַה־יִּרְזְמוּן עֵינֶיךָ Et quare *produnt* affectum (iræ) oculi tui? Job. 15, 12. Præterea non occurrit.

רָזַן *Gravis fuit, Rem libravit*, apud Arabes; & inde apud Ebræos *Dominatus eſt.*

רָזוֹן m. *Rex, Princeps, Dominator.* Ita quidam capiunt, Prov. 14, 28. Sed videtur commodius ſonare *maciem*, ita, ut ſit à רָזָה *Emaciavit*; quia Rex aut Princeps ſubditis deſtitutus macie confici videtur.

רוֹזְנִים m. pl. *Dominatores, Magnates*, qui moribus & auctoritate *graves* ſunt, resque bene librant; qui Regibus quaſi à latere conſtituuntur, Jud. 5, 3. Pſ. 2, 2. Prov. 31, 4. Hab. 1, 20. & judicibus vicini ponuntur, Prov. 8, 15. Jeſ. 40, 23. Chaldæus reddit: שִׁלְטוֹנַיָּא.

רָחַב *Dilatatus eſt, Latus eſt* vel *factus eſt.* רָחַב פִּי עַל־אוֹיְבַי *Dilatatum* eſt os meum contra inimicos meos, 1. Sam. 2, 1. וְרָחֲבָה Et *dilatabatur*, Ezech. 41, 7. Niphal Part. כַּר נִרְחָב Paſcuum *latum*, Jeſ. 30, 23. Hiphil הִרְחִיב *Latum fecit, Dilatavit.* הִרְחִיב יְהוָה לָנוּ *Latitudinem dedit* Dominus nobis, Gen. 26, 22. צָרוֹת לְבָבִי הִרְחִיבוּ Anguſtiæ cordis mei *dilatarunt* ſe, Pſal. 25, 17. Infin. לְמַעַן הַרְחִיב אֶת־גְּבוּלָם Propter *dilatare*, i. e. ut dilataret terminum ſuum, Amos 1, 13.

1) Generatim *dilatationem* denotat, qualicunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *dilatationem ſpatii alicujus.* Ita dicitur de dilatatione ſubſtructionum templi, Ezech. 41, 7. termini, Exod. 34, 22. Devt. 12, 20. c. 19, 8. β) *Metaphoricè* notat 1) *opem & liberationem ex calamitatibus*, Pſ. 4, 2. 2) *Copiam & multitudinem*, Pſ. 25, 17. 3) *Præſidium & tutelam*, ſi conſtruitur cum voce צַעַר *Greſſus.* Ita 2. Sam. 22, 37. Pſal. 18, 37. Deus dicitur *dilataſſe Davidis greſſus*, quando ipſius conatus in tutum locum deduxit, atque protexit. 4) Παῤῥησίαν ſeu *confidentiam in ore*, quando conſtruitur cum פֶּה *Os.* Ita ſumitur tàm in *bonam*, quàm *malam partem.* In *bonam* ſumtum *partem* legitur 1. Sam. 2, 1. ubi Hanna ait, *ſuum ſuper inimicos os dilatatum eſſe*, h. e. ſibi à Deo conceſſam eſſe occaſionem, ipſum celebrandi, & contra æmulam ſuam gloriandi. Et Pſ. 81, 11. *Deus* jubet *dilatari os populi ſui*, volens, ut ſeriò, nec ſine παῤῥησίᾳ *grandia petant*; niſi malis, reſpici ad *avium infantumque nutritionem*, qui porrigente matre cibum, os aperiunt, porrectumque alimentum capiunt. In *malam* autem acceptum *partem* innuit impiorum audacem contra pios inſultationem, quâ pleno ore convitia & calumnias eructant, & de ærumnis eorum gaudent, Pſ. 35, 21. Jeſ. 57, 4. 5) *Deſiderium & appetitionem inſatiabilem*, ſi conſtruitur cum voce נֶפֶשׁ *Anima*, Jeſ. 5, 14. Hab. 2, 5. 6) *Magnam lætitiam*, ſi jungitur

tur

tur voci לֵב *Cor*, quod in rebus adverſis dolore atque mœrore coarctatur, in gaudiô verò dilatatur, Pſ. 119, 32. Jeſ. 60, 5.

רָחָב m. *Latus, Amplus.* כְּפֶרֶץ רָחָב Sicut ruptura *lata*, ampla, Job. 30, 14. In Statu Conſtr. רְחַב לֵבָב *Latus* corde, Pſ. 101, 5. Plur. רְחָבִים *Lati.* In Statu Conſtr. רַחֲבֵי יָדַיִם *Lati* ſpatiis, Jeſ. 33, 21. Fœm. רְחָבָה *Lata, Ampla.* אֶרֶץ טוֹבָה וּרְחָבָה Terra bona & *lata*, Exod. 3, 8. In Statu Conſtr. הָאָרֶץ רַחֲבַת יָדַיִם Terra *ampla* ſpatiis, Gen. 34, 21.

1) Generatim notat *latum.* 2) Speciatim α) *propriè* competit *omni ei, quod latum, amplum, & ſpacioſum.* Ita dicitur de terra, Gen. 34, 21. Exod. 3, 8. Jud. 18, 10. Neh. 9, 35. de mari, Pſ. 104, 25. Job. 11, 9. de muro, Neh. 12, 38. Jer. 51, 58. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *ſuperbum & elatum*, qui vaſtam animi capacitatem ſibi imaginatur, ſuis viribus, ſapientiæ, auctoritati atque opibus fidit, & ſemper alta ſpirat. Ita conſtruitur cum לֵב *cor*, Pſ. 101, 5. & נֶפֶשׁ *Anima*, Prov. 28, 25. 2) *Intellectum vires ſuperantem & ampliſſimum bonorum* cumulum exhibentem, Pſ. 119, 96.

רֹחַב m. *Latitudo, Amplitudo.* Semel legitur in Statu Conſtr. וּרְחַב לֵב Et *amplitudo cordis*, i. e. arrogantia, faſtus, Prov. 21, 4.

רָחָב f. *Rachab*, quæ cauponariam agebat, & exploratores hoſpitio excipiebat, Joſ. 2, 1. Sonat *latitudinem.* Sed ex qua cauſa Parentes hoc ipſi impoſuerint nomen, ignotum eſt.

רַחַב m. *Latitudo.* Bis legitur, Job. 36, 16. רַחַב לֹא מוּצָק *Latitudo* non arctata, i. e. latiſſima. Plur. in Statu Conſtr. רַחֲבֵי אֶרֶץ *Latitudines* terræ, Job. 38, 18.

רֹחַב m. *Latitudo.* וַיָּמָד רֹחַב Poſtea menſus eſt *latitudinem*, Ezech. 40, 19. רֹחַב הַקֶּרֶשׁ *Latitudo* aſſeris, Exod. 26, 16. Cum Suff. וְרָחְבּוֹ Et *latitudo* ejus, 2. Chron. 3, 8. Ezech. 40, 20.

1) Generatim notat *latitudinem.* 2) Speciatim α) *propriè* competit *rei*, quæ dimenſione gaudet, Exod. 26, 16. c. 36, 15. 1. Reg. 6, 3. 20. 2. Chron. 3, 4. 8. Ezech. 40, 11. 13. 19. c. 41, 1. 7. &c. β) *Metaphoricè* notat *amplitudinem virtutis & ſapientiæ*, 1. Reg. 4, 29. vel c. 5, 9. ſi tribuitur *cordi.*

רְחוֹב c. *Platea*, à *latitudine* ſic dicta, ubi ſolent eſſe tranſeuntes & redeuntes. בָּרְחוֹב נָלִין In *platea* pernoctabimus, Gen. 19, 2. Cum Suff. רְחֹבָהּ *Platea* ejus, Devt. 13, 16. Plur. רְחֹבוֹת *Plateæ*, Prov. 22, 13. בִּרְחֹבוֹתֵינוּ In *plateis* noſtris, Pſ. 144, 14. Thr. 4, 18.

רְחֹבוֹת f. pl. *Rechoboth*, nomen proprium *putei*, notans *dilatationes*, vel *ampla & lata ſpatia.* Cauſa impoſitionis erat, quod Deus Iſaaco *dilataverat*, h. e. de ampliori habitandi loco, deque pace & ſecuritate proſpexerat, Gen. 26, 22.

Digitized by Google

רְחַבְעָם m. *Rehabeam*, Salomonis Filius & Succeſſor regni, ſignificat *dilatantem* vel *auctorem populi*, h. e. *Semper-Auguſtum.* Sed omini & nomini eventus non reſpondit, dum vix duæ tribus ejus ſe ſubmiſerunt imperio.

מֶרְחָב m. *Latitudo; Locus latus, amplus, ſpacioſus.* הֶעֱמַדְתָּ בַמֶּרְחָב רַגְלָי Stare feceris in *latitudine* ſeu *in loco amplo* pedes meos, Pſ. 31, 9. Plur. in Statu Conſtr. לְמֶרְחֲבֵי אֶרֶץ Per *latitudines* terræ, Hab. 1, 6.

1) Generatim denotat *latitudinem quamcunque.* 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *latitudinem phyſicam*, qualis eſt *terræ* vel *loci*, Hab. 1, 6. Hoſ. 4, 26. β) *Metaphoricè* denotat *liberationem ex anguſtiis*, in quas quis redactus fuit. *Crebrum* enim eſt, ait Flacius, *ut per Metaphoram ab anguſtiis locorum, ubi vel ab hoſte, vel alioquin clauſi & veluti conſtricti ſumus, variæ difficultates nos undique prementes notentur: & contrà à locorum & commoditatum amplitudine & latitudine res ſecundæ.* Ita capitur, 2. Sam. 22, 20. Pſ. 18, 20. Pſ. 31, 9. Pſ. 118, 5. Sæpius non legitur.

רָחֵל f. *Ovis*, fœmina propriè, Jeſ. 53, 7. Plur. רְחֵלִים *Oves*, Gen. 32, 14. Cant. 6, 6. Cum Suff. רְחֵלֶיךָ *Oves* tuæ, Gen. 31, 38. Sæpius non occurrit.

רָחֵל *Rahel*, nomen proprium filiæ Labanis, quæ Jacobo nuptum data fuit; notat *ovem*, forte ſic dicta, quia inſtar *ovis* ſe gerere debebat.

רָחַם *Intimè dilexit.* Legitur in Kal ſaltem in Futuro אֶרְחָמְךָ *Intimè diligo* te, Pſ. 18, 2. Piel רִחַם *Miſertus eſt.* Conſtruitur cum Accuſativo vel cum Præpoſitione עַל. רִחַם יְהוָה עַל־יְרֵאָיו *Miſeretur* Dominus timentium ipſum, Pſ. 103, 13. וְרִחַמְתִּי אֶת־אֲשֶׁר אֲרַחֵם Et *miſerebor*, cujus *miſerebor*, Pſ. 33, 19. Infin. כְּרַחֵם אָב עַל־בָּנִים Secundum *miſereri*, i. e. ſicut *miſeretur* Pater filiorum, Pſ. 103, 13. Fut. לֹא אוֹסִיף עוֹד אֲרַחֵם Non addam amplius, *miſerebor*, i. e. *miſereri*. Hoſ. 1, 6. More Syrorum & Arabum ponitur Futurum pro Infinitivo. וִירַחֲמֵהוּ Et *miſerebitur* ejus, Jeſ. 55, 7. Pual רֻחַם *Miſericordiam conſecutus eſt.* לֹא־רֻחָמָה Non eſt *miſericordiam conſecuta*, Hoſ. 1, 6. Sed adhibetur ut nomen proprium. Fut. יְרֻחַם *Miſericordiâ afficietur*, Hoſ. 14, 4.

1) Generatim *tenerrimum affectum* unius erga alterum deſignat, ſive ſit *amoris*, ſive *miſericordiæ.* 2) Speciatim α) denotat *affectum tenerrimum intimi amoris*, & idem eſt ac *diligere intimè, ex imis quaſi viſceribus, animo conſtante ac fervente*; quaſi deductum ſit à רֶחֶם *Uterus*, qui tenerrimo affectu fœtum complectitur. Ita ſemel legitur Pſalm. 18, 2. β) *Affectum intimum commiſerationis*, & 1) in Piel ſignificat *miſereri commotis quaſi viſceribus, intimo commiſerationis affectu, qui viſceribus inditus eſt, aliquem proſequi*, vel *intimiori viſcerum erga dilectum patien-*

tientem aut paſſurum aliquid commotione tangi. Ita competit α) *homini*, e.g. Patri, Pſ. 103, 13. Matri, Jeſ. 49, 15. Conf. 1. Reg. 8, 50. quando autem de homine negatur, deſignat *immanitatem*, *crudelitatem & immiſericordiam*, Jeſ. 13, 18. Jer. 6, 23. c. 21, 7. c. 50, 42. β) *Deo*, qui intimâ miſericordiâ proſequitur homines, peccata condonando, pœnas mitigando, aut penitus auferendo, ex ærumnis eripiendo, beneficia nova conferendo &c. 2. Reg. 13, 23. Pſal. 103, 13. Pſal. 116, 5. Jeſ. 14, 1. c. 54, 8. c. 55, 7. c. 60, 10. Jer. 12, 15. c. 31, 20. c. 33, 25. c. 42, 12. Thren. 3, 32. Zach. 10, 6. Mich. 7, 19. 2) In Pual notat *miſericordiam conſequi*, *miſericordiâ affici*, Prov. 28, 13. Hoſ. 14, 4. Conf. Hoſ. 1, 6. 8.

רַחוּם m. *Miſericors.* Soli *Deo* tributum legitur, denotans *ineffabilem ac intimam ejus erga miſeros homines propenſionem*, Exod. 34, 6. Devt. 4, 31. 2. Chron. 30, 9. Neh. 9, 17. 31. Pſ. 78, 38. Pſ. 86, 15. Pſ. 103, 8. Pſ. 111, 4. Pſ. 145, 8. Joel. 2, 13. Jon. 4, 2. Eſt autem formæ תַּנּוּר, Dageſch forti ex Gutturali ח extruſo.

רַחַם m. *Miſericordia*, *Miſeratio.* Eſt formæ חֵלֶק *Lævitas.* Dageſch forti ex Gutturali ח extruſo. Legitur tantum in Plurali רַחֲמִים *Miſericordiæ*, *Miſerationes*; *Viſcera*, pro ipſô miſericordiæ affectu poſita. וְאֶתֵּן לָכֶם רַחֲמִים Et dabo vobis *miſericordias*, Jer. 42, 12. Cum Suff. כְּרֹב רַחֲמֶיךָ Secundum multitudinem *miſericordiarum* tuarum, Pſ. 51, 3. Pſ. 69, 17. In Statu Conſtr. רַחֲמֵי רְשָׁעִים *Miſericordia* impiorum, Prov. 12, 10.

1) Generatim notat *tenerrimum & fervidiſſimum affectum*, ſive *amoris*, ſive *commiſerationis*, quô quis erga alterum movetur. 2) Speciatim α) deſignat *affectum amoris tenerrimi*, quô quis erga alterum tangitur & commovetur, & viſcerum nomine exprimitur, Gen. 43, 30. 1. Reg. 3, 27. β) *Affectum commiſerationis*, quô quis erga alterum ducitur, ut ipſius miſeriam levet, vel penitus amoliatur. Ita tribuitur 1) *homini*, qui *motis* quaſi *viſceribus* alterius miſeretur, ejusque miſeriam, quantum poteſt, levare molitur, &c. Gen. 43, 13. 1. Reg. 8, 50. 1. Chr. 30, 9. Dan. 1, 9. 2) *Deo*, qui intimè miſeretur miſerorum, peccata ignoſcens, mala immiſſa mitigans vel plane tollens, beneficia nova largiens, &c. Neh. 9, 19. 27. 28. 31. Pſ. 25, 6. Pſ. 40, 12. Pſ. 51, 3. Pſ. 63, 17. Pſ. 119, 17. 156. Jeſ. 54, 7. c. 63, 15. Thr. 3, 22. Dan. 9, 9. 18.

רֶחֶם m. *Uterus*, *Vulva.* Per alternationem רַחַם. כָּל־פֶּטֶר רֶחֶם Omne, quod aperit *uterum*, Exod. 13, 12. וַיִּפְתַּח אֶת־רַחְמָהּ Et *aperuit* uterum ejus, ut conciperet, Gen. 29, 31. c. 30, 22. סָגַר רַחְמָהּ Clauſit *uterum* ejus, ne conciperet, 1. Sam. 1, 5. 6. מֵרֶחֶם Ab *uterô*, Num. 12, 12. מֵרֶחֶם יָצָאתִי Ex *utero* egreſſus ſum, Jer. 20, 18.

1) Generatim *uterum* ſignificat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *locum, in quo fœtus concipitur & formatur*, Pſal. 22, 11. Exod. 13, 2. 12. 15. unde *aperire uterum*, idem eſt ac *fœcundare*, *facere*, *ut concipiat fœmina*,

Gen.29, 31. c. 30, 22. *Claudere* autem *uterum*, notat *ſterilem reddere fœminam*, 1.Sam. 1, 5. 6. β) *Metaphoricè* juxta nonnullos tribuitur *Deo*, Jeſ. 46, 3 ad deſignandum *tenerrimum amoris & commiſerationis affectum*. Sed ſi attendas verſum 4. רחם *proprie* accipiendum videtur, ut ſenſus ſit: *Qui inde ab utero matris veſtræ à me portamini*, vel, *ex quô in uterô eſſe cœpiſtis, concepti eſtis, à me portamini.*

רַחֲמָה f. *Puella*, à *locô fœtus* concipiendi, ſeu ab *utero* ſic dicta. Semel legitur in Duali רַחֲמָתַיִם *Puellæ* duæ, Jud. 5, 30.

רָחָם m. *Merops*, juxta Buxtorffium avis ab amore & misericordiâ erga parentes ſic dicta, quod eos in altiſſimis ſpecubus reconditos alat, ut Plinius ſcribit Lib. 10. c. 33. Aſt Bocharto in Hierozoico, Tom. 2. c. 25. non tam eſt avis Φιλοπάτωρ, quàm Φιλότεκνος, quia verbo רָחַם *proprie* ſignificatur *affectus Parentum* erga liberos, ut conſtat ex 1. Reg. 3, 26. Pſ. 103, 13. Jeſ. 49, 15. Et c. 26. Hieroz. ex Arabum deſcriptione evincit eſſe quandam *vulturis* ſpeciem. Legitur Lev. 11, 18. cum ה Paragogico eſt רָחָמָה Devt. 14, 17.

רַחֲמָנִיּוֹת f. pl. *Miſericordes*. Semel occurrit Thr. 4, 10.

רָחַף *Semovit, Commovit, Motus, Commotus eſt*; Inde ad *aves* translatum, eſt *motitare alas*, ut volitantes faciunt. Teſte Buxtorffio Hebræis eſt *verbum proprium avium alas motitantium*, dum vel pullos ad volatum provocant, ut ciconiæ & aquilæ, vel ſe in aere ſuſpendunt, prædæ inhiantes, & inde *incubare*. Ter tantum legitur. רָחֲפוּ כָּל־עַצְמוֹתַי *Commovent te* omnia oſſa mea, Jer. 23, 9. Piel רִחֵף *Movit*, *Motitavit ſe, Incubuit*. Fut. עַל־גּוֹזָלָיו יְרַחֵף Super pullis ſuis *motitat ſe*, Devt. 32, 11. Teſtibus Arabibus hic motus aquilæ tàm naturalis eſt, ut pulli etiam, dum à matre cibantur, ſemper alas agitent. Vid. Boch. Hieroz. Tom. 2. p. 176. Part. Fœm. וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת עַל־פְּנֵי הַמָּיִם Tum verò Spiritus Dei *movebat ſe* ſuper ſuperficie aquarum, Gen. 1, 2.

רָחַץ *Lavit, Lavit ſe*. וְרָחַץ בְּשָׂרוֹ בַּמַּיִם Et *lavabit* carnem ſuam aquis, Lev. 14, 9. Infin. לִרְחֹץ Ad *lavandum*, Gen. 24, 32. וְרָחֲצוּ יְדֵיהֶם וְרַגְלֵיהֶם Et *lavabunt* manus ſuas & pedes ſuos, Exod. 30, 21. Fut. אֶרְחַץ *Lavabo* me, 2.Reg. 5, 12. Pual רֻחַץ *Lotum, Ablutum eſt*. מִצֹּאָתוֹ לֹא רֻחָץ A ſorde ſua non eſt *lota, abluta*, Prov. 30, 12. Hithpael הִתְרַחֵץ *Lavit* ſe. אִם הִתְרָחַצְתִּי Si *lavero* me, Job. 9, 30.

1) Generatim *mundationem* infert. 2) Speciatim α) notat *lavare* vel *lavare ſe*; competitque tum *corpori ejusque membris*, ſive *hominis* carni, Lev. 22, 6. c. 14, 9. c. 15, 5. 6. faciei, Gen. 43, 31. manibus, Devt. 21, 6. pedibus, Gen. 18, 4. c. 24, 32. c. 43, 24. Jud. 19, 21. ſive *bruti*, Lev. 1, 9. 13. Exod. 29, 17. tùm *aliis rebus*, e. g. currui, 1. Reg. 22, 38. β) *Metaphorice* א) ad *peccatorum ſordes* translatum deſignat 1) *peccatorum remiſſionem & ſublationem*, Jeſ. 4, 4. Ezech. 16, 4. 9. 2) *Abſtinentiam à* *pecca-*

peccatis & ſtudium ſanctimoniæ & puritatis vitæ, Job. 9, 30. Pſalm. 26, 6. Pſalm. 73, 13. Prov. 30, 12. Jeſ. 1, 16. ב) *Ingentem abundantiam & copiam rerum*, Job. 29, 16.

רַחַץ m. *Lotio.* Bis occurrit cum Suffixo, מוֹאָב סִיר רַחְצִי Moab eſt pelvis *lotionis* meæ, i. e. Moabitæ ad ſervitia & contemta negotia à me adhibentur, Pſ. 60, 10. Pſ. 108, 10.

רַחְצָה f. *Lavacrum*; Bis occurrit Cant. 4, 2. c. 6, 6.

רָחַק *Procul* vel *longe fuit*, *Abfuit*, *Longinquus eſt*, *Elongatus*, *Remotus*, *Disjunctus*, *Diſſitus fuit*, *Diſtitit*, *longè* vel in *longinquum abiit*, *Abſceſſit*, *Receſſit*, *Profectus fuit.* Sæpius cum Præpoſitione מִן conſtructum reperitur. רָחַק מִשְׁפָּט מִמֶּנּוּ *Procul eſt* judicium à nobis, Jeſ. 59, 9. עֲצַת רְשָׁעִים רָחֲקָה מֶנִּי Conſilium impiorum *procul abeſt* à me, Job. 21, 16. וְעֵת לִרְחֹק Et tempus *diſcedendi*, Eccl. 3, 5. Fut. אַל־תִּרְחַק מִמֶּנִּי Ne *longe abſis* à me, Pſ. 22, 12. Piel רִחַק *Procul*, *longè eſſe vel abeſſe fecit*, *Amovit.* וְלִבּוֹ רִחַק מִמֶּנִּי Sed cor ſuum *procul amovit* à me, Jeſ. 29, 13. Fut. יְרַחֲקוּ אֶת־זְנוּתָם *Longe amovebunt* ſcortationem ſuam, Ezech. 43, 9. Hiphil הִרְחִיק *Procul* vel *longe eſſe fecit*, *Procul amovit*, *Abegit*, *Elongavit*; *Procul abſceſſit.* הִרְחִיק מִמֶּנּוּ אֶת־פְּשָׁעֵינוּ *Abeſſe fecit* à nobis prævaricationes noſtras, Pſ. 103, 12. Infin. cum Fut. הַרְחֵק לֹא־תַרְחִיקוּ *Longius abſcedendo* ne *abſcedatis*, Exod. 8, 25.

1) Generatim denotat *elongationem*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* denotat 1) *diſceſſum* vel *receſſionem*, tum *intranſitivè*, ut idem ſit ac *diſcedere*, *recedere*, Gen. 44. 4. Exod. 8, 28. Joſ. 8. 4. Jud. 18, 22. Job. 30, 10. tùm *tranſitivè*, ut notet *procul abigere*, *removere*, Pſal. 88, 9. Jer. 27, 10. Ezech. 11, 16. Joel. 4, 6. 2) *Abſentiam*, Thren. 1, 16. β) *Metaphoricè* denotat 1) *fugam*, *averſationem & abominationem rei*, e. g. propoſiti male vivendi, Job. 22, 18. pravitatis labiorum, Prov. 4, 24. mendacii, Prov. 30, 8. Inde eſt, quod interdum indigitet *pœnitentiam & abſtinentiam à peccato* per novam obedientiam & exercitium bonorum operum, Job. 11, 14. 2) *Simulationem & hypocriſin*, ſi cordi tribuitur, quod interius improbat, quod exterius fit, Jeſ. 29, 13. 3) *Deo* tributum deſignat a) *ſubtractionem auxilii & præſentiæ gratioſæ*, Pſ. 22, 12. Pſ. 35, 22. Pſ. 38, 22. Pſ. 71, 12. b) *Ad manum Dei* relatum, notat *remotionem plagæ*, quæ præſens eſt, Job. 13, 21. c) In *ordine ad peccata* innuit *condonationem & remotionem peccatorum*, tùm *quoad culpam*, tùm *quoad reatum*, Pſ. 103, 2.

רָחֹק m. *Longinquus*, *Longinquum*; *Longe*, *Procul.* רָחוֹק יְהוָה מֵרְשָׁעִים *Longe abeſt* Dominus ab impiis, Prov. 15, 29. לָמָּה יְהוָה תַּעֲמֹד בְּרָחוֹק Quare Domine ſtas in *longinquo*, Pſ. 10, 1. מֵרָחוֹק E *longinquo*, Gen. 22, 4. Plur. רְחֹקִים *Longinqui*, Joſ. 9, 22. הָאִיִּים הָרְחֹקִים Inſulæ *longinquæ*, Jeſ. 66, 19. יָם רְחֹקִים Mare *remotorum*, i. e. *longe diſtans*, Pſalm. 65, 6. Fœm. מֵאֶרֶץ רְחֹקָה Ex terra *lon-*

Digitized by Google

longinquâ, Joſ. 9, 6. Plur. הֶעָרִים הָרְחֹקֹת Civitates *longinquæ*, Devt. 20, 15.

1) Generatim *quamcunque diſtantiam* indigitat. 2) Speciatim α) ſignificat *diſſitum ratione loci*, ſive ſit *aliqualis ſaltem diſtantia*, Gen. 37, 18. Exod. 2, 4. c. 20, 18. 21. Job. 25, 12. ſive *valde magna*; ita dicitur de *terrâ* longe diſſita, 1. Reg. 8, 41, 46. 2. Reg. 20, 14. 2. Chron 6, 32. de *inſulis* valde remotis, Jeſ. 66, 19. Opponitur *propinquis*, qui in vicinia habitant, Eſth 9, 20. Jer. 25, 26. Dan. 9, 7. β) *Diſſitum* vel *longinquum ratione temporis*, 2. Sam. 7, 19. Pſ. 139, 2. Jeſ. 25, 1. Jer. 30, 10. c. 46, 27. γ) *Longinquum ratione auxilii & præſentiæ gratioſæ*. Ita tribuitur *Deo* ſecundum ſubſtantiam ſuam aliàs ubique locorum præſentiſſimo, Pſ. 10, 1. Prov. 15, 29.

רְחֵקִים m. pl. *Longinqui, Recedentes*; Semel occurrit cum Suff. רְחֵקֶיךָ *Recedentes* à te, Pſ. 73, 27.

מֶרְחָק m. *Longinquitas, Remotio*; *Longinquum*. וְנָס מִמֶּרְחָק Et *fugiet* è longinquô, Jeſ. 17, 13. מֵאֶרֶץ מֶרְחָק Ex terra *longinquitatis*, i. e. *longinqua*, Prov. 25, 25. Jeſ. 13, 5. c. 46, 11. בָּאִיִּים מִמֶּרְחָק In inſulis *è longinquô*, i. e. *longinquis*, Jer. 31, 10. Plur. מֶרְחַקִּים *Longinqua*, Jeſ. 33, 16. Jer. 8, 19. כָּל מֶרְחַקֵּי אֶרֶץ Omnia *longinqua* terræ, Jeſ. 8, 9.

רָחַשׁ *Movit*; *Ebullivit*; quia *ebullitio* fit motu aquæ per ignis flammam. Semel legitur Pſ. 45, 2. רָחַשׁ לִבִּי דָּבָר טוֹב *Ebullit* cor meum verbum bonum, i. e. *excogitat, protrudit* &c.

מַרְחֶשֶׁת f. *Ahenum, Cacabus*; Vas, in quô aqua ignis vi *movetur*, ut *ebulliat*. Bis legitur Lev. 2, 7. c. 7, 9.

רַחַת f. *Vannus*, vide in רוח.

רָטַב *Maduit*, *Humidum eſt*; Semel legitur in Fut. מִזֶּרֶם הָרִים יִרְטָבוּ Ab inundatione montium *madent*, Job. 24, 8.

רָטֹב m. *Humidus, Succoſus*. Semel legitur Job. 8, 16.

רָטָה Unde poſſit eſſe יִרְטֵנִי vide ſupra in ירט.

רָטַט *Fremuit, Horruit*, apud Chaldæos. Inde eſt

רֶטֶט m. *Terror, Horror*. Semel legitur Jer. 49, 24. וְרֶטֶט הֶחֱזִיקָה Et *tremorem* comprehendit.

רֻטֲפַשׁ *Sanus factus eſt*; *Humidus, Recens eſt*, juxta R. Levi. R. Salomoni eſt compoſitum ex רָטֹב *Succiſus, Humidus eſt*, & פָּשׁ *Creſcens, augeſcens*, ut deſignet *revireſcens augmentum*. Semel occurrit, Job. 33, 25. רֻטֲפַשׁ בְּשָׂרוֹ מִנֹּעַר *Sanior reddetur* caro ejus, quam in pueritia, ut Seb. Schmidius interpretatur; nixus 2. Reg. 5, 14. ubi *leproſi caro reſtituta* dicitur, ſicut caro pueri parvi. Aſt Coccejus reddit: *Revireſcens augeſcit caro ejus præ pueritia*.

רָטַשׁ *Colliſit*, *Alliſit*, *Projecit ad terram vel parietem ſcindendi, findendi aut rumpendi cauſâ*. Fut. עֹלְלֵיהֶם תְּרַטֵּשׁ Pueros eorum *allides*, 2. Reg. 8, 12. וּקְשָׁתוֹת נְעָרִים תְּרַטֵּשְׁנָה Quorum arcus juvenes

Digitized by Google

venes *allident*, Jeſ. 13, 18. Pual רֻטַּשׁ *Colliſus, Alliſus eſt.* אֵם עַל־בָּנִים רֻטָּשָׁה Mater cum filiis *alliſa eſt* ad terram, Hoſ. 10, 14. Fut. יְרֻטְּשׁוּ *Allidentur*, Jeſ. 13, 17. Nah. 3, 10. & ob accentum Dominum יְרֻטָּשׁוּ Hoſ. 14, 1. Sæpius non legitur.

ריח *Odorari*; quidam idem faciunt cum רוּחַ, quia *odor* aut *fragrantia* eſt *ſpiritus* ſeu ſpiratio, quæ motu venti vel agitatione aeris fit. Vid. Mercerus. In Kal non legitur; In Hiphil הֵרִיחַ *Odoratus eſt, Olfecit; Senſit,* Infin. לְהָרִיחַ Ad *odorandum*, Exod. 30, 38. Fut. וְלֹא אָרִיחַ בְּרֵיחַ נִיחֹחֲכֶם Nec *odorabor* odorem quietationis veſtrum, Lev. 26, 31. יְרִיחֻן *Odorantur*, Devt. 4, 28.

1) Generatim *odorandi* ſignificationem habet. 2) Speciatim α) *propriè* notat *odorem percipere*, Gen. 27, 27. Devt. 4, 28. Pſ. 115, 6. vel *facere*, Exod. 30. 38. β) *Impropriè* 1) *Metaphoricè* tributum *Deo*, deſignat *ipſius complacentiam & gratiam*, prout homo ſuavi odore reficitur & delectatur, Gen. 8, 21. conf. Lev. 26, 31. Am. 5, 21. imò *expiationem & reconciliationem*, 1. Sam. 26, 19. *Meſſiæ* aſſignatum, indigitat *ſacrificium ipſius propitiatorium* in obedientia usque ad mortem crucis Patri præſtitâ ſitum, Jeſ. 11, 3. 2) *Synecdochicè* idem eſt ac *ſentire*. Ita dicitur de *filo ſtupeo* igni admoto, Jud. 16, 9. & *equo* prœlium ſentiente, ronchos ducente & ſternutante, Job. 39, 28. Sæpius non legitur.

רֵיחַ m. *Odor, Odoratus.* וַיָּרַח אֶת־רֵיחַ הַנִּיחֹחַ Et *odoratus eſt* odorem quietis, i. e. ſuavem, Gen. 8, 21. Cum Suff. נִרְדִּי נָתַן רֵיחוֹ Nardus mea dat *odorem* ſuum, Cant. 1, 12 הִבְאַשְׁתֶּם אֶת־רֵיחֵנוּ Putere feciſtis *odorem* noſtrum, Exod. 5, 21.

1) Generatim *odorem* notat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *odorem*, quem res odorifera dat, Gen. 27, 27, β) *Impropriè* 1) *Metaphoricè* א) denotat *Dei εὐδοκίαν, gratiam, reconciliationem, iræ ſedationem* &c. Ita dicitur *odor quietis in ſacrificiis*, Gen. 8, 21. Exod. 29, 18. Lev. 1, 9. 13. 17. c. 6, 8. c. 23, 13. Num. 15, 3. 7. 10. 13. 14. &c. ב) *Famam*, quæ ſpargitur, prout res odoriferæ & fœtidæ ſuum ſpargunt odorem, Exod. 5, 21. 2) *Synecdochicè* notat *ſenſum & perceptionem*, Job. 14, 9. ubi *odor aquæ*, eſt perceptio vel attractio aquæ, quæ à radicibus ligni fit, Job. 14, 9.

רֵחַיִם m. d. *Mola*, quæ ſic dictæ putantur ab *odore farinæ*, quem, dum molitur, farina ſpirat. Forma dualis geminos, quibus conſtabant, lapides indigitat, quorum alter terit alterum, vel unus alteri inequitat. *Superior* dicitur רֶכֶב *Currus*, quod ſit *verſatilis & circumvehatur*, Latinè *catillus*. Inferior vocatur שֶׁכֶב quia *immotus* jacet & fixus; *Meta* Latinis. וְטָחֲנוּ בָרֵחַיִם Et molebant molis, Num. 11, 8. vide Exod. 11, 5. Devt. 24, 7. Jeſ. 47, 2. Jer. 25, 10.

יְרִיחוֹ *Jericho*, urbs ab *odore & fragrantiâ* balſami feliciſſimè in re-

Digitized by Google

gione iſta provenientis ſic dicta ריע in Kal non legitur: in Hiphil eſt הֵרִיעַ *Clamavit*, *Perſonuit*, *Vociferatus eſt*, *Clanxit*. הֵרִיעוּ תְרוּעָה גְדוֹלָה *Vociferabantur* vociferatione magna, Eſr. 3, 11. וַהֲרֵעֹתֶם Et *clangetis*, Num. 10, 9. Infin. בְּהָרִיעַ In *vociferari*, i. e. cum vociferaretur, 2. Chron. 13, 15. Fut. נָרִיעַ *Clangamus*, Pſ. 95, 2. Part. מְרִיעִים *Vociferantes*, Eſr. 3, 13. Pual Fut. יְרֹעַע *Vociferatio* agitabitur, Jeſ. 16, 10. Hithpael הִתְרֹעַע *Clanxit*, *Jubilum egit*. Fut. אֶתְרֹעָע *Clangam*, Pſ. 108, 10.

1) Generatim notat *magnum ſonum edere*, ſive fiat ore, ſive tubis aliisve inſtrumentis. Unde 2) Speciatim α) notat *vociferari*, *clamare*, 1) ex *tripudio*, *gaudiique palam teſtandi causâ*, ut idem ſit ac *jubilare*, *jubilum edere* vel *agere*. Ita dicitur de *jubilis* Philiſtæorum, Simſone ſuperatô, Jud. 15, 14. Iſraelitarum ob impetratum Regem, 1. Sam. 10, 24. ob templum erectum, Esr. 3, 11. inimicorum Davidis, Pſal. 41, 12. piorum in honorem Dei, Pſ. 47, 2. Pſ. 66, 1. Pſ. 81, 2. Pſ. 98, 4. Pſ. 100, 1. Davidis ſuper Philiſtæa feliciter occupata triumphum agentis, Pſ. 108, 10. Sionis ob adventum Meſſiæ, Zach. 9, 9. 2) Ex *luctus gravitate doloreque impatientia*, Mich. 4, 9. Jeſ. 15, 4. 3) In *terrorem hoſtium*, vel *ad hoſtem terrendum & turbandum*, Joſ. 6, 10. 16. 2. Chron. 13, 12. 15. β) *Clangere*, *fractô* propriè *ſono & inæquabili*; aliàs enim etiam clangebant *ſono fixo & æquabili*, verbo תָּקַע indicato, Num. 10, 10. Pſ. 95, 2.

רֵעַ m. *Vociferatio*, Mich. 4, 9. Cum Suff. בְּרֵעֹה In *vociferatione ſua*, Exod. 32, 17. Sæpius in hac ſignificatione non occurrit.

רֵעַ m. *Amicus*, *Socius*, vide in רָעָה

תְּרוּעָה f. *Vociferatio*; *Clangor*. תְּרוּעָה גְדוֹלָה *Vociferatio* magna, Eſr. 3, 11. In Statu Conſtr. תְּרוּעַת מִלְחָמָה *Vociferatio* belli, Jer. 4, 19. c. 49, 2.

1) Generatim infert *ſonum ingentem*, ſive fiat *ore*, ſive *tubis*, *aliisque inſtrumentis*. Unde 2) ſpeciatim α) notat *vociferationem*, quæ enaſcitur 1) ex *gaudiô*; ita legitur de jubilô lætantium, 1. Sam. 4, 5. 2. Sam. 6, 5. Eſr. 3, 11, 12. 13. Job. 8, 21. c. 33, 26. conf. Pſ. 47, 6. ubi innuitur *jubilus* Chriſto adſcendenti & triumphanti inſtitutus; 2) Quæ fit *in terrorem hoſtium*, Joſ. 6, 5. 20. Am. 1, 14. β) *Clangorem*, qualis fit *tubis*, Num. 10, 5. 6. c. 29, 1. cymbalis, Pſ. 150, 5.

ריק In Hiphil הֵרִיק *Evacuavit*, *Evaginavit*, *Exhauſit*, *Effudit*, *Deplevit*, *Protulit*, *Exeruit*. וַהֲרִיקֹתִי אַחֲרֵיכֶם חָרֶב Et *evaginabo*, *ſtringam* poſt vos gladium, Lev. 26, 33. וְהֵרִיקוּ חַרְבוֹתָם Et *exerent*, *ſtringent* gladios ſuos, Ezech. 28, 7. Infin. לְהָרִיק Evacuando, Jeſ. 32, 6. Fut. אָרִיק חַרְבִּי *Evaginabo* gladium meum, Exod. 15, 9. Part. מְרִיקִים שַׂקֵּיהֶם *Evacuantes* ſaccos ſuos, Gen. 42, 35. Hophal הוּרַק *Evacuatum*, *Effuſum eſt*. לֹא הוּרַק מִכְּלִי אֶל־כֶּלִי Non *evacuatum eſt* è vaſe in vas: Jer. 48, 11.

1) Generatim videtur ſignificare *aliquid foras educere*. 2) Speciatim α) notat *evacuare*, diciturque tùm de continente, tùm de contento. Quod

Quod enim *evacuatur*, foras educitur. Sic evacuari dicuntur ſacci, Geneſ. 42, 35. rete, Hab. 1, 17. vaſa vini, Jeſ. 48, 12. ad deſignandam *abductionem Moabitarum ex terra ſua.* ϐ) *Evaginare, Stringere gladium*; quia, dum gladius *educitur*, vagina *vacua redditur*, Exod. 15, 9. Ezech. 28, 7. c. 30, 11. confer Lev. 26, 33. Ezech. 5, 2. 12. 14. ubi Deus improbis minatur, *ſe gladium poſt eos educturum.* γ) *Expromere* haſtam, quia, quicquid expromitur, *educitur*, Pſ. 35, 3. δ) *Effundere*; quod enim effunditur, *educitur.* Ita *effundere* dicuntur nubes pluviam, Eccl. 11, 3. tubi oleum auro ſimile, Zach. 4, 12. & per Metaphoram *Deus* benedictionem ſuam, ad deſignandam *omnis generis bonorum copiam ac abundantiam*, Mal. 3, 10.

רֵק m. *Vacuus, Inanis*; per Metaphoram, *Vanus.* הַבּוֹר רֵק Fovea *vacua*, Gen. 37, 24. Plur. כֵּלִים רֵקִים Vaſa *vacua*, 2. Reg. 4, 3. Sed Jud. 7, 16. eſt רֵיקִים Fœm. רֵקָה *Vacua*, Ezech. 24, 11. רֵיקָה *Vacua*, Jeſ. 29, 8.

1) Generatim notat *vacuum* quacunque ratione: Speciatim α) notat *vacuum phyſicè*, ut eſt *fovea*, aquâ carens, Gen. 37, 24. hydria, Jud. 7, 16. vas, 2. Reg. 4, 13. *ſpica* granis deſtituta, Gen. 41, 27. ϐ) *Vacuum* metaphoricè, h. e. *vanum.* Ita dicitur 1) de *verbo inani & vano*, Devt. 32, 47. 2) de *homine levi*, qui virtute deſtitutus eſt, vanitatem ſectatur, & obvia quævis facinora patrat, Jud. 9, 4. c. 11, 3. 2. Sam. 6, 20. 2. Chron. 13, 7.

רִיק m. *Inanitas, Inane*; & Adverbialiter, *Inaniter, Fruſtra.* יֶהְגּוּ רִיק Meditantur *vanitatem*, Pſ. 2, 2. וּזְרַעְתֶּם לָרִיק Seretis etiam *in vanum*, i. e. inaniter, fruſtra, Lev. 26, 16. לָרִיק יָגַעְתִּי *Fruſtra* laboravi, Job. 39, 16.

1) Generatim *vacuitatem* deſignat. 2) Speciatim α) indigitat *vacuitatem* phyſicam. Ita dicitur de vaſis vacuis, Jer. 51, 34. β) *Vacuitatem moralem*, quæ votis non reſpondet, excluditque *ſperatum commodum, fructum & eventum.* Ita accipitur vel *nominaliter*, notans *vanitatem, vanum*, Pſ. 2, 1. Jeſ. 30, 7. vel *adverbialiter*, notans *inaniter, fruſtrà*, ſive cum Præpoſitione, Lev. 26, 16. 20. Jeſ. 65, 22. Jer. 51, 58. ſive ſine Præpoſitione, Pſ. 73, 13.

רֵיקָם *Vacuè, Innaniter, Immeritò*; *Vacuus.* לֹא תֵלְכוּ רֵיקָם Non ibitis *vacui*, Exod. 3, 21. וְלֹא־יֵרָאוּ פָנַי רֵיקָם Et non ſpectabitur facies mea *vacuè, ſine munere*, Exod. 23, 15. אַל־תָּבוֹאִי רֵיקָם Ne venias *vacua*, Ruth. 3, 17.

1) Generatim *vacuitatem* deſignat, ſive *phyſicè*, ſive *moraliter.* 2) Speciatim α) *propriè* denotat *vacuitatem phyſicam*, & nunc reddi poteſt adverbialiter *vacuè*, Ruth. 3, 18. nunc nominaliter *vacuus*, Geneſ. 31, 42. Exod. 3, 21. c. 23, 15. c. 34, 20. Devt. 15, 13. c. 16, 16. Jer. 14, 3. β) *Metaphoricè* notat *vacuitatem moralem*, & valet *fruſtra*, prout idem eſt, ac 1) *ſine cauſa, immerito*, Pſ. 7, 5. Pſ. 25, 3. 2) *ſine ope, & ſubſidiô, inſuper*

 habi-

Digitized by Google

habitis omnibus precibus, Job. 22, 9. 3) *Sine ſucceſſu*, 2. Sam. 1, 22. Jer. 50, 9.

רִיר vel potius רור *Salivare*, *Fluere*. Præt. רָר בְּשָׂרוֹ Si *fluxerit* caro ejus, Lev. 15, 3.

רִיר m *Saliva*; *Albumen ovi* ſeu *vitelli*. Bis legitur בְּרִיר חַלָּמוּת In *albumine* vitelli, Job. 6, 6. Cum Suff. רִירוֹ וַיּוֹרֶד Et demiſit *ſalivam* ſuam, 1. Sam. 21, 13.

רָכַב *Equitavit*, *Equo inſedit*, *Vectus fuit curru*, vel *equo*, vel *aſino* &c. Conſtr. cum Præpoſ. ב & עַל. Inf. רְכֹב Ad *equitandum*. 2. Sam. 16, 2. Fut. וְאֶרְכַּב עָלֶיהָ Et *equitabo* ſuper eo, 2. Sam. 19, 27. וְעַל סוּסִים יִרְכָּבוּ Et ſuper equis *equitabunt*, Jer. 6, 23. Hiphil הִרְכִּיב *Vehere* vel *vehi fecit*, *Vexit*, *vehendum impoſuit*, *Equitare fecit*, *Inſidere fecit*. וְהִרְכִּיבֻהוּ עַל־הַסּוּס Et facient, ut equitet ſuper equo, Eſth. 6, 9.

1) Generatim *vehendi* ſignificationem habet. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *vehi curru*, Gen. 41, 43. Lev. 15, 9. 2. Chron. 35, 24. 2) *vehi jumento*, e. g. equo 2. Reg. 9, 18. Eſth. 6, 8. Jer. 6, 23. c. 50, 42. Hoſ. 14, 4. &c. *mulo*, 2. Sam. 18, 9. 1. Reg. 1, 33. *aſino*, Num. 22, 22. 1. Sam. 25, 42. 2. Sam. 19, 27. 1. Reg. 13, 13. *camelo*, Gen. 24, 61. 1. Sam. 30, 17. *β*) *Metaphoricè* 1) *hominibus* tributum, deſignat *celſitatem & dominium*, Devt. 32, 13. Pſ. 66, 12. Jeſ. 58, 14. 2) *Deo* attributum indigitat *a*) *glorioſam & majeſtaticam ejus operationem*, quam in cœlis, tempeſtatibus & aliàs exerit, Devt. 33, 26. Pſ. 68, 34. *b*) *Celeritatem*, quam in executione ſuorum judiciorum adhibet, Pſ. 18, 11. Jeſ. 19, 1.

רַכָּב m. *Eques*, 2. Reg. 9, 17. *Auriga*, 1. Reg. 22, 34. 2. Chron. 18, 33. Sæpius non legitur.

רֶכֶב m. *Currus*; *Catillus*, ſuperior molæ lapis, ſic dictus, quod ſuper inferiori *vehitur*. רֶכֶב בַּרְזֶל *Currus* ferri, i. e. ferreus, Joſ. 17, 18. Cum Suff. וַיֶּאְסֹר אֶת־רִכְבּוֹ Et ligavit *currum* ſuum, Ex. 14, 6. Plur. in Statu conſtr. בְּרִכְבֵי פַרְעֹה Cum *curribus* Pharaonis, Cant. 1, 9. Fœm. רִכְבָּה *Currus*, Ezech. 27, 20.

1) Generatim *vecturam* importat, qualicunque ſumatur ratione. 2) Speciatim *α*) notat *currum*, prout 1) *propriè* deſignat *vehiculum*, quò quis vehitur, 2. Reg. 9, 21. 2) *Collectivè* notat *expeditionem curruum*, Ex. 14, 23. Joſ. 24, 6. Jud. 4, 13. 1. Sam. 13, 5. 2. Sam. 10, 18. 1. Reg. 22, 38. 3) *Metaphoricè a*) *currus Dei* denotat *Angelorum miniſtrantium myriades*, Pſal. 68, 18. *b*) *Currus equites Iſraelis* dicuntur *Elias & Eliſa*, ad deſignandam *præcipuam vim & robur*, *præſidium & columen Iſraelitarum*, 2. Reg. 2, 12. c. 13, 14. 4) *Metonymicè* notat *equos* curruum, 2. Sam. 8, 4. & *homines in curribus*, 2. Sam. 10, 18. *β*) Notat *lapidem molæ ſuperiorem*, quem Latini *Catillum* dicunt, qui ſuper inferiori circumvehitur, Devt. 24, 6. Jud. 9, 53.

רְכוּב m. *Currus*, *Vehiculum*. Semel occurrit. Pſ. 104, 3.

רֵכָב m. *Rechab*; nomen propr. *Benjamitæ*, qui cum fratre Isboſetum trucidavit, 2.Sam. 4, 3. & Patris communis totius familiæ Rechabitarum, Jer. 35, 6. 2. Reg. 10, 15. Inde nomen Patronymicum רֵכָבִים *Rechabitæ*, Jer. 35, 5.

רִכְבָּה f. *Currus*. Semel legitur, Ezech. 27, 20.

מֶרְכָּב f. Generatim notat *omne id, cui aliquis inſidet*. Inde reddi ſolet *currus*, Lev. 15, 9. 1. Reg. 4, 6. *Stragula, Sedile*, Cant. 3, 10. Sæpius non legitur.

מֶרְכָּבָה f. *Currus*, 2. Sam. 15, 1. וַיַּעֲלֵהוּ עַל הַמֶּרְכָּבָה Adſcendere fecit eum ſuper *currum* ſuum, 1. Reg. 20, 33. לַעֲלוֹת בַּמֶּרְכָּבָה Adſcendere in *currum*, 1. Reg. 1, 2. 18. In Statu Conſtr. בְּמִרְכֶּבֶת הַמִּשְׁנֶה In *curru* ſecundani, Gen. 41, 43. (.) cum (∴) alternante. Eadem forma ת obtinet, ſi accedat ſuffixum וַיֶּאְסֹר יוֹסֵף מֶרְכַּבְתּוֹ Tum alligavit Joſeph *currum* ſuum, Gen. 46, 29. Plur. מַרְכְּבוֹת *Currus*, Joel. 2, 5. In Statu Conſtr. מַרְכְּבוֹת פַּרְעֹה *Currus* Pharaonis, Exod. 15, 4. Cum Suff. מַרְכְּבֹתָיו *Currus* ipſius, Exod. 14, 25.

1) Generatim notat *currum*, ſive *propriè*, ſive *impropriè*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *vehiculum*, quo quis è loco in locum fertur. Ita dicitur de curru Pharaonis, Gen. 41, 43. Joſephi, Gen. 46, 29. Salomonis, 1. Reg. 8, 11. Naamanis, 2. Reg. 5, 21. item de curribus bellicis, Jud. 5, 28. Joſ. 11, 6. 9. &c. β) *Metaphoricè* 1) *Deo* tributum deſignat *divinam potentiam & majeſtatem patefactam aut patefaciendam*, Hab. 3, 8. conf. Jeſ. 66, 15. 2) *Angelos* notat, Zach. 6, 1. 5. Vid. Druſius in h. l.

רָכַךְ *Mollitus eſt, Mollis eſt*. יַעַן רַךְ לְבָבְךָ Propterea quod emollitum eſt cor tuum, 2. Reg. 22, 19. רַכּוּ דְבָרָיו *Mollita*, *blanda ſunt* verba ejus, Pſ. 55, 22. אַל יֵרַךְ לְבַבְכֶם Ne *molleſcat* cor veſtrum, Devt. 20, 3. Pual לֹא רֻכְּכָה בַּשָּׁמֶן Non *emollitum eſt* oleô, Jeſ. 1, 7. Hiphil הֵרַךְ *Emollivit*, Job. 23, 16.

1) Generatim notat *molliri, molleſcere*, ſive *propriè* ſive *impropriè*. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *mollitiem phyſicam*, quæ opponitur *duritiei phyſicæ*, Jeſ. 1, 7. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *conſternationem & timorem*, quando *cor* dicitur *molleſcere*, Devt. 20, 3. Jeſ. 7, 4. Jer. 51, 46. conf. Job. 23, 16. 2) *Contritionem & pœnitentiam*, cum *cordi* tribuitur, 2. Reg. 22, 19. 2. Chron. 34, 27. 3) *Blanditiem aſſentatoriam*, ſi dicitur de verbis, Pſ. 55, 22.

רַךְ m. *Mollis, Tener*. בֶּן־בָּקָר רַךְ וָטוֹב Filius armenti, i. e. vitulus *tener* & bonus, Gen. 18, 7. הָאִישׁ הָרַךְ Vir *mollis*, *tener*, Devt. 28, 54. הַיְלָדִים רַכִּים Pueri *teneri*, Gen. 33, 13. Fut. רַכָּה *Tenera*, Prov. 25, 15. Plur. וְעֵינֵי לֵאָה רַכּוֹת Et oculi Leæ erant *teneri*, *debiles*, Gen. 29, 17.

1) Generatim *mollitiem* indigitat *quamcunque*. 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *molle*, quod cedit tractui, & duro opponitur. Sed ita in

in Scripturâ non legitur. β) *Metaphoricè* 1) idem eſt ac *tener*, zart ſive *ætate*, ſive *viribus*, *ad agendum*, *operandum* &c. Gen. 33, 17. 1. Chron. 22, 5. c. 29, 1. Prov. 4, 3. unde quandoque idem eſt ac *debilis*, uti *oculus*, Gen. 29, 17. conf. 2. Sam. 3, 39. 2) *Delicatus*, *molliter educatus*, qui non poteſt perferre ullam injuriam aut læſionem externam, Devt. 28, 54. 56. Jeſ. 47, 1. 3) *Timidus*, ſi jungatur voci לֵב *cor*, Devt. 20, 8. confer. 2. Chron. 13, 7. ubi Rehabeamus dicitur *mollis corde*, i.e. imbecillis animo, timidus. 4) *Blandus*, *ſuavis*, *lenis*, *aſperitatis expers*, Prov. 15, 1. Prov. 25, 15.

רֹךְ m. *Mollities*. Semel occurrit, Devt. 28, 56.

מֹרֶךְ m. *Mollities*. Semel legitur, Lev. 26, 36. וְהֵבֵאתִי מֹרֶךְ בִּלְבָבָם Et injiciam *mollitiem*, i. e. timiditatem & conſternationem in cor eorum, Lev. 26, 36.

רָכַל *Detulit merces* ; *Negotiatus eſt*, *Nundinatus eſt*. Saltem in Participio legitur, quod nominaſcit.

רֹכֵל m. *Negotiator*, *Mercator*, qui per regiones, urbes, domos circuit, merces emendo, vendendo; *Aromatarius*. מִכֹּל אַבְקַת רוֹכֵל Præ omni pulvere *aromatarii*, Cant. 3, 6. Plur. בְּעִיר רֹכְלִים In urbem *aromatariorum*, Ezech. 17, 4. In Statu Conſtr. רֹכְלֵי שְׁבָא *Negotiatores* Sabæorum, Ezech. 27, 23. Cum Suff. רֹכְלַיִךְ *Negotiatores* tui, Ezech. 27, 15. 24. Nah. 3, 16. Fœm. רֹכֶלֶת *Negotiatrix*, *Mercatrix*, Ezech. 27, 3. Cum Suff. רֹכַלְתֵּךְ *Negotiatrix tua*, Ezech. 27, 20.

רָכִיל m. *Obtrectatio*, *Detrectatio* ; quia eſt *nundinatio* famæ & exiſtimationis proximi ; item *Obtrectator*, *Detrectator*, quia eſt honoris & exiſtimationis proximi *nundinator*, qui hinc inde verba inſtar *mercatoris* lucri causâ defert. אַנְשֵׁי רָכִיל Viri *detrectationis*, i.e. detrectatores maledici, Ezech. 22, 9. Sæpius conſtruitur cum הָלַךְ *Ivit*, *ambulavit*, *circumiit*, quia *obtrectator* ab uno ad alterum *ire* ſolet, & *circumeundo* quærit, cui *vendat* fumos, proximumque obtrectet &c. הוֹלֵךְ רָכִיל Ambulans cum *obtrectatione* i. e. *obtrectator*, Prov. 11, 13. c. 20, 19. לֹא־תֵלֵךְ רָכִיל בְּעַמֶּיךָ Non eris *calumniator* contra populos tuos, Lev. 19, 16. הֹלְכֵי רָכִיל *Obtrectatores*, Jer. 6, 28. vid. c. 9, 3. Sæpius non legitur.

רְכֻלָּה f. *Mercatura*. Legitur tantum cum Suff. רְכֻלָּתֵךְ *Mercatura tua*, Ezech. 26, 12. c. 28, 5. 16. 18.

מַרְכֹּלֶת f. *Mercatus*. Semel occurrit בְּמַרְכֻלְתֵּךְ *Mercatu* tuô, Ezech. 27, 24.

רָכַס *Ligavit*, *Alligavit* ; *Elevavit*, *Surſum traxit*, juxta Schindlerum & alios. Sed Guſſetio ſaltem *ligandi* notio arridet. Fut. וְיִרְכְּסוּ אֶת־הַחֹשֶׁן Tum alligabunt pectorale, Exod. 28, 28. Sic adhuc ſemel tantum occurrit, Exod. 39.

רְכָסִים m. pl. *Salebroſa*, Juxta Buxtorffium, Seb. Schmidium & alios

alios; *Tubera terræ* juxta Coccejum; Sed Guſſetio notat *loca colligata ſentibus implicatis ac ſibi invicem tenaciter connexis* referta. Semel occurrit Jeſ. 40, 4. ſed *Metaphoricè* adhibetur ad deſignanda *vitia vitæ*. Vid. Fœrſterus in h. l.

רֹכֶס m. *Elatio; Inſidioſum conſilium, arte ſubtili excogitatum*, juxta Guſſetium, qui *ligandi* reſpicit notionem. Semel legitur in Plurali in Statu Conſtr. מֵרֻכְסֵי אִישׁ Ab *elationibus* viri, juxta Seb. Schmidium; A *perverſitatibus* viri, juxta Buxtorffium; ab *inſidioſis conſiliis arte ſubtili excogitatis*, juxta Guſſetium, Pſal. 31, 21.

רָכַשׁ *Acquiſivit, Comparavit*, Gen. 31, 18. c. 36, 6. רָכָשׁוּ *Acquiſiverunt*, Gen. 46, 6. & in Pauſa רָכָשׁוּ Gen. 12, 5. Sæpius non occurrit.

רְכוּשׁ m. *Subſtantia, Facultates; Omne, quod homo acquiſivit* vel *comparavit*. נָתַן לוֹ אֱלֹהִים רְכוּשׁ רַב Dedit ipſi Deus *ſubſtantiam* magnam, 2. Chron. 32, 29. רְכֻשׁ Per alternationem, Gen. 14, 16. Cum Suff. וּרְכֻשׁוֹ Et *facultates* ejus, Gen. 14, 16.

1) Generatim notat *acquiſitionem* vel *omne, quod homo acquirit*, & nomine *ſubſtantiæ* & *facultatum* exprimi poteſt. 2) Speciatim dicitur de *facultatibus* magnis Lothi & Abrahami, Gen. 13, 6. regiis Hiskiæ, 2. Chr. 32, 29. Jorami, 2. Chron. 21, 7. Joſiæ, 2. Chron. 35, 7. quarum certi Præfecti erant, 1. Chron. 27, 31. c. 28, 1. de facultatibus Sodomitarum ab hoſtibus direptis, Gen. 14, 11. 16. Korachi, Num. 16, 32. de ſuppellectile exercitûs Moabi, Ammonis & Edomi, quam Joſaphat Victor diripuit, 2. Chron. 20, 25. conf. Dan. 11, 13. ubi videtur deſignare *omnem apparatum bellicum*.

רָצָה *Voluit, Benevolus fuit, Benevolentia proſecutus eſt, Beneplacitum, Gratum, & acceptum habuit vel eſt, Acceptavit, Acquievit, vel delectatus eſt in aliqua re, Ex mero beneplacito voluit*; item *Perfecit, Complevit, Exegit, Abſolvit, Exolvit.* Conſtruitur cum Accuſativo vel intercedentibus Præpoſitionibus ב, עם. יְהוָה לֹא רָצָם Dominus non *acceptat ea*, Hoſ. 8, 13. *Beneplacitum tuum fuit* in illis, Pſ. 44, 4. Part. רוֹצֶה יְהוָה אֶת־יְרֵאָיו *Beneplacitum eſt* Domino in timentibus ipſum, Pſal. 147, 11. Part. Paul וְרָצוּי לְרֹב אֶחָיו Et *gratus* multitudini fratrum ſuorum. Eſt 10, 3. In Statu Conſtr. רְצוּי אֶחָיו *Acceptus* fratribus ſuis, Devt. 33, 24. Infin. רְצוֹת Prov. 17, 7. Fut. אֶרְצֶה אֶתְכֶם *Acceptos habebo* vos, Ez. 20, 41. הֲיִרְצְךָ An *benevole acceptabit te?* Mal. 1, 8. Niphal נִרְצָה *Benevolè habitus, Acceptatus, Remiſſus eſt.* נִרְצָה עֲוֹנָהּ *Expiata eſt* ipſius iniquitas, Jeſ. 40, 2. Fut. לֹא יֵרָצֶה Non *acceptum* erit, Lev. 7, 18. c. 10, 7. Piel רִצָּה *Benevolum reddidit, Fecit, Perfecit.* Fut. יְרַצּוּ דַלִּים *Placabunt* pauperes, Job. 20, 10. Hiphil הִרְצָה *Benevolè acceptavit, Gratum, Gratioſum fecit.* Fœm. וְהִרְצָת Et benevole *acceptabit*, Lev. 26, 34. pro הִרְצָתָה, more Chaldæorum ה_ in ת_ mutato, &, quia eſt verbum quieſcens, (·) ulte-

ulterius in (ـ) tranſeunte, quô caſu tertia radicalis unà cum puncto præcedente extruditur. Hithpael הִתְרַצָּה *Benevolentiam ſibi conciliavit, Reconciliatus eſt.* Fut. יִתְרַצֶּה *Benevolentiam ſibi conciliabit, reconciliabitur*, 1. Sam. 29, 4.

1) Generatim notat *tendentiam, pronitatem, propenſionem & inclinationem in aliquid, quæ voluptatem & delectationem ſubinde comitem habet.* 2) Speciatim α) notat acceptare. Nam qui *aliquid acceptat*, in illud *tendit*, vel *pronus & propenſus eſt*, qualicunque demum fiat ratione. Ita adhibetur 1) in ordine ad *ſacrificia*, quæ Deus grata vel accepta habet, aut non habet, Lev. 19, 7. c. 22, 25. Pſal. 51, 18. Jer. 14, 12. Am. 5, 22. Hoſ. 8, 13. Mal. 1, 10. 2) In ordine ad *preces*, quas Deus acceptat, ſi eas gratioſè exaudit, & precantem deſideriorum participem facit, Job. 33, 26. Pſal. 119, 108. 3) In ordine ad *peccata*, eſt vel *peccata ſeriò agnoſcere*, Lev. 26, 41. 43. vel *condonare* ac *remittere gratioſè*, Jeſ. 40, 2. 4) In ordine ad *perſonam* idem eſt ac *gratus, acceptus eſt*, Eſth. 10, 3. Devt. 33, 24. β) Significat *approbare*; quia, qui aliquid approbat, in illud tendit ac propendet, idque acceptat, Devt. 33, 11. Prov. 16, 7. γ) In Kal notat, *benevolentia, gratia, favore & amore aliquem proſequi.* Quia, qui alterum benevolentiâ, gratiâ, favore & amore proſequitur, is in eum benevolentiâ, gratiâ, favore ac amore *tendit*, *pronus eſt atque propendet.* Ita proſequitur 1) *homo hominem*, e. g. pater filium, Prov. 3, 12. frater fratrem, Gen. 33, 10. Princeps ſubditum munera bona offerentem, Mal. 1, 8. 2) *Deus hominem*, quando eum amore & gratia complectitur, Pſ. 44, 4. ei propitius eſt, 2. Sam. 24, 23. Pſ. 77, 8. conf. Pſ. 85, 2. eique placatur, Ezech. 20, 40. 41. Sed in Piel notat *benevolum ſibi aliquem reddere, placare*, Job. 28, 10. In Hithpael ſignificat *benevolentiam ſibi conciliare, reconciliari*, 1. Sam. 29, 4. δ) *Placere*, quia, quæ nobis placent, in ea tendimus, proni ſumus, propendimus & inclinamus. Ita legitur 1. Chron. 28, 4. Pſal. 40, 14. Jer. 14, 10. Ezech. 43, 27. Hagg. 1, 8. ε) *Delectari aliqua re, voluptatem ex aliqua perſona habere.* Quia, ubi datur ejusmodi delectatio & beneplacitum, ibi quoque ſe exerit tendentia, propenſio & inclinatio in rem vel perſonam. Ita Deus beneplacitum habebat & εὐδοκίαν paternam in *Filiô ſuô unigenitô*, Jeſ. 42, 1. conf. Matth. 3, 17. in *piis*, Pſ. 147, 11. in *populo ſuo*, Pſal. 149, 4. conf. Job. 34, 9. Similiter *David* delectabatur domo Dei, 1. Chron. 29, 3. *impius* mendacio, Pſal. 92, 5. Aſt Pſ. 147, 10. dicitur *Deus* non delectari *robore equi.* ζ) Significat *velle, deſiderare, exoptare*, quia, quæ volumus, deſideramus, exoptamus, in ea *tendimus*, proni ſumus, ac inclinamus, tanquam nobis grata & accepta, Job. 14, 6. Pſal. 102, 15. η) *Gratificari*, quia, qui alteri aliquid gratificatur, in eum pronô ac propenſô animô eſt, 2. Chron. 10, 7. θ) *Perficere, complere, exigere, abſolvere*; quia, quæ perficimus, complemus, exigimus, atque abſolvimus, in ea tendimus, nec ſine voluptate proni ſumus. Ita adhibetur Lev. 26, 43. 2. Chron. 36, 21.

Digitized by Google

רָצוֹן m. *Voluntas, Benevolentia, Acceptatio, Beneplacitum, Gratia, Studium.* שְׂבַע רָצוֹן Satur *beneplacito, gratiâ,* Devt. 33, 23. In Statu Conſtr. רְצוֹן מֶלֶךְ *Benevolentia* Regis, Prov. 14, 35. לַעֲשׂוֹת כִּרְצוֹן אִישׁ Ad facere; i.e. ut facerent ſecundum *voluntatem* viri, Eſth. 1, 10. Cum Suff. וּבִרְצוֹנִי רִחַמְתִּיךְ Et pro *benevolentiâ* mea miſertus ſum tui, Jeſ. 60, 10.

1) Generatim notat *quamcunque propenſionem, & inclinationem in aliquid;* ſeu deſignat *animi affectionem, in quam quis motu ſpontaneo propendet, & in eadem cum delectatione acquieſcit,* ſive ſit *bona,* ſive ſit *mala.* 2) Speciatim *α*) in *bonam* ſumtum *partem* 1) notat *voluntatem propenſam,* ſecundum quam aliquis aliquid fieri cupit, Eſth. 1, 8. 2) *Deſiderium,* quô quis in aliquid propendet, 2. Chron. 15, 15. 3) *Benevolentiam, beneplacitum* ſeu *favorem,* quô quis in alterum propendet, ei bene cupit, eumque ut acceptum fovet, curat. Ita dicitur tùm de *benevolentia, beneplacito* ſeu *favore,* quô *homo hominem* proſequitur, eique bene cupit &c. Prov. 14, 9. c. 14, 35. c. 16, 15. c. 19, 13. tùm de *benevolentia, beneplacito* ſeu *favore,* quô *Deus hominem* complectitur, beneficia varia ei conferendo, peccata remittendo, mala avertendo, & paternè ei proſpiciendo, Pſ. 5, 13. Pſ. 30, 8. Pſ. 51, 20. Pſ. 89, 18. Pſ. 106, 4. Pſ. 145, 16. Prov. 8, 35. c. 12, 2. Jeſ. 60, 10. 4) *Acceptationem & approbationem* ſive *activè,* ſive *paſſivè,* Jeſ. 58, 5. vide Lev. 1, 3. c. 19, 5. c. 22, 20. ubi deſignat *ejusmodi acceptationem benevolam,* quâ oblatum ſacrificium acceptatur in placationem & expiationem pro eo, pro quô offertur. 5) *Metonymicè* denotat *a*) *id, quod vis vult,* Eſr. 10, 11. Pſal. 103, 21. Pſal. 143, 105. vel *decrevit,* Pſ. 40, 9. *b*) *munus bona voluntate oblatum,* Mal. 2, 13. *β*) In *malam* ſumtum *partem,* denotat *malam voluntatem,* ſeu *libidinem animi,* quâ motu ſpontaneo & de induſtria aliquid mali fit, & ex eo voluptas capitur, Gen. 49, 6.

רָצַח *Occidit, Interfecit.* Dicitur ſaltem de *cæde* hominis. וּרְצָחוֹ Et *occidat* eum, Devt. 22, 26. הֲרָצַחְתָּ An *occidiſti?* 1. Reg. 21, 19. Part. רֹצֵחַ *Occidens, Occiſor,* Num. 35, 11. Infin. רָצֹחַ *Occidendo,* Jer. 7, 9. Fut. תִּרְצָח Non *occides,* Ex. 20, 13. Niphal נִרְצַח *Occiſus eſt.* Part. Fœm. הָאִשָּׁה הַנִּרְצָחָה Mulier occiſa, Jud. 20, 4. Fut. אֵרָצֵחַ *Occidar,* Prov. 22, 13. Piel רִצַּח *Occidit.* Part. מְרַצֵּחַ *Occiſor,* 2. Reg. 6, 32. רֻצַּח *Occiſus eſt.* Fut. תְּרָצְּחוּ *Occidemini, Excindemini,* Pſal. 62, 4. (ו) cum (ר) alternante. Sed alii legunt תְּרַצְּחוּ, in Piel, *ut occidatis.*

1) Generatim denotat *quamcunque exciſionem hominis è numero viventium,* ſeu *quamcunque privationem vitæ,* ſive fiat ex *ſcientia & proæreſi,* ſive ex *improviſo & ignorantia* &c. 2) Speciatim *α*) ſignificat *occidere ex libidine, proæreticè, ex deſtinato conſilio,* Ex. 20, 13. Num. 35, 21, 30. Jeſ. 1, 21. Jer. 7, 9. Hoſ. 4, 2. *β*) *Occidere ex improviſo,* Num. 35, 26. ex *ignorantiâ,* Devt. 4, 42. *γ*) *Occidere per nefaria ſtupra,* Jud. 20, 4.

רָצַח m. *Occiſio, Cædes*, Ezech. 21, 27. item Pſ. 42, 11. ubi quibusdam *Metonymicè* notat *gladium*, *occiſionis* inſtrumentum. Vid. Kimchi in Comment.

רָצַע *Perforavit.* Semel occurrit, Exod. 21, 16. וְרָצַע אֲדֹנָיו אֶת־אָזְנוֹ Et *perforabit* Dominus ipſius aurem ejus, in teſſeram perpetuæ ſervitutis.

מַרְצֵעַ m. *Subula*, à *perforando* ita vocata. Bis ſaltem occurrit, Ex. 21, 6. Devt. 15, 17.

רָצַף *Stravit.* Inde Particip. Paul רָצוּף *Stratum*, Cant. 3, 10.

רִצְפָּה f. *Pavimentum*, quod, dum fit, *ſternitur*, 2. Chron. 7, 3. Ezech. 40, 17. 18. c. 42, 3. *Carbo, Pruna*, Jeſ. 6, 6. ſic dicta, quod, ſi pruna juxta prunam ponitur, videtur *pavimenti* ſpeciem referre, maxime ratione ejus, quod coquendum, torrendum vel aſſandum iis imponitur. Sed Bochartus negat, notare *prunam*, ſed *calculum* aut *lapidem quemvis*, cujus in *pavimento* uſus eſt; *lapidem ignitum*, ſeu *candefactum*, qui Arabibus vocatur رَضْفَة, *ridspha*, quo *coquere* & *carnes ad eſum aſſare* ſolent. Vid. Hieroz. P. I. c. 34. p. 328. In Statu Conſtr. עַל־רִצְפַּת בַּהַט Super *pavimento* porphyritæ, Eſth. 1, 6. Plur. רְצָפִים *Carbones*, vel juxta Bochartum l. c. *lapides candefacti*, ad quos panis coquebatur, 1. Reg. 19, 6. Sæpius non legitur.

מַרְצֶפֶת f. *Pavimentum.* Semel extat 2. Reg. 16, 17.

רָצַץ *Quaſſavit, Conquaſſavit, Contudit, Colliſit, Contrivit, Attrivit, Confregit, Concuſſit.* רַצּוֹתָנוּ *Attrivisti* nos, 1. Sam. 12, 3. Fut. יָרוּץ *Quaſſabit*, Jeſ. 42, 4. Part. Paul קָנֶה רָצוּץ Calamus *contuſus*, Jeſ. 42, 3. Part. רְצוּץ מִשְׁפָּט *Concurſus* judicio, Hoſ. 5, 11. Niphal נָרוֹץ *Quaſſatus, Contritus, Confractus, Attritus fuit.* וְנָרוֹץ הַגַּלְגַּל Et *conquaſſata, contuſa eſt* rota, Eccl. 12, 6. Fut. תֵּרוֹץ *Quaſſaris*, Ez. 27, 7. Piel רִצֵּץ *Quaſſavit, Conquaſſavit, Attrivit, Contrivit, Vexavit.* רִצַּץ עָזַב דַּלִּים *Concuſſit*; *reliquit* tenues, Job. 20, 19. Fut. וַיְרַצֵּץ Et *quaſſavit*, 2. Chron. 16, 10. וַיְרֹצְצוּ Et *conquaſſaverunt*, Jud. 10, 8. Hiphil הֵרִיץ *Confregit.* Saltem legitur in Fut. וַתָּרִץ אֶת־גֻּלְגָּלְתּוֹ Et *confregit* cranium ejus, Jud. 9, 53. pro וַתָּרֶץ per alternationem. Hithpael הִתְרֹצֵץ *Quaſſavit, Conquaſſavit, Colliſit ſe.* וַיִּתְרֹצְצוּ הַבָּנִים בְּקִרְבָּהּ Cum *colliderent* ſe, vel *colliderentur inter ſe* filii in uterô ejus, Gen. 25, 22.

1) Generatim videtur importare *colliſionem*, ſive *fracturam comitem* habeat, ſive *non*, ſive hæc fiat *propriè*, ſive *impropriè*. 2) Speciatim *α*) *propriè* 1) importat *colliſionem*, quæ fit ſine fracturâ, notatque ſimpliciter *collidere ſe*. Ita ſe collidebant gemini filii in utero matris, Gen. 25, 22. 2) Deſignat *colliſionem*, quæ aliqualem fracturam comitem habet, & idem eſt ac *quaſſare*, *conquaſſare*, *confundere*, *confringere* etſi

non penitus, ceu *confringi & conquaſſari* dicitur cranium, Jud. 9, 53. arundo, baculus, vide 2. Reg. 18, 21. ubi ſimul *Metaphora* latet. β) *Metaphoricè* indigitat 1) *duram afflictionem, tyrannicam tractationem*, vel etiam *proſperi ſtatus imminutionem & everſionem* &c. Devt. 28, 33. 1. Sam. 12, 3. 4. Job. 20, 19. Am. 4, 1. confer. Hoſ. 5, 11. ubi innuit *duram tractationem* per *tyrannica judicia*. 2) *Anxietatem conſcientiæ*, Jeſ. 42, 3. ejusque *ulteriorem afflictionem*, Jeſ. 42, 4. 3) *Impotentiam auxiliandi & ſpem fruſtratam*, 2. Reg. 18, 21. Jeſ. 36, 6.

רַץ m. *Fragmen, Fruſtum.* Semel occurrit in Plur. in Statu Conſtr. בְּרַצֵּי כָסֶף Cum *fragminibus* argenti, Pſ. 68, 31.

מְרוּצָה *Contuſio, Contritio.* Forma arguit radicem רוּץ, ſed ſignificatio innuit radicem רצץ. Conſentit R. Salomon, R. David Kimchi & R. Abarbanel. Neque ignotum eſt, verba quieſcentia ſecundâ & geminantia ſecundam ſæpius formas permutare. Semel legitur Jer. 22, 17. *Metaphoricè* deſignans crudelem *tractationem & duram afflictionem.*

רָקַב *Putridus eſt, Putruit.* Bis legitur in Futuro. עֵץ לֹא יִרְקַב Lignum, quod non *putreſcet*, Jeſ. 40, 20. וְשֵׁם רְשָׁעִים יִרְקָב Sed nomen impiorum putreſcet, Prov. 10, 7. ubi *Metaphoricè* deſignatur tùm *nominis impiorum apud pios & Deum fætor & abominabilis deteſtatio*, tùm *totalis interitus*. Confer. Geierus in h. l. & Glaſſius in Rhet.

רָקָב m. *Putredo.* יָבוֹא רָקָב בַּעֲצָמַי Venit *putredo* in oſſa mea, Hab. 3, 16. In Statu Conſtr. וּרְקַב עֲצָמוֹת Et *putredo* oſſium, Pr. 14, 30.

1) Generatim *conſumtionem* infert. 2) Speciatim α) *propriè* notat *putredinem*, quâ res ſenſim conſumitur. Ter dicitur de *oſſibus*, propriè innuens *reſolutionem continuitatis in oſſibus ab eroſione factam, & ex humore acuto & acri in oſſibus putreſcente, ipſaque exulcerante enatam*; quæ exquiſitiſſimos dolores & fœtorem maximum comites habet; *Metaphoricè* autem deſignans *exquiſitiſſimos animi dolores & terrores maximos*, Prov. 12, 4. c. 14, 30. Hab. 3, 16. β) *Metonymicè* notat tum *rem putreſcentem*, quæ ſenſim conſumitur, poſitô abſtractô pro concretô, Job. 13, 28. tùm *teredinem*, ſeu *vermem* ſenſim oſſa vel ligna erodentem & conſumentem. *Metaphoricè* adhibetur Hoſ. 5, 11. ubi Deus ſe comparat *tineæ & teredini*, indicaturus Judæis *lentam eorum conſumtionem & interitum* per longam malorum ſeriem, quibus ſenſim conficiendi.

רִקָּבוֹן m. *Putredo.* Semel legitur Job. 41, 18.

רָקַד *Saliit, Subſiliit, Saltavit.* הֶהָרִים רָקְדוּ כְאֵילִים Montes *ſaliebant*, ſaltabant ſicut arietes, Pſal. 114, 4. Inf. עֵת רְקוֹד Tempus *ſaltandi*, Eccl. 3, 4. Piel רִקֵּד *Saltavit, Subſiliit.* Fut. יְרַקְּדוּ *Subſilient*, Jeſ. 13, 21. Hiphil הִרְקִיד *Salire, Saltare fecit.* Fut. וַיַּרְקִידֵם Et *faciet ſubſilire* eos, Pſ. 29, 6.

1) Generatim indigitat *commotionem rei*, quæ modo huc, modo illuc fit.

ſit. 2) Speciatim *α*) *propriè* dicitur eſſe *gregum*, qui modò huc, modò illuc tranſultant, & idem eſt ac *ſalire*, *ſubſilire*, *exultare*. Vid. Pſ. 114, 4. 7. vid. Pſ. 29, 6. *β*) *Metaphoricè* tribuitur 1) *hominibus*, qui geſtibus, externis totoque corporis motu, gaudium internum teſtatum reddunt, ubi notat *ſaltare*, *exultare præ lætitiâ intra præcordia conceptâ*, 1. Chron. 15, 29. Job. 21, 11. Eccl. 3, 5. 2) *Rebus aliis*, e. g. *cedris*, quæ tonitruum fragore concuſſæ cum ramis ſuis contremiſcunt, ut ſuô quaſi locô ſubſilire videantur, Pſal. 29, 6. *montibus*, qui terræ motibus concuſſi, nunc in altum ſubvehuntur, nunc iterum ſubſident, more arietum ſubſilientium, Pſ. 114, 4. 6. *curribus*, qui celeriter agitati *ſalire* videntur, Nah. 3, 2. Confer. Joel. 2, 5.

רָקַח *Condire*, *Aromata miſcere* vel *temperare*, *Pigmenta conficere* aut *coquere è diverſis aromatum ſpeciebus contuſis ac permixtis conficere unguenta* vel *condimenta*, miſcendo ea artificiosè more Apothecariorum. Fut. אֲשֶׁר יִרְקַח כָּמֹהוּ Qui *conficiet unguentum* ſicut illud, Exod. 30, 33. Part. רֹקֵחַ *Unguentarius*, *Pigmentarius*. שֶׁמֶן רוֹקֵחַ Oleum *pigmentarii*, i. e. oleum non ſimplex ac naturale, ſed ex diverſis aromatum aut balſamorum ſpeciebus confectum, Eccl. 10, 1. מַעֲשֵׂה רֹקֵחַ Opus *Pigmentarii*, *Unguentarii*, Exod. 30, 35. c. 37, 21. Plur. in Statu Conſtr. רֹקְחֵי הַמִּרְקַחַת *Conficientes* unguentum, 1. Chron. 9, 30. Pual Part. Plur. מְרֻקָּחִים *Unguentaria arte confecta*, 2. Chron. 16, 14. Hiphil הִרְקִיחַ *Condivit*. Semel legitur in Infin. הַרְקַח הַמֶּרְקָחָה *Condiendo* condimento, Ezech. 24, 10.

רַקָּח m. *Unguentarius*, *Pigmentarius*, *Aromatarius*, *Apothecarius*, qui ex variis aromatum ſpeciebus contuſis ac permixtis unguenta vel condimenta conficit. Plur. הָרַקָּחִים *Pigmentarii*, *Aromatarii*, Neh. 3, 8. Fœm. רַקָּחוֹת *Aromataria*, 1. Sam. 8, 13. Sæpius non legitur.

רֶקַח m. *Conditura*, *Aroma*. Semel legitur Cant. 8, 2.

רִקּוּחַ m. *Unguentum*. Semel occurrit in Plurali cum Suff. רִקֻּחַיִךְ *Unguenta* tua, Jeſ. 57, 9.

רֹקַח m. *Unguentum*. רֹקַח מִרְקַחַת *Unguentum* unguenti, i. e. præſtantiſſimum, Exod. 30, 25. Præterea extat Exod. 30, 35.

מֶרְקָחָה f. *Condimentum*, Ezech. 24, 10. *Mixtura aromatarii*, Job. 41, 23. Plur. מֶרְקָחִים *Unguenta*, *Pigmenta*, Cant. 5, 13. Sæpius non legitur.

מִרְקַחַת f. *Unguentum*. Semel legitur 1. Chron. 9, 30.

רָקַם *Variegavit*, *varia intexuit & acupinxit*, *varias figuras multis coloribus effigiavit*. Referente Plinio lib. 8. c. 48. & Iſidoro l. 19, c. 22. hæc ars *acu* ſeu *filis varii coloris acu ductis exornandi veſtem*, in Phrygia inventa fuit. Particip. nominaſcens רֹקֵם *Acupictor*, *Phrygio*, Exod. 26, 36. c. 27, 16. c. 36, 37. c. 38, 18. c. 39, 29. Pual רֻקַּמְתִּי *Variis membris formatus ſum*, *inſtar artis Phrygionicæ*, Pſ. 139, 15.

רִקְמָה f. *Variegatio*, ſive *naturalis*, ſive *artificialis*, diverſos referens colores, Ezech. 17, 3. *Acupictum*, *Opus Phrygionicum*, Jud. 5, 30. Ezech. 16, 10. 13. c. 27, 7. 16. 24. בִּגְדֵי רִקְמָתָם Veſtes *operis Phrygionici*, Ezech. 26, 16. conf. Ezech. 16, 18. Dual. רִקְמָתַיִם Bis *Phrygionicum*, *utraque parte figuratum*, Jud. 5, 30. Plural. רְקָמוֹת *Phrygionica veſtes*, per Metaphoram *Eccleſiæ N. T. gloriam & ornatum referentes*, Pſ. 45. 15.

רֶקֶם *Rekem*; nomen proprium α) *Viri*, nempe Regis Midianitarum, ab Iſraelitis trucidati, Num. 31, 8. Joſ. 13, 21. item filii *Chebronis*, 1.Chron. 2, 43. β) *Urbis* in tribu Benjamin ſitæ, Joſ. 18, 27.

רַקּוֹן *Rakkon*, nomen propr. *urbis* in tribu Dan ſitæ, Joſ. 19, 46.

רָקַע *Expandit*, *Extendit*, *Diduxit*; *Plauſit*, *Percusſit*. Part. רֹקַע הָאָרֶץ *Expandens* terram, Jeſ. 42, 5. Fut. אֶרְקָעֵם *Expando* eos, 2.Sam. 22, 43. וּרְקַע בְּרַגְלְךָ Et *plaude* pede tuo, Ezech. 6, 11. Piel רִקַּע *Extendit*, *Expandit*, *Mallei pulſu duxit in longitudinem & latitudinem*. Fut. יְרַקְּעֶנּוּ *Expandit*, *ducit* illud, Jeſ. 40, 19. Pual Part. כֶּסֶף מְרֻקָּע Argentum *ductum*, Jer. 10, 9. Hiphil הִרְקִיעַ *Expandit*. Fut. תַּרְקִיעַ *Expandis*, Job. 37, 18.

1) Generatim deſignat *rei extenſionem*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) notat *extenſionem rei ſecundum latitudinem & longitudinem*. Ita dicitur 1) de *extenſione tentorii*, Exod. 40, 19. 2) de *diductione metallorum*, quæ mallei pulſu in laminas tenues ducuntur & diſtenduntur, Exod. 39, 3. Num. 16, 39 Jeſ. 40, 19. 3) de *expanſione cælorum & terræ*, quæ Deus, dum ea formavit, *extendit* in longum & latum, inſtar aulæorum vel bractearum, Pſ. 136. 6. Jeſ. 42, 5. c. 44, 24. β) Notat *extenſionem pedum*, plaudendi cauſâ factam, & redditur *plaudere pede*. Buxtorffius cenſet, locutionem ab iis petitam eſſe, quæ *tundendo & percutiendo diſtenduntur*. Legitur autem ita Ezech. 6, 11. c. 25, 6. γ) *Diſſipationem innuit*, vel quia, quæ nimis extenduntur, ita ſæpe attenuantur, ut rumpantur, ruptaque diſſipentur; vel quia, quæ pedibus conculcantur, diſſipari ſolent. Ita ſemel legitur 2. Sam. 22, 43.

רָקִיעַ m. *Expanſum*, *Extenſum*; *Firmamentum*. יְהִי רָקִיעַ Fiat *expanſum*, Gen. 1, 6. מִתַּחַת לָרָקִיעַ Ab inferiori parte *expanſi* iſtius, Gen. 1, 7. מֵעַל לָרָקִיעַ A ſuperiori parte *expanſi* iſtius, ibid. In Statu Conſtr. בִּרְקִיעַ הַשָּׁמַיִם In *expanſo* cœlorum, Gen. 1, 14.

1) Generatim notat *expanſum vel extenſum quodcunque*. 2) Speciatim α) ſignificat *cœlum æthereum*, quod ſic dicitur, quod ſupra univerſum terrarum *orbem* expanſum eſt, Gen. 1, 14. 15. 17. Dan. 12, 3. β) Denotat *cœlum aereum*, quod à parte ſuperiori attingit aquas ſubtiliores in nubibus congregatas, à parte inferiori autem aquas craſſiores, terræ ſuperficiem ambientes, Gen. 1, 6. 7. γ) *Expanſum ſapphiricum & nitidum*, ſuper capitibus animalium ab Ezechiele viſorum, Ezech. 1, 22. 23. 26.

רִקֻּעִים

רִקְעִים m. pl. *Diductiones, Expanſiones.* Semel legitur in Statu Conſtr. רִקֻּעֵי פַחִים *Diductiones* laminarum, i. e. laminæ diductæ, expanſæ, Num. 17, 3.

רָקַק *Tenuis eſt, Attenuatus eſt*; item *Spuit, Exſpuit, ob tenuiorem* ſcilicet *ſalivam*, tùm, quia hæc frequentior, tum εὐφημίας & honeſtatis causâ, ut ait Guſſetius. Quanquam denominationis ratio etiam in ὀνοματοποιΐᾳ quæri poſſit, quod vox imitetur ſonum ſcreantis. Legitur ſaltem in Fut. Lev. 15, 8. וְכִי יָרֹק Quia ſi *exſpuerit.* Hiphil הֵרִיק *Tenuem reddidit, Attenuavit.* Occurrit ſaltem Fut. ad imitationem verborum quieſcentium ſecundâ, compenſatione per Dageſch forte neglectâ. כְּטִיט חוּצוֹת אֲרִיקֵם *Attenuabo* eos ſicut lutum platearum, Pſ. 18, 43.

רֹק m. *Sputum, Saliva.* Ter occurrit מִפָּנַי לֹא חָשְׂכוּ רֹק A faciebus meis non prohibuerunt *ſputum*, Job. 30, 10. Vid. Jeſ. 50, 6. Cum Suff. עַד־בִּלְעִי רֻקִּי Usque ad deglutire me, i. e. usque dum deglutiam *ſputum* meum, Job. 7, 19.

רַק *Tantum, Tantummodo, Saltem, Duntaxat*; *Particula extenuandi*; Aſt non ſemper. Sumitur enim in Scriptura varie; Nimirum α) *exceptivè* pro *tantummodo, tantum, ſaltem*, Gen. 6, 5. c. 19, 8. Num. 12, 2. Devt. 3, 11. Exod. 10, 17. *Præterquam*, Joſ. 11, 22. β) *Adſertivè* pro *certè, omninò*, Devt. 4, 6. *modò*, Joſ. 1, 17. Gen. 20, 11. Pſ. 32, 6. γ) *Adverſativè*, pro *ſed, verum, veruntamen, attamen*, Exod. 9, 26. Devt. 2, 37.

רַקָּה f. *Tempus.* Occurrit ſaltem in Plurali רַקּוֹת *Tenues.* רַקּוֹת בָּשָׂר *Tenues* carne, Gen. 41, 19. הַפָּרוֹת הָרַקּוֹת וְהָרָעוֹת Vaccæ *tenues* & malæ, Gen. 41, 20. 27.

רַקָּה f. *Tempus*, pars *capitis*, quæ ſub calvaria inter oculum & aures intercedit, der Schlaff. Ita dicitur ob *tenuitatem oſſis*, quæ major eſt in *tempore*, quàm in reliquis capitis partibus. Vid. Guſſet. in Comment. Quinquies legitur cum Suff. רַקָּתֵךְ *Tempus* tuum, Cant. 4, 3. c. 6, 7. וְחָלְפָה רַקָּתוֹ Et perforavit *tempus* ejus, Jud. 5, 26. Vid. Jud. 4, 21. 22.

רָקִיק *Laganum, Placenta tenuis*, ein dünner Kuchen/ein Fladen/ Ex. 29, 23. Lev. 8, 26. Num. 6, 19. Plural. in Statu Conſtr. רְקִיקֵי מַצּוֹת *Lagana, Placentæ* azymorum, i. e. *azyma, a*, Exod. 29, 2. Lev. 2, 4. c. 7, 12. Num. 6, 15. 1. Chron. 23, 29.

רְשָׁה *Potuit, Poteſtatem habuit, Licentiâ polluit*, apud Chaldæos & Samaritanos. Inde apud Ebræos eſt

רִשְׁיוֹן m. *Licentia, Indulgentia.* Semel legitur Eſr. 3, 7.

רְשַׁם *Examvit, Signavit, Conſignavit.* Apud Chaldæos legitur. Vid. Dan. 6, 8. 10. 12. Sed Ebraicè legitur ſaltem Particip. Paul הָרָשׁוּם Quod *examtum eſt*, Dan. 10, 21.

רָשַׁע *Improbus eſt*, vel *factus eſt, Improbè ſe geſſit, Improbè egit, Improbè*

probè ſe avertit. Conſtruitur vel abſolute, vel intercedente Præpoſitione מִן. וְלֹא רָשַׁעְתִּי מֵאֱלֹהָי Et non *improbè me averti* à Deo meo, Pſ. 18, 22. Fut. אֶרְשָׁע *Improbus* ero, Job. 9, 29. Hiphil הִרְשִׁיעַ *Improbum fecit* ſeu *pronunciavit, & declamvit tanquam injuſtum & impium tractavit, Improbavit, Damnavit, Condemnavit.* Intranſitivè: *Improbè egit; Commovit, Inquietavit, damnum dedit.* הִרְשִׁיעַ לַעֲשׂוֹת *Improbè* egit faciendo, i. e. impiiſſimè egit, 2. Chron. 20, 35. וְהִרְשִׁיעוּ אֶת־הָרָשָׁע *Improbum pronunciabunt*, i. e. condemnabunt injuſtum, Devt. 25, 1. Part. מַרְשִׁיעַ צַדִּיק *Improbum pronuncians*, i. e. condemnans juſtum, Prov. 17, 15. Fut. וּבְכֹל אֲשֶׁר־יִפְנֶה יַרְשִׁיעַ Contra quoscunque ſe vertebat, *eos ut injuſtos tractabat, iis damnum inferebat*, 1. Sam. 14, 49. וְהוּא יַשְׁקִט וּמִי יַרְשִׁעַ Et ille quieſcet, *quis commovebit* (eum)? nimirum *è quiete ſua*, ut improbis bonum faciat loco vindictæ cœptæ, Job. 34, 29.

1) Generatim *injuſtitiæ* notionem involvit, habetque ſibi oppoſitum צָדַק *Iuſtus fuit*, ceu videre eſt ex Job. 10, 13. Nah. 9, 33. confer. Job. 9, 20. c. 40, 9. Prov. 17, 15. Aliis autem formalis & generalis ſignificatio in *inquietatione & commotione* ſita eſt; non ſolum quia improbus niſi *corpore*, tamen *conſcientiâ inquietus eſt*, inſtar maris fluctuantis, Jeſ. 57, 20. ſed etiam, quia Job. 34, 29. opponitur τῷ הִשְׁקִיט *Quietus, tranquillus* eſt; Sed *injuſtitiæ* notio prædominari videtur, & *commotionis* inquietationisque ſignificatio ex conſequenti ſaltem ei competere cenſetur à doctiſſimo Guſſetio. 2) Speciatim α) *tranſitivè* notat *improbum*, vel *malitioſum eſſe, improbè* vel *militioſe agere*; Qui enim improbus vel malitioſus eſt, aut improbe malitioſeque agit, *juſtitiæ tramitem & regulam deſerit*, ſive *injurius* ſit *in Deum*, ipſum deſerendo & irritando, ſive *in proximum*, eum lædendo, ſive *in ſe ipſum*, ſibi improbitate mala varia conflando. Ita legitur 1) in Kal, 2. Sam. 22, 22. Pſalm. 18, 22. 1. Reg. 8, 47. 2. Chron. 6, 37. c. 22, 3, Job. 9, 29. c. 10, 7. 15. Dan. 9, 15. c. 12, 16. 2) In Hiphil, ubi ſignificatio intenditur, *& frequentatio, continuatio, & ſtudium improbitatis* indigitatur, Neh. 9, 33. 2. Chron. 20, 35. Pſal. 106, 6. Dan. 9, 5. Dan. 11, 32. Prov. 12, 2. β) *Tranſitivè* in Hiphil notat *condemnare*, quia, qui aliquèm damnat, eum *improbum* vel *injuſtum pronunciat, declamt, ut injuſtum & improbum tractat* &c. Unde eſt *verbum judiciale*, tum *accuſatoris convincentis*, tùm *judicis condemnantis*, ſive utrumque fiat juſtè, ſive injuſtè. Ita dicitur tùm de *Deo*, 1. Reg. 8, 32. Job. 40, 3. Pſal. 37, 33. Prov. 12, 2. tùm de *magiſtratu*, Devt. 25, 1. conf. Prov. 17, 15. tùm de *homine alio* condemnante vel *ſeipſum*, Job. 9, 20. c. 15, 6. vel *alium*, ſive *in*, ſive *extra judicium*, Job. 32, 3. Pſ. 94, 21. referas huc ſuo modo, Prov. 17, 15. γ) Significat aliquem ut *injuſtum tractare*, eique *damnum & pœnam inferre*, 1. Sam. 14, 43. aut aliquem *commovere*, ut locò vindictæ cœptæ improbo bonum faciat, Job. 34, 29.

רָשָׁע m. *Injuſtus, Improbus, Malus.* יַעֲזֹב רָשָׁע דַּרְכּוֹ Deſerat *improbus* viam ſuam, Jeſ. 58, 7. בְּשׁוּב רָשָׁע Si convertetur *impius*, Ezech. 33, 11. Plur. רְשָׁעִים *Improbi*, 2. Sam. 4, 11. In Statu Conſtr. רִשְׁעֵי אֶרֶץ *Improbi* terræ, Pſ. 75, 9. Fœm. מִדַּרְכּוֹ הָרְשָׁעָה A viâ ſuâ *malâ*, Ezech. 3, 18.

1) Generatim *injuſtum* denotat, opponiturque *juſto*, Gen. 18, 13. 2) Speciatim α) *homini* tributum, deſignat *improbum*, qui *juſtitiæ tramitem deſerit*, & in continuô nequitiæ atque improbitatis motu eſt, inſtar maris variorum peccatorum & ſcelerum cœnum protrudens, Gen. 18, 23. Exod. 9, 27, Pſ. 1, 1. 4. Pſ. 37, 10. Jeſ. 48, 22. c. 57, 21. Ezech. 33, 8. 9. 11. 19. Numinis reverentiam & memoriam excutit, Pſ. 10, 4. 13. *pio* inſidiatur & malum ſtruit, Pſ. 10, 2. Pſ. 37, 12. 32. Jer. 5, 26. mutuò petit, ſed non reſtituit, Pſ. 37, 20. violentus eſt, Pſ. 37, 35. opes ad peccatum poſſidet & uſurpat, Prov. 10, 16. infelicem ſcelerum eventum ſentit, Prov. 2, 22. 1. Sam. 2, 9. Specialius notat *reum & condemnatum*, Num. 35, 31. Pſal. 109, 6. γ) *Viæ* tributum, indigitat *peſſimam vivendi rationem*, quando homo injuſtitiæ & improbitati frena laxat, Ezech. 3, 18 19.

רֶשַׁע m. *Injuſtitia, Improbitas, Impietas, Malitia.* מֵרְשָׁעִים יֵצֵא רֶשַׁע Ab improbis exibit *impietas, injuſtitia*, 1. Sam. 24, 13. Cum Suff. יָדַעְנוּ יְהוָֹה רִשְׁעֵנוּ Agnovimus, Domine, *malitiam* noſtram, Jer. 14, 20.

1) Generatim *injuſtitiæ* ſignificationem obtinet, ſive in *abſtracto*, ſive in *concreto*. Oppoſitum eſt *juſtitia*, Pſ. 45, 8. 2) Speciatim α) *abſtractivè* notat *improbitatem*, quâ quis citra reflexionem ad Deum judicem omniſcium & juſtum, à juſtitiæ viâ recedit, & variis indulget peccatis, Pſ. 5, 5. Pſ. 45, 8. Pſ. 84, 11. Prov. 12, 3. Jer. 14, 20. Ezech. 3, 19. c. 33, 14. Confer. Job. 34, 10. ubi indicatur *impietas injuſtitiæ diſtributivæ*, quâ non redditur unicuique, quod debetur. β) *Concretivè* notat *rem, quæ injuſta, impia, improba eſt*, Pſ. 141, 4. Eccl. 7, 25. Jeſ. 58. 4.

רִשְׁעָה f. *Injuſtitia, Improbitas, Impietas.* בָּעֲרָה כָאֵשׁ רִשְׁעָה Exarſit ſicut ignis *improbitas*, Jeſ. 9, 17. עֹשֵׂי רִשְׁעָה Facientes *improbitatem, malitiam*, Mal. 3, 15. In Statu Conſtr. רִשְׁעַת הָרָשָׁע *Improbitas* improbi, Ezech. 18, 20. Cum Suff. כְּדֵי רִשְׁעָתוֹ Juxta meritum *malitiæ* ejus, Devt. 25, 2.

1) Generatim *injuſtitiam* involvit. 2) Speciatim α) *propriè* importat *neglectum Dei & legum*, ubi quis injuſtè & improbè vivit, & omnis generis peccatis & ſceleribus indulget, Devt. 9, 5. c. 25, 2. Prov. 11, 5. c. 13, 6. Ezech. 33, 12. Mal. 3, 15. β) *Metonymicè* deſignat *pœnam improbitatis*, Ezech. 18, 20.

רֶשֶׁף *Pruna, Scintilla; Anthrax* ſeu *morbus ardens.* בְּנֵי רֶשֶׁף Filii *prunæ*, i.e. Scintillæ, Job. 5, 7. Plur. רְשָׁפִים *Prunæ*, Pſ. 78, 48. In Statu Conſtr. רִשְׁפֵּי אֵשׁ *Prunæ* ignis, Cant. 8, 6.

Digitized by Google

1) Generatim notat, *quicquid quacunque ratione inflammat.* 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *prunam, & quicquid fere volando adurit & inflammat.* Ita dicitur de *ſcintillis*, Job. 5, 7. de *fulgetris*, quæ, quicquid attingunt, adurunt & corrumpunt, Pſ. 78, 48. de *ſagittis*, quæ motu calefacti inſtar, ignis penetrant, Pſ. 76, 4. β) *Metaphoricè* deſignat 1) *morbum ardentem*, Devt. 32, 24. Hab. 3, 5. 2) *ardorem & vehementiam amoris*, Cant. 8, 6.

רָשַׁשׁ *Depauperatus eſt.* רֻשַּׁשְׁנוּ *Depauperati ſumus*, Mal. 1, 4.

רֶשֶׁת f. *Rete*, à יָרַשׁ *Poſſedit, Retinuit*, ſic dictum, quod capta *poſſidet & retinet.* רֶשֶׁת נְחֹשֶׁת *Rete* æris, i. e. æneum, Exod. 27, 4. Cum Suff. וּפָרַשְׂתִּי אֶת־רִשְׁתִּי Sed expandam *rete* meum, Ezech. 12, 13. c. 17, 20.

1) Generatim deſignat *omne id, quô quid capitur.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *rete*, ſeu *inſtrumentum*, quod venationi, piſcatui vel aucupio deſtinatum, funibusque decuſſatum eſt, Prov. 1, 17. β) *Metaphoricè* notat 1) *cribrum altaris reticulatum & decuſſatum*, Exod. 27, 4. c. 38, 4. 2) *Inſidias* inſontibus ſtructas & pericula, Pſ. 9, 6. Pſ. 25, 15. Pſ. 31, 5. Pſ. 35, 7. 8. Pſ. 57, 3. γ) *Deo* tributum, indigitat *graviſſimas pœnas & calamitates*, quas immittit impiis, Pſ. 141, 10. Thren. 1, 13. Ezech. 12, 13. c. 17, 20. c. 32, 3. conf. Hoſ. 7, 12.

רָתַח *Ferbuit.* In Kal non legitur; in Piel eſt רִתַּח *Fervefecit.* רַתַּח רְתָחֶיהָ *Fervefac* fervefactiones ejus, i. e. fac, ut vehementer ferveat, Ezech. 24, 5. Pual רֻתְּחוּ *Effervefacta ſunt*, Job. 30. 27. Hiphil הִרְתִּיחַ *Fervefecit.* Fut. יַרְתִּיחַ כַּסִּיר מְצוּלָה *Fervefacit* tanquam ollam profundum, Job. 41, 22. Sæpius non legitur.

רְתָחִים m. pl. *Fervefactiones.* Semel legitur cum Suff. רְתָחֶיהָ *Fervefactiones* ejus, Ezech, 24, 5.

רָתַם *Ligavit, Junxit.* Semel legitur in Imper. רְתֹם הַמֶּרְכָּבָה *Junge* currum, Mich. 1, 13.

רֹתֶם m. *Juniperus*, 1. Reg. 19, 4. 5. Urſinus in Arbor. Bibl. c. 27. p. 355.-360. & Majus in Animadv. Lex. Cocceji ſtatuunt, eſſe *Geniſtam*, quia non ſolum viminibus & vinculis eſt idonea, ſed etiam umbram præbet cubantibus. Plur. רְתָמִים *Juniperi*, Job. 30, 4. Pſ. 120, 4.

רָתַק *Concatenavit.* In Kal non eſt uſitatum. Niphal נִרְתַּק *Concatenatus eſt, catenis junctus eſt, Vinctus eſt.* Fut. עַד אֲשֶׁר לֹא־יֵרָתֵק חֶבֶל הַכֶּסֶף Dum non catenetur i. e. contrahatur funis argenti i. e. argenteus, Eccl. 12, 6. Ita quidem juxta Maſorethas, qui 11. loca obſervant, quæ per ח legenda, licet per ה non ſcriptæ fuerint voces. Sed nil obſtat, quò minus literas ſcriptas retineas, & reddas: *Dum nondum remotus fuerit funis argenteus.* Piel רִתֵּק *Concatenatus eſt.* רֻתְּקוּ בַזִּקִּים *Concatenati, Conſtricti ſunt* compedibus, Nah. 3, 10. Sæpius non legitur.

רַתּוּק m. *Catena*, Ezech. 7, 23. Plur. רַתּוּקוֹת *Catenæ*, 1. Reg. 6, 21.
רַתֻּקוֹת f. pl. *Catenæ*. Tantum extat. Jeſ. 40, 19.
רְתַת *Tremuit*, apud Chaldæos & Syros. Inde eſt
רְתֵת m. *Tremor*. Semel legitur Hoſ. 13, 1.

ש

ש Eſt Pronomen Præfixum, quod cum (∵) vel (-) ſequente Dageſch forti præmittendum, factum eſt ex אֲשֶׁר *qui, quæ, quod*, ejusque ſignificationem exprimit; non ſolum adhiberi ſolitum pro Pronomine ipſo, *qui, quæ, quod*, ſed etiam pro particulis, *dum, quod* &c. שֶׁלֹּא *Qui non*, Pſ. 124, 6. שַׁלָּמָּה Nam ad *quid?* Cant. 1, 6. Sed Eccl. 3, 18. eſt שְׁהֶם quod *illi* (:) alternante cum (∵) עַד־שַׁקַּמְתִּי *Donec, usque dum* ſurrexi, Jud. 5, 7.

שָׁאַב *Hauſit*. וּשְׁאַבְתֶּם מַיִם בְּשָׂשׂוֹן מִמַּעַיְנֵי הַיְשׁוּעָה Tunc *haurietis* cum gaudio aquas ex fontibus ſalutis, Jeſ. 12, 3. Infin. נְעָרוֹת יֹצְאוֹת לִשְׁאֹב מַיִם Puellæ exeuntes ad *hauriendum* aquam, 1. Sam. 9, 11. Fut. אֶשְׁאָב *Hauriam*, Gen. 24, 19. וַיִּשְׁאֲבוּ מַיִם Et *hauſerunt* aquas, 1. Sam. 7, 6.

1) Generatim *hauriendi* notionem obtinet, ſive *propriè* id fiat, ſive *impropriè*. 2) Speciatim α) *propriè* competit *aquæ & humori*, Gen. 24, 13. 20. 43. Joſ. 9, 21. 23. 27. Ruth. 2, 9. 1. Sam. 9, 11. 2. Sam. 23, 16. β) *Metaphoricè* transfertur ad *fontes ſalutis*, ex quibus *aquas* haurire, eſt vera fide beneficiis Chriſti frui, Jeſ. 12, 3.

מַשְׁאַבִּים m. pl. *Hauſtra*; *Loca*, ubi aquæ hauriuntur, juxta R. Salomonem. Semel legitur, Jud 5, 11.

שָׁאַג *Rugiit*. אַרְיֵה שָׁאָג Leo *rugit*, Am. 3, 8. Infin. cum Fut. שָׁאֹג יִשְׁאַג *Rugiendo rugiet*, Jer. 25, 30. i. e. valde rugiet.

1) Generatim *vocem ingentem & formidabilem* refert. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *leonum*, & notat *rugire*. *Leonum* enim vox maxime formidabilis eſt, hominesque & bruta perterrefacit, Jud. 14, 5. Pſ. 104, 21. conf. Pſ. 22. 4. β) *Metaphoricè* 1) *Deo* tributum, eſt *divinæ iræ* ac *vindictæ* ſymbolum, & *efficaciæ ipſius verbi* indicium, Jer. 25, 30. Hoſ. 11, 10. Joel. 4, 16. Am. 1. 2. c. 3, 8. 2) *hominibus* tributum, deſignat a) *hoſtium frementium violentiam & vociferationem*, Jeſ. 74, 4. Jeſ. 5, 29. Jer. 2, 15. b) *dolentium ululatum lamentabilem ac horrendum*, Pſ. 38, 9. Jer. 51, 38. 3) *Tonitrui* tributum, deſignat *formidabilem ipſius fragorem*, Job. 37, 4.

שְׁאָגָה f. *Rugitus*, Jeſ. 5, 29. In Statu Conſtr. שַׁאֲגַת כְּפִירִים *Rugitus* leonum, Zach. 11, 3. Cum Suff. שַׁאֲגָתוֹ *Rugitus* ipſius, Ez. 19, 7. Plur. cum Suff. שַׁאֲגֹתָי *Rugitus* mei, Job. 3, 23.

1) Generatim *ingentem & horrendam vociferationem* innuit. 2) Speciatim α) *proprium* eſt *leonum*, & *rugitum* ſignificat; de quô Franzius in Hiſt. Animal. p. 68. ſcribit, *leonem* animalia, utut longiſſimè abſint, fuga-

Digitized by Google

que ſe poſſint eripere, tamen rugitu ſuo adeò conſternata reddere, ut conſiſtant tanquam victimæ, fiantque præda leoni. β) *Metaphoricè* denotat 1) *hoſtium violentiam, crudelitatem & tumultum*, Jeſ. 5, 29. Ezech. 19, 7. Job. 4, 10. Zach. 11, 3. 2) *Gemitus, ejulatus & clamores præ dolore & triſtitia* ob afflictiones graviſſimas, Job. 3, 23. Pſ. 22, 2. item ob peccati pœnam & aculeos, Pſ. 32, 3.

שָׁאָה *Vaſtatus. Deſolatus eſt*; item quia *vaſtatio* non ſine ingenti ſtrepitu, fragore & tumultu fieri ſolet, *Perſtrepuit, Perſonuit, Tumultuatus eſt.* עַד־אֲשֶׁר אִם שָׁאוּ עָרִים Usque dum *vaſtentur* urbes, Jeſ. 6, 11. Niphal Fut. וְהָאֲדָמָה תִּשָּׁאֶה שְׁמָמָה Terra autem *vaſtetur* vaſtatione, i.e. tota in ſolitudinem & vaſtitatem redigatur, Jeſ. 6, 11. כִּשְׁאוֹן מַיִם רַבִּים יִשָּׁאוּן Juxta ſtrepitum aquarum multarum *perſtrepent*, Jeſ. 17, 13. confer. v. 12. Hiphil הִשְׁאָה *Vaſtavit.* Infin. לְהַשְׁאוֹת Ad *vaſtandum*, Jeſ. 37, 26. Hithpael הִשְׁתָּאָה *Stupuit, Obſtupuit*, quaſi animo vaſtatus eſt. Part. אִישׁ מִשְׁתָּאֵה לָהּ Vir *obſtupuit* ob illam, Gen. 24, 21.

שׁוֹאָה f. *Vaſtatio tumultuoſa, Vaſtitas, Vaſtum.* שֹׁאָה וּמְשׁוֹאָה *Vaſtitas* & deſolatio, i.e. ingens vaſtatio, quæ cum magno clamore & ſtrepitu fit, Job. 30, 3. יוֹם שֹׁאָה וּמְשׁוֹאָה Dies *vaſtationis* & deſolationis, i. e. maximæ vaſtationis, Zeph. 1, 15. In Statu Conſtr. מִשֹּׁאַת רְשָׁעִים A *vaſtatione* improborum, Prov. 3, 25.

1) Generatim dicit, *quicquid cum ſtrepitu & excidio fit.* 2) Speciatim α) denotat *vaſtationem*, qua *urbs* vel *regio* non ſine ſtrepitu & tumultu in deſolationem redigitur, Pſal. 63, 10. Jeſ. 4, 7. 11. Zeph. 1, 15. vel etiam impius perditur & excinditur, Prov. 3, 25. β) *Metonymicè* notat 1) *locum valde vaſtum*, Job. 38, 27. 2) *Rem*, quæ *vaſtationem* inducit, ſubitò ac cum ſtrepitu ac tumultu quaſi perrumpit, & obvia quævis magno cum impetu proſternit. Ita dicitur de turbine vaſtante, Job. 30, 14. de ſubita ac ſæviente tempeſtate, Prov. 1, 17. Vid. Geierus, de *Gogo*, qui comparatur *nimbo*, qui disrupta nube magno cum impetu prolabitur, omnia aquis involvit, & proſternit, Pſ. 38, 9.

שְׁאִיָּה f. *Vaſtatio.* Semel legitur Jeſ. 24, 12.

שְׁאֵת f. *Devaſtatio.* Tantum extat Thren. 3, 47.

שׁוֹאִים m. pl. *Vaſtationes.* Saltem reperitur, Pſalm. 35, 17. cum Suff. מִשֹּׁאֵיהֶם A *devaſtationibus* eorum, Pſ. 35, 17.

שָׁאוֹן m. *Tumultus, Tumultuatio, Strepitus.* קוֹל שָׁאוֹן Vox *ſtrepitus*, Jeſ. 13, 4. In Statu Conſtr. שְׁאוֹן יַמִּים שְׁאוֹן גַּלֵּיהֶם *Strepitus* marium, *ſtrepitus* fluctuum eorum, Pſ. 65, 8. כִּשְׁאוֹן מַיִם רַבִּים Juxta *ſtrepitum* aquarum multarum, Jeſ. 17, 12. Cum Suff. וּשְׁאוֹנָהּ Et *tumultuatione* ſua, Jeſ. 5, 14.

1) Notat *vaſtationem*, qua aliquid in ſolitudinem redigitur, vel excinditur, Hoſ. 10, 14. Confer. Jer. 46, 17. ubi Rex Ægypti vaſtatio fa-

factus dicitur, i. e. devaſtatus & exciſus. 2) *Metonymicè* notat *Strepitum, Tumultum*, quia vaſtatio urbis vel regionis non ſine *ſtrepitu* ac *tumultu* fieri ſolet. Sed in hac ſignificatione promiſcuè adhibetur. Legitur enim de *ſtrepitu*, qualis eſt aquarum multarum & validarum, Jeſ. 17, 12. 13. maris ejuſque fluctuum, Jeſ. 65, 8. gentium multarum, Jeſ. 5, 14. c. 13, 4. c. 17, 12. hoſtium tumultuantium, Pſ. 74, 23. vaſtationis, vaſtatorum & ejulationis magnæ, Jer. 25, 31. c. 51, 55. iræ divinæ & hoſtium ſpiritualium, Pſ. 40, 3. jactantiæ, Jer. 48, 45. hilarium & exultantium, Jeſ. 24, 8.

שַׁאֲנָן m. *Tumultuatio, Strepitus ingens.* Bis legitur cum Suff. שַׁאֲנַנְךָ *Tumultuatio, Strepitus* tuus ingens, 2. Reg. 19, 28. Jeſ. 37, 29.

מְשׁוֹאָה f. *Vaſtatio, Devaſtatio, Vaſtum, Devaſtatum.* Ter legitur Job. 30, 3. c. 38, 27. Zeph. 1, 15. ſed ubique jungitur voci שׁוֹאָה *Vaſtatio*, ad intendendam ſignificationem.

מַשָּׁאוֹן m. *Vaſtitas, Vaſtatio*, Prov. 26, 26. Sed potius eſt à נשא, *Decepit*, & notat *deceptionem*.

מַשּׁוּאוֹת f. pl. *Vaſtitates.* Per alternationem מַשָּׁאוֹת Pſ. 73, 18. Pſ. 74, 3. quibus locis ſignificatio ſatis congrua eſt, ſed Dageſch forte in ש prodit radicem נשא *Decepit*; forte etymi ratio eſt, quia *deceptio* interdum *vaſtitates* inducit.

תְּשֻׁאוֹת f. pl. *Strepitus* per alternationem (ֻ) cum (וֹ) תְּשֻׁאוֹת Job. 36, 29. c. 39, 10. *Tumultus*, Jeſ. 22, 2. *Acclamationes, Applauſus*, Zach. 4, 7. Sæpius non legitur.

שָׁאַט *Depopulatus eſt, Diripuit*; & inde ex uſu Chaldaico *Sprevit, Contemſit*, quia quæ homo depopulatur, ea contemnit. Radix videtur eſſe שׁוּט, & א Epentheticum. Particip. שָׁט *Depopulans.* Plur. הַשָּׁטִים אֹתָךְ *Depopulantes* te, Ezech. 27, 26. Sed Ezech. 28, 24. 26. eſt הַשָּׁאטִים אוֹתָם *Diripientes, Depopulantes* eos, א per Epentheſin inſitô, ut in קָאם Hoſ. 10, 14. pro קָם, & רָאשׁ pro רָשׁ ex רוּשׁ. Similiter Fœm. הַשָּׁאטוֹת *Depopulantes*, Ezech. 16, 37. Sæpius non legitur.

שְׁאָט m. *Depopulatus, Contemtus*; בִּשְׁאָט בְּנֶפֶשׁ Cum *contemtu* ex libidine animæ, Ezech. 25, 15. conf. c. 36, 5. Cum Suff. בְּכָל־שָׁאטְךָ In tota *depopulatione* tua, Ezech. 25, 6. ubi per Syriaſmum א (:) ante ſe reſpuit, & vocalem ſuam in locum ejus remittit, ut in ea quieſcat. Sæpius non legitur.

שָׁאַל, שָׁאֵל *Rogavit, Interrogavit, Petiit, Expetiit, Cupivit, Precatus eſt, Optavit, Salutavit*; *Mutuatus eſt, Commodò accepit*; *Commodavit*; *Conſuluit, Quaſivit, Requiſivit, Sciſcitatus, Percunctatus eſt, Mendicatus eſt.* Conſtruitur cum Accuſativo *perſonæ*, quæ vel rogatur, aut interrogatur, aut *rei*, quæ rogatur aut petitur. Vid. Joſ. 19, 50. Jud. 8, 28.

Digitized by Google

8, 28. 1.Chron. 4, 10. Gen. 32, 17. Interdum conſtruitur intercedentibus Præpoſitionibus ל, מִן, מֵאֵת. שָׁאֹל שָׁאַל *Percunctando percunctatus eſt*, i. e. accuratiſſimè ſciſcitatus eſt, Gen. 43, 7. מַיִם שָׁאַל Aquam *petiit*, Jud. 5, 25. וּשְׁאֵלְךָ Et *interrogaverit* te, Gen. 32, 17. מֵיְהוָה שְׁאִלְתִּיו A Domino *expetivi* eum, 1. Sam. 1, 20. ubi ſub א alternat (.) cum (-). שְׁאֶלְתֶּם *Petiiſtis*, pro שְׁאַלְתֶּם, (:) cum (-) alternante, 1. Sam. 12, 13. Infin. וַיּוֹסֶף עוֹד דָּוִד לִשְׁאוֹל בַּיהוָה Tunc addidit adhuc David *interrogare*, i. e. adhuc amplius David interrogavit Dominum, 1. Sam. 23, 4. Fut. אֶשְׁאַל *Petam*, Jeſ. 7, 12. וַיִּשְׁאָלֵהוּ Et *interrogavit* eum, Gen. 37, 15. Part. Paul. שָׁאוּל *Commodatus*, 1. Sam. 1, 28. Niphal נִשְׁאַל *Exoratus eſt; Precibus obtinuit; Petiit.* נִשְׁאַל נִשְׁאַל *Petendo petiit*, 1. Sam. 20, 28. i. e. obnixe petiit à me. נִשְׁאַלְתִּי מִן הַמֶּלֶךְ *Precibus obtinui* à Rege, Neh. 13, 6. Infin. נִשְׁאוֹל pro הִשָּׁאֵל, Characteriſticâ Præteriti retentâ, & (וֹ) pro vocali ſecundæ radicalis adhibitô, ut in נִכְסֹף *Deſiderando*, Gen. 31, 30. Piel שִׁאֵל *Rogavit, Interrogavit, Mendicavit.* וְשִׁאֲלוּ Et *mendicent*, Pſal. 109, 10. Fut. יְשַׁאֲלוּ *Interrogabunt*, 2. Sam. 20, 18. Hiphil הִשְׁאִיל *Mutuavit, Mutuò dedit, Commodò dedit petenti, Commodavit.* הִשְׁאִלְתִּיהוּ *Commodavi* eum Domino, 1. Sam. 1, 28. Fut. וַיַּשְׁאִלוּם Ut *darent ipſis mutuò*, Exod. 12, 36.

1) Generatim notat *poſtulare*, quacunque fiat ratione, Devt. 10, 12. Pſ. 40, 7. 2) Speciatim α) notat *interrogare*, quia, qui *interrogat*, reſponſionem ab interrogato *poſtulat*. Denotat autem vel *abſolute interrogare*, Gen. 24, 57. Jud. 4, 20. Jer. 48, 19. vel *ſollicitè, omnique adhibito ſtudio ſciſcitari, percunctari* &c. Gen. 43, 7. c. 44, 19. Devt. 13, 15. Jer. 6, 16. *informationis* cauſâ, tùm *perſonalis*, Exod. 13, 14. Devt. 6, 20. Jer. 23, 33. tùm *objectiva*, Job. 12, 7. ubi beſtiæ per προσωποποιΐαν interrogatæ, intellectuique & conſiderationi objectæ perſonam reſpondentis induere & informare videntur interrogantem. Sed Jer. 18, 13. eſt *indignationis*, & Job. 21, 29. *admirationis & indignationis* β) Significat *conſulere*, quia conſulens *interrogat & conſilium poſtulat.* Dicuntur autem homines ferè *in dubiis conſulere* Deum, 1. Sam. 14, 39. c. 22, 13. c. 23, 4. os Dei, Joſ. 9, 14. Jeſ. 30, 2. judicium Urim, Num. 27, 21. imagines, Ezech. 21, 21. 26. Pythonem, Devt. 18, 11. 1. Chron. 10, 13. γ) Valet *rogare, petere, expetere*, quia, qui aliquid rogat, petit, expetit, is illud *poſtulat.* Ita autem diverſimodè adhibetur. Nam 1) dicitur de *homine*, qui rogat vel expetit aliquid ſibi ipſi ab alio. Ita homo aliquid ſibi petere dicitur ab *alio homine* vel *abſolute*, e. g. aquam, Jud. 5, 25. veniam, 1. Sam. 20, 6. vel *mutuò, commodatò*, ubi eſt *mutuare*, Ex. 3, 22. c. 11, 2. c. 12, 35. 2. Reg. 4, 3. vel *gratis, eleemoſynam*, ubi eſt *mendicare*, Prov. 20, 4. Pſal. 109, 10. *A Deo* autem *homo aliquid expetere* dicitur, quando vel *mente humili, devotâ & fiduciali* ab eo petit ſapientiam, 1. Reg. 3, 10. 11. 2. Chron. 1. 11. vitam,

vitam, 1. Reg. 3, 10. conf. Pſ. 21, 5. pluviam, Zach. 10, 1. mortem, 1. Reg. 19, 4. filium, 1. Sam. 1, 20. 27. ita, ut ipſius preces exaudiantur, Devt. 18, 16. 1. Chron. 4, 10. confer. loca jam citata; vel ex *impatientia* cibum, Pſ. 7, 18. Pſ. 105, 40. 2) Dicitur de *homine*, qui *aliis* aliquid expetit, & *a*) idem eſt ac *optare id*, quod ad alterius pacem & felicitatem pertinent, Pſ. 122, 6. Jer. 15, 5. *b*) Idem eſt ac *ſalutare*, quia, qui aliquem ſalutat, non ſolum de ſalute ipſius quærit: *Esne ſalvus, incolumis?* &c. Sed etiam proſpera quævis ipſi precatur & à Deo expetit, 1. Sam. 10, 4. c. 17, 22. c. 25, 5. 2. Sam. 8, 10. 1. Chron. 18, 10. δ) Significat *reddere*, quod precibus à Deo obtentum, & quaſi mutuò datum fuit; unde illud etiam *jure repoſcere* poteſt, 1. Sam. 1, 28.

שָׁאוּל m. *Saul*, nomen proprium, *rogatum* ſonans, α) eſt nomen propr. *Regis* Idumæorum, Gen. 36, 38. β) *Primi Regis Iſraelitarum*, 1. Sam. 9, 2. γ) *Filii Simeonis*, Gen. 46, 10.

שְׁאוֹל c. *Sepulchrum*, *Infernus*, ab *inſatiabili habendi appetitu* nomen trahens. מִיַּד שְׁאוֹל אֶפְדֵּם Ex *manu*, i. e. poteſtate *inferni*, redimam eos, Hoſ. 13, 14.

1) Generatim notat *id, quod ſuo modo petit*, vel *petitur*, vel unde *quilibet liber exire diſcupit*, connotatô terminô ad quem, ſive ſit *locus*, ſive *ſtatus*. 2) Speciatim α) notat *ſepulchrum*, Pſalm. 141, 7. vel potius *communem mortuorum ſtatum*, in quem mors homines redigit, ſic dictum, quod *petat* omnes homines, Gen. 37, 35. Job. 17, 14. Pſal. 89, 49. Eccl. 9, 10. Jeſ. 38, 10. conf. 1. Sam. 2, 6. β) Notat *infernum*, ſeu *locum damnatorum*, ab inſatiabili habendi appetitu ſic dictum, Prov. 5, 5. Jeſ. 5, 14. c. 14, 11. Hoſ. 13, 14. γ) Notat *receptaculum hominum mortuorum*, tàm ratione *corporis*, quod eſt *ſepulchrum*, quàm ratione *animæ*, quod eſt *infernus*, Prov. 30, 16. Neutrum enim ſatiatur, ſed utrumque inſtar famelici lupi aut leonis quotidie quaſi rictum diſtendit, ac plura appetit. δ) Denotat *inferiorem terræ locum*, ſive ſit *centrum terræ*, quod ab omnibus gravibus petitur, Job. 11, 8. c. 26, 6. Vid. Sebaſt. Schmid. ſive *alius*, ubi quis quietè latere cupit, Job. 14, 13. Pſ. 139, 8. ε) *Metaphoricè* denotat *graviorem calamitatem & periculum ſummum*, à quibus liberari cupit homo, Pſ. 30, 4. Pſ. 86, 13. Pſ. 116, 3.

שְׁאֵלָה f. *Petitio*; *Commodatio*. אֶשְׁאֲלָה מִכֶּם שְׁאֵלָה Petam à vobis *petitionem*, Jud. 8, 24. Cum Suff. שְׁאֵלָתִי *Petitio* mea, 1. Sam. 1, 27. שְׁאֵלָתִי *Petitio* mea, Job. 6, 8. (..) ibi retentô, hîc autem in ſcheva correptô. שְׁאֵלָתֵךְ *Petitio* tua, Eſth. 5, 6. & per Syncopen שֵׁלָתֵךְ 1. Sam. 1, 17.

1) Generatim *petitionem* infert. 2) Speciatim α) *propriè* notat *actum petendi*, quô aliquid ab alterô enixè petitur. β) *Metonymicè* notat 1) *rem*, quæ petitur, Jud. 8. 24. 1. Sam. 1, 17. 27. 1. Reg. 2, 17. 20. Eſth. 7, 3. Job. 6, 8. Pſ. 106, 15. 2) *Rem precibus obtentam*, quæ datori demiſſâ mente redditur, 1. Sam. 2, 20.

מִשְׁאָלוֹת f. pl. *Petitiones ; Res petita* Bis legitur. In Statu Conſtr. וְיִתֶּן לְךָ מִשְׁאֲלֹת לִבֶּךָ Et dabit tibi *petitiones* cordis tui, i. e. *res*, quas petit cor tuum, Pſ. 37, 4. יְמַלֵּא יְהוָה כָּל־מִשְׁאֲלוֹתֶיךָ Implebit Dominus omnes *petitiones* tuas, Pſ. 20, 6.

שָׁאַן In Kal non legitur ; in Piel eſt שַׁאֲנַן *Tranquillus eſt, Tranquillè egit*, tertiâ radicali geminatâ. שַׁאֲנַן מִפַּחַד רָעָה *Tranquillus erit* à timore mali, Prov. 1, 13. שַׁאֲנָנוּ *Tranquilli ſunt*, Job. 3, 18.

1) Generatim deſignat *quietem*. 2) Speciatim denotat *quietem & tranquillitatem minimè turbatam*, ubi non eſt exactor, Job. 3, 18. metus mali, Prov. 1, 13. terrens, Jer. 30, 10. c. 46, 27. hoſtium invaſio & vaſtatio, Jer. 48, 11. Sæpius non occurrit.

שַׁאֲנָן m. *Tranquillus, Quietus.* נָוֶה שַׁאֲנָן Manſio *tranquilla*, Jeſ. 33, 20. Plur. שַׁאֲנַנִּים *Tranquilli, Securi*, Am. 6, 1. Pſalm. 123, 4. Fœm. נָשִׁים שַׁאֲנַנּוֹת Mulieres *tranquillæ*, Jeſ. 32, 9.

1) Generatim *tranquillitatem* infert. 2) Speciatim *α*) *propriè* ſignificat *tranquillum, quietum, pacatum.* Ita dicitur de habitatione tranquilla, Jeſ. 32. 18. c. 33, 20. & de gentibus tranquillis, pacatis, bello carentibus, Zach. 1, 15. *β*) *Metonymicè* notat *ſecurum & inſolentem*, quia tranquillitas hominem ſecurum reddit & inſolentem. Ita dicitur de *homine felicibus rerum ſucceſſibus gaudente*, nil mali ſibi timente, elatoque animo pium deſpiciente, Job. 12, 5. Pſ. 123, 4. *ſecuro*, bonisque variis abundante, Am. 6, 1. item de *civitatibus* ſecuris & tranquillitate ſua ſuperbis per *mulieres* deſignatis, Jeſ. 32, 9. 11.

שַׁלְאֲנָן m. *Tranquilliſſimus.* Juxta Kimchium in lib. rad. eſt vox compoſita ex שָׁלֵו & שַׁאֲנָן, ad deſignandam *ſummam tranquillitatem.* Semel legitur Job. 21, 23.

שֹׁאסַיִךְ *Diripientes* te, vide in שָׁסַס.

שָׁאַף *Hauſit ; Anhelavit, Adſpiravit ; Abſorbuit, Deglutivit.* וְשָׁאַף צַמִּים חֵילָם Et *anhelat* comatus, i. e. pauper opes eorum, Job. 5, 5. שָׁאֲפוּ רוּחַ *Hauriunt* ventum, Jer. 14, 6. Infin. שְׁאֹף *Exhauriendo*, Ezech. 36, 3. Fut. וְאֶשְׁאַף Et *exhauriam*, Jeſ. 42, 14.

1) Generatim notat *anhelare ad cupitum aliquod*, ſive *propriè*, ſive *impropriè*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *haurire* vel *attrahere aerem* ; ita onager æſtu ac ſiti preſſus aerem vel ventum haurire dicitur Jer. 14, 6. conf. c. 2, 24. *β*) *Metaphoricè* 1) eſt *deglutire, abſorbere*, ad deſignandam *evacuationem, perditionem* vel *excidium*, Jeſ. 42, 14. Ezech. 36, 3. Am. 8, 4. Conf. Pſ. 56, 2. 3. ubi deſignat *hoſtium* fervidiſſimâ ardentium irâ *conatum*, ut abſorbeant, perdant &c. 2) *Vehementer deſiderare & expetere aliquid;* Qui enim vehementer aliquid deſiderat & diſcupit, tanto in illud fertur ardore, ut vix ſufficientem aerem trahere liceat. Ita dicitur de *ingenti deſiderio*, quo quis magnô ardore fertur *in verbum Dei*, ut David, Pſal. 119, 131. *In meliorem & tranquilliorem ſtatum*, ut ſervus, Job.

Job. 7, 2. in *noctem mortis*, qua homines tolluntur, Job. 36, 20. in *opes* ex agris provenientes, ut pauper Job. 5, 5. in *expletionem officii & velocitatem* curſus, ut ſol, Eccl. 1, 4.

שָׁאַר *Reliquus eſt, Supereſt.* עוֹר שָׁאַר Adhuc *reliquus* eſt minimus, 2. Sam. 6, 1. Niphal נִשְׁאַר *Reliquus, Reſiduus eſt vel factus eſt, Relictus eſt; Superſtes manſit, Remanſit, Superfuit.* Conſtruitur cum מִן vel בְּ ſignificante *e* vel *ex.* נִשְׁאַר מִיֶּתֶר הָרְפָאִים *Relictus erat,* de reſiduis Rephaim, Devt. 3, 11. וְהוּא לְבַדּוֹ נִשְׁאַר Et ipſe in ſolitudine ſua, i. e. ſolus *relictus eſt*, Gen. 42, 38. וְנֵאשְׁאַר Et *reliquus fui*, Ezech. 9, 8. Juxta Kimchium in Commentario eſt forma mixta ex Præterito Niphal נִשְׁאַר *Relictus fuit*, & ex Fut. Kal אֶשְׁאַר *Relinquar*, quaſi dicere voluerit Propheta; *Cum percutientibus illis videre vellem*, מִי נִשְׁאַר Quis *reliquus maneret?* Animadverti כִּי אֶשְׁאַר אֲנִי quod ego ſaltem *relictus eſſem.* Confer. R. Sal. ben Melech in Michlal Jophi. Summe Rever. Danz. ita interpretatur: Videtur dicturus Propheta (perſvaſus primùm, futurum aliquem relictorum numerum) & *relictus fuit. Cum autem vocem hanc jam incboaſſet, &, primâ ejus ſyllabæ ex parte tunc pronunciata, obſervaſſet, neminem relictum fuiſſe, præter ſe ſolum; in medio locutionis curſu ſe ipſum quaſi corrigit, dicens* וְאֶשְׁאַר *& reſiduus eram ego ſolus. Vid. ejus Literator edit. 2. p. 388 & ſeq.* Ubi hæc ſcribit: *Vel ex ejusdem Conjugationis diverſo ſaltem numero componitur. Bona, quam de aliis pluribus conceperat, ſpes ſuppeditabat primam pluralem* וְנִשְׁאַר *& relinquebamur ego, ſubjecturus, & N. N. Sed cum undiquaque circumſpiciens, neminem vidiſſet, niſi ſe ſolum, corrigit Pluralem antea conceptum, & deſinit in ſingulari;* וְאֶשְׁאַר *& relinquebar.* וְנִשְׁאֲרוּ בָם אֲנָשִׁים Et *reliqui fuerunt* ex illis viri, Jer. 37, 10. Part. נִשְׁאָר *Reliquus; Reſiduus*, Gen. 32, 8. Fut. יִשָּׁאֵר *Reliquus erit*, Jeſ. 11, 11. Hiphil הִשְׁאִיר *Reſiduum, Reliquum, Superſtitem fecit* vel *reliquit, reſiduum habuit.* אֲשֶׁר הִשְׁאִיר הַבָּרָד Quod *reliquit* grando, Exod. 10, 12. Fut. אַשְׁאִיר *Reliquum faciam*, 1. Sam. 25, 22. וְלֹא יַשְׁאִירוּ מִחְיָה בְּיִשְׂרָאֵל Neque *reſiduum fecerunt* victum in Iſraele, Jud. 6, 24.

1) Generatim notat *reliquum eſſe de aliquô altero*, ſive *res animatas*, ſive *inanimatas.* 2) Speciatim α) ad *res animatas* relatum, dicitur 1) de *homine*, qui ex cœtu vel numero aliorum reſiduus eſt, Exod. 14, 28. Devt. 3, 11. c. 4, 27. c. 28, 62. Joſ. 13, 12. 1. Reg. 22, 47. 2. Reg. 10, 21. 2. Chron. 21, 17. Jeſ. 11, 16. &c. 2) de *animalibus brutis*, Exod. 8, 27. Exod. 10, 19. 2. Reg. 7, 13. β) Ad *res inanimatas* translatum, dicitur de victu, Jud. 6, 24. de benedictione, Joel. 2, 14.

שְׁאָר m. *Reliquus, Reſiduus; Reliquum, Reſiduum; Reliquiæ.* שְׁאָר הַכֶּסֶף *Reliquum* argenti, 2. Chron. 24, 14. שְׁאָר הָעִיר *Reliquum* urbis, 1. Chron. 11, 8. שְׁאָר יָשׁוּב *Reliquum* convertetur, Jeſ. 10, 21.

1) Gene-

1) Generatim notat *reliquum*, ſeu *id, quod præter nominatas perſonas* vel *res ex eodem genere reſtat*. 2) Speciatim α) notat *reſiduum perſonarum*, 1. Chron. 16, 41. Eſr. 3, 8. c. 4, 3. Neh. 10, 29. c. 11, 1. 20. Jeſ. 10, 20. 21. 22. c. 11, 11. β) Notat *reſiduum rerum*, e. g. rerum geſtarum, 2. Chron. 8, 29. argenti, 2. Chron. 24, 14.

שְׁאָר יָשׁוּב m. *Schear Jaſchubh*, nomen proprium *filii Jeſaiæ*, ſignificans: *Reliquiæ convertentur*. Haud dubie Jeſaias filium ſuum ita vocavit, quod *reliquiæ Judæorum*, illatis multis plagis, tandem ad Dominum ſe converſuræ ſint. Legitur Jeſ. 7, 3.

שְׁאֵר m. *Caro; Alimentum in genere; Propinquus, Propinqua*, de *eadem carne* vel *ſanguine* exiſtens. אִם יָכִין שְׁאֵר לְעַמּוֹ Numquid parabit *carnem* populo ſuo? Pſ. 78, 20. אִישׁ אִישׁ אֶל־כָּל־שְׁאֵר בְּשָׂרוֹ לֹא תִקְרְבוּ Vir, vir ad ullam *propinquam* carnis ſuæ non accedetis, i. e. nullus ad propinquam carnis ſuæ accedat, Lev. 18, 6. וּשְׁאֵרִי עַל־בָּבֶל Et *caro* mea eſt ſuper Babel, i. e. cædes conſanguineorum meorum, vel eorum, qui ad me pertinent, Babeli imputatur ad culpam, reatum & pœnam, & ſeverè etiam punitur, Jer. 51, 35.

1) Generatim *reſidui* notionem involvit. 2) Speciatim α) *propriè* notat *carnem*, quæ poſt animam eſt *reliqua* animalis pars, ſive ſit *eſui* apta, Pſ. 78, 20. 27. ſive non, ut eſt *caro hominis*, quam perturbat avarus, in ſeipſum injurius, Prov. 11, 17. β) *Impropriè*, & quidem *a*) *Synecdochicè* denotat tùm *ipſum corpus*, quod libidinoſus conſumit, Prov. 5, 11. quodque morbis aliisve injuriis obnoxium eſt, & citò corrumpitur, Pſ. 73, 26. tùm etiam *alimentum* vel *victum*, Exod. 21, 10. conf. Mich. 3, 2. 3. ubi notat *alimenta*, alimentorumque parandorum *media*, unde l. c. *comedere alicujus carnem*, eſt alimenta & alimentorum parandorum media ſubtrahere. *b*) *Metonymicè* transfertur ad *conſanguineos*, qui de *eadem carne & ſanguine* ſunt, reddendum *propinquus, a*; vel *propinquitas*. Unde in eodem genere de utroque ſexu dici poteſt, & dicitur, Lev. 18, 6. 12. 13. c. 20, 19. c. 21, 2. c. 25, 49. Num. 27, 11.

שַׁאֲרָה f. *Reliquiæ carnis, Propinquitas*; Semel occurrit Lev. 18, 17.

שֶׁאֱרָה f. *Scheera*, nomen proprium *filiæ* Viri Ephraitæ, quæ ædificavit Beth-Choronem inferiorem & ſuperiorem, 1. Chron. 7, 24.

שְׁאֵרִית f. *Reſiduum, Reliquiæ*. שְׁאֵרִית נַחֲלָתִי *Reliquiæ* hæreditatis meæ, 2. Reg. 21, 14. Contractè שֵׁרִית יִשְׂרָאֵל *Reliquiæ* Iſraelis, 1. Chr. 12, 38. Cum Suff. וּשְׁאֵרִיתָם Et *reſiduum* eorum, Jer. 15, 9.

1) Generatim notat *omne id, quod de aliquo altero reſiduum eſt*. 2) Speciatim α) deſignat *reliquias hominum*, Jeſ. 15, 3. Jer. 6, 9. c. 15, 9. c. 44, 14. Zeph. 2, 9. Mich. 2, 12. c. 5, 6. &c. β) *Reſiduum rei*, e. g. ligni, Jeſ. 44, 17. iræ divinæ, Pſ. 76, 11.

מִשְׁאָרֶת vel מִשְׁאֶרֶת f. *Reſiduum*; item *Mactra*, ſic dicta, quod non ſolum ad pinſendum adhiberi poteſt, ſed etiam *reliquiis* cibo-

rum

Digitized by

rum reſervandis inſervit. וּמִשְׁאַרְתֶּךָ Et *mactra* tua, Devt. 28, 5. 17. Plur. מִשְׁאָרוֹת *Mactra*. Cum Suff. מִשְׁאֲרֹתָם *Mactra* eorum, Exod. 12, 34. וּבְמִשְׁאֲרוֹתֶיךָ Et in *mactras* tuas, Exod. 7, 28. Sæpius non legitur.

שְׁבָא *Seba*, nomen proprium 1) *Viri*, tam ex Cuſi nepotibus, Gen. 10, 7. quàm ex nepotibus Semi, Joctani filii, Gen. 10, 28. & ex nepotibus Abrahami, Gen. 25, 3. 2) *Regionis Æthiopiæ*, 1. Reg. 10, 1.

שָׁבַב *Fregit*, *Confregit*, apud Talmudiſtas. Inde eſt

שָׁבָב m. *Fragmentum*. Semel occurrit in Plurali שְׁבָבִים *Fragmenta*, Hoſ. 8, 6.

שָׁבִיב m. *Scintilla*, quaſi *fragmen* ignis dicta. Semel occurrit Job. 18, 5. וְלֹא־יִגַּהּ שְׁבִיב אִשּׁוֹ Et non ſplendebit *ſcintilla* ignis ejus, i. e. lux impiorum ita à Deo extinguetur, ut ne ſcintilla quidem de luce illorum fulſura ſit, vel remaneat.

שָׁבָה *Captivavit*, *Captivum cepit*, *Duxit*, *Abduxit*, *Deportavit*, *Tenuit*, *Detinuit*. וְשָׁבָם Et *captivos abducat* eos, Jer. 43, 12. וְשָׁבוּם שֹׁבֵיהֶם Ita ut *captivos abduxerint eos captivantes* eos, 1. Reg. 8, 46. 2. Chron. 6, 36. Part. שֹׁבֶה *Captivans*. Part. Paul שָׁבוּי *Captivus*, *in captivitatem abductus*. Plur. לִקְרֹא לִשְׁבוּיִם דְּרוֹר Ad prædicandum *captivis* libertatem, Jeſ. 61, 1. כִּשְׁבֻיוֹת חָרֶב׃ Quaſi *captas* bello, Gen. 31, 26. Infin. בְּיוֹם שְׁבוֹת זָרִים חֵילוֹ In die *captivum abducere*, i. e. in die, quô captivum abduxerunt peregrini robur ejus, Obad. 1, 11. Fut. וַיִּשְׁבְּ Et *captivam abduxit*, Num. 21, 1. ה per Apocopen reſectô, &c, quia ſecundá radicalis eſt בְּ, (:) ſub ש retentô, & literæ ב (:) ſubſtratô. Niphal נִשְׁבָּה *Captivatus*, *Captivus ductus*, *abductus fuit*. כִּי נִשְׁבָּה אָחִיו Quod *captivus abductus eſſet* frater ſuus, Gen. 14, 14. נִשְׁבּוּ *Captivæ abductæ* erant, 1. Sam. 30, 5.

1) Generatim notat *aliquid vi capere*, *connotatâ* ſubinde *translatione ejus è locô in locum*, ſive *id*, *quod capitur*, ſit *perſona*, ſive *res alia*. 2) Speciatim α) de *perſonis* uſurpatum, notat 1) *earum debellationem*, *debellatarumque comprehenſionem & conſtrictionem*, & redditur *captivare*. Ita legitur 2. Reg. 6, 22. 2. Chron. 25, 12. 2) *Hoſtium debellatorum & captorum in captivitatem abductionem*, valens *captivum ducere*, *abducere*, *agere* &c. Devt. 21, 10. 1. Reg. 8, 46. 48. 2. Chron. 28, 11. Pſalm. 137, 3. Sed Pſ. 68, 13. deſignat *glorioſiſſimam Chriſti victoriam & triumphum de hoſtibus ſpiritualibus*, *Diabolo*, *morte*, *infernô*, quibus nos captivi tenebamur, per Chriſtum autem ex vinculis ipſorum liberati ſumus. 3) *Captivorum in captivitate detentionem violentam*, & idem eſt ac *captivum tenere*, *detinere*, 1. Reg. 8, 47. 50. 2. Chron. 30, 9. Jer. 50. 33. Pſ. 137, 3. Sed Jeſ. 61, 1. deſignat *ſpiritualiter captivos*, in umbrâ mortis & clauſtris Diaboli detentos &c. β) De *rebus aliis* adhibitum, indigitat *earum abductionem & prædationem*, Exod. 22, 10. 1. Chron. 5, 21. 2. Chron. 14, 14.

שְׁבִי m. *Captivitas, Captiva turba, Captivorum multitudo.* שָׁבִיתָ שֶּׁבִי *Captivam* duxiſti *captivitatem*, Pſ.68,19. אֲשֶׁר נִשְׁאֲרוּ מִן הַשֶּׁבִי Qui reſidui ſunt de *captivitate*, Neh. 1, 3. יֵלְכוּ בַּשֶּׁבִי׃ Ibunt in *captivitatem*, Devt.28, 41. שֶׁבְיְךָ *Captivitas* tua, pro שֶׁבְיְךָ, (.) cum (·) alternante, Jud.5, 14. בְּאֶרֶץ שִׁבְיָם In terra *captivitatis* ſuæ, 2. Chron. 6, 37.

1) Generatim *captivitatis* notionem involvit. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *captivitatis ſtatum* vel *conditionem*, Devt. 21, 13. 2.Chron. 6, 3. confer. Eſr. 9, 7. β) *Metonymicè* 1) notat *locum captivitatis*, ubi captivitas tolerata fuit, Eſr. 2, 1. Neh. 7, 6. c. 8, 17. 2) *Captivos ipſos*, libertate ſuâ privatos, arbitrioque victoris ſubjectos, tùm *corporales*, Num. 31, 12. Devt. 21, 10. Jud. 5, 12. Jeſ. 20, 4. c. 49, 24. 25. &c. tùm *ſpirituales*, ſcil. peccatum, mortem, infernum, Diabolos, Pſ. 68, 19.

שְׁבוֹ m. *Achates*, lapis pretioſus, Exod. 28, 19, c. 39, 12. A LXX. redditur ſimiliter ἀχάτης; ſed Targum habet טַרְקְיָא *Turcicus*, Türckiß/ & Iſaac Caro reddit טורקישא.

שְׁבִיָּה f. *Captiva.* Semel legitur Jeſ. 52, 2. de Zione, quæ ſub V. T. captivitatem tàm corporalem, quàm ſpiritualem paſſa eſt.

שִׁבְיָה f. *Captivitas, Captivus.* וַיִּשְׁבּוּ שִׁבְיָה גְדוֹלָה Et ceperunt *captivitatem* magnam, 2.Chron. 28, 5. מִדַּם חָלָל וְשִׁבְיָה Ex ſanguine confoſſi & *captivitatis*, i. e. captivi, Devt. 32, 42.

1) Generatim *captivitatis* notionem obtinet. 2) Speciatim α) deſignat *captivitatis ſtatum & locum*, Neh. 3, 36. al. c. 4, 4. Jer. 48, 46. β) Notat *perſonas ac res captivas*, 2.Chron. 28, 5. 11. 13. 14. 15. Devt. 21, 11. c. 32, 42. Sæpius non legitur.

שִׁיבָה f. *Captivitas.* Semel legitur Pſ. 126, 1. in Statu Conſtr. בְּשׁוּב יְהוָה אֶת־שִׁיבַת צִיּוֹן In reducere, i. e. cum reducet Dominus *captivitatem* Sionis, i. e. homines ex Sione captivos. Forma prodit radicem שׁוּב, *Reverti, reducere;* unde ſignificatio foret *reductio*, & ſenſus l. c. eſſet: In *reducere*, i. e. *cum reducet Dominus reductionem Sionis*, i. e. *ex captivitate reduces.*

שִׁיבָה f. *Seſſio, Reſidentia*, vide in יָשַׁב *Sedit* &c.

שְׁבִית f. *Captivitas.* Cum Suff. וְשַׁבְתִּי אֶת־שְׁבִיתְהֶן Deinde tamen reducam *captivitatem* earum, Ezech. 16, 53. juxta קְרִי foret שְׁבוּתְהֶן, ſed præſtat juxta כְּתִיב legere שְׁבִיתְהֶן. Sic eodem verſu שְׁבִית pro שְׁבוּת.

1) Generatim *captivitatem* denotat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *captivitatis ſtatum & conditionem*, Num. 21, 29. β) *Impropriè* 1) *Metonymicè* notat *captivitatis ſubjectum*, ſeu *captivum*, Ezech. 16, 53. 2) *Metaphoricè* ſignificat *ſtatum indigentiæ & ærumnarum*, qua *Jobus* quaſi captivus detinebatur, & tandem in priſtinam felicitatem reſtituebatur, Job. 42, 10. Sed Seb. Schmidius potius accipiendum putat de *deſertione & ſolitudine*, in qua Jobus ita deſertus ſedit, quaſi aliquis captivus.

שְׁבוּת

שְׁבוּת f. *Captivitas.* שָׁב שְׁבוּת אָהֳלֵי יַעֲקוֹב Reducens *captivitatem* tentoriorum Jacobi, i. e. captivos Jacobi, qui olim in ſuis tentoriis quietè habitarunt, Jer. 30, 18. בְּשׁוּבִי שְׁבוּת עַמִּי In reducere me, i. e. cum reduxero *captivitatem* populi mei, Hoſ. 6, 11. Cum Suff. שְׁבוּתָם *Captivitas* eorum, Jer. 31, 23.

1) Generatim *captivitatem* denotat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *abductionem & captivitatis ſtatum*, Thren. 2, 14. β) *Metonymicè* notat *captivitatis ſubjectum*, vel *captivum*, ſive *captivitate corporali*, Devt. 30, 3. ſive *ſpirituali*, Pſalm. 14, 7. Pſal. 53, 7. Jer. 30, 3. c. 33, 7. c. 48, 47. Vid. Seb. Schmid.

שִׁבַּח *Laudavit, Laudibus celebravit;* item *Repreſſit, Compeſcuit.* וְשִׁבַּחְתִּי אֲנִי אֶת־הַשִּׂמְחָה Quare *laudavi* lætitiam, Eccl. 8, 15. Fut. גַּלָּיו אַתָּה תְשַׁבְּחֵם Fluctus ejus tu *compeſcis* eos, Pſ. 89, 10. שְׂפָתַי יְשַׁבְּחוּנְךָ Labia mea *laudabunt* te, Pſ. 63, 4. Hiphil Part. מַשְׁבִּיחַ שְׁאוֹן יַמִּים *Compeſcens* ſtrepitum marium, Pſalm. 65, 8. Hithpael הִשְׁתַּבַּח *Gloriatus eſt.* Infin. לְהִשְׁתַּבֵּחַ בִּתְהִלָּתֶךָ׃ Ad *gloriandum* in laude tua, 1. Chron. 16, 35.

1) Generatim *laudis* rationem importat, ſive *formaliter & in ſe*, ſive ἐκβατικῶς & *in eventu.* Unde 2) ſpeciatim α) in *Piel* notat *rem vel perſonam ob ipſius præſtantiam ac dignitatem laudare, laudibus evehere, celebrare, commendare* &c. Ita laudari dicitur *Deus*, Pſ. 63, 4. Pſ. 117, 1. Pſ. 147, 12. *Deique opera*, Pſ. 145, 4. *lætitia*, ſeu animus à vanis curis liber, in Deô ſuô tranquillus, ſuisque in functionibus lætus, Eccl. 8, 15. In *Hithpael* autem denotat *gloriari in aliquâ re, ſuam laudem* vel *gloriam reputare aliquid*, 1. Chron. 16, 35. Pſ. 106, 47. β) *Metonymicè*, quia laudibus animi mitigantur, vel laudabiles redduntur, quorum furor, mitigatur, ſedatur, compeſcitur, & in tranquillitatem commutatur, inde ſignificat *reprimere, compeſcere, ſedare* &c. Ita dicitur de tumultuante animi concitati impetu, qui ſapientiæ remediô reprimitur ac compeſcitur, Prov. 29, 11. & de fremitu maris, ejusque fluctuum, quos compeſcit & ſedat Deus, Pſ. 65, 8. Pſ. 89. 10.

שַׁבֵּחַ m. *Laudans.* Semel occurrit Eccl. 4, 2. videturque quibusdam eſſe Infinitivus in Piel, per ἐτεϱέωσιν, pro tempore finito, nempe pro Præterito שִׁבַּחְתִּי *laudavi*, poſitus.

שָׁבַט *Duxit, Produxit, Extendit, Opus ductile fecit, ex auro & ære*, apud Syros; *Æquabilis fuit*, apud Syros.

שֵׁבֶט c. ſed m. ſæpius, *Virga, Baculus*, à *ductione & extenſione* nomen trahens; *Sceptrum; Tribus; Spiculum, Haſtile, Stilus, Calamus;* שֵׁבֶט בַּרְזֶל *Virga* ferri, i. e. ferrea, Pſ. 2, 9. שֵׁבֶט מַלְכוּתֶךָ *Sceptrum* regni tui, Pſ. 45, 7. שֵׁבֶט נַחֲלָתוֹ *Virga* hæreditatis ejus, Jer. 10, 16. Cum Suff. חוֹשֵׂךְ שִׁבְטוֹ Prohibens *virgam* ſuam, Prov. 13, 24. Plur. שְׁבָטִים *Tribus*, Joſ. 18, 2. *Spicula, Haſtilia*, 2. Sam. 18, 14. In Statu Conſtr. שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *Tribus* Iſrael, Gen. 49, 28. Cum Suffixo שְׁבָטֶיךָ

Digitized by Google

שִׁבְטֶיךָ *Tribus* tuæ, Devt. 12, 14. שִׁבְטֵיכֶם *Tribus* veſtræ, Devt. 1, 15.

1) Generatim notat *virgam* ſive *baculum*. 2) Speciatim α) notat *virgam* ſeu *baculum* cædentium, quô utuntur caſtigaturi puerum immorigerum, Prov. 13, 24. c. 22, 15. c. 23, 13. c. 29, 15. refractarium ſervum vel ancillam, Exod. 21, 20. Prov. 29, 21. hominem ſtultum & infrunitum, Prov. 10, 13. c. 26, 3. item excuſſuri cuminum, Jeſ. 28, 26. Inde quia *baculus* eſt *inſtrumentum percuſſionis & caſtigationis*, *Metaphoricè* transfertur ad deſignandum 1) *caſtigationem*, *afflictionem* vel etiam *pœnam*, Job. 9, 34. c. 21, 9. c. 37, 13. conf. 2. Sam. 7, 14. item Thren. 3, 1. ubi indigitat *gravem Dei pœnam*, Prov. 14, 3. 2) *Regem Aſſyriæ*, per quem Deus Judæos caſtigaturus, iramque adverſus peccata eorum declaraturus erat, Jeſ. 10, 5. 24. 3) *Sævitiam & imperium durum*, ubi quis durè & inſolenter imperat inferioribus, Prov. 22, 8. Jeſ. 9, 4. 4) *Doctrinam legis*, quâ percutiuntur peccatores, Jeſ. 11, 4. β) *Virgam ſeu baculum paſcentium*, Lev. 27, 32. qui 1) per *Metonymiam ſigni* denotat *paſtoritiam curam*, *ſtudium*, *defenſionem & rectionem*, Pſ. 23, 4. 2) *Metaphoricè* notat *verbum Evangelii*, quô regit pios Paſtor ſummus, Pſ. 45, 7. Mich. 7, 14. γ) *Sceptrum*, quod geſtant *imperantes*, tanquam imperii & poteſtatis inſigne, Eſth. 4, 11. Conf. Am. 1, 5. 8. Inde per *Metonymiam ſigni* denotat *imperium*, *dominatum & poteſtatem coactivam*, Num. 24, 17. Zach. 10, 11. Pſ. 125, 3. Conf. Gen. 49, 10. ubi juxta interpretationem ſummè Rever. Dn. D. Danzii deſignat *poteſtatem coactivam ſecundum ſtatuta & leges receptas pronunciandi & refractarios coercendi*; ſed Pſ. 2, 9. indigitat *poteſtatem Chriſti invictam*, quâ ſuos ſuæque Eccleſiæ hoſtes percutit. δ) *Virgam metientium*, ſeu *perticam menſoriam*, cujus uſus eſt in partiendô fundô; *Metonymicè* autem *portionem* per *virgam menſoriam alicui dimenſam*, inque hæreditatem ei tributam. Ita Iſrael *Metaphoricè* dicitur *virga hæreditatis Dei*, quia erat velut quædam Dei portio & peculium, quod diligebat, curabat, & protegebat, ut vir hæreditatem ſuam, Pſ. 74, 2. Jer. 10, 16. c. 51, 19. ε) Metaph. *tribum*, quia, ut virgæ è communi ſtipite, ita *tribus* è communi patre velut ſtirpe enatæ ſunt, Gen. 49, 16. 28. Exod. 28, 21. Devt. 29, 21. c. 33, 8. Joſ. 4, 5. 8. c. 24, 1. Jud. 18, 1. c. 20, 2. 10. c. 21, 5. &c. Interdum tamen *Synecdochicè* notat *familiam*, quando certæ tribus nomen additur, Jud. 20, 12. ζ) *Haſtile*, *Spiculum*, ex baculo factum, cujus caput erat ferro munitum, 2. Sam. 18, 14. η) *Calamum ſcriptorium*, ſic forte dictus, quod ex baculô factus, aut ſaltem baculo ſimilis ſit, Jud. 5, 14. Sed hæc ſignificatio non probatur Guſſetio, quia deſtituitur uſu loquendi. Unde quia סָפַר notat *numerare*, & שֵׁבֶט etiam ſignificat *virgam Paſtoris*, quâ oves numerat, tùm, ut numerum teneat, tum ut alias ad numerum non pertinentes ſegreget; ita exponit: *Et de Zabulone ſunt attrahentes milites virga dinumerante.*

שְׁבָט m. *Schebbat*, nomen *menſis undecimi*, qui *Januario* noſtro reſpondet. Legitur ſemel Zach. 1, 7.

שָׁבַר Duxit, Deduxit, apud Syros; *Fluxit, Effluxit, Largius pluviæ manavit*, apud Arabes; *Spicas emiſit*, apud Æthiopes; *Crevit, Generavit, florentis ætatis fuit*, apud Arabes.

שְׁבִיל m. *Via, Semita*, quæ aliquò *deducit* viatorem, quamque judice cl. Majo per *fluvios* natura facit & monſtrat. Bis legitur. וּשְׁבִילְךָ Et *ſemita* tua. Sed (י) ante Suffixum prodit Pluralem, ut legendum ſit שְׁבִילֶיךָ *Semitæ* tuæ, Pſ. 77, 20. Plur. in Statu Conſtr. שְׁבוּלֵי עוֹלָם *Semitæ* antiquitatis, i. e. antiquæ, Jer. 18, 15. ubi juxta Maſorethas ו eſt loco (י). Sed quid obſtat, quô minus legas שְׁבוּלֵי, ex ſingulari שְׁבוּל, formæ גְּבוּל *Terminus*.

שֹׁבֶל m. *Semita*, juxta R. Salomonem, Buxtorffium & Seb. Schmidium; *Pes*, juxta Mercerum; *Pilus deſcendens ſuper maxillas* ſeu *Cæſaries*, juxta R. Moſen, Coccejum & Majum. *Humerus* juxta Hieronymum. Saltem legitur Jeſ. 47, 2. Inde tanta expoſitionum eſt varietas. *Pedis* ſignificatio non aliena eſt à contextu; quia tranſituri flumen pedes denudare ſolent.

שִׁבֹּלֶת f. *Spica*, ſeu *culmus frumenti* à *creſcendo* ſic dictus; item *Fluentum, Fluxus, validus fluvii curſus*. כְרֹאשׁ שִׁבֹּלֶת יִמָּלוּ Sicut ſummitas *ſpicæ* exſcinduntur, Job. 24, 24. וְשִׁבֹּלֶת שְׁטָפָתְנִי׃ Et *fluxus* obruat me, Pſ. 69, 3. vid. v. 16. Utrinque *Metaphoricè* deſignatur *graviſſimum vitæ periculum & paſſionum multitudo Meſſiæ imminens*. שִׁבֹּלֶת הַנָּהָר *Spica* fluvii, Euphratis, i. e. populus ibi natus, Babylonii nempe, Jeſ. 27, 12. Vid. Seb. Schmid. Ephraitæ ש efferre non valentes ſubſtituebant סִבֹּלֶת Jud. 12, 6. Plur. שִׁבֳּלִים *Spicæ*, Gen. 41, 5. שִׁבֳּלִים הַדַּקּוֹת *Spicæ* tenues, Gen. 41, 7. שִׁבֳּלִים הַבְּרִיאוֹת *Spicæ* pingues, Gen. 41, 7. מְלַקֵּט שִׁבֳּלִים Colligens *ſpicas*, Jeſ. 17, 5.

שִׁבֳּלִים m. pl. *Baccæ*; forte melius *ſpicæ*. Semel legitur in Statu Conſtr. שִׁבֲּלֵי הַזֵּיתִים *Spicæ* olivarum, Zach. 4, 12.

שַׁבְּלוּל m. *Limax*, à שְׁבִיל *viâ* nomen trahens, eò quòd procedendo ſuccô ſuo *viam* ſignat; vel à שָׁבַל *Fluxit*, eò quod *procedendo* facilè diffluat. Semel legitur Pſ. 58, 9.

שָׁבִיס m. *Ornamentum mulierum capitis, Reticulum* verti ſolitum. Semel occurrit in Plurali שְׁבִיסִים *Reticula*, Jeſ. 3, 18.

שֶׁבַע f. *Septem*, 1. Reg. 6, 38. *Septimus*, Gen. 23, 1. *Septies*, Pſal. 119, 164. *Septuplò*, Lev. 26, 18. 21. שֶׁבַע פְּעָמִים *Septem* vicibus, 1. Reg. 18, 43. In Statu Conſtr. שְׁבַע מֵאוֹת רֶכֶב *Septingenti* currus, 2. Sam. 10, 18. בֶּן־שְׁבַע עֶשְׂרֵה שָׁנָה Filius *ſeptendecim* annorum, Gen. 37, 2.

1) Generatim *numerum* exprimit, ſive *definitè*, ſive *indefinitè*. 2) Speciatim *a*) *definitè* exprimit *numerum ſeptenarium*, tam *cardinalem*

 valens

valens *ſeptem*, Gen. 5, 7. 25. 31. c. 11, 21. 28. 29. 30. &c. quàm *ordinalem*, *ſeptimus*, 1. Reg. 16, 10. 15. 2. Reg. 13, 10. c. 15, 1. β) *Indefinite* indigitat *copiam, multitudinem & frequentiam, vel nominaliter*, notans *multus, plurimus*, Jeſ. 4, 1. Ezech. 39, 9. 12. vel *adverbialiter*, ſignificans *crebro, ſæpe, multoties*, Pſ. 119, 164. Prov. 24, 16.

שִׁבְעָה f. *Septem; Septimus;* jungitur *Nominibus* tum in genere, tum in numero diſcrepante. לְיָמִים עוֹד שִׁבְעָה Poſt dies adhuc *ſeptem*, Gen. 7, 4. בְּשִׁבְעָה עָשָׂר יוֹם לַחֹדֶשׁ In decimo *ſeptimo* die menſis, Gen. 7, 11. Cum נ epenthetico שִׁבְעָנָה *Septem*, Job. 42, 13. In Statu Conſtr. לְשִׁבְעַת הַיָּמִים Poſt *ſeptem* dies, Gen. 7, 10. Cum Suff. שִׁבְעָתָּם *Septem* illi, quaſi ex שִׁבְעַת 2. Sam. 21, 9. Dual שִׁבְעָתַיִם *Septuplum, Septies.* יֻקַּם שִׁבְעָתַיִם *Septuplicem* vindictam experietur, Gen. 4. 15. יְשַׁלֵּם שִׁבְעָתַיִם Reſtituet *ſeptuplò*, Prov. 6, 31. Plur. שִׁבְעִים *Septuaginta*, Gen. 4, 24. שִׁבְעִים אִישׁ *Septuaginta* viri, Jud. 9, 2.

1) Generatim *numerum* deſignat, ſive *definite*, ſive *indefinitè*. 2) Speciatim α) *definitè* in *ſingulari* exprimit *numerum ſeptenarium*, tàm cardinalem, *ſeptem*, Gen. 7, 4. Exod. 25, 37. c. 37, 23. Num. 23, 1. c. 23, 14. quàm ordinalem, *ſeptimus*, Gen. 7, 11. c. 8, 4. 14. 2. Reg. 25, 8. Ezech. 45, 20. & diſtributivum, ſi duplicatur, ut Gen. 7, 2. שִׁבְעָה שִׁבְעָה *Septem, ſeptem*, i.e. ſeptena. In *Plurali* exprimit *denarios*, & notat *ſeptuaginta*, Gen. 4, 24. c. 5, 12. c. 11, 26. c. 46, 27. c. 50, 3. &c. β) *Indefinite* exprimit *multitudinem, copiam & frequentiam*, tàm *nominaliter*, ut idem ſit ac *multus*, 1. Sam. 2, 5. Ruth. 4, 15. Jer. 15, 9. quàm *adverbialiter*, ut notet *crebrò, ſæpe, multoties*, Gen. 4, 15. 24. Pſ. 12, 7.

שְׁבִיעִי m. *Septimus*, Gen. 2, 2. עַד יוֹם הַשְּׁבִעִי Usque ad diem *ſeptimum*, Exod. 12, 15. (י) per Syncopen conciſo. Fœm. שְׁבִיעִית *Septima*, Lev. 23, 16. Ezech. 20, 1.

שָׁבוּעַ m. *Septimana*, Dan. 9, 27. In Statu Conſtr. מַלֵּא שְׁבֻעַ זֹאת Imple *ſeptimanam* hujus, Gen. 29, 27. Dual. שְׁבֻעַיִם *Septimanæ* duæ, Lev. 12, 5. Plur. שָׁבֻעִים *Septimanæ*, Dan. 9, 24. 25. Fœm. וְחַג שָׁבֻעוֹת Et feſtum *ſeptimanarum*, Exod. 34, 22. Devt. 16, 16. Sed Jer. 5, 24. eſt שְׁבֻעוֹת. Cum Suff. בְּשָׁבֻעֹתֵיכֶם In *ſeptimanis* veſtris, Num. 28, 26.

1) Generatim notat *ſeptimanam*. 2) Speciatim α) notat *ſeptimanam* dierum, ſeu *ſpatium ſeptem dierum*, quod inde à primordiis mundi obſervatum creditur. Ita legitur Gen. 29, 27. 28. Num. 28, 26. Dan. 10, 2. 3. Huc refer *Feſtum ſeptimanarum*, Exod. 34, 22. Devt. 16, 16. quod per *ſeptem dies* quotannis celebrari debebat. β) *Septimanam annorum*, Dan. 9, 24. ubi 70. *ſeptimanæ* conficiunt 490. annos.

נִשְׁבַּע *Juravit*, à *ſeptenario numero*, indefinitè multitudinem & copiam deſignante, *eò quod*, (ut Fœrſterus arbitratur) *juramenta ſacra debebant fieri, & fiebant etiam multis & ſufficientibus teſtibus, iisdemque multipliciter confirmato animo & confirmatis argumentis.* Aliter ſentit Guſſe-

Guſſetius, *Forte*, ſcribens, *reſpiciebatur Hebdomada creationis, ut creationis fides denotaretur in jurejurando, quaſi diceret, ita me credo in numero rerum à Deo prima hebdomada creatarum comprehenſum, eumq; meum creatorem, ac me ejus Dominio illo jure ac nomine ſubjectum, ut nunc verum dico, animoque rei promiſſæ præſtandæ juro.* Quid? ſi dicas reſpici *teſtium ſeptenarium numerum* in juramentis adhiberi ſolitum. Verbum paſſivum habet ſignificationem activam, quia in Kal uſitatum non eſt. Quanquam ſint, qui putant, ideò de jurante adhiberi formam paſſivam, *quia nullius eſt jurare, niſi juramentum ipſi imponatur, & legitime ad illud præſtandum adigatur.* נִשְׁבַּע לִי *Juravit* mihi, Gen. 24, 7. נִשְׁבַּעְתָּ בַיהוָֹה *Juraſti* per Dominum, 1. Reg. 1, 17. Infin. לְהִשָּׁבֵעַ *Jurare*, Jer. 11, 16. Fut. אִשָּׁבֵעַ *Jurabo*, Gen. 21, 24. Sed 1. Reg. 2, 8. eſt וָאִשָּׁבַע Et *juravi*. Hiphil הִשְׁבִּיעַ *Jurare fecit*, *Adjuravit*. הַשְׁבֵּעַ הִשְׁבִּיעַ אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Adjurando adjuravit* filios Iſrael, Exod. 13, 19.

1) Generatim infert *adſeverationem rei cum juramento*, ſive *tranſitive*, ſive *intranſitivè*. 2) Speciatim α) *intranſitivè* notat *jurare*, & tribuitur 1) *homini*, qui *vel* Deum in teſtem alicujus dicti aut ſententiæ vocat, objectô, per quod ut ſanctius & excelſius jurat, ferè per ב notatô. Ita legitur Gen. 21, 23. 31. Joſ. 2, 12. c. 9, 19. 20. Jud. 21, 7. *Vel votô*, per modum juramenti concepto, *Deum colit*, Lev. 5, 4. Num. 30, 3. Eccl. 9, 2. prout & aliàs *per Deum jurare*, eſt *ritè Deum colere*, Pſal. 63, 12. Jeſ. 19, 18. ubi legitur de *falſo & doloſo juramento*, & *jurare per idola* eſt eadem pro *Diis agnoſcere & venerari*, Am. 8, 14. Vid. Pſ. 24, 4. Jer. 7, 9. ubi legitur de falſô & doloſô juramentô. 2) *Deo*, qui jurat *non ſui cauſa*, vel ut in ſe veritati aliquid accedat, ſed in *hominum gratiam*, ut omnis hæſitatio ac formido oppoſiti reprimatur. Ita tribuitur *Deo*, α) in *promiſſionibus*, quando interpoſitâ ſuâ majeſtate aliquid ſancte & cum juramento promittit, Gen. 33, 1. Num. 14, 23. c. 32, 11. Deut. 1, 35. c. 10, 11. c. 31, 20. 23. c. 34, 4. Pſ. 89, 4. 36. 50. Pſ. 110, 4. Pſ. 132, 11. Jer. 11, 5. &c. conf. Jeſ. 62, 14. ubi Deus dicitur *jurare per dexteram ſuam, per brachium roboris ſui*, i. e. per omnipotentiam ſuam. *b*) In *comminationibus*, quando cum juramento impiis minatur pœnam & excidium ne videantur eſſe vanæ & ex pelvi fulgura, vel abſolute Pſ. 95, 11. Jeſ. 14, 24. vel *cum addito*, quando jurat *per animam ſuam*, i. e. per *vitam ſeu ſubſtantiam ſuam vivam*; vel juxta R. Abarbanelem, *per ſeipſum & per veritatem ſuam*, Jer. 51, 14. Am. 6, 8. *per ſanctitatem ſuam*, qua legi ſuæ æternæ omnia conformiter vult, Am. 4, 2. *per excellentiam Jacobi*, h. e. *per ſe ipſum*, qui eſt gloria & excellentia Jacobi, & de quo gloriatur Jacobus, quod ſit Deus ejus, Am. 8, 7. β) Tranſitivè ſignificat *jurare facere, adjurare, juramento obſtringere, adigere ad aliquid agendum vel omittendum*, Gen. 24, 3. 37. c. 50, 5. Neh. 5, 12. 1. Sam. 14, 28. Ex. 13, 19.

שָׁבוּעַ m. *Juramentum*, *Jusjurandum*. Semel occurrit in Plur.

 Stat.

Stat. Conſtr. Ezech. 21, 23. al. 28. שְׁבֻעֵי שְׁבֻעוֹת לָהֶם *Juramenta juramentorum* illis ſunt.

שְׁבוּעָה f. *Juramentum*, *Jusjurandum*, *Adjuratio*. וַהֲקִמֹתִי אֶת־הַשְּׁבֻעָה Et *confirmabo* juramentum, Gen. 26, 3. בַּעֲלֵי שְׁבוּעָה Domini *juramenti*, i.e. confœderati, Neh. 6, 18. In Statu Conſtr. שְׁבֻעַת יְהוָה *Juramentum* Domini, Exod. 22, 10. וְנִקִּיתָ מִשְּׁבֻעָתִי Tunc abſolutus eris à *juramento* meo, Gen. 24, 8. Plur. שְׁבֻעוֹת *Juramenta*, Ezech. 21, 23.

1) Generatim notat *juramentum*, ſive ſit *humanum*, ſive *divinum*. 2) Speciatim α) *homini* tributum 1) *propriè* denotat *adſertionem religioſam*, quâ quis *ſe* vel *alios* obſtringit, divinoque invocato nomine transgreſſoribus pœnam vel vindictam depoſcit vel indicit. *Priori modò* dicitur *juramentum*, quale adhibetur vel in *negotiis ſacris*, e. g. votis, Lev. 5, 4. Num. 30, 3. 11. 14. vel in *negotiis prophanis*, e. g. in ſanctione pacis cum Gibeonitis, Joſ. 9, 10. in *conjuratione*, Jud. 21, 5. Neh. 6, 18. in *homagio*, quô ſubditus nomine Dei invocatô ſe ad obſervantiam & cultum magiſtratûs obſtringit, Eccl. 8, 2. in *amicitiæ fœdere*, 2. Sam. 21, 7. *Poſteriori modò* dicitur *adjuratio*, qualis erat *Abrahami*, ſervum ſuum obligantis, Gen. 24, 8. *Saulis* populum obſtringentis, ne ederet, 1. Sam. 14, 26. *Regis Aſſæ* juramenti religione populum adſtringentis, 2. Chr. 15, 15. *Sacerdotis* fœminam adulterii ſuſpectam adjurantis, Num. 5, 21. *Salomonis* Simejum conſtringentis, 1. Reg. 2, 43. 2) *Metonymicè* indigitat tum *mala inſignia*, qualia juramento addi ſolent, ad magis obſtringendum adjuratum, Dan. 9, 11. tum ſubjectum, cui obveniunt iſta mala. Ita impii Judæi dicuntur eſſe in juramentum, Jeſ. 65, 16. h. e. à nomine eorum accipietur maledictio & juramentum, ut, qui maledictus futurus, futurus ſit iſtis ſimilis. β) *Deo* tribuitur, quando aliquid homini ſancte promittit, Gen. 26, 3. Pſ. 105, 9. Jer. 11, 5. 1. Chron. 16, 26.

שֶׁבַע m. *Shebba*, eſt nomen proprium α) *Viri* tum *Gaditæ*, 1. Chr. 5, 13. tum *Benjamitæ*, ob rebellionem capite plexi, 2. Sam. 20, 1. β) *Urbis* in tribu Simeon ſitæ, Joſ. 19, 2.

שָׁבַץ *Incluſit*, *Intexuit*, *opere Phrygionico fecit aliquid oculatim*, *Ocellavit*, *Teſſelatum*, *Ocellatum*, *intertextum opus fecit*. וְשִׁבַּצְתָּ הַכְּתֹנֶת שֵׁשׁ Denique *teſſelabis*, *teſſolatam facies* tunicam byſſo, Exod. 28, 39. Pual Particip. מְשֻׁבָּצִים *Ocellata*, Exod. 28, 20. vel incluſi erunt aureis paleis velut oculis. Sæpius non legitur.

שָׁבָץ m. *Tunica occellata*, juxta Kimchium 2. Sam. 1, 9. *Lorica*, juxta Sebaſt. Schmidium; *Vertigo*, confuſio lucis & tenebrarum, juxta Coccejum; *Tremor*, nomen morbi ex vulnere ſeu percuſſione gladii juxta Schindlerum, & Targum. Amplius non legitur.

מִשְׁבְּצָה f. *Ocellatio*; *Pala includendis gemmis facta*; *Funda annuli*; *Textura*, ubi aurum artificioſè *intertextum*, & gemmæ inſtar oculorum inſertæ radiant. Plur. מִשְׁבְּצוֹת זָהָב *Funda* auri, i. e. aureæ, Exod.

Digitized by Google

Exod. 28, 11. 13. c. 39, 6. 13. 16. מִמִּשְׁבְּצוֹת זָהָב לְבוּשָׁהּ De *ocellationibus artificioſè implexis* auri, veſtimentum ejus, Pſ. 45, 14.

תַּשְׁבֵּץ m. *Ocellatio, Teſſela.* Semel legitur כְּתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ *Tunica teſſelæ* vel *ocellationis*, i. e. *teſſelata* vel *ocellata*, ſeu *opere ocellato facta*, Exod. 28, 4.

שָׁבַר *Fregit, Confregit, Diffregit, Effregit, Perfregit; Vendidit, Emit, Comparavit annonam*; quam ſignificationem à nomine שֶׁבֶר *Annona* derivant. שָׁבַר יְהוָה מַטֵּה רְשָׁעִים *Fregit* Dominus baculum impiorum, Jeſ. 14, 5. Infin. וַיִּגְּשׁוּ לִשְׁבֹּר הַדָּלֶת Et acceſſerunt ad *effringendum* januam, Gen. 19, 9. Fut. אֶשְׁבֹּר עֻלּוֹ *Frangam* jugum ejus, Jer. 30, 8. Imper. שִׁבְרוּ לָנוּ מְעַט אֹכֶל *Emite* nobis aliquid cibi, Gen. 43, 2. Niphal נִשְׁבַּר *Fractus, Confractus eſt.* נִשְׁבַּר שֵׁבֶט מַכֵּךְ *Fracta* eſt virga percutiens te, Jeſ. 14, 25. נִשְׁבְּרָה אֳנִיּוֹת *Fractæ* ſunt naves, 1. Reg. 22, 49. pro נִשְׁבְּרוּ juxta Maſorethas. Sed nil obſtat, quominus retentâ literâ legas נִשְׁבְּרָה & diſtributivè reddas: *unaquaque navium fracta eſt.* Part. לֵב נִשְׁבָּר *Cor fractum*, Pſalm. 51, 19. Fut. זְרוֹעוֹת רְשָׁעִים תִּשָּׁבַרְנָה Brachia impiorum *frangentur*, Pſal. 37, 17. Piel שִׁבֵּר & שִׁבַּר *Fregit, Perfregit, Confregit.* שִׁבַּר דַּלְתוֹת נְחֹשֶׁת *Fregit* januas æris, i. e. æneas, Pſ. 107, 16. Hiphil הִשְׁבִּיר *Perfregit; Vendidit.* Part. מַשְׁבִּיר *Vendens*, Gen. 42, 6. Fut. אֹכֶל בַּכֶּסֶף תַּשְׁבִּירֵנִי Cibum argento *vendes* mihi, Devt. 2, 28. אֲנִי אַשְׁבִּיר Ego *frangam* matricem, Jeſ. 66, 9. Hophal הָשְׁבַּר *Confractus eſt.* הָשְׁבַּרְתִּי *Confractus ſum*, Jer. 8, 21.

1) Generatim involvit *mutationem ſtatûs & conditionis alicujus rei, ſive res comminuatur & penitus deſtruatur*, ſive *ſaltem quadantenus lædatur.* 2) Speciatim α) *propriè* notat tùm *frangere, ita, ut res in partes comminuatur, ſuamque conſiſtentiam, ſoliditatem & integritatem amittat*, e. g. vaſa teſtacea, Lev. 6, 21. urceos ſeu cados, Jud. 7, 20. lagenam, Jeſ. 30, 14. Jer. 19, 10. 11. naves, 1. Reg. 22, 49. 2. Chr. 20, 37. Pſ. 48, 8. ſtatuas, Exod. 23, 24. 2. Chron 23, 17. 2. Reg. 11, 18. Jer. 43, 13. oſſa, Exod. 12, 46. jugum, Jer. 28, 10. cedros, Pſ. 29, 5. panes, 1. Reg. 22, 49. tabulas lapideas, Exod. 34, 1. Devt. 10, 2. columnas æneas, 2. Reg. 25, 13. tùm *effringere*, e. g. clauſas fores, Gen. 19, 9. β) *Metaphoricè* 1) deſignat *interitum, excidium & vaſtationem*, ut idem ſit ac *perdere, excindere, vaſtare* &c. Ita dicitur de interitu hominis, Jer. 19, 11. Dan. 8, 25. c. 11, 20. de ſtrage exercitûs vel copiarum, Dan. 11, 22. de everſione & excidio regni, Dan. 11, 4. Jer. 51, 8. vel urbis, Jeſ. 24, 10. Jer. 19, 11. 2) *Debilitatem* atque *enervationem totalem*, ut idem ſit ac *debilitare, enervare, robur atque potentiam penitus dejicere.* Ita jungitur a) *brachio*, hominis robur ac vires deſignanti, Pſ. 10, 15. Pſ. 37, 17. Jer. 48, 25. Ez. 30, 22. conf. Dan. 11, 22. b) *Oſſibus*, roboris ac virium hominis ſymbolis, Jeſ. 38, 13. Thren. 3, 4. Sed Prov. 25, 15. notat mutationem & emollitionem hominis valde duri ac intractabilis. c) *Dentibus*, hoſtium potentiam ac vim nocendi de-

Digitized by Google

notantibus, Pſ. 3, 8. *d*) *Vectibus*, munitionum ac potentiæ ſignis, Thr. 2, 9. Am. 1, 5. 3) *Dolorem ac cruciatum graviſſimum* ob *mala maxima animæ*, vel *corporis*, &c. notatque *triſtare, contriſtare, dolore afficere, excruciare.* Ita adhibetur vel *abſolute*, Jer. 8, 21. vel *addita voce* לֵב *Cor*, ubi vel indigitatur *graviſſimus animi dolor ob ignominiam* aliasque paſſiones maximas, Pſ. 69, 21. vel *dolor pœnitentis*, ob peccatorum copiam, offenſæ Dei gravitatem, & pœnarum promeritarum atrocitatem vehementiſſimè dolentis, veraque ſimul fide in Chriſtum Mediatorem tendentis, Pſ. 34, 19. Pſ. 51, 19. Pſal. 147, 3. Jeſ. 61, 1. 4) *Humiliationem*, ſi jungitur voci faſtum & elationem ſignificanti, Lev. 26, 19. 5) *Rei alicujus privationem, remotionem, ablationem* &c. notatque *Tollere, Auferre, Removere* &c. Ita *a*) jungitur voci עֹל *jugum*, quod eſt ſymbolum *legis* vel *ſervitutis, aliarumque oppreſſionum & afflictionum*, & *frangere jugum*, vel notat *malitioſè legem transgredi*, & *contra conſcientiam*, quæ jugum h. e. legem novit, protervè peccare, Jer. 5, 5. vel ſignificat *ſervitutem tollere*, & *ab oppreſſione alterius liberare*, Jer. 2, 20. c. 28, 2. 4. 11. c. 30, 8. *b*) Vocibus מַטֵּה לֶחֶם *Baculus panis*, ubi notat *privationem & ablationem victus & alimenti*, inſtar *baculi* vel ſcipionis hominem fulcientis & ſuſtentantis, Lev. 26, 26. Ezech. 4, 16. c. 5, 16. c. 14, 12. *c*) Voci מִלְחָמָה *bellum*, quod è regione tollitur & aboletur, Hoſ. 2, 20. 6) *Sedationem*, & *depulſionem*, ut idem ſit ac *ſedare, depellere* &c. Ita adhibetur, ſi jungitur voci צָמָא *Sitis*, Pſ. 104, 11. 7) *Solutionem, explicationem & interpretationem rei* aut *quæſtionis obſcuræ ac difficilis*, ut idem ſit ac *ſolvere, explicare, interpretari.* Hæc ſignificatio eſt ex nomine שֶׁבֶר Jud. 7, 15. 8) *Emtionem* ac *venditionem*, quâ rei indigentia e. g. fames quaſi frangitur, notatque *a*) *emere*, Gen. 41, 57. c. 42, 3. 5. 7. 10. c. 43, 2. 20. 22. *b*) *vendere*, Gen. 41, 56. c. 42, 6. Devt. 2, 28. Am. 8, 5. 6. Conf. Prov. 11, 26. Tandem ad *partum* relatum, in Hiphil eſt *parere facere*, quia in partu os matricis quaſi confringitur, Jeſ. 66, 9.

שֶׁבֶר m. *Fractura*, *Confractio.* Ter legitur *propriè* de *fractura* lagenæ, Jeſ. 30, 14. *Metaphoricè* autem de *anxietate ſpiritus maximâ*, Jeſ. 65, 14. & *afflictione* ac *calamitate*, 10. vel potius 12. tribuum graviſſima, Am. 6, 6. Conf. Druſ. in h. l.

שֶׁבֶר m. *Fractura*, *Confractio*; *Contritio*; *Annona*; *Explicatio*, *Enucleatio.* שֶׁבֶר רֶגֶל אוֹ שֶׁבֶר יָד *Fractura* pedis, aut *fractura* manûs, Lev. 21, 18. בְּשֶׁבֶר בַּת־עַמִּי In *contritione* filiæ populi mei, Thren. 4, 10. Cum Suff. וַיִּשְׂאוּ אֶת־שִׁבְרָם Tum ſuſtulerunt annonam ſeu frumentum ſuum, Gen. 42, 26. Plur. שְׁבָרִים *Fracturæ*, *confractiones*, Job. 41, 16. Cum Suff. רְפָה שְׁבָרֶיהָ Sana *fracturas* ejus, Pſalm. 60, 4.

1) Generatim notat *mutationem ſtatûs & conditionis alicujus rei*, ſive *penitus deſtruatur*, ſive *non.* 2) Speciatim *α*) *propriè* denotat *fractionem*

nem, ſeu *comminutionem corporis ſolidi ac continui in plures partes, ut ſuam ſoliditatem, conſiſtentiam & integritatem amittat.* Ita legitur de *fractura* pedis aut manûs, Lev. 21, 18. c. 24, 20. β) *Metaphoricè* 1) notat *ingentem cruciatum, afflictionem, calamitatem, cladem, excidium atque interitum.* Ita dicitur de dolore ac cruciatu animi, Prov. 15, 4. de ærumnoſo ſtatu atque interitu ſuperbi, Prov. 16, 18. prævaricatorum, Jeſ. 1, 26. c. 18, 12. de ſtatu miſerrimo atque afflictiſſimo tàm in temporalibus, quàm in ſpiritualibus, in quo gens Iſraelitica ante Meſſiæ adventum verſabatur, Jer. 30, 12. de graviſſima ærumna ac excidio maximo populi judaici, Jeſ. 30, 13. c. 51, 19. c. 60, 18. Jer. 4, 6. 20. c. 6, 14. c. 8, 11. 21. c. 30, 15. c. 48, 3. c. 50, 22. Thr. 2, 11. c. 3, 47. c. 4, 10. Nah. 3, 19. 2) Significat *interpretationem*, quia eſt velut *fractio & ſolutio* rei quæſtionisve alicujus difficilis. Ita legitur Jud. 7, 15. de ſomnio, quod eſt quaſi res clauſa & obſignata, quam interpretatio frangit. γ) Per *Metonymiam effectus*, notat *annonam, frumentum, alimentum*, eò quod *frangat famem*, ubi *frangere* ſimul *Metaphoram* involvit. Ita legitur Gen. 42, 1. 2. 19. c. 47, 14. Exod. 8, 5. Neh. 10, 32.

שְׁבָרִים m. pl. *Schebbarim*, nomen proprium *loci* prope *Ai* ſiti, qui ſic dici putatur à Guſſetio, quod ibi forte *fuerint rupes per fragmenta diviſæ*, Joſ. 7, 5.

שִׁבָּרוֹן m. *Fractio, Confractio, Contritio*, Metaphoricè, *Afflictio, Dolor, Excidium.* Bis legitur. מִשְׁנֶה שִׁבָּרוֹן שָׁבְרֵם Iterata *fractione*, i. e. *afflictione & excidio* frange eos, Jer. 17, 18. In Statu Conſtr. הֵאָנַח בְּשִׁבְרוֹן מָתְנַיִם Ingemiſce cum *fractione* i. e. *dolore* lumborum, Ezech. 21, 6. vel 11.

מַשְׁבֵּר m. *Matrix, Os matricis.* Sic dicitur, quod à fœtu in nixu quaſi *perfringitur.* Bis legitur 2. Reg. 19, 3. Jeſ. 37, 3.

מִשְׁבָּר m. *Matrix*, quæ à fœtu, quando enitendus eſt, quaſi *perfringitur.* Semel occurrit in Statu conſtr. Hoſ. 13, 13. בְּמִשְׁבַּר בָּנִים In *matrice* filiorum; filii anguſtiis uteri materni clauſi ibi diu morantur, Hoſ. 13, 13.

מִשְׁבָּרִים m. pl. *Fluctus*, ſic dicti non ſolum, quod inter ſe collidantur & à littore *frangantur*, ſed etiam, quod naves ad ſcopulos delatas *frangant.* In Statu Conſtr. מִשְׁבְּרֵי יָם *Fluctus* maris, Pſ. 93, 4. Cum Suff. מִשְׁבָּרֶיךָ *Fluctus* tui, Jon. 2, 4.

1) Generatim notat *id, quô aliquid frangitur*, ſive *propriè*, ſive *impropriè.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *fluctus marinos*, qui *frangunt* naves, & fortius moti ſeipſos *frangunt*, Pſ. 93, 4. Jon. 2, 4. β) *Metaphoricè* deſignat *graviſſimas calamitates, infortunia vel pœnas*, quod inſtar fluctuum marinorum naviculam miſerè agitatam undiquaque obruentium, concutientium, frangentium, ac mergentium, hominem undique ob-

Digitized by Google

obruunt, quaſſant atque quaſi frangunt, imò ſubmergunt, 2. Sam. 22, 5. Pſ. 42, 8. Pſ. 88, 8. Sæpius non legitur.

שָׁבַת *Quievit, Ceſſavit, Deſtitit ab opere, Deſiit eſſe, Feriatus eſt.* שָׁבַת מִכָּל־מְלַאכְתּוֹ *Quievit* ab omni ab opere ſuo, Gen. 2, 3. וְשָׁבְתָה הָאָרֶץ שַׁבָּת לַיהוָה Tum *feriabitur* terra Sabbathum Domino, Lev. 25, 2. Fut. יִשְׁבּוֹת מֵעִיר *Ceſſat* ex urbe, Hoſ. 7, 4. Niphal נִשְׁבַּת *Ceſſavit*, Jeſ. 17, 3. Hiphil הִשְׁבִּית *Ceſſare fecit, ſivit, Abolevit, Suſtulit, Amovit, Removit, Summovit, Deeſſe fecit.* לֹא הִשְׁבִּית לָךְ גֹּאֵל Non voluit tibi *deeſſe* vindicem, Ruth. 4, 14. וְהִשְׁבַּתִּיךְ מִזּוֹנָה Et *faciam te, ut deſiſtas eſſe* meretrix, Ezech. 16, 41. ubi tertia radicalis ת, quia aliud ת ſequitur, unà cum puncto ſubſcripto exciſa eſt; Ita & in הִשְׁבַּתָּ *Ceſſare feciſti*, Pſ. 89, 45. וְהִשְׁבַּתֶּם Et *ceſſare facietis*, Exod. 5, 5. Infin. לְהַשְׁבִּית Ad *ceſſare faciendum*, Pſ. 8, 3. Sed Am. 8, 3. eſt לַשְׁבִּית, Præformativo ה ob Præfixum ל per Aphæreſin ablato. Fut. וְאַשְׁבִּיתָה מֵאֱנוֹשׁ זִכְרָם Et *faciam, ut ceſſet è mortalibus* memoria eorum, Devt. 32, 26.

1) Generatim notat *ceſſationem* ſive ab *opere*, ſive ab *exiſtendo*. 2) Speciatim deſignat α) *ceſſationem* ab *opere*, & quidem 1) *intranſitivè*, ubi redditur *quieſcere, ceſſare, deſiſtere.* Ita *Deus quievit* vel *ceſſavit ab omni opere*, ad deſignandum *mundi, operis admirandi & incomprehenſibilis machinæ complementum, finem ac perfectionem*, Gen. 2, 2. 3. Ita *quieſcere* vel *ceſſare ab opere* dicitur homo, Exod. 23, 12. c. 34, 21. c. 16, 30. 2) *Tranſitivè*, ubi idem eſt ac *facere, ut aliquis ab opere ceſſet*, Exod. 5, 5. à timore, Joſ. 22, 25. β) *Ceſſationem ab exiſtendo*, ut res non amplius ſit, & quidem tùm *intranſitive*, ubi valet *ceſſare, deſinere* &c. prout *ceſſare* vel *deſinere* dicuntur Senes, Thren. 5, 14. tranſeuntes viam, Jeſ. 33, 8. exactor, Jeſ. 14, 5. ſemen Iſraelis, ut non ſit gens, Jer. 31, 35. labor operariorum, Neh. 6, 3. manna, Joſ. 5, 12. gaudium cordis, Thren. 5, 15. cytharæ, Jeſ. 24, 8. tympanorum, Jeſ. 24, 8. dies & noctes, Gen. 8, 22. judicium & ignominia, Prov. 22, 10. tùm *tranſitivè*, ubi notat *penitus ceſſare facere, prorſus aliquid abolere, ut eſſe deſinat, omnino aliquid tollere, vel removere*, ut non amplius ſit. Ita *penitus aboleri & tolli* dicuntur, tum *homines* e. g. hoſtes ultionis cupidi, Pſ. 8, 3. ſacrificuli, 2. Reg. 23, 8. homines cum beſtiis, Jeſ. 36, 29. tum res aliæ, e. g. litigia, Prov. 18, 18. vinum à torcularibus, Jer. 48, 2. faſtus, Ezech. 7, 24. dicterium, Ezech. 12, 23. facinus, Ezech. 23, 27. 48. idola, Ezech. 30, 13. gaudium, feſtum &c. Hoſ. 2, 11. conf. Jer. 16, 9. regnum, Hoſ. 1, 4. bella, Pſ. 46, 10. ſacrificium, Dan. 9, 27.

שַׁבָּת c. *Ceſſatio, Requies; Sabbathum, Septimus ſeptimanæ dies*, deſtinatus ceſſationi ab operibus. זָכוֹר אֶת־יוֹם הַשַּׁבָּת Memento diei *Sabbathi*, Exod. 20, 8. Cum Suff. שַׁבַּתְּכֶם *Sabbathum* veſtrum, Lev. 23, 32. בְּשַׁבַּתּוֹ In *Sabbatho* ſuo, Num. 28, 10. Jeſ. 66, 23. וְשַׁבַּתָּהּ

Et

Et *Sabbathum* ejus, Hoſ. 2, 11. ubi Dageſch ת citra neceſſitatem impreſſum (ָ) in (ַ) mutatur. Plur. שַׁבָּתוֹת Neh. 10, 34. In Statu Conſtr. שַׁבְּתוֹת יְהוָה *Sabbatha* Domini, Lev. 23, 38. Cum Suff. בְּשַׁבְּתֹתֵיכֶם In *Sabbathis* veſtris, Lev. 26, 35.

1) Generatim notat *ceſſationem* vel *quietem ab opere*, quod antea peragebatur. 2) Speciatim α) notat *Sabbathum*, quod conſtituitur *triplex*, nempe *dierum*, *annorum* & *æternitatis*. 1) *Sabbathum dierum* a) *propriè* eſt *ſeptimus ſeptimanæ dies* cum creationis opere completo divinitus inſtitutus, & ceſſationi ab operibus, quæ cultum divinum impedire poſſunt, deſtinatus, Ex. 20, 8. 11. Lev. 23, 3. cujus prophanatio mortis pœnâ vindicatur, Exod. 31, 13. 14. 15. ſeqq. Num, 15, 33. 35. β) *Synecdochicè* notat *ſeptimanam*, quia in unaquaque ſeptimana ſabbathum eſt, Lev. 23, 15. conf. Luc. 18, 12. Huc refert Seb. Schmidius illud, 2. Reg. 2, 5. ubi *venientes Sabbatho* ipſi ſunt *venientes ſeptimanæ*, h. e. quibus ſors iſtius ſeptimanæ obveniebat; qui verò domi erant, dicuntur יוֹצְאֵי הַשַּׁבָּת *exeuntes Sabbatho*, h. e. qui iſta ſeptimana exibant liberi. 2) *Sabbathum annorum*, Lev. 23, 15. quod dicitur שְׁמִטָּה & ſeptimo quoque anno, incidebat, quô terra non colebatur, & ſponte ſua ex iſta natum egenis & beſtiis terræ cedebat. 3) *Sabbathum æternitatis* eſt *vitæ æternæ quies*, Jeſ. 66, 23. β) *Metaphoricè* notat *cultum N. T.* Jeſ. 66, 23.

שֶׁבֶת m. *Ceſſatio* à quocunque opere. שִׁבְתּוֹ יִתֵּן *Ceſſationem* ejus dabit, h. e. pendet ei, quanti eſt, quod ab eo læſus coactus eſt ceſſare ab opere vel negotio, cui vacabat, Exod. 21, 19. כָּבוֹד לָאִישׁ שֶׁבֶת מֵרִיב Gloria eſt viro *ceſſatio* à lite, Prov. 20, 3. Hûc concordantiæ referunt. 2. Sam. 23, 7. Pſ. 27, 4. Pſ. 127, 2. Jeſ. 30, 7. ſed videntur eſſe infinitivi nominaſcentes à יָשַׁב *Sedit, Habitavit.*

שַׁבָּתוֹן m. *Ceſſatio*, *Quies*, *Requies*. שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן *Sabbathum quietis, ceſſationis*, Exod. 35, 2.

1) Generatim notat *ceſſationem ab opere*. 2) Speciatim α) dicitur de *Sabbatho* ipſo, quô homines ab *omni opere* cultum divinum impediente ceſſare & quieſcere tenebantur, Exod. 16, 23. c. 31, 15. c. 35, 2. Lev. 23, 3. β) De *feſtis* à *Sabbatho hebdomadario diverſis*, in menſem Tiſri ſeu Septembrem incidentibus, Lev. 23, 4. c. 32, 39. γ) de *Sabbatho annorum*, ſeu *terræ*, quod שְׁמִטָּה dicunt, & quo terra non colebatur, &, quicquid ſponte producebat, pauperibus & feris agri cedebat, Lev. 25, 4. 5.

מִשְׁבַּתִּים m. pl. *Ceſſationes*. Semel occurrit cum Suffixo Thren. 1, 7. מִשְׁבַּתֶּהָ *Ceſſationes* ejus, i. e. quod ceſſaret lætitia ejus, ceu teſte Vatablo, quidam Ebræorum interpretantur. Alii intelligunt *Sabbatha Judæorum*, quemcunque ritum cultûs Domini ac veræ religionis deſignantia. Vid. Vatablus.

שָׁגָא *Erravit*, non legitur; Inde eſt nomen

Digitized by Google

שְׁגִיאוֹת f. pl. *Errores.* Semel legitur Pſ. 19, 13. ubi notat *peccata*, quæ homo ex ignorantiâ commiſit.

שָׁגַג *Erravit; Ignoranter, inconſiderate egit*; dicitur quippe de *errore non malitioſo, inculpato, à nobis non pendente, nec idcirco nobis imputando.* Quater legitur. עַל־שִׁגְגָתוֹ אֲשֶׁר שָׁגָג Super *errore* ejus, quem erravit, Lev. 5, 18. Part. m. שֹׁגֵג *Errans*, Job. 12, 16. Pſal. 119, 67. F. שֹׁגֶגֶת *Errans*, Num. 15, 28.

שְׁגָגָה f. *Error*, ex incogitantia admiſſus, aut per aliam quandam imbecillitatem contractus. Opponitur *peccatis voluntariis, temerario auſu ac præmeditato conſilio commiſſis*, Lev. 4, 2. 22. 27. c. 5, 15. c. 22, 14. Num. 15, 26. 27. 28. 29. c. 35, 11. 15. Joſ. 20, 3. 9. נֶעֶשְׂתָה לִשְׁגָגָה Factum eſt per *errorem*, Num. 15, 24. Cum Suff. שִׁגְגָתָם *Error* ipſorum, Num. 15, 25.

מְשׁוּגָה f. *Error.* Semel legitur cum Suff. Job. 19, 4. מְשׁוּגָתִי *Error* meus. Forma eſt quaſi à שׁוּג.

שָׁגָה *Erravit.* שָׁגוּ *Errarunt*, Jeſ. 28, 6. Inf. לִשְׁגּוֹת *Errare*, Prov. 19, 27. Fut. וָאֶשְׁגֶּה הַרְבֵּה מְאֹד Et *erravi* valde admodum, 1. Sam. 26, 21. Hiphil הִשְׁגָּה *Errare fecit*, vel *ſivit.* אָרוּר מַשְׁגֶּה עִוֵּר בַּדָּרֶךְ Maledictus, qui *errare facit* cœcum in via, Devt. 27, 18. Fut. אַל־תַּשְׁגֵּנִי Ne *errare ſinas* me, Pſ. 119, 10.

1) Generatim importat *ſeceſſionem & divagationem.* 2) Speciatim α) in *Kal* notat 1) *errare*, prout propriè dicit *ſeceſſionem à via*, quæ modò huc, modò illuc fit. Ita *oves* dicuntur errare & divagari, Ez. 34, 6. *Metaphoricè* autem deſignat *ſeceſſionem à via veritatis atque rectitudinis moralis*, ſive ex *infirmitate* atque *incogitantia*, Lev. 4, 13. Num. 15, 22. conf. v. 24. ſive ex *malitia, proaereſi atque deſtinato conſilio*, 1. Sam. 26, 21. Pſ. 119, 21. 118. Prov. 19, 27. Prov. 19, 27. Jeſ. 28, 7. 2) *Oberrare*; ſed, quia *oberratio* ſæpe cum *voluptate* conjuncta eſt, vel ſaltem cenſetur; hinc *delectandi* vel *oblectandi* ſignificationem induere dicitur, Prov. 5, 19. 20. c. 20, 1. β) In Hiphil 1) obtinet *ſignificationem tranſitivam*, notans *errare facere*, i. e. *ſeducere à via*, vel *phyſicè*, ut cœcum, Devt. 27, 18. vel *moraliter*, ut juſtum, Prov. 28, 10. 2) *Permisſivam*, valens *errare ſinere*, e. g. à præceptis, divinis, Pſ. 119, 10.

שִׁגָּיוֹן m. *Cantio erratica*, quæ non unô metrorum genere conſtabat, ſed ex variè intercurrentibus conflata erat, & mira delectandi vi gaudebat. Juxta alios notat *innocentiam*, i. e. *profeſſionem innocentiæ*, non agnoſcentis ſcilicet, nec ſibi conſcii de objectis criminibus. Vid. Lex. Pagnini & Merceri. Legitur Pſal. 7, 1. Plur. שִׁגְיֹנוֹת *Cantiones* vel *odæ erraticæ*, Hab. 3, 1.

מִשְׁגֶּה m. *Error.* Semel legitur Gen. 43, 12.

שָׁגַח *Proſpexit.* Saltem ter occurrit in Hiphil הִשְׁגִּיחַ *Proſpexit, intuitu non ſuperficiario, ſed accurato atque diligenti; aſpexit cum conſideratione*,

ne, attente contemplatus eſt, Pſ. 33, 14. Part. מַשְׁגִּיחַ מִן־הַחַלֹּנוֹת *Proſpicit* ex feneſtris, Cant. 2, 9. Fut. יַשְׁגִּיחוּ *Attente contemplantur*, Jeſ. 14, 16.

שָׁגַל *Cognovit*, *Vitiavit fœminam*. Fut. וְאִישׁ אַחֵר יִשְׁגָּלֶנָּה Sed vir alius *vitiabit* eam, Devt. 28, 30. Niphal נִשְׁגַּל *Vitiatus*, *ſtupratus* eſt. Fut. וּנְשֵׁיהֶם תִּשָּׁגַלְנָה Et uxores eorum ſtuprabuntur, Jeſ. 13, 16. Pual שֻׁגַּלְתְּ *Vitiata* fuiſti, Jer. 3, 2.

1) Generatim notat *cognoſcere fœminam*. 2) Speciatim α) dicit *cohabitationem matrimonialem caſtam*, prout ex voce conjugata שֵׁגָל *Conjux* conſtat. β) Deſignat *vitiationem & ſtuprationem fœminæ*, notans *vitiare*, *violare*, *ſtuprare fœminam*, & ab Ebræis in communi ſermone pronunciatu obſcœnum habetur, pro quô legendum ſubſtituunt שָׁכַב *Cubuit*, *Concubuit*, quod coincidit cum Germanorum beyliegen/ beyſchlaffen. Ita legitur Devt. 28, 30. Jeſ. 13, 16. Zach. 14, 2. Sed Jer. 3, 2. *Metaphoricè* deſignat *idololatriam Judæorum*. Sæpius non legitur.

שֵׁגָל m. *Conjux*, *Uxor*. Bis legitur, Neh. 2, 6. de regia *uxore*, & Pſ. 45, 10. de *Eccleſia Meſſiæ deſponſata*.

שָׁגַע *Inſanivit*, *Amens fuit*, &c. In Kal non legitur. Particip. Pual מְשֻׁגָּע *Amens*, *Demens*, *Mente captus*, *Furore actus*, *Furioſus*, Devt. 28, 34. 2. Reg. 9, 11. Jer. 29, 26. Hoſ. 9, 7. Plur. מְשֻׁגָּעִים *Amentes*, *Furioſi*, 1. Sam. 21, 16. Hithpael הִשְׁתַּגֵּעַ *Inſanum*, *Amentem*, *Furioſum egit*, *Mente captum ſe geſſit*. Infin. לְהִשְׁתַּגֵּעַ *Ad inſanum agere*, i. e. ut inſanum agat, 1. Sam. 21, 16. Part. מִשְׁתַּגֵּעַ *Amentem ſe fingens*, 1. Sam. 21, 15.

שִׁגָּעוֹן m. *Amentia*. Ter legitur Devt. 28, 28. 2. Reg. 9, 20. Zach. 12, 4.

שְׁגַר *Miſit*, *Emiſit*, in Targum & apud Rabbinos.

שְׁגַר m. *Fœtus*, ab *emiſſione* ſic dictus, quod ex utero emittitur. Saltem in Statu conſtr. occurrit. שְׁגַר אֲלָפֶיךָ *Fœtus* boum tuorum, Devt. 7, 13. c. 28, 4. 19. 51.

שֶׁגֶר m. *Fœtus*, quaſi *emiſſum* dicas. כָּל־פֶּטֶר שֶׁגֶר בְּהֵמָה Omnis apertura *fœtus* beſtiæ, i. e. omnis primogenitus fœtus beſtiæ, Ex. 13, 12.

שְׁדָא *Fudit*, *Effudit*, apud Chaldæos. Inde deducunt

שַׁד m. *Uber*, *Mamma*, quia *mamma* lac *effundere ſolet*. תַּנִּין חָלְצוּ שַׁד Dracones *proferunt*, *præbent uber*, *mammam*, Thren. 4, 3. Dual. שָׁדַיִם *Ubera*. וְשָׁדַיִם צֹמְקִים Et *ubera* arentia, Hoſ. 9, 14. עַתִּיקֵי מִשָּׁדָיִם Avulſos ab *uberibus*, Jeſ. 28. 9. וְיוֹנְקֵי שָׁדָיִם Et ſugentes *ubera*, Joel. 2, 16. In Statu Conſtr. יוֹנֵק שְׁדֵי אִמִּי Sugens *ubera* matris meæ, Cant. 8, 1.

1) Generatim notat *ubera*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *duo illa glandinoſa in pectore corporis*, *multo adipe referta*, *variisque venis*, *arteriolis & nervis intertexta*, quibus natura vim lac generandi indidit, quo fœtus

Digitized by Google

tus alitur atque nutritur, Job. 3, 11. Pſalm. 22, 10. Joel. 2, 16. Hoſ. 9. 14. β) *Memphoricè* 1) deſignat *duo N. T. Sacramenta*, per quæ promiſſio gratiæ Evangelicæ, quæ eſt de gratioſa remiſſione peccatorum, homini iis utenti confertur & applicatur, ut bonis ſpiritualibus mactus ſpiritualiter enutriatur & in novum hominem creſcat, Cant. 4, 5. c. 7, 4. 2) *Inſtitutionem in rebus ſpiritualibus*, quâ filii filiæque Eccleſiæ ſpirituales enutriantur & conſerventur, Cant. 8, 8. 10.

שַׁר m. *Uber, Mamma.* מִשַּׁר Ab *ubere*, Job. 24, 9. וְיָנַקְתְּ חֲלֵב גּוֹיִם וְשֹׁד מְלָכִים תִּינָקִי Suges autem lac gentium, & *ubera* Regum ſuges, Jeſ. 60, 16. Quibus deſignatur *Eccleſiæ defenſio & protectio*, ita, ut populi, populorumque Reges futuri ſint ipſius nutritores & protectores. Aliam ſignificationem vide in שָׁדַד *Vaſtavit.*

שָׁדַד *Vaſtavit, Devaſtavit, Deſtruxit.* וְשָׁדְדוּ אֶת־גְּאוֹן מִצְרַיִם Et *deſtruent* ſuperbiam Ægypti, Ezech. 32, 12. זוּ שַׁדּוּנִי Qui hoc agunt, ut *vaſtent, deſtruant* me. Pſ. 17, 9. Particip. Benoni שֹׁדֵד *Vaſtans*, Job. 15, 21. Part. Paul. שָׁדוּד *Vaſtatus*, Jud. 5, 27. Fut. יָשׁוּד *Vaſtabit*, Pſal. 91, 6. Cum Suff. יְשָׁדֵּם *Vaſtabit* eos, Prov. 11, 3. Niphal נָשַׁד *Vaſtatus eſt.* שָׁדוֹד נְשַׁדֻּנוּ *Vaſtando vaſtati ſumus*, Mich. 2, 4. ubi eſt (ֻ) pro (וֹ) per alternationem. Piel שִׁדֵּד & שִׁדַּד *Vaſtavit penitus.* Part. מְשַׁדֶּד־אָב *Devaſtans* Patrem, Prov. 19, 26. Fut. יְשַׁדֵּד *Vaſtabit*, Hoſ. 10, 2. Cum Suff. יְשָׁדְדֵם *Vaſtabit* eos, Jer. 5, 6. pro יְשֹׁדְדֵם ubi Cholem irregulariter in (ְ) mutatum, ob ſequens (ְ) in (ָ) Chatuph elevatum fuit. Pual שֻׁדַּד *Penitus vaſtatus* eſt, Jeſ. 15, 1. c. 23, 1. Hophal הוּשַׁד *Vaſtatus eſt.* Fut. יוּשַׁד *Vaſtabitur*, Hoſ. 10, 14.

1) Generatim denotat *deſtructionem* vel *everſionem priſtini ſtatûs & felicis conditionis*, ſive *ex toto*, ſive *ex parte.* Juxta Bohlium formaliter denotat *facere*, ut ſibi cedant omnia. Sed quia exempla, & derivata *deſtructionem* inferunt, rejicitur à Guſſetio. 2) Speciatim α) deſignat *deſtructionem totalem*, qualis eſt 1) *vaſtatio regionis* vel *urbis* per *bellum*, Jer. 12, 12. c. 25, 36. c. 47, 4. c. 48, 8. 18. c. 49, 28. c. 51, 55. Ezech. 32, 12. Nah. 3, 7. quæ accidit ſubitò, Jer. 2, 20, c. 6, 26. per peſtem, Pſal. 91, 6. 2) *perditio* vel *excidium hominis*, Jud. 5, 27. Pſ. 17, 9. Prov. 21, 3. 3) *Vaſtatio agri* per locuſtas, Joel. 1, 11. vel tritici, Joel. 1, 10. β) Significat *deſtructionem* vel *everſionem ex parte*, Jer. 4, 30.

שֹׁד m. *Vaſtatio, Vaſtitas*; *Vaſtator*, poſitò abſtractô pro concreto; ſed שַׁד *Mamma, Uber*, vide ſub שרא *Fudit.* וְלֹא תִירָא מִשֹּׁד Et non timebis *devaſtationem*, Job. 5, 21. שֹׁד יֶהְגֶּה לִבָּם *Devaſtationem* meditatur cor eorum, Prov. 24, 2.

1) Generatim dicit *quamcunque deſtructionem*, quâ rei integritas vel ſtatus evertitur, ſive eam ſignificet *activè*, ſive *paſſivè.* 2) Speciatim α) *activè* ſumtum, denotat *ejusmodi vaſtationem* vel *everſionem*, quâ quis alteri *damnum*

vel

vel *ruinam* quacunque infert ratione, Prov. 21, 7. c. 24, 2. Jeſ. 59, 7. Hoſ. 12, 2. Am. 3, 10. Joel. 1, 15. β) *Paſſivè* ſumtum, notat *vaſtationem* vel *everſionem*, quam quis patitur, qualis eſt *vaſtatio & perditio*, quam patiuntur *egeni* ab impiis, Pſ. 12, 6. vel *alius* per tempeſtates ac grandines, Job. 5, 21. 22. per hoſtes *Jeruſalem*, Jeſ. 22, 4. Moab, Jer. 48. 3. Iſrael ob peccata, Hoſ. 7, 13.

שֵׁד m. *Dæmon*, ſic dictus, quod in hominum *perditionem* & *interitum* omnibus feratur votis ac moliminibus. Bis occurrit in Plurali שֵׁדִים Devt. 32, 17. Pſal. 106, 37. pro שֵׁדִּים compenſatione literæ extruſæ per Dageſch neglectâ.

שִׁדָּה f. *Symphonia*, à *vaſtando* ſic vocata, quod ſoni impares, contrariique ſvavi invicem mixtura ſe frangant quaſi & vaſtent, ut inde concinnum melos concordiaque diſcors oriatur. Vid. Buxtorffius in Lex. hanc etymi rationem ex Kimchii libro radicum afferens; & Junius in Eccl. 2, 8. Sed B. Pfeifferus in Dub. Vex. cent. 3. p. 751. Arabicam linguam in ſubſidium vocat, ubi שרא vel שדי notat *altiori voce cecinit carmen.* Talmudiſtæ in Cod. Gittin. c. 7. agnoſcunt *Muſicæ genus hodie deſuetum.* Legitur ſaltem Eccl. 2, 4. שִׁדָּה וְשִׁדּוֹת *Symphoniam & ſymphonias*, i. e. ſymphonias omnis generis.

שַׁדַּי m. *Omnipotens;* eſt *nomen Dei*, denominans eum à *potentia infinita*, quâ ſicut omnia valet producere, ita etiam ea iterùm *vaſtare & in nihilum redigere poteſt.* Refert formam Nominum auctorum in fine per (ַי) e. g. סַלַּי. Vid. Cel. Danzii Paradig. p. 53. LXXII. R. Salomo deducit à דַּי *Sufficiens*, & שֶׁ *qui*, ut deſignet eum, qui eſt *ſufficiens* non ſolum *in ſe*, ſed etiam *à ſe* ad omnia præſtanda. Sed Tarnovius ad Joel. 1, 15. hanc derivationem rejicit, putans, *potius eſſe alluſionem quandam, quàm verum etymologiam*, cum hæc derivatio exemplo careat. Joh. Clericus ad Gen. 17, 1. ex Arabica deducit lingua, ubi שדד notat *potentem eſſe, potentiâ corroborari*, ut notet *potentiſſimum, fortiſſimum, robuſtiſſimum.* Seb. Schmidius derivat à שדה, quod apud Chaldæos notat *fudit, projecit, jaculatus eſt;* unde ei *Jaculatorem, Fulminatorem* ſignificat. Alii referunt ad שַׁד *Mamma*, ut denotet *Suſtentatorem & Conſervatorem omnium*, quæ præter ipſum ſunt. Legitur autem hoc Dei nomen Gen. 17, 1. c. 28, 3. c. 35, 11. c. 43, 14. c. 48, 3. c. 49, 25. Exod. 6, 3. Num. 24, 4. 16. Ruth. 1, 20. Job. 5, 17. c. 6, 4. 14. c. 8, 3. 5. c. 11, 7. c. 13, 3. c. 15, 25. c. 21, 15. 20. c. 22, 17. 23. 25. 26. c. 27, 10. 11. c. 29, 5. c. 31, 2. 38. c. 32, 8. c. 33, 4. c. 37, 23. c. 40, 2. Pſal. 68, 15. Pſ. 91, 1. Ezech. 1, 24. c. 10, 5. Joel. 1, 15.

שרם Radix inuſitata. Inde

שְׁדֵמָה f. *Ager; Arvum aduſtum*, vel *uredine tactum.* Semel legitur in ſingulari, Jeſ. 37, 27. Plur. שְׁדֵמוֹת *Agri*, ſive *fruges*, ſive *vites* proferant, Hab. 3, 16. In Statu Conſtr. שַׁדְמוֹת Devt. 32, 32. 2. Reg. 23, 4. Jeſ. 16, 8.

Digitized by Google

שָׁרַף *Adusſit.* Ter ſaltem occurrit in Participio Paul שְׁרוּפוֹת קָדִים *Aduſtæ Euro*, Gen. 41, 6. & שְׁרֻפוֹת Gen. 41, 23. 27. per alternationem.

שְׁרֵפָה f. *Arvum aduſtum*, vel *uredine tactum.* Semel legitur 2. Reg. 19, 26.

שִׁרָּפוֹן m. *Uredo ſegetum; Vitium frugum ex nimiâ ſiccitate*, quam Eurus, ventus orientalis efficit, proveniens, & cauſans, quod fruges ad maturitatem non poſſint pervenire. Legitur Devt. 28, 22. 1. Reg. 5, 37. 2. Chron. 6, 28. Am. 4, 9. Hagg. 2, 17.

שֹׁהַם m. *Lapis pretioſus*; & quidem *Onyx*, juxta Mercerum, Seb. Schmidium, Fœrſterum & Schindlerum; *Sardonyx*, juxta Junium, Tremellium & Braunium in Lib. 2. de veſt. Sacerd. Heb. c. 18. *Hyacinthus* juxta Hillerum Diſp. 5. de gemmis; *Beryllus* juxta Chaldæum & Marc. Marinum Brixianum. Occurrit Gen. 2, 12. Exod. 25, 7. c. 28, 10. 21. c. 35, 9. 27. c. 39, 6. 13. 1. Chron. 39, 2. Job. 28, 16.

שָׁוְא m. *Vanitas, Vanum; Falſitas, Falſum, Mendacium*; Adverbialiter, *Fruſtra, Vanè, In vanum.* Coccejo videtur commodè deduci poſſe à שָׁוָה, *ubi momentum deeſt, quod faciat in alterum partem vergere, æquilibrium eſt; ubi momentum deeſt in amando, eligendo, agendo, temeritas eſt.* Igitur notat etiam *inutile, quod fruſtra eſt.* Vide ejus Lex. p. 866. Eſt autem שָׁיְא per alternationem pro שָׁוְא. Vid. Cel. Danzii Liter. §. 26. XVI. מְתֵי שָׁוְא Homines *vanitatis*, i. e. vani, Job. 11, 11. בְּנָפַת שָׁוְא Cribro *vanitatis*, quô vanitas à gentibus ſeparatur, ut non ulterius in vanitate mentis incedant, Jeſ. 30, 28. אַל־יַאֲמֵן בַּשָּׁו Ne credat *vanitati*, Job. 15, 31. ubi א per Apocopen reſectum fuit.

1) Generatim notat *id, quod non eſt tale, quale eſſe dicebatur, videbatur, credebatur aut ſperabatur*, ſive *involvat vitioſitatem moralem*, ſive *non*, ſive adhibeatur *nominaliter*, ſive *adverbialiter.* 2) Speciatim α) *nominaliter* acceptum, 1) notat *vanitatem* vel *vanum*, *evanidum*, *fugax.* Ita legitur de *caducis mundi bonis*, quæ ſpeciem ſoliditatis & felicitatis præ ſe ferunt, ſuoque ſplendore poſſeſſorem faſcinant, ſed reverâ deludunt, Pſ. 119, 37. de *idolis*, quæ vana, imo teſte Paulo, 1. Cor. 8, 4. nihil ſunt in mundo, Jer. 18, 15. Hoſ. 12, 12. de *auxilio hominis*, quod nullius precii, fallaciſſimeque ſpem hominis deludit, Pſ. 60, 13. Pſ. 108, 13. de *ſimulatione rei*, quæ tamen revera non ſit ita, aut prorſus etiam nihil, Job. 31, 5. de *precibus* fide & pœnitentiâ vacuis, Job. 35, 23. de *impietate*, quæ eſt vanitas ſpiritualis, Job. 11, 11. c. 20, 31. Jeſ. 5, 18. 2) Significat *falſitatem, mendacium*, *falſum*, quando a) quis contra alterum loquitur, quod fictum & à veritate alienum, Ex. 23, 1. Devt. 5, 20. Pſ. 12, 3. Pſ. 4, 7. Pſ. 144, 8. b) Cum aliquis in *rebus ſpiritualibus* dicit, quod à veritate divina diſſonum eſt, & homini vanam, ſpem & fiduciam ingenerat, Pſ. 24, 4. Pſ. 26, 4. Prov. 30, 8. Jeſ. 59, 4. Thr. 2, 14. Ez. 12, 24. c. 13, 6. 7. ſeq. c. 21, 34.

c. 23,

c. 32, 28. Zach. 10, 2. 3) Denotat *inutilitatem, inutile*, quod ſpem commodi deludit, Mal. 3, 14. Pſal. 127, 2. β) *Adverbialiter* 1) idem eſt ac *fruſtra*, ſine eventu ſperato, Pſalm. 127, 1. Jeſ. 49, 4. Jer. 2, 30. c. 6, 29. c. 46, 11. 2) *Temere*, non in fide, ſive eum Deum ſuum nominando, ſive per eum jurando, ſive aliquid dicendo velut ipſo teſte & judice, Exod. 20, 7.

שׁוּב *Redire, Reverti; Se convertere, Converti; Se Avertere* vel *Averti, Recedere, Retroagi.* Ita conſtruitur vel abſolutè, vel intervenientibus Præpoſitionibus מֵאַחֲרֵי ,אַחֲרֵי ,אַחַר ,מִן ,אֶל ,לְ ,עַל ,עַד ad denotandum *motum* vel *à loco*, vel *ad locum.* Tranſitivè notat *Reſtituit, Reduxit, Redire, Reverti fecit.* שָׁב לִמְקֹמוֹ *Reverſus eſt* in locum ſuum, 1. Sam. 26, 25. וְשָׁבַת לַנָּשִׂיא Tum *revertetur* ad Principem ſuum, Ezech. 46, 17. pro וְשָׁבָה more Chaldæorum הָ in תְ mutato. וְשָׁבוּ דְמֵיהֶם בְּרֹאשׁ יוֹאָב Et *redibunt* ſanguines eorum in caput Joabi, 1. Reg. 2, 33. וְשַׁבְתָּ עַד יְהוָֹה Et *reverſus fueris* ad Dominum, Devt. 4, 30. שַׁבְתָּ שְׁבוּת יַעֲקֹב *Reduxiſti* captivitatem Jacobi, Pſ. 85, 2. Infin. cum Fut. שׁוֹב אָשׁוּב אֵלֶיךָ *Revertendo revertar* ad te, Gen. 18, 10. אָשׁוּבָה אֶרְעֶה צֹאנְךָ *Revertar*, paſcam, i. e. rurſus paſcam gregem tuum, Gen. 30, 3. וּבְשׁוּב צַדִּיק מִצִּדְקוֹ Et in *averti*, i. e. cum averſus fuerit juſtus à juſtitiâ ſuâ, Ezech. 3, 20. תְּשׁוּבֶנָה *Revertentur*, Ezech. 38, 9. at Ezech. 16, 55. eſt תְּשֻׁבֶינָה. Piel שׁוֹבֵב *Redire, Converti fecit, Convertit, Reſtituit, Reduxit; Avertit, Pervertit, Perverſum fecit.* וְשֹׁבַבְתִּי אֶת־יִשְׂרָאֵל Et *redire faciam* Iſraelem, Jer. 50, 19. Infin. לְשׁוֹבֵב Ad *reducendum*, Jeſ. 49, 5. בְּשׁוֹבְבִי אֹתָם In reducere me i. e. cum reducam eos à populis, Ezech. 39, 27. Hiphil הֵשִׁיב *Redire, reverti fecit, Reduxit, Retulit, Reportavit, Repoſuit; Reddidit, Reſtituit, Rependit; Retorſit, Retudit, Convertit, Avertit, Reſpondit.* וְהֵשִׁיב אֶתְכֶם Et *reducet* vos, Gen. 48, 21. וַהֲשִׁבֹתִי לְךָ אֶת־כָּל־שְׂדֵה שָׁאוּל Et *reſtituam* tibi omnem agrum Saulis, 2. Sam. 9, 7. Infin. הָשֵׁב תָּשִׁיב לוֹ אֶת־הָעֲבוֹט Sed *reſtituendo reſtitues* ei pignus, Devt. 24, 13. Imper. הֲשִׁיבֵנִי *Reſponde* mihi, Job. 33, 32. Fut. וְהָשֵׁב יָשִׁיב לָנוּ Et *rependendo rependet* nobis, Gen. 50, 15. וַיָּשֶׁב מֹשֶׁה אֶת־דִּבְרֵי הָעָם אֶל יְהוָֹה Et *retulit* Moſes verba populi ad Dominum, Ex. 19, 8. Hophal הוּשַׁב *Redire factus, Reductus, Reſtitutus eſt.* הוּשַׁב כַּסְפִּי *Reſtituta eſt* pecunia mea, Gen. 42, 28. Part. מוּשָׁב Gen. 43, 12.

1) Generatim *reditum* quacunque ratione denotat; vel, ſi mavis, *quemcunque motum* deſignat, connotans *locum, terminum, ſtatum, conditionem rei* vel *perſonæ*, quò reditus vel motus tendit, ſive ſit *propriè* talis, ſive *tropicè* ſic dictus, ſive fiat *in ſe*, ſive *in ſua cauſa* &c. 2) Speciatim I) Intranſitivè α) *propriè* notat 1) *redire* vel *reverti ad locum* vel *terminum, unde quis venit* vel *egreſſus eſt*, prout adultera redit ad ædes mariti, Jer. 3, 1. Iſraelitæ inſtar ovium diſperſi ad domos ſuas revertuntur,

 1. Reg.

1. Reg. 22, 17. Abraham ad pueros, Gen. 22, 19. Ruth in Patriam, Ruth 1, 22. Judæi ex captivitate & exilio in terram ſuam, Eſr. 6, 21. Neh. 8, 17. Joſ. 1, 17. 2) *Retrò ſe vertere, retroagi*, prout hoſtes alterum perſequentes retroaguntur, Pſ. 9, 4. 3) *Averti, diſcedere, abſcedere*, ferè ſi conſtruitur cum מֵאַחֲרֵי, מֵעַל 2. Reg. 18, 14. 2. Sam. 2, 26. β) *Metaphoricè* 1) deſignat *immutationem ſtatûs, & converſionem rei ſecundum qualitatem*, & reddi poteſt *vertit ſe, rediit, reverſum eſt*, Pſ. 73, 10. Pſ. 94, 14. Jeſ. 29, 17. Huc ſuo modo referri poteſt, quando homo ratione ſui corporis ex terra primitus formati dicitur *reverti in terram*, in quam per cinefactionem reſolvitur, Gen. 3, 19. Job. 34, 15. Pſ. 104, 29. Pſ. 146, 4. Eccl. 3, 20. c. 12, 7. 2) Notat *iræ ſedationem & cobibitionem*, ſi jungitur vocibus אַף & חָרוֹן, & idem eſt ac *cobiberi, ſedari, placari remitti, averti, avertere ſe*, Num. 25, 4. Ex. 32, 12. 2. Reg. 23, 26. 2. Chr. 12, 12. Dan. 9, 16. Jeſ. 5, 25. c. 9, 11. 16. 20. c. 10. 4. Jer. 2, 34. vel 35. 3) Significat *deceſſionem à functione*, vertendum *decedere, recedere*, Num. 8, 25. 4) Denotat *converſionem* vel *reditum* 1) *hominis* tum *à peccatis ad Deum*, à quo peccando diſceſſerat, per ſeriam autem pœnitentiam ad eum *redit*, 1. Reg. 8, 33. 2. Reg. 23, 25. Jer. 3, 12. 14. 22. c. 4, 1. 8. c. 8, 5. c. 18, 11. c. 25, 5. c. 35, 15. Ezech. 33, 12. 14. 18. 24. Pſalm. 51, 15. Dan. 9, 3. Zach. 1, 3. 4. Hoſ. 14, 2. Joel. 2, 12. Mal. 3, 7. tùm *à Deo & virtutis tramite ad peccata*, quibus *denuo* indulgere incipit, Jer. 8, 6. Conf. Ezech. 3, 20. c. 18, 24. ubi commode verti poteſt *ſe avertere*, Joſ. 22, 16. 23. 2) *Dei ad hominem ſeriò pœnitentem*, dum ei reconciliatus non ſolum gratioſum ſe ei exhibet, ſed etiam conferendo plura nova beneficia, gratioſæ ſuæ præſentiæ documenta edit, Zach. 1, 3. Mal. 3, 7. 5) Indigitat *reſtitutionem*, 2. Reg. 5, 10. Ez. 35, 9. 6) Deſignat *repenſionem*, tùm in *bonum*, Prov. 12, 14. tùm in *malum*, ubi notat *pœnam, ultionem & vindictam in alterum revertentem*, 1. Reg. 2, 33. Pſ. 7, 17. Obad. 1, 15. II) *Tranſitivè* notat 1) *redire facere*, vel *reducere* in *locum* vel *terminum* priorem. Ita legitur de *reductione captivorum captivitate corporali* in patriam, in *Kal* Devt. 30, 3. in *Piel*, Jer. 50, 19. in *Hiphil*, Gen. 14, 16. 1. Sam. 30, 19. 1. Reg. 8, 34. 2. Chr. 6, 25. Jer. 12, 15. c. 16, 15. c. 24, 6. c. 28, 6. c. 29, 10. Aſt de *reductione captivorum captivitate ſpirituali* legitur, Pſ. 14, 7. Jer. 30, 3. Vid. Seb. Schmid. in h. l. 2) *Reſtituere*, e. g. pignus, Ex. 22, 25. Devt. 24, 13. *uxorem*, Gen. 20, 14. lætitiam hactenus ademptam, Pſ. 51, 14. rapinam, Lev. 5, 23. conf. 1. Sam. 12, 3. hominem in officium, Gen. 40, 13. c. 41, 13. argentum, Gen. 43, 12. 3) *Reportare, referre*, wiederbringen/ zurückbringen/ Gen. 43, 21. c. 44, 8. Neh. 13, 9. 4) *Revocare ad animum, probe perpendere, ſtudioſe cum animo reputare*, ſi jungatur voci לֵב *cor*, Devt. 4, 39. c. 30, 1. Jeſ. 44, 9. c. 46, 8. Conf. 1. Reg. 8, 47. 2. Chron. 6, 37. ubi dicitur de *pœnitentibus*, malefacta ad animum revocantibus, & de iis dolentibus. 5) *Reſpondere, referre verba*; tum ſi conſtruitur cum דָּבָר *Verbum*, Num. 22, 8. Joſ. 14, 7. 2. Sam. 24, 13. 1. Reg. 12, 16. Neh. 2, 20. Prov. 27, 11. aut cum מִלִּין *Ser-*

Sermones, verba, Job.35, 4. tum, ſi ponitur abſolutè, Job.33, 5. 32. c. 40,4. 6) *Recreare, Reficere, Corroborare, Confortare*, ſi jungitur voci נֶפֶשׁ *Anima*, quæ velut è corpore egreſſa reduci videtur. Ita dicitur de *paſtore Chriſto*, Davidem recreante, Pſal.23, 3. de conſolante, Thren.1, 16. de *pane* animam famelici reducente, Thren. 1, 11. conf. 1. Sam. 30. 12. de *verbo Dei* animam recreante, Pſ.19, 8. Vide præterea, Ruth. 4, 15. Pſal. 60, 3. 7) *Offerre, Afferre*, munus, Pſ. 22,10. Ezech. 27, 15. 2. Reg. 17, 3. ſacrificium pro reatu, Num. 5, 7. Conf. 1. Sam. 6, 3. ubi legitur de oblatione pro reatu. 8) *Convertere aliquem* à via malitiæ & improbitatis abducere in viam pietatis, juſtitiæ & ſanctitatis, facere, ut aliquis à malo ad bonum *redeat*, Jer. 31, 18. Mal. 2, 6. 9) *Rependere, Retribuere, Retaliare, Reddere*, vergelten ; Ita accipitur tum *in bonum*, nonniſi *bonorum collationem* importans, 1. Sam. 26, 23. 2. Sam. 16, 12. Pſal. 38, 21. tùm *in malum*, indigitans, *pœnam talionis promeritam, vindictam & ultionem graviſſimam*, Gen. 50, 15. Devt. 32, 43. Jud. 9, 57. 1. Reg. 2, 32. c. 2, 44. Pſ. 79, 12. 10) *Sedare, Cohibere, Reprimere, Avertere iram*, ſi jungitur voci חָרוֹן vel אַף Num. 25, 10. Pſ. 85, 4. Prov. 15, 1. 11) *Retroagere, Impedire*, zurücktreiben/ hindern/ abwenden/ Jeſ. 43, 13. Conf. Thren. 2, 13. ubi Deus Judæos fugam molientes *retroegiſſe* dicitur. 12) *Denegare*, quæ quis petit; ſi jungitur voci פָּנִים *Facies*; quia repulſam petitorum ferentes, pudefacti faciem avertunt, 1. Reg. 2, 16. 20. 2. Chr. 6; 42. 13) *Transferre*, Gen. 24, 6. 14) *Avertere*, 2. Reg. 18, 24. Jeſ. 36, 9. III) Quandoque, ſi jungitur alii verbo, vel nudè, vel interveniente particula ו, indigitat *iterationem actionis*, quam verbum, cui jungitur, exprimere ſolet, vertendum *iterum, rurſus, denuo*, Gen. 26, 18. c. 30, 31. Devt. 30, 3. Jeſ. 6, 13. Jer. 18, 4. Thren. 3, 3.

שׁוּבָה f. *Reditus, Reverſio*; *Quies*, juxta non nullos. Semel legitur Jeſ. 30, 15.

שִׁיבָה f. *Captivitas, Captiva*, vide in שְׁבָה.

שׁוֹבָב m. *Averſus, Vagabundus, Rebellis*. Ter legitur, ſed ſemper in *malam partem* ſumitur. וַיֵּלֶךְ שׁוֹבָב בְּדֶרֶךְ לִבּוֹ Tum ivit *averſus*, (*vagabundus* &, quò abiret, neſcius) in viâ cordis ſui, Jeſ. 57, 17. Plur. שׁוֹבָבִים שׁוּבוּ בָנִים Revertimini filii *averſi*, qui per peccata maximè per *idololatriam* à me diſceſſiſtis, per ſeriam pœnitentiam redite ad me, Jer. 3, 14. 22.

שׁוֹבֵב m. *Averſus, Rebellis, Refractarius*. Saltem bis legitur in Fœminino בַּת שׁוֹבֵבָה Filia *averſa, averſioni aſſveta*; *per peccata enormia, inprimis idololatriam à Domino ſe avertere ſolita*, Jer. 31, 22. c. 49, 4.

מְשׁוּבָה f. *Averſio*; item *Averſa, Refractaria, Rebellis, averſioni aſſveta*. מְשֻׁבָה יִשְׂרָאֵל *Averſa* Iſrael, Jer. 3, 6. 8. In Statu Conſtr. מְשׁוּבַת פְּתָיִם *Averſio* ſimplicium, Prov. 1, 32. Cum Suff. לִמְשׁוּבָתִי Pro-

Propter *averſionem* à me, Hoſ. 11, 8. אֶרְפָּא מְשׁוּבָתָם Sanabo *averſionem* eorum, Hoſ. 14, 5. Plur. רַבּוּ מְשׁוּבֹתֵינוּ Multæ ſunt *averſiones* noſtræ, Jer. 14, 7.

1) Generatim infert *averſionem*. 2) Speciatim α) *Abſtractivè* ſumtum 1) *proprie* ſignificat *averſionem*, vel *receſſionem à via* vel *terminô*, cui inſiſtendum erat. Sed ita non adhibetur. 2) Legitur *Metaphoricè*, notans *averſionem moralem*, qua homo à bonâ viâ & termino, cui inſiſtere tenebatur, ſe malitioſè avertit, h. e. à *Deo ejusque præceptis* proterve recedit, imò ab omni bono ad quodvis oppoſitum malum ſe convertit, &c. ad *Deum per pœnitentiam* redire renuit, Prov. 1, 32. Jer. 2, 18. c. 3, 22. c. 5, 6. c. 14, 7. Hoſ. 14, 5. β) *Concretivè* notat *averſam, averſioni aſſuetam*, quæ malitioſè per peccata, inprimis per idololatriam à Deo recedit, refractaꝛiam ſe gerit, & per pœnitentiam veram ad eum reverti renuit, Jer. 36, 8. 11. 12.

תְּשׁוּבָה f. *Reditus, Reverſio, Regreſſio; Converſio, Reſponſio.* In Statu Conſtr. תְּשׁוּבַת הַשָּׁנָה *Reditus, Converſio* anni ad ſuum ſolitum terminum, in quo deſinit præcedens ejus curſus, & novus incipit, 2. Sam. 11, 1. 1. Reg. 20, 22. 1. Chron. 20, 1. 26. 2. Chron. 36, 10. Cum Suff. וּתְשֻׁבָתוֹ Et *reditus, regreſſio* ejus, 1. Sam. 7, 17. Plur. תְּשֻׁבֹת *Reſponſa*, Job. 34, 36. Cum Suff. תְּשׁוּבֹתֵיכֶם Et *reſponſa* veſtra, Job. 21, 34. Sæpius non legitur.

שָׁוָה *Æquatus, Adæquatus, Coæquatus, Æqualis, Aſſimilatus, Similis, Par, Conveniens, Aptus, Sufficiens, Utilis fuit, Profuit, Expedivit.* Conſtruitur cum ל vel ב. וְלֹא שָׁוָה לִי Sed non *conveniet* mihi, non *decebit* me, ſi peccavero, Job. 33, 27. Particip. אֵינֶנּוּ שֹׁוֶה לִי Non eſt *ſufficiens* mihi, Eſth. 5, 13. Fut. אֶל־מִי תְדַמְּיוּנִי וְאֶשְׁוֶה Cui *aſſimilabilitis* me, cui *ſimilis* ſim, Jeſ. 40, 25. Piel שִׁוָּה *Æquavit, Complanavit*; & ex uſu Chaldaico, *Poſuit, Compoſuit, Diſpoſuit, Propoſuit*. שִׁוָּה פָנֶיהָ *Complanavit* facies ejus, Jeſ. 28, 25. שִׁוִּיתִי יְהוָה לְנֶגְדִּי *Poſui* Dominum coram me, Pſ. 16, 8. Part. מְשַׁוֶּה רַגְלַי כָּאַיָּלוֹת Et *Efficit, ſimiles facit* pedes meos ſicut cervarum, Pſalm. 18, 34. Hiphil הִשְׁוָה *Æquavit, Effecit, Comparavit.* Fut. מָה אַשְׁוֶה־לָּךְ Quid comparabo, *efficiam* tibi? Thren. 2, 13. Hithpael נִשְׁתַּוָּה *Æquatur*, eſt forma mixta ex Niphal & Hithpael, Prov. 27, 5.

1) Generatim *æquationem* infert vel ſupponit, ſive *propriè*, ſive *figuratè* fiat. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *æquationem rerum phyſicam*, quâ partes inæquales & protuberantes æquantur & complanantur, Jeſ. 28, 25. β) *Impropriè*, 1) per *Metaphoram* denotat *ſimilitudinem, adſimilationem, æquiparationem, comparationem* &c. *quâ alteri velut ſimili aliquid comparatur*, vel ſaltem *alteri ſimile & æquale judicatur & habetur*, Prov. 26, 4. c. 27, 15. Jeſ. 40, 28. c. 46, 5. vel *ſubducto rei pretio æquale & æquipollens æſtimatur*, Prov. 3, 15. c. 8, 11. 2) *Metonymicè* a) quia, quæ

quæ *æqualia ſunt*, proſunt, expediunt, conveniunt, congrua ſunt, ſufficiunt, inde ſignificat tum *utile eſſe*, *prodeſſe*, *expedire*, Eſth. 3, 8. tum *congruum eſſe*, *convenire*, *decere*, Job. 33, 27. vid. Seb. Schmid. tùm *ſufficiens*, *ſatis eſſe*, *ſufficere*, Eſth. 5, 13. c. 7, 4. *b*) Quia, quæ *æquari* debent, *ponuntur*, *diſponuntur*, *proponuntur*, &c. inde etiam notat *ponere*, *diſponere*, *proponere*, *connotatâ* ſubinde *rei congruentiâ*, *decentiâ*, *utilitate* &c. niſi hunc ſignificatum ex uſu Chaldaico deducere velis. Ita *Meſſias* Dominum *coram ſe poſuerat*, ut jugiter ſpectandum, venerandum, amandum, Pſ. 16, 8. David ſibi propoſuerat legem Dei tanquam normam vitæ diligenter inſpiciendam, Pſ. 119, 30. Hiskias ſe diſpoſuerat (animum compoſuerat) ad diluculum, ſperans, fore, ut Dominus mitiget morbum, Jeſ. 38, 13. Deus poſuerat honorem ſuper Meſſia, Pſal. 21, 6. auxilium ſuper forti, Pſ. 89, 20. fructum viti, Hoſ. 10, 1.

שָׁוְא & שָׁו m. *Vanitas*, *Vanum*, quæ inde deducunt, vide ſupra.

שׁוּחַ *Inclinari*, *Propendere*, *Deprimi*. Semel legitur Prov. 2, 18. שָׁחָה אֶל־מָוֶת בֵּיתָהּ *Inclinata eſt*, *propendet* ad mortem domus ejus, Prov. 2, 18.

שׁוּחָה f. *Foſſa*, *Fovea*. שׁוּחָה עֲמֻקָּה *Foſſa* profunda, Prov. 22, 14. בְּאֶרֶץ עֲרָבָה וְשׁוּחָה In terra ſolitudinis & foveæ, h. e. in terra inculta & foveis plena, Jer. 2, 6.

1) Generatim *depreſſi & inclinati* notionem refert. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *locum terræ depreſſum*, *inclinatum*, in quem incidentes perduntur, qualis eſt fovea, Jer. 2, 6. *β*) *Metaphoricè* eſt ſymbolum tum *inſidiarum depreſſarum*, h. e. occultarum, quæ clam alicui ſtruuntur, Jer. 18, 20. tum *periculi*, *ærumnæ* & *interitûs*, Prov. 22, 14. c. 23, 27.

שִׁיחָה f. *Fovea*, *Foſſa*. Ter legitur, ſed ubique Metaphoricè, ad deſignandas *inſidias exitioſiſſimas*, quas aliquis alteri ſtruit, more venatoris, qui foveis ſolet feris inſidiari, quas coràm adoriri reformidat, Jer. 18, 22. Pſal. 57, 7. Plur. כָּרוּ לִי שִׁיחוֹת Foderunt mihi *foveas*, i. e. ſtruxerunt *inſidias*, Pſa. 119, 85.

שַׁחַת f. *Fovea*, Pſ. 16, 10. Formæ נַחַת *Quies*. פְּדָעֵהוּ מֵרֶדֶת שָׁחַת Redime eum à deſcendere, i. e. ne deſcendat in *foveam*, Job. 33, 24. Vide infra radicem שׁחת.

1) Generatim æque ut שׁוּחָה notionem *depreſſi qualicunque ratione* refert. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *locum terræ depreſſum atque inclinatum*, ubi pereunt, qui incidunt *β*) *Metaphoricè* deſignat 1) *inſidias exitioſiſſimas*, quas quis alteri inſtar venatoris molitur, qui *foveis* feris, quas coràm adoriri veretur, inſidiari ſolet, Pſ. 7, 16. Pſ. 9, 16. 2) *Miſerias & afflictiones graviſſimas*, in quas aliquis incidit, Job. 9, 31. 3) *Exitium* impiis divinitus immiſſum, Pſ. 94, 13. Alia vide infra in שׁחת.

שׁוּט *Itare*, *Circuire*, *Obire*, *Peragrare*, *Diſcurrere*, *Percurrere*, *Vagari*, *Curſitare*; *Circumſpexit*, *Luſtravit oculis*. שָׁטוּ *Diſcurrerunt*, Num. 11, 8. Infin. מִשּׁוּט בָּאָרֶץ Ab *obeunda*, *peragranda* terra, Job. 1, 7. c. 2,

c. 2, 2. Fut. וַיָּשֻׁטוּ בְכָל־הָאָרֶץ Inde *peragrarunt* omnem terram, 2. Sam. 24, 8. Piel שׁוֹטֵט *Percurrit, Peragravit, Diſcurrit.* Futur. יְשׁוֹטְטוּ לְבַקֵּשׁ אֶת־דְּבַר יְהוָה *Diſcurrent* ad quærendum verbum Domini, Am. 8, 12. Part. מְשׁוֹטְטִים *Peragrantes*, Zach. 4, 10. Hithpael הִתְשׁוֹטֵט *Curſitavit.* Imper. Fœm. הִתְשׁוֹטַטְנָה *Curſitate*, Jer. 49, 3.

1) Generatim dicit *itionem* vel *curſum huc illucve certi alicujus finis cauſâ inſtitutum*, ſive ſit *corporis*, ſive ſit *animi*. 2) Speciatim α) notat *vagari, obire, diſcurrere, connotatô ſtudio & fervore quærendi, luſtrandi, indagandi, & diligentiſſimè ad omnia attendendi* &c. Ita dicitur de Iſraelitis Mannam colligentibus, Num. 11, 8. de Satana terram perveſtigante, Job. 1, 7. c. 2, 2. de Joabo Iſraelitas luſtrante, 2. Sam. 24, 2. 8. de Iſraelitis verbum Domini quærentibus, Am. 8, 11. per plateas diſcurſitantibus, Jer. 5, 1. inter macerias, Jer. 49, 3. β) *Metaphoricè* 1) *oculis* tributum, notat *circumſpicere, accuratè luſtrare.* Ita dicitur de oculis Dei, per terram vagantibus, cunctaque ita luſtrantibus, ut nihil plane Deum lateat, 2. Chron. 6, 9. Zach. 4, 10. 2) *Omni ſtudio explorare, anxiè ubivis diſquirere*, Dan. 12, 4.

שׁוֹט m. *Flagellum, Scutica*, animalis corpus veluti *peragrans, obiens* &c. קוֹל שׁוֹט *Vox, Sonitus ſcuticæ*, Nah. 3, 2. אִם שׁוֹט יָמִית פִּתְאוֹם Si *flagellum* occidit ſubito, Job. 9, 23. Plur. יִסַּר אֶתְכֶם בַּשּׁוֹטִים Caſtigavit vos *ſcuticis*, 1. Reg. 12, 11.

1) Generatim notat *omne id, quod affligit, lædit* &c. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſcuticam* vel *flagellum*, quo aliquis cæditur, caſtigatur, circumpungitur, Prov. 26, 3. confer. Nah. 3, 1. ubi dicitur de *flagello* equos agitante. β) *Metaphoricè* deſignat *afflictionem, plagam & calamitatem*, 1. Reg. 12, 11. 14. 2. Chron. 10, 11. 14. Job. 9, 23. Jeſ. 10, 26. c. 28, 18.

שַׁיִט m. *Flagellum.* Semel occurrit Jeſ. 28, 15. ubi juxta Maſorethas legendum שׁוֹט, ſed nil obſtat, quò minus juxta literas legas שַׁיִט.

שָׁט m. *Remex*, qui remos agens *ire facit navim.* Bis legitur in Plurali שָׁטִים *Remiges*, Ezech. 27, 8. 26.

שַׁיִט m. *Remus*, quô navis agitur. Semel occurrit אֳנִי שַׁיִט *Navis* remi, quæ remis circumagitur & ducitur, Jeſ. 33, 21.

שֹׁטֵט m. *Flagellum.* Semel legitur Joſ. 23, 13. *Metaphoricè* deſignans *afflictionem & damnum.*

מָשׁוֹט m. *Remus*, quô navis agitur. Tantum extat Ezech. 27, 29.

מִשּׁוֹטִים m. *Remi.* Semel legitur cum Suff. מִשּׁוֹטָיִךְ *Remi* tui, Ezech. 27, 6.

שׁוּר *Trahere*, apud Arabes. Inde apud Ebræos

שׁוּל *Fimbria*; pars inferior veſtimenti, vel juxta Guſſetium, *ora veſtimenti*, cui *fimbria* aſſuitur. Legitur ſaltem in Plurali. In Statu Conſtr. שׁוּלֵי הַמְּעִיל *Fimbriæ* pallii, Exod. 28, 34. c. 39, 24. 25. 26.

Cum

Cum Suff. נִגְלוּ שׁוּלַיִךְ Revelatæ ſunt *fimbriæ* tuæ, Jer. 13, 22. *Retectio fimbriarum* deſignat *ignominiam & pudorem*, in quem Judæi conjiciendi. Confer. Jer. 13, 26. Nah. 3, 5. Hæc enim in ſummam & extremam mulierum ignominiam cedit, *detegi earum pudenda*; è contrario pudoris decus eſt, *pudenda tegi*. שׁוּלָיו *Fimbriæ* ejus, Exod. 28, 33. Jeſ. 6, 1. טֻמְאָתָהּ בְּשׁוּלֶיהָ *Impuritas* ejus in *fimbriis* ejus, Thren. 1, 9. i.e. manifeſta fuit perinde ut lutum, quod fimbriæ veſtimenti adhæret.

שׁוּם m. *Allium*. Semel legitur in Plur. שׁוּמִים *Allia*, Num. 11, 5.

שׁוּעַ *Vociferari*. Imper. שֹׁעוּ *Vociferamini*, Jeſ. 29, 9. Piel שִׁוַּע *Vociferatus eſt*, *Clamavit ſalutis cauſâ*. Sæpe conſtruitur cum אֶל *Ad*. שִׁוַּעְתִּי אֵלֶיךָ *Clamavi* ad te, Pſal. 30, 3. Infin. בְּשַׁוְּעִי אֵלֶיךָ In *vociferari* me, i. e. cum *vociferor* ad te, Pſ. 28, 2. Fut. אֲשַׁוַּע *Vociferabor*, Job. 19, 7. Hiphil הָשַׁע *Illevit*, *Oblevit*, *Incruſtavit*, ex uſu Chaldaico. Imper. וְעֵינָיו הָשַׁע Et oculos ejus *illinito*, Jeſ. 6, 10.

1) Generatim notat *vociferari* vel *clamare voce intentâ*, ſive clamans gaudeat rebus ſecundis; ſive conſtitutus ſit in neceſſitate & anxietate. Unde 2) ſpeciatim α) notat *clamare voce latâ propter obtentam potentiam*, Job. 35, 9. Vid. Seb. Schmid. in h. l. β) *Clamare voce ſtridulâ & anxiâ*, *opis ac ſalutis cauſâ*. Ita tribuitur 1) *hominibus* anxiè clamantibus clamore pœnitentiæ, Job. 36, 13. ac ex fideli corde, Pſal. 72, 12. ob periculi imminentis gravitatem, malique ac ærumnæ prementis magnitudinem ac vehementiam, ceu quiritans vociferabatur Jobus, ærumnis obrutus, Job. 30, 28. violentiam patiens c. 19, 7. David in anxietate conſtitutus, Pſ. 18, 7. Pſ. 30, 3. Meſſias in cruce duriſſima quæque patiens, Pſ. 22, 25. Jonas in ventre balænæ latitans, Jon. 2, 3. Confer. Job. 24, 12. c. 30, 20. Pſal. 18, 42. Thren. 3, 8. ubi dicitur de iis, qui adverſa patientes querulâ quidem clamitant voce, ſed fruſtra. Vid. Seb. Schmid. 2) *Corvis cibum expetentibus*, Job. 39, 3.

שֶׁוַע m. *Clamor*, *Vociferatio*. Semel occurrit cum Suff. לְקוֹל שַׁוְעִי Ad *vocem* clamoris mei, Pſ. 5, 3.

שׁוֹעַ m. *Clamor*, *Vociferatio*, Jeſ. 22, 5. item *Liberalis*, *Dives*, *Florens*, *Potens*, ſic dictus, quod ab aliis ei acclametur, applaudatur, idemque ore aliorum celebretur. Ita bis legitur α) in oppoſitione *ad pauperem & oppreſſum*, Job. 34, 19. β) In oppoſitione *ad tenacem & avarum*, Jeſ. 32, 5.

שׁוּעַ m. *Vociferatio*, *Clamor*, Job. 30, 24. *Divitiæ*, *Opulentia*. הֲיַעֲרֹךְ שׁוּעֲךָ Num æſtimabit *divitias* tuas? Job. 36, 19. Sæpius non legitur.

שַׁוְעָה f. *Clamor*, *Vociferatio*. In Statu Conſtr. וַתַּעַל שַׁוְעַת הָעִיר הַשָּׁמָיִם Unde adſcendit *clamor* urbis in cœlum usque, 1. Sam. 5, 12. Cum Suff. וַיִּשְׁמַע שַׁוְעָתִי Et exaudivit *clamorem* meum, Pſ. 40, 2. שַׁוְעָתָם *Vociferatio* eorum, Exod. 2, 23.

 1) Gene-

1) Generatim notat *vociferationem* ſeu *clamorem quemcunq;*. 2) Speciatim deſignat *clamorem anxium ac querulum*, quô clamans altè effert vocem, eandemque ex imis pectoris penetralibus protrudit; qualis erat Davidis in maximis ærumnis ac periculis verſantis, 2. Sam. 22, 7. Pſ. 18, 7. Pſ. 39, 13. Pſ. 102, 2. aliorum piorum Deum anxiè implorantium & liberationem ex periculis vel ærumnis enixè poſtulantium, Pſal. 34, 16. Pſal. 145, 19. Iſraelitarum in Ægypto afflictiones duriſſimas ſuſtinentium, Exod. 2, 23. captivorum, Jer. 8, 19. Conf. Thren. 3, 56. Philiſtæorum atrocibus plagis percuſſorum, 1. Sam. 5, 12.

תְּשׁוּעָה f. *Salus*, vide in ישע, p. 557.

שׁוּף *Conterere*; Quater ſaltem legitur in Fut. הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ וְאַתָּה תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב Ipſum *conteret* tibi caput, tu autem ipſi conteres calcaneum, Gen. 3, 15. בִּשְׂעָרָה יְשׁוּפֵנִי Turbine *conteret* me, Job. 9, 17. חֹשֶׁךְ יְשׁוּפֵנִי Tenebræ *conterent*, vel juxta Seb. Schmidium, *oppriment* me, Pſ. 139, 11.

1) Generatim & formaliter Bohlio notat *in tenebris depreſſum tenere*; ſed, quia hæc ſignificatio longius petita, & nimis compoſita, & rebus heterogeneis conſtat, depreſſionis actui circumſtantiam tenebrarum annectens; ideò Geiero & Guſſetio diſplicet. Unde Guſſetius ſubſtituit ſignificationem *graviſſimè lædendi*, quia ictus lædens eſt iſtud, quod in peculiarem partem hoſtis cadit. Geierus autem loco ejus ponit *irruere, invadere*, judicat tamen hanc notionem inadæquatam eſſe. Mollerus in Pſ. 139, 11. cenſet ſignificare *obruere & opprimere*, tùm ad *tegendum & occultandum*, tùm *ad delendum & conterendum*. 2) Speciatim α) dicitur de *tenebris opprimentibus & abſcondentibus*, Pſ. 139, 11. β) de *turbine*, qui grandine gravis eſt, conterens & contundens, quæ obvia ſunt, Job. 9, 17. Vid. Seb. Schmid. in h. l. γ) de *Meſſia & Serpente ſtygio*; Gen. 3, 15. ubi capitis ſerpentini contritio à ſemine mulieris facta, deſignat *potentiæ & regni Diabolici enervationem, deſtructionem, hominumque ex illo liberationem. Sed calcanei contritoris læſio à Serpente facta* indigitat *Salvatoris acerbiſſimam paſſionem & mortem pro hominibus ſubeundam.*

שׁוּק *Ire, Excurrere.* Piel שׁוֹקֵק *Deſideravit, Concupivit, Appetiit.* Fut. וַתְּשֹׁקְקֶהָ Et *appetis* eam, Pſal. 65, 10. Hiphil הֵשִׁיק *Excurrit præ abundantiâ, Exundavit, Redundavit, Effluxit.* הֵשִׁיקוּ הַיְקָבִים *Exundarunt* lacus, Joel. 4, 13. Hithpael הִשְׁתַּקְשֵׁק *Diſcurrit.* Fut. יִשְׁתַּקְשְׁקוּן בָּרְחֹבוֹת *Diſcurrent* in plateis, Nah. 2, 5. Vide in שקק.

1) Generatim *currendi* vel *excurrendi* ſignificationem obtinet. 2) Speciatim α) eſt *excurrere appetitu*, i. e. *appetere, deſiderare*, Pſalm. 65, 10. β) Eſt *excurrere præ redundantia*, i. e. *Redundare, Exundare, Effluere.* **Ubergehen/ überlauffen/** Joel. 2, 24. c. 4, 13.

שׁוֹק m. *Armus*; vel potius juxta Guſſetium; *Femur*, totumque *greſſus organum, Crus.* שׁוֹק הַיָּמִין *Armus* dexter, Exod. 29, 22. 27. Lev.

Lev. 7, 32. 33. גַּלִּי שׁוֹק Revela *femur, crus*, Jeſ. 47, 7. וַיַּךְ אוֹתָם שׁוֹק עַל יָרֵךְ Percuſſitque eos, *crus* ad femur, Jud. 15, 8. Dual. שֹׁקַיִם *Crura*, Prov. 26, 7. In Statu Conſtr. בְּשׁוֹקֵי הָאִישׁ In *cruribus* viri, Pſ. 147, 10. Cum Suff. שׁוֹקָיו *Crura* ejus, Cant. 5, 15.

שׁוּק m. *Platea, Vicus, Forum*, ſic *dicta*, quod homines ibi concurrant vel per ea diſcurrant. עֹבֵר בַּשּׁוּק Tranſiens per *plateam*, Prov. 7, 8. Vid. Eccl. 12, 4. 5. Plur. בַּשְּׁוָקִים In *foris*, Cant. 3, 2. Sæpius non legitur.

שׁוֹקֵקָה f. *Appetens*, formæ סֹרֵרָה, Bis legitur Pſalm. 107, 9. Jeſ. 29, 8.

תְּשׁוּקָה f. *Appetitus, Deſiderium, Benevolentia.* Ter legitur וְאֶל־אִישֵׁךְ תְּשׁוּקָתֵךְ Præterea ſub viro tuo erit tuus *appetitus* vel *deſiderium* tuum, ſeu, ut interpretatur Aben-Eſra: *obedientia* tua, h. e. viro tibi mandanti obſequeris, Gen. 3, 16. וְאֵלֶיךָ תְּשׁוּקָתוֹ וְאַתָּה תִּמְשָׁל־בּוֹ Cujus (peccati) etiam jamjam ad te eſt *deſiderium* (ad cædem allectans) ſed tu dominare illi (nec conſenti, ut facias). Ita interpretatur Seb. Schmidius. Plane aliter reddit Dn. D. Danz. in Interpret. §. 193. ed. 2. *Præterea ad te benevolentia (ſeu reverentia) ejus (fratris Abelis nequicquam inde favore meo elati) an tu dominaberis ipſi?* i. e. an primogenitura tuâ usque eò abuteris, ut in fratrem minorem ſævias ceu ſervum? Memineris fratrem fore, non mancipium. וְעָלַי תְּשׁוּקָתוֹ Et ſuper me *deſiderium* ejus, Cant. 7, 11.

שׁוּר *Canere; Videre, Intueri, Reſpicere, Contemplari.* שָׁר לַיהוָה *Cecinit Domino*, Pſal. 7, 1. Part. שָׁר *Canens, Cantor*, Prov. 25, 20. Plur. שָׁרִים וְשָׁרוֹת *Cantores & Cantrices*, 2. Sam. 19, 36. Fut. אֲשׁוּרֶנּוּ *Video* illum, Num. 23, 9. לֹא תְשׁוּרֵנִי עֵין רֹאִי Non *viſurus* ſit me oculus videntis me, Job. 7, 8. וַתָּשֻׁרִי לַמֶּלֶךְ בַּשֶּׁמֶן Interim munus offers Regi in oleo, Jeſ. 57, 9. Piel שׁוֹרֵר *Cecinit, Decantavit, Contemplatus eſt.* אֲשֶׁר שֹׁרְרוּ אֲנָשִׁים Quod *decantant* viri, Job. 36, 24. Fut. קוֹל יְשׁוֹרֵר Vox *cantet*, Zeph. 2, 14. Hiphil הֵשִׁיר *Cecinit, Cantavit.* Infin. לָשִׁיר Ad *cantandum*, 1. Sam. 18, 6. pro לְהָשִׁיר, Præformativô ה ob Præfixum ל per Aphæreſin ablatô; juxta Maſorethas; ſed juxta literas eſt Infinitivus in Kal לָשׁוּר Ad *canendum*. Fut. אָשִׁיר *Canam*, Pſ. 59, 17. & cum ה Paragogico אָשִׁירָה Exod. 15, 1. Imper. שִׁירוּ *Cantate*, Exod. 15, 21. pro הָשִׁירוּ, Præformativo ה per Aphæreſin ablato. Hophal הוּשַׁר *Cantatum eſt.* Fut. יוּשַׁר *Cantabitur*, Jeſ. 26, 1.

1) Generatim & formaliter Bohlio notat *intendere*, quæ ſignificatio de *voce* uſurpata ſignificat *canere*, de oculis *cernere*, de pedibus *ambulare*; Aben-Eſræ notat *circuire*, eò quod omnes hujus radicis ſignificationes ad *circuitum* facilè reduci queant. Guſſetio autem arridet notio *dirigendi ad aliquid* vel *aliquorſum*, cui accedo. 2) Speciatim *α*) notat *canere*; qui enim *canit*, vocem dirigit ad eum, cui canit. Refertur au-

tem

tem ad *omnia cantionum genera*, ſive *voce*, ſive *inſtrumentis muſicis* fiant. 1) Deſignat *cantionem*, qua *Deo* canitur, non tantum *mente devota*, ſed etiam *voce hilari ac ſonora*, laudes ipſius celebrando, beneficiaque collata deprædicando &c. Exod. 15, 1. 21. 1. Chron. 16, 9. 23. Pſ. 13, 3. Pſ. 27, 6. Pſ. 33, 3. Pſ. 68, 5. 33. Pſ. 89, 2. Pſ. 96, 1. 2. Pſ. 106, 2. robur ipſius mirabili ope declaratum evehendo, Pſ. 59, 17. conf. Pſ. 21, 14. 2) *Cantionem*, qua quis ludicra, jucunda & ad voluptates facta carmina modulatur, Prov. 25, 20. β) *Intentis & fixis oculis videre, intueri, adſpicere, reſpicere, obſervare, ſpeculari*, ſive *oculis corporis*, Num. 23, 9. Job. 7, 8. c. 24, 15. c. 35, 5. conf. Jer. 5, 26. ubi connotat *inſidias*, quæ ſtruuntur; ſive *oculis mentis*, Num. 24, 17. Sed ſi *Deo* tribuitur, connotatur tum *affectus miſericordiæ* ad exaudiendum & opem ferendam piis; tùm *affectus iræ* ad puniendum & vindicandum, Job. 35, 13. 14. γ) *Munus offerre*; quia munus, quod offertur, ad eum, cui offertur, dirigitur, Jeſ. 57, 9.

שִׁיר m. *Canticum.* שִׁירוּ לוֹ שִׁיר חָדָשׁ Cantate ei *canticum* novum, Pſal. 33, 3. שִׁיר הַשִּׁירִים *Canticum canticorum*, i. e. Canticum præſtantiſſimum, excellentiſſimum, Cant. 1, 1. וּמִשִּׁירִי אֲהוֹדֶנּוּ Unde *canticò* meò confitebor ei, Pſ. 28, 7. Plur. שִׁירִים *Cantica*, Cant. 1, 1.

1) Generatim notat *canticum quodcunque.* 2) Speciatim α) denotat *canticum lætum*, & quidem 1) *prophanum*, quale eſt *compotatorum* epicuræorum, Eccl. 7, 5. Jeſ. 24, 9. comitantium abeuntes, Gen. 31, 27. exhilarare volentium mœſtos, Prov. 25, 20. 2) *Sacrum*, quô Dei laudes & beneficia decantantur & celebrantur, 1. Chron. 13, 8. 2. Chron. 29, 28. Neh. 12, 27. Pſ. 69, 31. Jeſ. 26, 1. c. 30, 29. Conf. Pſal. 33, 3. Pſal. 40, 4. Pſ. 96, 1. Jeſ. 42, 10. ubi *canticum novum* dicitur, quod canitur Deo ob *nova beneficia collata.* Sed Am. 5, 23. dicitur de *cantico*, quod *Deo* diſplicet, & ille Am. 8, 10. in lamentationes vertit. β) *Canticum triſte*, quale eſt Pſ. 120. Pſ. 124. Pſ. 129.

שִׁירָה f. *Canticum*, *Carmen.* דִּבְרֵי הַשִּׁירָה Verba *cantici*, Devt. 31, 44. In Statu Conſtr. כְּשִׁירַת הַזּוֹנָה Juxta *canticum* meretricis, Jeſ. 23, 15. Plur. שִׁירוֹת *Cantica*, Am. 5, 3.

1) Generatim notat *canticum* vel *carmen quodcunque.* 2) Speciatim α) deſignat *canticum ſacrum* ſive *lætum*, quo Dei laudes & beneficia decantantur, Exod. 15, 1. Num. 21, 17. Devt. 31, 19. 21. 2. Sam. 22, 1. Pſ. 18, 1. Jeſ. 5, 1. ſive *triſte*, quo de malis immiſſis conqueruntur homines, Am. 8, 3. β) Notat *canticum prophanum*, quale eſt meretricum, Jeſ. 23, 15.

שׁוֹר m. *Bos*, quem ſic dictum putant à *terribili* vel *torvo viſu*, vel à *forma conſpicua & inſigni*, vid. R. Bechai in Geneſ. 2. Bochartus in Hieroz. P. I. lib. 2. p. 279. mavult referre ad rad. שָׁרַר, quæ Chaldæis, Syris & Talmudiſtis notat *firmari* vel *ſtabiliri*, ut proinde *bos* à *firmitate* vel *robore* ſic dicatur. Sed ו in Plurali videtur prodere radicem שׁוּר, nec male Guſſetius rationem etymi deducit ex notione *dirigendi*, quod

quod bos *rectà dirigat greſſus ſuos ab initio ſulci ad finem.* Cum Suffixo שׁוֹרְךָ *Bos* tuus, Exod. 23, 12. Plur. שְׁוָרִים *Boves*, Hoſ. 12, 12. Similis forma eſt in חוֹחַ & מָרוֹן. Vid. cel. Danz. Literat. §. 22. III. β.

1) Generatim *bovem* notat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *bovem cujuscunque ætatis & ſexûs.* De *bove* vitulo legitur Lev. 22, 27. Pſ. 106, 19. 20. de *bove* jam adulto, Exod. 21, 28. Num. 18, 17. Devt. 25, 4. Prov. 14, 4. De *vacca* autem legitur Ex. 34, 19. Lev. 22, 28. β) *Metaphoricè* ob virium robur, quo bos præditus eſſe ſolet, deſignare ſolet *dominum*, Gen. 49, 6.

שׁוּר m. *Hoſtis, Inimicus*, ſic dictus, quod *ſuos* tùm *animi*, tùm *corporis* impetus ad alios *dirigit*, & ſubinde obſervat & ſpeculatur, ubi & quomodo malefaciat; item *murus*, ſic dictus, quod ſecundum oram ſpatii claudendi dirigatur. אֲדַלֶּג־שׁוּר Tranſiliam *murum*, 2. Sam. 22, 30. Pſ. 18, 30. בָּנוֹת צָעֲדָה עֲלֵי שׁוּר Filiarum unaquæque incedit ſuper *muro*, Gen. 49, 22. Plur. שׁוּרִים *Hoſtes*. Cum Suff. שׁוּרָי *Hoſtes* mei, Pſ. 92, 12. בֵּין שׁוּרוֹתָם Inter *muros* ipſorum, Job. 24, 11. Sed Jer. 5, 10. eſt עֲלוּ שָׁרוֹתֶיהָ Adſcendite in *muros* ejus, Jer. 5, 10. poſito (ָ) loco (וֹ).

שָׁרוֹן *Scharon*, vide in שָׂרָה.

שׁוֹרֵר m. *Hoſtis, Inimicus*, ſic dictus, quod contra alios animi corporiſque impetus *dirigat*, undiquaque obſervans nocendi occaſionem. Plur. שֹׁרְרִים *Hoſtes*. Saltem occurrit cum Suff. שֹׁרְרָי *Hoſtes* mei, Pſ. 54, 7. Ita & Pſ. 5, 9. Pſ. 27, 11. Pſ. 56, 3. Pſ. 59, 11. Sæpius non legitur.

תְּשׁוּרָה f. *Munus, Donum*; *dignum* propriè & reſpectabile, quod magnati offertur, ut ex R. Sal. & R. Menahem Buxtorffius notat ein anſehnlich Geſchenck/ quod in theſaurum reponi meretur. Semel legitur 1. Sam. 9, 7.

שׁוּת *Ponere, Diſponere, Reponere, Imponere, Apponere.* Conſtruitur cum Accuſativo & particulis בְּ, אֶל, לְ, עַל, תַּחַת. וְלֹא־שָׁת לִבּוֹ גַּם לָזֹאת Neque *poſuit* cor ſuum etiam ad hoc, Ezech. 7, 23. שַׁתָּה תַחַת רַגְלָיו *Poſuiſti* ſub pedes ejus Pſ. 8, 7. Pro שַׁתְּתָּה, תְ, quia ſequitur aliud ת, extruſô, & per Dageſch forte compenſato. Ita quoque תְ extruſum eſt in שַׁתִּי *Poſui*, Pſ. 73, 28. pro שַׁתְּתִּי: שָׁתוּ עָלָי *Poſuerunt* ſe contra me, Pſ. 3, 7. Sed שַׁתּוּ *Poſuerunt*, Pſ. 49, 15. prodit formam שָׁתַת. Infin. שֹׁת שָׁתוּ הַשַּׁעְרָה *Diſponendo diſpoſuerunt* caſtra uſque ad portam, Jeſ. 22, 7. Hiphil הֵשִׁית *Poſuit, Appoſuit, Diſpoſuit, Conſtituit.* Inf. לָשִׁית Ad *ponendum*, Job. 30, 1. pro לְהָשִׁית, Præformativo ה per Aphæreſin ablato. לְמַעַן שִׁתִי אֹתֹתַי Propter *ponere me*, i.e. ut ponam ſigna mea, Ex. 10, 1. Fut. אֵיבָה אָשִׁית בֵּינְךָ Inimicitiam *ponam* inter te, Gen. 3, 15. נָשִׂיא אֲשִׁתֶנּוּ Principem *conſtituam* eum, 1. Reg. 11, 34. וִישִׁיתֵהוּ עַל־אֶרֶץ מִצְרָיִם Et *conſtituat* eum ſuper terram Ægypti, Gen. 41, 33. Hophal הוּשַׁת *Poſitus, Impoſitus fuit.* Fut. אִם־כֹּפֶר יוּשַׁת עָלָיו Si lytrum ei *imponetur*, Ex. 21, 30. 1) Gene-

1) Generatim notat *ponere*, quacunque ratione id fiat. 2) Speciatim *α*) notat *ponere aliquid in loco, ut ibi ſit*, Ruth. 4, 16. Pſ. 88, 7. vel *imponere alicui aliquid*, e. g. manum capiti, Gen. 48, 17. oculis, Gen. 46, 4. coronam capiti, Pſ. 21, 4. vel *cum curâ & ſtudio alicui aliquid reponere*, Prov. 26, 24. *β*) *Facere*, vel *abſolutè*, Gen. 3, 15. vel *modificatè, connotato ſtatu rei*, h. e. facere, ut hoc ſit illud, aut hoc vel illo modo ſe habeat, Pſ. 83, 12. 14. Jeſ. 26, 1. Jer. 2, 14. c. 13, 16. c. 22, 6. c. 50, 3. Hoſ. 2, 3. Huc refer illud, Exod. 10, 1. ubi connotat realitatem & veritatem phantasmati oppoſitam, indigitatque diſcrimen inter miracula Dei & præſtigiatorum Ægyptiacorum, quod illa oculis, ſenſibus & examini omnium ita expoſita fuerunt, ut per omnia vera & ſine dolo facta deprehenſa fuerint, hæc autem non niſi fraudes & præſtigias ſpiraverint. *γ*) *Dare*, Gen. 4, 25. *δ*) *Statuere, Conſtituere aliquem* Principem, Dominum, 1. Sam. 11, 34. Pſ. 41, 7. Procuratorem, Gen. 41, 33. *ε*) *Diſponere ſe contra aliquem, connotata hoſtilitate*, Pſ. 3, 7. vel caſtra aut aciem contra urbem capiendam, Jeſ. 22, 17. *ζ*) *Æſtimare*, Pſal. 84, 7. *Imputare* alicui peccatum, Num. 12, 11. *η*) Junctum voci לֵב *Cor, Ponere cor ad aliquid*, notat 1) *ad animum aliquid probè revocare, connotato propoſito faciendi*, quod poſtulatur, Exod. 7, 23. 2) *Advertere animum ad aliquid*, connotata *a*) *curâ intentâ* pro aliquo, tum *divinâ* pro homine, Job. 7, 17. tum *humana paſtoritia* pro grege, Prov. 27, 23. *b*) *fiduciâ*, quæ in aliqua *re* reponitur, Pſ. 62, 11. *c*) *ſtudiô* ſcientiam apprehendendi, memoriæ eam mandandi, & tempeſtivè eam adhibendi, Prov. 22, 17. *d*) *æſtimio rei*, 1. Sam. 4, 20.

שִׁית m. *Ornatus*, vel quod magnâ cum curâ ac ſtudiô loco ornamenti ac veſtitûs circumponitur & adhibetur. Bis legitur, Pſal. 73, 6. Prov. 7, 10.

שֵׁת m. *Nates*, pars corporis, quâ homo *ponitur* ſedendo ſeu in quam homo ſeſſurus ſe *ponit*, & cui veſtitus concinnior ornatûs cauſâ *apponitur*. Bis legitur. חֲשׂוּפֵי שֵׁת Denudati *nates*, Jeſ. 20, 4. Plur. cum Suff. עַד שְׁתוֹתֵיהֶם Usque ad *nates* ipſorum, 2. Sam. 10, 4.

שֵׁת m. *Scheth*, nomen proprium *filii Adami*, ſic dicti, quod loco Abelis à Kaino trucidati Dominus ipſum Evæ *dederat*, Geneſ. 4, 25. Vixit 912 annos, Gen. 5, 8.

שָׁתוֹת f. pl. *Fundamenta*, quaſi *poſitiones* dicas. Bis legitur. הַשָּׁתוֹת יֵהָרֵסוּן *Fundamenta* ſubruunt, deſtruuntur, i. e. quævis ab hoſtibus evertuntur, in quibus aliqua ſalutis aut præſidii ſpes fundata apparebat, Pſ. 11, 3. Ita *Fundamenta* reddit Chaldæus & R. Salomon; ſed R. Aben-Eſræ & Kimchio notat *retia*. שָׁתוֹתֶיהָ מְדֻכָּאִים *Fundamenta* ejus contuſa, Jeſ. 19, 10.

שָׁזַף *Vidit, Contuitus eſt, Conſpexit, Conſpicatus eſt*. Ter occurrit. עַיִן שְׁזָפַתּוּ Oculus *vidit* eum, Job. 20, 9. c. 28, 7. pro שְׁזָפַתְהוּ, ה Suffixi cum prævio punctô pereunte, & velut per Dageſch forte præcedenti

denti ת impreſſum compenſato; perinde ut in גְּנַבְתּוֹ *Furata eſt* eum, Job. 21, 18. שֶׁשְּׁזָפַתְנִי הַשָּׁמֶשׁ Nam *conſpicatus eſt* me ſol, Cant. 1, 6. Hieronymus reddit: *Decoloravit* me.

שָׁזַר *Torſit funem dextrorſum & introrſum, Contorſit*; inde Particip. Hophal מָשְׁזָר *Contortum, Conduplicatum*, Exod. 26, 1. c. 36, 8. c. 38, 9. 17. c. 39, 24. 28. 29.

שָׁחַד *Muneravit, Munus exhibuit.* Bis occurrit. Fut. וַתִּשְׁחֲדִי אוֹתָם Et *munerasti* illos, Ezech. 16, 33. Imper. שִׁחֲדוּ בַעֲדִי *Munera exhibete* pro me, Job. 6, 22.

שֹׁחַד m. *Munus.* הַשֹּׁחַד יְעַוֵּר פִּקְחִים *Munus* excœcat videntes, Exod. 23, 8. הַשֹּׁחַד לֹא תִקָּח *Munus* non accipies, Exod. 23, 8.

1) Generatim notat *munus*, quô alterius favorem nobis conciliare annitimur, quacunque fiat intentione. 2) Speciatim α) dicitur de *munere*, quod offertur irato, ut ejus vis & furor avertatur, periculumque, quod imminet, declinetur, e. g. marito ab adultero, Prov. 6, 35. Regi potentiori ab imbecilliori, 1. Reg. 15, 19. 2. Reg. 16. 8. cuique irato alii, Prov. 21, 14. β) De *munere*, quod à reô offertur judici, ad judicem corrumpendum, cauſamque injuſtam favorabilem reddendam, Exod. 23, 8. Devt. 16, 19. c. 27, 25. 1. Sam. 8, 3. Job. 15, 34. Pſal. 26, 10. Jeſ. 1, 23. c. 5, 23. Ezech. 22, 12. Mich. 3, 11.

שָׁחַח *Humi procubuit, Abjecit, Proſtravit, Depreſſit, Inclinavit, Incurvavit, Humiliavit ſe.* Imper. שְׁחִי וְנַעֲבֹרָה *Deprime te, Procumbe, ut tranſeamus*, Jeſ. 51, 23. Sæpius in Kal non legitur. Hiphil הִשְׁחָה *Depreſſit.* דְּאָגָה בְלֶב־אִישׁ יַשְׁחֶנָּה Solicitudo anxia in corde viri *deprimit* illud, Prov. 12, 25. Hithpael הִשְׁתַּחֲוָה *Incurvavit ſe ipſum adorandi vel honoris exhibendi cauſâ, prono in terram corpore ſe proſtravit, Humi procubuit, Adoravit*, cum ו Epenthetico, & ob primam ſibilantem ש & ת tranſpoſitis. Conſtruitur cum עַל, ל, אֶל, לִפְנֵי. וְהִשְׁתַּחֲוִיתָ לָהֶם *Incurvesque* te illis, Devt. 4, 19. וְהִשְׁתַּחֲוִיתָ לִפְנֵי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ Et *incurvabis* te coram Domino Deo tuo, Devt. 26, 10. Infin. לְהִשְׁתַּחֲוֹת עָלֶיהָ Ad *incurvandum* ſe illi, Lev. 26, 1. Part. מִשְׁתַּחֲוֶה *Incurvans* ſe, 2. Reg. 19, 37. מִשְׁתַּחֲוִיתֶם קֵדְמָה *Incurvantes ſe fuerunt* verſus orientem, Ezech. 8, 16. Eſt forma mixta ex Participio & Præterito. Fut. אֶשְׁתַּחֲוֶה *Incurvabo me*, Pſ. 5, 8. וַיִּשְׁתַּחֲוֶה Et *incurvavit ſe*, 1. Reg. 22, 54. Sed Gen. 18, 2. eſt וַיִּשְׁתַּחוּ אָרְצָה Et *incurvavit ſe* in terram, Gen, 18, 2. וַיִּשְׁתַּחוּ אַפַּיִם אָרְצָה Et *incurvavit ſe* vultu in terram, Gen. 19, 1. ubi ה per Apocopen reſectô, ו quieſcit in ſchurek. וַתִּשְׁתַּחֲוֶיןָ Et *incurvarunt ſe*, Gen. 33, 6. ה per Apocopen reſecto.

1) Generatim *inclinationem* infert, ſive fiat *honoris exhibendi cauſâ*, ſive *non*. 2) Speciatim α) notat *deprimere*, ſive dicat *depreſſionem*

ſui

ſui ipſius, ut idem ſit ac *procumbere in terram*, Jeſ. 7, 23. ſive deſignet *depreſſionem alterius*, e. g. cordis ab anxia ſollicitudine factam, Prov. 12, 25. β) Significat *ſe incurvare honoris & cultus exhibendi cauſâ*, ſive honorem & cultum alteri exhibiturus *ſaltem corpus inclinet*, ut Salomon matrem excipiens & ſalutans, 1. Reg. 2, 19. ſive *toto corpore in terram brachiis expanſis ſe proſternat*, ut Kimchi explicat, & colligitur ex 1. Chron. 21, 21. Ruth. 2, 10. *Orientales* enim *aliquem ſubmiſſe honoraturi* dicuntur non ſaltem corpus inclinaſſe, ſed ſe prorſus in terram proſtraviſſe, ut facie eandem attigerint, ſeque ab honorato illo ex pulvere quaſi ſuſcitandos petierint, ſe ipſius adſpectu quaſi indignos teſtaturi. Adhibetur autem in ſcriptura α) ad deſignandum *honorem & cultum civilem ac politicum*, quem *moralis reverentiæ* dicunt. Talis exhibetur 1) *Angelis* Gen. 19, 1. 2) *Regibus* 2. Sam. 9, 8. c. 14, 33. c. 18, 28. c. 24, 20. 1. Reg. 1. 23, 53. 3) *Principibus & Magnatibus* 2. Sam. 18, 21. Eph. 3, 2, 5. 4) *Parentibus* 1. Reg. 2, 19. 5) *Benefactoribus*, Ruth. 2, 10. β) Uſurpatur ad indigitandum *cultum ſacrum & religioſum*, qui exhibetur 1) *Deo vero*, & Metonymicè *adorandi* voce exprimitur, Gen. 24, 26, 52. Devt. 26, 10. 1. Sam. 1, 3. 1. Chron. 16, 29. Pſ. 5, 8. Pſ. 29, 2. Pſ. 96, 9. Pſ. 97, 7. Pſ. 138, 2. Jeſ. 27, 13. 2) *Diis falſis* ſeu *idolis*, quibus exhiberi non debebat, Devt. 8, 19. c. 30, 17. c. 11, 16. Joſ. 23, 16. Joſ. 2, 12, 17. Jer. 13, 10. c. 25, 6.

שְׁחוּת f. *Fovea*, quaſi *locus depreſſus*, ubi incidenti pereundum. Semel legitur Prov. 28, 10. בִּשְׁחוּתוֹ הוּא יִפּוֹל In *foveam* ſuam ipſe cadet.

שְׁחִית f. *Fovea*. Bis legitur in Plur. שְׁחִיתוֹת *Foveæ*, Pſ. 107, 21. ibi deſignat *ſepulchra*, quibus improbi erant viciniſſimi; Thren. 4, 20. ubi Metaph. notat *inſidias*, quæ ſtruebantur ab hoſtibus.

הִשְׁתַּחֲוָיָה f. *Incurvatio*. Semel legitur cum Suff. 2. Reg. 5, 18. בְּהִשְׁתַּחֲוָיָתִי In *incurvatione* mea, i. e. cum incurvavero me. Verbale nomen naturam infinitivi in tempus finitum reſoluendi induit.

שָׁחַח *Curvatus, Incurvatus eſt, Incurvavit ſe, Depreſſus, Dejectus, eſt.* וְשַׁח רוּם אֲנָשִׁים Et *deprimetur* altitudo virorum, Jeſ. 2, 11. שָׁחָה לֶעָפָר נַפְשֵׁנוּ *Depreſſa, incurvata eſt* anima mea ad pulverem, Pſ. 44, 26. שָׁחֲחוּ *Incurvantur*, Job. 9, 13. Sed Prov. 14, 19. eſt שַׁחוּ Infin. שָׁחוֹחַ *Incurvando* ſe, Jeſ. 60, 14. Niphal נָשַׁח *Incurvavit, Depreſſus eſt, Demiſſus prodiit*, &c. Fut. וַיִּשַּׁח אָדָם Ita *deprimetur* homo, Jeſ. 2, 9. מֵעָפָר תִּשַּׁח אִמְרָתֵךְ Ex pulvere, *demiſſus prodit, humiliter ſonat* ſermo tuus, Jeſ. 29, 4. יִשַּׁחוּ *Deprimentur*, Eccl. 12, 4. Hiphil הֵשַׁח *Curvavit, Depreſſit*, Jeſ. 25, 12. c. 26, 5. Hithpael הִשְׁתּוֹחֵחַ *Incurvavit, Depreſſit ſe*. Fut. מַה־תִּשְׁתּוֹחֲחִי נַפְשִׁי Quid *incurvas, deprimis* te anima mea? Pſ. 42, 6. 12.

1) Generatim *inclinandi* notionem obtinere videtur. 2) Speciatim

α) notat

α) notat *ſe incurvare honoris* vel *ſubmiſſionis teſtandæ cauſa*; Prov. 14, 19. Jeſ. 60, 14. β) Significat *deprimere*, prout 1) *proprie* dicit *dejectionem alti muni menti*, Jeſ. 25, 12. 2) *Metaphorice* autem indigitat. *a*) *humiliationem ſuperborum*, Jeſ. 2, 11. 17. c. 5, 15. conf. c. 26, 5. *b*) *Ingentem afflictionem & triſtitiam*, quæ quaſi ad terram deprimit hominem, ut incurvatus incedat, Pſ. 35, 14. Pſ. 38, 7. Conf. Pſ. 47, 6. 7. 12. Pſ. 43, 5. ubi anima præ nimia mœroris aut timiditatis conſternatione *ſe deprimere* dicitur. *c*) *Debilitatem vocis*, Jeſ. 29, 4. ubi dicitur de voce humiliter ac ſuppreſſô velut murmure è pulvere prolata. Huc refert Seb. Schmid. Eccl. 12. 4. per *filias cantûs* intelligens *voces claras*, quæ debilitatæ in mera ſuſpiria deprimuntur.

שַׁח m. *Depreſſus*, *Humiliatus*, *Humilis*. Semel legitur Job. 22, 29. וְשַׁח עֵינַיִם יוֹשִׁעַ Et *humiliatum* oculis ſalvabit.

שָׁחַט *Traxit*, *Duxit*, *Diduxit*; *Mactavit*, *Jugulavit*. וְשָׁחַט אֶת־בֶּן־הַבָּקָר Et *mactabit* filium armenti, i. e. fœtum bubulum, Lev. 1, 5. Part. שֹׁחֵט הַשּׁוֹר *Mactans* bovem, Jeſ. 66, 3. Particip. Paul. זָהָב שָׁחוּט Aurum *tractum*, *malleo ductum*, 2. Chron. 9, 15. 16. חֵץ שָׁוחֵט Sagitta *tracta*, *acuta*, *polita*, *ducta* per cotem, Jer. 9, 7. Vid. Buxtorff. Lex. Et ita legendum cenſent Maſorethæ שָׁחוּט, ut ſit Participium Paul, ſed Autor literarum intendit Participium Benoni שׁוֹחֵט *Mactans*, *Jugulans*, *Occidens*; Infin. לִשְׁחֹט Ad *jugulandum*, Gen. 22, 10. Fut; יִשְׁחַט *Jugulabit*, Lev. 4, 33. Niphal נִשְׁחַט *Jugulatus*, *Mactatus eſt*. Fut. יִשָּׁחֵט *Mactabitur*. Num. 11, 22.

1) Generatim cenſetur notare *expandere*. 2) Speciatim α) notat *ducere*, e. g. aurum, quia ducendo expanditur, 1 Chron. 9, 15. 16. β) *Jugulare*, *mactare*, proprie *pecudes*, tùm quia jugulantur cultrô per jugulum earum ducto & reducto, quos actus Ebræi vocant הֲלָכָה וַהֲבָאָה *Abitum & reditum*; tum, quia expanduntur, cum mactantur, Lev. 1, 5. 11. c. 3, 8. 13. c. 4, 4. 15. 24. 29. 33. c. 14, 5. 13. 25. 50. c. 16, 11. 15. 1. Sam. 1, 25. c. 14, 33. Figurate *occidere hominem inſtar pecudis*, Jud. 12, 6. 2. Reg. 10, 7. Jer. 39, 6. c. 41, 7. c. 52, 10.

שַׁחֲטָה f. *Mactatio*; Nomen naturam *infinitivi* induens, Hoſ. 5, 2.

שְׁחִיטָה f. *Jugulatio*, *Mactatio*. Semel legitur in Statu Conſtr. עַל־שְׁחִיטַת הַפְּסָחִים Super *mactatione* agnorum Paſchalium, 2. Chron. 30, 17.

שַׁחַל m. *Leo ferox & immanis mediæ ætatis*. Buxt. medius quippe inter אריה *Leonem ſeniorem*, & שחץ *Leonem juniorem*. Sed Bochartus in Hieroz. P. I. lib. 3. c. 1. p. 717. cenſet eſſe *leonem nigrum*, quem Arabes الدلم *Adlamon* vocant, deducitque hanc vocem à שחר *nigrum eſſe*, ut per alternationem literarum ר & ל ſit שַׁחַל pro שַׁחַר. Mercerus arbitratur, שַׁחַל *Truculentius leonum genus indigitare*. *Proprie* legitur Prov. 26, 13. Job. 28, 8. *Figuratè Deus iratus* ei comparatur, Job. 4, 10. c. 10, 16. Hoſ. 5, 14. c. 13, 7.

Digitized by Google

שְׁחֵלֶת f. *Onyx;* Species aromatis ad ſuffitum adhiberi ſolita. Exod. 30, 34. Bochartus in Hieroz. P. I. lib. 3, c. 1. p. 718. deducit à שָׁחַר *Niger eſt*, ut per alternationem literarum ר & ל ſit שְׁחֵלֶת pro שְׁחֵרֶת, eamque ab *atro colore* ſic dictam cenſet.

שָׁחַן *Caluit*, apud Chaldæos; inde apud Ebræos

שְׁחִין m. *Ulcus*, ex *caliditate* proveniens, vel potius ſecundum Clericum ad Exod. 9, 9. *Æſtus* ſive *Inflammatio*, cum ulcera non tàm emittant puſtulas, quàm puſtulæ ulcera creent, ex inflammatione ut plurimum enatæ. *V*id. D. Maji Animadv. in Lex. Cocceji, Exod. 9, 10. 11. c. 13, 18. 10. c. 20, 7. וַיַּךְ אֶת־אִיּוֹב בִּשְׁחִין רָע Et percuſſit Jobum *ulcere* malo, Job. 2, 7. Vid. Devt. 28, 27. 35.

שָׁחִיס m. *Sponte naſcens*. Semel legitur, Jeſ. 27, 30.

שָׁחַף *Tabuit, carne & viribus conſumtus eſt*. Vid. Buxt. Lex. Talmud. pag. 2369.

שַׁחַף m. *Larus*, avis tabida, quæ fere carnis expers eſt, quaſi tabe conſumta ſit. Ita Bochartus P. II. Hier. c. 18. p. 263. ſecutus Hieronymum, Münſterum, Caſtalionem & Græcos. Buxtorffio & Junio eſt *Æſalon*, accipitris ſpecies. Refertur inter *aves immundas*, Lev. 11, 16.

שַׁחֶפֶת f. *Tabes*, qua corpus attenuatur & conſumitur. Bis legitur, Lev. 26, 16. Devt. 28, 22.

שָׁחַץ *Procerus eſt, Elatus eſt*, apud Arabes, teſte Bocharto Hieroz. lib. III. P. 1. c. 1. p 718. *Superbivit*, apud Rabbinos, teſte Schindlero.

שַׁחַץ m. *Leo*, juxta Chaldæum, Talmudiſtas, & Mercerum. *Fera* juxta Buxtorffium; *Elatio* autem & *Proceritas*, juxta Bochartum l. c. Unde בְּנֵי שָׁחַץ Job. 28, 8. c. 41, 25. ſunt filii *elationis* aut *proceritatis*, i. e. *procera animalia*.

שָׁחַק *Attenuavit, Contudit, Contrivit, Comminuit, in minutiſſimas partes redegit*. וְשָׁחַקְתָּ מִמֶּנָּה הָדֵק Et *Contundes, Conteres* aliquid de eo ad minutum, Exod. 30, 36. אֲבָנִים שָׁחֲקוּ מַיִם Lapides *comminuunt* aquæ, Job. 14, 18. Fut. וְאֶשְׁחָקֵם כַּעֲפַר אֶרֶץ Quare *conteram eos* ſicut pulverem terræ, i. e. auxilio tuo hoſtes meos diſſipabo, facileque totaliter & irreparabiliter evertam, 2. Sam. 22, 43, Pſ. 18, 43. Sæpius non legitur.

שַׁחַק m. *Pulvis tenuiſſimus, Pulviſculus; Nubes tenuiſſima; Cœlum*. כְּשַׁחַק מֹאזְנַיִם Sicut *pulviſculus* trutinæ, Jeſ. 40. 15. בַּשַּׁחַק In *cœlo*, Pſ. 89, 7. Plural. שְׁחָקִים *Nubes:* וּשְׁחָקִים יִרְעֲפוּ־טָל Et *nubes* ſtillant rorem, Prov. 3, 20,

1) Generatim notat *rem tenuem, attenuatam*. 2) Speciatim α) notat *pulverem tenuiſſimum*, qui ex contuſione oritur & ſpargitur, Jeſ. 40, 15. β) *Nubem tenuem*, quæ pluviam tenuem demittit, Job. 38, 28. Pſ. 77, 18. Pſ. 89, 38. Prov. 3, 20. c. 8, 28. γ) *Cœlum*, à *tenuiſſima ſubſtantia* ſic dictum, Pſ. 18, 12. Pſ. 87, 7. Job. 35, 5.

שָׁחַר *Denigratus eſt, Niger eſt, Niger factus eſt, Obſcurus eſt; Quæſivit, Inveſtigavit.* עוֹרִי שָׁחַר Cutis mea *denigrata eſt*, Job. 30, 30. Particip. שֹׁחֵר טוֹב יְבַקֵּשׁ רָצוֹן Qui *inveſtigat* bonum, quærit beneplacitum, Prov. 11, 27. Piel שִׁחֵר *Mane, tempeſtive, ſtudiosè quæſivit, inveſtigavit, viſitavit.* Habita ratione nominis שַׁחַר *Aurora*, notat *Auroravit, Diluculavit, ad auroræ ortum requiſivit*, vel *fecit aliquid.* Vid. Mercerus. שִׁחֲרוּ אֵל *Quærebant ſtudiosè* Deum, Pſ. 78, 34. Fut. יְשַׁחֲרֻנְנִי וְלֹא יִמְצָאֻנְנִי *Manè quærent* me, ſed non invenient me, Prov. 1, 28.

1) Generatim quid ſignificet, non liquet. 2) Speciatim α) notat *nigrum* vel *obſcurum eſſe, denigrari.* Ita ſaltem legitur, Job. 30, 30. Hinc, quia, quæ *obſcura ſunt*, & quaſi *caligini* immerſa deprehenduntur, *ſollicitè ac ſedulo inveſtigantur ac quaruntur,* β) ſignificat *diligenter, ſtudioſe, maturè, tempeſtive, citò, ſine mora, cum affectu quærere, adhibere, inveſtigare, viſitare aut ad aliquid ſe convertere.* Mercerus, Marinus Brixianus, & alii ſignificationem hanc à שַׁחַר *Aurora* derivant, ut idem ſit ac *aurorare*, ſub *auroram aliquid inveſtigare, ſedulo nobiliſſimum diei tempus viresque poſt ſomnum adhuc integras ſtudio alicui impendere, illud tanquam unicum meditari ac ambire*; Sed hoc non ubivis locum obtinere cenſetur; quia videtur obſtare, Prov. 7, 15. Vid. Guſſetius in Commentario; Sed ſi aliàs *aliquis dicitur mane aliquid facere, quando citò & ſine mora id facit*, optimè ad dictum locum quadrat. Tribuitur autem 1) *Hominibus ſollicitè, ſedulo & cum affectu aliquid quærentibus.* Ita legitur de *Davide* Deum, tanquam ſummum ſuum Bonum ſollicite quærente, ac precibus pie implorante, Pſ. 63, 2. de *Eccleſia N. T.* eundem ſtudioſe & cum prolixô affectu quærente, Jeſ. 26, 9. de *pœnitentibus* per ſerias preces & indefeſſas deprecationes diligenter & cum ſerio pœnitentiæ affectu Deum quærentibus, Job. 8, 5. Pſ. 78, 34. Hoſ. 5, 15. de *impiis* ſapientiam vanis operibus ac diſcurſitationibus fruſtrà quærentibus, Prov. 1, 28. de *ſcorto* amaſium ſollicite inveſtigante, Prov. 7, 15. de *Patre* Filio maturè ac tempeſtive diſciplinam adhibente, Prov. 13, 24. de *hominibus* violentis ex miſeris prædam manè quærentibus, Job. 24, 5. de inveſtigantibus bonum, Prov. 11, 27. 2) *Deo* tribuitur, cum viſitat hominem per mortem, Job. 7, 21.

שַׁחַר m. *Aurora*, à *nigrore* ipſam comitante ſic dicta, quod tunc *obſcuriora* adhuc ſunt omnia, in relatione ad diei meridiem; vel ab *inquiſitione & inveſtigatione rerum*, cui dat facilitatem, ſic appellata. כַּעֲלוֹת הַשַּׁחַר Cum *adſcenderet* aurora, 1. Sam. 9, 26. עַפְעַפֵּי שָׁחַר Palpebræ *auroræ*, Job. 3, 9.

1) Generatim *auroram* denotat, ſive *propriè*, ſive *impropriè.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *fuſcum illud*, quod eſt medium inter lucem & caliginem, ſole nondum ſupra horizontem elevato. Præcedit enim ortum

ortum ſolis, Gen. 19, 15. 23. c. 32, 26. Differt à בֹּקֶר ut anguſtius à latiori. De *palpebris auroræ*, vide ſupra עַפְעַפַּיִם β) *Metaphoricè* deſignat 1) *quidquid pulchrum ac amabile* eſt, Cant. 6. 19. 2) *Quicquid ſubitò & in momento adeſt* vel *oritur*, quia aurora in momento adeſt, & miranda velocitate ſe diffundit, Pſ. 139, 9. Jeſ. 47, 9. Hoſ. 10, 15. Joel. 2, 2. 3) *Gratiam Dei & inde enatam conſolationem ac pacem Spiritûs S.* Jeſ. 8, 20.

שָׁחֹר *Niger, Nigricans.* וְשֵׂעָר שָׁחֹר Et pilus *nigricans*, Lev. 13, 31. 37. Plur. סוּסִים שְׁחֹרִים *Equi nigri*, Zach. 6, 2. 6. Fœm. שְׁחוֹרָה *Nigra*, Cant. 1, 5. Plur. שְׁחֹרוֹת Cant. 5, 11

שְׁחוֹר m. *Nigredo*; Thren. 4, 8. Sæpius non legitur.

שִׁיחוֹר m. *Schichor*, nomen fluvii, à *nigrore* ſic dicti, quia aquæ ipſius *nigricantes* ſunt, & limo turbidæ, Joſ. 19, 26.

שְׁחַרְחֹרֶת f. *Subnigra.* Semel legitur, Cant. 1, 6. ubi per *Metaphoram* eſt ſymbolum *afflictionum & ærumnarum.*

שַׁחֲרוּת f. *Juventa*, ſic dicta ab *aurorâ*, cui ſimilis eſt, quando erumpit, vel *à nigredine*, quod juvenes utplurimum nigros habent capillos, prout è contrario ſenes canis veſtiuntur. Occurrit ſaltem, Eccl. 11, 10.

מִשְׁחָר m. *Aurora.* Semel legitur, Pſ. 110, 3. ubi *Metaphorice* ad adhibitum, deſignat *gratiam Dei in verbo oblatam*, *auroraque uterus* indigitat *ſpiritualis generationis filiorum Dei myſterium.* Prout igitur *ros* ex auroræ quaſi utero, mirabili & inviſibili ratione gignitur, ſine hominis opera ac viribus, & ſub auroram copioſè decidit; Ita ex gratia & miſericordia Dei, virtute verbi divini, ratione abſtruſiori copioſè gignuntur liberi Dei. Conf. Glaſſ. Rhet. Sacr. Tract. 1. c. 10.

שָׁחַת *Corrupit, Perdidit.* Sed in Kal non legitur. Niphal נִשְׁחַת *Corruptus, Perditus eſt.* נִשְׁחַת הָאֵזוֹר *Corruptum erat* cingulum, Jer. 13, 7. Fut. וַתִּשָּׁחֵת הָאָרֶץ *Corrupta fuit* terra, Gen. 6, 11. Piel שִׁחֵת *Corrupit, Perdidit; Perperam, Perditè egit; Peremit, Interfecit.* שִׁחֵת עַמְּךָ *Perditè egit.* Exod. 32, 5. שִׁחֵת מִבְצָרָיִךְ *Perdidit* munimenta tua, Jer. 48, 18. אַרְצְךָ שִׁחַתָּ Terram tuam perdidiſti, Jeſ. 14, 20. pro שִׁחַתְּתָּ, litera ת ob ſequens ת extruſa, & per Dageſch compenſatâ. וְשִׁחַתֶּם לְכָל־הָעָם הַזֶּה Quomodo *perdetis* totum populum hunc. Num. 32, 15. Infin. לִפְנֵי שַׁחֵת יְהוָה אֶת־סְדֹם Ante *perdere*, i. e. antequam *perderet* Dominus Sodomam, Gen. 13, 10. לְשַׁחֶתְכֶם Ad *perdendum* vos, Ezech. 5, 16. Hiphil הִשְׁחִית *Corrupit, Perdidit, Diſperdidit, Vaſtavit.* וְהִשְׁחַתִּי בְךָ מַמְלָכוֹת Et *diſperdam* per te regna, Jer. 51, 20. pro הִשְׁחַתְתִּי, tertia radicali ת ob ſequens ת extruſa, & per Dageſch compenſata. Infin. לְבִלְתִּי הַשְׁחִית Ad non *perdere* i. e. ut ne perdam, Jeſ. 65, 8. Fut. אַשְׁחִית *Perdam*, Gen. 18, 28. Hophal הָשְׁחַת *Corruptus, Perditus eſt.* Part. מָשְׁחָת *Corruptus*, Prov. 25, 26.

1) Gene-

Digitized by Google

1) Generatim notat *corrumpere*, ſive *phyſicè*, ſive *moraliter*. 2) Speciatim *α*) infert *corruptionem phyſicam*, quâ res vel *totaliter deſtruitur & devaſtatur*, qualis eſt oculi, Exod. 21, 20. *Sodomæ*, Gen. 13, 10. c. 19, 14. 29. *cinguli* defoſſi & terræ tegentis humiditate contabeſcere coacti, Jer. 13, 7. *urbis* hoſtium vi, Dan. 9, 26. *terræ* bellô, ne homines vel animalia reſtent, Jer. 36, 29. c. 51, 20. munimentorum, Jer. 48, 18. Thren. 2, 5. *hominis*, qui occidit, Exod. 12, 23. omnium animalium extra arcam per diluvium, Gen. 6, 17. c. 9, 15. Vel ſaltem ex priſtino *ſtatu in pejorem transfertur, & deterior redditur, damnum aliquod patitur*, Ruth. 4, 6. *β*) Innuit *corruptionem moralem*, ſeu *perverſitatem actionum humanarum*, quâ homo *perperam & perditè agit*, ita ut in actionibus non ſolum primæva integritas deſtructa appareat, ſed etiam nullus virtutum decor conſpiciatur. Ita legitur ſæpe de homine corrumpente proprios mores, & quidem vel addita voce actionem deſignante, דֶּרֶךְ *Via*, עֲלִילָה *Actio* &c. ut Gen. 6. 12. Zeph. 3, 7. vel abſolutè, ubi voces דֶּרֶךְ *Via* עֲלִילָה *Actio* &c. quandoque ſuppleri poſſunt, Devt. 4, 16. c. 31, 29. Jud. 2, 19. 2 Chron. 29. 2. Pſ. 14, 1. Jeſ. 1, 4. Ezech. 16, 47.

שַׁחַת m. *Perditio, Corruptio*; Formæ שָׁלֹם. Cum Suff. שַׁחֶתְךָ *Corruptio* tua, Hoſ. 13, 9.

שַׁחַת f. *Corruptio, Perditio, Interitus*; *Fovea, Corruptionis locus*. לֹא־תִתֵּן חֲסִידְךָ לִרְאוֹת שָׁחַת׃ Non dabis, ſines ſanctum tuum videre *corruptionem*, Pſ. 16, 10. כֹּרֶה שַׁחַת בָּהּ יִפֹּל Parans *foveam*, in eam incidit, Prov. 26, 27.

1) Generatim *deſtructionem rei* infert. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat 1) *corruptionem*, qua res putreſcit & annihilatur, Pſ. 16, 10. Job. 17, 14. 2) *Exitium*, quô homo æternum perit, Job. 33, 18. 2. 18. Conf. Pſ. 55, 24. Pſ. 103, 4. *β*) Notat *locum corruptionis* vel *perditionis*, ſeu *foveam corruptivam, ad perditionem ac corruptionem comparatam*. Prov. 26, 27. Pſ. 94, 13. Vide quoque שוח

שְׁחִית & שְׁחוֹת vide ſupra in שָׁחָה.

מַשְׁחִית m. *Corrumpens, Perdens*; *Corruptio, Perditio, Læſio, Exitium, Deſtructio*. לְמַשְׁחִית In exitium, 2 Chron. 22, 4. Cum Suff. כְּלִי מַשְׁחֵתוֹ Inſtrumentum *perditionis* ſuæ, i. e. *letiferum*, Ezech. 9, 1. Ubi (..) per alternationem eſt loco (ִי.)

1) Generatim notat *deſtructionem*. 2) Speciatim *α*) concretivè ſumitur, notans *corrumpens, deſtruens*, quicquid illud ſit. Ita *a*) notat *Perditorem Angelum*, 2. Sam. 24, 16. 1. Chron. 21, 15. exercitum vaſtantem, 1. Sam. 13, 17. *β*) *Laqueum* vel *tendiculam*, quâ capiuntur aves, *Metaphoricè* notantem *inſidias*, quæ aliis ſtruuntur, Jer. 5, 26. *b*) *Abſtractive* ſumtum, ſignificat *corruptionem, deſtructionem, internecionem, perditionem*, quâ aliquid perditur, vaſtatur, deſtruitur, necatur &c.

 Ita

Digitized by Google

Ita dicitur de *deſtructione* Primogenitorum per percuſſorem factâ, Exod. 12, 23. de internecione hoſtium gladios in ſe ipſos convertentium, 2. Chr. 20, 22. de *exitio* Ahasjæ à Conſiliariis malis ipſi facto, 2. Chron. 22, 4. de *facie* in corruptionem verſa, h. e. cadaveri exanimi ſimili facta, Dan. 10, 8. de *plagâ* ad deſtructionem immiſſa, Exod. 12, 13. de inſtrumento letiferô, Ezech. 9, 1.

מַשְׁחֵת m. *Corruptio.* Semel occurit cum Suff. מָשְׁחָתָם *Corruptio* eorum, Lev. 22, 25. Aſt מָשְׁחָת *Corruptus* eſt Particip. Hophal, quod vide ſupra.

מִשְׁחַת m. *Corruptio; Res corrupta.* Semel legitur מִשְׁחַת מֵאִישׁ מַרְאֵהוּ *Corruptus eſt* præ viro aſpectus ejus, h. e. non amplius habet virilem aut humanam formam, Jeſ. 52, 14.

שָׁטַח *Expandit, Dilatavit.* וּשְׁטָחוּם לַשֶּׁמֶשׁ Et *expandent* ea (oſſa) ſoli, h. e. disjicient ea, ut ſolis radii omnia ferire, ſuoque calore citò tabida facere queant, Jer. 8, 2. Part. שׁוֹטֵחַ לַגּוֹיִם *Expandens* gentibus, h. e. locum ſedemque amplam gentibus in terra concedens, ut aliqua gens ſe magis magisque diffundat, ſuamque hæreditatem extendat, Job. 12, 23. Inf. שָׁטוֹחַ *Expandendo*, Num. 11, 32. Fut. וַתִּשְׁטַח Et *expandit*, 2. Sam. 17, 19. וַיִּשְׁטְחוּ Et *expanderunt*, Num. 11. 32. Piel שִׁטַּח *Expandit.* שִׁטַּחְתִּי אֵלֶיךָ כַפָּי *Expandi* ad te manus meas, Pſ. 88, 10. Sæpius non legitur.

מִשְׁטַח m. *Expanſio.* Bis legitur in Statu conſtr. מִשְׁטַח חֲרָמִים *Expanſio* ſagenarum, i. e. *locus*, ubi ſagenæ expanduntur aeri interlapſuro, ut ſiccentur, Ezech. 26, 5. 14.

מִשְׁטוֹחַ m. *Expanſio.* Semel occurrit Ezech. 47, 10. מִשְׁטוֹחַ לַחֲרָמִים *Expanſio* retium, i. e. *locus*, ubi retia aeri expanduntur, ut ſiccentur.

שָׁטַט *Longum eſſe; rectâ ſtaturâ eſſe*, apud Arabes. Inde

שִׁטָּה f. *Cedrus*, aut *quædam lectiſſima ejus ſpecies*, à *longitudine & proceritate ſuâ* nomen ducens, egregiis opificiis & aſſeribus apta, Jeſ. 41, 19. Vid. Kimchi in R. שׁוט, ubi ſcribit: והוא מין ממיני הארז הטוב שבהם. Plur. שִׁטִּים Exod. 25, 5. c. 36, 36.

שָׁטַף *Inundavit, Exundavit; Præceps fuit; Immerſit, Immergendo abluit.* Abſolute adhibetur, & cum Accuſativo conſtruitur. וְיָדָיו לֹא שָׁטַף בַּמָּיִם Cum manus non *immerſiſſet* in aquas, Lev. 15, 11. הַמַּיִם שְׁטָפוּנוּ Aquæ *ſubmerſiſſent* nos, Pſ. 124, 4. Part. שׁוֹט שׁוֹטֵף Flagellum *inundans*, i. e. ſæpius & cum impetu pervadens, Jeſ. 28, 15. Fut. וָאֶשְׁטֹף דָּמַיִךְ מֵעָלָיִךְ Et *ablui* ſanguines tuos à te, ut non ſint amplius ſuper te, Ezech. 16, 9. Niphal נִשְׁטַף *Inundatus, Immerſus eſt.* Fut. יִשָּׁטֵף בַּמָּיִם *Immergetur* in aquam, Lev. 15, 12. יִשָּׁטְפוּ *Inundabuntur*, Dan. 11, 22. Pual שֻׁטַּף *Inundatus, Immerſus eſt.* וְשֻׁטַּף בַּמָּיִם Et *immergetur* in aquas, Lev. 6, 21.

1) Ge-

Digitized

1) Generatim *inundandi* notionem obtinet, quacunque ratione, & quemcunque in finem fiat. 2) Speciatim α) *propriè* in ordine ad *aquas* 1) eſt *exundare*, quia, quicquid exundat, *inundat*. Ita dicitur de torrente exundante, 2. Chr. 32, 4. Pſ. 78, 20. conf. Jeſ. 30, 28. 2) *Immergere*, quia, quicquid immergitur, *inundatur*, Lev. 15, 11. 12. 3) *Lavare, abluere*, quia, quicquid lavatur & abluitur, *inundatur* vel etiam *immergitur*, 1. Reg. 22, 38. 4) *Submergere*, Jeſ. 43, 2. β) *Metaphoricè* adhibetur 1) ad deſignandam *copiam & impetum* tùm *hoſtium*, qui terram invadunt inſtar fluminis, quod magnâ ex imbribus collectâ aquarum vi exundat, alveos & littora excedit, in vicina loca ſe exonerat, obvia quævis ſubvertit, limoque atque arena cuncta operit, Jeſ. 8, 8. Dan. 11, 10. 22. 26. Jer. 47, 2. tùm *malorum, ærumnarum atque afflictionum*, quæ aliquem obruunt. ac tantùm non ſupprimunt, Pſ. 109, 3. Pſ. 124, 4. 2) Ad innuendam *velocitatem & feſtinationem*, e. g. equi velociſſimo curſu irruentis, Jer. 8, 6.

שֶׁטֶף m. *Inundatio*. Quater legitur. *Propriè* quidem tribuitur *aquis*, quæ inopinatò, copiosè, & cum impetu irruentes cuncta inundant, obvia quæque abripiunt, ſubvertunt, vel ſaltem limo arenaque operiunt. Sed ita in Scriptura non adhibetur. *Metaphoricè* verò adhibetur ad deſignandam α) *copiam & impetum hoſtium irruentium*, terram operientium & vaſtantium, Dan. 9, 27 c. 11, 22. Nah. 1, 8. β) *Vehementiam & impetum iræ* maledictis & malefactis in alium ſe exonerantis, Prov. 27, 4.

שֵׁטֶף m. *Inundatio*. Bis legitur, α) de *imbre vehementi*, Job. 38, 25. β) de *afflictionibus & malis vehementioribus* cum impetu & copiosè irruentibus, Pſ. 32, 6.

שָׁטַר *Præfuit, Dominatus fuit*, apud Chaldæos. Inde

שֹׁטֵר *Præfectus, Moderator*, qui præeſt negotiis publicis. Deſignatur hac voce *inferior poteſtas, quæ tota dependet à mandato Superiorum*. Schindlero in Lex. p. 1848. שֹׁטְרִים notant *Apparitores*, qui ſententias judicum exequebantur, habentes baculum & lorum, & circumeuntes in urbe & plateis ejus, ad corrigendum pravum, ad faciendum juſta, menſuras & pondera, idque juxta mandata judicum. A quibus non abeunt, quæ leguntur apud Maimon. in princip. Sanhedrin. שופטים אלו הדיינים הקבועים בבית דין : שטרים אלו בעלי מקל ורצועה והם עמדים לפני הדיינים וכו' Schophetim *ſunt ipſi judices fixi in domo judicii*; Schoterim *ſunt geſtantes virgam & lorum, ſtantes coram judicibus, circumeuntes per urbem omnia ordinantes juxta decretum judicum*. In Ægypto ita nominabantur *Præfecti laborum* ab *Exactoribus* conſtituti, Exod. 5, 6. 14. *Chiliarchis, Centurionibus, Præfectis quinquagenorum & Decurionibus* ſubjiciuntur שֹׁטְרִים, quorum erat tempus modumque profectionis indicare, Joſ. 1, 11. c. 3, 2. timidosque ab exercitu ſeparare, Devt. 20, 5. 8. 9. qualis Moderator exercitûs

erat

erat Maaſeju, 2. Chron. 26, 11. Inter *Levitas* moderatores fuiſſe, liquet ex 1. Chron. 23, 4. 2. Chron. 34, 13. aliàsque junguntur judicibus ac ſenibus, Devt. 16, 18. c. 29, 10. c. 31, 28. Vide de hac voce Selden. l. 1. Synedr. & Feſchius l. 1. Adverſ. ſac. p. 5. Plur. שֹׁטְרִים *Moderatores*, Devt. 1, 15. In Statu conſtr. שֹׁטְרֵי עָם *Moderatores* populi, Joſ. 1, 10. Cum Suff. שֹׁטְרֵיכֶם *Moderatores* veſtri, Devt. 29, 10.

מִשְׁטָר m. *Dominatus, Dominium.* Semel legitur cum Suff. מִשְׁטָרוֹ *Dominium* ejus, Job. 38, 33.

שַׁי m. *Munus*; Eſt ab Arab. شَيِّ *Voluit, Placatus fuit*, ita, ut deſignet *ejusmodi munus*, quod alteri offertur, ut *placetur, nobisque reconcilietur.* Ter legitur Pſ. 68, 30. Pſ. 76, 12. Jeſ. 18, 7.

שִׁיל, שִׁילוֹ vide in שָׁלָה.

שַׁיִן m. *Urina.* Unde deſcendat, non una Philologorum opinio eſt. Lud. de Dieu, 2. Reg. 18, 27. conſtituit Æthiopum radicem שׁוּן *Spumare*, quia urina eſt *totius corporis* ſeu *alimenti ſpuma.* Summè Rev. D. Danzius ex Arabiſmo hanc deducit vocem, ubi مَثَانَة *veſicam urinariam* notat, ex themate ثَنَى. Ita contextui ſatis convenienter *Metonymice* notat *urinam*, quam Judæi locô potûs adhibere debebant. Vid. cel. Danz. Lit. ed. 2. §. 6. p. 77. Cel. Majus conſtituit Arab. Rad. شَانَ *Deturpavit*; quia *turpe* judicatur, *urinam* in conſpectu honeſtorum virorum mittere. Bis legitur in Plurali cum Suff. שֵׁינֵיהֶם *urinas ſuas*, 2. Reg. 18, 27. Jeſ. 36, 12. Puncta referunt duas voces מֵימֵי רַגְלֵיהֶם *Aquas pedum ſuorum*, quas honeſtatis causâ Maſorethæ legendas ſubſtituerunt. Propria puncta ſunt שֵׁינֵיהֶם.

שֵׁירוֹת f. pl. *Catenula*, ſive ad *ornatum*, ſive ad *vinciendum.* Semel extat Jeſ. 3, 19. litera י extruſa.

שַׁיִשׁ m. *Marmor*, forte *Parium*, quod omnium præſtantiſſimum & pretioſiſſimum eſt. אַבְנֵי שַׁיִשׁ Lapides *marmoris*, 1. Chron. 29, 2. Contractè eſt שֵׁשׁ, quod bis legitur, Eſth. 1, 6.

שַׁיִת m. *Vepres, Vepretum.* וְעָלָה שָׁמִיר וָשַׁיִת Ut adſcendat vepres & *virgultum*, Jeſ. 5, 6. Vid. Jeſ. 7, 24. 25. c. 9, 17. 23. c. 27, 4. Cum Suff. שִׁיתוֹ *Vepres* ejus, per alternationem (י.) & (..) pro שֵׁיתוֹ Jeſ. 10, 17. Refertur ad rad. שׁוּת *Ponere.*

שָׁכַב *Jacuit, Cubuit, Accubuit, Concubuit, Incubuit, Occubuit, Recubuit.* Conſtruitur cum ב, ל, עִם, אֵת, עַל, אֵצֶל. אִם־לֹא שָׁכַב אִישׁ אֹתָךְ Si non *concubuit* vir tecum, Num. 5, 19. וְשָׁכַב עִמָּהּ Et *cubuerit* cum ea, Devt. 22, 23. וּשְׁכַבְתֶּם וְאֵין מַחֲרִיד Ita ut *ſecurè cubetis*, nec ſit perterrefaciens, Devt. 26, 6. Infin. cum Fut. אִם שָׁכֹב יִשְׁכַּב אִישׁ אֹתָהּ Si *concumbendo concubuerit* vir cum ea, Lev. 15, 24. כִּשְׁכַב Secundum *cubare*, i. e. cum *cubuerit*, 1. Reg. 1, 21. בְּשָׁכְבְּךָ וּבְקוּמֶךָ

Digitized by Google

וּבְקוּמָהּ In *cubare* & ſurgere, i. e. cum *cubaret* & ſurgeret, Gen. 19, 33. Fut. אֶשְׁכָּב *Jacebo* in pulvere, Job. 7, 21. Niphal Fut. תִּשָּׁכַבְנָה *Concubitu violabuntur, vim patientur*, Zach. 14, 2. Pual שֻׁכַּבְתְּ *Compreſſa, ſtupmm es*, Jer. 3, 2. Hiphil הִשְׁכִּיב *Jacere* vel *cubare fecit*, *Collocavit, Depoſuit, Dejecit, Proſtravit.* הִשְׁכִּיבַתְהוּ בְּחֵיקִי *Collocavit* in ſinu meo, 1. Reg. 3, 21. וְהִשְׁכַּבְתִּים לָבֶטַח Et *cubare faciam* eos in ſecuritate, i. e. ſecure, Hoſ. 2, 20. Infin. הַשְׁכֵּב אוֹתָם אַרְצָה *Jacere faciendo*, i. e. *dejiciendo* eos in terram, 2. Sam. 8, 2. Fut. וַיַּשְׁכִּבֵהוּ עַל־מִטָּתוֹ Et *cubare faciebat* eum ſuper lecto ſuo, 1. Reg. 17, 19. Hophal הָשְׁכַּב *Proſtratus fuit*, Ezech. 32, 32.

1) Generatim notat *quamcunque cubationem.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *cubare* ſimpliciter, importans *motum corporis inclinantis ſe in locum ſubjectum*, Gen. 28, 13. Ruth. 3, 9. β) *Impropriè* 1) per *Metonymiam Adjuncti* dicitur *a*) de *ſecure* & *tranquillè* habitantibus, Lev. 26, 6. Hoſ. 2, 18. *b*) de *coitu*, notans *concumbere.* Dicitur autem tùm de coitu licito Conjugum, Gen. 30, 16. 2. Sam. 11, 11. c. 12, 24, tùm illicito, eoque vel inceſtuoſo cum filia, Gen. 19, 32. 33. cum uxore Patris, Lev. 20, 11. cum nuru, Lev. 20, 12. vel *alio* cum virgine, Gen. 34, 7. cum nupta, Gen. 26, 10. Devt. 22, 22. cum menſtruata, Lev. 20, 18. cum mare velut cum fœmina, Lev. 18, 12. cum bruto, Ex. 22, 18. *c*) De *ægrotantibus*, notans *decumbere*, 2. Sam. 13, 5. 6. *d*) De *dormientibus*, 1. Sam. 26, 7. Jud. 16, 3. 1. Reg. 19, 6. ſecurè, tranquillè & ſvaviter, Jud. 11, 19. Prov. 3, 24. conf. Pſ. 3, 6. Pſ. 4, 9. ubi connotat ſummam in Deo tranquillitatem & fiduciam in mediis hoſtium tumultibus. *e*) De *mortuis*, qui dormientibus ſimiles ſunt, in pulvere terræ cubantes, Job. 14, 2. Pſ. 41, 9. Pſ. 88, 6. Ita cubare cum Patribus eſt mori, Gen. 47, 30. 2. Sam. 7, 12. 1. Reg. 2, 10. 2. Reg. 14, 22. 2. Chr. 26, 2. 2) *Metaphoricè* eſt *quieſcere*, Eccl. 2, 23.

שְׁכָבָה f. *Cubatio, Decubitus, Concubitus, Stratum.* In Statu Conſtr. שִׁכְבַת הַטָּל *Decubitus*, poſitio roris, h. e. ros expanſus jacens, Ex. 16, 13. 14. שִׁכְבַת זֶרַע *Concubitus* ſeminis, i. e. Semen concubitûs, per *Hypallagen*; vel juxta Cocceju m: *Projectio* ſeminis, *Semen jacens, projectum*, Lev. 15, 16. 17. 18. 32. c. 19, 20. c. 22, 4. Num. 5, 13.

שְׁכֹבֶת f. *Concubitus.* Bis legitur cum Suff. שְׁכָבְתּוֹ *Concubitum* ſuum, Lev. 20, 9. Num. 5, 20.

מִשְׁכָּב m. *Cubatio, Cubitus, Decubitus, Concubitus; Stratum, Cubile.* וַיַּשְׁכִּיבֻהוּ בַּמִּשְׁכָּב Poſueruntque eum ſuper *cubile*, 2. Chr. 16, 14. In Statu Conſtr: לֹא יָדְעוּ מִשְׁכַּב זָכָר Non cognoverunt *concubitum* maris, i. e. non concubuerunt cum mare, 2. Chr. 16, 14. בַּחֲדַר מִשְׁכָּבוֹ In conclavi *cubilis* ſui, 2. Sam. 4, 7. אָהַבְתְּ מִשְׁכָּבָם Amaſti *concubitum* eorum, Jeſ. 57, 8. Plur. מִשְׁכָּבִים *Cubilia, Concubitus*, item מִשְׁכָּבוֹת *Cubilia.* עָלִיתָ מִשְׁכְּבֵי אָבִיךָ Adſcendiſti *cubilia* Patris tui, Gen. 49. 4. יָנוּחוּ עַל־מִשְׁכְּבוֹתָם Quieſcunt in *cubilibus* ſuis, i. e. in ſepulchris ſuis, Jeſ. 57, 2.

1) Generatim *cubationem* infert, vel reſpicit. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *actum cubationis*, 2.Sam. 4, 5. Inde *β*) per *Metonymiam Adjuncti* a) transfertur ad denotandum *concubitum* vel *coitum*, tùm *licitum*, Num. 31, 17. 18. tum *illicitum*, maris cum mare velut cum fœmina, Lev. 18, 22. c.20, 13. *b*) Notat *locum* cubantes recipientem, nempe 1) *lectum, cubile, ſtratum*, ſomnum & quietem capientis, 2. Sam. 4, 11. Job. 33, 15. Exod. 7, 28. ægrotantis, Pſ. 41, 4, vel ſaltem ſe ægrotare ſimulantis, 2.Sam. 13, 5. voluptates venereas ſectantis, Prov. 7, 17. 2) *Torum*, Gen. 49, 4. 3) *Sepulchrum*, Jeſ. 57, 2.

שָׁכַח *Oblitus eſt.* Conſtruitur abſolutè, & cum Accuſativo. Interdum habet (..) pro (·) ſub ſecunda radicali. וַיהוָה שְׁכֵחָנִי Aſt Dominus *oblitus* eſt mei, Jeſ. 49, 14. שְׁכַחַתְּ אוֹתִי *Oblita* es mei, Jer. 13, 25. Infin. cum Fut. אִם שָׁכֹחַ תִּשְׁכַּח אֶת־יְהוָה Si *obliviſcendo obliviſceris* Dominum, Devt. 8, 19. יִשְׁכָּחֵהוּ *Obliviſcetur* ejus, Job. 24, 20. Niphal נִשְׁכַּח *Oblivioni traditus eſt.* וְנִשְׁכַּחְתִּי כְּמֵת מִלֵּב Et *oblivioni traditus ſum* ſicut mortuus de corde, Pſ. 31, 13. Fut. לֹא לָנֶצַח יִשָּׁכַח אֶבְיוֹן Non in æternum *oblivioni tradetur* pauper, Pſ. 9, 19. Piel שִׁכַּח *Prorſus oblitus eſt*, Thren. 2, 6. Hiphil הִשְׁכִּיחַ *Obliviſci fecit.* Infin. הַחֹשְׁבִים לְהַשְׁכִּיחַ אֶת־עַמִּי שְׁמִי Num *cogitant facere*, ut populus meus *obliviſcatur* nomen meum? Jer. 23, 27. Hithpael הִשְׁתַּכַּח *Oblivioni traditus eſt*, Eccl. 8, 10. Fut. וְיִשְׁתַּכְּחוּ Aſt *oblivioni traditi fuerunt*, Eccl 8, 10.

1) Generatim *obliviſci* notat, quacunque demum ratione fiat. 2) Speciatim *α*) *propriè* ſignificat *ſimpliciter alicujus rei memoriam ex animo excutere*, vel *deponere*, Pſ. 119, 16. 83. Prov. 3, 1. Eccl. 2, 16. c. 9, 5. Jeſ. 23, 15. 16. *β*) *Metonymicè* eſt *negligentiæ ac incuriæ*, prout *recordari* eſt *curæ ac diligentiæ*. Ita tribuitur *a*) *Homini* in ordine ad *Deum*, ratione *cultûs* tùm *interni*, tùm *externi*, quando eum deſerit, eum non colit, non timet, non invocat, non laudat, nec fiduciam aut ſpem in eo collocat &c. ſed idola ſectatur, effreni licentiâ peccatis indulget &c. Devt. 6, 12. c. 8, 11. 14. c. 32, 18. Jud. 3, 7. 1. Sam. 12, 9. Pſ. 44, 18. 21. Jeſ. 17, 10. Jer. 2, 32. c. 3, 21. c. 13, 25. Ezech. 22, 12. c. 23, 35. *β*) *Deo* in ordine ad *hominem* 1) *affirmativè*. Ita *Deus* dicitur *obliviſci homines* *α*) quando eos negligit, malis & ærumnis exponit, eosque ſine ope & ſolatio derelinquit, Pſ. 13, 2. Pſ. 42, 10. Jeſ. 49, 14. Thren. 5, 20. Hoſ. 4, 6. *α*) quando non curare & ulciſci videtur oppreſſionem miſerorum ab impiis, Pſalm. 10, 11. 2) *negativè*, *a*) quando miſerorum curam habet, iis auxiliatur, & ſuccurrit, maximè poſt graviores calamitates, in quibus eorum quaſi oblitus videbatur, 1. Sam. 1, 11. Pſ. 9, 19. Jeſ. 49, 15. *b*) quando non differt pœnam impiorum, Pſ. 74, 23.

שָׁכֵחַ m. *Obliviſcens*, *Oblitus.* Bis ſaltem occurrit in Plurali. הַשְּׁכֵחִים אֶת־הַר קָדְשִׁי *Obliviſcentes* montis ſanctitatis meæ, i. e. mon-

montis ſancti mei, Jeſ. 65, 11. In Statu Conſtr. שֹׁכְחֵי אֱלֹהִים Gentes *oblitæ* Dei, quæ malitioſè rejiciunt notitiam Dei, tùm ex libro naturæ, tùm ex libro ſcripturæ hauriendam, Pſ. 9, 18.

שָׁכַךְ *Reſedit, Demiſit ſe; Quievit, Quietus redditus* vel *ſedatus eſt.* וַחֲמַת הַמֶּלֶךְ שָׁכָכָה׃ Tum excandeſcentia Regis *quievit, Sedata eſt,* Eſth. 7, 10. Infin. כְּשֹׁךְ Cum *ſedata eſſet,* Eſth. 2, 1. Sed Jer. 5, 26. eſt כְּשַׁךְ יְקוּשִׁים Sicut *deſident, ſe demittunt Aucupes, ſedati ac immoti ſedent,* expectantes, num avis in retia involet, nolentes ſtrepitu eam abigere, Jer. 5, 26. Fut. וַיָּשֹׁכּוּ הַמָּיִם Et *deſederunt* aquæ, Gen. 8, 1. Hiphil הֵשַׁךְ *Reſidere, quieſcere fecit.* וַהֲשִׁכֹּתִי Et *quieſcere feci,* Num. 17, 20.

1) Generatim *deſidendi* notionem obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *rerum corporearum*, notans *reſidere, ſe demittere.* Ita dicitur de *aquis* diluvii deſidentibus, Gen. 8, 1. & de *aucupibus* ſe demittentibus, Jer. 5, 26. β) *Metaphoricè* eſt *rerum aliarum*, notans *quieſcere, ſedari* &c. Ita dicitur de *irâ*, quæ deſidet, dum quieſcit, vel ſedatur, Eſth. 2, 1. c. 7, 10. item de *murmurationibus* Iſraelitarum, quæ deſidebant, dum ſedabantur, Num. 17, 20.

שָׁכֹל *Orbatus fuit;* item שָׁכֹל, poſitô cholem pro (‑) כַּאֲשֶׁר שָׁכֹלְתִּי שָׁכָלְתִּי׃ Quaſi jam *orbatus eſſem,* in orbitate victurus ſum, Gen. 43, 14. Fut. לָמָה אֶשְׁכַּל גַּם שְׁנֵיכֶם Quare *orbabor* utroque veſtrûm, Gen. 27, 45. Piel שִׁכֵּל *Orbabit, Abortivit.* וְשִׁכַּלְתִּים Et *orbos faciam* eos, Hoſ. 9, 12. Infin. וְלֹא תוֹסִף עוֹד לְשַׁכְּלָם Nec addes (perges) amplius *orbare* eos, Ez. 36, 12. Fut. תְּפַלֵּט פָּרָתוֹ וְלֹא תְשַׁכֵּל Edit vacca ejus, & non *abortit*, Job. 21, 10. Hiphil הִשְׁכִּיל *Orbavit, Abortivit.* Part. רֶחֶם מַשְׁכִּיל Uterus *abortiens,* Hoſ. 9, 14.

1) Generatim notat *privationem & ſublationem rei è medio.* 2) Speciatim α) *propriè* in Kal notat 1) *orbari ſobole*, quam Parentes habuerunt, Gen. 27, 45. c. 43, 14. 1. Sam. 15, 33. Devt. 32, 25. Thren. 1, 20. feræ & fami Lev. 26, 22. Ez. 5, 17. c. 14, 15. Deo, Jer. 15, 7. Hoſ. 9, 12. 2) *Abortire*, quia, quæ *abortit*, privatur fœtu. Ita dicitur de homine fœmina, Exod. 23, 26. ejusque utero abortui obnoxio, Hoſ. 9, 14. de bruto, Gen. 31, 38. Job. 21, 10. β) *Metaphoricè* notat *ſterilem eſſe.* Ita dicitur de vite, Mal. 3, 11. item de terra, 2. Reg. 2, 19. niſi cum aliis malis accipere *tranſitivè*, ut terra מְשַׁכֶּלֶת ſit *terra ſterileſcere & abortire faciens.*

שַׁכּוּל m. *Orbus, Orbatus.* דֹּב שַׁכּוּל Urſus catulis *orbatus*, 2. Sam. 17, 8. Fœm. שַׁכֻּלָה *Abortiens*, Cant. 4, 2. c. 6, 6. Plural. שַׁכֻּלוֹת *Orbæ*, Jer. 18, 21.

1) Generatim notat *orbum.* 2) Speciatim α) notat *orbum prole natâ.* Ita dicitur tùm de homine, Jer. 18, 21. tùm de urſô catulis orbato, 2. Sam. 17, 8. Prov. 17, 12. Hoſ. 13, 8. β) Notat *orbum prole naſcenda*, ſeu *abortien-*

Digitized by Google

tientem, Cant. 4, 2. c. 6, 6. ubi *negativè* adhibitum deſignat *efficaciam miniſterii ſacri*, cujus labor ceu non irritus eſt & vanus, ita cooperante Spiritu S. per præconium Evangelii multam Chriſto gignit ſobolem ſpiritualem, ut Eccleſia incrementa capiat maxima.

שְׁכוֹל m. *Orbitas*, Pſal. 35, 12. de privatione liberorum occurrit, Jeſ. 47, 8. 9.

שִׁכֻּלִים m. pl. *Orbitates*. Semel legitur in Statu Conſtr. בְּנֵי שִׁכֻּלַיִךְ Filii *orbitatum* tuarum, Jeſ. 49, 20. i. e. nati in orbitate poſt cædem filiorum tuorum.

אֶשְׁכּוֹל m. *Botrus*, *Racemus*, eine Traube, quem ſic dici cenſet Marinus Brixianus, quod eô abſciſſô vitis *orba* reddatur. Sed felicius etymi ratio in Æthiopicâ & Arabicâ linguâ quæritur. In illa enim notat *uvas tulit vitis*; in hac vero شكل ſignificat, *nigreſcens matureſcere cœpit uva*, *maturuit*. אֶשְׁכֹּל עֲנָבִים *Botrus*, *Racemus uvarum*, Num. 13, 23. אֵין־אֶשְׁכּוֹל לֶאֱכוֹל Non eſt *botrus* ad comedendum, Mich. 7, 1. הַתִּירוֹשׁ בָּאֶשְׁכּוֹל Muſtum in *botro*, Jeſ. 65, 8. Plur. אַשְׁכְּלֹת מְרֹרֹת *Botri* fellis, Devt. 32, 32.

אֶשְׁכֹּל m. *Eſcol*, eſt nomen proprium α) *Viri Amorei*, Gen. 14, 13. β) *Fluvii*, à copiâ & magnitudine *botrorum* penes eum creſcentium ſic dicti, Num. 13, 23. 24. Ita Sebaſt. Schmidius. Sed ſummè Rever. D. Buddeo in Hiſt. Eccl. Tom. 1. p. 627. & in Ind. Geogpraph. eſt nomen *vallis*, ob *botrum inſignis magnitudinis* inde petitum celebris.

שׁכם *Portavit quaſi humeris*, vel *in humeros poſuit*, apud Æthiopes; *Ab humeris depoſuit*, apud Samaritanos; *Remuneratus eſt*, apud Arabes. Apud Ebræos occurrit ſaltem in Hiphil הִשְׁכִּים *Matutinavit*, *Manicavit*, *Mane*, *Matutino tempore*, *maturè paratus aut expeditus eſt*, *Paravit* vel *Expedivit ſe*, *manè*, *maturè egit*. Dicitur cum בַּבֹּקֶר 1. Sam. 29, 1. & ſine eo, Exod. 32, 6. Jud. 19, 9. ſine ſenſus mutatione וְהִשְׁכִּים בַּבֹּקֶר Poſtea ſurrexit *mane*, Job. 1, 5. Infin. יוֹם הַשְׁכֵּם Quotidiè *matutinando*, Jer. 7, 13. Sed Prov. 27, 14. eſt הַשְׁכִּים cum י Epenthetico; & Jer. 25, 3. eſt אַשְׁכִּים, litera א cum ה alternante. Part. סוּסִים מְיֻזָּנִים מַשְׁכִּים הָיוּ Equi ſaginati *mane ſurgentes fuerunt*; ubi eſt מַשְׁכִּים pro מַשְׁכִּימִים per Enallagen diſtribuentem, ut ſenſus ſit: Sunt equi *ſaginati*, quorum quilibet mane *ſurgit*, Jer. 5, 8. Fut. וַיַּשְׁכֵּם אַבְרָהָם בַּבֹּקֶר Et *ſurrexit* Abraham mane, Gen. 19, 27.

1) Generatim quid ſignificet, ægre indagari poſſe videtur, niſi *alacritatis & ſolertia notionem* involvere dicere velis. 2) Speciatim α) notat *matutinare*, *matutino tempore ſurgere*, *mane agere*, quia matutino tempore quisque ad labores obeundos alacrior ac expeditior eſt, Gen. 19, 2. 27. Joſ. 8, 14. Jud. 6, 28. Pſ. 127, 2. β) Significat *maturè agere*, ita, ut indi-

Digitized by Google

indigitetur 1) *ſtudium attentum, curaque aſſidua*, quæ nullum tempus, nullamque occaſionem aliquid faciendi vel procurandi negligit, Jer. 7, 13. 25. c. 11, 7. c. 25, 4. c. 26, 5. c. 29, 19. c. 32, 33. c. 35, 14. 15. 2) *Celeritas & velocitas*, Hoſ. 5, 4. Zeph. 3, 7.

שְׁכֶם m. *Humerus; Tumulus, Agger, Pars, Portio.* וַיָּשִׂימוּ עַל־שְׁכֶם Et poſuerunt ſuper *humerum*, Gen. 9, 23. אִם־לֹא עַל־שִׁכְמִי אֶשָּׂאֶנּוּ Si non in *humero* meo portarem, Job. 31, 36. שְׁכֶם אַחַד *Portio* una, Gen. 48, 22. Cum Suff. שָׂם עַל־שִׁכְמָהּ Poſuit ſuper *humerum* ejus, Gen. 21, 14.

1) Notat *humerum*, prout α) *propriè* deſignat *partem inter cervicem & brachium elatiorem*, quæ eſt organum geſtationis, Gen. 9, 23. c. 21, 14. c. 24, 15. Exod. 12, 34. Jeſ. 4, 5. β) *Metaphoricè* eſt ſymbolum 1) tum *afflictionis & tribulationis*, Jeſ. 9, 4. c. 14, 15. tùm *conſenſûs*, quia bajulatores eidem oneri ferendo humeros ſimul ſupponunt, Zeph. 3, 9. 2) Significat *aggerem* vel *tumulum*, quia forte *humeri* ſimilitudinem refert. Ita ſemel occurrit Pſ. 21, 13. Quid ſi *humeri* notio retineatur, ut *Metaphoricè* notet *tribulationem & afflictionem graviſſimam.* Coccejus ita interpretatur: *Ponis illos metam*, quia ſequitur: *nervis tuis aptas ſagittas contra eos.* 3) Significat *partem, portionem*, ex uſu Arabico. Ita ſaltem legitur Gen. 48, 22.

שְׁכֶם *Sichem*, eſt nomen proprium α) *filii Hemoris*, qui ob ſtuprum Dinæ, filiæ Jacobi illatum unâ cum Patre & civibus à filiis Jacobi trucidatus fuit, Gen. 34, 2. ſeq. β) *Oppidi celeberrimi*, Gen. 33, 19. in ſorte filiorum Ephraim ſiti, aſyli jure donati, ubi Joſephus ſepultus fuit, Joſ. 24, 32. quod Abimelech deſtruxit, & ſale conſevit, Jud. 9, 45. Jerobeam autem denuo ædificavit & in regiam elegit, 1. Reg. 12, 24.

שֶׁכֶם *Schechem*, nomen proprium viri ex tribu Manaſſis oriundi, Num. 26, 31. 1. Chron. 7, 19.

שִׁכְמָה f. *Humerus.* Semel legitur Job. 31, 22.

שִׁכְמִי m. *Sichemita*, nomen gentile à שֶׁכֶם deſcendens, Num. 26, 31.

שָׁכַן & שָׁכֵן *Habitavit, Inhabitavit, Degit, Manſit, Reſedit, Commoratus eſt.* Conſtruitur abſolutè cum Accuſ. & Præpoſ. ב, עַל, עִם, תַּחַת. שָׁכַן עָלָיו הֶעָנָן *Habitabat, Reſidebat* ſuper eo nubes, Exod. 40, 35. וְשָׁכַן תַּחְתָּיו Et *habitabit* ſubter ſe, 2. Sam. 7, 10. שָׁכַנְתִּי עַל־מַיִם רַבִּים *Habitas* ſuper aquis multis, Jer. 51, 13. Eſt forma mixta ex Præterito & Participio, ſed י finale eſt Paragogicum. וְשָׁכַנְתִּי בְּתוֹכָם Et *habitabo* in medio ipſorum, Ezech. 43, 9. Part. שֹׁכֵן *Habitans*, Gen. 14, 13. & cum י Paragogico שֹׁכְנִי *Habitans*, Deut. 33, 16. Jer. 49, 16. Obad. 1, 3. Part. Paul pl. conſtr. דֶּרֶךְ הַשְּׁכוּנֵי בְּאֹהָלִים

Via

Via *habitantium* in tentoriis, Jud. 8, 12. Infin. בְּשְׁכֹּן In *habitare*, i. e. cum habitaret, Gen. 35, 22. Fut. אֶשְׁכּוֹן *Habitabo*, Jeſ. 57, 15. תִּשְׁכֹּנָּה *Habitabunt*, Ezech. 17, 23. pro תִּשְׁכֹּנְנָה, tertia radicali, quia ſequitur aliud נ, extruſâ, & per Dageſch forte compenſatâ. Piel שִׁכֵּן *Habitare fecit*. Fut. וַאֲשַׁכְּנָה אֶתְכֶם Et *habitare faciam* vos, Jer. 7, 3. Hiphil הִשְׁכִּין *Habitare fecit*, *Manere fecit*. Fut. וּכְבוֹדִי לֶעָפָר יַשְׁכֵּן Et gloriam meam in pulvere *habitare faciat*, Pſ. 7, 6.

1) Generatim *demittendi* & *reſidendi* notionem obtinet, ſive *ad manendum alicubi*, ſive *non*, ſive *intranſitivè*, ſive *tranſitivè*. 2) Speciatim *α*) in *Kal* eſt *procumbere*; quia, qui procumbit, *ſe demittit*, & *reſidet*. Ita dicitur de leone, Devt. 33, 20. de mortuo, Pſ. 16, 9. Jeſ. 26, 19. conf. Num. 24, 2. in Hiphil *procumbere* vel *reſidere facere*, quia, qui alterum *procumbere*, vel *reſidere facit*, facit quoque, ut ſe *demittat* & *reſideat*. Ita *propriè* dicitur de ave, Ezech. 32, 4. *β*) Notat *habitare*, *adhabitare*, *in vicinia cohabitare*, *commorari*, quia alicubi habitaturus *ſe demittit ad manendum*. Ita 1) *propriè* dicitur de homine, habitante in locô, & ſub tectô, quodcunque demum ſit, Gen. 14, 13. Jud. 8, 11. Prov. 2, 21. c. 10, 30. &c. 2) Ἀνϑρωποπαϑῶς de *Deo*, qui, ut deſignetur *ipſius gratioſa præſentia*, *defenſio*, *illuminatio* &c. dicitur *habitare in medio Iſraelitarum*, Exod. 29, 46. 48. Zach. 2, 14. c. 8, 3. Ezech. 43, 9. in Sione, Jeſ. 8, 18. Joel. 4, 7. 21. &c. Quando autem *Deus* dicitur *facere*, *ut nomen ſuum alicubi habitet*, explicant quidam Doctores, quod idem ſit ac quod *Deus ipſe ibi habitet*; ſed potius innuitur, *Deum velle ibi habitare in nomine ſuo*, ut, licet præſens non conſpiciatur, pie tamen nominetur, religioſè invocetur, ac ſanctè celebretur. Ita in Piel legitur Num. 14, 30. Devt. 12, 11. c. 14, 23. c. 16, 6. 11. c. 26, 2. Neh. 1, 9. Jer. 7, 12.

שָׁכֵן m. *Habitator*, *Incola*; *Vicinus*, *in vicinia habitans*. שָׁכֵן קָרוֹב *Vicinus* propinquus, Prov. 27, 10. In Statu Conſtr. שְׁכַן שֹׁמְרוֹן *Habitator*, *Incola* Samariæ, Hoſ. 10, 5. Cum Suff. וּשְׁכֵנוֹ Et *vicinus* ejus, Exod. 12, 4. Plur. שְׁכֵנִים *Vicini*. Cum Suff. שְׁכֵנַי *Vicini* mei, Jer. 12, 14. תְּשִׂימֵנוּ חֶרְפָּה לִשְׁכֵנֵינוּ Ponis nos opprobrium *vicinis* noſtris, Pſ. 44, 14. שְׁכֵנַיִךְ *Vicini* tui, Ezech. 16, 26. & cum י Paragogico שְׁכֵנָיְכִי *Vicinis* tuis, 2. Reg. 4, 3. וּשְׁכֵנָיו Et *vicini* ejus, Jer. 49, 10.

שְׁכֵנָה & שְׁכֶנֶת f. *Vicina*. Cum Suff. מִשְּׁכֶנְתָּהּ A *vicinâ* ſuâ, Eſth. 3, 22. Plur. שְׁכֵנוֹת *Vicinæ*, Ruth. 4, 17. Sæpius non legitur.

מִשְׁכָּן m. *Habitatio*, *Habitaculum*, *Tabernaculum*, ubi quis *ſe demittit*, *reſidet*, *manet*. הוּקַם הַמִּשְׁכָּן Erectum eſt *tabernaculum*, Exod. 40, 17. In Statu Conſtr. מִשְׁכַּן יְהוָה *Tabernaculum* Domini, Lev. 17, 4. Cum Suff. מִשְׁכָּנוֹ *Tabernaculum* ejus, Joſ. 22, 29. Plur. מִשְׁכָּנִים *Tabernacula*. In Statu Conſtr. מִשְׁכְּנֵי עֶלְיוֹן *Tabernacula* Altiſſimi, Pſ. 46, 5. Cum Suff. מִשְׁכְּנֹתֵיהֶם *Tabernacula* ipſorum, Ezech. 25, 4.

25,4. מִשְׁכָּנוֹת *Tabernacula*, Pſ. 132, 5. In Statu Conſtr. מִשְׁכְּנוֹת רְשָׁעִים *Habitationes* impiorum, Job. 21, 28. Cum Suff. מִשְׁכְּנֹתָם *Habitacula* ſua, Pſ. 49, 12.

1) Generatim notat *locum habitationi accommodum*, ubi aliquis ſe *demittit, reſidet, recumbit.* 2) Speciatim α) notat *habitationem*, vel *habitaculum hominum*, tùm *viventium*, Job. 21, 28. Jer. 9, 18. Hab. 1, 6. conf. Cant. 1, 8. ubi dicitur de tentoriis Paſtorum; Sed Jer. 30, 18. per *Metonymiam continentis* notat *ipſos homines in habitaculis* habitantes; tum *mortuorum* ſeu *ſepulchrum*, Jeſ. 22, 16. β) Denotat *habitaculum Dei*, prout 1) deſignat *Tabernaculum portatile* ex aulæis & aſſeribus exſtructum, & cultui ſacro publico deſtinatum, ad quod Deus præſentiam ſuam in V. T. peculiariter adſtrinxerat, & rogantibus reſponſa inde dabat, Exod. 25, 9. c. 26, 1. *Partes* ejus erant *ſanctum ſanctorum*, *atrium Sacerdotum & atrium populi*; unde quando adhibetur in Plurali, reſpicitur ad plures manſiones, quibus diſtinctum erat, Pſ. 43, 3. Terrâ occupatâ Siluntem transportabatur, Pſalm. 78, 60. conf. 1. Sam. 1, 2. & ſeqq. *Hoc Dei tabernaculum polluere* dicebatur populus, quando idololatriæ & impietati vacabat, nec Dei ritus & ceremonias juxta ipſius mandatum obſervabat, Lev. 15, 31. Pſ. 74, 7. 2) *Eccleſiam ſeu cœtum Dei*, vel *certè ipſum miniſterium*, Pſ. 82, 2.

שְׁכַנְיָה m. *Schechanja*. Eſt nomen proprium *viri*, *habitaculum Dei* ſonans, Eſth. 8, 3. 5.

שְׁכַנְיָהוּ m. *Schechanjahu*, eſt nomen proprium *ejusdem cum præcedente ſignificationis*, α) *Sacerdotis* decimæ ſortis, 1. Chron. 24, 11. β) *Levitæ*, 2. Chron. 31, 15.

שָׁכַר *Inebriatus eſt, ebrius eſt aut factus eſt.* שָׁכְרוּ וְלֹא יַיִן *Ebrii ſunt*, aſt non vino, Jeſ. 29, 9. Infin. cum ה Parag. שָׁתוֹ וְאֵין לְשָׁכְרָה Bibere, ſed non ad *inebriandum*, Hagg. 1, 6. Imper. שְׁתוּ וְשִׁכְרוּ Bibite & *inebriamini*, Cant. 1, 1. Piel שִׁכֵּר *Inebriavit.* Fut. וָאֲשַׁכְּרֵם בַּחֲמָתִי Et *inebriavi* eos in excandeſcentia mea, Jeſ. 63, 6. Hiphil הִשְׁכִּיר *Inebriavit.* וְהִשְׁכַּרְתִּי שָׂרֶיהָ Et *inebriabo* Principes ejus, Jer. 51, 57. Fut. אַשְׁכִּיר חִצַּי מִדָּם *Inebriabo* tela mea ex ſanguine, Devt. 32, 42. Hithpael הִשְׁתַּכֵּר *Inebriatus eſt, ebrium ſe geſſit.* Fut. עַד־מָתַי תִּשְׁתַּכָּרִין Quamdiu *ebriam te geres?* 1. Sam. 1, 14.

1) Generatim *ſaturationem* dicit, qualicunque demum ſe exerat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* notat tùm *ſitim explere, reſtinguere*, Hagg. 1, 6. tùm *potu largius hauſtò inebriari*, Gen. 9, 21. c. 43, 34. vel *inebriare*, 2. Sam. 11, 13. β) *Metaphoricè* 1) *in bonum* ſumitur notans *copioſam fruitionem rerum*, quæ ſuaviſſimè delectant & exhilarant; prout ebrii & ſaturi & læti ſunt, Cant. 5, 1. 2) *In malum* accipitur, ſignificans a) *graviſſimis ærumnis, malis ac pœnis obrui vel obruere*, ut, ſicut ebrius confuſæ mentis eſt, & in terram prolabitur, neſciens, quid faciat; ita & homo graviſſimis calamitatibus & pœnis obrutus, immiſſô ſpiritu confuſionis per-

perturbetur & labatur, neſciens, quid faciat, quid conſilii arripiat, quidve præſidii quærat aut inveniat, Jeſ. 51, 21. c. 63, 6. Jer. 25, 27. c. 51, 7. 39. 57. Thren. 4, 21. Nah. 3, 11. b) *Obſtinatè in malis & improbitate ex juſto Dei judicio obfirmatum eſſe.* Jeſ. 29, 9.

שֵׁכָר m. *Sicera.* אַל־תִּשְׁתִּי יַיִן וְשֵׁכָר Ne bibas vinum & *ſiceram*, Jud. 13, 7. מִיַּיִן וְשֵׁכָר יַזִּיר A vino & *ſicerâ* abſtinebit, Num. 6, 3.

1) Generatim notat *quemcunque potum inebriantem*, qui copioſius ingeſtus mentem obnubilat, & actiones corporis impedit; unde etiam *ipſum vinum* ſub ſe comprehendit. LXX. reddiderunt μέθυσμα, h. e. *quicquid inebriare poteſt*, Jud. 13, 14. Aliàs tranſtulerunt σίκερα. 2) Speciatim α) contradiſtinguitur *vino communi*, notans *potum inebriantem*, ex frugibus factum, e. g. ex dactylis palmarum, ex pomis, ficubus &c. Devt. 29, 5. Lev. 10, 9. c. 6, 3. Jud. 13, 4. 7. 14. 1. Sam. 1, 15. β) Denotat *ipſum vinum*, Num. 28, 7.

שִׁכּוֹר m. *Ebrius.* וְהוּא שִׁכֹּר עַד־מְאֹד Et ipſe *ebrius* usque ad intenſionem, i. e. valde, 1. Sam. 25, 36. יָחוֹגּוּ וְיָנוּעוּ כַּשִּׁכּוֹר Circumagerentur & motitarentur ſicut *ebrius*, Pſ. 107, 27. Plur. שִׁכֹּרִים *Ebrii*, Joel. 1, 5. In Statu conſtr. שִׁכֹּרֵי אֶפְרַיִם *Ebrii* Ephraim, Jeſ. 28, 1. Fœm. שִׁכֹּרָה *Ebria*, 1. Sam. 1, 13.

שִׁכָּרוֹן m. *Ebrietas.* Ter legitur. וּשְׁתִיתֶם דָּם לְשִׁכָּרוֹן Et bibetis ſanguinem ad *ebrietatem*, Ezech. 39, 19. Vide Ezech. 23, 13. Jer. 13, 13. ubi *Metaphoricè* deſignat *copiam graviſſimarum calamitatum*, in quibus nil conſilii aut auxilii invenitur, ſed fruſtra diſcurritur & titubatur, prout fit ab ebriis, qui, quid faciant, neſciunt.

אֶשְׁכָּר m. *Munus, Donum*, quod alterius appetitum exſatiare poteſt. Bis legitur Pſ. 72, 10. Ezech. 27, 15.

שֶׁל־ Eſt nota *Genitivi*, quæ juxta Coccejum eſt compoſita ex שֶׁ, quod valet אֲשֶׁר, & ex ל. מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה Lectus *Salomonis*, Cant. 3, 7. Cum ב notat *propter.* בְּשֶׁל אֲשֶׁר יַעֲמֹל Propter quod laberat homo, Eccl. 8, 17. בְּשֶׁלִּי Propter me, Jon. 1, 12. בְּשֶׁלְּמִי Propter quem, Jon. 1, 7.

שָׁלַב *Cohæſit, Conjunctus fuit*, apud Chaldæos. Inde Part. Pual apud Ebræos מְשֻׁלָּבֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ *Combinatæ* una ad alteram, Exod. 26, 17. Vid. Exod. 36, 22. Sæpius non legitur.

שְׁלַבִּים m. pl. *Juncturæ, Connexiones*, juxta Majum; *Gradus, Scalæ*; *Prominentiæ gradatæ*, juxta Burtorff. 1. Reg. 7, 28. 29.

שֶׁלֶג m. *Nix.* הַנֹּתֵן שֶׁלֶג כַּצָּמֶר Qui dat *nivem* inſtar lanæ, Pſal. 146, 17. כַּשֶּׁלֶג יַלְבִּינוּ Inſtar *nivis* valde albeſcent, Jeſ. 1, 18. כַּאֲשֶׁר יֵרֵד הַגֶּשֶׁם וְהַשֶּׁלֶג Sicut deſcendit pluvia & *nix*, Jeſ. 55, 10.

הִשְׁלִיג *Nixit, Albuit inſtar nivis.* Legitur ſaltem Futurum תַּשְׁלֵג *Albeſcet* inſtar nivis, Pſ. 68, 15.

שָׁלָה *Tranquillus eſt, Quievit.* שָׁלַוְתִּי *Tranquillus fui*, Job. 3, 25. ubi tertia radicalis in ו mobile tranſiit. שָׁלוּ כָּל־בֹּוגְדֵי בָגֶד׃ *Tranquilli ſunt* omnes perfidè agentes perfidiam, Jer. 12, 1. Fut. יִשְׁלָיוּ *Tranquilla ſunt*, Job. 12, 6. Pſ. 122, 7. Inf. בְּשַׁלְוִי In *tranquillum me eſſe*, i.e. dum tranquillus ſum, Pſ. 30, 7. Sed reduci poteſt ad nomen שַׁלְוָה quod vide inferius. Niphal נִשְׁלָה *Erravit, Errorem commiſit.* Fut. אַל־תִּשָּׁלוּ Ne *erretis*, 2. Chron. 29, 11. Hiphil הִשְׁלָה *Errare facit, Fefellit.* לֹא־תַשְׁלֶה אֹתִי Ne fallas me, 2. Reg. 4, 28. כִּי יֵשֶׁל אֱלוֹהַּ נַפְשׁוֹ Quum *fruſtrabitur* Deus animam ejus, Job. 27, 8. ה per Apocopen reſecto. Poteſt tamen reduci ad נשל, ut ſit Fut. Kal pro יִשַּׁל, Dageſch, quod excidit, per vocalem longam compenſato, & (-) pro (:) per alternationem adhibito.

1) Generatim *vacationem rei* importat. Unde 2) ſpeciatim *α*) in Kal notat *tranquillum eſſe*, quia, qui tranquillus eſt, *vacat* perturbatione ac moleſtia, nec habet, quem timeat, Job. 3, 25. c. 12, 7. Pſal. 122, 7. Jer. 12, 1. Thren. 1, 5. *β*) In Niphal ſignificat *errare*, quia, qui errat, veritate & rectitudine *vacat*, 2. Chr. 29, 11. In Hiphil autem denotat *aliquem errare facere*, vel *fallere*, promiſſis ſuavibus, ſed mendacibus, quia, quem errare facimus, vel promiſſis ſuavibus fallimus, eum veritate & re promiſſa vacare facimus, 2. Reg. 4, 28.

שָׁלֵו m. *Tranquillus*, & per Epenthefin שְׁלֵיו Job. 21, 23. שָׁלֵו הָיִיתִי *Tranquillus fui*, Job. 16, 12. גּוֹי שְׁלֵיו Gens *tranquilla*, Jer. 49, 31. ubi (:) & (ִ) alternant. Fœm. שְׁלֵוָה *Tranquilla*, Zach. 7, 7. Plur. שַׁלְוֵי עוֹלָם *Tranquilli* ſeculi, Pſal. 73, 12.

1) Generatim notat *vacantem perturbatione, curâ, moleſtiâ, metu.* 2) Speciatim *α*) idem eſt ac *tranquillus* ruhig/quiete & *pace fruens, moleſtiâ vacans & bonis abundans.* Ita dicitur de *homine*, Job. 16, 12. c. 21, 23. Pſ. 73, 12. de terra, 1. Chron. 4, 20. de Hieroſolyma, Zach. 7, 7. *β*) *Securus*, ſicher/ *vacans metu*, non habens, quem timeat, Ezech. 23, 42.

שַׁל m. *Error*; Semel legitur 2. Sam. 6, 7.

שֶׁלִי m. *Tranquillum, Dolus*; Semel legitur 2. Sam. 3, 27. לְדַבֵּר אִתּוֹ בַּשֶּׁלִי Ad loquendum cum eo per *dolum*; vel ut alii reddunt: in *tranquillo*, remotis arbitris.

שַׁלְוָה f. *Tranquillitas, Securitas*, Pſalm. 122, 7. In Statu conſtr. וְשַׁלְוַת כְּסִילִים *Securitas* ſtultorum, Prov. 1, 32. בְּשַׁלְוִי In *tranquillitate* mea, Pſ. 30, 7. pro בְּשַׁלְוָתִי, litera ת per Syncopen extruſa. Plur. cum Suff. בְּשַׁלְוֹתַיִךְ In *tranquillitatibus* tuis, Jer. 22, 21.

1) Generatim notat *vacuitatem perturbationis, moleſtiæ, metûs malorum* &c. 2) Speciatim *α*) notat *tranquillitatem*, tùm *veram*, ubi hominis animus vacat inquiete, & moleſtia, & omnigenorum bonorum abundantia gaudet, Pſal. 30, 7. Pſal. 122, 7. Prov. 17, 1. conf. Jer. 22, 21. Ezech. 16, 21. tùm *ſimulatam* & *doloſam*, ubi forinſecus nil niſi amicitia

apparet, Dan. 8, 25. c. 11, 21. 24. β) *Securitatem*, ubi mens hominis nil mali & adverſi metuit, Prov. 1, 32.

שִׁלְיָה f. *Secundina*, à *tranquillitate* fœtûs ſic dicta. Semel legitur cum Suff. וּבְשִׁלְיָתָהּ Et *ſecundinæ* ſuæ, Devt. 28, 57.

שִׁילֹה m. *Schilo*, eſt nomen *Meſſiæ* peculiare, *Tranquillatorem* deſignans, æquipollens illi, Jeſ. 9, 6. ubi dicitur שַׂר שָׁלוֹם *Princeps pacis:* Ante ipſius in carnem adventum omnia erant valde turbata, ſed ipſô adventante pacata reddebantur omnia. Eugebinus, Gabriel à Coſta, Gord. Huntlæus lib. 1. Epit. Contr. & Grotius locum à Judæis corruptum dicunt, utpote qui pro priſtino שָׁלֻחַ *miſſus* vel *mittendus* ſubſtituerint שִׁילֹה. Sed α) pro lectione שִׁילֹה ſtant Maſorethæ & Talmudiſtæ. β) Corruptio talis Judæos nil juviſſet, cum Judæi præſertim veteres ultro fateantur, שִׁילֹה eſſe *Meſſiam*. Cæterum etymologia vocis variè traditur. Teſte Raſchi in *Medraſch aggada* conflatum dicitur ex שַׁי *munus* & לֹה *ei*; Sed coactè. Alii abſolutum conſtituunt שִׁיל *Secundina*, per Meton. *Fœtus*, *Filius*, ut ה ſit Suffixum. Unde exponunt: *Filius ejus*. Vid. Buxt. Lex. & Pfeifferi Dub. Vex. in h. l.

שֵׁלָה m. *Schela*, nomen proprium *filii Judæ*, Gen. 38, 5. Sed שֵׁלָה *petitio*, unde eſt שֵׁלָתֵךְ *petitio* tua, vide in שָׁאַל.

שִׁלֹה *Schilo*, 1. Sam. 4, 1. nomen propr. *urbis* in tribu Ephraim ſita, ubi terræ diviſio facta eſt, & tabernaculum Moſaicum cum arcâ fœderis per multos annos aſſervatum fuit, Joſ. 18, 1. 1. Sam. 1, 3. Ab *Adrich* urbs *Silo*, Theat. T. S. f. 30. n. 93. deſcribitur, quod fuerit in monte ejus nominis *Silo*, qui altiſſimus omnium in circuitu Jeruſalem fuerit, adeoque univerſis terræ ſanctæ montibus ſupereminuerit, extructa. Vid. Geier in Pſ. 78, 60. Aliàs ſcribitur שִׁילוֹ Jud. 21, 21. it. שִׁלוֹ Pſ. 78, 60.

שִׁילֹנִי m. *Schilonita*, 1. Reg. 11, 29. qui *Schilonem* patriam nactus eſt.

שַׁלְהֶבֶת f. *Flamma*, vide in לַהַב p. 640.

שָׁלַח *Miſit*, *Emiſit*, *Extendit*, *Immiſit*, *Præmiſit*, *Remiſit*, *Transmiſit*. Conſtruitur cum Accuſ. & Præp. ב, ל, אֶל, עַל. וְאֶל־אֲצִילֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לֹא שָׁלַח יָדוֹ Aſt contra electos filios Iſraelis non *emiſit* manum ſuam, Exod. 24, 11. שְׁלָחַנִי אֲלֵיכֶם *Miſit* me ad vos, Exod. 3, 15. Infin. שְׁלֹחַ Num. 22, 15. שָׁלֹחַ 2. Chron. 36, 15. & שְׁלַח, ob gutturalem, Jeſ. 58, 9. בִּשְׁלֹחִי In *mittere* me, i. e. cum ego mitterem, Num. 22, 8. Fut. אֶשְׁלַח אֵלֶיךָ אִישׁ *Mittam* ad te virum, 1. Sam. 9, 16. cum ה Paragogico וְאֶשְׁלְחָה Et *mittam*, 2. Sam. 14, 32. Niphal נִשְׁלַח *Miſſus eſt*. Infin. נִשְׁלוֹחַ *Mitti*, Eſth. 3, 13. ubi retentus fuit Character Præteriti נ, & ו loco (-) ſub 2. radicali adhibitum eſt, perinde ut in נִכְסֹף *Deſiderando*, Gen. 31, 30. נִשְׁאֹל *Petendo*, 1. Sam. 20, 28. Piel שִׁלַּח & שִׁלֵּחַ *Miſit*, *Dimiſit*, *Immiſit*, *Demiſit*, *Ejecit*, *Expulit*. לֹא שִׁלַּח אֶת־הָעָם Non *dimiſit* populum, Exod. 8, 26. וְאֶת־הָעִיר שִׁלְּחוּ בָאֵשׁ Et civitatem ipſam *miſerunt* in ignem, i. e. per Hypallagen, ignem miſerunt in civitatem, Jud. 1, 8. Fut. אֲשַׁלַּח *Dimittam*, Exod.

Exod. 5, 2. Pual שֻׁלַּח *Miſſus eſt, Dimiſſus eſt, Immiſſus eſt.* שֻׁלַּח בְּרֶשֶׁת בְּרַגְלָיו *Immittetur* in rete pedibus ſuis. Job. 18, 8. Hiphil הִשְׁלִיחַ *Miſit, Immiſit.* וְהִשְׁלַחְתִּי רָעָב בָּאָרֶץ *Immittam* famem in terram, Am. 8, 11. Infin. לְהַשְׁלִיחַ *Immittere*, 2. Reg. 15, 37.

1) Generatim notat *mittere*, ſeu *aliquò ire facere*, qualicunque demum ratione fiat. 2) Speciatim I) in *Kal* α) eſt *aliquem aliquò legare*, vel *ablegare ad aliquid agendum* vel *expediendum*, ſive *mittens* ſit *ſuperior*, ſive *æqualis*; ſive *miſſio* fiat *per imperium*, ſive *alia ratione*. Ita tribuitur 1) *homini mittenti*, qui mittendo eſt *ſuperior*, 1. Sam. 16, 19. 22. c. 19, 11. 2. Sam. 2, 8. c. 11, 1. vel *æqualis*, Gen. 38, 20. &c. 2) *Deo mittenti* א) *Filium* in carnem, ut peccatores redimeret, ignaros viam ſalutis doceret, mœſtos & contritos erigeret &c. Jeſ. 48, 16. c. 61, 1. Zach. 2, 12. 13. 15. c. 4, 9. c. 6, 15. Quæ miſſio *non eſt miſſio per imperium*, quia ejusmodi miſſio eſt inferioris à Superiori; Filius Dei autem, Patri ſuo cœleſti coæqualis eſt; ſed *eſt miſſio per conſenſum*, importans *a*) originem Filii à Patre, *b*) novum in alio exiſtendi modum, quatenus ſcil. novo modo in humana natura exiſtere cœpit, & hominum ſalvandorum cauſâ varia munia executus eſt. ב) *Angelum ad hominem*, ut eos tueatur, Dan. 6, 23. ג) *Homines ad homines*, e. g. *Prophetas*, ut eos ad fidem vitæque ſanctimoniam perducerent, peccata commiſſa arguerent &c. Jeſ. 6, 8. Jer. 19, 14. c. 26, 12. 15. c. 28, 9. c. 43, 1. 2. Hagg. 1, 12. *Salvatores*, ut afflictos juvarent & eriperent, 1. Sam. 12, 8. 11. ד) *Animalia noxia contra homines*, Num. 21, 6. β) *Immittere*, e. g. falcem in meſſem maturam, Joel. 4, 13. γ) *Sinere aliquem aliquò ire*, Gen. 42, 4. c. 43, 8. δ) *Emittere*, außſenden/ e. g. exploratores, Num. 20, 40. Joſ. 2, 1. milites ad inſidias, Joſ. 8, 3. 9. ε) *Voci* יָד *manus* junctum, eſt *manum extendere*, Gen. 3, 22. c. 19, 10. Sed in hac ſignificatione pro *diverſitate objecti*, ad quod vel contra quod manus extenditur, variè accipitur. Scilicet ſi *objectum* eſt *perſona*, interdum notat *lædere, violare, vim inferre, percutere, occidere*, Gen. 22, 10. 12. c. 37, 22. Job. 1, 12. Pſalm. 55, 21. Ita per *ἀνθρωποπάθειαν Deus* dicitur *emittere* vel *extendere manus*, quando *graves afflictiones & pœnas hominibus immittit*, Exod. 24, 11. Job. 1, 11. c. 2, 5. Pſ. 138, 7. Sin verò *objectum* eſt *res aliqua*, tunc notat *contrectare, furari, ſurripere*, Exod. 22, 8. Obad. 1, 13. ubi יָד ſubintelligi debet. ζ) De voce מַיִם *aqua* adhibitum, eſt *fundere*, Job. 5, 10. II) In *Piel* emphaticum eſt, & connotat *curam, ſtudium, iram, vim* vel *coactionem*. Unde α) eſt *cum curâ aliquem aliquò mittere*, ut aliquid agat, vel expediat, e. g. legatum, 2. Chron. 32, 31. Jeſ. 57, 9. vel ſpeciatim, ut lædat ac deſtruat, Gen. 19, 13. Jeſ. 43, 14. β) Cum *cura emittere*, *hominem ex loco funeſto ad ſalutem*, Gen. 19, 29. leproſum ex caſtris, Num. 5, 2. 3. 4. Quæ *emittendi* ſignificatio *Metaphoricè* tribuitur *vitibus & arboribus*, quæ emittunt radices, propagines, palmites ac frondes, Pſal. 80, 12. Jer. 17, 8. Ezech. 17, 7. Item *animalibus* fœtus abundanter procreantibus,

Job

Job.21,11. nec non *iræ divinæ*, Job.20,23. Pſ.78,49. *γ*) *Eſt alicunde dimittere*, & quidem prout vel idem eſt ac *pacificè miſſum facere*, Gen. 32, 26. Ex. 8, 8. c. 9, 28. 2.Sam.3,23. 1.Reg. 20, 34. Jer.40,5. vel valet honorificè ac comiter deducere ac comitari, Gen.18,16. c.31,27. 2.Sam.19,32. vel notat *odiosè* ac *hoſtiliter ejicere, expellere, repudiare*. Ita dicitur de repudio uxoris exoſæ, Devt. 24, 1. 3. Jer.3,1. Mal. 2,16. item de repudio myſtico populi Iſraelitici, Jeſ. 50,1. Jer. 3, 8. de ejectione gentium, Pſ. 44,3. *δ*) *Immittere*, e.g. *cum curâ* pedem bovis in aream ad triturandum, Jeſ.32,26. *ex ira juſta* hoſtem in hoſtem, Zach.8,10. leones in improbos idololatras, 2.Reg.17,25. aliaque noxia animalia, Devt.32,24. Jer. 8, 17. Ezech. 14. 21. peſtem, Lev. 26,25. Am.4,10. famem cum peſte, Jer. 32, 24. Ezech. 7,15. c.14. 21. *ε*) Voci יָד *manus* junctum, notat *manum extendere* ad operandum, Prov.31,19. ad benefaciendum, Prov.31, 20. *ζ*) *Remittere*, 1.Sam. 6, 3. III) In *Hiphil* notat *mittere, immittere*, & quoties adhibetur, connotat *gravem Dei iram*; unde funeſtum eſt de colluvie & fera, Exod. 8, 17. Lev. 26, 22. de hoſte, 2.Reg. 15, 37. de fame tùm *corporali*, Ezech. 14, 12. tùm *ſpirituali*, Am. 8, 11.

שֶׁלַח m. *Miſſile, Miſſilia arma; Gladius è vagina emiſſus.* וּבְעַד הַשֶּׁלַח יִפֹּלוּ Imo per *miſſile* ruent, Joel. 2, 8. וְאַחַת מַחֲזֶקֶת הַשֶּׁלַח Et unâ tenebat *miſſile*, Neh. 4, 11. Cum Suff. וְאִישׁ שִׁלְחוֹ בְּיָדוֹ Ut viro, i.e. unicuique eſſet *miſſile* ſuum in manu ſua, 2.Chron. 23, 10. Plur. שְׁלָחַיִךְ *Propagines* tuæ, Cant. 4. 13.

1) Generatim notat, *quicquid mittitur* vel *emittitur*. 2) Speciatim *α*) notat *arma miſſilia*, 2.Chron. 23, 10. c.32, 5. Neh. 4, 17. *β*) Significat *gladium*, qui è vagina emittitur Job.33,18. c.36,12. *γ*) Denotat *Propagines*, Cant. 4, 13.

שֶׁלַח m. *Schelach*. Eſt nomen proprium *α*) *piſcinæ*, Neh. 3, 15. Sed Coccejo eſt *emiſſarius*, Waſſerrinne. *β*) *Filii Ambacſadi*, qui vixit annos 433. Vid. Gen. 10, 24. c.11, 12.

שִׁלֹחַ m. *Siloa*, nomen proprium *fontis* prope Hieroſolymam, ſic dicti, quod ſuas aquas ad hortos vicinos irrigandos emitteret. Antiquitus *Gihon* dicebatur, 1.Reg. 1, 33. Deducite Salomonem ad *Gihon*, quod Targum vertit: Ad *Siloam*. Kimchi in h.l. ita commentatur: *Gihon* eſt *Siloa*, & vocatur duplici nomine. Jeſ.8, 6. traditur tanquam ſymbolum *regni & dominii domus Davidicæ*. Vid. Targ. & Cod. Sanhedrin, f. 94. 2. Sed Seb. Schmidius ibi *ipſum Deum* deſignari arbitratur, *qui non ſolum Dominus totius terræ, ſed etiam inhabitator Hieroſolymorum & templi erat; vocans ſe aquas leniter euntes, quia liberare cœpit Judam non armis & robore bellicô, ſed verbô ſuô & mirabili ſuâ providentiâ.* *Situs* hujus fontis fuit poſt murum urbis occidentalem, aliquantum diſtans ab angulo occaſum hibernum reſpiciente. Vid. Joſ. de excid. lib. 5, c. 13. *Diverſis rivis* ejus aquæ deductæ fuerunt in duas piſcinas ſuperiorem & inferiorem; ceu evincere vult Ligthfoot. in Hor. Ebr. Talmud. in Joh. 5. p. m. 941. ſeq.

שְׁלוּחַ m. *Donum*, *Munus*, à *mittendo* nomen ducens; item *Dimiſſio*. Ter ſaltem occurrit in Plur. שְׁלוּחִים & per alternationem vocalium (וּ) & (ֻ) שִׁלֻּחִים *Munera*, 1. Reg. 9, 16. Mich. 1, 14. Cum Suffixo שִׁלּוּחֶיהָ *Dimiſſiones* ejus, i.e. poſtquam dimiſerat eam, Exod. 18, 2.

שֻׁלְחָן m. *Menſa*, ſic dicta, quod cibo ſumto *dimittitur* aut *removetur*. תַּעֲרֹךְ לְפָנַי שֻׁלְחָן Dispones ante me *menſam*, Pſalm. 23, 5. In Statu conſtr. שֻׁלְחַן יְהוָה *Menſa* Domini, i. e. altare, Mal. 1, 7. Cum Suff. שֻׁלְחָנִי *Menſa* mea, Jud. 1, 7. Plur. שֻׁלְחָנוֹת *Menſæ*, 2. Chron. 4, 8. In Statu conſtr. שֻׁלְחֲנוֹת כָּסֶף *Menſæ* argenti, i. e. argenteæ, ex argento factæ, 1. Chron. 28, 16.

1) Generatim *menſam* notat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *molem iſtam* vel *ſtructuram*, cui dapes imponi ſolent, tàm *vulgarem* & *profanam*, Jud. 1, 7. 2. Sam. 9, 7. 10. Pſ. 128, 3. quàm *ſacram*, Num. 4, 7. 2. Chr. 13, 11. β) *Impropriè* 1) *Metaphoricè* notat *altare*, quod inſtar *menſæ* ſe habet, Mal. 1, 7. 12. 2) *Metonymicè* notat *cibos*, qui in menſâ apponi ſolent, Pſ. 78, 19. & inde porrò *Metaphoricè* tum *pabula ſpiritualia atque bona cœleſtia*, quibus anima ſuaviter cibari & ſaturari poteſt ac ſolet. Ita legitur Pſ. 23, 5. Paſtor Chriſtus dicitur *parare menſam Davidi coram inimicis*, quando eum *pabulo verbi ſui nutrit, fovet, juvat atque tuetur, omnibusque bonis abunde cumulat, invitis ac fruſtrà contrà furentibus adverſariis meis*. Vid. Flac. in Clav. Vid. Prov. 9, 2. Tùm *temporalia bona ac commoda*, Pſ. 69, 23.

שְׁלוּחוֹת f. pl. *Propagines*. Semel occurrit, Jeſ. 16, 8. שְׁלֻחוֹתֶיהָ נִטְּשׁוּ *Propagines* ejus evelluntur.

מִשְׁלָח m. *Miſſio, Immiſſio, Emiſſio, Extenſio*. Sexies legitur, ſed ubique in Statu conſtr. בְּכֹל מִשְׁלַח יֶדְכֶם In omni *miſſione* manûs veſtræ, i.e. ad quodcunque manum veſtram emittetis, in omni molitione, incepto, opere &c. Deut. 12, 7. In eodem ſenſu etiam legitur Deut. 15, 10. c. 23, 21. c. 28, 8. 20. לְמִשְׁלַח שׁוֹר In *miſſionem*, *emiſſionem* bovis, i. e. in locum paſcuum, in quem bos liberè emittatur.

מִשְׁלֹחַ m. *Miſſio*, *Emiſſio*, *Immiſſio*. מִשְׁלַח יָדָם *Emiſſio* manûs ipſorum, Jeſ. 11, 14. מִשְׁלוֹחַ מָנוֹת *Miſſio* portionum, Eſth. 9, 19. 22. Sæpius non occurrit.

מִשְׁלַחַת f. *Misſio, Immisſio*. Bis legitur Pſ. 78, 49. Eccl. 8, 8.

שָׁלַט *Poteſtatem habuit, Dominatus eſt, Dominium habuit* vel *exercuit*. Conſtruitur cum ב & עַל. Inf. לִשְׁלוֹט בָּהֶם Ad *dominandum* in eos, Eſth. 9, 1. Hiphil *Dominari fecit*, *Dominium conceſſit*, *Dominari ſivit*, *Copiam* vel *poteſtatem fecit*, *Compotem reddidit*; item *Dominatus eſt*, *Dominium obtinuit* vel *exercuit*. וְהִשְׁלִיטוֹ לֶאֱכֹל מִמֶּנּוּ Et *fecerit eum compotem* comedendi de eo, Eccl. 5, 18. Fut. וְאַל־תַּשְׁלֶט־בִּי Nec *dominetur* in me, Pſ. 119, 133.

 1) Gene-

Digitized by Google

1) Generatim *poteſtatem atque dominium* importat. 2) Speciatim *α*) involvit *poteſtatem atque dominium in perſonas*, Pſ. 119, 133. Neh. 5, 15. Eſth. 9, 1. Eccl. 8, 9. β) *In res*, ut homo iis utatur atque fruatur, Eccl. 2. 19. c. 5, 18. c. 6, 2.

שַׁלִּיט m. *Poteſtatem & dominium habens; Dominator; Compos*, Gen. 42, 6. Eccl. 10, 5. אֵין אָדָם שַׁלִּיט בָּרוּחַ Non eſt homo *dominans* ſpiritui, Eccl. 8, 8. Plur. שַׁלִּיטִים *Dominatores*, Eccl. 7, 19. Fœm. שַׁלֶּטֶת *Dominatrix*, Ez. 16, 30. Sæpius non legitur.

שִׁלְטוֹן m. *Poteſtas, Dominatio*. Bis legitur. דְּבַר מֶלֶךְ שִׁלְטוֹן Verbum Regis eſt poteſtas i. e. inſigniter potens & efficax, Eccl. 8, 4. וְאֵין שִׁלְטוֹן בְּיוֹם הַמָּוֶת Neque eſt poteſtas, *dominium* in diem mortis i. e. nullus homo poteſtate & dominio pollet diem mortis prorogandi vel avertendi, Eccl. 8, 8.

שְׁלָטִים m. pl. *Scuta*, ſic forte dicta, quod in hoſtem *dominari* faciunt, 2. Reg. 11, 10. 2. Chron. 23, 9. מִרְאוּ הַשְּׁלָטִים Implete *ſcuta* ſcil. oleo. Exituri enim in prœlium ſcuta ungere ſolebant, Jer. 51, 11. R. D. Kimchi & R. Abarbanel reddunt: *Colligite ſcuta*. In Statu conſtructo שִׁלְטֵי הַזָּהָב *Scuta* auri i. e. aurea, 2. Sam. 8, 7. 1. Chron. 18, 7. שִׁלְטֵי הַגִּבּוֹרִים *Scuta* fortium, Cant. 4, 4. Cum Suff. שִׁלְטֵיהֶם *ſcuta* ſua, Ezech. 27, 11.

שלך In Kal non legitur; Hiphil הִשְׁלִיךְ *Fecit, Abjecit, Conjecit, Dejecit, Disjecit, Injecit, Projecit, Rejecit*. Conſtruitur cum ב, על, מן, אל, ל. וַיהוָה הִשְׁלִיךְ עֲלֵיהֶם אֲבָנִים Quando Dominus projecit ſuper eos lapides, Joſ. 10, 11. עַד־הִשְׁלִיכוֹ אֹתָם מֵעַל פָּנָיו Donec *abjecit* eos à facie ſua, Jer. 52, 3. Infin. עֵת לְהַשְׁלִיךְ אֲבָנִים Tempus *disjciendi* lapides, Eccl. 3, 5. Fut. אַשְׁלִיךְ לָכֶם גּוֹרָל *Iaciam* vobis ſortem, Joſ. 18, 8. וַיַּשְׁלֵךְ אֶל־הַמַּיִם Quod projecit in aquas, Exod. 15, 25. וַיַּשְׁלִיכוּם מֵרֹאשׁ הַסֶּלַע Et *dejecerunt* eos è capite petræ, 2. Chron. 25, 11. Hophal הָשְׁלַךְ vel הֻשְׁלַךְ *Abjectus, Projectus, Ejectus fuit*. הָשְׁלַכְתָּ מִקִּבְרְךָ *Ejectus* es è ſepulchrô tuô Jeſ. 14, 19.

1) Generatim notat *jacere aliquid*, ut tendat *deorſum*, ſive in *locum* ſive in *ſtatum inferiorem*. 2) Speciatim *α*) *proprie* indigitat *projectionem* vel *dejectionem rei corporea*, ut, dum tranſit è loco in locum, motus ejus terminetur *deorſum*. Ita reddi poteſt 1) *jacere* e. g. ſortem, Joſ. 18, 8. 10. 2) *Dejicere*, vel *conjicere* e. g. hominem in foveam, Gen. 37, 22. in aquam, Exod. 1, 22. c. 15, 25. Jon. 2, 4. rem in ignem, Exod. 32, 24. lapidem ſuper hominem, Joſ. 10, 11. 2. Sam. 11. 12. 3) *Projicere* vel *abjicere* e. g. è manu tabulas, Exod. 32, 19. maxillam, Jud. 15, 17. baculum, Exod. 4, 3. & quidem *contemtim*, e. g. idola, 2. Chron. 30, 14. c. 33, 1. Jeſ. 2, 20. cadaver, 2. Reg. 9, 25. 26. Jer. 26, 23. 4) *Ejicere*, Neh. 13, 8. ubi vaſa è templo *ejecta* dicuntur. 5) *Disjicere*, e. g. lapides, Eccl. 3, 5. β) *Metaphorice* infert *remotionem & rejectionem cum nauſea, odio, indignatione, contemtu, neglectu*, &c. Ita dicitur 1) de *homine*, tum

eô,

eô, qui cum nauſea ac contemtu rejicit & deſerit Deum, cui unicè ſervire tenebatur, 1. Reg. 14, 8. Ezech. 23, 35. faſtidit, negligit & reſpuit ipſius verbum, Pſ. 50, 17. Neh. 9, 26. credendi vivendique regulam, Pſ. 2, 3. tum *eô*, qui ſe ad Deum converſurus removet prævaricationes, Ezech. 18, 31. abominationes, Ezech. 20, 8. tum *eo*, qui Deo confidit, & onus curarum animo heroico, promiſſionibusque divinis fortiter innixo in Deum projicit & deponit, Pſ. 55, 23. 2) de *Deo*, tum in *bonum*, quando peccata homini remittit, non imputat, non punit &c. ea inſtar oneris moleſti poſt tergum rejiciens, nullam eorum amplius rationem habiturus, Jeſ. 38, 17. in profunditates maris dejiciens, æterna oblivione memoriam eorum deleturus, prout mari immerſorum nulla amplius memoria ſervari ſolet, Mich. 7, 19. tum in *malum*, ad deſignandum *faſtidium divinum*, *deſertionem*, *rejectionem*, *indignationem*, *in calamitates detruſionem* &c. Ita de *Deo* dicitur *vel abſolutè*, Pſ. 71, 9. ne *abjicias me* tempore ſenectutis i. e. ne cum nauſea me deſeras, per contemtum rejicias, tuâ providentia prives &c. Pſ. 102, 11. *Projeciſti me*, i. e. me deſeruiſti, contemtim rejeciſti, in calamitates conjeciſti, injuriis hoſtium expoſuiſti &c. *vel cum addito*, à facie, 2. Reg. 17, 20. c. 24, 20. vide c. 13, 23. c. 17, 20. Jer. 7, 15. c. 52, 3. ut indigitetur, quod Deus Iraelitas, ad iram per peccata eorum provocatus, cum nauſea rejecerit, gratia ſua tùm in temporalibus, tùm in ſpiritualibus ex juſto judicio privaverit, injuriis hoſtium expoſuerit, & ex terra promiſſionis in captivitatem migrare fecerit &c.

שָׁלָךְ m. *Mergus*, Lev. 11, 17. ſic dictus, quod ex alto cum impetu in mare ſe *dejicit*, ut ex eo piſces extrahat. Græcè *dicitur* *καταῤῥάκτης*. Vid Bochart. Hieroz. Part. 2. lib. 2. c. 21. Refertur inter aves immundas, Lev. 11, 17. Devt. 14, 17.

שַׁלֶּכֶת f. *Schallecheth*; Nomen propr. *Hieroſolymitanæ cujusdam portæ*, quæ *à conjecta & accumulata terra* ad parandam viam Regis ſic dicta perhibetur à Buxtorffio. Mentio ejus fit. 2. Chron. 26, 16. Eodem modo capit R. Sal. b. Melech. in Michlal Jophi Jeſ. 6. v. ult. ſed Chaldæo deſignat השלכה *Dejectionem*, *Abjectionem*, ut ſenſus ſit כהשליך עליהם *Dum dejicit*, vel *abjicit folia ſua*. Senſum *dejectionis* aut *exciſionis* amplectitur etiam Seb. Schmidius, vocem hanc reddens, *dum abſcinditur*.

שָׁלַל *Detraxit*, *Spoliavit*, *Prædatus eſt*, *Deprædatus eſt*, *Diripuit*. וְשָׁלַל שְׁלָלָהּ Et *ſpoliabit* ſpolium ejus, Ezech. 29, 19. וְשָׁלְלוּ חֵילֵךְ *Spoliabunt* opes tuas, Ezech. 26, 12. Fut. cum Infin. שֹׁל תָּשֹׁלּוּ לָהּ *Spoliando ſpoliabitis* ipſi, i. e. relinquetis ipſi ſpolium, i. e. ſpicas, quas colligat, Ruth. 2, 16. Ita Buxtorffius; Poſſet tamen non inepte reddi: Detrahendo detrahetis ipſi de manipulis. יְשָׁלּוּךְ *Spoliabunt* te, Hab. 2, 8. Infin. שְׁלֹל לִשְׁלֹל Ad *prædandum* prædam, Jeſ. 10, 6. Niphal Fut. יִשַּׁל *Spoliabitur* oliva tua, Devt. 28, 40. Sed alii referunt ad נָשַׁל

 redden-

reddentes: *Excutietur oliva tua.* Hithpael הִשְׁתּוֹלֵל *Præda factus eſt, In prædam ſe dedidit, Prædæ ſe expoſuit.* אֶשְׁתּוֹלְלוּ *Præda facti ſunt,* Pſ. 76, 6. pro הִשְׁתּוֹלְלוּ per alternationem literarum ה & א, & vocalium (.) & (∴) perinde ut in אֶתְחַבַּר *Conjunxit ſe,* pro הִתְחַבַּר 2.Chron. 20, 35. Part. מִשְׁתּוֹלֵל *Prædæ exponit ſe,* Jeſ. 59, 15. R. Salomo interpretatur: *Veſanus, ſtultus habetur;* quem ſequitur Seb. Schmidius.

1) Generatim notat *detrahere,* quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *ſpoliare,* quia, qui ſpoliat, alteri aliquid detrahit. Ita regit tum *nomen perſonæ,* quæ ſpoliatur prædando, Ez. 39, 10. Hab. 2, 8. Zach. 2, 12. tum *nomen prædæ,* quæ alteri detrahitur & rapitur, Jeſ. 10, 6. Ezech. 26, 12. β) *Metaphoricè* transfertur ad *animum,* notans *mente ſpoliatum eſſe, veſanum, ſtultum haberi.* Veſano enim rationis uſus detractus eſt, vel detractus eſſe habetur, Jeſ. 59, 15.

שָׁלָל m. *Præda, Spolium.* יְחַלֵּק שָׁלָל Dividet *ſpolium,* Gen. 49, 27. נְמַלֵּא בָתֵּינוּ שָׁלָל Implevimus domos noſtras *ſpolio,* Prov. 1, 13. In Stat. Conſtr. שְׁלַל אֹיְבֶיךָ *Spolium* hoſtium tuorum, Devt. 20, 14. Cum Suff. שְׁלָלָם *Præda* eorum, 2. Chr. 20, 25. שְׁלַלְכֶם *Spolium* veſtrum, Jeſ. 33, 4.

1) Generatim denotat *rem, quæ alteri detrahitur & rapitur.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſpolium,* quod hoſti detrahitur & diripitur, cujus generis ſunt *veſtes, nummi, armillæ, argentum, aurum,* Joſ. 7, 21. Jud. 5, 30. *pecora* 1. Sam. 15, 19. 21. Jer. 49, 32. β) *Metaphoricè* 1) notat *lucrum honeſtum,* quod ſtrenua materfamilias facit, Prov. 31, 11. 2) deſignat *bona ſpiritualia.* Ita *ſpoliorum ſpiritualium* nomine veniunt *bona per victoriam Chriſti de hoſtibus ſpiritualibus nobis acquiſita,* quæ in verbo ac ſacramento ab Eccleſia diſpenſantur, e. g. remiſſio peccatorum &c. Pſ. 38, 13. imò *ipſum meritum paſſionis Chriſti,* quod, ut Seb. Schmidius loquitur, dicitur *ſpolium,* quia victori ceſſit & præmium victoris eſt, licet hoſtis proprium non fuerit, Jeſ. 53, 11. 3) In *ſpolium dari alicui animam,* eſt *in vita ſervari, & ex præſentiſſimo mortis periculo divinitus eripi,* ut, ſicut, qui ſpolium capit, illud rapit & abit: ita illis, quorum vita jam deſperata erat, & quaſi non amplius illorum eſſe videbatur, vita & morte ab occiſuris rapta, & ex mira miſeratione denuò reddita & donata videatur, Jer. 21, 9. c. 38, 2. c. 39, 18. c. 45, 5.

שׁוֹלָל m. *Spoliatus,* Mich. 1, 8. *Stultus,* indigitans *privationem mentis practicam,* ubi quis non videt, obſervat, & intelligit, quod ad rem præſentem ſuſcipiendam & peragendam facit, ut in futurum quoque proſit, Job. 12, 17. 19. ubi ſupplenda eſt particula כ *tanquam* ſtultum.

שָׁלַם *Completus, Perfectus, Conſummatus eſt; pacem habuit vel coluit; Pace vel proſperitate fruitus eſt; Pacem precatus eſt,* i. e. *ſalutavit.* Part. אִם־גָּמַלְתִּי שׁוֹלְמִי רָע Si retribui *habenti pacem mecum* malum, Pſ. 7, 5. Fut. מִי הִקְשָׁה אֵלָיו וַיִּשְׁלָם Quis difficilia adverſus eum ſuſcipiet, ut *ſalvus & incolumis maneat?* Job. 9, 4. Imper. וּשְׁלָם Et *pacem habe,* Job. 22, 21. Piel שִׁלֵּם & שִׁלַּם *Complevit,*

Per-

Perfecit; Solvit, Perſolvit, Reddidit, Reſtituit, Rependit, Compenſavit. וְשִׁלַּם אֶת־הַבָּיִת Sic *Perfecit, abſolvit* domum, 1. Reg. 9, 25. לָמָּה שִׁלַּמְתֶּם רָעָה תַּחַת טוֹבָה Quare *retribuiſtis* malum pro bono? Gen. 44, 4. Infin. שַׁלֵּם יְשַׁלֵּם שׁוֹר תַּחַת שׁוֹר *Reſtituendo reſtituet* bovem pro bove, Exod. 21, 36. Fut. נְדָרַי אֲשַׁלֵּם Vota mea *perſolvam*, Pſ. 22, 26. Pual שֻׁלַּם *Completum, Perfectum, Abſolutum fuit; Repenſum, Redditum, Solutum, Perſolutum fuit.* וּלְךָ יְשֻׁלַּם־נֶדֶר Et tibi redditur votum, Pſ. 65, 2. Fut. הַיְשֻׁלַּם תַּחַת טוֹבָה רָעָה Num *rependetur* pro bono malum, Jer. 18, 20. Part. כִּמְשֻׁלָּם Sicut *conſummatus*, Jeſ. 42, 19. Hiphil הִשְׁלִים *Perfecit, Abſolvit; Pacem fecit* vel *iniit, pacatum reddidit.* Fut. תַּשְׁלִימֵנִי *Conſummabis* me, Jeſ. 38, 12. וַיַּשְׁלִמוּ אֶת־יִשְׂרָאֵל Et *pacem fecerunt* cum Iſrael, 2. Sam. 10, 19. Hophal Præt. Fœm. וְחַיַּת הַשָּׂדֶה הָשְׁלְמָה לָךְ Et beſtia agri *pacifica erit* tibi, Job. 5, 23.

1) Generatim *integritatis* notionem involvere videtur. 2) Speciatim α) deſignat *rei perfectionem, abſolutionem & completionem*, quia, quicquid perficitur, abſolvitur & completur, *integrum* redditur. Inde 1) in *Kal* eſt *perfici, abſolvi, compleri, finiri* fertig werden/ vollendet werden/&c. Ita dicitur de muro, Neh. 6, 15. de opere columnarum, 1. Reg. 7, 22. Conf. 2. Cron. 5, 1. de conſummatione & fine dierum luctus, Jeſ. 60, 20. 2) In *Piel & Hiphil* eſt *Perficere, Complere, Abſolvere, Conſummare, finem imponere,* fertig machen / vollbringen/ vollenden/ zu Ende bringen / ein Ende machen. Ita legitur de templo, 1. Reg. 9, 25. de Hiskia morti vicino, Jeſ. 38, 12. 13. de ſtatuto ſeu demenſo, Job. 23, 14. de conſilio, Jeſ. 44, 26. de voluntate, quæ perficitur, Jeſ. 44, 28. β) *Pacis* notionem infert, quia *pax* non ſolum eſt *redintegratio partium diſſentientium*, ſed etiam *ſtatus integritatem* infert. Hinc 1) in *Kal* eſt *pacem habere cum homine*, Pſ. 7, 5. cum *Deo*, Job. 22, 21. *pace frui*, adeoque *ſalvum & incolumen manere*, Job. 9, 4. 2) In Hiphil eſt *pacem facere*, vel *inire*, Joſ. 10, 4. c. 11. 19. Deut. 20, 12. 2. Sam. 10, 19. 1. Reg. 22, 45. 1. Chron. 19, 19. *pacatum* vel *pacificum reddere*, Prov. 16, 7. γ) Involvit *viciſſitudinem*, quæ *ad actionis*, vel *rei integritatem* tendit. Inde notat *rependere, retribuere, reddere, reſtituere, ſolvere, exolvere*, habitô reſpectu ad *debitum, meritum, demeritum, promiſſum, commiſſum* &c. Ita adhibetur de reſtitutione mutui, Pſ. 37, 21. furti, Exod. 22, 1. Prov. 6, 31. de retributione pro ratione factorum, Jud. 1, 7. Jeſ. 65, 6. Jer. 16, 18. c. 51. 24. Conf. Prov. 11, 31. de compenſatione pietatis, Prov. 13, 13. de redditione mali pro bono, Gen. 44, 4. Pſ. 38, 21. Jer. 18, 20. Item de ſolutione voti, quæ ipſi integritatem, complementum ac perfectionem addit, 2. Sam. 15, 7. Job. 22, 27. Pſ. 22, 26. Pſ. 50, 14. Pſ. 66, 13. Pſ. 116. 14. 18. Prov. 7, 14. Prov. 5, 3. Nah. 1, 15. Jon. 2, 10.

שָׁלֵם m. *Integer, Perfectus, Completus, Conſummatus; Incolumis.*

לֹא עֲוֹן הָאֱמֹרִי Non *conſummata eſt* iniquitas Amorræi, Gen. 15, 16. לְבַב־אָסָא הָיָה שָׁלֵם עִם־יְהוָה Cor Aſæ erat integrum cum Domino, 1. Reg. 15, 14. Fœm. אֶבֶן שְׁלֵמָה Lapis *perfectus*, Devt. 25, 15. Plural. שְׁלֵמִים Gen. 34, 21. Fœm. שְׁלֵמוֹת *Integræ* Devt. 27, 6.

1) Generatim notat *integrum*. 2) Speciatim α) *proprie* notat *integrum phyſicè tale*, prout idem eſt, *quod nulla ex parte diminutum, perfectum, completum, abſolutum, conſummatum eſt.* Ita dicitur de lapidibus non dolatis altaris, Devt. 27, 6. Joſ. 8, 31. de pondere perfecto, Prov. 11, 1. Devt. 25, 15. de abſoluto templo, 2. Chron. 8, 16. de captivitate perfecta, qua nemo relinquitur, qui non abducatur in eam, Am. 1, 6. 9. β) *Metaphoricè* transfertur 1) ad *integritatem ſtatus*, ut idem ſit ac *incolumis, ſalvus, ſine noxa, ubi* omnes res integræ ac illæſæ ſunt, Gen. 33, 18. 2) ad *integritatem animi*, ut idem ſit ac *ſincerus ac candidus.* Ita ſe *integros* dicunt fratres Joſephi, Gen. 34, 21. Sæpius tribuitur *cordi*, ad deſignandum *ſincerum Dei cultum*, quô homo unicè Deo ſervit, idola averſatur, & peccata omni evitat ſtudiô, 1. Reg. 8, 61. c. 11, 4. c. 15, 3. 14. 2. Reg. 20, 3. 1. Chron. 12, 38. c. 28, 9. c. 29, 9. 19. 2. Chron. 15, 17. c. 16, 9. c. 19, 9. c. 25, 2. Jeſ. 38, 3.

שָׁלֵם *Schalem*, eſt nomen proprium *urbis*, quæ teſte Adrichomio fol. 148. anno mundi 2023. tempore Abrahami à *Melchiſedeco* condita, & poſtea à *Davide* יְרוּשָׁלַם dicta fuit. Mentio ejus fit, Pſ. 76, 3. Gen. 14, 18.

שָׁלוֹם m. *Integritas, Incolumitas, Pax, Proſperitas.* שָׁלוֹם לָכֶם *Pax* vobis, Gen. 43, 23. הֲשָׁלוֹם אֲבִיכֶם Num *pax* Patri veſtro? i. e. num incolumis, ſalvus eſt Pater veſter? Gen. 43, 27. אִישׁ שָׁלוֹם Vir *pacis*, i. e. pacificus, Pſ. 37, 37. וְקָרָאתָ אֵלֶיהָ לְשָׁלוֹם Et clamabis ad eam *pacem*, i. e. pacem ei offeres, Devt. 20, 10. In Statu Conſtr. שְׁלוֹם רְשָׁעִים *Pax, proſperitas* impiorum, Pſ. 73, 3. Cum Suff. אִישׁ שְׁלוֹמִי Vir *pacis* meæ, i. e. pacificus, cum quo pacificè vixi, Pſal. 41, 3. Plur. שְׁלוֹמִים *Retributiones, Pacifici.* וְלִשְׁלוֹמִים Et pro *retributionibus*, Pſ. 69, 23. Cum Suff. בִּשְׁלֹמָיו In *pacificos* ſuos, i. e. pacem ſecum habentes, colentes, Pſ. 55, 21.

1) Generatim deſignat *integritatem*, quacunque rei competat ratione. 2) Speciatim I) *abſtractivè* notat α) *pacem*, א) *temporalem, ſecularem* ſeu *mundanam*, tùm *publicam*, quæ offertur, Devt. 20, 10. datur, Pſ. 147, 14. petitur, 1. Reg. 20, 18. expectatur, Jer. 8, 15. initur, Joſ. 9, 15. poſſidetur, 1. Sam. 7, 14. 1. Reg. 5, 4, 12. firmaque eſt, Jeſ. 39, 8. tùm *privatam hominum inter ſe*, Pſ. 34, 15. Huc refer, quando deſignat *ſocietatem ac fœdus*, Jud. 4, 17. Pſ. 41, 10. Jer. 20, 10. ubi *vir pacis* denotat *conjunctum & amicum*, & quaſi *confœderatum.* ב) *Spiritualem*, Pſ. 72, 3. Jeſ. 52, 7. Jer. 33, 6. quam Chriſtus acquiſivit, Jeſ. 9, 6. c. 53, 5. quaque homo per fidem in eum Deo reconciliatus, totus in ejus gratia recumbit, eidemque ſe ſecurè committit, Pſ. 4, 9. Jeſ. 48, 22. β) *Securitatem & abſentiam omnis periculi*, Gen. 43, 23. Devt. 29, 18. Jer. 6, 14. c. 8, 11.

c. 12, 5. Ezech. 8, 25. c. 15, 10. Conf. 1. Theſſ. 5, 3. γ) *Incolumitatem, proſperitatem, ſtatum & ſucceſſum proſperum*, ubi res alicujus ſalvæ atque integræ ſunt, vel ex voto ſuccedunt, Gen. 29, 7. c. 43, 27. 28. Exod. 18, 17. 2. Sam. 11, 7. 2. Reg. 4, 26. c. 9, 31. Job. 5, 24. Pſ. 37, 11. Jer. 29, 7. Huc referas 1) *ſalutationes, vota & apprecationes*, Jud. 19, 20. 1. Reg. 2, 33. 1. Chron. 12, 18. Dan. 10, 19. 2) Quando quis dicitur *ire, abire, redire, dimitti* &c. *in pace*, importat *incolumitatem & immunitatem à læſione, periculo, pœna, bello* &c. De *abitu* legitur, Gen. 26, 29. 1. Sam. 20, 13. de reditu ad domeſticos lares ex itinere, Gen. 28, 21. Exod. 18, 23. cum victoria ſuperatis hoſtibus, Joſ. 10, 21. Jud. 8, 9. c. 11, 31. conf. 1. Reg. 22, 28. de deſcenſu ad ſepulchrum ſine pœnâ promeritâ, 1. Reg. 2, 6. 3) Cum quis dicitur *in pace mori* vel *ſepeliri*, importat *mortem naturalem & ſtatum bonum*, Jer. 34, 5. Conf. 2. Reg. 22, 20. 2. Chron. 34, 28. δ) Notat *Retributionem*, Pſ. 69, 23. II) *Concretivè* notat *pacificum* vel *pacatum*. Ita dicitur *a*) de *homine*, Pſ. 55, 21. Pſ. 120, 7. *b*) de *viis*, Prov. 3, 17.

שֶׁלֶם m. *Sacrificium eucharisticum* ſeu *pacificum*, quod pro pace, incolumitate, ſalute ac beneficiis Deo offertur. Buxt. Am. 5, 22. Aliàs ſemper legitur in Plurali שְׁלָמִים *Sacrificia pacifica*, vel *eucharistica*, aut *ſolida, integra*. לְזֶבַח שְׁלָמִים In ſacrificium *pacificorum*, Lev. 3, 6. Cum Suff. שְׁלָמֶיךָ *Pacifica* tua, Exod. 20, 24. שַׁלְמֵיכֶם *Pacifica* veſtra, Lev. 7, 32.

שִׁלֵּם m. *Retributio*. Semel occurrit Devt. 32, 25.

שִׁלּוּם *Retributio*, Mich. 7, 3. בָּאוּ יְמֵי הַשִּׁלֻּם Venerunt dies *retributionis*, Hoſ. 9, 7. ubi (ֻ) cum (וּ) alternat. Plur. שִׁלּוּמִים *Retributiones*, Jeſ. 34, 8. Sæpius non legitur.

שִׁלֻּמָה f. *Retributio*. Semel occurrit in Statu Conſtr. שִׁלֻּמַת רְשָׁעִים *Retributio* impiorum, Pſ. 91, 8.

שְׁלֹמֹה m. *Salomo*, Filius *Davidis*, à Deo ſic nominatus, antequam in lucem ederetur, 1. Chron. 22, 9. Deſignat *Pacificum*, eo quod Deus in diebus ipſius *pacem & quietem* Iſraelitis daturus erat.

שַׁלְמֹנִים m. pl. *Retributiones*. Semel legitur Jeſ. 1, 23.

שׁוּלַמִּית f. *Schulamith*, nomen *Eccleſiæ, ſponſæ Christi*, ſic dictæ, quod ſit *pacifica*; unde Aquila vertit: Ἡ εἰρηνεύουσα. Vatablo eſt nomen Adjectivum, *Hieroſolymitana*, à שָׁלֵם, quia olim *Jeruſalem* dicebatur *Salem*. Bis legitur hoc nomen Cant. 6, 12. c. 7, 1.

שָׁלַף *Extraxit*; *Detraxit*, *Strinxit*. לֹא שָׁלַף הַחֶרֶב מִבִּטְנוֹ Non *extraxit* gladium ex ventre ipſius, Jud. 3, 22. שָׁלַף אִישׁ נַעֲלוֹ *Extrahebat* aliquis ſibi calceum, Ruth. 4, 7. Part. Paul Fœm. וְחַרְבּוֹ שְׁלוּפָה בְּיָדוֹ Et gladium ejus *ſtrictum, evaginatum* in manu ejus, Num. 22, 23. Futur. וַיִּשְׁלֹף נַעֲלוֹ Et *extraxit* calceum ſuum, Ruth. 4, 8.

שָׁלֹשׁ

Digitized by Google

שָׁלשׁ f. *Tres.* שָׁלשׁ שָׁנִים *Tres* anni, Gen. 11, 13. In Statu conſtr. שְׁלשׁ־מֵאוֹת הָאִישׁ *Trecenti* viri, Jud. 7, 16. Fœm. שְׁלשָׁה אֲנָשִׁים *Tres* viri, Gen. 18, 2. ubi fœmininum jungitur maſculino, quia Numeralia Cardinalia à tribus ad decem Subſtantivis ſuis adhærent in *Genere diſcrepante.* Datur quoque Fœmininum שְׁלשֶׁת. דֶּרֶךְ שְׁלשָׁה יָמִים Iter *trium* dierum, Exod. 8, 23. שְׁלשֶׁת בָּנָיו *Tres* filii ejus, 1. Sam. 17, 13. Cum Suff. שְׁלָשְׁתְּכֶם *Tres* vos, Num. 12, 4. שְׁלָשְׁתָּם *Tres* illi, Num. 12, 4.

שְׁלשִׁים c. *Triginta.* שְׁלשִׁים שָׁנָה *Triginta* anni, Gen. 5, 16. ubi jungitur nomini ſingulari, quia Numeralia Cardinalia ſupra decem ferè exigunt numeratum ſingulare. כִּשְׁלשִׁים אִישׁ *Circiter* 30 viri, Jud. 20, 31.

שְׁלִישִׁי m. *Tertius.* יוֹם שְׁלִישִׁי Dies *tertius*, Gen. 1, 13. Plur. שְׁלִשִׁים *Tertii, Tertiani*, contractè pro שְׁלִישִׁיִּים Gen. 6, 16. Num. 2, 24. Fœm. שְׁלִישִׁיָּה *Tertia* pars, *Trina*, Jer. 19, 24. עֶגְלַת שְׁלִשִׁיָּה Vitula *triennis*, Jer. 48. 34. ubi ponitur Status conſtructus עֶגְלַת pro abſoluto עֶגְלָה. Alias Fœmininum quoque eſt שְׁלִישִׁית *Tertia, tertia pars.* שְׁלִישִׁית הַהִין *Tertia pars* Hinis, Num. 15, 6. בַּשְּׁלִישִׁית *Tertio*, 1. Sam. 3, 8. Cum ה Paragogico שְׁלִשִׁיתָה *Tertiò, tertia vice*, Ezech. 21, 19. שְׁלִשִׁיתֵךְ בַּדֶּבֶר יָמוּתוּ *Tertia tui pars* peſte morientur, Ezech. 5, 12.

שָׁלִישׁ *Triens, Trientale.* Modus menſuræ incertus, fatente Aben-Eſra. Aſt Geiero denotat *menſuram magnam* tres menſuras alias complectentem, Pſ. 80, 6. Jeſ. 40, 12. *Tribunus*, nomen *dignitatis & poteſtatis*, tertium à Rege deſignans, juxta Schindlerum, 2. Reg. 7, 2. *Trichordium*, quod quidam *Pandurim* reddunt. Cum Suff. שָׁלִישׁוֹ *Tribunus* ejus, 2. Reg. 15, 25. (ָ) retento, prout retinetur in קָטוֹן 1. Reg. 12, 10. Plur. שָׁלִישִׁים *Tribuni, Duces*, Ezech. 23, 15. 23. Ita etiam ex mente Maſorethàrum, Prov. 22, 20. eſt שָׁלִישִׁים *Duces.* i. e. *Ducalia, principalia, inſignia, eximia*, כִּפְלָאִים *admiranda & honorabilia*, juxta R. Levi & R. D. Kimchium. Sed juxta literas eſt שִׁלְשׁוֹם *nudius tertius*, i. e. jam olim talia tibi præſcripſi. Cum שָׁלִישָׁיו *Tribuni* ejus, 1. Reg. 9, 22. וּבְשָׁלִשִׁים Et cum *trichordiis, panduris*, 1. Sam. 18, 6. Sed Coccejo potius videtur deſignare *magiſtratus*, qui mulieres duxerint, nè videatur fuiſſe importuna & immodeſta procacium fœminarum concurſatio.

שָׁלִשִׁי m. *Tribunitius.* Semel legitur, 2. Sam. 23, 8. niſi dicere velis, eſſe Pluralem שָׁלִשִׁים *Tribuni*, ם per Apocopen reſecto.

שִׁלֵּשׁ *Tertiavit; Tripartitus fuit; Tertiò fecit, Triplicavit.* וְשִׁלַּשְׁתָּ אֶת־גְּבוּל אַרְצְךָ Et *tertiabis, triparties* terminum terræ tuæ, Devt. 19, 3. Imperativus cum Futuro: שַׁלֵּשׁוּ וַיְשַׁלֵּשׁוּ *Tertiò facite: & fecerunt tertiò*, 1. Reg. 18, 34. Part. Pual אַיִל מְשֻׁלָּשׁ Aries *triennis*; עֵז מְשֻׁלֶּשֶׁת Capra

Capra *triennis*, Gen. 15, 9. חוּט מְשֻׁלָּשׁ Filum *triplicatum*, Eccl. 4, 12. Sæpius non legitur.

שִׁלֵּשִׁים m. pl. *Tertiani*, *Nepotes tertiæ generationis*, vel tertia generatio. Ordinem generationum ita tradit Coccejus: *a*) בָּנִים *Filii*, β) שִׁלֵּשִׁים *Nepotes*, qui ſunt tertii ab avo, γ) רִבֵּעִים *Pronepotes*, qui à proavo quarti. Quinquies autem legitur hoc nomen, nempe Gen. 50, 23. Exod. 20, 5. c. 34, 7. Num. 5, 9. Devt. 14, 18.

שִׁלְשׁוֹם m. *Dies tertius*, *nudius tertius*, conflatum quaſi ex שְׁלֹשָׁה & יוֹם. *Antea*, per Synecdochen. גַּם תְּמֹל גַּם שִׁלְשׁוֹם Tàm heri, quàm *nudius tertius*, 1. Chron. 11, 2. 2. Sam. 5, 2. כִּתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם Ut *nudius tertius*, h. e. ut antehac, Gen. 31, 2. גַּם מִתְּמוֹל גַּם מִשִּׁלְשׁוֹם Tàm heri, quàm *nudius tertius*, i. e. jam pridem non fui vir verborum ſeu diſertus, Exod. 4, 10.

מִשְׁלֹשׁ m. *Trias*, *Tertiatio*. Semel occurrit Gen. 38, 24. וַיְהִי כְּמִשְׁלֹשׁ חֳדָשִׁים Et fuit circiter *trias* menſium, h. e. Et fuerunt circiter *tres* menſes.

שָׁמַם Nominavit, apud Syros & Æthyopes; Inde apud Ebræos ſuperſtes eſt

שֵׁם m. *Nomen*, מַה־שְּׁמוֹ Quod eſt *nomen* ejus? Prov. 30, 4. וְעָשִׂיתִי לְךָ שֵׁם גָּדוֹל Et feci tibi *nomen* magnum, 2. Sam. 7, 9. Cum Suff. זֵד יָהִיר Superbus eſt arrogans, deriſor eſt *nomen ejus*, Prov. 21, 24. שְׁמוֹ *Nomen ejus*, idem eſt ac *vocatur*, e. g. 2. Sam. 20, 21. 1. Reg. 13, 2. 2. Chron. 28, 9. Job. 1, 1. Pſ. 58, 5. אַנְשֵׁי הַשֵּׁם Viri *nominis*, i. e. *celeberrimi*, *famigeratiſſimi*, Gen. 6, 4. לִשְׁמֶךָ *Nomini* tuo, Joſ. 7, 9. & ob præſentiam accentûs Domini : לִשְׁמֶךָ 1. Reg. 8, 44. בְּשִׁמְכָה In *nomine* tuo, Jer. 29, 25. cum ה Paragogico. Plur. שֵׁמוֹת *Nomina*, Gen. 2, 20. In Statu Conſtr. שְׁמוֹת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Nomina* Filiorum Iſrael, Exod. 1, 1. Cum Suff. שְׁמוֹתָם *Nomina* ipſorum, Gen. 25, 16.

1) Generatim notat *nomen*. 2) Speciatim *α*) *propriè* accipitur pro *nomenclaturâ*. Ita dicitur 1) de *Deo*, tùm abſolutè, Lev. 24, 11. 16. tùm cum addito, Lev. 24, 16. 1. Sam. 18, 24. 2) de Meſſia, Jeſ. 9, 5. Jer. 23, 6. c. 33, 16. 3) de Homine, Gen. 3, 20. c. 11, 29. c. 25, 13. 4) de brutis, Gen. 2, 20. 5) de rebus aliis, e. g. de fluvio, Gen. 2, 11. loco, Gen. 4, 17. c. 19, 22. c. 26, 33. c. 28, 19. puteo, Gen. 26, 20. β) *Metonymicè* א) denotat *famam*. Ita dicitur 1) de *glorioſiſſimo Dei nomine*, ſeu de *gloria nominis divini*, Pſ. 22, 3. Pſ. 48, 11. quam glorioſis ſtupendisque miraculis per totum terrarum orbem ſibi acquiſivit, Pſ. 135, 13. 2) de *homine*, tùm in *bonum*, deſignans *bonam honeſtamque famam* vel *gloriam*, Eccl. 7, 1. Devt. 26, 19. tum *in malum*, denotans *famam malam*, Gen. 6, 4. ב) *Ipſam perſonam* vel *rem nominatam*. Ita dicitur *α*) *nomen Dei* pro *ipſo Deo*, Devt. 28, 58. Pſ. 20, 2. Pſ. 113, 1. Pſ. 115, 1. Jeſ. 30, 27. Mich. 5, 4. β) Sumitur

mitur pro *filio & poſteritate.* Devt. 25, 7. 1. Sam. 24, 22. quia *Poſteri* majorum *nomine* vel *cognomine* veniunt.

▭ שָׁם *Ibi, eò,* &c. I) eſt *Particula*, exprimens 1) *Adverbium loci*, & quidem, α) *in loco, ibi, ubi*, vel *abſolutè*, Gen. 2, 12. Devt. 10, 5. Job. 3, 17. Pſ. 133, 3. Am. 7, 12. vel cum ה locali, שָׁמָּה, Gen. 23, 14. c. 49, 31. Jeſ. 34, 15. β) *De loco, inde, exinde*, ubi ferè conſtruitur cum מ Gen. 2, 10. c. 11, 8. 2. Reg. 7, 2. Hoſ. 2, 17. γ) Ad locum, *eò, illuc*, vel *abſolutè*, Devt. 1, 37. Pſalm. 137, 10. Jeſ. 57, 7. vel cum ה locali, Devt. 4, 42. c. 12, 5. 11. Job. 1, 21. 2) *Adverbium Temporis, Tunc*, Job. 35, 12. Pſalm. 12, 5. Pſalm. 36. v. ult. Pſalm. 132, 17. Prov. 8, 27. Eccl. 3, 17. Hoſ. 2, 17. II) Suſtinet vicem *Pronominis* α) *ſeparati, demonſtrativi & relativi, is, ille, qui*, ſi conſtruitur cum Præpoſitione, vel ה locali. עַד־יַרְכְּתֵי הַר־אֶפְרַיִם מִשָּׁם אָנֹכִי Ad latera montis Ephraim, ex *quô* ego ſum, Jud. 19, 18. וַיַּעַן אִישׁ מִשָּׁם Et reſpondit quidam ex illis, 1. Sam. 10, 12. מִשָּׁם רֹעֶה אֶבֶן יִשְׂרָאֵל Ex *illo* ſcil. Joſepho Paſtor lapis Iſraelis, Gen. 49, 24. וְאֶקְבְּרָה אֶת־מֵתִי שָׁמָּה Ut ſepeliam mortuum meum in *eo* ſcil. ſepulchro, Gen. 23, 14. β) *Suffixi*, caſum obliquum præcedentis Relativi אֲשֶׁר *qui, quæ, quod*, indicantis, ſubintellectâ aliqua Præpoſitionum ב, ל, אֶל atque עַל, quoties ipſi שָׁם nulla Præpoſitio adjecta fuerit, aut ה locale Præpoſitionis vicem ſuſtinens abſit. אֲשֶׁר יָצְאוּ מִשָּׁם De *quibus* prodierunt, Gen. 10, 14. אֲשֶׁר לֻקַּח מִשָּׁם Ex *qua* ſumtus erat, Gen. 3, 23. אֲשֶׁר נָס שָׁמָּה Ad quam (civitatem) confugerat, Num. 35, 25. vid. Exod. 29, 42. עַד־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר הָיָה שָׁם אָהֳלֹה Ad locum iſtum, in *quo* (*ubi*) fuerat antea tentorium ipſius, Gen. 13. 3. אֲשֶׁר שְׁלָחוֹ יְהוָה שָׁם Contra *quam* miſerat eum Dominus, Jud. 18, 10.

▭ שָׁמַיִם m. d. *Cœlum, Cœli.* Mar. Merſennus deducit à שָׁמַם *Admiratus eſt, obſtupuit*, eò quod homines de iis *obſtupeſcant*. Sed analogia Grammatica repugnat, quia litera abjecta per Dageſch f. compenſari debuiſſet. Raſchi deducit ex אֵשׁ *Ignis*, & מַיִם *Aqua*, quia *ex igne & aqua* cœlos eſſe putavit. A quo non abit R. Bechai in Principio Paraſchæ שׁוֹטְרִים, ubi ſcribit. שמים נבראו תחלה ונקראו שמים לפי שהם אש ומים i. e. *Cœli creati ſunt ab initio, vocanturque* שמים, *quia ſunt* אש & מים *Ignis & aqua.* R. Joſeph dictionem hanc exponit, ac ſi dicatur שָׁם מַיִם *Ibi aquæ.* Sed rectius Aben-Eſra deducit ab Arabum سما *Altus fuit*, quia cœlis *altitudinis* notio convenit ſive ratione *loci & ſitûs*, ſive ratione *ſtatûs.* אֶשָּׂא אֶל־שָׁמַיִם יָדִי Suſtuli ad *cœlum* manum meam, Devt. 32, 40. In Statu Conſtr. שְׁמֵי הַשָּׁמַיִם *Cœli cœlorum*, Neh. 9, 6. Cum Suff. שָׁמֶיךָ *Cœli* tui, Devt. 28, 23. שְׁמֵיכֶם *Cœli* veſtri, Lev. 26, 19. Cum locali הַשָּׁמַיְמָה Verſus *cœlum*, Gen. 15, 5.

1) Generatim notat *id, quod altum eſt*, ſive ratione *loci & ſitûs*, ſive ratione

tione *ſtatûs & dignitatis.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *cœlum* 1) *ſidereum*, quod elementa claudit & ambit, ſiderumque & ſtellarum receptaculum eſt, Gen. 1, 14. 15. 17. c. 15, 1. Pſal. 8, 4. Pſalm. 19, 1. 5. Jeſ. 14, 13. 2) *aëreum*, in quô dantur nubes tonitrua, volant revolantque aves &c. Gen. 2, 20. Lev. 26, 19. Devt 28, 23. 1. Reg. 8, 35. 2. Chron. 7, 13. Job. 1, 16. c. 2, 12. Pſ. 18, 14. Pſ. 78, 26. Pſ. 79, 2. Jer. 4, 25. β) *Impropriè* 1) *Metaphoricè* א) deſignat *Cœlum gratiæ*, ſeu *Eccleſiam* vel *regnum Dei ſpirituale.* Ita capitur Jeſ. 51, 16. ubi *cœli plantatio* indigitat *Eccleſiæ conſtitutionem*; & Jeſ. 65, 17. *novi cœli creatio* deſignat *Eccleſiæ per Chriſtum reſtaurationem*, quæ in hac vita inchoatur, in altera autem conſummatur. ב) *Cœlum gloriæ* ſeu *majeſtaticum*, ubi Deus habitare, ſuamque inde infinitam gloriam & majeſtatem conſpicuam reddere dicitur, Devt. 26, 15. 1. Reg. 8, 39. 43. Pſal. 2, 4. Pſal. 103, 19. Inde *Deus* dicitur *Deus cœli*, 2. Chron. 36, 23. Eſr. 1, 2. Neh. 1, 4. 5. c. 2, 4. 20. Pſ. 136, 26. Jon. 1, 9. *non*, quod cœlo, velut locô quodam circumſcribatur & contineatur, quia cœli cœlorum eum non capiunt aut ſuſtinent, 1. Reg. 8, 27. *nec*, quod procul remotus ſit à terrâ, quia cœlum & terram replet, Jer. 23, 24. *ſed*, quod ibi & inde ſe gloriosè manifeſtet ſanctis Angelis & beatis hominibus, terræque beneficia tribuat, &c. 2) *Metonymicè* notat *ipſum Deum*, qui in cœlis gloriosè habitat, Pſal. 73, 9. Quæ acceptio apud Ebræorum Magiſtros non infrequens eſt. Ita enim in Medraſch Coheleth. c. 5, 16. Qui venit viſitatum ægrotum, dicit. השמים ירחמו עליך *Cœli* miſereantur tui, i. e. *Deus* miſereatur tui. Conf. Medraſch Coheleth. c. 9. v. 12. Cod. Pirke Avoth c. 4. Similiter apud eosdem מיתה בידי שמים *Mors per manus cœli*, eſt mors, quam *Deus* immediate & ſubitò immittit. Vid. Luc. 15, 18.

שָׁמַר *Perdidit, Diſperdidit; Diſſipavit, Delevit.* In *Kal* non legitur. Niphal נִשְׁמַר *Perditus, Diſperditus, Diſſipatus eſt.* וְנִשְׁמַד מוֹאָב מֵעָם Unde *perditus eſt* Moab, ut non ſit populus, Jer. 48, 42. Infin. cum Fut. הִשָּׁמֵד תִּשָּׁמֵדוּן *Perdendo perdemini*, i. e. penitus perdemini, Devt. 4, 26. עַד־הִשָּׁמֶדְךָ Usque ad *perdi* te, i. e. donec perdaris, Devt. 28, 20. Hiphil הִשְׁמִיד *Perdidit.* וְהִשְׁמִידְךָ מֵעַל־פְּנֵי הָאֲדָמָה Et *perdat* te, ne ſis amplius ſuper terra, Devt. 6, 15. מ enim Particulis propinquitatem inferentibus *negativè* exponendum eſt, ſubintellectô verbô Subſtantivò. Inf. לְהַשְׁמִיד אֶתְכֶם Ad *perdendum* vos, Devt. 9, 8.

1) Generatim notat *perditionem & excidium* ſive *perſonæ*, ſive *rei.* 2) Speciatim α) denotat *excidium & deletionem hominum*, tùm *totalem & omnimodam* e. g. incolarum alicujus loci, ut Horæorum, Devt. 2, 22. Emoræorum, Devt. 31, 4. Cananæorum, 2. Reg. 21, 9. Moabitarum, Jer. 48, 42. Ægyptiorum, Ezech. 32, 12. familiæ Jerobeami, 1. Reg. 15, 29. aliorum improborum, Devt. 4, 26. c. 28, 20. Pſ. 37, 38. Pſ. 82, 11. Pſ. 106, 23.

106,23. Prov. 14,11. tum *ſubitam*, Devt. 7,4. & *æternam*, Pſalm. 92,8. β) *Abolitionem & deſtructionem rei*, e.g. roboris, Hagg. 2,22. excelſorum, Lev. 26,30. Hoſ. 10,8. nominis, Jeſ. 48,19.

שְׁמוּאֵל m. *Schemuel, Samuel*, nomen proprium α) *Prophetæ*, à שָׁאַל *petiit, commodavit*, ſic dicti; quod à Deo *exoratus, Deoque commodatus* fuit. R. David Kimchi vocem compoſitam eſſe cenſet, in hoc ſenſu, quod à Domino (*mater*) petierit eum; quia continetur in literis *Schemuel*, שאול *expetitus*, & מאל q. d. שאול מאל *expetitus à Deo*. Inde Joſephus, & ex eo Procopius c. 2. Theodoret. quæſt. 8. Samuelem nominat Θεαίτητον, i.e. *à Deo expetitum*. β) *Viri ex Simeonis tribu oriundi*, qui fuit unus ex Præfectis ad terram Iſraelitis dividendam à Deo conſtitutis, Num. 34,20. γ) *Viri* ex tribu Iſſacharis oriundi, filii *Tholæ*, 1. Chron. 7,2.

שָׁמַט *Omiſit, Intermiſit, Intermiſſionem fecit; Dimiſit, Demiſit, Cadere* vel *labi ſivit, Dejecit, Deturbavit.* וְשָׁמַטְתָּה Et *intermiſſionem facies*, Jer. 17,4. כִּי שָׁמְטוּ הַבָּקָר Quia *labi ſiverant* eam vaccæ, h.e. in eum deduxerant locum arcam, ut *videretur labi*, vel lapſum minaretur, 2. Sam. 6,6. Fut. וַיִּשְׁמְטוּהָ Et *demiſerunt, deturbarunt* eam, 2. Reg. 9,33. Niphal נִשְׁמַט *Dejectus, Demiſſus, Deturbatus fuit.* נִשְׁמְטוּ בִידֵי סֶלַע *Dejiciantur, Deturbentur* per latera petræ, Pſalm. 141,6. Hiphil הִשְׁמִיט *Cadere fecit, Omiſit.* Fut. תַּשְׁמֵט *Cadere facias, omittas*, Devt. 15,3.

1) Generatim notat *ſinere* vel *facere rem deorſum cadere*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* notat *aliquid dejicere*, vel *demittere*, quia, qui rem dejicit, vel demittit, eam *deorſum cadere ſinit* vel *facit*. Ita legitur 2. Reg. 9,33. Pſ. 141,6. Conf. 2. Sam. 6,6. ubi dicitur de *vaccis* arcam Dei demittentibus, vel potius cadere ſinentibus. β) *Metaphoricè* notat *otioſè aliquid relinquere, intermittere, intermiſſionem facere, omittere*, qui enim rem otioſè relinquit, intermittit vel omittit, eam *quaſi cadere ſinit*. Ita dicitur 1) de *poſſeſſore terræ*, ſeptimo anno eam otioſè relinquente, & proventum ejus quaſi cadere ſinentē, ut eum capiat, qui volet, Exod. 23,11. Aſt Jer. 17,4. Propheta ex divino inſtinctu Judæis terram otioſè relinquere volentibus, ſed per cultum proventus ab eâ exigentibus, quos debebant *ſinere cadere*, minitatur, fore, ut non ſolum non queant fructum ab ea per cultum exigere, ſed etiam ipſa non cogatur ſedem ipſis dare, ipſique ex ea cadant & migrent. 2) De *eo*, qui jus ſuum, quod in alterum habet, *cadere ſinit*, Devt. 15,3. Vid. Guſſètius in Comment. Ebr. L.

שְׁמִטָּה f. *Intermiſſio, Omiſſio, Dimiſſio, Manumiſſio.* Incidebat in annum quemque ſeptimum, quô mutuum Creditor *cadere* tenebatur, ſervus & ancilla dimittebantur, & opus agricolationis intermittebatur. Vid. Devt. 15,1.2.9. & c. 31,16.

שָׁמֵם vel שָׁמַם; *Deſolavit*, *Deſolatus eſt*, *Vaſtatus eſt*; *Obſtupuit*, *Admirnatus eſt*, ubi conſtruitur cum עַל *Super*. עַל־אֲשֶׁר שָׁמֵמָה Propter id, quod *devaſtata* eſt, Ezech. 35, 15. שָׁמֵמָה *Devaſtati ſunt*, juxta Maſorethas, Ezech. 35, 12. Sed Auctor literarum intendit שְׁמָמָה *Vaſtitas*, non ſine inſigni emphaſi: *Vaſtitas*, *deſolatio ſunt*, i. e. *penitus vaſtati ſunt*. Part. שׁוֹמֵם *Deſolatus*, Thren. 3, 11. *Deſolans*, *Vaſtans*, Dan. 8, 13. Plur. שׁוֹמֵמִים *Deſolati*, Thren. 1, 16. & more Chaldæorum שׁוֹמֵמִין Thren. 1, 4. Fœm. שׁוֹמֵמָה *Deſolata*, Jeſ. 54, 1. ubi (..) accedente incremento finali retinetur, perinde ut in בּוֹגֵדָה Jer. 3, 8. יוֹלֵדָה Jeſ. 21, 3. Infin. שְׁמוֹת *Deſolare*, Ezech. 36, 3. eſt forma mixta ex geminante ſecundam, & ex quieſcente tertiâ ה perinde ut in חֲנוֹת *Miſereri* ex חָנַן & חָנָה. Nam ex geminantibus ſecundam foret שֹׁם, חֹן. Fut. אֵשֹׁם *Deſolabo*, Jeſ. 42, 14. יִשֹּׁם *Obſtupeſcet*, 1. Reg. 9, 8. pro אֵשֹׁם, יֵשֹׁם, More Chaldæorum factâ compenſatione literæ מ abjectæ in literâ præcedente, ob quam vocalis ordinaria ſub Præformativô manſit. יָשֹׁמּוּ יְשָׁרִים עַל־זֹאת *Obſtupeſcent* recti ſuper hoc, Job. 17, 9. Niphal נָשַׁם *Deſolatus*, *Vaſtatus eſt*; *Stupuit*, *Obſtupuit*. עַל־יוֹמוֹ נָשַׁמּוּ Super die ejus *obſtupeſcent*, Job. 18, 20. נָשַׁמּוּ מְסִלּוֹת *Devaſtata ſunt* ſemitæ, Jeſ. 33, 8. Part. נָשַׁם *Deſolatus*. Fœm. נְשַׁמָּה *Deſolata*, Pſ. 69, 26. Piel שׁוֹמֵם *Deſolavit penitus*; *Valde deſolatus eſt*, *Obſtupuit totus*. Part. וָאֵשְׁבָה מְשׁוֹמֵם Et ſedebam *totus ſtupens*, Eſr. 9, 3. *Deſolans penitus*, Dan. 9, 27. Hiphil הֵשַׁם *Deſolavit*, *Diſperdidit*, *Devaſtavit*; *Stupuit*, *Obſtupuit*. וַהֲשִׁמֹּתִי אֶרֶץ Et *vaſtabo* terram, Ez. 30, 12. הֵשַׁמּוּ *Devaſtarunt*, Pſ. 79, 7. Infin. הַשְׁמֵם *Deſolando*, Mich. 6, 13. Fut. יַשִּׁים *Devaſtabit*, Jer. 49, 20. pro יַשְׁים Factâ compenſatione literæ abjectæ, more Chaldæorum per Dageſch in præcedente literâ, & vocali brevi ſub Præformativo retentâ. Ita quoque eſt Num. 31, 30. וַנַּשִּׁים Et *deſolavimus*. וַיְשִׁמֵּם Et *deſolavit* eos, 1. Sam. 5, 6. Hophal הוּשַׁם *Deſolatus eſt*; *Obſtupuit*, per alternationem הָשַׁם. Inde Imper. וְהָשַׁמּוּ Et *obſtupeſcite*, Job. 21, 5. Infin. בְּהָשַׁמָּה In *deſolatam eſſe* eam, i. e dum deſolata fuit, Lev. 26, 43. per Metatheſin pro בְּהָשַׁמָּה. Hithpael הִשְׁתּוֹמֵם *Obſtupuit*, *Stupori ſe expoſuit*. Fut. וְאֶשְׁתּוֹמֵם Et *obſtupeſcam*, Jeſ. 63, 5. יִשְׁתּוֹמֵם *Obſtupeſcet*, Pſal. 143, 4. Sed Eccl. 7, 16. תִּשּׁוֹמֵם *Stupori te expones*, eſt forma ex Niphal & Hithpael.

1) Generatim Coccejo notat *carentiam ejus*, *quod ornatui*, *decori & bono eſt*. Sed quid ſi dicas, in genere deſignare *mutationem aliquam inſignem* ſive *animi*, ſive *rei*, *connotatam privatione integritatis rei*, *& carentia ejus*, *quod ornatui*, *decori & bono eſt*. Unde 2) ſpeciatim *α*) notat *Obſtupeſcere ob rei inopinatum eventum*, *novitatem*, aut etiam *indignitatem*. *Stupor* enim *animi mutationem* indigitat. *Stuporis objectum* deſignatur per particulam עַל *Super*. Ita dicitur 1) *propriè* de homine, obſtupeſcente ſuper

hominis florentis miſero exitu, Job. 18, 20. ſuper vaſtatione terræ, Lev. 26, 32. 1. Reg. 9, 8. Jer. 18, 16. c. 19, 8. Tyri, Ezech. 25, 35. ſuper excidio Regis Tyri, Ez. 28, 19. ſuper divina diſpenſatione ſortis piorum & impiorum, Job. 21, 5. 2) *Impropriè a)* ἀνθρωποπαθῶς de *Domino* obſtupeſcente, quod non eſſet intercedens, Jeſ. 59, 16. Conf. Jeſ. 63, 5. ubi *Meſſias* circumſpiciens, num ſit intercedens vel opem ferens, obſtupeſcebat, quod nullum deprehenderet. *b)* Per προσωποιΐαν de *cœlis*, obſtupeſcere juſſis ſuper idololatriâ Judæorum, Jer 2, 12. β) Notat *vaſtari, deſolari, in vaſtitatem & ſolitudinem redigi, vaſtatione horrenda*, quæ, quia omnimodam priſtini decoris & integritatis carentiam, horridamque è contrariò omnis generis rerum præſentiam infert, conſpicientium animos in ſtuporem rapit, ut, quid dicant, neſciant. Ita dicitur de vaſtata Judæa, Jer. 12, 11. c. 33, 10. Thren. 5, 18. Ezech. 25, 3. c. 33, 28. c. 35, 12. & Ægypto, Ez. 32, 15. item de altaribus deſtructis, Ez. 6, 4. Sed Jeſ. 54, 1. Metaph. transfertur ad deſignandam *ſterilem & infæcundam*.

שָׁמֵם m. *Deſolatum*, Thren. 5, 18. Dan. 9, 17. Fœm. שְׁמָמָה *Deſolata*, Jer. 12, 11. Sæpius non legitur.

שׁוֹמֵם m. *Vaſtans*, *Deſolans*, Dan. 8, 13. *Deſolatus*, Thren. 3, 11. vide in Radice. Plur. שׁוֹמְמוֹת *Deſolationes*, Jeſ. 61, 4. Cum Suff. שֹׁמְמֹתֵינוּ *Deſolationes* noſtræ, Dan. 9, 18. שֹׁמְמֹתַיִךְ *Deſolationes* tuæ, Jeſ. 49, 19. Sæpius non legitur.

שְׁמָמָה f. *Deſolatio, Devaſtatio, Solitudo*; & in concretò cum emphaſi, *plane deſolatus, penitus devaſtatus.* וְהָיְתָה אַרְצְכֶם שְׁמָמָה Et erit terra veſtra *deſolatio*, i. e. *penitus* devaſtata, Lev. 26, 33. מִדְבַּר שְׁמָמָה Deſertum *ſolitudinis*, Jeſ. 12, 11.

1) Generatim notat *mutationem*, quâ res ſuâ integritate, vigore & ornatu privatur, & è contrario talis rerum facies inducitur, vel adeſt, quæ ſpectatoribus nonniſi *ſtuporem maximum* incutere poteſt. 2) Speciatim α) notat *ſtupendam deſolationem*, quam Deus irâ percitus *per hoſtem* vel *alio modo* immittit. Ita dicitur 1) de horrenda devaſtatione tum *terræ univerſæ*, Lev. 26, 33. Jeſ. 1, 7. c. 6, 11. c. 62, 4. Jer. 4, 27. c. 32, 43. Ez. 33, 29. tùm *alicujus urbis*, Joſ. 8, 28. Jeſ. 64, 9. Jer. 6, 8. c. 9, 10. c. 10, 22. c. 34, 22. c. 50, 13. 2) de everſione & deſtructione *idolorum*, Mich. 1, 7. β) *Solitudinem loci vaſti & inculti*, quæ ex ſoli ſterilitate, vel aliis ex cauſis eſt. Ita dicitur de *deſerto*, Jer. 12, 4. Joel. 2, 31. c. 4, 9.

שִׁמָמָה f. *Deſolatio, Devaſtatio*, quâ rei integritas & decus evertitur, & horrenda rerum facies inducitur, quæ in ſtuporem rapit animum. Quinquies legitur. לִשְׁמָמָה *Deſolationi*, Ezech. 35, 7. Plur. שִׁמְמוֹת עוֹלָם *Deſolationes* ſeculi, i. e. perpetuæ, Ez. 35, 9. Et cum (:) ſimplici שִׁמְמוֹת עוֹלָם *Vaſtitates ſeculi*, i. e. *perpetuò & totaliter deſolata* eris, Jer. 51, 26. 62. Ponitur abſtractum pro concreto non ſine emphaſi. Conf. Jer. 25, 12.

שִׁמָּמוֹן m. *Stupor.* Tantum extat Ezech. 4, 16. c. 12, 19. ubi Propheta Judæis minatur, quod aquam ſuam cum *ſtupore* bibituri ſint.

שַׁמָּה f. *Stupor; Res Stupenda; Deſolatio.* שַׁמָּה הֶחֱזִקָתְנִי: *Stupor* corripuit me, Jer. 8, 21. לָשׂוּם הָאָרֶץ לְשַׁמָּה Ad ponendum terram in *devaſtationem*, Jeſ. 13, 9. Plur. שַׁמּוֹת *Deſolationes*, Pſ. 46, 9.

Generatim infert *mutationem aliquam inſignem*, ſive *animi*, ſive *rei alterius.* 2) Speciatim α) notat *ſtuporem*, qui infert *mutationem animi ingentem*, ob inopinatum rei eventum, vel aliam cauſam, Jer. 8, 21. Sed *Metonymicè* notat *rem ſtupendam*, Jer. 5, 30. Ita ſæpe deſignat *cauſam & materiam ſtuporis*, quando *aliquid dicitur eſſe*, vel *dari in ſtuporem*, Devt. 28, 37. 2. Reg. 22, 19. 2. Chron. 29, 8. Jer. 19, 8. c. 25, 9. c. 29, 18. c. 42, 18. c. 44, 22. β) Significat *ſtupendam deſolationem & everſionem*, quâ aliquid ſuâ integritate, decore & nitore privatur, totumque dirutum & devaſtatum jacet. Ita dicitur 1) de *everſione & excidio hominum improborum*, 2. Chron. 30, 7. Pſ. 73, 19. 2) de *deſolatione rerum*, e.g. terræ, Jeſ. 13, 9. Jer. 2, 15. c. 14, 7. c. 18, 16. c. 25, 11. 38. c. 50, 3. urbis, Jeſ. 24, 12. Jer. 48, 9. c. 51, 43. domuum magnarum, Jeſ. 5, 9.

מְשַׁמָּה f. *Stupor*, Ez. 5, 15. *Deſolatio.* וְנָתַתִּי אֶת־הָאָרֶץ שְׁמָמָה וּמְשַׁמָּה Et dabo terram *vaſtitatem & deſolationem*, i. e. totaliter & in omnibus ſuis locis vaſtabo, Ez. 6, 14. c. 33, 28. 29. c. 35, 3. Plur. מְשַׁמּוֹת *Deſolationes.* מֵי נִמְרִים מְשַׁמּוֹת יִהְיוּ Aquæ Nimrim *deſolationes*, i. e. deſolatæ erunt, h. e. nobiliſſimus tractus ad aquas Nimrim ſitus penitus devaſtabitur. *Metonymicè* enim *aqua Nimrim* deſignat regionem *Nimrim irriguam & fertilem*, Jeſ. 15, 6. vel 11. Conf. Jer. 48, 34. Sæpius non occurrit.

שָׁמֵן *Saginatus eſt, Pinguis eſt vel factus eſt, Impinguatus eſt.* שָׁמַנְתָּ *Pinguis factus es*, Devt. 32, 15. Hiphil הִשְׁמִין *Pinguem reddidit, Impinguavit; item Pinguis factus eſt, Impinguatus eſt.* Imp. הַשְׁמֵן לֵב עַם־הַזֶּה *Impingua* cor populi hujus, Jeſ. 6, 10. Fut. וַיַּשְׁמִינוּ Et *pingues facti ſunt*, Neh. 9, 25.

1) Generatim *pingueſcendi* notionem obtinet, ſive *propriè*, ſive *impropriè.* 2) Speciatim α) *propriè* eſt *animantium*, quæ pingueſcunt & obeſa fiunt, dum copioſius pabulum vel eſcam accipiunt. Sed *propriè* non legitur. β) *Metaphoricè* 1) transfertur ad deſignandam *pinguedinem* ſeu *copiam divitiarum*, Jer. 5, 28. 2) quia *pinguedo & obeſitas* animalia non ſolum *refractaria*, ſed etiam *ſensûs expertia reddit*, ut in porcis videre eſt; hinc transfertur tùm ad *homines multis à Deo bonis ditatos*, qui ideò impii & refractarii facti ſunt. Devt. 32, 15. Neh. 9, 25. tùm ad *homines in malo induratos*, quorum cor in malo quaſi occaleſcit, & magis magisque induratur, Jeſ. 6, 10. Sæpius non legitur.

שָׁמֵן m. *Pinguis.* מִרְעֶה שָׁמֵן Paſcuum *pingue*, Ezech. 34, 14. כָּל־שָׁמֵן Omnis *pinguis*, i. e. *robuſtus*, Jud. 3, 29. Fœm. שְׁמֵנָה *Pinguis, Pinguedo.* בְּאֶרֶץ הָרְחָבָה וְהַשְּׁמֵנָה In terra lata & *pingui*,

 Neh.

Neh. 9, 35. מֵאָשֵׁר שְׁמֵנָה לַחְמוֹ E cibo Aſcheris erit *pinguedo*, Gen. 49, 20. Præpoſitio enim d. l. non fluit in nomen immediatè ſibi ſubjunctum, ſed in remotius לַחְמוֹ, cujus Suffixum indicat caſum obliquum præcædentis.

1) Generatim notat *pingue* tùm *adjectivè*, tum *ſubſtantivè*. 2) Speciatim α) *Adjectivè* 1) *propriè* eſt *animantis*, & idem eſt ac *pingue*, *obeſum*, vide Ezech. 34, 16. 2) *Metaphoricè* transfertur ad deſignandam a) *terræ fertilitatem & ubertatem*, Num. 13, 20. Neh. 9, 25. 35. b) *rerum aliarum copiam & bonitatem*, e. g. paſcui, Ez. 34, 14. portionis, Hab. 1, 16. Conf. Jeſ. 30, 23. β) *Subſtantivè* notat *pinguedinem*, Gen. 49, 20.

שֶׁמֶן m. *Pinguedo*; *Oleum*; *Unguentum*. שֶׁמֶן הַמִּשְׁחָה *Oleum* unctionis, Ex. 29, 7. בְּקֶרֶן בֶּן־שָׁמֶן In cornu, *filio pinguedinis*, i. e. in loco edito & pingui, Jeſ. 5, 1. וְצַפַּחַת הַשֶּׁמֶן לֹא תֶחְסָר Et lenticula *olei*, i. e. oleum ex lenticula non deficiet, 1. Reg. 17, 14. שֶׁמֶן שָׂשׂוֹן *Oleum* lætitiæ, i. e. lætificans, exhilarans, Pſ. 45, 8. Cum Suff. שַׁמְנִי *Oleum* meum, Hoſ. 2, 7. Plur. שְׁמָנִים *Pinguia*; *Unguenta*. מִשְׁתֵּה שְׁמָנִים Convivium *pinguium*, Ezech. 25, 6. וְרֵאשִׁית שְׁמָנִים יִמְשָׁחוּ Et primitiis *oleorum*, *unguentorum*, i. e. præſtantiſſimo oleo, unguento, ungent ſe, Am. 6, 6. Cum Suff. וְרֵיחַ שְׁמָנַיִךְ Et odor *unguentorum* tuorum, Cant. 4, 10.

II) Generatim *pinguedinis* notionem obtinet. 2) Speciatim 1) *propriè* notat α) *pinguedinem carnis*, Pſ. 109, 24. β) *Oleum* tum *naturale & ſimplex*, *ſeu purum* ex fructibus oleæ expreſſum, Exod. 27, 20. c. 30, 24. 1. Reg. 17, 12. 1. Chr. 27, 28. tum *conditum & compoſitum* ſeu *mixtum*; cujus generis erat 1) *oleum unctionis* & *ſanctitatis*, ſingulari ſtudio ex præſtantiſſimis aromatibus & oleo olivæ confectum, Ex. 30, 25. 26. 27. quo tùm *tabernaculum* cum univerſa ipſius ſupellectili, tum *Aaron* cum ſuis filiis juſſu divino ungebatur, Ex. 29, 7. c. 30, 31. 2) *oleum*, quod orientales in conviviis adhibere ſolebant, guttatim ſuper caput illud ſtillantes, eoque cerebrum & ſpiritus jucunda fragrantia reficientes, Prov. 21, 17, Eccl. 7, 5. Inde etiam deſignat γ) *unguentum* olei vel *balſami ſuaveolentis*, & reficientis, Prov. 27, 1. Conf. Cant. 1, 3. 2) *Metaphoricè* α) ſub *pinguedinis* notione transfertur ad deſignandam *terræ fertilitatem & fœcunditatem*. Ita Jeſ. 28, 1. 4. Samaria ſita dicitur in capite vallis pinguedinum, i. e. vallis fertiliſſimæ. Conf. Jeſ. 5, 1. ubi vinea Domini fuiſſe memoratur in cornu, filio pinguedinis, i. e. in loco edito & fertili. β) Sub *olei* notione 1) deſignat *rerum jucundarum copiam & abundantiam*, Deut. 32, 13. c. 33, 24. Job. 29, 6. 2) quia *oleum* membra inuncta corroborat & reficit, luxata fovet, dolores lenit, ardorem extinguit, &c. adhibetur ad indigitandum *animi gaudium & refectionem*, Pſ. 23, 5. Pſ. 52, 11. Pſ. 141, 5. Jeſ. 61, 3. Huc refer, quod *Spiritus S. ejusque dona* dicuntur *oleum lætitiæ*, i. e. exhilarans, Pſ. 45, 8. 3) *Metonymicè* notat *ipſum unctum*, Jeſ. 10, 27. per quem Flacius in clave intelligit *pium Ezechiam*, propter quem deſtruenda erat

Ty-

Digitized by Google

Tyrannis Regis Aſſyrii. Chaldæus, Junius & Tremellius per unctum intelligunt *Meſſiam*. Vid. Glaſſ. Rhet. S. Tract. I. c. 4. de Meton. Adj. Sed quia nullum hujus adeſt indicium, Seb. Schmidio ſimplicius videtur ſumi pro *pinguedine*; cum ligna pinguia facilè dirumpantur. Ita *jugum pingue factum*, i. e. Aſſyrii nimis ſuperbi facti, frangentur ſimul, quando ob ſuperbiam ſuam occidentur.

שְׁמֹנֶה m. *Octo, Octavus*. A *pinguedine* quidam deducunt, quod poſt ſeptenarium numerum, qui Hebræis feſtus fuit & Sabbathum, ſequeretur numerus pinguedinis. Vid. Pagnini Theſ. ling. Sanct. שְׁמֹנֶה שָׁנִים *Octo* anni, Jud. 3, 8. בִּשְׁנַת שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה In anno decimo *octavô*, Jer. 52, 29. 2. Reg. 22, 3. Fœm. שְׁמֹנָה *Octo, Octava*. וַיּוֹלֶד עֶשְׂרִים וּשְׁמֹנָה בָּנִים Et genuit viginti & *octo* filios, 2. Chron. 11, 28. וּבְיוֹם שְׁמוֹנָה לַחֹדֶשׁ Et in die *octavo* menſis, 2. Chron. 29, 17. In Statu conſtr. וּבֶן־שְׁמֹנַת יָמִים Cum fuerit filius octo dierum, Gen. 17, 12. Plur. שְׁמֹנִים *Octoginta*, Gen. 16, 16. בֶּן־שְׁמֹנִים שָׁנָה *Octoginta* annos natus, Exod. 7, 7. *Octogeſimus*. בִּשְׁמֹנִים שָׁנָה In *Octogeſimo* anno, 1. Reg. 6, 1.

שְׁמִינִי m. *Octavus*. בַּיּוֹם הַשְּׁמִינִי In die *octavo*, Lev. 9, 1. c. 12, 3. 2. Chr. 7, 9. Fœm. שְׁמִינִית *Octava*. שְׁנַת הַשְּׁמִינִת Annus *octavus*, Lev. 25, 23. Sed Pſ. 6, 1. Pſ. 12, 1. 1. Chron. 15, 21. refertur ad Muſicam, & deſignare cenſetur *Inſtrumentum muſicum* octo chordarum. Vide Mercer. Lex. Juxta alios, teſte Buxtorffio, deſignat *gravem ſymphoniam*, qualis eſt *baſſus*, qui *octavo ſonô* à reliquis vocibus diſtat.

מִשְׁמָן m. *Pinguedo, Pingue*. מִשְׁמַן בְּשָׂרוֹ יֵרָזֶה *Pinguedo* carnis ejus emaciabitur, Jeſ. 17, 4. Plur. מִשְׁמַנִּים *Pinguedines*, *Pinguia*. מִשְׁמַנֵּי הָאָרֶץ *Pinguedines* terræ, Gen. 27, 28.

1) Generatim *pinguedinis* notionem infert, ſive in *abſtracto*, ſive in *concreto*. 2) Speciatim α) in *abſtracto* 1) *propriè* notat *pinguedinem carnis*, ceu colligi poteſt ex Jeſ. 17, 4. quanquam ibi tropicè ad aliud deſignandum transferatur. 2) *Metaphoricè* denotat tùm *telluris bonitatem & fertilitatem*, Gen. 27, 28. tùm *opum & divitiarum copiam*, Jeſ. 17, 4. β) *In concreto* deſignat tum *homines è populo præcipuos, Magnates & Principes*; ut, ſicut in corpore animantis partes pinguiores habentur pro optimis, ita & *Magnates & Principes* in populo habeantur pro optimis & præſtantiſſimis in corpore communitatis, Pſ. 78, 31. Jeſ. 10, 17. tum *locos terræ opimos, fertiles & opulentos*, qui ob fertilitatem, ſituationem amœnam ac opulentiam præ cæteris æſtimantur, Gen. 27, 39. Dan. 11, 24. Sæpius non legitur.

מַשְׁמַנִּים m. pl. *Pinguia*. Semel legitur Neh. 8, 10.

אַשְׁמַנִּים m. pl. *Pinguedines*. Tantum extat Jeſ. 59, 9. Derivatio variat. Quidam enim derivant à R. אָשַׁם & reddunt *loca deſolata, tenebricoſa*; Alii à שָׁמַן deducunt, & interpretantur, *Pinguedines*, Metaphoricè *omnium rerum affluentiam* deſignantes; ut d. l. בָּאַשְׁמַנִּים Inter *pinguedines* idem ſit, ac *in omnium rerum affluentia*.

Sed, quia opponitur *mortuis*, ſicut antea *meridies nocti*, hinc *viventes* Sebaſt. Schmidio notare videtur. *Nam ut vivi mortui ſunt arida oſſa, ſine ulla pinguedine, ſic contra viventes pingues dicti videntur.* Unde hunc ſtatuit ſenſum: *Impegimus in meridie, quaſi in intempeſta nocte:* (impegimus) *inter vivos* (*in luce viventium*) *quaſi inter mortuos*, (*in tenebris mortuorum.*

שָׁמַע & שָׁמֵעַ *Audivit, Exaudivit; Attendit, Auſcultavit*; ubi conſtruitur cum אֶל, item *Obedivit, Obtemperavit, Acquievit*, ferè ſi cum ב vel ל ſequente קוֹל *vox* conſtruitur. שָׁמַע יְהוָה אֶל־עָנְיֵךְ *Attendit* Dominus ad miſeriam tuam, Gen. 16, 11. שָׁמַע יְהוָה תְּחִנָּתִי *Exaudivit* Dominus precationem meam, Pſ. 6, 10. שָׁמַעְתָּ בְּקֹלִי *Obtemperaſti* voci meæ, Gen. 22, 18. Particip. שֹׁמֵעַ לִי Qui *obediens* eſt mihi, Prov. 1, 33. Fœm. שֹׁמַעַת *Audiens*, Gen. 18, 10. Infin. בְּיוֹם שְׁמֹעַ אִישָׁהּ In die *audire*, i. e. quo *audivit* maritus ejus, Num. 30, 9. כְּשָׁמְעוֹ Juxta *audire ipſum*, i. e. cum *audiret*, Gen. 39, 15. Sed Jeſ. 30, 19. eſt כְּשָׁמְעָתוֹ ex שָׁמְעָה cum ה Paragogico, quod ob accedens Suffixum (וֹ) in ת tranſiit, perinde ut in בְּקָרְבָתָם In *accedere* eos, i. e. quum *accederent*, Ex. 40, 32. Fut. אֶשְׁמַע *Audiam*, 2. Chr. 7, 14. אֶשְׁמְעָה *Audiam*, cum ה Paragogico, Pſ. 85, 9. Imp. שְׁמַע Gen. 21, 12. & cum ה Parag. שִׁמְעָה Job. 34, 16. שְׁמָעֵנוּ *Audi* nos, Gen. 23, 6. שְׁמָעוּנִי *Audite* me, Gen. 23, 8. Fœm. שְׁמַעְנָה קוֹלִי *Audite* vocem meam, Jeſ. 32, 9. Sed Gen. 4, 23. eſt שְׁמַעַן, per Apocopen ה reſecto, & (:) ſub ע in (-) Furtivum mutato. Niphal נִשְׁמַע *Auditus fuit, Obtemperavit.* Infin. בְּהִשָּׁמַע דְּבַר הַמֶּלֶךְ In *audiri*, i. e. cum *audiretur* verbum Regis, Eſth. 2, 8. יִשָּׁמְעוּ לִי *Obedient* mihi, 2. Sam. 22, 45. Pſ. 18, 45. Piel שִׁמֵּעַ *Audiri fecit, Promulgavit, Notum fecit.* Fut. וַיְשַׁמַּע שָׁאוּל אֶת־הָעָם Et *notum fecit populo*, 1. Sam. 15, 4. Hiphil הִשְׁמִיעַ *Audire fecit* cum adjuncto perſonæ; aliàs *audire* aut *exaudire fecit, audiendum dedit vel propoſuit; Sonuit, Perſonuit, Reſonuit, Pronunciavit, Promulgavit, Divulgavit, Annunciavit, Narravit, Enunciavit, Promulgavit promulgatione convocavit, Congregavit.* הִשְׁמִיעַ אֶת־כָּל־יְהוּדָה *Audire fecit* univerſum Judam, 1. Reg. 15, 22. וְהִשְׁמִיעַ אֶת־הוֹד קוֹלוֹ Tum *audiri* faciet, *audiendam* dabit Dominus gloriam vocis ſuæ, Jeſ. 30. 30. מִשָּׁמַיִם הִשְׁמַעְתָּ דִּין Ex cœlo *audiri feciſti* judicium, Pſ. 76, 9. Infin. בִּמְצִלְתַּיִם נְחֹשֶׁת לְהַשְׁמִיעַ Cum cymbalis æris, i. e. æneis ad *ſonandum*, 1. Chron. 15, 19. לַשְׁמִעַ בְּקוֹל תּוֹדָה Ad audiri facere, i. e. ut audiri faciam vocem confeſſionis, Pſ. 26, 7. ubi eſt לַשְׁמִעַ per Aphæreſin pro לְהַשְׁמִיעַ. Imper. הַשְׁמִיעוּ אֶל־בָּבֶל רַבִּים *Præconio excitate* contra Babelem jaculatores, Jer. 51, 29.

1) Generatim *audiendi* notionem infert. 2) Speciatim I) in *Kal* notat 1) *nudam auditionem* vel *perceptionem ſoni, ſine attentione, adſenſu & obſequio.* Ita redditur *audire, auribus percipere*, e. g. vocem Domini,

Gen.

Gen. 3, 8. Devt. 4, 12. buccinæ, Neh. 4, 14. cantorum, 2. Sam. 19, 36. populi exultantis, 2. Reg. 11, 13. 2. Chron. 23, 14. 2) *Auditionem cum attentione conjunctam*, quæ fit aure quaſi arrecta. Ita valet *attendere, aures animumque advertere, diligenter auſcultare*. Ita conſtruitur vel abſolutè, Eccl. 5, 17. Jeſ. 1, 10. c. 28, 14. vel interveniente ל, Job. 31, 35. Pſ. 34, 12. vel אל, Jeſ. 46, 3. 12. Huc refer, quando *Deo* per *ἀνθρωποπάθειαν* tribuitur, deſignans *ipſius exauditionem*, quam *præſtat piis*, velut certiſſimum ſui favoris & benevolentiæ in ſatisfaciendo ipſorum votis, deſideriis, ſuſpiriis & precibus documentum, Gen. 16, 11. c. 17, 20. Exod. 2, 24. c. 22, 22. 1. Reg. 8, 30. 32. 34. 36. 39. 43. 2. Chron. 2, 6. c. 7, 14. c. 20, 9. Job. 34, 28. Pſ. 4, 4. Pſ. 5, 4. Pſ. 6, 10. Pſ. 10, 17. Pſ. 18, 7. Pſ. 66, 19. Pſ. 130, 2. Pſ. 145, 19. Jeſ. 37, 4. c. 65, 24. *denegat impiis & hypocritis*, Devt. 1, 45. Job. 27, 9. c. 35, 13. Ezech. 18, 18. 3) Præter *auditionem attentam* infert etiam *adſenſum* & *obſequium*. Qui enim alterius imperium detrectat, ne ſemel quidem ipſius mandato *audiens eſt & obſequens*. Unde redditur *obſequi, obtemperare, obedire*. In hac ſignificatione conſtruitur nunc cum ל, nunc cum קול, cui ב vel ל præfigitur, nunc cum Accuſativo. Sic tribuitur *homini* obſequenti a) *alii homini*, cum קול *vox*, Gen. 3, 17. c. 21, 12. c. 27, 13. Exod. 18, 19. 1. Sam. 2, 25. cum אל, Devt. 18, 19. Gen. 28, 7. Joſ. 1, 17. 2. Reg. 18, 31. 32. cum את, Joſ. 1, 18. Jud. 2, 17. & *abſolutè*, Prov. 4, 1. b) *Sapientiæ*, Prov. 1, 33. c. 8, 32. 34. c) *Deo* cum קול *vox*, Exod. 5, 2. c. 19, 5. Joſ. 24, 24. Devt. 26, 14. Jud. 2, 20. 1. Sam. 12, 15. Pſ. 81, 12. Jer. 38, 20. c. 42, 6. cum ל, Lev. 26, 14. 18. 27. Jer. 17, 27. c. 26. 4. *ejusque præceptis*, Devt. 1, 11. 27. 28. c. 28, 13. Mal. 2, 2. d) *Verbis Prophetarum falſorum*, Jer. 23, 16. c. 27, 9. 14. 16. 4) *Metaphoricè* notat *interiorem animi intelligentiam*, reddique poteſt, *intelligere*, verſtehen/ Gen. 11, 7. c. 41, 15. c. 42, 23. Devt. 28, 49. 2. Reg. 18, 26. Jeſ. 36, 11. Jer. 5, 15. Si jungitur voci האזין *Auribus percepit*, emphaticum eſt, *reconditam dictorum intelligentiam indigitans*, ubi obſcurior, vel maxime notabilis ſententia proponitur, Gen. 4, 13. Devt. 32, 1. Job. 33, 1. c. 34, 16. Pſalm. 49, 2. Jeſ. 1, 2. c. 28, 23. Jer. 13, 15. Hoſ. 5, 1. Joel. 1, 2. Vid. Glaſſ. Rhet. S. Tract. I. c. 12. II) In *Niphal* α) *paſſivè* ſignificat, notans *audiri, auribus percipi*, Gen. 45, 16. 1. Reg. 6, 7. 2. Chron. 30, 27. β) *Activè* ſignificat, notans *auſcultare, obedire*, 2. Sam. 22, 45. Pſ. 18, 45. III) In *Piel* ſaltem bis legitur, ſignificans *audire facere, audiendum proponere*, 1. Sam. 15, 4. c. 23, 8. IV) In *Hiphil* 1) ſignificat efficienter α) *audire facere*, ſi jungitur *perſonæ*, Devt. 4, 36. Devt. 4, 2. Jud. 13, 23. β) *Audiri facere*, vel *audiendum dare*, ſi jungitur voci *rem audiendam* deſignanti, Pſal. 66, 8. Pſal. 76, 9. Jeſ. 30, 30. c. 44, 8. c. 45, 21. c. 48, 5. 6. c. 62, 11. Jer. 4, 5. 2) *Sonare*, vel *ſonum edere*, qui audiatur, 1. Chron. 15, 28. c. 16, 5. 42.

שֵׁמַע & שֶׁמַע m. *Auditus, Auditio, Sonus*; *Fama, Rumor, Sermo*. שֵׁמַע שְׁלֹמֹה *Fama* Salomonis, 1. Reg. 10, 1. לְשֵׁמַע אֹזֶן שְׁמַעְתִּיךָ Juxta

Juxta *auditum* auris audivi te, Job. 42, 5. Cum Suff. שָׁמְעוּ אֶת־שִׁמְעֲךָ Audiverunt *famam* tuam, Num. 14, 15. הַלְלוּהוּ בְצִלְצְלֵי שָׁמַע Laudate eum cum cymbalis *auditûs ſoni*, i. e. *tinnientibus*, Pſ. 150, 5. ubi eſt (ָ) pro (ֵ) ob accentum Dominum.

1) Generatim notat *auditum*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *actionem audiendi*, Pſ. 18, 45. Job. 42, 5. β) *Metonymicè* notat *materiam audibilem* vel *rem auditam*, np. 1) *ſonum*, qui auribus percipitur, Pſ. 150, 5. 2) *Famam* vel *rumorem de aliquo*, qui auribus percipitur, Gen. 29, 13. Exod. 23, 1. Num. 14, 15. Devt. 2, 5. 1. Reg. 10, 1. 2. Chron. 9, 1. Job. 28, 22. Jeſ. 23, 5. Nah. 3, 19. Hab. 3, 1. Jer. 37, 5. c. 50, 43.

שֵׁמַע m. *Fama*. Quater legitur cum Suff. שָׁמְעוֹ *Fama* ejus, Joſ. 6, 27. c. 9, 9. Eſth. 9, 4. Jer. 6, 24.

שְׁמוּעָה f. *Fama*, *Rumor*, *Præconium*, *Dicterium*, *Nuncium*. שְׁמוּעָה טוֹבָה *Fama* bona, Prov. 15, 30. שְׁמֻעָה אֶל־שְׁמוּעָה תִּהְיֶה Et *fama* ſuper *famam* erit, Ezech. 7, 26. ubi (ֻ) & ו alternant. In Statu Conſtr. שְׁמֻעַת שָׁאוּל *Rumor* Saulis, i. e. de Saule, 2. Sam. 4, 4. Plur. וּשְׁמֻעוֹת יְבַהֲלֻהוּ Sed *rumores* terrebunt eum, Dan. 11, 44.

1) Generatim notat *omnem ſermonem auribus perceptibilem*, ſive ſit *bonus*, ſive ſit *malus*. 2) Speciatim α) notat *nuncium*, quod affertur & auditur, tum *bonum*, Prov. 25, 25. tùm *malum & infauſtum*, de periculis & infortuniis imminentibus, Pſ. 112, 7. de capta arca, 1. Sam. 4, 19. de invaſione hoſtium, 2. Reg. 19, 7. 9. Jeſ. 37, 7. Jer. 10, 22. c. 49, 23. c. 51, 46. Ezech. 7, 26. de occiſione Regis, 2. Sam. 4, 4. liberorum Regis, 2. Sam. 13, 30. β) *Famam nominis*, quæ eſt de alicujus vita, & actionibus, tam *bonam*, 1. Reg. 10, 1. 2. Chr. 9, 6. Prov. 15, 30. quàm *malam*, 1. Sam. 2, 24. γ) *Sermonem*, *Præconium*, *Doctrinam*, Jeſ. 28, 9. c. 53, 1. δ) *Dicterium* Ezech. 16, 56.

שַׁמּוּעַ m. *Schammua*, nomen propr. α) *Viri* ex tribu Ruben, quem Moſes cum aliis ad explorandam terram miſit, Num. 13, 4. β) *Filii Davidis*, 2. Sam. 5, 14. γ) *Levitæ*, ex Jedutuni genere, Neh. 11, 17. δ) *Sacerdotis*, Neh. 12, 18.

שִׁמְעִי m. *Simei*, nomen propr. α) *Levita*, filii Gerſon, Exod. 6, 17. β) *Levita*, ex filiis Merari, 1. Chr. 6, 14. γ) *Levita*, Cantoris decimæ ſortis, 1. Chr. 25, 17. δ) *Benjamita*, qui Davidi maledixit, 2. Sam. 16, 5. & ideò à Salomone mortis ſupplicio affectus fuit, 1. Reg. 2, 36. ε) *Rubenita*, 1. Chron. 5, 4.

שְׁמַעְיָה m. *Schemaja*; conflatum eſt ex שָׁמַע *Audivit* & יָהּ *Dominus*, deſignans eum, qui *Deum audit*, *Deo obſequitur*; eſt nomen propr. α) *Propheta*, 1. Reg. 12, 21. 2. Chron. 12, 15. qui etiam שְׁמַעְיָהוּ dicitur 2. Chron. 11, 2. β) *Falſi Propheta*, Jer. 29, 31. qui etiam Jer. 29, 24. dicitur שְׁמַעְיָהוּ. γ) *Nepotis Adonicami*, Eſth. 8, 13. δ) *Levitæ ſcribæ*, 1. Chron. 24, 6. ε) *Levitæ oſtiarii*, 1. Chron. 26, 4.

שְׁמַעְיָהוּ m. *Schemajahu*; compoſitum ex שָׁמַע, יָהּ & הוּא, & idem

idem notat, quod שְׁמַעְיָה, Eſt nomen proprium α) *Propheta veri*, 2.Chr. 11, 2. β) *Pſeudo-Propheta*, Jer. 29, 4. γ) *Levita*, 2.Chron. 17, 8. δ) *Levitarum Principis*, 2. Chron. 35, 9.

שִׁמְעוֹן m. *Schimeon*; nomen propr. α) *Filii Jacobi* ex Lea ſuſcepti, ob *exauditionem divinam* ſic à matre vocati, Gen. 29, 33. β) *Alterius viri*, ex captivitate Babylonica reducis, Eſth. 10, 30.

שִׁמְעֹנִי m. *Simeonita*; nomen Patronymicum, Num. 25, 14.

הַשְׁמָעוּת f. *Auditus*, q. d. *audire factio*. Semel occurrit Ezech. 24, 26. הַשְׁמָעוּת אָזְנָיִם Ad *auditum, informationem aurium*.

מִשְׁמָע m. *Auditus*. Semel legitur in Statu conſtr. Jeſ. 11, 13. לְמִשְׁמַע אָזְנָיו יוֹכִיחַ Juxta *auditum* aurium ſuarum corripiet.

מִשְׁמַעַת f. *Auſcultatio, Obedientia*. Quater legitur cum Suffixo וְסָר אֶל־מִשְׁמַעְתֶּךָ Et ſubmittens ſe ſub *obedientiam* tuam, omnibus omiſſis tibi morem gerens, 1.Sam. 22, 14. וַיְשִׂמֵהוּ דָוִד אֶל־מִשְׁמַעְתּוֹ Poſuit autem eum David ad *audientiam* ſuam, h.e. interprete Schindlero, *ut ſemper eſſet apud Davidem, audiret voluntatem ejus & perficeret. Conſtituit eum ſuper filios conſilii ſui; Conſtituit eum Conſiliarium, Secretarium ſuum*. Vid. Seb. Schmid. in h. l. Eadem ſententia legitur 1. Chron. 11, 25. ſaltem pro אֶל eſt עַל. וּבְנֵי עַמּוֹן מִשְׁמַעְתָּם Et filii Ammon *obedientia* ipſorum, i. e. parati erunt ipſis auſcultare, obtemperare, Jeſ. 11, 14.

שֵׁמֶץ m. *Particula, Pauxillum, Minimum*; juxta Buxtorffium, Schindlerum, Pagninum & alios. Sed Coccejo, qui illud deducit à שמע, literis ץ & ע permutatis, eſt *Suſurrus*. Ab hoc non abit Sebaſt. Schmidius in Job. 4, 12. & c. 26, v. ult. ubi tantum legitur. Huic enim nihil aliud eſt, quàm *vox in aere per verbum hominis ſeu loquelam formata articulatè, & in aures incidens, atque ab auditu percepta*.

שִׁמְצָה f. *Pauxillum*; Ex. 32, 25. non quidem *numero*, ſed *robore*, ut à pauciſſimis hoſtibus vinci queat: Ita Guſſetius in Comment. Ling. Hebr. Sed Buxtorffio & Schindlero eſt *ignominia, infamia*, quaſi bonæ famæ *imminutio*. Præterea non legitur.

שָׁמַר *Servavit, Adſervavit, Reſervavit, Obſervavit, Cuſtodivit*. Ut plurimum conſtruitur cum Accuſativo; interdum tamen etiam intercedente Præpoſitione אֶל, ejusque decurtato ל vel עַל. וְלֹא שָׁמַר אֵת־ אֲשֶׁר צִוָּה יְהוָה Sed non *obſervabat*, quod præceperat Dominus, 1.Reg. 11, 10. וּשְׁמָרוֹ כְּרֹעֶה עֶדְרוֹ Et *cuſtodiet* eum ſicut Paſtor gregem ſuum, Jer. 31, 10. Part. שֹׁמֵר הַבְּרִית *Obſervans* fœdus, Devt. 7, 9. Infin. שָׁמוֹר תִּשְׁמְרוּן אֶת־מִצְוֹת *Obſervando obſervabitis*, i. e. *ſollicitè* obſervabitis præceptum, Devt. 6, 17. Fut. חֻקֶּיךָ אֶשְׁמֹר Statuta tua *obſervabo*, Pſ. 119, 8. וְאֶשְׁמְרֶנָּה Et *obſervem* eam, Pſal. 119, 34. לֹא תִשְׁמוֹר עַל־חַטָּאתִי Nonne *obſervas* peccatum meum? Job. 14, 16. יְהוָה יִשְׁמָרְךָ מִכָּל־רָע Dominus *cuſtodiet* te ab omni malo, Pſ. 121, 7. Niphal נִשְׁמַר *Servatus, Cuſtoditus fuit, Cavit ſibi, Abſtinuit*. וּבְנָבִיא נִשְׁמָר Et per Prophetam *cuſtoditus fuit*, Hoſ. 12, 14. אִם־נִשְׁמְרוּ הַנְּעָרִים

הַנְּעָרִים אַךְ מֵאִשָּׁה Si *abſtinuerunt* pueri modo à muliere, 1.Sam. 21, 5. Imper. הִשָּׁמֶר־לְךָ *Cave* tibi, Gen. 24, 6. Piel שִׁמֵּר *Obſervavit diligenter.* Legitur ſaltem Particip. מְשַׁמְּרִים הַבְלֵי שָׁוְא *Studioſè obſervantes* vanitates falſitatis, Jon. 2, 9. Hithpael הִשְׁתַּמֵּר *Obſervatus eſt, Cavit ſibi, Abſtinuit.* Fut. וָאֶשְׁתַּמֵּר מֵעֲוֹנִי Et *caveo mihi* ab iniquitate mea, Pſ. 18, 24. וְיִשְׁתַּמֵּר חֻקּוֹת עָמְרִי Et *obſervatur* ſtatuta Omri, i.e. unumquodque ſtatutorum Omri obſervatur, Mich. 6, 16.

1) Generatim importat *intentum ſtudium & curam circa aliquid,* prout vel *cuſtodiendum* vel *obſervandum eſt.* 2) Speciatim I) tributum *creaturis,* notat *α*) *ſollicitè cuſtodire aliquid,* tùm, *ne ab aliis ſurripiatur,* Num. 3, 8. 1.Sam. 17, 23. 2.Reg. 22, 14. tùm, *ne lædatur aut damnum ſubeat,* ſed à malo conſervetur, ſartumque & incolume præſtetur, prout *homo* cuſtodit *gregem,* Gen. 30, 31. 1. Sam. 17, 20. Jer. 31, 10. animam, Prov. 13, 3. c. 16, 17. c. 22, 5. hortum contra beſtias, Gen. 2, 15. item Angeli cuſtodiunt pios, Pſ. 91, 11. *β*) *Sollicitè cavere,* tum *providè circumſpiciendo,* ſich für etwas wohl fürſehen/ 2. Sam. 20, 10. Jer. 9, 3. tùm *abſtinendo, omittendo & evitando,* ſich für etwas hüten/ etwas fleißig vermeiden/ von etwas ſich ſorgfältig enthalten/ e. g. à re mala, Devt. 23, 9. ab uſu vini, Jud. 13, 13. conf. v. 7. fœminarum, 1. Sam. 21, 5. Conf. Gen. 31, 24. 29. Exod. 19, 12. c. 34, 12. Devt. 4, 23. c. 6, 12. c. 8, 11. *γ*) *Solerter aliquid ſervare & tenere,* vel *ne violetur,* e.g. ſervare juramentum, 1.Reg. 2, 43. fœdus, Exod. 19, 5. Pſ. 103, 18. Exod. 17, 14. fidem, in ea perſeverando, Prov. 26, 2. vel *ne memoriâ excidat,* ſed animo recolatur & expendatur, Gen. 37, 11. *δ*) *Adſervare* vel *reſervare & retinere aliquid in certum tempus* vel *uſum,* behalten/ aufbehalten/ aufheben/ 1. Sam. 9, 24. Eccl. 3, 6. *ε*) *Curatè aliquid obſervare,* 1) *ad illud attendendo,* auf etwas fleißig ſehen/ ſorgfältig acht haben/ ein wachſames Auge haben. Ita dicitur de *vigilibus & excubitoribus* e.g. *caſtrorum,* Jud. 7, 19. *noctis* ad auroram usque conſtitutis, ſummo cum ſtudio ac deſiderio, oculisque inconnivis auroram illuceſcentem obſervantibus, Pſ. 130, 6. de *Magiſtratu* ſubditorum vitam, mores & actiones obſervante, Eccl. 5, 7. de *Rege* hoſtium motus & conatus obſervante, 2.Reg. 9, 14. de *inſidiatoribus* alterius rationem vivendi greſſus, actiones & conatus attendentibus, Pſ. 56, 7. Pſ. 71, 10. de *agricola* ventum cœlique tempeſtatem obſervante, Eccl. 11, 4. 2) *Illud religioſè & ſanctè celebrando,* e. g. feſtum, Exod. 23, 15. Sabbathum, Exod. 31, 14. Devt. 5, 12. Jeſ. 56, 2. 3) *Illud ritè cognoſcendo,* menti altè infigendo, & obſequioſè exequendo, ſeu obſequium ei præſtando; prout homo obſervare jubetur *Dei præcepta,* Exod. 16, 28. Devt. 4, 2. c. 5, 10. 29. c. 6, 3. c. 7, 11. c. 8, 6. c. 10, 13. c. 11, 1. c. 13, 18. c. 15, 5. c. 17, 19. c. 26, 17. 18. c. 30, 16. Pſ. 19, 12. 1.Reg. 11, 10. 2.Reg. 10, 3. c. 17, 19. 1. Chron. 10, 13. legem, Prov. 28, 4. ſtatuta, Lev. 18, 5. c. 20, 8. vias, i.e. præcepta, 2.Sam. 22, 22. præcepta Dei & Regis, Eccl. 8, 4. II) *Deo* tributum, deſignat *α*) *providam ejus curam pro piis, potentemque eorum*

ab

ab injuria & infortuniis protectionem, Gen. 28, 20. Job. 29, 2. Pſal. 16, 1. Pſ. 97, 10. Pſ. 116, 6. Pſ. 121, 4. 5. 7. 8. Pſ. 145, 20. Pſ. 146, 9. Prov. 2, 8. c. 3, 26. quos cuſtodit inſtar *pupillæ*, Pſ. 12, 8. Pſ. 17, 8. Pſ. 41, 3. Pſ. 86, 2. vel inſtar *Paſtoris*, Jer. 31, 10. β) *Severitatem & rigorem*, quando peccata obſervat & punit ſine ulla miſericordia, ſeu *rigidam judicialemque delictorum obſervationem* ſecundum circumſtantias perſonæ, loci, temporis, &c. qua ea non dimittit, nec obliviſcitur, ſed acerrime punit, Pſ. 130, 3. Job. 10, 12. c. 14, 16. γ) *Fidelitatem & conſtantiam in ſervando gratiæ fœdere* cum hominibus initô, & *præſtandis promiſſis*, quæ iis fecit, Devt. 7, 9. 12. 1. Reg. 8, 23. 2. Chr. 6, 14. Neh. 1, 5. c. 9, 32. Dan. 9, 4.

שָׁמִיר m. *Sentis*, *Senticetum*, *Vepretum*; item *Adamas*. Prioris ſignificationis ratio etymi eſt, quod ſuis aculeis *ſervet & detineat*, & ad cuſtodiendos homines faciat. Poſterioris autem ſignificationis ratio etymi juxta Guſſetium eſt, quod in cuſpides efformari ſoleat *adamas*. שָׁמִיר וָשַׁיִת תִּהְיֶה כָל־הָאָרֶץ *Senticetum* & vepretum erit tota terra, Jeſ. 7, 24. שָׁמִיר תַּעֲלֶה *Sentis* adſcendet, creſcet, Jeſ. 32, 13. כְּשָׁמִיר חָזָק מִצֹּר נָתַתִּי מִצְחֶךָ Inſtar *adamantis* duri præ rupe feci eſſe frontem tuam, Ezech. 3, 9. וְלִבָּם שָׂמוּ שָׁמִיר מִשְּׁמוֹעַ אֶת־הַתּוֹרָה Et cor ſuum poſuerunt *adamantem*, ne audiant legem, Zach. 7, 12. בְּצִפֹּרֶן שָׁמִיר Ungue *adamantis*, qui perſpicuam & durantem ſcripturam facit, Jer. 17, 1. Tandem eſt nomen proprium *oppidi montani*, Joſ. 15, 47.

שֶׁמֶר m. *Schemer*, *Cuſtodem* ſonans, eſt α) nomen proprium *viri*, qui fuit poſſeſſor montis, in quo Samaria, Poſſeſſoris nomen referens, ædificata fuit, 1. Reg. 16, 26. β) *Viri* ex Merari familia oriundi, 1. Chr. 6, 31. γ) *Viri* ex tribu Aſcheris nati, 1. Chron. 7, 34. δ) *Viri Benjamitæ*, 1. Chron. 8, 12.

שָׁמְרָה f. *Cuſtodia*; ſaltem extat Pſ. 141, 3.

שִׁמְרִי m. *Schimri*; nomen propr. α) *Viri* ex tribu Simeonis, 1. Chr. 4, 37. β) *Patris* Jedialis, Heroibus Davidis annumerati, 1. Chron. 11, 45. γ) *Levitæ* ex Merari familia nati, quem Pater caput filiorum ſuorum conſtituit, 1. Chr. 26, 10. δ) *Levitæ* ex filiis Elizaphani, 2. Chr. 29, 13.

שְׁמַרְיָה m. *Schemarja*; notans *cuſtodem Dei*, vel *eum* potius, *qui Dei legem & præcepta cuſtodire & obſervare tenetur.* Eſt nomen propr. α) *Filii Rehabeami* Regis Judæ, ex Abichaile ſecundi, 2. Chron. 11, 19. β) *Nepotis Harimi*, Eſth. 10, 31. γ) *Nepotis Bani*, Eſth. 10, 40.

שְׁמַרְיָהוּ m. *Schemarjahu*. Eſt nomen propr. Benjamitæ fortitudine clari, 1. Chron. 12, 5. Significatione convenit cum præcedente; conflatum quippe eſt ex שָׁמַר, יָהּ & הוּא.

שְׁמָרִים m. pl. *Feces*, cujus ſingulare conſtitui poteſt שֶׁמֶר vel שָׁמָר ſic dictæ putantur, quod in fundo vaſis *ſubſideant* & *ſerventur*. מִשְׁתֵּה שְׁמָרִים Convivium *fecum*, i. e. vini ſvavis & odoriferi, quod fecibus inſidet, Jeſ. 25, 6. Cum Suff. וְשֹׁקֵט הוּא אֶל־שְׁמָרָיו Et qui-

quieſcens ille erat ſuper *fecibus* ſuis, Jer. 48, 11. עַל־שִׁמְרֵיהֶם Super fecibus ſuis, Zeph. 1, 12.

1) Communiter Lexicographis ſignificat *feces*, prout α) *propriè* deſignant *craſſam & turbidam vini defecati materiam*, quæ in imô vaſis fundô ſubſidet & *ſervatur*; quod colligunt ex Jeſ. 25, 6. Jer. 48, 11. Zeph. 1, 12. β) *Figuratè* autem 1) eſt ſymbolum *maximarum adverſitatum & calamitatum*, quia craſſa & turbida illa vini defecati materia haurienti valde ingrata eſt, valetudini nocet, ventrique acutiſſima tormina adfert, Pſ. 75, 9. 2) *Maximæ tranquillitatis & ſecuritatis*, Jer. 48, 11. Zeph. 1, 4. Sed II. Guſſetio potius notat α) *utres* vel *vaſa* vinum continentia, Pſal. 75, 9. Jer. 48, 11. Zeph. 1, 12. β) *Metonymicè vinum ipſum*, quod utres vel vaſa continet, Jeſ. 25, 6. ubi quidem notat *vinum defecatum & clarificatum*, in conviviis opiparis locum obtinens; ad deſignandum *convivium prædicationis Evangelicæ*. Vid. Brentius, Gerhardus & Seb. Schmid. in h. l.

שִׁמֻּרִים m. pl. *Cuſtodiæ, Obſervationes.* Bis legitur Exod. 12, 42. לֵיל שִׁמֻּרִים הוּא לַיהוָה לְהוֹצִיאָם מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם הוּא־הַלַּיְלָה הַזֶּה לַיהוָה שִׁמֻּרִים לְכָל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לְדֹרֹתָם Nox *obſervationum* illa eſt Domino ad educendum eos ex terra Ægypti, nox, inquam, *obſervationum* eſt nox hæc Domini, omnibus filiis Iſrael in generationes eorum. Sicut Dominus hanc noctem obſervavit, ut, quæ Iſraelitis promiſerat, præſtaret, &, cæſis Ægyptiorum primogenitis, eos ſalvos & incolumes ex Ægypto potenter educeret: Ita filii Iſrael eam ſingulis annis, in memoriam tanti beneficii præſtiti, obſervabunt Domino.

שְׁמֻרוֹת f. pl. *Vigiliæ;* Semel legitur Pſ. 77, 5. אָחַזְתָּ שְׁמֻרוֹת עֵינָי Tenuiſti in *vigiliis* oculos meos, h. e. feciſti, ut inſomnes noctes ducerem. Sed Aben-Eſræ, R. Moſi, & Campenſi notat *palpebras*, quæ ſic dicuntur, quod ſint oculorum cuſtodes. Unde hunc faciunt ſenſum: Tenuiſti *palpebras*, quæ ſunt cuſtodes oculorum meorum, ne clauderentur, neque dormirent.

מִשְׁמָר m. *Cuſtodia; Obſervatio;* וַיֶּאֱסֹף אֹתָם אֶל־מִשְׁמָר Et concluſit eos in cuſtodiam, Gen. 42, 17. תָּשִׂים עָלַי מִשְׁמָר Ponis circa me *cuſtodiam*, Job. 7, 12. אַנְשֵׁי מִשְׁמָר Viri *cuſtodiæ*, i. e. cuſtodes, Neh. 4, 17. In Statu Conſtr. בְּמִשְׁמַר בֵּית אֲדֹנָיו In *cuſtodia* domus Domini ejus, Gen. 40, 7. יֵאָסֵר בְּבֵית מִשְׁמַרְכֶם Vinciatur in *domo* cuſtodiæ veſtræ, Gen. 42, 19. וּבְמִשְׁמָרָיו Et in *obſervationibus* ejus, Neh. 13, 14.

1) Generatim *cuſtodiæ* nomen obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *officium* ſeu *functionem excubandi & cuſtodiendi*, Num. 3, 38. 2. Reg. 11, 5. β) *Impropriè* 1) *Metonymicè* notat tùm *perſonas excubantes* ſeu *cuſtodes*, 1. Chr. 26, 16. Neh. 4, 3. 16., tum *locum cuſtodiæ*, ubi quis ſervatur & cuſtoditur, ne elabatur, Gen. 40, 3. 4. 7. c. 41, 10. Lev. 24, 12.

Digitized by Google

24, 12. Num. 15, 34. tum *id, quod Deus cuſtodiendum & obſervandum mandavit*, Neh. 13, 14. 2) *Metaphoricè* in ordine *ad mare* deſignat *conſtitutionem terminorum*, quos transgrediatur; in ordine ad *impios*, importat *flagella pœnarum iræ divinæ;* in ordine *ad Jobum afflictum*, indigitat *Satanam, morbi vehementiam & dolores, imò quavis infortunia*, quæ ipſi obvenerant, Job. 7, 12. Vid. Seb. Schmid. in h. l.

מִשְׁמֶרֶת f. *Cuſtodia, Obſervatio, Statio.* מִשְׁמֶרֶת יְהוָה *Cuſtodia* Domini, Lev. 8, 35. וְעַל־מִשְׁמַרְתִּי אָנֹכִי נִצָּב Et ſuper *cuſtodia* ſeu *ſtatione mea* ego ſum conſtitutus, Jeſ. 21, 8. וְשָׁמְרוּ מִשְׁמַרְתּוֹ Cuſtodiant autem *cuſtodiam* ejus, Num. 3, 7. Plur וָאַעֲמִידָה מִשְׁמָרוֹת Et conſtitui *cuſtodias*, Neh. 13, 30. In Statu conſtr. וְהַעֲמִיד מִשְׁמְרוֹת יֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלַםִ Et conſtitue *cuſtodias* habitatorum Hieroſolymæ, Neh. 7, 3.

1) Generatim *cuſtodiæ & obſervantiæ* notionem obtinere videtur. 2) Speciatim α) denotat *obſervantiam*, qua ſubditi erga Superiorem in fide conſtantes ſunt, & familiæ ejus partes ſequuntur, 1. Chron. 12, 29. β) ſignificat *officia piorum*, quæ Deus iis cuſtodienda & obſervanda mandavit, Gen. 26, 5. Lev. 18, 30. 2. Chron. 23, 6. γ) Denotat *munia miniſtrorum publicorum*, quæ fideliter obire & obſervare tenentur, tùm *ea*, quæ concernunt Dei cultum, Num. 1, 53, c. 3, 28. c. 18, 5. 2. Reg. 11, 6. 7. 2. Chron. 13, 11. Neh. 12, 45. tùm *ea*, quæ ſpectant ſecuritatem Regis, 2. Reg. 11, 5. δ) Deſignat *ſtationem* vel, *caſtrenſem Ducis* oppidum obſidentis, Jeſ. 21, 8. vel *Prophetæ* revelationem divinam expectantis, Hab. 2, 1. ε) Metonymicè notat *id, quod quis cuſtodiendum & ſervandum ſuscipit*, inſtar alicujus *depoſiti*, 1. Sam. 22, 23. Vid. Seb. Schmid. in. h. l.

אַשְׁמוּרָה f. *Vigilia.* Judæi *tres* tantum *vigilias* noctis agnoſcunt. Unde dicunt: אשמרות שליש הא של לילה Vigilia eſt tertia pars noctis. R. Sal. R. Levi, R. David. Kimchi Conf. Singulis vigiliis ſuæ vigilum cuſtodiæ adſignatæ fuerunt. Quia verò nox æque ac dies 12 conſtabat horis, inde ſingulis vigiliis quatuor horæ cedebant, ut media vigilia haberet duas horas ante mediam noctem, & duas horas poſt mediam noctem. Vid. Jud. 7, 19. Quidam tamen quatuor noctis vigilias ſtatuerunt, ceu patet ex Tract. Talmud. Berachoth. c. 1. fol. 3. col. 1. Gemara & Gloſſ. Hanc diviſionem cœpiſſe cenſent, poſtquam Judæi ſub Romanorum venerunt poteſtatem, qui quatuor noctis vigilias conſtituerunt, Vid. Seb. Schmid. in Jud. c. 7. v. 19. *Prima* vigilia incipiebat ab occaſu ſolis, ſeu crepuſculo veſpertino, & extendebatur usque ad concubiam noctem ſeu conticinium; *Secunda* incipiebat à conticinio & extendebatur ad mediam usque noctem; *Tertia* initium capiebat à media nocte, & durabat usque ad primum gallicinium; *quarta* erat à gallicinio, & durabat usque ad illuceſcentem ſolem, quæ dicebatur vigilia matutina. Vid. Druſ. in Hab. c. 2. v. 1. Ligthfoot in Hor. Ebr. Talm. in Matth. 14, 25. contendit, *Judæos tres noctis agnoviſſe vigilias*, non

non, quod noctem in quatuor partes non diviſerint, ſed quod quartam partem aut vigiliam non tàm pro nocturna, quàm pro matutinâ æſtimaverint; Sic Marc. XIII. 35. *ſpatium illud poſt gallicinium,* πρωῒ eſſe. Vid. Exod. 14, 24. *Fuiſſe ergo reverà quatuor noctis vigilias, at tres tantum profundæ noctis.* וְאַשְׁמוּרָה בַלָּיְלָה׃ Et *vigilia* in nocte, Pſ. 90, 4. Plur. אַשְׁמֻרוֹת *Vigiliæ*, Pſ. 63, 7. Pſ. 119, 148. Thren. 2, 19.

אַשְׁמֹרֶת f. *Vigilia.* רֹאשׁ אַשְׁמֹרֶת הַתִּיכוֹנָה Principium *vigiliæ* mediæ, Jud. 7, 19. vide Exod. 14, 24. 1. Sam. 11, 11. Confer. quæ dicta ſunt ad vocem præcedentem.

שְׁמַשׁ *Miniſtravit*, apud Chaldæos. Vid, Dan. 7, 10.

שֶׁמֶשׁ c. *Sol*, ſic dictus, quod ſit *quaſi quidam diei Miniſter;* vel ut Buxtorffius cenſet, *quod in adminiſtrando lumine* totius mundi miniſter ſit. מִמִּזְרַח שֶׁמֶשׁ Ab ortu *ſolis*, עַד מְבוֹאוֹ Usque ad occaſum ejus, Pſ. 119, 3. כִּזְרֹחַ הַשֶּׁמֶשׁ Cum *oriretur ſol*, Jon. 4, 8. כְּצֵאת הַשֶּׁמֶשׁ בִּגְבֻרָתוֹ Sicut oritur *ſol* in robore ſuo, Jud. 5, 31. עַד־בֹּא הַשָּׁמֶשׁ Usque dum occideret *ſol*, Exod. 17, 12. Cum Suff. שִׁמְשֵׁךְ *Sol* tuus, Jeſ. 60, 20. Plur. שִׁמְשֹׁתַיִךְ *Soles* tuos, i. e. feneſtras tuas, Jeſ. 54, 12.

1) Generatim & vi etymi *miniſtri* notionem importare videtur. 2) Speciatim *a*) notat *ſolem*, & quidem prout *α*) *propriè* denotat *nobiliſſimum cæli corpus*, quod Deus in dominium diei condidit, ut terram ſua luce colluſtraret, calefaceret, foveret atque foecundaret; unde *miniſter diei* audit, Pſalm. 136, 8. β) *Metaphoricè* 1) ob *lucem & ſplendorem* deſignat *felicitatem*, Jud. 5, 31. Unde *ſolis occaſus* vel *obſcuratio* deſignat *priſtinæ felicitatis privationem & maximarum calamitatum immiſſionem.* De *tali ſolis occaſu*, vide Jer. 15, 9. Am. 8, 9. Mich. 3, 6. de ejusmodi autem *ſolis obſcuratione*, lege Jeſ. 13, 10. c. 24, 23 Joel. 2, 30. vel 3, 4. 2) Ob *æſtum & ardorem nimium* eſt ſymbolum *calamitatum & ærumnarum graviſſimarum*, Pſ. 121, 6. Cant. 1, 6. 3.) Sic dicitur *Deus*, quia homines illuminat, calefacit, fovet atque foecundat, Pſ. 84, 12. & *Chriſtus*, quia homines ſuæ gratiæ lumine colluſtrat, omnisque veræ juſtitiæ fons & ſcaturigo eſt, Mal. 4, 2. 4) Notat *feneſtras*, quia per eas ſol illabitur, ut lucis miniſtræ ſint. Ita ſemel legitur, Jeſ. 54, 12.

שִׁמְשׁוֹן m. *Schimſchon*, nomen proprium *Viri*, juxta Seb. Schmid. ſic dicti, à *ſplendore ſolari*, in quo apparuit Angelus, qui eum promiſit.

שְׁנָא *Iteratus, Mutatus*, eſt vide in שָׁנָה, quod ſequitur.

שִׁנְאָן m. *Iteratio*, Pſ. 68, 18. vide in שָׁנָה.

שנב Radix inuſitata; inde eſt

אֶשְׁנָב m. *Feneſtra, Feneſtella, Cancelli.* Juxta R. Salomonem & Kimchium eſt ſynonymum τῷ חַלּוֹן. Bis ſaltem legitur, Jud 5, 28. Cum Suff. בְּעַד אֶשְׁנַבִּי נִשְׁקָפְתִּי Per *feneſtellam* meam proſpexi, Proverb. 7, 6.

שָׁנָה *Iteravit, ſecundò fecit, diverſus eſt* vel *factus eſt, Mutatus eſt.*

וְלֹא

וְלֹא שָׁנָה לוֹ Et non *itemvit* ei, ſcil. ictum. Und hat ihm keinen Stich mehr gegeben/2. Sam. 20, 10. אֲנִי יְהוָה שָׁנִיתִי Ego ſum Dominus, non mutor, Mal. 3, 6. Part. שֹׁנֶה Prov. 17, 9. עִם־שׁוֹנִים אַל־תִּתְעָרָב Cum *variantibus* ne immiſce te, Pr. 24, 21. Plur. F. וְדָתֵיהֶם שֹׁנוֹת Et jura eorum *diverſa*, Eſth. 3, 8. Fut. וְלֹא אֶשְׁנֶה לוֹ Et non *itembo* ei ictum, 1. Sam. 26, 5. יִשְׁנָא *Mutatur*, Thren. 4, 1. Formâ cum verbis לא permutatâ. Niphal נִשְׁנָה *Iteratus eſt*. Infin. עַל־הִשָּׁנוֹת הַחֲלוֹם Propter *itemri*, i. e. Quod *itemtum* eſt ſomnium, Gen. 41, 32. Piel שִׁנָּה *Mutavit*. Jer. 52, 33. Sed 2. Reg. 25, 29. eſt שִׁנָּא, forma hujus verbi cum forma Verb. לא permutata. Infin. בְּשַׁנּוֹתוֹ אֶת־טַעְמוֹ In *mutare*, i. e. cum mutaret ille mentem ſuam, Pſalm. 34, 1. Fut. אֲשַׁנֶּה *Mutabo*, Pſ. 89, 35.. Pual. Fut. יְשֻׁנָּא *Mutabitur*, Eccl. 8, 1. ה cum א permutato, ut ſupra. Hithpael הִשְׁתַּנָּה *Mutavit ſe*, *Alium ſe finxit*. וְהִשְׁתַּנִּית Et aliam te *finge*, 1. Reg. 14, 2.

1) Generatim videtur ſignificare *ſecundum eſſe* vel *facere*, ſive *numero*, quod importat *iterationem*, ſive *ſtatu*, quod importat *mutationem*, *diſcrepantiam*, *variationem*. Unde 2) Speciatim α) eſt *itemre*, & quia *itemtio* reſpicit *id, quod ſecundum numero* eſt, ſeu, quia, qui aliquid *iterat*, ſecundò facit. Ita dicitur de iteratione ſomnii, Gen. 41, 32. ictus, 1. Sam. 26, 5. 2. Sam. 20, 10. affuſionis aquæ, 1. Reg. 18, 34. apportationis mercium, Neh. 13, 21. moleſtorum ſermonum, Prov. 17, 9. ſtoliditatis, Prov. 26, 11. β) Eſt *mutare*, ſive *res*, *quæ mutari* dicitur, diſcrepet à ſeipſa, vel ab alia. *Status enim rei mutatæ eſt ſaltem ſecundus*, cum ſtatus mutationem præcedens ſit primus reſpectu illius, ceu bene judicat Guſſetius. Ita 1) *negative* tribuitur *Deo*, qui dicitur non mutari ſecundum voluntatem voluntatisque propoſitum, ſed præſtitit ſemper & præſtat ulterius, quod decrevit ac promiſit, Mal. 3, 6. nec *mutare* verba ſua, quæ fecit, Pſ. 89, 35. 2) *Poſitivè* autem dicitur de mutatione *auri*, ſuum ſplendorem amittentis, ut videatur diſcrepare à ſeipſo, Thren. 4, 1. *veſtium carceris*, ſordidis detractis & novis indutis, 2. Reg. 25, 29. Jer. 52, 33. *faciei*, dum turpis atque deformis redditur, ut à ſeipſa diſcrepare appareat, Job. 14, 20. *judicii*, ut ſtatus cauſæ plane alius reddatur, quàm in ſe eſt, Prov. 31, 5. *viæ*, ad quærenda auxilia, Jer. 2, 36. *habitûs atque geſtuum*, prout feciſſe legitur David, ſe inſanum ſimulans, 1. Sam. 21, 14. Pſ. 34, 1. Conf. 1. Reg. 14, 2. ubi uxor Jerobeami ad Prophetam intratura aliam ſe fingebat. Item Prov. 24, 21. de iis, qui ſe alios gerunt, quàm debent, nec Deum nec Regem timentes. Niſi hunc locum ad n. γ) referre velis. γ) Eſt *diſcrepare*, *varium eſſe*, quia, quod ab alia re diſcrepat & variat, *ſecundum* ab ea eſt. Ita dicitur de *vaſis*, quæ non uniusmodi figuram habebant, ſed vario artificio mirifice à ſe invicem diſcrepabant, Eſth. 1, 7. de *legibus Judæorum*, quæ diſcrepabant à legibus aliorum populorum, Eſth. 3, 8.

שְׁנַיִם m. d. *Duo*, *Bini*. מִקֵּץ שְׁנַיִם חֳדָשִׁים A fine *duorum* menſi-

menſium, Jud. 11, 39. שְׁנַיִם שְׁנַיִם בָּאוּ *Duo, duo*, i.e. *bina* veniebant, Gen. 7, 9. שְׁנַיִם מִכֹּל *Bina* ex omnibus, Gen. 6, 19. In Statu conſtr. שְׁנֵי הַמְּאֹרֹת *Duo* luminaria, Gen. 1, 16. in quo Statu ſæpius ם retinetur, ſi conſtruitur cum voce עָשָׂר *Decem*. שְׁנֵים עָשָׂר נְשִׂיאִם *Duodecim* Principes, Gen. 17, 20. c. 25, 16. Cum Suf. שְׁנֵיהֶם *Ambo* iſti, 1. Reg. 11, 29. Fœm. שְׁתַּיִם *Duæ*, *Duo*, quod factum putatur ex שְׁנְתַּיִם, literâ נ extruſâ, & euphoniæ cauſâ Dageſch poſt Scheva retento. Vid. Buxtorff. & R. D. Kimchi in Michlol. שְׁתַּיִם נָשִׁים *Duæ* mulieres, 1. Reg. 3, 16. In Statu conſtr. שְׁתֵּי בָנוֹת *Duæ* filiæ, Gen. 19, 8. ſed ſi conſtruitur cum voce עֶשְׂרֵה *Decem*, ם in hoc ſtatu retinet. עָרִים שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה *Duodecim* urbes, Joſ. 18, 24. Cum Suff. שְׁתֵּיהֶן *Ambæ* iſtæ, 1. Sam. 25, 43.

שֵׁנִי m. *Secundus*. יוֹם שֵׁנִי Dies *ſecundus*, Gen. 1, 8. Plur. שְׁנִיִּם *Secundani* Gen. 6, 16. Num. 2, 16. Fœm. שֵׁנִית *Secunda*, *Secundò*, *Iterum*, ubi ſubintelligi poteſt פַּעַם *Vice*. וּבַשָּׁנָה הַשֵּׁנִית Et in anno *ſecundo*, Jeſ. 37, 30. וַיְהִי דְבַר יְהוָה אֵלַי שֵׁנִית Porro factum eſt ad me verbum Domini *ſecundò*, Jer. 1, 13. *iterum* Jer. 33, 1.

שָׁנָה f. *Annus*, ſic dictus tùm ab *iteratione*, quod ſole ad punctum, unde curſum coeperat, redeunte, *iteretur*, & in ſe per veſtigia ſua ſemper volvatur & redeat; tum à *mutatione*, quod in anno ſunt variæ temporum & rerum *mutationes & viciſſitudines*. בֶּן־שָׁנָה Filius *anni* i. e. *anniculus*, Exod. 12, 5. שָׁנָה שָׁנָה De *anno* in *annum* i. e. *annuatim*, Devt. 14, 22. In Stat. conſtr. שְׁנַת פְּקֻדָּתָם Anno viſitationis eorum, Jer. 11, 23. Cum Suff. שְׁנָתוֹ *Anni* ſui, Lev. 12, 6. Dual. שְׁנָתַיִם *Duo anni*, Gen. 45, 6. מִקֵּץ שְׁנָתַיִם יָמִים A fine *duorum* annorum dierum, i. e. poſt duos annos completos. Vox enim יָמִים *Dies* nominibus *annum* vel *menſem* ſignificantibus poſtpoſita, infert illis *tempus completum*, Gen. 41, 1. 2. Sam. 13, 23. c. 14, 28. Jer. 28, 3. 11. Plur. שָׁנִים & שָׁנוֹת *Anni*. מָאתַיִם שָׁנִים Ducenti *anni*, Gen. 11, 19. In Statu conſtr. שְׁנֵי חַיֵּי שָׂרָה *Anni* vitæ Saræ, Gen. 23, 1. Cum Suff. שָׁנֵינוּ *Anni* noſtri, Pſ. 90, 9. וּשְׁנוֹת רְשָׁעִים תִּקְצֹרְנָה Sed *anni* impiorum decurtantur, Prov. 10, 27. Cum Suff. שְׁנוֹתֵינוּ *Anni* noſtri, Pſ. 90, 10.

1) Generatim notat *annum*. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *illud temporis ſpatium, ubi ſol ſuum omninò confecit, & peragravit orbem*, Gen. 1, 14. *Curriculum* autem *ſolare* שָׁנָה *Annus* (ut Guſſetii verbis utar) ſumitur modo ut incipiens, ac deſinens terminis fixis & communiter agnitis, ut Exod. 12, 1. modo annexum negotii alicujus peculiaris initio vel fini, Gen. 41, 1. β) Improprie 1) Metonymicè notat *vitam hominis*, Prov. 5, 9. 2) *Synecdochicè, poſita temporis parte* pro *tempore ſive certo, ſive incerto* adhibetur. Ita *annus beneplaciti* eſt *tempus redemtionis* per Chriſtum factæ, Jeſ. 61, 2. annus redemtorum eſt idem

Digitized by Google

idem tempus, Jeſ. 63, 4. *annus viſitationis*, eſt tempus, quo Deus iratus peccatoribus promeritas pœnas immittit, Jeſ. 11, 23. 12.

שָׁנִי m. *Duplicium; Dibaphum, Coccineum*, quaſi duplicatum aut bis *tinctum* dicas. Buxt. תּוֹלַעַת הַשָּׁנִי *Coccineum dibaphum*, Exod. 28, 5. In Statu Conſtr. שְׁנִי תוֹלַעַת *Dibaphum* coccinei, i. e. coccineum, Lev. 14, 6. Conjunguntur hæ duæ voces *intendendi cauſâ*. Plur. שָׁנִים *Dibapha*, Jeſ. 1, 18. *Duplicam*, Prov. 31, 21.

1) Generatim & vi originis *duplicitatem* importare videtur. 2) Speciatim α) notat *dibaphum*, prout 1) deſignat *colorem intensè rubrum*, qui duplicatam ſeu iteratam tincturam refert, Joſ. 2, 18. conf. Jeſ. 1, 18. 2) *Impropriè*, & quidem *a*) *Metonymicè* denotat *rem colore iſto coccineo imbutam*, e. g. filum, Gen. 38, 28. 30. Joſ. 2, 21. pannum vel *veſtem* coccineam, 2. Sam. 1, 24. Jer. 4, 30. Ez. 9, 2. Conf. Exod. 25, 4. c. 26, 1. 31. *b*) *Metaphoricè* deſignat tum *ſummam peccatorum immunditiem*, Jeſ. 1, 18 tùm ἀπολύτρωσιν ſeu *redemtionem ſponſæ, ſanguine ſponſi pretioſiſſimo factam*, Cant. 4, 3. β) Indigitat *veſtem duplo craſſiorem*, Prov. 31, 21. Hæc enim ſignificatio textui videtur eſſe convenientiſſima. Aſt Buxtorffius intelligit *veſtes pretioſas*. R. Abraham, R. Levi, Seb. Schmidius & alii intelligunt *veſtes coccineas*.

שִׁנְאָן m. *Iteratio*. Pro שִׁנְיָן, formæ קִנְיָן juxta AbenEſram, א & י alternantibus. Aben-Eſram ſequuntur Buxtorffius, Rivetus, Quiſtorpius & alii. Semel legitur, Pſ. 68, 18. אַלְפֵי שִׁנְאָן Millia *iterationis*, i. e. iterata, multiplicata. Seb. Schmidio notat *tranquillum, pacificum*, quaſi ſit per *Metatheſin* ſeu transpoſitionem literarum שַׁאֲנָן, ut ſignificentur Angeli boni & pacifici, h. e. boni & electi, pacem amantes. Vid. ejus Comment. Aſt citra neceſſitatem.

מִשְׁנֶה m. *Secundum, Alterum, Secundanus, Secundarium, Secunda pars; Duplicitas, Duplum; Exemplar duplicatum, iteratum.* וּמִשְׁנֶה כֶסֶף לָקְחוּ בְיָדָם *Alterumque* tantum argentum acceperunt in manum ſuam, Gen. 43, 15. כֹּהֵן הַמִּשְׁנֶה Sacerdos *ſecundus*, ſeu *vicarius* ſummi Sacerdotis, Jer. 52, 24. בְּמִרְכֶּבֶת הַמִּשְׁנֶה In curru *ſecundario*, Gen. 41, 43. In Statu conſtr. מִשְׁנֵה הַתּוֹרָה *Exemplar* legis hujus, Devt. 17, 18. Cum Suff. מִשְׁנֵהוּ *Secundus* ejus, 1. Sam. 17, 13. Plur. מִשְׁנִים *Secundani, Secundarii*, Eſr. 1, 10. *Vicarii*, 1. Chron. 15, 18.

1) Generatim notat *ſecundum*, ſive *numero*, ſive *ordine & dignitate*, ſive *alia ratione*. 2) Speciatim *a*) notat *ſecundum numero & ordine*. Ita dicitur de filio vel fratre ſecundò genito, 1. Sam. 8. 2. c. 17, 13. Conf. 2. Chron. 31, 12. *b*) Secundum *ordine & dignitate*. Ita 2. Reg. 23, 4. c. 25, 18. Jer. 52, 24. dicitur de *Sacerdote*, qui erat ſecundus à Sacerdote ſummo, ejusque vicarius, סְגָן dictus, qui Sacerdotis ſummi vices obibat, quando ob immunditiem contractam vel ob morbum miniſtrare non poterat. Tales סְגָנִים duo erant. Vid. R. D. Kimchi, R. Levi & R. Salomon in ll. cc. De סְגָן ſeu vicario Sacerdotis

cerdotis ſummi in Talmud. Jeruſchalmi Cod. Joma c. 3. fol. 41. cot. 1. hæc leguntur: חמשה דברים היה הסגן משמש׳ א׳ הסגן אומר לו אישי כהן גדול הגבה ימינך׳ ב׳ סגן מימינו וראש בית אב משמאולו׳ ג׳ הניף הסגן בסודרים׳ ד׳ אחז הסגן בימינו והעלתה ה׳ לא היה כהן גדול מתמנה להיות כהן עד שהוא נעשה סגן i. e. *Quinque in rebus Miniſtrabat Sagan Sacerdoti Magno: α) Dicebat Sagan ad eum: Mi Domine Sacerdos magne, attolle dexteram tuam: β) Stabat ad dexteram ipſius, & Princeps domus Patrum à ſiniſtra illius. γ) Agitabat ſudariis. δ) Prehendebat manum ejus, & adſcendere faciebat eum (adjuvabat eum adſcendendo* per *gradus. ε) Non poterat Sacerdos magnus præfici, ut eſſet Sacerdos ſummus, niſi prius extitiſſet Sagan.* Huc Druſius refert illud, 1.Sam. 15, 9. exponens *ſecundarios*, ut Saul intelligatur non ſolum optimis gregibus & armentis pepercisse, ſed etiam iis, qui erant in proximo illis ordine, & ſi non optimi, ſaltem ab optimis ſecundi. Sed Bochartus in Hieroz. Part. I. lib. 2. p. 431. per מִשְׁנִים d. l. intelligit oves bidentes circa bimatum habentes duos dentes eminentiores &c. γ) Valet *par*, *æquale*, *exemplar duplicatum*, quia *imitamentum & exemplar* eſt *ſecundum à re.* Sic *par & æquale* quid denotat, Devt. 15, 18. *exemplar duplicatum*, Devt. 17, 18. δ) *Duplum*, Exod. 16, 15. Job, 42, 10. quod per *Synecdochen ſpeciei*, poſita certa numeri ſpecie pro *multitudine indeterminata*, notat *multum, id quod plus ſatis eſt*, Jeſ. 61, 7. Jer. 16, 18. Zach. 9, 12.

שֶׁנְהַבִּים Pl. m. *Dentes elephantum*, vide ſub שֵׁן.

שָׁנַן *Acuit.* אִם שַׁנּוֹתִי בְּרַק חַרְבִּי Quod *acuturus ſim* fulgur gladii mei, Devt. 32, 41. שָׁנְנוּ לְשׁוֹנָם *Exacuerunt* linguam ſuam, Pſ. 64, 4. Part. Paul. שָׁנוּן *Acutus*, Prov. 25, 18. Piel שִׁנֵּן Omni ſtudio *acuit*, וְשִׁנַּנְתָּם לְבָנֶיךָ Eu *acues* omni ſtudio ea, i. e. *ſedulo inculcabis* ea filiis tuis Devt. 6, 7. Hitphael Fut. אֶשְׁתּוֹנָן Exacuó me, Pſ. 73, 21.

1) Generatim *acuendi* notionem habet. 2) Speciatim α) *proprie*, notat *ferrum* impellendo ad cotem vel alia ratione *acutum reddere; mutare obtuſum in acutum.* Ita dicitur de *gladiis* vel *telis* acuminatis & lævigatis, ut facilius penetrent, ceu colligitur, ex Devt. 11, 31. Pſ. 120, 4. Prov. 25, 18. Jeſ. 5, 28. β) *Metaphoricè* transfertur 1) ad *linguam maledicorum*, qui ad acriter conviciandum & alterius famæ vulnera infligenda linguam aptant, inſtar militum, qui ad lædendum hoſtem gladios & tela acuunt atque expoliunt, Pſ. 64, 4. Pſ. 140, 4. 2) ad *doloris punctivi concitationem.* Pſ. 73, 21. 3) ad *ſedulam informationem & ſolertem præceptorum inculcationem*, Devt. 6, 7.

שֵׁן c. *Dens*, ſic dictus, quod *acutus eſt*; *Ebur*; *Scopulus acutus.* שֵׁן בְּשֵׁן *Dens* pro *dente*, Devt. 19, 21. שֵׁן הַסֶּלַע *Scopulus* dentis, 1.Sam. 14, 4. בֵּית הַשֵּׁן Domus *eboris*, i. e. *ebore ornata*, 1.Reg. 22, 39. Dual. שִׁנַּיִם *Dentes*, Am. 4, 6. quæ forma eſt propter *duplicem dentium*

um ordinem ſuperiorem & inferiorem. Cum Suff. תִּקְהֶינָה שִׁנָּיו *Obſtupeſcunt dentes* ejus, Jer. 31, 30.

1) Generatim *dentem* notat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *oſſiculum durius ex maxillæ carne prominens, quod comminutioni ciborum* inſervit &c. Exod. 21, 24. 27. Lev. 24, 20. β) *Figuratè* 1) *Synecdochicè* & κατ᾽ ἐξοχὴν autem notat *dentem elephantis* ſ. *ebur*, quod ex India & Æthiopia afferebatur, &, judice Brixiano de eo dicitur, *quaſi ille ſolus ob magnitudinem hoc nomine vocari dignus ſit*, 1.Reg. 10, 18. c. 22, 39. 2. Chron. 9, 17. Am. 3, 17. c. 6, 4. Conf. Ezech. 27, 15. ubi memorantur קַרְנוֹת שֵׁן *Cornua eboris*, i. e. *dentes eburnei, cornibus ſimiles*, ut interpretatur R. D. Kimchi in libro Rad. & in Comment. Huc facit, quod *Varro* de ling. Lat. lib. 6, Plinius lib. 8. c. 3. & Ælianus Hiſt. lib. 4. c. 31. & lib. 14. c. 5. pro *cornibus* habuerint, quia è cranio oriuntur, quod cornibus proprium eſt, & facile ſecantur, poliuntur, & in quamvis formam effinguntur. Bochartus Hieroz. Tom. I. lib. 2. c. 24. p. 254. iis accedit, qui *eboris materiam* dentes illos vocant, agnoſcens, quod aliquid cum cornibus commune habeant. 2) *Metaphoricè* a) notat *Promontorium, ſcopulum acutum*, inſtar *dentis* prominentem, 1.Sam. 14, 4. Job. 39, 28. vel 31. b) Eſt ſymbolum *iracundiæ, truculentiæ, immanitatis, rapacitatis, perditionis & potentiæ nocendi*, quia beſtiæ carnivoræ & rapaces non ſolum diducto rictu *dentes* oſtentant, ut terrorem incutiant aliis, ſed etiam dentibus pugnant, lædunt, diſcerpunt, comminuunt, abſumunt, Job 16, 9. Pſ. 3, 8. Pſ. 6, 8. Pſ. 35, 16. Pſ. 37, 12. Pſ. 57, 5. Pſ. 58, 7. Pſ. 112, 10. Pſ. 124, 6. Thren. 2, 16.

שְׁנִינָה f. *Dicterium, Acutum & mordax dictum.* Quater legitur, Devt. 28, 37. 1.Reg. 9, 7. 2.Chron. 7, 20. Jer. 24.

שֶׁנְהַבִּים m. pl. *Dentes elephantum*; exerti duo in maxilla ſuperiore, ex quibus conſtat ebur. Eſt vox compoſita, ex שֵׁן *Dens* & קהב, *Elephas*, litera ק extruſa. Bocharto Hieroz. Tom. I. lib. 2. c. 23. Syro & Arabi notat *ipſum elephantem* &c.

שׁוּנֵם *Schunem.* Nomen proprium *oppidi*, quod terminus extitit tribûs Aſcheris, Joſ. 19, 18. & Philiſtæorum caſtris clarum fuit, 1.Sam. 28, 4.

שׁוּנַמִּית f. Schunamitis, nomen gentile, 1.Reg. 1, 3. 2.Reg. 4, 36.

שִׁנֵּס *Cinxit, Accinxit, Succinxit*, Semel legitur, 1.Reg. 19, 1. וַיְשַׁנֵּס מָתְנָיו Et *accinxit* lumbos ſuos.

שִׁנְעָר *Schinear*, nomen proprium *regionis Babylonicæ*, Gen. 10, 10. Expreſſe enim dicitur *Babel* fuiſſe in terra *Sinear*. Bochartus in Phaleg lib. 1, 5. deducit à נָעַר *Excuſſit*, quia incolæ hujus terræ excuſſi fuerunt, diſſipatique per totum terrarum orbem, ob ædificationem turris.

שְׁנַת f. *Somnus*, eſt ex שֵׁנָה rad. יָשֵׁן *Dormivit.*

שָׁסָה *Diripuit; Deprædatus eſt.* שַׁסּוּ לָמוֹ *Diripuerunt* ſibi, Pſ. 44, 11. Part. שֹׁסֶה *Diripiens.* וַיַּצֵּל אֶת־יִשְׂרָאֵל מִיַּד שֹׁסֵהוּ Et eripuit enim

eum è manu *diripientis* eum. 1. Sam, 14, 48. Plur. שֹׁסִים *Diripentes*, Jud. 2, 14. 1. Sam. 23, 1. 2. Reg. 17, 20. In Statu conſtr. שֹׁסֵי נַחֲלָתִי *Direptores* hæreditatis meæ, Jer. 50, 11. מִיַּד שֹׁסֵיהֶם E manu *deprædantium* eos, Jud. 2, 16. שֹׁסֵינוּ *Deprædantes* nos, Jeſ. 17, 14. שֹׁאסַיִךְ *Diripientes te*, Jer. 30, 16. vide in שָׁסַס Part. Paul. וְשָׁסוּי Et *direptus*, Jeſ. 42, 22. Fut. יְשַׁסֶּה *Diripiet*, Hoſ. 13, 15. Piel שׁוֹשֵׂיתִי *Diripui*, Jeſ. 10, 13. Ubi ו eſt pro Dageſch Characteriſtico, & שׂ pro ס per alternationem. Sæpius non occurrit.

שָׁסַס *Diripuit, Deprædatus eſt.* שַׁסֻּהוּ *Diripuerunt* eum. Pſ. 89, 42. Fut. וַיָּשֹׁסּוּ Et diripuerunt, Jud. 2, 14. 1. Sam. 17, 52. Part. שֹׁאסַיִךְ *Diripientes te*, Jer. 30, 16. per Syriaſmum ſecunda radicali in א mutata, pro שֹׁסַיִךְ, niſi dicere velis, ad formam Chaldaicam permutari cum quieſcentibus ſecundâ. Vid. D. Danzii Liter. §. 45. II. not. 2. Niphal נָשַׁס *Direptus eſt.* וְנָשַׁסּוּ Et *diripientur*, Zach. 14, 2. Fut. יִשַּׁסּוּ בָּתֵּיהֶם *Diripientur* domus eorum, Jeſ. 13, 16.

מְשִׁסָּה f. *Direptio*, Jeſ. 42, 22. לִמְשִׁסָּה In *direptionem*, 2. Reg. 21, 14. Jer. 30, 16. Zeph. 1, 13. Aſt Jeſ. 42, 24. eſt לִמְשׁוֹסָה Juxta Maſorethas pro לִמְשִׁיסָּה. Aſt quia verba geminantia *ſecundam*, & quieſcentia *ſecunda* cum nominibus inde ortis ſæpius formas permutant, quid obſtat, quo minus dicas, retentis literis legendum eſſe לִמְשׁוֹסָה Plur. מְשִׁסּוֹת *Direptiones*, Hab. 2, 7. Sæpius non legitur.

שָׁסַע *Fidit*, *Diffidit*, *Divifit*; *Biſidatus*, *Biſidus eſt.* Particip. וְשֹׁסַע שֶׁסַע פַּרְסָה Et *findens* fiſſuram ungulæ. Lev. 11, 7. Part. Paul. Fœm. הַפַּרְסָה הַשְּׁסוּעָה Ungula *fiſſa*. Devt. 14, 7. Piel שִׁסַּע *Fidit, Diffidit, Abſcidit, Abſtraxit.* וְשִׁסַּע אֹתוֹ בִכְנָפָיו Et *diffindet* illud cum alis ſuis. Lev. 1, 17. Fut. וַיְשַׁסַּע אֶת אֲנָשָׁיו בַּדְּבָרִים Et *abſtraxit* viros ſuos verbis. 1. Sam. 24, 8. וַיְשַׁסְּעֵהוּ כְּשַׁסַּע הַגְּדִי Et *ducerpſit* eum ſicut *discerpit* aliquis hœdum, Jud. 14, 6.

1) Generatim eſt *findere*, *diffindere*. 2) Speciatim α) *propriè* quidem notat *findere* vel *diffindere in duas partes*, ſed ita ferè, ut *poſteriori cohæreant* vel *connexa maneant*. Ita dicitur de *ungulis animalium diviſis*, quæ à pedis partibus poſterioribus connexæ erant. Lev. 11, 3. 7. 26. Devt. 14, 7. de *ave* immolanda, Lev. 1, 17. de *leone* à Simſone lacerato, Jud. 14, 6. β) *Metaphoricè* transfertur ad *animum*, qui *finditur*, *ſi verbis perſuaſoriis*, *aliaque ratione à propoſito abſtrahitur*. Ita 1. Sam. 24, 8. dividebat & abſtrahebat David viros ſuos à Saule, ne propius ad eum accederent, eumque percuterent.

שֶׁסַע m. *Fiſſum*. Extat ſaltem Lev. 11, 3. 7. 26. Devt. 14, 6.

שִׁסֵּף *Dilaniavit, Diſſecuit*. Semel legitur וַיְשַׁסֵּף Et *diſſecuit*, 1. Sam. 15, 33.

שָׁעָה *Reſpexit, Attendit*, ubi conſtruitur cum אֶל vel עַל; *Avertit ſe* vel *vultum ſuum*, *Deſtitit* vel *Deſiit ab aliquo*, ubi conſtruitur cum מִן vel

vel מֵעַל; *Oblectavit ſe in aliqua re*; ita conſtruitur cum בְּ; item *Obductus, Illitus eſt*, ex uſu Chaldaico. וְלֹא שָׁעוּ עַל־קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל Sed non *reſpiciunt* ad Sanctum Iſraelis, Jeſ. 31, 1. Fœm. וְאֶשְׁעָה בְחֻקֶּיךָ תָמִיד Tum *Oblectabo* me in ſtatutis tuis ſemper, Pſ. 118, 117. Alii: Tum *inſpiciam* ſtatuta tua jugiter. וַיִּשַׁע יְהוָה אֶל־הֶבֶל Et *reſpexit* Dominus ad Habelem, Gen. 4, 4. וְלֹא תִשְׁעֶינָה עֵינֵי רֹאִים Neque *illiti* vel *obducti* erunt oculi videntium, Jeſ. 32, 2. Imper. שְׁעֵה מֵעָלָיו *Averte* te, vel *deſiſte* ab eo, Job. 14, 6. Piel שִׁעֲשַׁע *Oblectavit, Oblectavit ſe.* תּוֹרָתְךָ שִׁעֲשָׁעְתִּי Lege tua *oblecto* me, Pſ. 119, 70. Fut. תַּנְחוּמֶיךָ יְשַׁעַשְׁעוּ נַפְשִׁי Conſolationes tuæ *oblectarunt* animam meam, Pſ. 49, 19. Pual שֻׁעֲשַׁע *Delectatus eſt.* Fut. תְּשֻׁעֳשָׁעוּ *Delectabimini*, Jeſ. 66, 12. Hiphil Imper. הָשַׁע מִמֶּנִּי *Averte te, Deſiſte à me*, Pſ. 39, 14. formæ שׁוּעַ. Quò referunt etiam illud, Jeſ. 6, 10. וְעֵינָיו הָשַׁע Et oculos ipſius *illine*. Hithpael הִשְׁתָּעָה *Stupuit, Obſtupuit, Territus eſt*; item הִשְׁתַּעֲשַׁע *Oblectavit ſe.* Fut. אַל־תִּשְׁתָּע Ne *terrearis*, Jeſ. 41, 19. אֶשְׁתַּעֲשַׁע *Oblecto* me, Pſ. 119, 16, 47. Imper. הִשְׁתַּעַשְׁעוּ *Obſtupeſcite*, Jeſ. 29, 9.

1) Generatim eſt *reſpicere*. 2) Speciatim *α*) *propriè* eſt *reſpicere oculis corporis*, quod pro ratione loci juxta naturam Præpoſitionis, cum qua conſtruitur, eſt vel *convertere ſe ad aliquid*, vel *avertere ſeſe ab aliquo*; Scil. *convertere ſe ad aliquid*, interveniente Præpoſitione אֶל vel עַל *Avertere ſe ab aliquo*, interveniente Præpoſitione מִ, vel מֵעַל, Jeſ. 22, 4. vel modò *huc*, modo *illuc oculos convertere*, quod eſt *circumſpicere*, 2. Sam. 22, 42. β) *Impropriè* א) *Metaphoricè* tributum 1) *homini* reſpicit *mentem* ejus, & idem eſt ac ad *aliquid attendere*, Exod. 5, 9. *reſpicere ad aliquid cum fiducia* vel ſpe, ſeu *in aliquo fidere & ſperare*, Jeſ. 17, 7. 8. c. 31, 1. 2) *Deo* tributum deſignat *a*) *ejus beneplacitum, approbationem, favorem & gratiam*, Gen. 4, 4. 5. *b*) ejus *ceſſationem ab afflictione hominis ulteriori*, Job. 7, 19. c. 14, 6. Pſ. 39, 14. ב) *Metonymicè* deſignat *effectum*, *qui actum reſpiciendi ad aliquid ſequitur*; ſcilicet 1) *inſignem in aliqua re oblectationem*, quæ animum ſuaviſſime demulcet, Pſ. 94, 19. Pſ. 119, 70. 116, 117. Jeſ. 11, 8. c. 66, 12. 2) *Stuporem magnum*, qui animum corripit, Jeſ. 29, 9. 3) *Terrorem & metum gravem*, quô mens percellitur, Jeſ. 41, 10.

שָׁעָה f. *Hora*, ſic dicta, quod homines ad eam in ſuis negotiis *cumtè reſpiciant & attendant*; vel (ſi ad uſum rad. שְׁעָה Chaldaicum, ubi notat *nunciare*, ſpectare malis) quod ſit *temporis annunciatrix*.

שַׁעֲשֻׁעִים m. pl. *Oblectationes*, *Oblectamenta*, *Deliciæ*. יֶלֶד שַׁעֲשֻׁעִים Puer *deliciarum*, Jer. 31, 20. עֵדֹתֶיךָ שַׁעֲשֻׁעָי Teſtimonia tua ſunt *delectationes* meæ, Pſ. 119, 24. נְטַע שַׁעֲשׁוּעָיו Planta *deliciarum* ejus, Jeſ. 5, 7.

1) Generatim notat *quamcunque oblectationem intimam ac multiplicem*;

 ſem;

cem; quâ aliquid non ſatis intueri, amplexari poſſumus. 2) Speciatim *α*) dicitur de *filio*, quem Parentes ob amabilitatem ſuam ſubinde intuentur, tenerrimè amant, ejusque ſuaviſſimis luſibus oblectantur. Ita dicitur tùm de *æterno Dei filio*, qui eſt ſumma delectatio Patris, Prov. 8, 30. tum de *filio Dei adoptivo*, Ephraimo, Jer 31,20. *β*) de *planta deliciarum*, quam vinitor non ſine inſigni oblectatione conſpicit ac curat, Jeſ. 5, 7. *γ*) de *verbo divino*, quod Davidi erat ſummæ delectationi, Pſ. 119, 24. 77, 92. 143. 147. *δ*) de *oblectatione maxima Filii Dei* ex gubernatione hominum, Prov. 30, 31.

מִשְׁעָה m. *Aſpectus.* Legitur ſaltem cum Suff. לְמִשְׁעִי *Adſpectum meum*, Ezech. 16, 4.

שַׁעֲטָה m. *Strepitus, Plauſus*, quem equi incedentes terram percutiendo ungulis pedum edunt. Semel legitur in Statu Conſtr. מִקּוֹל שַׁעֲטַת פַּרְסוֹת אַבִּירָיו Præ voce *plauſus* ungularum equorum ejus, Jer. 47, 3.

שַׁעַטְנֵז m. *Variè commixtum, Heterogeneum, diverſum filiorum genus*, Lev. 19, 19. Devt. 22, 11. quod Bochartus Tom. I. lib. 2. Hieroz. c. 45. compoſitum eſſe putat ex שעט & נז, ad quorum prius alludit Arabum سوط vel ساط, quod *miſcere* ſignificat, *propriè* non ſolum *res liquidas*, ſed & *alia quævis*, ut *opes, greges & ſimilia.*

שׁעל *Tuſſivit*, apud Arabes, item *Occupatus fuit.*

שׁוּעָל m. *Vulpes*, à *tuſſi* ſic dicta, *ſive* revera tuſſiat, *ſive* tuſſientis raucedinem gannitu ſuo imitetur. Vid. Boch. Hieroz. Tom. I. Lib. I. c. 9. pag. 62. lib. 3. c. 13. p. 850. Aſt Guſſetius reducit ad *ſemitam*, quæ ſit planta pedis, eò quod vulpes *ſemitas anguſtas amet*, quibus ſe proripiat. Pl. שׁוּעָלִים *Vulpes*, Jud. 15, 4. & per alternationem שֻׁעָלִים Ez. 13, 4.

1) Generatim notat *vulpem.* 2) *Propriè* notat *animal ganniens, aſtutum, noxium*, Jud. 15, 4. ubi Autor Obſerv. Halenſ. abſurditates de tot vulpibus captis facibusque ardentibus inſtructis ab Atheis objectas evitaturus vertit *manipulos*, לקד autem per *arripere* & זנב per extremitatem interpretatur, ut ſenſus ſit: Er nahm 300. Strohwiſch/ und kehret ein End gegen das andere/ und leget einen Brandt zwiſchen beyde Enden und warff ſie unter das Korn der Philiſter. Sed quia *α*) terra Canaan vulpibus abundavit, quod colligitur ex Pſ. 63, 11. Cant. 2, 15. *β*) Incolæ terræ eas venari ſcite noverunt, hujusque artis venandi Schimſchon haud dubie gnarus fuit; *γ*) Deus, qui Schimſonem ad damnum Philiſtæis inferendum movit, procul dubio fecit, ut media quoque h. e. vulpes conſequeretur, *δ*) Citra neceſſitatem ſingula vocabula in ſenſum, quem vel nunquam, vel rariſſime habent, detorquentur; Non eſt, cur ad Domini Obſervatoris interpretationem deſcendamus. Vid. Dn. Fechtii Philocal. Theol. Bibl. Th. 4. p. 3. Seb. Schmid. in l. c. & ſummè Rev. Dn. D. Buddei Hiſtor. Eccl. Tom. I. Sect. 2. pag. 907. Vide Pſ. 63, 11. Ez. 13, 4. ubi cum vulpibus comparantur falſi Prophetæ. 2) *Metaphoricè* de-

deſignat *Eccleſiæ hoſtes & hæreticos*, Cant. 2, 15. Conf. Thren. 5, 18. item Ez. 13, 4. n. 1. citatum.

שֹׁעַל m. *Pugillus*; *Planta pedis*, juxta Guſſetium, nec incongruè מִי־מָדַד בְּשָׁעֳלוֹ מַיִם Quis menſus eſt *pugillo* ſuo (planta pedis ſua) aquas? Jeſ. 40, 12. Plur. שְׁעָלִים *Pugilli*; *Plantæ* pedis. אִם־יִשְׂפֹּק עֲפַר שֹׁמְרוֹן לִשְׁעָלִים לְכָל־הָעָם אֲשֶׁר בְּרַגְלָי׃ Si Suffecerit pulvis Samariæ pugillis (vel potius interprete Guſſetio, quantum *plantæ pedis* adhærere ſolet incedendo) univerſo populo, qui eſt poſt pedes meos, 1. Reg. 20, 10. In Statu Conſtr. בְּשַׁעֲלֵי שְׂעֹרִים Pro *pugillis* hordeorum, Ezech. 13, 19. Sæpius non occurrit.

שַׁעֲלִים *Schaalim*, nomen proprium *exiguæ regiunculæ* vel *tractûs terræ* in Palæſtina, 1. Sam. 9, 4.

מִשְׁעוֹל m. *Semita*, *Trames*. Tantum legitur Num. 22, 24.

שָׁעַן In *Kal* non legitur; Niphal נִשְׁעַן *Nixus*, *Innixus eſt*, *Incubuit*. Utplurimum conſtruitur interveniente Præp. עַל; Rarius cum אֶל, ejusque decurtato לְ vel cum בְּ. נִשְׁעָן עַל־חֲנִיתוֹ *Innitebatur* haſtæ ſuæ, 2. Sam. 1, 6. עָלֶיךָ נִשְׁעַנּוּ Super te *nixi ſumus*, pro נִשְׁעַנְנוּ, tertiâ radicali נ, quia aliud נ ſequitur extruſâ, & per Dagesch Forte compenſatâ, 2. Chron. 14. 11. Inf. לְהִשָּׁעֵן עַל־מַכֵּהוּ *Inniti* ſuper percuſſore ſuo, Jeſ. 10, 40. Fut. וְאֶל־בִּינָתְךָ אַל־תִּשָּׁעֵן Tuæ autem intelligentiæ ne innitere, Prov. 3, 5.

1) Generatim notat *inniti* vel *recumbere in aliquâ re*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *corpore recumbere*, vel *inniti alicui rei* velut *fulcro*. Ita dicitur de *Saule* innixo haſtæ, 2. Sam. 1, 6. de *Rege* innitenti Miniſtri manui, 2. Reg. 5, 18. c. 7, 2. 17. de *Angelis* Arahamo apparentibus, Gen. 18, 4. de *Simſone* columnis domûs inniti volente, Jud. 16, 26. *β*) *Metaphoricè* transfertur ad *animum*, *ejusque* deſignat *confidentiam*, quia homo, alioquin viribus deſtitutus, alicui velut fulcro firmiſſimo innititur, totusque in eo recumbit. Ita dicitur de homine confidente in *Deo*, 2. Chr. 13, 18. c. 14, 11. c. 16. 7. c. 17, 8. Jeſ. 10, 20. c. 50, 10. in homine, 2. Chr. 17, 8. Ez. 29, 7. in intelligentia ſua, Prov. 3, 5. domo, i. e. ſuis opibus, potentia, magnitudine, Job. 8, 15.

מִשְׁעָן m. *Baculus*, *Scipio*, ſic dictus, quod homo ei velut fulcro *inniti* queat. Quater legitur, ſed *Metaphoricè*, deſignans *auxilium & ſubſidium*. Nimirum 2. Sam. 22, 19. Pſ. 18, 19. tribuitur *Deo*, qui Davidi labenti, nec amplius conſiſtere valenti, erat inſtar *firmiſſimi fulcri*, & *baculi*, dum eum juvabat, ſuſtentabat &c. Sed Jeſ. 3, 1. dicitur de *cibo & potu*, quibus hominis vita quaſi fulcitur, reficitur & ſuſtentatur.

מַשְׁעֵן m. *Baculus*, *Scipio*, & Fœm. מַשְׁעֵנָה *Bacilla*. Utrumque ſemel legitur Jeſ. 3, 1. מֵסִיר מִירוּשָׁלַםִ וּמִיהוּדָה מַשְׁעֵן וּמַשְׁעֵנָה Erit removens ex Hieroſolyma & Juda *baculum* & *bacillam*, i. e. omnem in univerſum baculum, i. e. ſubſidia omnia, tam infirmiora, quàm ſolidiora. Conf. Summe Rev. Danzii Interpr. §. I. c. 1.

מִשְׁעֶנֶת f. *Baculus, Scipio*, quô quis *nititur*. קְצֵה מִשְׁעַנְתּ Extremitas *baculi*, Jud. 6, 21. Cum Suff. עַל־מִשְׁעַנְתּוֹ Super *ſcipione* ſuo, Exod. 21, 19. Plur. cum Suff. בְּמִשְׁעֲנֹתָם *Baculis* ſuis, Num. 21, 19.

1) Generatim notat *fulcrum*, *cui aliquis* innititur. 2) Speciatim α) *propriè* notat *baculum*, cui homo innititur, infirmior exiſtens, e. g. Senex, Zach. 8, 4. convaleſcens, Ex. 21, 19. Conf. 2. Reg. 4, 29. 31. β) *Metaphoricè* deſignat *præſidium*, *auxilium*, & *protectionem*, ſive ſit à *Deo*, Pſ. 23, 4. ſive ab *homine*, in quô fruſtra fiduciâ ſuâ recumbit, 2. Reg. 18, 21. Jeſ. 36; 6. Ezech. 29, 6.

שָׁעַע *Oblectavit*; Piel שִׁעֲשַׁע *Valde oblectavit*, vide in שָׁעָה.

שָׁעַר *Cogitavit*, *Obſervavit*, *Æſtimavit*; *Horruit*. Semel legitur Prov. 23, 7. כְּמוֹ שָׁעַר בְּנַפְשׁוֹ Sicut *cogitat*, *æſtimat* in animo ſuo.

שַׁעַר m. *Porta*, teſte Buxtorffio juxta quosdam ab *horrore* ſic dicta, quod portæ tum robore & munitionibus ſuis, tùm judiciis publicis, quæ ſub illis exercebantur, horrori ſive horrendæ eſſent; vel juxta Coccejum ſic nominata, quod apud portas eſſent fora, tum rerum venalium, in quibus æſtimatio earum fiebat, tum conventuum habendorum, tum rerum judicandarum. שַׁעַר עֶלְיוֹן *Porta* ſuperior, 2. Chr. 23, 20. Cum ה locali שַׁעְרָה In *portam*, Jeſ. 28, 6. Devt. 22, 15. Plur. שְׁעָרִים *Portæ*, Jud. 5, 8. Menſuræ, quibus quantitas rerum æſtimatur. Ita ſemel Gen. 26, 12. In Statu conſtr. שַׁעֲרֵי מָוֶת *Portæ* mortis, Pſ. 107, 18. Cum Suff. שְׁעָרֶיךָ *Portæ* tuæ, Devt. 12, 15.

1) Generatim *obſervationis* notionem reſpicit. 2) Speciatim α) notat *portam*, quia ibi obſervantur intrantes & exeuntes. - Ita 1) *propriè* denotat *oſtium*, per quod intrare licet urbem, Gen. 23, 10. 18. c. 34, 20. 2. Reg. 7, 10. atrium, Ex. 35, 17. c. 38, 18. 31. c. 40, 8. 33. Num. 4, 26. templum, 2. Reg. 15, 35. Ez. 8, 14. c. 10, 19. c. 11, 1. 2) *Impropriè* α) per *Synecdochen partis* pro *toto* denotat *ipſam urbem*, Gen. 22, 17. Ex. 20, 10. Devt. 12, 12. c. 14, 27. c. 16, 5. 18. Pſ. 87, 2. Jer. 15, 7. β) Per *Synecdochen partis* & *Metonymiam ſubjecti* ſimul notat ipſos *incolas urbis*, Ruth. 3, 11. c. 4, 10. γ) *Metaphoricè* 1) *porta mortis* indigitant *mortis potentiam* & *præſentiſſima pericula*, Job. 38, 17. Pſ. 9, 14. Pſ. 107, 18. Jeſ. 38, 10. 2) *Porta cœli* & *juſtitiæ* notat *medium perveniendi ad æternam beatitudinem*, Gen. 28, 17. Pſ. 118, 19. 20. Vid. Glaſſ. Rhet. S. Tr. 1. c. 12. p. 391. β) Significat *menſuram*, qua rerum quantitas obſervatur & æſtimatur, Gen. 26, 12.

שֹׁעֵר m. *Janitor*, qui intrantes & exeuntes diligenter *obſervat*. שֹׁעֵר הָעִיר *Janitor* urbis, 2. Reg. 7, 10. Plur. שֹׁעֲרִים *Janitores*, 1. Chr. 15, 23. 24. Neh. 12, 25. 47. c. 13, 5. In Statu Conſtr. לְשֹׁעֲרֵי הַסִּפִּים *Janitoribus* liminum, 2. Chr. 23, 4.

שֹׁעָר m. *Horrendum*, quod obſervanti terrorem incutit. Semel legitur in Plurali de *ficubus*, Jer. 29, 17. כַּתְּאֵנִים שֹׁעָרִים Sicut ficus *horrendæ*, quæ adeo malæ ſunt, ut comedenti *horrorem* incutiant.

שַׁעֲרוּרָה

שַׁעֲרוּרָה f. *Horrendum valde*, quod obſervanti vel audienti *horrorem* incutere ſolet. Bis legitur Jer. 5, 30. c. 23, 14.

שַׁעֲרוּרִיָּה f. *Horrendum, Res horrenda.* Semel occurrit Hoſ. 6, 10. & quidem ita juxta Maſorethas; ſed juxta literas legendum foret שַׁעֲרִירִיָּה.

שַׁעֲרֻרִת f. *Res horrenda, fœda*, quâ obſervatâ homines *horrore maximo* percelluntur. Tantum extat Jer. 18, 13.

שָׁפָה *Eminuit, Prominuit; Confregit, Contrivit*, apud Chaldæos, forte, quia, quæ *eminent* vel *prominent*, fractioni vel contritioni facilè expoſita ſunt; *Planus fuit, Complanavit*, apud Syros. In *Kal* non legitur. Niphal נִשְׁפָּה *Eminuit, Prominuit; Planus fuit.* Part. עַל־הַר נִשְׁפֶּה Super *monte eminente*; vel *plano*, juxta celeb. Majum, Jeſ. 13, 2. Pual Præt. וְשֻׁפּוּ עַצְמֹתָיו Et *eminent, extant* oſſa ejus, Job. 33, 21. juxta R. Levi, Tremellium, Coccejum, Diodatum & alios. Nec incongrue! quia in tabe, conſumtâ carne, *oſſa prominent*, quæ prius non videbantur. Sed Seb. Schmidio *confringendi* arridet ſignificatio. Unde reddit: Et *confringuntur oſſa ejus*; ita ut *Metaphoricè* deſignetur *ſumma laſſitudo & prolapſio virium*, quâ omnia oſſa quaſi confracta & contrita videntur. וְשֻׁפּוּ autem legendum eſt juxta Maſorethas; aſt juxta literas legi debet וּשְׁפִי, ut ſit nomen, ſenſusque huc redeat: *Eſtque eminentia oſſium ejus, quæ prius non videbantur.* Sæpius non legitur.

שְׁפִי m. *Eminentia, Locus eminens, Clivus*, Num. 23, 3. Plur. שְׁפָיִים *Loca eminentia, Clivi*, Jeſ. 11, 8. c. 49, 9. Jer. 3, 21. & per Syncopen שְׁפָיִם Jer. 3, 2. c. 4, 11. c. 7, 29. c. 12, 12. c. 14, 6.

שְׁפוֹת f. pl. *Caſei*, quaſi *eminentes* dicti. Sed cel. Majus rationem etymi petit ex ſignificatione Syriaca, *planus fuit*, ut ſic dicantur à plana figura, quia velut maſſa rotunda aut quadrata figura *duas ſuperficies planas* neceſſario habent, ut jacere poſſint. Semel legitur, 2. Sam. 17, 29.

אַשְׁפֹּת *Sterquilinium*, per Syncopen pro הָאַשְׁפּוֹת, vide in אָשַׁף.

שָׁפַח Radix inuſitata. Inde eſt

שִׁפְחָה f. *Ancilla, Famula*, Gen. 16, 1. c. 29, 24. Lev. 19, 20. Pſal. 123, 2. In Statu Conſtr. שִׁפְחַת שָׂרָה *Ancilla* Saræ, Gen. 25, 12. Cum Suff. שִׁפְחָתִי *Ancilla* mea, Gen. 16, 2. Plur. שְׁפָחוֹת *Ancillæ*, Gen. 12, 16. Cum Suff. שִׁפְחֹתֶיךָ *Ancillæ* tuæ, Ruth. 2, 13.

מִשְׁפָּחָה f. *Familia; Genus; Gens, Natio.* אוֹ מִשְׁפָּחָה אוֹ שֵׁבֶט Aut *familia*, aut tribus, Deut. 29, 18. In Statu conſtr. & accedente Suffixô, adhibetur מִשְׁפַּחַת. Ita Num. 26, 29. מִשְׁפַּחַת הַגִּלְעָדִי *Familia* Gileaditæ, Num. 26, 29. מִשְׁפַּחְתִּי *Familia* mea, Gen. 24, 38. Plur. מִשְׁפָּחוֹת *Familiæ*, Job. 31, 34. In Statu conſtr. מִשְׁפְּחֹת בְּנֵי נֹחַ *Familiæ* filiorum Noachi, Gen. 10, 32. לְמִשְׁפְּחֹתֵיכֶם Per *familias* veſtras, Exod. 12, 21.

Digitized by Google

1) Propriè denotat *complexum hominum*, qui vel ex una ſtirpe, vel domo orti, mutuaque cognatione vel affinitate ſibi juncti ſunt, vel unius regionis incolæ ſunt. Unde ſpeciatim α) notat *familiam*, prout opponitur tribui, Devt.29,17.18. Jud.18,19. β) *Tribum*, Jud.13,2. c.17,7. c.18,11. γ) *Integram gentem* vel *nationem* terræ, Gen. 12, 3. Pſ. 22, 28. Lev. 10, 6. Jer. 8, 3. Zeph.14,18. Conf. Am. 3, 1. ubi dicitur de *gente* Iſraelitica. 2) Metaphoricè dicitur tùm de *ſpeciebus brutorum*, Gen. 8, 19. tùm de *generibus variis pœnarum*, Jer. 15, 3.

שָׁפַט *Judicavit*, *Judicium exercuit*, *Judicem egit*, *Jus dixit*, *ſententiam tulit*, *Vindicavit*, *Punivit*. שָׁפַט אֶת־יִשְׂרָאֵל *Judicavit* Iſrael, Jud. 16, 31. Sed 1. Sam. 7, 17. eſt שָׁפָט *Judicabat*, *jus dicebat*, ſub פ (ָ) pro (ַ) per alternationem poſitô, perinde ut שָׁגָג pro שָׁגַג Lev.5,18. שְׁפָטְךָ *Vindicavit* te, 2. Sam. 18, 31. Part. שׁוֹפֵט *Judicans*, *Judex*; 1. Sam. 3, 13. Infin. בִּימֵי שְׁפֹט הַשֹּׁפְטִים In diebus *judicare*, i. e. quibus *judicabant judices*, Ruth. 1, 1. לְשָׁפְטֵנוּ Ad *judicandum* nos, 1. Sam. 8, 5. Fut. אֶשְׁפּוֹט *Judicabo*, Pſ. 75, 3. יִשְׁפֹּט בֵּינִי וּבֵינֶךָ *Judicabit* inter me & inter te, 1. Sam. 24, 12. יִשְׁפְּטוּ *Judicabunt*, Gen. 31, 53. Sed Exod. 18, 26. eſt per alternationem יִשְׁפּוּטוּ. Simile eſt in תַּעֲבוּרִי *Diſcedes*, Ruth.2,8. Imper. cum ה Parag. שָׁפְטָה *Judica*, Thr.3,59. Niphal נִשְׁפַּט *Judicatus fuit*, *Judicium ſubiit*; *In Ius venit*, *Diſceptavit*, *Contendit*, *Judicio conflictavit*. נִשְׁפַּטְתִּי אֶת־אֲבוֹתֵיכֶם *Diſceptavi* cum Patribus veſtris, Ez. 20, 36. Inf. בְּהִשָּׁפְטוֹ In *judicari* ipſum, i. cum *judicabitur*, Pſ. 73, 33. Fut. אִשָּׁפֵט אִתְּכֶם *Diſceptabo* vobiscum, Ez. 20, 36. Piel Part. לִמְשֹׁפְטִי *Judici* meo, Job. 9, 15. pro לִמְשַׁפְּטִי, ֹ pro Dageſch Characteriſticô adhibitô.

1) Generatim Coccejo & Majo notat *quamvis diſcretionem & ordinationem*. 2) Speciatim α) eſt *judicium exercentis*, notans *judicare*, quia, qui judicat, *diſcernit* & *ordinat*. Ita adhibetur in *Kal*, & ſemel in *Piel*, tribuiturque א) *homini exercenti judicium rectum*, cauſam rei ſollicitè cognoſcendo & ponderando, ſententiam juxta leges & ſtatuta citra præjudicium & perturbationem affectuum pronunciando, inſontem abſolvendo, & vindicando, ſontem autem condemnando & puniendo, Exod. 18, 22. 26. Devt. 16, 18. 25. Prov. 29, 14. c. 31, 9. vel *judicium perverſum*, cauſam non ſatis examinando, ſpe commodi & lucri ſententiam perversè dicendo, ſontem abſolvendo, & juſtum condemnando, Pſ. 82, . Mich. 3, 11. ב) *Deo*, vel prout includit tum *cauſæ cognitionem*, tum *ſententiæ pronunciationem*, & *executionem*, dum pios abſolvit & vindicat, impios autem condemnat & punit, Eccl. 3, 16. Ezech. 18, 30. c. 33, 20. Conf. Pſal. 7, 9. Pſ. 26. 1. Pſ. 35, 24. vel prout deſignat *præcisè actum*, quo *hominem* vel *juſtum declarat*, vel *condemnat*, Pſ. 51, 6. vel *prout* reſpicit *ſententiæ executionem*, ubi reſpectu *piorum* notat *eos contra improbos & injuſtos perſecutores vindicare*, 2. Sam. 18, 18. 31. 2. Chron. 20, 12. Pſ. 10, 18. Pſ. 43, 1.

Pſ.

Pſ. 72, 4. reſpectu *impiorum* autem valet *promeritas pœnas infligere, punire graviter*, 1. Sam. 3, 13. Gen. 15, 14. β) Eſt *judicium ſubeuntis*, quia, qui judicium ſubit, judicis diſcretioni ſe ſubjicit vel exponit. Ita adhibetur in Niphal, redditurque: *judicio contendere, judicium intrare* vel *ſubire, ſuper facti aut dicti alicujus bonitate aut malitia invicem diſceptare, rationibus & argumentis utrinque productis.* Ita tribuitur tùm *hominibus*, 1.Sam. 12, 7. tùm *Deo cum hominibus* diſceptanti, Jeſ. 43, 26. Jer. 2, 35. c. 25, 31. Ezech. 17, 20. c. 20, 35. c. 38, 22. Joel. 4, 2. γ) Eſt *verbis aliquem objurgantis*, quia, qui alterum verbis ob impiam vivendi rationem objurgat, bonum à malo diſcernit, ejusque vitam rite ordinare laborat. Ita redditur *redarguere*, Ezech. 2, 4. c. 22, 2. δ) Eſt *regentis & imperantis*, quia, qui regit & imperat, res ordinat & diſcernit. Et ſic idem eſt ac *praeſſe, regere, gubernare*, & importat univerſum magriſtratûs officium, Jud. 2, 18, 19. c. 10, 2. 3. c. 16, 31. Ruth. 1, 1. 1. Sam. 4, 18. c. 8, 20. Dan. 9, 12.

שָׁפָט m. *Schaphat*, nomen propr. Viri α) *Exploratoris* terræ Canaan ex tribu Simeonis oriundi, Num. 13, 5. β) *Nepotis Davidis*, 1.Chr. 3, 22. γ) *Gaditæ*, 1.Chr. 5, 12. δ) *Patris Prophetæ Eliſæ*, 1. Reg. 19, 17. ε) *Præfecti* gregi Davidis, 1. Chr. 27, 29

שֹׁפֵט m. *Judex*; Eſt Particip. rad. שָׁפַט. Inde natum videtur Germ. Schöppe/ item Schufft/ quorum poſterius hodienum in *malam partem* capitur, quia Judices poteſtate ſuâ abuſi, perverſa judicia exercuerunt.

שְׁפוֹט m. *Judicium.* Semel legitur 2. Chr. 20, 9. חֶרֶב שְׁפוֹט Gladius *judicii.*

שִׁפּוּט m. *Judicium*; formæ זִבּוּל. Semel legitur in Plurali שְׁפוּטִים *Judicia*, Ezech. 23, 10.

שְׁפָטִים m. pl. *Judicia*; *Plagæ* vel *ſupplicia judicialiter quaſi decìſa, immiſſa atque inflicta*; qualia *Deus* exercuit atque immiſit Ægyptiis, Exod. 6, 6. c. 7, 4. c. 12, 12. Num. 33, 4. Ezech. 30, 14. 19. Moabitis, Ezech. 25, 11. quorum quatuor recenſentur, Ezech. 14, 21. conf. Ezech. 5, 10. 15. c. 11, 9. c. 16, 41. ubi *Deus* Judæis comminatur, ſua judicia & ſupplicia. בַּעֲשׂוֹתִי בָהּ שְׁפָטִים In *facere* me, i. e. quum fecero in ea *judicia*, Ezech. 28, 22. vid. v. 26. Cum Suff. שְׁפָטַי רָעִים *Judicia* mea mala, Ezech. 14, 21.

מִשְׁפָּט m. *Judicium*; *Jus*; *Mos, Conſuetudo, Ratio, Ritus, Motus, Diſpoſitio, Menſura.* מִשְׁפָּט אֶחָד יִהְיֶה לָכֶם *Judicium* unum erit vobis, Lev. 24, 22. וַיְהִי עֹשֶׂה מִשְׁפָּט וּצְדָקָה Fuitque faciens *judicium* & juſtitiam, i.e. judicium juſtum, 1. Chr. 18, 14. כַּמִּשְׁפָּט הָרִאשׁוֹן Secundum *morem* priorem, Gen. 40, 13. Cum Suff. לְמִשְׁפָּטִי Ad *judicium* meum, Pſalm. 35, 23. In Statu conſtr. מִשְׁפַּט מָוֶת *Judicium* mortis, Devt. 19, 16. מַה־יִּהְיֶה מִשְׁפַּט הַנַּעַר Quænam erit *ratio* (*viven-*

Digitized by Google

(vivendi) pueri iſtius, Jud. 13, 12. Plur. מִשְׁפָּטִים *Judicia, Jura.* לִמַּדְתִּי אֶתְכֶם חֻקִּים וּמִשְׁפָּטִים Docui vos ſtatuta & *judicia*, Devt. 4, 5. כַּמִּשְׁפָּטִים הָרִאשֹׁנִים Secundum *conſuetudines* priores, 2. Reg. 17, 34. In Statu conſtr. מִשְׁפְּטֵי יְהוָה אֱמֶת *Judicia* Domini veritas, i. e. veriſſima ſunt, Pſ. 19, 10. Cum Suff. מִשְׁפָּטָיו *Judicia* ejus, Num. 9, 3. Sed 2. Sam. 22, 23. eſt מִשְׁפָּטָו, per Syncopen literæ י ante ו eliſâ.

1) Generatim Coccejo notat *quamvis discretionem & ordinationem.* 2) Speciatim notat *judicium*, quia, ubi datur judicium, ſuo modo *discretio & ordinatio* locum obtinet. In hoc ſignificatu *α*) *propriè* notat *judicii proceſſum*, qui abſolvitur cauſæ cognitione, ſententiæque pronunciatione & executione; tum in *foro humano*, Lev. 19, 15. 35. Devt. 1, 17. 1. Chron. 18, 14. Prov. 16, 10. Jer. 7, 5. c. 21, 12. c. 22, 3. 15. tùm in *foro divino*, ſive ſermo ſit de *judicio particulari*, Pſ. 143, 2. ſive de *judicio extremo & univerſali*, Pſ. 9, 5. Eccl. 11, 9. c. 12, v. ult. *ϐ*) *Tropicè* a) per *Synecdochen partis* notat tùm *ſententiæ dictionem*, quâ juſti & innocentes abſolvuntur, ſontes verò condemnantur, Jeſ. 26, 11. tùm *ſententiæ executionem*, ſeu *judicium pœnæ & vindicationis*, ubi pœna & vindicta ſumitur ab iis, qui injuriam fecerunt, & ſontes deprehenſi fuerunt; innocui autem & pii immunes evadunt & liberantur, Job. 17, 7. Pſ. 7, 7. Pſ. 35, 23. Pſ. 119, 84. Pſ. 146, 6. 7. Thren. 3, 59. Hoſ. 2, 19. Mich. 7, 9. Unde ſæpius *ipſam pœnam*, quæ improbis infligitur, denotat, 1. Reg. 20, 40. Jer. 48, 21. 47. c. 51, 9. Hab. 1, 4. Zeph. 3, 15. Conf. Mal. 2, 17. ubi *Deus judicii* eſt *Deus*, *qui judicat & punit.* Huc refer phraſes: *judicium in aliquo exercere*, Pſ. 149, 9. & *judicia cum aliquo loqui*, Jer. 1, 16. c. 4, 12. Nam utraque deſignat *promeritarum pœnarum inflictionem.* *Judicium a. pœnæ & vindicationis*, quod fit ſecundum juſtitiæ rigorem, non confundi debet cum *judicio caſtigationis*, quô Deus ſecundum gratiam Evangelicam caſtigat ut Pater, qui filium corripit & verberat, non autem perimit & perdit; ſaltem ut admoneat & meliorem reddat, Jer. 10, 24. c. 30, 11. c. 46, 28. Conf. Seb. Schmid. b) *Metonymicè* notat 1) *id, ad quod judicium terminatur*, nempe *cauſam judicandam*, Num. 27, 5. 1. Reg. 8, 45. Job. 13, 18. c. 23, 4. Pſ. 37, 6. Jer. 5, 28. *culpam, crimen, reatum, meritum pœnæ*, Jer. 49, 12. Devt. 21, 22. Jer. 22, 11. 16. Ezech. 7, 23. ubi *judicium mortis & ſanguinis* notat *crimen capitale*, ſeu *crimen*, ob quod aliquis reus mortis eſt; item *cauſam actionis*, ob quam actio perpetrata fuit; Ita *loqui cum aliquo judicia* interdum idem eſt ac *ex aliquo quærere cauſas actionum perpetratarum, eumque examinare*, an & quomodo defendere eas poſſit, 2. Reg. 25, 6. Jer. 12, 1. c. 39, 5. c. 52, 9. 2) *Id, ubi fit judicium*, ſeu *judicii locum*, Devt. 25, 1. 1. Reg. 7, 7. Job. 9, 32. Joſ. 20, 6. 3) *Id, ſecundum quod agitur & judicatur*, ſeu *normam judicii*; h. e. *Jus*, ſive deſignet *legem*, ſive *qualitatem moralem perſonæ competentem ad aliquid juſte habendum* vel *agendum.* *Priori modo* ſumtum, denotat *verbum*

bum Dei, & quidem *α*) *verbum legis*, quod continet jura & ſtatuta, ſecundum quæ homines reguntur, judicantur, abſolvuntur vel damnantur. Ita notat *legem* tàm *in genere*, Exod. 24, 3. Pſal. 19, 10. Pſal. 119, 20. 30. 39. quàm in *ſpecie*, *legem moralem*, Jer. 5, 1. 4. 5. *forenſem*, Pſ. 18, 23. & hanc inprimis, ſi jungitur voci חֹק *ſtatutum*, Devt. 7, 11. 2. Chron. 33, 8. *β*) *Verbum Evangelii*, quod juſtitiam mundi arguit & damnat, juſtitiam Chriſti autem coram Deo valentem monſtrat & offert, Jeſ. 42, 1. *Poſteriori* autem *modo* ſumtum, notat *jus*, quod quis in aliquâ re habet, e. g. Jus *Sacerdotum*, Devt. 18, 3. 1. Sam. 2, 13. *primogenituræ*, Devt. 21, 17. *πρωτιμήσεως* ſeu *redemtionis*, Jer. 32, 7. 8. *regium*, 1. Sam. 8, 9. 11. c. 10, 25. Vid. Seb. Schmid. in h. l. Inde transfertur tum ad deſignandum *morem* vel *conſuetudinem*, ſive ea jure naturali vel gentium inoleverit, ſive eam homo ſuô nutu in ſuum commodum conſtituerit, ſibi quaſi aliquod peculiare jus faciens, Gen. 40, 13. 1. Sam. 27, 11. 2. Reg. 11, 14. tum ad denotandum *ritum* vel *ceremoniam*, Lev. 5, 10. Num. 9, 14. c. 29, 6. 2. Chron. 35, 13. imò *religionem antiquitus à Deo inſtitutam*, 2. Reg. 17, 26. 27. 4) *Id, quod judicium comitari debet*, vel *quod judicium reſpicit* atque *intendit*, nempe *juſtitiam*; *juſtum & æquum*; *Juris & æqui obſervationem*. Ita in judicio ambulare, Job. 34, 23. Pſal. 25, 9. & judicium facere, Ezech. 20, 11. eſt *juſtè vivere*, ſcil. præcepta & judicia Dei obſervando. *Viæ Domini* Devt. 32, 4. dicuntur *judicium*, i. e. *juſtæ*; Conf. Job. 31, 13. ubi notat *juſtum & æquum*, *juris & æqui obſervationem*. *δ*) Significat *officium*, *adminiſtrationem*, *functionem*, *gubernationem*, &c. Exod. 28, 15. Conf. Pſal. 72, 1. ubi indigitat *gubernationem Eccleſiæ Meſſiæ concedendam*. *γ*) Notat *rationem*, *modum*, *habitum*, *exemplar*, *ordinem* &c. Ita dicitur 1) de *ratione vivendi*, Jud. 13, 12. 2) de *ſtatura*, *habitu & conditione hominis*, 2. Reg. 1, 7. 3) de *exemplari*, Exod. 26, 30. 4) de *ordine & modo tractandi* vel *agendi cum homine ſalvando*, Job. 33, 5. 6. Vid. Seb. Schmid. Conf. Job. 27, 2. ubi Jobus conqueritur, quod non amplius à Deo *tractetur judicio benigno*. Huc refer Job. 32, 9. ubi denotat *diſpoſitionem & gubernationem hominum* in ſpiritualibus ad ſalutem, & Job. 34, 12. 17. ubi indigitat *ordinem ſalutis æquitati & pietati convenientem*.

שָׁפַךְ *Fudit*, *Effudit*, *Profudit*. דָּם נָקִי שָׁפַךְ Sanguinem innocentem *effudit*, i. e. innocentes occidit, 2. Reg. 21, 6. יָדֵינוּ לֹא שָׁפְכָה אֶת־הַדָּם Manus noſtræ non *effuderunt* ſanguinem, Devt. 21, 7. ubi juxta Maſorethas legendum שָׁפְכוּ. Sed quid obſtat, quò minus juxta literas legas שָׁפְכָה, ut ſenſus ſit: *Nulla manuum noſtrarum effudit hunc ſanguinem.* Infin. וִימַהֲרוּ לִשְׁפֹּךְ דָּם [illegible] Et feſtinant *effundere* ſanguinem, Jeſ. 59, 7. Fut. אֶשְׁפֹּךְ לְפָנָיו שִׂיחִי *Effundam* coram ipſo meditationem meam, Pſ. 142, 3. Niphal נִשְׁפַּךְ *Effuſus*, *Profuſus eſt*. Fut. דָּמוֹ יִשָּׁפֵךְ Sanguis ejus *effundetur*, Gen. 9, 6. Pual שֻׁפַּךְ *Effuſus eſt*, Num. 35, 33. כְּאַיִן שֻׁפְּכָה אֲשֻׁרָי׃ Parum abfuit, quin *effuſi eſſent* greſſus

greſſus mei, Pſ. 78, 2. ubi juxta Maſorethas legendum שֻׁפְּכוּ; ſed juxta literas optime legi poteſt שֻׁפְּכָה, ut ſenſus ſit: *Parum abſuit, quin quilibet greſſuum meorum effuſus eſſet*, Pſ. 73, 2. Hithpael הִשְׁתַּפֵּךְ *Effuſus, Profuſus eſt, Effudit ſe.* Inf. בְּהִשְׁתַּפֵּךְ נַפְשָׁם Cum *effunditur* anima eorum, Thren. 2, 12.

1) Generatim notat *fundere* vel *effundere.* 2) Speciatim α) *propriè* eſt *rerum liquidarum*, quæ funduntur vel effunduntur, e. g. aquæ, Exod. 4, 9. juſculi, Jud. 6, 20. ſanguinis victimarum, Lev. 4, 7. c. 17, 13. Devt. 12, 27. hominis, Gen. 9, 6. β) *Metaphoricè* eſt *rerum* etiam *aliarum*, & א) quidem *aridarum*, quæ inſtar aquæ funduntur vel effunduntur, e. g. pulveris, Lev. 14, 21. conf. Zeph. 1, 17. cineris, 1. Reg. 13, 3. 5. aggeris, 2. Sam. 20, 15. 2. Reg. 19, 32. Jeſ. 36, 33. Jer. 6, 6. Ez. 4, 2. c. 17, 17. c. 21, 27. c. 26, 8. Dan. 11, 15. ב) *Aliarum*, ad deſignandam *earum copiam, multitudinem, ſuavitatem, exorbitantiam, privationem* &c. Nimirum *a*) eſt ſymbolum *copiæ* & *multitudinis*, tùm *in bonum* de *copioſâ & ſuavi collatione Spiritûs S.* ejusque donorum, Joel. 2, 28. 29. Zach. 12, 10. Ezech. 39, 29. tum *in malum*, de *copioſâ immiſſione pœnarum divinarum, graviſſimæ iræ & vindictæ divinæ teſtium*, Pſ. 79, 6. Jeſ. 42, 25. Jer. 10, 25. Thren. 2, 4. 11. Ezech. 9, 8. c. 14, 18 c. 20, 8. c. 21, 36. c. 22, 22. c. 30, 15. c. 36, 18. Hoſ. 5, 10. Zeph. 3, 8. de frequenti idololatriâ & peccatorum nefario ſtudio, Ezech. 16, 15. de multitudine contemtûs, quo omni auctoritate & honore aliquis exuitur, Job. 12, 21. Pſalm. 107, 40. de copiâ querelarum ex copia & acerbitate curarum, ærumnarum dolorumque ortarum, in quas ſe anima & cor quaſi reſolvit, & effundit. Ita dicitur homo *effundere animam*, 1. Sam. 1, 15. Job. 30, 16. Pſ. 42, 5. Thren. 2, 12. *cor*, Pſ. 62, 9. *meditationem*, Pſ. 102, 1. Pſ. 142, 3. *b*) Eſt ſymbolum *exorbitantiæ*, ſicut, quia aqua effuſa intra terminos non continetur, ſed modo huc, modò illuc dilabitur & fluit: Ita dicitur de exorbitantiâ greſſuum, h. e. actionum à legum via ad rationis corruptæ libidinem atque ductum, Pſ. 73, 2. *c*) Eſt ſymbolum *privationis*, quia aqua effuſa indigitat ſui privationem in vaſe, in quô continebatur. Ita Pſ. 22, 15. Meſſias conqueritur, *ſe ut aquam effuſum eſſe*, i. e. à ſummis doloribus omnibus viribus exhauſtum atque privatum. Et Jeremias Thren. 2, 11. conqueritur, de *jecore ſuo in terram effuſo*, i. e. ſe præ exquiſitiſſimo dolore fere totum exanimari, jecurque totum quaſi cum ſanguine in terram effundi.

שֶׁפֶךְ m. *Effuſio.* Bis legitur Lev. 4, 12. אֶל־שֶׁפֶךְ הַדֶּשֶׁן *Effuſionem* cineris, i. e. locum, ubi cinis effundi ſolet. עַל־שֶׁפֶךְ הַדֶּשֶׁן Super *effuſione* cineris, i. e. ſuper cinere effuſo.

שָׁפְכָה f. *Virilitas, Teſticulus*, ſic dictus ab *effuſione* ſeminis. Semel legitur Devt. 23, 2. כְּרוּת שָׁפְכָה Exſectus *virilibus*, exciſus teſte.

שָׁפֵל *Humiliatus, Humilis, Depreſſus eſt, Demiſſus, Submiſſus, Deje-*

Dejectus eſt. וְשָׁפֵל רוּם אֲנָשִׁים Et *humiliabitur* altitudo virorum, Jeſ. 2, 17. Fut. וַיִּשְׁפַּל אִישׁ Et *humiliat ſe vir*, Jeſ. 2, 9. וְעֵינֵי גְבֹהִים תִּשְׁפַּלְנָה Et oculi ſuperborum *dejiciantur*, Jeſ. 5, 15. Hiphil הִשְׁפִּיל *Humiliavit, Humilem fecit, Depreſſit, Dejecit*, & intranſitivè; *Humiliavit, Demiſit ſe; Humiliatus eſt.* וְהִשְׁפִּיל גַּאֲוָתוֹ *Humiliabit* enim ſuperbiam ejus, Jeſ. 25, 11. Part. מַשְׁפִּיל אַף־מְרוֹמֵם Dejicit & *exaltat*, 1.Sam. 2, 7. Fut. וְגַאֲוַת עָרִיצִים אַשְׁפִּיל Et faſtum ſuperborum *humiliabo*, Jeſ. 13, 11. Imp. הַשְׁפִּילוּ שֵׁבוּ *Demittite vos, Sedete*, Jer. 13, 18.

1) Generatim notat *depreſſionem* vel *dejectionem*, quacunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* dicit *depreſſionem* & *dejectionem* ratione *ſitus localis*, quâ, quæ altitudine ſua eminuerunt, deprimuntur, dejiciuntur & humiliantur; qualis eſt *murorum urbis*, Jeſ. 25, 12. conf. c. 26, 5. *arboris*, quæ ſucciditur & in terram dejicitur, Ezech. 17, 24. β) *Metaphoricè* denotat 1) *depreſſionem atque dejectionem conditionis ac ſtatus*, quâ elati de ſede ſua deturbantur, ſublata priſtina dignitate, gravique immiſſâ afflictione in ſtatum ignominioſum dejiciuntur, omniſque faſtus & elatio deprimitur. Ita legitur in *Kal* Jeſ. 10, 9. c. 19, 4. & in *Hiphil* de *Deo* elatos humiliante, 1.Sam. 2, 7. 2.Sam. 22, 28. Pſ. 18, 28. Pſ. 75, 8. Pſ. 146, 6. Jeſ. 13, 11. c. 25, 11. Ezech. 21, 26. de *faſtu* ſuperbum in abjectâ ſede collocante, bonis prioribus eum privante, & contemtui aliorum exponente, Prov. 29, 23. de *homine* ambitioſum de loco temerè occupato, viſo digniori, cedere jubente, Prov. 25, 7. 2) *Depreſſionem* ſeu *humiliationem animi*, quâ homo ſuam vilitatem & defectus ſuos probe agnoſcit, vanas imaginationes, & fiduciam in ſuis viribus repoſitam longiſſimè à ſe depellit &c. Prov. 16, 29. Conf. Jeſ. 2, 11. & c. 40, 4. ubi dicitur de *humiliatione ſpiritualiter elatorum*, qui ſibi confidunt, *ſive* elati *rebus terrenis*, ſapientiâ & potentiâ hujus ſeculi, ſive *rebus ſpiritualibus*, *propria ſanctitate & bonis operibus*. Vid. Seb. Schmid. 3) *Depreſſionem vocis*, Eccl. 12, 4. qua vox exilis & tenuis redditur.

שָׁפָל m. *Depreſſus, Demiſſus, Submiſſus, Humilis.* וּמַרְאֵיהֶן שָׁפָל מִן־הַקִּיר Et adſpectus earum *humilis* præ pariete, Lev. 14, 37. רָם יְהוָה וְשָׁפָל יִרְאֶה Altus eſt Dominus, *humilem* tamen reſpicit, Pſ. 138, 6. In Statu conſtr. שְׁפַל רוּחַ *Humilis* ſpiritu, Prov. 29, 23. Fœm. שְׁפָלָה Ezech. 17, 14. In Statu conſtr. שִׁפְלַת קוֹמָה *Humilis* ſtaturâ, Ez. 17, 6. Plur. שְׁפָלִים *Depreſſi, Humiles*, Job. 5, 11.

1) Generatim notat *depreſſum* ſeu *humile*. 2) Speciatim α) *propriè* notat *depreſſum ſitu locali*, Lev. 13, 20. 21. 26. c. 14, 37. Ezech. 16, 6. β) *Metaphoricè* notat 1) *depreſſum ſtatu & conditione*, Ez. 17, 14. c. 29, 14. 15. 2) *Depreſſum* vel *humilem animo*, qui ſuam vilitatem & tenuitatem recolit & agnoſcit, imaginationes vanas à ſe longiſſimè removet, peccati fœditatem expendit, virium à Deo dependentiam & omnis boni carentiam ſecum probè reputat &c. Pſ. 138, 6. Prov. 29, 20. Jeſ. 57, 15. conf.

conf. 2. Sam. 6, 22. 3) *Depreſſum* vel *humilem ſtatu & animo ſimul*, Job. 5, 11. Conf. Seb. Schmid. in h. l.

שֵׁפֶל m. *Humilitas.* Bis legitur de *conditione humili & abjecta.* וַעֲשִׁירִים בַּשֵּׁפֶל יֵשֵׁבוּ׃ Et divites *in humili conditione ſedent*, Eccl. 10, 6. Cum Suff. שֶׁבְּשִׁפְלֵנוּ זָכַר לָנוּ Qui in *humilitate* noſtra recordatur noſtri, Pſ. 136, 23.

שְׁפֵלָה f. *Planicies; Locus humilis & depreſſus; Locus non montanus;* Opponitur enim *montibus* ſeu *locis montanis*, ceu videre eſt ex Jer. 17, 26. בְּעָרֵי הַשְּׁפֵלָה In urbibus *planicies*, Jer. 32, 44. c. 33, 13. בַּשְּׁפֵלָה In *planicie*, Joſ. 15, 33. 1. Reg 10, 27. 1. Chr. 27, 28. 2. Chr. 1, 15. c. 9, 27. c. 26, 10.

שִׁפְלָה f. *Depreſſio, Humiliatio, Humilitas.* Semel legitur Jeſ. 32, 19.

שִׁפְלוּת f. *Depreſſio, Demiſſio.* Semel extat Eccl. 10, 18. וּבְשִׁפְלוּת יָדַיִם יִדְלֹף הַבָּיִת׃ Per *depreſſionem* vel *demiſſionem* manuum ſtillavit domus. Delineatur ignavia ab externo geſtu, ubi manus decuſſatim complicatæ in ſinum demittuntur.

שָׁפָן m. *Cuniculus*, juxta Ebræos; *Lepus, Lepuſculus*, juxta Græcos & Vulgatum. Sed Bocharto eſt *Chœrogryllus*, muris agreſtis genus, qui in terræ ſcrobibus latet. Vid. Hieroz. P. I. lib. 3. c. 33. Hujus eſus vetatur, Lev. 11, 5. Devt. 14, 7. Plur. שְׁפַנִּים Pſalm. 104, 18. Prov. 30, 26. Sæpius non legitur.

שְׁפַע *Abundavit, Inundavit, Exuberavit, Influxit, Affluxit*, apud Chald. & Syros.

שֶׁפַע m. *Affluentia.* Semel legitur Devt. 33, 19. שֶׁפַע יַמִּים *Affluentia* marium, i. e. *Bona*, quæ in gentes effuſa ſunt, juxta Coccej.

שִׁפְעָה f. *Abundantia, Copia, Multitudo.* In Statu conſtr. שִׁפְעַת מַיִם תְּכַסֶּךָּ *Copia* aquarum operiet te, i. e. copia & gravitate calamitatum obrueris & premeris, Job. 22, 11. Sed Job. 38, 34. hæc phraſis adhibetur de *nubibus aquarum copiâ abundantibus*, quæ cum denſiſſimæ ſint, aliquem operire & obvelare poſſunt. מִשִּׁפְעַת סוּסָיו Præ *abundantiâ* equorum ejus, Ezech. 26, 10. שִׁפְעַת גְּמַלִּים *Copia, turma* camelorum, Jeſ. 60, 10. שִׁפְעַת יֵהוּא *Agmen* Jehu, 2. Reg. 9, 17. Sæpius non legitur.

שָׁפַף *Claudicavit;* unde Bochartus Hieroz. P. I. lib. 1. c. 9. p. 68. deducit.

שְׁפִיפֹן m. *Ceraſtes*, ſerpens à *claudicatione* dictus, Gen. 49, 17. *Serpens jaculus*, juxta alios. R. D. Kimchi in Michlol reducit ad שׁפה, mediâ radicali geminatâ, ut ſit formæ חָגִיג ab הָגָה. Ita vocaretur, quod ex *celſo loco præceps*, velut *jaculum quoddam* feratur.

שָׁפַר *Decorus, Elegans, Pulcher eſt.* נַחֲלָה שָׁפְרָה Hæreditas *pulchra eſt*, Pſ. 16, 6. Piel שִׁפֵּר *Pulchrum, decorum, elegantem fecit.* שָׁמַיִם שִׁפְרָה *Pulchros fecit* cœlos, Job. 26, 13. Sæpius non legitur.

שָׁפִיר.

שָׁפִיר m. *Schaphir*, nomen propr. *urbis*, à pulchritudine ſic dictæ, Mich. 1, 11.

שֶׁפֶר m. *Elegantia*, *Pulchritudo*. Ita ſaltem legitur Gen. 49, 21. Aliàs eſt nomen propr. *loci*, Num. 33, 23. 24.

שׁוֹפָר m. *Tuba, Buccina, elegans & ſono maximè gratum* præ aliis inſtrumentum. קֹל שׁוֹפָר Sonus *buccinæ*, Ex. 19, 16. וַיְהִי קוֹל הַשֹּׁפָר הוֹלֵךְ וְחָזֵק מְאֹד Fuit etiam vox *buccinæ* iens & fortis valde, i. e. ſubinde magis magisque invaleſcebat, Ex. 19, 19. וַיִּתְקַע בַּשּׁוֹפָר Et clanxit *buccinâ*, Jud. 6, 34. In Statu conſtr. שׁוֹפַר תְּרוּעָה *Buccina* vociferationis, Lev. 25, 9. Plur. שׁוֹפָרוֹת *Buccinæ*, Jud. 7, 16. In Statu conſtr. שׁוֹפְרוֹת יוֹבְלִים *Buccinæ* jubilantium, Joſ. 6, 6.

שַׁפְרִיר m. *Tentorium, pulchrum* ſcil. *& auguſtale*. Saltem legitur Jer. 43, 10. ubi juxta literas legi debet שַׁפְרוּר formæ עַכְשׁוּב *Aſpis*, Pſ. 140, 4.

אֶשְׁפָּר m. *Fruſtum pulchrum, Portio elegans*. Bis legitur 2. Sam. 6, 19. 1. Chron. 16, 3.

שָׁפַת *Poſuit in aliquo loco, Diſpoſuit, Appoſuit, Ordinavit, Ordine collocavit, ſtatuit*. Quinquies legitur. שְׁפֹת הַסִּיר *Appone* ollam, 2. Reg. 4, 38. Ezech. 24, 3. Fut. יְהוָה תִּשְׁפֹּת שָׁלוֹם לָנוּ O Domine, *diſpones* pacem nobis, Geu. 49, 12. וְלַעֲפַר מָוֶת תִּשְׁפְּתֵנִי Et in pulverem mortis *ponis* me. Indicatur Meſſiæ in ſepulchro repoſitio, Pſ. 22, 16.

שְׁפַתַּיִם m. *Diſpoſitiones, Ordines*, Pſalm. 68, 14. *Lapides focarii*, inter quos ignis accenditur & ollæ diſponuntur, Ez. 40, 43.

מִשְׁפְּתַיִם d. m. *Duæ ſarcinæ*, quales equis & aſinis portandæ imponuntur, una hinc, altera inde. R. D. Kimchi in lib. rad. Coccejo notat *repagula*, Gen. 49, 14. *Clauſtra*, Jud. 5, 16. *Limites, terminos*, reddit R. Salomon & Schindlerus. Sed Guſſetio probantur *vectes* ad latera jumentorum in ſtabulis ſuſpendi ſolita, quæ iis ſimul ſtabulantibus prohibeant, quo minus, quæ ſunt nimis petulca, ſeſe invicem feriant. *Sarcinarum* ſignificationem locum habere poſſe, oſtendit Seb. Schmid. in Jud. 5, 16. prout *Metaphoricè* deſignant *onera tributaria*, quæ alienis pendenda. Præter ll. cc. non legitur.

שֶׁצֶף m. *Pauculum*; juxta Aben-Eſram & Joſ. Kimchium *Momentum*, juxta Chaldæum & R. Salomonem. Semel occurrit. בְּשֶׁצֶף קֶצֶף In pauculo *momento* iræ, Jeſ. 54, 8. ubi Sebaſt. Schmidio שֶׁצֶף eſt pro שֶׁטֶף *inundatio*, per alternationem literarum ט & צ, ut ſenſus ſit: In *inundatione* iræ; i. e. cum inundaret ira mea, ut facere non poſſem, quo minus incredulos punirem, abſcondi faciem meam à Te, ſed id tamen exiguo tantum momento factum eſt, nec duravit diu.

שָׁקַד *Sedulus, Aſſiduus fuit, Sedulo inſtitit, Obſervavit; Vigilavit, Advigilavit, Invigilavit, Excubias egit; Feſtinus fuit & Maturavit*. Part. שֹׁקְדֵי אָוֶן *Maturantes* iniquitatem, Jeſ. 29, 20. Infin. לִשְׁקֹד עַל־דַּלְתֹתַי Ad *vigilandum* apud januas meas, Prov. 8, 34. Fut. אֶשְׁקֹד *Vigilabo, Aſſiduus, ſedulus ero*, Jer. 31, 28.

Digitiz

1) Generatim notat *intentum eſſe ad aliquid.* 2) Speciatim α) *propriè* eſt *vigilare*, qui enim vigilant, ad aliquam rem *intenti* eſſe ſolent. Ita dicitur de *cuſtodibus*, qui urbes, vel alia loca ſibi commiſſa obſervantes vigilant & excubias agunt, Pſ. 127, 1. de hoſte vigilantiſſimo, qui inſtar pardi intentè invigilat exeuntibus ex urbe, Jer. 5, 6. de Davide inſomnes noctes tranſigente, Pſal. 102, 8. β) *Tropicè* transfertur ad deſignandam *ſollicitam in aliquo negotio ſedulitatem & maturationem.* Unde 1) notat *aſſiduum, diligentem, ſollicitum eſſe in aliquo negotio*, ut propoſito animi ſucceſſus ejus reſpondeat. Ita tribuitur *Deo* tùm *in bonum*, quando reſipiſcentibus beneficia conferre ſtudet, Jer. 31, 28. tùm *in malum*, quando in impiorum peccato indormientium negligentiâ tanquam juſtiſſimus judex, indefeſſâ ad ulciſcendum & puniendum vigilantiâ & ſedulitate eſt, Jer. 31, 28. c. 44, 27. Dan. 9, 14. conf. Jer. 1, 12. ubi Deus adſerit, ſe vigilaturum ſuper verbo ſuo, ut Prophetam potenter tueatur, hoſteſque ejus acerrimè puniat, & quidem in tempore, antequam ipſi prævaleant. Conf. Seb. Schmid. 2) Notat *feſtinare, maturare, maturè parare;* nam qui rei intenti ſunt, feſtinant, maturant &c. Ita dicitur de impiis tùm maturantibus iniquitatem, (non tamen excluſâ adſiduitate) Jeſ. 29, 20. tùm mature, quando adhuc vivunt, parantibus ſepulchrum, in quo mortui recumbant, Job. 21, 32.

שָׁקֵד m. *Amygdala*, arbor ſic dicta, quod *florem ac fructum maturet.* Unde R. Saadias de eâ notat, quod reliquas arbores ſuis floribus antevertat. Si Plinio habenda fides, ea hyeme concipit, exoriente Aquilone, prima omnium floret menſe Januario, Martio autem poma maturat. Vid. Plin. lib. 16. 25. וְיָנֵאץ הַשָּׁקֵד Et floret *amygdala*, i. e. cani opinione citius inſtar florum in capite alborum copioſè progerminant, Eccl. 12, 5. Vid. Geier. Sed quia flos amygdalæ non eſt albus, ſed rubicundus, qualis carnis vividæ eſſe ſolet, inprimis in facie hominis ſani, inde Guſſetius dubitat, שָׁקֵד *amygdalam* ſignificare, & Mercerus mavult, d. l. *accelerationem* denotare; Seb. Schmidius a. aliud tertium comparationis conſtituit, quando ita παραφράζει: Et *floreat amygdalus*, i. e. *juniores diſcant in tempore floris juventutis ſuæ ſuum ferre florem.* מַקֵּל שָׁקֵד Baculus *amygdalæ*, Jer. 1, 12. Plur. שְׁקֵדִים *Amygdalæ* fructus, Gen. 43, 11. Num. 17, 23.

מְשֻׁקָּדִים m. pl. *Amygdalati*, ſpeciem *amygdalarum* referentes, Exod. 25, 33. c. 37, 19. 20.

שָׁקָה *Bibit, Rigatus eſt.* In *Kal* non legitur. Niphal נִשְׁקָה *Potatus, Irrigatus eſt.* Part. נִשְׁקֶה & Fœm. נִשְׁקָה. Huc, ſi literas retineas, referendum illud Am. 8, 8. וְנִשְׁקָה כִּיאוֹר מִצְרָיִם׃ Et *irrigetur* (*inundetur*) quaſi fluvio Ægypti. Legendum enim וְנִשְׁקָה Aſt Maſorethis וְנִשְׁקָה eſt pro וְנִשְׁקְעָה, quaſi perierit litera ע, quod contrariatur verbis Salvatoris, Matth. 5, 18. & ſcripturæ corruptionem arguit. Pual Fut. יְשֻׁקֶּה *Irrigabitur*, Job. 22, 24. Hiphil הִשְׁקָה

Pota-

Potavit, Bibendum dedit, bibere fecit, juſsit vel *curavit, Potum præbuit; Adaquavit; Irrigavit.* וְהִשְׁקָה אֶת־כָּל־פְּנֵי הָאֲדָמָה Et *Irrigabat* totam ſuperficiem terræ iſtius, Gen. 2, 6. וְהִשְׁקִיתָ אוֹתָם יָיִן Et *bibendum* da illis vinum, Jer. 35, 2. וְהִשְׁקוּ אֶת־הַצֹּאן Et *potabunt, adaquabunt* gregem, Gen. 29, 3. Infin. וְהַשְׁקוֹת בִּכְלֵי זָהָב Et *potum præbendo* in vaſis auri, i.e. aureis, Eſth. 1, 7. Fut. אַשְׁקֶה *Potabo,* Gen. 24, 14. יַשְׁקֶה *Bibendum dabit*, Num. 5, 26. Sed Gen. 29, 10. Exod. 2, 17. eſt וַיַּשְׁק Et *potavit,* ה per Apocopen ob ו converſivum reſecto. וַיַּשְׁקֵנוּ מֵי רֹאשׁ Et *potavit* nos aquis fellis, i.e. veneno vel felle infectis, Jer. 8, 14. וַתַּשְׁקֶיןָ Et *bibendum dederunt*, Gen. 19, 33. 35. pro וַתַּשְׁקֶינָה, Per Apocopen ה ablato. Imper. וְאִם־צָמֵא הַשְׁקֵהוּ מָיִם: Et ſi ſitit, *pota* eum aquâ, Prov. 25, 21.

1) Generatim *potandi* notionem obtinet, qualicunque demum fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* eſt *rerum animatarum*, &, ſi de *hominibus* dicitur, notat vel abſolute *potum præbere*, Eſth. 1, 7. conf. Num. 20, 8. vel *bibere facere, bibendum dare*, e. g. vinum, Gen. 19, 33. 35. Jer. 35, 2. aquam, Jud. 4, 19. 1. Sam. 30, 11. Prov. 25, 11. Job. 22, 7. ſin vero de brutis ſermo eſt, reddi ſolet *potare, adaquare*, träncken/ zu Sauffen geben/ Gen. 24, 46. c. 29, 8. Exod. 2, 17. 19. Pſ. 104, 11. conf. Pſal. 78, 15. β) *Metaphoricè* 1) translatum ad *res inanimatas* eſt *irrigare*, e. g. terram, Gen. 2, 6. Devt. 11, 10. ſylvam, Eccl. 2, 6. hortum, Gen. 2, 10. Devt. 11, 10. & inde porro per μείωσιν, *inundare*, Am. 8, 8. 2) Deſignat tum *iræ, pœnæ ac vindictæ divinæ annunciationem*, Jer. 25, 15. tum *graviſsimorum malorum & afflictionum maximarum immiſsionem*, quando *Deus* dicitur *potare aquis fellis*, Jer. 8, 14. c. 9, 14. c. 23, 15. vino horroris, Pſ. 60, 5. lacrimis, Pſ. 80, 6. 3) Denotat *copioſam ſuaviſsimorum Dei bonorum collationem*, Pſ. 36, 9.

שִׁקּוּי m. *Potus, Irrigatio.* Ter tantum legitur. וְשִׁקּוּי לְעַצְמוֹתֶיךָ Et *irrigatio* oſſibus tuis, Prov. 3, 8. Plur. cum Suff. וְשִׁקּוּיָי: Et *potus* meos, Hoſ. 2, 5. Sed Pſ. 102, 10. eſt וְשִׁקֻּיַי Et *potus* meos, per alternationem poſito ו pro י.

שֹׁקֶת f. *Aqualiculus, Aqualis,* pro potandis pecoribus, Gen. 24, 20. Plur. in Statu Conſtr. בְּשִׁקֲתוֹת הַמָּיִם In *aqualiculos* aquæ, Gen. 30, 38. Sæpius non occurrit.

מַשְׁקֶה m. *Potum præbens, Pincerna, Pocillator; Potus, Irrigans, Irriguus.* Eſt ſuâ naturâ Participium, quod ſæpe naturam nominis induit. הַמַּשְׁקֶה וְהָאֹפֶה Pincerna & coquus, Gen. 40, 5. כִּי כֻלָּהּ מַשְׁקֶה Quod tota (planicies) eſſet *irrigua*, ſeu *aquis abundaret*, Gen. 13, 10. In Statu Conſtr. מַשְׁקֵה צָמֵא *Potus* ſitientis, Jeſ. 32, 6. כְּלֵי מַשְׁקֵה מֶלֶךְ Vaſa *potus* Regis, 1. Reg. 10, 21. 2. Chr. 9, 20. Cum Suff. מַשְׁקֵהוּ *Pincerna* ejus, Gen. 40, 13. Plur. מַשְׁקִים *Pincernæ,* Gen. 40, 2. שַׂר הַמַּשְׁקִים *Princeps* pincernarum, Gen. 40, 9. 20. וּמַשְׁקָיו Et *potus* ejus, 1. Reg. 10, 5.

שָׁקַט *Quievit, Requievit, Quietus, Tranquillus fuit.* וְשָׁקַט וְשַׁאֲנַן *Tranquillus* & quietus erit, Jer. 30, 10. שָׁקְטָה הָאָרֶץ *Quieta fuit* terra, 2.Chron. 13, 23. Part. שֹׁקֵט *Quietus*, Jud. 18, 7. Fut. אֶשְׁקוֹט *Quieſcam*, Jeſ. 62, 1. Hiphil הִשְׁקִיט *Quievit; Quieſcere fecit, quietum, tranquillum reddidit; Quietem præſtitit, Sedavit.* Infin. הַשְׁקֵט לֹא יוּכָל *Quieſcere* non poteſt, Jeſ. 57, 20. בְּהַשְׁקִט אֶרֶץ Quum *quieta reddita eſt* terra, Job. 37, 17. לְהַשְׁקִיט לוֹ מִימֵי רָע Ad *dandum* quietem illi à diebus mali, Pſ. 94, 13. Fut. וְאֶרֶךְ אַפַּיִם יַשְׁקִיט רִיב Sed longanimis *ſedabit* contentionem, Prov. 15, 18.

1) Generatim *quieſcendi* notionem habet. 2) Speciatim α) deſignat *immunitatem à quacunque commotione & perturbatione*; & in Kal notat *ſine commotione eſſe, tranquillum & pacatum eſſe, in pace & tranquillitate degere, nihilque adverſi timere.* Ita dicitur de quiete hominis afflicti à prioribus malis. Job. 3, v. ult. mortui ab omnibus laboribus & ærumnis vitæ hujus comitibus, Job. 3, 13. terræ tùm à vento auſtrali, quando ejus turbo ceſſat, Job. 37, 17. tùm à belli turbine & hoſtium vi, quando in pace & tranquillitate degit, nihilque adverſi timet, Jud. 3, 11. 30. c. 5, 31. c. 8, 28. 2. Chron. 13, 23. c. 14, 5. Jeſ. 14, 7. Zach. 1, 11. urbis, quæ ceſſantibus inteſtinis motibus pacata redditur, 2.Reg. 11, 21. 2.Chron. 23, 21. Sed Jer. 30, 10. c. 46, 27. eſt de tranquillitate conſcientiæ & quiete animi. Vid. Seb. Schmid. In *Hiphil* eſt *quietem præſtare*, vel *dare*, Pſ. 94, 13. *quieſcere facere, ſedare*, Prov. 15, 18. β) Denotat *ceſſationem ab operatione* vel *opere* &c. Ita dicitur de *ceſſatione operationis providentiæ divinæ in bonum*, quando Deus non curat hominem, ſed repudiat, & mala immittit, Job. 34, 29. *iræ divinæ*, quando Deus iram ſuam erga homines mittit, nec amplius pœnas, iræ ſuæ indices, immittit, Ezech. 16, 42. *gladii Dei*, quando ceſſat perdere vel non plane perdit, Jer. 47, 6. 7. Sed Jeſ. 18, 4. ſignificat *permiſſionem divinam* & cum hac *divini auxilii & protectionis ſubtractionem.* Conf. Pſal. 83, 2. ubi Pſaltes rogat Deum, *ut ne permittat hoſtem impune graſſari.*

שֶׁקֶט m. *Quies.* Semel legitur 1.Chron. 22, 9.

הַשְׁקֵט m. *Quies, Tranquillitas.* Nomen ex Infinitivo Hiphil factum. וְשַׁלְוַת הַשְׁקֵט Et tranquillitas *quietis*, i. e. tranquillitas omnigena & inconcuſſa, Ezech. 16, 49. בְּהַשְׁקֵט וּבְבִטְחָה In *quiete* & fiducia, Jeſ. 30, 15. Conf. Jeſ. 32, 17. ubi dicitur de *ſumma pace & tranquillitate conſcientiæ.* Amplius non occurrit.

שָׁקַל *Pependit, Appendit, Expendit, Libravit, Ponderavit.* וְשָׁקַל אֶת־שְׂעַר רֹאשׁוֹ *Pependit* capillus capitis ejus, 2. Sam. 14, 26. וְשָׁקַל בַּפֶּלֶס הָרִים Et *appendit* in lance montes, Jeſ. 40, 12. Inf. לוּ שָׁקוֹל יִשָּׁקֵל Utinam *appendendo appenderetur.* i. e. *accurate appenderetur*, Job. 6, 2. לִשְׁקוֹל, Appendere, Eſth. 4, 7. Fut. וָאֶשְׁקֹל אֶת־הַכֶּסֶף

Et

Et appendi argentum, Jer. 32, 10. Niphal נִשְׁקַל Appenſum eſt. נִשְׁקַל הַכֶּסֶף Appenſum eſt argentum, Eſr. 8, 33. Fut. יִשָּׁקֵל Appendetur, Job. 6, 2. c. 28, 15.

1) Generatim notat *examinare rei gravitatem* vel *rectitudinem*. Hinc 2) ſpeciatim α) *propriè* notat *trutinâ rerum pondus ſeu gravitatem examinare*, res *lance* vel *ſtatera pendere* vel *appendere*, ut earum pondus vel gravitas cognoſcatur & conſtet, *librare*, *ponderare* capillum, 2. Sam. 14, 26. argentum, Gen. 23, 16. Exod. 22, 16. Eſth. 4, 7. Olim in emtionibus & permutationibus moneta non diſcretè, uti apud nos, numerabatur, ſed librabatur, & ex pondere ſumma ejus colligebatur; quod etiam adhuc hodienum interdum fieri ſolet, β) *Metaphoricè* notat *trutinâ animi examinare*, i. e. *expendere*, transferturque 1) ad *examen vitæ peractæ*, à Deo inſtituendum, Job. 31, 6. 2) ad *cognitionem gravitatis afflictionum Jobo immiſſarum*, Job. 6, 2.

שֶׁקֶל m. *Siclus*, tum *pondus*, quo rei gravitas examinatur, tum *moneta* certi ponderis. *Pondus* dicit fere *unciæ dimidium*. Ita Raſchi in Exod. 21, 32. חצי אונקיא. In pecuniario uſu *ſiclus ſacer* reſpondiſſe dicitur *dimidio Joachimico* ſeu *imperiali*, einem halben Thaler; *Siclus* autem *profanus* ſeu *communis quadranti taleri*, einem viertheils Thaler. De *pondere* legitur Exod. 30, 23. 1. Sam. 17, 5. 7. Am. 8, 5. 2. Sam. 14, 27. De moneta 2. Reg. 7, 1. 16, 18.

מִשְׁקָל m. *Pondus*, quo rerum gravitas examinatur & cognoſcitur; Item *Rei valor & pretium*, *pondere examinandum & cognoſcendum*, 2. Reg. 25, 17. מִשְׁקַל נְחֹשֶׁת *Pondus* æris, 2. Sam. 21, 17. Cum Suff. מִשְׁקָלוֹ *Pondus* ejus, Gen. 24, 22. Sed 1. Chron. 21, 25. Bocharto P. I. Hieroz. lib. 2. p. 380. de *pretio* & *valore* accipiendum cenſet, & l. c. ita reddit? Et *illicò dedit David τῷ Ornan ſiclos aureos valoris ſexcentorum ſiclorum vulgarium ſeu argenteorum*. Ita de *valore* interpretatur illud 2. Sam. 12, 30. וּמִשְׁקָלָהּ כִּכַּר זָהָב & *pondus* ejus, i. e. *valor ejus talentum auri*, ut coronæ pretium deſignetur. Nam ſi *pondus propriè* ſumas, quis capite coronam tulerit talento gravem, i. e. libris, ut volunt, C. XXV.

מִשְׁקֹל m. *Pondus*. Semel legitur Ezech. 4, 10.

מִשְׁקֶלֶת f. *Perpendiculum*, quo rerum rectitudo examinatur. Bis legitur Metaphoricè α) 2. Reg. 21, 13. ubi *deſtructionis* ſymbolum eſt, uti aliàs eſt *regula ædificationis*, & indicatur, tàm certò futuram eſſe deſolationem, quàm certò & accuratè aliàs perpendiculi beneficio exſtruuntur. β) Jeſ. 28, 17. ubi *juſtitiæ & judicio Dei* tribuitur, ad deſignandam *ipſius veritatem & certitudinem*. Vid. Glaſſ. Rhet. ſac. Tract. 1. c. 12. p. 407.

שִׁקְמִים m. pl. *Sycomori, arbores & fructus*. Deducitur à rad. שָׁכַם, prout eſt pro שָׁכַם *Matutino tempore, matureque paravit & expedivit ſe*, quia α) *fructum non differt in ramos*, ſed ipſo ſtatim caudice profert β) fœcunda proventu eſt, & ſepteno partu numeroſa eſt per ſingulas æſtates. Vid. Celeb. Maj. in Animadv. ad Lex. Coccej. De arboribus legi-

Digitized by Google

legitur, 1. Reg. 10, 27. 1. Chron. 27, 28. 2. Chron. 1, 15. Jeſ. 9, 9. de *fructibus* ſemel, Am. 7, 14.

שִׁקְמוֹרוֹת f. pl. *Sycomori.* Tantum extat Pſ. 78, 47.

שָׁקַע *Deſedit, Demerſus, Submerſus, In profundum depreſſus eſt;* וְשָׁקְעָה כִּיאֹר מִצְרָיִם Et *deſidet* ſicut fluvius Ægypti, vel: & ſubmergatur ut fluvio Ægypti, Am. 9, 5. Fut. כָּכָה תִּשְׁקַע בָּבֶל Sic *deſidet, ſubmergetur* Babel inſtar lapidis, Jer. 51, 64. וַתִּשְׁקַע הָאֵשׁ Et *reſedit* i.e. extinctus eſt ignis, Num. 11, 2. Niphal נִשְׁקַע *Demerſus, Submerſus eſt.* וְנִשְׁקְהָ Et *ſubmerſa eſt*, Am. 8, 5. juxta Maſorethas ע extruſo, pro וְנִשְׁקְעָה. Sed de hoc vide in שָׁקָה. Hiphil הִשְׁקִיעַ *Deſidere, ſubſidere fecit, Demerſit, Immerſit, Immiſit,* אַשְׁקִיעַ מֵימֵיהֶם *Faciam ſubſidere* aquas earum, ut puræ & limpidæ fiant, Ez. 32, 14. וּבְחֶבֶל תַּשְׁקִיעַ לְשֹׁנוֹ Et in funem *demerges immittentes* linguam ejus? Job. 40, 20. Sæpius non legitur.

מִשְׁקָע m. *Sedimentum.* Semel legitur in Statu conſtr. מִשְׁקַע מַיִם *Sedimentum* aquarum, Ez. 44, 18. per Hypallagen pro, *Aquæ ſedimenti*, i. e. aquæ limpidiſſimæ & puriſſimæ, quarum materia craſſa ſubſedit, & in profundum depreſſa eſt.

שְׁקַעֲרוּרוֹת f. pl. *Foſſulæ, Profunditates fœdæ.* Tantùm extat Lev. 14, 37. Cenſetur autem compoſitum ex שָׁקַע & רָר quaſi *profunditates ſalivantes* ſive *fluentes*. Vid. Buxt. Lex.

שָׁקַף In Kal inuſitatum eſt. Niphal נִשְׁקַף *Spectavit, Proſpexit, Proſpectavit, Reſpexit, Emicuit.* Conſtruitur cum אֶל, בְּעַד, עַל vel מִן, ejusque decurtato מ. וְצֶדֶק מִשָּׁמַיִם נִשְׁקָף Et juſtitia ex cœlo *proſpectat*, h. e. ſe manifeſtat, Pſ. 85, 12. בְּעַד הַחַלּוֹן נִשְׁקְפָה Poſt (per) feneſtram *proſpectabat*, Jud. 5, 28. Hiphil הִשְׁקִיף *Proſpectavit, Proſpexit.* יְהוָה מִשָּׁמַיִם הִשְׁקִיף Dominus è cœlo *proſpicit*, Pſ. 14, 2. Fut. וַיַּשְׁקֵף עַל־פְּנֵי סְדֹם Et *proſpexit* verſus Sodomam, Gen. 19, 28.

1) Generatim notat *ſpectare*, connotatô tùm *termino à quô*, unde ſpectatur, tum *termino ad quem*, quò ſpectatur. 2) Speciatim α) *propriè* notat *oculis aliquò proſpicere, & exerto quaſi capite rerum viſionem capere*, idque ferè *deſuper, è ſublimi.* Ita dicitur de homine proſpiciente è feneſtra, Gen. 26, 8. Jud. 5, 28. 2. Sam. 6, 16. 2. Reg. 9, 30. 1. Chr. 15, 29. Prov. 7, 6. è monte, Num. 23, 28. de ſpectante planiciem ſubjectam, Gen. 19, 28. β) *Tropicè* א) *Metaphoricè* transfertur tum ad *ſitum localem*, diciturque de valle, Num. 21, 20. de termino, 1. Sam. 13, 18. tùm ad *ortum & principium*, diciturque de malo venturo & imminente, Jer. 6, 1. de juſtitia cœlitus ſe manifeſtante, Pſ. 85, 12. Ἀνθρωποπαθῶς tribuitur *Deo*, & relatum ad *intellectum* deſignat *accuratiſſimam divinam hominum cognitionem, deliberatam & ſtudioſam perſonarum inſpectarum examinationem ac diſcusſionem*, Pſ. 14, 2. Pſ. 53, 3. *Relatum* verò ad ejus *voluntatem*, ſumitur tàm *in bonum*, notans *ipſius favorem, gratiam, miſericordiam & opem*, Deut. 26, 15. Pſ. 102, 20. Thr. 3, 50. quàm *in malum*, denotans *ipſius iram, pœnam & vindictam*, Exod. 14, 4. ב) *Me-*

ב) *Metonymice* eſt *aliquò ſe vertere*, *convertere*, quia, qui *aliquò ſpectat*, eò ſe vertat neceſſe eſt, Gen. 18, 16. 2. Reg. 9, 32.

שֶׁקֶף m. *Reſpectus*. Tantum extat 1. Reg. 7, 5.

שְׁקֻפִים m. pl. *Proſpectus*, Ausſicht; Bis legitur 1. Reg. 6, 4. c. 7, 4.

מַשְׁקוֹף m. *Superliminare*, *proſpectui* patens. Ter occurrit Exod. 12, 10. 22. 23.

שִׁקֵּץ *Abominatus*, *Deteſtatus eſt*; *Abominabile reddidit*, *fecit*; וְלֹא שִׁקַּץ עֱנוּת עָנִי Et non *abominatus eſt* miſeriam miſeri, Pſ. 22, 25. Inf. cum Fut. שַׁקֵּץ תְּשַׁקְּצֶנּוּ *Abominando abominaberis*, Devt. 7, 26. אֶת־אֵלֶּה תְּשַׁקְּצוּ *Iſta abominaberis*, Lev. 11, 13. Conf. c. 11, 11. אַל־תְּשַׁקְּצוּ אֶת־נַפְשֹׁתֵיכֶם Ne *abominabiles reddatis* animas veſtras, Lev. 11, 43. c. 20, 25. Sæpius non legitur.

שֶׁקֶץ m. *Abominatio*; *Res abominanda*, quæ ſenſus animumque offendit, Lev. 7, 21. c. 11, 10. 11. 12. 20. 23. 41. 42. Ez. 8, 10. Jeſ. 66, 17.

שִׁקּוּץ m. *Abominatio*, *Res abominabilis & deteſtanda*. וְנָתְנוּ הַשִּׁקּוּץ מְשֹׁמֵם Et dabunt *abominationem* devaſtantem, Dan. 11, 31. Plur. שִׁקּוּצִים *Abominationes*, Dan. 9, 27. Cum Suff. שִׁקּוּצֵיהֶם *Abominationes* eorum, Devt. 29, 17.

1) Generatim notat *abominabile*, quod ſua fœditate ſenſum animumque offendere ſolet. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *id*, *quod immundum ac fœdum reputatur*, *& in cibo potuque non ſine ingenti nauſea averſamur atque abominamur*. Inde β) transfertur ad *alias res*, quas quis ob fœditatem & turpitudinem ſuam abominatur & averſatur. Ita dicitur 1) de *idolis eorumque cultu*, quæ Deus abominatur & deteſtatur velut res ipſi maximè faſtidioſas, 1. Reg. 11, 5. 7. 2. Reg. 23, 13. Jer. 7, 30. c. 13, 27. c. 16, 18. c. 32, 34. Conf. Jer. 4, 1. ubi tamen non excluduntur *alia enormia peccata*. Item Ezech. 20, 7. 8. ubi dicuntur *abominationes oculorum*, quia ad idola idololatræ oculos convertebant, eaque diligebant & colebant. Sed Jeſ. 66, 3. deſignat *pravas de Deo ejusque cultu ſententias*. 2) de *idololatris*, qui amore & cultu idolorum ſe abominabiles fecerunt, Hoſ. 9, 10. & à Deo aliis abominabiles redduntur, Nah. 3, 7. 3) de *præda abominanda*, Zach. 9, 7. Conf. Druſ. in h. l.

שָׁקַק *Diſcurrit*, *Diſcurſavit*, *Vagatus eſt*. Part. שׁוֹקֵק *Diſcurſans*, Prov. 28, 15. Jeſ. 33, 4. Fut. בָּעִיר יָשֹׁקּוּ Per civitatem *diſcurrent*, Joel. 2, 9. Hithpael Fut. יִשְׁתַּקְשְׁקוּן בָּרְחֹבוֹת *Diſcurſitant* per plateas, Nah. 2, 5. Sæpius non legitur.

מֶשֶׁק m. *Diſcurſitatio*. Semel legitur Gen. 15, 2. בֶּן־מֶשֶׁק בֵּיתִי Filius *diſcurſitationis* domûs meæ, i. e. œconomus meus, omnium rerum mearum domeſticarum procurator.

מַשַּׁק m. *Diſcurſitatio*. Tantum extat Jeſ. 33, 4. כְּמַשַּׁק גֵּבִים Juxta *diſcurſitationem* locuſtarum.

Digitized by Google

שָׁקַר *Mentitus eſt, fallaciter dixit vel egit.* In Kal legitur ſaltem in Futuro אִם תִּשְׁקֹר לִי Si *mentiaris* mihi, i.e. ſi non ſerves fœdus & amicitiam mihi, Gen. 21, 23. Piel שִׁקֵּר *Mentitus eſt, mendaciter dixit vel egit, Fefellit.* לֹא אֲשַׁקֵּר בֶּאֱמוּנָתִי Non *mendaciter agam* contra veritatem meam, Pſ. 89, 34.

1) Generatim notat *fallere*, ſive *ore*, ſive *opere*. Ita apud Samaritanos legitur. Vid. Hotting. Etymol. Or. 2) Speciatim α) *propriè* notat *mentiri*. Ita dicitur de *homine*, Lev. 19, 11. negatur de *Deo veraciſſimo*. 1. Sam. 15, 29. β) *Mendaciter & falsò agere*, &c. Ita Deus adſeverat, *ſe non mendaciter acturum* contra veritatem ſuam, Pſ. 89, 34. & de *hominibus* dicitur in ordine *ad fœdus*, contra quod non debent mendaciter & fallaciter agere, ſed ſanctè illud ſervare, ceu promiſerunt. Ita dicitur tum in ordine *ad fœdus humanum*, Gen. 21, 23. tum in reſpectu ad *fœdus divinum*, quod Eccleſia V. T. neque falſitate doctrinæ, neque impietate vitæ ſe violaſſe dicit, Pſ. 44, 18. Conf. Jeſ. 63, 8.

שֶׁקֶר m. *Mendacium; Falſum, Falſitas; Falsò, mendaciter, in vanum, fruſtra, falſis de cauſis.* עֵד שֶׁקֶר Teſtis *mendacii*, i.e. falſiloquus, mendax, Deut. 19, 18. לַשֶּׁקֶר שָׁמַרְתִּי In *vanum* cuſtodivi, 1. Sam. 25, 21. אֲשֶׁר־ יִשָּׁבַע עָלָיו לַשֶּׁקֶר Super quo juraverit *falsò, mendaciter*, Lev. 5, 24. Plur. דֹּבֵר שְׁקָרִים Loquens *mendacia*, Pſ. 101, 7. Cum Suff. וַיַּתְעוּ אֶת־ עַמִּי בְּשִׁקְרֵיהֶם Et ſeduxerunt populum meum *mendaciis* ſuis, Jer. 23, 32.

1) Generatim notat *falſitatem*, ſeu *quicquid fallit*, nec *rei*, nec *opinioni & deſiderio alterius reſpondens*, ſive ſit *ſermo*, ſive *perſona*, ſive *res*, adhibeturque tum *nominaliter*, tum *adverbialiter*. 2) Speciatim α) *Nominaliter* notat 1) *mendacium*, prout deſignat *ſermonem*, qui à rei veritate diſſonat, ſive ſit *nudum*, Exod. 5, 9. 2. Reg. 9, 12. Job. 36, 4. Prov. 17, 7. ſive *ſimul calumnioſum*, hunc in finem ab aliquo effictum, ut alter in malam ſuſpicionem, vel exitium inducatur, Pſ. 120, 2. Prov. 6, 17. c. 13, 5. c. 26, 28. Jer. 37, 14. c. 40, 16. Ita (adjectivè efferendum) tribuitur *teſti mendaci*, falſa malitioſè fingenti, vera ſupprimenti, incomperta affirmanti vel ex nuda ſuſpicione, vel ex cupiditate alteri nocendi, Deut. 19, 18. Pſ. 27, 12. Prov. 6, 19. c. 12, 17. c. 14, 5. c. 19, 5. 9. *Linguæ mendacia effutienti*, vel ex inconſideratâ volubilitate, vel ex animi levitate, vel ex deſiderio alteri nocendi, & ſuum contrà commodum promovendi, Prov. 12, 19. 22. c. 21, 6. c. 26, 28. *labiis*, Pſ. 31, 19. Prov. 10, 18. c. 12, 22. Quia verò *ſummi & pernicioſiſſimi mendacii* rationem habent Pſeudo-Prophetarum *vaticinia & doctrinæ, cultusque impius*, inde dicitur de *falsâ doctrinâ impioque cultu*, Pſ. 119, 29. Jeſ. 20, 15. c. 44, 20. Jer. 8, 8. de *falſa doctrina*, nec non *vita cum officio boni Doctoris & doctrina vera non conveniente*, Jer. 6, 13. c. 8, 10. inprimis de *falſa Prophetia*, Jer. 7, 8. c. 23, 25. 26. c. 27, 10. 14. c. 29, 9. Talis *mendacii* à Judæis reſiduis Jeremias arguitur, Jer. 43, 2. Sed Jer. 3, 10. deſignat hypocriſin, quatenus

hypo-

hypocrita & *ore* & *facto* mentitur; *ore* quidem, quando verbis profitetur veritatem & pœnitentiam; *facto* autem, quando mentitur, quod in corde eſt. 2) Notat *mendacem*, Prov. 17, 4. 3) Significat *fraudem, dolum*. Ita Prov. 20, 17. *Panis mendacii* eſt *panis fraude & dolo partus*. 4) Significat *vanitatem*, *vanum*, *rem fallacem*, quæ reipſa non præſtat ea, quæ ſpecie externa promittere videtur, & ſic nec opinioni, nec ſpei & voto hominis reſpondet, ſed eum decipit atque deludit, quando in ipſâ ſpem & fiduciam refigit. Ita dicitur de *equi robore*, Pſ. 33, 17. de *irrito hominis conatu*, Pſ. 7, 15. de *vanitate mercedis vel operis improborum*, Prov. 11, 18. de *fallaci hominis forma & venuſtate*, Prov. 31, 30. & fiducia in idolis aliisque rebus poſita, Jer. 3, 23. β) *Adverbialiter* notat 1) *mendaciter & falso*. Ita dicitur de *pejerantibus*, Lev. 19, 12. c. 5, 24. Jer. 5, 2. Zach. 5, 4. Mal. 3, 5. 2) *Temerè*, *citra veram & juſtam cauſam*, Pſ. 35, 19. Pſ. 38, 20. Pſ. 69, 5. Pſ. 119, 86. 3) *Fruſtra, in vanum*, *ſine commodo*, 1. Sam. 25, 21.

שָׂרַב *Uſtus eſt*, *Combuſſit*, apud Chaldæos; *Sitiit*, *Bibit*, *Abſorpſit*, apud Arabes. Inde apud Ebræos.

שָׁרָב m. *Æſtus.* qui urit ſitimque excitat; *Torridus aridusque & ſiticuloſus locus.* Bis legitur, Jeſ. 49, 10. ubi per Metaphoram deſignat *afflictionem & miſeriam*, & Jeſ. 35, 7.

שרבט *Extendit* inſtar vacui, apud Talmudiſtas.

שַׁרְבִיט m. *Sceptrum*, Eſth. 4, 11. pro שֵׁבֶט, litera ר per Epenthesin inſita & ſerviente. Vid. cel. Dn. D. Danzii Lit. §. 5. Obſ. 1.

שָׁרָה *Solvit*, *Diviſit*, *Emiſit*. Fut. יִשְׁרֵהוּ *Solvit, emittit* illud, Job. 37, 4. Piel. שֵׁרָה *Solvit*. שֵׁרוֹתִיךָ *Solvero* te à maledictionibus Judæorum tecum contendentium, & mutaturus eas in bonum, Jer. 15, 11. pro שֵׁרִיתִיךָ juxta Maſorethas. Sed juxta literas eſt potius pro שָׁרוֹתְךָ, ut ſit Infinitivus, qui pro alio quocunque tempore per Enallagen poni ſolet.

שִׁרְיָה f. *Lorica.* Semel legitur Job. 41, 17.

שִׁרְיָן m. *Lorica.* Ter occurrit, 1. Reg. 22, 34. 2. Chron. 18, 33. Jeſ. 59, 17.

שִׁרְיוֹן m. *Lorica.* וַיַּלְבֵּשׁ אֹתוֹ שִׁרְיוֹן Et induit eum *loricâ*. 1. Sam. 17, 38. וְשִׁרְיוֹן קַשְׂקַשִּׂים הוּא לָבוּשׁ Et *loricâ* ſquamarum erat indutus, 1. Sam. 17, 5. Plur. שִׁרְיֹנִים Neh. 4, 10. & שִׁרְיֹנוֹת 2. Chron. 26, 4. Sed Jer. 46, 4. eſt סִרְיֹנוֹת.

שִׂרְיוֹן m. *Schirjon*, nomen proprium montis, Pſ. 29, 6. qui alias חֶרְמוֹן, שִׂרְיֹן & שְׂנִיר dicitur Devt. 3, 8. 9. c. 4, 48.

שָׁרוֹן m. *Scharon*, eſt nomen proprium *regionis campeſtris & paſcuoſæ* 1. Chron. 5. 16. c. 27, 29. Jeſ. 33, 9. c. 35, 2. c. 65, 10. Cant. 2, 1. Bochartus Hieroz. P. 1. Lib. 2. c. 31. p. 306. c. 48. p. 533. arbitratur, notare *locum lati proſpectûs*, & à שׁוּר *proſpicere* derivat.

מִשְׁרָה f. *Solutio*, *Emiſſio*, *Maceratio.* Semel legitur in Statu conſtr. וְכָל־מִשְׁרַת עֲנָבִים Et omnis *ſolutio* uvarum, h. e. quicquid ex uvis ſive preſſis, ſive maceratis emittitur & fluit, Num. 6, 3.

Digitized by Google

שָׁרַץ *Se movit, Repſit, Reptavit; Scatuit, Scaturivit; Abundè progenuit* ſeu *produxit more reptilium.* Pro varietate contextus nunc *active*, ſeu *tranſitive*, nunc *intranſitive* capitur. Vid. cel. D. Danzii Interpr. §. 78. ed. 2. שָׁרַץ אַרְצָם צְפַרְדְּעִים *Scatuit* terra eorum ranis. Pſ. 105, 30. וְשָׁרַץ הַיְאֹר צְפַרְדְּעִים Et *ſcaturivit, abunde produxit* fluvius ranas. Exod. 7, 28. אֲשֶׁר שָׁרְצוּ הַמַּיִם Quam *ſcaturiverunt, repere fecerunt* aquæ, Gen. 1, 21. וְשִׁרְצוּ בָאָרֶץ Ut *copioſè diffundant* ſe, Gen. 8, 17. Part. שֹׁרֵץ *Repens, ſe movens*, Gen. 7, 21. Lev. 11, 29. 41. 42. 43. Fut. יִשְׁרֹץ Repet, Ezech. 47, 9. יִשְׁרְצוּ הַמַּיִם שֶׁרֶץ *Scaturiant* aquæ reptile, Gen. 1, 20. וַיִּשְׁרְצוּ Et *diffuderunt* ſe. Exod. 1, 7. Imper. שִׁרְצוּ *Diffundite* vos, Gen. 9, 7.

שֶׁרֶץ m. *Reptile*, à *copia* & *fæcunda propagatione* ſic dictum. Bochart. Hieroz. P. I. lib. 1. c. 4. p. 23, & c. 9. p. 59. Eſt nomen collectivum, generaliter complectens *quævis animalia, terreſtria, aquatilia, amphibia, natalia & volatilia*, quæ repunt, pedes non elevando, aut pulſando terram. Gen. 1, 20. c. 7, 21. Lev. 5, 2. c. 11, 10. 20. 21. 23. 31. 41. 42. 43. 44. c. 22, 5. Devt. 14, 19

שָׁרַק *Sibilavit, Exſibilavit; Sibilando advocavit.* Conſtruitur cum ל & עַל. וְשָׁרַק לוֹ Et *ſibilavit* ei, Jeſ. 5, 26. Fut. יִשְׁרֹק עָלָיו *Sibilabit* ſuper eo, Job. 27, 23.

1) Generatim notat *ſibilare.* 2) Speciatim α) notat *ſibilando advocare*, prout homines canes, aliasque pecudes ſibilando advocare ſolemus. Ἀνθρωποπαθῶς *Deo* tribuitur, tùm *in bonum*, Zach. 10, 8. indigitans *Eccleſiæ collectionem & Evangelii leniſſimam vocem;* tùm *in malum*, Jeſ. 5, 26. c. 7, 18. deſignans *hoſtium excitationem & adductionem.* β) *Exſibilando irridere, illudere*, ita, ut ſibilus ſit ſignum *proprii gaudii & irriſio aliorum.* 1. Reg. 9, 8. Job. 27, 23. Jer. 19, 8. c. 49, 17. c. 50, 13. Thren. 2, 15. 16. Ezech. 27, 36. Zeph. 2, 15. Sæpius non legitur.

שְׁרֵקָה f. *Sibilus, Exſibilatio.* Legitur 2. Chron. 29, 8. Jer. 19, 8. c. 25, c. 29, 18. Mich. 6, 16. Sed ubivis locorum deſignat *proprium gaudium & irriſionem aliorum.*

שְׁרִיקוֹת f. pl. *Sibili.* Semel legitur Jud. 5, 16. שְׁרִיקוֹת עֲדָרִים *Sibili* gregum. Huc quidem referunt illud Jer. 18, 16. שְׁרִקוֹת עוֹלָם *Exſibilationes* ſeculi, i. e. res, quæ exſibilantur, & exſibilatione dignæ ſunt; ſed literæ produnt formam שְׁרוּקוֹת à ſingulari שְׁרוּקָה formæ דְּבוֹרָה *Apis.*

שָׁרַר *Robuſtus fuit, Firmatus, Stabilitus fuit*, apud Syros. Inde eſt.

שֹׁר m. *Umbilicus*, à robore, *firmitate & ſtabilitate* ſic dictus. Cum Suff. שָׁרְרֵךְ *Umbilicus* tuus, Cant. 7, 3. & defectivè שָׁרֵּךְ *Umbilicus* tuus, Ez. 16, 4. Prov. 3, 8. ubi irregulariter ר Dageſch F. impreſſum habet.

1) Generatim notat *umbilicum.* 2) Speciatim α) *proprie* notat *nodum illum tortuoſum*, vel ligamentum inteſtinorum in media corporis humani parte conſpicuum, & ſuperiora corporis cum inferioribus quaſi connectens. β) *Tropicè* 1) per Synecdochen partis notat *totum ventrem*, unà cum inteſtinis, ſplene, hepate, corde, tanquam partibus molliori-

bus

bus Prov. 3, 8. Vid. Geier. in Comment. 2) *Metaphoricè α*) quia umbilicus involvit *copiam* vaſorum diverſorum, ex variis venis, arteriis & nervis, per totum Chorion diſperſis unitorum, per quæ ſanguis & ſpiritus ad fœtum transferuntur, ut ſic alatur, hinc denotat *collectionem fidelium ex multis & diverſis populis*, Cant. 7, 3. b) Neglectus præciſionis umbilici deſignat *gentis Judaicæ primævum ſtatum miſerum & abominabilem.* Ezech. 16, 4. Sæpius non legitur.

שְׁרִירִים m. plur. *Umbilici.* Semel legitur in Statu conſt. בִּשְׁרִירֵי בִטְנוֹ In *umbilicis* ventris ejus Job. 40, 11. Sed quia unum animal non habet plures umbilicos, & שָׁרִיר in genere notat *firmum*, *validum*, inde Seb. Schmidio denotat *nervos*, quia *firmitas* eſt in nervis, nervi autem in ventre multi ſunt.

שְׁרִירוּת *Obſirmatio*, *Durities.* אֵלֵךְ בִּשְׁרִירוּת לִבִּי Ibo in *obſirmatione* cordis mei, Devt. 29, 18. Præterea legitur Pſ. 81, 13. Jer. 3, 17. c. 7, 24. c. 9, 13. c. 11, 8. c. 13, 10. c. 16, 12. c. 18, 12. c. 23, 17. Sed ſemper jungitur voci לֵב *cor*, deſignatque *pravum cordis erga mala affectum*, qui importat peccati originalis malitiam & concupiſcentiam, ejusque per malitiam habitualem acquiſitam augmentum, ita, ut homo excusſo monitore, ſpretisque Dei ſalutaribus inſtitutis, ſuis indulgeat affectibus, &, quæ ſibi bona videntur, approbet & faciat. Aliis eſt, *Adſpectus*, *Contemplatio*, à rad. שׁוּר,

שׁוֹר m. *Bos*, à *robore & firmitate* ſic dictus. Vide ſupra in rad. שׁוֹר.

שֹׁרֶשׁ m. *Radix*, Devt. 29, 18. Cum Suff. שָׁרְשִׁי *Radix* mea, Job. 29, 19. Plur. שָׁרָשִׁים *Radices*, pro שְׁרָשִׁים per alternationem poſito (ְ:) pro (:) & porrò (ָ) Chatuph pro (ְ:) perinde ut in קָדָשִׁים. In Statu conſtr. שָׁרְשֵׁי הַיָּם *Radices* maris, Job. 36, 30. Cum Suff. שָׁרָשָׁיו *Radices* ejus, Job. 8, 17.

1) Generatim notat *radicem.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *plantæ baſin & accretionis principium*, Jeſ. 53, 2. β) Metaphoricè notat 1) *imum alicujus rei*, prout radix arboris imum eſt, e. g. plantam pedis, calces ſeu talos, Job. 13, 27. fundum maris, Job. 36, 30. 2) *rei originem*, *cauſam & fundamentum*, prout ex radice arbor vel herba propullulare & creſcere ſolet, Devt. 29, 18. Conf. Job. 19, 78. ubi denotat fundamentum fidei, & Dan. 11, 7. notat *Parentes*, ex quibus aliquis vitam hauſit. 3) *Effectum & conſequens*, quia arbor, dum creſcit, ſimul radices ex ſe extendit in terram ramos, quos ſurſum emittit, &, licet quandoque arbor emoriatur, radix tamen viva relinquitur. Ita deſignat tàm *ſtirpem*, *familiam & poſteritatem relictam*, Jeſ. 11, 1. c. 14, 29. 30. *quàm unicum ex poſteritate* Jeſ. 11, 10. ubi radix Iſai denotat *Meſſiam.* 4) *Rerum vigorem*, *conſiſtentiam*, *& ſtatum proſperum*, quia radix, ſi bene ſe habet, & in vigore conſiſtit, arbor egregiè creſcit, ramos diffundit &c. Job. 29, 19. Pſ. 80, 10. Jeſ. 37, 31. Jer. 17, 8. Prov. 12, 3. 12. Quando ergo *radix areſcere* dicitur, deſignatur *imperiorum interitus*, Job, 18, 16. Jeſ. 5, 24. Hoſ. 9, 16. Huc refer, quando iis radix non relinqui dicitur Mal. 3, 19. vel c. 4, 1.

שֹׁרֶשׁ & שֵׁרֵשׁ *Radices egit, Radicatus eſt; Eradicavit.* וְשֵׁרֶשְׁךָ מֵאֶרֶץ חַיִּים Et *eradicabit* te ex terra viventium, Pſ. 52, 7. אַף בַּל־שֹׁרֵשׁ בָּאָרֶץ Neque *radicatur* in terra, Jeſ. 40, 24. Pyal שֹׁרַשׁ *Eradicatus eſt.* Fut. יְשֹׁרָשׁוּ *Eradicentur,* Job. 31, 8. Hiphil הִשְׁרִישׁ *Radidices egit, Radicavit, radicare fecit.* Fut. וַתַּשְׁרֵשׁ שָׁרָשֶׁיהָ Et *radicare feciſti* radices ejus, Pſ. 80, 10.

1) Propriè eſt *plantarum*, quæ radices agunt, vel ſi radices egerunt, rurſus eradicantur. Ita dicitur de eradicatione terræ naſcentium, Job. 31, 12. 2) *Metaphoricè* frequentius adhibetur, tum ad deſignandum *hominum ſtatum proſperum & conſiſtentiam firmam*, ubi bene ſe habent, & exoptata incrementa capiunt, Pſ. 80, 10. Job. 5, 3. Jeſ. 27, 6. Jer. 12, 2. tum ad denotandum *improborum infelicitatem & interitum*, Pſ. 52 7. Jeſ. 40, 24.

שַׁרְשׁוֹת & שַׁרְשְׁרוֹת f. pl. *Catenæ;* ubi poſterius ר eſt Epentheticum Vid. Dn. D. Danzii Literat. §. 5. p. 53. Conf. additiones Eliæ, adjectas Kimchio in rad. שרבט ubi præterea notat, ר juxta nonnullos poni pro ל, exprimique per illud Rabbinorum שלשלת. Legitur verò שַׁרְשֹׁת Exod. 28, 22. שַׁרְשְׁרוֹת autem Exod. 28, 14. c. 39, 15. 1. Reg. 7, 17. 2. Chron. 3, 5. 17.

שֵׁרֵת *Miniſtravit.* וְשֵׁרְתוּ אֹתוֹ Ut *miniſtrent* ei, Num. 3, 6. Infin. לְשָׁרֵת בַּקֹּדֶשׁ Ad *miniſtrandum* in Sanctuario, Lev. 25, 43. c. 29, 30. Part. מְשָׁרֵת *Miniſtrans, miniſter*, Num. 11, 28. Fœm. מְשָׁרַת *Miniſtrans, Miniſtra*, 1. Reg. 1, 15. pro מְשָׁרֶתֶת, litera ת per Syncopen extruſa, & (-) pro (∵) per alternationem poſito, Fut. וּתְשָׁרְתֵהוּ Et *miniſtret* ei, 1. Reg. 1. 4. יְשָׁרְתוּ *Miniſtrabunt*, Num. 3, 31.

1) Generatim notat *miniſtrare alicui*, quicunque ille ſit. 2) Speciatim α) dicit *miniſterium*, quod præſtatur *Deo* vel ab *Angelis ſanctis*, qui ſunt ejus apparitores, Pſ. 103, 21. Pſ. 104, 4. vel ab *hominibus*, tùm Sacerdotibus, Devt. 21, 5. 1. Chron. 23, 13. Joel. 1, 9. c. 2, 17. & Levitis, Devt. 10, 8. 2. Chr. 29, 11. Ezech. 45, 11. tum aliis fidelibus, Jeſ. 56, 6. β) Deſignat *miniſterium*, quod *homines homini præſtant*, & quidem vel *officium publicum obeundo*, ut fit à conſiliariis, Præfectis &c. 1. Chron. 27, 1. c. 28, 1. 2. Chron. 17, 19. Pſ. 101, 6. Prov. 29, 12. vel *Domino ſervitia præſtando, latus ejus* ſtipando, miniſteria privata obeundo, juſſa omnis generis exequendo. Ita dicitur de Joſua, Miniſtro Moſis, Num. 11, 28. de famulo Ammonis, 2. Sam. 13, 17. 18. Eliſæ, 2. Reg. 4, 43. de Satellitibus Ahasveri, Eſth. 1, 10. c. 2, 2. c. 6, 3.

שָׁרֵת m. *Miniſterium*, nomen ex Infinitivo factum. Bis legitur כְּלֵי שָׁרֵת Vaſa *miniſterii*, Num. 4, 12. 2. Chr. 24, 14.

שֵׁשׁ m. *Xylinum, Byſſus;* Juxta Aben Eſram, *ſpecies lini præſtantiſſimi & ſubtiliſſimi Ægyptiaci, quod candidiſſimum eſt, nec unquam coloratum.* Juxta Pancirol. lib. 1. memor. tit. 5. eſt *linum ſubtiliſſimum*, in Græcia natum, ex quô pulcherrimæ texebantur veſtes, præcandidum atque molliſſimum. Sed aliis byſſus eſt lana iſta, quæ pinnæ, certo concharum generi ad-

adhæret, colore luteo ac pellucido, nigricante ac ſplendorem auri reddente. Inde בִּגְדֵי שֵׁשׁ ipſis ſunt *veſtes* ex lana illa molliſſima, colore luteo, pellucido, nigricante ac ſplendorem auri reddente confectæ, Gen. 41, 42. Legitur de cidari Pontificis, Ex.28,40. de tunica, balteo & fœminalibus, Ex.39,27. de funibus, Eſth.1,5. de aulæis, cortinis, Ex. 26,1. c.27, 9. 18. c. 36, 8. 9. c. 38, 9. 17. Conf. Ez. 16, 10. 13. c. 27, 7. Prov. 31, 22.

שֵׁשׁ *Sex.* שֵׁשׁ שָׁנִים *Sex* anni, Exod. 21, 2. שֵׁשׁ מֵאוֹת אִישׁ *Sexcenti* viri, Jud. 3, 31. שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה שָׁנָה *Sedecim* anni, 2. Reg. 13, 10. Fœm. שִׁשָּׁה בָנִים *Sex* filii, Gen. 30, 20. In Statu conſtr. שֵׁשֶׁת, ut שֵׁשֶׁת יָמִים *Sex* diebus, Exod. 16, 26. c. 20, 9. c. 35, 2. Plur. com. שִׁשִּׁים *Sexaginta.* בֶּן שִׁשִּׁים שָׁנָה Filius 60. annorum, i. e. *Sexagenarius*, Gen. 25, 26. שִׁשִּׁים עִיר *Sexaginta* urbes, Devt. 3, 4.

שִׁשִּׁי m. *Sextus.* יוֹם הַשִּׁשִּׁי Dies *ſextus*, Gen. 1, 31. בַּחֹדֶשׁ הַשִּׁשִּׁי In menſe *ſexto*, Neh. 1, 21. Fœm. שִׁשִּׁית *Sexta*, ſexta pars. בַּשָּׁנָה הַשִּׁשִּׁית In anno *ſexto*, Lev. 25, 21. תִּשְׁתֶּה שִׁשִּׁית הַהִין Bibes *ſextam* partem Hinis, Ezech. 4, 11.

שִׁשָּׁה *Sextavit.* Bis legitur. וְשִׁשֵּׁאתִיךָ Et *ſextabo* te, Ez. 39, 2. i. e. juxta Buxtorffium, hamo, unco vel harpagone ſeptuplici (hoc eſt ſex uncis, digitis ferreis conſtante) extraham te extremis Aquilonis partibus. Alii aliter. Eſt vero א loco י per alternationem וְשִׁשִּׁיתֶם הָאֵיפָה Et *ſextabitis* Epham, i. e. ſextam partem Ephæ offeretis, Ez. 45, 13.

שׁוֹשַׁן m. *Lilium*, juxta Kimchium ſic dictum, quod *ſex foliis* conſtet; aſt Guſſetius, cum flos ejus ſit albus, convenire putat cum שֵׁשׁ *Byſſus*, ita ut ab eo derivari queat, accedente & ſuperficiei textura tenuiſſima ſimul ac nitente, velut byſſi contexti. מַעֲשֵׂה שׁוֹשַׁן Opus *lilii*, 1. Reg. 7, 19. פֶּרַח שׁוֹשָׁן Flos *lilii*, 1. Reg. 7, 26. Sed Pſ. 60, 1. notat *Hexachordum*, Inſtrumentum Muſicum ſex chordarum; Et Eſth. 1, 2. eſt nomen *regiæ Regis Perſarum*.

שׁוּשַׁן m. *Lilium*, 1. Reg. 7, 22. Saltem occurrit

שׁוֹשַׁנָּה f. *Lilium*; aliis *Roſa*, quia Cant. 5, 13. tribuitur *labiis*, quæ *rubicunda* ſunt; Sed judice Guſſetio color ibi non attenditur. In Statu conſtr. שׁוֹשַׁנַּת הָעֲמָקִים *Lilium* convallium, Cant. 2, 1. Plur. שׁוֹשַׁנִּים *Lilia*, Cant. 5, 13. c. 6, 2. *Hexachorda*, Pſ. 45, 1. Pſ. 69, 1. Pſ. 80, 1.

שָׁשַׁר m. *Minium*, juxta Kimchium, *Indicum*, *Indicus color*, Jer. 22, 14. Ezech. 23, 14.

שֵׁת vide in שׁוּת.

שָׁתָה *Bibit*, *Ebibit*, *Combibit*, *Compotavit*, *Convivatus eſt.* וּמַיִם לֹא שָׁתָה Et aquam non *bibit*, Ex. 34, 28. Part. שֹׁתֶה *Bibens*, Job. 6, 4. Inf. שְׁתוֹת *Bibere*, Jer. 35, 8. Sed 1. Sam. 1, 9. eſt שָׁתֹה & Prov. 31, 4. שְׁתוֹ. Fut. אֶשְׁתֶּה *Bibam*, 2. Sam. 19, 35. וָאֵשְׁתְּ Et *bibi*, Gen. 24, 46. וַיִּשְׁתֶּה Et *bibit*, 1. Reg. 19, 8. & per Apocopen וַיֵּשְׁתְּ, Gen. 9, 21. יִשְׁתָּיוּן *Bibent*, Pſ. 78, 44. ה in י mutato. Niphal Fut. יִשָּׁתֶה *Bibitur*, Lev. 11, 34.

1) Generatim notat *bibere.* 2) Speciatim α) *proprie* notat *haurire potum*, explendæ & ſedandæ ſitis causâ. Ita dicitur tùm de *homi-*

hominibus bibentibus vinum, Gen. 9, 21. c. 27, 25. Lev. 10, 9. c. 13, 14. Job. 1, 13, 18. Jer. 35, 8. 14. aquam, Exod. 7, 18. 1. Reg. 13, 8. 16. Eſr. 10, 6. tum de *brutis*, e.g. camelis, Gen. 24, 19. 22. ovibus, Gen. 30, 37. β) *Impropriè* 1) *Metaphoricè* deſignat *a*) *rei alicujus conſecutionem, ejusque cum voluptate fruitionem* e.g. auxilii, Jer. 2, 18. plenæ victoriæ, quando ſanguis hoſtium dicitur bibi, Num. 23, 24. matrimonii caſti, Prov. 5, 15. bonorum ſpiritualium regni cœleſtis, Prov. 9, 5. Jeſ. 65, 13. *b*) *Graviſſimorum malorum & incommodorum perpeſſionem*, Job. 21, 20. Pſ. 75, 9. Jer. 49, 12. Hab. 2, 16. Conf. Pſ. 110, 7. ubi *bibitio de torrente in via* denotat *graviſſimam & acerbiſſimam paſſionem Chriſti*, quam in diebus carnis, homines redemturus ſuſtinuit. Et Prov. 26, 6. *bibitio violentiæ* innuit *pœnas violentiæ*, quas homo ſibi conciliat. *c*) *Adſvefactionem, commiſſionem & exercitium*, Job. 15, 16. c. 34, 7. 2) Per *Synecdochen partis* notat *convivari*; quia in conviviis largius bibere ſolent convivæ, Eſth. 7, 1.

שְׁתִי m. *Compotatio*, Eccl. 10, 17. *Stamen, Filum per longitudinem telæ tranſiens*. Sed hæc ſignificatio eſt à שׁוּת, licet forma ſit à שָׁתָה. Verba enim Imperfecta ſæpius formas permutare ſolent. Legitur Lev. 13, 48. 49. 52. 53. 56. 57. 58. 59. Ad primam ſignificationem Guſſetius refert illud Hoſ. 10, 10. לִשְׁתֵּי עֵינֹתָם Ad *bibendos* eorum fontes, ad *bibitionem* fontium eorum.

שְׁתִיָּה f. *Potus*. Saltem occurrit Eſth. 1, 8.

מִשְׁתֶּה m. *Potus, Potio, Compotatio; Convivium*, in quô *potus* apponitur. וַיַּעַשׂ לָהֶם מִשְׁתֶּה Et faciebat iis *convivium*, Gen. 19, 3. In Statu Conſtr. מִשְׁתֵּה שְׁמָנִים, *Convivium* pinguedinum, Jeſ. 25, 6. Plur. מִשְׁתֵּיהֶם *Potus* veſtros, Dan. 1, 10.

1) Generatim infert *potionem*, qualicunque fiat ratione. 2) Speciatim α) *propriè* denotat *actum bibendi*, Dan, 1, 8. β) *Tropicè* *a*) *Metonymicè* deſignat tum *potum*, qui ſitis ſedandæ causâ hauritur, Eſr. 3, 7. Dan. 1, 10. tum *locum*, ubi potus largius & lætius bibitur, Eccl. 7. 2. *b*) *Synecdochicè* notat *convivium*, in quô largius lætiusque bibitur & editur, quale inſtituitur in Natalitiis, Gen. 40, 29. in ablactatione filii, Gen. 21, 8. in nuptiis, Jud. 14, 10. in confœderationibus, Gen. 26, 30. in oſtenſione Majeſtatis & opulentiæ regiæ, Eſth. 1, 3. 5. &c.

שְׁתַּיִם f. d. *Duo*, quod factum putatur ex שְׁנְתַּיִם, vide in שְׁנַיִם.

שָׁתַל *Plantavit, Transplantavit è loco in locum*. וְשָׁתַלְתִּי אָנִי עַל הַר־גָּבֹהַּ Et *plantabo* ego ſuper monte alto, Ez. 17, 22. Part. Pual שָׁתוּל עַל־פַּלְגֵי־מָיִם *Plantata* ad rivos aquarum, Pſalm. 1, 3. Fut. אֶשְׁתֳּלֶנּוּ *Plantabo* eum, Ezech. 17, 23.

שְׁתִילִים m. pl. *Plantæ, Plantulæ*. Semel legitur in Statu conſtr. כִּשְׁתִלֵי זֵיתִים Sicut *plantulæ* olearum, Pſ. 128, 3.

שָׁתַם *Aperuit, Recluſit*. Saltem legitur Part. Paul in Statu conſtr. שְׁתֻם הָעָיִן *Apertus* oculo, i.e. cui oculus eſt apertus ad res futuras prævidendas, Num. 24, 3.

שתן Hiphil הִשְׁתִּין *Minxit.* Legitur ſaltem Participium מַשְׁתִּין בְּקִיר *Mingens* in parietem, 1.Sam. 25,22.34. 1.Reg. 14,10. c.16,11. c. 21,21. 2.Reg.9,8. ubi per *mingentem ad parietem* non tàm intelligendus eſt homo maſculini ſexûs, quàm canis, quia canis natura hæc eſt, ut ad parietem ſoleat mingere,adeoque ſine omni pudore. Vid. Seb. Schmid. ad 1. Sam. 25,22.

שָׁתַק *Siluit, Conticuit, Ceſſavit, Sedatus eſt.* Fut. יִשְׁתּוֹק מָדוֹן *Silebit*, i. e. ceſſabit contentio. יִשְׁתֹּק הַיָּם *Silebit*, i. e. ſedabitur, tranquillabitur mare, Jon. 1, 12. conf. v. 11. כִּי יִשְׁתֹּקוּ Quod *ſedati eſſent* fluctus, Pſ. 107, 30. Sæpius non occurrit.

שָׁתַת *Poſuit; Poſitus eſt.* כַּצֹּאן לִשְׁאוֹל שַׁתּוּ Inſtar pecudis in inferno *ponentur*, Pſ. 49, 15. שַׁתּוּ בַשָּׁמַיִם פִּיהֶם *Ponunt* in cœlum os ſuum, i. e. juxta Flacium, præfractè ac blaſphemè contra Deum, cœli Dominum blaterant. Sæpius non occurrit.

שׂ

שְׂאֹר m. *Fermentum*, Exod. 12, 15. 19. c. 13, 7. Lev. 2, 11. Devt. 16, 4.

שְׂבָךְ & שְׂבָכָה *Perplexum, Opus implexum, reticulatum*, vide in rad. סָבַךְ *Implexus, Perplexus eſt.*

שָׂבַע *Satiatus*, *Saturatus fuit*, *Satur eſt.* וְאָכַל וְשָׂבַע Et comedet, & *ſaturabitur*, Devt. 31, 20. שָׂבַעְתָּ קָלוֹן *Satiatus es* ignominiâ, Hab. 2, 16. Fœm. שָׂבַעַתְּ *Satiata* es, Ez. 16, 28. Inf. לִשְׂבֹּעַ Ad *ſaturandum*, Ex. 16, 8. Fut. אֶשְׂבַּע *Satur ſiam*, Prov. 30, 9. תִּשְׂבְּעוּ לָחֶם *Saturabimini* pane, Ex. 16, 12. Piel שִׂבַּע *Satiavit, Saturavit.* Fut. נַפְשָׁם לֹא יְשַׂבֵּעוּ Animam ſuam non *ſatiabunt*, Ez. 7, 19. Hiphil הִשְׂבִּיעַ *Satiavit, Exſatiavit.* Inf. לְהַשְׂבִּיעַ שֹׁאָה וּמְשֹׁאָה Ad *ſatiandum* (pluviâ) vaſtitatem & deſolationem, i. e. locum valde vaſtum & & ſiticuloſum, Job. 38, 27. Fut. אֶבְיוֹנֶיהָ אַשְׂבִּיעַ לָחֶם׃ Pauperes ejus *ſaturabo* pane, Pſ. 132, 15.

1) Generatim *replendi* vel *explendi* notionem obtinere videtur. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſatiari* ventriculum cibo potuque replendo, & & ſic famem vel ſitim corporis ſedando. Ita legitur de ſedata fame per panem, Ex. 16, 12. Pſ. 132, 15. Job. 27, 14. ſiti per aquas, Am. 4, 8. β) *Impropriè* 1) *Metaphoricè* a) deſignat *rerum bonarum, ſuavium & utilium largam ſuppeditationem, copioſam perceptionem, & cum animi voluptate conjunctam fruitionem*, Pſ. 36, 6. Pſ. 63, 6. Pſ. 65, 5. Pſ. 90, 14. Pſ. 91, 16. Pſ. 103, 5. Jeſ. 58, 11. Conf. Prov. 30, 19. ubi denotat *rerum temporalium copioſum affluxum & abundantiam.* b) *Copioſam malorum immiſſionem & averſationem*, Pſ. 88, 4. Job. 9, 4. Job. 9, 18. Pſ. 123, 3. 4. Thren. 3, 15. 30. Hab. 2, 16. c) *Abundantem appetitus* vel *libidinis expletionem*, Eccl. 5, 9. Ezech. 16, 28. 29. Conf. Eccl. 1, 8, c. 4, 8. ubi tribuitur oculo. Huc refer, quando homo *ſatur dierum* dicitur, ut non teneatur deſiderio ulterius vivendi, 1. Chr. 23, 1. d) *Copioſam terræ ſiticuloſæ, ad ſatietatem*,

riga-

rigationem, Job. 38, 27. Prov. 30, 16. 2) *Metonymicè* deſignat *tædium & averſationem*, Prov. 25, 27. Jeſ. 1, 11.

שָׂבֵעַ m. *Statur*, Gen. 25, 8. In Statu Conſtr. שְׂבַע רָצוֹן *Satur* beneplacito, i. e. abunde fruens Dei favore, Devt. 33, 23. Fœm. נֶפֶשׁ שְׂבֵעָה תָּבוּס נֹפֶת Anima *ſatura* conculcat favum, i. e. homo, cujus appetitus re concupitâ eſt expletus, ſpernit etiam res dulciſſimas, Prov. 27, 7. Plur. שְׂבֵעִים *Saturi*, 1. Sam. 2, 5.

1) Generatim *repletum* notat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſaturum*, qui cibo potuve repletus eſt. β) *Metaphoricè* deſignat *eum, qui aliqua re copioſe abundat, & cum voluptate fruitur*; vel: *qui non ſolum ſat habet, ſed etiam qui nimium habet, ut nil addi posſit, vel ſaltem addi poſſe videatur*. Ita dicitur 1) de *eo*, qui omnis generis bonis copiosè abundat, & perfruitur, 1. Sam. 2, 5. Prov. 19, 15. ſpeciatim Dei favore abunde fruitur, Devt. 33, 23. 2) de *eo*, cujus appetitus re, quam concupivit, impetratâ, expletus eſt, Prov. 27, 7. 3) de *eo*, qui annis ita plenus eſt, ut diutius vivendi deſiderio non teneatur, Gen 25, 8. c. 35, 29. 1. Chron. 29, 28. Job. 42, 17. 4) de *eo*, qui ad ſatietatem adverſa ſentit & perpetitur, e. g. ſummam ignominiam, cui nihil addi poſſe videtur, Job. 10, 15. maximas & copioſiſſimas commotiones, moleſtias & ærumnas, Job. 14, 1.

שָׂבָע m. *Saturitas, Satietas*. Et *propriè* quidem deſignat *ſaturitatem ventris*, cibo potuque repleti, Eccl. 5, 11. *Metaphoricè* autem denotat *copiam & abundantiam rerum*. Ita dicitur de *abundantia* 7. annorum frugiferorum in Ægypto, Gen. 41, 29. 30. 31. 34. 47. 53. nec non de copiâ frugum, Prov. 3, 10.

שֹׂבַע m. *Saturitas*. וַאֲכַלְתֶּם לָשֹׂבַע Et comeditis ad *ſatietatem*, Lev. 25, 19. צַדִּיק אֹכֵל לְשֹׂבַע נַפְשׁוֹ Juſtus comedit ad *ſatietatem* animæ ſuæ, contentus iis, quæ ex benedictione divina præſto ſunt; nec deſtitutus rebus, quæ appetitum ordinatum ſatiare & explere valent, Prov. 13, 25. Cum Suff. מִשָּׂבְעָהּ De *ſatietate* ſua, Ruth. 2, 18.

1) Generatim *expletionem & plenitudinem* indigitat. 2) Spetiatim α) *propriè* notat *ſaturitatem ventris* poſt ſufficientem panis & c eſum, Ex. 16, 9. Lev. 25, 9. c. 26, 5. Pſ. 78, 25. β) *Tropicè* 1) notat *copiam & abundantiam, appetitum plene exſatiantem*, Pſ. 16, 11. Conf. Prov. 13, 25. 2) *Metonymicè* denotat *id, quod ſatiato ventre reſiduum eſt*, Ruth. 2, 18.

שִׂבְעָה f. *Saturitas*. Semel occurrit in Statu Conſtr. שִׂבְעַת לֶחֶם *Saturitas*, i. e. *Copia, abundantia panis*, Ez. 16, 49.

שָׂבְעָה f. *Saturitas*. לְשָׂבְעָה Ad *ſaturitatem*, Jeſ. 23, 18. Cum Suff, מִבִּלְתִּי שָׂבְעָתֵךְ Cum *ſatietas* tibi nulla eſſet, Ez. 16, 28.

1) Generatim *repletionem* involvit. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſatietatem poſt comeſtionem*, Jeſ. 23, 18. Ez. 39, 19. Hagg. 1, 6. β) *Metaphoricè* deſignat *appetitûs expletionem*, ut non teneatur deſiderio alterius &c. Jeſ. 55, 2. c. 56, 11. Ez. 16, 28.

שָׂבַר *Expectavit; Speravit; Putavit, Cogitavit, Conſideravit.* Particip. שֹׂבֵר *Conſiderans* muros, Neh. 2, 13. 15. Sed alii legunt שׁבֵר בְחֹמוֹת *Perfringens* muros; Piel שִׂבֵּר *Intentè ſperavit, Spectavit, Expectavit*, ubi cum ל vel אֶל conſtruitur.

1) Generatim denotat *intentum reſpectum ad aliquid*, ſive fiat *oculis corporis*, ſive *mentis*. 2) Speciatim α) notat *aliquid intentis oculis ſpectare*, Neh. 2,13. 15. β) Significat *animum in aliquid intendere, illo potiundi causâ, aliquid bonum intentè & avidè expectare atque ſperare*, Ruth. 1, 13. Eſth. 9, 1. Pſ. 104, 27. Pſ. 145, 16. Pſ. 38, 18.

שֵׂבֶר m. *Spes, Expectatio, eaque intenta.* Bis legitur. מִשִּׂבְרִי *Ab expectatione* mea, Pſ. 119, 116. שִׂבְרוֹ *Expectatio* ejus, Pſ. 146, 5.

שָׂגָא vel שָׂגָה *Crevit, Multiplicatus, Auctus eſt.* Fut. יִשְׂגֶּא *Creſcet*, Job. 8, 11. Sed Job. 8, 7. Pſ. 92, 13. eſt יִשְׂגֶּה. Piel שִׂגְשֵׂג *Creſcere fecit.* Fut. literis geminatis תְּשַׂגְשֵׂגִי *Facies, ut creſcat* vel *adoleſcat*, Jeſ. 17, 11. Hiphil הִשְׂגִּיא vel הִשְׂגָּה *Creſcere fecit, Auxit, Multiplicavit.* הִשְׂגּוּ חָיִל *Augent* opes, Pſ. 73, 12. Fut. תַּשְׂגִּיא *Amplificabis*, Job 36, 24.

1) Generatim importat *incrementum quantitatis*, tùm *continuæ* ſeu *magnitudinis*, tum *diſcretæ* ſeu *multitudinis*. 2) Speciatim α) eſt *creſcere magnitudine*. Ita *propriè* 1) *intranſitivè* dicitur de junco ſine aqua creſcente, Job. 8, 11. de cedro in Libano, Pſ. 92, 13. tranſitive verò de planta, Jeſ. 17, 11. *Metaphoricè* autem a) *intranſitivè* notat *felicis ac læti ſtatûs juſtorum incrementum floridiſſimum*, Pſ. 92, 13. conf. Job. 8, 7. b) *Tranſitivè* denotat *laudationem ac celebrationem operis divini*, quod ſic magnificat homo, Job. 36, 24. β) Eſt *creſcere multitudine.* Ita ſaltem legitur *tranſitivè* in Hiphil de *inſigni multiplicatione gentium*, Job. 12, 20. & *opum*, Pſ. 73, 12. redditurque *augere, multiplicare.*

שַׂגִּיא m. *Magnus.* Bis legitur de *Deo*, qui eſt *magnus* eſſentiâ, utpote quæ eſt infinita & immenſa, Job. 36, 26. & potentiâ, quæ ſe extendit ad omnia poſſibilia, quæ ex parte Dei nullam imperfectionem important, Job. 37, 22.

שָׂגַב *Sublimis eſt* vel *factus eſt; Exaltatus, Elatus, Altus, Editus eſt; Roboratus, Robuſtus eſt.* אֲשֶׁר שָׂגְבָה מִמֶּנּוּ Quæ *fuit altior, robuſtior* nobis, Devt. 2, 36. וְקֹדְרִים שָׂגְבוּ יֶשַׁע Et atrati (i. e. pullati & lugentes) exaltantur quoad ſalutem, i. e. quoad omnis generis bona, in quibus humana felicitas ſita eſt, Job. 5, 11. Niphal נִשְׂגַּב *Elatus, Exaltatus, Elevatus, Sublimis eſt.* וְנִשְׂגַּב יְהוָה לְבַדּוֹ *Exaltabitur* autem Dominus ſolus, Jeſ. 2, 11. Part. נִשְׂגָּב יְהוָה *Exaltatus eſt* Dominus, Jeſ. 33, 5. Piel שִׂגֵּב *Extulit, Elevavit, Exaltavit.* Fut. אֲשַׂגְּבֵהוּ *Exaltabo*, Pſalm. 91, 14. Pual שֻׂגַּב *Exaltatus eſt.* Fut. יְשֻׂגָּב *Extolletur*, Prov. 29, 27. Hiphil Fut. אֵל יַשְׂגִּיב Deus *valde ſublimis eſt*, Job. 36, 22.

Digitized by Google

1) Generatim *ſublimitatem* infert, ſive ſit *loci*, ſive *dignitatis*, *ſtatus & conditionis* &c. 2) Speciatim *α*) *intranſitivè* ſignificat *altius & ſublimius eſſe, quàm ut transcendi aut capi poſſit.* Ita 1) *propriè* dicitur de urbe munita in edito loco conditâ, quæ ideo inacceſſa & inexpugnabilis eſt, vel ſaltem videtur, Devt. 2, 36. Jeſ. 26, 5. item de muro alto, Prov. 18, 11. c. 30, 19. 2) *Metaphoricè a*) tributum homini *ratione ſtatûs & conditionis* deſignat *ſublimitatem benedictionis & omnis generis bonorum*, in quibus hominis felicitas ſita eſt, Job. 5, 11. *ratione captûs* autem notat, *quicquid ipſius captum transcendit ac ſuperat*, prout *ſcientia Dei* homini eſt ſublimis, quia ipſius captum transgreditur plane atque ſuperat, Pſ. 139, 6. *b*) Tributum *Deo* deſignat *ipſius incomprehenſibilem eſſentiam, majeſtatem infinitam, potentiam ſummam & omni potentiâ finitâ ſuperiorem, ac celebrationem non intermittendam.* Ita *ſublimis* dicitur vel *abſolutè*, Jeſ. 33, 5. vel cum *addito*, ſublimis potentiâ, Job. 36, 22. nomenque ejus exaltatum ratione majeſtatis incomprehenſibilis &c. Pſ. 148, 13. Jeſ. 12, 4. Sed Jeſ. 2, 11. 17. Meſſias dicitur *ſolus exaltari*, i. e. *laudari*, *celebrari* &c. β) *Tranſitivè* notat *aliquem exaltare, ſupra reliquos eminentem facere, velut ex loco humiliori, nil quicquam munito, & cunctorum invaſionibus expoſito, in locum celſum, inacceſſum, munitum ac tutum transferre, & contra hoſtium inſultus ſecurum ac ſuperiorem præſtare*, Pſ. 20, 2. Pſ. 59, 2. Pſ. 69, 30. Pſ. 91, 14. Pſ. 107, 41. Prov. 18, 10. c. 29, 25. Conſ. Jeſ. 9, 10. ubi *Deus minatur ſe hoſtes Rezini ſuper populum exaltaturum*, i. e. potentiâ ſuperiores facturum, ut ipſum bello infeſtarent, *ac caderent*.

מִשְׂגָּב m. *Exaltatio*; *Elevatio*, *Elatio*, *Sublimitas*; *Locus celſus*, *editus*, *Munitio*, *Arx munita*, *Refugium*. מִשְׂגָּב לָנוּ אֱלֹהֵי יַעֲקֹב *Arx munita*, *refugium* nobis eſt Deus Jacobi, Pſ. 46, 8. In Statu conſtr. מִשְׂגַּב חוֹמֹתֶיךָ *Elatio* murorum tuorum, i. e. celſiſſimi muri tui, Jeſ. 25, 12. Cum Suff. מִשְׂגַּבִּי *Arx munita* mea, *refugium* meum, Pſ. 59, 10.

1) Generatim dicit *ſublime*, *quod ſecuritatem præſtat contra inſultus adverſariorum.* 2) Speciatim *α*) *abſtractivè* notat *ſublimitatem* e. g. muri, Jeſ. 25, 12. *concretivè* autem denotat *locum altum & munitum* ſive arte, ſive naturâ, qui aſylum & refugium eſſe poteſt preſſis, ceu colligere eſt ex Jeſ. 33, 16. β) *Metaphoricè* tribuitur *Deo*, qui eſt piis inſtar *munitiſſimæ arcis & aſyli tutiſſimi* contra hoſtium inſidias vel violentias, imò contra quævis mala dura, ubi tuti & ſecuri latitare queunt, 2. Sam. 22, 3. Pſ. 9, 10. Pſ. 18, 10. Pſ. 46, 8. 12. Pſ. 48, 4. Pſ. 59, 17. 18. Pſ. 62, 3. 7. Pſ. 144, 2. Pſ. 94, 22.

מִשְׂגָּב *Misgabb*, nomen proprium *urbis Moabiticæ*, ſic vocatæ, quod valde *munita & in loco edito ſita fuit*; unde *Moabitis* refugium & aſylum eſſe poterat, Jer. 48, 1.

שָׂדַד *Occavit.* Ter legitur. Fut. אִם־יְשַׂדֵּד עֲמָקִים אַחֲרֶיךָ An *occabit* valles poſt te? Job. 39, 13. יְשַׂדֶּד־לוֹ יַעֲקֹב *Occabit* ſibi Jacob,

Digitized by Google

cob, Hoſ. 10, 11. ubi innuitur difficultas victum quærendi. יְפַתַּח וִישַׂדֵּד אַדְמָתוֹ Sulcat & *occat* terram ſuam, Jeſ. 28, 24.

שָׂדֶה m. *Ager.* אִישׁ שָׂדֶה Vir *agri*, i. e. agricola, Gen. 25, 27. Exod. 22, 4. בַּשָּׂדֶה In *agro*, Gen. 4, 8. In Statu conſtr. בִּשְׂדֵה זֶרַע In *agro* ſementis, Ezech. 17, 5. Cum Suff. שָׂדְךָ *Ager* tuus, Lev. 19, 9. Plur. שָׂדִים *Agri.* Cum Suff. שָׂדַי *Agri* mei, Thren. 4, 9. Sed Devt. 32, 13. Pſ. 8, 8. Pſ. 80, 14. Pſ. 96, 12. Pſ. 104, 11. Jeſ. 56, 9. eſt שָׂדַי pro שָׂדִים ad formam Statûs conſtructi Syrorum, perinde ut חַלֹּנַי *Feneſtræ*, pro חַלֹּנִים Jer. 22, 14. שָׂרַי *Principes*, pro שָׂרִים Jud. 5, 15. Aliàs etiam in Plurali eſt שָׂדוֹת *Agri*, 1. Sam. 22, 7. In Statu conſtr. שְׂדוֹת Neh. 12, 29. Cum Suff. שְׂדוֹתֵינוּ *Agri* noſtri, Neh. 5, 3.

1) Generatim denotat *terræ partem, monti, ſylvæ,* deſertoque *oppoſitam,* quæ culta eſt *arvis, pratis, hortis, arboribus, herbis* &c. 2) Speciatim α) notat *terram domibus vacuam,* quæ extra oppida vel pagos eſt, ſive ſit *ager ſativus,* Gen. 23, 7. c. 47, 2. Exod 22, 4. Lev. 25, 3. Ruth. 2, 8. 22. c. 4, 3. 5. ſive *ager paſcuoſus,* ubi feræ gramine paſci ſolent, Wieſen / Devt. 21, 15. Pſ. 8, 8. β) *Terram* notat, *quam homines incolunt*, ſeu *territorium*, vel *regionem*, Gen. 14, 7. c. 32, 3. Ruth. 1, 6. 1. Sam. 6, 1. Pſalm. 78, 12.

שָׂדַר *Ordinavit, Diſpoſuit,* apud Chaldæos & Rabbinos. Inde eſt

שְׂדֵרוֹת f. *Ordines, Ordinationes*, 1. Reg. 6, 9. 2. Reg. 11, 8. 15. 2. Chron. 23, 14. Vide etiam סֵדֶר.

שֶׂה c. *Pecus, parva* propriè, *Ovis, Agnus, Hædus,* cujus radix juxta Buxtorffium eſt שָׂיָה, quod colligit ex additione Suffixi שֵׂיהוּ *Pecus* ſuum, 1. Sam. 14, 33. & שֵׂיוֹ *Pecus* ejus, Devt. 22, 1. Unde ipſi videtur eſſe שֵׂת pro שֵׂיָה formæ גֵּאָה. Bochartus ignorans, quid ſit שָׂיָה, ex Arabica deducit lingua, ubi inverſum שהי notat *concupiſcere, & libidine ardere,* quia hircus & aries *in libidinem* valde proni ſunt. Vid. Hieroz. P. I. lib. 2. c. 43. p. 439. Sed quia ſic non in omnes oves & capras quadrat, celeb. Majus in Animad. Lex. Coccej. derivat ex Arab. ساء quod idem eſt ac شاه *deforme eſſe.* Ita erit vulgaris ovis, ſo kein ſonderlich Anſehen hat / doch aber ſonſten gut iſt. פֶּטֶר שׁוֹר וָשֶׂה *Apertum* (i. e. primogenitum) bovis & *pecudis*, Ex. 34, 19. In Statu conſtr. שֵׂה כְבָשִׂים וְשֵׂה עִזִּים *Pecus* ovium, & pecus caprarum, Devt. 14, 4.

שָׂהַד *Teſtatus eſt,* apud Chaldæos, Syros & Arabes. Inde

שָׂהֵד m. *Teſtis, Teſtificator.* Semel legitur Job. 16, 19. cum Suff. שָׂהֲדִי *Teſtis* meus, ubi Kametz Chatuph potius innuit formam שֹׂהַד.

שָׂהַר, Radix inuſitata. Inde ſuperſtes eſt

שַׂהֲרֹנִים m. pl. *Lunulæ,* ſpecies *Ornamenti*, à *lunari forma* ſic dicti, Jud. 9, 21. 26. Jeſ. 3, 19.

שׂוּב *Caneſcere, Canum fieri.* Semel legitur in Præterito וְזָקַנְתִּי וָשַׂבְתִּי *Conſenui & incanui*, 1. Sam. 12, 2.

שָׂב m. *Canus.* Semel legitur Job. 15, 10.

שֵׂיב m. *Canicies, Senium.* Semel occurrit קָמוּ עֵינָיו מִשֵּׂיבוֹ Conſtiterunt oculi ejus præ *ſenio* ejus, 1. Reg. 14, 4.

שֵׂיבָה f. *Canicies.* מִפְּנֵי שֵׂיבָה תָּקוּם Coram *canicie* ſurges, Lev. 19, 32. אִישׁ שֵׂיבָה Vir *caniciei*, i. e. canus, ſenex, Devt. 32, 25. תִּקָּבֵר בְּשֵׂיבָה טוֹבָה Sepelieris in *canicie* bona, Gen. 15, 15. In Statu Conſtr. שֵׂיבַת עַבְדְּךָ *Canicies* ſervi tui, Gen. 44, 31. Cum Suff. שֵׂיבָתוֹ *Canicies* ejus, 1. Reg. 2, 6.

1) Generatim *caniciem* notat. 2) Speciatim notat α) eam *hominis ætatem*, quæ ſenectutem ſequitur, & canicie venerabilis eſt. Unde teſte Buxtorffio Kimchi ſcribit: השיבה יותר מהזקנה *Canicies plus eſt quam ſenectus.* Nam ut in פרקי אבות Capitulis Patrum c. 5. ſcribunt: בן ששים לזקנה בן שבעים לשיבה *Filius 60 annorum ad ſenectutem, filius ſeptuaginta annorum ad caniciem pervenit*, Gen. 15, 15. Jud. 8, 32. Pſ. 71, 18. Pſ. 92, 15. Jeſ. 46, 4. β) Denotat *capillos ex ſenio* vel *caloris defectu canos.* Graue Haar/ Gen. 42, 38. c. 44, 29. 31. 1. Reg. 2, 6. c. 2, 9. Prov. 16, 13. Hoſ. 7, 9. γ) Significat *ipſum hominem canum*, qui canos capillos geſtat, Lev. 19, 32.

שׂוּג *Recedere, Avertere ſe*, &c. vide in סוג.

שׂוּר *Linere, Oblinere, Incruſtare, Obducere calce.* Bis ſaltem occurrit וְשַׂדְתָּ אֹתָם בַּשִּׂיד Et *oblines, incruſtabis* eos calce, Devt. 27, 2. 4.

שִׂיד m. *Calx*, Devt. 27, 2. 4. Jeſ. 33, 12. Am. 2, 1.

שׂוּחַ *Meditari; Eloqui.* In Kal tantum legitur. Infin. לָשׂוּחַ Ad *meditandum*, i. e. *orandum*, Gen. 24, 63. Piel שִׂחַח *Meditatus eſt ſerio; Elocutus eſt.* Fut. בְּמַעֲשֵׂה יָדֶיךָ אֲשׂוֹחֵחַ Opus manuum tuarum *meditor*, Pſ. 145, 5. Hiphil הֵשִׂיחַ *Meditatus eſt; Locutus, Collocutus, Elocutus eſt, Diſſeruit.* Infin. לָשִׂיחַ בְּאִמְרָתֶךָ Ad *meditandum* verbum tuum, Pſ. 119, 148. Pro לְהָשִׂיחַ, Per Aphæreſin ה ob Præformativum ל ablato. Fut. אָשִׂיחַ בְּפִקּוּדֶיךָ *Meditor* in mandatis ſuis, Pſ. 119, 78. עִם לְבָבִי אָשִׂיחָה Cum corde meo *meditor*, Pſal. 77, 7. Cum ה Paragogico. Imper. שִׂיחוּ *Medimmini*, pro הָשִׂיחוּ Præformativô per Aphæreſin ablatô, 1. Chron. 16, 9.

1) Generatim Fœrſtero, qui cum שָׂחָה illud confert, notat *enatare*, vel *verſari in materia ſpacioſa & ampla* in *mente* vel *elocutione*; Aſt Coccejo ſignificat *rem seriò & multum tractare meditatione, ſermone, multis cogitare aut loqui, differere.* Unde 2) ſpeciatim eſt α) *ſedulò atque ſeriò meditari*, animo rem diligenter agitare &c. Ita dicitur de meditatione verbi divini, Pſ. 119, 48. 78. in miraculis ac lege Dei enarrandis occupata, 2. Chr. 17, 9. Pſ. 77, 13. Pſ. 105, 5. Pſ. 119, 15. 23. 27. 48. Pſ. 145, 5. Circa hanc ſignificationem notes, quod, ſi de objecto meditationis ſermo ſit, conſtrua-

Digitized by Google

ſtruatur cum ב ut Pſ. 69, 13. Pſ. 119, 23. 78. 148. Sin vero meditationis ſocius exprimi debet, adhibetur עִם Pſ. 77, 7. β) *Loqui, diſſerere*, Job. 7, 11. Pſ. 69, 13. *Colloqui*, Prov. 6, 22. *Eloqui, Ediſſerere, Enarrare*, Jeſ. 53, 8. Specialiſſime notat *orare*, ſeine Andacht haben/ Gen. 24, 63.

שִׂיחַ m. *Meditatio; Colloquium, Querela, Oratio querula; Frutex, Virgultum*. מֵרֹב שִׂיחִי Præ multitudine *meditationis querulæ*, 1. Sam. 1, 16. לִפְנֵי יְהוָה יִשְׁפֹּךְ שִׂיחוֹ Coram Domino vult effundere *lamentationem, querelam ſuam*, Pſ. 102, 1. שִׂיחַ הַשָּׂדֶה *Virgultum* agri, Gen. 2, 5. Plur. שִׂיחִים *Virgulta, Frutices*, Gen. 21, 15.

1) Generatim Fœrſtero notat, *quicquid ex corde, ore* vel *terra enatat*. Unde 2) ſpeciatim α) denotat *animi cogitationem* vel *meditationem profundam*, 1. Reg. 18, 27. querulam ſeu Melancholicam, 1. Sam. 1, 16. Ita quoque de cordis curis anxiis & tacitis, quæ huc illucve hominem intus agitant, Pſ. 55, 3. Pſ. 102, 1. β) Significat *eloquium*, Pſ. 104, 34. *Orationem querulam, querelam, lamentationem*, Job. 7, 13. c. 10, 1. Pſ. 64, 2. Pſ. 102, 1. Sed Job. 21, 4. indigitat *animi meditationem & colloquium oris* ſimul. γ) Significat *Virgultum, fruticem*, Gen. 2, 5. c. 21, 15. Job. 30, 4. 7. Guſſetio notat *arborem arte cultam*.

שֵׂחַ m. *Meditatio*. Semel cum Suff. שֵׂחוֹ *Meditatio* ejus, Am. 4, 13.

שִׂיחָה f. *Meditatio*, Pſalm. 119, 99. *Oratio, Colloquium*, Job. 15, 4. Cum Suff. שִׂיחָתִי *Meditatio* mea, Pſ. 119, 97. Sæpius non legitur.

1) Generatim notat, *quicquid ex mente* vel *ore enatat* eſt; ſeu *ſermonem* tùm *internum*, qui eſt *mentis*, tùm *externum*, qui eſt *oris*. Unde 2) ſpeciatim α) notat *ſedulam animi meditationem*, Pſalm. 119, 97. 99. β) *Orationem, Colloquium*, Job. 15, 4.

שׂוּט *Declinare, Deflectere, Diverti à viâ*. Part. שָׂט *Declinans*. Tantum occurrit Part. Plur. in Statu Conſtr. שָׂטֵי כָזָב *Declinantes* ad mendacium, Pſ. 40, 5.

שֵׂטִים m. pl. *Declinantes*, Hoſ. 5, 2. referunt ad שָׂטָה. Sed ſicut à מוּת *Mori* eſt מֵת *Mortuus*, & מֵתִים *Mortui*, ita etiam שׂוּט poteſt eſſe à שָׂט, *Declinans*, & in plurali שָׂטִים *Declinantes*.

שׂוּךְ *Sepem facere, conſtituere, Sepire, Obſepire*. Bis legitur, ſed *Metaphoricè*. שַׂכְתָּ בַעֲדוֹ *Sepiviſti* circa ipſum, vel *ſepem feciſti* pro eo, Job. 1, 10. ubi deſignatur divina tutela, quam Deus per Angelos ſanctos Jobo contra malos Spiritus præſtabat. הִנְנִי שָׂךְ אֶת־דַּרְכֵּךְ Ecce ego *obſepiens* viam tuam בַּסִּירִים per ſpinas, i. e. duriſſimis afflictionibus impediens, ut non poſſis ingredi & egredi, quò volueris, Hoſ. 2, 8.

שׂוֹךְ m. *Sepes*. Semel occurrit cum Suff. Thren. 2, 6. שֻׂכּוֹ *Sepem* ejus, i. e. munimentum ejus. Dageſch forte prodit radicem שָׂכַךְ *Texit*. Unde quidam reddunt: Tugurium ſuum, i. e. Templum ſuum. Vid. Vatablus in h. l.

שׂוֹכָה f. *Ramus*, ſic dictus à *ſepimentis*, quibus faciendis adhibetur. In Statu Conſtr. שׂוֹכַת עֵצִים *Ramus* arborum, Jud. 9, 48. שׂוֹכֹה *Ramum* ſuum, Jud. 9, 49. pro שׂוֹכָתוֹ litera ת per Syncopen conciſâ, niſi malis nomen eſſe שׂוֹךְ. Præterea non occurrit.

מְשׂוּכָה f. *Sepes, Sepimentum*, pro quo per alternationem eſt מְסוּכָה Mich. 7, 4. In Statu conſtr. כִּמְשֻׂכַת חָדֶק Sicut *Sepes* ſpinæ, Prov. 15, 19. Cum. Suff. מְשׂוּכָתוֹ *Sepes* ejus, Jeſ. 5, 5. i. e. munimentum & defenſio ipſius. Teſte Kimchio quidam codices habent מְשׂוּכָּתוֹ. Sæpius non legitur.

שִׂכִּים m. pl. *Spinæ, Vepres*, à *Sepimentis*, quibus fiunt, ſic dictæ; cum Dageſch Euphonico pro שׂוֹכִים, niſi referre velis ad שֶׂכֶךְ. Semel legitur Num. 33, 55. לְשִׂכִּים בְּעֵינֵיכֶם Erunt in *ſpinas* in oculis veſtris; ubi *Metaphoricè* deſignantur *hoſtes Iſraelitarum*, qui æquè moleſti ac noxii iis futuri erant, ac *ſpinæ oculis*, quas ſine atrociſſimo cruciatu ſuſtinere ac perferre nequeunt.

שֻׂכּוֹת f. pl. *Spinæ*. Semel legitur Job. 40, 26. de *ſpinis piſcatoriis*, quibus piſces majores perfodiuntur, capiuntur. Tremellius reddit: *Harpagones*; Coccejus interpretatur: *Sudes, cuſpides, verua, acuminata tela*; Diodatus vertit *uncinos*; Vulgatus, *Sagenas*.

שׂוּם *Ponere, Apponere, Componere, Diſponere, Imponere, Interponere, Proponere, Reponere; Statuere, Conſtituere, Collocare.* Conſtruitur cum Accuſativo & Præpoſitionibus עַל, אֶל, ל, ב, מ. Præt. שָׂם עַל שִׁכְמָהּ *Poſuit* ſuper humerum ejus, Gen. 21, 14. שָׂם לוֹ חֹק *Poſuit* illi ſtatutum, Ex. 15, 25. וְאֵין אִישׁ שָׂם עַל־לֵב Nec eſt vir *ponens* ſuper cor, i. e. ad animum revocans, cum animo volvens, Jeſ. 57, 1 שָׂמַנִי יְהוָֹה לְאָדוֹן *Poſuit* me Dominus in Dominum, Gen. 45, 9. שָׂמַתְנִי *Poſuit* me, Cant. 6, 12. ex F. שָׂמָה. שַׂמְתּוֹ *Poſuiſti* eum, Hab. 1, 12. ubi (ת) Afformativi accedente Suffixo perit. שָׂמֻנִי *Poſuerunt* me, Cant. 1, 6. Inf. לָשׂוּם Ad *ponendum*, Devt. 12, 8. מִשּׂוּמִי A *ponere* me, i. e. ex quo poſui, Jeſ. 44, 7. Hiphil הֵשִׂים *Poſuit, Propoſuit, Diſpoſuit, Conſtituit.* Infin. שִׂים *Ponere*, pro הָשִׂים, Præformativo ה per Aphæreſin ablatô, Job. 20, 4. Fut. אָשִׂים *Ponam*, 1. Reg. 18, 28. אֲשִׂימֶנָּה *Ponam* eam, Ez. 21, 32. יָשִׂים *Ponet*, Gen. 30, 42. & per alternationem יָשֵׂם 1. Sam. 2, 20. & ob tonum retractum וַיָּשֶׂם Et *poſuit*, Gen. 2, 8. Imper. שִׂים *Pone*, Gen. 24, 2. pro הָשִׂים; Præformativo ה per Aphæreſin ablato. Cum ה Paragogico eſt שִׂימָה 1. Sam. 8, 5. Hophal Fut. וַיּוּשַׂם *Et appoſitum fuit*, Gen. 24, 33. juxta Maſorethas; ſed quid obſtat, quo minus legas וַיִּישָׂם ceu Gen. 50, 26. ut radix ſit יָשַׂם.

1) Generatim notat *ponere*, quacunqne ratione poſitio rei fiat. 2) Speciatim α) notat *ponere aliquid in loco, ut ibi ſit*, Gen. 28, 11. c. 44, 2. Lev. 6, 3. &c. Devt. 10, 2. β) *Imponere alicui aliquid, ut gerat, ferat*, eo utatur, &c. e. g. nomen, Dan. 1, 7. coronam, Zach. 6, 11. γ) *Facere*, vel *abſolute*, Exod. 4, 11. Jer. 32, 20. vel *determinatè & modifi-*

dificatè, h.e. *facere, ut hoc ſit illud*, vel *hoc illove modo ſe habeat*. וְשַׂמְתִּים לִתְהִלָּה וּלְשֵׁם Et *ponam* illos in laudem & in nomen, i. e. faciam eos celebres & laudatos, Zeph. 3, 19. שַׂמְתָּ מִבְצָרָיו מְחִתָּה *Poſuiſti* munitiones ejus contritionem, i.e. *feciſti*, ut contererentur, deſtruerentur, Pſ. 89, 41. Vid. Devt. 10, 22. Gen. 17, 5. Jeſ. 13, 9. c. 23, 13. c. 41, 15. c. 50, 7. Jer. 13, 16. c. 25, 9. c. 28, 12. Huc refer illud Ex. 10, 2. Jer. 32, 20. ubi connotat *realitatem & veritatem*, *phantaſmati oppoſitam*, indigitatque, *diſcrimen inter miracula Dei & præſtigiatorum Ægyptiacorum*, quod illa oculis, ſenſibus & examini omnium ita expoſita fuerunt, ut per omnia vera & ſine dolo facta deprehenſa fuerint, hæc autem non niſi fraudes & præſtigias ſpiraverint. Conf. Pſ. 78, 43. δ) *Statuere, Conſtituere*, e. g. tempus, Exod. 9, 5. Regem vel Dominum, Gen. 45, 9. Ex. 2, 14. Devt. 17, 15. 1.Sam. 10, 19. Hæc verò ſignificatio ſæpe tàm *animi propoſitum*, & *decretum*, quàm *opus ipſum externum* refert, e. g. Jer. 17, 5. homo dicitur carnem brachium ſuum ponere, cum non ſolum hominem infirmum, qui confidentes juvare nequit, velut ſuæ fiduciæ objectum eligit, ſed etiam in eo fiduciam defigit, in auxilium vocat, externoque adſciſcit opere. Vid. Pſ. 52, 9. Jeſ. 23, 15. ε) *Imputare aliquid alicui*, 1. Sam. 22, 15. ζ) *Diſponere aciem*, vel *exercitum contra urbem capiendam*, 1.Reg. 20, 12. vel præſidium in regione vel urbe capta, 2. Sam. 8, 6. 1. Chron. 18, 6. η) Junctum voci לֵב *Cor* notat 1) *revocare aliquid ad animum*, & connotato *affectu & certo fine bene vel male faciendi*, e.g. cum affectu luctus & conſideratione futuri eventûs, Jeſ. 57, 1. cum affectu commiſerationis & pronitate ad auxiliandum, Jer. 12, 11. cum cupiditate vindictæ, 2. Sam. 19, 20. ſeriò perpendendi & ſtudioſè obſervandi verbum Dei, Exod. 9, 21. Devt. 32, 46. Mal. 2, 2. 2) *Advertere animum ad aliquid* cum affectu *nocendi*, Job. 1, 8. c. 2, 3. vel etiam *perpendendi actiones*, earumque ſucceſſus & eventus, Hagg. 1, 5. 7. c. 2, 15. 18. 3) *Anxiè curare, ſollicitum eſſe*, 1. Sam. 9, 20. 4) *Æſtimare*, vel *alicujus cauſâ inſigniter affici*, 2.Sam. 18, 3. Jeſ. 42, 25. 5) *Conſtituere, Proponere firmiter*, feſt bey ſich beſchlieſſen/ Dan. 1, 8. θ) *Vertere, Dirigere, corpus* vel animum aliquò, in aliquod propoſitum &c. ſi jungatur voci פָּנִים *facies*, Jer. 42, 15. Conf. 1. Reg. 2, 15. ubi *totus Iſrael faciem in Adoniam poſuiſſe* dicitur, h. e. omnium animi ac vota in eum converſa erant, ut regnaret. ι) *Gignere, Parere*, ſi jungitur voci בָּנִים Eſr. 10, 44. κ) *Rationem alicujus habere, curare*, ſi jungitur voci נֶגֶד *Coram*, e. g. לֹא שָׂמוּ אֱלֹהִים לְנֶגְדָּם Non poſuerunt Deum *coram* ſe, i. e. nullam Dei rationem habuerunt, Deum non curarunt, Pſ. 54, 5. Vide Pſ. 86, 14. λ) *Inſtruere aliquem, quid loqui debeat*, ſi jungatur voci פֶּה *Os*, Num. 23, 5. Eſr. 8, 17.

שִׂימָה f. *Impoſitio*, 2.Sam. 13, 32. ubi juxta Maſorethas quidem legendum שׂוּמָה *Impoſitum*, quaſi foret Particip. Paul ad formam לוּשָׁה 1. Sam. 21, 9. Sed judice Celeb. Dn. Danzio in lit. §. 3. ſervatis literis optimè legi poteſt שִׂימָה *Impoſitio* ſervis facta, vel ſtigma, nota impreſſa & fir-

שָׁרַץ *Se movit*, *Repſit*, *Reptavit*; *Scatuit*, *Scaturivit*; *Abundè progenuit* ſeu *produxit more reptilium*. Pro varietate contextus nunc *active*, ſeu *tranſitive*, nunc *intranſitive* capitur. Vid. cel. D. Danzii Interpr. §. 78. ed. 2. שָׁרַץ אַרְצָם צְפַרְדְּעִים *Scatuit* terra eorum ranis. Pſ. 105, 30. וְשָׁרַץ הַיְאֹר צְפַרְדְּעִים Et *ſcaturivit*, *abunde produxit* fluvius ranas. Exod. 7, 28. אֲשֶׁר שָׁרְצוּ הַמַּיִם Quam *ſcaturiverunt*, *repere fecerunt* aquæ, Gen. 1, 21. וְשָׁרְצוּ בָאָרֶץ Ut *copiosè diffundant* ſe, Gen. 8, 17. Part. שֹׁרֵץ *Repens*, *ſe movens*, Gen. 7, 21. Lev. 11, 29. 41. 42. 43. Fut. יִשְׁרֹץ Repet, Ezech. 47, 9. יִשְׁרְצוּ הַמַּיִם שֶׁרֶץ *Scaturiant* aquæ reptile, Gen. 1, 20. וַיִּשְׁרְצוּ Et *diffuderunt* ſe. Exod. 1, 7. Imper. שִׁרְצוּ *Diffundite* vos, Gen. 9, 7.

שֶׁרֶץ m. *Reptile*, à *copia* & *fœcunda propagatione* ſic dictum. Bochart. Hieroz. P. I. lib. 1. c. 4. p. 23, & c. 9. p. 59. Eſt nomen collectivum, generaliter complectens *quævis animalia*, *terreſtria*, *aquatilia*, *amphibia*, *natalia & volatilia*, quæ repunt, pedes non elevando, aut pulſando terram. Gen. 1, 20. c. 7, 21. Lev. 5, 2. c. 11, 10. 20. 21. 23. 31. 41. 42. 43. 44. c. 22, 5. Deut. 14, 19

שָׁרַק *Sibilavit*, *Exſibilavit*; *Sibilando advocavit*. Conſtruitur cum ל & עַל. וְשָׁרַק לוֹ Et *ſibilavit* ei, Jeſ. 5, 26. Fut. יִשְׁרֹק עָלָיו *Sibilabit* ſuper eo, Job. 27, 23.

1) Generatim notat *ſibilare*. 2) Speciatim α) notat *ſibilando advocare*, prout homines canes, aliasque pecudes ſibilando advocare ſolemus. Ἀνθρωποπαθῶς *Deo* tribuitur, tùm *in bonum*, Zach. 10, 8. indigitans *Eccleſiæ collectionem & Evangelii leniſſimam vocem*; tùm *in malum*, Jeſ. 5, 26. c. 7, 18. deſignans *hoſtium excitationem & adductionem*. β) *Exſibilando irridere, illudere*, ita, ut ſibilus ſit ſignum *proprii gaudii & irriſio aliorum*. 1. Reg. 9, 8. Job. 27, 23. Jer. 19, 8. c. 49, 17. c. 50, 13. Thren. 2, 15. 16. Ezech. 27, 36. Zeph. 2, 15. Sæpius non legitur.

שְׁרֵקָה f. *Sibilus*, *Exſibilatio*. Legitur 2. Chron. 29, 8. Jer. 19, 8. c. 25, c. 29, 18. Mich. 6, 16. Sed ubivis locorum deſignat *proprium gaudium & irriſionem aliorum*.

שְׁרִיקוֹת f. pl. *Sibili*. Semel legitur Jud. 5, 16. שְׁרִיקוֹת עֲדָרִים *Sibili* gregum. Huc quidem referunt illud Jer. 18, 16. שְׁרִיקוֹת עוֹלָם *Exſibilationes* ſeculi, i. e. res, quæ exſibilantur, & exſibilatione dignæ ſunt; ſed literæ produnt formam שְׁרוּקוֹת à ſingulari שְׁרוּקָה formæ דְּבוֹרָה *Apis*.

שָׁרַר *Robuſtus fuit*, *Firmatus*, *Stabilitus fuit*, apud Syros. Inde eſt.

שֹׁר m. *Umbilicus*, à robore, *firmitate & ſtabilitate* ſic dictus. Cum Suff. שָׁרְרֵךְ *Umbilicus* tuus, Cant. 7, 3. & defectivè שָׁרֵּךְ *Umbilicus* tuus, Ez. 16, 4. Prov. 3, 8. ubi irregulariter ר Dageſch F. impreſſum habet.

1) Generatim notat *umbilicum*. 2) Speciatim α) *proprie* notat *nodum illum tortuoſum*, vel ligamentum inteſtinorum in media corporis humani parte conſpicuum, & ſuperiora corporis cum inferioribus quaſi connectens. β) *Tropicè* 1) per Synecdochen partis notat *totum ventrem*, unà cum inteſtinis, ſplene, hepate, corde, tanquam partibus mollioribus

bus Prov. 3, 8. Vid. Geier. in Comment. 2) *Metaphoricè* a) quia umbilicus involvit *copiam* vaſorum diverſorum, ex variis venis, arteriis & nervis, per totum Chorion diſperſis unitorum, per quæ ſanguis & ſpiritus ad fœtum transferuntur, ut ſic alatur, hinc denotat *collectionem fidelium ex multis & diverſis populis*, Cant. 7, 3. b) Neglectus præciſionis umbilici deſignat *gentis Judaicæ primævum ſtatum miſerum & abominabilem.* Ezech. 16, 4. Sæpius non legitur.

שְׁרִירִים m. plur. *Umbilici.* Semel legitur in Statu conſt. בִּשְׁרִירֵי בִטְנוֹ In *umbilicis* ventris ejus Job. 40, 11. Sed quia unum animal non habet plures umbilicos, & שָׁרִיר in genere notat *firmum*, *validum*, inde Seb. Schmidio denotat *nervos*, quia *firmitas* eſt in nervis, nervi autem in ventre multi ſunt.

שְׁרִירוּת *Obſirmatio*, *Durities.* אֵלֵךְ בִּשְׁרִירוּת לִבִּי Ibo in *obſirmatione* cordis mei, Devt. 29, 18. Præterea legitur Pſ. 81, 13. Jer. 3, 17. c. 7, 24. c. 9, 13. c. 11, 8. c. 13, 10, c. 16, 12. c. 18, 12. c. 23, 17. Sed ſemper jungitur voci לֵב *cor*, deſignatque *pravum cordis erga mala affectum*, qui importat peccati originalis malitiam & concupiſcentiam, ejusque per malitiam habitualem acquiſitam augmentum, ita, ut homo excuſſo monitore, ſpretisque Dei ſalutaribus inſtitutis, ſuis indulgeat affectibus, &, quæ ſibi bona videntur, approbet & faciat. Aliis eſt, *Adſpectus*, *Contemplatio*, à rad. שׁוּר,

שׁוֹר m. *Bos*, à *robore & firmitate* ſic dictus. Vide ſupra in rad. שׁוּר.

שֹׁרֶשׁ m. *Radix*, Devt. 29, 18. Cum Suff. שָׁרְשִׁי *Radix* mea, Job. 29, 19. Plur. שָׁרָשִׁים *Radices*, pro שְׁרָשִׁים per alternationem poſito (ָ:) pro (:) & porrò (ָ) Chatuph pro (ֳ) perinde ut in קֳדָשִׁים. In Statu conſtr. שָׁרְשֵׁי הַיָּם *Radices* maris, Job. 36, 30. Cum Suff. שָׁרָשָׁיו *Radices* ejus, Job. 8, 17.

1) Generatim notat *radicem.* 2) Speciatim a) *propriè* notat *plantæ baſin & accretionis principium*, Jeſ. 53, 2. β) Metaphoricè notat 1) *imum alicujus rei*, prout radix arboris imum eſt, e. g. plantam pedis, calces ſeu talos, Job. 13, 27. fundum maris, Job. 36, 30. 2) *rei originem*, *cauſam & fundamentum*, prout ex radice arbor vel herba propullulare & creſcere ſolet, Devt. 29, 18. Conf. Job. 19, 78. ubi denotat fundamentum fidei, & Dan. 11, 7. notat *Parentes*, ex quibus aliquis vitam hauſit. 3) *Effectum & conſequens*, quia arbor, dum creſcit, ſimul radices ex ſe extendit in terram ramos, quos ſurſum emittit, &, licet quandoque arbor emoriatur, radix tamen viva relinquitur. Ita deſignat tàm *ſtirpem*, *familiam & poſteritatem relictam*, Jeſ. 11, 1. c. 14, 29. 30. *quàm unicum ex poſteritate* Jeſ. 11, 10. ubi radix Iſai denotat *Meſſiam.* 4) *Rerum vigorem*, *conſiſtentiam*, *& ſtatum proſperum*, quia radix, ſi bene ſe habet, & in vigore conſiſtit, arbor egregiè creſcit, ramos diffundit &c. Job. 29, 19. Pſ. 80, 10. Jeſ. 37, 31. Jer. 17, 8. Prov. 12, 3. 12. Quando ergo *radix areſcere* dicitur, deſignatur *imperiorum interitus*, Job, 18, 16. Jeſ. 5, 24. Hoſ. 9, 16. Huc refer, quando iis radix non relinqui dicitur Mal. 3, 19. vel c. 4, 1.

שׁוֹרֵשׁ & שֵׁרֵשׁ *Radices egit, Radicatus eſt; Eradicavit.* וְשֵׁרֶשְׁךָ אַף בַּל־ מֵאֶרֶץ חַיִּים Et *eradicabit* te ex terra viventium, Pſ. 52, 7. שֹׁרֵשׁ בָּאָרֶץ Neque *radicatur* in terra, Jeſ. 40, 24. Pyal שֹׁרָשׁ *Eradicatus eſt.* Fut. יְשֹׁרָשׁוּ *Eradicentur*, Job. 31, 8. Hiphil הִשְׁרִישׁ *Radices egit, Radicavit, radicare fecit.* Fut. וַתַּשְׁרֵשׁ שָׁרָשֶׁיהָ Et *radicare feciſti* radices ejus, Pſ 80, 10.

1) Propriè eſt *plantarum*, quæ radices agunt, vel ſi radices egerunt, rurſus eradicantur. Ita dicitur de eradicatione terræ naſcentium, Job. 31, 12. 2) *Metaphoricè* frequentius adhibetur, tum ad deſignandum *hominum ſtatum proſperum & conſiſtentiam firmam*, ubi bene ſe habent, & exoptata incrementa capiunt, Pſ. 80, 10. Job. 5, 3. Jeſ. 27, 6. Jer. 12, 2. tum ad denotandum *improborum infelicitatem & interitum*, Pſ. 52 7. Jeſ. 40, 24.

שַׁרְשׁוֹת & שַׁרְשְׁרוֹת f. pl. *Catenæ*; ubi poſterius ר eſt Epentheticum Vid. Dn. D. Danzii Literat. §. 5. p. 53. Conf. additiones Eliæ, adjectas Kimchio in rad. שרבט ubi præterea notat, ר juxta nonnullos poni pro ל, exprimique per illud Rabbinorum שלשלת. Legitur verò שַׁרְשֹׁת Exod. 28, 22. שַׁרְשְׁרוֹת autem Exod. 28, 14. c. 39, 15. 1. Reg. 7, 17. 2. Chron. 3, 5. 17.

שֵׁרֵת *Miniſtravit.* וְשֵׁרְתוּ אֹתוֹ Ut *miniſtrent* ei, Num. 3, 6. Infin. לְשָׁרֵת בַּקֹּדֶשׁ Ad *miniſtrandum* in Sanctuario, Lev. 25, 43. c. 29, 30. Part. מְשָׁרֵת *Miniſtrans, miniſter*, Num. 11, 28. Fœm. מְשָׁרַת *Miniſtrans, Miniſtra*, 1. Reg. 1, 15. pro מְשָׁרֶתֶת, litera ת per Syncopen extruſa, & (-) pro (∵) per alternationem poſito, Fut. וּתְשָׁרְתֵהוּ Et *miniſtret* ei, 1. Reg. 1. 4. יְשָׁרְתוּ *Miniſtrabunt*, Num. 3, 31.

1) Generatim notat *miniſtrare alicui*, quicunque ille ſit. 2) Specia-tim *α*) dicit *miniſterium*, quod præſtatur *Deo* vel ab *Angelis ſanctis*, qui ſunt ejus apparitores, Pſ. 103, 21. Pſ. 104, 4. vel ab *hominibus*, tùm Sacerdotibus, Devt. 25, 5. 1. Chron. 23, 13. Joel. 1, 9. c. 2, 17. & Levitis, Devt. 10, 8. 2. Chr. 29, 11. Ezech. 45, 11. tum aliis fidelibus, Jeſ. 56, 6. *β*) Deſignat *miniſterium*, quod *homines homini præſtant*, & quidem vel *officium publicum obeundo*, ut fit à conſiliariis, Præfectis &c. 1. Chron. 27, 1. c. 28, 1. 2. Chron. 17, 19. Pſ. 101, 6. Prov. 29, 12. vel *Domino ſervitia præſtando, latus ejus* ſtipando, miniſteria privata obeundo, juſſa omnis generis exequendo. Ita dicitur de Joſua, Miniſtro Moſis, Num. 11, 28. de famulo Ammonis, 2. Sam. 13, 17. 18. Eliſæ, 2. Reg. 4, 43. de Satellitibus Ahasveri, Eſth. 1, 10. c. 2, 2. c. 6, 3.

שָׁרֵת m. *Miniſterium*, nomen ex Infinitivo factum. Bis legitur כְּלֵי שָׁרֵת Vaſa *miniſterii*, Num. 4, 12. 2. Chr. 24, 14.

שֵׁשׁ m. *Xylinum, Byſſus*; Juxta Aben Eſram, *ſpecies lini præſtantiſſimi & ſubtilisſimi Ægyptiaci, quod candidisſimum eſt, nec unquam coloratum.* Juxta Pancirol. lib. 1. memor. tit. 5. eſt *linum ſubtilisſimum*, in Græcia natum, ex quô pulcherrimæ texebantur veſtes, præcandidum atque molliſſimum. Sed aliis byſſus eſt lana iſta, quæ pinnæ, certo concharum generi

ad-

adhæret, colore luteo ac pellucido, nigricante ac ſplendorem auri reddente. Inde בִּגְדֵי שֵׁשׁ ipſis ſunt *veſtes* ex lana illa molliſſima, colore luteo, pellucido, nigricante ac ſplendorem auri reddente confectæ, Gen. 41, 42. Legitur de cidari Pontificis, Ex.28,40. de tunica, balteo & fœminalibus, Ex.39,27. de funibus, Eſth.1,5. de aulæis, cortinis, Ex. 26,1. c.27, 9. 18. c. 36, 8. 9. c. 38, 9.17. Conf. Ez. 16, 10. 13. c. 27, 7. Prov. 31, 22.

שֵׁשׁ *Sex.* שֵׁשׁ שָׁנִים *Sex* anni, Exod. 21, 2. שֵׁשׁ מֵאוֹת אִישׁ *Sexcenti* viri, Jud. 3, 31. שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה שָׁנָה *Sedecim* anni, 2. Reg. 13, 10. Fœm. שִׁשָּׁה בָנִים *Sex* filii, Gen. 30, 20. In Statu conſtr. שֵׁשֶׁת, ut שֵׁשֶׁת יָמִים *Sex* diebus, Exod. 16, 26. c. 20, 9. c. 35, 2. Plur. com. שִׁשִּׁים *Sexaginta.* בֶּן שִׁשִּׁים שָׁנָה Filius 60. annorum, i. e. *Sexagenarius*, Gen. 25, 26. שִׁשִּׁים עִיר *Sexaginta* urbes, Devt. 3, 4.

שִׁשִּׁי m. *Sextus.* יוֹם הַשִּׁשִּׁים Dies *ſextus*, Gen. 1, 31. בַּחֹדֶשׁ הַשִּׁשִּׁי In menſe *ſexto*, Neh. 1, 21. Fœm. שִׁשִּׁית *Sexta*, ſexta pars. בַּשָּׁנָה הַשִּׁשִּׁית In anno *ſexto*, Lev. 25, 21. תִּשְׁתֶּה שִׁשִּׁית הַהִין Bibes *ſextam* partem Hinis, Ezech. 4, 11.

שִׁשָּׁה *Sextavit.* Bis legitur. וְשִׁשֵּׁאתִיךָ Et *ſextabo* te, Ez. 39, 2. i. e. juxta Buxtorffium, hamo, unco vel harpagone ſeptuplici (hoc eſt ſex uncis, digitis ferreis conſtante) extraham te extremis Aquilonis partibus. Alii aliter. Eſt vero א loco י per alternationem וְשִׁשִּׁיתֶם הָאֵיפָה Et *ſextabitis* Epham, i. e. ſextam partem Ephæ offeretis, Ez. 45, 13.

שׁוּשַׁן m. *Lilium*, juxta Kimchium ſic dictum, quod *ſex foliis* conſtet; aſt Guſſetius, cum flos ejus ſit albus, convenire putat cum שֵׁשׁ *Byſſus*, ita ut ab eo derivari queat, accedente & ſuperficiei textura tenuiſſima ſimul ac nitente, velut byſſi contexti. מַעֲשֵׂה שׁוּשַׁן Opus *lilii*, 1. Reg. 7, 19. פֶּרַח שׁוּשַׁן Flos *lilii*, 1. Reg. 7, 26. Sed Pſ. 60, 1. notat *Hexachordum*, Inſtrumentum Muſicum ſex chordarum; Et Eſth. 1, 2. eſt nomen *regiæ Regis Perſarum.*

שׁוֹשַׁן m. *Lilium*, 1. Reg. 7, 22. Saltem occurrit

שׁוֹשַׁנָּה f. *Lilium*; aliis *Roſa*, quia Cant. 5, 13. tribuitur *labiis*, quæ *rubicunda* ſunt; Sed judice Guſſetio color ibi non attenditur. In Statu conſtr. שׁוֹשַׁנַּת הָעֲמָקִים *Lilium* convallium, Cant. 2, 1. Plur. שׁוֹשַׁנִּים *Lilia*, Cant. 5, 13. c. 6, 2. *Hexachorda*, Pſ. 45, 1. Pſ. 69, 1. Pſ. 80, 1.

שָׁשַׁר m. *Minium*, juxta Kimchium, *Indicum*, *Indicus color*, Jer. 22, 14. Ezech. 23, 14.

שֵׁת vide in שׁוּת.

שָׁתָה *Bibit, Ebibit, Combibit, Compotavit, Convivatus eſt.* וּמַיִם לֹא שָׁתָה Et aquam non *bibit*, Ex. 34, 28. Part. שֹׁתֶה *Bibens*, Job. 6, 4. Inf. שְׁתוֹת *Bibere*, Jer. 35, 8. Sed 1. Sam. 1, 9. eſt שָׁתֹה & Prov. 31, 4. שָׁתוֹ. Fut. אֶשְׁתֶּה *Bibam*, 2. Sam. 19, 35. וָאֵשְׁתְּ Et *bibi*, Gen. 24, 46. וַיֵּשְׁתְּ Et *bibit*, 1. Reg. 19, 8. & per Apocopen וַיֵּשְׁתְּ, Gen. 9, 21. יִשְׁתָּיוּן *Bibent*, Pſ. 78, 44. ה in י mutato. Niphal Fut. יִשָּׁתֶה *Bibitur*, Lev. 11, 34.

1) Generatim notat *bibere.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *haurire potum*, explendæ & ſedandæ ſitis causâ. Ita dicitur tùm de *homi-*

hominibus bibentibus vinum, Gen. 9, 21. c. 27, 25. Lev. 10, 9. c. 13, 14. Job. 1, 13, 18. Jer. 35, 8. 14. aquam, Exod. 7, 18. 1. Reg. 13, 8. 16. Eſr. 10, 6. tum de *brutis*, e.g. camelis, Gen. 24, 19. 22. ovibus, Gen. 30, 37. β) *Impropriè* 1) *Metaphoricè* deſignat *a*) *rei alicujus conſecutionem, ejusque cum voluptate fruitionem* e.g. auxilii, Jer. 2, 18. plenæ victoriæ, quando ſanguis hoſtium dicitur bibi, Num. 23, 24. matrimonii caſti, Prov. 5, 15. bonorum ſpiritualium regni cœleſtis, Prov. 9, 5. Jeſ. 65, 13. *b*) *Graviſſimorum malorum & incommodorum perpeſſionem*, Job. 21, 20. Pſ. 75, 9. Jer. 49, 12. Hab. 2, 16. Conf. Pſ. 110, 7. ubi *bibitio de torrente in via* denotat *graviſſimam & acerbiſſimam paſſionem Chriſti*, quam in diebus carnis, homines redemturus ſuſtinuit. Et Prov. 26, 6. *bibitio violentiæ* innuit *pœnas violentiæ*, quas homo ſibi conciliat. *c*) *Adſvefactionem, commiſſionem & exercitium*, Job. 15, 16. c. 34, 7. 2) Per *Synecdochen partis* notat *convivari*; quia in conviviis largius bibere ſolent convivæ, Eſth. 7, 1.

שְׁתִי m. *Compotatio*, Eccl. 10, 17. *Stamen, Filum per longitudinem telæ tranſiens*. Sed hæc ſignificatio eſt à שׁוּת, licet forma ſit à שָׁתָה. Verba enim Imperfecta ſæpius formas permutare ſolent. Legitur Lev. 13, 48. 49. 52. 53. 56. 57. 58. 59. Ad primam ſignificationem Guſſetius refert illud Hoſ. 10, 10. לִשְׁתֵּי עֵינֹתָם Ad *bibendos* eorum fontes, ad *bibitionem* fontium eorum.

שְׁתִיָּה f. *Potus*. Saltem occurrit Eſth. 1, 8.

מִשְׁתֶּה m. *Potus, Potio, Compotatio; Convivium*, in quô *potus* apponitur. וַיַּעַשׂ לָהֶם מִשְׁתֶּה Et faciebat iis *convivium*, Gen. 19, 3. In Statu Conſtr. מִשְׁתֵּה שְׁמָנִים, *Convivium* pinguedinum, Jeſ. 25, 6. Plur. מִשְׁתֵּיהֶם *Potus* veſtros, Dan. 1, 10.

1) Generatim infert *potionem*, qualicunque fiat ratione. 2) Speciatim *α*) *propriè* denotat *actum bibendi*, Dan, 1, 8. β) *Tropicè a*) *Metonymicè* deſignat tum *potum*, qui ſitis ſedandæ causâ hauritur, Eſr. 3, 7. Dan. 1, 10. tum *locum*, ubi potus largius & lætius bibitur, Eccl. 7. 2. *b*) *Synecdochicè* notat *convivium*, in quô largius lætiusque bibitur & editur, quale inſtituitur in Natalitiis, Gen. 40, 29. in ablactatione filii, Gen. 21, 8. in nuptiis, Jud. 14, 10. in confœderationibus, Gen. 26, 30. in oſtenſione Majeſtatis & opulentiæ regiæ, Eſth. 1, 3. 5. &c.

שְׁתַּיִם f. d. *Duo*, quod factum putatur ex שְׁנָתַּיִם, vide in שְׁנַיִם.

שָׁתַל *Plantavit, Transplantavit è loco in locum*. וְשָׁתַלְתִּי אָנִי עַל הַר־גָּבֹהַּ Et *plantabo* ego ſuper monte alto, Ez. 17, 22. Part. Pual שָׁתוּל עַל־פַּלְגֵי־מָיִם *Plantata* ad rivos aquarum, Pſalm. 1, 3. Fut. אֶשְׁתֳּלֶנּוּ *Plantabo* eum, Ezech. 17, 23.

שְׁתִילִים m. pl. *Plantæ, Plantulæ*. Semel legitur in Statu conſtr. כִּשְׁתִלֵי זֵיתִים Sicut *plantulæ* olearum, Pſ. 128, 3.

שָׁתַם *Aperuit, Recluſit*. Saltem legitur Part. Paul in Statu conſtr. שְׁתֻם הָעָיִן *Apertus* oculo, i. e. cui oculus eſt apertus ad res futuras prævidendas, Num. 24, 3.

מַשְׁתִּין שתן Hiphil הִשְׁתִּין *Minxit*. Legitur ſaltem Participium מַשְׁתִּין בְּקִיר *Mingens* in parietem, 1.Sam. 25,22.34. 1.Reg. 14,10. c.16,13. c. 21,21. 2.Reg.9,8. ubi per *mingentem ad parietem* non tàm intelligendus eſt homo maſculini ſexûs, quàm canis, quia canis natura hæc eſt, ut ad parietem ſoleat mingere, adeoque ſine omni pudore. Vid. Seb. Schmid. ad 1. Sam. 25,22.

שָׁתַק *Siluit, Conticuit, Ceſſavit, Sedatus eſt.* Fut. יִשְׁתּוֹק מָדוֹן *Silebit*, i.e. ceſſabit contentio. יִשְׁתֹּק הַיָּם *Silebit*, i.e. ſedabitur, tranquillabitur mare, Jon. 1,12. conf. v. 11. כִּי יִשְׁתֹּקוּ Quod *ſedati eſſent* fluctus, Pſ. 107,30. Sæpius non occurrit.

שָׁתַת *Poſuit; Poſitus eſt.* כַּצֹּאן לִשְׁאוֹל שַׁתּוּ Inſtar pecudis in inferno *ponentur*, Pſ. 49,15. שַׁתּוּ בַשָּׁמַיִם פִּיהֶם *Ponunt* in cœlum os ſuum, i.e. juxta Flacium, præfractè ac blaſphemè contra Deum, cœli Dominum blaterant. Sæpius non occurrit.

שׂ

שְׂאֹר m. *Fermentum*, Exod. 12,15.19. c.13,7. Lev. 2,11. Devt. 16,4.

שְׂבָךְ & שְׂבָכָה *Perplexum, Opus implexum, reticulatum*, vide in rad. סָבַךְ *Implexus, Perplexus eſt.*

שָׂבַע *Satiatus, Saturatus fuit, Satur eſt.* וְאָכַל וְשָׂבֵעַ Et comedet, & *ſaturabitur*, Devt. 31,20. שָׂבַעְתָּ קָלוֹן *Satiatus es* ignominiâ, Hab. 2,16. Fœm. שָׂבַעַתְּ *Satiata* es, Ez. 16,28. Inf. לִשְׂבֹּעַ Ad *ſaturandum*, Ex. 16,8. Fut. אֶשְׂבַּע *Satur ſiam*, Prov. 30,9. תִּשְׂבְּעוּ לָחֶם *Saturabimini* pane, Ex. 16,12. Piel שִׂבַּע *Satiavit, Saturavit.* Fut. נַפְשָׁם לֹא יְשַׂבֵּעוּ Animam ſuam non *ſatiabunt*, Ez. 7,19. Hiphil הִשְׂבִּיעַ *Satiavit, Exſatiavit.* Inf. לְהַשְׂבִּיעַ שֹׁאָה וּמְשֹׁאָה Ad *ſatiandum* (pluviâ) vaſtitatem & deſolationem, i.e. locum valde vaſtum & & ſiticuloſum, Job. 38,27. Fut. אֶבְיוֹנֶיהָ אַשְׂבִּיעַ לָחֶם׃ Pauperes ejus *ſaturabo* pane, Pſ. 132,15.

1) Generatim *replendi* vel *explendi* notionem obtinere videtur. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *ſatiari* ventriculum cibo potuque replendo, & & ſic famem vel ſitim corporis ſedando. Ita legitur de ſedata fame per panem, Ex. 16,12. Pſ. 132,15. Job. 27,14. ſiti per aquas, Am. 4,8. *β*) *Impropriè* 1) *Metaphoricè a*) deſignat *rerum bonarum, ſvavium & utilium largam ſuppedidationem, copioſam perceptionem, & cum animi voluptate conjunctam fruitionem*, Pſ. 36,6. Pſ. 63,6. Pſ. 65,5. Pſ. 90,14. Pſ. 91,16. Pſ. 103,5. Jeſ. 58,11. Conf. Prov. 30,19. ubi denotat *rerum temporalium copioſum affluxum & abundantiam.* *b*) *Copioſam malorum immisſionem & averſationem*, Pſ. 88,4. Job. 9,4. Job. 9,18. Pſ. 123,3.4. Thren. 3,15.30. Hab. 2,16. *c*) *Abundantem appetitus* vel *libidinis expletionem*, Eccl. 5,9. Ezech. 16,28.29. Conf. Eccl. 1,8, c. 4,8. ubi tribuitur oculo. Huc refer, quando homo *ſatur dierum* dicitur, ut non teneatur deſiderio ulterius vivendi, 1. Chr. 23,1. *d*) *Copioſam terræ ſiticuloſæ, ad ſatietatem,*

riga-

rigationem, Job. 38, 27. Prov. 30, 16. 2) *Metonymicè* deſignat *tædium & averſationem*, Prov. 25, 27. Jeſ. 1, 11.

שָׂבֵעַ m. *Satur*, Gen. 25, 8. In Statu Conſtr. שְׂבַע רָצוֹן *Satur* beneplacito, i. e. abunde fruens Dei favore, Devt. 33, 23. Fœm. נֶפֶשׁ שְׂבֵעָה תָּבוּס נֹפֶת Anima *ſatura* conculcat favum, i. e. homo, cujus appetitus re concupitâ eſt expletus, ſpernit etiam res dulciſſimas, Prov. 27, 7. Plur. שְׂבֵעִים *Saturi*, 1. Sam. 2, 5.

1) Generatim *repletum* notat. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſaturum*, qui cibo potuve repletus eſt. β) *Metaphoricè* deſignat *eum, qui aliqua re copioſe abundat, & cum voluptate fruitur*; vel: *qui non ſolum ſat habet, ſed etiam qui nimium habet, ut nil addi posſit, vel ſaltem addi poſſe videatur.* Ita dicitur 1) de *eo*, qui omnis generis bonis copioſè abundat, & perfruitur, 1. Sam. 2, 5. Prov. 19, 15. ſpeciatim Dei favore abunde fruitur, Devt. 33, 23. 2) de *eo*, cujus appetitus re, quam concupivit, impetratâ, expletus eſt, Prov. 27, 7. 3) de *eo*, qui annis ita plenus eſt, ut diutius vivendi deſiderio non teneatur, Gen 25, 8. c. 35, 29. 1. Chron. 29, 28. Job. 42, 17. 4) de *eo*, qui ad ſatietatem adverſa ſentit & perpetitur, e. g. ſummam ignominiam, cui nihil addi poſſe videtur, Job. 10, 15. maximas & copioſiſſimas commotiones, moleſtias & ærumnas, Job. 14, 1.

שֹׂבַע m. *Saturitas, Satietas.* Et *propriè* quidem deſignat *ſaturitatem ventris*, cibo potuque repleti, Eccl. 5, 11. *Metaphoricè* autem denotat *copiam & abundantiam rerum.* Ita dicitur de *abundantia* 7. annorum frugiferorum in Ægypto, Gen. 41, 29. 30. 31. 34. 47. 53. nec non de copiâ frugum, Prov. 3, 10.

שֹׂבַע m. *Saturitas.* וַאֲכַלְתֶּם לָשֹׂבַע Et comeditis ad *ſatietatem*, Lev. 25, 19. צַדִּיק אֹכֵל לְשֹׂבַע נַפְשׁוֹ Juſtus comedit ad *ſatietatem* animæ ſuæ, contentus iis, quæ ex benedictione divina præſto ſunt; nec deſtitutus rebus, quæ appetitum ordinatum ſatiare & explere valent, Prov. 13, 25. Cum Suff. מִשָּׂבְעָהּ De *ſatietate* ſua, Ruth. 2, 18.

1) Generatim *expletionem & plenitudinem* indigitat. 2) Spetiatim α) *propriè* notat *ſaturitatem ventris* poſt ſufficientem panis &c eſum, Ex. 16, 9. Lev. 25, 9. c. 26, 5. Pſ. 78, 25. β) *Tropicè* 1) notat *copiam & abundantiam, appetitum plene exſatiantem*, Pſ. 16, 11. Conf. Prov. 13, 25. 2) *Metonymicè* denotat *id, quod ſatiato ventre reſiduum eſt*, Ruth. 2, 18.

שִׂבְעָה f. *Saturitas.* Semel occurrit in Statu Conſtr. שִׂבְעַת לֶחֶם *Saturitas*, i. e. *Copia, abundantia panis*, Ez. 16, 49.

שָׂבְעָה f. *Saturitas.* לְשָׂבְעָה Ad *ſaturitatem*, Jeſ. 23, 18. Cum Suff. מִבִּלְתִּי שָׂבְעָתֵךְ Cum *ſatietas* tibi nulla eſſet, Ez. 16, 28.

1) Generatim *repletionem* involvit. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ſatietatem poſt comeſtionem*, Jeſ. 23, 18. Ez. 39, 19. Hagg. 1, 6. β) *Metaphoricè* deſignat *appetitûs expletionem*, ut non teneatur deſiderio alterius &c. Jeſ. 55, 2. c. 56, 11. Ez. 16, 28.

שָׂבַר *Expectavit; Spemvit; Putavit, Cogitavit, Conſideravit.* Particip. שֹׂבֵר *Conſiderans* muros, Neh. 2, 13. 15. Sed alii legunt שֹׁבֵר בְּחֹמוֹת *Perfringens* muros; Piel שִׂבֵּר *Intentè ſperavit, Spectavit, Expectavit*, ubi cum לְ vel אֶל conſtruitur.

1) Generatim denotat *intentum reſpectum ad aliquid*, ſive fiat *oculis corporis*, ſive *mentis*. 2) Speciatim α) notat *aliquid intentis oculis ſpectare*, Neh. 2, 13. 15. β) Significat *animum in aliquid intendere, illo potiundi causâ, aliquid bonum intentè & avidè expectare atque ſperare*, Ruth. 1, 13. Eſth. 9, 1. Pſ. 104, 27. Pſ. 145, 16. Pſ. 38, 18.

שֵׂבֶר m. *Spes, Expectatio, eaque intenta.* Bis legitur. מִשִּׂבְרִי Ab *expectatione* mea, Pſ. 119, 116. שִׂבְרוֹ *Expectatio* ejus, Pſ. 146, 5.

שָׂגָא vel שָׂגָה *Crevit, Multiplicatus, Auctus eſt.* Fut. יִשְׂגֶּא *Creſcet*, Job. 8, 11. Sed Job. 8, 7. Pſ. 92, 13. eſt יִשְׂגֶּה. Piel שִׂגְשֵׂג *Creſcere fecit.* Fut. literis geminatis תְּשַׂגְשֵׂגִי *Facies, ut creſcat* vel *adoleſcat*, Jeſ. 17, 11. Hiphil הִשְׂגִּיא vel הִשְׂגָּה *Creſcere fecit, Auxit, Multiplicavit.* הִשְׂגּוּ חָיִל *Augent* opes, Pſ. 73, 12. Fut. תַּשְׂגִּיא *Amplificabis*, Job 36, 24.

1) Generatim importat *incrementum quantitatis*, tùm *continuæ* ſeu *magnitudinis*, tum *diſcretæ* ſeu *multitudinis*. 2) Speciatim α) eſt *creſcere magnitudine*. Ita *propriè* 1) *intranſitivè* dicitur de junco ſine aqua creſcente, Job. 8, 11. de cedro in Libano, Pſ. 92, 13. tranſitive verò de planta, Jeſ. 17, 11. *Metaphoricè* autem a) *intranſitivè* notat *felicis ac læti ſtatûs juſtorum incrementum floridiſſimum*, Pſ 92, 13. conf. Job. 8, 7. b) *Tranſitivè* denotat *laudationem ac celebrationem operis divini*, quod ſic magnificat homo, Job. 36, 24. β) Eſt *creſcere multitudine.* Ita ſaltem legitur *tranſitivè* in Hiphil de *inſigni multiplicatione gentium*, Job. 12, 20. & *opum*, Pſ. 73, 12. redditurque *augere, multiplicare*.

שַׂגִּיא m. *Magnus.* Bis legitur de *Deo*, qui eſt *magnus* eſſentiâ, utpote quæ eſt infinita & immenſa, Job. 36, 26. & potentiâ, quæ ſe extendit ad omnia poſſibilia, quæ ex parte Dei nullam imperfectionem important, Job. 37, 22.

שָׂגַב *Sublimis eſt* vel *factus eſt; Exaltatus, Elatus, Altus, Editus eſt; Roboratus, Robuſtus eſt.* אֲשֶׁר שָׂגְבָה מִמֶּנּוּ Quæ *fuit altior, robuſtior* nobis, Devt. 2, 36. וְקֹדְרִים שָׂגְבוּ יֶשַׁע Et atrati (i. e. pullati & lugentes) exaltantur quoad ſalutem, i. e. quoad omnis generis bona, in quibus humana felicitas ſita eſt, Job. 5, 11. Niphal נִשְׂגַּב *Elatus, Exaltatus, Elevatus, Sublimis eſt.* וְנִשְׂגַּב יְהוָה לְבַדּוֹ *Exaltabitur* autem Dominus ſolus, Jeſ. 2, 11. Part. נִשְׂגָּב יְהוָה *Exaltatus eſt* Dominus, Jeſ. 33, 5. Piel שִׂגֵּב *Extulit, Elevavit, Exaltavit.* Fut. אֲשַׂגְּבֵהוּ *Exaltabo*, Pſalm. 91, 14. Pual שֻׂגַּב *Exaltatus eſt.* Fut. יְשֻׂגָּב *Extolletur*, Prov. 29, 27. Hiphil Fut. אֵל יַשְׂגִּיב Deus *valde ſublimis eſt*, Job. 36, 22.

 1) Ge-

Google

1) Generatim *ſublimitatem* infert, ſive ſit *loci*, ſive *dignitatis*, *ſtatus & conditionis* &c. 2) Speciatim *α*) *intranſitivè* ſignificat *altius & ſublimius eſſe, quàm ut transcendi aut capi posſit.* Ita 1) *propriè* dicitur de urbe munita in edito loco conditâ, quæ ideo inacceſſa & inexpugnabilis eſt, vel ſaltem videtur, Devt. 2, 36. Jeſ. 26, 5. item de muro alto, Prov. 18, 11. c. 30, 19. 2) *Metaphoricè a*) tributum homini *ratione ſtatûs & conditionis* deſignat *ſublimitatem benedictionis & omnis generis bonorum*, in quibus hominis felicitas ſita eſt, Job. 5, 11. *ratione captûs* autem notat, *quicquid ipſius captum transcendit ac ſuperat*, prout *ſcientia Dei* homini eſt ſublimis, quia ipſius captum transgreditur plane atque ſuperat, Pſ. 139, 6. *b*) Tributum *Deo* deſignat *ipſius incomprehenſibilem eſſentiam, majeſtatem infinitam, potentiam ſummam & omni potentiâ finitâ ſuperiorem, ac celebrationem non intermittendam.* Ita *ſublimis* dicitur vel *abſolutè*, Jeſ. 33, 5. vel cum *addito*, ſublimis potentiâ, Job. 36, 22. nomenque ejus exaltatum ratione majeſtatis incomprehenſibilis &c. Pſ. 148, 13. Jeſ. 12, 4. Sed Jeſ. 2, 11. 17. Meſſias dicitur *ſolus exaltari*, i. e. *laudari, celebrari* &c. *β*) *Tranſitivè* notat *aliquem exaltare, ſupra reliquos eminentem facere, velut ex loco humiliori, nil quicquam munito, & cunctorum invaſionibus expoſito, in locum celſum, inacceſſum, munitum ac tutum transferre, & contra hoſtium inſultus ſecurum ac ſuperiorem præſtare*, Pſ. 20, 2. Pſ. 59, 2. Pſ. 69, 30. Pſ. 91, 14. Pſ. 107, 41. Prov. 18, 10. c. 29, 25. Conf. Jeſ. 9, 10. ubi *Deus minatur ſe hoſtes Rezini ſuper populum exaltaturum*, i. e. potentiâ ſuperiores facturum, ut ipſum bello infeſtarent, *ac caderent.*

מִשְׂגָּב m. *Exaltatio; Elevatio, Elatio, Sublimitas; Locus celſus, editus, Munitio, Arx munita, Refugium.* מִשְׂגָּב לָנוּ אֱלֹהֵי יַעֲקֹב *Arx munita, refugium* nobis eſt Deus Jacobi, Pſ. 46, 8. In Statu conſtr. מִשְׂגַּב חוֹמֹתֶיךָ *Elatio* murorum tuorum, i. e. celſiſſimi muri tui, Jeſ. 25, 12. Cum Suff. מִשְׂגַּבִּי *Arx munita* mea, *refugium* meum, Pſ. 59, 10.

1) Generatim dicit *ſublime, quod ſecuritatem præſtat contra inſultus adverſariorum.* 2) Speciatim *α*) *abſtractivè* notat *ſublimitatem* e. g. muri, Jeſ. 25, 12. *concretivè* autem denotat *locum altum & munitum* ſive arte, ſive naturâ, qui aſylum & refugium eſſe poteſt preſſis, ceu colligere eſt ex Jeſ. 33, 16. *β*) *Metaphoricè* tribuitur *Deo*, qui eſt piis inſtar *munitisſimæ arcis & aſyli tutisſimi* contra hoſtium inſidias vel violentias, imò contra quævis mala dura, ubi tuti & ſecuri latitare queunt, 2. Sam. 22, 3. Pſ. 9, 10. Pſ. 18, 10. Pſ. 46, 8. 12. Pſ. 48, 4. Pſ. 59, 17. 18. Pſ. 62, 3. 7. Pſ. 144, 2. Pſ. 94, 22.

מִשְׂגָּב *Misgabh*, nomen proprium *urbis Moabiticæ*, ſic vocatæ, quod valde *munita & in loco edito ſita fuit*; unde *Moabitis* refugium & aſylum eſſe poterat, Jer. 48, 1.

שָׂדַד *Occavit.* Ter legitur. Fut. אִם־יְשַׂדֵּד עֲמָקִים אַחֲרֶיךָ An *occabit* valles poſt te? Job. 39, 13. יְשַׂדֶּד־לוֹ יַעֲקֹב *Occabit* ſibi Jacob,

cob, Hoſ.10,11. ubi innuitur difficultas victum quærendi. יְפַתַּח וִישַׂדֵּד אַדְמָתוֹ Sulcat & *occat* terram ſuam, Jeſ.28,24.

שָׂדֶה m. *Ager.* אִישׁ שָׂדֶה Vir *agri*, i. e. agricola, Gen. 25, 27. Exod.22,4. בַּשָּׂדֶה In *agro*, Gen. 4,8. In Statu conſtr. בִּשְׂדֵה זֶרַע In *agro* ſementis, Ezech. 17,5. Cum Suff. שָׂדְךָ *Ager* tuus, Lev. 19,9. Plur. שָׂדוֹת *Agri.* Cum Suff. שָׂדַי *Agri* mei, Thren. 4,9. Sed Devt. 32,13. Pſ. 8,8. Pſ. 80,14. Pſ. 96,12. Pſ. 104,11. Jeſ. 56,9. eſt שָׂדַי pro שָׂדִים ad formam Statûs conſtructi Syrorum, perinde ut חַלֹּנַי *Feneſtræ*, pro חַלֹּנִים Jer. 22,14. שָׂרַי *Principes*, pro שָׂרִים Jud. 5,15. Aliàs etiam in Plurali eſt שָׂדוֹת *Agri*, 1. Sam. 22,7. In Statu conſtr. שְׂדוֹת Neh. 12,29. Cum Suff. שְׂדוֹתֵינוּ *Agri* noſtri, Neh. 5,3.

1) Generatim denotat *terræ partem, monti, ſylvæ*, deſertoque *oppoſitam*, quæ culta eſt *arvis, pratis, hortis, arboribus, herbis* &c. 2) Speciatim α) notat *terram domibus vacuam*, quæ extra oppida vel pagos eſt, ſive ſit *ager ſativus*, Gen. 23,7. c. 47,2. Exod 22,4. Lev. 25,3. Ruth. 2,8. 22. c. 4,3.5. ſive *ager paſcuoſus*, ubi feræ gramine paſci ſolent, Wieſen / Devt. 21,15. Pſ. 8,8. β) *Terram* notat, *quam homines incolunt*, ſeu *territorium*, vel *regionem*, Gen. 14,7. c. 32,3. Ruth. 1,6. 1. Sam. 6,1. Pſalm. 78,12.

שָׂדַר *Ordinavit, Diſpoſuit*, apud Chaldæos & Rabbinos. Inde eſt

שְׂדֵרוֹת f. *Ordines, Ordinationes*, 1. Reg. 6,9. 2. Reg. 11,8.15. 2. Chron. 23,14. Vide etiam סֵדֶר.

שֶׂה c. *Pecus, parva* propriè, *Ovis, Agnus, Hædus*, cujus radix juxta Buxtorffium eſt שָׂיָה, quod colligit ex additione Suffixi שֵׂיהוּ *Pecus* ſuum, 1. Sam. 14,33. & שֵׂיוֹ *Pecus* ejus, Devt. 22,1. Unde ipſi videtur eſſe שֶׂה pro שֵׂיָה formæ גֵּאָה. Bochartus ignorans, quid ſit שָׂיָה, ex Arabica deducit lingua, ubi inverſum שהי notat *concupiſcere, & libidine ardere*, quia hircus & aries *in libidinem* valde proni ſunt. Vid. Hieroz. P. I. lib. 2. c. 43. p. 439. Sed quia ſic non in omnes oves & capras quadrat, celeb. Majus in Animad. Lex. Coccej. derivat ex Arab. ساه quod idem eſt ac شاة *deforme eſſe.* Ita erit vulgaris ovis, ſo kein ſonderlich Anſehen hat/ doch aber ſonſten gut iſt. פֶּטֶר שׁוֹר וָשֶׂה *Apertum* (i. e. primogenitum) bovis & *pecudis*, Ex. 34,19. In Statu conſtr. שֵׂה כְבָשִׂים וְשֵׂה עִזִּים *Pecus* ovium, & pecus caprarum, Devt. 14,4.

שָׂהַד *Teſtatus eſt*, apud Chaldæos, Syros & Arabes. Inde

שָׂהֵד m. *Teſtis, Teſtificator.* Semel legitur Job. 16,19. cum Suff. שָׂהֲדִי *Teſtis* meus, ubi Kametz Chatuph potius innuit formam שֹׂהַד.

שָׂהַר, Radix inuſitata. Inde ſuperſtes eſt

שַׂהֲרֹנִים m. pl. *Lunulæ*, ſpecies *Ornamenti*, à *lunari forma* ſic dicti, Jud. 9,21.26. Jeſ. 3,19.

שׂוּב *Caneſcere*, *Canum fieri*. Semel legitur in Præterito זָקַנְתִּי וָשַׂבְתִּי *Conſenui* & *incanui*, 1. Sam. 12, 2.

שָׂב m. *Canus*. Semel legitur Job. 15, 10.

שֵׂיב m. *Canicies*, *Senium*. Semel occurrit קָמוּ עֵינָיו מִשֵּׂיבוֹ Conſtiterunt oculi ejus præ *ſenio* ejus, 1. Reg. 14, 4.

שֵׂיבָה f. *Canicies*. מִפְּנֵי שֵׂיבָה תָּקוּם Coram *canicie* ſurges, Lev. 19, 32. אִישׁ שֵׂיבָה Vir *caniciei*, i. e. canus, ſenex, Devt. 32, 25. תִּקָּבֵר בְּשֵׂיבָה טוֹבָה Sepelieris in *canicie* bona, Gen. 15, 15. In Statu Conſtr. שֵׂיבַת עַבְדְּךָ *Canicies* ſervi tui, Gen. 44, 31. Cum Suff. שֵׂיבָתוֹ *Canicies* ejus, 1. Reg. 2, 6.

1) Generatim *caniciem* notat. 2) Speciatim notat α) eam *hominis ætatem*, quæ ſenectutem ſequitur, & canicie venerabilis eſt. Unde teſte Buxtorffio Kimchi ſcribit: השיבה יותר מחוקנה *Canicies plus eſt quam ſenectus*. Nam ut in פרקי אבות Capitulis Patrum c. 5. ſcribunt: בן ששים לזקנה בן שבעים לשיבה *Filius 60 annorum ad ſenectutem, filius ſeptuaginta annorum ad caniciem pervenit*, Gen. 15, 15, Jud. 8, 32. Pſ. 71, 18. Pſ. 92, 15. Jeſ. 46, 4. β) Denotat *capillos ex ſenio* vel *caloris defectu canos*. Graue Haar/ Gen. 42, 38. c. 44, 29. 31. 1. Reg. 2, 6. c. 2, 9. Prov. 16, 13. Hoſ. 7, 9. γ) Significat *ipſum hominem canum*, qui canos capillos geſtat, Lev. 19, 32.

שׂוּג *Recedere*, *Avertere ſe*, &c. vide in סוג.

שׂוּד *Linere*, *Oblinere*, *Incruſtare*, *Obducere calce*. Bis ſaltem occurrit וְשַׂדְתָּ אֹתָם בַּשִּׂיד Et *oblines*, *incruſtabis* eos calce, Devt. 27, 2. 4.

שִׂיד m. *Calx*, Devt. 27, 2. 4. Jeſ. 33, 12. Am. 2, 1.

שׂוּחַ *Meditari*; *Eloqui*. In Kal tantum legitur. Infin. לָשׂוּחַ Ad *meditandum*, i. e. *orandum*, Gen. 24, 63. Piel שִׂיחַ *Meditatus eſt ſerio*; *Elocutus eſt*. Fut. בְּמַעֲשֵׂה יָדֶיךָ אֲשׂוֹחֵחַ Opus manuum tuarum *meditor*, Pſ. 145, 5. Hiphil הֵשִׂיחַ *Meditatus eſt*; *Locutus*, *Collocutus*, *Elocutus eſt*, *Diſſeruit*. Infin. לָשִׂיחַ בְּאִמְרָתֶךָ Ad *meditandum* verbum tuum, Pſ. 119, 148. Pro לְהָשִׂיחַ, Per Aphæreſin ה ob Præformativum ל ablato. Fut. אָשִׂיחָה בְּפִקֻּדֶיךָ *Meditor* in mandatis ſuis, Pſ. 119, 78. עִם לְבָבִי אָשִׂיחָה Cum corde meo *meditor*, Pſal. 77, 7. Cum ה Paragogico. Imper. שִׂיחוּ *Meditamini*, pro הָשִׂיחוּ Præformativô per Aphæreſin ablatô, 1. Chron. 16, 9.

1) Generatim Fœrſtero, qui cum שָׂחָה illud confert, notat *enatare*, vel *verſari in materia ſpacioſa & ampla* in *mente* vel *elocutione*; Aſt Coccejo ſignificat *rem ſeriò & multum tractare meditatione, ſermone, multis cogitare aut loqui, diſſerere*. Unde 2) ſpeciatim eſt α) *ſedulò atque ſeriò meditari*, animo rem diligenter agitare &c. Ita dicitur de meditatione verbi divini, Pſ. 119, 48. 78. in miraculis ac lege Dei enarrandis occupata, 2. Chr. 17, 9. Pſ. 77, 13. Pſ. 105, 5. Pſ. 119, 15. 23. 27. 48. Pſ. 145, 5. Circa hanc ſignificationem notes, quod, ſi de objecto meditationis ſermo ſit, conſtrua-

Digitized by Google

ſtruatur cum ב ut Pſ. 69, 13. Pſ. 119, 23. 78. 148. Sin vero meditationis ſocius exprimi debet, adhibetur עם Pſ. 77, 7. β) *Loqui, diſſerere*, Job. 7, 11. Pſ. 69, 13. *Colloqui*, Prov. 6, 22. *Eloqui, Ediſſerere, Enarrare*, Jeſ. 53, 8. Specialiſſime notat *orare*, ſeine Andacht haben/ Gen. 24, 63.

שִׂיחַ m. *Meditatio; Colloquium, Querela, Oratio querula; Frutex, Virgultum*. מֵרֹב שִׂיחִי Præ multitudine *meditationis querulæ*, 1. Sam. 1, 16. לִפְנֵי יְהוָה יִשְׁפֹּךְ שִׂיחוֹ Coram Domino vult effundere *lamentationem, querelam ſuam*, Pſ. 102, 1. שִׂיחַ הַשָּׂדֶה *Virgultum* agri, Gen. 2, 5. Plur. שִׂיחִים *Virgulta, Frutices*, Gen. 21, 15.

1) Generatim Fœrſtero notat, *quicquid ex corde, ore* vel *terra enatat*. Unde 2) ſpeciatim α) denotat *animi cogitationem* vel *meditationem profundam*, 1. Reg. 18, 27. querulam ſeu Melancholicam, 1. Sam. 1, 16. Ita quoque de cordis curis anxiis & tacitis, quæ huc illucve hominem intus agitant, Pſ. 55, 3. Pſ. 102, 1. β) Significat *eloquium*, Pſ. 104, 34. *Orationem querulam, querelam, lamentationem*, Job. 7, 13. c. 10, 1. Pſ. 64, 2. Pſ. 102, 1. Sed Job. 21, 4. indigitat *animi meditationem & colloquium oris* ſimul. γ) Significat *Virgultum, fruticem*, Gen. 2, 5. c. 21, 15. Job. 30, 4. 7. Guſſetio notat *arborem arte cultam*.

שֵׂחַ m. *Meditatio*. Semel cum Suff. שֵׂחוֹ *Meditatio* ejus, Am. 4, 13.

שִׂיחָה f. *Meditatio*, Pſalm. 119, 99. *Oratio, Colloquium*, Job. 15, 4. Cum Suff. שִׂיחָתִי *Meditatio* mea, Pſ. 119, 97. Sæpius non legitur.

1) Generatim notat, *quicquid ex mente* vel *ore enatat* eſt; ſeu *ſermonem* tùm *internum*, qui eſt *mentis*, tùm *externum*, qui eſt *oris*. Unde 2) ſpeciatim α) notat *ſedulam animi meditationem*, Pſalm. 119, 97. 99. β) *Orationem, Colloquium*, Job. 15, 4.

שׂוּט *Declinare, Deflectere, Diverti à viâ*. Part. שָׂט *Declinans*. Tantum occurrit Part. Plur. in Statu Conſtr. שָׂטֵי כָזָב *Declinantes* ad mendacium, Pſ. 40, 5.

שֵׂטִים m. pl. *Declinantes*, Hoſ. 5, 2. referunt ad שָׂטָה. Sed ſicut à מוּת *Mori* eſt מֵת *Mortuus*, & מֵתִים *Mortui*, ita etiam שׂוּט poteſt eſſe à שֵׂט, *Declinans*, & in plurali שֵׂטִים *Declinantes*.

שׂוּךְ *Sepem facere, conſtituere, Sepire, Obſepire*. Bis legitur, ſed *Metaphoricè*. שַׂכְתָּ בַעֲדוֹ *Sepiviſti* circa ipſum, vel *ſepem feciſti* pro eo, Job. 1, 10. ubi deſignatur divina tutela, quam Deus per Angelos ſanctos Jobo contra malos Spiritus præſtabat. הִנְנִי שָׂךְ אֶת־דַּרְכֵּךְ Ecce ego *obſepiens* viam tuam בַּסִּירִים per ſpinas, i. e. duriſſimis afflictionibus impediens, ut non poſſis ingredi & egredi, quò volueris, Hoſ. 2, 8.

שׂוֹךְ m. *Sepes*. Semel occurrit cum Suff. Thren. 2, 6. שֻׂכּוֹ *Sepem* ejus, i. e. munimentum ejus. Dageſch forte prodit radicem שָׂכַךְ *Texit*. Unde quidam reddunt: Tugurium ſuum, i. e. Templum ſuum. Vid. Vatablus in h. l.

dificatè, h.e. *facere, ut hoc* ſit *illud*, vel *hoc illove modo ſe habeat.* וְשַׂמְתִּים לִתְהִלָּה וּלְשֵׁם Et *ponam* illos in laudem & in nomen, i. e. faciam eos celebres & laudatos, Zeph. 3, 19. שַׂמְתָּ מִבְצָרָיו מְחִתָּה *Poſuiſti* munitiones ejus contritionem, i. e. *feciſti*, ut contererentur, deſtruerentur, Pſ. 89, 41. Vid. Devt. 10, 22. Gen. 17, 5. Jeſ. 13, 9. c. 23, 13. c. 41, 15. c. 50, 7. Jer. 13, 16. c. 25, 9. c. 28, 12. Huc refer illud Ex. 10, 2. Jer. 32, 20. ubi connotat *realitatem* & *veritatem*, *phantasmati oppoſitam*, indigitatque, *diſcrimen inter miracula Dei & præſtigiatorum Ægyptiacorum*, quod illa oculis, ſenſibus & examini omnium ita expoſita fuerunt, ut per omnia vera & ſine dolo facta deprehenſa fuerint, hæc autem non niſi fraudes & præſtigias ſpiraverint. Conf. Pſ. 78, 43. δ) *Statuere, Conſtituere*, e. g. tempus, Exod. 9, 5. Regem vel Dominum, Gen. 45, 9. Ex. 2, 14. Devt. 17, 15. 1. Sam. 10, 19. Hæc verò ſignificatio ſæpe tàm *animi propoſitum*, & *decretum*, quàm *opus ipſum externum* refert, e. g. Jer. 17, 5. homo dicitur carnem brachium ſuum ponere, cum non ſolum hominem infirmum, qui confidentes juvare nequit, velut ſuæ fiduciæ objectum eligit, ſed etiam in eo fiduciam defigit, in auxilium vocat, externoque adſciſcit opere. Vid. Pſ. 52, 9. Jeſ. 23, 15. ε) *Imputare aliquid alicui*, 1. Sam. 22, 15. ζ) *Diſponere aciem*, vel *exercitum contra urbem capiendam*, 1. Reg. 20, 12. vel præſidium in regione vel urbe capta, 2. Sam. 8, 6. 1. Chron. 18, 6. η) Junctum voci לֵב *Cor* notat 1) *revocare aliquid ad animum*, & connotato *affectu & certo fine bene vel male faciendi*, e. g. cum affectu luctus & conſideratione futuri eventûs, Jeſ. 57, 1. cum affectu commiſerationis & pronitate ad auxiliandum, Jer. 12, 11. cum cupiditate vindictæ, 2. Sam. 19, 20. ſeriò perpendendi & ſtudioſè obſervandi verbum Dei, Exod. 9, 21. Devt. 32, 46. Mal. 2, 2. 2) *Advertere animum ad aliquid* cum affectu *nocendi*, Job. 1, 8. c. 2, 3. vel etiam *perpendendi actiones*, earumque ſucceſſus & eventus, Hagg. 1, 5. 7. c. 2, 15. 18. 3) *Anxiè curare, ſollicitum eſſe*, 1. Sam. 9, 20. 4) *Æſtimare*, vel *alicujus cauſâ inſigniter affici*, 2. Sam. 18, 3. Jeſ. 42, 25. 5) *Conſtituere, Proponere firmiter*, feſt bey ſich beſchlieſſen/ Dan. 1, 8. θ) *Vertere, Dirigere, corpus* vel animum aliquò, in aliquod propoſitum &c. ſi jungatur voci פָּנִים *facies*, Jer. 42, 15. Conf. 1. Reg. 2, 15. ubi *totus Iſrael faciem in Adoniam poſuiſſe* dicitur, h. e. omnium animi ac vota in eum converſa erant, ut regnaret. ι) *Gignere, Parere*, ſi jungitur voci בָּנִים Eſr. 10, 44. κ) *Rationem alicujus habere, curare*, ſi jungitur voci נֶגֶד *Coram*, e. g. לֹא שָׂמוּ אֱלֹהִים לְנֶגְדָּם Non poſuerunt Deum *coram* ſe, i. e. nullam Dei rationem habuerunt, Deum non curarunt, Pſ. 54, 5. Vide Pſ. 86, 14. λ) *Inſtruere aliquem, quid loqui debeat*, ſi jungatur voci פֶּה *Os*, Num. 23, 5. Eſr. 8, 17.

שִׂימָה f. *Impoſitio*, 2. Sam. 13, 32. ubi juxta Maſorethas quidem legendum שׂוּמָה *Impoſitum*, quaſi foret Particip. Paul ad formam לוּטָה 1. Sam. 21, 9. Sed judice Celeb. Dn. Danzio in lit. §. 3. ſervatis literis optimè legi poteſt שִׂימָה *Impoſitio* ſervis facta, vel ſtigma, nota impreſſa & firmiter

miter impoſita animo Abſalonis juxta propriam ipſius confeſſionem, ad formam בִּינָה ex בִּין.

תְּשׂוּמֶת f. *Poſitio.* Semel occurrit, Lev.5,21. בִּתְשׂוּמֶת יָד In *poſitione* manus. Aben. Eſra interpretatur de commercio, in quo aliquis manum ſuam poſuit cum illo, ut unà invicem negotientur. Alii intelligunt *mutui dationem*; Sed L'Empereur in Bava c. 9. §. 7. p.247. mavult intelligere *ſocietatem*, quàm *mutuum*.

שׂוּר *Principatum tenere,* vel *gerere, Principem* agere, de *principatu contendere.* Conſtruitur nunc abſolutè, nunc intervenientibus Præpoſitionibus אֶל & עַל. Fut. וַיָּשַׂר אֲבִימֶלֶךְ עַל־יִשְׂרָאֵל Cæterum *principatum geſſit* Abimelech ſuper Iſraelem, Jud. 9, 22. וַיָּשַׂר אֶל־מַלְאָךְ De *principatu contendit* cum Angelo, Hoſ. 12, 4. יָשׂרוּ *Principatum gerunt*, Prov. 8, 16. Jeſ. 32, 1. Infin. בְּשׂוּרִי In *recedere* me, Hoſ 9, 12. pertinet ad radicem סוּר. שׂ & ס alternantibus. Hiphil הֵשִׂיר *Principem fecit, conſtituit* הֵשִׂירוּ *Principes fecerunt, conſtituerunt*, Hoſ. 8, 4.

שַׂר m. *Princeps*, (-) pro (ָ) in Singulari alternante; niſi referre malis ad שָׂרַר, formæ גַּל, rad. גָּלַל, quia quieſcentibus *ſecunda* & *tertiâ* (ָ) eſt proprium, geminantia *ſecundam* autem (-) habere ſolent. שַׂר צְבָאוֹ *Princeps* exercitus ejus, Gen. 21, 22. וַיְהִי עֲלֵיהֶם לְשָׂר Ut eſſet ſuper eos *Princeps*, 1.Sam. 22, 2. ubi eſt (ָ) ob accentum Dominum. Plur. שָׂרִים *Principes*, Num. 21, 18. In Statu conſtr. שָׂרֵי פַרְעֹה *Principes* Pharaonis, Gen. 12, 15. שָׂרַי *Principes*, Jud. 5, 15. eſt Pluralis, ad formam Statûs Conſtructi Syrorum, perinde ut חַלּוֹנַי *Feneſtræ*, Jer. 22, 14. שָׂרֵינוּ *Principes* noſtri, Jer. 44, 17. שָׂרֵיהֶם *Principes* eorum, Jeſ. 3, 4.

1) Generatim notat *omnem eum, qui in eminentiâ conſtitutus eſt, & principatum ſuper alterum tenet.* 2) Speciatim α) tribuitur *Deo*, Dan. 8, 13. ubi dicitur *Princeps exercitûs cœleſtis*, Dan. 8, 25. ubi vocatur Princeps Principum; *Meſſiæ*, Jeſ. 9, 5. ubi dicitur *Princeps pacis*, in cujus manu eſt pax, & in ſuo merito pacem tum ſpiritualem, tum æternam confert. Inde β) cum tribuitur *Angelis*, tùm tribuitur *increato Angelo*, qui eſt *Princeps Angelorum & Dominus Dominantium*, Joſ. 5, 14. 15. ubi ſe vocat *Principem exercitus Domini*, Dan. 10, 13. c. 12, 1. ubi dicitur *Michael*; tùm *creatis, qui præ* cæteris aliqua præeminentia, ſive roboris, ſive auctoritatis, gaudent, Dan. 10, 13. γ) Tribuitur *Hominibus*, qui in eminentiâ ſunt conſtituti, auctoritate ſingulari pollent, & poteſtatem in alios ſibi ſubjectos gerunt; quales erant 1) *Principes exercitus*, quibus ſuberant Duces inferiores, Exod. 28, 21. 22. Talis ſummus exercitûs Princeps erat Abner, 1.Sam. 14, 50. c. 17, 55. Joab, 1.Reg. 1, 19. c. 11, 15. Amaſa, 2.Sam. 19, 14. Naeman, 2.Reg. 5, 1. Phichol, Gen. 21, 22. Siſera, Jud. 4, 7. 2) *Principes civitatum*, Stadthalter, 2.Chr. 29, 20. 3) *Principes Provinciarum*, 1. Reg. 20, 14. 4) *Principes tribuum*, 1. Chr. 27, 22. c. 28, 1. 5) *Principes familiarum.* 6) *Principes aliorum officialium*, e.g. ſatellitum,

Gen.

Digitized by Google

Gen. 37, 36. c. 39, 1. c. 40, 3. pocillatorum & piſtorum, Gen. 40, 2. 9. 16. Paſtorum, Gen. 47, 6. Evnuchorum, Dan. 1, 7. 9.

שָׂרָה f. *Princeps fœmina.* Cum י Paragogico שָׂרָתִי *Princeps*, Thren. 1. 1. Plur. שָׂרוֹת 1. Reg. 11, 3 Eſth. 1, 18. Cum Suff. חַכְמוֹת שָׂרוֹתֶיהָ תַּעֲנֶנָּה Sapientes *Principum* ejus, i. e. ſapientiſſima quæque Principum ejus reſpondebit ei, Jud. 5, 29. שָׂרוֹתֵיהֶם *Principes* eorum, Jeſ. 49, 23. Sæpius non legitur.

שָׂרָה f. *Sara;* nomen propr. *uxoris Abrahami, mulierem Principem* ſonans; ratio etymi habetur, Gen, 17, 18. Subſtitutum fuit in locum שָׂרַי.

שׂוֹרָה f. *Principale.* Semel legitur de tritico, Jeſ. 28, 25. חִטָּה שׂוֹרָה *Triticum principale*, i. e. præſtantiſſimum, nobiliſſimum.

מִשְׂרָה f. *Principatus, Imperium,* vide in שָׂרָה.

מְשׂוּרָה f. *Imperium,* vi etymi notat; *Menſura* autem ex uſu loquendi, forſan ſic dicta, *quod à ſuperiori* ſit definita, aut quod quaſi rerum dividendarum *Princeps ac Domina* ſit. Quater legitur, Lev. 19, 35. 1. Chron. 23, 29. Ezech. 4, 11. 16.

שׂוּשׂ *Gaudere, Hilarem* vel *Alacrem eſſe.* Conſtruitur vel abſolute, vel intervenientibus Præpoſitionibus ב, עַל. שָׂשׂ עַל־אֲבֹתֶיךָ Gaviſus eſt ſuper *Patribus* tuis, Devt. 30, 9. וְשַׂשְׂתִּי בְעַמִּי Et *gaviſus ſum* in populo meo, Jeſ. 65, 19. Infin. שׂוֹשׂ אָשִׂישׂ בַּיהוָה *Gaudendo gaudebo*, i. e. valde gaudebo in Domino, Jeſ. 61, 10. Fut. אָשׂוּשׂ *Gaudebo.* יְשֻׂשׂוּם *Gaudebunt* de illis, Jeſ. 35, 1. Hiphil הֵשִׂישׂ *Gaviſus eſt.* Fut. אָשִׂישׂ בַּיהוָה *Gaudebo* in Domino, Jeſ. 61, 10. Imper. שִׂישׂוּ *Gaudete*, Jeſ. 65, 18. pro הָשִׂישׂוּ, Præformativo ה per Aphæreſin ablato; Ita & Fœm. Sing. שִׂישִׂי *Gaude*, Thren. 4, 21.

1) Generatim notat *gaudere.* 2) Speciatim α) *propriè* ſignificat *voluptatem & delectationem in animo habere; ſentire gaudium non perfunctorium & exiguum, ſed magnum, ſolidum, intimè oblectans, & ſubinde externis geſtibus ſe prodens.* Ita dicitur de *oblectatione & gaudio intimo* miſerorum ſuper morte, Job. 3, 22. item piorum in Domino, tum in hoc ſeculo, Pſ. 35, 9. Pſ. 40, 17. Pſ. 70, 5. Jeſ. 61, 10. in lege Dei, Pſ. 119, 14. 162. in benefactis, Jeſ. 64, 4. Vid. Seb. Schmid. in h. l. ſuper glorioſo ortu Evangelii, Jeſ. 66, 10. tum beatorum in futuro ſeculo, Jeſ. 66, 14. Sed Thr. 1, 21. c. 4, 21. adhibetur de hoſtibus Judæorum ἐπιχαιρεκάκοις, qui impensè gaudebant & exultabant de excidio & interitu ipſorum. β) *Figuratè a*) per ἀνθρωποπάθειαν *Deo* tributum, denotat *gratuitum & propenſiſſimum erga ſuos favorem, & promtiſſimam erga eos beneficentiam*, quâ cum gaudiô omnis generis bona iis confert, & de iis lætatur, ſicut homo de rebus ſibi charis lætari ſolet, Devt. 28, 63. c. 30, 9. Jeſ. 62, 9. c. 65, 19. Jer. 32, 4. Zeph. 3, 17. *b*) *Metonymice* deſignat *alacritatem ad agendum*, quæ lætitiæ effectus aut comes eſt. Ita dicitur de *alacritate* equi ad cur-

itized by Google

curſum Job. 39, 24. & ſolis abs ulla mora aut digreſione facientis ſuum a Deo injunctum munus. Pſ. 19, 6.

שָׂשׂוֹן m. *Gaudium.* קוֹל שָׂשׂוֹן Vox *gaudii*, i. e. gaudentium. Jer. 7, 34. In Statu conſtr. שְׂשׂוֹן לִבִּי *Gaudium cordis mei.* Pſ. 119, 111.

1) Generatim notat *gaudium & oblectationem* 2) Speciatim α) *propriè* notat *affectum animi*, quo de bono, quo potiti ſumus, lætamur atque exultamus. Ferè autem ejusmodi *gaudium* deſignat, *quod eſt intimè oblectans, & ſubinde geſtibus externis ſe prodit.* Ita dicitur de *maximo & intimo gaudio* Iſraelitarum ex Ægyptiaca ſervitute eductorum Pſ. 105, 43, morti præſentisſimæ ereptorum, Eſth. 8. 16. 17. ex captivitate Babylonica reducum, Jeſ. 35, 10. ubi ſub typo graphice deſcribitur gaudium piorum tempore N. T. Jeſ. 51, 3. beatorum, Jeſ. 51, 11. Sed Jeſ. 22, 13. dicitur de *gaudio & oblectatione* hominum epicuræorum, ut ſimul indigitetur *objectum* hujus ipſorum gaudii, nempe edere & bibere, dum vivitur. Quando combinatur cum שִׂמְחָה, innuitur gaudium conſtans ac multiplex, ut Jeſ. 22, 13. c. 35, 10. β) *Metonymicè* 1) notat *cauſam & materiam gaudii, oblectationis* ſeu *id, de quo homo intime lætatur & exultat* Pſ. 51, 10. Pſ. 119. 111. Jer. 15, 16. conf. Joel. 1, 12. ubi *gaudium exaruiſſe* dicitur, quia frumenti & vini copia perierat, ex qua *gaudium* capitur. Pſ. 45, 8. Jeſ. 61, 3. *Oleum gaudii* eſt *id, quod exhilarat.* 2) *Hominem impenſè lætantem & exultantem,* Jer. 7, 34. c. 16, 9. c. 25, 10.

מָשׂוֹשׂ m. *Gaudium.* Jeſ. 32, 13. In Statu conſtr. מְשׂוֹשׂ הָאָרֶץ *Gaudium* terræ. Jeſ. 24, 11. Cum Suff. קִרְיַת מְשׂוֹשִׂי Urbs *gaudii* mei, i. e. urbs, in qua habitare gaudebam. Jer. 49, 25.

1) Generatim notat *gaudium & oblectationem.* 2) Speciatim α) *propriè* deſignat *affectum animi,* quô de bono, quod conſecuti ſumus, ſvaviter lætamur. Dicitur autem de gaudio intimô ac mirè oblectante ſponſi, Jeſ. 62, 5. quod excitatur tympanorum ſtrepitu & cithararum ſvavi modulatione, Jeſ. 24, 8. & in corde ſvavisſime ſentitur, Thren. 5, 15. β) *Metonymice* 1) notat *cauſam & materiam gaudii,* ſeu *id, quod gaudium cauſat, & de quo quis gaudet,* Pſ. 48, 3. Thren, 2, 15. Jeſ. 24. 11. c. 32, 14. Jer. 49, 25. Hoſ. 2, 11. 2) *Lætum, hilarem,* Jeſ. 65, 18.

שָׂחָה *Natavit.* Ter legitur. Particip. cum Infin. כַּאֲשֶׁר יְפָרֵשׂ הַשֹּׂחֶה לִשְׂחוֹת Sicut expandit *natans* ad *natandum.* Jeſ. 25, 11. Hiphil הִשְׂחָה *Natare fecit.* Fut. אַשְׂחֶה *Facio, ut natet,* i. e. madefacio. Pſ. 6, 7.

שָׂחוּ m. *Natatio.* Semel legitur Ezech. 47, 5. מֵי שָׂחוּ Aquæ *natationis,* quæ ob altitudinem tranſiri pede non poterant, unde natando eas trajicere neceſſe erat. Vid. R. Salomon in h. l.

שָׂחַט *Expreſſit ſuccum* vel *humorem propriè.* Semel legitur in Fut, וָאֶשְׂחַט אֹתָם *Et expresſi* eas (uvas) Gen. 40, 11.

שָׂחִיף

שחיף m. *Tectorium.* Semel legitur Ezech. 41, 16. שחיף עץ *Tectorium* ligni, i. e. ligneum.

שחק *Riſit*, *Luſit*, *Lætus eſt*, *Deriſit*, *Irriſit*, *Subſannavit.* Conſtruitur cum ב, ל, אל vel על. שחקו עלי צעירים *Derident* me parvi, Job. 30, 1. Inf. בשחוק In *ludere*, i. e. cum luderet, Job. 16. 27. Fut. אשחק *Riſero*, Job, 29, 24. Piel שחק *Riſit*, *Deriſit.* ושחקתי לפני יהוה Et *ludam* coram Domino, 2. Sam. 6, 21. Part. משחק *Ludens*, Prov. 26, 19. Plur. בסוד משחקים In *conſilio* illuſorum, Jer. 15, 17. Hiphil השחיק *Deriſit.* Part. משחיקים עליהם *Deridentes* eos, 2. Chron. 30, 10.

1) Generatim cenſetur deſignare *alleviationem*, ſive *riſu*, ſive *luſu* factam. Unde 2) Speciatim *α*) transfertur ad *riſum*, tàm in *bonum*, quàm in *malum.* Ita 1) notat *ridere*, connotatâ *oblectatione* & *lætitia*, unde enaſcitur, vel quam adjunctam habet, Eccl. 3, 4. item Pſ. 52, 8. ubi pii ob bonæ cauſæ triumphum intimè exhilarati ridere dicuntur; nec non Job, 5, 22. Prov. 31, 25, ubi *Jobus & animoſa fœmina* adverſus mala imminentia dicuntur *ridere*, h. e. ſe hilares, alacres adque intrepidos exhibere. 2) *Irridere*, *Deridere*, *Subſannare.* Ita tribuitur *a*) *propriè hominibus*, qui ſarcaſticè derident atque deſpiciunt, vel alium hominem, Job. 29, 24. c. 30, 1. vel rem, Hab. 1, 10. b) *Figuratè* tribuitur 1) *bruto animanti* e. g. alaudæ equum & equitem deridenti, h. e. eorum conatus eludenti & vanos reddenti Job. 39, 21. item *Leviathani*, nil curanti homines, omnes vires cum lanceis in ipſum intendentes, Job. 41, 20. 2) *Deo* frivolos hominum conatus & conſilia contemnenti, eludenti atque diſſipanti Pſ. 2, 4. Pſ. 37, 13. Pſ. 59, 9. Conf. Prov. 1, 26. ubi ſapientia impiis comminatur *ipſorum contemtum*, *in adverſitatibus rejectionem*, *omniuque ſolatii denegationem.* *β*) Transfertur ad *luſum*, ubi ex hilaritate adhibentur hilares geſtus, ſermones & actiones ad oblectationem & hilaritatem in aliis excitandam, ſive *luſus* ſit *honeſtus & ſacer*, ſive *ludicrus* ac *profanus.* Hinc notat *ludere*, tribuiturque a) *hominibus* e. g. pueris & puellis in plateis verſantibus, Zach. 8, 5. militibus manus conſerentibus & gladiis dimicantibus, 2. Sam. 2, 14. item iis, qui fidibus, aliisque inſtrumentis muſicis ludebant e. g. Mulieribus ſub ingreſſum Davidis Victoris 1. Sam. 18. 7. Davidi arcam Dei in urbem ſuam deducenti, 2. Sam. 6, 5. 21. 1. Chron. 13, 8. c. 15, 29. liberatis, Jer. 30, 19. c. 31, 4. Huc refert Seb. Schmidius luſum Simſonis riſum movere coacti, Jud. 16, 27. b) *Animantibus brutis*, per Metaphoram e. g. feræ agri, Job. 40, 15. 20. Leviathani, Pſ. 104, 27. c) *Sapientiæ æternæ & hypoſtaticæ*, nempe Filio Dei, ad deſignandam ipſius ſuaviſſimam & ſummè amabilem operationem, quam edit tum coram Patre, Prov. 8, 30. tum in orbe terrarum inter creaturas, maximè homines, Prov. 8, 31.

שחוק שחק m. *Riſus*, *Deriſio*, *Luſus.* ימלא שחוק פינו Implebitur *riſu*

os noſtrum. Pſ. 126, 1. שְׂחוֹק הַכְּסִיל *Riſus* ſtulti, Eccl. 7, 7. וְהָיָה לְשְׂחוֹק Et erit in *riſum*, *deriſionem*, i. e. deridebitur, Jer. 48, 26.

1) Generatim *alleviationis* notionem participare cenſetur. 2) Speciatim *α*) notat *riſum*, *gaudii* ſymbolum. Ita dicitur de *riſu piorum*, gaudii cordis, exoptatiſſimique & lætiſſimi ipſorum ſtatûs indice, Job. 8, 21. Pſ. 126, 1. de *riſu carnali & vano*, mundi gaudium & delicias complectente, Prov. 14, 13, Eccl. 2, 2. c. 7, 3. de *effreni ac inordinato ſtultorum gaudio ac cachinno*, Eccl. 7, 6, 7. ex ciborum aut vini deliciis oriundo, Eccl. 10, 19. *β*) Significat *deriſionem*; Sed ita in ſcriptura fere *Metonymicè* adhibetur, indigitans *objectum* vel *materiam deriſionis*, Job. 12, 4. Jer. 20, 7. c. 48, 26. 27. 39. Thren. 3, 14. *γ*) Denotat *luſum*, 1. Prov. 10, 23.

מִשְׂחָק m. *Riſus*, *Deriſio*. Semel legitur, ſed *Metonymicè objectum* ſeu *materiam riſus* vel *deriſionis* deſignans. Hab. 1, 10. וְרֹזְנִים מִשְׂחָק Et Dominatores erunt riſus ei, i. e. erunt ipſi *materia riſûs*, *deriſionis*.

שָׂטָה *Declinavit*, *Deflexit*. אִם לֹא שָׂטִית טֻמְאָה Si non *declinaſti* ad impuritatem, Num. 5, 16. Fut. אַל־יֵשְׂטְ אֶל־דְּרָכֶיהָ לִבֶּךָ Ne *declinet* ad vias ejus cor tuum, Prov. 7, 25. pro יִשְׂטֶה, 1) per Apocopen ה reſecto, 2) (:) Sub שׂ, quia ſequitur ט, retento, & ideo ſub ט (:) poſito, 3) (.) Sub Præformativo in (..) mutato. Imper. שְׂטֵה מֵעָלָיו *Declina ab ea*, ut non ſis amplius ſuper ea. Prov. 4, 15.

1) Generatim notat *declinationem & deflexionem*, connotato *termino à quo & ad quem*. 2) Speciatim *α*) notat *declinare & divertere à via ad viam*, e. g. à via recta ad viam malam, Prov. 7, 25. à via malorum ad viam rectam, Prov. 4, 15. *β*) *Declinare à ſtatione uxoris legitima* ſeu *à thoro legitimo* ad *thorum prohibitum*, Num. 5, 12. 19. 20. 29. Sæpius non legitur.

שֵׂט m. *Declinans* à via recta; Forma בֵּן *Filius*. Occurrit ſaltem in Plurali,

שֵׂטִים *Declinantes*. Ita dicitur Hoſ. 5, 2. de *Apoſtatis*, qui toto corde & in univerſum à Deo veræque religionis via *declinarunt*. Sed Pſ. 101, 3. legitur סֵטִים literis ס & שׂ alternantibus; עֲשֹׂה־סֵטִים Facere i. e. facinora *declinantium*, qui nolunt legis divinæ viæ inſiſtere, ſed modò huc, modò illuc deflectunt. Sæpius non legitur.

שֵׂטִים *Declinantes*, vide in שׂוּט

שָׂטַם *Odit*, *Odio habuit*, *proſecutus eſt*; *Infenſus fuit*, *Infeſtavit*, *ſummo ſtudio atque conatu adverſatus eſt*. Fut. וַיִּשְׂטֹם עֵשָׂו אֶת־יַעֲקֹב Cæterum *odio habuit* Eſavus Jacobum, Gen. 27, 41. יִשְׂטְמֵנוּ *Odio proſequetur* nos, Gen. 50, 15.

1) Generatim notat *aliquem odiſſe*. 2) Speciatim *α*) propriè ſignificat *odiſſe animo & affectu*, *gravi odio aliquem proſequi & averſari*, Gen. 27,

Digitized by Google

27, 41. c. 50, 15. Pſ. 55, 4. β) Metonymicè notat *ex odio, ſummo ſtudio atque conatu alicui adverſari*, Gen. 49, 23. Huc ſuo modo refer Job. 16, 9. c. 30, 21. ubi Jobus conqueritur de *odio Dei erga ſe*; non enim intelligi debet de affectu odii, ſed de opere plagæ ipſi immiſſæ, quod odii alicujus ſignum videbatur eſſe. Sæpius non legitur.

מַשְׂטֵמָה f. *Odium magnum*. Bis legitur Hoſ. 9, 7. 8.

שָׂטַן *Odit, ſummopere & odio acerbo proſecutus eſt, omni ſtudio atque conatu adverſatus eſt*, ut in judicio Accuſator. Part. שֹׂטְנֵי נַפְשִׁי *Acerbo odio proſequentes* animam meam, Pſ. 71, 13. שֹׂטְנַי *Oſores, Adverſarii mei magni*, Pſ. 109, 20. 29. Infin. לְשִׂטְנוֹ *Ad adverſandum ei omni ſtudio atque conatu*, Zach. 3, 1. Fut. יִשְׂטְנוּנִי *Summopere adverſantur mihi*, Pſ. 38, 21. Pſ. 109, 4. Sæpius non legitur.

שָׂטָן m. *Satanas, Adverſarius*. וַיָּקֶם אֱלֹהִים לוֹ שָׂטָן Inſuper excitavit illi Deus *Adverſarium*, 1. Reg. 11, 23. יָצָאתִי לְשָׂטָן Exivi in *adverſarium*, Num. 22, 23.

1) Generatim notat *adverſarium*. 2) Speciatim α) notat *hominem*, qui alterum acerbo odio proſequitur, omni conatu ipſi adverſatur, ipſumque quovis modo lædere ſatagit, 1. Sam. 29, 4. 2. Sam. 19, 23. 1. Reg. 5, 4. c. 11, 14. 23. 25. β) *Angelum aliis adverſantem*, tum *bonum*, Num. 22, 22. 32. tum *malum*, ſeu *Diabolum*, qui acerbiſſimo odio homines proſequitur, ſummo ſemper ipſis ſtudio adverſatur, & quocunque modo nocere laborat, 1. Chron. 21, 1. Job. 1, 6. 8. c. 2. 1. Pſ. 109, 6. Zach. 3, 1. 2.

שִׂטְנָה f. *Adverſatio, Accuſatio*. Semel legitur, Eſr. 4, 6.

שִׂיג m. *Inſectatio*. Semel occurrit 1. Reg. 18, 27. vide in נָשַׂג.

שִׂיחַ *Virgultum, Frutex*, Gen. 2, 5. Plur. שִׂיחִים *Virgulta, Frutices*, Job. 30, 7. Vide in Rad. שׂוּחַ.

שָׂכָה *Adſpexit, Proſpexit, Perſpexit, Imaginatus eſt, Cogitavit*, apud Chaldæos.

שְׂכִיָּה f. *Imago, Pictura, Spectaculum*. Tantum extat in plur. Jeſ. 2, 16. שְׂכִיּוֹת הַחֶמְדָּה *Imagines* deſiderii, i. e. deſideratiſſimæ; vel juxta Coccejum: *Spectacula* jucunda.

שֶׂכְוִי m. *Intellectus* ſeu *Mens*, ſic dicta, quod cuncta *perſpiciat & cognoſcat*. Sic ſaltem legitur Job. 38, 36. מִי נָתַן לַשֶּׂכְוִי בִינָה Quis dedit *intellectui* ſeu *menti* intelligentiam. Talmudiſtæ apud R. Salomonem per שֶׂכְוִי intelligunt Gallum gallinaceum. Sed melius interpretantur R. Aben-Eſra & R. Levi ben. Gerſon *cor* vel *intellectum*.

מַשְׂכִּית f. Imago, Effigies, Figura; Imaginatio, Speculatio, Cogitatio. וְאֶבֶן מַשְׂכִּית Et lapis imaginis, i. e. figuratus, Lev. 26, 1. Plural. מַשְׂכִּיּוֹת Imaginationes, Pſ. 73, 7. מַשְׂכִּיֹּתָם Effigies ipſorum, Num. 33, 52.

1) Generatim notat *quamcunque imaginem*. 2) Speciatim α) notat *ima-*

imaginem externam ac viſibilem, tùm *idololatricam,* Lev. 26, 1. Num. 33, 52. Ezech. 8, 12. tum *aliam*, e. g. effigiem *concham*, aut aliud *receptaculum* repræſentantem, cui mala citria ſeu cydonia imponi queunt, Prov. 25, 11. β) Notat *imaginem internam, in mente per conceptus formatam,* h. e. *imaginationem, cogitationem,* quæ eſt imago rei externæ, Pſ. 73, 7. Prov. 18, 11.

שָׂכַךְ *Operuit, Texit, Obtexit* וְשַׂכֹּתִי אַפִּי עָלֶיךָ Et *obtegam* manum meam ſuper te, Exod. 33, 22. Piel שִׂכֵּךְ *Texit.* Fut. וּבַעֲצָמוֹת וְגִידִים תְּשֹׂכְכֵנִי Et oſſibus atque nervis *obtexiſti* me, Job. 10, 11. Vid. Pagnin. Tremellius & Buxtorff. Sed quia oſſa & nervi non ſunt tegumentum hominis; inde Mercerus & alii referunt ad שׂוּךְ quod non ſolum ad *ſepes*, ſed etiam ad *domos ex lignis conſtructas* pertinere cenſet Seb. Schmid. in h. l. Neque inconcinnè. Nam *oſſa corpus ſuſtinent ſicut ligna, ſua ſoliditate: nervi autem continent, ſicut eadem ligna, ſed ſua compage, ſuoque nexu.* Inde Schmidius interpretatur: *Et oſſibus atque nervis compegiſti me.*

שׂךְ m. *Sepes.* שֻׂכּוֹ *Sepem* ejus, Thren, 2. 6. Forma eſt ex שָׂכַךְ, ſed ſignificatio à שׂוּךְ

שָׂכַל *Interfecit, Secundatus eſt, prudenter egit.* שָׂכַל דָּוִד מִכֹּל־עַבְדֵי שָׁאוּל *Prudenter egit* David præ omnibus ſervis Saul, 1. Sam. 18, 30. Piel שִׂכֵּל *Intelligere fecit, Prudentiam dedit, intelligenter, ſcitè & conſultò egit.* שִׂכֵּל אֶת־יָדָיו *Intelligere fecit manus ſuas*, i. e. ſciens, conſulto & de induſtria direxit manus ſuas, ut ſitum capientes veritati convenientem & inde ducentes eventum conſentaneum, Gen. 48, 14. Hiphil הִשְׂכִּיל *Intellexit, intelligentiam habuit, intelligentiâ uſus vel peritus eſt, intelligentiâ imbutus eſt, intelligens factus eſt, animadvertit, Attendit, Animum advertit;* Tranſitive *intelligentiâ imbuit, Informavit; Secundatus eſt*, & Tranſitive *Secundavit.* וְהִשְׂכִּיל Et *proſperetur*, Jer. 23, 5. מִכָּל־מְלַמְּדַי הִשְׂכַּלְתִּי Præ omnibus Doctoribus meis *intelligens* factus ſum, Pſ. 119, 99. Part. בֵּן מַשְׂכִּיל Filius *intelligens*, Prov. 10, 5. Infin. מֵהַשְׂכִּיל לִבֹּתָם Ab *intelligere*, i. e. ut non intelligant, non utantur ratione eorum corda, Jeſ. 44, 18. Fut. וּכְסִילִים מָתַי תַּשְׂכִּילוּ Et *ſtolidi* quando ratione utemini, ſapietis? Pſ. 94, 8.

1) Generatim *intentum animum ac ſtudium ſollicitum*, ferè *cum felici rerum eventu conjunctum* deſignat. 2) Speciatim α) *propriè* a) importat *attentionem*, notans *ad aliquid probè attendere*, vel *animum advertere*, connotato *ſtudio illud intelligendi, diſcendi, obſervandi, rationem & curam ejus habendi*, &c. Ita dicitur *non ſolum* de eo, qui attendit ad *verbum divinum*, Neh. 8, 13. Prov. 16, 20. Dan. 9, 13. mirabilia Dei, Pſ. 106, 7. Sed etiam de eo, qui commiſeratione ductus attendit ad afflictum, curâ & ſtudio ei ſubveniendi, Pſ. 41, 4. b) Involvit *intelligentiam*, & quidem 1) *intranſitive*, ut idem ſit ac *intelligere probe; animo bene percipere, ſollicitè cognoſcere*, Gen. 3, 6. Devt. 32, 29. Job. 34, 27. Jeſ. 41, 20. Dan. 9, 25. Vid. Pſ. 14, 2. ubi importat *veram Dei rerumque divi-*

divinarum cognitionem, Prov. 15, 24. ubi dicitur de eo, cui in mente affulſit lux cognitionis tùm *Dei*, tùm *ſui ipſius, quique, quid verè bonum ſit*, quodammodo *intelligit*; Item *intellectu*, vel *ratione uti ſana*, Pſ. 2, 10. Pſ. 94, 7. 2) *Tranſitivè*, ut notet *intelligere facere, intelligentiam communicare, intellectum dare, informare, erudire*, Neh. 9, 20. Pſ. 32, 8. Pſ. 101, 2. Prov. 16, 23. c. 21, 12. Dan. 9, 22. conf. Dan. 11, 33. & c. 12, 3. ubi per מַשְׂכִּילִים intelliguntur *ii, qui notitiâ rerum divinarum imbuti, aliis ſuam notitiam communicant*. Aliàs מַשְׂכִּיל eſt *titulus* Pſalmorum 32. 42. 44. 45. 52. 53. 54. 55. 74. 78. 88. 89. 142. deſignans *Pſalmos didaſcalicos*, quibus Pſaltes alios erudire voluit. 2) Indigitat *prudentiam*, notans *prudentem eſſe, prudentiam adhibere, prudenter & conſulto agere*; Ita dicitur de *Meſſia* Collectore & Ductore Eccleſiæ, Jeſ. 52, 13. de Rege 1. Reg. 2, 3. de Duce bellico Joſ. 1, 7. 1. Sam. 78, 30. de *ſervo* res ſuas prudenter & ſolerter obeunte, Prov. 14, 35. c. 17, 2. de coercente labia, Prov. 10, 19. conf. Job. 22, 2. ubi dicitur de prudenti juſtitiæ exercitio. β) *Metonymicè* deſignat *felicem rerum eventum atque bonum ſucceſſum*; quia, qui *intentum animum, ſollicitum ſtudium atque decentem prudentiam adhibet, ei feliciter cedunt omnia*. Ita ſumtum 1) intranſitivè notat *feliciter agere, felicem eſſe, ſucceſſus proſperos habere, proficere*, Joſ. 1, 8. Jer. 23, 5. conf. Dan. 1, 4. ubi dicitur de proficientibus in omni ſapientia. 2) Tranſitivè ſignificat *felicitare, ſecundare, promovere ad proſperos ſucceſſus*, Dev. 29, 8.

שֶׂכֶל *Intellectus, Mens, Intelligentia, Prudentia, Senſus*. וְהָאִשָּׁה טוֹבַת שֶׂכֶל Quæ fœmina proba *intellectu, indole*, 1. Sam. 25, 3. וְשׂוֹם שֶׂכֶל Et propoſuerint *ſenſum*, Neh. 8, 8. יוֹעֵץ בְּשֶׂכֶל Conſiliarius cum *prudentia*, i. e. prudens, 1. Chron. 16, 14. לִבָּם צָפַנְתָּ מִשָּׂכֶל Cor ipſorum abſcondiſti ab *intelligentia*, i. e. ut non intelligeret, Job. 17. 4. Sæpius non legitur.

שֵׂכֶל m. *Intellectus, Mens, Intelligentia, Sapientia, Prudentia*. יִתֶּן־לְךָ יְהוָה שֵׂכֶל וּבִינָה Dabit tibi Dominus *intellectum* & intelligentiam, 1. Chron. 22, 12. לְפִי שִׂכְלוֹ יְהֻלַּל אִישׁ Iuxta *intellectum* ſuum laudatur vir, Prov. 12, 8.

1) Generatim notat *intellectum*, ſive deſignet *facultatem animæ*, ſive *operationem mentis*. Unde 2) Speciatim α) notat *intellectum*, prout dicit *facultatem, qua quis perſpicax eſt in rebus cognoſcendis, in dijudicandis dubiis, in inveniendis conſiliis, in dirigendis arduis* &c. Prov. 12, 8. Dan. 8, 25. β) Denotat *intellectus* ſeu *mentis habitus & operationes*, e. g 1) *Sapientiam*, quæ ex eloquiis eluceſcit, Prov. 23, 9. 2) *Intelligentiam bonorum ac ſalutarium*, Prov. 3, 4. dexteram rerum divinarum & humanarum cognitionem & comprehenſionem, qualis fuit in Salomone, 1. Chr. 22, 12. 2. Chron. 2, 11. in Levitis 2. Chron. 30, 22. & enaſcitur ex timore Domini, Pſ. 111, 10. Confer. Prov. 13, 15. c. 16, 12. c. 19, 11.

שִׂכְלוּת

שִׂכְלוּת f. *Stultitia*, ſeu *fatua levitas*, in vanis ſe oblectans, verumque bonum inſtar puerorum parum curans, quæ auctorem ſuum fruſtratur, & tandem manifeſtæ ſtultitiæ arguit, Eccl. 1, 17. pro סִכְלוּת, literis ש & ס alternantibus. Unde ſpectat ad rad. סָכַל *Stultum reddidit*.

הַשְׂכֵּל m. *Intellectus*, *Intelligentia*, *Prudentia*. Eſt infinitivus nominaſcens. לָקַחַת מוּסַר הַשְׂכֵּל Ad capiendam eruditionem *intellectus*, Prov. 1, 3. וּדְבָרָיו לֹא בְהַשְׂכִּיל Et verba ejus non ſunt cum *intelligentia*, Job. 34, 35. ubi litera י eſt epenthetica.

1) Generatim dicit *intellectum*, qualicunque demum ſumatur ratione. 2) Speciatim *α*) deſignat *intellectum*, tùm pro *facultate animæ* ſumtum, quô homo res propoſitas ritè cognoſcit, ne falſum pro vero & malum pro bono arripiatur, Prov. 1, 3. tum pro *habitu* & *perfectione ei ſuperaddita* acceptum, prout indigitat *ingenii acumen*, *ſagacitatem mentis in eliciendis abſtruſis*, *dexteritatem in apprehendendo*, *communicando*, *applicando*, Dan. 1, 17. *β*) Notat *intellectûs* operationem, intelligentiam rerum e. g. ſpiritualium, Jer. 3, 15. *γ*) Meton. notat *objectum intellectûs*, *verbum* ſcilicet *Dei*, Prov. 21, 16. quod ipſum erudit.

מַשְׂכִּיל m. *Informans*, *Erudiens*; eſt Participium in Hiphil. Ter decies in titulis Pſalmorum legitur, notans *Pſalmum Didaſcalicum*, qui aperit intellectum &c. vide ſupra p. 1313.

שָׂכַן *Gladios fecit*, apud Arabes; Inde

שַׂכִּין m. *Gladius*, *Culter*. Semel legitur Prov. 23, 2.

שָׂכַר *Mercede conduxit*, *Mercedem dedit*. שְׂכָרוֹ *Mercede conduxit eum*, Neh. 6, 12. Part. שֹׂכְרִים *Mercede conducentes*, 2. Chron. 24. 12. Sed Eſr. 4, 5. per alternationem literarum ש & ס eſt סֹכְרִים. Infin. שָׂכֹר שְׂכַרְתִּיךָ *Mercede conducendo conduxi te*, Gen. 30, 16. Infin. לִשְׂכֹּר Ad *Merede conducendum*, 1. Chron. 19, 7. Niphal נִשְׂכַּר *Mercede conductus eſt*, 1. Sam. 2, 1. בַּלֶּחֶם נִשְׂכָּרוּ Pro pane *conducti ſunt*, 1. Sam. 2, 5. Hithpael הִשְׂתַּכֵּר *Mercedem lucratus eſt*; *Mercedem operæ reportavit*. Particip. bis legitur Hagg. 1, 6. מִשְׂתַּכֵּר *Mercedem lucrifaciens*.

1) Generatim *mercedis* notionem, prout vel *datur*, vel *accipitur*, involvit. 2) Speciatim *α*) in *Kal* & *Niphal* eſt *mercede conducere ad certum laborem*, vel *officium & functionem*, Gen. 30, 16. Devt. 23, 5. Jud. 9, 4. c. 18, 4. 2. Sam. 10, 6. 1. Chron. 19, 6. 7. 2 Reg. 7, 6. Neh. 6, 12. 13. Eſr. 4, 5. 2. Chron. 24, 12. c. 25, 6. Jeſ. 46, 6. *β*) In Hithpael eſt *mercedem accipere*, *reportare*, *lucrifacere*, Hagg. 1, 6.

שָׂכָר m. *Merces*. שָׂכָר טוֹב בַּעֲמָלָם *Merces* bona in labore eorum, Eccl. 4, 9. In Statu conſtr. שְׂכַר שָׂכִיר *Merces* mercenarii, Devt. 15, 18. שְׂכָרְךָ הַרְבֵּה מְאֹד *Merces* tua multa valde. Gen. 15, 1.

1) Ge-

1) Generatim notat *quamcunque compenſationem*, ſive ſit debita & promerita, ſive indebita & gratuita. 2) Speciatim α) ſtrictè notat *mercedem*, quæ eſt juſta, æquivalens & debita laborum indebitorum compenſatio, & dicitur aliàs *merces juſtitiæ*, Gen. 30, 32. c. 31, 8. Exod. 2, 9. Devt. 15, 18. c. 24, 15. Mal. 3, 5. β) *Præmium & beneficium gratuitum*, quod eſt compenſatio gratioſe & liberaliter citra ullum prævium meritum facta, & dicitur aliàs *merces gratiæ & liberalitatis*, Pſ. 127, 3. Vid. Jeſ. 40, 10. c. 76, 11. ubi notat *beneficium gratuitum*, quod Meſſias paſſione & morte ſua nobis promeruit. γ) *Tropice* 1) *Deus* ſe vocat *mercedem Abrahami*, quia erat is, à quo ampliſſimam mercedem in hac & futura vitâ ex gratia accepturus erat, Gen. 15, 1. δ) Denotat *viciſſitudinem & mutationem ſtatûs lætam & exoptatam*, quæ eſt eorum, qui peracto labore mercedem accipiunt & reportant, Jer. 31, 17.

שָׂכִיר m. *Mercenarius*, Exod. 22, 14. Lev. 19, 13. כִּימֵי שָׂכִיר Sicut dies *mercenarii*, i. e. dies tædii ac moleſtiæ pleni, Job. 7, 1. c. 14, 6. In Statu conſtr. כִּשְׂכִיר שָׁנָה בְּשָׁנָה Sicut *mercenarius* anni in anno i. e. annuus, Lev. 25, 53. Plur. cum Suff. שְׂכִירֶיהָ *Mercenarii* ejus, Jer. 46, 21. Fœm. בְּתַעַר הַשְּׂכִירָה Per novaculam *mercenariam*, Jeſ. 7, 20.

שֶׂכֶר m. *Merces*. Semel legitur Prov. 11, 18. שֶׂכֶר אֱמֶת *Merces veritatis*, i. e. bonum verum ac conſtans, quod verè meretur nomen præmii aut fructus. Vid. Geier. in h. l.

מַשְׂכֹּרֶת f. *Merces*. Quater legitur cum Suff. מַשְׂכֻּרְתִּי *Merces mea*, Gen. 31, 7. 41. הַגִּידָה לִּי מַה־מַּשְׂכֻּרְתֶּךָ Indica mihi, quæ *merces* tua eſſe debeat, Gen. 29, 15. וַתְּהִי מַשְׂכֻּרְתֵּךְ שְׁלֵמָה Sitque *merces* tua plena, Ruth. 2, 12.

שְׂלָו f. *Coturnix*; deducitur à שָׁלָה *Tranquillus, Securus fuit*, tùm, quia coturnix in agro *ſecura* cantu aſſiduo ſe prodit, & caveæ incluſa, *ſecurè* ſurſum volat, neglecto caveæ lacunari; tùm, quia cantus longis intervallis diſtinctis præ aliis *tranquillus* eſt, & tranquilla quoque in agro ſtat utplurimum. Vid. Guſſ. Nec obſtat literarum diverſitas, quia שׂ & שׁ quandoque alternare ſolent. ה in ו tranſiit, perinde ut in שָׁלֵו *Tranquillus*. Ter legitur in Singulari Pſ. 108, 40. Exod. 16, 13. Num. 11, 31.

שַׂלְמָה f. *Veſtis*. Coincidit cum שִׂמְלָה, quod vide. וְהוּא מִתְכַּסֶּה בְּשַׂלְמָה חֲדָשָׁה Cum ille eſſet tectus *veſte* nova, 1. Reg. 11, 79. In Statu conſtr. שַׂלְמַת רֵעֶךָ *Veſtis* ſocii tui, Exod. 22, 25. Cum Suff. בְּשַׂלְמָתוֹ In *veſtimento* ſuo, Devt. 24, 13. Plur. שַׂלְמוֹת *Veſtes*, Joſ. 9, 5. Cum Suff. שַׂלְמוֹתֵינוּ *Veſtes* noſtræ, Joſ. 9, 13. לֹא בָלוּ שַׂלְמֹתֵיכֶם Non inveterarunt *veſtes* veſtræ, Devt. 29, 5.

שְׂמֹאל *Siniſtra*, vide in שמל.

Digitized by Google

שָׂמַח *Gaviſus, Lætatus eſt, Lætus, Hilaris fuit*, vel *factus eſt. Metaphoricè, Claruit, Luxit*, Prov. 13, 9. Conſtruitur cum particulis בּ, עַל, אֶל, מִן, לְ, *Objectum lætitiæ* indigitantibus. Interdum pro (–) ſub ſecunda radicali eſt(..) שָׂמֵחַ Prov. 29,3. שָׂמַח לִבִּי *Lætatur cor meum*, Pſ. 16, 9. Fut. אֶשְׂמַח בַּיהוָה Lætabor in Domino, Pſ. 104, 34. תִּשְׂמְחִי Lætabimini, juxta Maſorethas, Jer. 50, 11. Sed Autor literarum intendit תִּשְׂמְחִי *Lætaberis*, ſcil. Babel. Conſentientem habeo R. D. Kimchium, qui interpretatur כנגד בבל, Par ratio eſt ſequentium verborum. נָגִילָה וְנִשְׂמְחָה בִּישׁוּעָתוֹ Exultemus & *lætemur* in ſalute ejus, Jeſ. 25, 9. Piel שִׂמַּח *Exhilaravit, Lætificavit, Lætitiâ affecit*. וְשִׂמַּח אֶת־אִשְׁתּוֹ Ut *lætificet* uxorem ſuam, Devt. 24, 5. שִׂמְּחָם יְהוָה Lætitia affecit eos Dominus, 2. Chron. 20, 27. Infin. שַׂמֵּחַ שִׂמְּחָהוּ *Lætificando lætificavit* eum, i. e. impensè lætificavit eum, Jer. 20, 15. Fut. וְיַיִן יְשַׂמַּח לְבַב אֱנוֹשׁ Et vinum *lætificat cor* hominis, Pſ. 104, 15. Hiphil הִשְׂמִיחַ *Lætificavit, Gaudere faciet*. הִשְׂמַחְתָּ כָּל־אוֹיְבָיו *Gaudere feciſti* omnes inimicos ejus, Pſ. 89, 43.

1) Generatim indigitat *ſuavitatem & oblectationem*, quæ naſcitur ex perceptione rei bonæ, ſivè *verè*, ſive *apparenter* talis. 2) Speciatim α) *propriè* accipitur intranſitivè, in *Kal* notans *gaudere, lætari, hilarem eſſe*, connotatâ *gaudii vehementiâ & copiâ*. Ita dicitur 1) de *gaudiô effuſô piorum* in *Deo* omnis ſuavitatis, lætitiæ atque ſalutis fonte, Pſ. 9, 3. Pſ. 32, 11. Pſ. 63, 12. Pſ. 97, 12. Pſ. 104, 34. Joel. 2, 23. *coram Deo*, Lev. 73, 40. Devt. 12, 7. in *gratia & ope Dei*, Pſ. 31, 8. de *beneficiis divinis*, Devt. 26, 11. *ob adventum Meſſiæ*, Pſ. 17, 7. Jeſ. 9, 2. de *pœna impiorum*, Pſ. 5, 12. Pſ. 18, 11. 2) de *ingenti gaudio ſubditorum ſuper Rege*, 2. Chron. 23, 21. *Parentum* ſuper filio probo, Prov. 23, 24. 25. *preſſorum* ſuper auxilio contra hoſtes 1. Sam. 11, 9. 15. *aliorum* de felici ſucceſſu laborum & negotiorum, Lev. 23, 40. *hilariter & tranquille fruentium* bonis à Deo conceſſis, depulſis omnibus anxiis curis, Eccl. 3, 12. Confer Eccl. 11, 9. ubi deſignat *Juvenum gaudium* limitibus timoris Dei atque honeſtatis circumſcriptum: 3) de *gaudio illicito atque immodico hominum* ſuper opibus, Job. 31, 25. *ἐπιχαιρεκάκων* ſuper malô, infortuniô vel excidiô aliorum, Pſ. 35, 15. 19. 24. Pſ. 38, 17. Prov. 24. 17. Jeſ. 14, 29. vel c. 15, 2. Mich. 7, 8. Obad. 1, 12. *Tranſitivè* autem in *Piel*, & ſemel in *Hiphil* ſumitur, notans *lætum facere, lætitiâ afficere, exhilarare, lætificare*. Ita tribuitur 1) *Deo* homines depulſâ ærumnâ & triſtitiâ iterum exhilaranti, 2. Chron. 20, 27. Eſr. 6, 22. Neh. 12, 43. Jer. 31, 13. Pſ. 86, 4. 2) *Homini*, e. g. Filio probo exhilaranti Parentes, Prov. 10, 1. c. 29, 3. improbo malitiâ ſuâ Regem lætificanti, Hoſ. 7, 3. 3) *Rebus aliis*, e. g. verbo Dei, ſuavitate promiſſionum gratiæ divinæ, cor hominis oblectanti & exhilaranti, Pſalm 19, 9. *verbo bono & ſuavi* hominis anxietatem de corde pellenti. Prov. 12, 25. aliisque rebus intimè oblectantibus & efficaciter reficientibus, ut vino, Jud. 9, 13. Pſ. 104, 15. Eccl. 10, 19. unguento & ſuſti-

ſuffimento, Prov. 27, 9. β) *Metaphoricè* 1) *Deo* tributum notat ipſius *oblectationem* & *beneplacitum* in rebus creatis, Pſ. 104, 31. 2) *Luci* tributum, innuit ipſius claritatem & incrementum, Prov. 13, 9. unde etiam læta & proſpera *lucis* nomine deſignari ſolent.

שָׂמֵחַ m. *Lætus*, *Hilaris*, *Gaudens*. לֵב שָׂמֵחַ Cor *lætum*, Prov. 15, 13. Fœm. שְׂמֵחָה *Læta*, Pſ. 113, 9. Plur. שְׂמֵחִים Læti, 1. Reg. 1, 45. In Statu conſtr. שִׂמְחֵי לֵב *Læti* corde, Jeſ. 24, 7.

1) Generatim notat *lætum*, ſive res, de quâ lætatur, habeat rationem *boni veri*, ſive ſaltem *apparentis*. 2) Speciatim α) notat *lætum* de *re*, quæ habet rationem *boni veri*. Ita tribuitur *piis*, lætis de mirifica Dei bonitate & beneficiis eximiis, 1. Reg. 8, 66. 2. Chron. 7, 66. Pſ. 126, 3. *Subditis* gaudentibus de novo Rege, 1. Reg. 1, 40. 45. afflictis de præſentia mortis, Job. 3, 21. *Cordi*, quando animus ex præſentis boni amati ſenſu fructuque ſuavi voluptate perfunditur, Prov. 15, 13. c. 17, 22. nec anxiis in labore curis turbatur & diſtrahitur Eccl. 2, 10. β) Notat *lætum de re*, quæ rationem *boni apparentis* habet, infertque *gaudium illicitum*, quale eſt impiorum, lætantium mala facere, Prov. 2, 14. ἐπιχαιρεκάκων, qui in ſinu gaudent de eo, cujus cauſa condolere potius debebant Pſ. 35, 26. Prov. 17, 5. Conf. Eſth. 5, 14.

שִׂמְחָה f. *Lætitia*. שָׂמַח שִׂמְחָה גְדוֹלָה Lætatus eſt *lætitiâ magnâ*, 1. Chron. 29, 9. עִבְדוּ יְהוָה בְּשִׂמְחָה Servite Domino in *lætitia*. Pſ. 100, 2. In Statu conſtr. שִׂמְחַת לִבּוֹ *Lætitia* cordis ſui, Cant. 3, 11. Cum Suff. שִׂמְחָתִי *Lætitia* mea, Pſ. 137, 6. שִׂמְחַתְכֶם *Lætitia* veſtra, Num. 10, 10. Plur. שְׂמָחוֹת *Lætitiæ*, Pſ. 16, 11.

1) Generatim notat *Gaudium* quodcunque. 2) Speciatim α) *propriè* notat *ejusmodi animi motum*, quô animus ſuavi voluptate ex boni alicujus perceptione perfunditur. Ita dicitur 1) de *gaudiô*, quô homo afficitur *in hoc ſeculo*, eoque tùm *pio ac licito*, e. g. Regis ſuper liberalitate ſubditorum, 1. Chron. 19, 9. Subditorum ſuper novo Rege, 1. Reg. 1, 40. 1. Chron. 12, 40. liberatorum è præſentiſſimo mortis periculo, Eſth. 8, 16. 17. Deum promte, hilariter & citra tergiverſationem colentium, Devt. 28, 47. Pſ. 100, 2. Feſtum celebrantium 2. Chron. 30, 21. 23. 26. Neh. 8, 17. piorum in Meſſia, Jeſ. 9, 2. quod eſt à Deo, & in Deo terminatur, Pſ. 4, 8. Pſ. 97, 11. Eccl. 5, 19. conf. Jeſ. 9, 2. excludit vanas curas de futuro, & anxietates de præſente incorrigibili infortunio. Eccl. 9, 7. tùm *carnali & illicitô*, quod ex oblectatione ſenſuum externorum, guſtûs, auditûs, olfactûs, viſûs, & tactûs enaſcitur, dum homo delicias carnis & mundanas voluptates e. g. compotationes, epulas delicatatas, muſicam dulcem, aliaque carnis blandimenta ſectatur, Prov. 14, 13. c. 21, 17. Eccl. 7, 4. conf. Jeſ. 22, 13. 2) de *gaudio alterius ſeculi ſempiterno ac ineffabili*, Jeſ. 61, 7. β) *Metonymicè* notat 1) *ipſum hominem lætantem*, qui gaudiô affectus, gaudii ſigna edit, Jer. 7, 34. c. 16, 9.

Digitized by Google

2) *Cauſam & materiam gaudii*, e. g. nuncium remiſſionis peccatorum, Pſ. 51, 10. commeſſationes & compotationes Jeſ. 22, 13. proſperos ſucceſſus aliaſque res gaudio dignas, Prov. 15, 23.

שָׂמַךְ Radix inuſitata; Inde eſt

שְׂמִיכָה *Stragula villoſa; Tegumentum denſum & craſſum*, Tantum extat Jud. 4, 18.

שָׂמַל *Siniſtrum latus ei clauſit*; item *Cinxit, circumdedit aliquem res*, apud Arabes, teſte Hottingero. Hiphil הִשְׂמִיל *Siniſtram petiit, ad ſiniſtram flexit* vel *divertit, ſiniſtravit*. Infin. וּלְהַשְׂמִיל Et ad *ſiniſtrandum*, 2. Sam. 14, 19. Imper. הַשְׂמִילִי *Diverte ad ſiniſtram*, Ezech. 21, 21. Fut. אַשְׂמְאִילָה *Siniſtrabo, ad latus ſiniſtram me convertam*, Gen. 13, 19. א per Epentheſin inſito. Vid. Dn. D. Danzii Lit. §. 53. תַּשְׂמְאִילוּ *Declinabitis ad ſiniſtram*, Jeſ. 30, 21. Particip. מַשְׂמְאִלִים *Siniſtrantes, ſiniſtram petentes*, 1. Chron. 12, 2. Sæpius non occurrit.

שְׂמֹאל m. *Siniſtra manus*, vel *ſiniſtrum latus*. א per Epentheſin inſito, perinde ut in verbo. Juxta Kimchium autem א eſt loco ן; Sed non probatur, quia præter א interdum etiam ו expreſſum eſt. שְׂמֹאול Zach. 12, 6. Num. 22, 6. Devt. 2, 27. עַל־יָמִין אוֹ עַל־שְׂמֹאל Ad *ſiniſtram* aut ad dexteram, Gen. 24, 49. מִשְּׂמֹאלוֹ A ſiniſtra ejus, 1. Reg. 7, 39. מִימִינָם וּמִשְּׂמֹאלָם A dextera ipſorum & à *ſiniſtra* ipſorum, Exod. 14, 22. Quid ſignificetur, ſi *dextera & ſiniſtra*, conjunguntur, vide in voce יָמִין *Dextera*.

שְׂמָאלִי m. *Siniſter*, 1. Reg. 7, 21. 2. Chron. 3, 18. Ezech. 4, 4. Fœm. שְׂמָאלִית *Siniſtra*, Lev. 14, 15. 26. 27. 2. Reg. 11, 11. 2. Chron. 23, 10.

שִׂמְלָה f. *Veſtis*, ſi dicta, quod *corpus cingat & circumdet*, Jeſ. 3, 6. In Statu conſtr. שִׂמְלַת אִשָּׁה *Veſtis* mulieris Devt. 22, 5. Cum Suff. וְשִׂמְלָתֵנוּ נִלְבָּשׁ Et *veſte* noſtrâ induemus nos, Jeſ. 4, 1. Plur. שְׂמָלוֹת *Veſtes*, Exod. 3, 22. וַיִּקְרְעוּ שִׂמְלֹתָם Tum diruperunt *veſtes* ſuas, Gen. 44, 13.

1) Generatim notat *veſtem externam quamcunque*. 2) Speciatim α) notat *veſtem venuſtam & ſplendidam*, qualem magnates geſtant, Jeſ. 3, 6. 7. vel alii, Gen. 45, 22. β) *Veſtem ſordidam*, qualis eſt captivorum, Devt. 21, 13. γ) *Veſtem muliebrem*, Devt. 22, 5. Jeſ. 4, 1.

שָׂמַם Radix ignota; inde eſt

שְׂמָמִית f. *Aranea*, juxta R. Levi, Kimchium, Eliam, item Munſterum, Pagninum, Ariam Montanum, Mercerum, Caſtalionem, Junium, Tremellium, Lutherum, Seb. Schmidium, Genevenſes & alios; *Simia*, juxta R. Aben-Eſram. Sed neque *araneam*, neque *ſimiam*, ſed *Stellionem* eſſe, Bochartus in Hieroz. P. I. lib. 4. c. 7. contendit, quia α) LXX, Hieronymus, Chaldæus & Syrus ita interpretantur β) quia *Stellioni* convenit, quicquid Prov. 30, 28. Salomon de שְׂמָמִית diſſerit. conf. P. II. lib. 4. c. 23. p. 604.

שָׁמַר *Horruit*, *Riguit*, pro סָעַר, unde

מַשְׂמְרוֹת f. pl. *Clavi*, ſic dicti, quod cum *horrore* & *crepitu* quodam infigantur, Eccl. 12, 11. Aliàs eſt מַסְמְרִים Jeſ. 41, 7. & מַסְמְרוֹת Jer. 10, 4.

שָׂנֵא *Odit*, *Odio habuit*, *vel proſecutus eſt*; *Neglexit*, *non curavit*. שָׂנֵאתָ כָּל־פֹּעֲלֵי אָוֶן *Odiſti* omnes operantes iniquitatem, Pſ. 5, 6. שְׂנֵאתִיו *Odi* eum, 1. Reg. 22, 8. Part. שֹׂנְאֵינוּ *Oſores* noſtri, Exod. 1, 10. שְׂנֻאֵו נֶפֶשׁ דָּוִד *Inviſos* animæ Davidis, 2. Sam. 5, 8. Juxta Maſorethas pro שֹׂנְאֵי ut ſit Participium Paul. Sed ſi ſubintelligas Relativum אֲשֶׁר, & legas שְׂנֵאוֹ, ut ſuffixum ſit nota casûs obliqui, ceu alibi ſæpe fieri ſolet, non incongruus reſultabit ſenſus: *Quos omnes odio habet anima Davidis*. Part. Paul. Fœm. הָאַחַת אֲהוּבָה הָאַחַת שְׂנוּאָה Una dilecta, altera *exoſa*, Devt. 21, 15. Infin. שָׂנֹא Jud. 15, 2. & שְׂנֹא Gen. 37, 5. Sed Prov. 8, 13. eſt שְׂנֹאת ubi formam permutavit cum verb. לה Simile eſt מְלֹאת implere, Lev. 12, 4. Futur. אֶשְׂנָא Odio habebo, Pſ. 139, 21. Niphal Fut. יִשָּׂנֵא *Odio habetur*, Prov. 14, 17. Piel שִׂנֵּא *Maximo odio habuit*. Part. מְשַׂנֵּא *Oſor*. Cum Suff. מְשַׂנְאִי *Oſor* meus, Job. 31, 29. מְשַׂנְאֶיךָ *Oſores* tui, Num. 10, 35.

1) Generatim *averſationem* indigitat. 2) Speciatim α) *propriè* deſignat 1) *Odium*, redditurque *odiſſe*, *odio proſequi*, vel *habere*. Qui enim *perſonam* vel *rem odio* habet, ille eam utique averſatur. Ita tribuitur tum *hominibus*, tum *Deo*. *Hominibus* tributum, denotat α) *Odium hoſtile fratris* erga fratrem Gen. 37, 4. 5. 2. Sam. 13, 22. erga ſororem, 2. Sam. 13, 15. mariti erga uxorem, Mal. 2, 6 Devt. 22, 13. c. 24, 3. hominis erga proximum, Prov. 25, 17. b) *Odium piorum erga impios*, Pſ. 26, 5. Pſ. 31, 7. erga peccata, Pſ. 101, mendacium, Pſ. 119, 128. machinationes Pſ. 119, 113. c) *Odium impiorum* tum erga *pios*, 2. Sam. 22, 18. Pſ. 9, 14. Pſ. 9, 14. Pſ. 34, 22. Pſ. 35, 19. Pſ. 129, 5. tùm erga *Deum*, cujus verbum deſpiciunt, imperium detrectant, cultum ipſi debitum datâ operâ omittunt vel impediunt, &c. Exod. 20, 5. Devt. 5, 9. 2. Chron. 19, 2. Pſ. 139, 21. *Deo* autem tributum, innuit *ingentem* in eo *abominationem ac deteſtationem*, qua fertur in peccata & peccatores, quæque ſubinde divinam vindictam comitem vel pediſſequam habet, Devt. 12, 31. c. 16, 22. Pſ. 5, 6. Pſ. 11, 5. Notat *minimum odii*, & idem eſt ac *minus diligere*, Gen. 29, 31. Mal. 1, 3. 3) Importat *nauſeam atque tædium*, notans *aliquid faſtidire*, *nauſea* atque *tædiô in aliquid ferri*, velut in rem valde ingratam, Eccl. 2, 17. 18. Jeſ. 1, 14. Am. 5, 21. β) *Metonymicè* notat a) *negligere*, *contemnere*, *non curare*, quia averſamur & odimus, quæ negligimus, contemnimus, non curamus, Pſ. 50, 17. Prov. 1, 12. c. 8, 36. c. 12, 1. c. 15, 10. b) *Lædere*, *affligere*, *perſequi*, quia averſamur & odimus, quem lædimus, affligimus, & perſequimur, Pſ. 36, 3. Pſ. 106, 10.

שִׂנְאָה f. *Odium.* דִּבְרֵי שִׂנְאָה Verba *odii*, i. e. ex odio profecta, nil niſi odium ſpirantia, Pſ. 109,3. תַּכְלִית שִׂנְאָה Conſummatione *odii*, i.e. odio conſummato atque pleno, Pſ. 139, 22. In Statu conſtr. שִׂנְאַת חָמָס שְׂנֵאוּנִי *Odio* violentiæ oderunt me, Pſ.25,19. Cum Suff מִשִּׂנְאָתֶיךָ Propter *odium* tuum, Ezech.35,11. ubi eſt Suffixum Pluralium ֶיךָ pro Suffixo ſingularium ְךָ. שִׂנְאָתָם *Odium* ipſorum, Eccl. 9, 6.

1) Generatim importat *averſationem.* 2) Speciatim notat *odium* α) *hominis* erga *hominem*, ubi quis alterum averſatur, à ſe longiſſimè eum ſejungi cupit, omnem erga eum amorem exuit &c. 2. Sam. 13, 15. quod erumpit in rixas & calumnias, Prov. 10, 12. 18. deceptionem, Prov. 26,26. infeſtationem, Num. 35, 20. Ez. 23, 29. Sed Pſ. 139, 22. dicitur de odio pii Davidis erga Dei oſores, quos averſabatur, nullum cum ipſis commercium habens &c. β) *Dei erga hominem*, quem ſuo privat favore & auxilio, Devt. 1, 27. c. 9, 28. Eccl. 9, 1.

שְׂנִיאָה f. *Exoſa:* Legitur ſaltem Devt. 21, 15.

שְׂעִיף m. *Cogitatio.* Bis legitur in Plurali, & refertur ad סְעִיף *Ramus, cogitatio*, quod vide. בִּשְׂעִפִּים In *cogitationibus*, Job.4,13. Cum Suff. שְׂעִפַּי *Cogitationes* meæ, Job.20, 2.

שָׂעַר *Horruit, Coborruit ; Procelloſus fuit, Turbine abripuit ;* quia procella & turbo horrorem incutere ſolent. Aliàs eſt סָעַר *Procelloſus fuit*, quod vide. *Piloſus fuit*, apud Arabes. שָׂעֲרוּ שַׂעַר *Coborreſcunt* horrore, i.e. vehementiſſimè, Ez.27,35. שְׂעָרוּם *Horruerunt* ab iis, Devt. 32, 17. pro שָׂעֲרוּ מֵהֶם. Aſt Guſſetius activè exponit: *Reformidarunt eos ;* ſic emphaticum putans, ut includat *relationem ad Dæmones, eorumque metum ſuperſtitioſum.* Imper. וְשַׂעֲרוּ Et *cohorreſcite.* Fut. יִשְׂעָרֶנּוּ *Turbine abripiet eum*, Pſ. 58, 10. Guſſetius iterum activè exponit: *Vehementer formidabit eum* (rubum) *ac exhorreſcet.* יִשְׂעֲרוּ עָלֶיךָ שַׂעַר *Coborreſcent* ſuper te horrore, Ez. 32, 10. Niphal נִשְׂעֲרָה *Procelloſum erat*, Pſ.50,3. Piel שֵׂעֵר *Turbine abripuit.* Fut. וִישָׂעֲרֵהוּ מִמְּקֹמוֹ Et *turbine abripiat* eum, Job. 27, 21. Hithpael Fut. יִשְׂתָּעֵר עָלָיו מֶלֶךְ הַצָּפוֹן Et *inſtar procellæ irruet* in eum Rex ſeptentrionis, Dan. 11, 40. Sæpius non legitur.

שַׂעַר m. *Horror*, Job. 18, 20. Ezech. 27, 35. c. 32, 10. *Procella*, Jeſ. 28, 2. Sæpius non legitur.

שְׂעָרָה f. *Procella*, *Turbo horrorem* homini incutiens. Bis legitur, Job. 9. 17. Nah. 1, 3.

שֵׂעָר m. *Pilus*, *Capillus*, *Pilorum congertes*, ab *horrore* nomen ducens, quia in *horrore pili horrent*, motusque ille in pilis prius conſpicitur, dum ſanguis refugit, & cutis frigore cogitur. אִישׁ בַּעַל שֵׂעָר Vir, Dominus *pili*, i.e. piloſus, 2.Reg.1, 8. שֵׂעָר שָׁחוֹר *Pilus* niger, Lev. 13, 31. שֵׂעָר צָהֹב *Pilus* fulvus, Lev. 13, 32. In Statu conſtr. שְׂעַר רֹאשׁוֹ *Capillus* capitis ejus, Num. 6, 5. Cum Suff. וְגִלַּח אֶת־כָּל־שְׂעָרוֹ Et radet omnem *pilum* ſuum, Lev. 14, 8.

Digitized by Google

שַׂעֲרָה f. *Pilus, Capillus*, ita ab *horrore* dictus, quia in *horrore* pili *horrere* ſolent. De unico *pilo* dicitur, Jud. 20,16. Aliàs *pilorum congeriem* innuit. In Statu conſtr. שַׂעֲרַת בְּשָׂרִי *Pilus* carnis meæ, Job. 4, 9. אִם יִפּוֹל מִשַּׂעֲרַת רֹאשׁוֹ Si ceciderit unus de *capillis* capitis ejus in terram, 1. Sam. 14, 45. 2. Sam. 14, 11. Cum Suff. לֹא יִפּוֹל מִשַּׂעֲרָתוֹ אַרְצָה Non cadet ullus de *capillis* ejus in terram, 1. Reg. 1, 52. Plur. מִשַּׂעֲרוֹת רֹאשִׁי עָצְמוּ Plures ſunt, quam *pili* capitis mei, Pſal. 40, 13. Conf. Pſ. 69, 5.

שָׂעִיר m. *Piloſus, Hirſutus, Villoſus*, Gen. 27, 11. *Hircus*, à longis *villis* ſeu *pilis* nomen ducens, Lev. 4, 24. c. 16, 9. 18. 20. *Satyrus, Dæmon ſylveſtris*, Lev. 17, 7. 2. Chron. 11, 15. Jeſ. 13, 21. c. 34, 14. ſic nominatus, quod *hirci ſpecie* in ſylvis & deſertis locis appareret, & videntibus *horrorem* incuteret. Vid. Kimchi in Lexico & R. Maim. in More Nev. lib. 3. c. 46. Conf. Bochart. Hieroz. P. I. Lib. 2. c. 53. p. 643. Buxtorff. in Lex. In Statu conſtr. שְׂעִיר עִזִּים *Hircus* caprarum, Gen. 37, 31. Plur. שְׂעִירִים *Hirci*, Lev. 16, 7. *Satyri*, Jeſ. 13, 21. *Imbres tenues*, ſic dicti, quod cadentes *capillorum* ſpeciem oculis objiciunt, Devt. 32, 2. Ita ſemel. In Statu Conſtr. שְׂעִירֵי עִזִּים *Hirci* caprarum, Num. 7, 87. Fœm. שְׂעִירָה *Capra*. In Statu conſtr. שְׂעִירַת עִזִּים *Capella* caprarum, Lev. 4, 28. c. 5, 6. Plur. שְׂעִרֹת *Piloſa*, Gen. 27, 23.

שֵׂעִיר *Seir*, nomen proprium α) *tractûs montani* Eſavi poſteris ad inhabitandum conceſſi, Gen. 36, 8. β) *Viri*, 1. Chron. 1, 37.

שְׂעֹרָה f. *Hordeum*, ſic dictum, quod *hirſutum* ſit, Job. 31, 40. Joel. 1, 11. Jeſ. 28, 25. Plur. שְׂעֹרִים *Hordea*, Lev. 27, 16. Num. 5, 15. Jud. 7, 13. Ruth. 1, 22. c. 2, 17. c. 3, 15. 2. Sam. 14, 30.

שָׂפָה Arab شفا eſt *coram alloqui*. Celeb. Majo videtur verbum ſignificaſſe *extremitatem & oram rei*, quod hodienum in lingua Arabica شفا declaret.

שָׂפָה f. *Labium; Labrum, Ora, Ripa, Littus; Sermo*. כָּל־הָאָרֶץ שָׂפָה אֶחָת Tota terra erat *labii* unius, Gen. 11, 1. In Statu Conſtr. עַל־שְׂפַת הַיְאֹר Juxta *ripam* fluvii, Gen. 41, 3. עַל שְׂפַת הַיָּם Ad *littus* maris, Ex. 14, 30. בִּשְׂפַת הַיְרִיעָה In *ora* aulæi, Lev. 26, 4. Cum Suff. וְנָבְלָה שָׁם שְׂפָתָם Et confundamus ibi *labia* eorum, Gen. 11, 7. & per Syncopen שָׂפָם Ez. 24, 17. 22. Dual. שְׂפָתַיִם *Labia*. דְּבַר שְׂפָתַיִם Verbum *labiorum*, 2. Reg. 18, 20. אִישׁ שְׂפָתַיִם Vir *labiorum* i. e. eloquens, loquax, Job. 11, 2. עֲרַל שְׂפָתַיִם Incircumciſus *labiis*, i, e. infacundus, impeditæ linguæ ſum, rudis in loquendo, ruſticus, inurbanus, neſcio aulicè loqui, Ex. 6, 12. In Statu conſtr. שִׂפְתֵי מִרְמָה *Labia* doli, i. e. doloſa, Pſ. 17, 1. Cum Suff. שְׂפָתַי *Labia* mea, Job. 13, 6. שִׂפְתֵיהֶם *Labia* eorum, Prov. 24, 2. Fœm. שְׂפָתוֹת *Labia*; In Statu conſtr. שִׂפְתֵי כְּסִיל *Labia* ſtulti, Eccl. 10, 12. שִׂפְתוֹתֵיכֶם *Labia* veſtra, Jeſ. 59, 3.

Digitized by Google

1) Generatim & vi originis notat *extremitatem rei.* 2) Speciatim *α*) notat *labium*, quod eſt *extremitas oris*, prout *propriè* deſignat *oris partem*, quæ loquelæ organon eſt, Pſ.22,8. 2.Reg.18,20. *Impropriè* autem per *Metonymiam Inſtrumenti* denotat tum *eloquentiam*, Job.12,20. tùm *ſermonem*, qui labiis profertur, Gen.11,1.7. eumque blandum, Pſ.12,3. mendacem, Pſ.31,10. Prov.17,7. Pſ.12,2. elegantem & excellentem, Prov.17,7. clarum, Zeph.3,9. verum, Prov.12,19. obſcurum, intellectu difficilem, Jeſ.33,19. vanum, Prov.17,4. *β*) *Ripam*, quæ eſt *extrema* fluvii ora, Gen.41,3.17. Ex.2,3. c.7,15. 2.Reg.2,13. Dan.12,8. *γ*) *Littus*, quod eſt extremitas maris, Gen.22,17. Ex.14,30. Joſ.11,4. Jud.7,12. 1.Reg.4,19. *δ*) *Marginem vaſis*, qui eſt ejus extrema ora, e.g. calicis, 1.Reg.7,26. 2.Chr.4,5. ænei maris ſeu lacûs, 1.Reg.7,26. 2.Chr.4,5. *ε*) *Limitem loci*, Jud.7,22. *ζ*) *Fimbriam*, quæ eſt extremitas veſtimenti, Ex.28,32. *η*) *Oram cortinæ*, Exod.26,4. c.36,11.

שִׂפַּח *Scabie affectus, decalvatus eſt.* Legitur ſaltem in Piel וְשִׂפַּח Et *ſcabie afficiet* vel *decalvabit*, Jeſ.3,17.

שָׂפָם m. *Myſtax*, *Barba*; *Totum barbæ locum* complecti videtur. Vid. Lex. Pag. Unde forte eſt, quod Coccejo notet *os*. וְעַל שָׂפָם יַעְטֶה Et operiet *myſtacem*, *os*, Lev.13,45. Conf. Ez.24,17.22. וְעָטוּ עַל שָׂפָם Et operient *myſtacem*, *os*. וְלֹא עָשָׂה שְׂפָמוֹ Et non fecerat, aptaverat *barbam* ſuam, 2. Sam.19,24.

שָׂפַן *Texit*, *Obtexit.* Particip. Paul pl. Stat. Conſtr. שְׂפֻנֵי *Tecta*, Deut.33,19. vide סָפַן.

שָׂפַק *Sufficit*, *Abundavit*; *Plauſit.* Fut. אִם־יִשְׂפֹּק עֲפַר שֹׁמְרוֹן Si *ſuffecerit* pulvis Samariæ, 1.Reg.20,10. יִשְׂפֹּק עָלֵימוֹ כַּפֵּימוֹ *Plaudet* ſuper illo manibus ſuis, Job.27,23. Hiphil הִשְׂפִּיק *Abundavit valde.* Fut. יַשְׂפִּיקוּ Valde *abundant*, Jeſ.2,6. Sæpius non legitur. Refertur ad סָפַק, quod vide.

שֶׂפֶק m. *Comploſio*, *Exploſio.* Tantum extat, Job.36,19. ubi Seb. Schmidius exponit de *exploſione ſeu alliſione ad terram*, q.d. ne ita te Deus à ſe abjiciat, ut terræ affligat, h.e. interitui prorſus det. Sed aliis ibi notat *abundantiam*.

שָׂקַק Radix inuſitata. Inde eſt

שַׂק m. *Saccus*; *Cilicium.* Hæc vox unica eſt, quæ in omnibus linguis, exiguâ ſaltem mutatione factâ, manſit. חִגְרִי שַׂק *Cinge ſaccum*, Jer.6,26. Cum Suff. בְּשַׂקּוֹ In *ſacco* ſuo, Gen.42,25. Plur. שַׂקִּים בָּלִים *Sacci* inveterati, Joſ.9,4. Cum Suff. הֵם מְרִיקִים שַׂקֵּיהֶם Ipſi evacuantes erant *ſaccos* ſuos, Gen.42,35.

1) Generatim notare videtur *texturam aſperam & craſſam*, *ſeu cilicium*, ein grobes Lacken, unde *ſacci & viles aſperaque veſtes* fieri ſolent. 2) Speciatim *α*) notat *ſaccum*, ſeu *receptaculum frumentis*, *aliisve rebus aridis capiendis & transportandis idoneum*, Gen.42,25.27.35. *β*) Notat *vile*, *aſperum*, *ſordidum & anguſtum tegumenti genus*, oppoſitum *indumentis ſplendidio-*

didioribus, mollioribus & laxioribus, quale induebant *tum ii*, qui mortuos lugebant, Gen. 37,34. 2. Sam. 3,31. *tum ii*, qui pœnitendo aliquod doloris animi documentum præbent, quia mens hominis de ſua impuritate, Dei offenſi majeſtate, & pœnarum imminentium gravitate convicta non poteſt non externum veſtium ſplendorem, cultumque nitidiorem deteſtari, Jer. 4, 8. Neh. 9, 1. Dan. 9, 3. Job. 1, 8. 13. Jon. 3, 5. 8. *tum ii*, qui ob gravium malorum immiſſionem dolebant, Thren. 2, 12. Eſth. 4, 1. Ez. 7, 18. c. 27, 31. Jer. 49, 3. *tum ii*, qui ſupplices ſe victori ſubmittebant, 1. Reg. 20, 31. 32. conf. Joſ. 9,4. Quia ergò ſaccus *indicium atque inſigne* eſt *doloris*, inde, quæ horridum & lugubrem vultum adſumunt, etiamſi inanimata ſint, *ſacco indui* dicuntur, Jeſ. 50,1. Et *aperire* vel *ſolvere ſaccum*, Pſ. 30, 12. eſt *doloris & luctûs ſigna removere, & gaudendi materiam abunde ſuppeditare.*

שָׂכַר *Ligavit, Colligavit, Compegit.* Saltem ſemel legitur in Niphal נִשְׂקַר *Colligatum eſt*, Thren. 1, 14. 15.

שָׂקַר *Nictavit.* Semel legitur in Part. מְשַׂקְּרוֹת עֵינַיִם *Nictantes* oculis, juxta Aben-Eſram, *vagis & in omnia intentis oculis*; cum fœminas deceant oculi demiſſi & compoſiti, Jeſ. 3, 16.

שָׂרַג *Implicuit, Contorſit*; Sed in Kal non legitur. Pual שֹׂרַג *Perplexus, Implexus* eſt; *Crevit in ramos, evaſit in ramos, inſtar ramorum factus eſt.* Vid. Seb. Schmid. in Job. 40, 17. Occurrit ſaltem in Fut. גִּידֵי פַחֲדוֹ יְשֹׂרָגוּ Nervi genitalium ejus *implicantur*, vel in *ramos evadunt.* Luth. ſtarren wie ein Aſt/ Job. 40,17. Hithpael יִשְׂתָּרְגוּ *Implexa ſunt*, Thr. 1, 14. Sæpius non legitur.

שָׂרִיגִים m. pl. *Propagines, Surculi, Palmites, Rami*; Sic dicti, quod *implicari* ſoleant. Dicitur de *vite*, Gen. 40,10.12. Cum Suff. שָׂרִיגֶיהָ *Palmites* ejus, Joel. 1, 7. detracto ſcil. cortice. Sæpius non legitur.

שָׂרַד *Superfuit, Reſiduus, Reliquus, Servatus, Superſtes fuit* vel *manſit.* Semel occurrit Joſ. 10, 20. וְהַשְּׂרִידִים שָׂרְדוּ מֵהֶם Niſi quod *reſidui* de illis *facti* ſunt.

שָׂרִיד m. *Superſtes, Reſiduus, Reliquus.* לֹא הִשְׁאִיר בָּהּ שָׂרִיד Non *reliquit* in ea reſiduum, Joſ. 10,30. Plur. שְׂרִידִים *Reſidui*, Job. 10. 20.

1) Generatim notat *reſiduum.* 2) Speciatim α) dicitur de *perſonis*, notans tum *poſteros*, qui poſt obitum Parentum ſuperſtites manent, Job. 18, 19. c. 20, 26. c. 27, 15. tum *eos*, qui aliis ab hoſte victore trucidatis ſuperſtites ſunt, Devt. 2, 34. c. 3, 3. Joſ. 8, 22. c. 10, 28. 30. 37. 39. 40. Jer. 42,17. Thr. 2, 22. β) De *rebus*, ſeu *bonis*, Joſ. 20, 21.

שֶׂרֶד *Amuſſis*; Inſtrumentum, quô fabri lignarii ligna incidenda ſignant, ut conſtet, quid abſcindi, quidve *reſiduum* manere debeat. Proinde dictum videtur à *conſervando*, quia ejus ductu conſervabantur partes, quæ ſupereſſe debebant, dum aliæ vicinæ eximuntur ad excavanda figuræ lineamenta depreſſiora. Guſſet. Semel legitur Jeſ. 44, 13. יְתָאֲרֵהוּ בַשֶּׂרֶד Deſcribit illud *amuſſi.*

שְׂרָד m. *Miniſterium.* R. Elias & Schindlerus conjiciunt, eſſe pro שְׂרָת à שרת *Miniſtravit*, permutatis literis unius organi, ת cum ד & ש cum שׂ. Aſt quia בִּגְדֵי שְׂרָד Exod. 31, 10. c. 35, 19. c. 39, 1. 41. juxta R. Davidem non erant *veſtes Sacerdotales*, ſed *panni*, quibus tegebantur altare, menſa, candelabrum, cum moverentur caſtra, inde celeb. Guſſetius conjectat, *tegmina iſta ita dicta* fuiſſe, quod *ſoſpitabant vaſa tabernaculi, ita ut varios caſus, quibus contererentur, vitarent, & ſic diu manerent.* Præter ll. cc. non occurrit.

שָׂרָה *Principem ſe geſſit, Principem egit, de principatu contendit.* Bis ſaltem legitur. שָׂרָה אֶת־אֱלֹהִים De *principatu contendit, luctatus eſt* cum Deo, Hoſ. 12, 3. vel 4. שָׂרִיתָ עִם אֱלֹהִים De *principatu contendiſti, luctatus* es cum Deo, Gen. 32, 28.

מִשְׂרָה f. *Principatus.* Bis ſaltem occurrit de principatu Meſſiæ, Jeſ. 9, 5, 6.

שָׂרַט *Cecidit, Incidit, carnem uſque ad ſanguinis effuſionem.* Infin. שָׂרוֹט *Cadendo*, Zach. 12, 3. Fut. יִשְׂרְטוּ שָׂרֶטֶת *Incident* cæſuram, Lev. 21, 5. Niphal Fut. יִשָּׂרֵטוּ *Cadentur*, Zach. 12, 3. Sæpius non legitur.

שֶׂרֶט m. *Cæſura, Inciſio.* Saltem extat Lev, 19, 28.

שָׂרֶטֶת f. *Cæſura, Inciſio.* Tantum habetur Lev. 21, 5.

שָׂרַךְ *Implicavit.* In Kal non legitur. Piel שֵׂרֵךְ *Implicavit valde.* Part. מְשָׂרֶכֶת דְּרָכֶיהָ *Implicans* valde vias ſuas, die ihre Wege ſehr unter einander führet/ *modò* excurrens longius, *modo* ſtrictius, cujus curſitationis figura apparet in corrigiæ colligatæ diverſis partibus, *modo* rectis, *modo* ſinuoſis, ac ad principium ſuum redeuntibus, Jer. 2, 23. Amplius non occurrit.

שְׂרוֹךְ m. *Corrigia*, ab *implicando* dicta. Bis legitur שְׂרוֹךְ נַעַל *Corrigia* calcei, Gen. 14, 23. וְלֹא נִתַּק שְׂרוֹךְ נְעָלָיו Et non avulſa eſt *corrigia* calceorum ejus, Jeſ. 5, 27.

שָׂרַע *Abundavit, Redundavit, Excrevit, Extenſus fuit.* Part. Paul שָׂרוּעַ *Partibus redundans, Prælongus*, Lev. 21, 18. c. 22, 23. Hithpael Inf. קָצַר הַמַּצָּע מֵהִשְׂתָּרֵעַ Brevius erit ſtratum, quàm ut *quis ſe extendat.* Sæpius non occurrit.

שַׂרְעַף m. *Cogitatio.* Idem quod שְׂעִיף *Ramus*, eò quod ſicut ramus ex arbore, ita *cogitatio* ex corde propullulat, ut R. D. Kimchi ad rad. סעף. Litera ר eſt Epenthetica. Vide ſimile in שַׁרְבִיט *Sceptrum.* Bis legitur in Plurali שַׂרְעַפַּי *Cogitationes* meæ, Pſ. 94, 19. Pſ. 139, 23.

שָׂרַף *Uſſit, Combuſſit, Exuſſit, Incendit, Cremavit, Candere fecit.* שָׂרַף בָּאֵשׁ *Combuſſit* igne, Lev. 8, 17. Jer. 52, 13. שְׂרָפָתַם *Combuſſit* eas, Jeſ. 47, 14. Part. שֹׂרֵף *Comburens*, Lev. 16, 28. שֹׂרְפִים אֶת־בְּנֵיהֶם *Comburentes* filios ſuos, 2. Reg. 17, 31. Inf. שְׂרֹף אֶת־הַמְּגִלָּה *Comburere* librum, Jer. 36, 25. Fut. וָאֶשְׂרֹף אֹתוֹ בָּאֵשׁ Et *candere feci* igne, Deut. 9, 21. conf. Exod.

Exod. 32, 20. בֵּיתֵךְ נִשְׂרֹף עָלַיִךְ בָּאֵשׁ Domum tuam *comburemus* ſuper te igne, Jud. 12, 1. Niphal נִשְׂרַף *Uſtus, Combuſtus eſt.* Fut. בָּאֵשׁ יִשָּׂרֵף Igne *comburetur*, Lev. 7, 7. Pual שֹׂרַף *Exuſtus fuit*, Lev. 10, 16.

שָׂרָף m. *Preſter, Serpens* ab *urendo* dictus, quia vim habet maxime *igneam*, Num. 21, 7. 9. Devt. 8, 15. Jeſ. 15, 2. c. 30, 7. Plur. שְׂרָפִים *Preſteres*, Num. 21, 7.

שְׂרָפִים m. pl. *Seraphim*, Jeſ. 6, 2. Angeli quicunque, *igniti* dicti, ad eorum deſignandam *naturam*. Unde Pſ. 104, 4. eorum *natura* per *ignem & flammam* ſignificatur.

שְׂרֵפָה f. *Uſtio, Combuſtio, Incendium; Exuſtum, Excoctum, Coctile.* כְּאוּד מֻצָּל מִשְּׂרֵפָה Sicut titio ereptus ex *incendio*, Am. 4, 11. וְנִשְׂרְפָה לִשְׂרֵפָה Et aduramus in *coctile*, Gen. 11, 3. In Statu Conſtr. שְׂרֵפַת הַפָּרָה *Combuſtio* vaccæ, Num. 19, 6. לִשְׂרֵפַת אֵשׁ In *incendium* ignis, Jeſ. 64, 10.

מִשְׂרָפָה f. *Combuſtio, Crematio.* Quater legitur in Plurali in Statu Conſtr. מִשְׂרְפוֹת שִׂיד Et erunt *combuſtiones* calcis. i. e. inſtar calcis cremabuntur, Jeſ. 33, 12. בְּמִשְׂרְפוֹת אֲבוֹתֶיךָ *Cremationibus* Patrum tuorum, Jer. 34, 5. מִשְׂרְפוֹת מַיִם *Combuſtiones* aquarum, warme Waſſer/ Joſ. 11, 8. c. 13, 6. per quas R. Sal. & Kimchi intelligunt *Salinas*.

שָׂרַק *Splenduit, Nituit*, apud Æthiopes, teſte Ludovico de Dieu in notis ad Jeſ. c. 19, 9. Sed refellitur Lud. de Dieu à Bocharto in Hieroz. P. I. lib. 2. c. 7. p. 108. qui contendit שרק Æthiopibus non ſignificare *ſplendere*, ſed *oriri*, ut videre eſt, Pſ. 96, 12. Pſ. 103, 23. &c. Putat verò, referre *colorem*, qui ſit communis *lino, vino*, vel *uvis et equis*, nempe *flavum*, ſeu *gilvum*.

שֹׂרֵק m. *Vitis ſelecta & præſtantiſſima*, ferens præſtantiſſimum vinum *flavum* ſeu *gilvum*. *Propriè* non adhibetur. *Metaphoricè* bis legitur Jeſ. 5, 2. Jer. 2, 21. ubi deſignat *populum Iſraeliticum*, in terram Canaan introductum, & in populum Dei adſcitum, ut ipſi in juſtitia & pietate conſtanter ſerviret; ſed degener ille factus eſt, & turpi idololatriâ atque impietate Deum offendit. Vid. Glaſſ. in Rhet. S. Tract. 1. c. 11. p. 296.

שֹׂרֵקָה f. *Vitis ſelecta & generoſa.* Tantum extat Gen. 49, 11.

שְׂרוּקִים m. pl. *Vites ſelectæ & præſtantes.* Semel legitur הָלְמוּ שְׂרוּקֶּיהָ Contuderunt *vites* ejus *ſelectas*, Jeſ. 16, 8.

שְׂרֻקִּים m. pl. *Flavi, Gilvi equi*, ſic dicti à *flavo* ſeu *gilvo uvarum* vel *vini colore*. Aliis ſunt *equi varii coloris*, ſed refelluntur à Bocharto l. c.

שְׂרִיקוֹת f. pl. *Serica præſtantiſſima, multicoloria*, Buxtorff. Sed Braunius lib. 1. de veſtitu Sacerd. c. 6. & 8. שריקות *Sericum* ſignificare negat, quia nec Moſis, nec Prophetarum, nec LXX. Interpretum ætate cognitum fuit. Deducit autem à סָרַק *Pexuit*, contendens, ſignificare *linum benè pexum & carminatum*, i. e. *tenuiſſimum & optimum*.

Guſſe-

Guſſetius in Comment. Ling. Ebr. adſtipulatur Braunio, quod non deſignet *ſericum*, ſed *linum flavi coloris*, quia Jeſaias c. 19, 9. ubi tantum legitur, de Piſcatoribus agit, quorum retibus, ne terreant piſces, apta eſt *flavedo quædam ſubcinerea*, quæ inter aquas & arenas vix diſcerneretur. Idem fere ſentit Bochartus l. c. intelligens *lina nativi coloris*, i. e. *flavi* vel *ſubflavi*.

שָׂרַר *Principatum tenuit.* Part. שֹׂרֵר *Principatum tenens*, Eſth. 1, 22. Hithpael הִשְׂתָּרֵר *Principatum ſumſit, Dominatus eſt.* Inf. cum Fut. כִּי־תִשְׂתָּרֵר עָלֵינוּ גַּם־הִשְׂתָּרֵר Cum *dominaris* ſuper nos etiam dominando, Num. 16, 13. Sæpius non legitur; convenit autem cum שׂוּר & שָׂרָה.

שׂרת Radix inuſitata; Inde eſt

מַשְׂרֵת m. *Sartago.* Semel legitur 2. Sam. 13. 9.

שָׂתַם *Obſtruxit.* Saltem extat Thren. 3, 8. Vide autem סָתַם.

ת

תָּא m. *Thalamus, Procœton*, ſive *excubitorium ſtipatorum Regis* vel *Principis.* Deducitur à quibuſdam à תָּאָה *Determinavit, Definivit*, ut deſignet *locum definitum & circumſcriptum.* Sed Majus derivat ab Arab. ثَوَى *Subſtitit, divertit in aliquo loco.* Unde *thalamus* quaſi *manſio* eſt. וֶהֱשִׁיבוּם אֶל־תָּא הָרָצִים Et *reportarunt ad procœtonem* ſatellitum, 1. Reg. 14, 28. 2. Chron. 12, 11. מִגַּג הַתָּא A tecto *thalami*, Ezech. 40, 13. Plur. הַתָּאִים *Thalami*, Ezech. 40, 7. 16. In Statu conſtr. וְתָאֵי הַשַּׁעַר Et *thalami* portæ, Exod. 40, 10. Fœm. לִפְנֵי הַתָּאוֹת Ante *thalamos*, Ezech. 40, 12.

תָּאַב *Deſideravit ardenter & indeſinenter.* תָּאַבְתִּי לְפִקֻּדֶיךָ *Deſideravi ardenter & indeſinenter mandata tua*, Pſalm. 119, 40. תָּאַבְתִּי לִישׁוּעָתְךָ *Deſideravi anxie & indeſinenter* ſalutem tuam, Pſal. 119, 174. Piel תִּאֵב *Abominatus eſt*; quæ ſignificatio præcedenti eſt contraria, forte, quia, ſi non obtinemus, quæ deſideramus, ea averſari & abominari incipimus. Semel legitur Am. 6, 8. מְתָאֵב אָנֹכִי אֶת־גְּאוֹן יַעֲקֹב *Abominans* ego ſum ſuperbiam Jacobi.

תַּאֲבָה f. *Deſiderium ingens & indeſinens*, Pſ. 119, 20.

תָּאָה *Determinavit, Definivit, Deſignavit.* Piel תִּתְאוּ *Determinate, Deſignate*, Num. 37, 7. 8. Sæpius non legitur; וְהִתְאַוִּיתֶם vide in תָּוָה.

תּוֹא & per Metatheſin תְּאוֹ m. *Bos ſylveſtris*, juxta quosdam, Devt. 14, 5. Jeſ. 51, 20. Sed Græcis, Hironymo & Bocharto in Hieroz. P. I. lib. 3. c. 28. eſt *Oryx*, quia α) Devt. 14, 5. ponitur inter ſpecies *cervorum & caprarum ſylveſtrium.* β) In Judæa & vicinis locis nulli fuerunt ſylveſtres boves. γ) Laqueo capitur, quod de bove fortè nemo dixerit.

תַּאֲוָה f. *Terminus Finis.* Ita juxta quosdam ſemel legitur in Statu Conſtr. Gen. 49, 26. עַד־תַּאֲוַת גִּבְעֹת עוֹלָם Usque ad *terminum* collium ſeculi. Sed aliis l. c. notat *deſiderium*, ut ſit à rad. אוה *Deſideravit.*

תאם

תאם תְּאֹם *Geminus*, תְּאֹמִים m. pl. *Gemelli*. Gen. 38, 27. & per Syncopen תוֹמִם Gen. 25, 24. In Statu Conſtr. תְּאֹמֵי צְבִיָּה *Gemelli* capreæ, Cant. 4, 5. Sæpius non legitur.

תאם תְּאָם m. *Gemellus*. Semel legitur in Plur. in Statu Conſtr. תָּאֳמֵי צְבִיָּה *Gemelli* capreæ, Cant. 7, 4.

תאם תָּאַם *Gemellos peperit*. Part. תֹּאֲמִים *Gemellipara*, Ex. 26, 34. c. 36, 29. Sed Ex. 26, 24. c. 36, 29. eſt תַּמִּים per Syncopen. Hiphil Part. מַתְאִימוֹת *Gemellipara*, Cant. 4, 2. 6. Sæpius non legitur.

תאן Radix inuſitata.

תאנה תְּאֵנָה f. *Ficus*, & *fructus*, & *arbor*. נֹצֵר תְּאֵנָה יֹאכַל פִּרְיָהּ Cuſtodiens *ficum*, comedet fructum ejus, Prov. 27, 18. וְהַתְּאֵנָה אֻמְלָלָה Et *ficus* languuit, Joel. 1, 12. Cum Suff. תְּאֵנָתוֹ *Ficus* ejus, 1. Reg. 4, 25. Plur. תְּאֵנִים *Ficus*, 2. Reg. 20, 7. דְּבֶלֶת תְּאֵנִים Palatha *ficuum*, Jeſ. 38, 21. אֵין תְּאֵנִים בַּתְּאֵנָה Non ſunt *ficus* in *ficu*, Jer. 8, 13. In Statu Conſtr. כִּתְאֵנֵי הַבַּכֻּרוֹת Sicut *ficus* primitias ferentium, Jer. 24, 2.

תאנים תְּאֻנִים m. pl. *Moleſtiæ*, vide in און.

תאנה תֹּאֲנָה f. *Occaſio*, תֹּאֲנָה f. *Occaſio*; תַּאֲנִיָּה f. *Mæſtitia*, vide p. 65.

תאר תָּאַר *Definivit, Delineavit, Deſcripſit, Formavit*. וְתָאַר הַגְּבוּל Et *definiet* terminum, Joſ. 15, 9. 11. c. 18, 14. 17. Piel תֵּאֵר *Delineavit*, Fut. יְתָאֲרֵהוּ בַשֶּׂרֶד וּבַמְּחוּגָה יְתָאֳרֵהוּ *Deſcribit* illud amuſſi, & circulo *definit* illud, Jeſ. 44, 11. Pual Part. הַמְּתֹאָר *Definitus, Deſcriptus*, Joſ. 19, 13. Sæpius non legitur.

תאר תֹּאַר m. *Forma, Species*. יְפַת תֹּאַר Pulchra *formâ*, Gen. 29, 17. c. 39, 6. Devt. 21, 11. 1. Sam. 25, 3. Eſth. 2, 7. אִישׁ תֹּאַר Vir *formæ*, i. e. formoſus, 1. Sam. 16, 18. תָּאֳרוֹ *Forma* ejus, 1. Sam. 28, 14. תָּאֳרָם *Forma* eorum, Thr. 4, 8.

תוב *Colligere, Reponere*, apud Arabes.

תבה תֵּבָה f. *Arca*, ſic dicta, quia in arca res colliguntur & reponuntur. Gen. 6, 14. 15. 16. 18. 19. &c. Exod. 2, 5. In Statu Conſtr. תֵּבַת גֹּמֶא *Arca* junci, Exod. 2, 3.

תבל תֵּבֵל *Orbis, Terra habitabilis*. יֹשְׁבֵי תֵבֵל Incolæ *orbis*, Pſ. 9, 9. Jeſ. 18, 3. Sunt, qui deducunt à יָבַל *Protulit*; quia *profert & producit* gramina, herbas, arbores; ut ſit nomen auctum ab initio per ת; ſed celeb. Dn. D. Danz. in Paradig. refert inter nomina nuda.

1) Generatim notat *orbem*. 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *partem terræ habitatam*, ubi ſunt fontes, flumina, gramina, arbores, pecora, homines, & à voce אֶרֶץ, quæ *terram univerſam* ſignificat, diſcernitur ut pars à toto, vid. Kimchium in Pſ. 24, 1. Græcis dicitur *οἰκουμένη*. Ita adhibetur de toto terræ habitatæ orbe à Deo fundato, 1. Sam. 2, 8. quem incolunt homines, Job. 18, 18. Pſ. 24, 1. Pſ. 33, 8. Pſ. 50, 12. Pſ. 98, 7. Prov. 8, 31. *β*) *Improprie* 1) per *Synecdochen partis* deſignat *partem terræ habitatæ*, Jeſ. 13, 11. c. 14, 17. Conf. Pſ. 77, 19. ubi ſumitur pro finibus Ægypti circa mare rubrum. 2) Per *Metonymiam continentis* denotat *incolas orbis habitabilis*, Pſ. 9, 9.

תבל תֶּבֶל m. *Confuſio*, (juxta alios *Scelus, Flagitium*) vide in בלל.

תבן *Stramine nutrivit*, apud Arabes.

תֶּבֶן

תֶּבֶן m. *Stramen, Palea.* גַּם תֶּבֶן גַּם מִסְפּוֹא רַב עִמָּנוּ Tàm *ſtramen*, quàm pabulum multum eſt apud nos, Gen. 24, 25. וְקֹשְׁשׁוּ לָהֶם תֶּבֶן Et colligant ſibi *paleas*, Exod. 5, 7. יִהְיוּ כְּתֶבֶן לִפְנֵי רוּחַ Erunt ſicut *palea* coram vento, Job. 21, 18.

מַתְבֵּן m. *Palea.* Semel legitur כְּהִדּוּשׁ מַתְבֵּן Sicut conculcatur *palea*, Jeſ. 25, 10.

תְּהָה *Stupuit*, apud Chaldæos & Syros; Inde

תֹּהוּ m. *Vaſtitas, Inanitas*, eaque *ſtupenda;* quia, quæ vaſta & deſolata ſunt, ſpectatoribus ſtuporem injiciunt. קִרְיַת תֹּהוּ Urbs *inanitatis*, Jeſ. 24, 9. וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ Et terra erat *vaſtitas* & inanitas, i. e. vaſtiſſima & inaniſſima, Gen. 1, 2.

1) Generatim deſignat *abſentiam & privationem rei adeſſe debitæ*, quæ ſtuporem excitare apta eſt. 2) Speciatim α) notat *vaſtitatem*, quæ dicit cultûs, ornatûs & habitationis abſentiam. Ita dicitur de *terra* adhuc vaſta, omnique cultu & ornatu deſtituta, Gen. 1, 2. *aliisque locis* vaſtis & deſertis, Devt. 32, 10. Job. 12, 24. β) Significat *inanitatem*, quæ dicit abſentiam *veritatis, ſoliditatis, effectusque* vel *eventus intenti atque ſperati.* Reddi poteſt vel *nominaliter*, nempe *inanitas, nihil;* ſic tribuitur *idolis*, quæ nihil ſunt , & inani ſpe cultores lactant, 1. Sam. 12, 21. Jeſ. 41, 29. c. 45, 19. c. 59, 14. *civitati hypocriticæ*, quæ videri vult ſancta, ſed nihil ſolidæ pietatis & ſanctitatis intus fovet, foriſque ſceleribus atque idololatriâ obruta eſt, Jeſ. 24, 10. *idolorum factoribus*, qui pietatis ſpeciem mentiuntur, Jeſ. 24, 9. conf. Jeſ. 40, 17. 23. Vel *adverbialiter*, nempe *fruſtra, inaniter, in caſſum, ſine effectu & eventu intentò* vel *ſperato*, Jeſ. 49, 4. Conf. c. 45, 18.

תְּהוֹם c. *Abyſſus;* Deducitur ab Arabum تَهِمَ *Attonitus eſt.* עַל־פְּנֵי תְהוֹם Super ſuperficie *abysſi*, Gen. 1, 2. Plur. תְּהוֹמוֹת *Abysſi*, Exod. 15, 5.

1) Generatim notat *abyſſum.* 2) Speciatim α) *propriè* notat *locum vaſtitate ſtupendum, & profundum*, qui in mari conſtitutus fundo carere videtur, & immenſæ aquarum copiæ receptaculum eſt, Pſ. 106, 9. Jeſ. 63, 13. β) *Tropicè* 1) *Metonymicè* notat *immenſam aquarum copiam & molem, terræ ambienti hinc inde interjectam*, quæ locum illum explet, & imperſcrutabili ſua profunditate horrorem quaſi ſcrutantibus incutit. Ita dicitur de immenſâ ac fundo ferè carente aquarum copiâ, quam Deus in principio creavit, Gen. 1, 2. Prov. 8, 24. unde fontes ſcaturiunt, Gen. 7, 11. c. 8, 2. cujus ſuperficies congelatur, Job. 38, 30. quæ Jonam cingebat, Jon. 2, 6. Conf. Job. 28, 40. Pſ. 33, 7. Pſ. 77, 17. 2) *Metaphoricè* deſignat a) *malorum, calamitatum & ærumnarum copiam & gravitatem*, in quibus velut in abyſſo aut aqua profunda homini pereundum videtur, Pſ. 42, 8. Pſ. 71, 20. b) *Rerum abſtruſitatem & imperſcrutabilitatem*, prout *abyſſus* profunda eſt, ut fundus plene cognoſci aut conſpici nequeat, Pſ. 36, 7. Ita & Græc. ἄβυσσος, Rom. 11, 33.

תָּוָה *Signavit; Deſignavit; Deſcripſit, Circumſcripſit.* Fut. וַיְתָו *Et ſignabat*, 1. Sam. 21, 13. Hiphil הִתְוָה *Signavit* &c. וְהִתְוִיתָ תָּו Et *ſigna* ſignum, Ezech. 9, 6. וּקְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל הִתְווּ Et ſanctum Iſraelis *circumſcripſerunt*, ipſius potentiæ & actionibus terminos figendo, Pſal. 78, 41. וְהִתְאַוִּיתֶם Et *deſignabitis*, Num. 34, 10. Compoſitum eſt ex תָּאָה & תוה. Sæpius non legitur.

תָּו m. *Signum.* Legitur, Ezech. 9, 4. 7. & Semel cum Suff. תָּוִי *Signum* meum, Job. 31, 35.

תּוּךְ *Manere, Acquieſcere*, apud Syros;

תָּוֶךְ m. *Medium*, quia, quæ in *medio* ſunt, manent & quieſcunt. וַיְבַתֵּר אֹתָם בַּתָּוֶךְ Et ſecuit illa in *medio*, Gen. 15, 10. In Statu conſtr. אֶל־תּוֹךְ הַיָּם In *medium* maris, Exod. 14, 23. בְּתוֹכִי יִשְׁתּוֹמֵם לִבִּי In *medio* mei ſtupet cor meum, Pſ. 143, 4. בְּתוֹכֵךְ In *medio* tui, Zach. 2, 14. & cum י Paragogico בְּתוֹכֵכִי Pſal. 116, 19. בְּתוֹכְהֵנָה In *medio* illarum, Ezech. 16, 25. Cum ה Paragogico & Epenthetico pro בְּתוֹכָן Sed ſi variatis punctis, integra Pronomina in fine addita dixeris, non opus erit, ad Paragogen & Epentheſin minus uſitatam confugere; ut ſit בְּתוֹכְהֶנָּה Conf. ſummè Rev. Danz. Liter. §. 54. I. Obſ. 1. ed. 2. Huc quidam reducunt illud, Devt. 33, 3. תֻּכּוּ *medientur*, ut ſit Præt. Pual pro תֻּכְּכוּ; Unde R. Salomo exponit: *Medii poſiti ſunt inter* pedes tuos. Alii verò conſtituunt radicem תכה, quam vide.

1) Generatim notat *medium.* 2) Speciatim α) notat *medium æqualiter ab extremis diſtans*, Exod. 28, 32. c. 39, 23. β) Vel *nil addit nomini*, cui jungitur, Gen. 41, 48. Devt. 21, 12. 1. Sam. 15, 6. Vel *id, quod non eſt extra rem*, licet inæqualiter ab extremis diſtet, reddendum *in, inter, intra* &c. Lev. 16, 29. Exod. 14, 23. Joſ. 3, 17. 2. Reg. 4, 13. Pſal. 22, 15. 23. Pſ. 40, 9. 11. Pſ. 136, 14.

תֹּךְ m. *Dolus*, vide in תכך.

תִּיכוֹן m. *Medianum.* וְהַבְּרִיחַ הַתִּיכֹן Et vectis *medius*, Ex. 26, 28. חָצֵר הַתִּיכוֹן Chazer *medium*, Ezech. 47, 16. Fœm. ראשׁ הָאַשְׁמֹרֶת הַתִּיכוֹנָה *Capite*, i. e. principio vigiliæ *mediæ*, Jud. 7, 19. Vid. 1. Reg. 6, 4. 6. 8. Ezech. 41, 7. Plur. מֵהַתִּיכֹנוֹת Ex *medianis*, Ezech. 42, 5. 6.

תּוּר *Explorare.* תַּרְתִּי בְלִבִּי *Exploravi* in corde meo, Eccl. 2, 3. Part. pl. מִן־הַתָּרִים אֶת־הָאָרֶץ De *explorantibus* terram, Num. 14, 6. Sed Num. 21, 1. eſt הָאֲתָרִים *Exploratores*, cum א Proſthetico; quod Seb. Schmidio eſt nomen proprium. Infin. לָתוּר Ad *explorandum*, Num. 10, 33. Hiphil הֵתִיר *Explorari* curavit. וַיָּתִירוּ Et *explorari curarunt*, Jud. 1, 23.

1) Generatim notat *explorare circumſpectè rem antea incognitam, eamque inveſtigare circumeundo & in gyrum perluſtrando undiquaq;.* 2) Speciatim α) deſignat *explorationem indefeſſam rerum*, quæ ſunt intra hominem. Ita dicitur de *circumſpectâ cordis proprii perſcrutatione*, Eccl. 2, 3. β) De-

Digitized by Google

β) Denotat *circumſpectam & ſedulam explorationem rerum*, quæ ſunt extra hominem. Sic adhibetur de exploratoribus terræ Canaan, Num. 13, 16. 17. 32. c. 18, 7. 36. 38, de Mercatoribus, qui regiones lucellaque omnia perveſtigant, 1. Reg. 10, 15. de Salomone nihil intentatum relinquente, ut exploraret, quicquid fit ſub cœlo, Eccl. 1, 13. Conf. Eccl. 7, 25. γ) Ἀνθρωποπαθῶς tribuitur *Deo*, ad deſignandum *ipſius providam & benevolam curam*, quâ inſtar indefeſſi exploratoris populo ſuo providet de commodiſſima ſede. Devt. 1, 33. Ezech. 20, 6.

תּוֹר m. *Terminus*, *Orbis*, *Circulus*, *Ordo*, *Ratio*, *Conditio*, *Series*; תֹּר נַעֲרָה *Ordo, ſeries, tempus ſtatutum puellæ*, Eſth. 2, 12. 15. כְּתֹר הָאָדָם Juxta *rationem* hominis illius, 1. Chron. 17, 17. Plur. תּוֹרִים *Ordines*, Cant. 1, 10. In Statu conſtr. תּוֹרֵי זָהָב *Ordines* auri, Cant. 1, 11.

תּוֹר *Turtur*, avis à voce, quam edit, ſic dicta. Plur. תֹּרִים *Turtures*, Lev. 1, 14. Pſ. 74, 19.

1) Generatim *turturem* ſignificat. 2) Speciatim α) propriè notat *avem mundam*, *innoxiam*, victimisque deſtinatam Lev. 5, 7. c. 12, 8. c. 15, 14. 29. &c. migratoriam, Jer. 8, 7. Vid. Hiſt. an. Ariſtot. lib. 8. c. 3. c. 16. Varro Ruſt. lib. 3. c. 5. obſtreperam, Jeſ. 38, 14. Veris prænunciam, Cant. 2, 12. β) *Metaphoricè* eſt ſymbolum 1) *Eccleſiæ Deo adhærentis*, & in afflictione inſtar turturis ingemiſcentis &c. Pſ. 74, 19. 2) *Prædicantium Evangelium*, annunciantium hyemem V. T. præteriiſſe, & ver N. T. exoptatiſſimum adveniſſe, Cant. 2, 12. quales præter Prophetas fuerunt Paſtores Bethlehemitici, Magi, Simeon, Hanna, Joh. Baptiſta, Chriſtus ipſe & Apoſtoli, horumque ſucceſſores.

תּוֹרָה f. *Ratio*, *Lex*, *Conditio*. In Statu conſtr. וְזֹאת תּוֹרַת הָאָדָם Idque ad *legem*, *rationem* hominis, 2. Sam. 7, 19. Vide ſupra in ירה p. 544.

יְתוּר *Exploratio*. Semel legitur יְתוּר הָרִים *Exploratio* montium, Job. 39, 11.

תָּזַז *Amputatus* eſt. In Kal non legitur. Hiphil הֵתַז *Amputavit*, *Reſecuit*. Semel occurrit Jeſ. 18, 5.

תַּחְרָא m. *Lorica*. Bis occurrit Exod. 28, 32. c. 39, 23.

תַּחְרָה *Miſcuit*, *Commiſcuit*. Ita plerique reddunt; Sed Sebaſtiano Schmidio, habito reſpectu ad Exod. 28, 32. c. 39, 23. ubi תַּחְרָא *Lorica* occurrit, conjicit, potius ſignificare *circumire*, *circumambulare*, *circumgyrare*, *habitare*, *verſari*, *ut gyri ſint inſtar loricæ*. Bis legitur. Part. מְתַחְרֶה בָאָרֶז *Miſcens te* cum cedro; vel potius; *circumambulans*, *& ſpatians* inter cedros, i. e. per domum cedrinam; ceu facere conſverunt, qui ſplendidis & magnificis ædibus delectantur, Jer. 22, 16. Fut. אֵיךְ תְּתַחֲרֶה אֶת־הַסּוּסִים Quomodo *miſcebis te* cum equis? vel potius. Quomodo *parem te præſtabis* equis? Ut ſenſus ſit: *Si defatigetur currendo cum peditibus, qui rectâ via currere ſolent*

lent, quomodo cum equitibus curres, qui gyros & ambages peditibus moleſtiſſimos facere ſolent, Jer. 12, 15. Conf. laudatus Schmidius.

תַּחַשׁ m. *Taxus, Melis.* Vulgò; ſed quæ animalium ſpecies, non conſtat. Guſſet. in Comment. Ebr. Ling. Cæterum vide Bochart. Hieroz. P. I. lib. 3. c. 30. עוֹר תַּחַשׁ Pellis *taxi*, Num. 4, 6. 14. Plur. תְּחָשִׁים *Taxi, Meles*, Exod. 25, 5. c. 26, 14.

תָּחַת *Humilis, Inferior fuit*, apud Æthiopes.

תַּחַת *Sub, Subter, Inferne, Infra; Pro, loco, in locum, vice, propter, propterea quod, eò quod*, &c. תַּחַת הָעֵץ *Sub* arbore, Gen. 18, 8. תְּהוֹם רֹבֶצֶת תָּחַת Abyſſus jacens *infra* Gen. 49, 25. מִתַּחַת לַאֲרָיוֹת Ab *inferiori parte* leonum, ſeu *infra* leones 1. Reg. 7, 29. וְתַחְתַּי אֶרְגָּז Et *ſub* me contremiſco, i. e. totus, ubi ſto, contremiſco, Hab. 3, 16. וְיָשְׁבָה עוֹד תַחְתֶּיהָ Et habitabit porro *ſubter* ſe, i. e. ſuo in loco, Zach. 12, 6. תַּחַת הֱיוֹתֵךְ עֲזוּבָה *Pro* eo, quod fuiſti deſerta, Jeſ. 60, 15.

I) Suâ naturâ *nomen* eſt, ſignificans *locum*, eumque propriè *depreſſum*, ſi non ſubſtratum, Gen. 21, 15. c. 24, 2. 9. perpetuò tamen demiſſiorem, qui nobis ſubſtat, Exod. 20, 4. Devt. 28, 47. Joſ. 5, 8. c. 6, 4. Conf. Exod. 10, 23. c. 16, 29. ac *partem cujuslibet rei inferiorem*, Gen. 1, 7. quæ nunc *imum, infimum*, Pſ. 45, 6. nunc *pavimentum, fundus, ſubtal, ſubjectus, ſubjectio*, Exod. 6, 6. nunc *radix*, Exod. 32, 19. c. 24, 4. Devt. 4, 11. Joſ. 11, 3. 17. nunc *ſubſtratum, ſuppoſitum* vel *ſubcavum*, Zach. 6, 12. Jer. 3, 6. dicitur. Hanc ſignificationem fere obtinet, ſi ei Præpoſitio aliqua præmittitur. II) *Particularum* ſignificationem ſuſtinet, & α) quidem *Adverbiorum, Infra, Inferne*, ſi ſine caſu ſubjuncto adhibetur, Gen. 49, 25. Devt. 33, 13. Job. 18, 18. β) Præpoſitionum 1) *ſub*, ſive indigitet *ſitum localem*, Gen. 18, 8. Cant. 2, 6. ſive *ſubjectionem*, Pſ. 18, 39. 40. 48. Pſ. 45, 6. Pſ. 47, 4. 2) *Pro*, ſive deſignet *ſurrogationem* vel *ſubſtitutionem unius in locum alterius*, Gen. 2, 21. c. 22, 13. Lev. 16, 32. 1. Reg. 8, 20. 1. Chr. 6, 10. Prov. 11, 8. Jeſ. 43, 3. 4. c. 60, 17. ſive *compenſationem & retributionem* ex juſtitia, Jeſ. 53, 12. in permutatione rerum, 1. Reg. 21, 2. in immiſſione pœnarum, quæ redeunt ad reum loco peccati ab eo admiſſi, Exod. 21, 23. 24. 25. Devt. 28, 47. Jer. 5, 19. Veph. 2, 10. 3) *Propter*, Prov. 30, 21. γ) *Conjunctionum*, nempe *propterea quod, quia*, ferè ſi verbis præmittitur, Devt. 4, 37. c. 21, 14. Prov. 1, 29. Jeſ. 60, 15.

תַּחְתִּי m. *Inferior, Imus, Infimus.* תַּחְתִּים *Inferiores*, Gen. 6, 16. Fœm. תַּחְתִּיָּה *Ima, Infima.* מִשְּׁאוֹל תַּחְתִּיָּה Ex inferno *infimo*, Pſ. 86, 13. item תַּחְתִּית, Devt. 32, 22. תַּחְתִּיּוֹת *Inferiora*, Job. 15, 19. תַּחְתִּיּוֹת אֶרֶץ *Inferiora* terræ, Jeſ. 44, 23.

תַּחְתּוֹן m. *Inferior*, Joſ. 18, 13. Fœm. תַּחְתֹּנָה *Inferior*, Ez. 40, 19. הַשַּׁעַר הַתַּחְתּוֹנָה Porta *inferior*, Ezech. 40, 19. Plur. מֵהַתַּחְתֹּנוֹת Ab *inferioribus*, Ezech. 42, 5. 6.

תַּיִשׁ m. *Caper, Hircus*, Gen. 32, 14. 2. Chron. 17, 11. Prov. 30, 31. Plur. תְּיָשִׁים *Hirci*, Gen. 30, 35.

תְּכָרוּ In Pual תֻּכָּה *Junctus, Adjunctus, Conjunctus ſuit, Adhæſit.* Semel legitur Devt. 33, 3. תֻּכּוּ לְרַגְלֶךָ *Juncti* ſunt pedibus tuis, i. e. inſecuti ſunt pedes tuos. Alii referunt ad תּוֹךְ, quod vide.

תָּכַךְ *Secuit; Stultus fuit, Pedibus conculcavit*, apud Arabes. Inde

תֹּךְ m. *Dolus, Fraus, Calliditas*, quia fraudibus & calliditate alterius conatus malitioſè quaſi ſecantur & irriti fiunt; ſed etiam fraudulentus, licet ſe callidiſſimum putet, tamen ſtultus eſt. Occurrit Pſ. 10, 7. Pſ. 55, 12. Pſ. 72, 14.

תְּכָכִים m. pl. *Doli, Fraudes.* אִישׁ תְּכָכִים Vir *dolorum*, i. e. *doloſus*, Prov. 29, 13. Sæpius non occurrit.

תֻּכִּיִּים & תּוּכִּיִּים m. pl. *Pavones*, juxta Chaldæum, Syrum, Arabem, R. Salomonem, R. Levi, R. Kimchium, Bochartum &c. Etymologia vulgo ignorari dicitur. Sed Bochartus Hieroz. P. II. L. 1. c. 20. p. 136. ſentit, pavones inverſa voce dictos eſſe תּוּכִּיִּים pro כּוּתִיִּים, quaſi *Cuthæos*, ſeu *Perſicos*; denominatione à loco petitâ. Alii *Pſittacum* malunt, teſte Coccejo. Inter hos eſt Huetius in Comment. de Navig. Salom. c. 7. §. 6.

תְּכֵלֶת f. *Hyacinthus*, Metonym. *Hyacinthinum*, juxta Philonem, Joſephum, Aquilam, Symmachum, Theodotionem, Hieronymum &c. *Lana flavi coloris*, juxta Schindlerum. *Colorem magni pretii fuiſſe*, certum eſt, ſed qualis, diſſenſus eſt. *Hyacinthinum colorem cum rubro purpureo plerique eundem eſſe arbitrantur, aut illi ſimillimum, ſive ab hyacintho flore, aut ab hyacintho lapide nomen habeat.* Sed Bochartus Hieroz. P. II. lib. 5. c. 10. cenſet eſſe *cæruleum*, cui accedunt Hebræi, qui ſcribunt, eſſe *colorem mari aut cælo ſimilem.* Vid. Cod. Menachoth, c. 4. Kimchium in Lexico, Maimonidem in Tſitſith, c. 2. Legitur autem Exod. 26, 4. 31. 36. c. 27, 16. c. 28, 8. 15. 33. c. 35, 23. &c.

תָּכַן *Libravit, Examinavit, Expendit, Perpendit numero & pondere, Diſpoſuit.* תֹּכֵן לִבּוֹת *Examinans* corda, Prov. 24, 12. Niphal נִתְכַּן *Libratus, Aptatus, Diſpoſitus, Rectificatus, Rectus, Æquus fuit.* וְלֹא נִתְכְּנוּ עֲלִילוֹת Et nonne *librarentur* actiones, ut rectè & ſuo tempore fierent? Omnia bene & recte facit, 1. Sam. 2, 3. Fut. לֹא יִתָּכֵן דֶּרֶךְ אֲדֹנָי Non *recta, æqua eſt* via Domini, Ezech. 18, 25. Piel תִּכֵּן *Exactè libravit, accurate moderatus eſt, Direxit, Diſpoſuit.* וּמַיִם תִּכֵּן בְּמִדָּה Et aquas *librat* menſurâ, quaſi ſtaterâ appendit aquam, quam cuique loco deſtinat, Job. 28, 25. Pyal תֻּכַּן *Libratum, Appenſum eſt.* Part. הַכֶּסֶף הַמְתֻכָּן Argentum *libratum, appenſum*, 2 Reg. 12, 11.

1) Generatim *librandi* notionem obtinet. 2) Speciatim α) *propriè* notat *librare rem*, vel *pondere*, ut ejus quantitas & pondus conſtet, prout *argentum libratum* vel *appenſum* dicitur 2. Reg. 12, 11. Pecunia enim olim non tàm numerabatur, quàm appendebatur, vel *menſurâ*, ut res rectitudinem obtineat ſuam, prout architectus *librat columnam*, ut eam erigat, vel *ſolum*, ut id explanet, vel *aliam rem*, ut eam exæquet, ceu colligere eſt,

Digitized by Google

eſt, ex Pſ.75,4. Job.28,25. Jeſ.40,12. β) *Metaphoricè* 1) deſignat *accuratiſſimum rei examen & ponderationem*, Prov.16, 2. c.21, 2. c.24, 12. 2) *Diſpoſitionem exactisſimam actionum divinarum*, ubi recte & in ſuo tempore omnia facit, 1.Sam.2,3. Conf. Job.28,25. ubi innuit *divinam diſpoſitionem*, quâ velut ſtatera aliquâ appendit aquam, quam mari & cuivis alii loco deſtinat. 3) *Rectitudinem in agendi & vivendi ratione.* Ita *a*) adhibetur, quando improbi Deum incuſant, *viam ejus non eſſe rectam*, h.e. Deum non juſtè cum illis agere, nec ſe illis æquum oſtendere, ſi ejus agendi ratio ad æquilibrium juſtitiæ æquetur, cum unum plus puniat, quàm alterum, Ezech.18,25.29. c.33,20. *b*) Quando *improborum via*, h.e. *vivendi ratio non recta* dicitur, ſi ad amuſſim verbi divini, aut *ad viam à Deo præſcriptam*, in qua rectâ & firmiter incedendum fuit, non vacillando in alteram partem, referatur, Ezech.18,25.29. c.33,17.

תֹּכֶן m. *Menſura, Demenſum, Summa.* Bis legitur. וְתֹכֶן לְבֵנִים תִּתֵּנוּ Nihilominus *ſummam* laterum dabitis, Exod.5,18. תֹּכֶן אֶחָד יִהְיֶה *Menſura* una erit, Ezech.45,11.

תָּכְנִית f. *Menſura recta*, Ezech.43,10. *Demenſum*, Ezech.28,12. Sæpius non occurrit.

תְּכוּנָה f. *Diſpoſitio, Sedes parata.* Vide in כון.

תִּיכוֹן m. *Medianum*, & תִּיכֹנָה *Mediana*, vide in תָּוֶךְ.

מַתְכֹּנֶת f. *Menſura, Summa, Diſpoſitio, Forma.* מַתְכֹּנֶת הַלְּבֵנִים *Summa* laterum, Exod.5,8. Cum Suff. מַתְכֻּנְתּוֹ *Menſura* ejus, Ez.45,11. עַל־מַתְכֻּנְתּוֹ Super *diſpoſitione, rectitudine* ſua, 2.Chr.24,13. וּבְמַתְכֻּנְתּוֹ Et in *diſpoſitione, qualitate* ejus, Exod.30,32. vid.37. Sæpius non occurrit.

תָּלָה *Suſpendit, Suſpendi curavit, juſſit*, Gen.40,21. וְתָלָה אוֹתְךָ עַל־עֵץ Et *ſuſpendet*, i.e. *curabit, jubebit te ſuſpendi* ſuper lignum, Ez.40,19. וְאֹתוֹ תָּלוּ עַל־הָעֵץ Et eum *ſuſpenderunt* ſuper lignum, Eſth.9,25. Part. תֹּלֶה *Suſpendens*, Job.26,7. Part. Paul תָּלוּי *Suſpenſus*, Devt.21,23. Plur. תְּלוּיִם *Suſpenſi*, Joſ.10,26. Sed תְּלוּאִים *Suſpenſi*, Hoſ.11,7. 66. permutat formam cum verb. לא. Conf. Devt.28,66. ubi וְהָיוּ חַיֶּיךָ תְּלֻאִים Unde erit vita tua *ſuſpenſa*, i.e. incerta & velut in diſcrimine certaminis poſita, dum alii tibi undiquaque inſidias ſtruunt. Infin. לִתְלוֹת Ad *ſuſpendendum*, Eſth.6,4. Niphal נִתְלָה *Suſpenſus* eſt. נִתְלוּ *Suſpenſi* ſunt, Thr.5,12. Piel תִּלָּה *Suſpendit.* שִׁלְטֵיהֶם תִּלּוּ עַל־חוֹמוֹתַיִךְ Scuta ſua *ſuſpenderunt* ſuper muris tuis, Ezech.27,11.

1) Generatim notat *ſuſpendere.* 2) Speciatim *α*) notat *tollere rem in altum, ita, ut in alto ſeu ſublimi maneat.* Ita dicitur de *ſuſpenſione hominis*, Gen.40,22. c.41,13. Devt.21,22.23. Joſ.8,29. c.10,26. 2.Sam.21,12. Eſth.6,4. c.8,7. c.9,14. *rei*, e.g. inſtrumenti Muſici, ad deſignandam ceſſationem Muſicæ, Pſ.137,2. armorum de muro, ut in promtu ſint, Ezech.27,10. β) *Metaphoricè* notat *dubium incertumque eſſe ac periclitari*, Devt.28,66. Hoſ.11,7.

Digitized by Google

תְּלִי m. *Pharetra*, ſic dicta, quod *ſuſpendatur.* Semel occurrit cum Suff. תֶּלְיְךָ *Pharetra* tua, Gen. 27, 3.

תַּלְפִּיּוֹת f. pl. *Armaria*, Cant. 4, 4. Eſſe vocem compoſitam, Doctores agnoſcunt; Sed componendi rationem variè tradunt. Juxta Aben-Eſram conflata eſt ex תלה & פִּיּוֹת, quaſi לִתְלוֹת פִּיּוֹת Ad *ſuſpendendum* acies, h. e. gladios acutos. Sed Kimchio eſt ex תֵּל, *Cumulus*, & פִּיּוֹת, ut deſignetur *moles multarum pinnarum.* Huic adſenſum præbet Guſſetius, ſcribens: Componi videtur ex תֵּל deſignante *partes protuberantes*, & פִּיּוֹת notante *partes inciſas apertaſque, ut os inter labia apertum eſt.* Unde ipſi *denotat pinnas turris in ora ſua inferiori identidem inciſas, ut ſolent fieri in propugnantium commodum, ac tutamen ſimul, cum inſigni decoris acceſſione.*

תָּלַל *Aggeravit, Aggeſſit, Accumulavit.* Semel legitur Part. Paul. עַל־הַר־גָּבֹהַּ וְתָלוּל Super montem altum & *aggeſtum*, Ezech. 17, 22.

תֵּל *Tumulus, Agger.* לְתֵל עוֹלָם In *tumulum* æternitatis i. e. æternum, Devt. 13, 17. וְהָיְתָה לְתֵל שְׁמָמָה Et erit *tumulus* vaſtitatis, i. e. vaſtus, Jer. 49, 2. Cum Suff. וְנִבְנְתָה עִיר עַל־תִּלָּהּ Et ædificabitur urbs ſuper *tumulo* ſuo, Jer. 30, 18. הֶעָרִים הָעֹמְדוֹת עַל־תִּלָּם Urbes ſtantes ſuper *tumulo ſuo*, non collapſæ, Joſ. 11, 13.

תֵּל אָבִיב m. *Thel-Abibh*, nomen proprium *loci* juxta Chaldæum, R. Salomonem, Kimchium & Seb. Schmidium. Sed Coccejo eſt *meta frugum maturarum.*

תּוֹלָלִים m. pl. *Contumulatores, Redigentes in acervos* Semel occurrit cum Suff. Pſ. 137, 3. תּוֹלָלֵינוּ *Contumulatores* noſtri, *redigentes nos* in acervos, diruendo urbem noſtram.

תַּלְתַּלִּים m. pl. *Criſpaturæ capillorum*, ſic dictæ, quod capilli quaſi *aggerantur*, ut inſtar *tumuli* emineant. Occurrit ſaltem Cant. 5, 11.

תֶּלֶם m. *Porca, Sulcus*, prominens terræ pars in ſulco, vel terra inter duos terræ *ſulcos* elata, Job. 39, 13. Plur. Conſtr. עַל־תַּלְמֵי שָׂדָי Super *ſulcis* agrorum, Hoſ. 10, 4. c. 12, 12. Cum Suff. תְּלָמֶיהָ *Sulci* ejus, Job. 31, 38. Pſ. 65, 11.

תּוֹלָע *Vermis*; Metonymicè *Coccum, Coccineum*, aliqua coloris ſpecies. Pauſanias in Phocicis refert, ex cocco naſci vermem, ex cujus in fructu adhuc manentis ſanguine fiat lanarum tinctura, ut pateat, cur color coccineus à verme denominari potuerit. Sed denotat *vermem* in genere. De colore legitur Jeſ. 1, 18. Thren. 4, 15. Aſt de verme occurrit ſemel in Plurali תּוֹלָעִים Exod. 16, 20. Bochartus Hieroz. P. II. l. 4. c. 27. p. 620. arbitratur ת ſervire, radicem autem eſſe לוּעַ *Vorare, deglutire*, quia vermis ferme totus venter eſt. Alii quidem Bocharto accedunt, ſed etymi rationem ſtatuunt, quod arrodendo *deglutiat.* Vid. Pagnini Lex.

תּוֹלֵעָה f. *Vermis.* Bis legitur, Job. 25, 6. ubi *homo Metaphoricè* dici-

dicitur *vermis*, quia à perfectione homini competente homo tantum diſtat, quantum vermis ab ea diſtare ſolet, velut animal abjectiſſimum, Jeſ. 14, 11.

תּוֹלַעַת f. *Vermis*; *Coccum*, *Coccineum*, ſpecies coloris. תּוֹלַעַת שָׁנִי Ex *coccineo* dibapho, Exod. 28, 6. Cum Suff. תּוֹלַעְתָּם *Vermis* eorum, Jeſ. 66, 24.

1) Generatim denotat *vermem quemcunque*, ceu colligere eſt ex Devt. 28, 39. Jon. 4, 7. Speciatim autem *vermem ex cocco natum*, ex quô color coccineus enaſcitur 2) *Tropicè* α) per *Metaphoram* notat tum *rem vilem & abjectam*, Jeſ. 41, 14. conf. Pſ. 22, 7. ubi Chriſtus patiens comparatur *vermi abjecto*, *deformi*, *exoſo*, *imbecilli*, qui in paſſione totus *purpureus* viſus eſt; tùm, quia vermis perpetuò rodit, *cruciatus conſcientiæ perpetuos*, Jeſ. 66, 24. β) *Metonymicè* notat *coccineum*, coloris ſpeciem, qui vulgò dicitur *carmeſinus*; & inde porro *pannum hoc colore imbutum*. In hac autem Metonymica ſignificatione ſæpius junctum habet שָׁנִי, ubi juxta quosdam notare cenſetur *coccineum bis tinctum*, qui color ſit *ſubniger*, *non ita lucidus*. Aſt Kimchi arbitratur, שָׁנִי ipſum notare *colorem*, & addi תּוֹלַעַת, quod *plurimum* ejus in ipſo ſit; vel תּוֹלַעַת eſſe *ipſum colorem*, *& quando ſubjungitur* שני, *colorem rubrum intelligi*, *cum præponitur*, *ruborem coloris*, i. e. *colorem pulchrum*, *qui eſt carmeſinus*. Vid. Exod. 28, 5. 6. c. 35, 25. c. 38, 3. *Lev.* 14, 4. c. 14, 43. &c. Num. 4, 8.

מְתֻלָּעִים m. pl. *Coccinati*, *Purpurati*, *coccinâ induti*, Næh. 2, 4. Sæpius non legitur.

מְתַלְּעוֹת f. pl. *Molares dentes*, vide in תלע.

תַּלְפִּיּוֹת f. pl. *Armaria*, *Moles multarum pinnarum*. Vide in תָּלָה.

תָּמַד *Continuus*, *perpetuus fuit*; Hiphil. הִתְמִיד *Continuavit*, *Perpetuavit*, apud Rabbinos.

תָּמִיד m. *Perpetuitas*; *Iugis*, *Continuus*; *Iugiter*, *Perpetuò*. נֵר תָּמִיד Lucerna *perpetuitatis*, i. e. perpetua, jugis, Exod. 27, 20. טוֹב לֵב מִשְׁתֶּה תָמִיד Bonitas cordis convivium *juge*, *perpetuum*, Prov. 15, 15. עֵינַי תָּמִיד אֶל־יְהוָה Oculi mei *jugiter* ad Dominum, Pſ. 25, 15. אָנֹכִי עֹמֵד תָּמִיד Ego ſum ſtans *jugiter*, Jeſ. 21, 8.

1) Generatim *continuationem* notat *& perpetuitatem*. 2) Speciatim α) denotat *continuitatem & perpetuitatem*, quæ *talem actuum* dicit *repetitionem*, quâ nullum excluditur momentum, ſive exprimatur *nominaliter*, ſive *adverbialiter*. Ita dicitur de pane menſæ ſacræ, Num. 4, 7. Exod. 25, 30. de igne ſacro, Lev. 6, 6. de nube ſuper arca, Num. 9, 16. de intuitu Dei in terram Canaan, Devt. 11, 12. de ductu & inhabitatione Dei, Jeſ. 58, 11. de ſpe in Deo reponenda, Pſ. 71, 14. Hoſ. 12, 6. de requiſitione faciei Dei, 1. Chron. 16, 11. Pſ. 105, 4. de maledictione impio adhærenti, Pſ. 109, 19. de portis Eccleſiæ ſemper apertis, Jeſ. 60, 11. de timore hoſtium, Jeſ. 51, 13. β) Denotat *continuitatem & perpetuitatem*, quæ quidem *actuum repetitionem* dicit, ſed *talem*, quæ non ſingulis momentis fit, obſervato ſaltem tempore, ordine & more præſcripto, nulla eorum

 propria

propriâ ſua hora omiſſo. Ita dicitur de ſuffitu quotidie adolendo, Exod. 30, 8. de victu Mephiboſethi, 2. Sam. 9, 7. 10. 13. Joachimi, 2. Reg. 25, 30. Jer. 52, 33. de ſervis Salomonis, 1. Reg. 10, 8. de ſacrificiis feſtorum, 1. Chr. 23, 11. & arietis mane & veſpere faciendi, Exod. 29, 38. Conf. Pſ. 34, 2. ubi dicitur de *laude Dei*, quæ, licet non omnibus momentis, attamen more conſtanti fieri debet.

תָּמַהּ *Miratus, Admiratus eſt; Obſtupuit.* Conſtruitur cum עַל vel מ. אַל־תִּתְמַהּ עַל־הַחֵפֶץ Ne *mireris* ſuper hac voluntate, Eccl. 5, 7. וְיִתְמְהוּ מִגַּעֲרָתוֹ Et *obſtupeſcunt* ab increpatione ejus, Job. 26, 11. Hitphael Imper. וְהִתַּמְּהוּ Et ab invicem *admiramini*, Hab. 1, 5. pro וְהִתְתַּמְּהוּ, ת Characteriſticô per Dageſch exhibitô.

1) Generatim notat *valde admirari.* 2) Speciatim *α*) *propriè* notat *admirationem cum ſtupore conjunctam ob rem aliquam inopinatam vel inſolitam*, reddendum *admirari*, vel *animo perculſo obſtupeſcere*, ob rem, quam fieri poſſe, aliquis non opinatus eſt. Ita dicitur de *fratribus Joſephi*, in ſui collocatione ordinem ætatis ſuæ exacte obſervatum admirantibus, Gen. 43, 33. de *admiratione nimiâ* ad aliquam injuſtitiæ Dei opinionem, ejusqve providentiæ negationem declinante, Eccl. 5, 7. de exteris ob ſplendorem Hieroſolymæ obſtupiſcentibus, Pſ. 48, 6. de *iis*, qui in bello ſtupeſcunt ſummè conturbati, Jeſ. 13, 8. Conf. Hab. 1, 5. Jer. 4. 10. Jeſ. 79, 9. *β*) *Metaphoricè* transfertur ad deſignandam *columnarum cœli commotionem*, quia, qui obſtupeſcunt & attoniti redduntur, toti cohorreſcunt & commoventur, Job 26, 11.

תִּמָּהוֹן m. *Stupor.* Bis legitur Devt. 28, 28. Zach. 12, 4.

תַּמּוּז m. *Thammus*, nomen *idoli* Ezech. 8, 14. quale fuerit, incertum. Hieronymo eſt *Adonis*, adoleſcens à venere adamatus, qui ab apro percuſſus, & poſteà deploratus, fabuloſè traditur. Alia de hoc *idolo* vide in Kimchio in l. c. & libr. radicum, nec non in Maimonid. More Nevochim.

תָּמַךְ *Apprehendit, Tenuit, Suſtinuit, Suſtentavit.* Conſtr. cum Accuſ. & Præpoſ. ב. תְּמַכְתָּנִי *Suſtentaſti* me, Pſ. 41, 13. וְכַפֶּיהָ תָּמְכוּ פָלֶךְ Et manibus ſuis *tenet* colum, Prov. 31, 19. Part. תּוֹמֵךְ שֵׁבֶט *Tenens* ſceptrum, Am. 1, 5. Sed Pſ. 16, 5. per alternationem eſt תּוֹמִיךְ. Inf. תָּמֹךְ Pſ. 17, 5. & תְּמֹךְ Jeſ. 33, 15. Fut. יִתְמֹךְ כָּבוֹד *Adſequitur* gloriam, Prov. 11, 16. Niphal. Fut. יִתָּמֵךְ *Tenebitur*, Prov. 5, 22.

1) Generatim *prehendendi* notionem obtinet. Vid. Gen. 48, 17. 2) Speciatim *α*) eſt *Conſequi, Obtinere*; connotata rei obtentæ poſſeſſione exoptata, e. g. gloriam, Prov. 11, 16. c. 29, 23. ſortem, Pſalm. 16, 5. *β*) *Attingere*, Prov. 5, 5. ubi greſſus dicuntur infernum *attingere.* *γ*) *Prehenſum tenere firmiter*, ne cadat, vel elabatur, e. g. ſceptrum, Am. 1, 5. 8. verba, Prov. 4, 4. ſapientiam Prov. 3, 18. munus Jeſ. 33, 15. *δ*) *Prehenſum ſuſtinere* vel *fulcire*, ne cadat vel pereat, e. g. manus lapſantes atque feſſas, Exod. 17, 12. Θεανθρωπῶς *Deo* tributum, deſignat

Digitized by Google

gnat *providam ejus curam & opem*, quâ piis providet, eosque quaſi manu prehendens ſuſtinet, ne labantur atque pereant, Pſ. 41, 13. Pſ. 63, 9. Jeſ. 41, 10. Sed Jeſ. 42. indigitat *cordis inclinationem & electionem*, ut dicatur *in ſervum ſuum* (Meſſiam) *incumbere animo & affectu ſuo, eum amore complectens, ſibique eligens.* Quando enim *cor hominis* ſe in alicujus amorem inclinat, ipſi quodammodo incumbit, ceu qui ſe in alio ſuſtentat, illi innititur atque incumbit. Conf. Seb. Schmid. in h. l.

תמל *Intuitus fuit, Conſideravit*, apud Arabes

תְּמוֹל *Heri, dies præteritus; Antea;* גַּם תְּמוֹל גַּם הַיּוֹם Tàm *heri*, quàm hodie, 1. Sam. 20, 27. גַּם תְּמוֹל גַּם שִׁלְשֹׁם Tàm heri, quam nudius tertius 1. Chron. 11, 2. מִתְּמוֹל Ab *heſterno* die, Exod. 4, 10.

1) Generatim notat *præteritum diem*, ſive ſit *longinquus*, ſive *proximus*. 2) Speciatim α) notat *diem præteritum proximum*, ſeu *ipſiſſimum heſternum diem*, per *heri* reddi ſolitum, 1. Sam. 20, 27. 2. Sam. 15, 20. β) Notat *diem præteritum longinquum*, per *nuper* Job. 8, 9. interpretandum. Si jungitur voci שִׁלְשֹׁם *Nudius tertius*, unà cum hac valet *antea, antehac*, Gen. 31, 2. Exod. 5, 7. 8. c. 21, 29. Ruth. 2, 11. Joſ. 3, 4. c. 4, 18.

אֶתְמוֹל *Heri.* כְּיוֹם אֶתְמוֹל כִּי יַעֲבֹר Sicut dies *heri*, i. e. heſternus, quum tranſiit, Pſ. 90, 4. גַּם אֶתְמוֹל גַּם שִׁלְשׁוֹם Tam *heri*, quàm nudius tertius, 2. Sam. 5, 2.

1) Generatim notat *diem præteritum*, ſive *proximum*, ſive *longinquum*. 2) Speciatim α) ſignificat *diem præteritum proximum*, ſeu *ipſiſſimum diem heſternum*, Pſ. 90, 4. β) *Diem præteritum longinquum*, reddendum *antea, antehac*, ſive ponatur abſolute, Mich. 2, 8. ſive jungatur voci שִׁלְשֹׁם *Nudius tertius*, 1. Sam. 4, 7. c. 10, 11. c. 14, 22. c. 19, 7. 2. Sam. 5, 2.

אֶתְמוּל *Heri, Antea, Jampridem.* Semel legitur Jeſ. 30, 33.

תָּמַם *Finitus, Abſolutus, Completus, Perfectus, Confectus, Conſummatus, Exſolutus, Integer factus eſt, Conſumtus, Abſumtus eſt, Defecit; &* tranſitive, *Abſolvit, Conſumſit.* תַּם הַכֶּסֶף *Abſumta eſt* pecunia, Gen. 47, 18. וְתַמּוּ כָל־אִישׁ Ut *conſummatur* omnis vir, Jer. 44, 27. תַּמְנוּ *Conſumimur*, Num. 17. v. ult. pro תַּמּנוּ, compenſatione literæ mobilis per Dageſch neglectâ, & (:) retractô. Vide Pſ. 64, 7. Jer. 44, 18. Thren. 3, 22. Inf. תֹּם. Num. 14, 33. עַד תֻּמִּי אֹתָם בְּיָדָם Usque ad *conſumere*, i. e. donec *conſumam* eos per manum eorum, Jer. 27, 8. Fut. יִתּוֹם *Conſumitur*, Ez. 47, 12. more Chaldæorum facta litera abjectæ compenſatione in literâ abjectam præcedente. Niphal Fut. אֵיתָם *Integer ero* vel *fiam*, Pſalm. 19, 14. pro אֵתַּם, Dageſch compenſativô, extruſo, & per vocalem longam compenſatô, י autem per Epentheſin inſito. יִתַּמּוּ *Conſumentur*, Num. 14, 15. Sed Pſalm. 102, 28. eſt יִתָּמוּ Dageſch extruſo, & per vocalem longam (ָ) compenſato. Hiphil הֵתֵם *Finivit, Perfectum fecit, Perfecit,*

cit, Abſolvit, Conſummavit, Conſumſit. וַהֲתִמּוֹתִי Et *conſumam*, Ez. 22, 15. הֵתַמּוּ *Abſolverunt*, 2.Sam.20, 18. Fut. וַיָּתֵם Ut *abſolvat*, 2.Reg. 22, 4. תַּתֵּם *Perficis*, integras reddis, Job.22, 3. in utroque more Chaldæorum literæ abjectæ compenſatio facta eſt in literâ abjectam præcedente. Inf. הָתֵם *Conſumendo*, Ez.24, 10. Hithpael Fut. תִּתַּמָּם *Integrum te* geris, Pſ.18, 26. pro תִּתְתַּמָּם litera ת Characteriſticâ, quia ſequitur aliud ת, extruſâ, & per Dageſch F. compenſatâ; (..) autem ſub ם ob accentum Dominum præſentem per alternationem cum (ָ) permutatô.

1) Generatim Guſſetio notat *ſimplicitatem*, *duplicitati* rei *phyſicè* vel *moraliter oppoſitam*, ſubinde *connotato progreſſu* per partes numero multas, ut res abſolvatur, vel finiatur, ſive ſit *tempus*, ſive corpora juncta. Nec male, ſi inferiores ſignificationes perluſtres; Quanquam potius generatim notare videatur *rei finitionem*, ſive res per eam *ſuam perfectionem*, *integritatem & complementum* obtineat, ſive *deficiat* aut *eſſe deſinat*. Unde 2) ſpeciatim α) notat *abſolvi, perfici, compleri, conſummari, integrum eſſe* vel *fieri*, prout *propriè* proceditur *per partes numero multas, donec res ad finem perducatur*, vel eſſe ſuum ſortiatur, ut nil reſtet, unusque ac ſimplex rei ſtatus enaſcatur &c. Ita dicitur de templi ſtructura abſoluta, 1.Reg. 6, 22. & opere columnarum ad finem perducto, 1. Reg. 7, 22. de tranſitione filiorum Iſai, 1.Sam.16, 11. de tranſitu Iſraelitarum per Jordanem, Joſ. 4, 11. de flore conſummato, Jeſ. 18, 8. de complemento anni, Gen. 47, 18. Lev. 25, 29. Jer. 1, 3. dierum luctûs, Devt. 34, 8. de abſolutis verbis, Devt. 31, 24. Job. 31, 40. Sed Pſ. 102, 28. dicitur de *annis Dei*, qui nunquam finiuntur, quia eſt æternus; Et Thr. 4, 22. adhibetur de *abſoluta pœna Iſraelitarum*. *Metaphoricè* autem transfertur ad *integritatem & perfectionem moralem*, notans *ſincerum, candidum, juſtum*, vel ſine *maculâ eſſe*. Ita dicitur de homine ſincerè & juſtè vivente, Pſ. 19, 14. ſuasque vias, i. e. actiones juſtas & ſine macula eſſe adſerente, Job. 22, 3. item de *Deo* cum piis ſincerè & juſtè agente, 2.Sam. 22, 26. Pſalm. 18, 26. β) Significat *deficere, conſumi, abſumi*. Ita dicitur 1) de *abſumtione rerum*, e. g. pecuniæ, Gen. 47, 18. panis, Jer. 37, 21. libri per ignem, Jer. 36, 23. roboris & virtutis, Lev. 26, 20. peccatorum, non, ut non ſint, ſed ut non imputentur reſipiſcentibus, Dan. 9, 24. 2) De *totali abſumtione & excidio improborum*, Num. 14, 33. 35. c. 17, v. ult. Devt. 2, 14. 16. Joſ. 5, 6. Pſ. 104, 35. gladio, Joſ. 8, 24. gladio & fame, Jer. 24, 10. c. 27, 8. c. 44, 12. 18. 27.

תָּם m. *Simplex, Perfectus, Integer, Sincerus*, *fuci ac hypocriſeos expers, totus ſine diviſione alteri adhærens; ſine ſimulatione & falſa opinione in ſinceritate fidei & cordis Deum juxta ipſius verbum colens & amans*. Adhibetur α) de *eo*, qui talis revera eſt, Gen. 25, 27. Job. 1, 1. 8. c. 2, 3. c. 8, 20. c. 9, 22. Pſ. 37, 37. Pſ. 64, 5. Prov. 29, 10. β) De *eo*, qui talem ſe eſſe contendit, Job. 9, 20, 21. Aſt תְּאוֹמִים *Gemini* vide in תאם. Fœm. cum Suff. תַּמָּתִי *Integra mea*, Cant. 5, 2, c. 6, 9.

תָּמִים m. *Simplex, Perfectus, Integer, Sincerus; Integritas, Sinceritas; Integrè, Sincerè.* נֹחַ אִישׁ צַדִּיק תָּמִים הָיָה בְּדֹרֹתָיו Noah vir

vir juſtus, *integer* fuit in generationibus ſuis, i. e. juſtiſſimus & integerrimus fuit generationum ſuarum, Gen. 6, 9. שֶׂה תָמִים Pecus *integra*, non mutilata, ſine macula, Ex. 12, 5. יְהִי לִבִּי תָמִים Sit cor meum *integrum*. Pſ. 119, 80. בְּתָמִים In *integritate*, Joſ. 24, 14. In Statu Conſtr. תְּמִים דֵּעוֹת *Integer* ſcientiis, Job. 36, 4. Plur. תְּמִימִים *Perfecti, Integri*, Num. 28, 3. In Statu conſtr. תְּמִימֵי דֶרֶךְ *Integri* viâ, i. e. quorum via eſt integra, Pſ. 119, 1. Fœm. תְּמִימָה *Perfecta, Integra*, Lev. 3, 9. c. 4, 28. Plur. תְּמִימֹת *Integra*, Lev. 23, 15.

1) Generatim *ſimplicitatem infert*. 2) Speciatim notat *perfectum*, quod *omnibus partibus & requiſitis finitur & abſolvitur*. Et quidem α) *perfectum quantitate*, quod omnibus partibus conſtat, reddendum *integrum, totum*, ut eſt annus, Lev. 25, 30. dies, Joſ. 10, 13. cauda, Lev. 3, 9. β) Perfectum qualitate, ſive *phyſicè*, reddendum *integrum, inculpabile ſine macula, deformitate aliove defectu rei adeſſe debita*. Ita dicitur de victimis Deo offerendis, quæ nulla macula, monſtroſitate, morbo, aliove defectu rei adeſſe debitæ laborabant, Ex. 12, 5. Lev. 1, 3. Sive *moraliter*, valens *ſincerum, ab hypocriſi & fuco alienum*. Ita *concretivè* dicitur de *homine pio*, qui ab hypocriſi & fuco alienus eſt, in ſinceritate fidei & cordis colens & amans Deum, ſine diviſione ei adhærens totus &c. Gen. 6, 9. c. 17, 1. Devt. 18, 13. 2. Sam. 22, 24. 26. Job. 12, 4. Pſ. 15, 2. Pſ. 18, 24. 26. Pſ. 37, 18. Prov. 1, 12. c. 2, 21. c. 11, 5. c. 28, 10. 18. *ejusque vivendi genere inculpabili*, ubi ſincero pectore inceditur, ſecundum rectam voluntatis divinæ lineam, in ſcriptura monſtratam, Pſ. 101, 2. 6 conf. Pſ. 119, 1. Prov. 11, 20. nec non de *corde*, Pſ. 119, 80. Sed 2. Sam. 22, 31. Pſ. 18, 31. dicitur de agendi ratione, quam Deus erga ſuos tenet, ſine fraude & dolo ſincerè cum iis agens. *Abſtractivè* notat *ſimplicitatem & ſinceritatem animi, ab omni hypocriſi & fuco alienam*, Joſ. 24, 14. Pſ. 84, 12. conf. Jud. 9, 16. 19. γ) *Perfectum fine*. Ita ſcriptura dicitur *perfecta*, quia tradit omnia, quæ ad ſalutem conſequendam ſunt neceſſaria, Pſ. 19, 8.

תֹּם m. *Simplicitas, Perfectio, Integritas, Integer*. תֹּם וָיֹשֶׁר יִצְּרוּנִי *Integritas* & rectitudo cuſtodiunt me, Pſ. 25, 21. בְּתָם־לְבָבִי In *integritate* cordis mei, Gen. 20, 5. Cum Suff. בְּתֻמּוֹ In *integritate* ſua, Prov. 28, 6. Plur. תֻּמִּים *Perfectiones*. אוּרִים וְתֻמִּים Luces & *perfectiones*, i. e. perfectiſſimæ, Exod. 28, 30.

1) Generatim *ſimplicitatis* notionem importat, quacunque accipiatur ratione. 2) Speciatim α) notat *perfectionem*, quâ res *in uno & ſimplici ſtatu* ponitur. Sic refertur ad *divinæ revelationis ſpeciem*, quæ dicitur אוּרִים וְתֻמִּים *Luces & perfectiones*. Deſignatur enim revelatio perfecta, Exod. 28, 30. Lev. 8, 8. Vid. Summe Rev. Dn. D. Danz. Interpr. §. 105. II. β) Notat *ſimplicitatem & ſinceritatem animi*, quæ opponitur *hypocriſi & dolo duplicitatem & diviſionem præ ſe feranti*, ubi *cor* cum verbis & factis non conſpirat. Ita in abſtracto dicitur 1) de *ſimplicitate & ſinceritate*, quâ homo ab hypocriſi & fuco alienus in ſinceritate cordis & fidei Deum ſuum colit & amat, totus ſine diviſione ei adhærens, 1. Reg.

9, 4.

9, 4. Job. 4, 6. Pſ. 25, 21. Pſ. 101, 2. Prov. 20, 7. c. 28, 6. 2) De *ſinceritate & integritate cordis*, quæ erga alios aliena eſt ab omni fuco, fraude, technis, machinationibus &c. Gen. 20, 5. 6. Pſ. 26, 1. conf. Pſ. 78, 72. ubi in Davide deſignat *animum boni publici cupidiſſimum*. In *concreto* autem bis legitur, notans *hominem ſincerum*, qui ab hypocriſi & fuco alienus eſt, ſincere Deum ſuum amans & diligens, Prov. 10, 29. conf. c. 13, 6. ubi *integer viâ* notat *hominem ſinceræ pietatis ſtudioſum*.

